
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
30 M
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



ANNALES ECCLESIASTICI

AB ANNO MCXCVIII

VBI CARD. BARONIVS DESINIT

AVCTORE

ODORICO RAYNALDO

TARVISINO

CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERO

TOMVS XIX

ROMÆ EX TYPOGRAPHIA VARESII : MDCLXIII

SVPERIORVM PERMISSV ET PRIVILEGIIS.

IN PETRA EXALTAVIT ME·ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. EMANUELE

Digitized by Google

PIO
AC BENEVOLO
LECTORI.

PRÆFATVS olim ad Annalium Tomum XIII. Lectorem præmonui, me pro mea virili parte operam nauaturum, vt Cæſaris Cardinalis Baronij hiſtoriæ Eccleſiaſticæ parentis ac Principis veſtigia perſequerer in conſcribendis poſterioribus tomis; atque adeo epiſtolarem, quam vocant, hiſtoriam cæteris ob nitidiora veritatis lumina anteferendam, ex Romanorum Pontificum aliorumque præſulum, & Cæſarum, Regumque, ac principum literis decerptam contexerem, & in luce collocarem. Id ſi non omnino perfeci, ſaltem pro virium mearum tenuitate perficere ſum conatus. Pollicitus quoque ſum nihil in annalibus ſcribendis antiquius mihi fuiſſe foreque, quam veritatem ſectari, latentem aperire, apertam illuſtrare, illuſtratam tueri: id verò me pro virium contentione præſtitiſſe conſtantiſſime profiteor: hæret enim impreſſum memoriæ exemplum (quod hiſtorici omnes, maximeque Eccleſiaſtici imitari debent) Ditmari epiſcopi Gallicarum rerum ſcriptoris, quem hoc ornat elogio Cardinalis Baronius [a]: DITMARVS VIR SANCTITATE PRÆSTANS VEL LEVE QVODVIS MENDACIVM NON SECVS AC CAPITALE PECCATVM, VT PROFITETVR, EXHORRET. Genus autem quoddam mendacij eſſe arbitror, vel veritatem obuelare, vel ſilentio dedita opera præterire; in ijs præſertim, quæ Romanorum Pontificum, & Conciliorum auctoritate comprobantur confirmanturque, atque ab ipſis Regibus, quorum res agebatur, ſupplici obſequio admiſſa & rata habita ſunt: alioquin hiſtoricus veritatis non cultor, ſed occultator eſſet cenſendus. Cæterum ſi conſilium a Cardinale Baronio ſuſceptum ſecutus, dum in repetendis veteribus monumentis fidem conciliare hiſtoriæ annitor, illam, quam quiſpiam fortaſſe breuitatem optaſſet, conſulto non ſeruaui, collectos in arctum annales propediem, Deo dante, typis me mandaturum ſciat. Vale.

[a] Baron. to. 11. ann. Chr. 1002 nu. 2.

LOVIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre a nos amés & ſeaus conſeillers les gens tenants nos cours de parlement, grand conſeil, requeſtes, de noſtre chaſtel & du palais, baillifs, ſeneſchaus ou leurs lieutenants, & a tous nos autres iuges, & officiers quil appartiendra ſalut. Noſtre bien amé Oderico Raynaldo Superieur de la Congregation de l'Oratoire de Rome nous a faict remonſtrer, quil a par ſes grands ſoings & trauail extraordinaires continué les Annales du defunct Cardinal Baronio dont il a deſia faict imprimer a grans frais & deſpends quatre volumes, in folio en la dicte ville de Rome, & craignant qu'a ſon preiudice les libraires & imprimeurs de cettuy noſtre royaume, ou autres veuillent les faire imprimer & expoſer en vente ſoubs pretexte de changement, augmentation ou autrement, il nous a tres humblement ſupplié & requis luy vouloir ſur ce pouruoir. A ces cauſes voulans fauorablement traicter le dict expoſant, & empeſcher quil ne ſoit fruſtré d'vn ſi grand & louable trauail, frais & deſpends par luy faicts & exposés en la dicte impreſſion & luy donner vn moyen de continuer vn ſi bon ouurage, & l'impreſſion d'iceluy: Nous luy auons de noſtre grace ſpeciale pleine puiſſance & auctorité Royalle permis & permettons par ces preſentes de continuer l'impreſſion des dictes Annales en telles marques & characteres que bon luy ſemblera & les expoſer en vente durant leſpace de neuf ans a commencer du iour & date de ces dictes preſentes, faiſant tres expreſſes deffenſes, a tous imprimeurs & marchands libraires de noſtre dict Royaume autre que celuy qui ſera nommé par l'expoſant & a toutes autres perſonnes de quelque qualité & condition quils ſoyent de les imprimer, ou faire imprimer, ny mettre en vente durant le dict temps ſoubs pretexte de changement, deſguiſement, augmentation n'y autrement en quelque ſorte & maniere que ce ſoit ſans le conſentement du dict expoſant, ſur peine de confiſcation des dicts libures & exemplaires & mille liures d'amende au proffit de l'expoſant, & de touts deſpends dommages & intereſts, a la charge de mettre deux exemplaires en noſtre bibliotheque & autant en celle de noſtre tres cher tres feal couſin le ſieur Seiguier comte de Gien duc de Villemor, pair & chancelier de France. Voulons en outre que faiſant mettre au commencement ou a la fin des dicts libures ces preſentes ou vn bref extraict d'icelles, quelles ſoyent pour leues ſignifiees & venues a la cognoiſſance de touts ceſſant & faiſant ceſſer touts troubles & empeſchements, au contraire nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques & ſans preiudice d'icelles. Car tel eſt noſtre plaiſir. Donne a Paris le ſixieſme iour de mars l'an de grace mille ſix cents cinquante ſix & de noſtre regne le treizieſme.

Par le ROY en ſon Conſeil

Sonbeyran.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. M. S. P.

O. Archiepiſc. Patracen. Vicesg.

EGo infraſcriptus, ita mandante Reuerendiſſimo P. Fr. Raimundo Capiſucco Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro, vidi ac perlegi decimum nonum Annalium Eccleſiaſticorum Tomum a R. P. Odorico Raynaldo compoſitum, in eo nihil animaduerti, quod vel pias aures, vel chriſtianos mores offendat: opus profecto digniſſimum, & elegans, laboris, atque eruditionis plenum, ideoque dignum iudico, quod typis mandetur. Datum Romæ die 15. Auguſti 1660.

D. Ferdinandus Vghellus Abbas SS. Vincentij, & Anaſtaſij ad aquas Saluias Ordinis Ciſtercienſis.

Imprimatur,

Fr. Raimundus Capiſucchi Ord. Præd. Sac. Ap. Pal. Magiſter.

A N N A L E S
ECCLESIASTICI.

IESV CHRISTI

Annus 1458.

Pii PP. II. annus 1. Fridrici III. Imperatoris annus 19.

1 ANNALIVM eccleſiaſticorum tomum decimum nonum ſupernaſiſi ope aggredimur, in quo diuinæ prouidentiæ conſilia adoranda emicant, quæ Turcica impietate latius in Græcia diffuſa ad plectendam ſchiſmaticorum perfidiam, qui nullis monitis in Romanæ eccleſiæ ſinum reuocari potuerant, Mahumeticæ ſuperſtitionis reliquias ex Hiſpania euulſit, ac nonnullas ignotas Africæ gentes, tum plures Indiæ populos euangelica luce colluſtrauit, nouumque orbem, quem nec Aſſyriorum, nec Græcorum, nec Romanorum tenuiſſima fama peruaſerat, aperuit vt in eo Chriſti gloria depulſis dæmonibus proſtrataque idololatria effloreſceret, de quibus ſuo loco agetur. Nunc de Pio II. Pontifice eiuſque geſtis ſermonem inſtituamus.

Iuſtis funeribus Calliſto ex maieſtate pontificali perſolutis, duodeuiginti Cardinales, qui tunc in vrbe ſuperſtites erant, conclaue ingreſſi XIV. kal. ſeptembris Æneam Syluium tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem & Senenſem epiſcopum, de quo ſæpiſſime memorauimus, ſummum Pontificem renuntiarunt, natum nobilibus parentibus, nimirum patre Syluio Piccolomineo, matre Victoria Fortiguerra, de qua refert Platina [a], viſam ſibi per quietem infantem cum mithra parere, ac veritam, ne ſomnium puero & familiæ ignominiam præſagiret, neque antea etiam ſuſpicionem reliquiſſe, quam intellexiſſet filium deſignatum eſſe Tergeſtinum epiſcopum: ſed auguſtior apex illi reſeruatus erat. Vt vero res geſta ſit, refert accuratiſſime in eius commentarijs Gobelinus [b], cuius narrationem non iniucundam lectori futuram arbitror.

Æneas Syluius Calliſto ſuffectus.

[a] Plat. in Calliſt.

Præſagiũ de illius pontificatu matri oſtenſum.

[b] Gobel. in comm. Pij II. lib. 3.

Cardinales, inquit, *duodeuiginti decima die poſt Calliſti obitum conclaue ingreſſi ſunt tota ciuitate ſuſpenſa in euentum rerum, quamuis ſermo communis Æneæ Cardinali Senenſi pontificatum maximum attribueret, neque enim quiſquam fuit de quo maior eſſet opinio. Conclaue in apoſtolico palatio apud S. Petrum perſtructum eſt, in quo duæ clauſæ ſunt aulæ, & ſacella duo: in maiori cellulas fecere, in queis Cardinales ederent dormirentque: minus, quod S. Nicolai appellatur, conſultationi electionique Pontificis aſſeruauerunt, deambulationi omnium aulas. Ipſa die ingreſſus nihil actum eſt circa electionem: ſequenti capitula quædam edita ſunt, quæ obſeruari a nouo præſule ſtatuerunt, iurarunt que ſinguli ea ſeſe ſeruaturos, ſi electio ſuper ſe caderet.* Quænam autem hæc fuerint, non prodit Gobelinus, ſed nos ex m. s. tabularij [a] Vaticani Nicolai Cardinalis Aragonij paulo poſt afferemus.

[a] Id. ibid.

2 Subdit auctor: *Tertia die facta re diuina, cum ventum eſſet ad ſcrutinium inuentum eſt Philippum Cardinalem Bononienſem & Æneam Senenſem paribus vocibus ad ſummum pontificatum præſtolari, vtroque vocibus quinque vocato, ex reliquis nemo tres ſuperauit. Sequenti die itum eſt de more ad rem diuinam, qua peracta ſcrutinium incœpere: calix aureus in ara poſitus eſt, & tres Cardinales eum obſeruauere. Ruthenus epiſcopus, Rothomagenſis presbyter, & Columnenſis diaconus, inſpicientes ne qua fraus intercederet: reliqui Cardinales in ſuis locis conſederunt, & ſurgentes ex ordine dignitatis ac ſenij, accedentes ad altare, ſchedulas in calicem mittebant, in quibus nomina eorum ſcripta erant, quos ad pontificatum eligebant; cumque hoc omnes feciſſent, menſa in medio ædis poſita eſt, & tres Cardinales memorati ſupra eam ſchedularum calicem euerterant, ſchedulaſque legentes ſingulas alta voce nomina eorum annotauerunt, qui erant in illis conſcripti, nec quiſquam erat Cardinalium, qui non pari modo nominatos annotaret, ne qua poſſet interuenire fraus & deceptio. Schedularum modus hic erat. ſcripſerat quilibet manu propria: Ego Petrus, ſiue Ioannes, ſiue alio nomine fuerit, in Romanum Pontificem eligo Æneam Cardinalem Senenſem, & Iacobum Vlyſſiponenſem; nam & vnum, & duos, & plures eligere permiſſum eſt, tacita conditione, vt prior nominatus præferatur: quodſi non habeat vota, quæ ſufficiant, ſuccedat*

Qui ritꝰ in creatione ſeruati.

cedat proximus, vt eo facilius in vnum conueniatur ſublato ſcrutinio. Compertum eſt nouem Cardinales Æneam elegiſſe, Genuenſem, Vrſinum, Ilerdenſem, Bononienſem, S. Marci, SS. Quatuor coronatorum, Zamorenſem, Papienſem, & Portugalenſem; Rothomagenſem vero tantum ſex, reliquos longe inferius reſediſſe. Cardinales omnes admirati ſunt, neque enim memoria hominum in tam paruo Cardinalium numero ad nouem voces per ſcrutinium quiſquam aſcenderat. Cum nemo ſatis votorum haberet placuit conſedere, & viam, quam vocant per acceſſum, experiri, ſi forte ea die poſſet haberi Pontifex.

Acceſſionis modus quis vſurpatus.

3 *Sedebant omnes ſuis in locis taciti pallidique, & tanquam a Spiritu ſancto rapti eſſent, nemo aliquamdiu loqui, nemo hiſcere, nemo partem corporis mouere præter oculos, quos varias in partes iactabant: mirum erat ſilentium, & mira hominum effigies, neque vox audiebatur, neque motus cernebatur vllus. Manſere in eum modum aliquantiſper expectantibus inferioribus, vt ſuperiores acceſſum inchoarent. Exinde Rodericus vicecancellarius aſſurgens ad Senenſem Cardinalem accedo, inquit. Subſequutum eſt ſilentium, & alter alterum intuens ſuos nutibus indicabat affectus. Iam prope erat, vt Æneam Pontificem viderent: quod verentes aliqui e loco abierunt, vt eius diei creationem eluderent: hi fuerunt Ruthenus, & S. Sixti Cardinales; ſed cum nulli eos ſequerentur mox rediere. Tum Iacobus Cardinalis S. Anaſtaſiæ: Et ego, inquit, Senenſi accedo. Vna iam Æneæ tantum vox deerat, duodecim ſiquidem Pontificem efficiebant, quod animaduertens Proſper Cardinalis Columnenſis eam ſibi gloriam acquirendam putauit, vt Pontificem ipſe pronuntiaret. Cumque eſſet Æneæ veteri beneuolentia coniunctus verſus ad reliquos Cardinales: Et ego, inquit, Senenſi accedo, eumque Papam facio. Quo audito Cardinales vniuerſi nihil morati ad pedes Æneæ ſeſe proiecerunt, eumque Pontificem ſalutauerunt, & rurſus in ſuis locis reſidentes electionem factam approbauerunt nullo prorſus aduerſante: ibique Beſſarion Cardinalis Nicænus ſuo, & eorum nomine, qui Rothomagenſi fauerant: Laudamus,* inquit, *Pontifex maxime tuam aſſumptionem, quam ex Deo eſſe non dubitamus: & ſane dignum te hoc munere, & cenſuimus antea, & nunc cenſemus, quod autem te non elegimus id fecit ægritudo tua, nam cum pedibus ægrotares hoc tantum ſufficientiæ tuæ deeſſe putauimus; eſt enim Eccleſia egens viro actiuo, qui poſſit itineribus corpus exercere, & imminentibus periculis occurrere, quæ a Turcis formidamus, tu contra quietis eges, hoc nos ad Rothomagenſem traxit: quod ſi fuiſſes corpore validus nullus erat, quem tibi præferendum exiſtimaremus. At cum Deo placuerit, & nobis placet, nos te Pontificem veneramur, & denuo quantum in nobis eſt eligimus, tibique fideliter ſeruiemus.*

Diſturbare eius electionē aliqui nituntur.

Omnium ſuffragia denū in eum concurrunt.

Interiecto noui Pontificis demiſſe de ſe ſentientis, atque electionem diuino Numini & vniuerſo collegio purpurato aſcribentis modeſto reſponſo, addit auctor: *Priora exuit indumenta & albam Chriſti tunicam accepit, & interrogatus, quo nomine vellet vocari, Pio, reſpondit; & mox Pius II. appellatus eſt: & iuratis quibuſdam capitulis nudius tertius in collegio editis, in altari poſitus rurſus a Cardinalibus adoratus eſt, pedes eius, & manus, & ora oſculantibus: atque eo facto publicata eſt populo Pontificis electio ex alta feneſtra, acclamatumque Pium II. Pontificem haberi, qui fuerat Cardinalis Senenſis.*

Pij II. nomen accipit.

4 Prænuntiatum olim illi pontificatum a Nicolao V. dum priuatam vitam agebat memorat Philelphus a his verbis: *Cum intra alpes eodem itinere obuiam habuiſſet Æneam Syluium integerrimum & eloquentiſſimum epiſcopum Tergeſtinum, qui a Friderico Auſtrio Romanorum Rege orator veniebat ad Philippum Mariam inclytum Mediolanenſium ducem, ſimulque vterque veſperi diuertiſſent in quandam cauponulam, & Æneas parcius ſumptus faceret (vtpote qui ab eo Rege legaretur, qui Stoica eruditus inſtructuſque diſciplina non minus parcimoniæ nummorum, quam vitæ frugalitati continenter ſtudet) tum ad Æneam conuerſus Thomas: Reuerendiſſime pater, inquit, quid opus eſt tanta vtamur parſimonia cum vterque in eccleſia Romana Pontifices maximi futuri ſimus? quam quidem rem non ſerio minus quam ioco eum prædixiſſe, certius oſtendit euentus; videmus enim alteram ſumma cum laude ſummum pontificatum conceſſiſſe naturæ: At Æneam (cui nunc Pio II. nomen eſt) non ſecus fortiter quam conſtanter pontificatum gerere.*

a *Philel. in orat. ad Iac. Ant. Marcell. patrit. Ven.*

Illi a Nicolao V. diu ante prænuntiatus pontificatus.

5 Quod ad ea rerum capita attinet, ad quæ Cardinales iureiurando obſtrictos, ſi pontificatum aſſequerentur, indicat Gobelinus, & quæ Pius iureiurando in conclaui firmauit, ea fuere præcipua de vrgenda ſacra expeditione in Turcas, reuocanda ſanctitate morum in curiam Romanam, non transferenda ſede ſine purpuratorum conſilio, ſeruando in creandis Cardinalibus Conſtantienſis concilij decreto, tribuendis quolibet menſe Cardinalibus centum aureis ad vitam ſuſtentandam, conferendis rite ſacerdotijs, non abalienandis Eccleſiæ iuribus, non inferendo cuiquam principi bello niſi cauſa in conſiſtorio pro æquitate librata, non occupandis in curia obeuntium bonis, non augendis vectigalibus, adigendis præfectis prouinciarum, vrbium & arcium interpontificij tempore Cardinalium cœtui parituros; at conceptam de his formulam ex prædicto m.s. codice b tabularij Vaticani afferre præſtat.

Capitula infraſcripta ſtatui vniuerſalis Eccleſiæ plurimum neceſſaria, iuret & promittat Deo omnipotenti, & beatis Apoſtolis Petro & Paulo quilibet dominus Cardinalis ſingulariter, ſi contingat eum aſſumi ad dignitatem Summi Pontificis, quod ſeruabit & adimplebit realiter & cum effectu abſque aliqua tergiuerſatione & excuſatione.

Pactiones inter Cardinales initæ.

b *M.ſ. Vat. Nic. Card. Arag. ſign. lit. C. pag. 164. & alio m.ſ. ſign. lit. E. pag. 280. & in m.ſ. Alex. VII. pag. 258.*

Primo iurabit & promittet expeditionem inceptam contra infideles inimicos crucis Chriſti pro ampliatione & dilatatione fidei totis viribus vſque ad felicem exitum proſequi ſecundum facultatem Romanæ eccleſiæ iuxta conſilium fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium vel maioris partis eorum. Item quod quantum in ſe fuerit conſilium prædictum intendet reformationi curiæ Romanæ. Item quod non transferet ſiue educet curiam Romanam de prouincia ad prouinciam ſine conſilio & conſenſu dominorum Cardinalium aut maioris partis ipſorum. Item quod non creabit ſeu aſſumet aliquos Cardinales etiam precibus quoruncumque Imperatorum, Regum, ducum, aut principum niſi de conſilio & conſenſu maioris partis dominorum Cardinalium, quodque exquiſitio huiuſmodi votorum fiet conſiſtorialiter & non auriculariter, fietque dicta creatio nouorum Cardinalium iuxta ordinationem factam in concilio Conſtantienſi tam quoad quantitatem, quam quoad qualitatem. Item quod prouidebit de centum florenis

De Romanæ curiæ tollendis corruptelis.

nis

nis cameræ omni menſe cuilibet Cardinali non habenti integre de beneficijs & capello quatuor millia florenorum, quouſque ei prouiſum ſit de dicta ſumma in redditibus, & quod Cardinales omnes habentes quæcumque beneficia etiam incompatibilia in titulum, vel in commendam manutenebit, & defendet in poſſeſſione eorum.

De ſuſtẽtandis in opibus. Cardinalibus.

6 Item quod nullam prouiſionem faciet de eccleſijs cathedralibus, abbatijs, & magiſtratibus & alijs quibuſcumque in camera apoſtolica, taxatis etiam ſub titulo commendæ adminiſtrationis, vel alio quocumque titulo ſiue modo, niſi conſiſtorialiter & interueniente conſenſu ſaltem maioris partis Cardinalium, prætérquam de ijs, quos conferet dominis Cardinalibus, & prætérquam de abbatijs, quæ non excedent valorem ducentorum ducatorum; & quod nihil vltra taxam recipietur. Item quod nullam bullam vnquam expediri conſentiet, in qua ponatur aut inſeratur clauſula illa: De conſilio fratrum, &c. niſi prius realiter & cum effectu conſiſtorialiter vota fratrum ſuper contentis in ea ſint exquiſita & maior pars conſenſerit.

De conferendorum ſacerdotiorum modo.

Item quod nullam facultatem præſentandi aut nominandi ad eccleſias cathedrales, collegiatas, ſiue monaſteria, dignitates, ſeu alia quæcumque beneficia concedet principibus ſæcularibus, aut prælatis eccleſiaſticis cuiuſcumque conditionis, ſtatus, aut qualitatis exiſtant ſiue imperialis, regalis, ducalis, archiepiſcopalis, epiſcopalis, vel cuiuſuis alterius præeminentiæ, niſi de expreſſo conſilio & aſſenſu maioris partis dominorum Cardinalium. Item quod nullam bullam vnquam expediri permittet ſeu alicui concedet, per quam ſe aſtringat principibus, vel alicui ipſorum, aut eos certificet quod nullas eccleſias cathedrales collegiatas, monaſteria, ſeu alia beneficia conferet niſi de ipſorum beneplacito aut voluntate, & omnes conceſſas reuocabit.

7 Item quod nullam infeudationem de regnis, caſtris, ciuitatibus & terris etiam de rebus, quæ conſueuerunt infeudari, ſiue alienationem, ſub quocumque titulo etiam vicariatus, pignoris, emphiteoſis, vel alterius contractus faciet in quamcumque perſonam eccleſiaſticam, vel ſæcularem, aut communitatem de rebus & bonis ſpectantibus ad patrimonium Eccleſiæ, niſi deliberatione prius habita conſiſtoriali & conſentiente maiori parte Cardinalium cum eorum ſubſcriptionibus. Item quod nulli Regi, domino, principi, aut communitati non ſubditis ſibi mouebit guerram, aut cum eis ligam aliquam faciet ad inferendam alicui guerram ſine expreſſo conſenſu maioris partis dominorum Cardinalium. Item quod bona Cardinalium etiam religioſorum, aliorumque prælatorum, nec non omnium correſanorum in curia decedentium nullo modo occupabit vel occupari patietur, ſed permittet iuxta iuris diſpoſitionem & voluntatis decedentium, vt ijdem decedentes de bonis quoquomodo ad ipſos pertinentibus, prout eis placuerit diſponant, alijs religioſis, qui propriam voluntatem abdicarunt tantummodo exceptis, quorum bona deuoluantur ad illum vel illos, ad quem vel ad quos pertinent de iure, conſuetudine, vel priuilegio, nec de iuribus capelli Cardinalium decedentium aliquod occupabit, vel occupari faciet aut permittet; immo ſit liberum Cardinalibus etiam religioſis de eiuſdem iuribus teſtari, aut facere prout eis videbitur.

Commentum nulla bella mouenda ſine maioris Cardinaliũ partis cõſenſu.

8 Item quod nullas nouas gabellas, aut alias exactiones imponet, nec antiquas augmentabit in vrbe Romana, nec in alijs terris eccleſiæ Romanæ, nec gabellas iam poſitas auferet, aut diminuet, nec concedet alicui Regi, domino temporali, ſeu communitati propter vel contra libertatem eccleſiaſticam exactionem ſuper clerum, vel eccleſias ſiue bona ad eccleſias & loca pia pertinentia ſine cauſa rationabili, ex tunc de ſimili eorundem dominorum Cardinalium conſenſu *. Item quod feudatarios regnorum & alios vicarios, capitaneos, gubernatorem, ſenatorem, caſtellanos, omneſque alios & ſingulos officiarios vrbis Romæ & aliarum terrarum patrimonij eccleſiæ Romanæ faciet iurare in eorum inſtitutione obedientiam & fidelitatem Romanæ eccleſiæ, videlicet ſibi & ſucceſſoribus. Faciet inſuper iurare ſupradictos feudatarios & officiales cæteroſque in hoc capitulo nominatos, quod ſede vacante ad mandatum ipſorum dominorum Cardinalium ciuitates, terras, loca, arces, fortalitia, & caſtra eccleſiæ Romanæ immediate tradent cœtui dominorum Cardinalium & expedient libere, & ſine contradictione quacunque. Item quod domini Cardinales omni anno ſemel in vnum congregati cogitent & examinent vtrum iſta per Pontificem ſeruentur: quod ſi non ſeruentur admoneant eum charitatiue, & eum ad illorum obſeruationem adhortentur vſque ad tertiam admonitionem. Item quod de his omnibus fiat vna bulla authentica, quæ ſeruetur in aliquo loco communi ad petitionem collegij. Item quod hæc omnia ratificabit, & approbabit ante publicationem electionis ſuæ mediante promiſſione & iuramento. Item in fine erit ſubſcriptio Sanctiſſimi domini noſtri in hunc modum videlicet. *Ego Pius II. præmiſſa omnia, & ſingula promitto & iuro ſeruare, quantum cum Deo & honeſtate & iuſtitia ſedis Apoſtolicæ potero*; & hoc cum ſigni ſui impreſſione.

Quid circa vectigalia ſanctum.

* alienabit

Vacuo ſolio pontificio ad Cardinales imperium eccleſiaſt. deuoluitur.

9 Inſcripſit a poſtea Pius ſigillo ſuo pontificio hoc ſymbolum: *Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui.* De cuius primordijs pauca hæc perſtringit S. Antoninus b: *Hic natione Senenſis, nobili & antiqua familia ortus, ſtudijs ab adoleſcentia deditus, iuris ſcientia peritus, ac literis gentilium valde eruditus, eloquentiſſimus, vir bonus & iuſtus reputatus eſt amator pacis, & zelator fidei.* Primitias eaſdem accuratius Pius ipſe deſcribit c graphice in literis ad Petrum Noxetanum equitem paucis ante annis datis, in quibus diuinam prouidentiam adorat, quæ ipſum per varios honorum gradus euexerit: *Annos, inquit, ſex & viginti natus, cum darem iuri ciuili operam, exorto bello patriam, & ſtudium coactus ſum relinquere, acceſſi tamen grande illud Baſilienſe Concilium, inuenique gratiam in oculis patrum; ſcriba in ſynodo fui, & literarum abbreuiator, & vnus de duodecim viris, qui magiſtratus illic quaſi cenſorius videbatur, neque enim ſine duodecim viris ad conſultandum de rebus conciliaribus quiſquam admittebatur, & admiſſi, qui non inueniebantur idonei, his iubentibus amouebantur. Erant in concilio quatuor conuentus, qui deputationes appellabantur, de fide & pace, de reformatoria, de communibus, præſidentes hæ ſuos ſingulæ ſingulos elegerunt, in deputatione fidei, in qua eram inſcriptus, ſæpe præſedi; inter collatores quoque beneficiorum bis ſum electus: legatus ab ipſo concilio ad complures principes miſſus, Cum pontificatum Amedeus dux Sabaudiæ ſuſcepiſſet Felix nuncupatus, in ſecretarium ſum ab eo*

Sententia pontificio emblemati adiecta. Pij II. primitiæ.

a Plat. in Pio II.
b S. Ant. 3 par tit. 22. tit. 17. in princ.
c Aen. Syl. ep. 188.

Vt adierit concilium Baſileenſe.

Quæ muneria in eo geſſerit.

Amadeo antipapæ dein Imperatori fuit a ſecretis.

acceſſus; nec diu poſt vocatus ad Fredericum Imperatorem protonotariatus officium ab eo ſum adeptus (ſic Germani ſecretarium appellant.) Dum legationes Cæſaris obeo vniuerſam ferme Germaniam circuiui.

10 Diſſidebant Theutones cum Eugenio maximo Pontifice; at neque illi neque Felici obedientes neutrales vocabantur. Concordia pluribus in conuentibus agitata eſt, quibus iubente Cæſare ſemper interfui. Bis cum tractatu pacis ad Eugenium veni: tertio nationis illius Apoſtolicæ Sedi obedientiam attuli. Secretariatus & ſubdiaconatus honorem ab Eugenio, & mox illo defuncto a Nicolao ſuſcepi, cuius conclaui cum eligeretur, cum cæteris principum legatis cuſtodiæ præfui. Lapſum eſt poſtea breue tempus, in quo me Nicolaus Tergeſtinæ eccleſiæ nihil tale merentem præfecit epiſcopum, quadrienniumque abinde decurſo Senenſis vrbis, vt de mihi origo eſt, pontificatum ad me detulit. Cæſar vero, a quo cum in conſiliariorum ordine ſuſceptus eſſem, Neapolim me petere iuſſit; quo in loco matrimonium inter ipſum Cæſarem, & Leonoram Portugaliæ Regis ſororem Alfonſique neptem contraxi, eamdemque Imperatricem anno poſt nauigio vectam e Piſis ad Imperatorem Senis agentem conduxi, cum id mihi vni committeretur.

Germanicæ nationis nomine obſequium Eugenio detulit. Poſt Eugenij mortem conclaui cuſtodiæ præfuit, Tergeſtinus dein Senenſis epiſcopus creatus. Nuptias fecit inter Cæſarem & Leonoram proxeneta.

11 In coronatione Cæſaris, quæ Romæ celebrata eſt, noſtique meæ partes fuerint, quippe qui me ſæpius imperatorio nomine apud Romanum Pontificem, & publice, & priuatim loquentem audiuiſti. Reuerſo in Germaniam legatio mihi apoſtolicæ ſedis per Bohemiam, & omnes prouincias Auſtriæ datum commiſſa eſt. In conuentu Germanorum, qui Ratiſbonæ habitus eſt, quo & Philippus Burgundiæ, & Ludouicus Bauariæ duces, & alij quamplures principes, & regali conuenerunt de ſalute Chriſtianæ reipublicæ agentes, imperatorias vices tenui. Simili modo, & in Franchfordienſi concilio, vbi & Germanos aduerſus Turcas decernere bellum dicta oratione ſuaſimus, quamuis poſtea negligentia, & inſcitia eorum, qui cuncta ſedere putant, Germani tepuerunt.

Coronati Imperatoris nomine orationem habuit ad Pontificem. In pluribus Germaniæ conuentibus nomine Cæſaris præfuit.

Mortuo Nicolao Calixtum ſucceſſorem, eius quem nunc imperatorio nomine tanquam ſucceſſorem verum Chriſti vicarium recognouimus. In hiſce nos honoribus, Petre, verſati ſumus, nec tamen intelligimus cur adeo diuina pietas noſtram paruitatem extulerit, non doctrina, non vitæ bonitas hæc meruit. Cognoſcimus imperfectum noſtrum, & nos ipſos ſæpe cogitantes non extollimur quidem, ſed magis erubeſcimus, & confundimur, qui pro tantis beneficijs non ſumus grati: reſpicimus aliquando retro, & quomodo multi viri nobilibus ornati natalibus, virtute, & doctrina præſtabiles, abiecti & incogniti iaceant conſideramus, fateor quamplurimi ſunt, qui opibus & honoribus antecedunt, ſed multo plures ſequuntur, pluribus commiſereri quam inuidere poſſum; & illi quidem qui me dignitate præcedunt etiam virtute ſuperant; ego his, qui ſequuntur nulla ratione ſum melior. O quot viri ſunt, qui non centum aureos annuos ex beneficijs eccleſiaſticis haurire poſſunt, iuris diuini atque humani interpretes, quorum non eſſem dignus corrigiam calceamenti ſoluere! atque ego ignarus, hebes, atque vitiorum mole preſſus, atque iniquitate circumdatus, qui aliquo beneficiolo contentus extitiſſem, vel minimo, iam annuos mille aureos poſſideo, quodque magis miror, dum Germaniam peto epiſcopatum in patria conſequor. Magna hæc, mi Petre, in quibus non ſolum mea paruitas ſed magna virtus quieſcere poſſit.

Calixto Cæſaris nomine obſequium detulit.

Diuinam in eo extollendo prouidentiam adorat.

De ſe demiſſe ſentit.

12 Apud tres epiſcopos, & totidem Cardinales dictandarum epiſtolarum officium exercui. Hi tres quoque Pontifices maximi ſecretariorum collegio me aſcripſerunt, Eugenius, Nicolaus, & Felix quamuis hunc adulterinum dixerim. Apud Cæſarem non ſecretariatus modo, ſed conſiliaratus, & principatus honore auctus ſum: neque ego iſta fortunæ imputo, quamuis neſcio cauſam; ſed ipſius rectori, & dominatori omnium Deo, cuius eſt in quemcumque voluerit vſum vaſa formare, neque humanæ correctioni ſubijciuntur, quæ libera ſunt, eiuſque liberalitati gratias agere decet, qui dat omnibus abundanter, & non improperat. An nos igitur tanta miſeratione præuenti Cardinalatum anxij expectauimus, atque hunc quoque nobis honorem deberi putauimus? Vtinam dignitati, quam conſecuti ſumus pares inueniamur, & ita quod ſupereſt æui traducamus, ne qua poſſit in nobis ingratitudo notari. Porro cardinalatus faſtigium maius exiſtimamus quam noſtris humeris committi debeat: vtinam ea dignitas his credatur, qui afferre illi potius quam ab ea recipere gloriam poſſint, quales nos eſſe nullo pacto cognoſcimus, &c. Vale ex Neapoli nonas maij anno MCCCCLVI. indictione . . . . pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri domini Calixti Papæ III. anno II.

Pluribus epiſcopis Cardinalibus & Pontificibus a ſecretis fuit.

Indignũ ſe Cardinalatu putat.

Exeunte eodem anno, quo hæc ſcripſerat, cardinalitia purpura a Calliſto donatus eſt, ac pontificiam dignitatem aduerſus nonnullos nouatores, qui pragmaticam iniquam inducere, ac ſchiſma abiecto Calliſti Pontificis obſequio conflare moliebantur, ſcriptis eximijs commentarijs pro apoſtolica auctoritate, tutatus eſt; ad quam demum hoc anno, vt diximus, euectus ſacroſanctis infulis redimitus eſt apud S. Petrum III. nonas ſeptembris, vt Gobelinus [a] alijque [b] teſtantur: eademque die equeſtri pompa ducta veteri inſtituto baſilicam Lateranenſem adijt. Tum Chriſtifideles omnes encyclicis literis de Calliſti obitu, ſuaque electione certiores fecit, excitauitque, vt pias pro ipſo preces Deo funderent, quo Eccleſiæ gubernacula probe moderaretur: extantque typis cuſæ eo argumento ad academiam Pariſienſem hæ literæ [c].

Illum aſſequitur ac deinde pontificatum. Tuetur ſcriptis pontificiã auctoritatem. Quo die huius anni corona redimitus.

[a] Gobel. in comm. l. 2. [b] Plat. in eod. Steph. Inff. & Nic. e Tuccia ſuper in ſ. Vat. ſign. n. 112 & aly. [c] Æn. Syl. ep. 384.

Pius Papa II. dilectis filijs ſtudij Pariſienſis &c.

13 Felicis recordationis Calixto Papa III. prædeceſſore noſtro de huius mortalis vitæ valle VIII. idus auguſti ad cœleſtem patriam euocato, & ipſius funeris, ac exequiarum celebratione ſolemni ac debita, ſubſecuta, nos vna cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tum eramus, Romæ in apoſtolico palatio apud S. Petri Apoſtolorum principis baſilicam, in quo dictus prædeceſſor habitauerat, ac debitum naturæ perſoluerat, modo ac tempore congruis pro futuri creatione Pontificis curauimus conuenire, nobiſque cum eiſdem fratribus ſub deliberationis magnæ negotio, quam tantæ rei qualitas exigebat, aliquandiu tractantibus, tandem ipſi fratres, licet potuiſſent in alios maioris meriti conſentire, tamen ſancti Spiritus, a quo ſancta Romana, & vniuerſalis Eccleſia Chriſti ſponſa regitur, infuſione ipſorum animos ſic afflante, ad perſonam noſtram dirigentes vnanimiter vota ſua, nos tunc tituli S. Sabinæ presbyterum Cardinalem, neſcimus quo occulto & nobis tremendo iudicio ad celſitudinis apoſtolicæ faſtigium concorditer elegerunt.

Encyclicæ Pij II literæ.

Nos autem imbecillitatis noſtræ conſcij noſtrarum paruitatē virium ad tanti oneris ſarcinam

digne

Digitized by Google

digne perferendam agnoſcentes, poſtquam diu quid agendum foret cogitauimus, tandem conſiderantes Romani Pontificis electionem non ab hominibus, ſed a diuina inſpiratione procedere, cuius non licet reſiſtere voluntati, ſperantesque eum, qui ab initio fundationis Eccleſiæ infima mundi elegit, vt confunderet fortia, vires ſuas nobis ad tanta gubernacula ſubminiſtraturum, cupidi bene agere, & prodeſſe potius, quam præeſſe, in ſpiritu humilitatis colla ſubmiſimus iugo apoſtolicæ ſeruitutis. Quapropter deuotionem veſtram precamur, vt omnipotentem Deum inſtantius exoretis, a veſtriſque omnibus exorari curetis, vt nos per ſuam gratiam roboret, & dirigat in agendis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLVIII. *pridie non. ſeptembris pontificatus noſtri anno 1.*

14 Nec mora, vniuerſas curas pontificatu inito ad Eccleſiæ reſtituendum ſplendorem, religionemque aduerſus Turcas defendendam conuertit a, cumque tantæ rei moli par eſſe non poſſet, niſi aduerſus formidabilem hoſtem Chriſtianorum principum copiæ fœdere iungerentur, celebres indicendos conuentus Mantuæ cenſuit; qua de re hæc in ſua commentaria retulit Gobelinus b: *Vincere Turcas non huius aut illius regni opus, ſed totius Chriſtianæ reipublicæ videbatur. Neceſſaria igitur eorum conſilia exiſtimauit, quorum auxilia requireret, conſiliumque principum, & liberorum populorum conuocare decreuit, in quo de communi ſalute communiter ageret: ſed vbi concilium habendum eſſet in conſultationem venit. Cardinalium alij Romæ, alij trans alpes aut in Germania, aut in Gallia conuentum habendum eſſe dicebant. Pio nihil horum placuit, neque enim ex honeſtate arbitrabatur Reges, qui trans alpes morabantur, Romam vocare, neque in Gallia, aut in Germania vtile concilium futurum, ad quod propter valetudinem Pontifex ipſe tranſire non poſſet. Antiquius viſum eſt non procul ab alpibus conuentum cogere in loco, qui medius inter Romanum præſulem, & tranſalpinos Reges exiſtimaretur. Duo nominata ſunt loca, Vtinum in Foroiulij ſubiectum Venetis, & Mantua in Gallia Ciſalpina, vt ſi alter negaretur, alter præſto adeſſet; veritus eſt enim Pontifex id, quod poſtea ſucceſſit, ne Veneti Turcarum arma timentes Vtinum clauderent, & hac de cauſa Mantua electa fuit a præſule etiam ob loci commoditatem.*

a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. in princip.

Indicti ab eo Mãtua Chriſtianorũ conuẽtus

b Gobel. in comm. l. 2.

Ægrè latus diſceſſus ex vrbe.

15 Addit idem auctor plures Cardinales aduerſatos, ne Mantuam ad cœtus ſolemnes celebrandos decerneret, quippe qui ex vrbe diſceſſum ægre ferrent, viciſſe tamen Pij conſtantiam, ac demum vniuerſos ei aſſenſiſſe; deinde vocatos in ſacrarium pontificium omnes epiſcopos, præſules, abbates, Regumque oratores, qui in vrbe erant, illiſque Pium expoſuiſſe quantas Turcæ clades religioni Chriſtianæ intuliſſent, atque ad eam euertendam aſpirarent; horum vero obſiſtendum impio furori, ſociandaſque propterea principum vires, neque id præſtari poſſe niſi frequentes conuentus haberentur, atque ideo Mantuam ſe deſignaſſe, paratumque eſſe pro tuendo Chriſti euangelio, & ditionem eccleſiaſticam, vitamque incommodis, & periculis omnibus obijcere. Commendatum eſt noui Pontificis pium religionis ſtudium, & decretum ea de re mox editum adiungit Gobelinus c: *Exin*, inquit, *publicum de more conſiſtorium eſt habitum, & literæ Apoſtolicæ recitatæ ſunt in quibus ſtatuta dies conuentionis eſt; & principes ad alterum ex duobus locis vocati: epiſtola eius vel ab ipſo Pontifice dictata in aliarum volumine continetur.* Extant eo argumento in libro breuium Pij II. tum inter alias typis cuſas ſubiectæ ad Francorum Regem datæ literæ a, quibus illum ad Chriſtiani amplificationem nominis adhortatur.

c Id. ibid.

a Lib. breu. pag. 1. & apud Aen. Sylu. ep. 385.

Pius Papa II. charissimo in Chriſto filio Carolo Francorum Regi illuſtri ſalutem.

16 Vt perſoluamus omnipotenti Deo, & fideli populo vim ab infidelibus patienti id, cuius cauſa ad hanc ſedem ſumus aſſumpti, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu per certas noſtras patentes literas, quas celſitudini tuæ cum præſentibus annexas mittimus, omnes Reges, & principes catholicos ad ſolemnem dietam Mantuæ, vel Vtini in proximis kal. iunij celebrandam apoſtolica voce duximus conuocandos, ſtatuentes, concedente Altiſſimo, eo loci eodemque tempore ibidem perſonaliter adeſſe, impedimentis poſt habitis, quæ circumſtant nos vndique. Etſi ergo ea mens tua fuerit ſemper ad tuendum nomen ſanctum Dei, vt neque Apoſtolicæ ſedis, nec cuiuſquam alterius exhortatione multum egueris, tamen quia hæc res non ſolum nobis cordi eſt, ſed gregi dominico in primis neceſſaria, ſublimitatem tuam hortamur in Domino, & per ſanctum illud baptiſma, in quo in Chriſto renatus es, & nomen Chriſtianiſſimi, quod geris, requirimus, vt velis per os noſtrum vocatus, abiectis reſpectibus omnibus, qui pro honore Dei non ſunt, attendendo ad eadem vota, ad præſcriptam diem perſonaliter intereſſe; etenim cum vicarius Ieſu Chriſti in terris hoc agat, quem recte volentem ſequi Chriſtianus populus debet, non ſibi debent principes terræ graue ducere, laborem ab illo ſuſceptum amplecti. Habitus es ſemper, chariſſime fili, deuotiſſimus princeps, fidei & religionis cultor præcipuus, nec immerito ob Chriſtianum nomen egregie a progenitoribus tuis defenſum nomen Chriſtianiſſimi ab illis habes hereditarium. Accedit potentia ſingularis, qua ideo omnipotens Deus inſignire te voluit, vt eſſet qui tempore neceſſario, quale nunc imminet, illam ad protectionem gregis ſui conferret. Erit, vt in Domino confidimus, aduentus tuus maxime ad hoc ſalutare opus vtilis, non ſolum quod ſapienti conſilio tuo dirigere tantam molem glorioſiſſime poteris, ſed quia gentes, & regna audientes Chriſtianiſſimum Regem Francorum relictis ſedibus eius ad agendam, & tuendam communem cauſam Altiſſimi cum Romano Pontifice conueniſſe, erubeſcent & ipſi exemplum tuum non ſectari.

Per ſacrum baptiſma Gallus in Turcas adiuratᵃ.

Admonitus ne ſequi Pontificem detrectet.

Pro Deo igitur, chariſſime fili, pro æterna commendatione nominis tui, pro compaſſione fidelis populi quotidie feritati Turcarum ſanguinem ſuum crudeliter dantis, exaudire clementer velis pias noſtras huiuſmodi preces, a fletu, & lachrymis oppreſſorum nobis impoſitas. Hæc enim vera ſunt opera Regum, hic campus in quo honeſte decertare, & triumphum veræ ſalutis reportare cum gloria poſſint: cætera fluxa & caduca ſunt, nil ſolidæ laudis in ſe habentia, Altiſſimo etiam perſæpe ingrata. Quod ſi caſu aliquo, quod Deo non placeat, carendum nobis erit præſentia tua, & per oratores implere hoc munus conſtitues, requirimus ſaltem celſitudinem tuam, vt cum pleno mandato illos tranſmittere velis non ad decernenda ſolum ea, quorum cauſa vocatus es, ſed ad componendam pacem,

Vera ſalus in promouẽda Chriſti gloria ſita eſt.

vel

Digitized by Google

vel ad indicendas treugas cum illis, cum quibus eſſet tibi forſan contentio, vt demum pacatis vbique fidelibus concordius cœptum opus proſequi valeamus: ſperamus tamen conceſſurum omnipotentem Deum, vt ſerenitas tua potius per ſe ipſum, quam per oratores ſuos ſit affutura, attento quod loca prædicta tui potiſſimum cauſa delegimus, vt ſerenitas tua, quod primum expetimus, vel ſaltem principes aliquos de latere tuo, illuc accedere facilius valeant. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die* XXIV. *octobris* MCCCCLVIII. *pontificatus noſtri anno I.*

Rogatus Gall. Rex vt oratores mittat.

Quid a Carolo VII. reſponſum.

17 Acceptis ijs literis Carolus Francorum Rex pium illius ardorem pro amplificanda religione, & Mahometica ſuperſtitione euertenda commendauit: cum vero ea res maximi eſſet ponderis, reſpondit a a ſe ordinum regni cœtus coactum iri ante conuentus Mantuanos, & deinde oratores ſuos ampliſſimis ſtrctos mandatis ad ea, quæ in Gallijs decernerentur prouehenda legaturum. Cæterum Carolum ſpreta Chriſti & Eccleſiæ cauſa ſuis tantum commodis ſtuduiſſe, indicat Monſtreletus b, qui Anglos ab eo inducias, affinitatemque poſtulantes in conſpectum admittere detrectarit.

a Extant eius lit. apud Aen. Sylu. ep. 386.

b Monſtr. vol. 2. c. l. in breu pag. 3.

Hortatus c etiam eſt Chriſti vicarius Fridericum Imperatorem, ac Matthiam Hungariæ, & Caſimirum Poloniæ Reges, vt in Turcas conflarent exercitus, atque ad indictos conuentus Mantuæ agendos oratores mitterent; de quo ad Ioannem Caruialem S. Angeli Cardinalem legatum in Pannonia Germaniaque hæc ſcripſit.

Germaniæ, Bohemiæ, & Vngariæ Reges ad ſacrum bellū ſollicitati.

Cum chariſſimis in Chriſto filijs noſtris Frederico Romanorum Imperatori, Matthiæ Hungariæ, Caſimiro Poloniæ Regibus illuſtribus in præſentiarum ſcribamus, requirentes eos, vt cum vicario Ieſu Chriſti per ſe, ſi poſſint, ſin minus per principes de latere conueniant, hortamur circumſpectionem tuam in Domino, & rogamus, vt Poloniæ Regi prædicto ſuas literas mittens, & reſponſa expoſcens illas, quæ Hungariæ Regi ſcribuntur, manibus proprijs præſentes.

18 Solicitati d etiam fuere a Pio principes electores imperij, vt Mantuam pro decernendo bello ſacro accederent, tum Frederico Imperatori ſuaderent e, vt Galeatio Mariæ maiori natu filio Franciſci Sfortiæ Mediolanenſis principatus iua beneficiarium traderet: quæ literæ XXIV. octobris huius anni conſignatæ. Cæteros pariter Reges ad eoſdem cœtus ad expedienda pro tuendo nomine Chriſtiano vocatos, indicat Gobelinus f; neque inter eos poſtremum fuiſſe Georgium Podiebratium, qui ſceptrum Bohemicum corripuerat, dubium vero hæſitaſſe, an in literis regio nomine Georgium ornaret, cum ingens lis fieret, an ad Imperatorem de creando Rege Bohemiæ ius ſpectaſſet, cum id regnum imperij beneficiarium eſſet: placuiſſe demum vocare Regem Georgium, ſed eas ipſum literas Imperatori miſiſſe, vt ſi e re ſua id exiſtimaret, literas Georgio traderet, retineretue; at Fredericum eas miſiſſe ad Georgium, qui exinde mox ſtruendi dolos occaſionem captauit, eas quippe in celeberrimis regni ſui vrbibus diuulgari iuſſit, non vt ſuos Bohemos in Turcas accenderet, ſed vt catholicos deluderet ſubigeretque, cum in ijs regio nomine, tanquam orthodoxus eſſet, decoraretur. Afferuntur eæ literæ a Coclæo g pa-

d Ibid. pag. 2.

Septemuiri rogati, vt Sfortiæ Mediolanēſis principatus ius aſſeratur.

e Gobel. in comm l. 2.

f Id. ibid.

Bohemi pōtificias literas ad cōfirmandam hæreſim abuſus.

g Cochl. hiſt. Huſſit. l. 2.

rumque diſcrepat earum formula ab ijs, quas ad Regem Francorum datas attulimus. Reſpondiſſe autem Georgium Mantuam ſe accedere non poſſe, cum Sileſij ſibi repugnarent, miſſurum tamen oratores ſubdit auctor, ac mox illum ornaſſe expeditionem in Morauiam, & catholicos ſubegiſſe.

19 In hoc pontificatus Pij II. exordio plures Regum principumque oratores ad nouum Pontificem de ſumma dignitate ab ipſo accepta gratulaturi, ipſique obedientiam ei delaturi acceſſere a: inter quos etiam Florentini ſuo officio non defuerunt. Legationis princeps erat S. Antoninus archiepiſcopus Florentinus, qui elegantem ad Pium in conſiſtorio orationem habuit, in qua expreſſa lætitia ab vniuerſis Eccleſiæ ordinibus in noui Pontificis electione concepta, & ſacræ monarchiæ illuſtrata dignitate, ad Pium conuerſus eius laudationem ex patria, ſcientia literarum, geſtiſque ante pontificatum muneribus amplificauit: *In ea*, inquit b, *ciuitate*, ſcilicet Senenſi, *magnifica enutritus ſtudijs die noctuque auidiſſime intentus ad iuris peritiam non mediocriter profeciſti, literis quoque ſæcularibus, & eloquentia inſignis effectus lauream in concilio meruiſti, quod in vita raro conceditur. Exinde virtutibus tuis clarus effectus in tuæ ciuitatis antiſtitem es aſſumptus: prudentia tuo quoque, & rerum experientia copioſus plurimo inter conſiliarios Sereniſſimi principis Friderici tertij fuiſti connumeratus, a quo ad felicis recordationis Nicolaum V. cum eſſes deſtinatus orator pro corona imperiali poſtulanda, exaudita eſt oratio tua, eo ipſi collata: Poſt quæ reuerendiſſimis dominis Cardinalibus, vt inter patres orbis es conſcriptus. Demum Petri vacante ſede deliberatione matura, prouiſione non ſera, vocatione diuina, & electione canonica ad ſummum pontificij apicem aſſumptus exiſtis.*

a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. in princ.

S. Antoninus a Florentinis orator decretus ad Pium II.

b S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. §. 1.

Egregiam deinde ad gerendum ſtrenue pontificatum, conficiendam in Turcas expeditionem, pietatem latius circumferendam adhortationem addidit; tum Florentinæ reipublicæ nomine ſacrato obſequio ita perorauit: *Ad rem igitur ab inclyto Florentinorum populo mihi iniunctam redeo, qui vt optimi filij tibi patri, ac domino ingenti deuotione ſtudioque ſe aſſignant commendantes, & beatitudinem tuam omni obſequio, omnique affectu complectentes, eorum omnium nomine ſanctitatis tuæ pedes beatos oſculati ſumus. Eorum erga ſanctitatem tuam deſideria ſunt tam ardentia, tam prompta, tam grandia, vt non ſolum a te recipi, ſed diligi, amari, fouerique ſumma ope, totiſque viribus mereantur. Eodem rurſum pacto eademque ratione me minimum famulum tuum, clerumque meum tuo obſequio deditiſſimum plurimum recommendo, eademque opera beatitudini tuæ eorum plane nomine offero. Dominium inclytum Florentinum, & omnes eius magiſtratus, denique te patrem, te paſtorem recognoſcens, vt filiorum tuorum operam pollicetur, ſi opus fuerit, & exequetur, ſi vnquam forſitan oportebit. Mihi quoque, pater beatiſſime, ſupplico parcas, ſi prolixus fui, vel ſi non recte, non apte, non idonee pronuntiauerim iniuncta; ſed quidquid a me omiſſum eſt ſociorum meorum ſpectabilium ciuium ſapientia prudentius, & copioſius ſupplere valebit, de quibuſdam alijs nobis iniunctis ab ipſo magnifica republica ſanctitati tuæ explicandis, cum opportunitas dabitur, & tibi placuerit, ſermo erit.* Hactenus S. Antoninus, qui hiſce verbis hiſtoriæ ſuæ, ſeu chronicis in tres diſtinctis partes finem impoſuit.

Pia eiuſdem cohortatio.

Inter

20 Inter cæteros Reges ac principes, qui ad Pium eandem ob cauſam oratores miſere, Ferdinandus, qui Neapolitanum ſceptrum inuaſerat, mox ſuos decreuit a, vt Pij beneuolentiam ſibi conciliaret, cum ex ea conſtabiliendæ illius res eſſent. Excepti vero ij beneuole a Pontifice fuere, cum Regi Alfonſo fuiſſet addictiſſimus, illiuſque partes ſemper extuliſſet: & mox propoſitæ ab ipſo leges Ferdinando, quibus apoſtolica liberalitate beneficiarium Romanæ eccleſiæ regnum adipiſceretur. Deſcribit eas Gobelinus b, quarum præcipuæ erant, vt Beneuentum reſtitueretur, penderetur a Ferdinando octo millium aureorum vectigal, ac Piccininus, qui ad ditionem eccleſiaſticam inuadendam fuerat concitatus, reuocaretur: *Inter hæc*, inquit, *legati Ferdinandi Pium adeuntes memoriam Alfonſi præ ſe tulerunt, qui Pium apprime dilexiſſet cum Senenſis eccleſiæ pontifex legatione apud ſe Cæſaris fungeretur, orauerunt ne filium amici ſperneret, neue paternum regnum ei negaret, quem populi omnes peterent. Ad quos Pius Alfonſum, inquit, pro ſua præſtanti virtute, & dileximus, & admirati ſumus, idque Ferdinandi rebus admodum conducet, ſi erga Romanam eccleſiam quod ſuum eſt fecerit. Interrogatus quid ei faciendum eſſet, cenſum ei apoſtolicæ cameræ debitum a Regina Ioanna in hunc vſque diem non ſolutum quotannis exoluet Pontifici Romano: quoties auxilium petierit libenter afferet: eccleſiarum iura non attinget: Piccininum ex agro Eccleſiæ iubebit excedere, niſi paruerit, armis coget: Sigiſmundo Malateſtæ eam pacem largietur, quam Pontifex dixerit: Beneuentum Eccleſiæ reſtituet: Terracinam in annos decem ſub cenſu tenebit; exin Romano præſuli tradet. Duræ leges Ferdinando viſæ, ſæpeque oratores miſſi, ac remiſſi ſunt, qui mentem Pontificis ad pauciora deflecterent. Quibus reſponſum eſt, Pium haud quaquam mercatorem eſſe, qui multa petat, vt vel pauca reportet: dixiſſe illum in primo colloquio quod in vltimo dicendum erat, nec Regi conditionem ſperandam fore meliorem, quamuis Pontifex Roma ſit abiturus: aut his legibus regnum obtinendum, aut eo carendum eſſe.* Parum adeo gratum Ferdinandus ſe præbuit Pontifici, qui pronioribus ſtudijs non ſine Ioannis Aragonum Regis & Renati Andegauenſis offenſione illi regnum Neapolitanum aſſerere nitebatur, vt in tanta æmulorum controuerſia ſua Romanæ eccleſiæ iura reſtituere denegaret: atque in primis annuum cenſum, quem Galli, dum ſceptrum Neapolitanum tenebant, pendere conſueuerant, imminuendum contendit, ac demum illius oratores cum pontificijs procuratoribus haſce pactiones c firmarunt.

a Gobel. in comm. l. 2. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. in prin. Sur. l. 16. c. 50. Iouian. Pontan. de bello Neap. l. 1. Marian. l. 22. c. 19. & alij.

Ferdinandus in regno Neapolit. a Pio confirmatus.

b Gobelin. eod. l. 2.

Dictæ Ferdinando leges.

Aut ijs regno potiturũ aut ſpretis cariturum.

c Extant in mſ cod. bibl. Vall. ſign. lit. B. n. 19. pag. 95.

Capitula, conuentiones, & pacta inita & firmata inter reuerendum in Chriſto patrem dominum Berardum epiſcopum Spoletanum, & venerabilem dominum Agapitum Cinrij de Ruſticis, iuris vtriuſque doctorem nomine ac pro parte ſanctiſſimi ac beatiſſimi domini noſtri Pij Papæ II. parte ex vna, & magnificos viros dominos Matthæum Ioannem apoſtolicum, & regium ſecretarium, & Antonium de Alexandro iuris vtriuſque doctores, oratores, & procuratores ſereniſſimi atque illuſtriſſimi Regis domini Ferdinandi Regis Siciliæ, &c. nomine atque parte dicti domini Regis ex altera.

21 In primis præfatus reuerendus epiſcopus, & dominus Agapitus nomine & pro parte dicti Sereniſſimi domini noſtri promiſerunt, quod ſanctitas ſua cum conſilio, & aſſenſu ſacri collegij dominorum Cardinalium ſublatis literis, & cenſuris per anteceſſorem ſuum Calliſtum aduerſus dictum Regem, & regnicolas, &c. nouiter promulgatis infeudabit, & de nouo concedet infeudationem, & nouam inueſtituram dicto Sereniſſimo domino Regi Ferdinando de regno Siciliæ & terra citra Pharum in forma ſolita, & conſueta, & de infeudatione ipſa literas debitas expediri mandabit, atque ipſi domino Regi ſeu ſuo procuratori tradi faciet realiter, & cum effectu, omni exceptione remota, hoc tantum intendunt, quod faciet dominus noſter ſine præiudicio iuris alieni. Item & promiſerunt pro parte ſanctiſſimi domini noſtri, quod ſanctitas ſua per ſe, vel legatum de latere ad omnem requiſitionem dicti domini Regis coronabit ipſum dominum Ferdinandum Regem Siciliæ iuxta formam & conſuetudinem in coronandis Regibus Siciliæ prædeceſſoribus ſuis hactenus ſeruatas. Et viceuerſa dicti regij oratores & procuratores promiſerunt pro parte dicti domini Regis, quod præfatus dominus Rex ſingulis annis loco, & tempore contentis in literis infeudationis, & nouæ inueſtituræ concedi ſolitis pure, & ſimpliciter omni exceptione, & compenſatione remota, ſoluet manualiter in pecunijs Romano Pontifici pro tempore exiſtenti cenſum octo millium vnciarum in literis inueſtituræ contentum in ſignum recognitionis, proprietatis, & dominij ipſius regni apud Romanam eccleſiam exiſtentis.

Solutus cenſuris Ferdinandus.

Fiduciarium ius illi traditum.

Conſtitutũ vetus vectigal.

22 Et quia pro parte dicti domini Regis prætenditur, quod certis ex cauſis prædictus cenſus minui debeat, & moderari, conuenerunt partes præfatæ nominibus quibus ſupra, quod hoc remittatur iudicio, cognitioni, & arbitrio, ac determinationi duorum ex reuerendiſſimis dominis Cardinalibus ſacri collegij, vnius ſcilicet eligendi per præfatum dominum noſtrum, & alterius per præfatum dominum Regem, qui hanc cauſam auditis partibus de iure, & de facto, ſiue de iure tantum, prout eis melius videbitur, poſſint & debeant terminare, & in caſu quo prædicti domini Cardinales concordari non poſſent, & in aliquo eſſent diſcordes, tunc & eo caſu per eoſdem dominos Cardinales commiſſarios eligatur tertius: quibus non concordantibus in electione tertij, ille debeat eſſe tertius, quem dominus noſter iudicabit; ex hoc tamen determinetur, vel non ex quauis cauſa ſolutio præfati cenſus in quantitate prædicta ſuis locis, & tempore fienda non debeat retardari in totum, vel in partem, ſeu aliquatenus impediri.

Promiſerunt etiam dicti procuratores pro parte præfati dicti domini Regis, quod ciuitas Beneuentana, quæ in literis infeudationis concedi ſolitis excipitur, ab infeudatione regni, ac Romanæ eccleſiæ ſpecialiter reſeruatur, per præfatum dominum Regem libere dimittetur, ac Sanctiſſimo domino noſtro actualiter per realem poſſeſſionis traditionem reſtituetur cum omnibus iuribus, iuriſdictionibus, & pertinentijs ſuis, ac etiam cum libertatibus, priuilegijs, immunitatibus, ac alijs in literis infeudationis contentis, & declaratis ſine aliqua reſeruatione, & impedimento in poſſeſſione, & vſu præfatorum iurium præſtando.

Beneuẽtum Pontifici reſtitutum iri conuentum eſt.

23 Item præfatus reuerendus dominus epiſcopus, & dominus Agapitus nomine, & pro parte dicti ſanctiſſimi domini noſtri promiſerunt, & in pactum deduxerunt, quod ciuitas

Actũ de Piccinino tyranno ditione eccleſiaſtica eijciendo.

Ter-

Terracinæ remaneat apud dominum Regem, iis modis & formis videlicet, quod ſanctiſſimus dominus noſter in continenti concedat præfatam ciuitatem præfato domino Regi in vicariatum ad quinquennium nomine, & pro parte dicti domini noſtri tenenda, incipiendo a tempore datarum literarum dicti vicariatus cum annuo cenſu vnius equi albi in feſto pentecoſtes in loco vbi Romanus Pontifex reſidebit ſingulis annis tranſmittendi, & ſoluendi: quo quidem quinquennio finito præfatus dominus Rex teneatur a præfato domino noſtro renouationem dicti vicariatus petere, & dictus dominus noſter ad aliud quinquennium concedere: quibus finitis dictus dominus Rex teneatur dimittere eccleſiæ Romanæ ciuitatem ipſam, vel alias de ea facere ad voluntatem dicti domini noſtri: & in caſu non ſoluti, vel tranſmiſſi equi ſingulis annis in tempore debito incurrat ipſa regia maieſtas pœnam vnciarum quinquaginta.

Acta de Piccinino tyranno ditione eccleſiaſtica eijciendo.

24 Item promiſerunt dicti procuratores, quod præfatus dominus Rex mandabit, & operabitur effectualiter, quod comes Iacobus Piccininus infra terminum vnius menſis, a tempore acceptationis præſentium capitulorum per ipſum dominum Regem faciendæ, inchoando reſtituet Sanctiſſimo domino noſtro ciuitatem Aſſiſij, Nuceriam, Gualdum, & terras, caſtraque, & quæcumque alia loca, quæ de bonis eccleſiæ Romanæ violenter aut alio modo per ſe vel alium recepit, vel occupauit: & quod ab incurſionibus violentis, quas huc vſque in terris Eccleſiæ fecit, omnino deſiſtat: quod ſi infra præfatum terminum non fecerit, & a prædictis comes ipſe deſtiterit, præfatus dominus Rex ipſum, vt hoſtem diffidet, & a ſuis ſtipendijs amoueat, & deſinat illi dare ſubuentiones, & contra eum bellum indicat, & ſecundum pacta, & capitula in confœderatione, & liga Italiæ, & etiam in literis infeudationis contenta contra eum inſurgat, & ad defenſionam Eccleſiæ veniat cum armigeris, & equitibus, de quibus in capitulis, & literis ſupradictis ſit mentio ſpecialis. De voluntate tamen dicti domini noſtri equites ad VIIII. mille, & pedites ad mille quingentos limitantur, cum quibus ad requiſitionem dicti domini noſtri ad ipſius domini Regis ſumptus contra dictum comitem continue per ſe, vel alium, prout dominus noſter requiſiuerit, procedat vſque ad finem guerræ, ſaluis & reſeruatis iis omnibus, quæ in capitulis ligæ, & in literis infeudationis continentur, niſi maior neceſſitas ſuperuenerit, vel Sanctiſſimo domino noſtro aliter viſum fuerit ſeu requiſierit.

Qui copiarum numerus a Neapolitano Pōtifici promiſſa.

25 [Quod ad Iacobum Piccininum attinet; refert Simonetta *a* huius belli cauſas, nimirum Calliſtum nimio amore in ſuos efferri ſe ſiuiſſe, ni Ludouicum Borgiam ex ſorore nepotem opibus & principatibus augere contendiſſe, ac Spoletanæ prouinciæ ducem, vt extremo tomo ſuperiori dictum eſt *b*, conſtituiſſe. At defuncto Calliſto, cum prouincia ſpectante ad Eccleſiam iure pelleretur, Borgia Aſſiſinæ arcis præfectus Piccinino eam paruo auro corruptus tradidit: itaque Piccininus cum copijs, quas pro Ferdinando in Malateſtam ducebat, profectus non modo Aſſiſium receperat, ſed etiam Gualdum, Nuceriam, aliaque oppida, & municipia eccleſiæ eripuerat. Additur inter fœderis ſuperiora capita.]

a Simoneta l. 27.

Spoletanus ducatus male a Calliſto nepoti collatus.

b An. Chr. 1458. nu 41.

Aſſiſium a Piccinino occupatum.

26 Item eſt conuentum, quod cauſas, & differentias, quæ ſunt inter dominum Regem ex vna, & dominum Sigiſmundum de Malateſtis ex altera, ipſa regia maieſtas ponat pro parte ſua in manibus domini noſtri libere, & abſolute, qui cauſas ipſas de iure, vel de facto auditis partibus terminet; & quod ſtabit atque parebit ſententiæ dicti domini noſtri ſub pœnis, de quibus eidem ſanctiſſimo domino noſtro videbitur: & quod dictus dominus noſter poſſit indicere, & ponere treuguas, & tollere offenſas quandocumque ſibi placuerit, dummodo prius per dictum dominum Sigiſmundum ſit plene, ac ſufficientiſſime cautum de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo ad arbitrium dicti domini noſtri.

Item prædicti oratores, & procuratores dicti domini Regis promiſerunt, quod omnia, & ſingula in literis infeudationis contenta, quæ ſingulariter prolixum foret exprimere, regia maieſtas realiter, & cum effectu adimplebit, exequetur & faciet, omni exceptione, & excuſatione remotis, etiamſi per prædeceſſores ſuos in dicto regno ſeruata non fuerint, & ſic iurabit. *Firmata fuerunt, & expedita præſentia capitula Romæ apud S. Petrum & in palatio domini noſtri, & in camera ipſius domini epiſcopi die* XVII. *octobris* MCCCCLVIII. *pontificatus eiuſdem domini noſtri anno* I.

27 Has pactiones Ferdinandus ad ſe delatas admiſit *a*, quas mox confirmauit Pius edito diplomate IV. id. nouembris: tum etiam Calliſti decretum de Neapolitano regno ad ius ſedis Apoſtolicæ reuocato reſcidit, ac proceres regni, vrbium magiſtratus, præfectos arcium, ac populos, qui ob ſacramentum fidei contra apoſtolica ſancita Ferdinando præſtitum cenſuris eccleſiaſticis ſe irretierant, ab ijs ſolutos, ac liberos renuntiauit. Indictum etiam ſacrorum iuſtitium in locis, quæ illi parerent, diſſoluit: cuius diplomatis *b* hanc præcipuam partem afferendam cenſui.

a Ex t. ibid.

Reſciſſū a Pio Calliſti aduerſus Ferdinādum decretum.

b Ext in m. ſ. Vall. ſgn. lit. B. n. 19 pag. 94.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum iuxta occurrentiam negotiorum, & ingruentium temporum qualitates oporteat in ſingulis matura deliberatione procedere, & mutare conſilia, ac inhibita reuocare, & quæ alias viſa non ſunt concedere, & ordinare; nos qui pro pace, & quiete omnium regnicolarum dicti regni, ac eiuſdem Romanæ eccleſiæ commodo conceſſionem, confirmationem, & nouam infeudationem fecimus antedictas, cogitantes præfatas literas non modo ad ſtatum dicti Regis Ferdinandi, verum etiam totius ipſius regni perturbationem, adempta ſubditorum fidelitate, & obedientia poſſe proculdubio procedente tempore redundare; ne (quod abſit) præmiſſa euenire contingat, habito ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus diutino tractatu, & deliberatione matura, tandem de eorum conſilio pariter, & aſſenſu, & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis inhibitionem, abſolutionem, relaxationem, decretum, declarationem, mandatum, & alia quælibet in præmiſſis literis contenta, & inde ſecuta quæcumque, ipſas quoque literas in quantum in præiudicium iuris præfati Ferdinandi Regis emanauerint, & non aliter, ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro

infe-

Digitized by Google

inſectis habere decernimus. Et inſuper omnes & ſingulos prælatos, principes, duces, marchiones, comites, barones, nobiles, & incolas vtriuſque ſexus eccleſiaſticos, vel ſæculares, nec non communitates, vniuerſitates, & collegia dicti regni, quod contra inhibitionem eis per eaſdem literas a præfato Calixto prædeceſſore factam eidem Ferdinando Regi homagium, aut fidelitatis iuramentum quauis ratione, occaſione, vel cauſa præſtiterint; & præterea anathematis, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti aut alias ſententias, cenſuras, & pœnas ſpirituales, & temporales quomodolibet incurrerint, etiamſi deſuper opportune publicationes ſeu denunciationes fuerint ſubſecutæ, videlicet ab illis de plenitudine poteſtatis huiuſmodi penitus abſoluimus, & abſolutos reddimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLVIII. & pontificatus noſtri anno 1.*]

Iuſſi proceres ac populi illi obſequentes eſſe.

28 Euchente ita ad ſolium Neapolitanum Pio Ferdinandum Alfonſi nothum filium grauiſſime conqueſti a ſunt Caroli Francorum & Renati Regum oratores, quorum alter decanus Carnotenſis a Carolo miſſus ad Caliſtum, vt conſilia de expeditione Turcica cum illo agitaret, palam edixit Francorum Regem eiuſmodi iniuriam a Pio illatam vlturum. Maſſilienſis etiam epiſcopus pro Renato Rege, qui iam multo temporis curſu regios geſſerat apices, pulſuſque ab Alfonſo fuerat, acerbe perorauit, ſed Pium ab ipſo ſciſcitatum eſſe refert Gobelinus, num Renatus Piccininum Romanæ eccleſiæ ceruicibus imminentem, quique iam Aſſiſium, Nuceriam, Gualdumque occuparat, propulſare poſſet; eoque negante, reſpondiſſe: *Quid ergo eſt, quod expectemus ab eo, ſi nobis pereuntibus opem nullam valet afferre? nobis in regno neceſſarius, qui & ſua poſſit & noſtra tueri. Vos regno iampridem caruiſtis, ac tamdiu carebitis, donec vires adſint, quibus hoſtem nobis indulgentibus poſſitis eycere.* Subdit auctor: *Atque ita verboſæ legationi verbis occurrit, Ferdinando regnum conceſſum eſt decreto Senatus,* Cardinalium nimirum, *& Latinus Cardinalis Vrſinus, qui Regem in verba Pij, ac ſucceſſorum eius iurantem corona donaret, in Apuliam miſſus, & cum eo Nicolaus Theanenſis electus, qui poſtea cardinalatum conſecutus eſt, iter fecit, vt occultiora quædam cum Rege tranſigeret.* Extant in pontificio regeſto ea mandata apoſtolica data Latino de Ferdinando regni Neapolitani iuribus induendo, regijſque inſignibus conſerendis hiſce concepta verbis b.

a Gobel. in comm. l. 2.

Ægerrime Galli ferũt Ferdinandũ a Pio aſſertum regno.

Reſpondet Pius neceſſariũ fuiſſe illius amicitiam.

Latinus Card. Vrſinus ad Ferdin. coronã cingendũ miſſus.

b Lib. bullar. 32. pag. 58.

Dilecto filio Latino tit. SS. Ioannis, & Pauli presbytero Cardinali A. S. L. ſalutem.

29. Cum nos ſuper regnum Siciliæ, & totam terram, quæ eſt citra pharum, quæ de iure, & proprietate ſanctæ Romanæ eccleſiæ fore noſcuntur, vſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana cum territorio & diſtrictu ac iuribus & pertinentijs ſuis, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando de Aragonia Regi Siciliæ citra pharum, illuſtri claræ memoriæ Alfonſi Aragonum & dicti regni Regis primogenito, & in ipſo regno & terra ſucceſſori, pro ſe ſuiſque liberis de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu conceſſerimus, confirmauerimus, & de nouo in feudum dederimus, ac elargiti fuerimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur; nos intendentes, vt dictus Ferdinandus Rex iuris regni & terræ prædictorum, ac regalium inſignium plenitudine gratulari, ac ſtatum ſuum firmum ſtabilire valeat, circumſpectioni tuæ tenore præſentium committimus & mandamus, quatenus ad dictum regnum te perſonaliter conferens præfatum Ferdinandum Regem, præſtito ab eo & per te accepto noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine ſub forma, quam in eiſdem inſeri fecimus, corporali iuramento per impenſionem vexilli eiuſdem Romanæ eccleſiæ in ſuis manibus, de regno & terra prædictis ac omnibus iuribus & pertinentijs eorundem auctoritate apoſtolica inueſtias, ipſumque in illorum realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem inducas.

Pij II. de ea re diploma.

Et nihilominus cum Reges Siciliæ, qui fuerunt pro tempore ad mandatum Romani Pontificis inungi, & coronari conſueuerint, præfatum Ferdinandum Regem, poſtquam illum inueſtieris, & in poſſeſſionem huiuſmodi induxeris, vt præfertur, ſolemniter inungas, ipſumque in ſignum pleni iuris atque dominij regni & terræ prædictorum ad laudem, & gloriam omnipotentis, Dei & glorioſæ virginis Mariæ, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & totius curiæ cœleſtis, ſtatumque noſtrum, & Sanctæ Romanæ eccleſiæ, ac regni & terræ prædictorum ſalubrem & felicem de dictis regno & terra eadem auctoritate corones. Priuilegium quoque ſeu literas dicti Ferdinandi Regis eius aurea bulla bullatas, in quibus præfatus Ferdinandus Rex fateatur & expreſſe recognoſcat regnum & terram prædicta ex ſola gratia & mera liberalitate ſedis Apoſtolicæ ſibi ſuiſque liberis, vt præfertur, confirmata fore, donata, atque conceſſa, ac formam ipſius iuramenti continentes, prout in dictis literis continetur, ab eo poſtules, ac nobis & præfatæ eccleſiæ in tuo reditu reportare, & præſentare procures. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLVIII. IV. non. decembris pontificatus noſtri anno 1.*

30 Quod ad traditi Ferdinando iure fiduciario regni leges attinet; eæ ferme ſunt, quas iam longe ante Carolo I. præſcriptas ſæpiuſque repetitas vidimus, inſertæque ſunt diplomati apoſtolico a, quo Pius Ferdinando regnum ipſum Neapolitanum contulit.

a Ext. in mſ. cod. Vallic. ſignat. lit. B. n. 19. pag. 97.

Pius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando de Aragonia Regi Siciliæ illuſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Diuina diſponente clementia, per quam Reges regnant & principes imperant in eminenti ſpecula & ſuper gentes & regna, licet immeriti, conſtituti, neceſſe habemus interdum, de regnis & terris illis, & præſertim quæ Romanæ Eccleſiæ iuris & proprietatis ſpecialiter exiſtunt, cum fratribus noſtris ad pacem & iuſtitiam populorum perpetua ſtabilitate diſponere, ac in eorum ſolijs ad gubernationem & regimen gentium ſubditarum, quos dignos nouimus ſublimare, vt gladij poteſtate eis ad vindictam malorum, laudemque bonorum cœlitus attributa, ipſo aſſumpto dominandi officio, iudicent in æquitate populos, & dirigant in terris ſubditas illis gentes & nationes, voluntaſque eorum ſit in executione iuſtitiæ, & meditatio in lege rectitudinis, & obſeruantia ſanctæ pacis. Sane ex parte tua nuper fuit expoſitum coram nobis, quod dudum claræ memoriæ Alfonſus Aragonum & vtriuſque Siciliæ Rex genitor tuus,

Diploma Pij de translato in Ferdinandum iure regio.

tuus, poſt conceſſionem, infeudationem, & inueſtituram ſibi de præfatis regno Siciliæ & terra citra pharum per felicis recordationis Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum auctoritate apoſtolica de ſuorum fratrum conſilio factas, te primogenitum filium ſuum, iam antea ad ſucceſſionem regni & terræ citra pharum huiuſmodi per eumdem Eugenium, ac piæ memoriæ Nicolaum Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum, habilem & capacem factum in ipſis regno & terra citra pharum poſt mortem ſuam ſucceſſorem ſuum, dictorumque regni & terræ legitimum heredem fore ſtatuit & etiam declarauit: pro quorum quidem ſtatuti & declarationis robore, ac de ſua futura ſucceſſione firmiori certitudine dilecti filij nobiles viri principes, comites, barones, magnates, & populi regni, & terræ prædictorum in tuis manibus, dum adhuc ipſe Alfonſus Rex ageret in humanis, homagium & fidelitatis ſolitæ iuramentum præſtiterunt.

Ab Eugenio & Nicolao V. ſucceſſionis iure donatus fuerat.

Deinde vero, dum in vltimis dictus Alfonſus in eadem voluntate perſiſtens, te ſuo vltimo teſtamento in dictis regno & terra ſuum hæredem & vniuerſalem ſucceſſorem inſtituit: in qua quidem inſtitutione & diſpoſitione perſeuerans Alfonſus ipſe, ſicut Domino placuit, extitit vita functus. Poſt obitum quoque ipſius Alfonſi Regis vniuerſi principes, comites, barones, populi, & magnates antedicti in eadem voluntate firmiter perſiſtentes, teque ſolum in ipſorum legitimum Regem habere volentes, communi omnium voluntate vnanimique conſenſu te in ipſorum Regem pacifice cognouerunt, & iterato ſimili homagio & iuramento tibi præſtito, te talem cenſuerunt & reputarunt, prout cenſent & reputant de præſenti. Et cum tu Dei fretus auxilio, ac procerum & populorum beneuolentia circumfultus ob ſummam auctoritatem, quam tu in ipſo regno non ſine magna induſtria vendicaſti, vltra pleraque alia adminicula, plane confidas regnum ipſum a quibuſcumque poſſe defendere, ſolumque reſtet ad res tuas componendas, quietemque perpetuam fundandam, vt nos pro eadem Romana eccleſia, quam tu in veram ipſius regni & terræ citra pharum dominam & proprietariam recognoſcere intendis, te vti Regis ipſius Alfonſi heredem ſucceſſoremque legitimum, ſicuti a prædeceſſoribus noſtris tibi ad ſucceſſionem patefactus eſt aditus, de eodem regno & terra citra Pharum infeudemus, & inueſtiamus, pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cum tu eiuſdem Romanæ eccleſiæ deuotiſſimus filius, & quoad ſe tuæ vires extendere poterunt, pro ea pugil & propugnator eximius paſſim & perpetuo ſis futurus, eidem quieti tuæ ſuper his benigne conſulere dignaremur.

Teſtamento hæres relictus ab Alfonſo.

Delatum poſt eius mortem Ferdinando obſequium.

Nos igitur attendentes immenſam deuotionem, quam tu & progenitores tui ad eamdem ſemper geſſiſtis eccleſiam, ac volentes eiſdem regno & terræ vtiliter diſponere ac ſalubriter ordinare, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & glorioſæ ſemper virginis Mariæ, ac beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ad honorem quoque, pacem, & tranquillum ſtatum noſtrum, & ſedis Apoſtolicæ ac ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ, & regni prædictorum; ſalutem quoque eorumdem principum, ducum, comitum, procerum, & populorum, præfatum regnum Siciliæ cum tota dicta terra citra pharum vſque ad confinia terrarum dictæ Romanæ eccleſiæ, excepta ciuitate noſtra Beneuentana cum eius territorio, diſtrictibus, & pertinentijs, ſiue regnum cum terra huiuſmodi per obitum dicti Alfonſi Regis, ſiue aliter qualitercumque ad eamdem eccleſiam legitime reuerſum & deuolutum ſit, ſiue tu in eo legitime ſucceſſeris, tibi Regi Ferdinando tamquam dicti Alfonſi Regis filio primogenito, & in dictis regno & terra ſucceſſori, pro te, tuiſque liberis ex recta linea, & tuo corpore legitime deſcendentibus, natis, & naſcituris, cum cenſu annuo, alijſque conditionibus, modis, & formis, adiectionibus, promiſſionibus, cautelis, clauſulis, voluntatibus, & ordinationibus inferius annotatis, matura ſuper hoc deliberatione præhabita, de fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ac ex certa noſtra ſcientia, & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium in feudum perpetuum concedimus, confirmamus, & de nouo largimur, volentes & intendentes te de ipſis regno & terra citra pharum per vexillum Romanæ eccleſiæ tibi per dilectum filium noſtrum Latinum tituli SS. Ioannis & Pauli presbyterum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum noſtro, & eiuſdem Romanæ eccleſiæ nomine conferendum & exhibendum de proximo inueſtiri: ita tamen, vt tu iuxta formam inferius annotatam fidelitatis debitæ iuramentum & homagium, nec non ſeruitium, vaſſalagium, & ligium in manibus ipſius Cardinalis, noſtro & dictæ eccleſiæ nomine recipientis, præſtes, pro huiuſmodi feudo præſtari debita ac etiam conſueta. Ciuitatem autem Beneuentanam prædictam, cum eius territorio, diſtrictibus, & pertinentijs, per nos ſeu Romanum Pontificem diſtinctis, vel diſtinguendis cum eorum incolis, prout illam ſibi dudum præfata Romana eccleſia ſpecialiter retinuit, & reſeruauit, nos quoque harum ſerie ſpecialiter reſeruamus. Conditiones vero prædictæ ſunt hæ, videlicet.

Quamuis regni ius deuolutum eſſet ad eccleſiam illi conceſſum.

31 Promittetis, & iurabitis tam tu in manibus ipſius Cardinalis, quam in ſingulis inueſtituris eorum tui in dicto regno heredes iuxta formam infraſcriptam, quod tu vel illi nullas vmquam conſpirationes, colligationes, vel coniurationes cum quibuſcumque Regibus, principibus, ſeu magnatibus, communitatibus, vniuerſitatibus, aut perſonis alijs fidelibus, vel infidelibus contra nos, vel ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices canonice intrantes, aut dictam Romanam eccleſiam, ſeu in eorum damnum facietis, aut fieri conſentietis, ſeu permittetis, quantum in te, vel illis erit, nec factas ratas habebitis, & quod numquam a noſtra, & dictæ eccleſiæ obedientia recedetis, nec aliquod ſchiſma contra nos, aut ſucceſſores noſtros, aut Romanam eccleſiam facietis, aut cuiuſcumque ſchiſmatis vel hæreſis imitatores eritis aut fautores; nec huiuſmodi conſpirationes, colligationes, coniurationes, ſeu ſchiſma contra nos, vel ſucceſſores noſtros, aut eccleſiam prædictam facietis, aut ſchiſmaticos, vel hæreticos receptabitis, ſeu quocumque modo eis fauebitis, aut eis, vel eorum alteri aliquod conſilium, auxilium, vel fauorem præſtabitis; nec aliquos nobis aut dictæ eccleſiæ rebelles, aut noſtros ſeu dictæ eccleſiæ hoſtes, vel inimicos, ſeu rerum aut bonorum ipſius eccleſiæ inuaſores, aut occu-

Quæ leges illi imperatæ

De fide ſeruanda Pontifici

Nunquã ineundo fœdere cum eius hoſtibus.

occupatores in regno, vel terra prædictis, aut in aliqua ipſorum parte, vel alio quouis loco, in quo temporalem poteſtatem habebitis, receptabitis, aut per alios receptari quoquomodo patiemini, ſeu permittetis ſcienter; ſed illos efficaciter perſequemini. Quod autem ſupra dicitur de inimicis, & rebellibus extra regnum, & terram prædictam non receptandis, intelligatur de notorijs, vel declaratis ſeu declarandis, aut alias nominandis per Romanum Pontificem. In regno autem, & terra prædictis intelligitur, prout ſuperius eſt expreſſum.

Quo caſu regnum ad eccleſiam deuoluendũ.

32 Si vero in tui, vel tuorum in dicto regno heredum obitu legitimum, prout ſubſequitur, heredem te, aut ipſos, (quod abſit) non habere contigerit, regnum ipſum ad prædictam Romanam eccleſiam & eius diſpoſitionem libere reuertatur. Deſcendentes autem ex te, vel ipſis tuis heredibus dicti regni Regibus mares, & feminæ in eodem regno ſuccedant, ita tamen, quod ſtantibus maribus ſiue ex directa, ſiue ex tranſuerſali linea vſque ad quartum gradum, feminæ non ſuccedant, ſed mares duntaxat, inter eos gradus lineæ prærogatiua ſeruata ſecundum iuris diſpoſitionem, & duobus aut pluribus liberis maribus in eodem gradu per eamdem lineam concurrentibus, primogenitus alijs præferatur: extantibus vero feminis tantum, in eis eadem forma, quæ in maribus, ſeruetur. In regno vero, & terra prædictis nullus ſuccedat, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus. Ad hæc tam tu, quam tui in dicto regno heredes regnum, & terram prædictã nullatenus diuideretis, ſed ſemper vnus tantum veſtrum ſub huiuſmodi conditionibus immediate, & in capite, nomine Romanæ eccleſiæ illa tenebit, & tam tu, quam prædicti tui in dicto regno heredes ſub proprijs nominibus nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac Romanæ eccleſiæ, expreſſis veſtro, & hæredum ipſorum nominibus ligium & homagium facietis, & dictum iuramentum fidelitatis, mentionem expreſſam de præſentibus litteris faciendo, præſtabitis, vt præfertur. Huiuſmodi autem ligium, & homagium tu, & dicti tui heredes facere, & iuramentum fidelitatis præſtare iuxta ſubſcriptam formam; tu videlicet de proximo in manibus præfati Cardinalis; ijdem vero heredes, ſi Romanus Pontifex in Italia fuerit, infra ſex menſes, ſi vero extra Italiam eſſet infra annum, poſtquam regni dominium adepti fuerint, teneamini. Et ſingulis ſucceſſoribus, ac eidem Romanæ eccleſiæ renouabitis tam ipſum ligium, & homagium, quam etiam huiuſmodi iuramentum. In optione autem & beneplacito erit Romani Pontificis, ſeu prædictæ eccleſiæ, te & heredes tuos prædictos vocare ad præſtandum perſonaliter iuramentum fidelitatis, ac ligium, & homagium huiuſmodi Romano Pontifici, ac eidem eccleſiæ, dummodo ad hoc illis tutum locum ſtatuat, & aſſignet, vel aliquem Cardinalem ipſius eccleſiæ, aut alium, qui vice Romani Pontificis iuramentum iuxta eamdem formam, & homagium huiuſmodi recipiat, deſtinare.

De præſtando fidelitatis iuramento.

33 Tu quoque in ipſius Latini Cardinalis manibus iurabis de proximo, te ad hoc ſpecialiter obligatum, & tam tu quam tui in dicto regno heredes nobis & ſingulis ſucceſſoribus prædictis, atque eidem eccleſiæ, quando præſtabitis, & præſtabunt huiuſmodi fidelitatis iuramentum, iurabitis vos ad hoc ſpecialiter obligatos; quod videlicet numquam tu aut ipſe heredes per vos, vel alium, ſeu alios procurabis quocumque modo, vel procurabunt, vt tu eligaris, vel nomineris, aut aliquis eorum eligatur, vel nominetur in Regem, vel Imperatorem Romanum, vel in Regem Teutoniæ, aut dominum Lombardiæ, vel Tuſciæ, vel maioris partis earundem Lombardiæ, vel Tuſciæ: & ſi electionem, vel nominationem ad Imperium, vel regnum Romanum, ſeu ad regnum Teutoniæ, aut dominium Lombardiæ, vel Tuſciæ, ſeu maioris partis huiuſmodi de te, vel illis celebrari contigerit, nullum huiuſmodi nominationi, vel electioni aſſenſum præſtabis, nec ipſi præſtabunt, aut te intromittes, vel illi ſe intromittent vllo modo in regimine ipſius imperij, vel regni Romani, ſeu regni Teutoniæ, aut dominij Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, vel maioris partis earundum, ad quodcumque eorum tu, vel illi nominati fueritis, vel electi. Quod ſi tu, vel aliquis tuorum in dicto regno heredum ſtudentibus, & procurantibus, te aut eis in Imperium ipſum, ſiue dictum regnum Romanum, ſiue regnum Teutoniæ, aut dominium Lombardiæ, ſeu Tuſciæ aut maioris partis earum electi ſeu nominati fueritis, aut ſi poſt talem electionem in imperij, vel regni Romani, ſeu regni Teutoniæ, aut dominij Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, aut maioris partis ipſarum regimine tu te, vel ipſi ſe manifeſte intromiſeritis ſine expreſſo noſtro, vel ſucceſſorum noſtrorum mandato, eo ipſo a iure prædictorum regni Siciliæ, & terræ cadas, ipſique heredes cadant ex toto, illaque prorſus amittant, & eadem regnum Siciliæ, & terræ ad Romanam eccleſiam libere reuertantur. Si autem tu, vel aliquis ex dictis heredibus electioni, vel nominationi pro tempore factæ, non procurantibus te, vel ipſis, aut etiam palam, vel occulte procurantibus, forſan conſenſeris, vel conſenſerint, & quod huiuſmodi electioni, vel nominationi, ſeu iuri omnino renunties ſeu renuntient, & quod de imperio, ſeu aliquo præmiſſorum, ad quod electus, ſeu electi, nominatus, ſeu nominati fueris, ſeu fuerint, nullatenus te intromittas, vel ipſi ſe intromittant moniti niſi intra quatuor menſium ſpatium poſt monitionem huiuſmodi tali electioni, vel nominationi, aut iuri renuntiaueris, ſeu renuntiauerint, vel ſi de ipſo imperio, vel aliquo præmiſſorum, ad quod electus, vel nominatus, electi vel nominati fueris, vel fuerint, te intromiſeris, vel ipſi ſe intromiſerint quoquomodo, ex hoc ſis, vel ſint eiſdem regno Siciliæ, & terra, & omni prorſus eorum iure priuatus atque priuati, &, vt dictum eſt, eadem regnum, & terra ad Romanam eccleſiam, libere deuoluantur. Si vero ad te, vel tuos in eodem regno heredes non poſſit commode talis monitio peruenire, ſuper quo vtique impedimento, videlicet quod moneri commode nequeas, vel nequeant, creditur & ſtabitur aſſertioni duntaxat Romani Pontificis, ſufficiat monitio publica, & ſolemnis, ita quod, ſi intra ſex menſes non renuntiaueris, vel heredes ipſi non renuntiauerint, aut de imperio, ſeu aliquo alio prædictorum, ad quod tu electus ſeu nominatus, vel heredes tui electi ſeu nominati fueris, vel fuerint, quomodolibet, te intromiſeris, ſeu illi ſe intromiſerint, ex hoc cades, & ipſi cadant ab omni iure ipſorum regni, & terræ, ac regnum, & terra ipſa ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur.

De non affectando imperio vel inſubriæ aut Hetruriæ dominatu.

Si affectet imperium Rex Siciliæ regni iure cadat.

Imperator ſucceſſionis iure cadat.

34 Cæterum ſi contigerit aliquem de prædictis heredibus, qui deberet in prædictis regno, & terra ſuccedere, in Regem, vel imperatorem Romanum, ſeu Regem Teotoniæ, vel dominum Lombardiæ, aut Tuſciæ, ſeu maioris partis earum nominari, ſeu eligi, vel aſſumi, nullatenus eorum regni, & terræ poſſeſſionem nanciſcatur, vel habeat, nec ſe de illorum cura, ſeu dominio aut regimine per ſe vel alios aliquatenus intromittat, niſi prius imperio ſeu regno Romano, ſeu regno Teotoniæ, aut dominio Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, ſeu maioris partis earum, ad quodcumque eorum electus, ſeu nominatus fuerit, vel aſſumptus, & omni iure ſibi in illis competente omnino renuntiet: etſi illorum aliquod ſiue de iure, ſiue de facto tenere voluerit, regnum Siciliæ omnino dimittat, ipſum nullo vmquam tempore reſumpturus, cadatque ab omni ſucceſſione & iure, quæ in regno Siciliæ, & terræ prædictis ſibi competerent ipſo facto, ita quod eadem regnum, & terra ad Romanam eccleſiam eiuſque diſpoſitionem plenarie, & libere deuoluantur.

Lex de fœmina ſucceſſura.

Quod ſi non extantibus maſculis, fœmina in eiſdem regno, & Siciliæ terra ſucceſſerit, illa Regi vel Imperatori Romano, ſeu in Regem, vel Imperatorem Romanum electo, aut Regi, vel electo in Regem Teotoniæ, ſeu domino Lombardiæ, aut Tuſciæ, vel maioris partis earum, ſeu electo ad earum, vel maioris partis earum dominium, nunquam matrimonialiter copuletur: & ſi contrarium fecerit, eo ipſo cadat a Siciliæ regno, & terra prædictis, atque prorſus ipſorum iure priuata ſit, ipſis regno, & terra ad eamdem eccleſiam deuolutis. Si autem tu, vel aliquis tuorum in regno prædicto heredum contraueneris, vel contrauenerit, eo ipſo excommunicati, & inſuper labe, & reatu periurij reſperſi, & notati exiſtatis. In huiuſmodi quoque iuramento etiam per te de proximo faciendo, tu expreſſe addes, te tam per te, quam per tuos in dicto regno heredes, quoties illud præſtiteritis, addetur expreſſe, quod nullo vmquam tempore regnum ſeu Imperium Romanum, aut regnum Teotoniæ, vel dominium Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, aut earum maioris partis, ſeu eaſdem Lombardiam, vel Tuſciam, aut maiorem partem earum per te, vel alium, ſeu alios occupabis, capies, vel acquires, aut ſibi alias quomodolibet vendicabis, vel dicti heredes, per ſe, vel alium, ſeu alios occupabunt, capient, vel acquirent, aut ſibi alias quomodolibet vendicabunt ſine noſtra, aut ſucceſſorum noſtrorum voluntate, & aſſenſu: & ſi ſecus feceris, ſiue fecerint ſecundum prædictam formam, pœnas ſimiles incurras, & incurrant. Quod autem dicitur de maiori parte dominij Lombardiæ ſeu Tuſciæ, intelligitur ſcienter: ſi vero ignoranter, eadem ad mandatum Eccleſiæ dimittere tenearis, & ipſi heredes teneantur. Et ſi ea ad mandatum Eccleſiæ dimittas ſeu dimittant, non incidas, nec ipſi incidant in pœnam in iſto articulo, & ſimilibus conſtitutam: ſi vero monitus aut moniti non dimittas aut dimittant, incurras aut incurrant pœnam, prout eſt in hoc articulo, & in alijs conſtituta.

De regno nunquam cũ imperio, vel Etruria, vel Inſubria cõiungẽdo.

35 Quod ſi forte in poſterum Regem Siciliæ contingat in Imperatorem eligi poſtquam regni Siciliæ fuerit poſſeſſionem adeptus, non tranſeat ad imperium; alioquin in pœnas incidat in hoc articulo, & alijs ſimilibus comprehenſas. Quod ſi dicti regni Siciliæ poſſeſſione nondum habita, vel obtenta in Imperatorem electus tranſire voluerit ad imperium, in manus prius Romani Pontificis, vel illius, quem ad hoc idem Pontifex duxerit deſtinandum, filium ſucceſſurum in regno, & terra prædictis, cuiuſcumque fuerit ætatis, emancipet, ac regno, & terræ præfatis renuntiet, nihil iuris in eis retinens clam, vel palam, nec etiam cuiuſlibet patriæ, vel alterius poteſtatis occaſione, nec ipſum filium ad ſubſidium, vel aliquod ſeruitium faciendum iuramento, vel voto, ſtipulatione, vel facto ſibi, vel ſucceſſoribus ſuis aſtringat, ſicque factus filius ſui iuris ab eodem Romano Pontifice, vel alio deſtinato ab ipſo protinus inueſtiatur de regno Siciliæ, & terra præfatis, ad cuius Regis ſucceſſionem, ſi forte decederet ſine liberis, nullo vmquam tempore pater veniat Imperator exiſtens, ſed ſi imperio & omnibus, quæ ad ipſum imperium pertinent, idem pater renuntiare voluerit, & ipſis regno Siciliæ, & terra tantum eſſe contentus, poſt renunciationem huiuſmodi ad illius ſucceſſionem libere admittatur. Et tunc ab ipſo Romano Pontifice, vel alio deſtinato ab eo inueſtituram recipiat regni, & terræ prædictorum. Idem vero filius ſic ad regnum aſſumptus, ſi maior decem, vel octo annis fuerit, libere adminiſtret; ſed quamdiu minor extiterit, tam ipſe, quam regnum, & terra prædicta in cuſtodia Romanæ eccleſiæ remaneat donec Rex ipſe ætatem compleuerit antedictam, fructibus nihilominus, & obuentionibus ipſorum regni, & terræ, ex quibus ſumptus neceſſarij faciendi pro eorumdem regni, & terræ cuſtodia deducuntur Regi conſeruandis eidem, & lucro alteri ratione ipſius cuſtodiæ non ceſſuris. Quæ vero de filio dicuntur, vt ei videlicet regnum poſſit ſub obſeruatione præmiſſa a patre ad imperium tranſeunte dimitti, de filia etiam duximus ſtatuendum, ſaluis alijs conditionibus ſupradictis. Et ſi Rex non habens filios in Imperatorem electus ad imperium tranſire voluerit, de perſonis, quas ſupra diximus, liberis non extantibus, in regno idem de alijs, qui ſuperſtites fuerint, quæ de filio, & filia præordinauimus, obſeruentur in illis, excepto emancipationis articulo, qui in ſolis illis procedere poterit, qui capaces emancipationis exiſtant ratione patriæ poteſtatis.

De conferendo regno in filium emancipãdum.

De fœminis in ſucceſſionem admittendis.

36 Declaramus etiam quod ſi Regi Siciliæ ſine filio decedenti ſuperſtes ſit filia, vel mulier alia, quæ iuxta præfatam formam debeat ad huiuſmodi ſucceſſionem admitti, & quæ Imperatori, dum Rex ipſe viueret, fuerat deſponſata, vel nupta, illa non ſuccedat in regno, vt præmittitur. Et ſi regno ſibi delato, Imperatori nupſerit, cadat protinus ab eodem, niſi vir eius imperio prorſus renuntians, ipſis regno, & terra ſolummodo ſit contentus. In primo autem caſu repulſis filia, & alijs prædictis, ad perſonas alias ſeruatis gradibus regnum Siciliæ perueniat, quæ prænotatæ ſunt, quod in eodem regno poſſint ſuccedere, ſi Regi præmortuo liberi non ſuperſint. In ſecundo autem caſu regnum, & terra ipſa ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur, regnumque Siciliæ, & terra prædicta imperio nullo modo ſubdantur, ſeu ſibi nullo vmquam tempore in eadem perſona quomodolibet vniantur, & præciſe ſuper hoc articulo tam per pœnas ſpirituales, quam alias cautiones cauebitur iuxta Eccleſiæ voluntatem, quandocumque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum, cum prorſus ſit intentionis Romanæ eccleſiæ, vt re-

Digitized by Google

gnum, & terra prædicta nullo vnquam tempore vniantur, vt ſcilicet vnus Romanus Imperator, & Siciliæ Rex exiſtat. Quod autem circa vnionem regni, & terræ huiuſmodi cum imperio dicimus, hoc ipſum circa vnionem regni, & terræ prædictorum cum regno Romano, & regno Teutoniæ, ſeu cum Lombardia, vel Tuſcia, ſiue cum maiori parte ipſarum Lombardiæ, & Tuſcæ intelligimus, & volumus eſſe dictum.

Cenſus annuus octo millium vnciarũ auri impoſitus.

37 Pro toto vero generali cenſu ipſius regni, & terræ octo millia vnciarum auri ad pondus ipſius regni in feſto beati Petri Apoſtoli de menſe iunij, vbicumque Romanus Pontifex fuerit, ipſi Romano Pontifici, & Romanæ eccleſiæ per te, & eos in dictis regno, & terra hæredes annis ſingulis perſoluetur. Si vero tu vel ijdem tui in dicto regno heredes quocumque termino non ſolueritis integre cenſum, & expectati per duos menſes terminum ipſum immediate ſequentem, de illo ad plenum non ſatisfeceritis, eo ipſo eritis excommunicationis vinculis innodati. Quod ſi ſecundo termino infra alios ſubſequentes duos menſes ſine diminutione quanbet non perſolueritis, totum regnum Siciliæ, & tota terra prædicta eccleſiaſtico erunt interdicto ſuppoſita, Si vero nec in tertio termino, nec infra duos alios menſes proximos per plenam ſatisfactionem illius eiuſdem cenſus vobis duxeritis conſulendum, ita quod tranſactis eodem tertio termino, & duobus proximis ſequentibus menſibus non ſit de octo millibus vnciarum auri huiuſmodi primi termini ipſi Romanæ eccleſiæ integre ſatisfactum, ab eiſdem regno Siciliæ, & terra citra pharum ipſorumque iure cadatis ex toto, regnumque & terra prædicta ex tunc ad Romanam eccleſiam integre, & libere reuertantur. Si autem de cenſu octo millium vnciarum huiuſmodi primi termini infra dictum terminum, & duos ſubſequentes menſes plenarie ſatisfeceritis, nihilominus ſemper pro octo millibus vnciarum ſingulorum terminorum ſimili modo, ſi in earum ſolutione ceſſaueritis, vel illas non ſolueritis, ſimiles pœnas incurratis, ſaluis alijs pœnis, & proceſſibus, quæ vel qui de iure inferri, vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc caſu.

Non pendenti regni abdicatio intentata.

De equo ſingulis trienniis dando.

38 In quolibet etiam triennio dabis tu, & tui in dicto regno heredes nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus vnum palafredum album, pulchrum, & bonum in recognitionem veri dominij eorundem regni, & terræ. Ad hæc cum regnum Siciliæ, & terram poſſideas antedicta, & in eis plenam obedientiam habeas, ac ipſius regni verus Rex cenſearis, vt præfertur, pro inueſtitura huiuſmodi ex nunc ſub infraſcriptis terminis ſolues nobis & præfatæ Romanæ eccleſiæ quinquaginta millia marcharum ſterlingorum, videlicet intra ſex menſes proxime venturos decem millia, & infra ſingulos alios ſex menſes poſt eoſdem primos ſex menſes ſucceſſiue computandos ſingula alia decem millia marcharum vſque ad totam ſummam quinquaginta millium marcharum ſterlingorum huiuſmodi, donec tota ipſa ſumma per te aut nomine tuo nobis & eidem eccleſiæ fuerit perſoluta. Quod ſi in eiſdem terminis illas non ſolueris, liberum erit nobis, vel eidem Romano Pontifici contra te pro ſingulis terminis ad pœnas ſpirituales, & temporales procedere, prout nobis, vel ipſi videbitur expedire.

Quinquaginta millia marcharum pro beneficiario iure dato exacta.

39 Quandocumque autem Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, aſſeruerit vel dixerit Romanam eccleſiam indigere, ita quod ſuper indigentia huiuſmodi Romani Pontificis ſimplici verbo ſtetur, tu vel tui in dicto regno heredes requiſiti ab eo in vrbem, in Campaniam, in Patrimonium B. Petri, in Tuſciam, in ducatum Spuletanum, in marchiam Anconitanam, in præmiſſam ciuitatem Beneuentanam, & eius territorium, ac pertinentias, quæ vt præfertur eidem remanebunt Eccleſiæ, ac in ciuitates noſtras Peruſinam, ciuitatem Caſtelli, Bononienſem, Ferrarienſem, & Auinionenſem, ac comitatum Venayſini, & in omnes alias terras ipſius eccleſiæ vbicumque conſiſtentes, trecentos milites, equis & armis decenter munitos & paratos, ita quod vnuſquiſque eorum habeat quatuor equitaturas, vel tres ad minus, in eccleſiæ prælibatæ obſequium & ſubſidium tranſmittetis per tres menſes integros, tuis & dictorum tuorum in dictis regno & terra heredum ſumptibus & ſtipendijs ſemel tantum in anno, in ſeruitijs eiuſdem eccleſiæ moraturos, menſibus ipſis a die qua ijdem milites terram tui dominij, vel fines tui diſtrictus egreſſi fuerint, per vulgares dietas & ſolitas computandis: etſi maluerit Eccleſia eadem ingruente neceſſitate, ſuper qua ſtetur verbo Romani Pontificis, vt dictum eſt, nauali exercitu iuuari, prædicti milites debita taxatione, & recompenſatione prahabita in nauale ſubſidium commutentur.

Vectigal militare imperatũ

40 Verum quia prædicta ciuitas Beneuentana, quam hactenus eccleſia Romana ſibi retinuit, & in ſuum demanium, ſeu dominium cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs reſeruauit, & totum tenimentum ciuitatis eiuſdem, cum finibus ſuis antiquis, quos Romanus Pontifex quandocumque, ſemel tamen, ſibi placuerit bona fide ſibi diſtinguet, eidem eccleſiæ, & in eius proprietate libere remanebit, nullo iure in eis tibi, vel cuicumque alij de regno prædicto retento, ſeu quomodolibet reſeruato. Diſtinctioni quoque per Romanum Pontificem ſemel faciendæ, vt dictum eſt, ſtabitis tu & prædicti tui in dictis regno, & terra heredes abſque contradictione ſeu refragatione quacumque, prout ipſa diſtinctio per litteras apoſtolicas apparebit. Pro dicta quoque ciuitate Beneuentana reparanda, reficienda, & fortificanda per Romanam eccleſiam expoſcetis per ſeptennium pro lignaminibus omnia nemora ipſorum regni, & terræ, & omnem materiam ad ædificia opportunam, vt puta lapides, & arenam, quæ puteolana vocatur, cementum, & ſimilia ſine præiudicio iuris ſingularum perſonarum, ad vnam diem prope Beneuentum. Prælibabitis etiam ipſis Beneuentanis ſecuritatem per totum regnum, & terram prædicta. Priuilegia inſuper dictæ ciuitatis a Regibus. & a principibus conceſſa illibata ſeruabitis. Omnia ſtatuta per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem, ſeu quoſcumque alios Reges, & per quondam Ioannam olim Reginam prædictam facta contra libertatem ciuitatis eiuſdem reuocabitis, & in omnibus, & per omnia, quæ libertatis fuerint, cæteris regnicolis patificabitis illa; nec alia ſtatuta, ſeu aliquas leges condetis in poſterum, per quæ dictæ ciuitati directe, vel indirecte poſſit præiudicium generari: & pro Apoſtolicæ ſedis, ac beati Bartholomæi patroni ciuitatis eiuſdem reuerentia, ſidentias ab omnibus remitti facietis, & remitteris eiſ-

Beneuentum reſeruatum Pontifici.

Digitized by Google

eiſdem. Fidentiarum autem remiſſio eſt conceſſio libertatis, vt ciues Beneuentani poſſint vineas libere, & terras excolere, ac ipſarum fructus, & fruges recolligere, ac eaſdem vineas, & terras vendere, & de ipſis pro ſua voluntate diſponere ſine aliqua exactione, vel muneris donatione.

Prohibitum Regibus Siculis ne quid in ditione pōtificia acquirere poſſint

41 Tu autem & dicti tui in eiſdem regno, & terra heredes in dicta ciuitate, & eius territorio, ac pertinentijs ſuis, quæ Romanæ eccleſiæ remanebunt, vel in vrbe, ſeu in Campania, vel Maritima, ſeu ducatu Spoletano, aut marchia Anconitana, vel in Patrimonio B. Petri, in Tuſcia, in ciuitatibus Peroſina, ciuitate Caſtelli, Bononienſi, Auinionenſi, & comitatu Venayſini, ſeu in alijs quibuſcumque, aut demanijs, ſeu feudis ipſius eccleſiæ vbilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, aut donatione, ſeu venditione, aut aliorum iure, ſine titulo, ſeu contractu, nihil vmquam vobis acquireris, vel vendicabitis, ſeu poteritis acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil vmquam recipietis, vel habebitis, aut retinebitis; ſeu poteritis habere, recipere, vel etiam retinere, aut nullam poteſtariam, capitaniam, vel rectoriam, nullumque alium honorem, nullam dignitatem, ſeu poteſtatem ſenatoriam, vel quamcumque aliam adminiſtrationem, ſeu commendam, nec quodcumque aliud officium recipietis, ſeu recipere poteritis in eiſdem. Hoc autem intelligimus de illis heredibus tuis, & tuorum in dicto regno, & terra heredum, qui in eiſdem regno Siciliæ, & terra ſuccedent. Nolumus enim quod delictum aliorum heredum, qui ſuccedent tibi, vel illis, in ciuitatibus, & alijs terris tuis, vel ipſorum in pœna heredis, qui eſt tibi, vel ipſis ſucceſſurus in regno, & terra præfatis, aliquatenus extendatur. Ne vero huiuſmodi alij heredes tui, vel ipſorum, contra ea quæ in iſto continentur articulo, aliquo forſitan tempore venire præſumant, acquirendo, vel vendicando, aut recipiendo, vel habendo, ſeu retinendo ſibi aliquid in terris in articulo ipſo expreſſis, ſeu comprehenſis, vel recipiendo, habendo, vel retinendo in terris eiſdem poteſtariam, ſeu capitaniam, vel rectoriam, vel aliquid aliud de his, quæ in articulo continentur eodem, ſicut ſuper his duximus prouidendum, vt videlicet nulli etiam huiuſmodi aliorum heredum tuorum, vel ipſorum vllo vmquam tempore liceat ſibi quidquam in eiſdem terris acquirere ſeu vendicare, percipere, habere, vel etiam retinere poteſtariam, ſeu capitaniam, vel rectoriam, vel aliquod aliud in his, quæ (prout dictum eſt) in eodem articulo plenius continetur. Quicumque autem ipſorum ſecus præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat, nec ipſe, nec eius poſteri in perpetuum poſſint in eodem regno ſuccedere, ſi eis in aliquo caſu huiuſmodi ſucceſſio deferretur, ſed ab illa repellantur omnino: & nihilominus ille, qui tunc eiuſdem regni gubernaculo præſidebit, Romano Pontifici patenter aſſiſtere teneatur. Si vero tui in ipſis regno, & terra heredes prædictam ciuitatem Beneuentanam, territorium, pertinentias eius, quæ remanebunt Eccleſiæ, vel aliquam partem eorum, aut Campaniam, vel Maritimam, ſeu vrbem, vel ducatum Spoletanum, aut marchiam Anconitanam, ſeu Patrimonium B. Petri in Tuſcia, aut ciuitate Peruſina, ciuitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Auinionenſi, aut comitatu Venayſini, ſeu alias quaſcumque terras Romanæ eccleſiæ vbilibet conſtitutas, vel ipſarum aliquam partem occupaueritis, ſeu occupari feceritis, aut ſuper his offenderitis, vel moleſtaueritis Eccleſiam, ſeu feceritis moleſtare, & poſtquam ſuper his a Romano Pontifice moniti, & requiſiti fueritis, vel ſi commode moneri aut requiri nequiueritis, iuxta ipſius Romani Pontificis aſſertionem, vel dictum, poſtquam ad hoc ſollemniter te, vel heredes ipſos monuerit, infra tres menſes non reſtitueritis integre omnia occupata, eo ipſo ab ipſorum regni Siciliæ, & terræ iure cadatis totaliter, ipſaque regnum, & terram prorſus amittatis, & ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur. Quod ſi etiam retinueritis occupata, nihilominus ad plenum de vniuerſis iniurijs, & damnis illatis ad mandatum eiuſdem Romani Pontificis ſatiſfacere teneamini: alij quoque heredes tui, videlicet qui tibi non ſuccedent in regno, occupare, vel occupari facere ſuper illis eamdem Eccleſiam non attentent: illi vero, qui ſecus fecerint, præmiſſas pœnas incurrant, vt videlicet eo ipſo ſint excommunicati, & tam ipſi, quam eorum poſteritas in perpetuum ad ſucceſſionem regni, & terræ prædictorum, ſi in aliquo forte caſu eadem ſucceſſio deuolueretur ad illos, nullatenus admittantur, & Rex Siciliæ, qui tunc erit, teneatur aſſiſtere Romano Pontifici contra ipſos, vt ſuperius eſt expreſſum.

Magiſtratum in ea corripiēti intentatum anathema

42 Sane omnibus eccleſijs tam cathedralibus quam alijs etiam regularibus, & ſæcularibus, nec non omnibus prælatis, & clericis, ac vniuerſis perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus, vel regularibus, & quibuſcumque religioſis, locis regni, & terræ prædictorum plenarie remittentur, & reſtituentur integre omnia bona eorum immobilia a quibuſcumque ablata, vel occupata ſint, & per quoſcunque detineantur: mobilia vero, quæ extant, & poterunt inueniri, ſimili modo reſtituentur eiſdem. Hæc autem reſtitutio fiet abſque contradictione, vel difficultate qualibet, ſicut nanciſcemini prædictorum regni Siciliæ, & terræ poſſeſſionem, hoc modo, ſcilicet quod ſtatim in illa parte ipſorum regni & terræ, quæ tibi vel ipſis heredibus obediet, reſtitutio ipſa fiet, ipſa poſtmodum ſucceſſiue conſummabitur, ſicut eadem regnum, & terra habebuntur. Ne autem ſuper his rebus reſtituendis oriri poſſit aliqua difficultas, deputabuntur a Romanis Pontificibus aliqui viri diſcreti, ad quorum mandatum & arbitrium bonorum, & rerum mobilium & immobilium, quæ extant, reſtitutio plena fiat, ita quod eadem, de quorum dominio, vel proprietate ſeu poſſeſſione notorium fuerit, ad eorum arbitrium, & mandatum mox reddentur: in dubijs vero per ipſos de pleno, & abſque iudicij ſtrepitu diligentius veritas inquiretur. Sufficiat autem vocari camerarium, vel procuratorem, vel baillium, in cuius iuriſdictione, vel bailliuia ſeu territorio bona de quibus agetur conſiſtent, ad videndum iurare teſtes, qui in huiuſmodi diſpoſitione deponant.

De reſtituendis bonis eccleſijs.

Omnes inſuper eccleſiæ tam cathedrales, quam aliæ regulares, & ſæculares, nec non omnes prælati, & clerici, ac vniuerſæ perſonæ eccleſiaſticæ ſæculares, & religioſæ, & quæcumque religionis loca in regno, & terra prædictis conſiſtentia, cum omnibus bonis ſuis in electionibus, poſtulationibus, nominationibus, prouiſionibus, quas (ſaluis reſeruationibus apoſtolicis) fieri contigerit, & omnibus alijs, plena libertate gaudebunt, nec ante electionem, ſiue in

De cōſeruandis immunitatib. Eccleſ.

Digitized by Google

in electionem, vel poſt Regis aſſenſus vel conſilium aliquatenus requiretur. Quam vtique libertatem tu & tui in dicto regno heredes ſemper manutenebitis & conſeruabitis, ac manuteneri & conſeruari facietis ab omnibus ſubditis veſtris, dictæque eccleſiæ & perſonæ vtantur libere bonis & iuribus ſuis omnibus, ſaluo tibi & tuis in huiuſmodi regno heredibus iure patronatus in eccleſijs tantum quantum in hac parte patronis eccleſiarum canonica inſtituta concedunt, vbi antiqui Reges Siciliæ huiuſmodi iuſpatronatus in ipſis eccleſijs habuerunt.

De foro eccl.

43 Omnes etiam cauſæ ad forum eccleſiaſticum in regno & terra prædictis pertinentes libere & abſque vllo impedimento agitabuntur, tractabuntur, ac ventilabuntur coram ordinarijs, & alijs eccleſiaſticis iudicibus, & terminabuntur per eos.

De appel. ad ſed. Apoſtol. De ſacr. fidelit. praſtando eccl.

Etſi ad ſedem Apoſtolicam pro huiuſmodi cauſis appellari contigerit, tam appellantes, quam appellati ad eandem venire ſedem pro appellationum proſecutionibus libere, & abſque inhibitione aliqua permittentur. Sacramenta vero fidelitatis præſtabuntur ſecundum antiquam & rationabilem conſuetudinem, prout canonica inſtituta permittunt, ab illis eccleſiarum prælatis, quorum prædeceſſorea antiqui illa Siciliæ Regibus præſtiterunt; ab illis autem prælatis, & eccleſijs, qui regalia ſiue temporalia bona tenent.

Si qui tamen ſunt, qui huiuſmodi bona teneant a domino regni, & alijs dominis temporalibus, & qui ratione huiuſmodi bonorum ab antiquo conſueuerunt Regibus & ipſis dominis temporalibus ſeruitia exhibere, huiuſmodi honeſta & antiqua ſeruitia ſecundum rationabilem & antiquam conſuetudinem, & ſicut inſtituta patiuntur canonica, impendentur, salua tamen Romani Pontificis, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate, & iuriſdictione plenaria, & libera poteſtate circa eccleſias, & alias regulares, & ſeculares perſonas, & loca eccleſiaſtica prædicta, tam in faciendis prouiſionibus, & electionibus confirmandis, quam quibuſcumque alijs conceſſionibus, & gratijs, ac ſuper eis conficiendis literis apoſtolicis, quas ceſſante omni impedimento per vos, ſeu officiales & ſubditos veſtros præſtando, permittetis libere & abſolute executioni debitæ demandari: quinimmo præſtantes impedimentum, aut retinentes, & inobedientes comprimetis, & punietis, & ad obedientiam, & reuerentiam litteris Apoſtolicis exhibendam compelletis & conſtringetis, & requiſiti manu militari, prout ipſarum literarum apoſtolicarum executori, iudici, ſeu nuntio videbitur, aſſiſtetis remedijs opportunis.

Quid in iure patron. ſeruandum.

Datæ leges pro libertate eccleſiaſtica.

44 Reuocabitis etiam tu & dicti tui heredes in ipſo regno omnes conſtitutiones & leges per dictum Federicum Regem Siciliæ, ſiue per Conradum ipſius Federici filium, aut Manfredum quondam principem Tarentinum, ſeu per dictam quondam Ioannam Reginam, vel alios Reges aut Reginas regni & terræ præfatorum, ſeu alios quoſcumque editas contra eccleſiaſticam libertatem: nec ſtatuta edetis, aut conſuetudines introducetis, ſeu etiam promulgabitis, per quæ iuri, & libertati eccleſiaſticæ in aliquo derogetur.

Ne Clericus ad forum ſeculare trahatur.

Promittetis etiam, quod nullus clericus aut perſona eccleſiaſtica eorundem regni & terræ in ciuili vel criminali cauſa ad faciendam ſidem de titulo vel poſſeſſione clericatus conuenietur coram iudice ſæculari, niſi ſuper feudis iudicio petitorio conueniatur ciuiliter: ſed omnes eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, & alia pia & religioſa loca, & beneficia ac perſonæ eccleſiaſticæ regni & terræ prædictorum omnimode erunt liberæ & libera, & in nullo Regi aut principi ſubiacebunt.

Vetita omnis exactio.

Nullas inſuper tallias, ſeu collectas imponetis Eccleſijs, monaſterijs, locis, vel beneficijs prædictis, aut clericis & perſonis eccleſiaſticis, ſeu rebus eorum, & in eccleſijs in dictis regno & terra vacantibus tu, vel prædicti tui in regno heredes nulla habebitis regalia, nulloſque fructus, redditus, & prouentus, nullaſque etiam obuentiones, ac nulla prorſus alia recipietis ab eiſdem, cuſtodia eccleſiarum earundem interim libera remanente penes perſonas eccleſiaſticas, iuxta canonicas ſanctiones.

45 Comites vero, barones, milites, & vniuerſi homines totius regni & terræ prædictæ viuent in ea libertate, & habebunt illas immunitates illaque priuilegia & eis gaudebunt, quas & quæ tempore claræ memoriæ Guillelmi II. Siciliæ Regis, & alijs antiquis temporibus habuerunt.

De reſtituendis exulibus.

Omnes exules regni Siciliæ & terræ prædictorum cuiuſcumque conditionis exiſtant ad mandatum Romanæ eccleſiæ reducentur ad regnum & terram prædicta, ipſiſque de bonis & iuribus eis debitis reſtitutio plena fiet. In huiuſmodi autem reſtitutione ſecundum præſcriptam formam in capitulo de bonis eccleſiarum reſtituendis contentam tam in notorijs quam in dubijs procedetur, omneſque captiuos & obſides, qui tenentur in regno & terra prædictis Romanos, & regnicolas, alios quoſcumque reſtituetis eorum libertati pro poſſe.

Iura ſua cunctis illæſa ſeruanda.

Ius etiam quod quicumque de terris Eccleſiæ, ſeu Tuſciæ, vel Lombardiæ, aut Romanæ eccleſiæ fideles in comitatibus, ciuitatibus, terris, caſtris, villis, ſeu locis a ſede Apoſtolica ſeu a Regibus ſeu principibus ſibi conceſſum obtinent, nec non ius, quod priuatio iure, vel per proceſſus apoſtolicos olim habebant, ſi eos ad illud apoſtolica auctoritate legitime reſtitui contingat, etiam penitus ſaluum erit, nec per præſentem regni & terræ conceſſionem comitatuum, ſeu aliorum conceſſorum huiuſmodi cuiquam quoad proprietatem & poſſeſſionem præiudicium aliquod generetur, regio iure in his omnibus ſemper ſaluo.

Vetitum fœdus contra ſed. Apoſt.

Nullam etiam confœderationem, ſeu pactionem, vel ſocietatem cum aliquo Imperatore, vel Rege, ſeu principe, vel barone, Chriſtiano, Græco, vel Sarraceno, aut cum aliqua prouincia, ſeu ciuitate, aut communitate, ſeu aliquo loco ſcientes contra Romanam eccleſiam, vel in eius damnum facietis: etſi ſecus fieret, quod factum fuerit, ſit ipſo iure nullum, etſi eam feceritis ignoranter, nihilominus quatenus de facto feceritis, indilate teneamini ad mandatum Eccleſiæ reuocare.

Hæredes & ſucceſſores omnes obſtricti.

46 Denique omnes præmiſſas conditiones, quæ in perſona tua apponuntur, circa tuos etiam in dictis regno & terra heredes & ſucceſſores intelligimus & volumus eſſe dictas, ſaluis omnibus, quæ circa alios tuos heredes ordinata ſunt prout ſuperius eſt expreſſum. Cæterum quoniam in quibuſcumque articulis, ſeu capitulis prædictarum conditionum continetur expreſ-

ſe.

ſe, quod in certis caſibus tu, & prædicti tui heredes excommunicationis ſententiam incurratis, & dictum regnum, & terra, & tuæ & ipſorum heredum terræ ſint eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, & ad Romanam eccleſiam regnum, & terra prædicta libere deuoluantur; nos huiuſmodi ſententias videlicet excommunicationum in te, & eoſdem heredes, ac interdicti in regnum, & terram prædicta, ſi tua, vel ipſorum culpa huiuſmodi caſus emerſerint de prædictorum fratrum conſilio ex nunc auctoritate apoſtolica tenore præſentium promulgamus.

Formula ſacramẽti a Rege mmeu[illegible] pandi.

47 Forma autem iuramenti prædicti per te de proximo in manibus dicti Latini Cardinalis, & per tuos in dicto regno heredes præſtandis, talis eſt: *Ego Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, plenum, homagium, ligium, & vaſalagium faciens,* vobis domino meo, domino Pio Papæ II. &c. *eccleſiæ Romanæ pro regno Siciliæ, & tota terra, quæ eſt citra pharum vſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio, ac omnibus diſtrictibus, & pertinentijs ſuis ſecundum antiquos fines territorij, pertinentiarum, & diſtrictus ciuitatis eiuſdem per Romanum Pontificem diſtinctos, & in poſterum diſtinguendos, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro, & vobis domino Pio Papæ II. veſtriſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ſanctæque apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ. Non ero in conſilio, vel conſenſu, ſeu facto, vt vitam perdatis, ſeu perdant, aut membrum, ſeu capiamini, vel capiantur mala captione. Conſilium quod mihi crediturj eſtis per vos, aut nuntios veſtros, vel per literas, ad veſtrum vel eorum damnum ſcienter nemini pandam, etſi ſciero fieri, vel procurari, ſeu tractari aliquid, quod ſit in veſtrum, vel ipſorum damnum, illud pro poſſe impediam, etſi hoc impedire non poſſem, illud vobis vel eis ſignificare curabo. Papatum Romanum, & regalia S. Petri, tam in regno Siciliæ & terra prædictis, quam alibi conſiſtentia adiutor vobis & eis ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem.*

Vniuerſas & ſingulas conditiones ſupraſcriptas, & contentas in præſentibus literis apoſtolicis, ſeu ipſarum regni & terræ conceſſione confectis, ac omnia & ſingula, quæ in eis continentur literis, plenarie adimplebo & inuiolabiliter obſeruabo, & nullo vnquam tempore veniam contra ea. Non procurabo per me, vel alium, ſeu alios quoquo modo, vt eligar, vel nominer in Regem, vel Imperatorem Romanum, ſeu Regem Teutoniæ, aut dominum Lombardiæ, vel Tuſciæ, etſi electionem, vel nominationem ad imperium, vel regnum Romanum, ſeu regnum Teutoniæ, aut dominium Lombardiæ, vel Tuſciæ, ſeu maioris partis earumdem de me celebrari contigerit, nullum huiuſmodi electioni, ſeu nominationi aſſenſum præſtabo, nec intromittam me modo aliquo de eorum, vel alicuius ipſorum regimine.

Neque etiam de ciuitate Beneuentana, & ſuis territorio, diſtrictibus, & pertinentijs, ſeu Comitatu, neque de Maritima, ducatu Spoletano, marchia Anconitana, Patrimonio B. Petri in Tuſcia, Maſſa, Trebaria, Romandiola, alma vrbe, in ciuitatibus Peruſina, ciuitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Ariminenſi, aut comitatu Venayſini, ſeu alijs terris quibuſcumque veſtris, & demanijs, ſeu feudis ipſius eccleſiæ vbilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, ſeu donatione, aut venditione, vel alio quouis titulo, vel contractu, nihil vnquam mihi acquiram, vel vendicabo, ſeu potero acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil vnquam recipiam, vel habebo, ſeu retinebo, vel potero recipere, habere, aut etiam retinere in illis. Neque vllam poteſtariam, capitaniam, vel rectoriam, nullumque aliud officium recipiam, ſeu recipere potero in eiſdem, aut ipſorum aliquo. Nec etiam occupabo, aut occupare permittam, ſeu faciam præmiſſa, vel partem aliquam eorundem. Nec illa offendam, vel moleſtabo, nec etiam Romanam eccleſiam quoquomodo ſub cenſuris, pœniſque ſpiritualibus & temporalibus in ſupradictis conditionibus & infeodatione contentis, quas hic haberi volo in ſingulis ſuis partibus alias pro ſpecifice repetitis, & expreſſis. Schiſmatico, aut hæretico cuicumque, vel a fide deuio, & ab ipſa eccleſia præciſo, eiuſque ſequacibus, aut dantibus eis auxilium, conſilium, vel fauorem non dabo quouiſmodo per me, vel alium, ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, auxilium, conſilium, vel fauorem, nec ab alijs quantum in me fuerit, ſi impedire potero dari permittam, ſed eos iuxta poſſe meum, donec conuertantur, perſequar & inuadam. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei euangelia.

48 Tu etiam & dicti tui in eiſdem regno, & Siciliæ terra heredes dabitis priuilegium veſtrum nobis, & dictæ Romanæ eccleſiæ aurea bulla bullatum, in quo proprio iuramento fatebimini, & recognoſcetis expreſſe, regnum Siciliæ, & totam terram ipſius, quæ eſt citra pharum vſque ad confinia eiuſdem Romanæ eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana cum territorio, & pertinentijs ſuis, quæ eccleſiæ remanebit eidem, ex ſola gratia & mera liberalitate ſedis Apoſtolicæ & noſtra tibi tuiſque heredibus fuiſſe conceſſa, voſque recepiſſe & tenere regnum & terram huiuſmodi a nobis, & dicta Romana eccleſia ſub pactis, modis, & conditionibus ſupradictis. Nolumus autem per præſentes tuis, vel aliorum quorumcumque iuribus, ſi qua tibi & illi in regno & terra prædictis quomodolibet competunt, nullatenus derogari. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, confirmationis, & nouæ largitionis, inueſtituræ, infeudationis, decreti, reſeruationis, ordinationis, & voluntatis infringere, &c. ſi quis, &c. Cunctis vero præmiſſa ſeruantibus ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLVIII. *v. id. nouembris pontificatus noſtri anno I.*

Imperatum vt illud ſcriptum bulla aurea obſignẽtr.

Ego Pius catholicæ Eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Iſidorus epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Ruthenus conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego B. epiſcopus Tuſculanenſis Cardinalis Nicenus conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Ioannes Cardinalis S. Sixti conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Cardinalium decreto cõſentientium nomina.

Ego Antonius S. Chryſogoni presbyter Cardinalis conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Philippus tit. S. Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis Bononienſis conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Nicolaus tit. S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Petrus tit. SS. Marci presbyter Cardinalis Venetiarum epiſcopus Vicentinus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Ludouicus Ioannes tit. S. Quatuor coronatorum

Digitized by Google

torum presbyter Cardinalis Segobicenſis conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Ioannes tit. S. Priſcæ presbyter Cardinalis Zamorenſis conſenſi, & manu propria ſubſcripſi me.

Ego Iacobus tit. S. Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis conſenſi, & manu propria ſubſcripſi.

Ego Proſper S. Georgij ad velum aureum diaconus Cardinalis de Columna conſenſi, & manu propria me ſubſcripſi.

Ego Iacobus S. Euſtachij diaconus Cardinalis conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Rodericus Cardinalis diaconus S. Nicolai S. R. E. vicecancellarius conſenſi, & manu propria ſubſcripſi. Paruit Ferdinandus Rex, ac regias literas de admiſſis legibus dedit, quarum hoc eſt exordium.

Admiſſæ ſuperiores leges a Ferdinando.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Ieruſalem, & Hungariæ.

49 Omnibus & ſingulis præſentes literas inſpecturis notum facimus, quod cum S. D. N. Pius diuina prouidentia Papa II. anno a natiuitate domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo, quarto idus nouembris pontificatus ſui anno primo bullam inueſtituræ regni Siciliæ, & terræ citra Pharum nobis, & filijs noſtris vtriuſque ſexus, tam natis quam naſcituris, licet abſenti conceſſerit, & per vexilli Romanæ eccleſiæ traditionem de regno & terra prædictis nos inueſtiri mandauit, & reuerendiſſimo in Chriſto patri & domino, domino Latino tituli ſanctorum Ioannis & Pauli presbytero Cardinali, Apoſtolicę ſedis legato, ipſius S. D. N. & ſanctę Romanę eccleſię nomine ad infraſcripta per eius ſanctitatem ſpecialiter deputato fidelitatis iuramentum pręſtiterimus, ad perpetuam rei memoriam, ipſiuſque ſummi Pontificis, & Romanę eccleſiæ expreſſam, legitimam, & conſuetam cautionem & fidem, & omnia & ſingula capitula, promiſſiones, conditiones, conuentiones, & iuramenta, in præfata bulla inueſtiturę regni Siciliæ & terrę citra pharum expreſſa, & ſpecificata per pręſentes literas noſtras regias ſub bulla aurea ſigillatas ſeruare, implere, manutenere, & nihil omnino omittere ſpondemus, & ſub regia fide noſtra expreſſe promittimus: quorum conditiones capitulorum, & iuramenti pręſtiti tenor ſequitur de verbo ad verbum & eſt talis: *Conditiones vero prædictæ ſunt, hæ videlicet: Promittetis & iurabitis tam tu in manibus ipſius Cardinalis, quam in ſingulis inueſtituris, &c.* Iiſdem omnino verbis eę leges repetitę ſunt, quibus eas Pontifex conceperat atque ideo ſunt pretermiſſę.

Illius ea de re litera.

Trinitarij tres martyrio Conſtantinopoli affecti.

50 Hoc anno affectus a eſt martyrio Eugenius ordinis Sanctiſſimę Trinitatis vna cum duobus socijs, cum ſe antea pro liberando ſacerdote ſeruituti addixiſſet, de quo eiuſdem ordinis annales hęc referunt: *B. Eugenius Macſeixan Hybernus doctor theologus*, & infra, *cum duobus ſuæ religionis ſocijs profeſſoribus ad Chriſtianos redimendos Conſtantinopolim adijt, vbi cum a perfidis tota pecunia expoliati in ignem viui conijcerentur, corporibus in cinerem verſis, immortales animæ in cælum celeriter demigrarunt. Sequente nocte candidis veſtibus induti, capita coronis redimiti, manibus palmas gerentes, & pectora crucibus ornati ad oſtium domus iudicis, a quo iudicati fuerant, conſiſtentes, illum iuſſerunt impium vitæ inſtitutum mutare, Chriſtianorumque religionem amplecti, confirmantes, aliter in æternum damnatum iri. Anno Domini MCCCCLVIII. die nona ſeptembris.*

a Gonzal. Dauila in compendio hiſt. inſt. Trin. Ioan. de Figueras in chron. p. 185.

Poſt mortem cæleſti viſo edicunt iudici dānatum iri ni fiat Chriſtianus.

IESV CHRISTI
Annus 1459.

PII PP. II. annus 2. FRIDERICI III. IMPERAT. 20.

1 ANno huius ſęculi ineunte quinquageſimo nono indictione ſeptima Pius Papa Mantuam profecturus, vt ſolemnes ex omnibus Chriſtiani imperij ordinibus conuentus ad expeditionem ex vniuerſis occidentalibus regnis aduerſus Turcas conficiendam celebraret, eo primum curas vertit, vt ſi ab vrbe abſentem ſe obire diem contingeret, ſucceſſuri Pontificis electio fieret legibus, ne inexpectato aliquo caſu nouum aliquod in Eccleſia ſchiſma, ſi Cardinales locorum interuallis ſententijſque diſcreparent, conflaretur: edita itaque ſanctione ſtatuit a, quid in eo rerum diſcrimine agendum foret.

Conſultū a Pio ne eo extincto aliquod ſchiſma oriatur.

a Lib. 2. pag. 261.

Ad futuram rei memoriam.

Cum, concedente Deo, poſt feſtum inſtantis epiphanię profecturi ſimus ad dietam per nos Mantuę dudum indictam, & curiam Romanam, quoad aliud ordinandum duxerimus, in hac alma vrbe dimiſſuri, prout in alijs noſtris ſuper inde confectis literis latius continetur, cogitantes mortali conditioni nos ſubditos eſſe, & interim forte placiturum eſſe Altiſſimo, vitę interituſque noſtri auctori, nos ex hac luce ſubtrahere, ad omnia prouidenda, per quę ad electionem noui Pontificis ſucceſſoris noſtri vnanimiter & cum facilitate poſſit procedi, nec non ad omnia iuris dubia ſubmouenda, quæcumque in electione huiuſmodi poſſent forte oriri, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore pręſentium ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod ſi nos vltra ciuitatem Florentię contingat decedere, condito prius, donec aliud fuerit ordinatum, in cathedrali eccleſia eius ciuitatis, in qua obitum eiuſmodi euenire contigerit, corpore noſtro, aut ad propinquiorem cathedralem delato, ſi locus ipſe deceſſus non fuerit ciuitas, Cardinales qui in curia prędicta remanſerint alios Cardinales, qui nobiſcum ad memoratam dietam exierint triginta, ſi vero citra eandem ciuitatem aut in eadem mors ipſa acciderit, quindecim tantum dies a die obitus antedicti in huiuſmodi fienda electione expectare teneantur, & debeant; nec non poſtquam omnes ſimul ad hanc ipſam vrbem conuenerint, finitis prius de more exequijs eundem dierum numerum reſtringere, ſi eis videbitur, libere & licite valeant, ac mox conclaue ad celebrandam electionem ingredi ſimiliter teneantur & debeant; decernentes irritum & inane quidquid in contrarium forſitan factum fuerit & attentatum, conſtitutionibus apoſtolicis de breuiori tempore ad inuicem conueniendum, & ad electionem huiuſmodi procedendum loquentibus, per quas hac vice dumtaxat præſenti ordinationi nullum pręiudicium volumus generari, cęteriſque contrarijs nequaquam obſtantibus. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ anno* MCCCCLIX. *non. ianuarij pontificatus noſtri anno* 1.

Præſcriptus dierum numerus pro conclaui ineundo.

2 Ne autem interea Turcę orientales Chriſtianos, & Gręcorum reliquias opprimerent, dum Man-

Noua militia in Turcas inſtituta. [a] Lib. 3. pag. 4.

Mantuani conuentus pro decernendis parandiſque auxilijs agerentur, ſacrum equeſtrem ordinem creauit [a], qui in inſula Lemno, ac finitimis inſulis Ægæi maris præcipuas ſedes locarent, atque eorundem Turcarum comprimerent impetus, ne ex Helleſponto in Ægæum mare excurrerent, atque etiam inde facilius bellum inferri Turciæ poſſet; paribus vero hoſce religioſos equites prærogatiuis, & inſignibus decorauit, quibus Rhodia militia ornata fuerat: tum plures domos, prædia, vectigalia aliorum ordinum, qui obſoleuerant, attribuit.

Ad futuram rei memoriam.

Licet olim nonnullæ ex Chriſtianis religionibus, quibus tamquam varijs gemmis ornata Chriſti ſponſa gloriabatur Eccleſia, in pretio ac magna fidelium deuotione eſſe conſueuerint, tamen partim aliorum ſuperuenientium ordinum origine, partim ipſa temporum diuturnitate, ac fidelium populorum diminutione religiones ipſæ a veteri ſtatu ita defluxerunt, vt (quod maxime dolendum eſt) vix in quibuſdam ex eis tot perſonæ quot loca valeant reperiri, ipſæque iam religiones ſine vllo prope fructu nomen dumtaxat ſuæ fundationis nuncupationiſque obtineant: ex quo animum noſtrum non indigne ſubijt meditatio, indecens eſſe eos in Eccleſia tolerari, qui talentum ſibi creditum in terra abſcondentes, ſi non plura, vnum aliud tamen domino in lucrum non nouerint cumulare. Itaque in hac noſtra, quæ animum noſtrum dies noctesque angit, vehementi cura principes & populos Chriſtianos in vnum congregandi locum, vbi reſiſtendi impijs Chriſtiani nominis hoſtibus Turcis, vel potius eos, dante Domino, exterminandi, fiant apparatus neceſſarij; id etiam cogitamus non paruo futurum Chriſtianorum prouincijs adiumento, ſi ad Helleſponti ſitæ, vt dicunt, ſtricti Callipolitani fauces, per quas infidelibus in Chriſtianorum Ægæi pelagi inſulas, & maritimas regiones nauigio eſt diſcurſus præſidium imponetur, de quo tranſitus illis impeditior difficiliorque reddatur: cum tamen noſtri eo ex loco inuadendi illos facultatem maximam ſint habituri, habitaque cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus conſultatione nouam religionem vnam in Lemno & alijs inſulis inſtituere decreuimus, quæ ſicut Rhodienſium quingentis inde ſemota milliaribus a Mauris & pariter a Turcis in amplum mare diſcurrentibus Chriſtianos protegit, ita partim Turcas ad ipſam nauigaturos maris amplitudinem impediat, & detineat, partim in littoreis regionibus, & ipſo in Callipolitano canali dies noctesque infeſtet.

Quibus cauſis Pius permotus fuerit.

In Lemno illius ſedes fixa.

3 Cum tamen interea non parum eſſe videatur eandem Lemnum aliosque inſulas Chriſtianis frequentatam habitatoribus ita omni ſtudio, & animi ardore a Turcis defenſare, ſicut illius habitatores ſeſe dilecto filio Ludouico Cardinali Aquileienſi camerario noſtro, ſedis Apoſtolicæ legato, poſtquam recepti per arma fuerunt, fideliſſimos exhibuerunt: pro huiuſque noſtri propoſiti conſummatione ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, &glorioſiſſimi Filij ſui vnigeniti genitricis Mariæ noua hæc militaris religio ipſius B. Mariæ Bethlemitanæ vocabulo appellabitur, hoſpitale ſicut & Rhodienſe Lemni inſulæ habitura. Pro fundamento autem, ac ſubſiſtentia dictæ religionis nouæ alias religiones, ſiue militias, ac hoſpitalia infraſcripta, videlicet S. Lazari vbilibet conſiſtentia, S. Mariæ de Caſtello Beitonum de Bononia, ac ſancti Sepulchri, nec non ſancti Spiritus in Saxia de vrbe, & omnia ab eo dependentia, aut illius habitum ſeu crucem duplicem deferentia vbilibet exiſtentia, & B. Mariæ cruciferorum, nec non hoſpitale S. Iacobi de Altopaſſu Lucanæ diœceſis, cum eorum domibus, prioratibus, hoſpitalibus, & membris quocumque nomine cenſeantur præfatæ nouæ religioni de conſilio, auctoritate, & poteſtate prædictis tenore præſentium dedicamus, applicamus, appropriamus, & annectimus, & incorporamus: nec non priores ordines, & nomina religionum ipſarum, ac priorales, & alias dignitates in eiſdem omnino ſupprimimus, & extinguimus, illaque de cætero eiuſdem religionis militaris, ac hoſpitalis B. Mariæ Bethlemitanæ nuncupati eſſe, cenſeri, ac appellari volumus. Huius autem religionis erunt fratres, ac milites etiam Sacerdotes, ſicut & in Rhodienſi prædicta, quorum ac dicti hoſpitalis B. Mariæ Bethlemitanæ caput erit magiſter, ab eiſdem fratribus pariformiter eligendus. Pro habitu quoque regulari deferent crucem rubeam in campo albo, ac in cæteris omnibus omnino parem fratribus Rhodienſibus, &c. [Plura alia decernit ad nouum equeſtrem ordinem conſtituendum pluribuſque priuilegijs eum exornat. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIX. *XV. kal. februarij pontificatus noſtri anno* I.

B. Mariæ Bethlemitanæ illi nomen inditum.

Aſcripta illi ingentia vectigalia.

Quænam inſignia data.

4 Ex aſcripta hiſce literis Romæ exaratis die emendandi ij, qui Pontificem XV. kal. febr. vrbe exceſſiſſe Mantuam aditurum referunt; tum ex m.s. codice tabularij Vaticani [a], in quo dies profectionis his verbis deſignata eſt: *Die* XXII. *ianuarij* MCCCCLIX. *dominus Pius receſſit de vrbe*; quibus etiam conſentit Gobelinus, qui Pij iter accurate deſcribit hiſce verbis [b]: *Pontifex maximus ad tertiodecimo kalendas februarij, quæ dies profectionis dicta eſt, ex palatio apoſtolico, quod eſt apud S. Petrum in Vaticano intempeſta nocte ad ædem S. Mariæ maioris in Exquilio monte ſe contulit, ibique ſequenti die commoratus frequenti populo ac vehementer lachrymanti lachrymans ipſe benedixit; & poſtridie ſole nondum orto per thermas Diocletiani, & collem Suburræ ad portam Flamineam (nunc populi vocant) & deinde ad pontem Miluium deſcendit. Cardinales eo vſque ſecuti ſunt, & optimatum vrbis plebiſque maxima pars. Ibi equitum in armis expectabant turmæ, quæ Pontificem tutum deducerent. Tum dimiſſo populo ſex Cardinales delecti ſunt, qui Papæ ſeruirent iter agenti, Vilhelmus Rothomagenſis e regia ſtirpe natus, Alanus Auinionenſis nobilis Brito, Philippus Bononienſis Nicolai Pontificis quondam frater, Petrus S. Marci, Proſper Columnenſis, Rodericus vicecancellarius, qui Romanorum Pontificum nepotes fuerunt, Eugenij, Martini, Calliſti. Cardinales reliqui, ex quibus nonnulli valetudinarij fuerunt, iuſſi ſunt Romæ manere, aut initium veris tempus expectare, ac tum propere ſequi, &, cum aliorum ægritudinibus Pontifex ignoſceret, ſuæ nequaquam pepercit, qui pedanio dolore, & pluribus affectus morbis ſubire mortis periculum maluit, quam conſtitutam profectionis diem negligere. Obſtabant amici multiſque artibus remorari præſulem adnitebantur, horridam hyemem, & rigidas Apennini alpes, & itineris mille pericula memorantes: quæ cum fruſtra*

obie-

Pij II. verſus Mantuã iter.

[a] Apud regeſt. II. breu. Call. III. pag. 28.

[b] Gobel. in comm. Pij II. lib. 2.

Qui Cardinales eum ſtiparint.

Suæ ſaluti rem Chriſtianam prætulit.

obiectarentur, non defuere qui dicerent: Eu, Pontifex, ſi nulla tui corporis retinet cura, reſpice ſaltem, quæ tibi commiſſa eſt Romanam eccleſiam, & quot ei inſidiæ præparentur animaduerte. Et quis patrimonium B. Petri te abſente tuebitur? quamprimum Padum tranſmiſeris inuadent regnum tuum lupi rapaces, nam quæ terra eſt tyrannis, ne dicam latronibus magis fœcunda, quam tua? Picenum alij, Vmbriam alij, alias alij prouincias dilacerabunt, nudabuntque prorſus ſponſam tuam. Cum redieris non inuenies locum, vbi reclines caput, quem poſſis tuum dicere. Ad hæc Pontifex: Meliora, inquit, præſtabit Deus, cuius acturi cauſam peregre proficiſcimur: quod ſi permiſerit diuina miſeratio id fieri, quod timetis, priuari his temporalibus bonis Eccleſiam, quam fide malumus: niſi ſeruamus, quod promiſſum eſt, perit fides noſtra; & quis amplius crederet nobis? Religio quoque in diſcrimine ponitur, quam Turcæ oppugnant, aduerſus quos conuentus indictus eſt, ſi non pergimus, nutat. Temporale regnum Eccleſiæ & hoc ſæpe amiſſum eſt & ſæpe recuperatum: ſpirituali ſi ſemel exciderimus difficile venditari aliquando poterit. Pereant hæc fluxa dum ſolidiora illa retineamus. Nec plura loquutus iter ingreſſus eſt.

Obiectus plurium diſcriminum terroi.

5 Subdit auctor pernoctaſſe primum Pontificē apud Campanianum Viſinorum oppidū ſextodecimo ab vrbe milliari diſtans, ibiq; archiepiſcopum Tranenſem Latini Cardinalis fratrem ſummo cum apparatu Pontificem omnemq; curiam excepiſſe; inde cum Tifernum iter haberet allatæ ſunt literæ, quæ Aſſiſium a Iacobo Piccinino Romanæ eccleſiæ reſtitutum, vt pactus antea erat Ferdinandus Neapolitanus Rex, nunciabant: cum vero eas vix legiſſet, concitato curſu veniſſe nuncium ab Euerſo Anguillariæ comite, qui labores Pio viæ prænunciabat, ac plura ex illius diſceſſu imminentia diſcrimina, & antequam kal. auguſti adeſſent, ingentes turbas in eccleſiaſtica ditione excitandas, ac tum demum ipſum cogniturum qui nam fidi ſibi extitiſſent. At nec his moueri ſe Pius eſt paſſus, nuntioque dedit mandata, vt receptum Aſſiſium Euerſo referret. Grauiori vero cura ſolutus eſt Pius ex illius arcis deditione, cum propterea quingentos equites a Franciſco Sfortia Mediolanenſi duce poſtulaſſet, qui ipſum in Aſſiſinate agro ſtiparent, ac tuto deducerent: cum vero iam ijs non egeret, hæc Mediolanenſi reſcripſit a: *Recuperato Aſſiſio, & comite præfato*, nempe Piccinino, *ad deuotionem noſtram conuerſo*, & infra, *hortamur, vt laborem quingentos illos equites nobis mittendi vltra non ſuſcipias, ſed proinde nobis ſatisfactum exiſtimes, ac ſi & miſſi, & acceptati a nobis fuiſſent.*

a Lib. breu pag. 9.

At non Aſſiſium modo, verum & Nuceriam Gualdumque, tum Ciuitatem veterem redditam Pio ipſe teſtatur b his verbis ad Baptiſtam Brendam in Germania oratorem ſuum: *Ciuitas vetus, & Aſſiſium quod teneri per comitem Iacobum Piccininum non ignorabas, beneficio Dei ſine vlla contentione libero eſt redditum, idemque de Nuceria factum, & Gualdo; quod tibi ad conſolationem tuam nunciandum putauimus.* Cæterum Pius Tifernum profectus ingenti gaudio ab epiſcopo acceptus eſt in palatio, quod Nicolaus vt tutum Pontificibus, ſi qua perſecutionis tempeſtas ingrueret, aſylum extruxerat, cum locus natura, & opere muniſſimus eſſet. Vt vero Tyberi per pontem traiecto Pontifex, dum Narniam & Interamnam Spoletum contendebat, vicis vbique feſta fronde exornatis, maxima pompa & gratulatione effuſis obuiam populis ſit acceptus, deſcribit hiſce verbis Gobelinus a: *Quacumque iter fecit, populi obuiam effuſi Pontificem ſalutare, ſacerdotes ſacra ferentes felicem vitam eunti precari, pueri innuptæque puellæ redimiti tempora lauro, & oliuarum ramos manu geſtantes vitam & felicitatem magno præſuli optare, qui fimbrias veſtimentorum contingere poſſent beatos ſeſe arbitrari. Plena vbique populis itinera & ſtrata virentibus herbis, oppidorum & vrbium plateæ pretioſioribus opertæ pannis, domus ciuium templaque magni Dei præcipuis ornata modis. Sic per Narniam & Interamnam Spoletum vſque ventum eſt, neque hic minor Pontifici honor exhibitus.* Biduo moratum Pium in ea vrbe addit auctor, cui conſentiunt notæ regeſto de quo paulo ante memoraui, adiectæ: *Die*, inquiunt, XXVI. *dicti menſis* b *nimirum ianuarij intrauit Spoletum, & exiuit* XXIX. *eiuſdem.*

b Lib. breu pag. 4. Ex comite Picinino recuperatæ aliquæ vrbes.

a Gobel in comm. l. 2.

Excep' vbique Pius magnifice.

b Regeſt. 2. bull. Caliſt. III. pag. 28.

6 Ijs conſonant quoque apoſtolicæ literæ c, Interamnæ ad Albertum marchionem Brandeburgenſem XXV. ianuarij datæ, quibus eum rogat, vt ad indictos Mantuanos conuentus accedat, Imperatoremque etiam ad eos ſua cohoneſtandos præſentia alliciat: *Non ſolum, inquit, tu perſonaliter ad memoratam dietam, quæ Mantuæ tenebitur accedere velis, ſed pro honore, & gloria Germanici nominis eum Imperatore ita efficere, vt ipſe quoque cæteris poſthabitis idem hoc faciat, non dubitantes ſuum & cæterorum Alamaniæ principum exemplum reliquos ad conueniendum moturum: eſſet autem imperiali excellentiæ, & toti Germaniæ nota non leuis, ſi ea natio, de qua ſpem prope exploratam omnibus dedimus, in cauſa fidei Chriſtianæ ſibi deeſſet; præſertim cum nos in hac noſtra ætate nulli defatigationi aut labori parcentes eiſdem obuiam procedamus. Dat. Interamne die* XXV. *ianuarij pontificatus noſtri anno* I. Deinde Spoleti die proximo Ioanni Caruial Cardinali S. Angeli præcepit d, impelleret marchionem eundē, & Fridericum Imperatorem, vt Mantuanis cœtibus intereſſent: quo etiam argumento e ſcripſit ad Henricum Viennenſem epiſcopum, & Henricum Ritdear præpoſitum Friſingenſem, qui a Friderico arcanis conſilijs adhiberi erant ſoliti, vt ipſum ad id adducerent; tum Fridericum ipſum cohortatus f eſt, ne imperatorio muneri in ea Chriſtiani nominis cauſa deeſſet; tum Argentinenſes, Baſileenſes, Conſtantienſes, earumque vrbium epiſcopos, nec non Eiſtetenſem, Herbipolenſem, & Argentinenſem oratores Mantuam legare iuſſit. g

c Pius lib. breu. pag. 7.

Rogatus Cæſar vt Mantuā ſe conferat.

Solicitati principes vt ad eoſdem conuentus accedant.

d Ibid. pag. 6.

e Ib. pag 8

f Ia pag. 5. & 6.

7 De hortatiuis ad Fridericum datis literis, vt ad Mantuanos conuentus accederet, meminit Gobelinus h, ſubditque iam ante Pium miſiſſe ad illum Baptiſtam Brendam iuriſconſultum ciuemque Romanum, vt ipſum ad huiuſmodi iter ineundum ſolicitaret; at Fridericum plures ad declinandum conuentum cauſas, quaſi multa ſibi in Auſtria rerum moles incumberet, prætexuiſſe; tum alias inanes argutias, quod Mantua, vel Vtinum alternatim deſignata fuiſſent de quibus a Baptiſta Brenda, miſſo Mattheo collega, certiorem fecit Pium, cui permoleſtum fuit refrixiſſe adeo in principe fidei defendendæ ardorem, ſuiſque commodis ita addictum, reſcripſitque oratori ſuo, Fridericum Pontificis ſua pro communi ſalute ſpernentis exemplum ſequi debuiſſe.

g Ead. pag.

h Gobel. in comm. l. 2.

Fridericus Cæſar inertem ſe gerit.

Nos, inquit i, iter ſumus ingreſſi, quod etſi propter multas difficultates neceſſitas nobis ſit graue, omnia

Monitus vt pontificiū exēplum ſequatur.

i Lib. breu pag. 4.

tamen pro Deo, & ſalute fidelium patienter perferimus. Hæc Brendæ: *Friderico vero*, inquit Gobelinus, *Pontifex remiſſo Mattheo in hanc ſententiam reſcripſit: Quamuis in Auſtria multa eſſent, quæ præſentiam Imperatoris exigerent, non tamen idcirco fidei orthodoxæ negligenda negotia; nam etſi Roma Pontificis præſentia egeret, reliquiſſe ſe tamen & vrbem, & omne regnum Eccleſiæ, vt conuentum peteret pro Chriſtiana ſalute indictum; nec minus a nominatis locis Romam diſtare, quam vel Græciam vel ciuitatem Auſtriæ nouam Imperatoris ſedem, Pontificem annis plenum, & morbis grauem longius iter actum: indecorum videri Cæſarem validum, & florenti ætate recuſare breuiorem viam. Conſulat honori ſuo, conſulat Chriſtianæ religioni, neque committat, vt ſua negligentia Chriſtianam rempublicam periiſſe aliquando dici poſſit: neque cauſidicorum ineptias audiat, qui ſubtilitate quadam iuris negant eum obedire oportere, qui ad ea loca vocetur alternatim nominata; ſciat ſummum ius ſummam eſſe iniuriam, neque vtendum cauillationibus, vbi bona fides requiritur, & Chriſtiana res in diſcrimine ſita eſt, neque ad incertum locum ſe fuiſſe vocatum, qui prius quam domum relinqueret edocendus erat ex duobus locis quem deberet accedere: pateret his excuſationibus, quæ apud viros graues ridiculæ viderentur, neque Vlricum audiret iuris interpretem magis, quam ſuam conſcientiam.*

Cauillis non vtendum vbi Chriſti res geritur.

8 Abſtulit vero Pius mox occaſionem leuibus ijs argutijs de loco alternatim deſignato cum enim Veneti, qui poſt excidium Conſtantinopolitanum ſuis diffiſi viribus fœdus cum Mahomete pepigerant, Vtini conuentus haberi nollent, ne illum in ſe incitarent, Mantua deſignata eſt, deque ea re certiores facti omnes principes, tum Fridericus ipſe literas ad principes electores rogatu Pontificis dederat a, quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

Cur Mantua delecta ſit ad celebrandos cœtus.

a *Extant inter ip. Iibil. breuia pag. 13*

Copia literæ imperialis ad vnum ex electoribus ſacri imperij.

Cæſaris literæ ad ſeptemuiros.

Venerabilis dilecte nepos, & princeps elector. Sicut alias ſanctiſſimus dominus noſter Papa propoſuit, & ciuitatem Mantuanam, vel Vtinum in Foroiulij in bulla ſuæ ſanctitatis nominauit pro vna dicta principaliter propter factum & cauſam Turcarum per ſemetipſum in medio maij proxime venturum tenenda, ita ſua ſanctitas per alias ſuas literas, quæ nobis in hac hebdomada præſentatæ fuerunt, declarauit & nobis intimauit, quod curiam papalem ad prædictam ciuitatem Mantuanam tranſtulit, & in propoſito & voluntate talem antedictam dietam ac cauſam in Mantua ipſemet celebrare vellet & expedire, ac nos ſuper hoc rogauit, & etiam a nobis poſtulauit, vt ibidem ad ſuam ſanctitatem veniremus; nec non etiam quod tibi & alijs noſtris principibus intimaremus, vt tu & alij antedicti perſonaliter ad prædictam electam dietam Mantuanam venire deberetis. Propterea cogitauimus, quod nobis bene decet in ijs ſuam ſanctitatem præ oculis habere, & volumus, ſi Deo placuerit, nos in his ita decenter tenere, vt non ſit aliquis defectus in nobis. Quare cupimus & te etiam rogamus cum ſpeciali diligentia, quod ad laudem omnipotentis Dei, ſuæ ſanctitatis & Apoſtolicæ ſedis gloriam, & nobis ad honorem & obedientiam, iuxta poſtulationem & requiſitionem ſuæ ſanctitatis, ac ſecundum tenorem literarum apoſtolicarum & literarum noſtrarum, ad Mantuam te transferas, & in hoc voluntarium inuenire permittas, in hoc nobis ſingulariter complacendo: ac volumus id circa te & tuam diœceſim vna cum ſua ſanctitate glorioſe recognoſcere. Cupimus ſuper his celeriter nobis tuam reſponſionem, in ſcriptis ſine dilatione deſtinare. *Ex Vienna.*] Has literas vbi accepit Pontifex, ad Ioannem Caruial Cardinalem legatum Peruſio miſit, iuſſitque ad ſingulos principes electores ab eo tranſmitti, vt imperatorijs pontificijſque hortationibus ſolicitati ſolemnibus Chriſtianorum cœtibus non deeſſent.

Solicitati vt Mantuam accederent

9 Quod vero ad Pontificis Peruſium profectionem attinet; deſcribit eam hiſce verbis Gobelinus: *Peruſium profectus eſt, vbi honores hi ei ſunt exhibiti, qui humano ingenio potuerunt excogitari: nam quamuis aſpera ſæuiret hyems, non tamen aliter adornata ciuitas fuit, quam ſi vernum tempus adeſſet: virere totam vrbem, geſtire viros ac mulieres, qui Romanum Pontificem intuerentur, nam ante annos octoginta nemo illic Chriſti vicarium viderat: pendere per omnes vrbis vias inſignia Pontificis, & lunæ aureæ nondum plenæ, ludi militares exhiberi: omnes profuſam oſtendere lætitiam Cardinales, & vniuerſos curiales humane ac benigne tractari.* Nonnullis de viris illuſtribus illius vrbis interiectis, addit Gobelinus: *Venit in hanc vrbem Pius Pontifex in vigilia purificationis B. Mariæ virginis matris Domini, & in die feſto de more candelas largitus eſt.* Et infra: *Manſit Peruſij Pontifex tribus hebdomadis.* Ijs reſpondet, quæ in prædicto pontificio regeſto a ſunt adnotata: *Die prima februarij* MCCCCLIX. *intrauit Peruſium, & exiuit* XIX. Porro aduentus die primo Pius Latino Cardinali Vrſino, a quo certior factus erat Neapolitano regno Ferdinandum ſolemni ritu beneficentia apoſtolica indutum fuiſſe, hæc reſcripſit b: *Ex literis tuæ circumſpectionis cognouimus inueſtituram regni Neapolitani ſolemni more factam iam eſſe, quod nobis ſummopere placuit, & tuam diligentiam in Domino commendamus, quæ autem de voluntate Regis ſignificas omnia grata habuimus credentes re ipſa eſſe, vt ſcribis, præſertim cum nos tales erga ſerenitatem ſuam fuerimus, vt merito nobis affici debeat, &c. Dat. Peruſij 1. Februarij pontificatus noſtri anno 1.*

a *Regeſt. 2. bullar. Caliſt. III. pag. 28.*

b *Lib. breu pag. 9.*

Ferdinandus Neapolitano regno a Pio II. donatus.

10 Diſceſſurus Peruſio Florentiam petere cogitabat deflexo Senarum itinere, quod illius vrbis ciuibus ob nobilium ordinem gubernaculis reipublicæ deiectum ſubiratus eſſet: cum vero Senenſes vererentur, ne qua inde ignominiæ labes ipſis adhæreſceret, decreuere oratores, qui Pium ad cohoneſtandas ſuo aditu Senas comiter vocarent; qua de re hæc tradit Gobelinus c: *Senenſes Pontificis indignatione cognita atque admodum veriti, ne ſe poſthabitis Florentia peteret Mantuam, molliores facti legatos decreuerunt, qui benigne Pontificem ſalutantes iter ei per patriam ſuaderent.* Accepit eos humaniter Pius, ſextaque februarij die ad Senenſes ſcripſit d, ſui non eſſe conſilij quippiam in eorum vrbe nouare: cumque iter Senas verſus aggredi appropinquante vigeſima februarij die decreuiſſet, ea de re Cardinalem S. Petri ad vincula legati apoſtolici munere in vrbe fungentem certiorem fecit e: *Ad* XX. *Februarij*, inquit, *hinc diſcedemus Senas petituri, de transferenda autem curia nihil in hanc diem decreuimus*, & infra, *circumſpectioni tuæ iniungimus, vt Almanuum illum, cui inſtante Cardinali Nicæno conceſſum eſt decem millia bellatorum in*

Senenſes rogant Pium vt ad ipſos diuertat.

c *Gobel in comm l. 2.*

d *Lib. breu pag. 10.*

e *Ibid. pag. 11.*

Duce germano equite decem millia bellatorum in Turcas inſtructa.

ſub-

Digitized by Google

ſuſidium fidei congregare, ad nos antequam alio diuertat Peruſium mittas, intendimus enim hoc initio ſermonis conatuſque ſui ei de aliquo ſubuentionis auxilio prouidere. Dat Peruſij IX. februarij pontificatus noſtri anno I.

a Gobel. lib. 2.

11 Conſtituta diſceſſus die Pontifex *non ſine mœrore*, inquit Gobelinus a, *ciuium, qui longiorem ſui domini moram optabant, viam Senas verſus corripuit, & ad lacum Traſymenum peruenit, Romanorum clade & Hannibalis victoria nobilitatum.* Paucisque interiectis, addit: *Exagitauerat pluribus diebus cum eo peruenit Pontifex aquas lacus valida tempeſtas, ita vt nauigandi nulla pateret facultas: tum vero quaſi diuino nutu repente vis omnium ventorum conquieuit, & intranti nauigium præſuli velut animal domitum ſeſe præbuit mare, & vndique ſedatis fluctibus mira tranquillitas oborta, adeo vt ingens copiam piſcium ſuffuſit. Dum nauigatur in inſulam, in qua Pontifex apud religioſos S. Franciſci monachos pernoctauit, ſiluerunt fluctus veſperi & nocte tota & mane, quod ſecutum eſt, donec nauigium Pij ad littus peruenit, exin iterum ſæuire & inter ſe colluctari vehementes venti cœperunt, ita vt qui Pontificem ſequebantur vix periculum ſubmerſionis euaſerint, admirantibus accolis, quod per vniuerſam hyemem procelloſus & intractabilis Traſymenus Pontifici nauigabilem ſe præbuerit.*

Pij per Traſymenum lacum nauigatio.

Subiungit idem Gobelinus vti Pontificem in agrum Senenſem ingredientem exceperint ingenti lætitia Senenſium oratores, Clauſiumque, inde Sarteanum, & Corſinianum, Pij natale ſolum deduxerint: *Fuit oppidum*, inquit ille, *mirifice ornatum geſtiente populo & nimium feſtino ob præſentiam maximi præſulis, quem apud ſe natum gloriabantur, nec ſatis aut intueri aut conſalutare eum poterant. Manſit hic Pius in feſto, quod B. Petri cathedram appellant, ac rem diuinam peregit, ſtatuitque hoc in loco nouam eccleſiam & palatium ædificare, conduxitque architectos & operarios non parua mercede, vt memoriale ſuæ originis diuturnum relinqueret. Conceſſit & indulgentias plenarias quotannis in feſto inuentionis S. Crucis his, qui parochialem eccleſiam viſitarent, quæ poſtea cathedralis effecta eſt.* Nonnullis interpoſitis de Petro Cardinale S. Marci e Vicentina ad Patauinam ſedem traductio, deque Pontificis Boneonuentum aduentu, vbi conciſtorium celebrauit, ſubdit: *Sequenti die maximo ciuium comitatu, & incredibili plebis alacritate pulcherrime ornatam, & feſtiuantem ingreſſus eſt patriam, nec vſquam maior oſtentatio lætitiæ viſa eſt.* Perueniſſe Pontificem Senas XXIV. februarij die affirmatur in notis apud prædictum Vaticanum Caliſti literarum volumen his verbis: *Die XXIV. februarij intrauit Senas, & exiuit XXIII. aprilis MCCCCLIX.*

Corſinianum oppidum eccleſia & palatio nobilitatum a Pio II.

b Gobel. l. 2. Malauol. l. 4. par. 3.

12 *Ingreſſo igitur Senas Pontifice* inquit Gobelinus b *Sequuta eſt paulo poſt ſolemnitus in medio maioris ieiunij dominica dies, cui roſæ vocabulum impoſuere, Pontifex, vt ciuitatem honeſtaret, roſam auream, quæ quotannis dari conſueuerunt, priori dominorum vrbis, cuius magiſtratus tridoanus eſt, tradidit adhibita oratione, in qua de Senenſium laudibus diſſeruit, iuſſitque Cardinales deferentem roſam ad palatium vſque comitari medium inter vltimos euntem, quæ ſors in familiam reformatoriam incidit, cui Bonnſigni cognomentum dedere. Poſthæc de reſtitutione ordinis nobilium gentiles homines appellati agere cœpit, & accerſito ad ſe vrbis ſenatu in hunc modum locutus eſt.* Habitam ea de re, nimirum de equitum ordine, cuius pars ciuitate exacta fuerat, in patriam & publica munia reſtituendo orationem refert idem auctor, additque in Senenſi ſenatu ſententijs diu certatum, cum alijs pontificijs poſtulatis parendum, alijs autem nobiles honorum participes fieri non debere videretur, ſed demum aſſenſiſſe a, vt in patriam ac dignitatum ſocietatem reuocarentur, ac propterea feſtos ignes aliaq; publicæ lætitiæ ſigna per totam vrbem emicuiſſe: tumque Pontificem, vt Senenſes beneficio deuinciret, Radicofanum a Romanæ eccleſiæ ditione abalienaſſe, ac metropolitica dignitate Senas inſigniuiſſe, creato archiepiſcopo Senenſi Antonio Picolomineo. Præterea ſepulchrum e candido marmore parentibus Senis ſtatuiſſe inciſo hoc epitaphio.

Magiſtratus Senenſis roſa aurea donatus.

a Id. ibid.

Radicophani. ab alienatu a Pio.

Syluius hic iaceo coniux Victoria mecum eſt.
Filius hoc clauſit marmore Papa Pius

Mox addit auctor b de Regum principumque oratoribus, qui Senas, vt illorum nomine fidem ei obligarent, confluxere.

b Gobel in comm. l. 2. Campan. in vita Pij II. & Malauol. lib. 4 p. 3.

13 *Dum*, inquit, *Senis moratur præſul Imperatoris Federici legati, & Henrici Caſtellæ, & Matthiæ Hungariæ, & Alfonſi Portugaliæ, & Georgij Bohemiæ Regis, & Philippi Burgundiæ, & Alberti Auſtriæ ducis, & Federici atque Alberti marchionum Brandeburgenſium aduentarunt, Chriſti vicarium pro veteri more adoraturi. Inter quos magni & præſtantes viri fuerunt, ex queis duo paulo poſt ad cardinalatus honorem aſſumpti ſunt, Ioannes epiſcopus Atrebas, & Brocchardus præpoſitus Saltzburgenſis, alter ab Imperatore miſſus, alter a Burgundo. Verum Brocchardus, & eius collega Ioannes Inderbachius, & Arthongus cognomento Capel iureconſulti cum Florentiam applicuiſſent, aliquandiu illic remorati ſunt indigne ferentes Matthiam Hungariæ Regem a Romano Pontifice appellatum eſſe, eiuſque oratores eos in curia conſecutos honores, qui Regum legatis exhiberi conſueuere, cum barones Hungariæ Imperatorem ſupra ſe Regem elegiſſent, atque ipſe delatum titulum accepiſſet. Pontifex ea re cognita iniuſtam eſſe querelam dixit, quando mos eſſet Apoſtolicæ ſedis eum Regem appellare, qui regnum teneret, & prior ante ſe Calliſtus Matthiam Regem appellaſſet, atque hoc modo Imperatoris legationi ſatisfactum eſt, quæ deinde in templo diuæ Mariæ virginis publice præſtitit obedientiam.* De admiſſis Matthiæ Pannoniæ Regis oratoribus extant Pij ad Fridericum literæ c Senis datæ.

Conuenitur Pius a pluribus Regum oratoribus

Promulgat eum Regem a ſede Apoſtolica veteri more agnoſci qui regnum teneat.

c Pius lib. breu pag. 29.

14 Affectare iam cœperat Fridericus Imperator Hungaricum ſceptrum, atque a Pio, dum Spoleti verſabatur conſilium popoſcerat, an admittendus eſſet, ſi regni proceres, vt non leuis affulgebat ſpes, ipſum Regem renuntiarent, cui Pontifex in hanc ſententiam reſpondiſſe refert Gobelinus d: *Qui te Regem Hungariæ ſunt electuri, ſi fides ijs habenda eſt & regnum dare poſſunt, non diſſuademus accingere, quod offertur; ſin litem offerunt & belli materiam, contra ſentimus, maximeque cauendum cenſemus ne quid agas, quod expeditioni aduerſus Turcas inſtituendæ impedimento ſit.* Iterum etiam a Friderico conſultus an ad Hungaricum ſceptrum concipiendum proſiliret, reſpondit Pius e exaratis Senis XXVI. februarij die literis, non id ſuſcipiendum temere, ſed conſilium loco & tempori & rebus ab ipſo exploratis aptandum. Nihilominus tamen dominandi cupidine flagrans Fridericus, maximo rei Chriſtianæ detrimento ſuique dedecore, diſcordias nonnullorum procerum, qui in Pannonia aduerſus Matthiam Regem coniurauerant, aluit f, inani ſcilicet ſpe illectus, eorum ope-

d Gobel. ſup l. 2.

Quid a Pio reſponſum Friderico an regnum Vngaricum admiſſurus eſſet.

e Lib. breu. pag. 15.

Vngaricæ regni diſſenſiones alit Fridericus.

f Bonif dec. 3. l. 9.

Digitized by Google

opera Hungarici regni, cuius ſacram coronam, quam olim Stephanus geſſerat, penes ſe retinebat, quaſi Matthias ea ipſa non redimitus regium faſtigium ſibi nondum peperiſſet. Cum autem cognouiſſet Pius Hungaros non vnanimi conſenſu ad Fridericum inclinare, ſed tantummodo aliquos ſeditioſos, vt priuatas res ſuas efferrent, ad iniquum bellum ipſum allicere; ac præterea Turcas formidandam expeditionem ad expugnandam Pannoniam conficere, indeque periculum imminere, ne Matthias Rex, compoſito cum barbaris exitiabili Chriſtiano nomini fœdere, arma ad infringendos Friderici conatus vertere cogeretur, eidem Friderico conſuluit a, ne ſeditioſorum Hungarorum ſuſurros audire vellet, ac potius diuinæ gloriæ tuendæque ſuæ inter fideles exiſtimationi ſtuderet.

Retinet ſacram coronam

a Pius lib. breu. pag. 25.

Pius Papa II. Imperatori.

15 Chariſſime in Chriſto fili, &c. Quotidianis nuntijs nobis affertur ſæuiſſimum fidei noſtræ hoſtem Turcam magnis apparatibus, quibus per hoſce annos indeſinenter ſtuduit, ſtatuiſſe ventura æſtate tranſmiſſo Danubio Hungariæ regnum, & quæcumque Chriſtianorum loca poterit, violenter inuadere. Ipſum autem Hungariæ Regem, quantum in eo eſt, continuo ſe ad defenſionem parare, ſed vehementer ſolicitum eſſe ne Chriſtianorum moleſtijs impeditus propoſito ſuo minus poſſit libere vti. Propterea, cum audiamus eſſe in ipſo regno barones nonnullos, qui celſitudinem tuam ad nouas ibidem contra illum res exhortentur, idque veriſimile ſit magis priuata ex cauſa quam charitate tui tentari, ne ex hoc capite ſcandalum grauius oriatur, pro honore ſerenitatis tuæ & charitate fidelium, quæ nobis eſt debita, pie requirimus, vt cogitare interius velis, vnde hoc tempore ad honorem tuum, & conſeruationem Chriſtianæ plebis conducat inquietorum conſilia audire: etenim ſi inualeſcente diſſenſione, vt te adiuuante facile poſſet, idem Rex inteſtino malo externoque ſimul oppreſſus in concordia aliqua cum Turcis ſaluti ſuæ conſuleret, non tam ipſe a cunctis fidelibus videtur culpandus cuius bonum propoſitum patet, quam qui eum ad damnoſam conuentionem neceſſario compuliſſet. Huc accedit, quod cum id regnum totius Chriſtianitatis clypeus eſſe ante hac conſueuerit, noſque illo pugnante otioſam ſemper ſecuritatem egerimus, ſi aditus ille immanitati barbarorum multitudinique pateret, non dubie ingens calamitas in omnes deſcenderet, auctorique huius damnati conſilij imputaret Deus quidquid inde eſſet ſecutum. Nos qui & æſtimationi tui nominis ſumus affecti, & præter cæteros gloria & amplitudine te augeri experimus videntes nihilominus quanta offenſione Dei, & quanto populi ſui damno hæc incerta ſpes poſſit conſtare, ſuaderemus ſemper tuæ ſublimitati, vt malles totius orbis iudicium intueri, quam paucorum ſeditioſa promiſſa audire: & propterea bonitas tua, chariſſime fili, quæ ſemper ad ſalutem in omnibus valuit, valeat nunc ad conſeruationem gregis dominici, ne vnde patrocinium ex gradu, quem tenes, expectat, inde cauſam euerſionis ſuæ accipiat. Præcidendæ ſunt in malignandi omnes occaſiones, & opera danda, vt ſaluti communi conſulatur: in quo ſerenitas tua rem dignam imperio faciet, fidelibus vtilem, & nobis vnice gratam, qui cum te intimo affectu amemus, credere debes omnia hæc a fideli corde procedere de conſeruatione laudis tuæ ſemper ſoliciti. *Dat. Senis 11. aprilis anno 1.*]

Monitus Fridericus ne Mathiã ad iniquum cũ Turca fœdus adigat.

Conſulat Chriſtiano gregi.

16 Deterrebat his Pius Fridericum, ne iniuſto funeſtoque bello ſe implicaret, vt vero Hungaros ad propulſandos Turcarum impetus accenderet, vexillum apoſtolica luſtratum prece in Pannoniam miſit; de quo ad Ioannem Caruial Cardinalem, quem in Hungaricæ legationis munere confirmarat a, vt vel in exercitu crucesignato attolendum curaret, vel Matthiæ Regi conferret, hæc ſcripſit. b

a Ib. pag. 24.
b Ib. pag 26.

Pius Papa II. Cardinali S. Angeli.

Dilecte fili ſalutem, &c. Audientes chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Regem Hungariæ illuſtrem exercitum Chriſti fidelium magno ſtudio in dies parare, vt Turcis, quos fama eſt ingentibus copijs ventura æſtate in regnum Hungariæ irrupturis, quantum in eo erit reſiſtat; putauimus huic ſancto propoſito ſuo, quantum poſſumus, auctoritatis adijcere, & ſignum aliquod in acie eſſe, in quod intuentes auſpicio ſanctæ Romanæ eccleſiæ bellum hoc geri, conſtantius diſcrimina ſubeunda ſibi exiſtiment. Mittimus itaque & præſentem nuntium, qui tuæ circumſpectioni vexillum antedictæ eccleſiæ ſacris conſuetis a nobis benedictũ tradat, volentes atque mandantes, vt ſi totis regni viribus exercitum ipſum contra infideles, vt præfertur, parari contingat, illud ad laudem omnipotentis Dei, & confuſionem perſequentium nomen ſanctum ſuum, vel tua circumſpectio erigat, vel Regi ad hoc tam ſanctum opus erigendum conſignes, ſicut noſtro & Apoſtolicæ ſedis honori tuæ ſapientiæ videbitur expedire, &c. *Datum Senis 11. aprilis.* Ne vero Hungaricæ vires ex inteſtinis diſſenſionibus diſtractæ debilitarentur, eidem legato ampliſſima dedit mandata c, vt omnes, qui Hungariam turbarent, cum Turcicus immineret terror, eccleſiaſticis cenſuris ſine vllo dignitatis diſcrimine percelleret. Quod vero ad Imperatoris cum Matthia Rege controuerſiam attineret, nihil aduerſus Fridericum moliri vetuit d, cum is ius ſibi in Pannoniam aſciſceret, ſed ad ambos conciliandos mutuoque adſtringendos fœdere incumberet.

Paratus a Mathia exercitus in Turcas

Præferri illi iuſſũ Eccleſiæ vexillum

c Ib. pag. 25.
Perturbatoribus Hungariæ cenſuræ incuſſæ.
d Ib. pag. 29.

17 Interpoſuit e legatus Cardinalis omnia ſua ſtudia, vt eiuſmodi controuerſiam ſedaret; & Hungaros ſeditioſos ad Matthiæ obſequium traduceret: quocirca Fridericus de illo, vtpote rerum ſuarum amplificationi aduerſante queſtus eſt apud Pium: qui legatum ipſum monuit, vt in neutram partem inclinaret, cum illius controuerſiæ cognitio ad ſedem Apoſtolicam pertineret: *Quamquam*, inquit, *ea ſemper ſapientia in tuis omnibus actionibus fueris, vt quid ſedem Apoſtolicam, quid te etiam deceat acutiſſime videris; nihilominus quia, vt nouit circumſpectio tua, iudicium ſuper contentionibus regni Hungariæ noſtrum eſt & ad nos illarum cognitio pertinet, danda tibi & nobis eſt opera, ne in facto dictione vllo videamur affectu, non ratione, in hanc magis, quam illam partem eſſe inclinati: quod a te in omnibus iſtis tractatibus obſeruatum iri non dubitamus.* Adhibuit Pontifex, qui ſupremum in Hungariam ſedis Apoſtolicæ beneficiariam imperium obtinebat, vt ex vetuſtis monumentis conſtat, ad controuerſiam dirimendam ſtudium; ſed illud eluſit ambitio Friderici, qui a perduellibus Hungaris ſolicitatus ex Auſtria hoſtiles acies in Pannoniam effudit f, quæ ſe coniuratis iungerent vnde maxima

e Ib. pag. 41.
Dare operam legatus iuſſus vt cõtrouerſias ſedet.

Reſponſum Federico controuerſiæ dirimendæ ius ſpectare ad ſedem Apoſt.

Germanicæ vires a Friderico effuſæ in Hungariam.
f Bonfin. dec. 3. l. 10

Digitized by Google

ma clades illata a eſt eidem regno: parte alia Mahometes imminebat; ſicque vno eodemque tempore duorum Imperatorum impetus a Matthia ſuſtinendi fuerunt: quæ pericula reformidans Pontifex Matthiam ipſum hortatus b eſt, vt fortem animum gereret, ſuam ei operam non defuturam hiſce literis ſpopondit.

a Ibid.

b Lib. breu pag. 52.

Pius Papa II. Regi Hungariæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Teſtis eſt Deus quanto dolore nos conturbarunt, quæ inter ſerenitatem tuam & celſitudinem imperialem proxime euenerunt; teſtes etiam, qui nos de hac re audierunt loquentes: certe ex illo tempore nulla fuit nobis hora iucunda. Vidimus continuo quantum impedimentum ad executionem pij deſiderij noſtri eſſet oppoſitum, quantaque facilitas per hunc modum daretur aduerſus religionem Chriſtianam: ſimul doluimus non eſſe ſublatam huiuſcemodi controuerſiam, & vtinam in hoc articulo temporis, in quo conatus omnes noſtros ad cauſam fidei Chriſtianæ attulimus, poſſet ſedari. Innotuerat nobis egregia voluntas tua ad ſanctam hanc expeditionem, & quotidianis literis legati apud te noſtri ſignificati erant continui apparatus, ad quos te fortiter accingebas. Non igitur his ſuperuenientibus malis tu magis doles, quam nos doleamus, neque omnis veſtra diſſenſio minus flenda eſt nobis, quam tibi; in eadem ambo ſumus mentis & animi anxietate, teque licet abſentem cogitatione continua comitamur, Deum orantes, vt fortem tibi animum præbeat, & contra hoſtes nominis ſui manum miſericorditer porrigat. Quamuis, chariſſime fili, hæc ita euenerint, vnoque tempore tot te difficultates circumſiſtent; noli tamen mena tua deiicere, aut murum iſtum totius Chriſtianitatis deſerere, quo cadente ad miſerabilem ruinam dominici gregis pateat aditus. Si, vt in Domino confidimus, perferre hac ſola æſtate has ingruentes moleſtias poteris, ſperamus venturo anno non defutura ſerenitati tuæ debita adiumenta; nos enim hac vna ex cauſa hic ſumus, & non deſumus dies ac noctes cogitatus omnes noſtros atque conſilia ad hunc curſum dirigere, perſonæ & rerum noſtrarum nullam rationem habentes.

Solicitatus ad cõſtantiam Mathias Rex Vngariæ.

Multis iam ex locis oratores ad nos conuenire cœperunt, & breui plures affuturos certum habemus, cum quibus pro ſubuentione fidelium totis conatibus noſtris agetur. Quod ſi tales noſtræ & ſanctæ Romanæ eccleſiæ vires eſſent, quæ tanto oneri ſufficere per ſe poſſent, ſentires tu prius, chariſſime fili, animum noſtrum, nec tantam moram interponi oporteret: verum cum omnium rerum egeni præter voluntatem egregiam, parum ad hoc opus poſſimus afferre, cogimur principes catholicos noſtris precibus fatigare, quibus alias libentiſſime parceremus. Honor tuus regius, & ſalus regni, quod regis cum memoria paterna, quæ etiam exemplo ſuo fidelibus prodeſt, ſerenitatem tuam ad fortiter & glorioſe agendum inuitent. Redemptor quoque noſter Ieſus Chriſtus, in cuius manu corda ſunt Regum, oculo miſericordiæ te hoc tempore aſpiciat, & gratiam largiatur, vt ad gloriam nominis ſui ſancti victoriam de impia Turcarum gente capias. Nos etiam, chariſſime fili, tibi vt charitatis & deuotionis noſtræ filio toto corde noſtro benedicimus. *Dat. vi. iulij.* In præcedenti vero epiſtola pontificatus annus primus conſignatus legitur. Vt vero Fridericus dominatus ambitum ingentibus poſtea damnis luerit, dicetur inferius: nunc ad Bohemicas res traducenda eſt narratio.

Chriſti cauſam ingentibus animis tuea tur.

18 Aſſerendi ſibi Bohemię ſceptri auidus Georgius, cum plures proceres ſibi aduerſari ob hæreſim Huſſiticam, qua erat inquinatus, videret, ementita pietatis larua plures decepit a, partim vi attriuit, partim fœderibus ſibi adiunxit, vtque antea erat expertus, res ſuas plurimum auxiſſe delata ex arcano Caliſto III. obedientia, ita ſi illius ſucceſſori Pio clam eam præſtaret partes ſuas ſe amplificaturum ſperans, oratores eadę cauſa ad ipſum miſit b. Egiſſe id illum ex trium imperij electorum principum conſilio, qui in conuentu Ægrę celebrato ſignificauerant, ſolium eum egregie firmaturum, ſi religionem illius baſim poſuiſſet, neque a Romanę eccleſiæ fœdere, & obſequio diſcederet, refert Dubrauius c: *Alia, inquit, via contra aduerſarios ſe muniit, coniunctione videlicet Germaniæ principum per mutuam beneuolentiam amicitiamque & affinitatem, aderatque mirifica occaſio frequentibus tunc principibus Ægram ad fines Bohemiæ conuenientibus, atque illis præſertim, qui arces & oppida a regno Bohemiæ iure, quod vocant, feudatario poſſidebant, inter quos tres electores imperij erant Ludouicus Bauariæ, Fridericus Saxoniæ principes, & marchio Brandeburgenſis, qui Pragam, non ſatis per religionem pacatam, venire grauabantur, rogabantque Georgium, vt Ægram ciuitatem ſuam ingredi ne dedignaretur: quorum ille precibus libenter acquieuit, habuitque hoſpites Ægra lautiſſime. Rerum, quas ibi gerebant, ſumma in hoc conſiſtebat, vt Rex, ſi dignitatem ſuam incolumem retinere cuperet, a Romana eccleſia ne diſcederet, a qua ipſi omnes cum toto imperio penderent: ſed, quemadmodum ſemel iurauit, ita deinceps obedientiam Romano Pontifici reuerentiamque cum vniuerſis ſuis ſubditis perpetuo exhiberet: cætera illi expedita fore, ad eaque expedienda conſilia ſtudiaque ſua & opes ſe polliceri. Grato animo a Georgio accepta, pollicente viciſſim ſe ita facturum, vt ſuaderent.* Paucis interiectis de Georgij filia Alberto Miſnię principis ducis Saxonię Frederici filio deſponſa, ſubdit: *Georgius memor eorum, quæ ſibi a principibus electoribus dicta erant, oratores ad Romanum Pontificem Pium delegit, obedientiam ei renouaturos.*

Bohemi catholici a Georgio Podiebratio oppreſſi.

a Gobel. in comm. Pij II. lib. 2.

b Cocle. lib 12. hiſt. Huſſit. Dubrau. hiſt. Boh. lib 50.

Fingit Georgi' Romanæ eccleſiæ addiſiſſe obſequiũ

Principũ Germanorũ monitis extema ſpecie obſequitur.

19 Adhibitus eſt a Georgio illi muneri Procopius Bohemię protonotarius, qui fidem publice nouo Pontifici Georgij nomine, cęterorum oratorum more, obligare detrectauit, ſed in arcano conſiſtorio addixit d, ne in Georgium, vt aiebat, Bohemos Huſſitas concitaret. Exceptus is eſt perhumaniter, & petenti pro Bohemis ad Mantuanos conuentus venturis fidei publicæ ſyngrapham tradidit Pius; non tamen Georgium publice Regem appellauit, cum publice obſequium non detuliſſet: ac Procopio poſtulanti quid Georgio, vt publice regios titulos aſſequeretur, agendum eſſet, reſpondit illum potiturum votis, ſi hereſes ex Bohemia excinderet, idque ſcriptis tradidit e.

Georgi' in publico conſiſtorio obſequium profiteri ſubterfugit.

d Gobelin. l. 2. Campan. Cocle lib. 12.

e Lib. breu pag. 30.

Pius Papa II. Protonotario Boemiæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. Cum ad nos veneris nomine chariſſimi in Chriſto filij domini tui Regis reuerentiam & obedientiam præſtans, noſti quam benigne eius intuitu te vidimus, audiuimus, & recepimus: cumque pro eiuſdem domini tui oratoribus ſaluum conductum pro

Man-

Mantuano conuentu a nobis indicto itineris ſcis nos prompto, ac liberali animo eo, quo honeſte, ac licite fieri poterat, modo, vt ex literis noſtris deſuper confectis conſtat, libenter conceſſimus. Quæſiſti deinde quonam modo Regem præfatum agere oporteat, vt regium nomen fauore ſedis Apoſtolicæ publice conſequi poſſet. Ad quod tibi reſpondemus, id eſſe nobis ſummo deſiderio; nam ob multa eius merita ſemper eum dileximus: verumtamen, vt ſcis, non decet Romanum Pontificem eum Regem publice appellare, qui non ea publice efficit, quæ catholico principi conueniunt. Hortare igitur eum, vt regnum Bohemiæ, cui præeſt, ad ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ & ſedis Apoſtolicæ deuotionem, quibus poteſt, ſtudijs conuertat. Tollantur de medio errores, præceptis Eccleſiæ pareatur, ita enim efficiens primum ab omnipotenti Deo præmium, deinde a nobis omnes, quos pro regio nomine fauores impertiri poſſimus, conſequetur. *Dat. xv. aprilis Senis* MCCCCLIX. *anno* 1.

Negat eum propterea Regem Pontifex appellare.

20 Cum vero Bohemo oratori honores facti non eſſent, quibus Regum oratores affici conſueuere, Pius alijs literis profeſſus eſt a ea omnino inter ſe pugnaſſe, vt qui publice regio nomine miſſum ſe non diceret, vt orator regius exciperetur.

a Ead. pag.

Pius, &c. Quia in mandatis habuit non publice, ſed priuatim ac ſecreto nomine Regis præfati nos adire, & reuerentiam & obedientiam præſtare, non decebat nos eum publice vt Regis oratorem ſuſcipere, &, prout intentionis erat noſtræ, honorare, qui nomine regio publice ad nos venire prohibitus eſt. Proinde ſi aliter forte, quam cupiebat, aut ſibi viſum fuerat minus ſubli-miore loco potitus ſit, intelligas non ex mera voluntate noſtra, ſed ex ipſius rei natura proceſsiſſe; aduerſari enim hæc inuicem videbantur, vt ſecreto obedientiam præſtaret, & publice regij oratoris locum obtinere vellet. *Dat. Senis* XV. *aprilis* MCCCCLIX. *anno* 1.

Procopio orator. Bohemiæ.

Cur non ſit exceptus publice eius orator vt regius.

Dediſſe prꝑterea Georgium alia ſuis oratoribus mandata, refert Dubrauius b, vt nimirum ab ipſo confirmari pactiones expoſcerent, quæ de calicis vſu Bohemis laicis permiſſo a concilio Baſileenſi confectæ fuerant; ſed repulſam eſſe paſſum, quod ea indulgentia plerique Bohemi abuterentur, nec ſancita concilij obſeruarent: *Oratores*, inquit, *ad Romanum Pontificem Pium delegit, obedientiam ei renouaturos, & ſimul petituros, vt pacta concilij Baſileenſis ab eo confirmarentur. Legatione functos collaudat ore ſuo Pontifex, quod Rex eorum portam Domini videatur inquirere, per quam iuſti intrarent, & ſine qua iter ad cœlum non pateret. Cæterum quod ad pacta, & ad communionem vtriuſque ſpeciei idiotis communicandam attineret; de hac concilium Baſileenſe verbis diſertis definiſſe, illam non eſſe de neceſſitate ſalutis, nec alijs conceſſum, niſi ijs, qui in vſu eius & vſurpatione atque iam matura fuiſſent, quique a cæteris ritibus & cerimonijs ab Eccleſia catholica inſtitutis non diſcrepaſſent, contra præſcriptum concilij non videri æquum quidquam aliud concedi, ſed conandum Bohemis eſſe, ne plus pars eorum ſapere vellet, quam totus fere orbis Chriſtianus: ac ne quid ad declarandam pactorum illorum ſententiam deſideretur miſſurum ſe in Bohemiam oratores ſuos, qui mandata ſua perferant, & ita vt ſe res habet totum negotium exponant, dentque operam, vt cum bona potius gratia, cauſa Vvratiſlauienſium, quam cum mala componatur.* Detrectabant Vratiſlauienſes cæterique Sileſij Georgij iugum ſubire, cum noſſent illum Huſsitica lue pollutum, quo circa Georgius exercitus in eos duxit, & ſuburbana cœpit, a mœnibus tamen fuit propulſatus, quos narrat Dubrauius a profeſſos, tunc Georgio ſe obſequentes futuros, cum ille ſacramento promiſſa Pontifici impleuiſſet: *Si*, inquit, *Georgius ſe regnumque ſuum in ſtatu regio aſſeruare, ſubditoſque ſibi dicto audientes habere cupiat, eo intendat animum, vt ipſe obedientiam, quam paulo ante Pio Romano Pontifici, qui Calixto ſucceſſit, per legatos obtulit adimpleat. Omnia ei abſque vlla dubitatione pro voto ſucceſſura apud omnes, quæ ad regnum pertinent: vnde namque tot mala, quæ ſunt & quotidie inſtant, niſi ex inobedientia, & contemptu religionis Romanæ conſtantur? a qua illis ſalua ipſorum conſcientia ſaluoque honore nullo pacto diſcedere liceat, ne de albo principum ciuitatumque Chriſtianarum velut impij deleantur.*

b Dubrau. lib. 30.

Commonitis Bohemi ne plus ſapiat quã reliqui populi.

Vvratiſlauienſes appetit bello.

a Dubrau. lib. 30.

Admonitus Georgius vt obſequẽtem ſe Põtifici publice profiteatur.

21 Miſiſſe eoſdem Vvratiſlauienſes ad ſedem Apoſtolicam oratores, qui de Georgio conquererentur, illum hæretica labe contaminatum, & iniuria regios illi apices aſſertos eſſe, cum iam ante a B. Ioanne de Capiſtrano internuncio apoſtolico anathemate ob impietatem ſuam perculſus fuiſſet, narrant auctores b: cum vero ij blande ac benigne, vt par erat, ob ardens religionis ſtudium eſſent excepti, concepit Georgius iniquam ſuſpicionem in Pontificem, quaſi eos ad detrectandum eius iugum animaſſet petijtque, vt ipſos apoſtolicis imperijs ad ei obtemperandum adigeret: cui reſpondit Pius c imperialium eſſe partium, cum Bohemiam imperij fiduciariam eſſe agnoſceret Georgius, id præſtare; pontificiarum vero pacem conciliare, cæterum numquam Sileſios ad deijciendum a ceruicibus illius iugum a ſe excitatos.

Obtendunt ij Georgiũ a B. Capiſtrano anathemate percuſſum.

b Coch. hiſt. Huſſit. lib. 12. & alij

c Lib. breu pag. 67.

Pius Papa II. Regi Bohemiæ.

Sleſitas, cum quibus contentionem tibi eſſe affirmas, nunquam verbo aut literis ad non obediendum tuæ ſerenitati induximus, neque huius rei dictum aut factum vllum extare in contrarium credimus; quin, ſi quid ad eos ſcripſimus, paterna potius conſolatio in eorum anguſtijs fuit, quam ad rebellionem ſuaſio; etenim cum in fide catholica, & deuotione Apoſtolicæ ſedis conſtanter ſemper perſeuerauerint, illos ad nos venientes atque mittentes non æquum erat inconſolatos dimittere: continue tamen optauimus, vt ſalua fidei veritate tui animo eſſent, & tibi in cunctis parerent: neque vero, cum te per alias noſtras ſumus hortati, vt a via facti deſiſtens diſſenſionem hanc patereris componi, iudices inter te & illos nos declarauimus, neque alio modo, quam per concordiam conciliare nos poſtulauimus, tuumque etiam in Sleſitas, quodcumque ius habes, tollere nullo modo intendimus: mandare autem ijſdem, vt in ijs, quæ dominium temporale concernunt, tuæ celſitudini pareant, officij noſtri eſſe non duximus, ad Imperatorem, cuius nomen ſedemque recognoſcis, totum hoc pertinet, & ab illo implorare ſuper ijs remedium potes: nos autem, quos charitas fidelium ex officio paſtorali aſtringit, pacem inter eos, quantum poſſumus, curare debemus. Scripſimus tamen eiſdem, vt pro his ipſis componendis oratores ſuos ad nos deſtinarent: & nunc etiam literis tuis adducti iuxta copiam d præſentibus introcluſam ſcripta noſtra iteramus, celſitudinem tuam in Domino exhortantes, vt tuis huc venturis oratoribus mandatum ad hæc ipſa ſufficiens tra-

Quid circa Sileſios Georgio reſpõſum.

d Ex ead. pag. 67.

Digitized by Google

tradas, & interim ab armis, & violentiæ temperes, Chriſtianoque ſanguini, qui ſatis ab infidelibus funditur pro honore Dei tuoque etiam parcas. *Dat. &c. Mantuæ* XVIV. *auguſti anno* I.

a Extant hæc ea lit apud Cocla. lib. 12

Miſſi à Pio internũtij pro conciliāda concordia.

b Dubrau. lib. 30.

c Pius lib. 6. pag. 5.

22 Cæterum poſtulatis precibuſque Georgij, qui ſe catholicum eſſe affirmabat, morem gerens ad Vvratiſlauienſes a, quod Georgio hæreſeos notam inurerent nuntios miſit ad ipſos in concordiam cum Georgio redigendos quorum meminit Dubrauius b ſic inquiens: *Miſſi cum pleno mandato Hieronymus archiepiſcopus Cretenſis, & Franciſcus Toletanus ſacrarum literarum profeſſor.* Extat ad hos Pij diploma c, quo iuſſi ſunt potiſſimum paciſcendo Georgium inter, ac Vvratiſlauienſes fœderi operam nauare, vt omnium arma in Turcas verterentur.

Venerabili fratri Hieronymo archiepiſcopo Cretenſi, ac dilecto filio Franciſco de Toleto ſacræ theologiæ profeſſori in eccleſia Hiſpalenſi archidiacono de Aſtigia nuncijs, & oratoribus noſtris.

Cum non ſine diſplicentia ſenſerimus inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Georgium Bohemiæ Regem illuſtrem ex vna, & dilectos filios nobiles viros nonnullos duces, & clerum ac vniuerſitatem prouinciæ Sleſiæ parte ex altera, diſcordias dudum exortas in diem magis continuare, & illis in hunc modum vigentibus nihil inde ad publicam fidei cauſam contra impios Turcas opportunum poſſe ſperari, nos volentes, quantum cum Deo poſſumus ijs malis, ne grauius inualeſcant, obuiam ire, & id agere ne ad mutuam ſanguinis effuſionem vtrinque deueniatur, cum perſonaliter ad illos conferre nos non valeamus, ad vos conuerſi, de quorum fide, diligentia, & rerum gerendarum vſu, atque ad hoc ſanctiſſimum opus feruenti zelo præcipuam in Domino fiduciam gerimus, ad Regem, duces, clerum, & vniuerſitatem prædictos, ſequaceſque & adhærentes eorum, nec non quoſcumque alios, ſi qui ſint, in eodem regno inter ſe diſſidentes, noſtros & Apoſtolicæ ſedis nuntios & oratores perſonaliter deſtinamus, &c. [Inſtruit auctoritate, vt pacem inter diſſentientes conciliare, fœdera armorum diſſoluere, tumultuantes compeſcere poſſint. *Dat. Mantuæ anno* MCCCCLIX. XII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* II.

Data ijs prouincia vt controuerſia de calicis vſu ſedent

d Dubrau. lib 30.

23 Datam præterea illis prouinciam, vt controuerſiam de calicis vſu ſedarent, narrat Dubrauius d, ſed non permiſſos a Georgio ea de re verba facere; ſed tantummodo adire Vvratiſlauienſes, vt eos ipſi conciliarent, quos aperta vi proterere non potuerat: *Eos*, inquit, *Georgius ne loqui quidem paſſus eſt de pactis concilij, quæ Bohemi compactata vocant, poſtquam a ſuis oratoribus comperit illa a Pontifice non eſſe comprobata, inde omnis exiſtimationis dignitatiſque ſuæ incolumitatem ſperabat, nam ſi Pontifex illa rata habuiſſet, Regis quoque ſectam ratificaſſe videbatur: aliter igitur ſpem cecidiſſe cum magno videlicet animi dolore accepit; facile tamen permiſit, vt ſe illi Vvratiſlauiam conferrent, atque in eam pacificationem darent, quæ ſalua Regis maieſtate tolerari poſſet. Quam induſtria ſua & auctoritate ita ex ſententia vtriuſque partis confecerunt, vt induciæ præterea triennij Vvratiſlauienſibus conceſſæ eſſent priuſquam in verba Georgij iurarent.* Hæc de Bohemis partim Senis, partim Mantuæ, vel in Bohemia geſta hoc anno coniungenda duximus, ne eadem ſæpius repeteremus; nunc de alijs Regum principumque oratoribus, qui Senis Pium conuenere, dicere pergimus.

Induciæ triennales initæ.

Henric' Rex Caſtellæ ad Chriſtianam rem amplificādam paratum ſe exhibet.

a Lib. breu pag. 17.

24 Legati ab Henrico Caſtellæ Rege fuere Rodericus epiſcopus Ouetenſis, & Alfonſus regiorum conſiliorum particeps, qui conceptam ab Henrico lætitiam ob pontificias infulas Pio delatas ſolemnibus verbis expreſſere; tum ſpes ingentes de Mahometica ſuperſtitione delenda. Quos cum in Caſtellam dimitteret Pius viciſſim Henrico ſacrum, quo ardebat, fidei amplificandæ ſtudium ei aperuit a, comparari propterea maritimum terreſtremque exercitum, ſeque Mantuam iter adornare, vt celeberrima expeditio in hoſtes Chriſtiani nominis conficeretur.

Pius Papa II. chariſſimo in Chriſto filio Henrico Caſtellæ, & Legionis Regi illuſtri ſalutem, &c.

Venerabilis frater noſter Rodericus epiſcopus Ouetenſis, & dilectus filius frater Alfonſus de Palencuela conſiliarij, & oratores tui literas tuæ ſerenitatis ingenti fide, & deuotione plenas nobis humiliter præſentarunt, & procuratorium tuum regio ſigillo munitum facunde ac grauiter nobis in generali conſiſtorio permanentibus perorarunt, tuam integerrimam fidem & deuotionem erga nos & Apoſtolicam ſedem, ac ardentiſſimum animum circa exaltationem fidei catholicæ cum præcipua virtutum & meritorum tuorum commendatione expreſſerunt. Verum licet per nos viua voce ſatis copioſe reſponſum fuerit, tamen quia maxime delectamur per noſtras literas cum tua ſerenitate proloqui, tanquam noſtro & Eccleſiæ peculiari filio, itique reſpondere inſtituimus. Putamus, fili chariſſime, bonum eſſe diuinæ voluntatis auſpicium, quod tua ſublimitas ingens gaudium ex noſtra ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptione ſuſceperit, & quod bene concipiat, & ſperet de nobis; quamuis enim imbecillitatem noſtram ad tantam ſarcinam ſentimus, confidimus tamen in Domino, qui debiles fortes facit, quod ſuperatis horum temporum difficultatibus, in quibus fides Chriſti maximis periculis conflictatur, tandem diuina ſuffragante clementia perditiſſimi hoſtes fidei ſectæ Mahometicę cultores, a quibuſcumque plagis tam orientalibus, quam occidentalibus partibus per Chriſtianos exterminabuntur, tuque catholicus, & glorioſiſſimus princeps ſpurciſſimos Sarracenos, cum quibus bella aſſidua non ſine celſitudinis tuę maxima laude geris, vi & potentia tua repelles, & interim exercitus catholicus tam terreſtris, quam maritimus, ad cuius præparationem feſtinamus procedet aduerſus immaniſſimos Turcas victoriam reportaturus, quod vt fiat temporibus noſtris Dominum orare non ceſſabimus, & noſtras operas, & conatus noſtros exponere decernimus; prout alias tuæ ſerenitati per noſtras literas ſignificauimus; pro quarum rerum complemento iter noſtrum, Deo concedente, ad dietam Mantuæ indictam properamus. Ceterum, chariſſime fili, deuotas commendationes, & oblationes tuas paterna charitate recepimus, & habemus acceptas, nec deficiemus in omnibus, quæ concernant honorem tuæ coronæ, & regnorum & ſubditorum tuorum, teque vti chariſſimum peculiarem noſtrum, & Romanæ eccleſiæ filium habemus, & in charitatis noſtræ viſceribus conſeruare intendimus, tuamque regiam perſonam clariſſimis virtutibus eminentem, ac om-

Gratulatur Pio de partu pontificatu.

Significata illi expeditio indicēda in Mahometanos.

nea, quos nobis commendatis, & pro quibus ſupplicatis, gratijs & fauoribus apoſtolicis fouere curabimus, &c. *Dat. Senis* MCCCCLIX, XXVII. *februarij anno* I.

25 Querente autem eodem Henrico Rege, plures in Caſtella collocatis in locis ſacris aſylis fretos ingentia flagitia admittere, cumque furtis, cædibus, & adulterijs ſe contaminarint, confugere ad eccleſias, a quibus cum iudicum imperio ad tribunalia rapiantur, præſules de violata eccleſiaſtica libertate agere, cenſuraſque eccleſiaſticas inuehere: has vero vt irritas haberi a iudicibus, cum ex eo ſceleratis hominibus addatur audacia, & reſpublica euertatur; oboriri exinde plerumque graues contentiones, an cenſuræ iure, vel iniuria inflictæ ſint: cumque ob locorum interualla difficile & arduum eſſet ſedem Apoſtolicam conſulere, flagitante Rege, Pius archiepiſcopo Hiſpalenſi ius, & auctoritatem contulit a, vt de cenſuris magiſtratibus publicis irrogatis cognoſceret, eaſque vel firmas, vel irritas renunciaret. Territos hoc anno nonnullis prodigijs Hiſpanos fuiſſe, ac puerum triennem prædixiſſe, grauiſſima Hiſpaniæ mala impendere, ni homines diuinas iras pijs operibus a ſe auerterent, refert Ioannes Mariana b; habitaſque propterea plures ſolemnes ſupplicationes. ſed de calamitatibus, quæ poſtea Hiſpanias afflixere, agetur inferius: nunc de Philippi ducis Burgundiæ oratoribus, quorum ſupra meminimus, dicendum eſt.

Controuerſum an impijs perfugiũ in ſacra loca ſit permittẽdum.

a Lib. 3. pag. 446.

Territi prodigijs Hiſpani.

b Marian. l. 8 c. 20.

26 Detulere ij Burgundi nomine Pontifici ducalia ſtudia, vireſque vniuerſas ad comprimendos Mahometanos, fidemque Chriſtianam latius proferendam: legarat enim ille propterea in orientem ad Dauidem Trapezi imperatorem, & alios principes oratores ſuos, vt communi iuncto fœdere ab orientalibus occidentalibuſque Mahometani opprimerentur: ſed de his poſtea ſermo erit. Interea pium Philippi conſilium commendauit e Pontifex, eumque ad conſtantiam in ſuſcepta ſententia hortatus, preces addidit, vt ſtudia ſua ad ſedanda nata inter Germanos diſſidia conuerteret.

Trapezũtin' imp ſolicitatus vt arma iungat in Turcas.

c Lib. breu. pag. 23.

Pius Papa II. duci Burgundiæ.

Hortamur, quamquam opus non ſit, vt in glorioſo propoſito perſeueres, potentiamque adeo acceptam, ſicut ſemper es ſolitus, ad ornamentum Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, & ſalutem fidelium ſedulo conferas, hoc præſertim tempore, in quo ſapientia tua intelligit, quod ſit opus ad ſeruandam Chriſtianam rempublicam tali auxilio. Cæterum cum intelligamus principes nonnullos Alamanniæ varijs diſcordijs inter ſe diffidere, quæ nec paucæ ſunt nec contemnendæ, & ab his ad tuam nobilitatem haberi confugium, nos etſi ſentiamus quod tali tempore te illorum paci & vnioni quantum potes ſtudere, nec noſtris exhortationibus vlla in parte egere; tamen quia opus noſtrum pro fide ſuſceptum nos vehementer ſolicitat, & videmus quanto impedimento ad perturbandas rationes conſilij noſtri talium principum diſſenſio eſſe poſſit, hortamur eandem generoſitatem tuam in Domino, & quanto ſtudio poſſumus requirimus, vt tua fideli opera hoc adiumenti genus conatui noſtro præſtetur, &c. *Dat. Senis* XX. *martij* MCCCCLIX. *pontificatus noſtri anno* I.

Burgundus vt German. diſſidia cõpeſcat rogatus.

27 De oratore quoque a marchionibus Brandeburgenſibus ad ſedem Apoſtolicam miſſo, de quo ſupra cum Gobelino memorauimus, id ſilentio prætereundum non eſt. Hertindum Friderici, & Alberti principum nomine flagitaſſe, vt dominici corporis Sacramentum in theca precioſa, nullo tectum velamine compoſito religioſo agmine per vrbem Oſtein celeberrimis feſtiuis diebus, & eccleſiarum encænijs, vti ante Nicolai Cardinalis legati ſanctionem mos priſtinus tulerat, circumferretur: quorum precibus aſſenſit Pontifex a, vt fidelium pietas in Euchariſtiæ ſacramentum magis incaleſceret.

Marchionum Brãdeb. poſtulaes de Euchariſtia in Oſteinſi vrbe circumferẽda.

a Lib. 32. pag. 104.

Ad futuram rei memoriam.

Quanto ſacratiſſimi corporis domini noſtri Ieſu Chriſti, qui de mundo tranſiturus ad patrem carnem ſuam in cibum, & ſanguinem in potum Chriſtiano populo exhibuit, Sacramentum, quod ad paſſionis & mortis ſuæ commemorationem reliquit, cunctis alijs excellentius fore dignoſcitur ſacramentis, tanto decet ipſum a cunctis fidelibus deuotius venerari. Et ne ea, quæ pro tanti Sacramenti laude per Chriſtifideles obſeruata ſunt, in diſcordiæ & contentionis materiam deducantur, conuenit attentius præcauere. Cum itaque, ſicut nuper dilectus filius Hertindus de lapide legum doctor dilectorum filiorum nobilium virorum Friderici ſenioris ſacri Romani imperij electoris, & Alberti marchionum Brandeburgenſium orator ad nos miſſus nobis expoſuit quod, licet in villa Oſtheim Sacramentum dominicæ paſſionis in ſolemnibus feſtiuitatibus ac dedicationibus eccleſiarum, nec non etiam per octauas corporis Chriſti incluſiue abſque velamento publice deferri conſueuerit, nihilominus dilectus filius noſter Nicolaus tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis tunc in partibus Alamanniæ apoſtolicæ Sedis legatus ſtatuit, vt ſacramentum Euchariſtiæ abſque velamento ipſo, die corporis Chriſti duntaxat excepto, publice deferri non deberet, vnde fidelium deuotio ad præfatum Sacramentum tepeſcit in dies, diuinus cultus diminuitur, & ſcandala interdum propter hoc ſtatutum ſunt ſubſecuta. quare pro parte dicti oratoris nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper hoc opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Decretũ a Pio ea de re editum.

Nos igitur, qui deuotionem fidelium, ac cultum diuinum noſtris potiſſime temporibus vbique vigere, & augeri ſupremis affectibus deſideramus, ac ſcandalis, ne illa eueniant, quantum cum Deo poſſumus, obuiare ſtudemus, huiuſmodi ſupplicationibus præfati Hertindi de Lapide legum doctoris marchionum Brandeburgenſium oratoris inclinati, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod præfatum Euchariſtiæ Sacramentum in præfata villa Oſteim ſingulis feſtiuitatibus ſolemnibus, & dedicationis, ac per octauas feſtiuitatis corporis Chriſti huiuſmodi publice abſque velamento, prout ante ſtatutum dicti Cardinalis conſuetum erat, libere & licite deferri poſſit, &c. *Dat. Senis anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIX. *pridie kal. aprilis pontificatus noſtri anno* I. Pudeat iam Brandeburgenſes a progenitorum religione defeciſſe, quorum potius pia exempla, quam impoſtorum impietatem amplecti debuerunt.

Veterum Saxonũ pietas in Euchar.

28 Porro hic adiungendum videtur Pontificem, dum Senis agebat, in aſſerenda orthodoxa fide ac recentiorum hæreſiarcharum frangendis conatibus apoſtolicas curas intendiſſe. In primis in Anglia Reginaldus Pecoli pſeudoepiſco-

Reginaldus pſeudoepiſc. Ciceſtrẽ. hæreſiarcha.

Digitized by Google

ſcopus Ciceſtrenſis plures infandas hæreſes commentus eſt, atque ad eas diſſeminandas plurima Latino, & Anglico idiomate volumina conſcripſit: conuictuſque impietatis in celebri antiſtitum conuentu, cui archiepiſcopus Cantuarienſis præerat, ſe reſipuiſſe finxit, ac librorum, quos ediderat partem protulit damnauitque, partem recondidit: cuius miſerti patres, ſpondentem ſacram iureiurando orthodoxam fidem ſemper ſe culturum in epiſcopalem reſtituerunt honorem. Qui tamen poſtea per ſummam perfidiam quos potuit infecit hæreſi, ac libros impia doctrina reſperſit: quæ cum Henricus Angliæ Rex præſuleſque Pontifici ſignificaſſent, Pius archiepiſcopo Cantuarienſi præcepit a, vt illum coacto antiſtitum cœtu pontificali ſacerdotalique dignitate ritu eccleſiaſtico caueret, ac pœnis ſacris canonibus conſtitutis afficeret,

Palinodiam canit.

Relapſus ad vomitum.

a Lib. 32. pag. 63.

Venerabilibus fratribus archiepiſcopo Cantuarienſi, & Londinenſi ac Vvintonienſi epiſcopis ſalutem, &c.

29 Significatio chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Margaritæ Reginæ Angliæ illuſtrium, nec non venerabilium fratrum noſtrorum prælatorum, ac dilectorum filiorum nobilium virorum procerum regni Angliæ noſtrum nuper maiorem in modum perturbauit auditum, amaricauit & mentem; quod ſcilicet iniquitatis, & perditionis alumnus Reginaldus Pecoli olim reputatus epiſcopus Ciceſtrenſis, qui in plerisque articulis de fide catholica damnabiliter ſentiebat, & contra eandem fidem quoſdam codices ſeu opuſcula in idiomate Anglico & Latino conſcripſerat, & per illos, ac cum illis plures ſimplices in profundum ſecum perduxerat, illaque etiam publice & palam aſſerere interdum præſumpſerat, & coram te, frater archiepiſcope, & pluribus alijs epiſcopis, & perſonis eccleſiaſticis ſe in præfatis erroribus per viginti annos perſtitiſſe, & præmiſſa perpetraſſe confeſſus fuerat, pœnitens, vt videbatur, de exceſſibus antedictis coram te & eiſdem epiſcopis, & perſonis literatis ſuas huiuſmodi publice abiurauerit; & quod in eaſdem de cætero minime relaberetur, & de illis pœnitentiam agere vouerit & promiſerit, & quoſdam ex eiſdem libris, quos & non plures ſe in eadem materia ediſiſſe conceſſit coram produxerit, ac in euentum reincidentiæ ſe ſanctorum canonum, ac legum ſeueritati ſubiecerit; tamen idem Reginaldus proteruo, & nefario ſpiritu inſtigatus, & priſtinarum tenebrarum cæcitate obſeſſus, etiam poſtquam ipſe pœnitens, vt videbatur, & indignus regimine, & adminiſtratione dictæ eccleſiæ Ciceſtrenſis ſeu omni iuri ſibi in illis, vel ad ea quomodolibet competenti ſponte & libere ceſſerat, nonnullos ex prædictis libris manifeſtam hæreſim continentes in Latino, ac etiam in dicto idiomate a ſe compoſitos, & per eum minime tunc patefactos, vt perpetuo extare poſſent occultare, ac ſic ficte pœnitens in errorem priſtinum, quem ſimulate abiurauerat, relabi, & tamquam nefarius & incorrigibilis ſeruus quædam alia, quæ contra orthodoxam fidem ſunt, & contra ea, quæ Sacroſancta tenet Eccleſia machinari minime formidauit, propter quæ omnia maximum imminet periculum, ne dictæ hæreſes taliter in dicto regno diſſeminatæ magnorum pariant fomenta ſcandalorum, & plurimum ingenia ſubuertant, & animarum pericula generent,

Pont. de eo lit.

Latinis & Anglicis libris hæreſim diſſeminat.

Nos igitur attendentes, quod morbus iſte contagioſus, & diſcrimine plenus exiſtit, & quod antiquus & verſutus humani generis hoſtis quærens quem deuoret huiuſmodi laqueis ſæpenumero ſimplicium corda contaminat, ac recenſentes ſani eſſe conſilij, vt morbida beſtia ouile non inficiat, congruam celeriter huic morbo adhibere medelam, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus viriliter in fidei negotio, vbi præſertim hæc ex toto regno querela perducitur procedentes vos, vel tu frater Londinenſis epiſcope cum altero collegarum tuorum, & ſi venerabilis frater noſter Franciſcus epiſcopus Interamnenſis tunc in regno Angliæ ſe comperiret, & præmiſſis de facili poterit intereſſe, etiam cum ipſis fratribus epiſcopis vocato, & diligenter perquiſito atque detento dicto Reginaldo ſuper præmiſſis inquiratis auctoritate noſtra diligentius veritatem; & ſi per inquiſitionem huiuſmodi reperieritis ipſum Reginaldum poſt abiurationem hæreſis antedictæ illam per occultationem dictorum librorum, vel alicuius eorum, ſi de iure fuerit aut alias relapſum, aut ficte pœnitentem fuiſſe, vt præfertur, illum, ſi commode mitti poſſit, ad nos & Romanam curiam ſub bona & certa cuſtodia, iuxta eius demerita puniendum, & corrigendum tranſmittatis: alioquin vos illum, vt cæteris tali labe reſperſis exemplo ſit, adhibitis vobis cum alijs coepiſcopis veſtris vſque ad ſufficientem numerum, infula pontificali, ac reliquis epiſcopalibus inſignijs priuetis, illumque tam ab epiſcopali quam ſacerdotali ac reliquis eccleſiaſticis ordinibus deponatis, & degradetis, ac alias de eo ſtatuatis & decernatis, prout ſecundum ſacrorum canonum ſtatuta fuerit faciendum; & nihilominus omnes, & ſingulos incolas regni Angliæ, & alios quoſcumque, qui aliquos ex prædictis codicibus, vel illorum copias, aut tranſumpta habent, cuiuſcumque fuerint præeminentiæ, nobilitatis, ac ſtatus, etiam ſi pontificali, aut alia quauis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, per vos vel alium ſeu alios, vbicumque per totum dictum regnum & alibi, vbi opus fuerit, & præſertim in ciuitate, & diœceſi Ciceſtrenſi, & in illis locis, in quibus dictus Reginaldus per amplius conuerſabatur, ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, & ſub hæretici erroris declarationibus, alijſque grauioribus pœnis, ſententijs, & cenſuris, de quibus vobis videbitur, moneatis & moneri faciatis, vt eoſdem libros & codices, ſeu opuſcula, copias, vel tranſumpta infra certum competentem eis per vos præfigendum terminum, vobis vel perſonis ad hoc deputandis præſentare, tradere, & aſſignare debeant. Alioquin, ſi id infra eundem terminum non adimpleuerint, ex tunc vos in eos ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi prolatas, nec non excommunicatos & alijs ſententijs, cenſuris, & pœnis huiuſmodi obuolutos, & irretitos eadem auctoritate declaretis, & declarari faciatis, & eos, apud quos codices ſeu opuſcula, aut copiæ, vel tranſumpta huiuſmodi poſt lapſum dicti termini reperta fuerint, tamquam de hæreſi ſuſpectos ſuper articulis fidei examinari, & hæreſim abiurare, vel tamquam hæreticos puniri faciatis, prout in eo caſu fuerit faciendum: illa vero ex eiſdem codicibus, ſeu opuſculis, copijs, vel tranſumptis, quæ ad manus veſtras peruenerunt, vt cum damnato auctore depereant, publico iudicio coram populo concremetis,

Actio illi intendi iuſſa.

Deſixi anathema te qui ei' libros te nuerint.

aut concremari & comburi faciatis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, &c. *Dat. Senis anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIX. VII. *id. aprilis pontificatus noſtri anno* I.

Noui hæretici in Britannia matrimonium damnant.
a Lib. 25. *pag.* 232.
b Ibid.

30 In Britannia quoque minori exorti a ſunt noui hæretici, qui effutirent matrimonium diuinis vetitum legibus, nec quempiam felicem immortalitatem poſſe adipiſci niſi virginitatem, viduitatemue, aut cœlibatum coleret. Nec deerant qui magicas artes exercerent: de quibus a Franciſco duce Britanniæ certior factus Pontifex ad eam excindendam peſtem fidei cenſores ibi creauit edito hoc diplomate b, in quo eorum nequitia deſcribitur.

Dilectis filijs abbati monaſterij B. Mariæ de Beari Trecorenſis diœceſis, & Alexandro Meriadet, ac Ioanni Barlinij canonicis eccleſiæ Trecorenſis ſalutem, &c.

Ad noſtrum, non ſine mentis turbatione, & graui dolore peruenit auditum, quod plerique ducatus Britanniæ habitatores Chriſti ſanguine mercatos adeo tenebrarum princeps illuſit, vt eos ſuæ damnationis lapſuſque participes efficeret. Eius decepti aſtutijs, quod ipſi deteſtabiles, illiuſque ſuorum ſatellitum illuſiones cœcitate noxia ſectantes, mortis tempora aliaque facta hominibus prædicere nituntur, & per incantationes alias infirmitates, & languores inferunt, nefariaque perpetrantes, ac viris & mulieribus virginitatem, viduitatem, cœlibatumque de neceſſitate ſalutis æternæ ſuadentes, varios errores in Chriſtiana fide ſeminare non paueſcunt, in grauem vtique diuinæ maieſtatis offenſam, ac ſuarum & aliarum plurium periculum animarum, perniciosiſſimum exemplum, & ſcandalum. Nos huiuſmodi peſtiferos, quibus grex dominicus inficitur contagione, morbos propellere, cunctoſque populos a præcipitijs & ventis, quantum in nobis exiſtit, cohibere ſummis affectibus geſtientes, ac etiam dilecti filij nobilis viri Franciſci Britanniæ ducis ſupplicationibus inclinati vobis, &c. [Prouinciam imponit, vt in artium magicarum ſtudioſos inquirant, inque eos & alios nouorum errorum diſſeminatores apoſtolica auctoritate animaduertant. *Dat. Mantuæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIX. XVI. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* II.

Iidem magicis artibus dediti.

Fingunt coniugatos damnandos.

Nouus in Longobardia hæreſiarcha

31 Inſignis etiam hæreſiarcha hoc anno in vincula eſt coniectus, qui omnes Chriſtianos ſalutem adepturos coniinxerat, mundi machinam ſua ſponte diſſolutum iri, alium etiam ab iſto orbem conditum, aliudque humanum genus efformatum, Chriſtum ſyderum vi paſſum, in hoſtia diuinitatem eius tantum verſari, Moyſem & Mahometem cum Chriſto conferebat, luxuriam furtumque noxas lethales eſſe negabat, tum legem Chriſtianam nouæ promulgatione abolitum iri: in iudicium vero vocatus damnauit impietatem: ſed ne in poſterum alijs tam peſtiferum virus aſpergeret, in carcerem condi a Pio iuſſus eſt. c

c Lib. 6. *pag.* 248.

Ad futuram rei memoriam.

Cum ſicut accepimus dilecti filij Bernardus de Boſco capellanus noſter, ac palatij apoſtolici cauſarum auditor, dudum per felicis recordationis Calliſtum Papam III. prædeceſſorem noſtrum ad nonnullas Lombardiæ partes pro extirpatione hæreſum illic pullulantium deſtinatus, & Iacobus de Brixia ordinis fratrum Prædicatorum, & ſacræ theologiæ profeſſor, in dictis partibus prauitatis hæreticæ inquiſitor, Zaninum de Solcia tunc canonicum Pergamenſem & vtriuſque iuris doctorem, qui auſu ſacrilego contra ſanctorum patrum dogmata mundum naturaliter conſumi & finiri debere, humiditatem terræ & aeris calore ſolis conſumente, ita vt elementa accendantur, & omnes Chriſtianos ſaluandos eſſe; Deum quoque alium mundum ab iſto creaſſe, & in eius tempore multos alios viros & mulieres extitiſſe, & per conſequens Adam primum hominem non fuiſſe; item Ieſum Chriſtum non pro redemptione ob amorem humani generis, ſed ſtellarum neceſſitate paſſum, & mortuum eſſe; item Ieſum Chriſtum, Moyſem, & Mahometam mundum pro ſuarum libito voluntatum rexiſſe; necnon eumdem dominum noſtrum Ieſum illegitimum, & in hoſtia conſecrata non quoad humanitatem, ſed diuinitatem dumtaxat exiſtere, & extra matrimonium luxuriam non eſſe peccatum, niſi legum poſitiuarum prohibitione, caſque propterea minus bene diſpoſuiſſe, & ſola prohibitione eccleſiaſtica ſe frænari, quominus Epicuri opinionem vt veram ſectaretur; præterea rem auferre alienam non eſſe peccatum mortale etiam domino inuito; & legem denique Chriſtianam per ſucceſſionem alterius legis finem habituram, quemadmodum lex Moyſi per legem Chriſti terminata fuit; affirmare & temere polluto ore aſſerere præſumebat. Præterea ad ipſorum auditoris, & inquiſitoris præſentiam euocatum, ac legitime & iudicialiter examinatum, poſtquam prædictis pernicioſiſſimis erroribus ſponte renuntiauerat, & omnem hæreſim damnatam in manibus eiuſdem Bernardi abiurauerat contra eum definitiuam, per quam eumdem Zaninum omnibus & ſingulis beneficijs eccleſiaſticis, quæ obtinebat, nec non doctoralibus inſignijs & honore priuauerat, ac perpetuis carceribus mancipandum fore decreuerat & declarauerat; nonnullis alijs pœnitentijs, prout delicti atrocitas, & inſtituta canonica exigebant, ſententiam promulgauit. [His compertis Pontifex ad ſerpens malum reprimendum hæc decreuit:] Mandamus quatenus idem Zaninus ea nunc in arcto monaſterio, quod duxerimus declarandum ad agendum pœnitentiam pro commiſſis vſque ad noſtrum & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum includatur; in alijs vero ſententiam antedictam ex iuſtis cauſis reſeruamus in poſterum moderandam. *Dat. Mantuæ anno, &c.* MCCCCLIX. XVIII. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* II. Hactenus de geſtis a Pio partim Senis partim Mantuæ ad excindendas hæreſes: nunc Pium Florentiam euntem ſequetur narratio.

Fingit alium mundum & alios homines antea fuiſſe.

Chriſtum neceſſitate ſtellarum paſſum.

Ab eodem Mahometes Chriſto adæquatus.

Negata in Eucharistia Chriſti præſentia.

Laxata luxuriæ licentia.

Chriſti legem abolitum iri falſo prædicit.

Mancipatur perpetuo carceri.

32 Abeunti Senis, & Florentinum agrum ingreſſo, obuiam prodiere Florentinorum oratores dignitate & opibus præſtantes, cumque Chartuſianorum monachorum ædes peteret, Fauentinus, Foroliuienſis, & Cornelienſis præfecti, clientes imperij eccleſiaſtici ei obuiam iuere, ac paulo poſt Galeatius Franciſci Sfortiæ ducis Mediolanenſium natu maior filius, cuius eximias dotes virtutumque ſigna primis illis annis micantia effert inſigni commendatione Gobelinus a, deque eo addit: *Hunc genitor ex Mediolano cum quingentis equitibus ſplendido, & ornatiſſimo comitatu Florentiam eoſque miſit Pontifici obuiam: qui ad tertium lapidem paulo citra Chartuſiam ei occurrens, & ab equo deſiliens, ſacros de more pedes exoſculatus eſt. Pontifici prandium in monaſterio Chartuſienſi apparatum, atque eo peracto in vrbem*

Pij iter verſus Florentiam.

a Gobel. in comm. l. 2.

pro-

Digitized by Google

A Florentinis magnifice exceptus

properanti extra portam duobus circiter ſtadijs Guelpharum duces partium occurrere, & prætor vrbis, & multi magiſtratus, ſ ta porta priores, quos vocant dominos, qui Pontificem verbis humilibus ſalutere, & pedibus oſculatis vrbem & populum ei commendarunt. Propter ægritudinem pedum non poterat equo Pontifex vehi: ſella ſedens aurea humeris hominum portabatur. In ipſo vrbis ingreſſu, poſtquam ſacerdotes ſacra ferentes benedictionem Pontificis acceperunt, & pompam ducentes præceſſerunt, Sigiſmundus Malateſta & alij Eccleſiæ vicarij, quorum ſupra meminimus, ſellam Pontificis ſubiere ſuumque dominum humeris aliquandiu portauere. Galeatius, qui minor eſſet, & cruribus paululum inualidis; quamuis onus ferre non poſſet, manum tamen appoſuit quaſi adiutor vnus cupiens videri portantium. Priores vrbis hinc atque inde pedibus incedebant. Mutabantur autem portantes per dimenſa loca, & honoratiores ciues id ſibi muneris expetebant. Galeatius cum aliquantiſper pedibus ambulaſſet, iuſſu Pontificis equum aſcendit, & paulo poſt Eccleſiæ vicarij. Vrbs plena populo fuit, & ſuo, & alieno. Vicini ex oppidis & agris nouum viſuri præſulem vndique concurrerant, fœminarumque diues ornatus viſebatur, mira veſtium varietas, domeſticus ſimul & peregrinus cultus. Ingreſſus eccleſiam S. Reparatæ, & ſacellum B. Ioannis vtrobique populo benedixit. Diuerſorium ei apud S. Mariam fuit, cui Nouella cognomen eſt, vbi & Martinus, & Eugenius ſui prædeceſſores collocati fuerunt.

Proceres geſtandæ illius ſellæ colla ſupponũt

Luſtratus ſacra prece & ſigno crucis populus.

Plura addit auctor de Florentinæ vrbis origine atque amplificatione, tum Guelpharum partium ſtudio, ac demum de Coſimi Medicæi, qui poſteris viam ad Florentinum imperium ſtruxit, diuitijs, potentia, peritia rerum, eximijs geſtis, auctoritateque, & magnificentia plura enarrat, adiungitque vt Antoninus archiepiſcopus Florentinus maxima ſanctitatis excitata fama ad meliorem vitam euolarit.

S. Antonini pius obitus.

33 *Per idem*, inquit, *tempus migrauit in Domino Antoninus eccleſiæ Florentinæ archiepiſcopus ordinis Prædicatorum profeſſor, vir memoria dignus. Domuit auaritiam, conculcauit ſuperbiam, libidinem prorſus ignorauit: potu ciboque parciſſime vſus eſt: non ira, non inuidiæ, non alteri paſſioni ſuccubuit: doctrina theologica emicuit. Scripſit plura volumina, quæ docti laudant: prædicator acceptus in populo, quamuis ſcelerum inſectator vehemens. Correxit cleri, & populi mores: lites diligenter compoſuit: inimicitias quoad potuit ex vrbe repulit: prouentus eccleſiæ inter Chriſti pauperes diſtribuit: in cognatos & affines ſuos, niſi admodum inopes eſſent, nihil contulit: vitreis ac fictilibus tantum vaſis eſt vſus: familiam, quæ parua illi fuit, contentari modico voluit, & ad philoſophiæ leges viuere. Mortuo nobile funus ex publico ductum: in domo nihil repertum eſt præter mulum, quo inſidere ſolitus erat, & vilem ſupellectilem, cætera manus pauperum aſportauere. Ciuitas (nec vana putanda opinio eſt) ad vitam illum migraſſe beatam putauit. Magiſtratus vrbis, vbi ſe tanto priuatum patre, & orphanorum tutore, viduarumque vindice defeciſſe animaduertit, accedens Pium Pontificem non iſtum aut illum ſed aliquem ex ciuibus ſuis in eius locum ſubrogari petijt. Laudauit Pontifex Florentinos, qui obſtinate virum aliquem non petijſſent, auditurumque ſeſe ait honeſtos preces.*

Eius elogium.

Iuſtiſſimis ex cauſis conceptam illam a Florentinis de Antonini ſanctitate exiſtimationem docet Franciſcus Caſtellonienſis a, qui eiuſdem mores, ac vitam ſanctiſſimam deſcribit: *Omni ſexta feria quadrageſimalibus cibis pro ſe omnique familia vti, ieiuniumque ſeruari mandabat. Ieiunium quoque aduentus Domini ſingulis annis, velut in religione faciebat, ſeruare conſueuerat, quo etiam tempore nonnunquam onis ingraueſcente ætate pro corporis imbecillitate vtebatur: ieiunia vero Eccleſiæ nulla penitus niſi morbi grauiſſimi cauſa reliquiſſet. Lectioni diuinæ, quam ad menſam ſemper habebat, ita erat intentus, vt nullum poſſet lector verbum minus recte proferre, quod non ſtatim eius correctione emendaretur: diceres hominem non ad cibum ſed ad lectionem acceſſiſſe: Cœna eius aut nulla erat, aut breuiſſima. Surgebat nocte ſemper, adeoque ſolicite, vt ſignum matutini officij cathedralis eccleſiæ præueniret: cumque diuinum officium cum ſuis clericis magna cum attentione, ac mentis deuotione perſoluiſſet, reliquum, quod erat, temporis vſque ad horam diei tertiam lectioni ſacræ, aut ſcribendis libris, de quibus paulo poſt verba faciam, tribuebat. Hora tertia miſſam celebrabat, quam nunquam niſi magna vrgente neceſſitate reliquiſſet. Celebrata miſſa, quod reliquum erat diei totum in cura paſtoralis ſolicitudine, iis audiendiſque his, qui molti diuerſis de cauſis ad eum ibant, vſque ad ſeram noctem, præter id temporis, quod neceſſitati corporis condonabatur, conſumebat: neminem inauditum, nec viliſſimum quemque a ſe dimittebat: ſatisfaciebat omnibus quantum in ſe erat, quippe qui audiendo patientiſſimus, ac reſpondendo mitiſſimus eſſet.*

Pius vitæ illius quotidianæ ordo.

Adijcit multa idem auctor de illius æquitate animi, humanitate in dandis conſilijs, pietate in ſacris precibus fundendis, macerandi corpuſculi ſtudio, rerum diuinarum contemplandarum amore, reuocandi a vitijs cleri induſtria, abolendæ artis fœneratoriæ diligentia, tolerantia laborum, concilianda ciuium beneuolentia, tuendæ eccleſiaſticæ libertatis pio ardore; adeo vt Nicolaus V. cum perſpectas eius haberet virtutes, has vſurparit voces: *Non minus ego archiepiſcopum Florentinum ſanctorum catalogo adhuc viuum adſcribendum putarem, quam Bernardinum mortuum, quem ego multis veriſſimiſque teſtimonijs omni approbante Eccleſia canonica celebratione decoraui.* Emicuiſſe fragrans eius ſtudium tradit Gobelinus in ludis nefarijs abolendis, vt etiam cruce præeunte ad eos ſubuertendos intrepidus perrexerit, interceptamque cuiuſdam ſacerdotis mille aureorum vim ludo ſortium partam pauperibus erogarit: ita vero perſpectam fuiſſe ipſius ſanctitatem Coſmæ Medicæo, ex cuius nutu, & imperio Florentia pendebat, vt hanc ſententiam protulerit a: *Magnæ fuerunt hac tempeſtate noſtra ciuitatis calamitates, maiora pericula bellorum, peſtis, inediæ, terræ motuum, in primiſque occultarum ſeditionum, quæ omnia meo iudicio noſtram euertiſſent ciuitatem, niſi pontificis noſtri merita orationeſque reſtitiſſent.*

Nicolai V. de eo inſigne teſtimonium.

Coſmæ Medicæi de eo ſententia.

34 Vt autem vitam ſanctiſſime duxerat, ita plurimis ſanctitatis argumentis obitum illuſtrauit, quem prædictus auctor hiſce verbis deſcribit b: *Cum iam ſeptuageſimum ætatis annum attigiſſet, tredecim enim annis pontificatum geſſit, ad quem tum quinquageſimum ſeptimum ageret annum aſſumptus eſt, febri quadam lenta correptus, quam flegmaticam phyſici appellant, non vehementi ſed longa ægritudine laborauit: Cumque cœpiſſet morbus ingraueſcere, vehementiorque eum febris vexaret, acceſſi ego ad lectum, in quo iacebat, conabarque, vt fit ægrotis, hominem conſolari, ſimulque bonam ſpem & conualeſcentiam pollicebar. Ad quod vir ſanctus: Fiat, inquit, voluntas Dei. Et paulo poſt ſubiunxit propheta verba, quæ ſcribuntur in pſal-*

Præclara pietatis exempla in extremo vitæ actu ab eo edita

a Caſtell. Leand. l. 3

a Franciſc. Caſtellion. apud Leand. lib. 3.

b Id. ibid.

pſalmo. Dies inquit annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis, quaſi prædixiſſet vitæ ſuæ terminum, cum ad eam iam ætatem, vt paulo ſuperius diximus, perueniſſet. Impoſuerat etiam non multo antea extremam manum ingenti libro magnoque volumini, quam ſummam appellant, quam longo tempore, magno labore, multoque artificio conſcriptam, vt paulo poſt docebo, non ad meatos ſyderum naturæque occultas vires demonſtrandas, ſed ad dandum edocendumque eam ſalutis ſcientiam ediderat, quæ in timore Domini edocendo cum perceptione mandatorum eius, ac operis conſummatione poſita eſt. Enumeratis deinde illius operibus, de quibus etiam Sixtus Senenſis, Ioannes Trithemius, Robertus Cardinalis Bellarminus, & Poſſeuinus in ſuis ſcriptorum eccleſiaſticorum catalogis meminere, ſubiungit auctor, qui morituro interfuit.

35 *In ea igitur poſitus ægritudine curauit primo omnia Eccleſiæ, quæ omnibus mandatur fidelibus, ſacramenta ſuſcipere: cumque in die Apoſtolorum Philippi, & Iacobi ante crepuſculum extremam vnctionem, ſimulque plenariam indulgentiam aſtantibus fratribus ſuis, qui ſanctum virum in ea ægritudine aſſidui ac frequentes magna cum charitate obſeruarunt, ſuſcepiſſet, cumque illi circumfuſi lectomatutinum officium decantarent peruentiſſentque ad laudes, tum vir ſanctus in ipſa iam mortis anxietate poſitus magno conatu in feruore ſpiritus initium aliis faciens dixit: Deus in adiutorium meum intende; quod immenſæ pietatis ſignum magnam ſui gemituum nobis aſtantibus ac lachrymarum redintegratio. Cum vero quaſi ad ipſum vitæ terminum deueniſſet, nec iam vlla niſi pauca admodum atque eadem mortua verba proferret, hoc ſæpius ex ore eius verbum auſcultantibus audiebatur: Seruire Deo regnare eſt; quaſi iam laboris ſui præmium paratamque ante oculos mercedem intueretur. Aliud hoc item verbum ſæpius proferebat: Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio; cumque fratres, qui totum iam pſalterium legerant, eſdem pſalmos reiterarent, perueniſſentque ad eum verſum pſalmi XXIV. qui dicit: Oculi mei ſemper ad Dominum; ipſe eleuatis tunc oculis, erectiſque ad cœlum manibus, eundem repetiit verſum: Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos; ſimulque ex continuo labiorum motu, & ex nonnullis perceptis ex ore eius verbis intelligebatur illum in continua tacitaque pſalmodia detineri, maximeque cum pſalmum ſæpius iterare videbatur, qui in vltimis matutinis laudibus decantatur: Laudate Dominum de cœlis; & reliqua, quo etiam in vita, vt ſui fratres aſſerunt, delectari plurimum conſueuerat. Nonnunquam etiam porrectam a fratribus breuem Domini Crucifixi imaginem complexus tanta dilectionis deoſculabatur affectu, vt aſtantes omnes nullo pacto lachrymas continere valeremus. Sequenti igitur die poſt feſtum Apoſtolorum hoc eſt ſecunda maii, & in vigilia aſcenſionis Domini poſt longam anxietatem ſpiritus ille ſanctiſſimus ſolutis corporeis vinculis ad æthereas ſedes euolauit.*

Poſtremę eius voces.

Crucifixi imaginē ardenter oſculatus exſpirat.

36 Addit idem auctor aliqua quæ id probarent argumenta, nempe viſum a viro ſancto illius animā eadem, qua diſceſſit e corpore, hora in cœlum euolare, pluraque miracula contacto ſacro pignore, vel eiuſdem apud Deum implorata ope, effulſiſſe: *Fertur*, inquit, *quidam ſui ordinis frater Conſtantinus nomine, vir magnæ ſanctitatis, cum eſſet in ciuitate Eſculana, & vigilans oraret in eccleſia, vidiſſe manifeſte Antoninum eadem ipſa hora, qua ex hac vita migrauit glorioſum ad cœleſtem patriam euolaſſe, atque illud ita eſſe maiori confirmaretur argumento, vidit eadem hora alium fratrem, qui etiam in alia ciuitate tunc obierat, non tum ad cœlum, ſed ad purgatorias ſedes deſcendere: quod cum ille aliquandiu reticens, ex lætitia ac inſueta vultus hilaritate diſſimulare non poſſet, pulſatus precibus diu a fratribus, tandem id quod vidit magno cum gaudio enarrauit: & de morte vtrorumque poſt aliquot dies id ita eſſe certa rei experientia compertum eſt. In ipſa quoque exequiarum die, dum corpus in eccleſia S. Marci poſitum eſſet, acceſſit mulier, quæ altero latere debilitato ac ſtupido diu manca fuerat, tactoque ſacro corpore antequam de eccleſia recederet integritatem virium in toto corpore ſe recepiſſe percepit.*

Oſtēſum pio viro eius animā cœlos conſcendere.

Iuſſiſſe Pium, qui tum Florentiæ Mantuam profecturus ſubſtiterat, illius funus magnifice curari, ac plures epiſcopos id cohoneſtare, refert auctor, atque etiam ob exiſtimationem ſanctitatis, qua floruerat Antoninus, aliqua indulgentiarum præmia manus defuncti deoſculaturis contuliſſe: *Addiderat etiam*, inquit, *ſummus Pontifex maximum eius viri ſanctitati teſtimonium, vt quicumque ad ſanctum corpus beneedictaſque manus deoſculandas acceſſiſſet ſeptem annos ſeptemque quadragenas indulgentiæ, ac culparum remiſſionis: factumque ex noua ſemper ſuperuenientis populi, atque aduenarum multitudine, vt ſanctum corpus in ipſa eccleſia aliquot dies videndum omnibus deoſculandumque neceſſario poneretur, nec niſi octaua die poſt eius obitum ſepulchro condi potuiſſe, illudque ſane multa admiratione dignum eſt, tanto tempore reſeruatum corpus exanime nullum tetrum odorem edidiſſe, quin potius mirabili ſemper fragrantia redolebat, videbaturque omnium iudicio venuſtior lætiorque in mortuo facies, quam fuerat in viuo. Inſuper manus pedeſque nullo rigore contracti nulloque maculati liuore cernebantur, quod certe omnibus id cernentibus magnum ſanctitatis ſignum eſſe ducebatur.*

Pontifex manus viri ſancti deoſculaturis indulgentias confert.

Niſi octauo die potuit ſepulchro condi.

Poſt tot dies ſuauem odorem ſpirat.

37 Interiectis multis miraculis, quæ viuus defunctuſue patrauit de populorum in eum ſtudio adiungit: *Illud ſane inauditum atque multa admiratione dignum eſt, quod dum eius funus ad eccleſiam S. Marci deferretur, ab animaduertentibus cernebatur, vt enim dum viueret concurrebant vniuerſi viri, ac mulieres ad locum, quo illum tranſeuntem intelligebant, ſubmiſſique in terram, ac proni ſanctum præſulem adorare conſueuerant, ſic exanimi tunc corpori, ac feretro inclinati, poſitiſque in terra genibus nec curantes etiam pluuiam, quæ tunc forte ingruebat, omnes non tantum ciues, verum & aduenæ, qui tum multi in noſtram ciuitatem propter præſentiam ſummi Pontificis aduenerant, tanquam conſuetam ab eo benedictionem accepturi, conſuetam adorationem licet mortuo humiliter ac deuote præſtabant, magnum de ſua erga eum fide ac reuerentia teſtimonium redderent, maiorem de tali iactura luctum oſtendentes.* Vt vero curſu temporum maiora Antonini implorantibus opem collata ſint a Deo beneficia vario morborum genere implicitis, inſigniaque ad eiuſdem ſepulchrum radiarint miracula, ac demum ipſi ſanctorum honores a Romana eccleſia decreti fuerint, dicetur inferius: nunc reliqua Florentiæ geſta, dum in ea Pius verſabatur proſequamur.

Claruit viuus & defunct⁹ miraculis.

Poſtea ſolemni ritu Sanctorum cathalogo adjicitur.

38 Narrat in primis Gobelinus; exoratum multis precibus Pontificem fuiſſe, antequam abiret Florentia, a Sigiſmundo Malateſta, vt ip-

ſum

Digitized by Google

ſum Ferdinando Regi Siciliæ conciliaret. Motum antea bellum fuerat a ab Alfonſo cum immiſſo Piccinino vindictam ab eo expeteret, quod ſtipendia olim accepiſſet, vt accenſo in Etruria bello inferret Florentinis arma: is vero cauſatus non ſolutam omnem ſibi promiſſam pecuniam ad Florentinos ipſos defecit, multo ab iiſdem conductus auro, quam ob rem Alfonſi partes fuerant admodum depreſſæ: ſolicitus itaque ſedandi illius veteris diſſidij Pius iam ante Ferdinandum erat adhortatus b, vt cum Malateſta pacem conficeret, ad quam componendam Mediolanum delegerat, quo a Sigiſmundo oratorem c ampliſſimis fretum mandatis mitti iuſſerat. Vbinique comitem d concordiæ interpretem adhibuerat. Deſcribit porro improbos eiuſdem Sigiſmundi Malateſtæ mores Gobelinus e, atque illum odio habuiſſe ſacerdotes, & in tantam impietatem collapſum, vt animam interire cum corpore ſibi fingeret; Deo tamen in honorem B. Franciſci templum poſuiſſe, ſed illud profanis ſimulacris polluiſſe, excitatoque concubinæ ſepulchro, ex ſuperſtitione veteri hanc inſcriptionem inſculpſiſſe, *Diuæ Iſottæ ſacrum*. Subdit Gobelinus, non potuiſſe Pontificem Florentiæ ad concordiam rem adducere: poſtea vero Mantuæ feliciori exitu eoſdem tractatus inſtauraſſe, quamquam haud diu poſt Malateſta, fœdus violauit, iniquique perfidia nonnulla Romanæ eccleſiæ oppida occupauit.

a Pigna lib. 4.
Ferdinandus Rex ſolicitatus vt Malateſtam ad pacē admittat.
b Pius lib. breu. pag. 20.
c Ib. pag. 28.
d Ib. pag. 31.
Malateſtæ mores impij.
e Gobel in comm. Pij II. lib. 2.
Gentilitios ritus ſectatus.

39 Moratum Pontificem Florentiæ diebus octo addit auctor f verum apud prædictum Caliſti III. regeſtum hæc de Pio adnotantur g: *Die xxv. aprilis intrauit Florentiam, & exiuit quinta maij*: tum ſubditur: *Die nona maij intrauit Bononiam, & exiuit xvi. eiuſdem*. De pontificis Bononiam aduentu deque pompa, & gratulatione, qua a Bononienſibus exceptus fuit, plura ſcribit Gobelinus h, vtque geſtandæ pontificiæ ſellæ vrbis primores colla ſuppoſuerint, ac Pius ſex diebus Bononiæ manſerit. Cuius temporis ſpatio, ſcilicet duodecimo maij die datæ ſunt literæ apoſtolicæ i ad Ioannem Regem Aragonum, vt ad indictos Mantuæ conuentus accederet, pridieque eius diei rogatus l Carolus Francorum Rex, vt comitem e Duracio conſiliarium ſuum mitteret: quo etiam die exaratis literis de Renato Rege, qui aduerſus Pium ob traditum Ferdinando regni Neapolitani ius maxima, vt ipſe interpretabatur, ſui & nominis Gallici iniuria exulceratus apoſtolicas literas in Prouincia admitti vetuerat, grauiter queſtus eſt, geſtaque a ſe in re Neapolitana excuſauit.

f Id. ibid.
g Lib. 2. breu. Calli. III. pag. 28.
Pij iter per Aemiliam.
h Gobelin. ſuper l. 2.
i Pius lib. breu. pag. 34.
l Ibid. pag. 33.
Renatus aduerſus Pium exulceratus

Pius Papa II. Regi Renato.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem. Non poſſumus ſatis mirari, princeps ſereniſſime, quod ea in tuis dominijs fieri patiaris, quæ non ſolum a bono & catholico principe, ſed etiam a tua ipſa natura & conſuetudine aliena eſſe videantur: nam cum Romanæ eccleſiæ, & illius ſummis Pontificibus ita obſequens filius fueris, & inter ceteros Chriſtianos principes ſemper ab eis in honore habitus, neſcimus quomodo fieri potuerit, vt in terris & dominijs tuis publico mandato tuo vetitum ſit, ne quis deinceps noſtris & apoſtolicis literis parere præſumat. Quod quantum detrahat famæ & virtuti tuæ, potes & debes tu ipſe per te iudicare, & noſſe quod a nobis ne minima quidem in re offenſus fueris nomen noſtrum deleri de literis venerabilis fratris noſtri Petri epiſcopi Albanenſis Cardinalis de Fuxo noſtri & Apoſtolicæ ſedis legati de latere, quemadmodum ipſe nobis paulo antea per ſuas literas ſignificauit: Dolemus profecto hæc non tam noſtra quam tuæ ſerenitatis cauſa, cui ſemper ex corde ſumus affecti, & optauimus rem gratam & honorificam facere, & feciſſemus in negotio regni, niſi conditio temporum, & ipſa vrgens neceſſitas, ac rerum noſtrarum, & Eccleſiæ ſtatus & ratio prohibuiſſent, ſicut oratoribus tuæ ſerenitatis cumulatiſſime retulimus. Nec certe ob id tua celſitudo nobis ſuccenſere debet, quando nihil egimus, quod tu ipſe pro tua prudentia ſingulari, & deuotione ad ſedem Apoſtolicam non fuiſſes probaturus, potiſſimum cum nec tuæ ſerenitati nec alteri cuipiam ius per noſtram conceſſionem ſuſtulerimus. Itaque hortamur & rogamus tuam celſitudinem, vt circa hanc rem ita ſuo honori proſpiciat, & ſuæ conſcientiæ conſulat, vt ſi quando ſe caſus & opportunitas offerant, quibus tuis honori, & commodis in ſeruitio dum ſis ſicut maxime cupimus, poſſit tua ſerenitas facile intelligere quantum a nobis, & ſede Apoſtolica diligatur. *Dat. Bononiæ xi. maij anno 1.*

In Prouincia literas Apoſt. non excipit.
Monetur ius in regnum illi non ſublatum.

40 Bononia Ferrariam contendit Pius per Rhenum & Padum flumina, quem Borſius Aeſtinus in ea vrbe Romanæ eccleſiæ nomine princeps fiduciarius, in agri Ferrarienſis limite obuiam factus, honorificentiſſime excepit: *Summis*, inquit a, *honoribus Pium excepit, adiuxuſque eos ſuperare, per quos iter fuerat habitum. In porta claues vrbis Pontifici obtulit, pedeſtriſque ad ſellam eius inter portantes tandiu profectus eſt, quoad equum aſcendere iuberetur. Tecta pannis omnis via fuit, & ſtrata floribus, per quam itum eſt ad maiorem eccleſiam; adornatæ domus, & omnis plena cantibus, ac perſonantibus erant, acclamante populo: Pio Pontifici vita. Cardinalibus & vniuerſæ curiæ miniſtrata cibaria e palatio; ludi multiplices exhibiti, orationes complures ab oratoribus diſertiſſimis habitæ. Celebritas hic ſanctiſſimi corporis Domini acta eſt, ſolemnis pompa per forum ducta, Pontifice populo benedicente, & hoſtiam immaculatam portante. Manſum eſt hic octo diebus.* De tempore, quo Pontifex Ferrariæ moratus eſt conſentiunt notæ b ad Caliſti III. regeſtum adiectæ; *Die*, inquiunt, *xvii. dicti menſis*, nimirum maij, *intrauit Ferrariam, & exiuit xxv. eiuſdem*: Extant in eodem m. s. codice pontificia diplomata c xxii. & xxiii. menſis maij Ferrariæ exarata. Subdit Gobelinus, conuentum fuiſſe Pontificem in ea vrbe a nonnullis viris doctrina inſignibus, inter quos Guarinum Veronenſem, & Aurilpam Siculum recenſet, additque extinctum eodem anno Poggium, cuius hiſtoria pluribus in locis ſuperius vſi ſumus.

a Gobel. ſuper l. 2.
Bononiæ exceptus Pius honorificentiſſime.
b Lib. 2. breu. Call. III. pag. 30.
Diuertit Ferrariam.
c Ib. pag. 37. & 30.

41 Ferraria Pontifex profectus eſt Mantuam, cuius imperium per id tempus obtinebat Ludouicus Gonzaga marchio: *armorum*, inquit Gobelinus d, *& literarum peritia clarus, mitis ingenij, & iuſtitiæ obſeruantiſſimus*. Ingreſſum Pontificem Mantuam vi. kal. iunij teſtatur auctor; cui Caliſti III. regeſto additæ notæ conſonant: *Die*, inquiunt e, *xxvii. maij MCCCCLIX. intrauit Mantuam*; idemque ipſemet Pontifex pluribus ſignificauit f. Celeberrimos vero vndique ad viſendum Pontificem populorum concurſus fuiſſe narrat Gobelinus g, atque inter alios affuiſſe Blancam ducis Mediolanenſis coniugem vna cum liberis, e quibus Hyppolita Regis Ferdinan-

Mantuā ingreditur.
d Gob. ſup. lib. 2.
e Vbi ſup.
f Eius lib. breu pag. 35. & 37.
g Gobelin ſup. lib. 2.

Digitized by Google

dinandi filio fuerat deſponſa; tum ſeruatum in Mantuæ ingreſſu pontificio pompæ ordinem deſcribit, ſic inquiens: *Pompam huiuſcemodi ducens intrauit vrbem: præceſſerunt ſeruitia curiæ, & Cardinalium miniſtri, tum minoris ordinis curiales: exin equi candidi abſque ſeſſoribus duodecim frænis ſellisque aureis ornati: tum vexilla tria, in primo ſignum crucis reſplenduit, in altero clauium Eccleſiæ, in tertio quinque lunarum, quod eſt Piccolominaeorum inſigne, & ea viri nobiles armis tecti, & phaleratis inſidentes equis portauere. Mox vmbella ſecuta eſt rubra, & croceo colore diſtincta, proximi ſacerdotes vrbis diuite apparatu ſacra ferebant. Poſt hos Regum, & principum legati: tum crucem auream comitantes ſubdiaconi apoſtolici, auditores palatij, ſcriniarij, & aduocati.*

Quis pompæ ordo inſtructus fit.

His arcula iungebatur aurea equo albo vecta, & multis luminaribus circumdata, in qua condita fuit Eucharistia, id eſt hoſtia Saluatoris ſacrata, & ſericum deſuper vmbraculum. Huic proximi Galeatius Mediolanenſis, & Ludouicus marchio, & poſt eos Cardinalium venerabilis ordo: tum Pontifex ipſe ſella ſublimi ſedens ſacerdotali paludamento, & omnifariis gemmis mithra fulgens, nobilium procerum portatus humeris benedicens populo incedebat, & iuxta eum cubicularij, & corporis cuſtodes, epiſcopi, & notarij, & abbates, & ingens prælatorum turba Pontificem ſequebantur. In porta vrbis Ludouicus equo deſiliens claues ciuitatis Pontifici obtulit: idem fecere omnes ad quos Pius in itinere declinauit præter Senenſes, & Florentinos. A porta vrbis vſque ad eccleſiam S. Petri, quæ cathedralis eſt, nihil non tectum pannis fuit, & parietes vndique & floribus & aulæis ornati: mulieres, pueri, ac puellæ feneſtras ac tecta compleuerant, nec tamen preſſura defuit cunctis aditibus populo occupatis. Altaria multis in locis incenſo thure fumabant, nec alia vox audiebatur, quam populi clamantis: Pio Pontifici maximo vita. Vbi ad eccleſiam ventum eſt, ſupplicationibus Deo factis, & hymno decantato, & annunciata cunctis, qui aderant plenaria peccatorum remiſſione, Pontifex in ampliſſimo palatio exceptus eſt.

Ciuitatis claues ipſi delatæ.

42 Kalendis Iunij Pontifex vna cum Cardinalibus, epiſcopis, & vniuerſo clero ad eccleſiam deſcendit a, vbi re diuina ſolemni apparatu ingentique aſtantium pietate peracta, epiſcopus Coronenſis de Pontificis ſuſcepto conſilio, & conuentus cauſa, & tyrannidis Turcicæ atterendæ neceſſitate pro concione diſſeruit. Tum Pius ipſe breuem orationem habuit, in qua tuendi nominis Chriſtiani curas a Regibus, qui ſuos oratores maxima ex parte non miſiſſent, abijci conqueſtus eſt, ſic inquiens: *Vocauimus principes, ac populos, vt communi conſilio rem Chriſtianam tueremur. Venimus ſpe pleni; quam vanam fuiſſe dolemus. Pudet nos tantam eſſe Chriſtianorum negligentiam: alij delitijs indulgent, alios auaritia retinet: Turcæ pro ſua damnatiſſima ſecta non recuſant mortem, nos pro ſancto Chriſti euangelio nec ſubire ſumptus, nec labores perferre vel minimos poſſumus. Si ſic pergimus actum de nobis fuerit, peribimus breui niſi alios aſſumimus ſpiritus; ob quas res vos hortamur, viri religioſi, vt orationibus aſſiduis Deum precemini, Chriſtianis Regibus aliam mentem præbeat, ſui populi animos excitet, corda fidelium incendat, vt iam tandem arma ſumentes iniurias vlciſcantur, quibus religionem noſtram in dies Turca afficiunt.* Demum Pius profeſſus eſt tandiu ſe moraturum Mantuæ, donec principum animos exploraret, ac ſi venirent vna cum iis Chriſtianæ rei conſulturum; ſin minus Romam infecta re, ad quam veneras, repetiturum, nunquam tamen ſuſceptum de religione defendenda propagandaque conſilium, dum vita ſuperſtes eſſet, ſe abiecturum. Deinde omnibus, qui ſacra exomologeſi conſcientiam expiaſſent, gratuitam noxarum veniam tribuit a, ac principes Chriſtianos de ſuo Mantuam aduentu certiores factos hortatus eſt b, vt vel ipſi venirent, vel oratores ſuos ſine mora legarent.

a Gobelin. lib. 3.

Conqueritur de Regibus qui oratores non miſerint.

Incuſat ſegnitiē in defugienda expeditione.

a Lib. breu. Pag. 34.

b Ead. pag.

Pius Papa II. Regibus, principibus, & communitatibus.

43 Chariſſime in Chriſto fili, &c. Iam duce Altiſſimo ad ciuitatem Mantuanam peruenimus, ad quam eum antea per literas noſtras kalen. Iunij dietæ tenendæ cauſa venturos promiſiſſemus, quinto ante hunc terminum die perſonaliter aſſumus. Venimus autem non ſine magnis perſonæ & rerum noſtrarum incommodis, ſiquidem ætas noſtra iam ingraueſcens quietem deſiderat, & patrimonium etiam Pontificis præſentia deſtitutum manifeſtis periculis quotidie ſubiacet; omnia hæc tamen pro Deo magni facienda non duximus, ſcientes fidelium populorum ſalutem, & cauſam ſacroſanctæ fidei catholicæ anteferenda eſſe cunctis laboribus atque periculis. Sperabamus præſentiam tuam, vel ſi id non poſſes, oratores ſaltem tuæ celſitudinis hic inuenire, inuenti a nobis non ſunt, & dolemus fuiſſe nos primos, qui ad opus æque omnibus pro ſuis viribus debitum huc conuenerimus. Hortamur itaque in Domino, & toto affectu noſtro ſerenitatem tuam requirimus, vt cogitans quid a te omnipotens Deus hoc tempore neceſſario quærat, quid ſalus communis omnium poſtulet, quid denique conueniat debito tuo, velis per te ipſum (quod in primis optamus) vel per oratores antedictos viros præſtantes, & tantæ ſolemnitati idoneos celeriter conuenire, nec pati vt in communi principum Chriſtianorum conuentu proſi 'ente vicario Chriſti vox tua Altiſſimo deſit: ſunt enim, ſi propoſito noſtro adiutores non deerunt, quamplurima ad feliciem proſecutionem parata; nunc præſertim cum Peloponneſus ferme tota, quæ Morea dicitur, ob impietate Turcorum rebellans ad Chriſtianam deuotionem redierit, & pijs votis opem ex his locis expectet. Eſt autem is locus tantæ ad omnia bene gerenda terra marique opportunitatis, vt nulla orientalis regio maiorem facultatem tuendi noſtros, & vires Turcorum conterendi poſſit præſtare; quin certe in antiquam ſeruitutem, & eladem redire neceſſe habebit, niſi matura ſubuentio adſit. Nos quando principes antedictos, vel eorum oratores hic non inuenimus, expectare adhuc eorundem aduentum aliquod tempus decreuimus: ſi venient, tota mente ad complendum opus inceptum intendemus: ſi minus, cum per nos ferre tantam molem non valeamus, excuſata erit, vt confidimus, Deo & hominibus neceſſitas noſtra, videndumque erit principibus ipſis, quorum ope ſtare Chriſtianam rempublicam decet, ne Redemptori ſuo & ſibi cum ſempiterna ignominia & clade eorum, qui quotidie dant ſanguinem ſuum pro fide defuiſſe appareant. *Dat. Mantuæ.*

Hortatur vt cōmunibus animis rem Chriſtianam tueātur.

Exponit Peloponeſum ferme totā recuperatam.

Amiſſum iri niſi mittātur ſubſidia;

44 Miſſæ eo argumento ad Fridericum Imperatorem c, ad Carolum Francorum Regem d, ad Sabaudiæ e, & Bauariæ f duces, Venetos g, Florentinos h, & alios i literæ fuere. Et quidem

b Ead. pag. & 63.

c Ib. pag. 38. 71. & 92.

d Ibid. pag 58. & 81.

e Ibid. pag 59. & 80.

f Pag. 46.

g Pag. 68

i Pag. 35. 46 & 63

Solicitatus ad in eundam ſacram militiam Imp.

dem Fridericum ob Imperiales apices Eccleſiam ab infidelium graſſationibus tueri, & barbarorum caſtra ferro demetere in primis teneretur, illum Pius tranſmiſſo pilei & enſis, quos apoſtolica prece ſacrat, myſtico munere additis his literis excitare ad religionis cauſam defendendam aduerſum Turcas enixus eſt. a

Pius Papa II. charissimo in Chriſto filio Friderico Romanorum Imperatori ſemper auguſto ſalutem, &c.

Conſueuit Romanus Pontifex ex inſtitutione ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ alicui Chriſtiano Regi, vel principi bene de fide catholica merito enſem, ac pileum quotannis dono tranſmittere: cuius conſuetudinis memores ſerenitatem tuam præſenti anno, qui apoſtolatui noſtro initium dedit, in primis delegimus, quam tali munere ornaremus, ſcientes nulli poſſe conuenientius dari, quam ei, cui ex officio ſuo Apoſtolicæ ſedis, & totius Chriſtianitatis protectio eſt propria. Accipe igitur chariſſime fili hunc enſem de B. Petri Apoſtoli corpore ſumptum, munus quidem pretio exiguum, ſed deuotione & dantis animo magnum, illuque ſupra femur tuum in defenſionem ſacroſanctæ catholicæ fidei potenter accingere; vt quando Chriſtiana reſpublica præſidio tuæ celſitudinis nunc maxime eget, quaſi ſignum aliquod officij tui ad te miſſum intelligas, in illo confidens, qui per angelum ſuum b centum octoginta quinque millia de exercitu ſuperbiſſimi Senacherib vna eademque nocte trucidauit, & manum conſtantiſſimæ Iudith in ceruicem Holofernis direxit. Hoc quoque munus in pignus noſtræ perpetuæ erga te voluntatis deuote ſuſcipies, quæ profecto eſt talis & profecto talem futuram confidimus, qualem merita in nos tua digne merentur. *Dat. &c.*]

Enſis ſacra prece luſtratus ad eum miſſus.

b 4. Reg. 19.

45 Excepit munus ſacrum Fridericus, ſed ferrum non in Turcas, ſed in Hungaros, vt antea indicatum eſt diſtrinxit; maximuſque aliorum principum torpor extitit, de quo apud Carolum Francorum Regem Pius vehementer expoſtulauit c, cum Peloponenſis, quæ conficiendæ in occidente crucesignatæ aduerſus Turcas expeditionis ſpe & expectatione barbarorum iugum exuerat, in priorem ſeruitutem mittenda eſſet, ſi obſtetatæ ſuppetiæ euaneſcerent. *Velis*, inquit, *hanc excellentiam maiorum tuorum gloriam hoc tempore retinere, nec pati vt in reliquorum fidelium conuentu pro Chriſtianorum ſalute indicto oratores eius non eſſe; qui Chriſtianiſſimi Regis gerit cognomen: et hoc & honor tuus regius, & temporis præſentis conditio, & noſtræ quoque preces toties iteratæ ſuo iure expoſtulant. Accedunt nuntij pene quotidiani ex Hungaria, Boſna, & Albania, & Peloponeſo, multiſque alijs fidelium locis ad nos venientes, quorum teſtimonio ſatis certum habemus nihil rebus Chriſtianorum eſſe calamitoſius, quam tarditatem hanc tantam ferendi auxilij interponi; ſiquidem & hoſtibus vires, & noſtris detrimenta in diem accumulat, &c. Dat. Mantuæ XV. Iulij anno 1.*

c Ibid. pag. 55.

Monitus Francorum Rex vt Chriſtianiſſimi nomē factis exornet.

Ob non præſtita auxilia rem Chriſtianam excindi in Oriente

46 De miſſis a Thoma deſpota Peloponeſi principe ad Pium oratoribus pro eliciendis auxilijs aduerſus Turcas, vtque Thomas ipſe aduerſus fratrem Demetrium, qui cum Mahomete Græci imperij euerſore infandum fœdus pepigerat, arma ceperit, ſeque adiunxerit catholicis, hæc narrat Gobelinus d: *Orto inter eos diſsidio Demetrius Turcarum partes ſecutus eſt, filiam ſuam Mahometo deſpondit: Thomas auxilio Albanorum, qui Peloponeſum frequentes incolunt, & fratrem magna regni parte multauit, & Turcas, qui arma in ſe verterant, prælio fudit, captiuoſque multos cepit, ex quibus ſexdecim per legatos, quos diximus, Pontifici dono miſit, auxilium ſecundis rebus efflagitans, nec magno exercitu opus eſſe dicebat, Italorum paruam manum ſufficere ad eijciendos peninſula Turcas. Re in Senatu diſcuſſa placuit trecentos illuc pedites mittere: Blanca Mediolanenſium centum ſuo ære conduxit, Pius reliquos, quamuis non probaret cœptis ingentibus tam debile fundamentum apponi, Beſſarioni noluit denegare, cui ea res cordi erat.* Miſſæ hæ tenues copiæ duce Iannono Cremonenſi in Peloponeſum, de quibus in literis ad Senenſes meminit Pius a, atque ad loca, quæ ad Chriſtianum imperium depulſo Turcico iugo redierant, propugnanda conflatas ait, tum iniectæ ſpes de ampliſſimis auxilijs ſubmittendis vbi Mantuani conuentus celebrati eſſent.

Thomas deſpota auxilia implorat aduerſus Mahometem.

d Gobel. in comm. l. 2.

Submiſſæ illi leues copiæ auxiliares.

a Pius lib. breu. pag. 50.

47 Excitati præterea alijs literis b Peloponeſiaci, vt poſita in Chriſto ſpe pro fide tuenda ſtrenue, ac fortiter aduerſus Turcas dimicarent.

b Lib. 4. pag. 281.

Dilectis filijs nobilibus viris baronibus Conſtantinopolitanis, ac Peloponenſibus, nec non capitaneis Albanenſibus, cæteriſque omnibus tam Græcis quam Albanenſibus Peloponeſum inhabitantibus.

Nuper non ſine magno cordis gaudio per relationem dilecti filij Theodori ſcente aliorumque nonnullorum fidedignorum ad noſtram deuenit notitiam, quatenus vos tamquam optimi fideles ab impio Turco tyranno, in cuius poteſtatem, proh dolor! ſuperiori anno non valentes eius ferocitati reſiſtere inuiti deueneratis, rebellantes ad veſtrum catholicum principem dilectum filium noſtrum Thomam Palæologum deſpotum porphyrogenitum excellentem reuerſi eſtis, Chriſto potius & Chriſtiano principi, quam ſeductori Mahometi, & eius ſequacibus fidem, vti par eſt, ſeruare volentes. Lætatur profecto anima noſtra, atque exultat in talium filiorum virtute, fide, religione, pietate, magnanimitate, & conſtantia; nec quidquam gratius auribus noſtris hoc tempore intimari poterat, quam intelligere oues pridem violenter abductas ad propriam caulam eſſe reuerſas: proinde hæc ſancta ſedes Apoſtolica, cui Domino diſponente præſidemus, quæ quemadmodum eſt bene gerendarum rerum hortatrix, ita debet eſſe bene geſtarum collaudatrix, veſtram probat fidem, laudat pietatem, atque commendat deuotionem.

Commendati Peloponenſes ob defenſam Chriſti cauſā.

Cum ergo præfatum principem Thomam, tum maxime erga Deum omnipotentem bonorum operum auctorem atque remuneratorem, ipſe enim eſt, qui probat hominibus bene agendi ſcientiam & virtutem, idemque ipſe pro benefactis præmia reddit æterna; vnde minime ambigendum eſt quin ipſe Dominus, qui nihil ſinit irremuneratum abire, vobis poſt huius vitæ gloriam rependat etiam gaudia ſempiterna. Sed quandoquidem Dominus in euangelio illum laudat, non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit dilectionem veſtram in Domino hortamur, requirimus, atque monemus, quatenus ipſi principi veſtro ſemper intemeratam fidem ſeruantes, Turcarum tyrannidi viriliter, & ſtrenue obſiſtatis, pugnantes pro patria, pro coniugibus, liberis, pro proprijs laribus, templis, ſepulchris, ac ipſa inprimis domini noſtri

Propoſita præmia æterna.

Ieſu Chriſti religione ſuo pretioſiſſimo ſanguine conſtituta: nec dubitetis pro illo animam effundere vitam & ſanguinem, qui pro nobis & pro noſtra ſalute ſuo proprio ſanguini, illum tradens perfidis Iudæis effundendum, non pepercit. Hæc ſi feceritis nos, quibus vniuerſi gregis cura verbo Domini commiſſa eſt, qui pro communi omnium Chriſtianorum ſtatu vrbem Romam, ſedem, & ſponſam noſtram reliquimus, nullis parcentes ſumptibus, nulla incommoda atque pericula deuitantes, ſi auxiliante Domino, vti ſperamus, inchoata per nos perficere poterimus, dabimus operam poſsibilem, vt vos quoque veſtrorum laborum fructum pro veſtra rata ſentiatis, & quod veſtra natio ab occidentalibus principibus diligatur & foueatur operam dabimus continuam & efficacem. *Dat. Mantuæ anno* MCCCCLIX. *3. id. Iuly pontificatus noſtri anno 1.*

Promiſſa ſuppetiæ.

48 Confirmati pontificijs promiſsis Peloponeſiaci, tum ſubmiſſis Italicis auxilijs, quamuis tenuiſſima eſſent, erexerunt ſeſe, & Patræ, quæ antea a Thoma Turcis deditæ fuerant, auxiliarium Italorum opera recuperatæ a; plura etiam geſta b aduerſus Demetrium deſpotam, qui Turcico terrore perculſus Mahometis II. affinitatem erat amplexus: demum Italicæ c copiæ ſubſidiariæ partim ſubortis ex æmulatione nouis diſſidijs ſolutæ, partim hoſtium ingruentium multitudine perterritæ Peloponeſo non ſine decore abierunt, ac Peloponeſus nullo auxiliari Chriſtianorum exercitu ſuſtentata Turcica tyrannide attrita eſt. Deſcribit pluribus Phrantzes ſuperiorem inter Thomam & Demetrium Peloponeſi deſpotas vltimique Imperatoris Conſtantinopolitani fratres diſſenſionem, vtque plures a Demetrio, qui filiam vt dixi Mahometi vxorem ſpoponderat, ad Thomam defecerint; quod cernens Mahometes ex amborum fratrum diſſidio vtriuſque opprimendi occaſionem arripuit d, quæ amiſſa eſt a Chriſtianis occidentalibus, qui ex Peloponeſo in Turcas exercitus facile in expeditionem educere ad recuperandam Conſtantinopolim potuiſſent: ſed eam calamitatem ſolutus ſine fructu Mantuanus conuentus, vt dicetur inferius, peperit. Tanta porro de indictis illis occidentalium cœtibus concepta expectatio fuerat, vt orientis Reges Trapezuntinus ſcilicet Imperator, Vſumcaſſanus maioris Armeniæ princeps, Georgius Rex Perſarum, tum Georgiæ, Mingreliæ, Githorum, & Aranorum principes, aduerſus Mahometem armorum ſocietatem coiuerint: cumque Philippum ducem Burgundiæ ſolemni iamdiu voto ad cruceſignata vexilla in Turcas attollenda aſtrictum occidentalium exercitus ducturum fama eſſet, Trapezuntinus Imperator illum de ſociorum principum orientalium aduerſus Mahometem conſilijs, parandiſque exercitibus certiorem fecit e.

Patræ a Thoma recuperatæ.
a Gobel in comm. l. 3. b Phranza l. 4. c. 22.
c Gobel ſup. lib. 3.
Demetrius propter fœdus cum Mahomete Græcis exoſus.
d Phranza l. 3. c. 23. & 24.
Orientales Reges in Mahometem iungere arma auxiliaria pollicentur.
e Ext. eius lit. inter ep. Py II. n. 377. & apud Meyer. hiſt. Fland. lib. 16. vel hiſt. Burgund.

Illuſtriſsime dux Burgundia,

49 Ego Dauid Imperator Trapezundarum poſt plurimam ſalutem libenter ad te ſcribo de his, quæ hic apud nos occurrunt, vt eum certior factus pro tua religione & amore erga fidem noſtram poſſis deliberare, quid tibi agendum ſit: nuper enim ego, & reliqui Chriſtiani principes, qui in iſtis ſummis regionibus, fœdus atque ligam iniuimus inter nos bellum gerendi contra Turcos, & ego filiam Cathoioannis * fratris & prædeceſſoris mei vxorem dedi Aſembech, qui filius fuit Caraiuch potentiſſimi principis; & hoc feci, vt ipſe firmus ſit & fidelis in liga, quam nobiſcum fecit, & vt perſeueret in bello gerendo contra Turcum, qui tenet Conſtantinopolim: cum quo bellum iam gerere incepit, multaſque illi regiones & oppida pugnando cepit, quæ prope confinia ſua erant, nunc vero reuerſus eſt in patriam ſuam. Itaque nos, & ipſi parati ſumus, & expectamus aduentum veſtrum contra infideles, quemadmodum dominus Papa ad nos ſcripſit, & per ſuum oratorem nobis ſignificauit, quod vos Latini principes debeatis inire concilium in ciuitate Mantuana, vt faceretis exercitum contra infideles; quod ſi facietis nos parati ſumus ego cum triginta biremibus, & cum viginti millibus hominum. Aſambech promptus eſt exire ad bellum iſtud cum quinquaginta millibus hominum, ad bellandam, & ſubigendam Burſiam, & totam Natoleam. Quapropter rogo illuminatiſſimam dominationem tuam, vt placeat tibi dare aliquod principium huic bello ex partibus Hungariæ: nam ſi vos aliquod impedimentum etiam paruum Turco inferetis, vt ipſe ad diuerſas partes diſtrahatur, nos adeo ipſum vrgebimus ex latere noſtro, vt facile deſtrui, & debellari poſſit. Etſi dominatio tua deliberat ad hoc intendere & venire, & aliquem tuorum mittere, nos omnes orientales principes promittimus tibi præſtare omne auxilium, opem, & quidquid in nobis erit ad recuperandam Ieruſalem, & te illius Regem conſtituemus, & vt ſcias qui ſimus, qui confœderati ſumus, & hoc tibi promittimus.

Trapezuntini Imp. lit. ad Burgundiæ ducem.
* Caloioannis

Ego in primis, qui paratus ſum, vt dixi, cum triginta biremibus, & viginti millibus hominum: Georgius Rex Perſarum promptus eſt cum ſexaginta * millibus hominum: Gorgora dux Georgianæ paratus eſt cum viginti millibus equitum: Bendia Rex Mingreliæ cum ſuo filio promptus eſt cum ſexaginta millibus hominum, quod illi facile erit: Rabia cum ſuo fratre, & ſuis baronibus cum triginta millibus hominum: natio Githorum, & Aranorum promittunt militare ſub vexillo Regis Perſarum: Dardebech dominus Armeniæ minoris cum decem millibus hominum: Aſambech affinis meus, vt dixi, infidelis promiſit nobis dare tranſitum, & perſonaliter venire cum quinquaginta millibus hominum. Sunt etiam nobiſcum confœderati duo alij infideles domini, Caramanus, & dominus Sinoppi, qui continue quærunt quomodo poſſint ſe vindicare de Turco Conſtantinopolitano, & terras ſuas recuperare. Aliud in præſentiarum ad dominationem tuam non ſcribo, niſi quod commendo tibi Michaelem de Algcorij baronem, & oratorem meum, quem ad te mitto cui fidem plenam ſuper iſtis rebus adhibeas, qui verbis omnem intentionem, & deliberationem noſtram exponet. Iterum te oro, vt ne permittas hoc noſtrum pium negotium, & inceptum fruſtra fieri, quoniam a Deo factum credimus. Ego ex illo tempore, quo amicitiam contraxi cum hominibus tuis, qui ad has partes peruenerunt, ſemper mihi agnitus es tuique honoris, & dignitatis fautor ſemper fui, eroque. Vale in Chriſto. *Dat. Trapeſunda in palatio noſtræ reſidentiæ anno Domini* MCCCCLIX. *die* XXII. *aprilis*.

Quantas copias conficere ſpopóderint Reges Orientales.
* al. quadraginta
Sinopenſis & Caramanus parari accedere eidem fœderi.

50 His conſentanea ad Philippum ducem Burgundiæ ſcripſit hoc anno Gorgora Georgianæ

Digitized by Google

a Ext. eius ist. apud Ann. Spin. lib. ep. nu. 378. & apud Meyer lib. 16.

Georgiq Rex pro feſſus ſăguinē ſe pro Chri ſto profuſurum.

næ dux a, ac primum professus ſe orthodoxam fidem colere, addidit nil vnquam actuum libentius, quam ſi ſanguinem pro Chriſto funderet: geſſiſſe iam plura poſt obitum patris cum ijs bella, plures reportaſſe victorias, ac ni inteſtinæ cum aliquibus principibus Chriſtianis diſſenſiones illum detinuiſſent, maiora in eos facinora fuiſſe editurum: ſacro autem Ludouici Georgianorum patriarchæ imperio pacem cum finitimis Chriſtianis feciſſe, vt aduerſus Mahometem Imperatorem arma vertat: ducturum viginti equitum millia, ac belli ſocios habiturum Georgium Regem Perſarum, Danidem Trapezuntium Imperatorem, Bendiam Regem Mingreliæ, Rabiam ducem Anocaſiæ, Bedebeth Armeniæ minoris principem, tum plures etiam alios principes orientales: accedere præterea fœderi tres alios potentiſsimos principes, quamuis Mahometicæ ſuperſtitionis ſectatores, Caramanum, Aſinailbechum, & Aſſembechum, alias Vſumcaſſanum, qui viam Georgianis ad Natoliam inuadendam ſit præbiturus, ſeque iureiurando aſtrinxerit Latinis fœdere iuncturum cum ad recuperandam Ieroſolymam expeditionem confecerint: cauſas vero tam inſignis initi fœderis ex Mantuani conuentus maxima expectatione petitas attulit ſic inquiens.

Id fecimus perſuaſi tum auctoritate domini patriarchæ noſtri, tum literis domini Papæ, quibus ad nos ſcripſit, ſe & omnes principes Latinos in ciuitate Mantua debere conuenire, & ibi congregato concilio, exercitum præparare contra infideles: nos vero, quia id vehementer cupimus, vt poſſitis vos vna nobiſcum venire ad hanc rem perficiendam, mittimus noſtros oratores cum domino patriarcha noſtro ad vos omnes principes Latinos, & præſertim ad te, quoniam accepimus te & omnes de domo tua diu multumque deſideraſſe terram ſanctam recuperare: & vt poſſitis ex ipſis noſtris oratoribus intelligere quem animum habeamus omnes ad hoc negotium fidei, & quid per nos actum ſit hoc tempore. Cupimus etiam & rogamus, vt noſtros oratores certiores faciatis, vt ipſi poſtea referre poſſint, an parati ſitis, & prompti ſumere hoc bellum iuſtiſſimum, vt ſciamus quo tempore ad arma progredi debeamus. Hoc vnum vobis pollicemur in vna æſtate debellare & auferre totam Natoliam, & quidquid dominus Othomannorum, id eſt ipſe Turca Conſtantinopolitanus poſſidet ex noſtro latere: alteram vero partem dominij ſui, quæ Græcia eſt, quam mare Euxinum diuidit, vobis expugnandam relinquimus, quod vobis facile erit, nam ipſe Turca in medio poſitus duorum exercituum cum reſiſtere minime poterit cito ſuccumbet, & nomen ſuum e terra delebimus.

Mantuani conuētus fama maximos in Oriente motus peperit.

Sumpta conſilia de Natolia eripiē da Turcis

Quas ob res te ante omnes alios principes Latinos oro, vt ſuper hoc velis cogitationem, & curam ſuſcipere, & non ſinas hanc commoditatem, quam vobis offerimus præterire, nec dedigneris nos imitari, qui omnibus rebus poſtpoſitis fidei vtilitati intendimus, & vacamus. Quod ſi hanc rem (quod abſit) neglexeris, nihil a nobis actum eſſet; nam hac conditione nos obligati ſumus ad hoc bellum, ſi vos domini Latini vna nobiſcum eritis, alioquin ſoluti ſumus ab iſta lege, & confœderatione, omnia enim noſtra concilia & rationes dependent a literis domini Papæ per dominum patriarcham ad nos allatis.

Admonet Georgianus Latinos ſi deſint occaſioni nunquā ad futurā

51 Addidit Georgianus princeps (quod poſtea ſecuta rerum experientia edocuit) ni Latini fœderis orientalium, a quibus armis inuadendi eſſent, ad proterendum Turcam occaſione vterentur, tantas vires illum collecturum, vt poſtea etiam ſi maxime vellent, eius conatibus impares futuri eſſent; pariterque Georgianorum aliorumque orientalium expeditiones in Turcam futuras irritas, ni Latini aduerſa parte in ipſum irruant: fieri autem non poſſe, vt orientales coniunctiores vnquam animis ſint ad hoſtem communi bello opprimendum. Quæ literæ hoc anno in Carcheche exaratæ. Confirmata hæc vniuerſa fuere a Georgio Alexandro, qui Perſici regni titulos ſibi tribuebat, fidemque Chriſtianam colebat; profeſſuſque eſt ſe prædicto aduerſus Mahometem II. fœderi, quod Dauid Imperator Trapezuntinus, Bendia Mingreliæ Rex, Gorgora Georgiæ, Rabia Anocaſiæ duces, Berdebech Armeniæ minoris princeps, tum Githiaraai & Saſoni populi, nec non tres infideles principes Caramanus, Iſmailbechus Aſſembech ſiue Vſumcaſſanus, quem Meſopotamiæ Regem vocat, iniuerant patriarchæ ſui imperio & opera, adiunxiſſe, ducturumque aduerſus Turcas quadraginta * militum millia pollicitus eſt. Addidit etiam ſe oratorem, & patriarcham ad ipſum mittere, vt de belli gerendi ratione cum ipſo conferant. Erat vero is patriarcha Ludouicus Antiochenus in oriente nuntius apoſtolicus, qui iam ante a Calliſto III. vt vidimus, ad commouendos in Turcam orientales miſſus, Chriſtianos earum partium ad arma pro tuenda religione ſocianda concitarat. Veniſſe ad Philippum ducem Burgundiæ eorum principum oratores anno huius ſeculi ſexageſimo primo, refert ex Engerranno Meyerus a, ac ſeptemdecim menſes in itinere conſumpſiſſe: ſed de eorum ad Burgundum legatione dicetur inferius. Videamus nunc quid in Mantuano cœtu actum ſit.

* al. ſexaginta

Patriarcha a Calliſto miſſus commouerat Orientē.

a Meyer. lib. 16. in Philip.

52 Decreuit b Philippus dux Burgundiæ Mantuam oratores Ioannem ducem Cliuenſem ſuum ex ſorore nepotem, & Ioannem Atrebatenſem epiſcopum, qui magnis honoribus excepti, cum de efferendis contra Turcas auxilijs eſſent interrogati, reſpondere, diffidere Philippum de expeditionis ſacræ in Turcas indicendæ felici exitu: cum maxime omnium Chriſtianorum vires coniunctæ eſſe deberent in communem hoſtem, qui victorijs pluribus inſoleſcens terrorem ingentem Chriſtianis longe lateque incuſſiſſet; quoties vero maiores cruceſignata extuliſſent in barbaros vexilla, ex Gallia, Germania, & Anglia copias eduxiſſe: ea autem regna inteſtinis ardere bellis, ac prius mutuo eſſe ſocianda fœdere, quam in externos hoſtes ferrum ſtringeretur. Præterea addidere ijdem oratores, Burgundum pontificia ſecuturum imperia, vt bellum communibus principum votis decerneretur. Quæ vero ad hæc Pius reſponderit ita narrat Gobelinus c.

b Gobel. in comm. Pij II. l. 3.

Propoſita a Burgun. ducis oratore in conuentu Mātuano.

c Gob. ſup. lib. 3.

Pius ad hæc non ſe ignorare ait ad ſuperandos Turcas magnis viribus opus eſſe: atque idcirco euocatos ad concilium Chriſtianos Reges, vt communibus auxilijs expeditio fiat: valere Turcas & armis & ingenio, aliquanto tamen minus, quam fama ferret, qui cum vna Hungarorum gente per annos ſeptuaginta varia victoria contenderint: claritatem adeptos Græcorum ignauia, quos inermes atque effeminatos vicerint: quod ſi Germanorum, Gallorum, Italorum, aut Hiſpanorum arma tentauerint, cum viris ſibi pugnandum intellecturos; pudere ſe tam fœdam gentem Chriſtianis eſſe timori; qui omnibus alium timorem incuſſiſſent: ſalubre conſilium Philippi, qui componendas eas cenſeret regiones, ex qui-

Pij reſpōſum.

Digitized by Google

quibus legendi eſſent milites: fateri quod diceretur verum in orientem pro tutela religionis expeditiones ſine Francis ductas, propriumque Francorum videri bellare pro fide, daturum ſe operam ut lites inter Francos, & Anglos componerent, ac Germanorum quieti conſulturum; verum hoc longum exposcere tempus; mittendos legatos, vocandos ad communem locum diſſidentes ex longinquis regionibus, tractandum, ſuadendum, artibus diuerſis utendum; nam quo pacto diebus paucis multorum annorum tollerentur odia, interea Hungaros propemodum exhauſtos bello perituros, his Turcas imminere, neque dubium quin proxima æſtate omnes conatus in eos ducant: jam Raſcianos ſentire cum eis, & Boſnenſium defectione Sinderouiam occupatam, quo Turcis per Danubium facile trajiciuntur. Si cedat Hungaria Turcis, & in Germaniam, & in Italiam patere illis apertam januam, viresque pene duplicari; nec ambigendum quin Hungari a reliquis deſerti Chriſtianis, aut deleantur, aut ſocietatem cum hoſte jungant, utrumque perniciosum. Reuocanda ante oculos exempla veterum Hunnorum, Gothorum, Longobardorum, aliorumque barbarorum innumerabiles factas irruptiones per Pannoniam, quæ nunc appellatur Hungaria, ſæpenumero in Italiam, ac Germaniam factas, quæ deinceps ad Gallias atque Hiſpanias penetrarunt; cauendum ne hac tempeſtate idem fiat, quando certiſſimum ſit Turcas ad occidentis imperium aſpirare; occurrendum eſſe dum vinci poſſunt, & antequam Hungaros ſibi ſubjiciant, neque tanti faciendos, ut inſuperabiles videantur; occidiſſe apud Albam triennio ante ipſorum exercitum, Chriſtianorumque impetum ferre non potuiſſe; cum tamen armati aduerſus inermes, & multi aduerſus paucos crucesignatos præliarentur; virtutem Chriſtianam ſemper Turcis fuiſſe formidini, neque unquam ſuccubuiſſe, niſi aut fraude deceptam, aut vincendo defatigatam nimia multitudine circumuentam, aut domino Deo noſtro ſuper noſtris iniquitatibus indignato: quod ſi commouerentur vires, non ſolum Chriſtianitatem, quæ tot latiſſimis prouinciis continetur, ſed Italiam ſolam, ſi concors fuerit, ad delendos Turcas ſufficere; nihil tam illis prodeſſe quam Chriſtianorum inter ſe odia, qui ſe inuicem laceſſentes priuatas potius injurias, quam publicas ulciſcerentur; & domeſticos fidei acrius quam hoſtes perſequerentur: neque jam hoc tempore ſperandum, vel Francos, vel Teutonicos, aut alios collectis copiis expeditionem in Turcas ducere qualem aut Gotfredus, aut Corradus, aut alii complures in hoſtes fidei duxere, quando nemo Regum inuenitur, qui non vicinum, & relinquere vacuam domum, timeat: quæ quamuis ita ſe haberent, non tamen de communi ſalute deſperandum, neque ſocios auxilia denegando: patere viam qua poſſit Hungaris ſubueniri, modo principes velint; curandum eſſe ſummo ſtudio, ut diſſidentes inter ſe Reges miſſis legationibus in pacem coeant, atque facto generalis expeditio decernatur: interea cum id longum eſſet, Hungaris auxilia mittenda ex milite, qui æquali contributione facta deligeretur: neque enim aut Burgundo, aut Franco, aut Anglo mittendum hoſte ſuo æque atque ipſis conferente, neque, ut ipſi & alii multi exiſtimarent, ducenta aut trecenta armatorum millia ad id operis neceſſaria; nam qui res Turcarum noſcerent, non amplius pugnatorum quam aut quinquaginta, aut ad ſummum ſexaginta millia cogenda dicerent; majores copias neque regi neque ali facile poſſe, neque in acie explicari: hunc numerum Chriſtiano populo non eſſe magnum, citoque colligendum, ſi quælibet prouinciæ, vel paucos milites daret: poſſent autem Reges aurum conferre, quo milites ex Hungaria, Teutonia, Bohemia, ac Polonia conducerentur; qui duce legato apoſtolico, & Hungariam tuerentur, & proximas prouincias, donec viribus unitis, ſi tandem placuerit, majores pararentur exercitus: niſi horum alterum fiat, verendum ne amiſſa Hungaria Chriſtiana res pessumdetur: adjicere Philippum hoc animo voluiſſe, qui quanto potentior eſſet, tanto ſeruire Deo magis, ac magis teneretur: bellum Turcarum ſibi hereditarium eſſe, cujus pater ab illis in prælio captus non niſi auri magno pondere libertatem obtinuerit: meminiſſe ſui voti debere, qui audita Conſtantinopolitana clade ducere in Turcas Deo promiſerat: niſi voto ſatisfecerit ultionem ei diuinam imminere.

53 Ad hæc Burgundi ducis oratores reſpondere Philippum ducem quidem ſe bello ſacro deuouiſſe, ſed ea tacita lege, modo Imperator, aut Francorum Rex, vel alius præpotens princeps ſe non inferior militiam piam ſuſciperet: deuouiſſe quidem illis ſe Luſitaniæ & Aragoniæ Reges, ſed omnium expectationem fefelliſſe; nec Burgundas Belgicaſque vires Turcicis pares eſſe: Poſt varios demum tractatus Philippi ducis oratores ſpopondere, Philippum in Hungariam duo equitum, quatuor peditum millia conducturum ad bellum in Turcas gerendum, dum reliqui Chriſtiani cum Turcis decertarent. Vt vero inteſtinis diſſenſionibus exaſperati principes Chriſti cauſam turpiter deſeruerint, proſequamur.

54 Majora ex Germania elicienda aduerſus Turcas auxilia ſperabantur, cum Fridericus Imperator Pontifici eſſet addictiſſimus; ſed is Hungaros, quibus ſubſidio eſſe debuerat laceſſiuit a, ac viciſſim Germani bello Fridericum petiere; Ludouicus enim dux Bauariæ opibus, clientelis, ditioniſque amplitudine florens, Verdam ſacri imperij fiduciariam urbem occupauit, ad quam propulſandam injuriam Cæſar Albertum marchionem Brandeburgenſem bellum illi inferre juſſit. Junxere ſeſe Alberto Saxoniæ duces, Vvitembergenſes comites, Maguntinus, Bambergenſis, & Herbipolenſis antiſtites, tum urbium imperij clientelarium pars maxima. At Ludouicum aduerſum hos tuebantur Fridericus comes Palatinus, atque alij Bauaricæ ſtirpis affines principes, quamobrem maxima in Germania futuræ cladem timebatur, ad quam auertendam Pontifex antequam Mantuam perueniret Siffridum Spirenſem epiſcopum, & Henricum decanum Vvratiſlauienſem nuntios creauit b, ut in priſtinam concordiam reductis diſſidentibus principibus, imminens bellum repellerent.

Venerabili fratri Siffrido epiſcopo Spirenſi, ac dilecto filio Henrico Senfeltem eccleſiæ Vvratiſlauienſis decano cubiculario noſtro ſecreto nunciis, & oratoribus noſtris.

Cum non ſine amaritudine cordis ſenſerimus inter venerabilem fratrem noſtrum Theodericum archiepiſcopum Maguntinum electorem imperij, pluresque alios ſibi adhærentes principes ex una, & dilectum filium nobilem virum Fridericum comitem Palatinum Rheni cum ſuis eorum nonnullis ſequacibus & adhærentibus principibus & nobilibus parte ex altera non leues diſcordias, agente id pacis inimico, nuper exortas, & illis in hunc modum continuantibus, magnam Alemanniæ partem poſſe in apertum bellum adduci, nos, qui in illis ipſis perſonis, & locis

Sublata enim mox a Vngaris ferè dam opē.

Sinderouiam occupatam.

Cur vincant Chriſtianos Turcæ.

Ex mutuis Chriſtianorū odiis aucti.

Qui militum numerus in Turcas conſcribendus.

Culpa a Burgūdo in Reges translata.

Germania mutuo lacerata bellis.

a Gobel in comm. l. 3.

b Pius l. 3. pag. 21.

Digitized by Google

locis primam ſpem feliciter proſequendæ expeditionis dudum locauimus, animaduertentes per huiuſmodi inteſtinum diſſidium facultatem præfatis principibus eripi ſe ad defenſionem Chriſtianæ reipublicæ conuertendi, nec non rationem omnem conſilij noſtri penitus impediri, *& infra*, vos noſtros, & Apoſtolicæ ſedis ſpeciales nuntios, & oratores noſtros perſonaliter deſtinamus, devotioni veſtræ committentes atque mandantes, vt præfatos omnes & ſingulos noſtro & dictæ ſedis nomine ijs rationibus, & perſuaſionibus, quas vobis veſtra ſapientia ſuggeret, ad concordiam & pacem, vel ſaltem biennales trienналesue treuguas ineundas inſtar formæ pacis habentes, interueniente conſenſu eorum, conemini inducere, ita vt medio tempore ipſis treugis manentibus, & ad dietam Mantuæ indictam per ſe, vel oratores ſuos accedere, & contra ſolertiſſimum confeſſionis noſtræ hoſtem Turcam arma glorioſe valeant expedire; præſertim cum & ex Hungaria, & pleriſque alijs ex locis certiſſimis nuntijs habeamus, illum magnis apparatibus ſtatuiſſe ventura æſtate in populum Chriſtianum toto conatu impetum facere. & ad declinandam huiuſmodi tempeſtatem celeri remedio inprimis ſit opus, &c. [Inſtruit eos auctoritate, vt imperent inducias, & pactiones concordiæ tractent firmentue.] *Dat. Senis anno incarnationis dominicæ* MCCCCLVIII. XII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* 1.

Pro ijs componendis a Pio miſſi internuntij

55 Adiunxit paulo poſt his oratoribus Pius Stephanum Nardinum, vt vna cum ijs Nurembergenſes conuentus pro ſopiendis Germanicis motibus adiret. Sedauerat is acre bellum, quod pluribus annis inter Heluetios duceſque Auſtriæ ductum fuerat, habito apud Conſtantiam ſolemni congreſſu, compoſitæque ijs legibus res a, vt Alberto & Sigiſmundo ducibus reſtituta Rapiſuilla in quinquageſimum annum antea decreta pax ſeruaretur, cuius interualli tres anni ſupereſſent; quibus excurrentibus Caroli Francorum Regis oratores cum pontificijs legatis controuerſias diremptuti erant; gratulatus vero eſt Stephano nuntio ſuo Pius hiſce verbis b: *Salutares fructus, qui ex dieta Conſtantienſi ſecuti ſunt plene cognouimus, agimus gratias omnipotenti Deo, qui ſuorum fidelium mentes hoc noſtro tempore ad pacem, & vnionem diſpoſuit.* Et infra: *Concedat pietas diuina, vt in reliquis ſit idem ſucceſſus, videamuſque vno tempore nationem Germaniæ totam pacatam, & ad defenſionem nominis ſui contra infideles conuerſam, &c. Dat.* VI. *iulij.*

a Gobel. lib 3. Bellum inter Heluetios & Auſtriacos compoſitum.
b Pius lib. breu. pag. 51.

Adiere c Norimbergenſes conuentus pontificij nuntij, cum quibus etiam ſentiebant Ioannes epiſcopus Eiſtetenſis, & Prutenorum equitum magiſter pacis interpretes. At primum exaſperati adeo animi viſi, vt pacis conſilia reſpuerent: Albertus enim marchio, de quo paulo ante memorani, vigintiquatuor hominum millia in armis expedita contraxerat, ſibique de victoriæ ſpe belliqne præmijs lenocinabatur, fretique munitionum firmitate Bauari ad excipiendos eius impetus parati erant; cum legati apoſtolici hac eos oratione, tum intentatis cenſuris lenierunt: *Furore atque ira pleni non cernitis Chriſtianæ reipublicæ vulnera, quæ veſtra inferunt odia. Pius Pontifex maximus melius intuetur, qui nobilis Germaniæ miſertus, ferre non poteſt tot viros illuſtres, tot fortia pectora, tantum Chriſtiani robur exercitus in ſeſe ferrum ſtringere. Intelligit ſapiens præſul Germanorum calamitatem Turcarum felicitatem eſſe, tantumque vires illorum creſcere, quantum veſtra diminuantur, atque illorum ferocitati veſtro diſſidio portas in Chriſtianos aperiri dolet: vnam veſtram dolet: communem cladem dolet, hoc pacto Chriſtianam fidem conculcatum iri. Facit quod ſui officij eſt: Chriſtianos in concordiam reuocat, ne ſanctum euangelium detrimentum ſuſtineat; ſuumque eſt prouidere. Vester eſt communis pater & iudex, & catholicæ caput Eccleſiæ, cui qui reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & mancipium ſe diaboli facit. Cupidus Chriſtianæ quietis iubet vos Pius arma deponere, quæ veſtra in viſcera ſtringere paratis, & fraterna pace compoſita, aduerſus fidei hoſtes de bello cogitare: niſi hæc agitis extra Eccleſiam vos faciet, & in omni ditione veſtra ſacris interdicet; eritis gehennæ filij, Deo & hominibus infeſti, & omnis veſtra poſteritas infamia notabitur. Diximus quæ ſedes Apoſtolica iuſſit: deinceps innoxij ſumus a veſtro ſanguine.* Auditis pontificijs imperijs Ludouicus dux Bauariæ, & Albertus Brandeburgenſis marchio diſſoluere exercitus, & aſſenſere a paci, quæ compoſita eſt hiſce præcipue legibus, vt Verdam reſtitueret Imperatori Ludouicus, ſubiretue pœnam ab eo ſibi irrogandam, vel Pontificis rogatu noxa ſolueretur.

c Id. ibid. Norimbergēſes conuentus.
In ijs a pōtificio oratore pax reſtituta inter Bauarum & Brandeburgenſem.
a Gob. vbi ſup.

56 Accepto ea de re nuntio Pius ingenti lætitia affectus eſt, meliori inde concepta ſpe, Germanorum arma conuerti poſſe in Turcas, qui in Raſciam irruperant, arcemque munitiſſimam, cui Zendreu nomen eſt ſubegerant, Albertum itaque marchionem de pace confecta laudauit b, vtque pulſa omni mora Mantuam accederet pro conficienda in fidei hoſtes ſacra expeditione hortatus eſt.

Turcarū in Raſciā irruptio.
b Pius lib. breu pag. 57.

Pius Papa II. marchioni Brandeburgenſi.

Dilecte fili, &c. Non poterunt aures noſtræ lætius quidquam audire, quam pacem inter principes communitateſque Alamaniæ compoſitam eſſe: nam, vt omittamus quod nationis charitas antiqua nos tenet, videbamus rationem omnem propoſiti noſtri penitus impediri, & vnde ab initio prima nobis ſpes erat, inde primam deſperationem oriri. Agimus itaque omnipotenti Deo gratias, qui nos eſt conſolatus, agimus & tibi quem non dubitamus concordiam libenter eſſe amplexum, & adiumentum etiam dediſſe, vt cæteri amplecterentur, hortamurque & requirimus, vt quæcumque ad illius incrementum & perpetuitatem vides ſpectare, pari animo proſequaris, accepturus ex hoc domeſticæ conſolationis fructus in diem gratiores. Quoniam vero nobilitas tua intellexiſſe iam debuit, oppidum Zendreu in Raſſia conſtitutum inſignis cuſtodiæ locum nuper in poteſtatem Turcorum deuenit, eiuſque amiſſione non minor quam ex Conſtantinopoli creditur clades accepta; quoniam etiam maioribus, quam vnquam, copijs ad noſtram ruinam eoſdem accelerare notiſſimum eſt, neque res ipſa dilationes, & procraſtinationes vltra requirit, iterum atque iterum eandem nobilitatem tuam precamur, vt cum nunc impedimentum domeſticum nullum ſuperſit, ad nos quam primum perſonaliter venire non differas, neque patiaris vocem tuam in hoc ſacro conuentu Chriſto deficere: nos enim cum deſiderio te expectamus, & frui tua præſentia cupimus, quam ad omnia bene gerenda profuturam non dubitamus. Ad hoc autem ſi requiſitio noſtra, & honor proprius nobilitatem tuam pa-

Zendreu ab ijs occupata.
Brandeburgēſis ſolicitatus vt Mantuā accedat.

rum

Digitized by Google

rum accendit, accendat ſaltem tot fidelium pietas, qui quotidie vel in ſeruitutem ducuntur, vel ſub gladio lachrymabiliter pereunt. Non eſt profecto talis qui te adhortatur, neque cauſa etiam talis, quæ agitur, vt honeſte ab his excuſare te poſſis. *Dat. Mantuæ* xxiv. *iulij* MCCCCLIX.

Vocati etiã alij principes

57 Conſcriptæ eadem verborum formula literæ fuere ad Sigiſmundum Auſtriæ, Ludouicum Bauariæ, Fridericum & Guilſelmum Saxoniæ duces, Carolum marchionem Badenſem, ac Palatinum & Vvitembergenſem comites. Commendauit a etiam Pontifex b nuntium ſuum Stephanum Nardinum de re feliciter geſta: *Pro his*, inquit, *quæ in Conſtantienſi, & nunc in Nurembergenſi dieta geſta ſunt agimus gratias Deo, qui pietate ſua bella grauiſſima ſuſtulit*, &c. At Nurimbergienſem pacem noui tum viius breui confudere. [Præpoſitæ c fuerant Friderico comiti Palatino Rheni Bauaro in iis conuentibus aliquæ leges dependenda fratris ſui viduæ nonnulla auri vi.] Berzabtenſi oppido dimittendo, liberando Stephardo comite, & chirographo nouem millium aureorum eccleſiæ Maguntinæ reſtituendo: eas vero leges Palatinus non admiſit, quanquam eo abſente Albertus Auſtriæ & Ludouicus Bauariæ duces, tum Ioannes epiſcopus Eſtetenſis obſtrinxerant curaturos Fridericum imperata facturum. Conqueſtus itaque grauiter Fridericus, illatam ſibi in Norimbergenſi conuentu iniuriam, Ludouico duci Bauariæ, ni pacta reſcinderet, bellum indixit; miſſoque ad Pium oratore cauſas repudiati fœderis expoſuit, litiſq; arbitros Pontificem ipſum atque Imperatorem delegit. Pius itaque his auditis ad redintegrandam concordiam apoſtolica ſtudia conuertit d, atque Albertum marchionem Brandeburgenſem, vt in tollenda controuerſia facilem ſe preberet, his literis eſt adhortatus.

a Ead. pag. b Ibid. pag. 56.

c Gob. l. 3.

Pax Norimbergẽſis repudiata a Friderico Palatino.

d Lib. 3. ep. pag. 53.

Pius Papa II. Alberto marchioni Brandeburgenſi.

Dilecte fili, &c. Niſi auctoritas tua imminenti diſſenſioni occurrat, videmus ſeminarium ſpargi alicuius ſcandali grauioris. Miſit ad nos dilectus filius Fridericus comes Palatinus Rheni, elector imperij, grauatum valde ſe dolens ob ea, quæ in Nuremberġenſi dieta per nonnullos principes nationis ſine mandato & conſenſu ſuo, ſine rati etiam habitione de ſe promiſſa fuerunt, offerens vlterius coram nobis, ſeu imperiali celſitudine, ſeu electoribus, ſeu etiam alijs principibus non ſuſpectis, iuri velle ſe ſtare: quo ab aduerſarijs ſibi negato ſolemniter eſt proteſtatus, ſi ad dietam hanc Mantuanam non veniret, ſi etiam ius ſuum bello tentaret, ſi denique hoc ſanctum fidei opus impedimentum accipiet, per ſe non ſtetiſſe, quo minus conſilium pacis iuſtitia mediante ſit hinc inde receptum. His nouis ſi remedium velox non adhibetur videt nobilitas tua laborem pene omnem pacis nuper confectæ perire, & in antiquas moleſtias recidi. Propterea cum nos oratorem noſtrum ad te & illos ſuper his componendis mittamus, hortamur & requirimus etiam nobilitatem tuam in Domino, vt ſolita ſapientia tua prouideas, *& infra*, ita opereris, vt ruptura illa pacis non fiat, & venire ſine impedimento huc poſſis, &c. *Dat. &c.* x. *octobris anno* 1.

Profitetur iniquis legibus aſtrictum fuiſſe ipſo inconſulto.

Refarciũ de paci data a Pio operã.

58 Miſſus eſt ad ea ſedanda diſſidia Bernardus Kraynburg apoſtolicus nuntius, inſtructuſque ampliſſimis mandatis a, vt biennales trienualeſue inducias inter Fridericum comitem Palatinum Rheni, ac principes Germanos aduerſæ factionis, præſuleſue, ac populos eorum fœderatos paciſceretur, quo excurrente medio tempore ſacræ expeditioni parandæ opera nauaretur. Conciliatam pacem inter Ludouicum Bauarum, & Albertum Brandeburgenſem, quem ſocij deſeruerunt, refert Gobelinus b, ac redintegrato dein bello ipſos in concordiam intercedente archiepiſcopo Cretenſi iterum redactos fuiſſe: exeunte autem anno Albertum Mantuam ad Pontificem acceſſiſſe, vt de ſacra expeditione conſilia agitaret. At de iis iterum recurret narratio.

a Lib. 6. pag. 49. & lib. 34. pag. 132. Miſſus in duciarũ interpres

b Gob. lib. 3

Redintegrata cõcordia.

59 Cœptos fuiſſe Mantuæ vniuerſi Chriſtiani imperij cœtus nona ſeptembris die Pius in literis ad Ioannem Caruial in Hungaria legatum datis ſignificauit c: *Tractatum*, inquit, *dieta duce Altiſſimo cras incipere intendimus; adſunt enim ex omnibus ferme Chriſtifidelium nationibus, & ex tota Italia oratores, conuenturoſque ante medium præſentem menſem Mediolani, & Mutinæ duces ſperamus; ex Gallia quoque & Anglia & Britannia ſolemnes legationes propediem aderunt. Concedat diuina pietas vt quod pro augmento catholicæ fidei, & Chriſtianorum conſeruatione optamus perficere cum his valeamus*, &c.

c Pius lib. breu. pag. 76.

Aliqui principes Mantuã accedunt

His conſentiunt, quæ fuſe Gobelinus ſcribit, dum vniuerſas Regum, ac principum legationes Mantuam miſſas hiſtorica oratione percurrit, ac ſingula cum iis a Pio geſta connarrat. Acceſſiſſe quidem omnium primos legatos orientales ex Cypro, Rhodo, Leſbo, nonnullos ex Aſia, tum Macedonia, Epiro, Boſnia, Illyrico ad flagitandam opem aduerſus Turcam, & Abuſacum Sultanum Ægyptium, a quibus in ſummum diſcrimen erant adducti d, diſſoluta poſt Caliſti mortem pontificia claſſe, cui Ludouicus patriarcha præfuerat; cum vero etiam occidentalium principum confluerent oratores, eos in contentionem veniſſe de honorificentioris ſedis ordine: *Magna*, inquit Gobelinus e, *de ſedibus orta contentio eſt, nec Reges Regibus, nec duces ducibus cedere locum! ſibi quiſque in conſeſſu primum arrogare, verbis nutibuſque contendere, quod ne rebus gerendis officeret Pontifex legem edidit, ne vel poſtpoſitis detrimentum, vel prælati lucrum honoris iuriſue aliquod ferrent.* Extat ea in regeſto pontificio f, ex quo ipſam exſcripſimus, tum in bullario g typis cuſa.

Variæ Orientaliũ ad Pium legationes.

d Aen. Syl. hiſt. de Aſia c. 88.

e Gob. l. 3.

Motæ lites in Mãtuano cõuentu de ſeſſionis honore.

f Lib. 5. pag. 72.

g Bullar. tom. 1. Pio II. conſt. 4

Ad futuram rei memoriam.

Conuentum in nomine domini Ieſu Chriſti pro tuitione fidei catholicæ, & infidelium hoſtium impugnatione celebrantes in hac ciuitate Mantuæ; ne quid emergat, quod ſanctum hoc & neceſſarium opus poſſit turbare, quemadmodum proculdubio fieret, ſi de præſidentia inter ſe contendentes legationes, quæ adſunt & quæ venturæ ſunt ſeu principales ipſæ publicis actibus libere interuenire non poſſent, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, cum quibus matura prius deliberatio eſt habita præſentium tenore apoſtolica auctoritate decernimus, & declaramus, per quemuis digniorem ſeu minus dignum locum tam principalium quam legatorum oratorum, ſeu nunciorum, & procuratorum quorumcumque Regum, principum, vniuerſitatum, & aliorum quouis nomine cenſeantur, quem toto hoc

Sedatæ põtificio decreto

duran-

durante conuentu inter eundem, ſtandum, aut ſedendum, ſiue in capella noſtra, ſiue in eccleſijs, ſiue in conſiſtorijs, ſiue in alijs locis in actibus publicis, ac priuatis teneri contigerit, principalibus dominis tam præſentibus quam illis, a quibus ijdem oratores ſunt miſſi, nullum prorſus aut præiudicium fieri aut prærogatiuam acquiri; ſed perinde in honoribus, dignitatibus, & præeminentijs haberi & reputari debere, ac ſi huiuſmodi receptio, vel aſſignatio nullatenus interueniſſet. Nulli ergo, &c. *Dat. Mantuæ anno* MCCCCLIX. XVIII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno I.*

a Gobel. l. 3

60 Non ita hoc decreto pontificio ſublatæ contentiones de ſedilium honorificentia, quin aliqua ſint iurgia suborta a, præcipue inter Sabaudiæ ducis Venetorumque oratores, quæ ita ablatæ fuere, vt Veneti poſt ducis Burgundiæ oratores, Sabaudi ad ſcabellum ſolij pontificij ſedere iuſſi ſint. In ſolemni vero cœtu habito antequam Francorum oratores venirent, cuique Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, ac Imperatoris Friderici, & Caſimiri Poloniæ, Ferdinandi Neapolis, Ioannis Aragonum, Matthiæ Hungariæ, Stephani Boſnæ Regum; nec non plurium aliorum principum, tum Genuenſium, Florentinorum, orientaliumque legati intererant, Pius, horis tribus, vt narrat Gobelinus, de bello ſacro in Turcas gerendo perorauit. Extat ea oratio inter alia Pij opera in lucem edita b, in qua vice Chriſti ſe fari hiſce verbis profeſſus eſt: *Aperite Deo interiora veſtra, qui mox volentibus vobis in animas veſtras illabetur, & vos ſibi templum atque habitaculum faciet. Audite nos ſua vice loquentes: verba noſtra verba Dei ſunt, qui filij ſui Ieſu Chriſti, quamuis indigni vices in terris gerimus, ipſe nos fari iubet, ipſe in ore noſtro verba poſuit, ipſe nos bellum ſuadere in Turcos imperat.*

Oratio prolixa habita a Pio.

b Ext. inter epiſt. n. 397.

Cauſæ inferendi Turcis belli propoſitæ a Pio.

Ad cauſas belli mouendi digreſſus duas præcipuas, & maximas attulit; primam, vt ſuſceptas iniurias vlciſcentes Chriſtiani amiſſa regna prouinciaſque recuperarent: alteram, vt imminentia pericula auerterent, ac primum inflicta a Mahumetanis Chriſtiano nomini damna explicare orſus: quam late olim vniuerſo orbi euangelica lex gentilium deleta ſuperſtitione dominaretur, vt tunc perſpicue emicaret Danielis vaticinium de Chriſto, omnes Reges, omnes tribus, omnes linguæ ſeruient ei; tum vocem Romani præſulis tamquam Ieſu Chriſti vicarij maria, & terras penetraſſe; non tuliſſe vero eam Chriſtianorum pacem dæmonem, ac ſuum ſatellitem Mahometem impiæ latorem legis Heraclio Imperante concitaſſe: redactam ab eius ſectatoribus in anguſtias rem Chriſtianam Aſiam & Africam defeciſſe a Chriſto: laborare iam Europam occupato Conſtantinopolitano imperio, & hoſtem ceruicibus impendere; magnitudinem vero periculi his verbis expoſuit.

Mahumeticam tyrannidē ſemper ingraueſcere.

61 *Poſſent fortaſſe aliquo modo tolerari præterita, ſi finis malorum eſſet, & non maiora impenderent diſcrimina. Sed quo pacto ſperare quietem ab ea gente poſſumus, quæ ſanguinem noſtrum ſitit? quæ occupata Græcia in Hungariam, id eſt in viſcera noſtra, gladium adegit? iuuenis eſt aduerſarius noſter ætate florida, robuſtu corpore, animo vaſto, tumido curſu victoriarum, quas ſibi noſtra negligentia peperit. Vanus eſt, deceptus eſt, ſi quis arbitratur adoleſcentem quieturum eſſe, auro abundantem, armis aſſuetum, & dominandi cupiditate inflammatum. Ponite hanc ſpem: nunquam ille arma deponet niſi aut victus, aut omnium victor exiſterit. Proxima illi quæque victoria gradus erit alterius, donec ſubactis occidentalibus Regibus, deleto Chriſti euangelio Mahometicam legem vbique gentium inferat. Neque arbitremini longam moram priuſquam vos adeat, nam vicinæ illæ gentes tot bellis attritæ, niſi opem fertis, amplius arma capere non audebunt. Soli fideles Hungari perſeuerant, non tamen diu ſtabunt, niſi adiuti; & hi quidem muri loco vobis ad orientem remanſerunt, quo diruto neque Teutones, neque Bohemi, neque Poloni, ſatis tuti erunt: non aſperi montes, non alta flumina iter impedient: nihil erit victa Hungaria Turcis inuium, nihil inſuperabile orbis imperium quærentibus; per Carnos, & Forumiulij terreſtribus copijs facilis in Italiam patebit tranſitus: nauali exercitui ex Vallana, quam Turca poſſident, vnius noctis nauigatione Brunduſium patet, & in ſuperiori parte & inferiori aperta eſt Turcis Italia. Vtinam mendaces, & falſi prophetæ ſimus in hac parte.*

Quamq; victoriā gradum eſſe ad proximā.

Subacta Vngaria irrupturos Turcas in Germaniam.

E Valona Brunduſium petituros

Addidit occupanda eſſe Turcarum conſilia, gerendum potius in Turcico quam Chriſtiano ſolo bellum, ac deinde ad facilitatem belli ſpemque victoriæ, quæ a diuino Numine placato fidelibus pro ipſo certaturis conferretur, conuerſa oratione Mahumeticæ ſuperſtitionis, ad quam abolendam iungendæ erant vires expediendaque arma, impietatem his verbis deſcripſit.

62 *Sceleratiſſima eſt Mahometica lex, quæ non ſolum Chriſti diuinitatem reſpuit, ſed innumerabilibus alijs ſcatet erroribus: namque (vt prætermittam deliramenta, & ineptias illas, quibus angelos corporeos de flamma ignis creatos affirmat, & Origeni conſentiens dæmones aliquando ſaluandos tradit, & cælum de fumo factum, & lunam æque ſplenduiſſe cum ſole, ſed volitantis angeli Gabrielis ala tactam fulgorem amiſiſſe) quis illud tolerare queat, quod mundum, cum Democrito ſentiens, fortunæ caſuique ſubmittit, & diuinam prouidentiam aufert? Quid quod ſacroſanctam Trinitatem reſpuit, & impoſſibile ait Deum habere filium? & quamuis Chriſtum ex Virgine natum conſentit, iuſtum & ſanctum hominem, qui cunctas curauerit ægritudines, Deum tamen eſſe cum Arrio negat, nec pro nobis obijſſe cenſet; ſed ſublatum a Deo in fine ſæculi moriturum, & tum denique ſurrecturum, Iudæos autem alium filij ſimilem crucifixiſſe delirat, nec ſancti Spiritus dignitati gloriæque conſentit, quem creaturam cum Neſtorio Macedonioque mentitur; & omne fidei meritum auferens in ſua quemque ſecta ſaluari hominem perhibet alioquin recte viuentem, niſi a ſua lege abierit. Et quia non conſtant inter ſe mendacia, alio loco neminem ſaluari aſſerit extra legem a ſe traditam, in qua B. Paulo contradicens circumciſionem ſeruari præcipit, & vini tantum conſuetudinem prohibens, cæteras voluptates indulget, ſtupra & adulteria cum captiuis & emptis mulieribus admittit: vxores plurimas, & cum his diuortia paſſim concedit, nec concubitus naturæ aduerſus inhibet. Poſtremo homo beſtialis futuræ vitæ beatitudinem ſola carnis voluptate metitur. En ſapientem hominem, qui ſe Dei prophetam audet nominare, temerator antiquæ legis, corruptor nouæ, proſtitutor animarum, verus procurator orci, & primus ſathanæ ſatelles, cuius auditores inferni mancipia ſunt, quales Turcos eſſe non dubitamus, aduerſus quos armis contendere ſacrificium Deo fuerit, & acceptiſſimum ſpectaculum.*

Mahumeticæ legis fœdi errores expoſiti.

Negata Mah. diuina prouidentia.

Arrij & Manetis impietas inſtaurata.

Et Neſtorij & Macedonij.

Sibi aperte in locis varijs legit contradicit.

Vinū prohibet & adulteria probat.

Caleſtē beatitudinem carnis voluptatibus definit.

63 Defluxit mox Pij oratio ad confirmandam Chriſti diuinitatem, grauiſſimaque argumenta

Probata Chriſti diuinitas

petita ex eius miraculis, quibus ſe naturæ dominum demonſtrarat, Chriſtique ipſius teſtimonio, cum fieri non poſſet, vt diuina prodigia ad mendacis probanda dicta patrarentur: alia ex martyrum ſanctorumque patrum teſtimonijs, vniuerſarum orbis gentium proiectis idolis conuerſionem, Chriſtianæ legis ſanctitate, diuinis oraculis, redemptoque humano genere cumulauit, addiditque: *O homo, o Chriſtiane, o qui fidelis videri vis, & cur iſta Chriſtum tuliſſe exiſtimas? iuſtus erat & dolus inuentus non eſt in ore eius. Cur tot ſupplicijs ſubijcitur innocens? pro te doluit, homo, peccata tua ipſe portauit homo, & in ſuo liuore ſanati ſumus homo; bonus paſtor animam ſuam poſuit pro ſuis, & mortem nostram morte ſua redemit. Et quas tu illi gratias reddis? quid facis? quid cogitas, vt gratus inueniaris? Turca nomen ſuum blaſphemat, altaria ſua diruunt, legem ſuam, hæreditatem tuam perdere conantur, & tu domi iaces in otio? O Reges, o duces, o viri potentes ſurgite iam tandem, & Chriſti Dei veſtri religionem, ac honorem defendite, quando nec opes, nec vires vobis, quam Turcis minores ſunt, & certiſſimi eſtis pugnaturis vobis pro lege Domini diuinum auxilium implorantibus minime defuturum, &c.* Præmia demum pro fide pugnaturis propoſita attulit, non humanas modo opes gentium more expectandas, ſed regnum cœleſte leuis vitæ periculo comparandum: nil denique felicius ea pugna, in qua victos victoresue certiſſimus triumphus maneret.

Hortatoria ad principes vt Chriſto reponant vicē.

Beſſario Card. pro Græcis perorat.

Cum peroraſſet Pontifex, Beſſarion Cardinalis Græcus ſacri collegij nomine de ſacro bello decernendo plura dixit, quantaque a Turcis inflicta eſſent mala, & quanta adeſſent atque impenderent: propoſuitq; generoſis animis victoriæ præmia. Probata fuere ab vniuerſis Regum oratoribus pontificia conſilia: Hungari vero de Imperatore queſti ſunt, qui Turcis imminentibus regnum nouis tumultibus impleuiſſet.

Vngari de illato a Frid. bello conqueſti.

64 Poſtridie celebratum alium conuentum, Italorum dumtaxat, de copiarum contrahendarum numero, refert Gobelinus a: *Poſtridie, inquit, cuncti qui aderant Italici nominis oratores ac principes ad præſentiam Pontificis accerſiti ſunt. Conuenere in palatio Franciſcus Mediolanenſium dux, Ludouicus Mantuanus, & Vuilhelmus Montisferrati marchio, ac Sigiſmundus Malateſta: & quoniam Rex Aragonum Siciliam, Corſicam, ac Sardiniam Italicæ iuris inſulas poſſideret, oratores eius interfuere: tum Regis Ferdinandi legati archiepiſcopus Beneuentanus, & Andria dux: deinde Veneti, Florentini, Senenſes, Ferrarienſes, Lucenſes, ac Bononienſes: Sabaudienſes, quamuis eis alpes intermedient, ad Francos inclinantes cum Italicis adnumerari noluerunt: Genuenſes nondum publice ſuaſerant, clam tamen auxilia pollicebantur. Cardinales ſiniſtrum dextrumque latus pontificis obtinebant, principes ac legati e regione ſedebant. Quibus audire paratis decreuimus*, inquit Pontifex, *veſtro conſilio, filij, bellum Turcis inferre, nec dubitamus quin arma, equi, homines, naues, pecunia abunde ſuppetant, ſi Chriſtiani ſuæ ſaluti aſſuerint. Nunc cogitandum eſt mari an terra, an vtrobique aggrediendus ſit hoſtis, & quæ claſſis, quiſue terreſtris exercitus ſit neceſſarius, & quibus ex populis legendi ſint milites, vtrum pecunia Hungari an milite ſint adiuuandi, conſulite in medium, & quæ promittitis auxilia palam proponite.* Locutus omnium primus Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſium: conſuluit terra marique inuadendum hoſtem, milites vero e regionibus finitimis Turcico imperio deligendos, ne tumultus cum indigenis oborirentur. Aragonius orator epiſcopus Cluenſis Sfortiæ conſilium laudauit. Veneti, qui Turcicas vires nouerant, de copiarum terreſtrium & maritimarum numero hoc conſilium prompſere, vt ait Gobelinus: *Claſſem triginta triremium & octo nauium cetearum in mari ſufficere, quæ in Helleſpontum traijciens littora hinc Græciæ, inde Aſiæ infeſtaret: ſic fieri vt multi Turcarum ad cuſtodienda maritima loca deſtinarentur, terreſtres copias ex Hungaria vicinisque locis cogendas eſſe, equitum quadraginta millium, peditum viginti millium, nec minores eſſe oportere: argentum bello neceſſarium ex reliquis Chriſtianorum prouincijs hauriendum.* Eam ſententiam vniuerſi præter Sigiſmundum Malateſtam, qui Italos in Turcam educendos cenſuit, amplexi ſunt: ac tum Pontifex de copijs, vnde cogendæ eſſent fari orſus, cum militem legendum ait, qui haberi poſſet, Gallos, Anglos, Germanos, Bohemos, Polonos polliceri copias: ex his bellum terreſtre poſſe inſtrui; Catalanos vero, Aragonenſes, Luſitanos maritima auxilia ſuffecturos; hoc opus futurum diſcrepantes gentes in caſtris vnis continere: plures duces, & plura caſtra conſtitutum iri ea lege, vt ſibi inuicem opem ferant; vnum autem ſupremum ducem legatum apoſtolicum agnituros, & vnum ſignum viuificæ crucis ſecuturos. De exercituum numero hæc cenſuit, Turcas vltra ducenta millia educere non poſſe, atque in Genizaris, qui quadraginta millium numerum non ſuperent, robur exercitus ſtare: aduerſum hos pro reportanda victoria non amplius quam quinquaginta millia colligenda, ſed quorum pars maxima equis inſtructa ſit: ad tenendum vero maris imperium & inhibendos ex Aſia in Europam Turcarum traiectus quadraginta triremes, & octo naues onerarias abunde valituras: diſtractis ita ad loca maritima tutanda Turcis minores exercitus ab iis conflatum iri.

Habita a Pont. cū Italis prīcipibus cōſilia.

a Gob. l. 3.

Terra marique hoſtem inuadendū a Sfortia conſultum.

Quæ claſſis viſa eſt conflanda.

Quæ legendæ copiæ.

Ex quib' populis inſtruendæ.

Quantū exercitus Turcici ſit robur.

65 Cæterum ad ſuſtentandos bellicos ſumptus ſuam expoſuit ſententiam Pontifex, vt clero triennales decimæ, laicis trigeſima, Iudæis vigeſima omnium obuentionum imperarentur, eam omnes Itali habuere ratam, ac decretum de ea re editum chirographo, Venetis ac Florentinis exceptis, munierunt: interiecto temporis interuallo Florentini ab omnibus increpiti ob ſpretam nominis Chriſtiani tutelam, clandeſtina pactione ſe obſtrinxere, reuerſis Conſtantinopoli nauibus mercibus onuſtis, quarum aduentus breui expectandus erat, decretum ſeruaturos. Veneti vero oratores cum diu rem verbis extraxiſſent, ne bellum cum Turcis ſuſciperent, has leges propoſuere: *Dixerunt*, inquit auctor, *Venetos itademum ſocios futuros, ſi rem nauticam ſoli adminiſtrare permitterentur, ſi ſua facerent ex hoſte rapienda, ſi claſſis impenſa leuarentur, ſi exercitus ex Hungaria contra Turcas quinquaginta millium equitum, & viginti millium peditum proficiſceretur: claſſem autem ſexaginta triremium, & nauium viginti cetearum neceſſariam eſſe aiebant, & in his vltra remiges & reliquos nautas octo millia militum requirebantur: corpora nauium & armamenta tantum ſe gratis exhibituros promittentes: pro cæteris rebus pecuniam exquirebant, atque in hunc vſum decimas, vigeſimas, ac trigeſimas ſuæ ditionis, quas centum quinquaginta millia auri nummum conferre arbitrabantur, neque his contenti amplius auri quindecies*

De militari auro comparādo actum.

Quid a Venetis propoſitum.

Digitized by Google

decies centena millia ex publico poſtulabant , & huiuſcemodi Venetorum oblatio fuit . Reſpuit oblata a Venetis Pontifex, queſtus ipſos non tam belli in Turcas gerendi partiri onera velle cum cæteris Chriſtianis, quam præmia ob ineundum fœdus quærere; nullum autem principem prius furoris Turcici impetus quam ipſos excepturum ,

Repudiata eorum oblata. Prædictū eos maxime armis Turcicis exercitū iri.

66 Aduentarunt deinde Caroli Francorum Regis oratores archiepiſcopus Turonenſis, epiſcopus Pariſienſis , duoque alij vna cum Renati Siciliæ Regis oratoribus epiſcopo Maſſilienſi atque eius militiæ magiſtro , ſecutique ſunt ducis Britanniæ legati nepos eius, & Maclouienſis epiſcopus atque alij complures viri præſtantes.Hi vero cum animaduerterent Francos moras varias nectere in deferenda Pontifici obedientiam, cum prius elicere ab eo de rebus Neapolitanis,nec Ferdinandi partibus efferendis reſponſum vellent: impetrata a Pontifice dicendi venia Maclouienſis epiſcopus ſociorum nomine his verbis perorauit a: *Adſumus Britanniæ ducis legati filij tui obſequentiſſimi , obedientiam tibi & reuerentiam more maiorum exhibemus , te Chriſti vicarium profitemur , verum beati Petri ſucceſſorem, militantis Eccleſiæ caput & magiſtrum : Chriſtiani ſumus , & te ducem ſequimur Chriſti exercitus . Maiores noſtri poſt accepta ſemel Chriſti ſacra nunquam apoſtatarunt , vixere Romanis legibus , nec vnquam primæ ſedis mandatis aduerſati ſunt : pragmaticam ſanctionem Gallicæ gentis inuentum reſpuere, a prædeceſſoribus tuis conſtanti animo adhæſerunt . Sequitur princeps noſter ſuorum veſtigia progenitorum: te iubente nos huc adire conuentum voluit , auditurus facturuſque mandata tua . Accepit te velle in Turcas expeditionem ducere ; laudat propoſitum tuum, & neceſſarium ſanctumque opus eſſe affirmat quod meditaris : non deerit tibi ; cupit eſſe particeps præclari huius operis : arma , equos , naues , viros apparabit cum iuſſeris pro ſuis facultatibus , teque ſequetur : tantum curato vt aduerſus potentiſſimum hoſtem potenter proficiſcaris .* Hæc Maclouienſis epiſcopus apud Gobelinum , qui ſubdit, Pontificem legatione Britannica admodum recreatum , ducem ac gentem ampliſſimis verbis collaudaſſe .

Oratores a Rege Gallo Mantuā miſſi.

a Apud Gobel. l. 3.

Delatum a Britanno Pontifici obſequium ,

Promiſſa etiam auxilia pro bello turcico .

67 Extat diploma Franciſci ducis Britanniæ pontificijs literis inſertum de obſequio deferendo Pontifici , fideque Romanæ eccleſiæ obſtringenda , quod ex Pij regeſto b ſubijcimus .

b Lib. 35. pag. 163.

Vniuerſis & ſingulis Chriſto fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem , & apoſtolicam benedictionem .

Quia pium eſt , & æquitas exigit rationis veritati teſtimonium perhibere , notum facimus , ac vniuerſitati veſtræ atteſtamur quod hodie quaſdam patentes, & authenticas literas dilecti filij nobilis viri Franciſci ducis Britanniæ manu propria ſignatas, eiuſque ſigillo munitas ſuper obedientia & fidelitate nobis & Romanæ eccleſiæ per ipſum ducem , quemadmodum claræ memoriæ duces & Reges Brittanniæ progenitores ſui retroactis temporibus tamquam veri filij obedientiæ fecerant & præſtiterant , factis & præſtitis: ſic per venerabilem fratrem noſtrum Ioannem epiſcopum Maclouienſem , & dilectos filios nobiles viros [interiectiſque eorum nominibus] ipſius ducis oratores , & legatos ad nos etiam propterea ſpecialiter deſtinatos in conſpectu noſtro , ac in venerabilium fratrum noſtrorum eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalium præſentia , & quampluribus alijs venerabilibus fratribus noſtris patriarchis , archiepiſcopis , epiſcopis , ac diuerſis prælatis , & perſonis tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus , in conſiſtorio publico & generali , vt moris eſt propterea congregatis , ac in multitudine copioſa ibidem præſentibus & exhibitis & præſentatis vidimus, palpauimus , ac matura deliberatione præhabita inſpici , & earum tranſcriptum ex vulgari in latinū fideliter factum publice altaque voce ſolemniter perlegi fecimus , & ipſarum lecturam audiuimus quarum literarum tenor ſequitur & eſt talis . [Conceptæ ſunt verbis Gallicis , quarum præcipua hæc eſt ſententia.]

Pij de ea re literæ.

Franciſcus Dei gratia dux Britanniæ , comes Montisfortis , Richemundiæ , Stamparum , & virtutum . Notum facimus omnibus præſentibus , & futuris , quod cum principes claræ memoriæ , & catholici Reges, duces , & alij progenitores noſtri Britanniæ domini fidiſſima obſequia ſanctiſſimis patribus glorioſæ recordationis Romanis Pontificibus præſtiterint , nos dictorum progenitorum noſtrorum egregijs factis pietati , ac bonis moribus inſiſtere cupientes , vt legitimus eorum ſucceſſor catholicus humilis & pius filius Eccleſiæ, ac certiores facti de vera vnica , & canonica aſſumptione ad ſanctiſſimi patris & verendi domini Papæ Pij II. ad auguſtiſſimam pontificiam dignitatem , & ſupremum papatus dominium a Britannici principatus ergo præſentibus exhibemus ſingularem , & eccleſiaſticam obedientiam cum omni , qua par eſt , demiſſione & obſeruantia ſanctiſſimo patri Pio in pontificatu regnanti, illum tenentes & recognoſcentes verum , & vnicum Dei vicarium , dominum , caput , & ſupremum paſtorem vniuerſæ Eccleſiæ militantis . Spondemus & pollicemur ea fide ac ſinceritate . qua par eſt pollere principem, quamdiu vixerit & præerit ſedi Apoſtolicæ, omnibus ſanctiſſimis illius imperijs ad decus , libertatem , prærogatiuas , immunitatem , amplificationem, tuitionem ordinis eccleſiaſtici noſtræ ditioni obnoxij ſpectantibus, parituros,ac in vera lege , & fide catholica , vt obſequentem & pium Eccleſiæ filium viuere , ac mori paratos , &c. [Subdit ſe inſtruxiſſe auctoritate Britannicos oratores , vt obſequia debita , ac literas ducales exhibeant , agantque cum ſummo Pontifice de ijs , quæ ad publicæ rei Britannicæ dignitatem pertineant] . *Datum in Venetenſi vrbe* XXV. *auguſti anno gratiæ* MCCCCLIX. [His addunt Pij literæ] . Quibus quidem literis ſic , vt præmittitur, viſis & auditis , ac poſt propoſitionem laudabilem deſuper factam ambaxiatores & oratores præfati in conſpectu noſtro conſtituti obedientiam plenariam huiuſmodi iuxta formam , & tenorem literarum præinſertarum eorundem præſtiterunt, quam gratam & ratam habentes gratioſe duximus admittendam , ita quod proinde præfatus dux tamquam verus filius obedientiæ præmia conſequatur æterna , & nos nobilitatem ſuam dignis in Domino laudibus commendamus . Et ne ab aliquibus ſuper ijs valeant quomodolibet hæſitari in futurum , volumus & apoſtolica auctoritate decernimus, quod præſentes litteræ ad probandum plene obedientiam præſtitam huiuſmodi vbique ſufficiant , nec ad id probationis alterius adminiculum quomodolibet requiratur . *Dat. Mantuæ anno* MCCCCLIX. VI. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* II.

Franciſci ducis profeſſio de obſequij erga Pontificem conſtantia .

Admiſſa a Pio II.

68 Quod ad Regis Gallorum oratores attinet ; cum illi optarent prius , vt ſupra indicauimus

mus, vt prius pontificia de rebus Neapolitanis ſententia exprimeretur, an videlicet Ferdinandi contra Gallos tueri partes firmum fixumq; animo haberet, fidei Regis ſui nomine ei obligandi tempus extraxere; cum vero Pius, vti erat politicis artibus apprime inſtructus, negaret audiendos Regum oratores, ni ſe obſequentes futuros eſſent profeſſi, demum vicit ipſius ſententia, ac Pariſienſis epiſcopus Caroli Francorum Regis nomine id præſtitit habita oratione ex Dauidicis propoſitis verbis: *Secundum nomen tuum ita & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua*; ac tum de Pontificis laudibus, ſedis Apoſtolicæ dignitate, Francorum regni Regiſque gloria eleganter diſſeruit, ac Renatum, & Genuenſes commendauit; interiectiſque aliquot diebus ijdem oratores de Neapolitanis rebus præſentibus cæteris principum oratoribus expoſuere, quanta pro religione a Francis edita eſſent facinora, quot in Apoſtolicam ſedem collata beneficia, quanto ſanguine ex impiorum & Saracenorum tyrannide Sicilia a Francis erepta eſſet: Alfonſum vi, & iniuria regnum Neapolitanum inuaſiſſe, eiuſque ſpurio indigne a Pio collatum.

Renatũ commendat aduerſus Ferdinãdum.

69 Plura ad hæc in alio conuentu Pius, qui Ferdinandi partes a ſe ſuſceptas tueri decreuerat, reſpondit: de quibus fuſe Gobelinus, Quæ vero geſta eſſent Pontifex, Regis Francorum iram lenire cupiens, blandis verbis eſſe expoſuit a, ipſumque ne calumniatoribus aures daret hortatus eſt.

a Lib. brev. pag. 99.

Pius Papa II. Regi Franciæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Cum audiuimus oratores tuæ ſublimitatis ad dietam hanc Mantuanam venire, vehementer Deo teſte ſumus lætati. Poſtquam etiam Mantuam attigerunt, in eorum ingreſſu & cum publice ſunt auditi tot eos honoribus accumulauimus, quod potuerunt a nobis excogitari: nihil protinus omittentes, quod ad honorandum tuum regium nomen ac ad declarandam noſtram in te charitatem ſpectaret. Sequentibus vero diebus cum ijdem oratores commendatum veniſſent chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Renatum Regem illuſtrem, & dilectos filios communitatem tuæ ciuitatis Ianuenſis, præter expectationem noſtram nonnullos principes, & oratores ex ijs, qui dietæ cauſa hic ſunt, vel teſtes vel ſpectatores expoſitionis ſuæ ſecum duxerunt; auditi nihilominus a nobis patienter benigneque ſunt. Verum quia omnis eorum oratio non tam prædictorum commendationem, quam accuſationem noſtram, & Apoſtolicæ ſedis continere eſt viſa, ob id præcipue, quod chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando de Aragonia Neapolitanum regnum, & regni coronam conceſſimus, non iudicauimus maculam hanc per eos impoſitam eidem ſedi, cuius defenſores ſumus, tacendo relinquere; præſertim cum nos tibi, & clariſſimæ domui tuæ grauiter injuriatos aſſererent.

Excuſat ſe Pius ſi regnũ Ferdinando aſſeruerit.

Exemplum itaque ipſorum ſecuti, diem reſponſionis noſtræ conuocari & nos aliquos fecimus, qui defenſæ innocentiæ noſtræ auditores adeſſent: purgauimus in reſpondendo, quantum Deus largitus eſt nobis, objecta: oſtendimus quæ tuo nomine nobis imputabantur non tibi nos imputare, ſed detractoribus noſtris, qui tuæ pietati non vera inculcaſſent: aperuimus quoque præſentem neceſſitatem, quæ petitionibus eorum non aſſentiri nos pateretur: denique nullum verbum fuit, nulla particula noſtræ reſponſionis, quæ non ſummam gloriam progenitorum tuorum & tuam, atque adeo totius gentis Gallicæ reſonaret, factum ſemper noſtrum, in quo notati maxime eramus, ea modeſtia excuſantes, vt apud iuſtos iudices ſolam innocentiam eiuſdem ſedis niſi fuerimus velle probare. Quod ſi ſecus tuæ celſitudini relatum iam eſſet, vel forſitan referretur, ſciat longe a vero eſſe quidquid aliter dicitur; nec nos, qui nomen tuum priuatim, & publice dignis continue laudibus celebrauimus, potuiſſe in hoc conuentu Chriſtiano, vbi de tota religione noſtra tractatur, in diuerſum ſentire, & loqui. Affuerunt principes nonnulli, & principum oratores, affuerunt prælati quamplures huius noſtræ excuſationis locupletiſſimi teſtes, ex quibus bonitas tua integram veritatem poterit, cum volet, cognoſcere. Hæc duplici ea cauſa ad te ſcribenda putauimus, primum quia malignantium & detractorum plena omnia etiam noueramus, quibus more ſathanæ omnis coniunctio moleſta eſt, & charitas odioſa: deinde quia ſerenitatem tuam magni facimus plurimumq; ſicut debemus, & tormenti inſtar nobis eſſet, ſi cauſa alieniori animo a ſede prædicta malorum artificijs eſſe intelligeremus, &c. *Dat. Mantuæ XII. decembris anno I.*

Gallum Regem hortatur ne detrectoribus aures præbeat.

70 Quod ad auxilia in ſacrum bellum aduerſus Turcas ferenda ſpectat; interrogati Franci, vt petita eluderent reſpondere a, prius conciliandos pontificia induſtria cum Gallis Anglos, atque ad id legatum apoſtolicum mittendum videri: porro honorificam parum legationem decreuerat ad Mantuanos cœtus Henricus Anglorum Rex, cum proceres, & epiſcopi rogati ea de re ciuili bello impliciti parere detrectaſſent. Funeſtus rerum Anglicarum erat ſtatus, Ioannes enim Vvaruici comes, nuntio apoſtolico pontificij nominis proditore fretus commiſſa pugna Henricum Regem cepit b, duxque Eboracenſis Regem ſe dixit, quod Richardo olim per neſas interſecto ſanguine coniunctiſſimus ſuccedere deberet: moxque ſedata eſt controuerſia, ea nimirum lege, vt Henricus in reliquam vitam potiretur ſceptro, quod vel Eboracenſi aut illius filio tranſmittendum foret. Cæterum de ſecutis grauioribus motibus dicetur inferius.

a Gob. l. 3. Anglia ciuili bello lacerata.

Dux Eboracenſis Henricũ regno pellit.

b Id. eod. lib. Polyd. Virg. l. 23 & aly.

His ergo ciuilibus bellis ardente Anglia, & Francis ad recuperandum regnum Neapolitanum aſpirantibus, conuertit ſe Dei vicarius ad Germa[illegible]e, vocatiſque Imperatoris, electorum i[illegible]erij, ac plurium in Germania principum, & liberarum ciuitatum legatis, quid contra Turcas offerrent auxilij ſciſcitatus eſt: qui tandem omnes Pij ſtudio victi in eam conuenere ſententiam, vt auxiliarem exercitum pollicerentur eo numero militum, qui antea Nicolao V. Pontifice Frankfordiæ decretus fuerat, nempe pedites triginta duo millia, equites decem millia, duoſque eam ob cauſam conuentus celebrandos edixere, alterum Norimbergæ in Franconia, alterum apud Cæſarem in Auſtria, legatumque e latere mittendum, qui conuenta ad exitum perducenda curaret: quam prouinciam Pontifex Beſſarioni Cardinali Nicæno dedit, ducemque exercitus Fridericum Imperatorem

A Gallis & Anglis deſertus Pius ad Germanos ſe cõuertit.

c Gob. ſup. lib. 3.

Germani quadraginta duo millia armatorũ pollicẽ.

Imperatos earũ dux creatus.

torem dixit, qui ſi id munus obire nequiret, alium principem copijs præficeret. Hæc itaque feliciter ſancita Pius eidem Friderico, qui oratores ſuos ampliſſimis fretos mandatis legauerat, Mantuam his literis ſignificauit a.

a Lib. breu. pag. 92.

Pius Papa II. Imperatori.

Poſtquam maieſtatis tuæ digniſſimi oratores cum mandato ad cuncta, propter quæ dieta Mantuana per nos congregata fuit, comparuerunt cum optimis inſtructionibus res dietæ ſecundum noſtra deſideria cum ipſis, & alijs principum Alemanorum oratoribus ad concluſionem perducta eſt, quam nos celſitudini tuæ mittimus intercluſam; de qua quidem felici concluſione Deo in primis, & deinde tuæ maieſtati gratias ingentes agimus cum nemini niſi tuæ ſerenitati huiuſmodi expeditio attribui poſſit, &c. *Dat. Mantuæ* XXII. *decembris anno* II. Extant publicæ tabulæ b de his tum confectæ, quarum exemplum mittere ſe affirmat Pius, noſque aſſerimus.

b Ibid. pag. 95.

Pius Papa II. Prouiſio nationis Germanicæ.

71 Ad habendum felicem proſecutionem negotij defenſionis fidei catholicæ oratores Sereniſſimi domini Imperatoris, ac illuſtriſſimi ſacri imperij principum offerunt imperialem maieſtatem dominoſque ſuos in conducendo valido exercitu, videlicet decem millia equitum, & triginta duo millia pedeſtrium contra Turchos hoſtes fidei vna cum alijs principibus, & communitatibus nationis Germanicæ facturos, & impleturos omnia, & ſingula capitula, prout in dietis præcedentibus, videlicet in Franckfordia, & in Noua ciuitate Auſtriæ pro expeditione huiuſmodi exercitus per eos facta, auiſata, & oblata ſunt. Verum quia proſecutioni huius ſancti negotij nonnulla impedimenta obſtare videntur, petunt a ſanctitate domini noſtri, quatenus ſanctitas ſua certam dietam infra hunc, & proximam quadrageſimam ad oppidum imperiale Nurimbergenſe pro conuocatione principum, & communitatum nationis Germanicæ indicat, & legatum Apoſtolicum cum poteſtate pacem componendi, & treugnas imperio ſtatuendi mittat, qui etiam vna cum his, quos ſereniſſimus dominus noſter Imperator illuc miſit, & principibus imperij aut eorum oratoribus de modis, & ordine expeditionis, faciendique æquam taxam impoſitionis quatuor perſonarum ad exercitum mittendarum, nec non pacem, vt præmittitur, componendi & treuguas indicendi tractet, & ordinet.

Decreti duo in Germania conuentus.

Item quod præfatus ſanctiſſimus dominus noſter ad tollendum diſſidium inter glorioſiſſimum dominum noſtrum Imperatorem, & Matthiam de Huniade comitem Biſtricen in regno Hungariæ exortum, vtque ſecurius tranſitus per idem regnum haberi poſsit, ex nunc ſtatuat aliam dietam infra hinc & feſtum Paſchæ in curia imperiali tenendam, in qua principes, & comites imperij per ſe aut ſuos oratores compareant de præmiſſo tranſitu, alijſque ad neceſſariam prouiſionem exercitus requiſitis tractaturi, quodque illic etiam adſit legatus de latere ſedis Apoſtolicæ cum plenaria facultate ad præmiſſa neceſſaria, qui præfatum dominum Imperatorem, & ſuos principes de claſſe nauali certificare poſsit, & certificet.

Actum de libero aditu per Vngariã Germanis dando.

Hanc cedulam, mox vt lecta & audita eſt, ſanctiſsimus dominus noſter vna cum dominis Cardinalibus acceptauit, & dietas ſupradictas indixit: primam videlicet Nurembergenſem in prima dominica quadrageſimæ, ſecundam in curia imperiali in dominica paſsionis per prædictos, & modo prædicto tenendas, ac celebrandas. *Acta hæc fuerunt in palatio apoſtolico* XIX. *decembris* MCCCCLIX. *& ponatur in libro cancellariæ de mandato domini noſtri Papæ. Vicecancellarius.*

72 Indictis ita in proximum annum Norimbergenſibus, & Auſtriacis conuentibus, Pontifex encyclicis literis ſingulos principes eſt adhortatus a, vt pium ardorem, quem pro religione tuenda conceperant, in adeundis illis cœtibus explicarent, nec deeſſent fidei, qua Chriſto ſummo Regi ſe obſtrinxerant.

Rogati principes vt in dictos conuentus adeant.

a Ibid. pag. 91.

Communis forma ſcriptorum breuium pro duabus dietis in Almania ordinatis miſſorum die XXII. *decembris.*

Cum neceſsitas defenſionis fidei, & dominici gregis expoſceret conuentionem Chriſtifidelium, nos quibus hæc cura principaliter a Chriſto, cuius licet immeriti in terris vicem agimus, imminet, Mantuanam dietam indiximus, & ad ipſam perſonaliter accedentes de communi conſilio, & aſſenſu chariſsimi in Chriſto filij noſtri Friderici Romanorum Imperatoris, & dilectorum filiorum principum Alemaniæ oratorum exercitum validum contra Turchos quantocius congregandum concluſimus, ob cuius executionem duas dietas de eorumdem oratorum conſenſu congregandas ordinauimus, vnam in dominica *inuocauit* in oppido Nurembergenſi Bambergenſis diœceſis, aliam in dominica *Iudica* in paſsione Domini in curia imperiali, ad quas legatos noſtros mittemus cum ad hæc optima facultate munitos ad componendum differentias inter principes & magnates, & cætera facienda ad expeditionem exercitus optima. Cum autem omnium Chriſtianorum animos zelo fidei eſſe accenſos, & ad tam ſanctum opus animoſe concurrere oporteat nobilitatem tuam, de qua ſingulariſsime confidimus, & ſperamus, hortamur in Domino, & per fidem, qua in baptiſmo Chriſto Regi noſtro aſtrictus es, monemus & requirimus, vt ad dictas dietas perſonaliter accedere non poſtponas, vel ſi aliqua ineuitabilis neceſsitas (quod Deus auertat) affuerit, oratores tuos pleno mandato ad præmiſſa omnia tractanda, & concludenda fulcitos illuc celeriter mittas: denique ad omnia te promptum reddas, quæ ad fidem Chriſtianam pertinere noſcuntur: vltra enim merita æternæ vitæ, quæ tibi a Chriſto propterea promittitur, Apoſtolicæ ſedis gratiam digne mereberis. *Dat. Mantuæ* XX. *decembris.*

Deſignatum tempus.

73 Dum ea gerebantur veniſſe Sigiſmundum ducem Auſtriæ quadringentis ſtipatum equitibus, multaque nobilium caterua, & ſplendido apparatu, eique Cardinales duos, & omnes curiæ ordines obuiam iuiſſe, exceptumque in publica concione, ac Gregorium Hamburgenſem eius nomine coram Pontifice oraſſe, teſtatur Gobelinus b: Albertum quoque Marchionem Brandeburgenſem, de quo ſupra mentio facta eſt, ad Pium Mantuam veniſſe, & a Pontifice etiam in publico purpuratorum ſenatu exceptum collaudatumque verbis ornatiſſimis, vt qui ſuam contra Turcas operam magno excelſoque animo ſpondiſſet, ac donatum decem millibus aureis & equis

Sigiſmundus Auſtriæ dux Pium Mãtuæ adit.

b Gob. l. 3.

Accedit Albertus

Operam ſuam in Turcas ſpondet.

equis duobus Apulis: tum proximo ineunte anno die epiphaniæ ſacro enſem apoſtolica prece ſacratum, & pileum margaritis ornatum inter ſolemnia ſacra dono accepiſſe.

Ornatur muneribus.

74 Geſta hæc cum Germanis; cum Polonis vero, quorum oratores a Caſimiro Rege miſſos Mantuam veniſſe narrat Cromerus a, vt Pio de adepta dignitate gratulati, Regem in eius fide ac poteſtate futurum profiterentur: de conciliandâ inter Polonos & Pruſſos equites concordia actum eſt, cum ſacra in Turcas expeditio ardente in regionibus illis bello confici non poſſet: impetraruntque b regij oratores, vt Pruſſi, qui eas ante ob defectionem a cruciferis equitibus ad Regem Poloniæ factam anathemate deuincti fuerant, abſoluerentur: miſit vero Pius ad pacandas Pruſſiæ res, & religioſam B. Mariæ militiam Polonis fœdere iungendam Ieronymum Cretenſem archiepiſcopum, & Franciſcum archidiaconum c Hiſpalenſem: neque a pacis conſilijs erat alienus Caſimirus, qui Albertum Auſtriæ ducem ſollicitauit ad colloquium Vratiſlauiæ, vel Frankfordiæ, aut Gorlicij pro dirimenda controuerſia faciendum. Quod cum accepiſſet Pius Caſimirum ad redintegrandum concordiam incitauit d, vt arma in Turcas verteret, cum facile laboranti rei Chriſtianæ opitulari poſſet.

a Cromer. lib. 24.

De Polonis conciliandis cum Cruciferis actum.

b Id. ib.

c Pius l. 6. pag. 0.

d Lib. breu. pag. 93.

Pius Papa II. Kaſimiro Regi Poloniæ illuſtri.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. miſimus iam dudum ad ſerenitatem tuam venerabilem fratrem noſtrum archiepiſcopum Cretenſem cauſa pacis inter te, & dilectos filios magiſtrum, ac fratres ordinis B. Mariæ Teutonicorum in Pruſſia componendæ, ſperantes quod ipſa ſerenitas tua zelo Chriſtianæ fidei accenſa omnem moleſtiam ab animo pellens vias pacis amplectatur. Verum quia ferocia Turcorum in Chriſtianos in dies plurium inualeſcit, non poſſumus nos continere, quin te, qui in huiuſmodi tempeſtate Chriſti cultoribus apprime ſuccurrere potes, quoties nobis occaſio noua præbeatur, nouis adhortationibus paterne moneamus. Et quia nuper nobis innotuit ſerenitatem tuam ob hanc cauſam ambaſſiatam ad dilectum filium nobilem virum Albertum archiducem Auſtriæ deſtinaſſe, hortantes quatenus archidux ipſe ſeſe perſonaliter Vratiſlauiam, Frankfordiam, ſeu Gorliciam conferre velit, vbi & ſerenitas tua perſonaliter conſtitui paret, ea res nobis ſpem præbuit pacis aſſequendæ, quam ob reſpectum præmiſſorum pro præſentium ipſorum qualitate qualibet alia pace ardêtius peroptamus. Ideoque ſerenitatem tuam in viſceribus domini noſtri Ieſu Chriſti commonentes adhortamur, quatenus aliqua illarum viarum ſeu interuentu legati noſtri, ſiue dilecti filij archiducis prædicti, vel vtriuſque eorum, etiam ſi diuerſo calle procedant, cum tamen ad vnum finem peruenire nitantur, pacem præſtes toti orbi Chriſtiano peroptabilem; ex quo præter retributionis diuinæ præmium, fauores populi Chriſtiani publice, ac priuatim aſſequeris. *Dat. Mantuæ* XXIII. *decembris anno* I.

Polonus ad arma in Turcas vertenda excitatus.

75 Ad elicienda etiam e Lituania, Gothia, & Noruuegia contra Turcas auxilia Pius Martinum e Fregeno in ijs regnis nonnulliſque Germaniæ prouincijs nuntium creauit e, ac tam in Noruuegia, quam in Suecia apoſtolicam de conficienda crueeſignata expeditione ſanctionem promulgari iuſſit f. Tum ad vrgendum parte

Quæſita etiam a Gothis & Lithuanis auxilia.

e Lib. 4. pag. 301.

f Ib. pag. 341.

aduerſa Mahumetem Turcarum Imperatorem, vt vires in Aſia Europaque diſtrahere cogeretur, Caramanum Ciliciæ principem, acremque eius hoſtem, qui fœdus antea cum Calliſto III. pepigerat, rogauit a, vt ſuas in Mahometem copias educeret, cum exercitus Chriſtianus in illum ſigna attolleret.

Actum de armorum fœdere cum Caramano.

a Lib. breu. pag. 84.

Pius Papa II. nobili viro magno Caramanno ſpiritum ſani conſilij.

Memores ſumus bonæ voluntatis tuæ, quam tempore felicis recordationis Calliſti Papæ III. prædeceſſoris noſtri erga Chriſtianos videbaris oſtendere. Scimus etiam quæ per oratores tuos, & literas contra Turchum pollicebaris, ſi a fidelibus bellum illi inferretur. Cum itaque eo defuncto nos in locum ſuum ſimus vocati, nec minora, quam idem prædeceſſor contra præfatum Turcum facere intendamus, hortamur nobilitatem tuam, vt in ſolito propoſito perſeuerans, parare te interim velis & ad bellum opportuna diſponere ſic, vt cum Chriſtianus exercitus venerit, poſſis eodem tempore hoſtem inuadere, & dominium tibi debitum recuperare: in quo operam noſtram nobilitati tuæ non deeſſe cognoſces. Credimus autem te intellexiſſe conuocationem principum Chriſtianorum, quam fecimus, & ſtudium continuum, quod in parandis opportunis ſedulo adhibemus. Ex ijs de bono ſucceſſu rerum omnia potes bene ſperare. *Dat.* XVI. *octobris anno* II.

Sollicitatus vt ad recuperanda amiſſa ſe compararet.

76 Aſſenſit armorum fœderi Caramannus, cuius poſtea oratores in occidentem venere, vt agitata tandem de bello Turcis inferendo conſilia ad exitum perducerentur, de quibus ſuo loco. Interea Turca, dum plura verba inutilia miſcentur a Chriſtianis in occidente, exercebat arma, ac latius victoriam terra marique proferebat; adeo vt Rhodus & aliæ inſulæ a Calliſto III. partæ in maximo periculo & extremo pene diſcrimine eſſent: quibus de rebus factus certior Pius a Ludouico legato Cardinale, qui claſſem diſſoluere coactus fuerat, patriarcham Venetum agere cum ſenatu iuſſit b, vt aliquæ auxiliares naues inſtruerentur, quæ Rhodijs ſe coniungerent.

Acta res ferro non verbis a Mahomete.

b Ibid. pag. 27.

Pius Papa II. patriarchæ Venetiarum.

Venerabilis frater ſalutem, &c. Rediens ex oriente dilectus filius noſter Ludouicus tit. S. Laurentij in Damaſo presbyter Cardinalis camerarius noſter retulit nobis quanto in diſcrimine Rhodus, & aliæ inſulæ proximis temporibus per claſſem noſtram recuperatæ verſentur; cum & fatigati aſſiduis calamitatibus potentiſſimo hoſti reſiſtere nequeant, & in præſentiarum defenſor ſit nullus qui bonæ eorum voluntati ſuffragium afferat. Videntes igitur quantum detrimenti acceptura eſſet fides catholica illarum amiſſione, & cupientes in eo, quod poſſumus, præſenti neceſſitati occurrere, donec in futura dieta firmius aliquid ſtatuatur, decernimus aliquot triremes armare, & ad illas partes celeriter mittere, quæ præſidio ſint inſulis antedictis, non dubitantes Rhodienſes ipſos, quorum res potiſsimum agitur, adiumentum, quod poterunt, ad hoc allaturos, &c. [Addit imperia, vt in eum ſacri belli apparatum viginti quinque millia ducatorum e decumis Dalmatiæ tribuat.] *Dat. Senis penultimo martij anno* I.

Inſulæ adductæ in periculũ.

77 Nulla valida auxilia maritima ſubmiſſa

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, quocirca Leſbos, & aliæ inſulæ a Calliſto, vt dicebamus, Turcis ereptæ a Mahomete a breui occupatæ, de quo iterum inferius. Hoc interim ſpatio Turcæ Zendren b munitiſſimam acem Raſciæ expugnarunt: tum in Boſna Synderouiam c, quam Matthias Hungariæ Rex Stephano Regis Boſnæ filio propugnandam tradiderat, in ſuam poteſtatem redegere, corrupto ingenti auro Boſnenſi principi, qui quamuis antea oratores Mantuā pro eliciendis auxilijs in Turcas legaſſet, mox tamen ad hoſtem deſciuit. Trepidatum inde maxime eſt in Pannonia, cum iam barbaris in Vvalachiam, & Hungariam facilis aditus pateret; excituſque Turcicæ irruptionis fama Pontifex Ioannem Cardinalem Caruialem legatum, qui in Germaniam ad Fridericum Imperatorem Matthiæ conciliandum abierat, redire in Pannoniam Turciſque propulſandis operam nauare iuſſit, non defutura illi auxilia pollicitus d.

a Aen. Syl. hiſt. Aſiæ cap. 88.
b Pius lib. breu. pag. 56.
c Gob lib. 3
Boſſinenſis tradita Zendren rem Chriſtianam prodit.
Card. S. Angeli Mathiæ & Friderico conciliandis incumbit.
d Pius lib. breu. pag. 44.

Pius Papa II. Cardinali S. Angeli.

Dilecte fili, &c. Ex literis tuæ circumſpectionis in noua ciuitate vltimo datis intelleximus, quæ de tenenda inter Imperatorem, & Regem Hungariæ dieta, deque nouo ac repentino Turcorum aduentu ſignificas. Fuerunt nobis hæc noua ſatis moleſta, & dolemus eam iſtic eſſe rerum conditionem, vt imminentibus periculis concorditer obuiari non poſſit. Omnipotens Deus, qui animum noſtrum cognoſcit, & neceſſitatem videt populi ſui, miſericorditer auxilium præſtare dignetur. Placet vt inualeſcentibus de præfato Turcorum aduentu nuncijs celeriter in Hungariam redeas, & ſicut hactenus glorioſe feciſti, pro honore Dei, & Apoſtolicæ ſedis omnia mediteris, & facias, quæ in hoc rerum articulo tibi ſunt poſsibilia. Non ignoramus quibus præſidijs inſtructum te eſſe oporteret ad felicem proſecutionem laborum tuorum. Scimus etiam pro ſalute Chriſtianæ reipublicæ quid expediret: verum, dilecte fili, vltra non poſſumus, & voluntas noſtra vires tranſcendit. Hanc ſolam ob cauſam hic ſumus, iter olim ingreſsi non ſine magnis laboribus, & manifeſto periculo rerum noſtrarum. Dies quoque & noctes exhortari principes, & potentatus Chriſtianos nunquam ceſſamus, vt ad hoc ipſum conueniant, & nobiſcum ſanctam expeditionem capeſſant; atque ita vſque in finem laborare non deſinemus, nihil penitus omiſſuri, quod Deo beneplacitum, & nobis debitum eſſe noſcamus, ſperantes in diuina pietate quod pium deſiderium noſtrum fruſtrari non patietur, *Dat. Mantuæ XI. iunij anno I.*

Regredi in Vngariam iuſſus.

78 Miſit etiam eidem legato apoſtolicum diploma e, quo ſacra indulgentiarum præmia ijs propoſita erant, qui arma in Turcas ſtrinxiſſent: tum viginti nummorum millia ſuppeditauit f, vt mercenarios milites colligeret: ſed cum Turcæ ſigna in Græciam reflexiſſent, eam vim auri repetijt in bellum ſacrum impendendam; *Intelleximus*, inquit, *Turcum cum exercitu ſuo in Græciam ſe recepiſſe, & metum illum acrem ceſſare.* Tum alijs expoſuit literis g Pius eidem Cardinali legato refrixiſſe admodum in Chriſtianis principibus ſacri belli ardorem, priuatiſque tantum commodis illos ſtudere; ac licet antea Italia arma aduerſus Turcas ſumere decreuiſſet, iam omnia illa conſilia Gallorum noua in regnum Neapolitanum irruptione confundi: addidit tamen cœptis ſe non defuturum, ac duodecim millia equitum pontificio ſumptu aliquot menſibus ſuſtentaturum, cum maxime Rex Matthias duodecim alia equitum nonnullaque peditum millia in Turcas immittere ſpopondiſſet: conferret itaque cum rei bellicæ peritiſſimis conſilia, quanto ad eoſdem Chriſti hoſtes oppugnandos exercitu opus eſſet, & ex quibus nationibus is conflandus videretur.

Miſſum ad illum aurum ſubſidiarium.
e Ibid. pag 46.
f Ibid. pag 76.
g Ibid pag 86.
Conſulta ob Gallorum in Neap. regnum irruptionē conſilia.

Pius Papa II. Cardinali S. Angeli.

Non inuenimus, vt verum fateamur, eum zelum in animis Chriſtianorum, quem ſperabamus. Vidimus paucos admodum eſſe, quibus de publicis rebus maior cura eſſet, quod quamuis omnes ferme ad propria intendentes ſatis hoc tempore oſtenderunt falſam eſſe antiquam calumniam, quam ſedi Apoſtolicæ impoſuerunt, nulloſque nunc magis quam ipſos eſſe accuſandos. Videbamur tamen, niſi nouum negotium interueniſſet, res Italicas ſatis egregie in obſequium Dei diſpoſuiſſe, ſiquidem principes eius omnes, ac potentatus iureiurando voto, & chyrographo proprio ſe ad hoc ipſum ſolemniter obligarant. Verum cum ex ciuitate Ianuenſi inſtructiſſima claſſis nomine Gallico ad miſcendum regnum Neapolitanum profecta nuperrime ſit, veremur ne non ſolum partes illæ bello implicatæ defuturæ ſint operi noſtro, ſed reliquæ quoque ſtudio partium incitatæ in eandem perturbationem paulatim trahantur: quod ſane dolendum eſt, ac lamentandum, nobis præſertim, qui tot laboribus vſque in hanc diem abſumptis cernimus, niſi reſiſtat Deus, primam partem ſudoris noſtri in mutuas Chriſtianorum miſerias ire: non tamen, dilecte fili, propterea deſinimus omnino, neque ſit opera noſtra remiſſior. Confidimus in eo, qui non deſerit ſperantes in ſe, & potens eſt corda hominum immutare, Videbunt plane omnes Deum Chriſtianorum cauſam vſque in finem non derelinquere. Et quoniam ſi non dat Deus quod volumus, omittere non debemus quod offert, cupimus propoſita tibi ratione conſilij noſtri iudicium tuum exquirere. Committimus igitur tuæ circumſpectioni, & ſtricto mandato iniungimus primum, vt communicato cum Rege, & cum quibus tibi videbitur conſilio, mature intelligas quot millibus armatorum opus eſſe ſtatuatur ad hanc expeditionem feliciter proſequendum: dein quibus ex locis, & ex quibus generibus hominum haberi hic exercitus vtiliter poſſit. Inſuper cum Rex ipſe per oratores ſuos obtulerat duodecim equorum, & peditum nonnulla millia ſuo ſtipendio ad hoc bellum conferre, & nos etiam duodecim millia equorum, ſi facultates aderunt, armare & manutenere per aliquot menſes noſtro ſumptu cupiamus, qua ratione hoc facere quam minima cum impenſa poſſimus, &c. *Dat. Mantuæ V. nouembris anno II.*

Inſtructa Genuæ claſsis aduerſus Ferdinādum.
Oblata Pio duodecim equorum millia Vngaro.

79 Exinde igitur belli ſacri conſilia magis ſeneſcere cœperunt, cum Galli a Neapolitani regni proceribus Ferdinando infenſis excitati a recuperandi iuris priſtini occaſionem nollent deſerere; Pius vero cum geſta a ſe tueri, & regnum Ferdinando vellet aſſerere, cenſuerat pacandum Neapolitanum regnum creato illius Rege Ferdinando; at indeque magis bellorum faces accenſæ fuerunt, cum principes Aragonium ſpurium ſibi imperare indignarentur, magiſque ad Renatum Regem ſpectarent eorum animi; plures etiam poſcerent, vt eccleſiaſticæ ditioni coniungerentur: inter quos Aquilani Pio ſe obtulere b; ſed illos ipſe

Principes Neapolitani a Ferdinādo ſpurio deficiunt.
a Sur. l. 17. cap. 1.
b Lib. breu pag. 9.

Digitized by Google

Ipſi Ferdinando ſubeſſe iuſſit. Aduerſarum partium ſignifer erat Ioannes Antonius Vrſinus Tarentinus princeps, ſummaque contentione incubuit Pius ad rebelliū hoſce motus in primo exortu compeſcendos: tertia enim februarij die, dum Peruſij verſabatur, deſignatum epiſcopum Theanenſem componendæ diſcordiæ inter Tarentinum & Ferdinandum concitatæ operam dare iuſſit, pluribuſque literis eundem Ioannem Antonium hortatus eſt a, vt coniunctionem cum Ferdinando conciliaret; tum viciſſim Ferdinandum b, vt principem ipſum Tarentinum ſibi deuinciret, neue illum ſectatoreſue vlla ratione laceſſeret, ne Turcis in Italiam pateret aditus; ſumma enim a ſe ſtudia collocatum iri pro ea lite componenda.

Nauata a Pio opera pro componē do diſſidio.

a Ib pag. 12. & 19. & 79.

b Pag. 18. & 22.

80 Nec vero Ferdinandus pontificijs beneficijs reſpondere viſus eſt, qui cum regnum Neapolitanum Pij beneficentia accepiſſet, neque illud ſine eius ope retinere poſſet, cunctaretur Beneuentum Romanæ eccleſiæ reſtituere, & pactiones antea confectas implere; qua de re Pius hiſce literis queſtus c eſt.

Non reſpondet Pij Beneficijs Ferdinandus

c Ibid. pag. 22.

Pius Papa II. Ferdinando.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. Non ſatis intelligere poſſumus vnde tam longa dilatio in conſignanda nobis arce Beneuenti procedat: vnum in hoc ſcimus ea ea re non ſolum nos admirari, & dolere, ſed cæteris quibus noſtra in te charitas, & conuentio facta ſunt nota, obloquendi, & ſecus quam ſit de tua voluntate ſentiendi materiam dari, cum non ſatis veriſimile appareat, te nolente ac repugnante difficultates huiuſmodi obijci. Præterea cum hæc tam longa procraſtinatio ad honorem tuum non cedat, & rebus noſtris nocumentum plurimum poſſit afferre, hortamur ſerenitatem tuam in Domino, & attente requirimus, vt huic rei diligenter intendens debito tuo coneris, quantum in te eſt, ſatisfacere, &c. *Dat. Senis* a 22. *martij anno* 1. Veritus Ferdinandus ne Pium retento Beneuento a ſe abalienaret, cuius gratia in ſolio Neapolitano ſtabat, reſque ſuas affligeret, eam vrbem, quam Alfonſus flagitio iam ante occuparat, ac dein pactione præfecturam extorſerat, reſtituit, præfectumque pontificium Petrum Archangelum Vbluarem in arcem induxit: de quo acta a Pio gratiæ d. Miſſus autem ab eo eſt cum ampliſſimis mandatis apoſtolicus nuntius archiepiſcopus Rauennas e, vt Neapolitani regni proceres in officio, ac Ferdinandi obſequio contineret, dirimeretque controuerſiam, quam Ioannes Antonius princeps Tarentinus cum Ferdinando habebat.

Arx beneuentana ab eo repetita.

Galloru̅ metu reſtituta Pio.

d Lib breu pag. 52.

Rauēnas archiep. pro ſedā diſtuibus Neapol. miſſus.

e Lib. 31. pag 299.

Bartholomæo archiepiſcopo Rauennati noſtro & Apoſtolicæ ſedis oratori ſalutem, &c.

Cum, ſicut accepimus, diſſenſiones, quæ inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Regem Siciliæ illuſtrem, & dilectum filium nobilem virum Ioannem Antonium principem Tarenti ſuperioribus menſibus vigentes, inimico pacis & ſatore zizaniæ ſuadente, adeo proceſſerint, vt niſi mature prouideatur, hæc eorum contentio ad arma, & bellum ſit proculdubio euaſura; nos, qui tam propter Regem, ac principem præfatos, quos tanquam caput & membrum inuicem magis conuenire, ac regni Siciliæ tranquillitatis & pacis auctores & conſeruatores eſſe deceret, quam etiam propter illius incolas, quorum quietem paterne deſideramus, de præmiſsis diſſenſionibus ſumme dolemus, etiam non mediocriter metuentes ne ſtudioſiſsimus hoſtis euerſionis noſtræ Turchus, quem magnis apparatibus ſtatuiſſe ferunt proxima æſtate in Chriſtianos, quacumque ſibi via facilius patere poterit, toto conatu irrumpere, capta occaſione belli huiuſmodi ex locis illis acceſſum in Italiam quærat, memoreſque quanta cum difficultate ſuperioribus annis res Italiæ compoſitæ fuerint, cuius quidem compoſitionis ac pacis facile dictum bellum poſſet eſſe inuerſio, ad componendos hos motus fraternitatem tuam, de cuius probitate induſtria atque virtute, & in rebus gerendis ſolertia experimentum ſæpenumero factum eſt, duximus ad Regem & principem præfatos ſpecialiter deſtinandum, confidentes in Domino, quod ipſis Rege ac principe ob noſtram & ſedis Apoſtolicæ reuerentiam, depoſitis quibuſcumque indignationibus, atque odijs ad noſtram, quam tu expones voluntatem, propendentibus contentiones ipſæ quantocius ſopiri poterunt; noſque ad obſiſtendum eorundem Turchorum ferociæ quietius poterimus operam dare, &c. [Inſtruit auctoritate, vt inducias imperet inter aduerſas partes, earumque fœderatos: concordiam vero reſpuentes percellat anathemate: at ſi pacis conſilijs aſſenſerint, fœderis pactiones confirmet] *Dat. Senis, &c. anno dominicæ incarnationis* MCCCCLVIII. a 11. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* 1.

Ne illi qui regnat.

Trepidatum ne in Italiā Turca irrumpat.

81 Sedari ea controuerſia inter Ferdinandum & principem Tarentinum viſa eſt, reſtitutis a Tarentino aliquot oppidis, quæ Ferdinandus occuparat; hunc tamen preſsiſſe alto pectore odia, vt illa opportuno tempore effunderet, refert Collenutius b. Et quidem breui priſtinas recrudiuiſſe inimicitias ex literis pontificijs colligitur x 1. ſeptembris die exaratis c, quibus Regem ipſum ad pacem adhortatur Pius: quo tempore Ioannes dux Lotaringiæ Renati Regis filius expeditionem Genuæ ad eripiendum Ferdinando, ſibique aſſerendum Neapolitanum ſceptrum conficiebat, ac nondum in illum militem ducere potuerat, quod eiuſdem Ferdinandi & Franciſci Sfortiæ ducis Mediolanenſis opera a Petro e Campofregoſo, quem pœnitebat principatu ſponte abijſſe, Galloſque, quos vocauerat, eijcere annitebatur, grauiſsimo bello implicitus diſtineretur, & ægerrime Genuam propugnaret: ſed demum Petrus Fregoſius, qui in vrbem irruperat, omniaque, vt ea potiretur, tentabat diſcrimina, ſuccubuit d, atque in tumultuaria pugna miſere ab aduerſarijs trucidatus eſt. Solutus itaque eo metu Ioannes, paternum regnum recuperaturus, comparatam partim Maſsiliæ partim Genuę claſſem IIII. id. octobris conſcendit, citerioremque Siciliam adortus eſt e. Pepigerat f ille fœdus cum Antonio Cantiliæ & Crotoni marchione, qui Calabriam ad faciendam rebellionem induxerat; ſed antequam illi poſſet ſe coniungere ab Alfonſo Daualo profligatum reperit: iamque de reditu cogitare cœperat, cum Vulturnum ingreſſus, vt nouas res tentaret, Marzanus Sueſſæ dux, & Roſſani princeps ſe eius partes defenſurum pollicitus eſt, ac plures principum vrbiumque a Ferdinando ad Ioannem ipſum Andegauenſem defectiones ſecutæ, de quibus ſuis locis agetur: nunc reliqua hoc anno geſta proſequimur.

Conciliat ſibi Tarētinū Ferdinandus

a Coll. l. 6.

b ibid.

c Pius lib. breu. pag. 78.

Ioannes dux Lotharingiæ Genuæ oppugnatus a Petro e Campofregoſo.

Petro trucidato vertit impetus in regnum Neap.

d Foliet. hiſt. Genuen l. 11

e Pius lib. breu. pag. 86.

f Gob. l. 4 Collen. l. 6. Pontan. l. 1 Suri. l. 17 c. 1. & ſeq Bizar. l. 13. Foliet l. 11 Collenut. ſup lib. 6.

Sueſſæ dux illi ſe coniūgit.

82 Exponente Pontifici Luſitano Rege plures clericos, dum in Africa Alcaceris oppidum nobile ex infidelium tyrannide eriperetur reſtituereturque Chriſti cultui, ſtrinxiſſe ferrum in barba-

Alcacer captum in Africa a Luſit.

ros,

ros, impiumque fudiſſe ſanguinem, Pius ſubiecto diplomate cenſuras omnes diſſoluit a, quibus ob factas cædes infidelium irretire ſe potuiſſent atque in priſtinos honorum, ac dignitatum gradus reſtituit.

a Lib. 7. pag. 13.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Alfonſi Portugaliæ & Algarbij Regis illuſtris nobis fuit expoſitum, quod olim cum ipſe Rex pro Chriſtianæ fidei limitibus propagandis, ac infidelibus ad fidem orthoduxam reducendis ad partes Africæ, quæ per Saracenos, & crucis viuificæ æmulos occupantur, cum magna claſſe & multitudine bellatorum ſæcularium, ac etiam regularium, nec non ſacerdotum, & clericorum ſe perſonaliter contuliſſet, & oppidum Altaceris, quod tunc per ipſos infideles detinebatur, obſediſſet, ac poſtea fauente Domino vi cepiſſet, presbyteri & clerici præfati tam pro ſuarum ac Regis exercitus prædictarum perſonarum defenſione, & ipſorum oppidi infidelium expugnatione, quam etiam zelo fidei accenſi cum armis eiſdem Regi, & exercitui aſſiſtendo, vna cum alijs bellatoribus contra ipſos infideles acriter pugnauerunt, eidemque Regi præſtiterunt conſilium, auxilium, & fauorem; in quibus quidem conflictu & expugnatione nonnulli vulnerati, & mutilati ſunt, quorum aliqui ſpiritum exhalarunt: quare pro parte præfati Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eorundem presbyterorum & clericorum ſtatui ſuper his opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſalutem appetimus ſingulorum, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnes & ſingulos presbyteros, & clericos ſæculares pariter & regulares, qui vna cum dicto Rege in expugnatione oppidi prædicti interfuerunt, ſibique, vt præmittitur, vel alias quomodolibet inibi præſtiterunt auxilium, conſilium, & fauorem, quorum omnium nomina, cognomina, qualitates, eorumque dignitates, & quæ obtinebant ſeu obtinent adminiſtrationes vel officia & eccleſiaſtica, ſæcularia, & regularia beneficia præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & ſingulariter deſignatis, ab homicidiorum huiuſmodi reatibus, ac omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, ſi quas propterea incurrerunt, auctoritate apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia abſoluimus, &c. [in priſtina ipſos iura reſtituit.] *Dat. Mantuæ anno* MCCCCLIX. III. *id. octobris pontificatus noſtri anno* 1.

Sacerdotes qui barbarorum cædi interfuerant expiati.

83 Ad continendos etiam in pace Carolum Francorum Regem, & Philippum ducem Burgundiæ prouinciam dedit b archiepiſcopo Biſuntino, & epiſcopis Lauſanenſi, Baſilienſi, Tullenſi, & Cameracenſi, vt quæ Eugenij, Nicolai, Calliſti diplomatibus de fœdere inter Francum Burgundumque tuendo ſancita erant mandari operi curarent c, primatum Ioannis archiepiſcopi Bituricenſis aduerſus eos, qui crucem in archiepiſcopatu Bituricenſi præferri vetuerant, aſſeruit intentato iis, qui aduerſarentur, anathemate: inſtituit d Delphini Viennenſis precibus adductus Valentinenſem academiam, eamque priuilegijs illis exornauit, quæ Aurelianenſi, Toloſanæ, & Montiſpeſſulani tributa eſſent: Ingolſtadenſem e a Ludouici ducis Bauariæ rogatu excitauit; & Taurinenſis f vetera priuilegia cōfirmauit.

Pax inter Gallum & Burgū dum confirmata.
b Lib. 32. pag. 308.
c Ib. pag. 300.
d Ib. pag. 313.
Valentinenſis academia a Pio inſtituta. Et Ingolſtadenſis.
e Lib. 4. pag. 87.
f Lib. 3. pag. 19.

Hoc anno nouam militiam Societatem Ieſu Chriſti nuncupatam, quæ ſe bello in Turcas gerendo fideique amplificandæ deuouerat, multis priuilegijs decorauit, atque vniuerſos præſules, Reges, ac principes rogauit, vt eos, qui huiuſmodi ſe ſocietati aggregarent proficiſcerenturq; in barbaros opera, & ſtudijs iuuarent, quæ literæ hac nota temporis conſignatæ a. *Dat. Mantuæ anno* MCDLIX. III. *kal. iulij pontific. anno* 1.

Militia dicta Societas Ieſu Chriſti inſtituta.
a Ib. pag. 201.

84 Eodem anno Pius defuncto in Romana curia Gregorio patriarchæ Conſtantinopolitano Iſidorum Ruthenum in eius locum ſubrogauit, de quo extat hoc diploma b.

Gregorius Græcorū patriarcha vita functus apud ſedem Apoſt.
b Lib. 3. bulla pag. 463.

Venerabili fratri Iſidoro epiſcopo Sabinenſi ſalutem, &c.

Cooperante Dei miſeratione in œcumenica ſynodo generali Florentina tempora felicis recordationis Eugenij Papæ IV. prædeceſſoris noſtri congregata ſedato ſchiſmate ſtatutum & ordinatum fuit, vt quamprimum aliquam ipſarum duarum partium dicti patriarchatus per ceſſum, vel deceſſum, aut alia quauis dimiſſione illi tunc præſidentis vacare contingeret, patriarchatus ipſe & eccleſia Conſtantinopolitana reintegraretur, & deinceps vnus tantum eidem eccleſiæ tam Latinorum quam Græcorum patriarcha præeſſet; ſucceſſiue vero altera parte eiuſdem patriarchatus, videlicet Latinorum cui bonæ memoriæ Ioannes Contareno patriarcha Conſtantinopolitanus inter Latinos, dum viueret, præſidebat per obitum ipſius Ioannis patriarchæ extra Romanam curiam defuncti vacante piæ memoriæ Nicolaus Papa V. etiam prædeceſſor noſter ſtatutis, & ordinationibus dicti concilij ſe conformans voluit, quod bonæ memoriæ Gregorius patriarcha Conſtantinopolitanus, qui alteri parti, videlicet Græcorum, præfuerat, & tunc præerat, pro vero & vnico patriarcha Conſtantinopolitano haberetur & reputaretur; nec non illi eccleſiam Nigropontenſem huiuſmodi per ſe tenendam, regendam, & gubernandam in ſpiritualibus, & temporalibus ſub certis modo, & forma commendauit: *Et infra*: Cum itaque præfata eccleſia Conſtantinopolitana per obitum eiuſdem Gregorij patriarchæ, qui nuper apud ſedem Apoſtolicam diem clauſit extremum apud ipſam vacauerit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter nos hac vice ſe intromittere potuerit ſiue poſſit, *& infra*, de perſona tua eiſdem Conſtantinopolitanæ & Nigropontenſi (coniunctæ enim fuerant donec Conſtantinopolis recuperaretur) eccleſijs prouidimus, teque illis præfecimus in patriarcham, & paſtorem, &c. *Dat. Senis anno* MCCCCLIX. XII. *kal. may pontificatus noſtri anno* 1.

Vt ſublata ſit duorum patriarchatuum lis.
Iſidorus Card. ſuffectus Gregorio.

85 Commendata eſt a Pio c eidem Cardinali Nicoſienſis eccleſia adeo, vt vna cum ea epiſcopatum Sabinenſem, Nigropontenſem archiepiſcopatum, & patriarchatum Conſtantinopolitanum gereret. Exambiuerat Nicoſienſem ſedem Iacobus Ioannis Cyprij Regis filius nothus, cui Reginæ Helena, & Carlotta aduerſatæ d ſunt, ſcripſereque ad Pontificem indignum illum eccleſiaſtico faſtigio, vt qui manus humano ſanguine inquinaſſet, quas literas cum intercepiſſet Iacobus efferatus odio, contracta valida factioſorū manu Nicoſiam ingreſſus eſt, ac ſibi infenſos contrucidauit, illiuſque vrbis imperium occupauit donec aduentu Ludouici ducis Sabaudiæ filij, qui ad Carlottæ viduæ thorum Cypriumque ſolium vocabatur, territus ad ſultanum Ægyptium profugit. Porro Ludouicus Ludouici du-

In Cypro ortæ graues turbæ.
c Ibid pag. 464.
d Steph. Luſit. in hiſt. Cypri hoc an. Boſius p. 2 hiſt. Hier. lib. 7.
Iacobus Spurius Nicoſiā inuadit. Ludouici Sabaudi aduentu territus ad Ægyptiū fugit.

cis

Digitized by Google

cis Sabaudiæ ſecundo genitus, cuius frater natu maximus imbellis corpore pietate inclaruit, vti ſuo loco dicetur, Cypria corona redimitus, regios Cypri Ieroſolymæ, & Armeniæ conmmexit a. Qui vero, dum in itinere prope Mantuam tranſiens vbi agebat Pontifex, accedere ad illum, vt de bello ſacro in Saracenos, gerendo regnoque contra infideles tuendo ageret per ſummam imprudentiam contempſerat, adeo vt Pius inter Cardinales præſagierit, contemptorem ſedis Apoſtolicæ a barbaris regno deturbatum iri, ad ſultanum Ægyptium veluti illius imperij vectigalis oratores miſit, vt regias veſtes ab illo impetraret: iamque ſultanus ei dandas decreuerat, cum Amiræ ac Mamaluchi, qui Iacobo ſtudebant, vt qui ex Mahumetica impietate licet ſpurius ſorori legitimæ præferendus eſſet, obſtiterunt: Mahometes etiam Turcarum Imperator hortatus eſt Ægyptium, vt Iacobum Carolæ præferret, cuius vir Gallico cretus ſanguine Gallos in Syriam inducere poſſet, quibus permotus ſultanus Iacobum Regem Cypri pronuntiauit, cum prius illum impio & nefandiſſimo ſacramento ſibi obſtrinxiſſet, ac regijs veſtibus ac diademate inſignitum per vrbem circumduci iuſſit. Tum Eliam pſeudocarmelitam, qui nefaria hæc omnia conſilia ſuggeſſerat, religionis Chriſtianæ hoſtem archiepiſcopum Nicuſienſem renuntiauit, armiſque Ægyptijs Ludouicum Sabaudum cum Carola depellendum regno ſanxit: de quo bello proximo anno dicetur. Nunc de nouis Chriſtianæ fidei apoſtatis illuſis a dæmone nonnulla cruentis deflenda lachrymis adiungamus.

a Steph. Luſini vbi ſup.

Ab eo Rex pronuntiatus

86 Hoc anno Atrebati, & in circumiacente agro narrat Monſtreletus a pateſactam perniciosiſſimam hæreſim dictam Vvaldeſianam, nimirum homines vtriuſque ſexus in auia loca abripi ſolitos ad funeſtos conuentus, quibus præerat dæmon, qui virili ſpecie viſendum ſe præbebat, ita tamen, vt nunquam ora oſtenderet, dabatque imperia, ac leges, quibus colendus atque adorandus foret: tum a ſingulis ano ſuo libari oſcula iubebat, dein pecuniolam cuique porrigebat, vina dapeſque opipare inſtruebat, quibus exſaturati pecudum ferarumque ritu in concubitus ruebant. Quibus cognitis a iudicibus & cenſoribus fidei, plures Atrebatenſes ciues inſignes, & alios obſcuri generis homines captos, ſceluſque confeſſos igni concrematos fuiſſe.

Veneficiorum ſecta obiecta.

a Monſtrel. vol. 3. pag. 87.

Quibus artibus illuſa a dæmone.

Exercita in eam ſeueritas judiciaria.

87 Per idem tempus flagitante Carolo Francorum Rege a Pio, vt comitem Marchæ conſanguineum ſuum Caſtrenſem epiſcopum crearet, Pontifex cum animaduertiſſet illum ætate muneri imparem quippe qui decimumnonum tantum annum agebat, hæc ipſi reſcripſit b.

Epiſcopatus non conferendus ætate imparib' muneri.

b Lib. breu. pag. 81.

Pius Papa II. Regi Franciæ.

Is [nempe comes de Marcha Regis conſanguineus] pro quo ſcribebatur, non excedere annum decimumnonum, immo & infra illum eſſe aſſeritur: nec videmus quo pacto miniſterium epiſcopale tali ætati ſine reprehenſione poſſit committi, quod alioquin in robuſtioribus annis, & multa rerum experientia non facile eſt adimplere: *Et infra*: Laudauimus ſemper & laudari audiuimus id, quod tempore felicis recordationis Nicolai Papæ V. prædeceſſoris noſtri in re ſimili a te dictum affirmatur: nam cum ad preces tuas regias quidam minor annis cathedrali eccleſiæ ab eodem Pontifice eſſet præfectus, improbaſſe ſublimitatem tuam prouiſionem tam immaturam, & inſuper dixiſſe: *Quamquam ego interceſſerim, nunquam putaui tamen hoc illum eſſe facturum*; oſtendens videlicet, quæ tua eſſet rogandi neceſſitas, & quod eſſe deberet Apoſtolicæ ſedis officium. Hac ergo nos in præſentiarum ſpe ducti maiori cum fiducia honeſtati adhæſimus, & non conceſſimus quod petebatur, credentes quantum ad annos tuæ ſerenitatis acceſſit, tantum ad bonitatem tuam & ſapientiam acceſſiſſe. Obtulimus tamen dilectis filijs noſtris Rothomagenſi, & Auinionenſi Cardinalibus, quorum ea in re vehementiſſimum ſtudium fuit, velle nos quouſque is adoleſcens ad vigeſimumquintum annum accederet, adminiſtratorem idoneum antedictæ eccleſiæ [nempe Caſtrenſis dare,] aſſerentes id, quod re vera eſt, eodem tempore magnos interceſſores non defuturos, qui ſibi illum vel a nobis, vel a noſtris ſucceſſoribus valeant impetrare: nam declarare ex nunc eundem epiſcopum eſſe quumprimum ad ipſam ætatem peruenerit, indecens multum viſum eſt, nec cum bona conſcientia poſſe concedi; ſcit enim tua ſerenitas iuuentutis curſu nihil eſſe incertius, & hunc ipſum adoleſcentem, quamquam nunc omni probitate ſit commendabilis, poſſe interim tamen talem euadere, vt epiſcopali munere indignum ſe reddat; nec conuenire, vt, cum nos futurorum ſimus ignari, certum euentum de moribus hominis nobis ipſis polliceamur, &c. *Dat. &c.*

IESV CHRISTI
Annus 1460.

PII PP. II. annus 2. FRIDERICI III. IMPERAT. 21.

1 INdicta eſt anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo indictione octaua in Mantuano conuentu a Pio ſolemnis expeditio ab omnibus Chriſtianis conficienda ad religionem contra barbaros defendendam, editumque ea de re apoſtolicum diploma b, quo vniuerſis Chriſti cultoribus ingentes a Mahomete II. iſt expugnata Conſtantinopoli alijſque prouincijs euaſtatis acceptæ clades propoſitæ ſunt, ac decretæ preces a Sacerdotibus inter ſacra fundendæ diebus dominicis; tum noxarum venia arma ſacra in impios capturis promiſſa.

Indicta a Pio II. in cœtu Mantuano expeditio in Turcas

b Lib. 7. pag. 256.

Ad perpetuam rei memoriam.

Eccleſiam Chriſti varijs mundi turbinibus, ac perſecutionibus agitatam ex diuinis ſcripturis, & veterum annalibus ſemper agnouimus, quæ cum a capite ac ſponſo ſuo Chriſto ſcilicet auctore regatur: cui, ſicut ipſe teſtatur, omnis poteſtas in cœlo & in terra diuinitus eſt attributa, nunquam ſine nutu diuinæ diſpoſitionis talia ſuſtineret, niſi ipſe ad correctionem exercitationemque fidelium hoc inferri permitteret; interdum etiam impios & iniuſtos occulto aliquo inſtinctu ad punienda populi ſui peccata excitat: ſic namque per ignaros, & neſcios errata populi ſui corrigit & punit diuina iuſtitia, ſicut quondam per Sennacherib, per Nabuchodonoſor, per Antiochum, alioſque quamplures populum Iſraeliticum delinquentem afflixit, ſicut ipſe per prophetam eloquitur: *Virga furoris mei Aſſur*; ipſe autem non cognouit. Verum etſi profanis & impijs

Ob peccata fideles a Regibus impijs exagitati.

tam-

Digitized by Google

tanquam inſtrumentis atque flagellis ad coercenda peccata vtatur Altiſſimus, illos tamen impia vanitate ſuperbientes, & quaſi ſecures & ſerras contra eum, qui cædit vel ſecat in eis gloriantes, etiam per illos ipſos, quos prius flagellari permiſit, emendatos atque correctos deprimit & conterit diuina potentia, quæ cum in diuinis ſcripturis ſacta legantur, & ad noſtram instructionem ſcripta probentur, cunctos fideles oportet præſentem perſecutionis anguſtiam, & pari pœnitentiæ fructu diuertere, & animos ſpe diuina fundare, ſcientes ſe diuina prædictione, & prophetica in pſalmis conteſtatione commonitos, dicente Domino: *Si autem dereliquerint fily eius legem meam, & in iudicys meis non ambulauerint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſperdam ab eis, neque nocebo in veritate mea, neque profanabo teſtamentum meum.*

Quamquam autem Turchorum preſſuram, & perſecutionis inſtantis rabiem merito noſtræ iniquitatis incidiſſe profiteri humiliter debeamus, ſperamus tamen atque confidimus illis diutius ſæuire permiſſum, vt ſuperbia eorum altius aſcendente, & diuinam vltionem prouocante, iam quaſi eorum malitia cōſummata acriori vindicta plectantur, Amorræorum & Amalechitarum exemplo, quos licet Deus propter peccatum in filios Iſrael ſæuire permiſiſſet, illos tamen in manu eorum cum omni terra tradidit, præcipiens, vt nemini parcerent, ſed illos vltima internecione delerent. Quod ſi pridem multifarijs gentilium atque hæreticorum perſecutionibus fideles ſuos voluit comprobare, iſtis tamen temporibus vergente iam ſæculi occaſu, quo, Saluatore teſtante, omnium abundauit iniquitas, & refriguit charitas multorum, grauior procella, & terribilior preſſura, qualis ante non fuit, ceruicibus noſtris incumbit, cum radix illa peccati, miniſter diaboli, antichriſti præcurſor perfidiſſimus Mahumet ſpiritu ſuperbiæ elatus in Chriſti cultores rabiem ſui furoris exercet, qui illa miſeranda, & nunquam ſatis deflenda Conſtantinopolitana cæde ac ſtrage graſſatus, nec tamen ſatiatus, tamquam ſanguinaria beſtia hauſto Chriſtiano ſanguine polluſas fauces explere non poteſt, ſed nouas in Dei cultores pœnas excogitet, cuius inſatiabilis carnificis tanta rabies eſt, tam inexplicabilis libido dominandi, vt totum occidentem ſibi ſubijcere, & totius Chriſtiani nominis paret, ac moliatur exitium, cuius cum execranda rabies intolerabiliſque ſuperbia ſemper excreſcat, adeſſe iam diem vltionis ipſius, & vindictæ tempura feſtinare creduntur.

Impij demum abolenti.

Mahometes præcurſor Antichriſti.

2 Sane licet felicis recordationis Nicolaus Papa V. prædeceſſor noſter poſt ipſius Conſtantinopolitanæ vrbis calamitoſum excidium ad vindicandas Chriſti iniurias, & illius furorem reprimendum, generalem expeditionem indixerit, Regeſque & principes, atque ſæculi potentes, & cunctos Chriſticolas ad defenſionem fidei excitarit, & ipſum pio ſtudio felicis recordationis Calliſtus Papa III. fuerit imitatus, nullus tamen hactenus optatus fructus peccatis exigentibus ſecutus eſſe dignoſcitur, nec interea deſtitit diuina cenſura acrioribus nos verberibus excitare, Chriſtianis finitimis cæde, rapina, tormentis, & miſerabili ſeruitute affectis, donec iam incendium ſenſim excreſcens omnia per circuitum erumpente flamma conflagrare cœpit. Nos vero, qui ipſis prædeceſſoribus, ſicut Domino placuit, re infecta ſublatis, diuina fauente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus fuimus aſſumpti, diuinæ vocis cohortamur imperio, vt in tanto fidei Chriſtianæ diſcrimine periculum deſidiæ, quatenus poſſumus, declinemus. Itaque fidei vrgente nos zelo in ipſis noſtri apoſtolatus initijs ad excitandum Chriſtianorum ſoporem Mantuam nos aduehi fecimus, vbi in præſentiarum conſtituti generalem conuentum pro fidei cauſa tenemus, multa cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ac principibus, tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus, ſiue eorundem principum legatis conferentes atque tractantes, poſt maturam & diutinam deliberationem, de eorundem fratrum conſilio & aſſenſu, nec non oratorum, & prælatorum in conuentu Mantuano præſentium vnanimi voto modo, quo ſequitur, duximus prouidendum.

Nicolai V. & Calliſti III. ſtudia pro bello in Turcā conficiendo.

Redintegrata a Pio.

3 In primis generale bellum atque expeditionem contra perfidiſſimos Turchos Dei noſtri acerrimos hoſtes more prædeceſſorum noſtrorum, qui generales expeditiones, vel ad liberandum terram ſanctam, vel contra alios infideles indixerunt, ab omnibus Chriſtifidelibus triennio duraturum gerendum, ac ſuſcipiendum eſſe decernimus, omnes & ſingulos Chriſtianos ad præſidium eius belli pariter pro viribus inuitantes, decernentes pariter in tantæ neceſſitatis articulo vnumquemque pro viribus, & ſecundum quorum infra dicendum ex ſuis facultatibus debere conferre. Et quoniam Moyſes, qui ſummi ſacerdotis & Chriſti vicarij typum geſſit, ad ſuperandum Amalech figuram Chriſti portabat, in ſigno & Sacramento crucis alleuabat ſupinas manus, nec vincere aduerſarium potuit, niſi poſtquam ſtabilis in ſigno alleuatis iugiter manibus orando perſeuerauit, verumque intelligimus faciendum. Itaque ſcientes fidelibus de inſtantia orationis eſſe fidendum, mandamus vt in omnibus ciuitatibus, ac locis inſignibus diebus dominicis preces in ſacrificijs ac miſſarum ſolemnijs, nominatim ad Dominum effundantur, vt ipſe, qui eſt propugnator inuictus, propugnatores ſuos adiuuet, & pro ſui nominis gloria decertantibus in prælio tamquam dominus fortis ac præpotens præliator aſſiſtat: milites vero, & bellatores ipſo viuifico ſigno, quod Moyſes in figura contra ſerpentem erexit, contra alterum vero ſerpentem diabolique miniſtrum Mahumetem volumus inſignire, illius ſigni memoriam præferentes, quod ſuper domos, cum terram Ægypti Deus percuteret, iuſſit affigi: quandoquidem in imagine præcedens veritate complebitur, vt in agni ſanguine & in ſigno Chriſti victoriæ trophæum ſint relaturi.

Sacra expeditio communi conſilio decreta.

Solēnes preces imperatæ.

4 Inſuper vniuerſos Chriſtianorum principes, quacumque etiam imperatoria, regali aut reginali, ducali vel quacumque dignitate præfulgeant voce Domini commonemus, vt cognoſcant ſe reddituros eſſe rationem propter Eccleſiam ſanguine redemptam, quam ab illo tuendam acceperunt, quorum Deus virtutem excitare nos iuſſit, ac ore prophetico commonere dicens: *Nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Apprehendite diſciplinam ne quando iraſcatur Dominus*; terribilis eſt enim qui aufert ſpiritum principum terribilis apud

Conteſtatio Apoſtolica ad Reges vt arma in impios exerceāt.

Reges terræ. Meminerint Saulis exempli, qui pro eo quod non obediſſet voci Domini, vt Amalechitas eius hoſtes extrema interemptione non deleuiſſet, a Domino reprobatus fuit, ac regno mulctatus. Proinde illos per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti obſecramus, & per tremendum eius iudicium obteſtamur, vt ad defenſionem Chriſtianæ fidei, ſicut proprio & neceſſario incumbit officio, fortiter exurgant & potenter, ſcituri quia maior eſt Dominus ad protegendum, quam diabolus ad impugnandum, Ioanne in epiſtola conteſtante atque dicente: *Maior eſt qui in vobis eſt, quam qui in hoc mundo eſt*; habituri in medio ſui Regem regum, principem pacis, electum præ conſortibus ſuis, qui illis pugnantibus propugnator aſſiſtet, immarceſcibiles coronas ab eo gloriæ ſuſcepturi.

Maiorē eſſe Chriſti vim dæmonū tyrannide.

5 Omnibus autem, qui in hoc ſancto opere Chriſto militare voluerint, & perſonaliter in hanc expeditionem acceſſerint, & in eadem per octo menſes cuiuslibet anni, quatenus tanto opere opus fuerit, in kal. menſis aprilis proxime futuri inchoandos, ſiue clerici ſiue laici vel quacumque eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, perſeuerauerint; nec non illis, qui etiam poſt menſem prædictum aprilis ad huiuſmodi expeditionem ſe conferrent, & vel per octo menſes, vt præfertur, ſiue vſque ad reditum exercitus ibidem permanſerint, nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, & ex illa quam nobis licet indignis contulit Deus, ligandi atque ſoluendi poteſtate, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, qualis per prædeceſſores noſtros proficiſcentibus in ſubſidium terræ ſanctæ, & in anno iubilæi vrbis baſilicas viſitantibus dari conſueuit, concedimus & auctoritate apoſtolica impartimur, confidentes in verbo illius, qui falli non poteſt, quique patrem precatus eloquitur: *Pater, quos dediſti mihi volo vt vbi ego fuero, & ipſi ſint mecum, et videant claritatem, quam mihi dediſti priuſquam mundus fieret*; omnium, qui in hac ſancta expeditione pro veritate fidei, & defenſione Chriſtianæ religionis obierint, animas ad gloriam immortalitatis euectas cum Chriſto, quem pia morte fuerint imitati, cuique fideles animas deuouerunt, in æternis ſedibus regniſque cœleſtibus perenniter gauiſuras: eos autem, qui proprijs perſonis non acceſſerint, ſi pro ſe vnum pugnaturum emiſerint, & per dictum tempus proprijs facultatibus ſuſtentauerint, tam mittentes, quam bellatores, & miſſos alienis etiam expenſis militantes huiuſmodi plenariæ remiſſionis volumus atque decernimus eſſe participes.

Secuturis bellū promiſſa cæleſtis immortalitas.

6 Vt autem omnis ſexus, ætas, atque conditio huiuſmodi indulgentiæ particeps eſſe poſſit, volumus vt quæcumque cœnobia, ſeu loca religioſorum marium, vel mulierum, cuiuſcumque ordinis ſeu profeſſionis exiſtant, qui pro ſingulis decem ſuppoſitis clauſtri ſui vnum bellatorem ſuis ſumptibus per octo menſes duraturum deſtinauerint, huiuſmodi indulgentias plenarie conſequantur. Quod ſi forte præfixo tempore non exacto ipſorum aliquos poſt iter arreptum in proſecutione pij & ſancti operis ex hac luce migrare contigerit, volumus atque concedimus, vt præfatam indulgentiam integraliter conſequantur, &c. [Abrogat cæteras indulgentias exceptis ijs, quæ vrbis baſilicas luſtraturis conceſſæ ſunt: cruceſignatos in clientelam apoſtolicam accipit, omnibuſque oneribus exoluit: piratas & cum ijs ſentientes, qui bello ſacro obſtiterint, anathemate percellit, alijſque pœnis legibus conſtitutis mulctat.] *Dat. Mantuæ anno* M C C C C L I X. X V I I I I. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* II.

Et ijs qui milites ſubmiſerint.

7 Decretum ad bellum communi omnium Regum & principum, qui oratores miſerant, conſenſu confirmat alijs literis Pius a: *Conuocatis*, inquit, *omnibus principibus & populis, qui ſub lege Chriſti cenſentur ſeſſionem publicam celebrantes, habita cum memoratis fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus conſultatione matura, vnanimi quoque voto aliquorum catholicorum principum in conuentu Mantuano exiſtentium, nec non oratorum chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regum illuſtrium, & aliorum dominorum temporalium, & communitatum ac populorum ſimili aſſenſu interueniente, & nemine eorum diſcrepante in primis aduerſus impiam Turcorum gentem bellum triennio duraturum pro Dei honore ſuſcipiendum indiximus*. Pro ſumptibus autem bellicis laicis trigeſima omnium obuentionum pars, Iudæis vigeſima, clericis decuma imperata, eaque de re ſanctiones b in eodem cœtu Mantuano editæ fuerunt. Admiſere vero illud de trigeſima decretum non Itali modo, verum etiam adiacentes inſulani Siculi, Sardi, & Corſi, vt patet e ſubiectis literis c, quibus definiuit Pius Chriſtianos non modo pro tuenda fide ad opes exponendas, verum ad fundendum quoque ſanguinem obſtrictos.

a Lib. 9. pag. 259.

Conſenſere Cæſares & aliorum Regum & principum oratores.

Decumæ & trigeſimæ pro ſtipēdijs indictæ.

b Sup. pag. 259. 262. 310. & 333.

c Ibid. pag. 262.

Ad futuram rei memoriam.

8 Aduerſus impiam Turchorum gentem bellum triennio duraturum pro Dei honore ſuſcipiendum indiximus: verum quia aduerſis nationibus, & prouincijs, quæ ſub fide Chriſti conſiſtunt, pro locorum opportunitate & ſitu, iuxta diſpoſitiones & qualitates earum, diuerſa quoque auxilia & ſuffragia ſuerint comparari poſſunt, quæ vſu huic neceſſaria bello, & ſanctæ expeditioni erunt, cum inclita & præpotenti natione Italica primum tractatum inchoantes, quem integram cum omni ſuo potentatu habuimus: tandem inſpirante Domino, qui vbi & ſi quando vult ſpirat, Italiæ principes, & dominorum, qui præſentes non affuerunt, ſed potentatuum eiuſdem nationis oratores, plena auctoritate ſuffulti in vnum conuenientes, de pecunijs, rebus, & bonis ſibi a Deo collatis per laicales perſonas trigeſimam partem omnium fructuum, & prouentuum annuorum contribui facere in ſubſidium fidei, & pro ſuſtentando bello tanto authenticis ſcripturis ſe ſponte aſtrinxerunt. Et licet nos, quibus datum eſt vices illius gerere, qui cunctorum eſt dominus, vrgente tali neceſſitate, cum caput ſimus Eccleſiæ militantis conſtituti, Chriſtianis vt fidei ſuæ ſubuenirent imperare abſque aliquorum conſenſu potuiſſemus, gratias tamen in primis Deo omnipotenti agimus, qui mentes omnium voluntarias in hoc efficere dignatus eſt, eandemque Italicam nationem plurimum in Domino commendamus. Quare cum ad rabiem, & potentiam Turchorum comprimendum neceſſaria ſit maxima armorum vis, & maritima claſſis, ac terreſtris non paruus exercitus, neque ea fie-

Conſenſere decreto Itali.

Digitized by Google

ri & ſuſtentari poſſint ſine grauiſſimo ſumptu, auctoritate omnipotentis Dei, & noſtra ab vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus in natione Italica conſtitutis, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ fuerint, laicalibus perſonis vtriuſque ſexus, eandem trigeſimam partem omnium fructuum, redditutum, & prouentuum annuorum vndecumque, & quomodocumque ex poſſeſſionibus, agris, paſcuis, nemoribus, animalibus, mercimonijs, & quibuſcumque officijs publicis, & priuatis, exercitijs, induſtrijs, & artibus mechanicis, vel alias qualitercumque ad eorum manus deuenientium, per triennium imponimus per præſentes. *Et infra.*

Ex quocumque quæſtu trigeſima bello turcico conſecrata.

9 Communitates quoque, quæ ſuis legibus, & moribus viuunt, & omnes Chriſtifideles in dicta natione exiſtentes, includendo etiam inſulas Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, per paſſionem eius & crucem, per ſanctum baptiſma, in quo baptizati & renati exiſtunt, deprecamur, requirimus, monemus, & in virtute nominis Chriſti, quod ſupra omne nomen eſt, præcipimus & mandamus, vt prompto animo in ſubuentione tam ſancta pro tuendo nomine Chriſtiano, quod profitemur, pro euitandis periculis eorum ceruicibus imminentibus prompte, fideliter, & ſine aliqua fraude portiunculam trigeſimæ huiuſmodi contribuere, & erogare velint, cum pro fide non ſolum hanc temporariam, & continuo pereuntem ſubſtantiam, ſed ſanguinem & vitam exponere aſtricti ſint. Cæterum vt Chriſtifideles in tam ſanctum opus feruentius animentur, quo ſpiritualibus gratijs conſpexerint ſe refectos, eis qui abſque fraude aliqua, & in terminis conſtitutis integre trigeſimam præfatam perſoluerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum ſemel in vita, etiam de quibuſcumque caſibus reſeruatis Apoſtolicæ ſedi in forma Eccleſiæ conſueta veniam elargimur. Alijs vero, qui vltra trigeſimam iuxta eorum conſcientiæ iudicium ſupererogauerint, vt confeſſor idoneus, quem elegerint ſub ſimili forma Eccleſiæ plenariam remiſſionem in mortis articulo concedere valeat, per præſentes indulgemus. Fraudantes vero trigeſimam, & ſemetipſos, ac conſcientiam propriam excommunicationis ſententijs, & eccleſiaſticis cenſuris volumus innodari, &c. [Sublata pronuntiat quæcumque contraria priuilegia.] *Dat. Mantuæ, &c. anno* MCCCCLIX. XIX. *kal. februarij pontificatus noſtri anno II.*

In hac cauſa nō tantum profundenda pecunia ſed etiā vita. Perſoluētibus indulgētia propoſita

10 Exceptum eſt acerbo animo a nonnullis decretum de decumis bello ſacro addicendis, quod cum accepiſſet Pontifex hæc ad Cardinalem Conſtantienſem ſcripſit a: *Si Eccleſia per prælatos ſuos non ſubleuatur, ſi grex dominicus per Sacerdotes Dei non ſeruatur ab hoſtibus, ſi denique ſedes Romana a filijs, quos educauit, & auxit, non ſuſtinetur, nihil eſt, quod vltra deplorare poſſimus.*

a Lib. breu. pag. 101. Cleio cō quærenti de indictis decumis quid reſponſū ſit.

Antequā Mantuanos conuentus dimitteret Pius, aliam ſanctionem edidit aduerſus eos, qui, vt vana ad eludendam eccleſiaſticam ſeueritatem captarent diffugia, ab Romano Pontifice ad futurum concilium prouocabant: ipſos enim vt hæreſis nota inuſtos, reoſque læſæ maieſtatis damnauit; qua de re hæc Gobelinus b: *Irrepſerat iam pridem in Eccleſia Dei exitialis conſuetudo aduerſus Romani Pontificis cenſuras, victi enim damnatique apoſtolica ſententia ad futurum concilium appellabant, iudicem qui non erat, & ſuperiorem Romano præſuli dabant, qui non inuenitur in terris: & cum ipſis a ſuis ſententijs appellare non ſinerent, a Chriſti vicario appellandum eſſe conſentiebant. Conſuluit Pius in ea re patres, qui aderant in conuentu, quid cenſerent. Illi concordi voto reſponderunt appellationes huiuſmodi cum ſuis auctoribus damnandas eſſe, atque ita decretum editum eſt.* Extat illud in regeſtis a Vaticanis Pij II. x. kal. februarij exaratum, tum in bullario b, & apud Gobelinum typis traditum, quamuis aſcriptæ diei numero error ſit illapſus; cuius præcipua hæc pars, qua edendi apoſtolici edicti cauſæ exprimuntur.

b Gobel. in comm. l. 3. Prouocātium a Pont. ad Conciliū corruptela inſignis.

a Lib. 6. pag. 198. & lib. 35. pag. 180. b Bullar. in Pio II. conſt. 5.

11 *Vt alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifeſtiſſime refragantur, quis non illud ridiculum iudicauerit, quod ad id appellatur, quod nuſquam eſt, nec ſcitur quando futurum ſit? pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita ſcelera, nutritur aduerſus primam ſedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis eccleſiaſtica diſciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc peſtiferum virus a Chriſti Eccleſia procul pellere, & ouium nobis commiſſarum ſaluti conſulere, omnemque materiam ſcandali ab ouili noſtri Saluatoris arcere, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, cunctorumque prælatorum, ac diuini & humani iuris interpretum curiam noſtram ſequentium conſilio, & aſſenſu, ac certa noſtra ſcientia huiuſmodi prouocationis introductiones damnamus, & tanquam erroneas ac deteſtabiles reprobamus, &c.* Irrogatur ijs, qui contra hoc edictum tenderent, anathematis igominiæ pœna, collegijs vero & cuicumque ſenatui ac populo iuſtitium ſacrorum indictum, tum in priuatos hæreſeos, & maieſtatis læſæ pœna conſtituta.

Grauiora inde ſequuta mala.

Prouocationes eæ vt erroneæ damnatæ.

12 Promulgata ea ſanctione Pius dimiſſurus Mantuanos cœtus hanc habuit orationem quam affert Gobelinus c: *Paucis*, inquit, *deinde diebus congregatis in templo B. Petri patribus, & vniuerſis principum legatis, re diuina peracta Pontifex e ſolio ſuo indicto ſilentio: Octauum hic agimus menſem*, inquit, *fratres ac filij, eos expectantes, qui ad conuentum vocati fuerunt: noſtis qui venere: deinceps ſperare alicuius aduentum, qui conferre aliquid ad rem noſtram poſſit, vanum eſt, licet iam hinc abire, peregimus, quæ hoc in loco facienda fuerunt. Vtinam Dei bene acta ſit cauſa, quamuis meliora concepimus, quam inuenimus; non tamen nihil omnino peractum eſt, neque ſpes omnis cecidit. Dicendum eſt quo res deductæ ſint, vt ſciant omnes quid adſit ſpei, & qui Reges, quique populi ad tuendam fidem, vel prompti fuerint, vel negligentes. Hungari, ſi adiuuentur, ſummo conatu & vniuerſis viribus ſuis Turcas inuadent: Germani exercitum pollicentur duorum & quadraginta millium bellatorum: Burgundus ſex millium: Itali, exceptis Venetis ac Genuenſibus, clerici decimas, populi trigeſimas annuorum redituum, ac vigeſimas Iudaica ſubſtantia, ex quibus nauales copiæ ſuſtentari queant: idem facit Ioannes Rex Aragonum; Raguſei duas triremes offerunt: Rhodij quatuor. Hæc tanquam certa ſolemni ſtipulatione per principes, ac legatos promiſſa ſunt. Veneti quamuis publice nihil promiſerint, cum tamen expeditionem paratam viderint, haud quaquam deerunt, neque patientur, vt ſuis maioribus deteriores videri poſſint: idem de Francis, de Caſtellanis, de Portugalenſibus dicimus: Anglia ciuilibus agitata motibus ſpem nullam pollicetur, neque Scotia in intimo abſcondita oceano. Datia quoque,*

c Gobel. in comm. l. 3.

Pij conuentum dimiſſuri oratio.

Quantus exercitus in Turcas comparādus.

Claſſis paranda ab Italis.

Suetia ac Noruegia remotiores prouinciæ ſunt, quam milites poſſint mittere, nec ſolis conuentæ fiſcibus pecuniam mittere poſſunt: Poloni Turcas per Moldauiam conterminis ſuam cauſam deſerere non audebunt; Bohemos mercede licebit conducere, ſuo ære extra regnum non militabunt. Sic res Chriſtiana ſe habent.

Conuentum, tere ſeſtrem exercitũ ex duodenoginta millibus conſtituẽ.

13 *Claſſem pecunia Italica parabit, ſi non Venetijs, at ſaltem Genuæ, aut in Aragonia; nec minor erit, quam res ipſa depoſcat: Hungari viginti millia equitum armabunt, peditum haud minorem numerum, qui Germanis iuncti, & Burgundis duodenonaginta millia militum in caſtris habebunt. Et quis non his copijs ſuperatum iri Turcas arbitretur? His accedet Georgius Scanderbechius, & Albanorum fortiſſima manus, & multi per Græciam ab hoſte deficient: & in Aſia Charamanus, & Armenorum populi Turcas a tergo ferient. Non eſt cur deſperemus: tantum Deus ipſe cœpta ſecundet. Ite & narrate domi, quæ hic geſta ſunt, & vt promiſſa in tempore faciant domino, veſtros admonitos reddite, vt propitia nobis ſit diuina pietas orationibus, & operibus ijs operam date. His dictis oblationes ſuas cuncti, qui aderant confirmauere; qui nihil obtulerant confuſi tacuere. Oratores Borſij, vt plus aliquid feciſſe, quam reliqui viderentur, aureorum trecenta millia in expeditionem aduerſus Turcas polliciti ſunt, non ſine auditorum admiratione. Poſtquam omnes ſiluere, iuſſit Pontifex Cardinales, epiſcopos, abbates, & ſacerdotes cunctos, qui aderant, ſacras induere veſtes, & ipſe ſuo ſolio deſcendens ad gradus maioris aræ ſe conuertit, ibique flexis genibus ſuſpirans atque illacrymans ſupplici voce delectos e pſalmis verſiculos, qui ad rem accommodati viderentur, reſpondentibus prælatis, & omni clero longa ſtatio decantauit, & oratione præmiſſa populo benedixit: atque in hunc modum Mantuano conuentui finem impoſuit.*

Scanderbechus & Albanẽſes etiam acceſſuri. Caramanus & Armenij terga Turcas adorturi polliciti.

Borſius trecenta aureorũ millia pollicetur.

Iuſtrat ſacra prece conuẽtus ſolutus eſt.

14 Laudat Philelphus a pios hoſce Pontificis labores in literis ad Alexandrum Cardinalem datis: *Quid Pius cogitat aut loquitur aut agit, quod non ex media virtute proficiſcatur? atque ſi vel in corporis, vel in fortunæ commodis præclarum quiddam, aut præcipuum poſitum eſſe arbitraretur, tum quieti voluptatique ſtuderet, tum cumulandis theſauris, a quibus omnibus ita abhorret, vt nihil a ſe magis alienum exiſtimet quam leuem titillantemque ſenſuum motum, quam auri & argenti ineptum ſtudium. Nouit ſane pater ſanctiſſimus iſtiuſmodi omnia eſſe ſeruilia, & animo ingenti excelſoque indigna: intelligit eum hominem, qui extrinſecus ſit interiori homini obtemperare parereque debere. Huius autem eſſe ita imperare, vt ratio intellectuſque præſcribit; his enim duobus quaſi luminibus mentem humanam omnia aſpicere, omnia videre, omnia dilucide cernere, ſiue ea ſint temporis, ſeu æternitatis, ſiue ſint in mundo, ſeu ſupra mundum. Itaque deſinant mirari ſi imperiti rerum aliqui fortaſſe cœperint, cur Pius Pontifex cum primum eum apoſtolici ſolij maieſtate conſtitutus eſt ad nihil aliud magis animum conuerterit, quam ad ſtabiliendam, & corroborandam Chriſtianam rempublicam.* Quamuis maiora in Turcas decerni potuiſſent in Mantuano conuentu, quæ tamen erant ſancita, ſi ad exitum perducta fuiſſent, ea erant, vt Turcicum imperium excindi potuiſſet; de quo Pius in literis ad Cardinalem S. Angeli b: *Quamuis*, inquit, *maiora a principibus Chriſtianis ſperauerimus, nihilominus talia ſunt, quæ promiſſa habemus, vt ſi impleantur, videatur adiutoria Dei victoria eſſe in manibus noſtris.*

a Franc. Philadel. l. 16. ep. 1. ad Alex. Card. Aragon.

Elogium Pij II.

b Lib. breu. pag. 106.

15 Conſentiunt dictis a Gobelino, quæ in Mantuano conuentu geſta ſcripſit Pontifex ad Franciſcum epiſcopum Interamnenſem Apoſtolicæ ſedis in Anglia legatum, in quibus nonnulla a Gobelino prætermiſſa exprimit, additque Beſſarionem Cardinalem ad Matthiam Hungariæ Regem cum Imperatore conciliandum in Germaniam legatum miſſum, & Francorum Regem ad bellum ſacrum promouendum paratum, ſi nata ipſum inter & Anglorum Regem diſſidia componerentur: ob id itaque deſignatum communem ad rem agitandam locum, & Hermolaum epiſcopum Veronenſem ad Carolum mitti: daret proinde operam, vt ipſe in legatione Angliea muneri non deeſſet, & Henricum ad amplectenda pacis conſilia flecteret.

Beſſario decretus pro Vngaro conciliando Imperatori.

Pius Papa II. epiſcopo Interamnenſi.

Venerabilis frater, &c. Adiuuante diuina pietate glorioſe concluſum eſt cum tota natione Italica, cum Germanica, cum Hiſpanica etiam, & cum dilecto filio nobili viro duce Burgundiæ. Obtulerunt Itali decimas eccleſiaſticorum, vigeſimas Iudæorum, & trigeſimas laicorum, liberam denique indulgentiarum vbilibet prædicationem: Germani vero triginta millia peditum, & equitum decem ſimul cum decimis atque indulgentijs; Rex vero Caſtellæ in Saracenorum bello ſedulo verſans, & regnicolas ſuos fatigans decimas ſolas, & prædicationem crucis indulgentiarum recepit: dux quoque prædictus peditum quatuor, & equitum millia duo in hanc ſanctam expeditionem vltimo promiſit. Nos vero, vt Saluatoris noſtri imitaremur exemplum, qui docere cœpit, & facere, decimam integram non ſpiritualium tantum, ſed ſæcularium quoque redituum primi obtulimus. Idem fecerunt venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales: neque in Apoſtolica ſede tepiditas vlla reperietur, aut tarditas. Et quia pax per ſuperiores menſes inter principes Alemaniæ opera noſtra compoſita non ſatis firmitatis habere apparebat, quia etiam inter imperialem celſitudinem, & Regem Hungariæ mutua concordia, & ſecuritas ad traducendos exercitus in primis eſt neceſſaria, ad hæc omnia tractanda mittendum illuc duximus venerabilem fratrem noſtrum Beſſarionem epiſcopum Tuſculanum S. R. E. Cardinalem Nicænum, cuius virtus & in hoc ſancto opere affectio fraternitati tuæ ſunt cognita.

Quæ ſubſidia promiſſa.

16 Nouiſſime autem venientibus ad nos oratoribus chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Franciæ Regis illuſtris, & tractatum fidei ingreſſis inuenimus illi Chriſtianiſſimo Regi voluntatem ad bene agendum facilem eſſe, ſed propter diſſenſiones inter eum, & ſereniſſimum Angliæ Regem vigentes non ita ſecuro animo ad præſtanda Chriſtianis contra Turcos auxilia poſſe attendere, propterea nos, ne quid piæ intentioni ſuæ obſtaret, dietam vnam, ad quam amborum Regum, & aliorum, quos hoc negotium tangit, oratores coirent, legatumque vnum de latere obtulimus: ac ne qua in eligendis locis eſſet diſſenſio, quatuor ciuitates, quas neque ſuſpectas, neque propter vicinitatem incommodas iudicaremus eligimus, Colonienſem videlicet, Leodienſem, Auinionenſem, atque Metenſem, conueniendi tempus opportunum cenſentes proximum Ioannis

De Anglis & Gallis conciliãdis actũ.

Locus pro conuentu deſignatus.

Bapti-

Digitized by Google

Baptiſtæ feſtum. Reportant itaque ad regiam ſerenitatem oblationem hanc oratores prædicti, & venerabilis frater noſter Hermolaus epiſcopus Veronenſis, quem illuc nuntium mittimus, hæc etiam pluribus verbis cum eodem Rege concludet.

Hortamur itaque eandem tuam fraternitatem in Domino, vt quoniam tractatus huiuſmodi treuguarum, vel pacis inter iſta duo regna propter retardationem oratorum ex Anglia teneri in præſenti dieta non valuit, ſaltem hæc omnia regiæ ſerenitati noſtro nomine exponas, eamque tuo ſolito ſtudio inducas, vt & dietam oblatam, & aliquem ex deſignatis locis, in quem partes conſentiant, libere acceptet; oratores inſuper ſuos ad omnia ex tunc tractanda cum pleno mandato tranſmittat; neque ab hoc ſalutari opere, quod Regum eſt proprium, & in quo Deo eſt debitor, vllo reſpectu ſe retrahat: quotidie enim magis, ac magis inualeſcent pericula noſtra, & vires Turcorum augentur, a qua impia ſeruitute ſi liberari tandem non poterunt fidelium animæ, teſtificabimur coram Deo & hominibus non ſtetiſſe per nos, neque per ſanctam ſedem Apoſtolicam, quo minus lex ſua, & ſanctum euangelium atque adeo Chriſtiana religio ſine ab illis conſeruata, &c. *Dat. Mantuæ x. ianuarij anno 11.*

17 Miſſæ eodem argumento ad Ioannem Carnialem Cardinalem in Hungaria legatum literæ a, quibus ipſum ad meliorem rerum ſpem excitat, deque indicto ad Gallos Angloſque in concordiam redigendos conuentu facit certiorem; de quo etiam meminit ad Carolum Francorum Regem ſcribens b, additque proximum S. Ioanni Baptiſtæ ſacrum recurrentem diem conſtitutum, ſeque ad eundem conuentum apoſtolicum legatum, vt paci vel induciis inter ipſos pangendis nauaret operam: ſimulque pluribus verborum officijs ſuum in Ferdinandum ſtudium excuſauit.

a Ib. pag. 104.

b Ib. pag. 102. Indictæ inter Anglos Galloſque induciæ.

Pius Papa II. Regi Franciæ.

Chariſſime in Chriſto fili, &c. Venerunt ad nos oratores celſitudinis tuæ, viri præſtabiles & digni, qui a tanto Rege ad Apoſtolicam ſedem, & in negotium huiuſmodi mitterentur. Geſſerunt ſe omnibus in rebus diligenter ac ſtudioſe, nihil iudicio noſtro prætermittentes, quod ad officium fidelium oratorum pertineat. Si petitiones tuas omnes illis inſtantibus non adimpleuimus, Deo teſte, non minor eſt nobis, quam tuæ maieſtati anxietas: honor Apoſtolicæ ſedis, quam tueri toto poſſe debemus, & iuſtitiæ debitum, in qua obligati omnibus ſumus, facere hoc nos compulerunt: quod eſt neceſſitas pro Deo, tua bonitas imputare voluntati non velit. Amamus & in cordis viſceribus gerimus tuum Chriſtianiſſimum nomen, cuius veri prædicatores, quantum in nobis fuit, ſemper ſumus inuenti, & auctore Deo inueniemur in poſterum. Negationes noſtræ ſingulares tibi non ſunt: facimus hoc idem cum reliquis Chriſtianis Regibus ac potentatibus, quibus frequenter non damus quod concedere cum Deo non poſſumus: hanc noſtram inſtitutionem tibi, qui veri ac iuſti es cultor, non dubitamus pro tua bonitate probatiſſimam eſſe.

Si Renato nō fauerit P. neceſſitatem excuſat.

Quæ autem ad negotium regni Siciliæ pro officio noſtro reſpondimus: oratores tui prædicti, & noſter, quem ad te deſtinabimus, eadem plenius referent, ſi fideliter omnia exponent: non dubitamus, quin neceſſitatem noſtram habeas excuſatam. Vnum hoc vere affirmamus intentionem noſtram erga chariſſimum in Chriſto filium Renatum Regem illuſtrem optimam eſſe, & nec alienam ab officio indulgentiſſimi patris, cum quæcumque facultas ſe offeret contemplatione Chriſtianiſſimæ tuæ domus, & ſua, reipſa probabimus quod nunc verbis teſtamur. Et quoniam non dubitamus ſerenitatem tuam more progenitorum ſuorum negotium religionis Chriſtianæ, cuius cauſa conuentum hunc Chriſtianorum tanto labore peregimus, glorioſe eſſe amplexuram, nos ne quid ad hoc exequendum piæ voluntati tuæ obſtaret, dietam vnam indiximus, & ad eam legatum noſtrum obtulimus, qui inter inclytum regnum tuum, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Anglorum Regem illuſtrem & alios, quos negotium huiuſmodi tangit, pacem, ſeu treuguas componat: tempus conueniendi proximum Ioannis Baptiſtæ feſtum duximus opportunum: loca quoque ea delegimus, in quorum aliquo partes ipſas conſenſuras facile putaremus, &c. *Dat. Mantuæ x. ianuarij anno 11.*

18 Cum alij etiam ſolemnes cœtus ad Germanos, & Hungaros mutuo deuinciendos fœdere, tum ad cogendum peditum equitumque auxiliarem exercitum, quem Imperator principeſque imperij ſpoponderant, decreti eſſent, Beſſario Cardinalis, vt paulo ante indicatum eſt, qui Græciæ e Turcica tyrannide vindicandæ ſtudio ingenti ardebat, legatus renuntiatus a eſt, vt Germanos ad promiſſa perficienda, expeditionemque conficiendam excitaret, ampliſſimiſque mandatis auctus, vt copiarum duces crearet.

Beſſario ad Cæſarem & Mathiā conciliandos decretus. *a Lib. 1. pag. 49.*

Venerabili fratri noſtro Beſſarioni epiſcopo Tuſculano, Cardinali Nicæno nuncupato, in partibus Alamanniæ, & totius Germaniæ, ac in vniuerſis & ſingulis prouincijs, terris, & locis ſacro Romano imperio ſubiectis in eadem Germania A. S. L.

Conſiderantes inclytam, & potentiſſimam nationem Germaniæ, & quod fortiſſima, & firmiſſima præſidia reipublicæ Chriſtianæ ex eadem natione exhiberi poſſent, ac attendentes promiſſiones oratorum chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Frederici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Regum illuſtrium, ac principum apud nos nuper factas de copioſo & valido exercitu ſub certis conditionibus modo & forma, ſi Deus prout ſperamus cœptis annuerit, tranſmittendo ad eandem nationem, eamquam fidei propugnaculum conuertimus omnes ſpiritus & ſenſus noſtros. De tua igitur circumſpectionis induſtria, quem potentem opere pariter & ſermone, in magnis expertum & arduis, eximia fidelitate & probitate, ac magnitudine conſilij, morum elegantia, eminenti doctrina, & alijs quamplurimis donis virtutum eorum largitor Dominus inſigniuit, ſumentes fiduciam indubitatam, quod illa, quæ tibi duxerimus committenda, peruigili induſtria cum omni ſolertia curabis adimplere in præfata natione in quibuſcumque dictis, & congregationibus indictis ſiue indicendis noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine intereſſendi, & pro tuitione Chriſtianæ religionis, & oppugnatione infidelium quæcumque conſilia, & præſidia oppor-

Data illi a Pio imperia.

opportuna capiendi, conquirendi; ac inſuper ad publicandum præfatas noſtras literas tam cruciatæ, quam decimarum, & omnia alia totius reipublicæ Chriſtianæ ſalutem, defenſionem, protectionem, pacem & quietem concernentia, negotia tractandi, peragendi, ac etiam concludendi, ad dictam nationem Germaniæ, & omnes, & ſingulas prouincias, ciuitates, & loca ſacro Romano imperio ſubiecta in eadem natione conſiſtentia, de fratrum conſilio pacis angelo comitante duximus dirigendum cum plena poteſtate & libera facultate exercitum tam equeſtrem quam pedeſtrem aduerſus immaniſſimos Turcos, & reliquos Chriſtiani nominis & fidei inimicos, parandi, congregandi, inſtruendi & conduci faciendi, de commeatibus, & alijs neceſſarijs prouidendi, & ductores exercitus ac capitaneum eligendi, omniaque & ſingula, quæ pro expeditione huiuſmodi paranda & facienda, & quæ in præmiſſis, & circa ea fuerint quomodolibet opportuna, &c. *Dat. Mantuæ anno* MCCCCLIX. XVIII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* II.

19 De data Beſſarioni Cardinali Germanica legatione Pontifex Mathiam Regem Hungariæ fecit certiorem a, vtque is ad firmandam inter Germanos diſſidentes concordiam, tum maxime ad dirimendam obortam inter ipſum Matthiam atque Imperatorem controuerſiam incumbere iuſſus eſſet, quam niſi diuina pietas ſedaret, omnia de bello ſacro ſuſcepta conſilia confringeremur.

a *Lib. breu pag. 96.* Mathias Rex certior de geſtis factus.

Pius Papa II. Chariſſimo in Chriſto filio Matthiæ Regi Hungariæ illuſtri ſalutem, &c.

Si oratores tui ad te redeuntes fideles relatores eſſe voluerint omnium, quæ geſta ſunt, ſicut eos futuros confidimus, inueniet ſerenitas tua a nobis nihil diligentiæ, & ſtudij in hoc ſancto religionis noſtræ opere defuiſſe. Laborauimus ſupra vires, & pene totum orbem deſiderio noſtro impleuimus: octauum prope menſem in hoc conuentu Mantuano ſedentes, & quotidianis literis principes Chriſtianos ad nos euocantes, non inuenimus, fatemur, eum zelum, quem ſperabamus, nec opinioni noſtræ officia fidelium reſponderunt. Concluſa tamen operante Altiſſimo multa ſunt, atque præclara, neque aduentus huc noſter fuit inanis: *Et infra*: Sunt tamen quæ principes potentatuſque obtulerunt einſmodi, vt ſi in eis permanſerint ſicut confidimus explorata pene ſit ſpes omnia ad honorem Dei feliciter ſucceſſura. Mittimus ad nationem Germanicam in executionem ſuæ pollicitationis venerabilem fratrem noſtrum Beſſarionem epiſcopum Tuſculanum S. R. E. Cardinalem Nicænum noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum. Curabit circumſpectio ſua pacem, vel treuguas inter diſſidentes illic ſtabilire: curabit promiſſum exercitum fieri; & in primis tuam, & imperialis celſitudinis diſſenſionem, in qua tota vis rei conſiſtit, accedente ſapiente opera legati apud te noſtri opportunis modis componere, &c. *Dat. Mantuæ* XVII. *ianuarij* MCCCCLIX. *anno* II.

Non reſponſum a Regibus publicæ expectationi. Ex oblatis tamē affulgere ſpem victoriæ.

Cardinalem quoque S. Angeli ad fœdus Hungaros inter Germanoſque prouehendum cum Beſſarione Cardinale ſtudia ſua coniungere iuſſit b. Præterea Hungaros omnes de auxilijs in Turcos decretis edoctos hortatus eſt c, vt arma vireſque cum Germanis ſociarent.

Caruaial Card. ſtudia cum Beſſarione iuſſus coniungere.
b *Ibid. pag.* 106.
c *Ibid. pag.* 96.

20 Supremum autem exercitus in Germania contrahendi ducem Fridericum Imperatorem vt iam ante memorauimus creauit, vel ſi ductare copias nollet, præficiendi alicuius Germani principis poteſtatem fecit, qua de re datæ hæ ad ipſum literæ a.

a *Ibid. pag.* 105.

Pius Papa II. Frederico Romanorum Imperatori.

Bello iam contra Turcos indicto, & peracta Mantuana dieta, in qua octauum menſem propemodum agimus, & rebus etiam ita compoſitis, vt iuuante diuina clementia expectari communis ſalutis ſecundus exitus poſſit: de duce ad tantum bellum præficiendo a modo eſt cogitandum: hæc enim vna eſt res, in qua apparatuum noſtrorum pars maxima conſiſtat, & quo non ſolum ad perterrendos hoſtes, ſed noſtros confirmandos plurimum ſpectet; virtute ſiquidem ducis, & bene præparata ſucceſſum felicem inueniunt, &, quæ dura conditio rerum difficilia exhibet, conuerti in melius ſolent. Hæc igitur cogitatione noſtra voluentes meditanteſque quinam potiſſimum propter dignitatem, & excellentiam ſuam eligi ad talem prouinciam poſſet, tu nobis, chariſſime fili, primus occurriſti, non ſolum cui tantum munus ex imperiali officio debitum cenſeatur, ſed cui omnes gentes parere, & ſubeſſe non dedignentur. Accedit ad hoc zelus, & charitas tua ſingularis ad hoc ſanctiſſimum opus, accedit auctoritas, & bellicis in rebus doctrina. Illa quoque non deſunt, quæ in præſenti duce laudari conſueuerunt, labor in negotijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo: in tractandis inſuper animis hominum gratiſſima lenitas, omnibuſque in rebus ſingularis modeſtia.

Fredericus ductor cruceſignati exercitus creatus.

Et ſi igitur cæſarea dignitas ex debito hoc tibi imponit, nihilominus vt noſtram & ſanctæ ſedis auctoritatem tecum tanta in re deferas, ſperantes in eo, a quo victor eſt belli, & qui pro iuſtitia certantibus exploratam victoriam repromittit, quod tua celſitudo, quæ non ad effundendum, ſed ad conſeruandum ſanguinem Chriſtianum, non ad humanas, ſed ad Saluatoris noſtri vlciſcendas iniurias eſt profectura, concupitum exitum dabit; de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu te contra Turchorum impiam gentem alioſque infideles legis noſtræ hoſtes, illiſque adhærentes, & complices ducem, ac capitaneum generalem tenore præſentium facimus, ac declaramus, ſerenitati tuæ generales, & particulares exercitus in auxilium defenſionemque Chriſtianorum per nos, & quoſcumque Reges, potentatus, & principes, equeſtres pedeſtreſque vndequaque, quomodocumque, & quandocumque mittendos, ſeu etiam ab omnibus prouincijs, & regionibus per ſe confluentes durante hac ſancta expeditione regendi, gubernandi, atque ducendi ipſius bellum toto conatu contra eoſdem Turchos illoſque infideles gerendi, nec non ſi forte (quod abſit) tu ipſe perſonaliter promiſſa implere, & ad ſanctam hanc expeditionem proficiſci non poſſes, hæc ipſa nihilominus per alium vicecapitaneum, quem virtute & factis inſignem ex principibus nationis Germanicæ duxeris eligendum, nomine tuo, ſicut ſi præſens adeſſes, gerendi atque exequendi, omnia denique alia, & ſingula in dicti belli adminiſtratione iubendi atque curandi, quæ ad complementum iniuncti tibi operis

Si caſtrēſes labores non poſſit ſuſcipere aliū præficiat.

ris

Digitized by Google

ris neceſſaria qoomodolibet videbuntur, & optima facultatem plenariam, ac poteſtatem in nomine Altiſſimi concedentes, hortantesque in Domino tuam ſerenitatem, & per ſalutem Chriſtiani populi, cuius tu vna nobiſcum Deo es debitor, toto corde obteſtantes, vt præclarum hoc opus celſo animo amplectens, talem te geras in obſequium Chriſti, vt quæ de te Apoſtolica ſedes expectat, quæ deſideria Chriſtianorum omnium flagitant, quæ honori tuo imperioque conueniunt, ex demandatis tibi laboribus cum gloria ſempiterna, & pia fidelium exultatione proueniant. *Dat. Mantuæ XII. ianuarij anno II.*

21 Excepit Fridericus Imperator venientem in Germaniam Beſſarionem legatum apoſtolicum honorificentiſſime, adeo vt etiam obuiam illi factus fuerit, ac Norimbergæ & Vvormatiæ celebrati ſunt ordinum imperij conuentus ad neceſſaria pro bello ſacro decernenda: verum nihil ob grauia principum diſſidia geſtum, vt queritur Baptiſta Platina a in Beſſarionis laudatione, ex qua ad hanc legationem Germanicam ſpectantia decerpemus: *Cum*, inquit, *huic tanto apparatui Germanorum principum inter ſeſe bella obſtarent, eo mittere Pius Beſſarionem virum grauiſſimum legatum inſtituit, qui rebus in Germania compoſitis Imperatorem Fridericum, ac reliquos principes ad bellum Turcis indictum adhortaretur. Vadit optimus, licet valetudinarius, etiam hyeme inſtante, quo Pius imperat. Venetias Pado amne primum delatus ducem ac ſenatum ad ſuſcipiendum tantum bellum adhortatus, in Germaniam honeſto magis, quam lauto & eleganti comitatu, flectit iter. Sæuiebat tum hyems februario menſe in Germania potiſſimum, qua regio frigidiſſima eſt. Vexatus itaque cum ventis, tum imbribus, tum nimbus, ac prope continuis, nullum diem intermiſit, quo vlterius non proficiſceretur: & cum ſtare pedibus equi præ glacie vix poſſent, vehiculo Germanorum, quod trabam vocamus, non vectus, ſed tractus eſt.*

a Plat in panegyr. Beſſarion.

Beſſario Venetos ad bellũ Turcicũ hortatur.

A Germanis exceptus magnifice.

22 *Tandem vero poſt labores prope infinitos Norimbergam venit, obuiam prodeunte honoratiſſimo quoque ciue, prodeuntibus epiſcopis, ac toto clero. Vrbem ingreſſus litteris ſtatim, ac nuntijs principes Germaniæ ad ſe vocat: populum quoque Norimbergenſem, vt idem faciat, longa ac graui oratione adhortatur, id velle oſtendens Deum optimum maximum, id Pium Pontificem, id res Chriſtiani populi afflictas prope ac profligatas. Superuenere autem non ita multo poſt auctoritate ſedis Apoſtolicæ, & tanti viri fama permoti principes multi, vel principum oratores; hos enim in conuentu audita controuerſiarum cauſa ad pacem, & concordiam multis, ac maximis rationibus reuocare ſæpenumero conatus eſt. Quid non cogitauit, quid non egit, quid non dixit Beſſarion, quo pacem inter diſſidentes componeret? Aderant principes multi, aderat Cardinalis Auguſtenſis, aderant epiſcopi quidam, aderat Albertus Brandeburgenſis marchio, aderant legati Bauariæ ducis: hos duos principes inter ſe maxime diſſidentes odia prope ingenita & monere, & rogare, & obſecrare vir optimus non deſinebat copioſa & graui oratione de pace habita, quam paulo ante cum admiratione legimus, vt depoſitis ſimultatibus, & odijs de bello Turcis inferendo vna cum Pontifice, & imperatore cogitarent. Ecce dum in conſultatione eſſent litteræ ei a legato Pannoniæ S. Angeli Cardinale redduntur, quibus fit certior pugnatum cum Turcis eſſe, & Pannonios graui prælio ſuperatos ceſſiſſe, periculumque imminere, ne hoſtes victoria elati longe, ac late omnia occupent, vaſtent, ac diripiant. Tum Beſſarion lachrymabundus, ac vicem Chriſtianæ reipublicæ gemens breuiter clades omnes noſtris illatas commemorat, imminens periculum oſtendit, pacem & concordiam proponit, quo liberius & tutius coniunctis armis, & copijs ire in hoſtem ferocem, & recenti victoria exultantem liceat. Cum autem Norimbergæ nil fieri videretur, quod eo propter diſtantiam proficiſci Rhenani principes grauarentur, maxime vero Palatinus comes, transferre conuentum Vvormatiam legatus inſtituit, ne quidquam intentatum relinqueret, quod ad ſedandas lites pertineret.*

Principes Germani in contraria ſtudia diſcißi.

Rogati vt cum Pontifice & Cæſare conſpirent in Turcas.

Norimberga Vvormatiam conuentus translat'

23 *Ventum eſt tandem poſt multa, & grauiſſima pericula Vvormatiam, neque enim peragrare Germaniam ſine præſidio militari licet, quod apud eos (tantum valet conſuetudo) rapinæ & latrocinia quodammodo conceſſa videntur. Susceptus benigne a Vvormatienſibus Beſſarion, legatos tum Imperatoris tum aliorum principum ad ſe vocat, quid ſit agendum proponit. Diſceptatur, nec ſemel tantum, ſed iterum ac tertio: mittit epiſcopos viros grauiſſimos & optimos, quos ſecum habebat, ad vicinos principes, ne quid omitteretur, quod ad concordiam faceret. Vbi autem nihil fieri tanta ſolicitudine videret monendo, rogando, obſecrandoque, Viennam proficiſci ad Imperatorem inſtituit, omnes adhortatus, vt eo ſe propere conferant, arbitratus Cæſaris præſentia, & auctoritate rem optatam ex ſententia confici poſſe. Magnis quidem atque aſperis itineribus eo tandem ventum eſt: fit obuiam Beſſarioni Imperator ad mille paſſus, eumque nullo non adhibito honoris genere in vrbem ducit. Data eſt tantummodo dies quieti: poſtea vero cum legatus ad Imperatorem contra Imperator ad legatum proficiſci honoris cauſa contenderet, peruicit Imperator ad Beſſarionem pergens, quo cum & de pace componenda inter Germaniæ principes, & de bello Turcis inferendo longiſſimus & grauiſſimus ſermo eſt habitus. Cum itaque principes, & legati multorum veniſſent, de eademque re quam ſæpiſſime omni conatu fruſtra tractatum eſſet, poſtpoſito ipſius prouinciæ emolumenta & honore, redire tandem in Italiam lucem feliciſſimam legatus inſtituit, ne fruſtra & tempus, & corpus valetudinarium frigoribus, & labore itinerum, ac tædio animi cauſiceret.* Itaque diſſipatæ omnes ſpes conficiendæ in Germania crucesignatæ expeditionis.

Beſſarionis eluſi labores.

Viennam proficiſcitur.

Magnis ab Imp. exceptus honorib' Irrito exitu de pace agit colloquia In Italiã redit.

24 Per quæ tempora cum Dionyſius Carthuſianus Deum precaretur, vt principes Chriſtianos ſacro in infideles iungeret fœdere, excitaretque ad tot regna, ac præcipue Syriam Chriſtiano cultui reſtituenda, diuinitus accepit, eos tam glorioſo, & pio facinore indignos, quippe qui ſe in veritarum deliciarum cœno volutarent & hoſtili odio, atque crudelitate ſe inuicem inſectarentur, vt Petrus Dorlandus in eius vita refert a: *Dominica*, inquit, *poſt octauas paſchæ tertia celebrante primitias ſuas nouella quodam ſacerdote monacho, cum hic Dei famulus cum fratribus ſtaret in choro ſolita puritate deuotus, facta eſt ſuper eum manus Domini, & traductus eſt a ſenſibus in ſpiritum, æſtuante ardore charitatis intrinſecus, mentaliter Deum fontem immenſæ pietatis deprecationibus pulſans pro Chriſtianorum principum pacificatione concordiaque; audiebat enim grauem imminere conflictum inter præcipuos Chriſtianæ fidei Reges, principes, ac magnates, atque ideo ijs vocibus cœpit Altiſſimum deprecari: Vſquequo non miſereberis Eccleſiæ tuæ, ſuauiſſime omnium miſerator?*

Diſſipatæ ſpes conficiendæ in Germ. ſacræ expeditionis.

a Dorland in vita Dionyſ. Carthuſ. Ecſtaſis Dionyſij Carth.

Digitized by Google

valor? Quare non ſuccurris, non auxiliaris, ſed permittis ſponſam tuam conculcari pedibus impiorum? Ecce principes populi tui, qui deberent fidem tuam defendere, aduerſarios expugnare, Eccleſiæ tuæ terminos, & cultum Chriſtianæ plebis augere, ecce nunc pugnas contra ſe componunt, & grauibus ſe prælijs atterere moliuntur. Heu, mi Domine Deus, quæ ſtrages inde ſequetur, nonne populus tuus Chriſtianus vnus, & confœderatus populus eſſe debuerat ad impugnandum vnanimiter Chriſtianæ fidei inimicos? at nunc quid tam prauum, tam peruerſum, tam periculo plenum, quam exercitus diſcordi inter ſe diuiſione compugnans? Nunc gaudent magnifice perfidi omnes Turcæ, pagani, Saraceni, hoſtes euangelicæ legis, dum tam turpe & grande malum in populo experiuntur Chriſtiano, nunc horum malitia audaciam ſumit: nunc ſe iactitant facile fore victores, noſtram inſipientiam aſpernantes, atque oſtentui habentes.

Oratio eiuſdem.

25 *Cum his queſtibus aliiſque nonnullis diuinas aures commoueret, audit ſibi a Domino reſponderi: Certe nunc vides magnam principum populi mei ingratitudinem, qui pro modica terrenæ hereditatis ſubſtantia corda & arma exacuunt in ſemetipſos, cum tamen poſſent, ſi vellent, per aliam viam longe facilius ad concordiam perduci: zelant ipſi grauiter & belligerant pro terris ſuis, ſed pro recuperanda hereditate mea electa, pro terra nimirum ſancta, in qua humanæ redemptionis myſteria compleui, nullo zelo accenduntur. Ipſi laſciuiunt in ſtratis ſuis, longos capiunt ſomnos, quaſi iam pacato ſint omnia, non compatiuntur fratribus ſuis, qui ab infidelibus opprimuntur, nec horum calamitatibus miſerentur. Nunquid hi dolent vicem meam, aut regnat in eis amor meus? Non vtique; regnat vero in eis amor priuatus, qui improbus & reprobus eſt, ex quo mala innumera oriuntur, nempe inquietudo, ambitio, inſatiabilis vorago cupiditatis, fœda & adulterina carnalitas, & inhumana belluinaque crudelitas. Ecce tales ſunt hi principes populi mei, horum etiam tales ſunt miniſtri, idcirco cito & horrende apparebo eis, & iudicium durisſimum exercebo in eos, in quibus cum ſenio corporis iuueneſcunt ſcelera carnis, & vitia cordis. Nunquid ego per tales expugnabo incredulos, qui ſunt ipſis deteriores incredulis? Vt ſunt mores, ſic ſunt & eorum veſtes: idcirco niſi ocius reſipiſcant, arguam eos in furore, & iuſtitiæ zelo, & quos altioribus dignitatibus extuli, hos profundioribus ſupplicijs tribuam cruciandos.*

Quid illi reſponſū diuinitus.

Non dignos eſſe principes per quos expugnētur Turcæ.

26 *Talibus comminationibus pauefactus Dionyſius ait ad Dominum: O clementiſſime Chriſte Ieſu, o Verbum æternum propter nos incarnatum, propter nos & Crucifixum, parce, obſecro, ignoſce, ac ſubueni plebi tuæ, præueni, & tange corda noſtra, quamuis dura ſint, & nimium obtenebrata, vt quæramus ac ſapiamus, quæ tua ſunt. Hoc pacto vnanimes reſiſtemus hoſtibus honoris tui, hoſtibus acerrimis ſalutis noſtræ. Ad hæc ſupernus iudex Deus ait: Qui ſemel loquitur in ſcripturis ſanctis ſuam aperit voluntatem. Quid igitur vis tibi reſpondeam? conſule libros diuinos, ſcripturas ſcrutare cæleſtes. Audi matrem tuam Eccleſiam ſponſam meam, quæ in ſe habet inhabitantem Spiritum meum, qui omnem docet, & ſuggerit veritatem.* Et infra: *His viſionibus a Deo perceptis ſanctus pater Dionyſius ſcribens ſublimioribus poteſtatibus, principibus, & prælatis, hortabatur tum minis, tum precibus, vt ocius a prauis ſe temperarent operibus, vt ſe caſtigarent, reformarent, Deo ſe conciliarent, ne imminentibus flagellis, ac cladibus contererentur, immo vero ne æternis cito ſupplicijs deputarentur.*

Repetitæ a Dionyſio preces.

Precibus viſis Dionyſius principes ad ſacrā militiam hortatur

27 Interea Iſidorus Cardinalis patriarcha Conſtantinopolitanus liberandæ e Turcorum ſeruitute Græciæ pio ſtudio flagrans, Mantuaque orientem petiturus, plura collegit arma, vt Græcos iis inſtrueret, hyemiſque aſperitate coactus Anconæ ſubſtitit. Pius vero cum plures legatos in varias prouincias decreuiſſet, inclinante ianuario menſe Mantua digreſſus, Ludouico illius vrbis principe comitante, Ferrariam ſe contulit, atque a Borſio marchione Aeſtino obuiam veniente ingenti & magnifico apparatu, quem deſcribit Gobelinus a, exceptus eſt. Deinde Bononiam per Rhenum flumen petiturus, glacie adeo concretum reperit, vt terreſtri itinere in ſella geſtatus ſit, refectiſque in apoſtolico palatio viribus, Florentiam adijt, honorificentiſſime a magiſtratibus, & Coſimo Medico habitus cultuſque. Inde Senas duodecimo a Mantuæ diſceſſu euoluto die repetijt, ac tertio ab ingreſſu purificatæ Virgini ſacro eccleſiaſtica prece ſacratas faces ſolemni ritu elargitus eſt, defunctoque Antonio archiepiſcopo, Franciſcum ex ſorore nepotem, qui poſtea indito Pij III. nomine Pontificios apices adeptus eſt, Senis archipræſulem dedit.

Pius a Ferrariēſi magnificentiſſime exceptus.

a *Gobel. in comm. Pij II. lib. 4.*

Franciſcum nepotem creat Cardinalem.

28 Recurrentibus deinde vernæ tempeſtatis ieiunijs eundem ſacra purpura ornauit, qua etiam alij quinque donati fuere, vt refert Gobelinus b, habitamque de eorum virtutibus orationem memorat, quæ his concepta verbis a Felice Contelorio repetita eſt: *Quamuis non dubitamus venerabiles in Chriſto fratres, ac dilecti filij, notiſſimas vobis eſſe perſonas eorum, quos feria quarta proxime decurſa in S. R. E. Cardinales aſſumpſimus, pro veteri tamen conſuetudine, de meritis ipſorum pauca dicemus. Quinque viri ſunt, quos & nos, & ſacrum collegium fratrum noſtrorum ad cardinalatus honorem hoc tempore duximus aſſumendos. Primus eſt Angelus Reatinus epiſcopus, vere angelus, & vita & morum honeſtate conſpicuus: huic frater fuit Dominicus tit. S. Crucis in Ieruſalem quondam magni nominis Cardinalis; non minor hic germano, & multa eius extant, quæ poſſimus commemorare: vita omnis ſua mundiſſima; præfuit eccleſiæ ſibi commiſſæ non ſine magna ſubditorum vtilitate, prædicauit euangelium multis annis plebi ſuæ, correxit mores, reformauit quæcumque inuenit male diſpoſita, in legationibus, quas ſedes ſibi Apoſtolica mandauit, diligentiſſimus & fideliſſimus extitit, & nunc Bononiæ cum maxima ciuium gratia legationis munus exercet.*

b *Id. ibid.*

Berardus epiſcopus Spoletanus apud Narniam non ignobili loco natus, qui cum per ſcholas Italiæ cathedras magna cum auditorum dilectione atque vtilitate rexiſſet, tandemque Romanam curiam acceſſiſſet, a Nicolao prædeceſſore noſtro, qui eius doctrinæ culmen admirabatur, in palatium receptus referendariatus officium accepit, in quo ita ſe geſſit, vt omnia ſibi crederet; nam verbum eius verbum veritatis fuit, & iam tum dignus cardinalatu iudicatus fuit. Apud Callixtum quidem chariſſimus fuit, nec ad promotionem eius aliud obſtitit, quam inuidia paucorum. In noſtra vero familia receptus, ob famæ ſingularis odorem, & noſtram gratiam, & aulicorum omnium beneuolentiam meruit, primuſque ſemper apud nos habitus eſt, cum & prudentiam eius & fidem & doctrinam admiraremur, & diligeremus.

Tertius

Digitized by Google

29 *Tertius eſt Nicolaus electus Theanenſis vtroque iure conſultus, qui ſub Eugenio Pontifice Viterbium, ac prouinciam patrimonij pro gubernatione aliquandiu ſumma cum laude adminiſtrauit. Fuit hic cum ageremus in cardinalatu curiæ noſtræ magiſter, domumque noſtram, & prouide & pacifice rexit: in apoſtolatu vero noſtro theſaurareatus exercuit officium, quod fidem, & dexteritatem ingenij maximam requirit, neque audiuimus aliquando alium fuiſſe theſaurarium, qui eius vel bonitatem, vel circumſpectionem ſuperauerit. Miſimus eum ad Reges, & principes, nihil ei commiſimus, quod non prudenter abſoluerit.*

Quartus eſt Alexander ordinis Auguſtinenſium magiſter generalis, ſummus theologicæ ſapientiæ doctor atque interpres, qui annos duos, & quadraginta in religione verſatus eximius cultor, & paupertatis, & humilitatis extitit: huic patria eſt Saxumferratum. Parentes eius quinquennem aut non multo maiorem Deo dicauerunt, cum in fontem cadens mortuo ſimilis extraheretur. Locus in quo primo receptus eſt B. Mariæ profeſſionem emiſit, & reuolutis annis eadem feſtiuitate B. Mariæ & miſſam primam celebrauit, & magiſterium theologiæ adeptus eſt, & in ciuitate B. Mariæ ad cardinalatum per nos aſſumptus eſt: vir omni ex parte perfectus, vocatus a Deo tanquam Aaron, neſcius, nil petens, & dignitates prorſus effugiens receptus eſt in concilium noſtrum, traxit nos odor boni nominis, & vita exemplariſſima, nam etſi animus eius honorem quemuis horreret; virtutes tamen eius petebant ne inhonoratus relinqueretur.

Poſtremus eſt Franciſcus adminiſtrator eccleſiæ Senenſis noſter ſecundum carnem nepos, pontificij iuris interpres. de quo non eſt cur verba faciamus, tum quod ſuſpecta eſſet commendatio noſtra, tum quod non modo noſtro, ſed etiam Cardinalium iudicio dignus hoc munere putatus eſt. Rogati ab eis promotionem eius fecimus: ipſi an bene conſuluerint videbunt. Hic in diaconum, cæteri in presbyteros Cardinales vocati ſunt. Spes nobis eſt vtilem hanc promotionem futuram, nam excepto nepote noſtro reliqui omnes matura ætate ſunt: nemo infra quadrageſimum agit, doctrina ſingulari excellunt, prudentia, & experientia ingenij in omnibus. Nullæ in his ſordes, non arrogantia. non auaritia, quæ hominem excæcat, & idololatram facit, non libido, quæ hominum vires effœminat, non crapula, non ebrietas dominatur. Vicerunt hi viri quæuis vitia, & munda omnibus manus, ſinceræ mentes, videntes & ſolertes animi; aptiſſimi profecto, qui vicario Ieſu Chriſti & aſſiſtant & conſulant. Audiſtis qui ſint, quos promouimus. Nunc vt eorum tres, qui adſunt, videatis oportet. Ite vos diaconi Cardinales, atque eos adducite, vt in collegio veſtro conſedeant.

30 Adducti Cardinalea deſignati rubeo galero decorati ſunt ritu veteri, quem ex eodem Gobelino deſcribendum ducimus: *Sabbato deinde*, inquit, *indicto conſiſtorio in eccleſia cathedrali. Pontifex iuſſit Cardinales nouos, qui aderant, tres accerſiri, & priuſquam venirent de creatione facta, deque meritis ſingulorum pleraque locutus oſtendit omnibus, & dignam & neceſſariam ordinationem fuiſſe. Poſt hæc aduentantes illos ad cancellum ſtare præcepit, & dirigens ad eos verba: Maxima, inquit, filij & excellentiſſima dignitate donati eſtis ad collegium apoſtolicum vocati: conſiliarij noſtri, & coniudices orbis terrarum eritis: inter cauſam, & cauſam, inter ſanguinem, & ſanguinem, inter lepram, & lepram diſcernere vos oportebit. Succeſſores Apoſtolorum: circa thronum noſtrum ſedebitis vos ſenatores vrbis, & Regum ſimiles eritis, veri mundi cardines, ſuper quibus militantis oſtium Eccleſiæ voluendum, ac regendum eſt. Cogitate animo quos viros, quæ ingenia, quam integritatem hæc dignitas requirit: humilitatem non ſuperbiam, liberalitatem non auaritiam, abſtinentiam non ebrietatem, continentiam non libidinem, ſcientiam non ignorantiam, virtutes omnes nullum vitium hic honos expoſcit. Si fuiſtis hactenus vigilantes, nunc vigiletis oportet aduerſus malignum hoſtem, qui nunquam dormit cogitans quem deuoret: ſi liberales fuiſtis, nunc opes in rebus honeſtis profundite, & maxime in alendos pauperes: ſi cibi potuſque abſtinentes, nunc præcipue luxuriam fugite: abſit auaritia, faceſſat crudelitas, exulet arrogantia: ſint libri ſacri ſemper in manibus veſtris, dies noctesque aut diſcite aliquid, aut alios docete: opera efficite, per quæ lux veſtra coram omnibus luceat; & denique tales eſtote, quales eſſe debere Cardinales diiudicaſtis antequam ipſi hoc culmen aſcenderitis. Quibus dictis, vocauit eos ad oſculum pedis, deinde manum oſque porrexit, & antiqui Cardinales ipſos pariter ad oſculum exceperunt, locumque ſedentibus præbuerunt. Mox aduocati cauſas aliquas perorarunt, quibus deciſis Cardinales antiqui ſtantes totam Papa fecere coronam: noui genibus flexis votum pro veteri formula vouerunt. Exin Pontifex vniuſcuiuſque capiti inſigne cardinalatus impoſuit, rubrum de more galerum: chorus hymnum cantauit, gratias Deo reddens. Cardinales antiqui pompam ducentes, exceptis duobus, qui cum Pontifice remanſerunt, nouos ad altare B. Virginis deduxerunt, ibique ſenior Cardinalium, orationem ſuper capita illorum fudit, bona eis & Eccleſiæ ſanctæ multa precatus; atque ita rebus peractis ad Pontificem maximum reuerſi ſunt, qui diſſoluto conſiſtorio in palatium abijt. Par quoque ſolemnitas paucis poſt diebus in aduentu Reatini & Senenſis Cardinalium ſeruata eſt, cum alter ex Bononia, alter ex Peruſio Romam peteret.*

31 Pergit auctor enarrare, vt Pontifex vario humorum fluxu laborans profectuſq; Maceretum, deinde Petriolos balneis e medicorum conſilio vti coactus longiores moraa in Senenſi agro traxerit; quo tempore Rodericus Borgia Cardinalis vicecancellarius Calixti III. nepoa magno cum eccleſiaſticæ dignitatis dedecore Senis laſciuiens ob ſolutiores mores a Pio grauiſſimis hiſce monitis perſtrictua eſt a.

Pius Papa II. vicecancellario.

Dilecte fili ſalutem, &c. Nudius quartus, cum in hortis dilecti filij Ioannis de Bichis conueniſſent fœminæ complures Senenſes ad ſæcularem vanitatem compoſitæ, audiuimua circumſpectionem tuam parum dignitatis, quam ſuſtinet, memorem inter illas ab hora fere decimaſeptima vſque ad vigeſimam ſecundam fuiſſe, & ex collegio tuo ſocium ſe habuiſſe eum, quem ſi non honor Apoſtolicæ ſedis, ætas tamen admonere ſatis officij ſui debebat. Saltatum ibi eſt, vt accepimus, cum omni licentia: nullis illecebris amatorijs parſum, tuque etiam inter hæc omnia non ſecus verſatus, quam ſi vnus eſſes ex ſæcularium iuuenum turba. Referre ſigillatim omnia pudet, quæ in eo loco facta aſſeruntur: iſta non modo re ſed appellatione quoque indigna ſunt gradu, quem tenes. Mariti, patres, fratres, & conſanguinei puellarum, quæ aderant, vt liberior vobis eſſet voluptandi

Quo ritu ornamenta dignitatis cardinalitiæ ſint collata.

Hortatoria Pij oratio ad nouos Card.

Diuertit Pius ad balnea.

Cardinalis Borgia perſtrictus laſciuiæ.

a Lib. breu pag. 161.

Digitized by Google

facultas, ab ingreſſu prohibebantur: vos ſoli cum pautis domeſticis auctures hortatoreſque chorearum eratis. Dicitur nulla nunc de re alia eſſe in ciuitate Senenſi ſermonem præterquam vanitatem tuam ab omnibus irrideti: hic certe in balneis, vbi eccleſiaſticorum, & ſæcularium nnn parnus eſt numerus, vulgi es fabula. Si diceremus iſta nobis non diſplicere, erraremus vehementer: diſplicent certe ſuper quam dici poſſit, vituperatur enim eccleſiaſticus ordo, vituperatur miniſterium noſtrum, neque ad vitæ honeſtatem, ſed ad occaſionem laſciuiæ ditari, & magnifieri videmur. Hinc principum, & potentatuum in nos ſurgit contemptus: hinc quotidianæ laicotum irriſiones: hinc etiam reprehenſiones vitæ noſtræ, cum reprehendere alios volumus: vicarius quoque Chriſti, qui indulgere talia creditur, in eundem cadit contemptum. Valentinæ eccleſiæ præs, dilecte fili, quæ inter Hiſpanorum eccleſias præcipua eſt: apoſtolicæ etiam cancellariæ regimen tenes, quodque factum tuum reprehenſibilius facit, ad conſilium Romanæ ſedis inter Cardinales cum Pontifice ſedes: ſi puellis blandiri, fructus miſſitare, hinc inde vinum prægustatum illi, quam diligas, mittere, effuſo ſtudio omne genus voluptatis per totam diem ſpectare, denique vt fieri omnia licentius poſſint, maritos illarum excludere, gradibus tuis conuenire videntur, tibi ipſi iudicandum relinquimus.

Publicis ſermonibus traductus.

32 Reprehendimur nos propter te, reprehenditur Calixti auunculi tui felix recordatio, qui cumulandis in te bonoribus iudicio plurium errasſe videtur. Quod ſi excuſationem allegas ætatis, non eſt ea tibi iam ætas, vt non intelligas quantum onus dignitas tua ſuſtineat. Eſſe irreprehenſibilem Cardinalem oportet, vitæ morum ſalutare exemplum, cuius perſona omnium non ſolum animis, ſed oculis debet inſeruire. Indignamur poſtmodum atque iraſcimur, ſi a principibus ſæculi parum honorificis titulis appellamur, ſi in poſſeſſionibus beneficiotum turbamur, ſi ſubijcere colla noſtra illorum mandato compellimur: nos ipſi hæc vulnera nobis inferimus, & malorum noſtrorum materiam damus id agentes, vt Eccleſiæ quoque auctoritas in dies euileſcat, cuius rei in hoc ſæculo vituperium ferimus, & in alio ſupplicium dignum luimus. Circumſpectio igitur tua ijs vanitatibus modum imponat, dignitatem tuam recogitet, nec velit inter iuuenes & mulierculas amatoris nomen tenere: ſi enim hæc rurſus acciderent, cogeremur oſtendere, nobis inuitis & dolentibus ea accidiſſe, neque ſine rubore tuo eſſe noſtra animaduerſio poteſt. Te ſemper dileximus, & tamquam eum, in quo grauitatis, & modeſtiæ ſpecimen vidimus, dignum noſtra protectione putauimus: velis vt opinionem bane & mentem retinere diu poſſimus, quod nil præſtare melius poterit, quam vitæ grauioris aſſumptio; anni tui, qui correctionem adhuc pollicentur, faciunt, vt paterne te moneamus, &c. *Dat. Petrioli* XI. *iunij* MCCCCLX.

Morum & officij ratio illi expoſita.

33 Inter hæc, vt refert Gobelinus a, & confirmant acta pontificia b, violauit atrociter ius eccleſiaſticū Sigiſmundus dux Auſtriæ in Nicolao de Cuſa tit. S. Petri ad vincula presb. Cardinale, & epiſcopo Brixinenſi, cum quo de nonnullis iuribus eccleſiaſticis contenderat; illum enim ipſo paſchatis die illuceſcente aurora obſidione cinxit in caſtro Bruneck, eoque in ſuam poteſtatem redacto, caſtrum Tanferr, ac vim auri ingentem, tum plura ſyngrapha, ac literas, quibus reſciſſa erant eccleſiæ Brixinenſis priuilegia, extorſit; de quibus cum Sigiſmundus in iudicium apud ſedem Apoſtolicam vocatus fuiſſet; Pontifex antequam in eum ſeueritatem adhiberet, ipſum monendum cenſuit, eique diem ad dicendam cauſam conſtituit.

a Gob l. 4. breuium II lib 9. pag. 256.

Brixinēſis Cardinalis a Sigiſm. Auſtriaco captus

Ad futuram rei memoriam.

Cum, ſicut facti notorietas, quæ nulla poteſt tergiuerſatione celari, non ſolum ad noſtram cum maxima cordis amaritudine & admiratione, verum etiam multorum perduxit auditum, Sigiſmundus olim dux Auſtriæ ſuggeſtione diabolica inſtigatus in tantam proruperit inſaniam, quod dilectum filium noſtrum Nicolaum tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem, & ex diſpoſitione apoſtolica Brixinenſem, & ipſius Sigiſmundi epiſcopum, & paſtorem hoſtiliter inſecutus, ac armatorum copia conſtipatus eum auſu ſacrilego in ſuæ damnationis præſagium vi capere, & inuitum pro ſuæ damnandæ temeritatis libito detinere, ſibique graues iniurias, & iacturas irrogare præſumpſerit, in maximum diuinæ maieſtatis, ac noſtram & Apoſtolicæ ſedis offenſam, vilipendium, & contemptum, animæ ſuæ periculum, & ſcandalum plurimorum; ac propterea idem Sigiſmundus ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuo infamis, diffidatus, bannitus, inteſtabilis, omnique priuilegio honore, & dignitate exutus, priuatus, ac etiam maioris excommunicationis ſententia innodatus exiſtat, alias quoque cenſuras, & pœnas in conſtitutionibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, ac ſanctorum patrum decretis contentas in tales generalites promulgatas damnabiliter incurrit ipſo facto; nos horribilitatem tanti criminis, & damnandæ temeritatis huiuſmodi ſacrilegium non immerito deteſtantes, & quemadmodum noſtro incumbit officio Suuitenſium & confœderatorum indemnitati, ne literarum earumdem prætextu ad obſeruandum pacis, & concurdiæ prædictorum fœdera ſe aſtrictos arbitrentur, prouidere volentes; ac ex certis alijs rationabilibus cauſis animum noſtrum monentibus nullo huiuſmodi negotium inſtigante aut promouente, ſed noſtro motu proprio literas præinſertas a (inſcriptæ ſunt epiſcopo Auguſtenſi, & abbati Remptenſi, vt Heluetios ad fœdus armorum pro coercendo Sigiſmundo conciteut,) teſtantibus ipſius Sigiſmundi demeritis, & delicti atrocitate, nullas inefficaces, & inualida nullumque ex eis Sigiſmundo præfato ius aut actionem quæſita eſſe, declaramus. *Dat. Senis anno* MCCCCLX. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* II.

Incuſſæ Sigiſmūdo cenſuræ pontificiæ.

a Extant in lib 8. ep. inſcrip.

34 Queſtus eſt apud Fridericum Imperatorem Pius b de patrato a Sigiſmundo flagitio, maxime cum rogatus eſſet c, vt a vexando Cardinale ſibi temperaret. Perculit d deinde VI. id. auguſti anathemate Sigiſmundum ipſum ſpernentem iudiciorum ordinem, quem ob tantum ſcelus ducali indignum nomine cenſuit; tum omnes illus partium ſectatores cenſuris deuinxit: *Declaramus*, inquit, *dictum Sigiſmundum, ac eos omnes, & ſingulos, qui dictum Cardinalem, & epiſcopum diffidarunt expreſſe,*

b Lib. breu. pag. 168.
c Ibid pag. 181.
d Lib. 10. pag. 231. & lib. 11. pag. 23.

Digitized by Google

Inflictæ illi aliæ pœnæ.

ſa, ac cæteros quoſcumque, cuiuſcumque etiam pontificalis dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis forent eccleſiaſticæ, vel mundanæ, qui eidem Sigiſmundo, & alijs prædictis in præmiſſis præbuerunt conſilium, auxilium, vel fauorem, & qui arma contra dictum Cardinalem ſuſceperunt, huiuſmodique nefandum facinus ratum habuerunt, ſeu Sigiſmundum alioſque prædictos poſtea receptarunt, & defenſarunt, nec non eos, qui diffidationi ipſius Sigiſmundi, & aliorum diffidantium huiuſmodi adhæſerunt, aut in diffidationibus eiuſdem Sigiſmundi, & diffidantium aliorum prædictorum comprehenſi ſunt, atque eos, qui dicto Cardinali in fidelitate & auxilio cum potuerunt eo tempore defecerunt, ipſumque Sigiſmundum, & alios prædictos contra præfatum Cardinalem hoſtiliter venientes in caſtris, & locis etiam ad ipſam eccleſiam Brixinenſem ſpectantibus, & ſpecialiter dictum caſtrum Brunech & eius inhabitatores, qui ipſum Sigiſmundum & ſuos ſic admiſerunt, & eos, qui præfata facinora rata habuerunt, eccleſiaſticos & ſæculares, eorum omnium & ſingulorum nomina, & cognomina, ac ſi de verbo ad verbum infererentur eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ob præmiſſa ſicut reos criminis læſæ maieſtatis anathematizatos, perpetuo infames, diffidatos, bannitos, & inteſtabiles, atque ab omni ſucceſſione expulſos, ædificia etiam eorum in ruinam danda [pluribuſque alijs pœnis inflictis] *decernimus per præſentes, &c. Dat. Senis anno incarnationis dominicæ* MCCCCLX. *v. id. auguſti pontificatus noſtri anno* 2.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Prouocat nefarie Sigiſmũdus ad Concilium.

35 Hæc decernebat Pius, vt contumacem principem a cœptis deterreret: at is non modo iuſtis imperijs non paruit, verum in nequitis obfirmatus contra editam hoc ipſo anno Mantuæ ſanctionem ab apoſtolica ſententia ad futurum Romanum Pontificem, vel futurum concilium œcumenicum prouocauit a, nefariamque ea de re formulam ad valuas eccleſiæ Florentiæ affigendam curauit: quocirca commotus merito Chriſti vicarius alia iudiciaria acta (quorũ præcipuam partem ſubijcimus) aduerſus furentem principem, eiuſque perfidiæ participes auctoreſue, quorum præcipuus erat Gregorius Heimburgenſis, qui eloquentiæ ſuæ lenocinijs abutebatur ad flagitia, proximo anno edere compulſus eſt b.

a *Ext. ea prouocatio to. 2. rer. Germanic edit. Froher.*

Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem, &c.

b *Lib. 21. bull. pag. 348.*

Infructuoſos palmitas de vinea Domini ſolerti cura amputantes aſſidue, licet nuper in Mantuano conuentu conſtituti venenoſam ſathanæ nouitatem contra Apoſtolicæ ſedis obedientiam, & Eccleſiæ claues ſub appellationis ſpecie excogitatam matura, & prouida deliberatione, ne catholicas mentes inficeret, damnauerimus, & prouiderimus ſuper hoc opportune, vt apoſtolicis noſtris literis deſuper confectis continetur in hac forma: *Pius, &c. Execrabilis* c *priſcis temporibus inauditis tempeſtate noſtra inoleuit abuſus, &c.* Non minus tamen, poſt huius noſtræ conſtitutionis publicationem decima nona die ianuarij proxime præteriti menſis factam, vnus inuentus eſt Sigiſmundus ex Auſtriæ principibus, homo omni impietate maculoſus, qui ob hoſtilem perſecutionem dilecti filij noſtri Nicolai tit. S. Petri ad vincula presbyteri Cardinalis, & epiſcopi Brixinenſis in ſanctiſſimo paſchæ die ſacrilego furore perpetratam, omni diuino, & humano iure flagitante, & cogente, cum ſuis ſatellitibus, & complicibus ſcelerati ſacrilegij ſocijs anathematis, læſæ maieſtatis criminis, perpetuæ infamiæ, banni, diffidationis, priuationis bonorum eccleſiaſticorum, feudorum, confiſcationiſque bonorum, cæteraſque iuris pœnas, & cenſuras poſt longam expectationem, & legitimum proceſſum octauo die menſis auguſti etiam nouiter elapſi per noſtram ſententiam in ciuitate Senarum incidiſſe declaratus, veluti noſtris ſuper hoc confectis literis habetur, eludendorum canonum propoſito, & iudicij declinandi intentione, vtque ſimplicium animas ſecum adduceret ad infernum, vtque contra Romanam eccleſiam, quam multos * incitatus ab huiuſmodi noſtra irrefragabili ſententia, & prius per nos contra emiſſo monitorio, atque iam in eum latis iuris pœnis, vnam decem a tertia die dicti menſis auguſti, & deinde aliam, & ſic dudum poſt duos menſes a die factæ publicationis conſtitutionis noſtræ præfatæ appellationes prætenſas friuolas, inanes, damnatas, hæreſique & contumelijs plenas, temerario auſu, etiam coram notario & teſtibus, interponere non erubuit, eaſque multarum ciuitatum Italiæ, & Alamanniæ eccleſiarum valuis, vt ad omnium deueniret notitiam notorie, & publice affigi fecit, & ibidem publicauit, inter cætera continentes Sigiſmundum ipſum a nobis ad futurum Romanum Pontificem, vel generale concilium inſtitutum, vel inſtituendum, ac tandem ad vniuerſum populum Chriſtianum, & (vt ſuis verbis vtamur) ad illum, qui ſibi miſereri velit, aut illos, qui iuſtitiam inferioris contra ſuperiores in ipſos incandeſcentes ament, pro ſe & ſuis ſubditis eccleſiaſticis, & ſæcularibus eiuſque adhærentibus, & fautoribus, vt in ſua peruerſitate perduraret, in ſcriptis appellaſſe, prout de hoc nobis pleniſſime conſtat, & notorium exiſtit. Sed delirus iſte omnino non attendebat magis per hæc illaqueari, dum eum ſe ex damnatiſſimis huiuſmodi appellationibus pœnas iuris, in quas eo ipſo inciderat, ex hoſtili notoria Cardinalis perſecutione euaſiſſe putaret, ſe ipſum iterum in non minores pœnas, & cenſuras in dicta noſtra conſtitutione contentas ſic appellando præcipitat. Mentita vtique ſibi eſt iniquitas adeo, quod nunc in propoſiti ſui contrariam partem cadendo nemini dubium reliquit, quin excommunicationis, læſæ maieſtatis, & fautoriæ hæreſis criminibus innodatus exiſtat.

Iniquam diffugia ab eo capta pronunciatũ

* multoties

Hæreſeos crimine ſe denunxiſſe. Gregori9 Heymburgenſis cenſuris percuſſus

36 Huiuſmodi igitur actus Sigiſmundi cum, vt præfertur, nobis conſtent, & notorij ſint, nos officij noſtri debitum exercentes, eundem Sigiſmundum nec non Gregorium de Heymburch [interiectiſque præcipuis ſectatorum nominibus] ſic excommunicationis ſententiam criminis operæ læſæ maieſtatis, & fautoriæ hereſis pœnas, & cenſuras incurriſſe, ac taliter declarantes cum adhærentibus antedictis in eorum eccleſijs, monaſterijs, & capellis infra diuinorum ſolemnia, ac coram populi fidelis multitudine nominatim, & publice denuntient, ac denunciari & taliter declaratos ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitari faciant. Verum ſi fortaſſe Sigiſmundus ipſe veſaniam erroneam eius continuam aliam, aut alias in futurum etiam a præſentibus, vel alijs noſtris literis ſceleratas, vt prius, diabolo inſtigante, ſimiles interpoſuerit appellationes, quoties id fecerit, toties eundem cum teſtibus, & neceſſarijs ſuis dictas pœnas noſtræ conſtitutionis Mantuanæ denuo incidiſſe, & ligatum fore denunciari, & publicari debere, abſque alijs noſtris literis quibuſcumque harum ſerie dicta auctoritate præcipimus aut edictis,

c *Ext. in bullar.*

Et, vt celerius deinceps huiuſmodi periculoſis præſumptionibus obuietur, hac noſtra conſtitutione perpetuo valitura volumus, ac dictis patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, eccleſiarum parrochialium rectoribus, presbyteris, & clericis, &c. in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte iniungimus, ac mandamus apoſtolica auctoritate, vt quamprimum de cætero contra præfatam noſtram conſtitutionem Mantuanam quidquam ſpiritu diabolico, cuiuſcumque dignitatis, gradus, vel excelientiæ etiam regalis, reginalis, aut pontificalis, aut alterius eccleſiaſticæ, vel ſæcularis fuerit ſic, vt præfertur, appellaſſe conſtiterit, illum mox, nullo etiam apoſtolico expectato mandaro, in ipſas pœnas præfatæ noſtræ conſtitutionis incidiſſe denuntient, ac publicent, atque denunciari, & publicari, ac euitari faciant, nec non vbi tales appellationes affixas cognouerint, iſlas amoueant, ac vt libellum famoſum de hæreſi condemnatum coram populo igne comburi procurent, atque appellantes illos dictas pœnas damnabiliter incurriſſe promulgent.

Prouocatio ad Concil. hæreſeos flagitio notata.

37 Præterea cum ſathanæ malitioſa peruerſitas, mundo in maligno poſito, non tam cito ab inſania conquieſcet, ſed omnibus potius modis ſanctæ Eccleſiæ vnitatem ſubuertere molietur, & quod vna via prohibebitur, alia conſequetur; idcirco volumus, quod ſi fortaſſe noſtræ conſtitutionis metu in caſu talis ſubterfugij, concilium futurum non nominando, a Romano Pontifice ad ei inferiorem, vel futurum Pontificem ſummum cuiuſpiam iniquitas appellare præſumpſerit, & harum appellationum prætextu per cenſuras, & pœnas a iure, vel Apoſtolica ſede latas ſe ligatum fore non crediderit, huncque errorem in cenſurarum contemptu & inobedientiæ perfidia oſtenderit, talis etiamſi regali, reginali, pontificali aut alia quauis eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeat, cum non minus de eccleſiæ clauium auctoritate, & ſanctæ Romanæ ſedis obedientia, quam ad futurum concilium quomodolibet appellantes male ſentire ſic declaretur, vt talis etiam in præinſertæ noſtræ conſtitutionis pœnas incidat eo ipſo, atque ita publicetur euiteturque, & denuntietur, vbique per prædictos, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLX. IV. *non. nouembris pontificatus noſtri anno* III.

a Extant ea lit. lib. epiſtolar. nu. 400.

b Ext. vbi ſup.

38 De eodem Gregorio Heymburgenſi queſtus a eſt grauiſſime Pontifex apud Nurembergenſes, quibus etiam præcepit, vt nefarium hominem pellerent, boniſque fiſco addicendis exuerent, is enim conceperat iniquæ prouocationis formulam b, ſeque in ea teſtem ſcripſerat, quod ſine hæreſeos labe fieri non poſſe docuit hiſce verbis Pius: *Cum nullum regnum, vt Domini noſtri verbis didicimus, in ſe diuiſum ſtare poſſit, quonam modo ſacroſanctum ſtabit Eccleſiæ regnum, ſi illi, qui Chriſti ſupremi Regis vicario parere contemnunt, de regni non valeant ſorte depelli? Aduerſus hoc inquaſſabile fundamentum, & Eccleſiæ firmam petram hæreſis quædam a paruo tempore citra ſenſum viſa ſuboriri pullulauit, quæ ſub ouium veſtibus lupos rapaces intrinſecus celans ſub appellationis ſpeciem Eccleſiæ ſatagit vnitatem conuellere: nam ſi quæ Chriſti vnicus vicarius canonibus ſacris etiam & iuri ſcripto inhærendo decreuit, ſtatuitque, & ſeruari, vt dignum eſt, præcepit, calumniatores maleuoli, & peruerſi ſubterfugere inſtitiam præſumentes per ludibria friuolarum appellationum ad futurum concilium, ſeu ad id, quod nuſquam eſt, ac ſupra Chriſti vicarium eſſe aut reperiri nequit obedientiam, quæ eſt de neceſſitate Eccleſiæ, ac ſalutis vniuerſorum improbe declinant, ac temere.*

Demonſtratū per huiuſmodi prouocationes a Pont. obſequio diſceſſū.

39 Lapſo iam ante quinquennio nonnulli nouarum rerum cupidi pontificiam auctoritatem deijcere moliti erant, conficta noua pragmatica ſanctione, quam ſi Calliſtus Pontifex damnaſſet, agitarant inter ſe de prouocatione ad œcumenicum concilium a Pontifice nuncupanda: de qua cum Martinus Mayer Colonienſis archiepiſcopi ſcriba primarius ad Æneam Syluium Cardinalem ſcripſiſſet, iniquam molitionem, velut hæreticam, egregie ita confutauit a.

Nonnulli iā ante prouocationis ad Concil. ſpecie defectionē moliti.

a Aen. Syl. in ep. ad Mart. Mayer.

Martino Mayer.

Tranſeamus ad eum modum, quem ſeruare volunt auctores pragmaticæ ſanctionis. Videamus, quid & quam honeſte acturi videantur: *Ibimus*, inquiunt, *Romam ſummo Pontifici ſanctiones noſtras offeremus, vtque eas approbet ſummis rogabimus precibus: ſi morem gerat votis noſtris Romana maieſtas, ſalua res eſt, bene iacta principia ſunt, vtemur ſine aduerſario noſtris legibus: ſi negauerit aſſenſum, nos tamen propoſitum tenebimus iubebimuſque Germanos omnes ſanctioni noſtræ parere, ſi quis contrauenerit extorris eſto. Quod ſi Papa in nos cenſuras fulminauerit ad futurum concilium appellabimus. Formulas appellationum ſua quæque prouincia, & diœceſes habeto.* Hic modus pragmaticæ inuentus eſt, non tam argutus, quam iniquus nam quid dici magis abſurde poteſt, magis arroganter, magis temere: *Si dabit apoſtolica ſedes, quod petimus*, inquiunt, *læti abibimus: ſin autem, noſtra nobis ſatis eſt auctoritas*; ac ſi dicas: Niſi dederis, tunicam eripiam tibi. Aut veſtrum eſt id agere, & fruſtra petitis, quod domi eſt: aut non licet vobis, & acquieſcere ſuperiorum iudicio debetis, ſi dat ſedes quod petitis, cognoſcite gratiam: ſi negat, laudare iuſtitiam, neque enim ſedes negabit, quæ concedenda putauerit: ſed habita ratione ſui veſtrique faciet, quod in communi vtile ſit. At vos repulſam ferre non vultis: pluris ergo eſt veſtrum, quam primæ ſedis, iudicium.

Prouocationis illius iniquitas demonſtratur.

40 Non incongrue igitur vobis dicendum illud eſt, quod Anaſtaſio Imperatori ſcribit Gelaſius Papa; nam cum ille ſacerdotes ſibi ſubiacere vellet, inter cætera: *Noſti igitur*, inquit, *ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam poſſe redigi voluntatem*. Et Ioannes Papa: *Si Imperator*, inquit, *catholicus eſt, quod ſalua pace ipſius dicimus, filius eſt, non præſul Eccleſiæ*. Et ex geſtis Bonifacij martyris, qui vobis Germanis euangelium prædicauit, legitur de Papa: *Quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur a fide deuius*. *Et Stephanus Papa IV*, *Enimuero*, inquit, *in ſpeculum, & exemplum ſancta Romana eccleſia, cui nos Chriſtus præeſſe voluit, poſita eſt omnibus: quidquid ſtatuit, quidquid ordinat, perpetuo irrefragabiliter obſeruandum eſt*. Et Nicolaus Papa clero Conſtantinopolitano: *Si decreta Romanorum*, inquit, *Pontificum non habetis, de neglectu atque iniuria eſtis arguendi: ſi vero habetis, & non obſeruatis, de temeritate eſtis increpandi*. Quid igitur? excuſabimus ne pragmaticas, an temerarias appellabimus? Nicolaus certe ſententiam tulit. Sed non tam turpe eſt neque tam temerarium leges ali-

Gelaſij Papæ ſententia ad Anaſtaſiū Imp.

Germaniæ Apoſtolus quid de Pontif. auctoritate ſenſerit. Stephani & Nicolai ſentētiæ.

aliquando infringere ſuperioris, quam ſibi ipſi leges condere, quas inuito ſuperiore, & recuſante ſeruare velis: illud ſæpe ex fragilitate atque incuria euenire poteſt etiam ſine contemptu principis; hoc ſine contumelia ſuperioris accidere non poteſt: nam qui leges inuito principe condit, is proculdubio principem negat, & dominatum abijcit, ſibique ſtultam libertatem arripit, quod, ſicut antea dictum eſt, a fide procul abijt, & in hæreſim cecidit; nam fides recta hæc eſt, Romanæ ſedis primatum credere, & quod illa de Deo ſentit tenere, ſicut Hieronymus ait ad Damaſum ſcribens, quia puteua aquæ viuæ hic eſt, & fons ſignatus, & hic ſaluationis arca, & paſcua benedictorum; nam & in Conſtantienſi ſynodo id declaratum eſt errorem eſſe, Romanam eccleſiam non habere primatum; nam cum Hieronymus, & Ioannes hæreſiarchæ Bohemorum inter ſuos articulos dicerent, non eſſe de neceſſitate ſalutis credere Romanam eccleſiam ſuper omnes alias habere primatum, id erroneum eſſe concilium declarauit. Si ergo primatum habet Romana ſedes, quod veſtrum concilium declarauit, & nemo qui ſapiat inficiatur, conſequens eſt, vt eius iudicium deuote ſequamini, neque temere aduerſemini, quod maiores veſtri factitarunt, & vos facturos eſſe confidimus.

Et Hieronymi.

41 Cæterum neque illud, quod ſequitur de appellationibus piæ aures ferre poſſunt: nam ſi princeps eſt Romanus præſul, ſi dominus, ſi magiſter, quo pacto ab eo appellatur: *Facta ſubditorum*, inquit Cornelius Papa, *iudicantur a nobis, noſtra vero a Domino iudicantur.* Et Gelaſius ipſe, *ſuper canones*, inquit, *ſancti Patres appellationes totius Eccleſiæ ad huius ſedis examen voluerunt referri; ab ipſa vero nunquam prorſus appellari debere ſanxerunt*; ac per hoc illam de tota Eccleſia iudicare ipſam ad nullius remeare iudicium, nec de eius vnquam præſumpſerunt iudicio iudicare, ſententiamque eius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius ſequenda decreta mandauerunt. Idem Innocentius Papa, idem Symmachus declarat, idem ratio ipſa decernit, nam ſi leges ciuiles neque a ſenatu, neque, a principe ſæculari appellationem admittunt, quanto minus ab eccleſiaſtico principe erit * . . . ? nam ſi Papa ſimul & Imperator conferantur, quantum inter ſolem, & lunam intereſt, tantum inter eos differre dicemus, & Papam ſoli, Imperatorem lunæ aſſimilabimus. Præterea cum appellatio ab inferiori ad ſuperiorem deferatur, Papa vero prior ſit, & maior omnibus, liquet ab eo non eſſe prouocandum.

Veteres nunquã a ſede Apoſt. prouocarunt.

Probatur ratione prouocationem eam non valere.
† appellandum

Sed audio, quod tecum loqui potes: non quiſpiam ſingularis homo appellabit ad concilium, quod maius eſt, & potentius Romano præſule. Nolumus hanc modo quæſtionem ingredi, quæ longiorem tractatum requirit, & aliud ingenium, quam noſtrum eſt. At idem Gelaſius ſacros canones ait ſanxiſſe, ne vnquam ab ea ſede appellaretur, neque concilium excepit, & amplius de Romana ſede, quod illa etiam, quos ſynodus inique damnauerat, abſoluit. Quo dicto declarat a ſynodo ad Papam appellatum fuiſſe, eoque modo maiorem ſynodo Papam extitiſſe. Et Symmachus manifeſte ſynodum excludit dum ait: *Aliorum cauſas Deus voluit per homines terminari; ſed ſedis iſtius præſulem, ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio: quocirca ſi quid eſt, quod grauius ille agat non eſt recalcitrandum, ſed ferendum.*

Romana ſedes ſynodo maior oſtenditur.

42 Ridiculum profecto: nemo eſt tam paruæ vrbis dominus, qui a ſe appellari ferat, & nos Papam appellationi ſubiectum dicemus? In ciuitatibus magiſtratus ſunt, a quibus non appellatur, & nos a Pontifice maximo appellandum dicemus? At ſi me, ais, Pontifex indigne premit, quid agam? Redi ad eum ſupplex, ora onus leuet. At ſi rogatus, interpellatus nolit ſubuenire miſero, quid agam? Quid ages vbi tuus te princeps ſæcularis vrget, vbi te ciuitatis magiſtratus premit? feram dices? nam aliud nullum eſt remedium: & hic ergo feras. At hoc impium eſt, ais, nam Papa in ædificationem non deſtructionem accepit, & hoc in ædificationem eſſe putamus, nam quid ſi tu appellas friuole, vt aiunt, vt iudicium ſubterfugias, & maioris imperium? Iterum dicis: Quid ſi me Papa iniuſte premit? Iterum dico: Quid ſi tu iuſte pateris, & cauilloſe appellas? Tu dicis: Male agit in me Papa; & ille te male agere ait, cui credamus priuato an principi, maiori an minori? quis non putet apud maiorem eſſe veritatem? Dices: Iudicet ſuperior; at ſuperior Papa Deus eſt, & ipſe ſuo tempore iudicabit: nec tu putas eas animas inquiſitoris non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Iudicabitur, ne timeas, Romanus Pontifex.

Argumẽtum a minori ad maius.

Obiectio quod licita ſit prouocatio a Pontifice

Diſſoluitur.

43 At inquies durum eſt id iudicium expectare. Reſpondemus durius eſſe quod tu quæris, nam Deus omni hora poteſt iudicare Pontificem, tu concilij examen quæritas, quod neſcimus, quod æuo noſtro futurum ſit. Quis non videt calumniam tuam: velles nunquam eſſe concilium, quod appellas. Areopagitæ, cum perplexam cauſam aliquando audiſſent, reum & actorem ire & poſt centum annos reuerti iuſſerunt: idque tu tibi velles. At hæc deluſio eſt & irriſio maieſtatis ſuperioris, contemptus ſedis & orthodoxæ fidei, inuentio diabolica, & machinatio ſathanæ, qui hoc modo illaqueare animas nititur, cui nihil dulcius quam iudiciorum claudi tribunalia, & nullum permittere in terris ſuperiorem, vt in confuſione cuncta ſint, abſit obedientia, vincat contumacia, ſibi quiſque dominus ſit, & alium pellere ſtudeat, non ordo, non reuerentia, non vlla viuendi regula, & Deus poſtponatur, audiaturque diabolus: nam quis dubitat, ſi liceat a Romano Pontifice appellare ad concilium, cum omnes appellant in quauis cauſa iudicati, ſi condemnabitur aliquis, ſi excommunicabitur, ſi vocabitur in iudicium, ſi ſoluere aliquid requiretur; ſi fur reſtituere duplum vel quadruplum, & rapinam reddere, ſi adulter alienam vxorem, ſi prædo alienum agrum, ſi violentus inuaſor alienam eccleſiam reſtituere iubebitur, ſi mandabitur vſurario ne vltra prauitatem exerceat, ſi presbytero vt concubinam relinquat, ſi debitori vt creditori ſoluat, grauatum ſe dicet, & concilium appellabit? O beatam vitam, in qua licet omnia impune gerere! O rempublicam bene ordinatam, in qua nullum delictum puniri poteſt: Concilium etſi frequenter congregari debeat ex decreto Conſtantienſis, non frequentius, quam per decennalia cogendum eſt. Recte ſane decem impunitatis annos criminoſis tribuemus; cum tamen appellationis remedium, vt canones aiunt, non ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ

Ea prouocatio inuentio diabolica eſt.

Admiſſa illa omnis ordo euertitur

ſit

Digitized by Google

ſit inſtitutum : quod ſi Papa ſubiectus appellationibus erit implebimus omnia iniquitatibus, & Romanum præſulem, quem Dei vicarium in terris, & primum inter mortales, magiſtrumque fidelium, & iudicem cunctorum dicimus, minorem, non dicam Regibus, ſed minimis comitatibus efficiemus, in quibus magiſtratus ſunt ab omni prouocatione immunes.

Obiectio ſi iniquus fuerit Pōtifex.

44 At ſi punior innocens, nunquid licebit prouocare? Quid ſi me Pontifex maximus innocentem punire pergit. Quid ſi concilium te innocentem damnat, ad quem prouocabis? Ad Papam dices; & ſi rurſum Papam inuenies iniquum, ad concilium redibis, atque ita per circulum deludes iudicium. At dices: Deludendum eſt iudicium, in quo damnatur innocens; nam iudex, qui damnat innocentem, & iniuſte agit ſimilis eſt violento latroni, ſecundum illud Ezechielis: *Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem*; & ideo ſicut reſiſtere licet latroni, ita licet & Papæ reſiſtere, quod etiam Thomas videtur ſentire, quamuis non loquitur de Papa. At nos nihil iniquius, nihil pernicioſius, aut deteſtabilius in vrbibus eſſe cenſemus, quam iudicium fruſtrari poſſe, & non eſſe finem litibus; nam etſi permiſſum eſt appellari ab inferioribus, & factum eſt ne graſſentur iudices in pauperes homines. Sed vbi ventum eſt ad principem, ſilet prouocatio; neque enim maieſtas ſuperior tam prona eſt ad iniuriam, quam inferior. Etſi dixeris: Vtique & ſuperiores, & Papæ aliquando iniurij ſunt, igitur & huic malo obuiandum eſt. Reſpondemus, dum ſumus in hac vita mortali non eſſe poſſibile humanis legibus cuncta tolli pericula, & omnia mala e medio hominum propulſari; ideo legum latores, dum duo mala imminere concernunt, & alterum poſſe lege vitari, alterum omnino ferendum eſſe, id lege auferunt, quod pernicioſius animaduertunt, &c.] Hæc antea Pius aduerſus nefariam a Pontifice ad concilium prouocationem ſcripſerat: quare Sigiſmundum Auſtriacum talia nouantem ex politicorum maleſano conſilio fortiter retudit, nam ad minuendas illius vires inferri merces ipſius principatui vetuit a; tum cenſuras, quas in Heluetios ob fœdus, quod pacis arbitro Carolo Francorum Rege in Conſtantienſi conuentu Stephani Nardini Apoſtolicæ ſedis nuncij opera inierant cum Sigiſmundo, poſteaque inſignibus duobus oppidis Rapſunil & Staym iuris Auſtriaci occupatis violatum b laxas reſcidit c. De Helueticorum cum Auſtriacis principibus bellis, deque eorum imbellibus initijs, ex quibus in magnam potentiam aſſurrexere finitimis ad ſocietatem armorum allectis adactiſue, agit Gobelinus d.

Diluitur.

a Pius lib. 36. & pag. 416. Heluchi contra Auſtriacum con firmati. b Lib. 8. pag. 31. c Lib. 9. pag. 265.

d Gob. in comm. l. 2.

45 Dum ita Ius eccleſiaſticum aduerſus Sigiſmundum Auſtriacum tuebatur Pontifex, conuenere illum Senis Henrici Caſtellæ Regis oratores duo e, quorum alter erat epiſcopus Legionenſis, alter vir auctoritate apud Caſtellanos conſpicuus, neque enim Mantuam Henricus niſi obſcurioris ſortis homines legatos miſerat, gentiſque honorem poſtrema hac legatione ſarcire putauerat: cum vero de auxilijs in Turcas ferendis actum eſſet, nihil certi reſpondere ob bellum in Granatenſes gerendum; quin etiam Pius precibus Henrici Regis adductus promulgauit f, licet ex decreto Mantuano abrogata fuiſſet noxarum iam ante conceſſa gratuita venia, non tamen abolitam illam, quæ ſtipem in propulſandis Granatenſibus Saracenis collocaturis propoſita erat. Cum vero alter ex dictis oratoribus, nimirum epiſcopus Legionenſis in pontificali curia mortem obijſſet, Pontifex Legionenſi epiſcopatui Ioannem Turrecrematam theologica ſcientia præſtantiſſimum (cuius extant opera) Cardinalem S. Sixti præfecit a: ſed Henricus illum in poſſeſſionem venire non permiſit. Aduerſatum b pariter pontificiæ auctoritati Caſimirum Regem Poloniæ in re ſimili tradunt Polonici ſcriptores: cum enim Pius ad Cracouienſem eccleſiam Iacobum Senneniun Sbignei Cardinalis iam ante defuncti (cui plurimum debebat Polonia) nepotem, quique regio nomine Mantuanam legationem obierat, euexiſſet, atque etiam anathematis ſententiam tuliſſet in illos, qui Senneniun admittere detrectarent, Caſimirus tamen cum Sennenium ipſis legibus creatum negaret, eius æmulum Ioannem Gruſeinium a canonicorum collegio deſignatum tutatus eſt, adeo vt etiam profeſſus ſit prius ſceptrum amiſſurum, quam paſſurum quemquam epiſcopatum, ſe inuito, in Polonia adipiſci: quo intellecto Sennenius nonnullis cum aduerſario pactionibus confectis, epiſcopatu abijt.

Caſtellæ Regis ad Pium legatio. a Id. lib. 4.

f Lib. 7. pag. 307.

a Gob. l. 4. b Michou. l. 4 c 60. Crom. l. 24

46 Grauis alia inter Pium & Carolum Regem Francorum in Tornacenſis eccleſiæ cauſa fuit controuerſia; cum enim Carolus, cui Tornacum parebat, expetijſſet Cardinalem Conſtantienſem illi præfici, ipſiuſque precibus poſthabitis Tullenſem epiſcopum natione Burgundum ad eam ſedem traduxiſſet Pius ob ſupplices Philippi ducis preces, cuius ditioni pars diœceſis maior obnoxia erat, grauiores querelas Carolus fudit apud Pontificem, qui ipſum demulcere literis conatus eſt e: cumque in priori deſiderio obfirmatus perſtaret Rex, grauioreſque querelas protuliſſet, datis proximo anno hiſce literis d Pius ſingulas refregit.

Pontificia auctoritas a nōnullis Regibus oppugnata.

e Ex lib. epiſt. Pij II. n. 374. d Bull. l. 37 pag. 147. extant etiā typis euſ. lib. ep. Pij II. n. 375.

Pius, &c. chariſſimo in Chriſto filio Carolo Regi Franciæ illuſtri ſalutem, &c.

Niſi tua ſignata manu, & tua fuiſſet impreſſa ſigillo, nunquam tuam putauiſſemus epiſtolam, quam tuo nomine Michael ſecretarius tuus nouiſſime ad nos detulit. Multa enim continet, quæ a tua prudentia, & tuo ſcribendi more videntur aliena. Sed neque portitor, neque ſignum, neque ſubſcriptio patitur, vt tuas literas eſſe dubitemus, quæ tanquam abs te miſſæ redditæ ſunt. Eas ob res cogimur reſpondere, & noſtram excuſare innocentiam. Neque enim nos ſumus, qui vel tuam ſerenitatem, vel alium quempiam odio proſequamur, aut odij cauſa quicquam agamus. Nos quidem tuam manſuetudinem ſemper amauimus, ſemper magni fecimus, ſemper obſeruauimus cum propter maiorum tuorum gloriam, & magnifica geſta, tum propter modeſtiam & religionem, quas in te ſitas didicimus. Nec ſane vnquam in animo noſtro fuit quidquam agere, quod tibi aut incommodum eſſet, aut moleſtum. Sed aliter tibi perſuaſum eſt, vt ſcripta tua oſtendunt, tam nobis, quam ſacro collegio noſtro directa. Ignoſcat his diuina bonitas, qui talia ſuggerunt: quorum magnum eſt peccatum, ſumma iniquitas. Mala mens, malus animus illorum eſt, qui tuam excellentiam aduerſus nos irritare, aut commouere nituntur. Similes illis ſunt,

Pij aduerſus politicos attentatores querelæ.

ſunt, qui filium tuum a te alienarunt: illi enim carnalem patri filium abſtulerunt, hi nobis ſpiritualem auferre nituntur. Sed minime obtinebunt, ſi tuam conſtantiam, & moderationem retinebis, & noſtris vocibus auſcultabis, quæ non tam noſtræ ſunt, quam Dei, & Filij eius Ieſu Chriſti, cuius vicariatum non noſtris meritis, ſed ſua diſpoſitione in terris gerimus. Audi ergo nos, fili, & in charitate accipe quæ ad tua ſcripta reſpondemus.

47 Scribis de Tornacenſi eccleſia ad quam translatum eſſe Tullenſem epiſcopum haud æquo animo fers; putaſque tibi iniuriam factam, quod preces tuas non exaudiuerimus, quas pro Cardinali Conſtantienſi ad nos porrexiſti, & plurima ſubiungis, quæ paulo poſt capitulatim attingemus. Sed prius quam hoc agemus, rem geſtam accipe: ſic enim & tua, & noſtra cauſa melius cognoſcetur. Fuerunt oratores tui vel bis, vel ter priuſquam vacaret eccleſia Tornacenſis, dixeruntque noſtrum anteceſſorem eccleſiam ipſam diſpoſitioni ſuæ reſeruaſſe, vt contingente vacatione, illi prouideret de perſona tibi accepta; petieruntque vt nos idem efficeremus: cum tuæ ſerenitatis plurimum intereſſet in ea ciuitate, quæ tua eſſet, epiſcopum præſidere tuæ maieſtati fidum, & acceptum. Idem egere nobis cum ducis Burgundiæ legati non ſemel, ſed iterum atque iterum, diœceſim Tornacenſem fere totam, & reddituum maximam partem in poteſtate ipſius ducis conſiſtere, ad quem magnopere pertineret epiſcopum Tornacenſem eum creari, qui ſibi amicus, & charus eſſet propter magnas, & opulentas Flandriæ ciuitates vicinas Anglicis, in quibus ſtatus ſui robur continetur: adijcientes retroactis temporibus maxime a ſeptuaginta annis citra nunquam in ea eccleſia præfuiſſe, qui non ex charis Burgundiæ ducis fuiſſet: & quod vnus aliter promotus ab Eugenio tandem tranſlatus extitit ad eccleſiam Narbonenſem, cum pace illic potiri non poſſet. Intelleximus rem vtrinque arduam, atque perplexam: nec vel tuis, vel ducis oratoribus quidquid certi promiſimus; ſed negantes noſtri moris eſſe pro aliquo nominatim eccleſiam cathedralem reſeruare, reſpondimus contingente vacatione nos eccleſiæ illi ita prouiſuros, vt nulli cauſa querelæ merito eſſe debeat. Cumque tui oratores pro Conſtantienſi Cardinale reſeruari eccleſiam peterent, Burgundi vero pro epiſcopo Traiectenſi, diximus aperte, nos vni duas eccleſias non commiſſuros prout illi efflagitabant. Hæc ſunt promiſſa noſtra: hæc acta nobiſcum ſunt ante vacationem eccleſiæ, eratque noſtrum deſiderium, vt nunquam hæc vacatio noſtro tempore intercideret, cum videremus abſque turbatione, & moleſtia huic eccleſiæ prouideri non poſſe.

De Tornacenſi epiſcopatu lites Graues inter Gallum & Belgam.

48 Verum nobis Senas ex Mantua reuerſis, reddita ſunt autentica ſcripta, & mandata, per quæ Tornacenſis, & Tullenſis epiſcopi ex iuſtis cauſis deſiderabant inuicem eccleſias ſuas reſignare, & ad alterutrum transferri. Admiſimus nos reſignationes, & tranſlationes fecimus de fratrum noſtrorum conſilio. Deinde cum Viterbij eſſemus, antequam tranſlationes prædictæ effectum ſortitæ fuiſſent, nuntiatus eſt nobis obitus epiſcopi Tornacenſis. Commiſimus cauſam, vt fit, vni Cardinali, & facta eſt relatio in conſiſtorio, libere & grauiter omnes fratres noſtri ſententias ſuas dixere. Placuit omnibus Tullenſem epiſcopum ad eccleſiam ſic vacantem transferri. Nihil ſine conſilio, & matura conſultatione fratrum egimus. Omnia eis aperuimus, quæ vel tu, vel alij oratores in hac cauſa expoſuerunt: quamquam per ſe ſe cuncta noſſent. Fecimus hanc translationem ſuadentibus fratribus, quorum aliqui affirmauerunt Tullenſem olim epiſcopum tuæ ſerenitati & fidelem & acceptum eſſe: ac per eius medium pater ille antiquus, qui multis annis cum laude Tornacenſem adminiſtrarat eccleſiam, in extremis vitæ ſponſæ ſuæ de hac perſona prouidendum eſſe cenſeret, non videbatur eius, vel votum vel conſilium ſpernendum. Fecimus ergo hanc prouiſionem; nec vidimus, aut fratres noſtri viderunt, penſata rei & temporis qualitate, vtilius poſſe prouideri. Quod ſi hæc tuæ ſerenitati non placent, non eſt tamen, quod ea in tuam contumeliam facta eſſe diiudices: cum nos te amemus, & honoratum ſemper eſſe velimus. Sed iam ad partes tuæ epiſtolæ reuertimur, eiſque quoad poſſumus ſatisfacimus.

Tullenſis ad eum tranſlat.

49 Dicis in primis te nunquam ceſſaturum, quouſque tua deprecatio exaudiatur. Non oportebit te diu contendere, ſi ea petieris, quæ cum honeſtate concedere valeamus: eſt enim lucrum noſtrum, cum tibi, cæteriſque Regibus iuſta petentibus complacemus. Dicis te loqui de re tui dominij. Iure conſulti duplex dominium tradunt: alterum directum, alterum vtile. Ciuitas, vt aiunt, vtroque iure ad te pertinet: diœceſis directo tantum. Nam vtile ducis eſt, quod multi plures faciunt. Nec tua excellentia ſuper epiſcopatibus hactenus vim fecit, qui in ducatu Burgundiæ vacauerunt: quamuis aſſeras, & vere aſſeras principatum illum, ſicut & Flandriam a tua corona dependere.

Dicis te inſtare pro Cardinali, pro perſona digna, & bene merenti: nihil contra perſonam eius dictum eſt. Laudamus hominem, & quouis honore dignum cenſemus; cui Cardinalatus inſignia miſimus rubrum pileum: quamuis ægre ferimus, ſi verum eſt, quod nobis aliqui retulere, eum ſcilicet in tua curia non vti Cardinalatus inſignibus, quia non acciperetur cum honore decenti. Quod ſi ita eſt, decet tuam excellentiam, quæ dicit ſe Cardinales amare, in hac re ita prouidere, ne dignitas cardinalatus in tua curia minor aut abiectior quam in alijs videatur.

Monita Carolo VII. data vt congruũ cardinalitiæ dignitati honorem tribuat.

50 Dicis non decere Cardinalem pati repulſam. Non patietur ſi ea petierit, quæ abſque alterius iniuria cum Dei beneplacito concedi poſſunt. Dicis eccleſiam fuiſſe reſeruatam, & rem hãc a prædeceſſore noſtro Calixto præconceſſam. Cum Calixtus obijt, omnia eius promiſſa interierunt. Si vixiſſet in hanc vſque diem, vidiſſes cui mos geſtus eſſet. Nunc de eo nihil poſſumus iudicare. Sciunt docti reſeruationes ſuas ad noſtra tempora non extendi.

Dicis oratores tuos impatienter a nobis auditos fuiſſe, & vacuos remiſſos. Si legati noſtri ita in tua curia benigne viderentur, & audirentur, ſicut tui in noſtra, multo frequentius, quam faciunt, nuntij noſtri ad te accederent. Sed tui quoties volunt diu noctuque nos adeunt, & quæ volunt dicunt: noſtri vix pluribus in menſibus tui copiam habent, nec a tuis curialibus benigne viſuntur: quamquam tua maieſtas, in omni audientia modeſta eſt, & per humana. Neſcimus quis ille eſt, qui ſe dicat a nobis impatienter auditum.

Refractæ variæ Regis Caroli querelæ.

Digitized by Google

ſtrum. Duo Cardinales ex tua natione interfuerunt, quando vltimum in hac re oratorem tuum audiuimus, Rothomagenſis, & Auinionenſis: ipſi teſtari poſſunt quia vſque in finem omni cum manſuetudine hominem audiuimus: quamquam reſpondendo aliqua eius verba parum moderata reprehendimus. Remiſimus illum vacuum in petitione tua, ſed plenum in ſuis: nam gratias, quas a nobis petiuit, cunctas intuitu ſerenitatis tuæ conceſſimus. Libentius tuas quam ſuas preces audiſſemus: ſed rei difficultas non patiebatur. Hic cum tibi ſatisfacere non poſſet, ſatisfecit ſibi, & immemor acceptæ gratiæ nos criminatus eſt.

51 Dicis neque Hadrianum Caroli Magni, neque Leonem Othonis ita interceſſiones remiſiſſe, vt nos tuas repulimus, & quod nemo conſecrabatur epiſcopus, niſi laudatus, & inueſtitus a tuis prædeceſſoribus: quid feciſſent illi duo Romani Pontifices in hoc caſu neſcimus; quid fecimus ipſi ſcimus, & facti noſtri rationem reddere poſſumus. Carolus & Otho Romanorum Imperatores fuere, & hoc priuilegium a Romana ſede obtinuerunt, quod refers, propter ingentia merita, & quia ita tempora poſcebant, & Arrianorum aliorumque hæreticorum factiones, quas Imperatorum malleo conterere oportuit: ſed cum hoc priuilegium vergeret ad noxam, reuocatum eſt, & ſucceſſores illorum Imperatorum illi renuntiarunt in conuentu Vvormatienſi: nam ſicut Ezechias ſerpentem Æneum a Moyſe erectum in eremo abſtulit atque conflauit, quoniam idololatriam inducebat, ita & priuilegia auferenda ſunt, quæ propter vtilitatem publicam conceſſa inueniuntur eſſe damnoſa. Subiungis quod neque Calixtus, neque Nicolaus, neque alius ſimile aduerſus te attentaſſet eius, quod nos fecimus. De mortuis non eſt noſtrum iudicare, quod facturi fuiſſent in humanis agentes: nos certe aduerſus te nihil ex propoſito egimus; nec tibi aduerſati ſumus, neque acta noſtra attentata dici debent, quæ ſiunt in ſenatu apoſtolico, in loco, quem Dominus elegit, in prima mundi ſede, in beati Petri auditorio, in Chriſti ſaluatoris tribunali: videant ne ipſi attentatores ſint, qui nobis reſiſtunt, & decreta noſtra impugnant, & apoſtolicis aduerſantur mandatis.

Inueſtitura Regibus ob hæreticorum factiones conceſſa.

Iure poſtea reuocari potuere.

52 Dicis præter ſpem tibi eueniſſe, quod in te tam honeſta aduerſantem inuenires Romanum Pontificem. Vide quid dicas; ſi tu id vis, quod Papa non putat faciendum, non Romanus Pontifex tibi aduerſatur, ſed tu ei aduerſaris, ac patri, & magiſtro tuo contradicis, cuius eſt de honeſtate iudicium longe maius quam tuum. Dicis ſi tandem ita fiet, vt cœptum eſt, te non abs re putaturum aduerſus te conceptum odium. Abſit a tua bonitate iſthæc cogitatio: nos quæcumque agemus in iuſtitiæ trutina ſuſpendemus, nec nos vnquam aut odium aut gratia ex tramite recto deturbabit. Mitte has ſuſpiciones, neque his aures adbibeto, qui peſſimum virus tuis auribus inſtillare conantur. Velis cuncta penſare, neque hominibus ſuæ rei affectis, neque etiam tibi ipſi credito. Audi viros Deum timentes, & an liceat tibi iudicare ſedis Apoſtolicæ iudicia; plane cognoſces & intelliges, nihil nos in tuam ignominiam aut molitos eſſe, aut moliri velle. Adijcis tandem bona, & digna bono Rege: *Abſit*, inquit, *inter quos decreta patrum pacem, & charitatem ſeruari volunt ſcintillam creſcere diſſidij*. Idem nos notum facimus, nec noſtra culpa inter te noſque vnquam ſuborietur diſcordia. Faxit diuina pietas ne caſtam tuam, & piam mentem delatores eludant, & ne tibi falſa pro veris oſtendant.

53 Dicis te obſequentiſſimum, & obedientem ſanctæ Romanæ eccleſiæ filium. Hæc petimus ne moleſte pauca feras patris verba; audies verba charitatis, & fidei. Neque mouearis, ſi amaritudinis aliquid habent: dulcia fient, & ſuauiſſima, ſi bono corde audiantur. Dicis te filium obedientem. Parce, fili, ſi hoc parumper negamus: ſi filius obedientiæ es, cur pragmaticam ſanctionem tenes atque defendis? Eugenius te hortatus eſt, vt illam dimitteres, quæ non eſt ſecundum Deum: idem petijt Nicolaus, idem rogauit Calixtus tres Romani Pontifices, ſancti & venerandi patres modo nuntijs & legatis, modo literis te rogauere, vt pragmaticam relinqueres magni in eccleſia diſſidij ac mali cauſam; nunquam audiuiſti in hac parte vocem Romanæ eccleſiæ. Vbi ergo tua obedientia? vbi deuotio? vbi religio? plus regni tui aliquibus prælatis, quam Romanæ ſedi auſcultaſti. Loquimur cum fiducia, ſine felle, ſine arrogantia, amor in te noſter nos loqui vrget. Deus in terris per filium ſuum Ieſum Chriſtum crucifixum apoſtolicam ſedem erexit, ac ſuum tribunal, & primum eſſe voluit: nulla poteſtas eſt, quæ huic æquari poſſit: hæc de omnibus hominibus, ac dignitatibus iudicat, eam ſolus iudicat Deus: non eſt de grege dominico, qui Romanum Pontificem ſuum eſſe negat paſtorem. Audi quid dicat Dominus: *Qui non colligit mecum diſpergit*; certe cum Chriſto non colligit, qui cum vicario eius non ſeminat. Pragmatica ſanctio, quam tui ſubditi obſeruant, non eſt ex apoſtolico ſemine, quippe quæ neque auctoritate apoſtolica, neque concilij generalis alicuius auctoritate firmata eſt: nam & ſi decreta aliquorum conciliorum in ea inſerta ſunt, & Pontificum ſanctiones; nihil tamen ita receptum eſt, vt promulgatum fuit, ſed vel additione facta ſunt, vel mutilatione, quod prælatis tui regni facere haud quaquam licuit, & ſine damno animarum ſuarum illis vti non poſſunt. Tacemus quod multa laicalibus manibus pragmatica concedit, quæ neque humana neque diuina iura permittunt. Patere hæc dici, fili, neque inuitus audias veritatem. Tui aliquando anteceſſores pragmaticam ferme ſimilem ordinarunt; ſed videntes id ſine ſede Apoſtolica facere non poſſe, abſtinuerunt: ſequere veſtigia maiorum tuorum, & dimitte hanc pragmaticam, quam Chriſtianiſſimi tui anteceſſores ignorauerunt; & ſi quid eſt, quod reformandum ſit in eccleſiaſtico regni tui ſtatu, conſule Apoſtolicam ſedem, quæ tuis honeſtis deſiderijs nunquam deerit, atque hoc modo filium te obedientem, & obſequentiſſimum appellare veriſſime poteris, ſimulque tibi conſules, ac regno.

Increpitus Gallorũ Rex cur pragmaticam defendat.

Non eſt de grege dominico qui Romanum Pontificẽ ſuum negat eſſe paſtorẽ.

Pragmatica ob iniuſtitiã olim reſciſſa.

54 Dicis te nunquam preces porrexiſſe nobis niſi honeſtas, & mature penſitatas: Nihil aduerſamur, ſed preces etiam honeſtas immutant tempora, & negandas reddunt multis ex cauſis, & multa faciem honeſti habent, quæ diligentius inſpecta iniuſtitiam continent. Addis te ad iniuriam recepturum, niſi quæ poſtulas impetres. Iniurius eris ipſe, ſi ſine cauſa te paſſum iniurias dixeris, & præſertim ab ea ſede, quæ mater eſt iuſtitiæ, & æquitatis. Po-

ſtre-

Digitized by Google

ſtremo per amicitiam, per charitatem, per pacem, quam erga te ſeruare debemus, multum rogitus, vt precibus tuis annuentes Tornacenſem eccleſiam Cardinali Conſtantienſi committamus, & Tullenſis epiſcopi translationem reuocemus. Non egemus tot adiurationibus, aut tot precibus: noſtra apte natura tibi morem gereremus, ſi res ipſa ferret: ſed audiuiſti quomodo res geſta eſt: iam Tullenſis translatus eſt ex conſilio vniuerſi ſenatus apoſtolici, & ſuæ eccleſiæ alter præfectus, quomodo fiet quod petis ſine iniuria? Iam eo ventum eſt, vt parti quæſitum ius ſit, id ſine cauſæ cognitione auferri non debet. Quod ſi, vt tui oratores dixere, & tuæ literæ ſonant, præiudicium tibi factum putas, & hanc translationem iure exiſtimas reuocandam, iudicium tibi rectum æquumque offerimus. Cauſa hæc de maioribus eſt, & ad ſedem Romanam pertinet: perſuade tibi, & nullatenus dubites, ſi cauſa cognita inuenerimus ita eſſe, vt arbitraris, facile obtinebis ab hac ſede, quæ voles; nihil enim magis optamus, quam tuæ ſerenitati per iuſtitiam complacere. Hæc ad tuas literas: ad ea, quæ ſecretarius tuus expoſuit, non cenſemus reſpondendum, ea enim dixit, quæ de tua mente nullo modo eſſe putamus. *Dat. Romæ, &c. MCCCCLXI. VIII. kal. maij anno III.*

55 Nec modo Reges per fas nefaſque priuata commoda aucupati, Pio epiſcopos ipſis inconſultis præficienti obluctati ſunt, verum etiam Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, quamuis ipſi deuinctus, Iacobum Lucenſem, qui ab epiſtolis Pontifici erat, ad Ticinenſem eccleſiam prouehenti aduerſatus eſt, atque in tantam accenſus eſt iram, vt minitaretur, ni alium crearet epiſcopum Papienſem, ſe Piccininum ſibi conciliaturum, atque ad inuadendam eccleſiaſticam ditionem immiſſurum. Verum eas minas contempſit Pius, ac bellum ſe bello propulſaturum conſtanter reſpondit. Commotas denique iras compreſſit Franciſcus, & Iacobum eccleſiæ ſuæ poſſeſſione potiri permiſit. Is eſt Iacobus, qui purpura ſacra poſtea donatus, Cardinalis Papienſis appellatus eſt, doctrinæ laude præclarus, cuius luculentæ extant elucubrationes, quæ nobis in conſcribenda hiſtoria ſunt vſui.

Decreta eſt hoc anno a tribus patriarchis orientalibus Alexandrino, Antiocheno & Ieroſolymitano ad Romanum Pontificem inſignis legatio, qua Moyſes archidiaconus Antiochenus perfunctus eſt: ſignificabant ij admiſſa abs ſe decreta concilij Florentini, orabantq; Latinos, vt ex eorum ceruicibus Mahumeticum iugum depellerent, de quibus hæc tradit Ioannes Gobelinus a: *Circa hoc tẽpus adijt Pontificem Moyſes archidiaconus Antiochenus vir Græcis, ac Syriacis literis eruditus, & magni apud orientales nominis. Hunc tres patriarchæ miſerunt Antiochenus, Alexandrinus, ac Ieroſolymitanus, & plurimi alij principes Chriſti cultores. Legatio eius huiuſmodi fuit: Veniſſe olim ad Pontificem Eugenium, inquit, Imperatorem & patriarcham Conſtantinopolitanum, & in concilio Florentino nomine orientalis eccleſiæ cum occidentali de proceſſione Spiritus ſancti, de igne purgatorio, de pane azymo, de primatu Romanæ eccleſiæ, & alijs pleriſque, de quibus antea diſceptauerant, conueniſſe, decretumque deinde fuiſſe factum, quod tres patriarchæ, qui miſerant, non ſuſcepiſſent ſatore zizaniarum impediente: deinde bono commotos ſpiritu, conuentu ſubditorum habito, ſuſcepto per omnia decreto Romano Pontifici ſeſe commiſiſſe, velleque illi tanquam Ieſu Chriſti vicario deinceps obtemperare; atque ad ea enuncianda ſe miſſum. Audiuit Pontifex legationem & priuatim & publice, & collaudatis patriarchis ſcripta, quæ Moyſes attulerat, in Latinum translata in archiuijs eccleſiæ Romanæ recondi iuſſit, ipſumque donatum ad propria remiſit.*

a Gob. l. 4.

Trium patriarcharum legatio ad Pium.

Admiſſa ab ijs decreta Florentini Concilij.

56 Adiungit Gobelinus inſignem aliam Monobaſſienſium legationem, qua fidei, & imperio ſedis Apoſtolicæ ſe addixerunt. Munitiſſima ſitu eſt ea vrbs cincta vndique rupibus, & anguſto tantum tramite adeunda, vnde Monobaſiæ nomen traxiſſe refert Phrantzes a: cæterum mari imminet, vt facile eius imperio ob egregium portum potiri aptaque ſit vrbs gerendis rebus ad educendas in Turcas terreſtres copias. Excepti illi a Pio fuere perhumaniter, & in Romanæ eccleſiæ clientes nuncupato fidei ſacramento admiſſi; rem geſtam narrat hiſce verbis Gobelinus b: *Paucis deinde ſecutis diebus legati ex Monobaſſia Pontificem adeunt, ſe atque vrbem dedentes. Ea eſt Peloponeſi ciuitas ad orientem Cherſoneſi in altiſſimo monte iacens, rupibus vndique præruptis tuta, vnico tantum aditu iuncta continenti, portu & naualibus quondam ornata, Lacedæmonem hic olim fuiſſe quidam opinantur Græciæ robur ac columen, nobis incertum.*

Monobaſſienſes Pontificio imperio ſe ſubmittunt.

a Phrantz. l. 3. c. 24.

b Gobel l. 4

Legati publice auditi: Reſpice nos Pie Pontifex, dixere; niſi manum porrigis, præda Turcarum ſumus. Demetrius Palæologus noſter dominus fuit: is ad Turcas defecit, noſque in eorum poteſtatem traducere adnixus eſt: ſenſimus ac præuidimus dolos: arcem inuaſimus, vxorem eius ad virum remiſimus, Turcis aditum clauſimus, accerſiuimus Thomam Demetrij fratrem, rogauimuſque, vrbem quæ ſua eſſet, germano ad hoſtes deficiente, vt acciperet ac defenderet. Negauit Thomas eas ſibi vires eſſe, quibus tueri nos poſſet, hortatuſque eſt, vt vel te, vel alium dominum aſſumeremus. Conſilio his de rebus habito placuit omnibus ad pietatem tuam recurrere, tibique populum & ciuitatem tradere. Accipe igitur ſupplices, ac ſubueni miſeris: ne contempſeris vrbem noſtram ad res in Græcia gerendas accommodatiſſimam. Si claſſem ſtatueris in orientem mittere, apud nos ſtationem, & tutiſſimum refugium inueniet: ſi nos relinquis, cogimur iugum ſubire Turcarum non ſine tuo dedecore, & reipublicæ Chriſtianæ maximo detrimento.

Motus his Pontifex illachrimatus eſt mundanarum rerum varietatem animo voluens: nam quæ olim ciuitas Græciæ domina Aſiam & orientem potentiſſimis claſſibus infeſtauit, orbiſque magnam partem ſibi ſubiecit, eo demum redacta eſt, vt ſtare non poſſet niſi dominos in occidente quærat, atque illis ſeſe dedat & commendet, quorum ingenia prius & opes contempſerat. Iannotius, quem ſupra in Peloponeſum ex Mantua miſſum retulimus, legatorum comes fuit, multaque de Monobaſſia locutus locum natura munitum, ſi paruo præſidio defendatur, inexpugnabilem dixit, Pium magnopere exhortatus, ne tantam recuperandæ Græciæ occaſionem prætermitteret. Annuit Pontifex, iuſſiſque legatis in ſua verba iurare Monobaſſiam ſuo, & eccleſiæ Romanæ nomine in deditionem accepit, miſſo præfecto, qui populo ius diceret, & annonam, cuius erat vacua ciuitas, miniſtraret.

Spartani olim dicti.

Miſſi ad eos præſidiarij cum commeatu.

57 Cauſam ob quam Monobaſſienſes in ſedis Apoſtolicæ fidem ac poteſtatem venere, aperit Phrantzes c, nimirum Mahometem

c Phrantz. l. 3. c. 24.

Digitized by Google

dum Thomas Achaiæ deſpota fratrem Demetrium ob initum cum Turcis fœdus bello vrgebat, & Meſſeniaci ſinus vrbes expugnabat, vtriuſque ſeu hoſtis amicuſue eſſet opprimendi occaſionem arripuiſſe: prouolaſſe itaque maximo ſuccinctum exercitu Spartam, eiuſque viribus imparem Demetrium venienti obuiam proceſſiſſe, ſeque & Spartanos illi dedidiſſe. Redactus ita in Mahometis poteſtatem Demetrius principatu cedere Turcicoque adiungere imperio, tum filiam thoro Mahometi iungere iuſſus eſt: qui mutire contra non auſus nobiles Græcos Turcaſque Monembaſiam, vbi illa verſabatur miſit, vt Reginam ad ſponſum deducerent, vrbiſque dominatum occuparent: at Monembaſiotæ hortatore Manuele Palæologo arcis præfecto Demetrij quidem filiam dimiſere, at negarunt vrbis deditionem ſe facturos, cum illa præclarum ob ſitus munitionem naturæ donum eſſet, ac non niſi nutui diuino obtemperaturos, nec de iis, quæ Deus condidiſſet, decernendi vllam habere poteſtatem; mox vero Thomæ Deſpoto ſe commiſiſſe, illumque ad pontificiam ditionem ipſos ad elicienda auxilia traduxiſſe.

Demetrius a Mahomete locio oppreſſus.

VrMonebaſia reſiſtere Turcis.

58 Excluſus a Monembaſijs Mahometes in Bordonios duxit [a] exercitum, qui mox præcipiti fuga oppidum deſeruere: inde ſui terrorem Caſtritzenſibus oſtentauit, qui ſpontanea deditione iugum Turcicum ſine mora ſubiere. At quamuis Demetrij fœderati, ac generi Mahometis clientes eſſent, ea deditio non profuit, cum is Chriſtianorum carnifex hauriendi ſanguinis rabie percitus, ſpreta data fide, ipſos partim palis ſuffigi, partim capite truncari iuſſerit; quare Monembaſiotas ſibi præclare conſuluiſſe cognitum eſt: de quibus antea dicta ex Pij Pontificis ad Cardinalem Beſſarionem in Germania legatum literis [b] confirmantur.

a Eod. lib. cap. 25.

Græci dedentes ſe Mahometi ab eodẽ palis ſuffixi.

b Lib. breu pag. 139.

Pius, &c. Monobaſienſes Amorreæ (id eſt Peloponeſi vulgo Moreæ) ciuitas, videntes deſpotum Demetrium ad Turcum conceſſiſſe, cum dilectus filius Iannonus Cremenſis, quẽ miſſum a duciſſa Mediolani in locorum illorum præſidium noſti illuc forte appelleret, libere ſe ipſos, & ciuitatem Romanæ eccleſiæ dediderunt, fidelitatemque ipſi Iannono noſtro nomine recipienti cum ſolemnitate iurarunt. Oratores quoque vna cum oratoribus Thomæ deſpoti huc venientes hanc ipſam deditionem in collegio fratrum, & prælatorum conſpectu fecerunt, Thomaſque ipſe omni iuri, quod ſibi forte in eo loco competeret, libere ceſſit. Eſt ea ciuitas, opportunitate loci, & præſidio naturæ ita diſpoſita, vt non ſolum tutum receptum Chriſtianorum auxilijs illuc forte mittendis, ſed facilitatem quoque ad recuperandam Peloponeſum datura appareat. Hoc ad conſolationem tuam ſignificandum tibi putamus, &c. *Dat. xii. ſeptembris Corſignani.*

Thomas in gratiã Põtificis ſuo iure cedit.

59 De ea Monobaſienſium deditione voluntaria, addictaque Pontifici fide editæ ſunt publicæ tabulæ, quæ in archiuo Romanæ eccleſiæ fuere reconditæ, vt Pius in literis proximo anno ad Monembaſiotas datis teſtatur [c], quibus Gentilem Marcoſium præfectum Monembaſiæ excipere, illique arcium poteſtatem tradere iuſſit.

c Lib. 12. pag. 388.

Pius, &c. dilectis ciuibus habitatoribus, & incolis eccleſiaſticis & ſecularibus ciuitatis noſtræ Monbaſiæ prouincia Lacademoniæ in Peloponeſo noſtris, & S. R. E. deuotis & fidelibus ſubditis ſalutem, &c.

Paucis ante menſibus venerunt ad præſentiam noſtram, dum in ciuitate Senenſi cum noſtra Romana curia reſidebamus, in frequenti audientia, aſſiſtentibus ibidem venerabilibus fratribus, & dilectis filijs noſtris S. R. E. Cardinalibus, & diuerſarum ciuitatum archiepiſcopis, epiſcopis, & prælatis, ac Regum, & principum quorundam oratoribus dilecti filij .. veſtri oratores viri honeſti, & graues, præſentibus etiam ibidem dilectis filijs Ioanne de Haglis, & Zanono de Crema milite honorabilibus oratoribus ad nos miſſis dilecti filij nobilis viri Thomæ Palæologi deſpoti Achayæ illuſtris, audientibus, intelligentibus, & approbantibus nomine quoque, & vice ipſius Thomæ conſentientibus: veſtro enim tam eccleſiaſticorum, quam ſecularium ciuium incolarumque, ac ciuitatis nomine & vice nobis, & Apoſtolicæ ſedi ciuitatis noſtræ Monabaſiæ, & veſtrum, vt præfertur, omnium ſolemniter & euidenter in primis patrio veſtro ſermone deditionem facientes, & homagium tamquam vero & indubitato veſtro domino pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum tam in ſpiritualibus, quam temporalibus tactis ambabus manibus ſacroſanctis euangelijs, genibus coram nobis flexis, in forma per Apoſtolicam ſedem ſeruari conſueta, fidelitatis iuramentum præſtiterunt, ſupplicando etiam, quod nobis priuilegia veſtra, quæ hactenus ſub deſpotis aut quibuſcumque alijs dominis veſtris in temporalibus habuiſtis, ac etiam in ſpiritualibus, dignaremur, in omne tempus robur habitura, confirmare noſtra, & Apoſtolicæ ſedis auctoritate apud ſucceſſores noſtros eodem tenore permanſura.

Sacramẽtum fidei a Monabaſienſibus nuncupatum.

Quorum nos ſupplicationibus, & votis, vt pote honeſtis, & rationabilibus gratioſe inclinati libenter annuimus, & conſenſimus, prout ex noſtris ſub data Senis v. id. ſeptembris pontificatus noſtri anno tertio ſuper inde confectis literis plenius continetur. Vt autem prædicta effectualiter ſuum debitum conſequantur effectum, mittimus in præſentiarum dilectum filium Gentilem de Marcolfis de Spoleto, vt a vobis poſſeſſionem realem, actualem, & corporalem ciuitatis Monabaſiæ eiuſque arcium, fortalitiorum, terrarum, & tenimentorum per receptionem clauium, portarum ciuitatis, & arcium prædictarum requirat, & introeat, recipiat, & nanciſcatur, ciuitatemque ipſam atque omnes, & ſingulos eiuſdem, & locorum prædictorum homines, & perſonas vtriuſque ſexus nominibus prædictis ad fidelitatem, deuotionem, reuerentiam, & obedientiam noſtram, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & eorum regimen, dominium, & gubernationem, nominibus prædictis recipiat, teneat, regat, gubernet, & adminiſtret, aliaque omnia, & ſingula faciat, ordinet, diſponat, & exequatur, quæ in prædictis, & circa ea nouerit opportuna, quocirca, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLX. III. kal. martij pontificatus noſtri anno III.*

60 Submiſſæ ſunt tenues in Peloponeſum auxiliares copiæ, atque ideo ea peninſula in Turcarum poteſtatem cecidit: ac Thomas deſpota Achayæ celeri fuga proripere ſe in occidentem coactus eſt, vt dicetur inferius, quinetiam ob Ferdinandi & Gallorum in Neapolitano regno bel-

Tenue præſidiũ ſubmiſſũ a Pio orientalibus.

bella Scanderbegus, qui in oriente infelicium Chriſtianorum vnicus defenſor erat, laturus opem Ferdinando, cuius erat cliens, principatum enim Alfonſo Regi, vt eum contra Turcas tuerетur, videtur addixiſſe, antequam Macedonia abiret Pium conſuluit, qui ipſi hoc reſponſum dedit a.

a Lib. breu pag. 162.

Pius Papa II. Scandarbeg ſalutem, &c.

Dilecte fili, &c. Veniens ad nos dilectus filius Martinus Miſiachius miles, & tuus orator retulit nobis, quemadmodum in his moleſtijs, quæ chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando Siciliæ Regi illuſtri a ſuis hoſtibus inferuntur, ſtatueras fidelis ſubditi officium adimplere, & in regnum Neapolitanum adueniens illi pro virili tua opem afferre. Addidit quoque quod, cum ſine manifeſto periculo amiſſionis locorum, quæ in Albania tenes, diſceſſus tuus eſſe nō poſſit, permittere tibi vellemus, vt cum Turcho poſſes paciſci, vel ſi hoc non probaremus, legatum noſtrum illuc mitteremus, qui poſſeſſionem defenſionemque dominij tui ſuſciperet. Ad hæc, dilecte fili, reſpondimus Romano Pontifici non conuenire licentiam cuiquam dare, vt cum infidelibus paciſcatur, quorum nulla conuentio Dei offenſione eſt vacua: mittere autem legatum, qui loco tui partes illas tuetur, diximus nec vtile ad id quod quæritur eſſe, nec nobis propter impotentiam facile. Verum cum Veneti paratam claſſem iam habeant, & potentes admodum ſint, interceſſuros cum eis, vt dominij antedicti protectionem capiant, nec diffidere nos id eſſe facturos. Hoc idem autem tuæ nobilitati per literas reſpondemus, dolentes admodum inuentam non eſſe in principibus Chriſtianis eam deuotionem ad opus fidei, quam ſperabamus, nec tales eſſe noſtras, & Eccleſiæ vires, vt tuæ nobilitati auxilia præſtare poſſimus, quæ conſtantiæ, & operibus pro fide ſuſceptis deberi cognoſcimus. Propoſitum autem tranſeundi ad defenſionem antedicti Regis, quem de te benemeritum memoras plurimum commendamus, non dubitantes aduentum tuum magnæ illi vtilitati ad omnia bene gerenda futurum, teque ex eo plurimum veræ laudis eſſe conſecuturum. Confidimus quoque regiam ſerenitatem ſuam hanc fidei præſtantiam attendentem præmia retributurum, quæ in tali neceſſitate ſunt debita, noſque ad eum efficaces literas dedimus, & vehementer ſumus hortati, vt mentem hanc tuam grate ſuſcipiat, dignamque habeat eius fidei, & conſtantiæ rationem, quam in paucis inuenit. Non dubitamus ſuam ſerenitatem noſtras exhortationes, & facta tua intuentem honorifica gratitudine erga te eſſe vſurum. *Dat.* XXIX. *iunij, &c.*

Scanderberg opē Ferdinādo ferre meditatur.

Laudatū a Pio ei' cōſilium.

61 De Georgio Scanderbego meminit Raphael Volaterranus b, ac tres familias fuiſſe olim Epiri dominatrices, nimirum Comnenorum, Arianitarum, & Caſtriotarum: expulſas autem regno ſe vidiſſe ait: addítque patrem Georgij Ioannem Doberienſem interiora Albaniæ tenuiſſe, petitumque bello ab Amurathe minorem natu filium puerum annorum nouem Georgium obſidem dediſſe, tum ſubijcit: *Hic & indole & virtute creuit heroica, & robore corporis incomparabili: quapropter Amurathes eum in ſuam ſectam aſciuit, vocauitque Scanderbech, quod lingua Turcarum Alexandrum dominum, ſiue magnum ſignificat. Hic plures ei prouincias acquiſiuit, inter quas & Moeſiam adſecutus Georgio Vucheruch deſpoto, ac Nauomonte eius regionis metropoli expugnato, vbi auri argentique fodinæ dicuntur eſſe. Extincto patre, ac fratre Caraguſio natu maiore, Georgia, qui erat obſes apud Adrianopolim, Amurathes regnum paternum tradidit. Interea Eugenius IV. audita fama hunc per nuncios & literas ad noſtros, & fidem priſtinam traducere conatur. Ille confeſtim obtemperat, ac rebellans tot pro religione res geſſit, quot antea contra; ac de improuiſa Croiam, Sfetigradum, Steluſium, Modriſiam, & Ternacium oppida in ea regione occupat. Amurathes contra eum Aſambech fratris eius filium primo, deinde Vranum duces cum copijs mittit Croiam. Quatuor iam menſes obſidebant, cum moritur, ac filius Maumethes miſſis totidem ducibus, quos baſſas vocant, fruſtra vires inſtaurat, cum ille ſemper parua manu ingentes hoſtium cateruas funderet, ac fugaret. Sed & vno tempore Venetos quoque bello laceſſebat: cauſa fuit, quod illi pactam pecuniam maioribus ſuis ob ablata Albaniæ oppida pendere negabant. Itaque Dyrrachienſem, deinde Dannienſem, Scodrenſem, & Driuaſtenſem agros late populatus eſt. Venetorum exercitum ad Drinum fluuium occurrentem fugauit. Tandem inter eos conuentum ſequeſtra pace per Antonium Venerium Albaniæ prouiſorem, vt illi Scodra, & agro, quem ceperat, cedenti mille quingentos aureos quotannis tribuerent. Poſt hæc cum Pij II. Pontificis nuntijs ſolicitatus auxilio Ferdinandi Regis in Italiam trajceret, eum Buroli a Ioanne Antonio principe Tarentino, Ioanne quoque Renati Regis filio Andegauiæ duce, ac Ioanne Picinino obſeſſum e veſtigia liberauit. Romam deinde cum veniſſet, mox domum remeauit, vbi paruo poſt tempore veneno abſumptus dicitur.* Addit Volaterranus illius vxorem ſuo tempore vixiſſe Neapoli, eiuſque filium a Mahomete fuiſſe pulſum. At de his poſtea.

b Volater. lib. 8.

De Scanderbegi geſtis.

62 Cæterum hoc anno Ioannes dux Lotharingiæ Renati Regis filius, pellectis ad ſuas partes plurimis a proceribus, inter quos eminebat Ioannes Antonius Vrſinus princeps Tarentinus, Antonius Caldora, Petrus Ioannes dux Soræ, Nicolaus Campibaſſi comes, Hercules Ateſtinus, & Piccininus multarum copiarum dux, qui ex Piceno, quamuis Pius eccleſiaſticas illi copias oppoſuiſſet, in Aprutium ſigna traduxit b, tentato fruſtra Aſculo, & vexillo pontificio ad deludendos Romanæ eccleſiæ vectigales abuſus, late victorias protendit, & Aquila, Luceria, Foggia, Sanſeuerino, Troia, Manfredonia, pluribuſque alijs vrbibus potitus c eſt. Aduerſus quem Pius ex inito cum Mediolanenſi duce fœdere auxiliarem exercitum Simoneto duce Ferdinando ſubmiſit: tum illum monuit d, vt Gallos propere expugnaret, cum Genuæ claſſis in ipſum, opem Gallis allatura, inſtrueretur. Cum etiam vereretur Pius, ne Galli bello ab ipſo petiti Auenionem oppugnarent, Fuxenſem Cardinalem, qui Venuſinum comitatum regebat, tueri ſe fortiter, ſi qua vis ingrueret, iuſſit e. Auctus porro eccleſiaſticis copijs Ferdinandus in Gallos ſigna extulit, ipſoſque ab agrorum graſſatione cohibitos intra Sarnum compulit: cumque extraheretur obſidio, timens ne ſui paulatim dilaberentur, vi oppidum capere conſtituit: ſed cum impreſſio hoſtilis facta eſſet, Ioannes Lotaringiæ dux princepſque Tarentinus adeo fortiter Ferdinandi excepere impetus, vt eius exercitum conciderint, ac Ferdinandum Neapolim fuga ſe proripere coegerint, de qua clade Pius hæc ad Beſſarionem Cardinalem ſcripſit f: *In Italia præter regnum*

a Collenut. lib. 6.

Plures proceres gallicas partes ſequuti.

b Gobel. l. 4

c Id. l. 6.

d Collen. lib 6.

Submiſſus a Pio exercitus in regnū Neapol.

d Pius lib. breu. pag. 164.

e Ibid. pag 109.

Ferdinādus ad Sarnum fuſus fugatuſque.

f Pius lib. breu. pag. 130.

Digitized by Google

Neapolitanum quieta ſunt omnia: ad ſeptimum Iulij Ferdinandus Rex cum obſeſſos hoſtes imprudentius aggrederetur, inſignem cladem accepit, quæ pene exploratam victoriam de manibus ſuis eripuit: paulatim ſe tamen collegit, & ad nouam defenſionem quæ poteſt vndique contrahit, &c. Datum vltima Iulij.

63 Parta ea a Gallis victoria omnia ad victores prona, Ferdinando aſpera viſa ſunt: Salerni princeps, cui etiam parebat Nola, dux S. Marci, & vniuerſa Seuerina ſtirps opibus, & ſanguinis claritate conſpicua in Gallorum partes tranſijt a. In Aprutio autem Piccininus contra pontificiatum copiarum auxiliarium Ferdinandi duces, nimirum Alexandrum Sfortiam & Fridericum comitem Vrbinatem magnam pugnam conſeruit, in qua multus vtrinque fuſus ſanguis, pendente & ambigua victoria, campo tamen hoſtes cedere coegit. Cæterum admonuit Vrbini comitem Pius b, ne hoſtes ad certamen admitteret, cum Galli mora non impetu frangendi eſſent: *Vicimus*, inquit, *iudicio noſtro eſt plane periculo t accepta clade Sarnenſi, ſi alia nunc inferretur, actum eſſet de regno*, nempe Neapolitano, *& ſtatus noſter pati facile poſſet. Prouince etiam atque etiam videat prudentia tua quantum fortunæ ſit committendum. Melius plerumque franguntur hoſtes patientia, quam armis: & tempus multa ſolet afferre, quæ ratione præueniri non poſſunt. Dat. Senis* xxvi. *Iulij*.

a Gob. lib. 4

b Lib. breu. pag. 132.

Monet Pius non certandũ cum Gallis ſed fatigandos velitatio nibus.

64 Salubre erat Pontificis conſilium, vt etiam Ferdinandi res collapſæ mora reſtitutæ ſunt, ita impetu poſt Sarnenſem victoriam a Gallis opprimi poterat, ſi fugientem inſecuti verſus Neapolim inopinato caſu trepidantem, neque admodum Ferdinando addictam, ſigna conuertiſſent: nec dubium erat Andegauenſe nomen plures ſectatores veterum partium repente in ea rerum conuerſione excitaturum: dederatque in militari colloquio id conſilium Ioanni duci Renati Regis filio Coſſa præclarus dux, quod omnes erant amplexi; verum Ioannis Antonij principis Tarentini ſententis prius finitimas vrbes in poteſtatem redigendas, vt commeatus Neapoli intercluderentur, vicit auctoritas. Plurimum itaque temporis ea in re conſumptum, ac Ferdinandus laceras refecit copias: tum miſſum a Pontifice ac duce Mediolanenſi ſubſidiarium accepit exercitum, quo deinde Gallos attriuit: at de his poſtea. Nunc inſtitutam narrationem repetamus.

Diſtracti Galli ne Ferdinãdum inſequerentur

Refectę a Ferdinãdo vires.

65 Dum Sarnenſis victoriæ a Gallis partæ fama peruadebat Neapolitani regni vrbes, pluresque in ijs conuerſiones excitaret, Terracina, quæ ab Alfonſo Rege Aragonum Eugenio, dum Gallicas partes tuebatur erepta fuerat, & a Ferdinando ad duo luſtra vicariatus nomine retenta, illius iugum excuſſit, pontificiumque nomen implorauit. Laudibus extulit Pontifex c Terracinenſium facinus, commendauitque d Campaniæ præſidem, qui Terracinam eccleſiaſtico præſidio monjuerat, atque hæc ad Antonium Picolominæum nepotem, qui aliquibus eccleſiaſticis copiis cum imperio præerat, ſcripſit e: *Quidquid ſubuentionis dari poſſe Terracinenſibus vides, ne prætermittas: pernicioſum eſſet ciuitatem illam in manibus hoſtium deuenire, quod futurum cognoſcimus, niſi arx celeriter recuperetur, ſcribimus Regi, vt tradi illam faciat, veremur ne lente id agat*: eoque argumento plures ad Ferdinandum literas dedit, ac primum demulcere ipſum conatus profectus eſt a, nulla ratione ad defectionem Terracinenſes a ſe pellectos: *Teſtamur*, inquit, *Deum, chariſſime fili, nos nil tale ante præſenſiſſe, nec opinatos eſſe Terracinenſes ad hoc deuenturos, mira eorum fuit voluntas, mira deliberatio nulla inſtigatione impulſa.* Cum vero arx a præfecto Aragonio adhuc teneretur b, illum Pius monuit c vt arcem ipſam, quam Ferdinandi nomine præſidio inſtructam ſeruabat, pontificij exercitus duci traderet: tum Ferdinando grauiſſima argumenta attulit c, ob quæ eccleſiaſticæ ditioni Terracinæ arcem reſtitui intereſſet, cum maxime ad Gallos potius deficere, quam ad eius redire imperium Terracinenſes decreuiſſent.

Terracina ad Põtificem reuerſa.

c Lib. breu. pag. 139.

d Ead. pag

e Ibid. pag 136.

Retenta arx ab Aragonijs.

a Ib. pag. 135.

b Pag. 125 & 142.

c Pag. 136.

Pius Papa II. Regi Ferdinando.

66 Chariſſime fili, &c. Credimus nota eſſe tuæ ſerenitati, quæ apud Terracinam ſunt geſta: ciuitas ſponte ſua clamauit Eccleſiam: viceregem tuum, & caſtellani filium comprehendit, cauſam allegans, quod per eos præſenſerat locum illum vendi debere. Timet ex hoc motu te offendiſſe, proptereaque reditum ad tuam ſerenitatem tutum ſibi non putat. Hoc dixerunt rectori noſtro Campaniæ, hoc nobis per oratorem ſuum exponi fecerunt, aſſerentes paſſuros ſe prius omnia extrema, quam mutationem propoſiti. Adiecerunt quoque, ſi eos nollemus inuenturos ſe dominum, qui curam ſui ſuſcipiat. Eſt in ea ciuitate rector prædictus, quem inuocarunt: omnes ad nos inclinant: arx contra populum ſtat munita præſidio Marconis comitis. Re in hunc modum pendente quantum periculi immineat plane debes cognoſcere. Si viderint Terracinenſes nos expugnationem arcis toto poſſe non aggredi, ad hoſtes diuertent, qui poterunt: quod quantum rebus tuis, & noſtris conducat, obſcurum non eſt. Noli committere, vt ſcandalum Eccleſiæ fiat, vnaque opera nos & tu ciuitatem illam perdamus. Expeditius iudicauimus, vt ſtatim mandes arcem tradi noſtro rectori: & ita facias pro ſtatu amborum, rogamus. Quidquid in mora ſiniſtri accider, tibi ſoli imputabitur, neque erit pœnitentiæ locus: arce vero per nos recepta, nihil tua ſerenitas perdit; ea tibi ex loco illo manet commoditas, quæ prius omnia noſtra ſalutem tuam operantur: nec minus pro te, quam pro nobis deditin petitur: nil medium in hac re eſt, aut noſtri futuri ſunt Terracinenſes, aut Gallorum, tui eſſe nolunt. Conſiderare nunc debes, quid magis expediat. Nos moleſtiſſimum haberemus, & ingratæ mentis iudicium, ſi quæ noſtra ſunt malles ad hoſtes, quam ad protectores tuos redire procraſtinando, & deficiendo. Vidiſti quid in Caſtilione acciderit, &c. *Dat. Senis* x. *ſeptembris*.

Monitus Ferdinandus vt arcem reſtitui iubeat.

67 De Terracina recepta etiam fecit certiorem Franciſcum Sfortiam ducem Mediolani Pius, nec amplius illius ciues Ferdinando poſſe ſubijci ne Romanæ eccleſiæ clientes, qui ad eius opem confugerant, prodere videretur. Leniri tamen tot rationibus Ferdinandus non potuit, acerboque ferens animo Terracinam ad veterem & iuſtum dominum reuerſam, Marconij comitem ad eam recuperandam diripiendamque immiſit. Inita pugna non ſine damno pulſæ ſunt Ferdinandi copiæ virtute Pazagliæ, qui feſſis Terracinenſibus opportuno ſubſidio venit: quibus viſis præfectus Aragonius incolumitatem pactus eidem eccleſiæ arcem deditione reſti-

Ferdinandi copiæ a Terracinenſib⁹ propulſatæ.

Digitized by Google

reſtituit; vt narrat Gobelinus a.

a Gob. l. 5.

Priuſquam Romam rediret Pontifex, Terracinenſes ciuilibus acti diſcordijs tumultuare inter ſe cœperant; deſperantes enim res Ferdinandi ſecundari poſſe, cuius apud Sarnum vires cecidiſſent, alij Gallorum, alij Eccleſiæ præſidium implorabant: vicit pars eccleſiaſtica, & priuſquam Galli ſuis opem afferrent ciuitatem Eccleſiæ nomine percurrit, cæpitque arcem oppugnare, in qua erat Ferdinandi præfectus. Miſſis ad Pontificem legatis, qui opem redeuntibus ad Eccleſiam poſtularent: nam Terracina iuris eccleſiæ fuit. Alfonſus eam Eugenio IV. partim dedentibus ciuibus, partim per arma ſurripuit, nec reddidit facta pace. Pius approbato Ferdinandi regno ita dimiſit, vt poſt duo luſtra ad eccleſiam rediret: at cum iam ſuopte ingenio a Ferdinando deficiens proprium repetiſſet imperium non cenſuit Pontifex recuſandam, moxque ſui corporis cuſtodes, quibus præfectus erat Ioannes cognomento Pazaglia, vir ſtrenuus eo tranſmiſit, qui dedentem ſe ciuitatem pro Romana eccleſia reciperent, atque aduerſus vim, ſi qua ingrueret, tuerentur. Iam comitis fundorum filius Balthaſar Marconij comes defectionem Terracinenſium acceperat, collectiſque repente copijs montem, qui vrbi ſupereminet, inuaſerat mœnia conſcenderat, & occurentes extra portas ad pugnam ciues in fugam conuerterat, nec dubium videbatur, quin ciuitas intra horam hoſti diripienda traderetur; cum ſubito accurrent Pazaglia prælium que reſtaurans victoriam hoſti præripuit, fugatoque procul Marconio, Eccleſiæ ciuitatem, ciuibus vitam, ac fortunas ſeruauit. Præfectus arcis, ſpectata Marconij fuga, ſuam ſalutem pactus, locum tradidit. Id ægre Ferdinando fuit, nec Mediolanenſium dux æquo animo tulit, veritus ne regni rebus officeret, potius ſuam ciuitatem eſſe voluit quam Gallorum, neque iniquum putauit Pius deficientes a Ferdinando Terracinenſes recipere, cuius pater ab Eccleſia deficientes recepiſſet.

Terracinẽſes ſtudijs diſciſſi.

Ad Eccleſiam ob ſequium redeunt.

Admiſſi a Pio.

Ferdinandi duces fugati.

Arx dedita Pontifici.

Ex hoc Terracinenſium ad Pontificis obſequium reditu grauiſſime angi cœpit Ferdinandus b, quod plerique iam pontificia illi auxilia ſubducenda interpretarentur: ac Ioannes dux cæterique Andegauenſium partium principes ſolemnem legationem decreuere ad Pium poſt Sarnenſem victoriam, vt ipſum pacem rogarent, ab eoque deprecarentur, ne Andegauenſi parti pro recuperando vetuſto iure ob Ferdinandi amicitiam bellum inferret: qui reſponſum extraxit, de quo ad archiepiſcopum Rauennatem, quem veluti pacis interpretem in regnum Neapolitanum miſerat, hæc ſcripſit c: *Cum Senis adhuc ageremus, venerunt ad nos oratores nonnulli tam nomine dilecti filij nobilis viri Ioannis ducis Calabriæ, quam etiam principum, & baronum regni Siciliæ ſibi adhærentium, literas afferentes manu eorum ſubſcriptas, & a nobis inſtanter petentes, vt deſiſtere a ferendis auxilijs chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Siciliæ Regi illuſtri vellemus, & ipſi Ioanni duci in recuperatione paterni regni aſſiſtere.* Et infra: *Reſpondimus mox, vt Romam rediſſemus habituros nos in pleno conſiſtorio maturum conſilium, &c.* Addidit imperia, vt Ioanni duci cæteriſque Andegauenſium partium proceribus denuntiaret, vt oratorem ad reſponſum pontificium excipiendum mitterent. Tum alijs literis d iiſdem principibus Gallicæ factionis ſignificauit, vt diem & locum ad audiendum archiepiſcopum Rauennatem apoſtolicum oratorem conſtituerent. De ca

b Id. ibid.

Andegauenſes a Pio pacẽ eflagitant.

c Lib. breu. pag. 147.

d Lib. breu pag. 155.

porro Renati Regis filij pacem offerentis Pontifici legatione, hæc narrat Gobelinus, ex ſuo in Ferdinandum Regem ſtudio: Pontificem Pium animo non deficientem, reparare atque inſtaurare copias decreuiſſe, Ferdinandoque noua auxilia mittere, ne regno deijci poſſet.

68 Interea Aquilanorum legati ad eundem Pontificem veniunt, & paulo poſt Ioannis Andegauenſis oratores ſuaſuri, vt relicto Ferdinando aut Renati cauſam adiuuet, aut bello prorſus abſiſtat, multorum & populorum & principum regni literas afferentes, qui Ferdinandi regimen atque imperium prorſus reſpuebant. Quibus auditis Pius ſe nihil aliud bello quærere reſpondit a, niſi vt violentia ſublata lis de regno iudiciario ordine ſeruato dirimeretur: id ſi Renatus annueret, ab armis ceſſari poſſe. Tum vnus ex oratoribus: *Ioannes*, inquit, *Coſſa, hæc ad te verba tranſmittit: ſi Chriſtus nobiſcum eſt, non curamus quo ſe vertat vicarius eius: vicimus apud Sarnum auctore Chriſto.* Cui Pontifex: *Quamuis vno prælio ſuperiores fuiſtis*, inquit, *non tamen affirmare poteſtis Chriſtum auxilio vobis eſſe, cuius occulta iudicia ſunt. At Chriſti vicarium veſtris aduerſari conatibus, & ſenſiſtis hactenus, & ſentietis deinceps magis, atque ita legati infectis rebus abierant.*

Iterum Pius rogatus ne faueat Ferdinãdo.

Inſolens oratorũ dictum.

Refringitur Pij reſponſio.

Vtut reſponderit oratoribus Andegauenſium partium Pius, illud exploratum eſt, ipſum in ea oratione, quam ad Romanos patritios habuit, vt auerſos ob ſuſceptas Ferdinãdi partes animos deliniret, conqueſtum eſſe b, archiepiſcopum Rauennatem ſe miſiſſe, vt bellum ſedaret; cumque per Renati terras iter haberet, aditu prohibitum, reſponſumque a Ioanne eius filio data ſibi a patre Rege imperia, vt bellum gereret, non pacem ambiret, cum Ferdinando ſcilicet, nam quod ad Pontificem attinet, eius comparare amicitiam omni ope annitebatur, quam etiam a Pio repudiatam ex ipſius Pontificis literis ad ducem Mediolanenſem fœderatum datis c conſtat: ſæpius vero eundem ducem hortatus eſt d, vt labentes Ferdinandi res ſubmiſſo aliquo valido auxilio ſuſtentaret: perturbatum Ferdinandi animum confirmauit e, adiecta ſponſione nec pontificiam, nec ducis Mediolanenſis opem defuturam: conſuluit f, vt nobile oppidum cui S. Germani nomen eſt, Cardinali Aquileienſi concrederet, ne a Gallis occuparetur, poſſentque auxiliares copiæ pontificiæ ad ipſum tuto commeare, repugnantemque his verbis perſtrinxit: *Multa quotidie facis, quæ ab amicis tuis damnantur, viderisque viam contrariam ſalutis incedere.*

b Gob. l. 5.

c Lib. breu. pag. 147.

d Ibid. pag 131. & 145.

Additi Ferdinãdo animi nec Pontificẽ nec Mediolanenſem ipſi defuturos.

e Ibid. pag. 135.

f Ib. pag. 134.

69 Denique Antonium Picolomineum eccleſiaſtico ſuccinctum exercitu ad Ferdinandum miſit, ex quo illius res admodum confirmatas refert Gobelinus g, cum ab omnibus intellectum eſſet Pontificem Aragonias partes omni contentione tueri, neque a Gallis vllis officijs flecti poſſe. Inde vero ob ſuſceptum eiuſmodi bellum plurium animi a Pontifice auerſi h, magnique tumultus ditioni eccleſiaſticæ iniecti fuere, ac primum Romæ emerſit i noua latronum factio ſignifero quodam Tiburtio, qui trecentos e Romana iuuentute perditiſſimos & profligatiſſimos homines ſibi aſciuit, ac ſtupra adulteriaque paſſim patrare, rapinaſque agere aggreſſus eſt, adeo vt magiſtratus eum coercere non auderent: quos motus cum primum audiuit Pontifex eoſ-

Suſceptę Aragoniæ factionis odio motus in Piũ concitati.

g Gob. l. 5.

h Pius lib. breu. pag. 148.

i Gob. l. 5. Sabell. ennead 10. l. 6. Steph. infeſſ. arch. m. ſ. vat. ſign. n. 118

dem

dem vrbanos magiſtratus hiſce literis increpuit a.

a Lib. breu. pag. 153.

Pius Papa II. conſeruatoribus vrbis.

Dilecti filij, &c. intelligimus graues exceſſus, qui Romæ quotidie fiunt. Audimus etiam Romanos ſolum eſſe, qui talia faciunt: nihil porro in ciuitate tutum eſſe a perdita iuuentute. Gubernator noſter, quem illic poſuimus, poſt pulſatam familiam ſuam, poſt ſuſcepta multa ludibria, neceſſe habuit, vt rebus ſuis conſuleret, in palatium apoſtolicum ex vrbe refugere. Quanto honori & conſolationi nobis hæc ſint cogitari facile poteſt: quantum etiam bonæ famæ Romano nomini afferant, palam eſt omnibus. Nunciantur non dubie iſta per varias mundi partes, & qui audiunt in vrbe moram tutam non eſſe, neque hinc, neque ex patria venire ad vos audent. Vox omnium vna eſt, populum Romanum dominum ſuum non recognoſcere. Nemo eſt, qui non iudicet corrigi hæc mala facillime poſſe, ſi vos modo velletis: neque enim latrones externi, nec milites noſtri hæc faciunt, ſed filij veſtri, in quos domeſticum habetis imperium. Dum Mantuæ eramus nil tale emergebat, quieta omnia Romæ nunciabantur: at poſtquam Senas rediuimus, armatæ ſunt in opprobriũ noſtrum prædictorum cateruæ, quod ſane cur accidat non ſatis cognoſcimus; intelligimus tamen a ciuibus veſtris primores vrbis ideo incentiuum dare his malis, & pati exceſſus augeri, vt nos talibus moti celeriter redeamus. Errant tota ratione, qui ex malefactis beneficium a nobis expectant, obedientia, & humilitas inducere nos ad reditum poteſt, non vlla rebellio; ij enim ſumus, qui vt precibus iuſtis facile ducimur, ſic minis & proteruia in diuerſum auferimur. Scripſimus alias vobis, & per eos, quos ad nos miſiſtis dici curauimus, quæ cauſa nos Senis teneret, quid etiam animi ad reditum eſſet: eadem nunc nobis eſt ratio, idem redeundi firmum propoſitum. Verum hoc vobis edicimus, ſi perſeuerare in ſcandalis ciuitatem ſenſerimus, & opera veſtra illa non tolli, ſicut facile poſſunt, cogemur non ſolum nos non redire, ſed curiales noſtros, quos audimus cum periculo eſſe, ad nos euocare, quod ne accidat erit prudentiæ veſtræ in tempore prouidere. *Dat. Senis xxv. martij anno II.*

Increpiti vrbani magiſtratus de non coercitis ſeditionibus.

70 Compreſſi b initio ij motus viſi, vt redditæ ad eoſdem magiſtratus Pij literæ oſtendunt, ſed dein recrudeſcere Tiburtij ſociorũ graſſationes & magis ingraueſcere cœperunt, adeo vt etiam Agrippæ rotundam molem olim gentilium ſuperſtitione falſis numinibus conſecratam, nunc vero Deo in beatiſſimæ Virginis, & ſanctorum martyrum honorem Chriſtiana religione dicatam occuparint c, atque ea ea in finitimas ædes irrumpere, miſcereque omnia ſint auſi: demum incolumitatem pacti exilium ſibi conſciuere, atque ad Sabellorum oppidum Gallicæ factionis profecti ſunt, patefactaque eſt procerum aliquorum vrbem in rebellionem trahere meditantium coniuratio: quo accepto Pius mox Senis Romam ſe contulit: cumque venienti Romani iuuenes occurriſſent, vt pontificiæ ſellæ humeros ſubmitterent, ſuaderentque aliqui, ne ijs ſeſe committeret, ipſum reſpondiſſe refert Gobelinus d. *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c. Portabunt humeris quem pedibus calcare voluerunt.* Exceptus eſt a Romanis ingenti lætitia, ſacerdotaleque in vrbem imperium aſſeruit: non tamen ſedati omnes motus; nam Sabelli & Columneſes pluresque proceres ob Gallicum nomen in Neapolitano regno oppugnatum infenſi erant. Euerſus comes patrimonium vexabat: Picenum Sigiſmundus Malateſta a Gallis concitatus inuadebat: Tiburtius Piccininum ſolicitabat, vt in vrbem ſigna conuerteret. Quibus periculis iactatus Pius ducem Mediolani rogauit a, vt copias ſubſidiarias ad ipſum mitteret.

b Ib. pag. 154.

Sedati alij motus.

c Gob. l. 4

Romam contendit Pius.

d Gob. l. 5.

Maxima lætitia a Roman' excipitur

a Lib. breu. pag. 147.

Pius Papa II. duci Mediolani.

Dilecte fili, &c. Sæpe oratores tuos rogauimus, vt te ad mittenda maiora belli præſidia hortarentur, & difficultates oſtenderent, quæ nobis vndique ingruunt. Credimus id eos feciſſe, & nobilitatem tuam conſilia noſtra non neglecturam. Libenter nos ad omnia prouideremus, ſi facultates adeſſent: cum non adſint neceſſe eſt, ſi periclitari non volumus, anguſtias noſtras tibi indicemus. Eſt nobis bellum in portis; circumuenti vndique ſumus armis proditorum noſtrorum: Iacobus Sabellus apertus eſt hoſtis: comes Euerſus nos quietos eſſe non ſinit, de Columnenſibus nihil licet niſi hoſtile vſque in hanc diem ſperare: comes Iacobus quomodo noſtros eludat, & cum paucis teneat occupatos, notum eſt tibi. Eſt præterea Romanus populus doloris nobis non mediocris, ad eum non minus, quam ad cætera oportet reſpicere. Vixit diu in pace, damna vel minima pati non poteſt: ſi animal vnum modo amittat, tota vrbe eſt clamor. Hoſtes non ignorantes molem belli omnem huc detulerunt, expectantes vt mala continuata nos vincant. Hybernabit non longe comes prædictus, hybernabunt in proximis copiæ noſtræ: incommoda militum nemo te melius nouit. Parati ſunt & in curia noſtra, & in vrbe, qui ad primum quemque nuncium damni animos male pacatos ad tumultum incendunt, culpa noſtra hoc peruenire aientes, qui pacem oblatam nolimus. Iam vero in prouincia Marchiæ quale incendium ſit excitatum audiſti: Sigiſmundus ingratus Deo, & hominibus vicariatum fere totum violenter eripuit: hoc non contentus Eccleſiæ terras inuaſit, nonnullas cepit, prædam non mediocrem abegit. Gentes noſtræ etſi illi oppoſitæ ſint, neſcimus tamen quo facto impeditæ videntur: ad omnia naturam illorum prouincialium etiam tenes, ſuſpenſi in minimis ſunt, fortunam, quocumque inclinat, ſine expectatione malorum ſequentes, redditus noſtri ob has cauſas longe ſunt imminuti. Expenſæ factæ ſupra vires, cum maiores nunc quoque incumbant: ſubſiſtere incommodis tantis non poſſumus. *Et infra.* Proinde nobilitatem tuam hortamur, & requirimus, vt compati noſtris anguſtijs velis, & grandius aliquid cogitare, quod vel celerem victoriam præſtet, vel nos his propinquis moleſtijs liberet: miſſio maiorum copiarum præſtare hoc poteſt, &c. *Dat. Romæ xxiv. nouembris anno III.*

Excitatæ in ditione eccleſiaſtica turbæ.

71 Reuicta denique eſt nefaria coniuratio b de vrbe a Pontificis obſequio ſubducenda, comprehenſis affectiſque ſupplicio eius auctoribus Tiburtio Bonannoque: cum enim hi ſicarij cum aliquot proceribus Gallicarum partium conſilia ea de re inijſſent, ab ijs ad rem tentandam animati, tum cuiuſdam fatidici, qui eo anno ſacerdotale imperium in vrbe abolitum iri cecinerat, mendacio decepti vrbem ingreſſi ſunt, exertiſque gladijs populum ad libertatem priſtinam recuperandam deijciendumque iugum cohortati eam percurrere, ſed ſpretæ fuerunt eorum

b Gob. l. 5.

Coniuratio in vrbe conflata ad Gallorũ gratiam.

Spreti a a populo coniurati & capti.

rum voces, cumque in fugam ſe coniecisſent, demum capti a ſatellitio pontificio ſcelerum ſuorum pœnas dedere. Quod vero ad Sigiſmundum Malateſtam attinet, is Gallico auro conductus maximum terrorem Piceno incuſſit; quamobrem Pius ad Florentinos Gallis fœdere iunctos in ſuas partes pelliciendos hæc Coſmæ Medieeo ſcripſit a: *Audiſti qualia ſunt in nos opera rebellionis filij Sigiſmundi de Malateſtis ſtatum Eccleſiæ indigne turbantis: ad hunc reprimendum liga præſidio eſt opus, quam implorare intendimus: erunt tuæ partes, qui in ciuitate Florentiæ plurimum vales, ita ſuadendo proficere, vt fides data ſeruetur, nec per inanes excuſationes debito relinquantur.*

a Lib. breu. pag. 122.

72 Trahi in armorum ſocietatem a Pio non potuiſſe Florentinos, refert Collenutius b; ſed Coſmæ Medicei opera decretum de pendendo Gallis, dum bellum cum Ferdinando gerebant, octuaginta millium aureorum ſtipendio reſciſſum fuiſſe, quibus additis hiſtoriæ ſuæ finem impoſuit. Porro Sigiſmundus Malateſta Anconam in ſuam redegerat poteſtatem, indeque viribus auctior, inſtructiuſque Anconitanorum copijs in Æſinos ſuum conuertit impetum, qui eo turbine perculſi Venetum nomen implorarunt. Cum autem ea res maiores motus paritura eſſet ſi Veneti in Romanæ eccleſiæ vectigales imperium ſibi aſciſcerent, Piceni legatum hortari Venetos iuſſit Pius c, vt Æſinorum clientelã Eccleſiæ permitterent; tum ad comprimendas Sigiſmundi molitiones fortiter proſilire: *Quæ*, inquit, *ad vexandum Sigiſmundum pertinet animoſe curato: hortare duces copiarum, vt ſibi non deſint: fideliter agant omnia: meditore tu dies & noctes quo pacto poſſit hoſti noceri. Eſt peſtis perdenda inueterata dierum malorum nec fidem habens nec animam: erit tibi Deus adiutor, cuius Eccleſiam vexat. Dat. Romæ* XXIII. *nouembris anno* III.

b Collen. hiſt. Neap. lib. 6.

Promiſſa Gallis a Florentinis ſtipẽdia reſciſſa ope Coſmæ Medicei.

Ancona a Malateſta occupata.

c Lib. breu. pag. 156.

Tulit deinde exeunte anno Pius in Sigiſmundum Malateſtam ob eius graſſationes anathematis ſententiam, atque in Picenum ad Anconitanos in pontificiam poteſtatem reuocandos Alexandrum Cardinalem S. Suſannæ, cum iam ille factos Peruſij tumultus compreſſiſſet, legauit, ad quem extant hæc datæ literæ d: *Non errauimus iudicio cum te Peruſiam miſimus: impleuiſti deſiderium noſtrum, & inquietæ ciuitati pacem dediſti, nullis artibus parcens, quibus præcipites animos reuocare ad ſaniora conſilia crederes: benedictio Dei ſit tecum, noſtra quoque, quocumque ieris te comitetur*; nonnulliſque interiectis addit: *Literas Anconitanorum perlegimus: idem videtur nobis, quod tibi, plaga hæc medicamento leui eſt inſanabilis: Sigiſmundi vinculum, & vltionis metus ad proteruiam illos indurat: flagello potenti eſſet neceſſe, cuius copia nobis non eſt: feremus modice, quod tolli non poteſt, cum tamen operante Deo mira aliquando fiat animorum conuerſio: tentanda eſt omnis via, qua perfici aliquid boni poſſit. Placet igitur, vt ad eos omnino contendas.* Subijcit paulo inferius de Malateſta: *Cum Sigiſmundo non placet tractatus aliquos ineas: die natali Domini excommunicatus eſt publice, & paucos poſt dies digna actionibus ſuis feretur in eum ſententia, deploratum ingenium eſt, & prodendum omnibus, ex quo ſanari non poteſt, &c.* Tanta Sigiſmundo Malateſtæ conſtantia obſtitiſſe Pontificem refert Campanus e, vt cum Galli de fœdere cum ipſo agerent ea lege, vt Sigiſmundum, quem damnarat, in priſtinam gratiam reſtitueret, flecti non potuerit.

Alexander Card. in Picenum miſſus.

d Pius lib. breu. pag. 122.

Latæ in Sigiſmundum Malateſtam cenſuræ.

e Camp. in Pij II. vit

73 Inter ſuperiores vero bellorum motus, dum cuncta ad Gallos proniora erant, Genua, ex qua maritima præſidia ad Neapolitanum regnum recuperandum parabant, in libertatem vindicata eſt a. Fecit eam in Gallos ipſos coniurationem Proſper Adurnius communicato cum Pontifice conſilio, a quo ad rem gerendam accenſus, atque a duce Mediolanenſi adiutus irrupit inſtructo armis agmine in Genuam, occupatiſque prætorijs ædibus, ciues in ſuas partes allexit. Perculſus ea defectione Ludouicus Vvalla, qui Caroli Francorum Regis nomine vrbi præerat, in arcem profugit, eamque aduerſus oppugnantes egregie tutatus eſt donec terreſtres, ac maritimæ Gallorum ſubſidiariæ copiæ aduenirarent: quorum vires pertimeſcens Adurnius Paulum Fregoſium archiepiſcopum Petri antea cæſi a Gallis fratrem ſocium ſibi aſciuit, oppoſuitque terreſtribus hoſtium copijs, quas Conſtinenſis præfectus ductabat. Conſerto demum cruento prælio Pauli virtute multa cum ſtrage Galli propulſati fuere: cum autem parte altera periculum immineret, ne Renatus Rex claſſe portum adoriretur, expoſitiſque in terram copijs irrumperet, eo mox prouolarunt armati Genuenſes, ac partim cæſis partim in mare diſiectis Gallis, Renatum Saonam repetere coegerunt. Quibus animaduerſis Gallorum præſidium, quod arcem tenebat, incolumitatem pacti deditionem fecere. Subinde Genuenſes excuſſo Gallorum iugo inter ſeſe tumultuari cœperant, Proſper Adurnius deiectus principatu, quem rapuerat, & Spinera in eius locum ſubrogatus, quo paulo poſt accepta pecunia abdicare ſe coactus eſt. At de Italicis Gallieiſque rebus hactenus: nunc Germanicas aggrediamur.

a Gob. l. 5. Biza. l. 13 Folie. l. 11 Pigna l. 8. & aly.

Genua Gallis pulſis libertatem recuperat.

Galli Genua propulſati.

Arx deditionem Genuenſibus facit.

Pulſis Gallis Genuenſes in factiones diuiſi.

74 Legarat Pius anno ſuperiori in Bohemiam archiepiſcopum Cretenſem, & Franciſcum patria Toletanum, vt Vvratiſlauienſes, qui Regis Georgij Podiebrarij iugum ſubire detrectabant, ipſi conciliarent. Conceperant ij iuſtas de Georgio hæreſis labe inquinato ſuſpiciones, ac profitebantur prius diſcrimini expoſituros corpora, quam animas in periculum amittendæ fidei & immortalitatis adducturos: cum vero Pontifex Georgij, qui obſequium Romanæ eccleſiæ addixerat, promiſſis confideret, legatis anno ineunte ſignificauit b pacem inter illos conciliare poſſe, ſi Georgius Vvratiſlauienſes clientelæ Romanæ eccleſiæ permitteret, iniurias condonaret, præficeret Vvratiſlauiæ quem ciues poſcerent, tum alias Vvratiſlauienſium immunitates confirmaret.

Georgius Rex Bohemiæ catholicis laruam præfert.

b Lib. breu. pag. 94.

Pius Papa II. venerabili fratri archiepiſcopo Cretenſi, & dilecto filio Franciſco de Toleto theologiæ profeſſori oratoribus noſtris ſalutem, &c.

Ex literis, & relatione nonnullorum intelleximus dilectos filios clerum, & vniuerſitatem Vvratiſlauienſem difficile ſe admodum reddere ad componendas cum Rege Bohemiæ differentias ſuas, atque vt a principio in hoc propoſito fuit, ita in eo nunc quoque continuare; quod profecto ſatis miramur dolentes, ſicut veriſimiliter credimus, per diſſenſiones huiuſmodi veniendum neceſſario eſſe ad bellum ſalutare: itaque iudicaremus, & nec Deo ingratum pacem his conditionibus recipi, ſi videlicet Rex ipſos Vvratiſlauienſes in fide eccleſiæ Romanæ dimitteret; ſi iniurias, quas ſibi hactenus quomodolibet irrogatas prætendit, ſine vlla exceptio-

Leges cõcordiæ inter eum & Vvratiſlauiẽſes dictæ.

Digitized by Google

ptione remitteret, ſi capitaneum daret, quem ipſi expectarent, indulta quoque omnia, præminentias, & priuilegia hactenus per eos poſſeſſa ſeruaret, ac tueretur, nec occaſionem dari cum offenſa Saluatoris noſtri, & noſtra, vt ad grauius ſcandalum veniatur. Hæc ſi non eſſent nobis explorata, ſi damnoſa etiam putaremus animabus eorum, certe nos, qui ſaluari gregem dominicum, non perdi optamus, talia non ſcriberemus: Rex ipſe fidelem ſe nobis exhibuit, & tanquam catholici principis obedientiam nobis, & Romanæ ſedi præſtitam acceptauimus, & pro tali habemus. Non poſſumus igitur non laudare bonum, quod cernimus, & Chriſti fideles ad pacem hortari, ſcientes in huiuſmodi rebus ſolere quandoque homines non tam rationem, quam affectus ſuos attendere: hæc illis ſuadere vos volumus, & conſilium noſtrum oſtendere, quod tanquam ſalutare & pium vt amplectantur optamus, &c. *Dat. Mantuæ* x. *ianuarij* MCCCCLX, *anno* II.

Deluſus Pi' Georgij hypocriſi.

75 Certiores alijs literis a Vvratiſlauienſes fecit Pontifex, ſe apoſtolicis nuntijs, quid de pacis conficiendæ ratione cenſeret, aperuiſſe a: at antequam eæ literæ perlatæ eſſent in Sileſiam, Vvratiſlauienſes XIII. ianuarij huius anni pacem cum Georgio ijs pactionibus, quæ in publicis monumentis tum confectis, inſertiſque a Cochlæo b Huſſitarum hiſtoriæ continentur, admiſere: pollicitus nimirum eſt inprimis Georgius acceptas iniurias in perpetuum obliuioni ſe daturum: corroboratæ etiam ab ipſo Vvratiſlauienſium prærogatiuæ; conſultum iuri eccleſiaſtico, & ſacri ordinis libertati: promiſit præterea cenſuras eccleſiaſticas valituras: tum religionis cauſam contra hæreticos ſe ſuſcepturum: denique conceſſum Vvratiſlauienſibus, vt clientelaris ſponſio ab ijs Georgio Regi præſtanda ad triennium extraheretur.

a Ibid pag 95.

b Cocl. hiſt. Huſſit. lib. 12.

Quæ promiſerit Georgi⁹.

76. Compoſitis ita Pontificis opera Bohemiæ rebus, Georgius interpretem ſe concordiæ inter Fridericum Imperatorem ad ſceptrum Hungaticum aſpirantem, ac Matthiam Pannoniæ Regem ad repetendam vltionem Auſtriæ ingruentem præbuit, ſed irrito conatu; de nauata tamen opera Pius gratias his ei egit c: *Accepimus*, inquit; *literas tuæ ſerenitatis, & plene intelleximus quæ cum imperialibus, & Regis*, nempe Matthiæ Hungari, *oratoribus in Olomucenſi dieta agi per te potuerunt: commendamus in primis ſalutare ſtudium celſitudinis tuæ; quod hoc neceſſario tempore ad tollendas diſſenſiones fidelium Deo, & Chriſtianæ religioni non defuit: dolemus deinde ſecuta inter eos non eſſe, quæ a te quærebantur, & nobis erant in præcipua expectatione ac voto. Laudandus in omnibus eſt Deus, & nihilominus maieſtati tuæ annitendum, vt quod in præſentiarum minus ſucceſſit, alio tempore te operante felicius poſſit ſuccedere; nam ſi quiſquam eſt, qui pacem vel treuguas ſtatuere inter illos ſuo interuentu poſſit, eſt certe iudicio noſtro ſerenitas tua, quæ ad ingenium, & rerum experientiam adiunctam habet ſummam auctoritatem, &c. Dat. Senis* XXVIII. *martij anno* II.

Agit cõcordiæ interpretẽ inter Imp & Vngarum.

c Is breu. pag. 171.

77 Indictus eſt a Georgio Rege Bohemiæ Pragenſis conuentus ad eandem pacem inter Fredericũ & Matthiam generum ſuum conciliandam: de quo certior factus Pontifex Beſſarionem Cardinalem legatum ſumma inſtruxit auctoritate d; vt ſi a Georgio concordia perfici non poſſet, rogata Regis ipſius ſententia inducias apoſtolica auctoritate inter diſſentientes imperaret.

Indictus ea de cauſa conuẽtus a Georgio.

d Ib breu pag. 172. *& lib.* 35 *pag.* 241.

Venerabili fratri Beſſarioni epiſcopo Tuſculano S. R. E. Cardinali Niceno Apoſtolicæ ſedis legato.

Cum intellexerimus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Georgium Bohemiæ Regem illuſtrem ad kal. maias proxime venturas in ciuitate Pragenſi dietam vnam eſſe celebraturum, & illuc tam imperialis celſitudinis, quam Regis Hungariæ oratores ad pacem, vel treuguas ineundas eodem tempore conuenturos, videntes euenire facile poſſe, vt agente hoc bonorum operum hoſte, eorum tractatum minus ſecundum exitum habeant, non inutile iudicauimus, vt quod ipſi ſponte ſua facere veniunt, nec non amplecti in tanta rerum neceſſitate cogantur, propterea eidem tuæ circumſpectioni communicato prius cum antedicto Rege Bohemiæ conſilio treuguas inter Imperatorem, & Regem Hungariæ præfatos pro eo tempore, & cum illis conditionibus, de quibus ambobus vobis videbitur, auctoritate apoſtolica indicendi, & illas per cenſuras eccleſiaſticas & pœnas temporales, quæ tibi & illi viſæ fuerint expedire, obſeruari mandandi, aliaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria quomodolibet opportuna faciendi ac exequendi, plenam & liberam & omnimodam facultatem tenore præſentium de plenitudine poteſtatis noſtræ concedimus, non obſtantibus omnibus & ſingulis, quæ huic noſtræ conceſſioni quomodolibet poſſent obſtare: nos enim cenſuras ſiue pœnas, quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus, & illas faciemus auctore Domino inuiolabiliter obſeruari. *Dat. Senis anno* MCCCCLX. IV. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* II.

Ad eum miſſus Card. Beſſario.

78 Iter inijſſe Matthiam Regem Hungariæ ad colloquium cum Georgio celebrandum, ex literis ad Ioannem Caruialem in illo regno pro Turcica expeditione conficienda legatum datis conſtat a. Cum vero is Cardinalis Matthiæ ius aſſereret, atque adeo Fredericus ipſum ex Hungarica legatione reuocari poſceret, reſpondit Pius b id cum honeſtate pugnare, ne in alteram partem inclinare videretur: cæterum Beſſarionem Cardinalem ipſi ſtudio non defuturum. Porro Georgius non modo gliſcentem inter Fredericum, ac Matthiam diſcordiam non compoſuit, ſed vt erat mirus fraudium artifex, clandeſtinis artibus catholicos principes diſſenſionibus implicuit c, tantumque in Germania nouis factionibus conflatis excitauit incendium, vt nulla ea auxilia, quæ in conuentu Mantuano promiſſa erant, elici poſſent: quo viſo Beſſarion Cardinalis legatus ciuilis belli extinguendi cupidus cenſuit vnanimi fœdere eos, qui in neutram partem inclinabant coniungendos, vt alterani factionem, quæ ad pacem redigi detrectaret, armorum terrore in concordiam redigeret: cuius conſilium Pius commendauit d, ipſum publicos cœtus indicere iuſſit, ad quos ambæ diſſentientes partes, tum qui neutri factioni ſtuderent vocarentur.

Fridericus queritur Caruial Card. fauere Mathiæ.

a Pius lib. breu. pag. 150.

b Id. ibid, pag. 168.

Georgius ea arte Germaniam turbis miſcet.

c Gob. l. 5.

Imperati noui conuentus a Card. Beſſarione.

d Ibid pag. 204.

Pius Papa II. Cardinali Niceno.

79 Venerabilis frater ſalutem, &c. Sine triſtitia & amaritudine cordis legere literas tuas non potuimus, ita non modo anguſtias omnes in quibus es conſtitutus, ſed luctuoſam imaginem totius Germaniæ nobis ante oculos poſuerunt pro pietate in Deum, charitate in Chriſtianos, zelo

ad

Digitized by Google

ad tollendum crucis vexilum contra impios Turchos, crudelitatem, mutuas cædes, & lachrimabile in natione bellum exortum videmus. Non poterat plaga vehementior cauſę Dei infligi, nec ſummæ rerum noceri potentius; ſi quidem vt tu veriſſime ſentis, implicata bello Germania, vnde expectari tantus exercitus poterat, frãgentur animi cæterorum, qui illorum exemplo ad bonum aliquod videbantur poſſe adduci, eritque vbique gentium ingens deſperatio. Teſtis eſt Deus, nos nihil vſque in præſentem diem prætermiſiſſe, quod ad extinguendum naſcens incendium conferre potuerit: occurrimus literis noſtris, occurrimus nuntijs, occurrimus fraternitatis tuæ celeri miſſione; ſi aliena malignitas ſtudium noſtrum exuperauit, quid aliud iam agere poſſumus, niſi conditionem Chriſtifidelium flere, quos Deus propter peccata his verberibus agitat: auertenda tamen ab eo ſpes noſtra non eſt, neque credendum miſerationum ſuarum illum eſſe oblitum: iuſto iudicio agit, quæcumque agit, ſalutemque noſtram per hæc flagella, non interitum quærit. Poſt diutinam tempeſtatem venire ſolet læta ſerenitas, & montibus aſperis in planum ſuccedunt longæ planities, veniet tempus cum noſtra hæc omnis, & tua triſtitia vertetur in gaudium, quæque nunc noſtris deſiderijs obſtant viam ſanctæ expeditioni præbebunt. Hoc modo eſt annitendum, vt non cedamus præſentibus malis, ſed quanto magis difficultates vndique ingruunt, tanto ad reſiſtendum cor noſtrum firmius fiat. Nunquam ſine magnis laboribus præclarum fieri aliquid eſt conſuetum, ſemperque ita comparatum videtur, vt ſanctiſſimo cuique operi & ſalutari antiquus hoſtis tanto ſe opponat violentius, quanto illud Deo gratius, & acceptius noſcit. Nos qui in Germania verſati diutius ſumus, non dubitamus his te difficultatibus premi, quas nobis commemoras. *Et infra.*

Germanorũ diſſenſio attulit extremum exitium.

Salutem per flagella nõ interitũ quærit Deus.

80 Probarit nobis in primis conſultatio venerabilis fratris noſtri epiſcopi Spirenſis, & marchionis Badenſis tecum de colligandis neutralibus habita, eamque vt continues, & ſi fieri poteſt ad exitum ducas plurimum exhortamur; hæc enim non ſolum ad tutandum ſe ab iniuria, ſed ad incutiendum metum bellantibus, eoſque ad pacem, vel treuguas facilius inducendos magnopere pertinebit, Itaque in hoc conſilium noſtrum facit eum tuo, ſuademuſque vt nihil omittas, quod ad tenendam dietam, & conficiendam eam intelligentiam ſpectet. Proxime his acceſſum tuum ad Imperatorem laudamus, apud quem ſi, vę confidimus, obtinere tua circumſpectio poteſt, vt imperialibus comitatibus mandet, vt ſe cum neutralibus colligent: erit inde noſtro magna ad hunc effectum acceſſio: putamus, ſi hæc pro voto euenirent, optimum factu eſſe, vt tunc nomine imperiali & tuo dieta vna indiceretur, ad quam tam contendentes ipſi, quam neutrales ac colligati iuberentur venire, eo loci de pace, vel treuguis tractari commodiſſime poſſet, ad quas ſuſcipiendas, qui ſe difficiles redderent, per fraternitatem tuam cenſuris eccleſiaſticis, per Imperatoriam autem ſerenitatem temporalibus pœnis, per colligatos vero armorum comminationibus eſſent cogendi. Hæc vna ratio extinguendi huius incendij, nobiſque ſalutaris multum videtur. *Dat. Macereti* xv. *maij anno* II.

Neutrales viſi mutuo fœdere iungendi.

Per hos ad pacẽ cogendi pacis oſores.

Commotum illud inteſtinum Germaniæ bellum a Georgio & Bohemis hæreticis, qui pacem ſibi & cõmoda plura ex catholicorum diſſidijs ſe comparaturos arbitrabantur, ex alijs Pij ad Cardinalem Beſſarionem literis a conſtat.

a Ibid. pag 139.

Pius Papa II. Niceno.

Venerabilis frater, &c. Dolemus noua quotidie impedimenta operibus noſtris, ac tuis offerri; & Imperatori, cuius quies poterat adiumentum aliquod communi cauſæ præſtare, per execrandam illam Bohemorum ſocietatem graue negotium exhiberi. Verſare nos vult Deus his malorum continuationibus, & in longis afflictionibus patientiam tentare ſuorum fidelium: ſperanda tandem eſt noſtræ tolerantiæ merces, & ſpes certa habenda non derelicturum illum populum ſuum, quem cum maxime caſtigat, docet ſe illum diligere, &c. *Dat. Corſiniani* x11. *ſeptembris.*

Huſſitæ malorum auctores

81 Sternere autem ſibi ad Germanicum imperium ijs diſſenſionibus viam Georgius annitebatur, quod ipſum Frederico eripere, allectis in ſuas partes nonnullis principibus pertentaſſe his verbis refert Gobelinus a: *Nicænus Cardinalis, qui ex Mantua legatus in Germaniam perrexerat, dum hæc aguntur, cum veniſſet ad Imperatorem in Auſtriam, bellis flagrare omnia reperit: inde Hungari Imperatori minari, hinc Germanus Albertus, & Ludouicus Bauariæ princeps: Rex Bohemiæ, quamuis ſuſcepto regni feudo in verba iuraſſet Imperatoris, occulte tamen inſidias illi ſtruebat, atque imperium ſibi quærens Maguntinum electum, & Federicum palatinum comitem promiſſis ingentibus corruperat, quoniam electores eſſent, ſibi vt imperium petituro ſuffragarentur, nam inutilis Federicus eſſet, & cederet procul dubio requiſitus potius, quam reipublicæ neceſſitatibus ſubueniret, & iam hoc ipſum cum Federico ipſe tentauerat, quamuis neque conſenſum neque diſſenſum obtinuerat. Albertus marchio Brandeburgenſis requiſitus apud fratrem electorem ad id operam dare, daturum ſe promiſit, veritus ſi negaret, ne Rex erga Ludouicum hoſtem ſuum propenſior fieret. Conuentus ob eam cauſam frequentes habiti modo Normbergæ, modo Bambergæ: poſtremo apud Ægram Rex ad ſe principes conuocauit.*

a Gob. l. 5.

Affectatum a Georgio imperiũ.

Fridericus vt inutilis contemptus. Principes electores corrupti a Bohemo.

82 Arripuerat ille iam Auſtriæ & Morauiæ, quæ a Friderico defecerant clientelam, adeo vt Imperator in diſcrimen non leue dignitatis amittendæ eſſet adductus; quo accepto Pontifex, qui Friderico, a quo, vt ſupra vidimus, incrementa ſuæ amplitudinis acceperat, ſtudebat, edixit Georgio nunquam Eccleſiam Friderici patrocinium deſerturam, vt qui Eccleſiæ defenſor extitiſſet; atque ideo ipſum eſt adhortatus b, vt cœptis deſiſteret.

Auſtria & Morauia in Georgij clientelã concedũt

b Lib. breu pag. 149.

Pius Papa II. Regi Bohemiæ.

Chariſſime in Chriſto fili. Intelleximus ſerenitatem tuam quorundam Auſtralium, & Morauorum imperali maieſtati aduerſantium ſtatuiſſe protectionem recipere. Quorſum hoc tendat non ſatis cognoſcimus: videmus tamen in Imperatoris damnum non modicum cedere; corroboratur enim diſſidentium duritas, vbi defenſorem nouitatum ſuarum paratum cognoſcunt. Non ſcimus celſitudinem ſuam male de te meritam eſſe, neque in perſonam tuam talem fuiſſe, vt recipere incommodum tua opera debeat: omnis eius iactura eſſet nobis multum moleſta. Diligimus ſe & ſua, non ſolum quia in nos olim beneficia contulit, ſed multo etiam magis quia ſemper ſedi Apoſtolicæ fauit, nec a malignare volentibus permiſit illam vexari. Hortamur ex-

Georgius increpitus de affectato imperio.

cellentiam tuam velis ſuſceptum conſilium diligentius pendere, & videre, num tibi conueniat Imperatorem offendere. Suademus, vt contentus ſis limitibus regni, nec vltra quæras quam tibi a Deo ſit datum: credere debes non paſſuram eſſe Apoſtolicam ſedem Imperatori catholico, & bene de Romana eccleſia merito iniuriam fieri. Fuit ipſe eiuſdem ſedis ſemper protector; non debet illa in neceſſitatibus ſuis ipſum deſerere. Paterne hæc ad te ſcribimus, cupientes propter opera tua bona te cum honore, & gratia in vniuerſali Eccleſia eſſe. *Dat. Romæ* XXVII *nouembris anno* III.

83 Vt facilius ad id Bohemum flecteret Pius Procopium e Rabenſtein regiorum conſiliorum participem orauit [a], vt a cœptis illum abduceret, nec ſedem Apoſtolicam Imperatori defuturam denuntiaret, adiecitque: *Moneas, vt ſit regno ſuo contentus: aliena iniuſte non quærat, ingrata enim ſunt Deo viæ huiuſmodi, & hominibus multum non placent; gratiam & bonum nomen in Eccleſia quærat; hæc ſunt ſtatus ſui fundamenta præcipua: hoc etiam illud, per quod creſcere, & gloriam ſibi parere poſsit, &c. Dat. vt ſupra.* Fracta fuere Georgij de inuadendo imperio conſilia; cum enim apud Ægram ſolemnes principum imperij cœtus celebraret, ipſi electorem Brandeburgenſem teſtitiſſe, refert Gobelinus [b]: *Quo in loco, inquit, Fed ricus marchio Brandeburgenſis princeps elector rogatus de imperio quid ſentiret, an Bohemo videretur committendum; Malim, inquit, mori, quam huic petitioni conſentire. Diſſoluta conuentio eſt. Rex deinceps hæreticis aperte fauere, lites inter Germanos nutrire, Imperatori magis ac magis inſidiari.*

[a] Ib. pag. 150.

Denuntiatum eccleſiam laturam opem Friderico.

[b] Gob. l. 5.

Marchio Brandeburg aperte Georgio reſiſtit.

84 Subdit auctor [c] de Beſſarionis Cardinalis pro facta expeditione in Turcas ex Mantuani conuentus decreto conficienda ſtudio, nauataque, ſed irrito conatu, opera: *Nicenus etſi propemodum ſpem omnem amiſerat rei bene gerendæ, principes tamen Germanicæ nationis in Auſtriam conuocauit, promiſſa exacturus, quæ Mantuæ facta fuerant. Venere legati non principes, & illi verba daturi non facta: tergiuerſari omnes: contradicendi cauſas longe quærere, diſcordias principum adducere, nullis Niceni ſuaſionibus auſcultare: ille ne quid omittere videretur, quod ad rem conducere poſſet, profectus Norimbergam Maguntiam vſque penetrauit, obuios quoſque principes ac populos orans, ne fidei neceſſitati deeſſent, ne ſinerent Turcarum vires creſcere, irent obuiam hoſti dum vinci poſſet. Obturauerunt cuncti aures ſuas, verba eius quaſi fabulas exceperunt: nemo inuentus eſt, qui ſuam operam religioni promitteret.*

[c] Eod. l. 5.

Germanos ſollicitat Beſſario vt arma ſtringant in Turcas.

Obſtructæ illius hortatibus omnium aures.

His conſentiunt Pontificis literæ [d] ad Germaniæ principes eadem verborum formula ſcriptæ, quibus deplorat inteſtinis bellis Germaniam ardere, indeque decreta in Mantuano conuentu pro inſtituendo bello ſacro euaneſcere; legatum ſuum ad cœtus Norimbergenſes profectum, ſed eos fuiſſe infrequentes; indeque contendiſſe Viennam, & pauciores eo confluxiſſe; peſſum ire interea Chriſtianam religionem principum inertia, excitandum pium ardorem, ſi quis in animis hæſerit, atque adeo cum indictos conuentus in Noua ciuitate ad kal. ſeptembris extraxiſſet Fridericus, rogauit ne periclitanti religioni deeſſent, irentque obuiam Turcico furori antequam magis inualeſceret.

[d] Lib. breu. pag. 017.

Pius Papa II. principibus Alamanniæ.

85 Quanto dolore cor noſtrum affligant diſſenſiones Germanicæ, quæ poſt dietam Mantuanam ſunt ſuſcitatæ, teſtis eſt Deus cordium noſtrorum ſcrutator, teſtes omnes, qui loquentes nos audierunt: certe iudicio noſtro non poterat maior plaga inferri fidei cauſæ, non poterat funeſtius malum ad perturbandam populi Chriſti ſalutem, vel cogitari, vel fieri. Præualuit tandem hoſtis noſter aduerſum nos, pluſque in animis hominum potuit terrenus affectus, quam ratio proprij debiti. Promiſſa ſeruata non ſunt, pax non ſtabilita, ardor belli & mutuæ vltionis auiditas: quæ ſancte erant excogitata, vno turbine abſtulerunt. Venit ad dietam Norimbergenſem legatus noſter, rari illuc conuenerunt, inter quos eſt parum exauditus. Viennam inde ſe conferens, cum frequentes principes iuxta eorum promiſſa conuenturos ſperaret, illorum oratores quam pauciſſimos habuit! eoſque non ſatis inſtructos ad illa, quorum cauſa conuenerunt. Poſſumus nimium ſortem Chriſtiani populi deplorare, negligentiam potentatuum accuſare poſſumus nos coram Deo, qui annunciare illis verbum ſalutis non recuſauimus, & opere impleuimus quod faciendum ſuaſimus. Quamquam autem autem hæc ita ſe habeant, non tamen diuinæ pietati eſt diffidendum, nec præſentium malorum reparatio penitus deſperanda. Agit omnia diuina ſapientia certo iudicio ſuo inſcrutabili mentibus hominum. Permiſit fortaſſe arma hæc ſumi, vt contentione dimiſſa paratiora illa ſint in obſequium fidei: paſſus eſt effundi odium, quod ex longo erat conceptum, ac niſi erumperet ſanari non poterat, vt diuturnior inde pax ſequeretur.

Graues Pij ad German. principes querelæ.

Cum autem idem noſter legatus ad tollenda hæc impedimenta dies & noctes laboret, imperialiſque maieſtas & ad ſedandas diſcordias, & adimplenda omnia in conuentu Mantuano concluſa intentum ſe eſſe per literas ſuas teſtetur, proptereaque dietam, quæ in Noua ciuitate proxime haberi debuerat ad proximas kal. ſeptembris prorogari curauerit, & ad eam per literas ſuas conuocauerit principes nationis, hortamur nobilitatem tuam in Domino, & per eam quam nobis obedientiam debes, enixe requirimus, vt omnibus impedimentis omiſſis, quæ pro Deo non ſunt attendenda, velis vel perſonaliter, quod in primis eſt opus, vel ſi id extrema neceſſitas prohibet, per oratores dignos plenam poteſtatem habentes ad præſcriptum tempus illic comparere, officiumque catholici principis Deum, & matrem Eccleſiam reuerentis implere. Hæc enim vnica ſalutis via oſtenditur: hæc ſola ratio creditur, per quam ſtare res Germanica poſſit, & indictum pro fide bellum feliciter peragi: te autem, ac reliquis non comparentibus primum honor nationis offenditur, deinde ſpes expectantium præſidium frangitur, poſtremo patria tota inteſtina clade abſumitur, & (quod dolenter referimus) hoſtibus noſtris vires animuſque accreſcunt. Sæpe hæc ſcripſimus, ſæpe per oratores, & nuncios noſtros prædicari curauimus, ſæpe nos ipſi & Romæ & Mantuæ in publicis conuentibus ſumus teſtati. Vox noſtra, quamquam & ſalutaris & pia, a paucis eſt exaudita: non creduntur pericula, quæ ſunt ab oculis longius poſita; ſed, proh dolor! ſi negligentes erunt potentatus Chriſtiani, ſi intenti præſentibus, de futuris cura non erit: cadet aliquando diuino iudicio ſuper eos hæc tempeſtas,

Repetitæ preces vt ſaluti publicæ cõſulant.

Digitized by Google

ſtas, lugebunt mala, quæ non timuerunt, optabunt quæ non adinuenient, omniſque tarditatis, & deſidiæ pœnitentia ſera erit atque inutilis; quæ ne accidant erit tuæ, & reliquorum prudentiæ in tempore prouidere. *Dat. &c. VIII. iuly.*

86 Prouehebat eos conuentus in Noua ciuitate celebrandos Cardinalis Beſſarion, ad quem Pius, commendata in primis eius diligentia in mandatis apoſtolicis peragendis, hæc ſcripſit a: *Fraternitatem tuam ipſa dieta dilatio nullo modo ſollicitet, ſatius enim eſt aliquando expectando, quam nunquam accelerando ad portum deſideratum peruenire. In Italia quoque non ea promptitudine procedunt res, quam ſperebamus, pauci quæ promiſſorum, & voti in dieta Mantuana ſuſcepti ſunt memores, quos tamen paulatim extimare opera noſtra ad implendum munus ſuum inducere.* Laudauit alijs literis b Beſſarionis conſilium de permittendo eo temporis interuallo, quo ad prorogatos cœtus excurreret, in pace inter principes Germanos agitanda: *Literas tuas*, inquit, *ex Vienna & ex Noua ciuitate accepimus, ex quibus de progreſſu rerum, & dieta ad kal. ſeptembris prorogata plane certiores nos reddis, ſignificans quid interea temporis operari ad pacem intendis, & ad ea exequenda, quæ particularius habueris in mandatis. Conſilia tua, venerabilis frater, quibus te vſum in præſenti ſtatu rerum cognouimus merito commendantur, ſunt enim, iudicio noſtro, tempori accommodata, & talia, per quæ veniri ad id: quod quærimus, poſſit, nos ipſi, ſi iſtic fuiſſemus, alia ratione dirigere actiones noſtras non potuiſſemus: in malis elegit tua fraternitas id, quod erat boni: conſuluiſti in omnibus Cæſarem, conſuluiſti eos, qui ad te peruenerunt, nec potuit in hac diligentia locus vllus eſſe errato: ſi labores tui ſucceſſum, quem optas, non habent, temporum eſt culpa, non tua.* Nonnullis interiectis de ſtipe a fidelibus in belli ſacri ſumptus conflata non auertenda in alios vſus, hæc addit: *Quod in eleemoſynis erogandis curaturum te ſcribis, vt dubitari non poſſit ad alium vſum eſſe ituras, in primis certe eſt neceſſarium, vetus enim querela nec forte iniuſta facit, vt ita fieri omnino expediat; qui enim viderunt his annis præteritis illas fructum non attuliſſe, qui fuerat tantopere prædicatus, ad auaritiam non ad pium opus quæri nunc eas exiſtimant, &c. Dat. Senis x. iuly anno II.*

a Ib. pag. 101.

Solicitatus Beſſarione animis & labori deeſſet.

b Ib. pag. 118.

Laudatû eius conſilium vt principibus conciliandis operam daret.

87 Præfetulit c etiam Fridericus Imperator pium ardorem in conuocandis Germanis principibus ad ſolemnes conuentus, vt quæ in Mantuano concilio fuerat decreta in Turcas expeditio, e Germania educeretur, qua de re Pius ei grates hiſce verbis egit: *Cognouimus quanta cura intendas ad vocandos Germaniæ principes, tenendaque pro fide dieta, & adminiſtranda: denique cuncta conſilia, quæ deſiderio noſtro, & fidelium cauſæ conducere credis. Laudamus in hoc piam mentem tuam, & tibi gratias agimus, qui pro conſuetudine tua Apoſtolicam ſedem reuerenter proſequeris, & ea meditaris & facis, quæ imperiali officio digne conueniunt. Habebis huius operis veram a Deo mercedem, & nos ad celſitudinem tuam feruentius complectendam merito inducemur. Certe, chariſſime fili, ſi quod vnquam tempus fuit, in quo auctoritatem imperialem adhiberi ad ſalutem communem oportuit, hoc profecto in primis eſt neceſſarium; agitur enim cauſa fidei catholicæ, cuius Deo es debitor, agitur conſeruatio nationis Germanicæ, quæ propter imperium ab illa ſuſceptum tota eſt tua, agitur Eccleſiæ catholicæ ſtatus, cuius protector ex officio diceris, &c.*

c Ibid. pag. 120.

Fridericus decreta Mantuana in opus promouere enîſus.

88 Compoſitis deinde vtcumque Germaniæ rebus Cardinalis Auguſtenſis opera, meliores ſpes de inſtauranda ſacra expeditione affulgere viſæ; de qua concordia pontificijs literis ad Beſſarionem ſcriptis a hæc leguntur: *Quæ de pace concluſa dubius ſcripſeras, biduo ante tranſmiſſo venerabilis fratris noſtri epiſcopi Eiſtetenſis nuntio intellexeramus: qualiſcumque ea futura ſit, minus noxia erit, quam bellum tanta crudelitate inceptum. Veremur & nos, ne propter duras conditiones parum firmitatis ſit habitura.* Et infra: *Lætamur Cardinalem Auguſtenſem auctoritate tuæ legationis mediatorem eius pacis fuiſſe, &c.* Confectum inter Vdalricum comitem Vvitembergenſem, & Ludouicum Palatinum Rheni bellum narrat Nauclerus b, repetente Vvitembergenſi dotalia vxoris iura, deinde vero id diſſidium mox pace diremptum. Cum vero imminentium Germaniæ bellorum ciuilium procella ſedata videretur, has literas Pontifex Cardinali Beſſarioni dedit c, impoſitumque ei legationis munus conuerſis in Turcas Germanorum armis ipſum obire iuſſit: *Cooperante*, inquit, *Deo tempeſtas illa, quæ Alemanniam totam comprehenderat, in tranquillitatem conuerſa eſt; principes, qui tantis inter ſe odijs armati ſurrexerant, pacem recipientes quiete nunc agunt, nec vlla in parte nationis, ſicut refers nobis, veſtigium belli apparet. Laus Deo, qui tanto beneficio Chriſtianitatem affecit; facultatem nunc habet Germania in defenſionem fidei arma conuertere; tempus eſt rectum, in quo promiſſum Mantuanum exſoluere, & Saluatori noſtro munus ſuum poteſt præſtare. Credimus circumſpectionem tuam nunc huic vni rei tantum intendere, & ad proſecutionem conuentorum inſtare.* Subdit ineundam eam rationem, vt Imperatore domeſticis implicito difficultatibus Fridericus Palatinus expeditioni pontificio & imperiali nomine præficiatur; quod conſilium eidem Imperatori etiam hiſce literis d expoſuit.

Sopitæ turbæ germanicæ.

a Ib. pag. 130.

Cardinalis Auguſten. interpres concordiæ.

b Naucl. vol. 2. gener. 49.

c Eod. lib. breu. pag. 191.

Beſſario expeditionem in Turcas promouere iuſſus. De palatino illi præficiendo actû.

d Ib. pag. 192.

Pius Papa II. Imperatori.

89 Chariſſime in Chriſto fili, &c. In conuentu, qui Mantuæ eſt habitus, deſignauimus te capitaneum belli contra Turcos indicti, ſpem omnibus dantes virtute tua & auctoritate nominis tui rem illam habituram felices ſucceſſus: habuiſſet iam, credimus, niſi & graue in natione bellum, & graues in dominijs tuis priuatis moleſtiæ impedimento fuiſſent. Quieſcunt nunc Germanicæ res beneficio Dei: tuæ vero, ſicut ſentimus, in eadem agitatione verſantur. Quamdiu ſerenitas tua laborabit his malis domeſticis, ægre ad publicum bonum impartiri animam poterit. Si vnquam opportunitas parandi exercitus, ſi promiſſum Mantuanum ſoluendi eſt data, datur profecto hoc tempore non ſolum magna, ſed etiam facilis: id ſolum deeſt, vt princeps aliquis auctoritatis, & gratiæ, curis alijs liber, ſalutaris operis huius ſit fidelis promotor, totuſque illi ſoli incumbat. Honor celſitudinis tuæ & cura Chriſtianæ reipublicæ ſuadent, vt quandoquidem tu ipſe non potes, de aliquo cogites, qui tuo & noſtro nomine vices imperiales adimpleat. Luſtrauimus cogitatione totam Germaniam, principes omnes iudicio noſtro expendimus, neminem aptiorem Friderico comite Palatino inuenimus. Eſt huic militaris peritia, eſt ad opus ipſum affectio, eſt denique in Alamania auctoritas multa; ſperaremus hoc operante glorioſum aliquid perfici poſſe, ſi vexilla tua accipiens a nobis ambobus vicecapitaneatum ſuſciperet fauore tuo, ſtudio ſuo ad ſoluendas decimas

clerum inducere poſſet, & comparare promiſſos exercitus.

Nota nunc eſt toti Chriſtianitati pax inter principes facta, vnde omnes expectant quem exitum habeat ſponſio illa nationis teſtimonio publico Mantuæ celebrata. Erit ſine honore Germania, ſi ad nihilum recidet tanta expectatio: erit in omnium ore tua ſerenitas, ſi capitaneatu accepto per ſe, vel alium nil tanto officio dignum peregerit. Si curæ domeſticæ te a publicis auocant, danda eſt opera, vt quod per te ipſum non potes, videaris per alium velle, nil certe eſt indecentius quam per nullum velle boni aliquid fieri. Commendamus tuæ ſerenitati cauſam hanc fidei, commendamus honorem Apoſtolicæ ſedis, commendamus denique æſtimationem nominis tui, hortantes ac requirentes, vt in hoc comite Friderico velis vna nobiſcum ſentire, & illum ſubſtituendo facilitatem omnem præbere, qua tibi & nobis, totique nationi ſatisfacere cum gloria poſſit: faciet in hoc bonitas tua rem Deo acceptam, Romanæ eccleſiæ gratam, & Chriſtianitati plurimum ſalutarem; de qua cum etiam venerabilis frater Beſſarion Cardinalis Nicænus legatus noſter ſit tecum verba facturus: placeat pro conſuetudine tua benigne illum audire, & ad publicam neceſſitatem reſpiciens fidelia monita noſtra amplecti, &c. *Dat. Romæ XI. octobris anno II.*

Monitus Fridericus vt cum Pontifice votis côſentiat

Detrectauit Fridericus Palatinus a Germanici exercitus in Turcas ducendi imperium ſuſcipere; quocirca Chriſtiana res admodum eſt afflicta, nullo principe illius patrocinium ſuſcipiente.

a Ib. pag. 100.

90 Periclitabatur interim Pannonia Turcarum exercitibus obnia, ad quorum frangendos impetus Pius Fridericum Imperatorem rogauit b, vt biennales inducias cum Hungaro iniret, quo etiã Beſſarionis Cardinalis conſilia ſpectabant, vt ex his Pij verbis c conſtat: *Placent mirum in modum, quæ de treugis cum Hungaris ineundis nuperrime inchoaſti; rogamus, quanquam opus non ſit, vt occaſionem hanc vrgeas.* Inſtabant Hungaris pericula tum a Turca, qui funeſtam aliquam rei Chriſtianæ cladem inferre moliebatur; tum a Friderico Imperatore, qui ad ſolium Hungaricum aſpirabat: quamobrem de inducijs cum Turca faciendis agitabant conſilia, quod cum in aliarum Chriſtiani imperij prouinciarum damnum vertendum eſſet, Pius Matthiæ Pannoniæ Regi quadraginta millia nummorum in bellicos impendenda ſumptus ſpopondit d, ſpemque maioris præſidij iniecit ſi fœdus Turcicum reſpueret.

b Ib. pag. 183.

c Ib. pag. 130

De inducijs inter Fridericum & Mathiã actum Hungari deſerti de inducijs cum Turca agitant.

d Ib. pag. 176.

Promiſimus, inquit, *vt ſint breui in manibus præfati legati noſtri quadraginta millia ducatorum, quorum auxilio, ſi quæ difficultates a Turcis vigebunt, poſſit pro nunc inſtanti periculo obuiari, non dubitamus quin dietim grandiora præſidia ſint affutura, & ſerenitas tua ex conſtanti propoſito ſuo gaudium ſuſceptura: ad quæ nos peragenda vires noſtras omnes, & animam denique, ſi ita neceſſe erit, pro ſalute omnium noſtrarum parati ſumus conferre. Dat. Senis XX. februarij anno II.* De eadem vi auri ſuppeditanda Hungaris, ſi cum Turcis inducias non pangerent, ad Cardinalem Beſſarionem ſcripſit e Pius. Sed exigua nimis illa videbatur ad bellum adeo periculoſum adminiſtrandum, aſperrimeque ferebant Hungari, duodecim equitum millia ſibi promiſſa, vt Turcicum bellum conficerent, non ſubmitti: qua de re cum apud Pontificem graues querelas funderet Ioannes Caruial Cardinalis legatus, reſpondit a Pius a ſe tot equitum millia ſuſtentari non poſſe, niſi alij, qui ea ſubſidia erant polliciri, ſuam pariter ad id operã conferrent; alijſque literis hanc excuſationem attulit b: *Nouitas pontificatus, & peregrinationes curiæ, & mora diuturna Mantuani conuentus nos exhauſerunt: pauxillum tamen quod eſt, & quæ in poſterum erunt contribuere in opus Dei non recuſamus; malumus enim priuatim egere quam publice.*

Promiſſũ Mathiæ ſtipendiarum aurum ne eas paciſcatur.

e Pag. 102

Querũtur Vngari promiſſa duodecim equitum millia non ſuppeditari.

a Pag. 181

b Pag. 178

Excuſat ſe Pontifex.

91 Inter hos Hungaricos fluctus Stephanus Thomas Boſniæ Rex, qui munitiſſimam arcem Zendren nuncupatam Turcis prodiderat, percuſſeratque cum ipſis fœdus, vt turpiſſimi facinoris labem deleret Patarenos Manichææ inſaniæ ſectatores e regno ſuo excindere aggreſſus eſt, ſeu religionis aſſerendæ ſtudio, ſeu diripiendarum ipſorum opum cupidine incitatus; ac præcipuos impietatis ſigniferos ad Pontificem miſit: quos ille fide orthodoxa erudiendos curauit, vt refert Gobelinus c. Increbuit poſcere etiam Regis eiuſdem oratores a Pio, vt epiſcopos in Boſnia ad religionem propagandam crearet, tum coronam, qua ille cæterique ſucceſſuri principes redimiendi eſſent, tranſmitteret; tum legaret aliquem præſulem, qui Boſnenſium rerum ſtatum inſpiceret. At mox Matthias Hungariæ Rex eiuſmodi poſtularis interceſſit, queſtuſque eſt hæc a Boſnenſi petita de epiſcopis ad ſubornandam pietatis ſpecie Zendrenſis arcis proditionem; coronam vero a Pontifice donandam non eſſe, cum ſupremum in Boſniam imperium Rex Hungarus obtineret; cui his verbis reſpondit Pontifex d,

Patareni e Boſnia excisi.

Præcipui miſſi ad Pontificẽ

c Gob. l. 5.

Boſnẽſis regiam coronam exambit a Pio.

Contendit Vngarus ſibi ea re iniuriã fieri.

d Lib. breu pag. 203.

Pius Papa II. Regi Hungariæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Timere celſitudo tua videtur per literas, quas proxime accepimus, ne propter aduentum oratorum Boſnenſium ad concedendos illi regno epiſcopos, dandamque Thomæ Regi coronam faciles aures præbeamus, oſtendens omnia hæc ad velandam proditionis ſuæ infamiam pertinere. Nos autem, chariſſime fili, non ita ſumus harum rerum ignari, aut ad gratiam faciles, vt non etiam extimeamus quæ ſequi ex conceſſione huiuſmodi vlterius poſſent: nouimus quæ Thomas prædictus in tuam ſerenitatem commiſiſſe, quam in grauem Chriſtianorum cauſam peccaſſe aſſeritur. Scimus multæ conſiderationis eſſe debere epiſcopos vbi non ſunt de nouo inſtituere: tenemus quoque memoria hanc ipſam coronam fuiſſe a noſtris prædeceſſoribus ſæpius poſtulatam, neque tamen vnquam obtentam, quam ſi vlla ratione fuiſſemus daturi, non ſine honore, & beneplacito tuo, qui ius ad illam prætendis, dandam cenſuiſſemus; de ea tamen nullum per oratores verbum eſt factum. Conati ſunt tantum Regis calumniam excuſare, aſſerentes quæ de Zendren acciderant neceſſitatis fuiſſe, non voluntatis.

Pij ad eũ literæ.

Non detractum iri illius iuri.

Bonam inſuper Regis mentem ad veræ fidei cultum vel ex eo probare ſunt niſi, quod pernicioſam Patarenorum gentem ex omni ditione ſua expulerat. Epiſcopos, fatemur, cum inſtanter poſtularent, illud tamen per ſingula petierunt, vt mittere illuc ex noſtris aliquem dignaremur, qui geſtorum ſuorum & petitionum, quas fecit, diligens ac verus eſſet ſcrutator. Hoc nos facere ideo grauati non ſumus, quod miſſionem nuncij noſtri vidimus nulli rei poſſe obeſſe; ad referendum, non ad conceden-

dum

Digitized by Google

dum iuſſus eſt proficiſci: curabimus ne celſitudo tua ignoret; quantum nos tibi regnoque tuo afficimur. Nec credere debes ſedem Apoſtolicam aliquid conceſſuram, quod vel Deo ingratum, vel præiudiciale eſſe quomodolibet poſſit. Pontificem habes, qui & iuſti eſt cultor, & quemque in ſuo iure ſeruare deſiderat. Commendamus tuæ ſerenitati, licet opus non ſit, cauſam catholicæ fidei, pro qua hucuſque pugnaſti, commendamus legatum noſtrum, qui illius ſeruandæ gratia plures iam annos regno, quanta poteſt cura, tecum laborat. *Dat. Petrioli Vulteranæ diœceſis VII. iunij anno II.*

92 Excuſarat apud Pontificem Ioannes Cardinalis legatus deditionis Zendrenſis arcis infamiam; tum etiam monuerat nonnullos Bohemicæ hæreſeos ſuſpicione laborare, deque induciarum fœdere cum Turcis ineundo agitari, ad quæ hæc reſpondit a Pius: *Intelligimus de deſcenſu Regis Hungariæ ad conuentum cum Bohemiæ Rege tenendum; vtinam talis ſit, qualem communis neceſſitas poſtulat. Intelligimus & quid de treugis cum Turcho ineundis tua circumſpectio indicet: qua in re dicere aliud non poſſumus, niſi quod vellemus ea præſtare poſſe, quæ noſtra mens agitat; ſed Dei hoc eſſe opus videmus, in cuius manu corda ſunt Regum.* Et infra: *Exhortatio ad Regem Bohemiæ per te miſſa nobis plurimum placet: quantum nos ſuis literis iudicare, & intelligere ex omnibus noſtris poſſumus, quas illic habuimus, cognoſcimus mentem eius, & deuotione Apoſtolicæ ſedis & vnione regni a vero dogmate non eſſe alienam, quibus de rebus oratores ſuos non multo poſt ad nos venturos confidimus, &c. Dat. Senis XII. martij anno II.* Deluſum Pium impij hominis hypocriſi inferius planget narratio.

a Ibid. pag. 150.

93 In Cypro acerbum flebileque vulnus paſſa b eſt religio, & magnæ rerum conuerſiones, ac perturbationes ſecutæ: Ludouico enim ducis Sabaudiæ filio a Carlotta Ioannis Regis Cypri vnica herede in thori ſolijque regij ſocietatem vocato, Iacobus regius ſpurius Ferdinandi Aragonij ſpurij, qui Neapolitanum regnum ſibi pepererat, exemplo incitatus, tyrannidem aperte affectauit; cumque Ludouici impetus ſuſtinere non poſſet, ad ſultanum Ægyptium eundemque Babylonium, qui poſtremis in Chriſtianos graſſationibus ſupremum in inſulam imperium ſibi compararat, perfugit, atque eius implorauit opem, vt paternum regnum ſibi aſſereret, cum ipſe vnica virilis ſoboles a patre Rege ſuſcepta ſupereſſet, & Carlottæ ſorori, quæ ſceptrum Ludouico extero detulerat, præferendum ſe diceret, quod legibus barbaricis conſentiebat; pluraque addidit contra Gallicum nomen inuiſum Ægyptijs, cum ſuperioribus ſæculis grauiſſima damna a Francis facta fuiſſent; tum ſe fidiſſimum ipſius ſultani clientem futurum eſt pollicitus. Excepta ſunt auide Iacobi verba, ac nefandiſſima iuriſiurandi formula (quam Pius & Gobelinus hiſtoriæ mandarunt) in ſultani auctoritate ſe futurum ſpopondit, tum illius imperio per Alexandriæ compita regijs redimitus inſignibus circumductus.

Cyprus in extremum diſcrimen adducta.

b Aen. Syl. hiſt. Aſia cap. 97. Gobel. l. 7. Naucler. vol. 2. gen. 49. Boſ. hiſt. equit. Ieroſ. l. 7. & alij.

Iacobus ſpurius vectigalē ſe Ægyptij ſultani profeſſus.

94 Cum id præſenſiſſet Ludouicus Sabaudus, oratorem ad ſultanum miſit, qui vetera ſponderet vectigalia augeretque: tum expoſceret ne Chriſtianis inter Chriſtianos ius dicere detrectaret: Iacobum de concubina natum, neque Chriſtianis legibus ad ſceptrum admittendum. Inclinabat iam ad æquitatem ſultanus, quantumuis eius filius, ac tres mameluchi præpotentes obſiſterent, cum Mahumetis II. Turcarum Imperatoris orator ab ea ſententia illum hiſce verbis a dimouit: *Accepit amicus tuus Turcarum Imperator Mahumetes te Iacobum Cypri Regem appellaſſe, eumque in patrium regnum ſtatuiſſe reſtituere: digna res quæ de tuo ſolio manaret, & noſtræ religioni accommoda: ſed renunciatum poſtea eſt te mutato conſilio pacem cum Rege Gallico paciſci, & quem iuuare cæpiſti velle deſerere, tanquam ignores quanto perſequatur odio gentem noſtram Gallicus ſanguis, neque Gotfridi, Balduinive, aut aliorum eius gentis facta mente teneas, qui ſæpe maiores noſtros magnis cladibus afflixerunt. Vide quid agas, ſi pax tibi cum Gallico genere cordi eſt, cum noſtro bellum expecta. Nec tibi tum ſolis Turcis inimicitias futuras putes: Ægyptij, Syrij, & Arabes, quibus præes, ſummo te odio proſequentur: nec tuus tibi filius parebit, qui religionem noſtram Gallicano ſanguini prodideris. quod ſi promiſſam fidem Iacobo ſeruaueris, claſſemque paraueris in Cyprios, Mahumetes quoque alteram parabit in Rhodios, & vtriuſque inſulæ ſpolia tua erunt; ſolum tantum inſulam Rhodiam Mahumetes ſibi ſeruatam cupit; placuerunt ſultano Turcæ oblata, atque in eius poſtulata conſenſit. Apparata eſt e veſtigio claſſis, & Iacobus cum magna militum manu in ea vectus Cyprum appulit.*

a Extat apud Aen. Sylu. ſup. cap. 97.

Mahometes Ægyptium ad Cypriam expeditionem animat.

Iacobus Cyprum cum Ægyptio exercitu inuadit.

95 Dum is belli turbo aduerſus Cyprum in Ægypto conflabatur, Ludouicus Rex Carlottæ vir opem implorauit Ludouici patris ducis Sabaudiæ, qui mox claſſem inſtruxit; tum a Pio II. ſubſidia ad retundendos infidelium impetus popoſcit: cui Pontifex decimas annuas, quæ in Sabaudia ex decreto Mantuano imperatæ erant pro gerendo in Turcas bello, attribuit b, atque indulgentiarum præmia ijs, qui ſubſidiarium aurum conferrent, impertiuit.

b Lib. 10. pag. 82. 97. 98.

Ad futuram rei memoriam.

Attendentes, quod eiuſdem religionis, & populi hoſtis perfidiſſimus, & ſceleſtiſſimus potentiſſimuſque princeps ſoldanus non ſolum, proh dolor! ſacroſanctum dominicum tumulum dudum occupauit polluto ac ſceleſto imperio ſuo, aliaſque orientales ciuitates olim Chriſtianorum atque terras ſubiugauit, verum etiam Chriſtianorum ſanguinem ſitiens ad occupandum inſulam & regnum Cypri appropinquat, claſſem validam comparat, omnique conatu in illius regni depopulationem, & perniciem Chriſtianorum continue nititur, vt niſi ei celerius occurratur, veremur ne repente illam regionem atque regnum expugnet, atque contundat, & prorſus deleat veluti ſonitus tempeſtatis: quod propter peccata Chriſtiani populi noſcitur accidiſſe. Vnde ne in tremendo iudicio Saluatoris noſtri competat exceptio, quod nobis ſilentibus & non prouidentibus illud regnum, & Chriſtianæ religionis habitaculum ab eodem ſpurciſſimo ſoldano ſuppeditetur; ſed potius noſtræ prouiſionis ope Chriſtifideles ad comportanda auxilia eiſdem Regi & regno & Chriſtianis tuendis, & defendendis, atque a tanto inſultu, & rabie liberandis feruentius incitentur, & ij exinde animarum ſuarum ſalutem facilius conſequantur; de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, in vniuerſis, & ſingulis ciuitatibus, terris, ac locis ſub chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouici Regis Cypri

Decreta a Pio pro Cypriis ſubſidia.

pri

Digitized by Google

Stipem collaturis indulgentiæ propoſitæ.

pri illuſtris, & eius feudatariorum, & adhærentium regno, & dominijs conſiſtentibus, nec non etiam alijs alienigenis, ſeu forenſibus in eodem regno domicilium habentibus, ſeu commorantibus, qui de facultatibus ſuis iuxta eorum ſtatum & dignitatem, viro & vxore pro vna perſona computatis, videlicet qui nobiles & maioris facultatis & conditionis extiterint ſinguli trea, qui mercatores & mediocres ſinguli duo, qui vero plebeij & inferiores ſinguli vnum, ſeu ſi adeo pauperes fuerint medium florenum auri de camera, vel eorum verum valorem aut eo amplius, *& infra*, contribuerint, (nonnullisque interiectis, quibus votorum leuiorum commutatio permittitur) plenam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam auctoritate apoſtolica indulgemus, &c. *Dat. Senis anno* MCCCCLX. XIV. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* II.

Iacobus Cypro potitus. *a Aen. Sylu. ſup. c. 87. Gobel. l. 7. Iacob. Luſinian. hoc ann. Boſ. & Naucl. ubi ſup.*

Galli Cerines caſtro ſe recipiunt. Regium nomen Iacobo a ſede Ap. denegatū. *b Iac. Luſin. in hiſt. Cypr.*

96 Tardiora fuere ea ſubſidia, Cyprij enim inuecto Ægyptiaca claſſe Iacobo, mox fidem illi ſuam addixere, vt Pius in Aſiatica hiſtoria narrat a: *Non tulerunt*, inquit, *eius impetum Galli, quamuis Rhodios adiutores haberent, neque auſi apud Nicoſiam expectare, in caſtellum, quod Cerines appellatur, ſeſe receperunt. Iacobus, reliquis omnibus in poteſtatem receptis, obſidionem aliquandiu circa caſtellum tenuit: deinde ſpe potiundæ munitionis depoſita, dimiſſis cuſtodibus, qui Gallos ab incurſione prohiberent, Nicoſiam reuerſus ad reformationem regni ſe conuertit, legateſque ad nos miſit, qui multa peterent faciem honeſtatis habentia, ſed re vera nil aliud quærebat, quam Chriſtiani Regis apud ſedem Apoſtolicam nomen vſurpare, ſed contra illi euenit quam putabat.* Extracta b eſt Cerinenſis arcis obſidio in hyemem, qua ob procellas maris Ægyptia claſſis obſidionem ſoluere, ac repetere Alexandriam coacta eſt: ac tum Iacobus cum Cypriorum, quibus infenſus erat, defectionem vereretur, ſummis precibus obtinuit, vt vnus e mamaluchorum principibus cum parte copiarum in inſula ſubſiſteret.

Ægypti Sultanus minaces literas ad Pium ſcribit. *c Mſ. Vall. ſign. n. 91. pag. 127.*

97 Hac victoria inſoleſcens Ægypti & Babyloniorum tyrannus, idemq; fidei Chriſtianæ apoſtata, crudelitateq; in fideles efferatior, minaces literas & contumelijs refertas ad Pontificem miſit, in quibus de fide Chriſti deſerta gloriari turpiſſime auſus eſt: cui Pius ita reſcripſit c, vt eum in ſalutis rectum tramitem reuocare niteretur.

Pius ſeruus ſeruorum Dei cultor omnipotentis, & alumnus Ieſu Chriſti ſoldano Babyloniorum.

Quid apoſtatæ Ægyptio reſponderit.

De Chriſti humanitate ac diuinitate.

Si deſiderat veniam, & ſi ſperet ante tribunal diſtricti Iudicis miſericorditer in Domino venire, qui candor eſt lucis æternæ, ſpeculum ſine macula, in quo omnium creaturarum viuunt imagines, earundem opifex Dei Filius, æqualis æterno Patri exiſtens, pro reparatione generis humani formam humanitatis aſſumens, in intemerata virgine deitatem occulens, cum venit plenitudo temporis prodijt in mundum caro factus, qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ, peracto paſſionis ſuæ tempore, aſcendens ad cœlum ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, quem multitudo angelorum in cœlis, & omnium Chriſtianorum in terris laudat, & pariter adorat. Tu vero puluere terrenæ dignitatis excæcatus, tumore præſumptuoſiſſimæ ſuperbiæ inflatus, obſtinatus permanens eundem abnegas Dei Filium, a quo tibi & filijs tuis, ſi ſaperent, inæ-

Exprobrata apoſtatæ illius inſipientia.

ſtimabilis vitæ poſſeſſio foret ſolertius expetenda: ſed & tuis ſimilibus ſcriptum eſt, quia non habuerunt ſapientiam perierunt propter ſuam inſipientiam, exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt.

98 Scribis nobis improperia, mandas opprobria, contumelias multiplicas, quas prorſus ſilentio obruimus, ne tuorum vitiorum participes, quibus te pollutum videmus, inueniamur vel æquales. Ne autem vanitate ſeductus in nimiam erigaris ſuperbiam & in oculis tuis tibi ſapiens videaris, conuenit verborum acuto iaculo tuos garritus varios, & effrænos veritate irrefrænabili refrænare. Reuoca, quæſo, ad memoriam Goliæ Gethæi calumnias viri fortis & ſpurij in ſua virtute ſuorum armorum apparatu confidentis, qui agmini Dei exprobauit, quem Dauid adoleſcens, nondum pugnare ſciens, in nomine domini Dei ſui Iſrael in funda & lapide congrediens crudeliter interemit, caputque ipſius auferens, carnes eius volatilibus cœli, & beſtijs terræ tradidit deuorandas. Tu bellatorum multitudine, copia diuitiarum, numeroſitate regnorum gloriaris: nos autem in nomine Domini tui plaſmatoris ſperantes, etiamſi poſſibile foret, quod ſolem multitudine telorum tegeres, in vmbra tecum nihilominus pugnabimus, in baculo crucis & lapide, qui de monte ſine manibus eſt præciſus, totam tui exercitus virtutem, vt teſtam figuli, minutatim conteremus. An ignoras, quod tantum numerandi ſunt, qui tutum mori putant? Nos moriendo vincimus, & optatam mercedem æternæ retributionis accipimus: tibi autem & tuis neque in vita, neque in morte ſpes vlla beatitudinis remanebit: minaris nobis martyrium, quod optamus, &, quadam diabolica perſuaſione terrorem incutiens, nos adhuc niteris auertere ab eo, quod totis deſiderijs affectamus. Nunquid ignoras, quod ſanguis martyrum ſemen eſt, & tanto latius ſpargitur quanto crudelius funditur, & quanto latius dilatatur? crudelitas, qua ſæuis in Chriſtianos, indubitanter te ducet ad interitum: nos vero ad meritum, quoniam in cœlum manus leuabimus, gratias agentes, in ſanguine peccatorum.

Refractæ illius minæ.

99 In malitia gloriaris, qui potens es in iniquitate, & deſtructorem demolitoremque ſacrorum & famoſiſſimorum locorum te aſſeris, non attendens nihilominus Antiochum Regem Ægyptiorum * nimio faſtu repletum dum furijt, & ad perficiendum ſe fecit in curru portari, accidit impijſſimum tyrannum curru cadere ſic, quod toto corpore fracto dirus dolor viſcerum cum apprehendit ita, quod e corpore eius impij vermes ſcaturirent, nec eſſent qui ipſius fœtorem ſuſtinere poſſent. Manifeſta igitur Dei virtute in ſe conſternatus ſic ait: *Iuſtum eſt hominem ſubditum eſſe Deo, & mortalem omnipotenti pie aſſentire.* Sed quia præfatus Antiochus dignus non erat venia abhominabili morte defunctus eſt: inde tibi & alijs flagitioſis, & vltra modum de ſua virtute gloriantibus, correctionis reliquit exemplum. Indaga ſagacius, intuere prudentius, qualiter potentiſſimus Pharao olim Ægyptiorum princeps populum Dei inermem & fugientem, ſed in Altiſſimi protectione ſperantem, perſecutus fuerit, & fluctibus rubri maris obuolutus cum curribus & equitibus fuit ſubmerſus, filija Iſrael Deo cœli ſacrificium laudis offerentibus, qui ſaluat ſpe-

* Perſarum

Propoſita tyrannorum diuinitus domitorū exempla.

Digitized by Google

ſperantes in ſe, & de ſua virtute gloriantes humiliat. Sed acies rationis in te hebuit, ſenſus tui nimiæ ambitionis turbine ſunt confuſi; vt iumentis non ſolum ſimilis ſed & inferior comproberis. Æſtimas eundem Dei filium, quem colimus, fore mortuum, &, ſtulto more deceptus, potentiſſimum potentia diminutum. Ergo Deum trinum, & vnum inuocare ne tardes, vt damnatæ gentilitatis ritu depoſito, ſacroſancto fidei merearis ſignaculo inſigniri.

100 Comparas nos etiam pugillo, & guttæ roris, & ignoras nos tot fortium bellatorum fortitudinem poſſidere, qui ad bella doctiſſimi potentiam tuam, in qua prætendis, ſi ſine immenſo labore noſtrorum ad te pateret acceſſus, tui exercitus virtutem in cinerem redigerent, & fauillam.

Chriſtiani imperij demõſtrata magnificentia.

Nunquid dubitas Crucifixo potentiſſima latiſſimaque regna deſeruire? An ignoras imperium Romanorum fore inuictiſſimum, Francorum regnum Chriſtianiſſimum, Angliæ ditiſſimum, Hiſpaniæ, Portugaliæ, Nauarræ, Hiberniæ, Cataloniæ, Aragoniæ, vtriuſque Caſtiliæ, Siciliæ, Cypri, Neapolis, Noruuegiæ, Suediæ, Daciæ, Cracouiæ, Friſiæque regna latiſſima ſignaculo crucis adornata? An deſpicis Hungaros homines feroces arcubus & ſagittis inuictiſſimos, homines in equis eorum aera tranſuolantes? An regnum Polonorum ſeueriſſimum, Bohemorum fortium plurimum metuendum? Denique forſan paruipendis Teutonicos per multa terrarum ſpatia diffuſos, quorum audaciam nunquam aliquis domare potuit. Cæterum nullum purum malum natura ſuſtinet, niſi aliquibus bonis polleat, & hoc in te, qui te cuſtodem aſſeris ſpeluncæ Crucifixi, & vtinam hoc faceres, ob ſpem ſalutis: ſed timemus tam pretioſum theſaurum te propter inſatiabilis auaritiæ voraginem, Chriſtianorumque denarios cuſtodire.

Scribis etiam nobis, quod ſanguinem Chriſtianorum effundendo coram omnium rerum plaſmatore die nouiſſimo rationem erimus reddituri: exinde Deum laudamus, quod a longe lippientibus oculis veluti palpitando Chriſtum recognoſcis, & optamus quod fidem noſtram, qua vnum Deum credimus ſine principio & fine ſuſcipias, vt tua idololatria ſpurcitijs plena ad verũ examen perueniat, vt ad vtriuſque gloriam meritis, quibus te ornari cupimus, æterna retributione coroneris: & ſi pertinax tuo in errore permanſeris, æterna damnatione cruciaris. *Dat. Senis in aula epiſcopali v. kal. iunij anno Domini* MCCCCLX. *pontificatus noſtri anno* II.

Confutatæ Ægyptij tyrãni argutiæ.

101 Peruenit hoc anno Romam ad Pontificem inſignis Trapezuntini Imperatoris, Perſarum Meſopotamiæque Regum, Caramanni Ciliciæ, aliorumque plurium principum pro armorum ſocietate cõtra Turcas coeunda legatio, quam deſcribit his verbis Gobelinus a: *In apoſtolatus ſui exordio miſerat Pius in orientem Ludouicum quendam ordinis Minorum profeſſorem, vt Reges Chriſtianos, Iberiæ, Armeniæ, & Meſopotamiæ aduerſus Turcas armaret in Aſia, ſi Chriſtianos expeditionem in Europa aduerſus eoſdem hoſtes parare contingeret. Fuerat Ludouicus ſedente Calliſto in Perſide, vt aiebat, multoſque ibi Chriſtianos inuenerat, & amicos Chriſtianorum, qui Turcis infenſi eſſent: is paulo poſt reditum Pontificis ex Mantua Romam applicuit, quem plures orientalium principum oratores ſecuti ſunt, quorum hæc ſunt nomina. Dauid Imperator Trapezuntius Michaelem Aligerium miſit: Georgius Rex Perſarum, & maioris Armeniæ, ac minoris Iberiæ, cui pater fuit Alexander, Nicolaum Thephelum: Aſam gener Imperatoris, ac Chriſtianorum amicus, cui pater fuit Caraiulucas Mahometem Trucamannum: Gorgora in Iberia maiori ducatum obtinens, cui pater fuit Gazabecchi, Caſſadan Carcecchan: Vrtebecus Armeniæ minoris dominus Moratum Armenium.*

a Gob. l. 5.

Orientalium Regum legatio inſignis ad Pium.

Legatorum ſicut diuerſi mores, ita & habitus fuere adeo, vt omnibus admirationi eſſent, & plebis quocumque irent in ſe oculos conuerterent, puerorumque turbam ſecum traherent. Perſici oratores in modum noſtrorum monachorum ſeruata capillorum parua corona totum caput tonſum: eius, qui ex Meſopotamia venit, pari modo; ſed in vertice ſummo capillorum paruulus quidam manipulus viſebatur, quemadmodum gentiles geſtaſſe flamines in pileo ferunt. His per Colchidem, & Scythiam, tranſmiſſo Tanai, ac Danubio, in Hungariam iter fuit: deinde in Germaniam, vbi Federicum Imperatorem ſalutauere. Hinc profecti Venetias magnis honoribus ab eius vrbis ſenatu excepti ſunt, quæ res fecit, vt veri oratores crederentur propter commercium, quod Veneti cum orientalibus habent. Cum Romam veniſſent non minorem gratiam inuenerunt: recepti tanquam legati Regum, occurrente prælatorum ordine: diuerſoria & cibos ex publico acceperunt. Et infra.

Varij eorum habitus fuere.

Quo itinere venerunt.

102 *Auditi in conſiſtorio coram Pontifice in hunc modum verba fecere: Miſiſti ad nos Ludouicum Bononienſem profeſſione Minorem, qui ait te Mantuam petiuiſſe, vt conuentu cum Chriſtianis celebrato Mahumeti Turcarum Imperatori bellum inferres. Cupere principes noſtros, cum tu in Europa illum oppugnaris, in Aſia tumultum excitare: placuit ſermo. Oderunt Turcas noſtri principes, te amant, & Chriſti vicarium venerantur, parendum tibi eſſe fatentur eam ob cauſam, cum grauibus inter ſe odijs diſcordarent bellumque gererent, iubente nuntio tuo arma depoſuere, parati cum iuſſeris aduerſus Turcas ea reſumere. Centum viginti millia pugnatorum cum volueris præſto aderunt: in Aſia vſque ad Helleſpontum, & Thracium Boſphorum Mahumetis imperium inuaſuri, dum tu pari modo cum occidentalibus populis aggrediaris Turcas. Ad hoc miſſi ſumus, ſimulque tuos oſculemur pedes tanquam vicem Dei tenentis in terra. Nobis fœderati ſunt Bendias Mengrellæ & Arabiæ Rex, & Panchratius Iberorum, qui nunc Georgiani vocantur, & Manio marchio Goriæ, & Hiſmael Sinopi dominus, & Caſatimena, cui pater fuit Spediar, & Fabia dux Anagoſiæ, & Charamannus Ciliciæ dominus, quorum maxima erunt præſidia. Illud tantum ex te nunc petimus, vt Ludouicum, qui nos huc adduxit ſuper eos, qui Romanum in oriente ritum cuſtodiunt, & tuæ ſedis fidei conſociantur, patriarcham conſtituas.*

Eorum oratio.

Centum viginti armatorũ millia polliciti.

Ingens alius auxiliarium numerus promiſſus.

His dictis laudauit Pontifex principum deſideria, & quæ obtulerant magni ſe facere oſtendit, quæ Mantuæ geſta fuiſſent expoſuit: ſe feciſſe quæ potuiſſent, non concurriſſe Chriſtianos Reges: ſperare tamen concurſuros ſi norint orientalium propoſitum: vtile videri Legatos ipſos per Italiam trans alpes in Gallias proficiſci, eademque Regi Franciæ, ac duci Burgundiæ dicere, quæ ſe coram expoſuiſſent: ſine Francis expeditiones, quæ digna ſint, difficile fieri poſſe: tam eſſe nationem, quæ ſæpe aduerſus infideles terra marique glorioſe certauerit, & nunc cum Turcis præcipue timendam fore.

Expetit' Ludouicus Minorita in patriarcham.

Dimiſſi orientales oratores in Gallias.

De

Digitized by Google

103 De Georgianorum legatione ad Pium II. cum e conuentu Mantuano ſeſe in vrbem reciperet, meminit Raphael Volaterranus a, qui de gentis illius, quam a Ioanne XXI. ad coniunctionem cum Romana eccleſia, oblata ea de cauſa ſynodo œcumenica, ſolicitatam vidimus, ritibus hæc tradit: *Sunt Georgiani, quæ gens & ipſa Chriſtiana bello fortiſſima, & vicinis formidata; cognominata, vt ferunt, a diuo Georgio, cuius vexillum in bello contra infideles geſtant: ego tamen non minus putauerim eos eſſe poſſe, quos Plinius Georgos appellat. In ea igitur regione ij, quod procul ſint a ritu orthodoxo aberrant, Græcorum fere ſectantes errorem, eadem & in ſacris libris lingua vtentes: ſacerdotes eorum diro ſquallore petaſati incedunt, crinibus oblongis, barbaque ad pectus emiſſa; ſacrificant etiam more Græcanico; in calice molliunt offam, quam prius ſacerdos ipſe cochleari argenteo delibat, deinde volentibus delibandam modo ſimili præbent.* Quæ geſſerint in Gallijs belgioque ij oratores Aſiatici, dicetur proximo anno: nunc decretum pontificium vrgente atque inſtante Georgio Scenderbego aduerſus Lecham Ducaginum, & nonnullos eius ſocios Chriſtiani nominis proditores, qui percuſſo cum Turcis fœdere Macedoniam vexarunt, & Scanderbegum ipſum bello petiere, editum b adiungemus.

a Raph. Volater. lib. 11.

Georgianorũ mores & inſtituta.

In Scanderbegum Albanenſes cũ Turcis ſentiunt.

b Lib. 2. bull. pag. 378.

Venerabilibus fratribus Duracenſi & Antibarenſi archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis vniuerſis.

104 Nuper non ſine graui admiratione accepimus quod iniquitatis filius Lecas Ducaginus, & alij iniquitatis fratres Felacenſes maiores in Albania domini temporales, propriæ ſalutis immemores quondam Pauli ipſorum genitoris monitis & voluntati in ea parte penitus repugnantes, eiſdem Turchis Chriſtiani nominis æmulis ſe confœderare, & aduerſus Catholicos, & præſertim dilectum filium nobilem virum Georgium Caſtriot, alias Scanderbegh Albaniæ dominum Chriſtique propugnatorem acerrimum, ipſius quoque ſubditos & ſequaces conſpirare, eiſque damna plurima a paucis citra diebus inferre; nec non eiſdem hoſtibus fidei tranſitum per ipſorum terras & loca, ac etiam commeatum & auxilium præbere, ac multos ex fidelibus in diram prædam, & miſerabilem ſeruitutem redigere, multa quoque alia deteſtanda facinora perpetrare minime formidarunt, ea, vt accepimus, occaſione captata, quod idem Georgius Lechæ, & fratribus antedictis contra dilectos filios nobiles viros dominium Venetorum, quibus ipſe Lechas caſtrum Daginen furto ſubtraxerat, præſidia & fauores impendere recuſauerat, vt Chriſtianis bellum inferret, & expeditioni contra Turchos prædictos impedimento fieret; propter quæ tam eidem Georgio, & ſuis ſubditis, quam alijs Chriſtifidelibus alia damna innumera euenire poſſe veriſimiliter formidatur.

Venetis arcem in Albania eripuere.

Nos immaniſſimum Lechæ, ac fratrum prædictorum horrendumque facinus deteſtantes, ac volentes, prout officij paſtoralis iure aſtringimur, peruerſorum auſibus, & malitijs diſciplina publica obuiare, ne modeſtiæ depoſito fræno, & malo in Chriſticolas ſæuiente diſciplinantis iuſtitiæ neruus penitus diſrumpatur, tam Lecham, & fratres prædictos, eorumque ſubditos, vaſſallos, adhærentes, & ſequaces, quam alios quoſcumque fideles eis præbentes auxilium, conſilium, vel fauorem, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacumque eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, ſub excommunicationis, & anathematis ſententijs, & alijs infraſcriptis pœnis tenore præſentium requirimus, & monemus, eiſque diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra quindecim dierum ſpatium a die publicationis præſentium computandum a præmiſſis, quæ in perniciem & detrimentum fidei, ac fidelium prædictorum tendere dignoſcuntur, reſipiſcentes ab eiſdemque Turchis & infidelibus penitus recedentes, & confœderationes ſeu ligas cum eis factas tamquam inefficaces, nullas, & inualidas paruipendentes, & poſtergantes, cum eis de cætero nullum commercium habere, neque ipſis auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare, aut tranſitum per eorum ciuitates, terras, & loca concedere præſumant: quodque, ſi Lechas, fratres, & alij prædicti monitis, & mandatis noſtris huiuſmodi parere contempſerint, ex nunc prout ex tunc eos, & eorum quemlibet vltra alias ſententias, cenſuras, & pœnas in tales generaliter promulgatas, dictis elapſis diebus eaſdem ſententias volumus eo ipſo incurrant, &c. [Decernit cenſuratorũ religione niſi in ancipiti mortis diſcrimine non liberandos, eorum ditionem ſacrorum vſu mulctat, in eccleſijs præterea tanti facinoris ſigniferos, & ſectatores ſolemni ritu anathemate percelli iubet.] *Dat. Senis anno MCCCCLIX. IV. id. februarij pontificatus noſtri anno II.*

Reſciſſa eorum cũ Turcis fœdera.

Si ſpreuerint imperia Chriſtianorum cœtu abacti.

105 Inſtructam hoc anno a Mahomete II. maximam claſſem, ac Venetos propterea aliam ornaſſe ad reprimendos eius impetus, narrat Pius in literis a ad Cardinalem Beſſarionem datis: *Veneti*, inquit, *ſine ſuſpicione præſentis anni non ſunt: triremes quamplures paratas habent in aqua, & parare plures in dies dicuntur: parum Turcho confidunt, & claſſem ſui apparatus vehementer formidant, credentes ad eorum magis, quam aliorum damna illum eſſe venturum, nos in colligendis fidelium ſuis ſuffragijs operam & diligentiam, quam poſſumus, ſedulo adhibemus. Dat. Senis x. iulij anno II.* fecit Turcica claſſis impetus in Peloponeſum, & inſulas Ægei maris, quas Calliſtus III. Chriſtiano imperio reſtituerat; quos & alios Mahometis progreſſus deſcribit his verbis Turcograeciæ auctor b: *Poſtea cum exercitu profectus Ænum cepit; exinde Athenas, Thebas, Thaſum, Samothracem, Argos Peloponeſi, ipſum enim examilium Turca iam ab aliquonto tempore tenebant; tum Lemnum ceperunt, & Imbrum: cuncta denique finitima, præterquam Eubœam; tranſtulit idem ex Adriani vrbe Byzantium multos vtriuſque ſexus homines, denique ne vnum quidem annum a bello immunem execratus iſte manere ſiuit; ſed & bellabat & victor euadebat, nemine ſe illi, ſicut oportebat, opponente. Orientem deinde claſſe petens, multis per more nauibus miſſis inſulam Lesbum ſuæ ditionis fecit: huic vtramque Phocæam addidit veterem, & nouam, trium horarum aut vix quatuor ſpatio inter ſe remotas prope Smyrnam, quæ ad Epheſum eſt, ſub flumine Mæandro ſitas, e quibus ciuitatibus magnum numerum virorum, fœminarum, & puerorum in vrbem traduxit. Profectus poſtea Caſtamonem, & Sinopen Ciſil Achmatæ ademit, quas is longo interuallo a maioribus traditas habuerat a ſultano quodam Aladino illo magno, & formidando duce.*

a Pius lib. breu. pag. 115.

Cõparata ad turcicos impetus retundendos a Venetis claſſis.

b Turcogr. lib. 1.

106 Interea flagrante Anglia ciuili bello maximæ ibi rerum conuerſiones factæ, varijſque pra-

lijs

Digitized by Google

Henricus Angliæ Rex captus in prælio.

lijs certatum inter Regem Henricum & ducem Eboracenſem, qui, cæſo olim iniuria Richardo Rege, ſceptrum ſibi iure debitum, non occiſoris poſteris, contendebat: ac primum ad Nynam fluuium ſæua pugna commiſſa eſt, in qua regius exercitus a Richardo comite Vvaruicenſi conciſus eſt, captuſque Henricus Rex, Regina & Eduardo principe fuga dilapſis. Quo audito dux Eboracenſis ex Hibernia, quo perſugerat, Londinum aduolauit, & in publico ordinum regni conſeſſu Regem ſe dixit, docuitque ſceptrum ad ſe iure ſpectare. Affert eius argumenta Gobelinus his verbis: *Dux Eboracenſis regnum ad ſe ſpectare dixit, qui Richardo Regi quondam occiſo propinquior eſſet, nec ferendum, vt ij regnarent, qui occiſori ſucceſſiſſent: impium id genus hominum, qui regnandi cauſa parricidium commiſiſſent, Henricum IV. patruum ſuum occidiſſe, regnum per tyrannidem occupaſſe, illi filium ſucceſſiſſe Henricum V. & quinto ſextum, qui tum impij & violenti Regis hæres eſſet: parlamenta, quæ vi adhibita per metum aliquid decreuiſſent, non valere: regnum ſibi iure deberi, qui parricidiali excluſo genere regij ſanguinis primus extaret qui legitime coronam peteret. Henrico vt priuato viuendum iuſta petitio videbatur; obſtabat tamen iuſiurandum Regi præſtitum, & longa poſſeſſio.* Demum habitus eſt regiæ maieſtati honos, ac decretum, vt Henricus regium nomen gereret, Eboracenſis autem regnum adminiſtraret, ac poſt Henrici mortem regia dignitas hereditaria in Eboracenſem familiam transfunderetur: quæ hoc anno peracta conſignant Monſtreletus [a] & Polydorus, quibus in hoc potius, quam Gobelino [b] rem ad ſuperiorem annum referenti, præſtandam fidem cenſemus, cum illorum dicta literis pontificijs ad Franciſcum epiſcopum Interamnenſem in Anglia legatum apoſtolicum datis conſentiant. Miſſus is fuerat, vt Henricum ad fœdus cum Gallis ineundum flecteret, quo ex vtroque regno ad agendum Turcicum bellum auxilia elici poſſent: repulſus vero ab Henrico, nec legationem obire permiſſus, Eboracenſis ducis ſecutus partes, validiſſimus cladis Henrico Regi datæ auctor extitit: ac tum legati apoſtolici inſignibus ſuſceptis, magnum ſibi apud Anglos ex regia calamitate nomen peperit [c]; geſtarum vero rerum ſeriem expoſuit Pio: tum Richardi ducis Eboracenſis genealogiam, ex qua ſceptrum illi iure debitum demonſtrabat.

Eboracẽſis regnũ ad ſe ſpectare demonſtrat. Præcipua eius argumenta validiſſima.

Obiecta econtra pro Henrico regni poſſeſſio diuturna.

a Monſtrel. & Polid. Virg. vbi ſup. b Gob. l. 3.

Interuentus Ap. Eboracẽſem tuetur. c Polyd. ſup. lib. 23.

107 Indoluit Pius Angliam ciuili ardere bello: geſta tamen a legato, cuius proditio fraudeſque nondum erant cognitæ, laudauit hiſce literis [d].

d Pius lib. bren. pag. 225.

Pius Papa II. epiſcopo Interamnenſi.

Venerabilis frater. Ex literis tuis, & genealogia ad nos miſſa plane intelleximus, qui nunc ſtatus, & quæ rerum ſit facies in Anglia; cognouimus quoque diligentiam, & fidem tuæ fraternitatis in omnibus, quæ dignitatem noſtram, & ſedis concernunt ſine trepidatione adhibitam. Premunt ſupra modum cor noſtrum ærumnæ huiuſmodi, dolemuſque non vnam eſſe omnium intentionem ad reipublicæ ſalutem intentam. Sperabamus præteritos motus ſine futurorum metu eſſe compoſitos, iamque iſtinc expectari grande aliquid poſſe. Eſt lachrymabile profecto, potentiſſimum regnum, ad omnia ſumma idoneum, tam crebris diſcordijs fatigari, atque ita peſtem conceptam tenere, vt ad obſequium Chriſti expedire ſe nequeat. In his malis videmus quem animum geras, quæ conſilia profectas, quantum extimationis reſtituas ſedi Romanæ. Laudare te ſatis non poſſumus, & labores tuos vtiles iudicare: *Et infra*. Es tu ibi cum poteſtate legati de latere, cum inſignijs omnibus, excepto pileo rubeo; virtus tua & nomen inſtar maximæ eſt dignitatis, veniet tempus cum cognita opera tua cognoſces, &c. *Dat. Romæ* III. *decembris anno* III.

Eboracẽſi ſtudere Pius videtur.

Interuentio Cardinalatus ſpes datæ.

108 Emergentibus ſubinde nouis rerum conuerſionibus, legatus non præmijs ſed pœnis digniſſimus viſus eſt; Regina enim Margareta Renati Regis filia auxilia vndique aduerſus regios hoſtes comparauit, eoſque venientes cruento prælio deleuit [a], in quo Richardus dux Eboracenſis factionis princeps cum Edmundo filio ſecundo genito comite Rotlandiæ, & comite Saliſberienſi captus eſt, quos Reginæ imperio cæſos Monſtreletus [b] refert, eorumque capita haſtis præfixa fuiſſe; Eboracenſi vero duci ob affectatum regnum ludibrij cauſa papyraceam coronam impoſitam fuiſſe. Parta ea victoria Margareta virum Regem liberatura ad Londinum ſuas acies promouit: ac tum legatus iuſta veritus ſupplicia, ſi ab Regina interciperetur, in Belgium fugit. Quæ vero deinde ſecuta ſint, proximo anno dicentur.

Præter ſpem cõuerſa rerũ facies. a Gob. l. 3.

b Monſtrel. vol. 3 pag. 283. Polyd. Virg. l. 23 & aly.

Ricardus Eboracẽſis cum filio captus cæſuſque.

109 Ex his Anglorum diſſenſionibus Iacobus Scotiæ Rex incurrendi in Angliam occaſionem ſumpſit, Roxburgumque ditionis Scoticæ obſidione cinxit, ac dum tormenta in arcem librari iubet, vtque arbiter & exactor laboris inſtat, vna e machinis violentia ignis, excuſſo cuneo ligneo, cæteris illæſis, Regem in terram deiectum examinauit. Aulici, qui proximi aſtabant, ne promulgato aduerſo caſu diſſolueretur exercitus, corpus velarunt. Regina, quæ eo die in caſtra venerat, confirmato animo inſtare obſidioni duces iuſſit, ac breui in locum defuncti alium Regem ſe adducturam. Puduit fortes viros vinci a fœminæ fortitudine, arcem maiori impetu adorti Anglos laboribus vigilijſque confectos ad deditionem compulerunt. Adductus vero in caſtra Iacobus III. ſeptennis puer Scotiæ Rex ſalutatus eſt; arx vero, ne denuo belli cauſa eſſet, ſolo æquata eſt. Hunc finem vitæ habuit Iacobus II. anno a Chriſto nato MCCCCLX. ætatis anno XXIX. poſtquam regnare cœperat XXIV.

Scotiæ Rex in Angliam incurrit.

Tormẽti bellici cuneo diſcerptus.

Iacobus III. parẽti ſuccedit.

110 In Gallijs ſpoliatus comitatu a Carolo Rege Ioannes Armaniaci comes ob habitam cum Iſabella ſorore, coniugij ſpecie, inceſti conſuetudinem, rerumque omnium egenus ad Pontificem veniam tanti ſceleris petiturus acceſſit; cui reſipiſcenti Pius primum flagitij grauitatem, tum pœnas, quæ ab antiquis Pontificibus aduerſus inceſtuoſos conſtitutæ erant propoſuit; has vero tum ob maiorum merita, tum ob eorum, qui ipſum deceperant nequitiam, tum ob ſuſceptum ex amiſſo principatu dolorem mitigauit: vetuit vero vnquam cum ſorore colloqui, aut nuntium literaſue ad ipſam mittere, tum excurrente vnius anni interuallo bellum in Turcos cum equeſtri agmine gerere, quinque millia nummum in reficiendis eccleſijs collocare: toto vero antequam hæc impleat excurrente tempore feria ſexta pane tantum & aqua veſci iuſſit; tum alias preces fundere, & ieiunia a Bernardo Cardinale imponenda ſeruare; quæ in m. s. codice tabularij Vaticani poſt geſta Sixti IV. enarrantur.

Armaniacus comes inceſtũ cũ ſorore nuptiarum nomine prætexit.

Digitized by Google

111 *Conuocatis Cardinalibus, exceptis Gallicis, & nonnullis accerſitis epiſcopis ex curia dignioribus, ſtatuta die iuſſit adeſſe comitem, atque ita præfatus eſt: Superioribus diebus multa tecum, dilecte fili, de grauitate ſceleris a te perpetrati, locuti ſumus, nunc gratias Deo agimus, quoniam tibi lumen dedit, per quod errore relicto in viam ſalutis redires, laudamus humilitatem tuam, qui veniam petens correctioni noſtræ te ſubiecisti, eam facturus pœnitentiam, quam tibi vellemus iniungere. Nunc ergo de pœnitentia eſt agendum: ſed prius quam hoc agamus, quam pœnitentiam noſtri anteceſſores in hoc delicto ſtatuerunt imponendam, vt audias volumus. Zacharias noſter anteceſſor eum, qui ſororem violaſſet quatuordecim annis peregrinari voluit, & ſeptem annos ferreo circulo pondo ſeptem librarum aut brachium aut collum includere, ter in hebdomada ieiunium agere, carnem comedere, ac vinum bibere die tantum dominico; exacto ſeptennio ferrum deponere ac ieiunium, exceptis ſextis ferijs: atque ita domum poſt quatuordecim annos ad communionem admitti. Hæc & alia plura aduerſus inceſtuoſos maiores noſtri ſanxerunt. At nos tecum tribus de cauſis mitius agemus. Primo quia nobilis es, & facilius propter tuos maiores aliqua tibi indulgemus, quæ non indulgeremus alijs. Secundo quia deceptus male fuiſti conſilio eorum, qui diſpenſationem promiſerunt. Tertio quia, priuatus paterna hereditate & extorris domo diuino iudicio, partem pœnæ dediſti, pœnitentiamque ſubijſti. hæc nos mitiores in te reddunt.*

Crimen expiaturus Roman accedit.

Conſtituta olim in inceſtuoſos pœna.

112 *In nomine igitur Dei omnipotentis cuius maieſtatem offendiſti peccando, & cuius miſericordiam redeundo petis, iniungimus tibi ne ſororem tuam, quam inceſtu polluiſti, poſt vnquam alloquaris, eiue literas aut nuncium mittas, neque in eo loco ſis vbi ea fuerit, atque hoc iureiurando promittas. Deinde vt quamprimum, cum facultas tibi adſit, aduerſus Turchos arma capeſſas, & anno integro pro fide bellum geras, non minorem quam viginti quinque lancearum equitatum adduces, & hoc ſiue in partibus Hungariæ vicinis, ſiue alijs locis. Tertio iubemus, vt auri quinque millia nummum in reparandis eccleſijs, monaſterijsue eroges: interea dum hoc facere non potes VI. feriarum in pane & aqua ieiunium indicimus, quod deſinere volumus quam primum in Turchos bellum ceperis. Reliquam pœnitentiam ſiue maritandarum puellarum, ſiue orationum, aut amplioris ieiunij dilectus filius noſter Berardus Cardinalis Spoletanus tibi iniunget, qui noſtro nomine a reatu, & cenſuris te abſoluet. Tu ergo hanc pœnitentiam libenter amplectere & deuote exequere. Quibus dictis comes ipſe gratias agit, iurauitque cuncta ſeruare. Quod opus & pium, & ſanctum viſum eſt inſigni anima, quæ perierat, Domino reſtituta.*

Colloquij & literarum commercium cum ſorore inceſtuoſa vetitum.

Aliæ inflictæ pœnæ.

113 Reuocato in ſinum Eccleſiæ comite Armaniaco Pius literas commendatitias ad Francorum Regem dedit a, vt clementia in miſerum principem vteretur, ipſumque in priſtinum ſtatum & honorē reſtitueret, nam quamuis atrox facinus patraſſet, cum tamen deceptum a duobus nefarijs hominibus, qui perſuaſerant pontificiæ auctoritatis beneficientia ſororem iuſto connubio iungi poſſe, compertaſque fuiſſe adulterinas de ea re literas, auctoreſque ſcelus confeſſos.

a Lib. breu. pag. 135. Subornatus fuerat ab impoſtoribus.

Pius Papa II. Regi Franciæ.

Veniens ad curiam noſtram dilectus filius nobilis vir Ioannes Armagnaci comes literas quaſdam, quæ apoſtolicæ dicebantur, & ad manus noſtras poſtmodum peruenerunt, omni cum diligentia perquirebat, quibus per felicis recordationis Calliſtum Papam III. prædeceſſorem noſtrum cum eodem comite, & Yſabella ſorore ſua germana, vt contrahere matrimonialiter poſſent, diſpenſatum aſſerebatur. Hanc vero eius diligentiam cum certo modo intellexiſſemus, & dubium non haberemus neque per prædeceſſorem præfatum, neque per nos tam infamem diſpenſationem potuiſſe concedi, & quidquid forſitan expeditum oſtenderetur, vel extortum eſſe, vel falſum, veriti ne illud, quodcumque eſſet, in poteſtatem comitis veniens Chriſtianitati & Eccleſiæ ſcandalum pareret, perquirere & nos cœpimus deceptionis caput, & fraudis auctores: iuuante Deo inuenta eſt tandem malignitas. Ambroſius quondam Electenſis epiſcopus, & Ioannes de Vulterris quondam etiam apoſtolicus ſcriptor machinatores ſceleris a nobis comprehenſi nulla quæſtione adhibita ſponte ſua confeſſi ſunt. Ambroſius quidem ſemper ſe crediſſe literas ipſas ſine vllo Pontificis ſcitu obtentas, Ioannes vero eaſdem pluribus in locis a ſe falſificatas fuiſſe, ſicut etiam diligentius illas intuentibus manifeſte apparet. Hæc omnia cum ad notitiam comitis perueniſſent, doleretque falſa horum duorum inſinuatione ad contrahendum fuiſſe inductum, magnitudinem criminis recognoſcens, ad nos venit ſupplex, veniam poſtulauit, miſericorditer agi ſecum popoſcit, iudicio ſe noſtro per cuncta ſubijciens. Impetrauit a ſede Apoſtolica, quæ pietatis eſt mater, veniam ſuo errato, & pœnitentiam ſalutarem accipiens reconciliari Eccleſiæ, & ab exceſſu tali abſolui promeruit. Cum itaque, chariſſime fili, imitatores nos Dei eſſe oporteat, cuius proprium eſt miſereri ſemper & parcere, attendentes quod & ſi grauiſſime comes antedictus peccarit, ſuaſores tamen & deceptores habuit in peccato, qui ægram mentem ad manifeſtum ſcandalum adiuuerunt, hortamur ſerenitatem tuam in Domino, vt velit noſtri exempli eſſe imitatrix, & nobilem principem, gloria progenitorum & domus excellentia clarum, miſericordibus oculis intueri. Pœnam peccati ſui non leuem vſque in præſentem diem pertulit, gratiam tuæ celſitudinis perdidit, dominio, quod grande erat, eſt ſpoliatus, regno eiectus, egens & miſer viaticum ſuarum peregrinationum mendicare coactus eſt: quæ etſi exceſſui ſuo debita videantur, animum tamen regium ad clementiam debent inducere: placeat cor pœnitens & humiliatum benigna mente accipere, eumque te erga illum præſtare, quem tibi futurum Deum deſideras. Clericum minorum ordinum eſſe ſe dicit: hoc ſi ita eſt, iudicium cauſæ huius non ſæculi eſt, ſed Eccleſiæ, & illius omnis ad nos ſpectat cognitio, quam rogamus ad Apoſtolicam ſedem non graueris remittere, & ſublato ſequeſtro, quod mandato tuo eſt factum, eundem ad gratiam, & poſſeſſionem paterni dominij pro regia conſuetudine reintegrare. Hoc pietati tuæ, hoc generi conueniens eſt, hoc etiam principibus Chriſtianis, & Romanæ ſedi in primis erit acceptum: venia poſtulata, pœnitentia ſuſcepta præmiſſa erunt Deo grata, & ſicut nos ad miſericordiam inclinarunt, ita celſitudinem tuam, ſi in hoc propoſito perſeuerat, ad ignoſcendum & bene de eo promerendum inducant. *Dat. &c. XII. ſeptembris.* Clauſit vitam triſti exitu Armania-

Ambroſius Electenſis epiſc. & Ioannes ſcriptor auctores flagitij.

Rogatus Gallorũ Rex vt pœnitentem principatui reſtituat.

nia-

Digitized by Google

niaci comes Lectora enim gladio confoſſum referunt ſcriptores a.

a Aemil. & Gaguin. in Lud. XI.

IESV CHRISTI
Annus 1461.

PII PP. II. annus 3. FRIDERICI III. IMPERAT. 22.

1 ANnus poſt Chriſtum natum ſexageſimus primus ſupra mille quadringentos nona indictione Trapezuntini b imperij exciſione, expugnatione Peloponeſi, nonnullarum Ægei maris inſignium inſularum, quas Calliſtus III. magna cum religionis gloria Turcis ademerat iactura, Cypriquc conuerſionibus, funeſtus Chriſtiano nomini extitit. Pepercre illas Mahumeranis victorias partim Chriſtianorum principum diſſenſiones, partim aliorum delicijs inhiantium inertia, partim aliorum priuata commoda ſectantium auaritia; neque participem culpæ eſſe Pium tacuere Lesbiorum, Mytilenenſium, Stalimenenſium, Peloponenſium, ſublati ad æthera clamores, conquerentium ſe in pontificium imperium clientelæ ſpe conceſſiſſe; verum pontificio exercitu, vt Ferdinando opem ferret, contra Gallos conuerſo, Turcico ſe furori ſuiſſe obiectos. Pepigerat Pius arctiſſimum cum Ferdinando amicitiæ fœdus affinitatis, & Picolomineæ familiæ amplificandę ſpe, adeo vt ſuperiori anno poſtulatam pacẽ a Ioanne Andegauenſi, cuius pater ab Alfonſo Neapolitano regno pulſus fuerat, reſpuerit, atque hoc excurrente vires omnes, omniaque ſtudia ad collapſas res Ferdinandi reſtituendas, ac proceres & populos in Ferdinandi fidem reuocandos contulerit. Et quidem iam poſt Sarnenſem cladem Ferdinandus ſolio deturbatus fuiſſet, niſi illum Pius opportunis auxilijs ſuſtentaſſet, confirmarique iam cœptis eius rebus hiſce literis c eſt gratulatus, pollicitus pontificiam opem nunquam ipſi defuturam.

b Aen. Syl. hiſt. Aſiat. c. 53. & ep. lib. nu. 387.

Oriens Turcarũ furori obiectus.

Pontificię vires in tuendo Ferdinãdo conſũptæ.

c Lib. breu. pag. 158.

Pius Papa II. Regi Siciliæ.

2 Cum præcipua conſolatione noſtra legimus literas tuas, intelligentes proſperum ſucceſſum, quem tibi Deus ſua benignitate præſtare dignatur. Placeat clementiæ ſuæ ſedulo ita concedere, & breui efficere, vt pacato regno, & rebus compoſitis, poſſimus ad ſalubriora conſilia mentem conuertere. Virtus tua in his turbationibus cum laude emicuit: animum bonum ſemper geſſiſti, nec te ipſum in difficultatibus dereliquiſti: bona cauſa, quamquam facilitatem multam præbeat ad defenſionem, periclitatur tamen nonnunquam, ſi conſtantia & animo careat: hæc tibi nullo loco nec tempore defuerunt. Cognouimus reductionem nobilis domus de S. Seuerino, & aliorum, qui exemplum ſuum ſecuti ſunt; fecerunt quod illos decebat, & quod aliquando eos facturos ſperauimus: diſceſſionem a tua ſerenitate non voluntati, ſed neceſſitati aſcripſimus: tempora & promiſſio tua ita ſuaſerunt, vt facerent. Benedictum ſit nomen Domini, qui bene agentes non deſerit, eorumque vnicuique ſcribimus, & reditum ſuum plurimum commendamus, hortantes vt ita continuo perſeuerent. Serenitas etiam tua pergat, vt cœpit, mature omnia faciat, fortunæ ſemper non credat: in ſecuritate nimia ſolent calamitates plerumque contingere: vigilantia caſus fortuitos ſine damno declinat. De his quidquam moneri opus non habes, charitas tamen noſtra, vt ita ſcribamus, hortatur. Nos qui te in afflicta fortuna ſemper pro viribus iuuimus, multo minus in ſecunda non deſeremus; quidquid erit virium noſtrarum, quidquid conſilij, atque amoris veluti chariſſimo, & accepriſſimo filio noſtro ſine interceſſione præſtabitur. *Dat. Romæ XIV. ianuarij pontificatus noſtri anno III.*

Auctæ Ferdinãdi res.

Illi non ſe defuturum pollicetur Pius.

3 Quod ad proceres Sanſeuerinæ ſtirpis, qui ad Ferdinandum transfugere, ſpectat; narrat Gobelinus a Robertum illius familiæ principem in Sarnenſi clade captum a Gallis fuiſſe, victoremque Ioannem Andegauenſem non in illum modo clementia vſum, ſed vt etiam ſacramento fidei adactum ſibi magis deuinciret, equeſtris ſocietatis, quam aliorum principum more inſtituerat, inſignibus exornaſſe: illum vero a Pio ſacramento Ioanni præſtito liberatum, atque etiam equeſtre fœdus veluti coniuratorum commentum damnatum: & ſane pontificium diploma b in regeſtis Vaticanis nonis ianuarij pontificatus anno III. exaratum extat, quo ſocietas aduerſus Ferdinandum inſtituta, cui Creſcentium nomen erat inditum, anathemate defixa eſt, & omnes qui ſe illi addixerant iuriſiurandi religione ſoluti fuere. Præterea in auxilium Ferdinandi Antonium Picolomineum nepotem mille quadringentis equitibus, & peditibus mille ſuccinctum ſubmiſit, a quo munitiſſima arx Sinueſſani ducis ad oſtium Vulturni expugnata, pluresque aliæ res geſtæ; in Apulia etiam ab equitatu Scanderbegi inſtauratæ Ferdinandi res; quinetiam ipſe Scanderbegus ſecutus Pontificis conſilium, expoſita Turcicis graſſationibus Albania, improuide traiecit in principatum Tarentinum, illumque ferro vaſtare aggreſſus, Tranenſem vrbem Ferdinando aſſeruit, confectiſque aliquot prælijs tumultuarijs propere in Macedoniam regredi coactus c eſt, cum illam Mahometes popularetur: ſtetere tamen res Ferdinandi, inque dies magis redintegratæ contracta d inter Picolomineam & Aragoniam familiam affinitate; Ferdinandus enim Mariam filiam Antonio Picolomineo Pij II. nepoti matrimonio iunxit, tributo dotis nomine Amalphitano ducatu; ex quo Pius admodum lætus Mariæ duciſſæ, & nepoti nuptis gratulatus eſt e; tum Reginæ Neapolitanæ his verbis gratias egit f: *De affinitate cum regia ſerenitate contracta, de gratijs & beneficijs in nepotem noſtrum collatis lætati admodum ſumus, Deo primum, deinde illi, & tibi gratias habentes, quas poſſumus: placeat pietati ſuæ omnia ad ſalutem, & conſolationem dirigere.* Nepotem vero præceptis pluribus erudiuit g, vt coniunctiſſime cum Ferdinando viueret; tum addidit: *Delectatus moribus tuis, & ex obedientia conſolationem accipiens, non ſolum colet vt generum, ſed amabit vt filium: vbi in contrarium egeris, ſi maxime nunc propter nos ſtabis, deficientibus nobis neceſſe erit, vt ruas.*

a Gob. l. 5.

Defixa anathemate a Pio gallica factio.

b Lib. breu. pag. 123. & lib. 37. pag. 36.

Submiſſę Ferdinãdo auxiliares copiæ.

Scanderbechus in Apuliam traijcit pugnatq; in Gallos

c Barlet. in vit. Scanderb. l. 10.

d Gob. l. 6.

Affinitatem cum Ferdinando contrahit Pius.

e Lib. breu. pag. 185.

f Ead. pag.

g Ibid. pag. 145.

4 Exinde Pius maiori ardore tutatus eſt Ferdinandum, ac non modo clam ſolicitare cœpit populos, interque alios Aquilanos h, vt a Gallis ad Ferdinandum deficerent, ſed etiam anathemate percellere eos, qui Andegauenſium principum ius tuerentur: quo argumento ad archiepiſcopum Rauennatem, quem ad Ferdinandum legauerat, hæ datæ literæ. i

Omni cõtentione eum tuetur.

h Ib. pag. 187.

i Lib. 14. pag. 94.

Venerabili fratri Bartholomæo archiepiſcopo Rauennati in regno Siciliæ A. S. L.

Fratarnitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes, & ſingulos inobedientes,

Digitized by Google

tes, & rebelles huiuſmodi, [nimirum Ferdinando Regi] tam eccleſiaſticos, quam ſæculares cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ exiſtant, in quibuſcumque regni præfati partibus eos eſſe cognoueris, ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, quibus infra certum terminum ſeu terminos conuenientem ſeu conuenientes ad id per te præfigendum ſeu præfigendos præfato Regi obedientiam, fidelitatem, ac reuerentiam debitas, & etiam congruentes iuxta formam, & tenorem inueſtituræ eidem Regi per nos de dicto regno factæ ſine oppoſitione & dilatione quibuslibet præſtent, & exhibeant: alias ſi eccleſiaſtici coram te, ſi vero ſæculares vel mundani fuerint, ſeu eorum aliquis fuerit, coram præfato Rege ad allegandum cauſas, quare prædicta facere recuſant ſeu denegant, perſonaliter comparere debeant & teneantur, auctoritate noſtra moneas & requiras, vel per alium ſeu alios moneri & requiri facias & procures, quodque, ſi ipſi in præfatis terminis obedientiam, fidelitatem, & reuerentiam prædictas præſtare, aut coram præfatis perſonaliter comparere neglexerint; ipſos in cenſuras & pœnas in dicto monitorio contentas incidiſſe eadem auctoritate declares: & nihilominus tibi contra omnes, & ſingulos, qui monitioni huiuſmodi parere contempſerint, vel diſtulerint, tamquam contra nobis, & Apoſtolicæ ſedi inobedientes hoſtes & rebelles dicta auctoritate procedendi, & inquirendi, *& infra*, plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXI. *VIII. id. iunij pontificatus noſtri anno* III.

Neapolitanos ad obſequiū Ferdinandi redire iubet.

5 Repetijt poſtea Pius minaces literas *a* in partium Andegauenſium ſtudioſos, atque Vrſo Vrſino, & alijs Romanis patritijs, qui aduerſus Ferdinandum a Gallis conducti fuerant, anathema bonorumque omnium publicationem intentauit, ni quindecim dierum ſpatio Gallicam factionem defererent, cum maximi referret pacem in ditione eccleſiaſtica tueri, quæ facile ob illa partium diſſidia confundi poſſet. Paruiſſe vero Vrſum Vrſinum, qui Nolæ Ioannis Antonij principis Tarentini nomine præfectus erat, refert Gobelinus *b*, atque ad partes Ferdinandi tranſuolaſſe, a quo Nolanus comes renuntiatus ſit: archiepiſcopum vero Rauennatem legatum ob bene geſtam eam prouinciam cardinalitia purpura ornatum, dicetur inferius. Certatum toto anno est inter Ferdinandi Ioanniſque Andegauenſis ſectatores; & Coſentia, quæ ad Gallos deſciuerat, a Ferdinandi exercitu expilata *c*.

a Pius l. 1. bul. ſecr. pag. 73

Vrſini ob Gallicam cauſam ſuſceptam cenſuris perculſi.

b Gob. l. 6.

c Gob. l. 5.

Collabentes in regno Neapolitano Gallorum res his verbis tunc Franciſcus Philelphus *d* deſcribebat: *Præſtantiſſimus dux Ioannes sereniſſimi Regis Renati filius Nuceria in Apulia a Ferdinando Rege tenetur obſeſſus, diſtributo eius exercitu & paruo & imbecillo per nonnullas vrbes oppidaque vicina, quæ magna ex parte Ferdinandi redierunt in fidem: comes Iacobus Picininus intra Sulmonem atque Aquilam continetur cum exercitu admodum debili: vniuerſus mons ille, qui dicitur S. Angeli, Ferdinando ſe dedidit. Alexander Sfortia bellicoſiſſimus ductor, Matthæuſque Campanus, & Marcus Antonius Torellus cum forti firmiſſimo exercitu proxima loca oppugnant, in deditionemque quotidie recipiunt. Sigiſmundus Malateſta exercitum Eccleſiæ in Picentibus clandeſtino impetu adortus oppreſſit: Iacobus Sabellus venia impetrata ad Pontificem rediit, quia ex re factum eſt, vt comes Vrbini, qui eum obſidebat, verſus Sigiſmundum cum vniuerſo eat exercitu, &c. ex Mediol. VII. kal. auguſti* MCCCCLXI.

d Philelph. duci Burg lib. 17.

Gallicæ res in Neap. regno in diſcrimen adductæ.

6 Infeliciter quoque bellum a Renato Rege in Liguria geſtum eſt, quod his verbis deſcribit idem Philelphus: *De Genuenſibus quid actum ſit breui complectar oratione. Venerat Rex Renatus cum munitiſſima claſſe triremium, duodecim biremium, duarum nauis longæ, quam vulgo galeariam vocant, & vnius balinerij, & nauis onerariæ atque peringentis item vnius: adduxerat etiam ex Gallia tranſalpina per continentem & equitatum & peditatum maximum. Ad ſextamdecimum kal. auguſtas coacto vniuerſo exercitu belliciſſimoque hominum ad decem millia in aquo loco Genuæ vrbi proxima, cui nomen eſt Petro Arena, intra ſecundum lapidem Rex Renatus per ſuos duces, nam ipſe claſſe continebat ſe, cum Genuenſibus pugnam iniit. Pugnabat autem vniuerſus populus præter factionem nobilium, qui ſentientes cum ipſo Rege alij erant in claſſe: alij ab vrbe aberant: alia alij concedentes. Habebant etiam ſecum Genuenſes peregrinos pedites ex hac noſtra regione, ſtipendio alieno potius quam ſuo conductos, ad quatuor millia equites ad ſeptingentos. Galli vt eſt mos patrius ferociſſime genuenſes copias inuadunt, aſcendunt: quos ex hoſtibus cepiſſent nulla ſeruata fide crudeliſſime humi proſtratos, ac pedibus genibuſque calcatos iugulabant: quæ quidem res non mediocrem terrorem Genuenſibus vniuerſiſque militibus incuſſit, & eo magis, quod moles ſaxea, quas ſpingardas nominant, ingentem late ruinam faciebant formidabili cruentaque pugna vrbem ceperant. Reſtabat locus, in cuius vertice arx eſt poſita cui nomen Caſtellota: hoc loco Paulus archiepiſcopus Pandulphuſque eius frater & Spineta Fregoſique omnes, & magna pars peregrini exercitus ſtationem habebant, qui vt viderunt iam prope eſſe diſcrimen vltimum intrepido impetu atque forti animo feruntur in Gallos: ij vero, qui erant in fronte cum vim tantam ferre non poſſent, eſſentque multis confecti vulneribus ſubtrahunt ſe, vt ſocij locum ſubeant, quod cum minus prudenter minuſque apte faciunt turbantur ordines: archiepiſcopus reliquique incumbunt tanta animorum acritate & robore, vt turmatim atque confuſe Galli vniuerſi hoſtibus terga dantes, nec vſquam conſiſterent. Sæuitum eſt in eos nullo Italorum exemplo. Pauci circiter quingenti aut multo plures euaſerunt per medios gladios ac vulnera in triremes, quæ ad ſagittæ ictum diſtabant a littore: plures ſubmerſi ſunt: reliqui omnes aut capti ſunt aut cæſi. Interfectorum numerus etſi occultatur propter immanitatem facinoris, ſunt tamen qui affirment ad quatuor millia periiſſe, quod vt fieret duæ fuerunt cauſæ, prima quod Galli ipſi idem fecerunt in captiuos: Altera quod Fregoſi Fregoſorumque factiones in vltionem Petri illius Fregoſi, quem olim occiſum circumquaque per vrbem traxerant, eiuſque cadauer multis contumelijs affecerant, quoſcumque aſſequi potuerant interemere.*

Renati expeditio aduerſus Genuenſes.

Magna ſtrage propulsātur.

7 Cum pacatæ non eſſent eccleſiaſtici principatus res maioreſque turbas excitandas Pius vereretur, atque ideo Piceni legatum, qui Ioſiæ Aquanimæ bellum indixerat increpuit, ac pace litem componere iuſſit, *a* propoſita ob oculos hiſce verbis rei cauſa: *Vides quot in locis laboret Eccleſia: eſt nobis bellum in regno, eſt in Campaniæ finibus: exules Vrbeuetani quietos nos eſſe non ſinunt, nobiles de Canali illis etiam in locis ſtatum noſtrum conturbant, Marchia, cui præes, quantum operis ſit, tuis oculis cernis. Satis multi*

a Lib. breu. pag. 247.

Excitatę in ditione eccleſiaſtica turbæ.

ignes

Digitized by Google

igues ſunt varijs in locis accenſi, nouum nunc excitare rei noſtra non expedit: vix copia, quas habemus, ad reſiſtendum Sigiſmundo ſufficiunt, & tu illas per nouum hoſtem queris diuidere. Perſtrinxit paucis verbis Pontifex eccleſiaſticæ ditionis ſtatum, quem Gobelinus fuſius deſcribit a, narratque in primis Pium ad comprimendos nonnullos proceres, qui in Sabinis rebellionem fecerant, arceſque bellicis munierant præſidijs, Alexandrum Sfortiam, & Fredericum Vrbinatem exciuiſſe, ipſorumque opera perdomuiſſe nouarum rerum auctores, quos ita in gratiam receperit Pius, vt iterum rebellandi poteſtatem, retentis æquatiſque ſolo eorum munitionibus, non reliquerit.

a Gob. l. 5.

In Piceno autem grauiores motus fuerunt excitati, atque in primis Malateſta & Aſtorgius Manfredus, qui toparchias vectigales Romanæ eccleſiæ beneficentia acceperant, clientum officia præſtare Pontifici cenſumque pendere abnuebant. Ex his Sigiſmundus Malateſta apertum cum Pontifice gerebat bellum, ſuperiorique anno, pellectis in ſuas partes Anconitanis, Æſinos opprimendos ſuſceperat; qui eo perculſi metu Venetorum clientelam popoſcerant. Cum vero Venetos flexiſſet, Pontifex, ne in clientes Eccleſiæ imperium ſibi aſciſcerent, ad componendam Æſinos inter & Anconitanos exortam controuerſiam Cardinalem S. Suſannæ, tum Franciſcum Cardinalem nepotem, qui prouinciæ præerat, adhibuit b.

b Lib. breu. pag. 152.

Eccleſiaſtici exercitus dux a Malateſta fuſus.

8 Auctæ inde admodum in ea prouincia pontificiæ res, diuulſis a Sigiſmundi Malateſtæ fœdere Anconitanis; neque ille tamen male cœptis deſtitit, ſed paratis non paruis copijs Picenum bello opprimere tentauit; ad cuius reſtringendos impetus profectus eſt c eccleſiaſtico exercitui Bartholomæus epiſcopus Cornetanus: ſed is, vt narrat Gobelinus d, dum accerſitis in tentorium ducibus conſilia de hoſte propulſando agitat; a Sigiſmundo Malateſta in caſtra improuiſo irruente miſeranda clade fuſus eſt, non modo impedimentis, ſed etiam aliquot locis in ipſius Sigiſmundi poteſtatem redactis.

c Pius l. 12 pag. 315.
d Gobel in comm. l. 5.

In eum immiſſus Neapolio Vrſinus.

9 Inſoleſcenti ita victori tyranno oppoſuit Pontifex Neapolionem familiæ Vrſinæ principem, ſtrenuum, & rei militaris peritiſsimum, qui ſub Alfonſi Regis, & Venetorum ducis auſpicijs ordines duxerat: cuius aduentu confirmati prouincialium ſunt animi repreſſæque Sigiſmundi graſſationes adeo, vt cum Neapolione congredi non auſus, in tutiora loca ſe receperit. In eum vero iudiciariam actionem antea inſtitutam vrſit Pius, cum profligatiſsimus homo præter alia ſcelera hæreſeos quoque labe ſe contaminaſſet: *Pius*, inquit Gobelinus e, *accerſito conſiſtorio Cardinalem S. Petri ad vincula, quæ de Sigiſmundo Malateſta inuenerit, referre iubet. Is cauſa documentis inſpectis conſtare aſſerit Sigiſmundum plane hæreticum eſſe, qui reſurrectionem mortuorum inficietur, & animas hominum mortales fore teſtetur, nec de futuro regno quidquam ſperet. Homicidia deinde, ſtupra, adulteria, inceſtus, ſacrilegia, periuria, proditiones, & inſiota propemodum turpiſſima, & atrociſſima ſcelera eius probata: nec dubium quin ſummo ſupplitio dignus ſit. Interrogantur ſententia Cardinalium: cuncti damnandum cenſent. Fit publice iudicium, damnatur reus, qui Romani præſulis maieſtatem læſerit, atque impia de Chriſtiana religione præſumpſerit affirmare, vitamque omni flagitio, & turpitudine fœdatam duxerit. Priuatur vitariatu, & omni dignitate atque honore, uſque pœnis ſubijcitur, quas in hæreticos, & ſupremæ maieſtatis reos humana leges ſtatuerunt. Interea pro gradibus baſilicæ S. Petri ex arida materia ingens pyra extruitur, in cuius ſummitate imago Sigiſmundi collocatur, hominis lineamenta & veſtimenti modum adeo propriè reddens, vt vera magis perſona quam imago videretur: ne quem tamen imago falleret ſcriptura ex ore prodijt, quæ diceret: Sigiſmundus hic ego ſum filius Panduphi Rex proditorum, Deo atque hominibus infeſtus, ſacri cenſura ſenatus igni damnatus. Scripturam multi legerunt, deinde aſtante populo igne immiſſo, & pyra & ſimulachrum repente flagrauit.*

e Gob. l. 7.
Nefandæ hæreſeos crimine poſtulatur Malateſta.

Eius effigies igni bus tradita.

10 Iunctus erat amicitiæ fœdere Venetis idem Sigiſmundus, ijſque eccleſiaſticum caſtrum, cui Montis Martiani nomen eſt, oppignerauit a; de quo apud ducem Venetum expoſtulauit Pius, quod fœdus cum eodem Sigiſmundo anathematis infamia notato coleret b: *Nemo*, inquit, *niſi parum fidelis lætari credītur damno Eccleſiæ. Sigiſmundus*, nempe de Malateſtis, *vt notum eſt tibi, anathema eſt, & ſathanæ traditus: anathema etiam, qui miniſtri ſunt nequitiæ ſuæ. Tu, tum catholicus ſis honorem tuum, & mandata Eccleſiæ colens, noli te vllo commercio cum perdita anima & infelici coniungere: inficere te eadem macula ſua communicatio poteſt: ediximus hoc tibi vt pater & cuſtos animæ tuæ, &c.* Commendauit c autem epiſcopum Taruiſinum, qui increpitus ob promulgatas ab ipſo literas pontificias, quibus Sigiſmundus Veneti nominis ſocius anathemate damnabatur, profeſſus eſt, ſe Pontifici vt domino ſemper pariturum, quamuis epiſcopatus amittendi diſcrimen ſibi adeundum eſſet.

a Pius lib. breu. pag. 238.
b Ibid pag. 237.
Moniti Veneti vt Malateſtæ conſortio abſtineant.
c Ib. pag. 236.

Pius Papa II. Epiſcopo Teruiſino.

Significauit nobis dilectus filius Dominicus Lucenſis ſcriptor & nuncius noſter, quam præſenti animo dominio Venetorum reſponderis, cum te ob eam cauſam reprehenderint, quod in publicanda Sigiſmundi excommunicatione mandata noſtra impleſſes. Scripſit etiam quod ea in re dignitatem epiſcopalem ſeruaris, cum ſis proteſtatus pariturum ſemper te nobis tamquam domino tuo, & ſi epiſcopatu te pelli contingat. Laudamus hunc animum, laudamus & vocem, quæ vere ſacerdotalis fuit, & non ſimilis illis, qui vt ambitionem ſuam depaſcant, cleri dignitatem proſtituunt. Memores erimus tui, nec te deſeremus: bono animo ſis, & ita te rege, vt cum modeſtiam in dictis factiſque ſeruaris, cor etiam in bonis operibus deeſſe tibi non videatur, nec Deus nec Apoſtolica ſedes præſidentibus nobis fraternitatem tuam relinquent. *Dat. Romæ* xi. *martij anno* iii.

11 Vrſit eodem tempore Pius in alium Sigiſmundum ſcelere non diſparem nimirum Auſtriacum, iudiciariam ſeueritatem, quamuis ille Imperatori Frederico, cui incrementa dignitatis debebat Pontifex, coniunctiſſimus eſſet, profeſſus enim fuerat Fredericus, ſe iuris ordinem in Sigiſmundum exercendum nolle confundere, ac viciſsim Pius erat pollicitus ſuperiori anno, ſe ita acturum in Sigiſmundum, vt Auſtriacæ domus gloriam nulla labe obſcuraturus eſſet: *Intelleximus*, inquit, *ad magiſtrum Franciſcum, quid in negotio ducis Sigiſmundi promittat*, nempe Imperator; *nec poſſumus non commendare manſuetudinem ſuam, quæ & rationi cedit contra affectum, & iuſtitiæ munus contra illius violatores non prohibet.*

Cenſuræ in Sigiſm Auſtr. exercitæ.

Agas

Digitized by Google

Agẽ ſuæ bonitati gratias volumus, oſtendaſq; ſententiam noſtram, nos ita temperaturos in ſuis, vt domus Auſtriacæ ſplendor nulla in parte obfuſcetur. Hoc porro anno Pius Sigiſmundum Auſtriacum, cum nullis monitis ad officium flecti poſſet, immo in deteriora prolapſus Eccleſiæ auctoritatem labefactare niteretur, hæreſeos poſtulauit, diemque illi ad obiecta crimina purganda dixit propoſito hoc publico decreto a.

a Bullar. lib. 11. pag. 189. & lib. 13. pag. 194.

Vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus.

Ex quo ſatanæ ipſius membrum principale impius Sigiſmundus ex Auſtriæ principibus, qui aliquando nobiſcum & Eccleſiæ membrum fuerat, in ſanctiſſima paſchatis feſti celebritate in ſatanicam ſe a catholicorum cœtu abſciſſus præcipitauit ingluuiem, & ab apoſtolica Eccleſia transfuga effectus ſub diaboli cœpit vexillo militare, anathema, proh dolor! incurrit, & demum inſanias inſanijs cumulando, & ſeſe apoſtatare ſuperbiendo, facto quoque ſe vnitatis Eccleſiæ fidem auctoritatiſque eius rationem per cenſurarum contemptum non habere palam demonſtrauit, & demum vt eum in malorum omnium profundum perueniſſe omnibus certum foret, eadem iactat temeritate, nec ſacroſanctos canones, nec apoſtolica præcepta iuſtiſſima, nec iudicia & canonicis ſanctionibus facta ſolemniſſime eum in vllo poſſe contingere, quandoquidem ipſe Dei nefarius deriſor & Eccleſiæ contemptor de Chriſtiano adhuc non erubeſcat nomine gloriari, ob quas res tametſi præter facti notorietatem vnuſquiſque ipſum rectiſſime hæreticum indicarit; vt tamen ex ſuo ore iudicium prodeat, habentes priores noſtros proceſſus, in quibus anathematis criminis læſæ maieſtatis, & fautoriæ hæreſis declaratus eſt pœnas incurriſſe, in ijs literis pro inuiolatis & expreſſis, quo conſtare valeat non ſolum ea operum improbitate ſcelestorum, ſed ſua etiam propria confeſſione, an ſit hæreticus vel non, nouum denuo proceſſum inchoauimus aduerſus dictum Sigiſmundum, de damnatiſſima hæreſi, quæ eſt omnium hæreſum hæreſis, non ſolum ſuſpectum notorie, ſed ſenſibiliter maculatum, tanquam ſacræ fidei non recepientem articulum, quem per hoc ſymboli apoſtolici verba fidelium exprimit vnuſquiſque; *Credo in vnam ſanctam & apoſtolicam Eccleſiam*; nam cum ipſius eccleſiæ Romanæ Pontifex caput ſit, canoneſque & cenſuræ ſic ſint Eccleſiæ, quod quiſque in Eccleſia poſitus & credens capiti, canonibus & ejus cenſuris teneatur obedire; dictus quidem Sigiſmundus non ſolum illis non obedit, ſed prædicat inſuper, quod minime obedire teneatur, atque in ſuam proteruam ſententiam tam ſubditos, quam quoſcumque poteſt accedere compellit, & hæc vbique ſunt notoria, nec hodie quoque ceſſat per ſe & ſuos hanc ſuam perfidiam vndique diuulgare.

Is contra negat ſe hæreſi de unctum teneri.

Obiectũ illi non credere in ſanctã eccleſiã.

Quæ cum ad vehementiſſimam ſuſpicionem pluſquam ſatis ſint aperta, idcirco ipſum Sigiſmundum notorie de hæreſi ſuſpectum per præſentes apoſtolica auctoritate peremptorie citamus & requirimus, vt ſexageſimam diem a die data, quæ & affixionis huius ad valuas eccleſiæ Principis Apoſtolorum de vrbe & vt ſequitur ſucceſſiue computandam, perſonaliter coram nobis compareat & de fide catholica, præſertim in præfacto articulo vnitatis Eccleſiæ, & quæ ad ipſam ex ſanctorum doctorum doctrina ſequuntur reſpondeat, & verbo & facto ſe purget de ſuſpicione ſub confeſſi & conuicti criminis hæreſis pœna; alioqui nos contra ipſum tamquam confeſſum & conuictum in Dei omnipotentis nomine vſque ad definitiuam ſententiam iuſtitia mediante procedemus &c. [In ius pariter vocati Sigiſmundi ſectatores præcipui, in quibus Tridentinus epiſcopus exauctoratus & Gregorius de Heymburg, vt hæreſis ſuſpicionem ac labem diluerent.] *Dat. Romæ apud S. Petrum incarnationis dominicæ* MCCCCLXI. X. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* III.

Plures eodem argumento literæ a exaratæ fuere; quam autem inuite hanc ſeueritatem in Sigiſmundum adhiberet, cum Auſtriacæ domus eſſet ſtudioſiſſimus, ſeque ad id adigi, ne iura proderet, profeſſus eſt Pius hiſce literis b ad archiepiſcopum Colonienſem datis: *In Sigiſmundum Deo teſte contra voluntatem noſtram proceſſimus, & nunc ſeueri eſſe compellimur: amauimus enim ſemper perſonam, & charam habuimus totam illam Auſtriæ domum; ſed quid aliud poſſumus? exceſſus hominis, & indurata obſtinatio cogunt nos iuſtitiæ arma non ponere. Nunquam vel minimum pœnitentiæ ſignum aliquod dedit: contempſit ſemper cenſuras, contempſit monita noſtra, & a correctione erroris maiorum errorum occaſionem quæſiuit, &c. Dat. Romæ* XVIII. *aprilis anno* III.

a Ibid. l. 10. pag. 107. & lib. 13. pag. 198. & lib. breu. pag. 117. b Lib. breu. pag. 107.

12 Non modo pontificiæ auctoritati obniti non perhorruit Sigiſmundus, verum cum coniuratis, qui imperialem etiam deijcere dignitatem moliebantur, inijt fœdus: ad quem comprimendum Pius ducem Mediolani ſollicitauit, vt Sigiſmundo bellum inferret, de Imperatore enim Friderico, in quem ciuile conflabatur bellum, locutus hæc ſcribit c: *Quæritur illi a nonnullis principibus Germaniæ ſcandalum graue, inter quos Sigiſmundus eſſe non in poſtremis aſſeritur: hunc cum vicinus ſit dominio tuo, optat Imperator a te diffidari, & bello inuadi, ſperans malo propinquo illum implicitum curaturum potius ſua, quam aliena negotia.* Captauit inde occaſionem Franciſcus Sfortia, qui præter iura Mediolanenſem ducatum Romani imperij vectigalem armis inuaſerat, e blandiendi Friderico beneficiarij iuris, quo ipſum ille induere detrectaret, quippe qui contendebat filiam ſpuriam in beneficiario imperij principatu non poſſe ſuccedere; atque adeo illius ius ad ſe deuolutum. Flagitanti itaque Pontifici vt iniret d armorum ſocietatem cum Friderico reſpondit Franciſcus, moueri ſe admodum aduerſis eius rebus, arma tamen ad imperiales tuendas partes accingi non poſſe, cum Imperator ipſe clientelare ſacramentum vltro oblatum etiam tum reſpuiſſet. Quo accepto reſponſo Pius, qui Franciſco ſtudebat, vt illi ac poſteris partum armis principatum aſſereret, ſuaſoriam ſcripſit epiſtolam e ad archiepiſcopum Colonienſem de tradendo imperiali liberalitate Franciſco Sfortiæ ducatus Mediolanenſis beneficiario iure, ne in Italia Germanici imperij maieſtas penitus obſoleſceret; paucos enim Italos illam colere, ac temporum curſu contingere poſſe, vt duces Mediolanenſes opibus & potentia florentes ducatum imperio obnoxium profiteri recuſent: digniſſimum vero ob egregias dotes Franciſcum Sfortiam, qui in clientem imperij admittatur.

Coniurat Sigiſm. aduerſus Fridericum Imp.

c Lib. breu. pag. 214.

Sollicitatus ad mouendũ illi bellũ Mediolanenſis.

Controuerſum de Mediol principatu an deuolutũ ſit ad imperium.

d Ibid. pag. 190.

e Ibid pag. 240.

Agit interpretẽ Pius vt ſacramẽtum Mediolanenſis admittatur.

Pius Papa II. archiepiſcopo Colonienſi.

13 Venerabilis frater, &c. Quæ tuæ fraternitati

Digitized by Google

tati nunc ſcribimus nouit Deus, quod pro retinenda dignitate Romani imperij, & manutenenda extimatione nationis Germanicæ dicimus, neque in hoc plus apud nos valet cuiuſque reſpectus, quam res ipſa, & veritas. Dilectus filius nobilis vir Franciſcus Sfortia dux Mediolani magni eſt, ſicut noſti, in Italia nominis, magnæ potentiæ, ſuaque in omnibus rebus plurimum extimatur auctoritas: prædeceſſoris noſtri Caliſti III. & noſtris temporibus præcipuo adiumento fuit Eccleſiæ: protexit illam, cum fuit expediens, non fauore tantum & numine, ſed armis quoque atque impenſis. Nulla vnquam in eo rebellio, nullus contemptus eſt adinuentus: paruit Romanis Pontificibus ſemper, ſicut catholicum, & vere fidelem principem decuit: virtus etiam eius quanta ſit, ac diſciplinæ militaris præſtantia res ab eo geſtæ declarant: fraternitas quoque tua ex ſama potuit illa nouiſſe. Scimus amicitiam eius multi eſſe æſtimandam, cum & amicos in pretio habet, & gratitudine in acceptis beneficijs ſeruet.

Datæ in eius gratiam ad ſeptemuiros literę

Præter præmiſſa cum nos multum dileximus, dignum cenſentes quem Romana eccleſia in filium peculiarem teneret, idem vellemus ab imperio fieri, ſuamque cauſam maiori charitate accendi. Optat inueſtituram ducatus ſui, quem tenet: optat a Germanis dominium omnium recognoſcere & ſucceſſionem filiorum ſuorum: ſine imperiali maieſtate hæc fieri non poſſunt. Nouimus nos auctoritatem tuam præcipuum in his momentum habere, & de voluntate non dubitamus: hortamur igitur fraternitatem tuam in Domino, & ex corde requirimus, vt ſuſcipere in te promotionem hanc velis, & ita cum Imperatore efficere, vt non ſolum in danda inueſtitura, ſed in cæteris, quæ fieri ſunt opus, gratioſum ſe reddat; accipiendum enim ſemper eſt quod poteſt impendi; ſupra vires nec petendum aliquid nec cupiendum: æſtimari aliter non minus fidelis deuotio quam grandis pecunia. Facies in hoc rem gratam Apoſtolicæ ſedi, & imperio, cuius elector es, plurimum vtilem: nam, ſi bene attendimus, pauci iam in Italia reſtant, qui ad Imperatorem reſpiciant: hic autem, qui deuote admodum reſpicit, negligendus non eſt. Poteſt imperialibus rebus opera ſua multum conferre: poſſunt & loca, quæ tenet. Noſti præterea ſtatum Italiæ, intelligis etiam vicinorum potentiam. Neſcimus quid fortuna, quid tempora ſint allatura: non omnes ea mente eſſent, qua Franciſcus Sfortia eſt, dummodo potirentur ducatu, a quo tenerent parum attenderent. Negligendum non eſſe hunc in Italia titulum dicimus, nec imperio ius hoc adimendum. *Dat. &c.* Fuit hæc ingentium bellorum materies, ſed ſuis locis reſeruanda.

Spectare ad decus imperij vi conferatur inueſtitura.

Nunc cœptam de Sigiſmundo Auſtriaco, in quem vt ſuſciperet bellum Franciſcus Sfortia flagitabat præmij ergo Mediolanenſem principatum imperiali auctoritate ſibi confirmari, narrationem proſequimur: fauerat antea aduerſus eundem Sigiſmundum Pius Heluetijs, qui plura ipſi loca eripuere: cum vero Albertus dux Auſtriæ doleret Auſtriacæ familiæ iura ab Heluetijs diripi, grauiter apud Pontificem queſtus eſt, obtulitque ſe inter Sigiſmundum, & Nicolaum Cuſanum Cardinalem Brixinenſem concordiæ futurum interpretem. Cui reſpondit Pius [a], Heluetios in vlciſcenda illata Eccleſiæ iniuria laude dignos, neque iam de Cardinalis Brixinenſis iuribus, ſed de pontificia auctoritate agi, quippe Sigiſmundus, ſpreto Mantuano decreto, a pontificia ſententia ad futurum concilium temere prouocauerat, cenſuriſque eccleſiaſticis perculſus, illas ſacrilego obtriuerat contemptu, obfirmatuſque in pertinacia ſacroſanctam poteſtatem infringere annitebatur. Addidit vero Pontifex, non aliud vltionis genus de Sigiſmundo a ſe expeti, quam vt rite reſipiſceret, ac tum eum amantiſſime paterno ſinu exceptum iri. Præcipuam earum literarum a partem inſerendam hiſtoriæ cenſuimus: *Si*, inquit, *dilecti filij Suuitenſes confœderati caſtra domus Auſtriæ inuaſerunt, & obſident, faciunt quod ſacrilegum Sigiſmundi & & impœnitens cor digne meretur: mandaſſe nos illis quidquam tale non ſane meminimus*. Et infra: *Quod requiris confœderatis mandari, vt ab offenſione deſiſtant, vel treuguas componant, in eo libenter tuam petitionem exaudiremus, ſi cum Deo poſſet concedi: verum cum in dies ſuperbia & rebellio Sigiſmundi magis excreſcat, non poſſumus cum honore Apoſtolicæ ſedis & noſtro beneficium illi conferre, qui auctoritati noſtræ ita proterue inſultat. Vltima eſt petitio tua, vt tibi antedictam facultatem dedamus: dicimus iterum tibi, dilecte fili, minimum in hoc Cardinalis eſſe intereſſe: Eccleſiæ tota eſt contumelia, compoſita re Cardinalis, non propterea publica iniuria eſſet compoſita: humiliato prius corde eſt opus veniam petat Sigiſmundus: oportet ſatisfieri Apoſtolicæ ſedi: nobiſque conuenit: redeunti ad nos nunquam claudemus Eccleſiam, nec pietatem negabimus, quæ ſibi eſt vltro ſæpe oblata. Domui Auſtriæ affecti plurimum ſumus: vulnera illius ſunt nobis communia: poſt longam expectationem, & diutinam patientiam inuiti, & dolentes ad iuſtitiæ arma confugimus.*]

Heluetij Sigiſmundum Auſtriac. vt hoſtem eccleſiæ inſectati.
a Ibid pag 228. & 249.
Fridericus pro Sigiſ. deprecatore agit.
a Sup.pag. 228.
Negat pacem dandam Sigiſmundo niſi ſe ſubmiſerit.

14 Defendenda erat eo maiori conſtantia pontificia auctoritas, quo plures in Germania ad eam labefactandam conſpirarant. Effutiebant ij, Pium Germanico nomini parum amicum, & Francoſurti celebres cœtus indixerant, vt nefaria inter ſe conſilia conferrent. Qua de re certior factus Pontifex, datis ad Germanos proceres Francofurtum conuenturos apoſtolicis literis [b], iniquam ſuſpicionem deleuit, monuitque, vt pontificios internuntios audirent, neque aduerſus Eccleſiæ dignitatem aliquid molirentur.

b Lib.breu pag. 196.

Nobilibus viris prælatis, & principibus, nec non oratoribus in dieta Franckerfordienſi proxime conuenturis.

Eſtote memores reuerentiæ, quam debetis matri veſtræ Eccleſiæ: adhibete Deum, & conſcientiam in conſilia veſtra: plus apud vos ratio, & animarum ponderet ſalus, quam priuati aliquorum affectus. Dileximus ſemper nationem Germaniæ: priuatim & publice laudis ſuæ prædicatores fuimus: manus quoque noſtra, quantum cum Deo licuit, auara illi non fuit: publicum bonum vbique quæſiuimus, non debemus pro noſtra in vos charitate mercedem aliam ferre, quam eam, quam bene de vobis merentibus conſueti eſtis perſoluere. Saluatoris tremendum illud verbum cordi veſtro inſideat: *Væ illi, per quem ſcandalum venit*; hæc vox, vt boni eſt patris ſic bonorum ſit filiorum eam audire.] Eodem argumento etiam archiepiſcopum Treuerenſem [c], tum ſingulos principes [d] Germanici imperij a nouandis in ſedis Apoſtolicæ maieſtatem rebus dehortatus eſt. Cumque in eiuſmodi conuentu peragendo Imperatoris etiam dignitas periclitatura foret, Fridericus ipſum

Moniti principes ne quid nouēt in Cæſarem
c Ibid pag. 197.
d Pag. 198

ve-

Digitized by Google

vetuit at tum vt hoſtium numerum imminueret,
a Pag. 192. de ineundis cum Matthia Hungariæ Rege indu-
Pacis colloquia cum Matthia Fridericus ſedulo agat.
cijs cœpta colloquia vrſit; qua de re eum com-
mendauit Pontifex, atque ad mutuum fœdus pro
tuenda aduerſus factioſorum molitiones pontifi-
cia imperialique auctoritate allexit b: *Audimus*,
b Pag. 211.
inquit, *diuerſis ex locis, quæ in diminutionem ſta-
tus vtriuſque noſtrum in natione tententur, dicere
aliud hoc loco non poſſumus, niſi nos temporum
conditionem vehementer mirari, in quibus homines
debiti ſui tam parum ſint memores, & per ſcanda-
la quærant non quæ publici ſunt, ſed quæ priuati
ſunt boni. Speranda eſt in his omnibus protectio Dei,*
Apoſtolica illi clientela promiſſa.
*ab ambobuſque nihilominus ſingula agenda, per quæ
malignantium conſilia locum non habeant: ſi tua
ſerenitas, vt ſcribit, nobiſcum eſt, concurſura nos quo-
que pari animo tecum ſemper ſumus futuri, cum
etiam ſine requiſitione tua egerimus vſque in
hanc diem.*

Interiectis nonnullis conſilium addidit, vt
Admonitus vt publicis cœtibus interſit.
Fridericus, qui ad nullos antea principum con-
uentus pro Chriſtiana republica augenda, aut Ger-
manico nomine defendendo, indictos ſe contule-
rat, indeque apud plures inuidiam, & contem-
ptum ſibi creauerat, quaſi inertiæ & ſordibus
totum ſe dederet, celebrandis in poſterum publi-
cis cœtibus intereſſet, plurium enim beneuolen-
tiam eo diligentiæ ſpecimine ſibimet conciliaturum,
& inuidorum ora molitioneſque ſua præ-
ſentia coerciturum: *Qui de his rebus*, inquit,
*optime iudicant perſonalem tuam comparitionem
ſupra modum collaudant mirantes, quod hoc face-
re tamdiu diſtuleris: nos quoque qui te in immen-
ſum diligimus, non ſolum id in primis expediens
arbitramur, ſed vt facias rogamus & petimus, qui
enim abſenti tibi nunc contradicit, idem te præſen-
te aſſentiet: qui in abſentem inuehitur, præſentem
Præſentiam ad frangendos hoſtes valituram.
laudabit: quos abſentia tua ad conſpirationem fa-
cit audaces, adhærentes præſentia reddet: non vi-
deberis labores fugere neque expenſas: nemo tuam
maieſtatem res Germaniæ negligere dicet: multo-
rum beneuolentiam præſens conciliabis, quam abſens
amittere cogeris.* Subdit maxima ſe affectum fuiſ-
ſe lætitia vbi audiuit de inducijs ipſum inter at-
que Hungariæ Regem pangendis agitari: *Con-
ſolationem incredibilem attulit id, quod de pa-
ce, vel treugis cum Hungaris indeſinenter tracta-
ri ſignificas, hanc enim rem ſalutarem tibi: ſalu-
tarem catholicæ fidei, & tuis rebus neceſſariam
credimus: vtinam aliquando dies ille illuceat,
cum ſublatam de medio tantam diſſenſionem vi-
deamus.*

15 Intulerat Friderico ſine cauſa bellum
Ludouicus Bauariæ dux, quare Pium rogauit
idem Imperator, vt eccleſiaſticarum cenſurarum
c Ibid. pag. 247.
illum pœnis compeſceret; cui ille reſpondit c,
prius concordiæ rationem tentandam videri.
Friderico vero offerente Bauaro legibus & æqui-
tate controuerſiam diremptum iri, neque illum
Bauaro reſpuenti iuri ſtare, cenſuræ obiectæ.
ad pacem flectente, dedit d poſtea Pontifex man-
data Auguſtenſi Cardinali, vt cenſuris ipſum
ac ſocios percelleret. Suſcepit aduerſus Ludoui-
cum Imperatoris partes Albertus Marchio Bran-
d Ib. pag. 226.
deburgenſis, auctumque eſt belli incendium,
Brandeburgēſis in eum cauſam cæſareā ſuſcipit.
cuius extinguendi cupidus Pontifex, ne vniuer-
ſam Germaniam magno religionis detrimento
inflammaret, Hieronymum archiepiſcopum Cre-
tenſem reintegrandæ paci operam nauare iuſ-
ſit e: *Cum*, inquit, *non ſine diſplicentia noſtra
e Lib. 1. pag. 36.
ſenſerimus inter chariſſimum in Chriſto filium nobi-
lem virum Albertum marchionem Brandeburgenſem
ex vna, & dilectum filium nobilem virum Ludoui-
Auctæ Germaniæ turbæ.
cum Bauariæ ducem, & nonnullos alios eccleſiaſticos,
& ſeculares principes collegatos parte ex altera, diſſen-
tiones dudum exortas in diem magis continuare, &
illis in hunc modum vigentibus nihil inde ad publi-
cam fidei cauſam contra impios Turchos opportu-
num poſſe ſperari, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum
anno MCCCCLXI. XVI. kal. ianuarij pontificatus
noſtri anno IV.* Erat porro marchio Brande-
burgenſis non Imperatori modo, ſed etiam
Romano Pontifici ſtudio & obſequijs addi-
ctiſſimus, quo nomine a Pio laudibus efferri
a Lib. breu. pag. 198.
meruit a.

16 At contra vtrumque coniurabat Diethe-
rus Iſemburgenſis archiepiſcopus Moguntinus,
qui per ſimoniacam labem ſolium conſcenderat,
& pontificiam imperialemq; auctoritatem obtere-
re moliebatur. Is primum cum deſignatus ar-
chiepiſcopus eſſet, iuſſus Mantuam accedere, vt
cœtibus illis pro tuenda in Turcas religione in-
tereſſet, inanes excuſationes attulerat, confir-
matuſque in archiepiſcopali dignitate ea lege,
vt excurrente vnius anni curſu ſedem Apoſtoli-
cam adiret, viuendique normam ab ea exciperet,
delatum a ſe ea de re iuſiurandum poſtea perfi-
dia violauit b: irarum autem ſuarum cauſæ hæ
b Gob. l. 3.
fuere c. Pollicitus fuerat, admiſſa anathematis
c Pius lib. 38. pag. 93. Gobel. l. 6. Nauler. vol. 2. gen. 49.
mulcta ſi promiſſa non ſeruaſſet, diſſoluere
nomen ſuſceptum a mercatoribus, qui pontificio
fiſco neceſſariam auri vim pro annatis, quas vo-
cant, pendendi & diplomatibus confirmatæ di-
gnitatis conſequendis, intulerant: cumque acce-
ptam mutuo pecuniam conſtituta die non per-
ſoluiſſet, a minoribus tandem iudicibus curiæ
Romanæ ex iudiciorum ordine anathemate dam-
natus eſt. Poterat facile huic malo occurrere,
Mogunt. archiep. a minoribus iudicibus curiæ Rom. dānatus anathemate.
atque ab ea huiuſmodi ſententia prouocare ad
Pontificem, quo inſcio res acta erat: ſed inſania
ductus mox in Apoſtolicam ſedem iras conatuſ-
que omnes conuertit, ac Sigiſmundi Auſtriaci
exemplo a Pontifice ad concilium, quod nullum
erat, & cuius cogendi non ad Dietherum, ſed ad
Pontificem ſpectabat auctoritas, appellauit: con-
Non ad Pontificē ſed ad conciliū prouocat.
ceperat etiam antea odia in Pium, quod cum
decumæ, & aliud auxiliare aurum in Moguntina
prouincia ex indulgentijs redigendum in Tur-
cici belli ſumptus cogenda forent, affectaretque
partem ad ſe deriuare, Pontifex ſacrilegum la-
Calūnias ſpargit in Pont. ob redactum ex indulgētijs aurū.
trocinium exhorruiſſet, atque exinde furens Die-
therus calumnias in legatum apoſtolicum, ac Pon-
tificem ipſum euomuerat, quaſi prædas tantum,
& Germanica ſpolia, non animarum ſalutem
religioniſque amplificationem quærerent. Præ-
terea violare etiam imperialis auctoritatis apices
Cæſaris auctoritatem indictis conuentibus labefactat.
auſus eſt, indictis publicis ordinum Germaniæ
conuentibus, in quibus conceptum virus effunde-
ret. Ad placandum furentem præſulem, inque
viam ſalutis traducendum miſit Pius d nuntios
d Gob. l. 6.
Rodulphum decanum Vvormatienſem, & Fran-
ciſcum canonicum Toletanum: ſed ille nullis
conſilijs optimis flecti ad ſaniorem mentem po-
tuit; de cuius peruicacia & duritie elegans eſt
apud Nicolaum Serarium e epigramma ex veteri
e Serar. Mogunt. rer. l. 5. in Diethero primum.
codice m. s.

17 Eo etiam prorupit illius impietas, vt eum
ſuaderent legati pontificij, ne Gregorium Haym-
Gregorium Hāburgensē hæret. fouet.
burgenſem ob hæreſis labem anathemate percul-
ſum, & Sigiſmundi Auſtriaci oratorem in cœ-
tum, cui ipſe præſideret, admitteret, illum in
primis, quæ vellet, dicere, iuſſerit: *Cuius*, in-
quit Gobelinus, *oratio plena blaſphemiarum at-*

que

quo errorum fuit, vnde poſtea non iam Gregorium, ſed errorum appellauere catholici. Addit auctor Dietherum excepiſſe illius dicta, ac Germanicis verbis, cum alioqui imperitus eſſet, habuiſſe orationem, in qua plura mendacia de exacto ſacramento fidei, & impetratæ confirmationis ratione effutierit, ac demum vt Germanos eorum commodi oſtentatione, partibus ſuis irretiret, has calumnias euomuerit: *Vel decimas, quas petunt, vel indulgentias, quas afferunt arbitramini bellum contra Turcas gerendum. Atqui pecuniæ opus eſſe: inſidiæ ſunt. Quod ſi me audiueritis, non praualebunt fraudes: ego ad futurum concilium appellaui, non tam quod iniuſte ſum excommunicatus, quam ne prouinciales mei decimarum onere afficiantur. Vnicum hoc nobis remedium aduerſus Apoſtolicæ ſedis imperium relictum eſt: vos ſi ſapietis exemplo meo, & vobis ipſis, & ſubditis veſtris peropportune conſuletis.*

Nititur Germanis ſuadere ne pendant decumas pro bello in Turcas

18 Confutauit mendacia, & impia eius verba Rodulphus Germanus pontificius nuntius, cuius orationem refert Gobelinus a: inter alia hæc ipſi exprobrauit: *Oro a quo iudice prouocaſti? Ab eo certe, qui non habet in terra ſuperiorem; nam quis maior Papa in terris? quæ celſior auctoritas? quæ ſublimior dignitas? quæ poteſtas altior quam Ieſu Chriſti vicariatus? ab eo appellaſti, Diethere, qui tamen ægre ferres, ſi quis prouincialium tuorum a te ipſo appellaſſet. Sed quem appellaſti iudicem? quem prouocaſti tuæ cauſæ cognitorem? Futurum concilium, dicis, appellaui. Et vbi eſt futurum concilium? vbi ſedet? vbi tribunal eius requiremus? pulchra inuentio, vt impunita ſint ſcelera, vt liceat ſine metu iudicij aliena inuadere. Is iudex appellatur, qui nuſquam reperitur. In conuentu Mantuano aduerſus hanc nequitiam lex edita eſt, quæ appellanti ad futurum concilium eam irrogat pœnam, qua rei maieſtatis, & fautores hæreticorum plectuntur. Intelligis, quæ te pœna expectet, Diethere? quamuis Apoſtolicæ ſedis decreta parui exiſtimas, cum non ſatis errasse fuit, niſi & alios tuo errore inuoluas, quando & hos proceres, vt appellationi tuæ adſtipulentur, hortaris.* Conuertit deinde orationem ſuam ad præſentes Rodulphus, hortatuſque eos eſt, ne Dietheri cauſa animas æternis cruciatibus addicerent; tum addidit omnes iudices eccleſiaſticos, & epiſcopos mox iuris dicendi amiſſuros auctoritatem, ſi ad futurum concilium prouocare liceret: ſi enim ſupremum id tribunal fuerit, mox ad id appellandi, ſpreto medio, viam aperiri: quod vero ad aurum ex decumis & indulgentijs redigendum collocandumque in bello Turcico ſpectabat; niſi aſſentiantur Germani, Pontificem illud non coacturum. Victi his rationum ponderibus Germani ad Dietheri petita reſpuere; quocirca pudore confuſus vocatis tabellionibus clam editam prouocationem damnauit; id quod antea etiam Fridericus Palatinus Rheni, qui eiuſmodi appellationi adhæſerat, a Rodulpho edoctus egerat, quamuis vterque poſtea ad ingenium redierit. Trahere etiam in ſocietatem ſceleris conatus fuerat Maguntinorum canonicorum collegium; ſed ipſi nefariam eius appellationem admittere detrectarunt b.

a Gob. l. 6.

Prouocationis illius iniquitas demonſtratur.

Licet caſſa omnium iudicum auctoritas.

Germani a Dietheri petitis abhorrēt

Damnat ſuam prouocationem Dietherus.

b Lib. breu. pag. 217.

19 Incendiſſe in ſe plurimum odia Dietherum cum partum ſimoniaca labe principatum maioribus flagitiis inquinaret, refert Gobelinus c, quare de eo gradu deijciendo ſumpta ſunt a Pontifice conſilia: *Dietherus*, inquit, *diuina & humana iura contemnens, nulla excommunicationis abſolutione obtenta, diuina profanauit officia, infra tempus a iure ſtatutum epiſcopalem ordinem neglexit accipere, creditoribus nunquam ſatisfecit: iuramentum, quo ſe curiam petiturum aſtrinxerat, impudenter violauit, nouas aduerſus Pontificem excitare turbas procurauit, canonicos eccleſiæ ſuæ per contumeliam eiecit, bellis cruentiſſimis ſe immiſcuit, villas & eccleſias incendit, ſubditis grauiſſima impoſuit onera: alijs vxores abſtulit, alijs ſubſtantiam arripuit: ſacerdotia pretio vendidit, reddendi iuris nullum adhibuit ſtudium. Fœda omnium rerum facies apud Maguntinos; capituli nulla reuerentia; lamentari populus, conqueri clerus; nemo ſuum præſulem laudare. Quibus Pontifici renuntiatis, cum omnes ex Rhenanis partibus venientes Dietheri regimen accuſarent, vitamque turpiſſimam eſſe dicerent, non cenſuit Pius temeritatem, ac nequitiam hominis vlterius ferendam fore, ſi modo potentem aliquem inueniret, quem poſſet aduerſus Dietherum erigere in eccleſia Moguntina Pontificem, ne ſententiam fruſtra ferret.*

c Gob. l. 6.

Nondū cenſuris ſolutus profanat ſacra.

Humana & ſacra peruertit

20 Addit auctor ipſum miſiſſe Ioannem Flaslandium decanum Baſileenſem, vt exploraret, an quis ex canonicis clientelis fultus Diethero auderet ſe opponere, compertumque Adolphum Naſſouienſem comitem imperiali clarum ſtemmate, qui antea in archiepiſcopum a parte canonicorum fuerat expetitus, dignum archiepiſcopali apice, & amicis florentem, qui habito cum ſuis colloquio ad pontificiam ſententiam in Dietherum ad exitum perducendam ſe obtulerit. Et quidem extant Pij literæ ad Maguntinorum canonicorum collegium datæ a VIII. kal. maij, quibus hortabatur, vt diſſimilem moribus Diethero præſulem deſignarent. Reuerſus itaque Flaslandius, ac Tibur ſecutus Pontificem, ipſum de ijs, quæ exploraſſet, certiorem fecit; quæ vero geſta ſint ſubijcit hiſce verbis Gobelinus b: *Quinque Cardinales aderant, Rothomagenſis, Zamorenſis, Spoletanus, S. Suſannæ, & vicecancellarius. His Pontifex accerſitis Dietheri ſcelera, & contumaciam proponit, & quid in tanta rebellione ſit agendum percunctatur, ſecreto ſub pœna excommunicationis indicto. Cenſent omnes deponendum, cuius tot tantaque crimina referrentur, nec opus eſſe tela iudicij aduerſus Dietherum, qui publice ad futurum concilium appellaſſet, peieraſſetque, nec ſtatuto tempore ſacris pontificalibus fuiſſet initiatus; manifeſta crimina non egere ordinario proceſſu; Adulphum, & ſua virtute, & progenitorum claritate Maguntinam mereri eccleſiam. Deponitur e veſtigio Dietherus: Adulphus in eius locum ſufficitur: liberantur vaſſalli a iuramento præſtito, iubenturque nouo electo iuſiurandum fidelitatis exhibere. Fiunt literæ, ac Ioanni cubiculario ſummo ſilentio in Germaniam perferendæ traduntur.* Inſertæ ſunt eæ literæ e pontificio regeſto, in quibus latæ ſententiæ cauſæ exprimuntur, ac primum illi obiectum, quod cum ſeptem arbitri ad deſignandum archiepiſcopum ſtatuti eſſent, ac tres Adolphum delegiſſent, tres alij Dietherum, Septimus vero alium, & hunc a Diethero fuiſſe auro corruptum. Præcipua vero ſententiæ in eum latæ pars hæc eſt.

De exauctorando Diethero actum

a Lib. breu. pag. 220.

b Gob. ſup. lib. 6.

Cardinalium dānatur ſētentijs.

Adolph[9] Naſſouien. in eius locū ſuffectus.

c Lib. bull. 38. pag. 93

Ad perpetuam rei memoriam.

21 Prouidimus eccleſiæ Maguntinæ de ſua perſona, literaſque prouiſionis in forma conſueta decreuimus, neque enim ea nobis innotuerant de ipſo

ipſo viſo, [nimirum corrupiſſe auro vnum ex ſeptem arbitris, in quos erat compromiſſum, qui maiorem eligentium numerum conſtituit,] quæ poſtea palam emerſerunt, & bonum eſſe arbitrabamur, quem capitulum Maguntinum in paſtorem efflagitaſſet: procuratores Dietheri eius nomine & in animam eius ea nobis iurauerunt, quæ cæteri epiſcopi Romanis Pontificibus iurare conſueuerunt, & vltra hoc venturum ipſum perſonaliter infra annum ad præſentiam noſtram quocunque in loco eum Romana curia degeremus; ad quæ facienda procuratores prædicti ſpeciale mandatum exhibuerunt. Credidimus bonis verbis eiuſdem Dietheri, qui per literas & nuntios ſuos optimum ſe futurum & obedientiſſimum filium pollicebatur: ſed cum animo ſitienti expectaremus hunc hominem tanquam ſedis Apoſtolicæ propugnatorem, & catholicæ fidei defenſorem ea curare, quæ pro tutela Chriſtianæ religionis in Mantuano conuentu concluſeramus, inuitare homines ſuæ nationis ad expeditionem contra Turchos obeundam, ad obediendum in ea re chariſſimo in Chriſto filio noſtro Friderico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, ad quem idcirco legatum de latere miſeramus, ad parandos exercitus, ad ſoluendas decimas, ac vigeſimas, & trigeſimas contribuendas, alia præſidia præſtanda; homo in reprobum ſenſum datus, Dei hoſtis, & totius gratitudinis inimicus mox cornua erexit in Apoſtolicam ſedē, & matri ſuæ maledicere cæpit, latrauit contra nos pluribus modis, legatumque noſtrum calumniatus eſt, qui decimas conaretur exigere, quibus copiæ contra Turchos armari poſſent, palamque dicere non eſt veritus, nos argentum nationis non fidei defenſionem quærere, licet nos decimas ipſas non niſi conſentiente natione exigi mandauerimus, & illarum cuſtodiam ac diſpenſationem in manibus eorum tradi iuſſiſſemus, quos natio ipſa delegiſſet. Inter hæc accidit vt, ad inſtantiam mercatorum, qui pecunias Apoſtolicæ ſedi debitas ſibi mutuo conceſſerunt, cum iam ſatisfactionis tempus præteriſſet, Dietherus ipſe excommunicaretur abſque noſtra conſcientia, nam id per iudices inferiores in forma cameræ fieri ſolet. Quod vbi ad eius notitiam peruenit, cenſuris innodatus non quomodo ſe ſolueret, & ad communionem fidelium rediret, ſed quomodo magis ac magis ſe pœnis immergeret excogitauit: non recurrit ad nos, nobis nullam querelam fieri curauit, nullum a nobis præſidium, nullum remedium petijt, ſed paſſim clamans, & vociferans contra nos indigna ſe pati dicens, & Apoſtolicam ſedem blaſphemans, confecto quodam infamatorio libello ad futurum concilium contra Mantuanam bullam appellauit, excommunicationem ipſo facto, a qua niſi a nobis abſolui non poteſt, & alias pœnas contra reos maieſtatis, & hæreticæ prauitatis fautores a iure fulminatas incurrens. Nec animo irreuerenti, & infrunito ſatis fuit primam ſedem his modis contempſiſſe, niſi & diuina quoque contemneret, illis ſe publice immiſcens palam, & notorie excommunicatus, & in irregularitatem incidens. En quæ reuerentia canonum: quis timor Dei: quæ religionis conſideratio! Bis excommunicatus, bis extra Eccleſiam factus, non coactus, non iuſſus, non abſolutus eccleſiam ingreditur, & diuinis officijs ſe ingerit, & ſacroſancta polluere audet.

Impiæ in Pontificē calumniæ

Edita ad Conciliū prouocatione hæreſeos crimine ſe deuinxit.

Nimia eſt hæc contumacia, ac rebellio, & argumenta ſunt hæc hominis de Chriſtiana religione parum bene ſentientis, & omnia iura diuina, & humana confundentis: quod in Diethero manifeſtiſſimum eſt, quem violaſſe iuramentum ſuum nobis præſtitum, apertiſſime conſtat; namque cum terminus ad nos veniendi iam ſemel prorogatus inſtaret, non fidei memor, non promiſſi tenax, non debiti obſeruator, non iuramenti cultor; ſed excommunicatus, periurus, irregularis, & totius religionis expers atque inimicus, labi tempus permiſit, nec ad nos venit, nec quod venire non poſſet ſe excuſauit: quippe qui eleuata facie, & arroganti mente nihil ſe debere Romano præſuli exiſtimat, & fortaſſe maiorem eo ſe credit, verbo, & opere ſuperbus: & inflatus opinione ſui nunc iſtos, nunc illos hortatus eſt, vt appellationi ſuæ damnatiſſimæ adhærerent, ſperans ſuam nequitiam tanto magis inultam eſſe, quanto plures mali conſilij ſui conſortes inueniret; ſed pauciſſimi & adhæſerunt, & illi quidem decepti & circumuenti, quorum aliqui cognita fraude mox ab eo in ea parte ſequeſtrati ſunt, & appellationi renuntiauerunt, ſeque fideles eccleſiæ Romanæ filios declarauerunt, ſcientes nihil tam pernicioſum eſſe, quam in errore cognito perſiſtere. Dietherus autem feroci animo, & mente peruerſa quotidie magis, ac magis inſaniens, quamuis capituli ſui adhæſionem extorquere non potuiſſet, tamen aliarum eccleſiarum capitula, ac prælatos in ſuam dementiam trahere omni ſtudio niſus eſt.

Germanos in idem ſcelus pellicere annititur.

Indixerat auctoritate ſua nationis conuentum apud Francofordiam: quod ſibi ex eo licere affirmat, quia Maguntinus præſul per nationem Germanicam Romani imperij archicancellarius exiſtat. Fatemur eum, qui Maguntinæ præſit eccleſiæ archicancellarium eſſe imperij apud Germanos, ſed vocare nationem in vnum aliquem locum inuito Imperatore poſſe, aut ei licere nequaquam fatemur: ſed ipſe non minus multa ſibi arrogans, nondum ſacris pontificalibus initiatus, nondum epiſcopus, nondum inueſtitus ab Imperatore, nondum regalia conſecutus, aduerſante & contradicente Imperatore nationem vocare audet, & conuentum tenere: & quamuis dicat ea ſe idcirco agere, vt nationi, & reipublicæ Chriſtianæ conſulat, quod ad eum non pertinet, niſi quatenus a ſuperioribus mandetur: re tamen vera nihil aliud audebat, quam ſibi fauores aduerſus Apoſtolicam ſedem in reprobata appellatione ſua quærere.

Negat Pont. inuito Imp. cœtus indici poſſe a Mogunt.

22 Hæc cum nos accepiſſemus, nuntios noſtros viros præſtantes ad eum miſimus, qui male vadentem retraherent, & in viam reducerent, monſtrarent ſibi quantum a recto tramite diſceſſiſſet, quantum diuinis legibus aduerſaretur, quanto in periculo eſſet, quantum ſibi, & nationi ſuæ, & vniuerſæ Chriſtianitati ejus conſilia nocere poſſent: ſed nihil profuerunt hortamina noſtra, multi principes, ac prælati eum flectere fruſtra conati ſunt: non audiuit genitorem, qui recta monebat, non conſiliarijs ſuis auſcultauit, ſuffraganeum ſuum inſignem theologum, qui quantum Apoſtolicæ ſedi quilibet epiſcopus obnoxius exiſtat, per ſacras literas fideliter oſtendebat, contumelijs proſecutus eſt; nemo animum ſuum potuit immutare, nullum audire niſi ſe ipſum voluit, & qui pru-

Admonitus officij ab internuntijs Apoſt. non reſipuit.

Epiſcopum recta monentem proſcidit iniurijs.

Digitized by Google

prurientes auribus ſuæ cupiditati conſona dicerent. Cumque apud Francofordiam, prohibente Imperatore, congregationem habere non poſſet, nam boni ciues domino paruerunt, ad Maguntiam conuentum tranſtulit, ibique præſidere præſumpſit, quamuis pauci aduenere, quorū magna pars, non vt ei auſcultaret, ſed vt eius reprimeret audaciam: nec tamen defuere nonnulli, qui eius inſaniæ conſentirent: inter quos Gregorius Hamburgenſis inuentus eſt, quem veriori vocabulo errorium appellant, iniquitatis alumnus, quem quamuis hæreticum publice damnatum, & excommunicatum, ac rebellem Dietherus ipſe non ignoraret, ad conuentum admiſit, & illi palam communicauit, noſtris nuntijs ne id ageret commonentibus. Sed cur vitet excommunicatus excommunicatum, infidelis infidelem, periurus periurum, aut rebellis rebellem? pares cum paribus facile conueniunt, & colligatas inter ſe gerunt perfidi caudas. Gregorius Sigiſmundi ex principibus Auſtriæ iam damnati, & excommunicati propter iniectas in Cardinalem S. Petri manus in eo conuentu nuntius affuit, dignus domini ſui orator, & dignus quem Dietherus ſuæ perfidiæ conſortem admitteret.

Confirmatus in ſcelere a Greg. Hamburgen.

23 Habitus igitur eſt conuentus Maguntiæ multo minor quam Dietherus ſperauit, in quo ipſe plenus minarum multa contra nos, & Imperatorem locutus eſt, audens os in cœlum ponere, & de duobus capitibus vilis ouiculæ maledicere: & quamuis nuntij noſtri magnopere eum hortarentur, ne ſe hoſtem Apoſtolicæ ſedi redderet, ne damnatam appellationem proſequeretur, ne Imperatori moleſtus eſſet, ne Papam impugnaret: intelligeret ſe nullam habere cauſam cur talia tentaret, perſuaderet ſibi omnia, quæ honeſta eſſent, facile poſſe a nobis impetrari: recognoſceret ſtatum ſuum, neque altiora ſe quæreret: ſciret ſe, quantum ad Romanum Pontificem attineret, ouem eſſe non paſtorem, & quantum ad Imperatorem vaſſallum ſe gerere non dominum, & vtrumque ſibi iudicem eſſe: impenderet reuerentiam ſuis ſuperioribus, & dominorum potius clementiam, quam cenſuram experiri vellet, homo tamen ceruicoſus, & qui odio inextinguibili contra Romanam ſedem ardet, nec Imperatoris nomen audire poteſt, nullis flecti precibus, nullis deterreri comminationibus potuit, quin conceptum contra nos virus euomeret, plura tentare auſus, quæ Apoſtolicæ ſedi, & Romani imperij iuribus mirum in modum aduerſabantur: ſed nouerunt prudentes viri, qui aderant machinamenta eius, nec manus tantæ malignitati dederunt. Finem habuit conuentus aliter quam ſperauit Dietherus; tuunt enim vana conſilia, nec temeritatis diuturna eſt cum proſperitate ſocietas.

Iunxit fœdus cū Sigiſm. excōmunicato.

In eccleſiam & imperiū rebellare auſus.

Diſſenſere ab eo Germani

Fractus omnino, & deſertus ab his, in quibus plurimum ſpei collocauerat Dietherus paululum immutatus eſt, vocatiſque nuntijs noſtris tamquam reſipere vellet, mendaci & contumelioſiſſimæ appellationi ſuæ renuntiauit: verum id haud quidem publice, ſed in domo coram paucis, quem non tam appellaſſe, quam appellationem truncaſſe pudebat: ſperauerunt tamen nuntij noſtri eum in viam redire velle; ſed cum interius hominem tetigerunt, nihil ſolidi inuentum eſt: perſeuerabat in auſteritate ſua, & ſibi Romanam ſedem cedere dignum

Confuſus abrenuntiauit prouocationi.

arbitrabatur, &, tamquam nos ab eo, non ipſe a nobis inſtrui deberet, arrogantiſſime loquebatur; non ſe ſatisfacturum mercatoribus obtulit, non vitam emendaturum, non iuramenta ſeruaturum, aut alia facturum, quæ tenetur: ſed tamquam nobiſcum paciſci vellet hæc atque illa promittebat, ſi nos ſibi, quod ipſe cupiebat, promitteremus. Quibus ex rebus animaduertentes incorrigibile eſſe eius eſſe, nec ſpectandum, quod ad frugem recte viuendi perduci poſſit, & maxime cum eius electio, ſicut ante diximus, per ſimoniacam labem celebrata fuerit, de qua nobis poſtea grauia teſtimonia ſunt exhibita, & hoc in partibus illis vulgatiſſimum eſt, difficile eſt enim, vt poteſtas malis artibus acquiſita bonis moribus adminiſtretur. Cumque multæ querelæ ad nos peruenerint de malo ipſius Dietheri regimine, de violentia, qua vtitur in ſubditos, de tyrannide, de rapina, de ſæuitia, de pluribus alijs exceſſibus; non eſt viſum nobis hæc vlterius diſſimulare; eſſet enim nimis periculoſum, ſi Dietherus ipſum in eccleſia non ſua præſidere, & ſponſam illam immaculatam vlterius in adulteri poteſtate permitteremus, quod nihil aliud videri poſſet, quam oues lupo deuorandas tradere, & deuotum eccleſiæ Maguntinæ clerum, qui hactenus ab eo corrumpi non potuit, in manu hoſtis dimittere, qui pro ſua libidine vindictam ſumeret, & cum impunita huic tanta rebellio ceſſiſſet, facile aliorum animos ad audenda ſimilia traheret.

Non ſe emendare ſed paciſci vel le indicauit. Simoniaca arte intruſus. Famam multis corrupit ſceleribus.

24 Eapropter cum manifeſtiſſimum ſit Dietherum præfatum ad futurum concilium appellaſſe, eaſque in pœnas incidiſſe, quæ in literis per nos Mantuæ editis continentur, iuramentumque violaſſe non ſolum de veniendo ad nos intra præſcriptum tempus, ſed etiam de obedientia, & reuerentia præſtanda: qui mandata noſtra contempſit, & multa contra nos, & ſtatum noſtrum molitus eſt, cum literas apoſtolicas accipere neglexerit, cum intra tempus a iure ſtatutum nec ſe fecerit promoueri, nec prorogari tempus poſtulauerit, cum excommunicatus, ac publice denuntiatus diuinis ſe immiſcuerit officijs, & irregularitatem incurrerit, in cenſuris ita ſorduerit, vt de hæreſi vehementer ſuſpectus videatur, cum eos multis modis perſecutus ſit, qui ſe excommunicatum vitare voluerunt, cum multa ſibi erogauerit, quæ ei non conueniunt, de Papa & Imperatore iudicare præſumens, cum clero & populo ſuo grauis & iniurioſus exiſtat, atque eccleſiam ipſam Maguntinam in ſpiritualibus, & temporalibus male gubernet, & multis incommodis afficiat, ſintque hæc omnia ita publica atque notoria, vt nulla poſſint tergiuerſatione celari, quamuis propter præmiſſa iam cecidiſſe a iure ſuo videri poſſit, ſi quod in eccleſia Maguntina, aut ex electione, aut ex prouiſione noſtra præmiſſis ſibi competijt; nihilominus de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium ad maiorem cautelam propter huiuſmodi tam temerarios auſus, & tam enormia facinora ipſum dicta eccleſia Maguntina, & omni iure, quod ſibi in ea competere poſſet, priuamus & priuatum eſſe declaramus, atque amouemus ab eadem, & ab omni vinculo abſoluimus, quo tenerentur eidem, capitula, præpoſitos, ſcholaſticos, cuſtodes, camerarios, cantores, theſaurarios, omneſque ac ſingulos prælatos, quocumque modo cenſeantur, canonicos, paſtores, ple-

Sacramēta violauit.

Excōmunicatus diuina tractauit.

Exauctoratus decretoria ſententia

banos, vicarios perpetuos, ac temporales, altariſtas ipſius eccleſiæ, ac totius diœceſis Maguntinæ, omnes denique ac ſingulos vaſallos, ligios, caſtrenſes, ac ſimplices, officiatoſque, omnes cuiuſcumque ſtatus aut conditionis exiſtant, ſcabinos ciuitatum, ac oppidorum, villarum, fortelitiarumque omnium, burgimagiſtros, conſules, eorumque rectores quocumque cenſeantur nomine, & ſubditos vniuerſos, ac ſingulos einſdem eccleſiæ Maguntinæ eidem Diethero in nulla re obedientiæ vinculo teneri, & iuramento, ſi quod ei præſtiterunt, liberos & abſolutos eſſe decernentes, ac mandantes eiſdem, & eorum cuilibet ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto contrauenientes incurrant, ne de cætero ipſi Diethero aut ſuis procuratoribus in aliquo reſpondeant, pareant, vel intendant, ſed ipſum tanquam morbidam pecudem, & peſtilentem beſtiam vbique deuitent. Nulli ergo, &c. *Dat. Tibure anno dominicæ incarnationis* MCCCCLXI. XII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* III.

Clientes fidei iuramento ſoluti.

25 Perſtringit præcipua huius diplomatis capita Nauclerus a; deque Diethero archiepiſcopali iure depulſo conſentanea tradunt alij ſcriptores b. Quomodo autem id peractum fuerit diſſentiunt; & ſane Gobelinus illum repentina vi ab Adolphi ſocijs Moguntiæ oppreſſum, nullo cum ciuibus certamine commiſſo, refert his verbis; c *Adſunt coniurati, & cum eis Ludouicus comes Veldenſis ex Baioariæ ducibus: conuocatur capitulum: conueniunt frequentes canonici, & cum his Dietherus adeſt. Ibi Adulphus literas apoſtolicas in manu tenens archiepiſcopum Maguntinum ſe conſtitutum a Romano Pontifice declarat, Dietherumque depoſitum, iubetque literas legi, ac ſibi poſſeſſionem eccleſiæ tradi. Dietherus rei nouitate attonitus aliquandiu quid agat incertus, tandem appellare ſe, inquit, a Pontifice non bene inſtructo ad eundem bene inſtruendum. Canonici parere ſe cupientiſſimis animis Pio Pontifici dicunt, Adulphumque complexantes in epiſcopali ſolio collocant, eique obedientiam præſtant: exultat vniuerſa ciuitas, clerici alter alterum inuitant, eamque diem eſſe fatentur, qua tandem ſaluæ tyrannidis excuſſerint iugum. Dietherus poſtquam ſibi capitulum, & vniuerſum aduerſari clerum animaduertit, cum paucis clam vrbem egreditur, & ad munitiſſima, quæ ſibi parebant oppida confugit. Quod ſi Adulphus, quemadmodum facultas fuit, eum intercepiſſet, & ſeipſum & Maguntinam eccleſiam atque omnes circumiacentes regiones ingentibus, quæ poſtea ſecutæ ſunt, calamitatibus liberaſſet. Non prouident omnes omnia, & ipſa ſæpe felicitas hebetat intellectum: Adulphum nimia confidentia decepit, qui tanquam cum capite membra omnia ſua recepiſſet eccleſiæ, contempſit aduerſarium; ſecutum eſt deinde bellum*. Hæc Gobelinus, a quo diſcrepant ſcriptores Germanici d, qui aiunt menſe octobri anni proximi Moguntiam noctu ab Adolpho proditione captam, ac quingentos ciues ferro obtruncatos, mulieribus vim illatam, Dietherum vero pene interceptum, niſi noctis ſilentio per funem ſe e mœnibus vna cum Philippo eminente Catzenelbogio demiſiſſet, ingreſſuſque ſcapham piſcatoriam fuga in tutiora loca ſe recepiſſet, e quibus poſtea in Adolphum bellum redintegrauit.

a Naucl. vol. 2 gen. 49.
b Camp. in vit. Pij II. Plat. in eod. Pij II ſerman. Mogunt. tit. 1. 5. & annal. archiepiſcop. Mogunt. in Diether.
c Gob. l. 6.

Pontificia ſententia prouocata in opus.

Sero prouocat ad Pont. Dietherus. Adolphus in ſolio collocatus.

Dietherū ex vrbe diffugere male ſinit.

d Naucl. vol. 2 gen. 49. Ferar. l. 5 in Adol Annal. Mogunt. arch. in Diether.

26 Implicita his diſſenſionibus Germania, Pontifex Beſſarioni Cardinali legato, cui educendi in Turcas cruceſignati exercitus prouincia demandata erat, hoc conſilium dedit a,

Redintegratum a Diethero bellum.

Cardinali Niceno.

a Lib. breu. pag. 259.

Venerabilis frater ſalutem, &c. Intelleximus ex literis tuis quem exitum Viennenſis dieta acceperit; mœrorem quoque cognouimus ex aduerſa conditione rerum a fraternitate tua ſuſceptum. Eſt certe dolendum nationem tam celebrem, quæ in dieta Mantuana de ſe tanta promiſerat, & cuius ſuffragio cuncta bene ſucceſſura ſpes erat, ita diſſimilem ſui eſſe inuentam. Nos certe hæc audientes triſtati admodum ſumus; & quamquam ſciremus præclaris operibus impedimenta huiuſmodi ſemper opponi, mirati tamen ſumus conditionem Chriſtianam, quæ priuatis intenta, & ſeipſam relinquens, ſerpere tantum incendium videt ac patitur. Erigendi ſunt nihilominus oculi noſtri ad Deum, & ad ſalutem noſtram fieri putanda. Non propterea deficimus animo, neque ſpes noſtra infirmior redditur; ſi viæ præmeditatæ non valent, valere poterunt nouæ. Fortaſſe quæ recepta Mantuæ ſunt Deo non placent, alia ipſe magis fructuoſa cognoſcit. Nos in tenebris poſiti iudicia ſua præuidere a longe non poſſumus; id ſemper eſt a nobis agendum, vt meliora ſperantes deſertores noſtri non videamur; *Et infra*. Solet boni perſeuerantia etiam in bonum inducere, neque ſi hoc tempore indurata ſunt corda, ſperandum eſt talia ſemper futura; eſt ſæpe mira in humanis conuerſio, & vnde non creditur aperitur iter ſalutis.

Conuentus Viennenſis irrito exitu diſſolutus.

Monitus Beſſario, vt omnia diuinæ committat prouidentiæ.

Te autem ex prouincia diſcedente ingens hoſtibus fauor ſine dubio accederet, ac deſperata re Chriſtianorum, omnia ſibi iam patere arbitrarentur, maioreſque ſpiritus ad inuaſionem noſtram aſſumerent: quin etiam fidelibus ipſis conſternatio calamitoſa inſurgeret, diffidentes venire amplius ad bonum aliquod poſſe: Hungari quoque, quos magis dedecus, quam voluntas retraxit, nacti occaſionem hanc excuſabilem, vel pacem, vel treuguas cum Turcis componerent; omnis inde infamia noſtra eſſet, non Germanorum. Scis in benefactis non ſolere deeſſe calumnias; multo magis in hac reſecatione tractatuum, quæ reprehenſionis habet colorem, nobis non deeſſent. Seruandum eſt quantum poſſumus nomen bonum in Eccleſia, ideoque agendum, vt non vituperetur miniſterium ſedis. Porro cum multis in locis ſuffragia Mantuæ decreta cum ſtudio colligantur, voluntarijs quidem recipiendi, recuſantibus autem aperte protendendi maiores cauſæ darentur, atque ita omnis hæc ſubuentionis pars caderet. Denique cum & tuæ fraternitati, & toti orbi ſæpe ſcripſiſſemus, nos niſi cum vita opus dietæ dimiſſuros, videremur ad iactantiam, non ad veritatem magnificas ſponſiones feciſſe; quæ opinio quantum rebus conferret, tu ipſe cognoſcis: *Et infra*. Nos vndecima octobris hortati te ſumus per literas noſtras, vt imperialem celſitudinem ad ſubſtituendum in capitaneatu belli Fridericum comitem Palatinum induceres. Additur nonnullis interiectis: Si animus Cæſaris inclinatur, eundem comitem ad imperialem curiam euoces, ibique ſi propoſitum erit hoc onus ſuſcipere, cum omni ſolemnitate crucem vexillumque tradas; pauloque poſt: Si vel Imperator non aſſentiret, vel comes ipſe prouinciam non acceptaret, tentabis num tranſigere hoc idem cum aliquo nationis principe valeas. Nil autem horum feliciter ſuccedente, memi-

Det operam vt Palatinus ſacri belli dux erectur. Si hic recuſet collectitias copias paret.

Digitized by Google

memineris quod tua olim ſententia Mantuæ fuerit, quantum probaueris collectitium exercitum fieri, & hoſtiatim, vt aiebas, militem mendicare, Hanc rationem, cæteris diſſipatis, inire te volumus, & tanquam vltimum noſtræ ſpei perſugimum ſummo ſtudio quæri. *Dat. Romæ iii. iunij anno iii.*

Intermiſſa decumarum exactio ob Germanorũ querelas.

Perducere hoc conſilium ad exitum Beſſario Cardinalis non potuit, cum Germani ad Turcicum bellum ſubſidiarias decumas conferre detrectarent, adeo vt pontificio nomini ea de cauſa infenſi eſſent; gerendæ itaque rei in Turcas ſpes elanguere, obortaque nouarum rerum ſuſpicio, ne Germani iras in Romanam eccleſiam, ipſis optime conſulentem, verterent. Quod cum Beſſarion Cardinalis agnouiſſet, ne ægros animos exulceraret, ad conuentus Nurembergæ indictos nuntium miſit, qui conceptum de ſoluendis ſacerdotiorũ decumis metum ex congregatorum animis abſtergeret; quod legati factum commendauit a Pius, vt nouandarum rerum occaſionem remoueret; fœderi autem Imperatorem inter Regemque Hungariæ ſanciendo eum dare operam iuſſit b: *Intelligis*, inquit, *venerabilis frater cæteris ferme deſperatis, quorum cauſa es miſſus, reſtare tibi ſolam compoſitionem Imperatoris, & Regis, cui intendere vtiliter poſſis.* Comparatis ita male ad religionis tuitionem Chriſtianis, atque in exitium pronis eorum rebus, quatiebat ſui terrore Pannoniam Mahometes, adeo vt fama increbreſceret ipſum iterum ad Albam Regalem caſtra moturum: qua excitatus Ioannes Caruial Cardinalis S. Angeli, qui ad Romanam curiam iter ornare decreuerat, ſubſtiterit in eo regno, ne periclitanti deeſſet; qua de re a Pontifice hiſce literis collaudatus eſt c: *Scribis*, inquit, *diſceſſum e regno, quem in poteſtate tua poſueramus, ideo te diſtuliſſe, quod ſit opinio conſtans Turcum magnis apparatibus ad obſidendam Nandoralben venturum, Grata eſt nobis hæc deliberatio tua, ac quamquam te, quem toto hoc pontificatu non vidimus, libenter apud nos videremus, tamen cognoſcentes quanti referat ad communem ſalutem legatum Apoſtolicæ ſedis Regi, & regno aſſiſtere, æquo animo deſiderium noſtrum deponimus, & malumus circumſpectionem tuam iſtbic cum fructu verſari, quam hic cum conſolatione noſtra quieſcere;* paucíſque interiectis: *Rogamus interim forti animo expectationem hanc feras, & cogites quantum meriti apud Deum, & gloriæ apud homines per hos annos mora Hungarica tibi attulerit; antea vt Cardinalis tantum notus eras quibuſdam in locis, nunc in tota Chriſtianitate, vt pugil Chriſti diceris, ac prædicaris: nationes quoque barbaræ nominis tui expertes non ſunt. Quæ regia ſerenitas de ſe offert plurimum nos ſunt conſolata; nil glorioſius præſtare Deo poteſt, quam patrocinium fidei. Vtinam nos viribus, quas vellemus, iuuare poſſemus animum ſuum, faceremus id quidem libenter; ſed vltra non poſſumus. Ex Germania nil iam eſt expectandum, cum principes ſint inter ſeipſos diſcordes, & maiora impedimenta quotidie etiam contra ſedem Apoſtolicam parent, &c. Dat. Romæ ii. maij anno iii.*

a Lib. breu. pag. 217.

b Ib. pag. 209.

Mahometes immi net Vngariæ.

c Ib. pag. 208.

Caruial Card. in Vngaria ſubſiſtere iuſſus.

Conſpirãt Ægyptius & Turca ad delendos Chriſtianos.

27 Conuertit Mahometes impetus in Trapezuntinum imperium Sinopem, atque infelicis Græciæ reliquias, vti dicetur inferius. Nec minus quam Hungaria horrebat Rhodus ſæuiſſimi illius tyranni metu, cum armorum fœdus cum ſultano Ægyptio ijs pactionibus coiuiſſet, vt Ægyptius Cyprum ſibi ſubijgeret, ipſe Rhodiorum equitum nomen excinderet, inſulamque Turcico imperio adiungeret, vt anno ſuperiori a nobis dictum eſt. Eo vero Turcicus terror grauius Rhodios perculerat, quo viribus admodum, ob luis, ac dein conſecutæ famis graſſatinnem, debilitati eſſent. Miſſis itaque oratoribus occidentalium Chriſtianorum opem implorarunt, ne ipſis, qui tot antea pericula nominis Chriſtiani tuendi gratia adijſſent, iam in ſummum diſcrimen adductis deeſſent. Acceſſere illi primum ad Pontificem, qui Chriſti cultores encyclicis hiſce literis ad capienda arma, aliaque ferenda præſidia eſt cohortatus a.

a Lib. 37. pag. 71.

Vniuerſis Chriſti fidelibus ad quos noſtræ præſentes literæ peruenerint ſalutem, &c.

Si principes Chriſtiani dudum per nos fiducialiter conuocati, quo tempore dictam illam rationem defenſionis fidei tam neceſſariam celebrare inſtitueramus, Mantuam conueniſſent, aut certe pro eis alios deſtinaſſent, neque Peloponenſes, neque regni Cypri miſerabiles populi Chriſtiani, alij a Mahomete Turcorum, alij vero a ſoldano Sarracenorum ſæuis iratiſque principibus turpi ac fœdo certamine ſuperati, pœnas crudeliſſimas condediſſent. Nunc vero ad cumulum cladis, & calamitoſæ infelicitatis partium orientalium, in quibus ad hæc vſque tempora Dei nomen impune coli venerarique licuit, superuenerunt oratores dilectorum filiorum noſtrorum magiſtri hoſpitalis Ieruſalem, & illius ſacri conuentus Rhodij, nomine religionis vniuerſæ Ieroſolymitanæ, anxie dolenterque referentes, Turchum cognomento magnum, & ſoldanum, duo Chriſtianis noxia infeſtaque capita aduerſus diuinam religionem hactenus crebris atque magnis victorijs illuſtratã, arma communia ex vi confœderationis terra marique hoſtiliter comparaſſe, quæ res tanto tumultu, ac trepidatinne populos eorum conciuit, vt conſilium quidem capere aliud ignorarent, niſi fuga loca relinquere, ne aliorum infortunium viribus deſtituti experiantur.

Peloponeſus ac Cyprus expugnatæ.

His igitur difficultatibus in tanta rerum expectatione, ac ſubditorum trepidatione ipſi magiſter, & conuentus irretiti, futuris prouidere caſibus intendentes, oratores ſuos huiuſmodi ad veſtram, dilecti filij, aliorumque præſtantium Chriſtianorum principum, ac vniuerſitatum, præſentiam, opem atque præſidium imploraturos, citato curſu mittere decreuerunt, Multa ſiquidem commoda, ac pene omnia ipſis hoſtibus neſandiſſimis ſuffragantur; quæ omnia temporum vigente malitia deſunt relictis pene ab omnibus, & bello iam feſſis dilectis noſtris filijs Rhodianis, & illis vndique nectitur mortale bellum, quod cum ſupra vires per eos diutius fuerit ſuſtentatum, nunc ad extrema penitus deuenerunt. Inuaſit præterea dudum illos peſtis inaudita, quæ partes mortalium e tribus duas vna æſtate perimeret. Peſtem ſubſecuta incredibilis fames, & hæc adeo valida, vt plebem vix adhuc gradientem ad herbarum agreſtium eſum impelleret. Poſt hæc nunquam quieti ita fuerunt quin terra marique bellis grauiſſimis vexarentur, donec opportunitate captata nuperrime tam Turchus, quam ſoldanus immaniſſimi duo fidelium perſecutores de expugnatione, ac euerſione tantæ religionis, quæ cunctorum Chriſtifidelium toto oriente aduerſus Mahometicam prauitatem vices gerit incommuta-

Rhodij in diſcrimen adducti.

mutabiliter conſtituerint, ac bellica ad id omnia opportuna conſtruxerint. Aduerſus igitur tanti certaminis apparatum ipſi magiſter, & conuentus militum ſuorum robur, & ſubſidia cætera illis poſſibilia iure optimo poſcunt, prout ipſi veſtræ deuotioni literis per nos recognitis, & confirmatis oſtendent.

Equites Rhodum ſe conferre iuſſi.

Hortamur itaque eandem veſtram deuotionem, vt ipſis oratoribus aut eorum alteri, quia ingens eſt in mora periculum, ſuper omnibus illis, pro quibus deſtinantur, negotijs fauori, ac auxilio præſto eſſe velitis; neque otioſe aut negligenter ipſa negotia differantur curetis; & vos pro virili parte in communi totius fidei Chriſtianæ tuitione, ac defenſione, quibus poteritis ſuffragijs pie animoſeque, omni ſtudio, conatu, ac ſolicitudine inſurgere velitis per illum Deum, cuius de gloria agitur, qui etiam pro nobis non mundana hæc contemptibilia dedit, ſed proprium ſanguinem ad ſalutem noſtram effudit; veſtram deuotionem etiam atque etiam requirimus, & rogamus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLX. XIV. *kal. febr. pontificatus noſtri anno* III. Edixit etiam Pontifex a omnibus Rhodij ordinis equitibus, vt Rhodum ad eam contra barbaricos impetus propugnandam ſe conferrent: tum edita ſanctione cœtus Auenione indictos Rhodum tranſtulit.

a Ib. pag. 12.

28 Ad orientales etiam Ianuenſium colonias, quæ hoſtilibus infidelium impreſſionibus expoſitæ erant, defendendas Chriſtianos excitauit b. Foticbantur etiam tum Genuenſes Caffa inſigni emporio in Taurica Cherſoneſo, cui Tartari Turcæque inhiabant, noxarumque veniam ijs propoſuit Pius, qui ſubſidiariam ſtipem in bellicos vſus Caffenſibus conferrent. Eo autem grauior erat diſcriminis terror, quo Mahometes valida adeo polleret claſſe, vt mare obſeſſum teneret; neque iam amplius per Boſphorum Thracium in Pontum Euxinum penetrare poſſent Genuenſes, ſed terreſtri itinere ferre ſubſidia tantummodo poſſent, quæ cum illi contraherent, Pontifex fideles monuit c, vt tutum iter profecturis ad muniendam Caffam præſtarent, neque commeatus cauſa vectigalia exigerent; tum his verbis diſcrimen, in quo erant Chriſtiana loca Ponto adiacentia, propoſuit d: *Dilecti*, inquit, *filij protectores comperarum S. Georgij communis Ianuæ poſt captam a Turchis Conſtantinopolim, cum Caphenſem ciuitatem populo refertiſſimam Chriſtiano, & alia loca Pontici maris Chriſtianorum pariter plena, ne in manus incidant infidelium miſſis per ſingulos annos nauibus, viris, armis, munitionibus, & pecunijs pro poſſe tutati ſint, & præcluſo ad præſens maritimo itinere cogantur ad dictorum ciuitatis, locorum, et populorum defenſionem terreſtri itinere longiſſimo, & difficillimo viros, & alia præſidia mittere.*

b Ib. pag. 243.

c Ib. pag. 2 7.

Prohibitia Turca Genuenſes ne mari auxilia Caphæ afferant.

d Ib. pag. 243.

Terreſtri itinere mittunt ſuppetias

29 Venit tandem Caffa, Theodoſia olim nuncupata, Gazariæ metropolis aliquot poſt annis in Turcarum poteſtatem: ſed non eſt huius loci illectum ante tempus accerſere. Addimus nunc maximas Genuæ exortas diſcordias e inter patritios, qui principatum affectabant, & Adurnios, quorum ſtudio pulſi Galli fuerant, in exilium electos. Præterea inter Fregoſios non parui motus ſūt excitati, vt breui principatu ſe abdicare Paulus coactus ſit. Extant vero pontificiæ literæ hoc anno XXIII. martij ad Paulū archiepiſcopū Genuenſem datæ f, quibus Pius ipſum hortatur, vt ad ſedandas ſeditiones incumbat, tum aliæ XXVII. eiuſdem menſis exaratæ a, quibus gratulatur priuatis eum commodis publica prætuliſſe: *In immenſum*, inquit, *lætamur, quod ſine cæde, & ſanguine compoſita ciuitas eſt: bene feciſti, publicam vtilitatem præferre priuatis commodis: officium eſt boni paſtoris animarum ſibi commiſſarum ſalutem ſpectantis*. Conſignatæ ſunt eiuſdem diei nota aliæ ad ducem Genuæ, recenter ad gubernacula reipublicæ vocatum, literæ b: *Intelleximus*, inquit, *ex literis tuis proxime ad nos miſſis nobilitatem tuam vnanimi conſenſu ciuium ad ducatum eſſe aſſumptum, & ciuitatem Ianuenſem, quæ ex diſſenſione ciuili in maximum diſcrimen videbatur adducta, omnibus bene compoſitis in pace quieſcere: ſunt vtraque iucunda & grata, pluriumumque hoc tempore nobis optanda, &c. Dat. Romæ* XXVII. *martij anno* III. De Genuenſibus diſcordijs iterum recurret ſermo: nunc intermiſſas res orientales repetamus.

e Bizar. lib. 13. Folet. l. 11

Grauiſſimis diſſidijs Genuenſes laborant.

f Lib. breu. pag. 215.

a Ib. pag. 216.

b Pag. 215

30 Funeſta erat Cypriarum facies Iacobo Luſiniano, Ioannis Regis defuncti filio ſpurio, ſultani Ægyptij ope regno potito, atque cum hoſtibus Chriſtiani nominis coniunctiſſimo, cuius regni in priſtinam libertatem reuocandi cupidus Pontifex, ad comparandam claſſem, Ioannis Regis Aragonum ope, deriuatis in illius ſumptus imperatis decumis, aliſque auro ſubſidiario in eiuſdem Regis prouincijs colligendis, curas intendit, cui prouehendæ rei Tarraconenſem archiepiſcopum, epiſcopum Elnenſem, & deſignatum præſulem Syracuſanum præfecit hoc diplomate c.

De recuperanda Cypro agitata conſilia.

c Lib. 12. pag. 152.

Venerabilibus fratribus Petro archiepiſcopo Terraconenſi, & Ioanni epiſcopo Elnenſi, ac Antonio de Venerijs electo Syracuſano nuncijs, & oratoribus, ac commiſſarijs noſtris, &c.

Cum non ſine dolore, & lachrymis referre poſſimus præter veterem, & toti orbi vulgatam calamitatem, quam ipſa Chriſtiana religio ab immanibus Turchis retroactis temporibus paſſa, & quotidie inualeſcentibus in eam illorum viribus patitur, & iam ſuperioribus menſibus regnum Cypri a ſoldano Babyloniæ infidelium principe pro maiori parte fuerit occupatum, quæ res vniuerſæ profecto Chriſtianitati tremenda eſt, tum propter peccata fidelium afflictiones vndique cumulentur; & ex altera parte iidem Turchi nationem Hungarorum, quæ nobis pro clypeo hactenus fuit, his temporibus magno gentium numero premere, & quotidie magis incurſionibus, ac prælijs fatigare non deſinant, ita vt, niſi ijs calamitatibus noſtra prouiſione celeriter occurratur, tam de recuperatione dicti regni Cypri deſperare, quam de ipſorum Hungarorum ad reſiſtendum potentia merito formidare poſſimus; nos cupientes pro obuiando huiuſmodi calamitatibus, & recuperando dictum regnum vnam claſſem inſignem, ope & auxilio tam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Aragonum Regis illuſtris, quam aliorum principum, qui huic ſancto operi contribuere voluerint, & ſpecialiter de decimis, & oblationibus in regnis, & dominijs præfati Regis Aragonum colligendis, præparare, & ad vendicandum dictum regnum Cypri de manu eorundem infidelium, & demum arcendum Turchorum ferociam, quantocius fieri poterit, deſtinare, & vbi nos, qui libenter per nos ipſos præmiſſa tractaremus huiuſ-

Implorata Ioannis Regis Arag. proſubmittenda claſſe auxilia.

modi

modi tractatibus perſonaliter intereſſe non poſſimus, ſperantes quod vos propter fidei integritatem, & rerum experientiam vices noſtras in tractando ea, quæ vobis præſentialiter committimus, ſcietis & poteritis perfecte gerere, & quæ optamus perficere nos ad tractandum præmiſſa apud præfatum Regem Aragonum nuncios, & oratores, ac commiſſarios noſtros tenore præſentium deputamus, vt ad præfatum Aragonum Regem accedatis, eumque ad opem huic ſanctæ expeditioni ferendum, & dictam claſſem præparati iuuandum noſtro nomine adhortari curetis, nec non vt cletum regnorum, & dominiorum præfati Aragonum Regis in vnum locum ad tractandum de præmiſſis conuocantes, eis Chriſtianæ religionis neceſſitatem exponatis, & tam de fabricandis ſeu alias habendis triremibus, ac nauibus, quam de illarum ducatu perſonis idoneis committendo, & reliquis omnibus, quæ ad huiuſmodi apparatum pertinent, pertractetis, omniaque, & ſingula, quæ ad perficiendum ipſum opus expedire videritis apud Regem, & cletum præfatos noſtro nomine peragatis, & exequamini, &c. [Inſtruit ipſos ad ea gerenda ampliſſima auctoritate, cogendarumque decumarum prouinciam imponit.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLX. VIII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* III.

Decreti ad eum internūtij

31 Vrgebat eo magis auxilij ferendi neceſſitas, cum Ludouicus Sabaudus Rex Carolæ vir ab Ægyptio exercitu obſidione cingeretur, vt ſignificauit Pontifex Elnenſi epiſcopo A. S. N. his verbis: *Cum*, inquit, *ſuperioribus menſibus regnum Cypri a ſoldano Babyloniæ infidelium principe occupatum fuerit, & illius Rex filius noſter in Chriſto chariſſimus a ſoldano obſeſſus in quodam caſtro detinetur;* & intra, *nos cupientes pro obuiando huiuſmodi calamitatibus, & recuperando dictum regnum, ac eius Regem de manu infidelium eruendo vnam claſſem maritimam, ope, & auxilio omnium principum, qui huic ſancto operi contribuere voluerint, & præſertim dilecti filij nobilis viri Ludouici ducis Sabaudiæ, de cuius re ſpecialius agitur, præparare.* Iunxit cum aperta vi dolos Iacobus Luſinianus ad firmandum ſolium, miſitque ad Pontificem oratores, vt Chriſtiani Regis nomen ſibi inter Chriſtianos conciliaret: ſed ij indigni iudicati ſunt, qui vt regij nuncij exciperentur. A nemine itaque illis obuiam itum eſt, neque xenia de more miſſa: auditi priuatim, & increpiti fuere, quod obeundam Iacobi nomine legationem ſuſcepiſſent, cum illos non lateret ipſum per ſummum ſcelus tyrannidem occupaſſe, pepegiſſeque infandum fœdus cum religionis hoſte: cumque oratores nihil de rebus publicis potuiſſent ad votum aſſequi, ad priuata ſe conuertere, vt aliquas ſaltem literas more curiæ Romanæ obſignatas afferre poſſent, quas oſtentarent populo, proque ſua libidine interpretarentur. Sed Pontifex Græcarum artium non ignarus vacuos prorſus remiſit a. Interea Carola Regina, vt viro in Cerinenſi arce obſidione preſſo ſuppetias ferret, cum Rhodiorum vires tenuiores eſſent, in occidentem ad colligendum auxiliarem exercitum venit, primumque adijt Pontificem, a quo honorificentiſſime accepta, cultaque eſt, prodeuntibus obuiam cunctis Cardinalibus, tum laute in palatio eſt habita, vt narrat Ioannes Gobelinus b hiſce verbis.

Ludouicus Cypri Rex obſeſſus a Sultano.

Iacobi tyranni oratores increpiti a Pontifice.

a Aen. hiſt. Aſiat. c. 97 Iac. Luſin in hiſt. Cypr. hoc ann.

Carola Regina in occidētē venit.

b Gob. l. 7.

32 *Carlota, quæ Rhodum petierat, comparatis aliquibus auxilijs, cum noua militum manu, quam ſocer ex Sabaudia miſerat ad virum, quem Cypri reliquerat apud Cerines, rediit eo propoſito, vt Nicoſiam peteret non parua ſpe fretu recuperandi regni. Iacobus conſilijs eius exploratis iter intercepit, conſertoque prælio multos Gallorum interficit, reliquos in caſtellum repellit; quo in loco vſque in hanc diem Ludouicus obſidionis incommoda fert: reliquæ partes inſulæ Iacobo tanquam Regi parent, excepto Coloſſi oppido, quod Rhodij tenent, & Famaguſta quam Genuenſium eſſe diximus. Carlota viro dimiſſo iterum contendit Rhodum, ærumnarum deinde plena in occidentem nauigans, Tyberina cum appuliſſet oſtia, Romam & Chriſti vicarium viſere ſtatuit, miſſiſque nuntijs, qui aditum peterent aduerſo flumine vecta apud ædem S. Pauli deſcendit in terram. Pontifex Cardinales, & vniuerſam curiam occurrere iuſſit, aduenientemque in aula conſiſtorij publice excepit, ac deinde in parte palatij ſeorſum collocauit, cibariaque illi, & familiæ magnifice adminiſtrauit. Mulier quatuor, & viginti annos nata videbatur, ſtatura mediocri, latis oculis, facie inter fuſcam, & pallidam, ſermone blando, & Græcorum more torrenti ſimili, veſtitu Gallico, moribus qui regio ſanguini conuenirent. In primo congreſſu exoſculatis Pij pedibus pauca locuta eſt: verum poſtridie, cum inter paucos Pontificem conueniſſet, hanc per interpretem orationem habuit.*

RomæPōtificem conuenit.

Infelices domus meæ caſus non te arbitror, maxime Pontifex, ignorare; nam quæ regio in terris, noſtri non plena laboris eſt? Quis neſcit Cypriorum ærumnas, & miſeram regni ſortem? His ego infelix nupſi: virum, quem duxi ex Portugalia, repentina & immatura mors abſtulit; quem accerſiui ex Sabaudia Ludouicum obſeſſum ab hoſte reliqui; liber an captus ſit, ignoro; vnicam ex matrimonio filiam in ſpem regni parentes educauerunt; ſucceſſi patri, & Regina nomen paterno iure adepta cum viro cœpi regnare. Frater extra matrimonium natus, ſi frater eſt, qui ſanguinem ſuum perſequitur, auxilijs ab Ægypto quæſitis hæreditatem meam inuadit, regnumque occupat, me atque virum ad necem quærit. Vnicum nobis refugium apud Cerines ſeruatum eſt, illic cruentas euaſimus infeſti Germani manus. Inſulam reliquam præter Auguſti fanum, & Coloſſum hoſtes tenent. At qui hoſtes? Chriſtianos fortaſſe aut aliquos religionis amicos aduerſari nobis exiſtimas? Pone hanc opinionem: cum inimicis crucis Chriſti bellum gerimus, Ægyptij Cyprum tenent, noſtræ religionis infenſiſſimi hoſtes, Mahumethicæ inſaniæ ſectatores; his data libertas eſt quos velint ex regno pueros aſportare, templa Dei noſtri deſtruere, Mahumetæos ritus inſerere: frater meus pſeudochriſtianus fœdiſſimo iuramento ſoldano ſe aſtrinxit, vt regno potiretur. Verum longe deceptus eſt: penes eum nomen Regis, penes admiralium ſoldani poteſtas erit. Conata ſum quoad potui mihi, & Chriſto regnum ſeruare: vicit Mahumetus, expulſi ambo ſumus; ſpes modica cum viro apud Cerines reſtat, ſi manet adhuc.

Eius oratio.

Ego dum ad te nauigo auxilium petitura, Venetorum naues incurri, quarum gubernatores cunctis me bonis excuſſerunt: vix vnica retenta veſte, & commeatu modico ad te ſum nauigare permiſſa; regno deiecta inops, & nuda prorſus ad te confugi. Subueni oro bis propemodum viduæ: miſerere regij ſanguinis, miſerere infelicis regni, ne prorſus ab orthodoxa fide recedat ne pro Chriſtianis ſubeant Ægyptij. Tu pater religionis es, ac magiſter fidei; te decet in primis curare, ne Chriſtianus cultus immi-

nua-

Digitized by Google

nuatur. Si perit Cyprus, peribit & Rhodus, nec Creta ſalnabitur: ad Siciliam vſque, & ipſa Italia litura barbarorum claſſes enauigabunt, ab Ægypto, ab Africa, a Syria, Aſia, & Græcia timendum erit Italiæ, niſi occurris in tempore, niſi prius ſubuenis quam Orientis inſulæ hoſtium fiunt. Mihi, ſi opem tuleris, non deeſt animus paternum recuperare regnum, breui prima manus occidentalium militum victoriam dabit. Non ſunt Ægyptij, qui vires occidentalium ferant, nec ego ex te omne auxilium flagito: ad ſocerum pergere inſtitui, & amitam, ſocrum, & propinquos Galliæ Reges: inde, vt ſpero, quantum ſat ſuerit exercitus cogam. Tu mihi triticum dato, & vinum, quod obſeſſis afferam, ſed neque, niſi adiuues, in Sabaudiam ire poſſum: tempeſtatibus agitata neque ferre amplius mare, neque in manibus eſt quod edam: terra quoque iter mihi clauſum nec equos habenti, nec argentum. In tua ſum manu, Pontifex, pereo niſi porrigis manum. Atque his dictis illacrymata ſubticuit.

Pij reſpõſum.

33 *Pius ita reſpondit. Pone lacrymas, atque confide filia: non te deſeremus: noto tua nobilitas, & tua calamitas nobis eſt: indigna pateris, non inſolita: inſtabile regni ſolium eſt, nulla potentia longa: hos erigi, illos deprimi Deus permittit. Et nunc in tuo genere thronum tuum fratri dedit, te in exilium miſit; tui ſoceri, vt arbitramur, & tui viri peccata luis: ſocer rogatus in Mantuano conuentu ea pro defenſione fidei aduerſus Turcas promittere, quæ reliqui Italiæ principes pollicerentur, nullo pacto perſuaderi potuit, vt vel minimi auxilij ſpem faceret. Vir tuus, cum ad te nauigauit, haud quaquam dignatus eſt ad nos vſque Mantuam proficiſci quod ſibi erat facillimum per Padum ad Oſtia Mincij euecto. Contempſere nos ambo pater, & filius; propter quam rem diximus inter Cardinales: contemnit Eccleſiam Sabaudiæ domus, nec religiori dignatur polliceri opem: hic adoleſcens, qui modo in Cyprum nauigat, pœnas dabit: dotale regnum ſe poſſeſſurum exiſtimat, fallitur: eycietur: vtinam manus hoſtiles euadat. Pater eius, qui nobis auxilium aduerſus Turcas negauit, ad nos ſupplex veniet ſuo rogaturus opem: faxit Deus, vt nos opitulari poſſimus. Euenere prædicta: vtinam falſum fuiſſet, quod tunc expreſſimus. Placuit Deo contumaciam plectere, & Sabaudienſis, & tua domus. Quoties mater tua Apoſtolicæ ſedis mandata contempſit? portant filij peccata parentum: nemo ſine cauſa miſer eſt. Deus his caſibus te probat, filia: in eo ſpera, & ipſe te liberabit. Horridam tempeſtatem placida ſerenitas ſequitur: in quiete finitur labor. Quæcumque poſtulaſti ex nobis feres: equos dabimus, quibus ad ſocerum pergas, & ſumptus itineris, & frumentum, & vinum in Ancona rediens paratum inuenies, quod nauibus ad obſeſſos vehas: exercitum ipſa in Sabaudia, & in Gallia coges, quo regnum vendices.*

34 *Regina pro reſponſo gratias egit: manſitque deinde diebus circiter decem Romæ donec baſilicas martyrum præcipuas viſit, & allocuta Pontificem quater aut quinquies, impetratis, quæ voluit, pro ſe ſuiſque comitibus gratijs, itineri ſe commiſit. Pontifex ſingulos Cardinales ſingulos ei elargiri equos iuſſit, & ad numerum vſque neceſſarium ipſe ſuppleuit, diſpenſatoremque addidit, qui ſumptus itineris miniſtraret, etiam extra terras Eccleſiæ, ſi neceſſitas ingrueret: comitatus eius equitum circiter quinquaginta fuit: Quod Senenſes Pontificis ſecuti exemplum, per ſuos fines abunde pauerunt: idem fecere Florentini, & Bononienſes, & deinde*

Datus illi commeatus.

reliqui per quorum prouincias vſque in Sabaudiam ventum eſt, cuncti, vt Reginam decebat, ſummis honoribus excepere, nuſquam minus quam in Sabaudia bene viſa. Exhauſta nimirum viris & opibus erat Sabaudia, neque vlla auxilij ſpes illi ex Gallia affulſit, quamquam eam Pontifex Ludouico Regi commendauit a. Itaque poſtea, regreſſa per Mantuam ac Venetias, Rhodum ſe contulit, deinde ad Cerinenſem arcem redijt, atque etiam Paphum in deditionem recepit b: ſed paulo poſt vtraque arx a Iacobo tyranno obſidione cincta, ac Paphus breui illius iugum iterum accepit: tum reliquiæ Græcorum imperij in Aſia a Mahomete euerſæ ſunt c.

Nulla ex Sabaudia auxilia elicere poteſt.

a Lib. breu. ep. 388.

b Iac. Luſinian. in hiſt. Cypr. hoc ann.

c Lib. breu. ep. 388.

Græcorũ imperij in Aſia exciſæ reliquiæ.

35 Duxit nimirum in Græcos Aſiaticos exercitum Mahometes, quo tempore Dauidis Imperatoris Trapezuntini, aliorumque Aſiæ Regum fœderatorum oratores in occidente verſabantur, vt occidentales Reges ad bellum Mahometi inferendum concitarent. Legationis princeps erat Ludouicus Bononienſis Minorita, qui orientis patriarchæ titulos ſibi aſſerebat, de quo ſuperiori anno a nobis plura dicta ſunt; is vero, hoc ineunte, a Pio ad Carolum Francorum Regem, & Philippum ducem Burgundiæ cum ampliſſimis mandatis, quæ ſubiectis literis continentur, legatus eſt d, vt ipſos ad conficiendam contra Turcas expeditionem, paciſcendumque cum Trapezuntino, Perſa, Armenio, Georgiano, Meſopotameno armorum fœdus, accenderet.

d Lib. 12. pag. 64. ex 1. etiam apud Fvadding. hoc anno nu. 12.

Dilecto filio Ludouico de Bononia fratri ordinis B. Franciſci de obſeruantia regulari oratori noſtro ſalutem, &c.

Deuotio tua, quam felicis recordationis prædeceſſoribus noſtris Nicolao V. & Calliſto III. & nobis hactenus oſtendiſti, te gerere ad orthodoxam catholicam Chriſtianam fidem, & eius defenſionem contra perfidiſſimum crucis Chriſti perſecutorem Turcorum Regem, tua quoque prudentia, & diligentia, quam impendis & perficiendis ijs, quæ per ſedem Apoſtolicam tibi in prædictis commiſſa fuerunt, tamquam bonus religioſus adhibuiſti, nos inducit, vt quoniam propter illa ſolicitanda, ac feliciter perficienda ad orientis partes a ſede Apoſtolica iam tertio miſſus fuiſti, etiam nunc te ad chariſſimos in Chriſto filios Reges, & dilectos filios principes, vniuerſitates, & populos occidentis Chriſtianos tranſmittamus. Volumus itaque & tibi mandamus, vt tu cum dilectis filijs Michaele de Aldigerijs oratore chariſſimi in Chriſto filij noſtri Danielis * Imperatoris Trapezundorum, & Nicolao Gabrielis oratore chariſſimi in Chriſto filij noſtri Regis Perſarum, ac Coſchodan de Careche oratore dilecti filij noſtri Gorgorræ ducis Georgianiæ, cum Mahumetho quoque oratore magni principis Aſſambech ſoldani Meſopotamiæ, & Moraro oratore dilecti filij nobilis viri Verthurech in Armenia domini, te ad iter accingas, & ad præfatos Reges, principes, & vniuerſitates, ac populos occidentis accedens in primis narres, & exponas ſingulis quidquid egiſti in partibus orientis; dein præfatos orientalium oratores pariter ſingulis noſtro nomine præſentes, & diligentiſſime commendes: quos oratores admonere debebis, vt ea, quæ nobis ſuorum dominorum nominibus, verbo, & in ſcriptis obtulerunt, omnibus nota faciant, poſt factamque ipſorum oratorum expoſitionem tu ſi-

* Dauidis

Agebant tum in occidente orientaliũ Regum oratores.

mul cum eis diligenter apud illos occidentales inſtabis, vt & ipſi ſeſe oſtendant veros nobiles, & Chriſti milites, ac ſuæ fidei, qua nihil habere debent pretioſius, ardentiſſimos zelatores; in memoriam eiſdem reducendo ea, quæ nos cum maximis expenſis, laboribus, & incommodis in dieta Mantuana, communicato ſolemniter cum omnibus, qui aderant, conſilio, decreuimus, vt Turchum de Europa diuino adiutorio fugaremus; vnde noſtris huiuſmodi occidentalibus inſtantius perſuadere conaberis, ne aliquomodo deficiant, quando tantum ab oriente auxilium eſt oblatum, firmam ſingulis, & certam ſpem præbendo, ex omnibus, quæ Mantuæ promiſimus, nos in nullo per Dei gratiam defuturos, immo vltra illa omnia nos facturos.

Data Ludouico Minoritæ prouincia.

Curabis vero diligentiſſime, vt occidentales ipſi de iis, quæ facere propoſuerint, nos per ſua ſcripta certificent: quibus attente vehementerque memorabis, quantum ſit neceſſarium ſubſidia orientalibus ſupradictis afferre, priuſquam ſæuiſſimus ille Turchus eorum animum & conatus habens exploratos, offenſis & illatis incommodis, vi & armis ipſos a bono propoſito diuertat, ſicque proni, & cupientiſſimi in noſtra præſidia ii principes ob oſtenſam nobis fidem, & amicitiam patiantur. Et demum nos amiſſo tali tantoque præſidio, cui vix par inueniri poſſet, maioribus ſolito damnis periculiſque impliceremur. Tu itaque pro ſolita deuotione, & obedientia tua hoc ſanctum onus libenti ſubeas animo, vt ad Dei laudem fideliter exequi admitaris, pro quo apud Deum immortale præmium, & a ſede Apoſtolica gratiam, & beneuolentiam conſequaris. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLX. id. ianuarij pontificatus noſtri anno III.*

Adit cū cæteris Gallorū Regem.

36 Profectos oratores ad Carolum VII. Francorū Regem refert Monſtreletus a, atque ab eo magnifice habitos: quid vero poſtulantibus exercitū in Turcas miſſum reſponderit, ſibi non exploratum addit. Inde abiere ad Philippum Burgundiæ ducem b, ad quem extant commendatitiæ Pij literæ c de his oratoribus ſcriptæ, cultique honorifice elegantem orationem, ipſum ad bellum ſacrum ſuſcipiendum adhortantes, habuere, quæ typis cuſa eſt d, in qua etiam & pollicebantur, Aſiaticos Reges, ſi bellum adminiſtraret in Turcas, in Ieroſolymitano ſolio illum collocaturos. Præcipua illius pars infra ſcripta eſt e: *Ecce magi venerunt ab oriente ad ſtellam, quam viderunt in occidente, non aurum, non thus, non myrrham (quæ caduca ſunt) afferentes, ſed alia quædam multo maiora deferentes, pacem ſcilicet, & vnionem cum occidentalibus denunciantes, Chriſtianos ad communem fidei noſtræ defenſionem, & amplitudinem exhortantes, & te ad decus, & gloriam, & immortalitatem tuæ domus exſuſcitantes: ad ſtellam, inquam, veniunt occidentalem, hoc eſt ad tuam dominationem, quæ cum fidei lumen Chriſtianiſſimum ſemper extiterit, tum vero iſtis diebus tanto ſplendore effulſit, ad orientem vſque coruſcans tum fama peruulgatiſſima omnium gentium, & nationum, cum prædicatione reuerendiſſimi domini patriarchæ, vt orientales principes, & nationes illuminans noua conſilia inire, nouaſque res moliri pro amplitudine ſanctiſſimæ fidei Chriſtianæ docuerit, & oratores ſuos clariſſimos lumine ad tuam vſque præſentiam auguſtiſſimam perduxerit, & (vt ſperamus) ampliſſimo lumine vniuerſum orbem illuſtrabit: non enim ſine cauſa aut repentino quodam conſilio, vel temeritate aliqua ducti hi oratores ab illuſtriſſimis principibus eorum, & populo miſſi veniunt ad dominationem tuam, ſed matura deliberatione, & diuina diſpoſitione ducuntur: nam quemadmodum magi illi ab oriente ad ſaluatorem noſtrum Deum verum, & auctorem religionis Chriſtianæ peruenerunt, initium ipſius ſurgentis fidei ſignificantes, ſic ex eiſdem regionibus principes ad te Dei noſtri verum imitatorem, pium, pacificum, & religioſum principem, patronum & conſeruatorem illius ſanctiſſimæ fidei confugiunt, proclamant, & inuitant, vt pro vetuſta conſuetudine tua vna ſecum non ſolum illam tuearis, quæ a barbaris ignominioſe vexatur, & laceratur, ſed exonerare, & amplificare velis, & domum ſanctam Ieruſalem a fœdiſſima infidelium ſeruitute liberare, quemadmodum eam ſuperioribus temporibus a religioſis viris coli inhabitarique curauiſti: nam licet nonnulli principes Chriſtiani (pace eorum dixerim) regio nomine Ieroſolymitano ſint inſigniti, tu tamen non verbis, ſed re illum titulum iam pridem tibi attribuiſti, ac vendicaſti, tum aſpera contra infideles gerendo bella, tum Chriſtianos homines ibi degentes, ac commorantes opibus annuiſque ſumptibus ſuſtentando. Sed cum hæc luce meridiana clariora ſint, & in ore omnium gentium, & nationum verſentur, non ero in præſentiarum in his expendendis occupatus.*

a Monſtrel. vol. 3. pag. 55.

Burgundo regnū Hieroſol. pollicetur ſi in Syriā acceſſerit.

b Meyer. lib. 16.

c Extant apud Vvaddin. an. 1460. nu. 11.

d Ext. apud Aen. Sylu. ep. 380.

Illius oratio.

Veniam ad ſanctam piamque deliberationem principum orientalium, qui ſuperioribus annis cum propter antiqua odia, quæ inter ſe exercebant, acerrima gererent bella, tamen auctore, & perſuaſore reuerendiſſimo domino patriarcha pacem, & vnionem expetiuerunt, fœdus ac ligam omnes iecerunt, & tum contra cæteros Chriſtianæ religionis inimicos, tum maxime contra truculentiſſimum, & immaniſſimum Turcum Conſtantinopolitanum Chriſtiani nominis inimiciſſimum admirabili quodam conſenſu coniurauerunt, quem facile ſe debellaturos hoc tempore pro comperto habent, ſi modo ex iſtis occidentis partibus bellum vel paruum illi moueatur. Cogitantes igitur ipſi principes diu multumque ad quem occidentis principem pro tanta re peragenda mittere deberent, occurrebat in primis illuſtriſſima dominatio tua, quæ multa pro fide, & Chriſtianorum vtilitate communi clariſſima & ſanctiſſima facinora peregit. Itaque communi omnium vtilitate attenti, poſtquam rem mature inter ſe examinauerunt, communibuſque copijs maximum exercitum comparauerunt, nonnulliſque principibus infidelibus, Turco tamen Conſtantinopolitano inimiciſſimis, ſecum adſcitis & confœderatis, decreuerunt tandem mittere ſuos oratores cum literis, & nuntijs ad omnes principes occidentis, ſed in primis ad illuſtriſſimam potentiſſimamque dominationem tuam, tanquam ad auctorem, & principem huius belli felici auſpicio gerendi, mandaueruntque ipſis oratoribus, vt primo denuntient tibi, quid iſti principes in oriente perfecerint, deinde te orent, & proteſtentur, vt cum ſis ſacri baptiſmatis fonte renatus, & Chriſti ſaluatoris nomine inſignitus, & inter Chriſtianos principes maximus, & potentiſſimus, tanta commoditati tibi diuinitus oblatæ deeſſe nolis: immo ad defendendum & amplificandum Chriſtianum nomen cum ſumma laude, & gloria nominis tui, te promptiſſimum, ac benigniſſimum præbeas.

Propoſita rei bene in Turcam gerandæ ſpes.

Hæc, magnanime princeps, oblatio non eſt profecto contemnenda, nec vllo pacto negligenda in tanta præſertim animorum gentium omnium orbis terrarum cupiditate, atque ardore belli ſuſcipiendi contra impijſſimos hoſtes ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & violatores gentium. Verum quia Chriſtia-

Digitized by Google

num nomen e terr: delere, & penitus extinguere omni conatu viribuſque nituntur, nec aliud commodius tempus expectare oportet, ecce remotiſſimæ gentes a noſtro climate ſe offerunt, orant, obteſtanturque (quod nunquam auditum nec lectum ſuperiori tempore auſim affirmare;) teipſum eligunt orientales inter tot principes accidentis, te omnes principes, te omnes populi, & nationes occiduarum partium ſequentur; te denique omnes Christiani ſitibunda pectore, & accincti armis expectant: tantum principio opus eſt; adeo enim Chriſtianorum omnium animi, quos adiuimus, ad hoc iuſtiſſimum bellum ſuſcipiendum ſunt parati, atque inflammati, vt ſi principium aliquod fiet, ingens & incredibilis hominum multitudo conſtuet ad militandum ſub fortiſſimis ſignis, ac vexillis illuſtriſſimæ dominationis tuæ, &c. Spopondit illis Burgundus a opem operamque ſuam, modo principatui ab Francorum Rege cautum foret, muneribuſque egregijs eos ornauit. Reuerſi autem in Gallias exequijs Caroli Francorum Regis interfuere.

Delatus Philippo ab orientalibus Regibus honos.

a Monſtrel vol. 3. Meyer. vbi ſup.

37 Funeſtus vero extitit tanti Regis obitus, qui cum multa ſapientia regno ampliſſimo armorumque potentia floreret, in ſummam calamitatem cecidit. Conceperat ille maxima in Delphinum ſibi inmorigerum odia adeo, vt de illo primogeniture iure exuendo, euchendoque in ſolium Carolo duce Andegauenſi ſecundo natu conſilia agitauerit, eaque de re Fiom conſuluerit b, a quo, ne bellorum ciuilium materia in Gallijs præberetur, deterritus eſt; perculſus vero aliquorum ſuſurris, qui venenum ipſi paratum ſignificauerant, ſeptem dies ſine cibo tranſegiſſe fertur; quo animaduerſo, cum iam de ſalute actum foret, coniunctiſſimi illum ad cibos capiendos adegere, ſed fruſtra, cum iam vitalia ex inedia exaruiſſent, clauſaque eſſent, de quo hæc Gobelinus c: *Patris dementiam imitatus, veneno ſe periturum exiſtimans, ab omni cibo abſtinuit, nec prægustanti fidem credidit, qui alter ſuperat, nomine Carolus annos circiter quindecim natus. Adſtant amici, & conſanguinei, pereuntemque fame Regem cernentes, multis precibus vt ederet fruſtra ſuadebant. Sic Rex inedia maceratur, & morbo quodam, quem illi ainut in gutture prauenisse, vita exceſſit. Rex ſua ano & magnus & memorabilis, cuius in vtramque partem admirari fortunam licet. Cæterum clauſis iam vitalibus mortem certam intuens,* inquit Paolus Æmilius, *gratias Deo egit, quod die peccatricis feſto e vita hac euacaretur, die enim diuæ Magdalenæ feſto deceſſit Magduni Biturigum, eius ſæculi LXI.*

Funeſtus Caroli Regis obitus.

b Balcair. decad. 1. lib. 1.

Seipſum necat fame.

c Gob. l. 6.

Accepto eius mortis nuntio Ludouicus filius ex Belgio in Gallias profectus paternum regnum accepit d, atque a Iouenello archiepiſcopo Rhemis inunctione regia ſacratus eſt. Adfuere in ea celebritate legati orientalium Regum, flagitaruntque vt expeditionem conficeret in Turcas: ſed pluribus diebus promiſſis deluſi, re infecta reuerſi ſunt ad Pontificem, a quo non ita, vt antea, honorifice ſunt accepti, cum ſuſpicio oborta eſſet (iniqua nempe ab ijs, qui preclara aliorum facinora rodunt, iniecta; nam veram non fictitiam legationem extitiſſe inferius conſtabit) Ludouicum illum Minoritam inſignem eſſe impoſtorem, qui adumbratam eam legationem confinxiſſet, vt auri vim ingentē, ac regia munera ijs artibus compararet: cui falſæ opinioni vitio ſuo occaſionem Ludouicus ipſe dedit, nam & apoſtolica imperia in obeunda legatione in Gallijs erat tranſgreſſus, & plurimum aurum vndique eleemoſynarum ſpecie abraſerat, atque etiam antea in Germania quæſtus cauſa ſoluendarum legum canonicarum ius ſibi arrogarat; quapropter literæ apoſtolicæ, quibus orientis patriarcha deſignabatur denegatæ illi fuere: qui tamen Venetijs aliquos epiſcopos ita circumuenit, vt ab ijs ſacris patriarchalibus ſe initiandum curauerit: ob quæ auſa in vincula conijci iuſſus fuerat; qua de re certior factus, in fugam vna cum ſuis ſe contulit.

d Monſtr. vol. 3 pag. 81. & alij vbi ſup.

Ludouicus filius ipſi ſuccedit.

Ludouicus Minorita plura perperam auſus.

Negatæ illi lit. Apoſt. quibus patriarcha erat deſignatus. Sacris patriarchalibus ſe initiandū Venetijs curat.

Carceris metu aufugit.

38 Interea dum lenia de bello in Mahometem gerendo verba funduntur, is victrices copias ſuas ad regna imperiaque excindenda ducebat. Et quidem in primis Sinopem in ſuam redegit poteſtatem, ac ſolo terrore bellum confecit, vt narrat Pius, recenter geſtam rem hoc anno deſcribens a: *Ferunt, inquit, Sinopis tyrannum prædiuitem eſſe propter æris metalla, quæ in Sinopica terra effodiuntur: Mahumetes Turcarum Imperator theſauris eius inhians, anno ſuperiore exercitum ad capiendam Sinopen miſit, qui turpiter reiectus eſt; hoc anno, maioribus copijs terra marique comparatis, ipſe per ſeſe vrbem inuadendam ſtatuit; ſed Iſmael loci dominus non expectata impetu ſeſe dedit, quamuis legatum ad nos miſerit multa pollicitus, ſi ſibi auxilia ſubmitterentur: ſed longum eſt Chriſtianos non modo armare, ſed conſulturos de ſumendis armis congregare. Non miramur ſi apud obſeſſum principem plus inſtans metus, quam ſpes longinqua, & dubia potuit.*

Sinope expugnata a Mahomete.

a Pius hiſt. hiſt. Aſiat. cap. 55. Phrantz. l. 3. c. 27. Bizar. hiſt. rer. Perſic. l. 9. & alij.

Capta Sinope vniuerſam Paphlagoniam b ſubegit, conuertitque in Trapezuntem imperialem Comnenorum vrbem vniuerſos impetus; quo tempore hæc tradit Pius c: *Trapezuntij ſub Imperatore ſunt Chriſti cultores, qui anno proximo legatum ad nos miſit auxilia contra Turcas orans, quorum arma atque impetum verebatur, nouiſſime Venetorum literas accepimus, quæ Turcarum Imperatorem in Pontum cum exercitu traieciſſe ferebant; nec dubium faciebant, quin Trapezuntij ſeſe dederent, cum Hiſmael Sinopenſium dominus, qui diu reſtiterat, tandem imperata feciſſet: nondum vero fama æquata eſt.* At breui illa fuit confirmata; inſigni enim ignauia Imperator ſpe incolumitatis ductus deditionem fecit, quem tamen poſtea Mahometes confictis mendacijs crudeliter ſua manu trucidauit; de quo hæc Phrantzes d: *Geraſuntem, & Trapezuntem manibus Dauidis Comneni Regis, & circumiectam regionem vniuerſam eripuit, & omnes propemodum dynaſtas, ac principes ibi habitantes, miſeros nihilque proficientes, ſuis toparchijs exuit: quibus, diſcedens, locum ad habitandum Adrianopoli deſcripſit, vbi etiam Demetrius deſpota Peloponeſi dominus viuebat, cui de vita ſuſtentanda prouidit, cique & quos ſecum habebat magnam Ænum, Lemnum, Imbrum, Samothracem in eam rem addixit. Regi autem Trapezuntis Dauidi Comneno oppidis quibuſdam attributis ad Taurum montem domicilium aſſignauit, quem poſt modici temporis interuallum, reperta aduerſus illam cauſa non vera, facultatibus omnibus ſpoliauit, ac pugno interfecit.* His conſentanea tradunt Calcondyles e in Turcica, Bizarrus f in Perſica, & Bozius g in equitum Ieroſolymitanorum hiſtoria.

Subacta ab eodē Paphlagonia.

b Id. ibid. c Pius hiſt. Aſiat. c. 53. Phrantz. l. 3. c. 27. Calcondyl. l. 9. Bizar. ſup. lib. 9. Bozius l. 7.

Trapezuntinus ignaue deditionem facit.

d Phrantz. ſup. c. 27.

39 De ingentibus conſequentibus annis inter Vſumcaſſanum & Mahometem geſtis prælijs Turcogræcæ h hiſtoriæ auctor, hæc refert: *Tempore quo Ioaſaphus patriarchatum agebat, ſultanus Mehemeta maxima exercitu, & validiſſimo terra marique*

e Calcond. de reb. Turc. l. 9. f Bizar. hiſt. Perſ. l. 9. g Bozius hiſt. equit. Hier p. 2. lib. 7. h Turcogr. l. 1. pag. 20

Digitized by Google

riquā Trapezuntem inuaſit, cuius Rex erat Dauides Camnenia ſtirpe oriundus: hic tam ſubita tantarum copiarum aduentu perterritus, cum viribus reſiſtendi deſtitueretur, ſe quantumuis inuitus ſubmiſit. Et infra: *Ita tantam prouinciam abſque labore, ac prælijs adeptus eſt, quæ ab Amiſunte initium capiens vſque ad Iberia hodie Georgianum appellant fines porrigitur, oppidis, vrbibus, hominibus frequens, & numeroſa ciues Trapezuntios trifariam partitus eſt: vnam partem ipſe ſibi ac purpuratis ſuis in miniſtros ſumpſit, alteram in vrbem Conſtantini colonos deduxit, tertiam illic in patria habitare iuſſit non quidem intra vrbem, ſed extra mœnia. Ipſum Regem Trapezuntium, & omnes eius primores in naues coniectos Conſtantinopolim deportauit.* Et infra: *Poſtea bello contra Vzucaſanem (duxerat is filiam Dauidis ex qua tres filios ſuſceperat) orto cum aduerſus eum ſultanus profectionem ſuſciperet afflictum illum quondam Trapezuntis Imperatorem de medio ſuſtulit.* Oppreſſam vero Trapezum fraude protoueſtiarij Criſtianæ rei proditoris tradit idem auctor, ac Ioaſaphum cognomento Cutam patriarchatu deiectum a ſultano, detonſam illi barbam, ac alteri fiſſas nares, cum nollent permittere protoueſtiario ipſi baſſæ rogatu, vt ſuperſtite vxore aliam duceret Demetrij Aſanis filiam, quæ principi Athenarum nupta fuerat. Illum vero dum ceſſeris luderet infelici morte occupatum periſſe; quod triſte diuinæ vindictæ exemplum in patriarcharum hiſtoria repetit: *Vt baſſa*, inquit, *vidit patriarcham, & magnum eccleſiarcham plane a gerendo illi morem abhorrere, apud ſultanum obtinuit, vt patriarcha barba præcideretur, & magni eccleſiarcha naſus ab vtroque latere finderetur: ac ſtatim ſine mora patriarcham edicto regio a patriarchico throno deduxit, atque inde depulit: Mihi vero (in eodem loco, vbi barbæ defectionem paſſus fuerat, magna ille voce inquit) non tantum barbam deſeram veritatis cauſa, ne tranſgrediar leges meas, atque in pœnas incurram, ſed ipſas etiam manus, & pedes atque adeo caput ipſum. Ita patriarchica ſede expulſus exijt.* Et infra: *Cæterum turpem amoris ſui cupiditatem explens protoueſtiarius, acceptaque poteſtate a baſſa duxit illam mulierem contra leges adulterio inquinans, legitima vxore ſua, & liberis abdicatis, & expulſis prorſus. Verum non diu inultum tantum ſcelus diuina vindicta gladius abire ſiuit, quo minus ei dignum facto præmium daret, ſed breui et celeriter dedit: quodam enim die ſedens ille cum quibuſdam primoribus, alea & teſſeris ludebat, tunc extendit manum, vt teſſeras prehenderet, & iaceret, dumque extendit, continuo moritur horribilem in modum, ſtridens dentibus. O patientiam Dei ſe ab iraſcendo in longius etiam ſuſtinentis. Perlata ad ſultanum, & baſſam ſubita, & terribili illa protoueſtiarij morte admiratio eorum animos inuaſit, & cognouerunt eſſe iuſto Dei iudicio factam vltionem diſciplinæ cauſa, contriſtatique ſunt.*

Trapezi expugnatio.

Turcorũ tyrannis in patriarchas Græcorũ

Diuina in protoueſtiariũ vltio.

40 Porro in dicti patriarchæ locum ſuffectus eſt a Græcis Marcus Hieromonachus cognomento Xylocarabes, qui quartus numero extitit, poſtremuſque patriarcha liberis ſuffragijs poſt captam Conſtantinopolim deſignatus; nam cæteri pretio dignitatem a Turcarum tyranno coemerunt, vt Turcogræca monumenta prodidere: *Horum quatuor*, inquiunt, *baſileaus commemoratorum patriarcharum, qui ſunt Scholarius, Iſidorus, Ioaſaphus, & Xylocarabes, quiſque ita creatus fuit, vt omnino nullam ſultano donum afferret, ſed libere facti ſunt, ſicut olim ſub Imperatoribus Romanis: quo tempore Imperator munera patriarchis dabat, ſicut hoc ſupra diſerte ſcripſimus.* Addit auctor Xylocarabem deiectum patriarchatu improbitate Trapezuntiorum, qui cum in aula ſultani amicorum multitudine gratia florerent, ſubornarunt clerum muneribus, atque in inuidiam vocarunt Xylocarabem impoſita fœda calumnia, quaſi vectigalis nomine mille aureos ſultano eſſet pollicitus ad eblandiendum patriarchatum, tum ſubdit: *Ita conuenerunt Trapezuntij proceres, & nonnulli alij ampli ciuitatis homines, aureoſque mille corrogatos ſultano miſerunt cum his verbis: Quo patriarcha maieſtati tuæ tributum ducatorum mille promiſit, ecce damus id & nos, vt patriarcham faciamus noſtrum monachum, quia cunctus populus, & vna clericorum chorus non ferunt patriarcham Marcum. Rex, vt eam orationem audiuit, riſit equidem, & diu hæſit cogitabundus, reputans cum animo ſuo, quanta vis eſſet inuidiæ, quanta ſtultitia Romanorum, & quam parum in via Dei ambularent; tum reſpondens dixit. Ita certe eſt: pollicitus fuit hos mille ducatos patriarcha. Hoc ſultanus eo conſilio reſpondit, vt legem nouam ſanciens initium induceret, quicumque fieret patriarcha principum ſelicius a munere maieſtati ipſius dando duceret: at miſerandus patriarcha Marcus tale nihil neque dixerat, neque promiſerat, ſola ſcilicet calumnia, vti diximus, hoc educendi ipſius e ſolio cauſa commenta fuerat. Tunc ſultanus, vt aurum illud accepit, dixit. Quoniam igitur iſte cuncto populo inuiſus eſt, ſane deijcite eum, & create illum, quem vultis: confeſtim itaque Marco patriarchatum abrogarunt iniuſto per deteſtandam iniuſtitiam, eumque inde expulerunt.*

Subornatus auro Mahometes vt Græcis patriarchatum vendat.

Poſt Trapezi expugnationem.

41 Excitatæ inde ſunt turbæ, probante Marco ſe calumnijs circumuentum: quo animaduerſo Dionyſius Philippopolis metropolita irrepſit in patriarchatum opera Mariæ Reginæ ſultani nouercæ aucto honorario vectigali, quod peſcecium vocitant: *Interim*, inquit Turcogræca hiſtoria, *Regina Maria quod animo conceperat de Dionyſio faciendo, id etiam in opus perduxit: duo namque ducatorum millia in lancem argenteam coniecit. Cum his ad ſultanum acceſſit, eum adorauit, aurum manibus portans: quam vt ille vidit, interrogauit eam: Quid ſibi mater mea iſtud auri cum argentea lance vult? Reſpondit hæc: Habeo quendam monachum mihi proprium, quem quæſo mihi per maieſtatem tuam liceat facere patriarcham. Accepit ſultanus aurum, magnas gratias nouercæ ſuæ egit, quæ tantam ipſi acceſſionem fecerat. Tunc ei dicit: fac mea mater iſtud, quod vis; cumque mandatum ſultanus miſiſſet, abductus eſt e throno Symeon, patriarchico honore, & dignitate ſpoliatus.* Potiri tranquillo honore non licuit Dionyſio; accuſatus enim, quod circumciſus fuiſſet, a Turcis &, oſtenſo in ſynodo præputio, ſemet abdicauit; electuſque iterum ſuperior Simeon Trapezuntius, qui peſceſij, id eſt vectigalis patriarchici nomine, duo millia aureorum coactus pendere; poſt triennium Raphael Hieromonachus Seruius indigniſſimus indignum trudit.

Græcorũ patriarcharum ſimoniæ

Indigni indignos extrudit

Hic aditum in palatium habebat multorum amicitia florens, baſſis charus, apud quos cum libere agere poſſet, adit eos ſupplex, colloquitur paciſcitur, pollicetur ſe quotannis illaturum in ærarium palatij regij Charatzium, hoc eſt, tributum duo millia aureorum. De peſceſio iam conuene-

Noua de annuo vectigali cũ Turcis conuentio.

rat, quod daretur quando nouus fieret patriarcha. Baſſa poſtquam hæc audierant vnicum ſuum Raphaelem libenter admiſerunt, eaque de re ad ſultanum retulerunt: qui re audita multum delectatus eſt ſtatimque Simeonem e patriarchico throno abduci imperauit, quod & factum eſt. Quam prauis vero moribus infectus eſſet nouus patriarcha, octauus numero, nomine Raphael Hieromonachus Seruius, deſcribit Turcogræcæ auctor, ſic inquiens: *Erat porro ebrietati, & crapulæ multum deditus, immo quotidie per totum anni orbem helluando dies, & noctes huiuſmodi morum diſſolutione traducebat: nullas canonicas horas, nec veſpertinas, nec matutinas ipſe vnquam audiens, quotieſcumque aliquis, aut propter neceſſitatem, & vſum ſpiritualem, aut propter ius dicendum ipſum quærebat, nunquam ſobrius erat, ſed ſemper ebrius: quod vt magis credatur, aio, ipſo venerando magnæ paraſceues die, quando ſanctiſſimæ paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti meditationi inuigilandum erat, ipſum vino oppletum fuiſſe: ſtetiſſe quidem in throno, verum præ ebrietate conſiſtere non potuiſſe, ſed de manu eius ſceptrum ſacrum cecidiſſe; id humo quidem ſuſtulerunt, eique, cum e ſomno excitaſſent, reddiderunt: qua de cauſa omnibus odio fuit tum conſecratis hominibus tum laicis, idque partim propter quotidianam temulentiam, partim propter linguæ ruditatem, Græca enim non callebat, ſed tantum ſeruice ſciebat.*

Horrenda eccleſiæ Conſtantinopolitanæ deſolatio

Et infra: *Cum hoc modo thronum conſcendiſſet pollicitationibus mille ducatorum quotannis pro tributo perſoluendorum, primus annus elapſus eſt, & charatzium erat dandum: accerſiuerunt ergo ipſum baſſa in ſenatum, poſtulantes ab eo promiſſum charatzium; at iſte ſimplex nec charatzium habebat, nec quemquam qui ipſi ſuccurreret, non clericum, non primarium virum, non de populo vllum. Videntes ergo baſſa ſe ab ipſo deluſos eſſe, coniecerunt miſerum in carcerem. Elapſis aliquot diebus petijt ſibi facultatem a baſſis dari e cuſtodia exeundi ob colligendam a Chriſtianis ſtipem, ſi forte ex eleemoſynæ collectione poſſet, quod fiſco debebat, perſoluere. Paruerunt illi, ſed loco indumenti collo, & humeris cathenam ferream grauem iniecerunt adiuncto Turca, qui eum trahebat, & cuſtodiebat. Quocumque igitur cathenatus veniebat mendicabat, & quæ colligebat in cibum, ac potum vertebat! ita miſere hanc ærumnoſum vitam reliquit.*

Iuſta in ſimoniacum patriarchã vitio.

In huius locum ſubrogatus eſt Manuel a dictus Maximus olim eccleſiarcha, cui nares ſiſſæ ob legem Chriſti de coniugio non ſoluendo in cauſa protoueſtiarij Trapezuntij, in quo creando ſeruatos ritus deſcribit Turcogræca hiſtoria hiſce verbis: *Hunc eccleſiarcham fecerunt monachum, & pro Manuele Maximum nominauerunt. Tunc ei dederunt minorem ſignificationem, & poſt veſpertinum cantum maiorem. Poſtridie cum liturgia celebraretur toto populo congregato, tum ſacri ordinis, tum ſæcularis declarauit ipſum Heracleenſis patriarcham in Pammacbariſtæ templo magna frequentia, ſolemnitate, & bono ordine: tum apprehenſum in ſublimi patriarchatus throno ſtatuit, dato etiam paſtorali baculo in manu, muſicis interea pſalmorum cantu dominum, & ſacrorum principem de more celebrantibus: tum ipſe benedictionem populo domini dedit. His ad hunc modum peractis, duxerunt ipſum pontifices, clerici, & primores cum 10. aureis peſcesij cauſa ad ſultanum, cuius ipſe manum oſculatus illam pecuniam in portam intulit. Deinceps in cuiuſque anni exitu binorum millium ducatorum charatzium dederunt.*

Ritus in creando patriarcha.

42 Hæc de miſera Græcorum ſchiſmaticorum ſorte ex ipſorum monumentis delibanda viſa ſunt, vt eorum improbitas, & calamitas in luce collocetur, qui a Turcarum tyrannis potius quam a Romanis Pontificibus patriarchalis dignitatis auctoramentum petere maluerunt: tunc vero Moſchos, qui Conſtantinopolitani patriarchæ imperio antea obnoxij fuerant, ab ijs ſe diuulſiſſe ex Ioannis Baſilij magni ducis oratoribus inferius referemus: nunc ad Mahometem II. a quo hi patriarchæ pro libidine præficiebantur orienti, deijciebanturq; redeamus, quem propagatis denique in Cappadocia late victorijs, triumphali pompa reuerſum Conſtantinopolim, claſſem in Ægei maris inſulas, quæ parebant Chriſtianis, immiſiſſe tradunt a, ac Lemnum Lesbumque expugnaſſe, Mitylene vrbe prope deleta, & inſulanorum multitudinem velut alteram coloniam Conſtantinopolim abduxiſſe; Nicolaum vero Cataluſium Lesbi principem patricium Genuenſem immaniter interemiſſe, Samothracem etiam inſulam a Mahomete antea captam ex literis pontificis b conſtat, quibus Ioannem Laſcarim Rodanquinæ inſulæ ducem commendat, vt ad eam ſeruitute Turcica liberandum ſtipem conferret. De Lemno porro, Lesbo, Taxo, Nembro, alijſque minoris nominis inſulis, quas antea Calliſtus III. Ludouici patriarchæ opera eripuerat Turcis, iterum ab hoſte occupatis hæc ad ſui excuſationem refert Pius c, cum ob acceptã Ferdinandi contra Gallos cauſam earum patrocinium intermiſiſſet: *Acquiſitæ, inquit, inſulæ ad hoſtes rediere, cum nos inteſtinis Italiæ motibus, & ſubditorum ſeditionibus occupati, longinqua proſpicere non poſſemus, præſertim cum Roma ipſa in periculo eſſet non ſolum baronibus per circuitum, ſed aliquibus Romanis ciuibus res nouas molientibus, & eccleſiaſticæ potentiæ inſidiantibus.*

Moſchouitica eccleſia a Conſtantinopolitana diuulſa.

Lemnus Lesbuſq; a Mahomete expugnatæ.

a Ducas hiſt. Perſic. lib. 9. Boſius p. 2. l. 9. & al ij

Samothrace & imbrus ſubactæ.

b Pius l. 12. pag. 316.

c Pius hiſt Aſiæ c. 88

Excuſat ſe Pius quod partas a Calliſto inſulas non defenderit.

43 Potuiſſe Venetos Lesbon ſeruare contra Turcarum impetus, cum florentiſſimam claſſem in mari tenerent; ſed dum ſua commoda ab alijs Chriſtianorum ſegregant, ſibi conflaſſe exitium Gobelinus refert d: *In Aſia*, inquit, *Turcarum Imperator omnia claſſe Lesbon inſulam fama notiſſimam cepit, freto non magno a Troiano diſcretam agro: tyrannum inſulæ ab origine Genuenſem, & qui primi erant apud eum, & omnes Italici generis viros palo ſuffixit, reliquam turbam in ſeruitutem redegit. Potuiſſent Veneti periclitantibus opem afferre, quorum claſſis quatuor, & forſan viginti triremium inſtructiſſima prope aderat, qua viſa fugiſſent hoſtes: ſed præfectus iniuſſu ſenatus Turcis bellum indicere non præſumpſit: nunc & ipſum pœnitet, & ſenatum, qui maris imperium affectare Turcas non dubitant, & Chio timent, & Rhodo, nec Euboeam ſeruare poſſe confidunt.* Præter tot inſulas & regna adiuncta eſt Turcico imperio nobiliſſima peninſula Peloponeſus olim dicta, nunc Morea, de qua hæc Pius in illius hiſtoria narrat e: *Thomas quamuis hereditario iure Imperatorem ſe dicere poſſet, cuius maiores longa ſerie Græcorum nomini imperauerant, metu tamen Mahumetis eo titulo abſtinuit, & cum Callixtus Pontifex maximus in ſui pontificatus initio aduerſos Turcos muniret, exiſtimauit Thomas Turcarum imperium proculdubio ruiturum, Mahumetique tributum negauit. Cum vero non iam magni-*

Lesbon tueri aduerſus Turcam Veneti abnuunt.

d Gob. l. 10

Italici generis Lesbij palis ſuffixi.

Pœnituit poſtea Venetos cum Euboeæ timere cœpiſſent.

e Hiſtor. de Europ. c. 12.

ficu

Digitized by Google

fica facta quam verba eſſe animaduertit, perſoluto tributo, & adiectis donis Mahometi reconciliatus eſt: nunc vero, ſi vera eſt fama, per hos dies allata violata fidei maiorem ſubire pœnam compulſus, Mahometi prorſus ſubiectus eſt, Peloponeſus tota Turcarum imperio adiecta. De Demetrij, & Thomæ Palæologorum clade prodit a hæc Turcogræca de duobus Palæologis hiſtoria: *Cum ad ſultanum allatum eſſet inter Palæologos fratres duos deſpotas non conuenire, ſed quotidianas inter eos concertationes eſſe, nec item tributum, quod conuenerat, ab eis pendi, & quod peius a Demetrio ſignificari, fratrem Thomam conuentis non ſtare, ſed veteres Patras, & Calabrita, quæ ipſius maieſtati dedita eſſent, animum ad hunc inclinare, cumque ex ditione fratris prædas agere, cumque his de cauſis ab eodem Demetrio literis ad ipſos, & oppida capienda euocaretur, ira ille percitus infeſtis armis in Peloponeſum contendit.* Addit Matthæum Aſanem Demetrij ſororem illi Corones arcem dedidiſſe, ſimiliterque Demetrium deſpotam Spartam, & ſe ipſi commiſiſſe ea lege, vt filiam vxorem duceret, quæ ritu Saracenico deſponſa Adrianopolim tranſmiſſa eſt. Cæterum miſerum Demetrium, qui ſocer Mahometis fieri affectarat, ad tantam redactum inopiam, vt ne quidem equum habere Adrianopoli permitteretur, & vix ob Mahometæ baſſæ preces ſupplicium euaſiſſe: de Thoma vero fratre fœliciore, qui ad Romani Pontificis ſinum perfugit, tradit hæc Turcogræca hiſtoria: *Thomas autem aduentu Regis cognito profugit, & cum vxore, liberis, familiaque reliqua Romam peruexit, benigne exceperunt ipſos Itali, aſſignatis ad vitam degendam alimentis. Sed non multo poſt idem rebus humanis exemptus eſt, relictis inter liberos duabus etiam filiabus: harum vna Seruiæ Regi nupſit, altera principi Ruſſiæ ſeu Moſcouiæ. Habuit & neptem, quam ſultanus Mahometa Boſnæ regno, & omni circumiacente regione potitus accepit, occiſo ipſo etiam Rege.* Suſceperat Thomas duos filios, quorum minorem natu Manuelem, ait, defeciſſe ad Mahometem, a quo duabus concubinis, & totidem famulis donatus eſt: maiorem autem nato Andream in pontificio aſylo magnifice cultum viſuri ſumus. Cæterum Thomam ex Patracenſi vrbe ſecum caput S. Andreæ Apoſtoli, vt pretioſiſſimum theſaurum in Italiam aſportaſſe, refert Gobelinus b: *Thomas Palæologus interea Conſtantini vltimi Græcorum Imperatoris frater a Turcis imperio deiectus Romam venit, dimiſſo apud Anconam pretioſo B. Andreæ capite, de quo poſtea ſuo loco dicemus. Pontifex profugum benigne excepit, miſertuſque nobiliſſimi ſanguinis, manſionem ei in ædibus ſancti Spiritus non procul a palatio, & in ſumptus menſtruos trecentos aureos conſtituit, Cardinales ducentos addidere: cui & roſa aurea in die dominica, quæ inde nomen habet, dono data eſt, qui honor nobiliori cedit.*

a Turcog. lib. 2.

Thomas & Demetrius deſpotæ inter ſe diſſentiunt.

Vterque a Mahomete oppreſſus.

Thomæ liberi.

b Gob. l. 5.

Romam profugit. Exceptus eſt benigne.

Quingenti aurei menſtrui illi conſtituti.

44 Proferente ita latius Turcici imperij terminos Mahomete, exciſoque Trapezuntino imperio, quod a Comnenis ex ruinis Conſtantinopolitani, cum a Francis anno MCCIV. captum eſt, excitatum fuerat, ſteteratque annis ducentis, & quinquaginta ſeptem, Pontifex tantis barbarorum progreſſibus perculſus educere exercitum in expeditionem aduerſus Mahometem II. decreuit, moreque prædeceſſorum ipſum monuit, vt Chriſtianorum imperium vaſtare deſineret, atque hortatus eſt c, vt Chriſtiana ſacra amplecteretur, tuoque orientis imperatorem iure appellatum iri, atque imperium ſuum latius propagaturum religione quam armis; immo mox Ægyptios, Syros, Arabes, Afros, ab illo ſubactum iri: contemnendos eſſe eorum ſuſurros, qui aiunt baptiſmo ſuſcepto illum a Turcis deiectum iri, ac modum, quo populos facile in officio contineret, edocuit: Conſtantini & aliorum Regum, qui Chriſto nomẽ dederant exempla propoſuit, nec non ingentem gloriam, quam Turcis ad veram fidem adductis ſibi pariturus eſſet: inanem eſſe huius mundi fœlicitatem, ac veram in cœlo ſeruata lege euangelica conſectandam: tum myſteria fidei Chriſtianæ expoſuit, multa de Trinitate, quam in Deo Turcæ negant, diſſeruit, Mahumeticæ legis deliramenta detexit: matre enim Albana Chriſtiana ortus Mahometes, vt ſupra diximus, ſuperſtitionis Mahumeticæ impietatem ſuſpectam habebat, nullamque legem ipſum coluiſſe creditus eſt.

c M. ſ. Vallicel. ſign. n. 91. pag. 92. & 11. ep. Pij II. nu. 396.

Pius Mahometem de amplectenda Chriſti fide ſollicitat.

Pius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei illuſtri Mahometi principi Turcorum timorem diuini nominis, & amorem.

Scripturi ad te aliqua pro tua ſalute, & gloria proque communi multarum gentium conſolatione & pace, hortamur vt benigne audias verba noſtra, nec prius damnes, quam iudices, nec prius iudices, quam ſingula diligenter intelligas. Accipe quod ſcribimus in bonam partem, & vſque in finem patienter audi. Si bona ſunt, quæ ſuademus, amplectere: ſi mala reſpue, & in ignem mitte, neque idcirco epiſtolam reijcias, quia Chriſtiaoi hominis eſt, & eius Chriſtiani, qui cæteris præeſt: non enim te odio proſequimur, neque tuo inſidiamur capiti, quamuis noſtræ religionis hoſtis exiſtas, & armis Chriſtianam vrgeas plebem: operibus tuis, non tibi, ſumus infenſi: diligimus iubente Domino inimicos noſtros, & pro perſecutoribus noſtris oramus. Sapientibus & inſipientibus debitores ſumus, & omnes cupimus fieri ſaluos, Græcos, Latinos, Iudæos, Saracenos, & omnibus optamus bona. Sed ſcimus vera bona neminem aſſequi poſſe, qui extra euangelium degit, & a Chriſto domino noſtro eſt alienus. Noli autem aures claudere, aut oculos auertere, cum Chriſtum nominamus, quem Mahometea lex, in qua natus es, & virum ſanctum, & prophetam magnum, & Virginis filium, & miraculis clarum dicit. Multa tibi per eum, & maxima bona aduenient, ſi ei credideris, & eius ſacris initiari volueris. Ne horreſcas hæc, cum principium accipies, ſed audienda eſt tota lex, deinde iudicium promendum. Audi quo tendimus: multa tibi & tuis progenitoribus cum Chriſtianis bella fuerunt, multus ſanguis effuſus, multæ vrbes deletæ, ſacræ ædes incenſæ, raptæ virgines, violatæ matronæ, vaſtati agri, ſcelera patrata ſunt quæcunque in mentem venire poſſunt, dum Turcus & Chriſtianus, vter imperet, gladio contendit: tibi, vt fama & opera ipſa loquuntur, ingens deſiderium eſt Chriſtianos ſub iugum mittere, & imperium Latini nominis obtinere, & ſunt fortaſſe, qui hoc facile ſuadeant, & omnia tuis armis peruia dicunt: & alij, tuas vires amplificantes, Chriſtianas attenuant: alij in diuiſionibus & odijs, quæ gentem noſtram exedunt, ſpem collocant, haud difficile exiſtimantes eos vinci ab exteris poſſe, qui domi diſſident.

Rogat vt ſcripta legat & an æqua ſint diſcutias.

Multa amoris ſigna exhibet.

Vera optat bona.

Expoſita præterita bella inter Turcas & Chriſtianos.

Chriſtianos ob mutua diſſidia vinci poſſe Turcæ putarunt

Digitized by Google

ſident. Nos non ita ignarum te credimus noſtrarum rerum, quin ſcias quanta eſt Chriſtianæ gentis potentia, quam valida Hiſpania, quam bellicoſa Gallia, quam populoſa Germania, quam fortis Britannia, quam audax Polonia, quam ſtrenua Hungaria, quam diues, & animoſa, & bellicatum perita rerum Italia. ſola Huugaria diu progenitores tuos, & teipſum fatigauit: octuageſimum iam annum aduerſua Hungaros Turcorum ſigna feruntur. & adhuc circa Sauum, & Danubium hærent: vna te gens tuaſque vires agitat: quid facias, ſi tibi cum Italia, aut Gallis, aut Germanis res fuerit ampliſſimis, & robuſtiſſimis populis?

Chriſtiani imperij fortitudo quãta.

45 Fortaſſe eſt, qui dicat, Iuſtinianum Imperatorem Conſtantinopoli ſedentem, miſſo in Italiam Beliſario, cum parua manu militum perditam Romam, & reliqua loca vſque ad Alpes recuperaſſe, nec te Iuſtiniano minorem eſſe. Caue ne te fallant adulatores, domeſtica Regum & aſſidua peſtis: facilem principes magna de ſe loquentibus aurem præſtant, atque idcirco ſæpe decipiuntur: rarus eſt qui, non ſe vero maiorem credat. Iuſtinianus vniuerſæ Græciæ, & Illyrici, & Aſiæ, & Lybiæ dominus erat, & Italiam non acquiſiuit, ſed recens perditam recuperauit, & a Gothis gente barbara non ab Italis abſtulit: nondum amor imperij Romani in mentibus Italis reſtixerat, neque vllus erat, qui barbaricum iugum æquo animo ferret: cuncti arma pro imperio, & pro patria magnis animis ſuſceperunt, nec tam Beliſarius Italis libertatem reſtituit, quam Itali ſuum decus vendicarunt. Tui progenitores nunquam aut poſſederunt Italiam, aut viderunt, nec tibi ius vllum in ea eſt: quod ſi pergas Italiam inuadere, ſenties tibi cum viris bellum eſſe. Fatemur, res claras tui maiores egere, nec tua minora ſunt opera, qui Conſtantinopolim expugnaſti, & Peram e regione Genuenſium coloniam, & Peloponeſum magna ex parte in deditionem accepiſti, & in Raſcia, & in Valachia non parum agri adeptus es, & ſæpe tuos hoſtes fudiſti, & hoc anno Sinopem vetuſtam vrbem Regis Eupatoris patriam, & eius tyrannum cepiſti, & Trapezunte direpta incolas eius, & Imperatorem in captiuitatem abduxiſti, & Ioannem Caſſanum prælio congredi auſum ſuperaſti! magna hæc tibi videntur, nec nos parua eſſe dicemus. At Iulius Caſar, cum de victoria Pontica triumpharet in curru, quo vehebatur, hæc verba iuſſit inſcribi: *Veni, vidi, vici*. Imbelles eas gentes, & parui momenti exiſtimans, quas Pompeius paulo ante domuerat, & tu hac æſtate ſuperaſti. Alia eſt Italorum natura, aliæ vires, alia ingenia, alij animi. Neſciunt ſubeſſe, qui ſoliti ſunt præeſſe: & nunc tota Italia armata eſt, equis & hominibus plena, nec pecunia caret, quæ neruus belli dicitur. Non pugnabis contra fœminas, Italiam, aut Hungariam, aut aliam in occidente prouinciam ingreſſus; ferro hic res geritur, non Aſiaticis ſudibus, chalybæus thorax pectora tegit, equi ſimul & homines tecti pugnant, ordines ſeruant, nec vano metu pauent: fortior ſit neceſſe, & manu promptior, & animo præſtantior, qui eos loco depellat. Nec Chriſtiana diſſidia deſiderio tuo conducere putes, aut in his confidas: vnientur Chriſtiani omnes ſi quando te audierint ad interiora Chriſtianitatis accedere: nec tu melius Chriſtianorum paci conſulere potes, quam validis, & magnis copijs Chriſtianitatem inuadens. Ceſſabunt priuata odia vbi publica ſenſerint, & coniunctis viribus aduerſus communem hoſtem arma ſumentur. Nec tu neceſſe arbitreris ad propullandas tuas incurſiones, ad comprimendum tuum impetum, tuaſque vires elidendas totam Chriſtianitatem vniendum eſſe, quod fatemur difficile; ſed vna ex quatuor nationibus ſatis fuerit ſuperque ſatis tuas copias profligare: atque vt de alijs taceamus, quamplures eſſe in tuo palatio arbitramur, qui totam Italiam luſtrauerunt, & vires & ingenia noſcunt; ipſos audi atque interroga, an æquari tuis viribus Italia poſſit, an vinci tuis armis, an tuo imperio ſubijci. Plus negotij Romanis fuit Italiam acquirere, quam orbi reliquo fræna imponere,

Italia qua ratione parta a Iuſtiniano.

Expugnãdæ a Turcis Italiç difficultas propoſita.

Mahometis ingentes victoriæ.

Imbelles erant populi quos vicit.

Pugnandi diſpar ratio cũ Italis ac cum Aſiaticis.

Vna ex quatuor nationibus Chriſtianis ad domandos Turcas ſufficit.

46 Dicet aliquis, quod ſupra tetigimus, inteſtina odia, quæ noſtram gentem exagitant, introitum tibi in Italiam poſſe præbere, & ſi vnus principum te excludat, alterum incluſurum, daturumque aditum. Sunt diuiſiones ſane, & inimicitiæ, & ſimultates inter Italos plures, & graues, & periculoſæ, & vtinam non eſſent; ſed nullus eſt, qui dominum pati non Chriſtianum velit, omnes in fide orthodoxa mori volunt: nulli animus eſt a religione recedere, non hic inuenies, quod tui maiores apud Græcos, qui contendentibus de imperio duobus nunc vni nunc alteri minus potenti auxilia miniſtrauere, donec ambos eneruatos, & exhauſtos eijcere, & ſibi principatum arripuere. Aliæ ſunt Italiæ potentiæ, alij Regum oculi, alia ciuitatum conſilia. Venetorum reſpublica ſapientia diues & auro, Chriſto deuota, vt noſtra fert opinio, prius euerteretur funditus, quam hoſtem religionis in Italiam patiatur intrare: atque hæc quidem per ſeſe, quando ſtatuerit, nullis adiuta viribus tuas opes euertet, tantum terra marique poteſt. An Florentinæ vrbis magnificentiam ignoras, & vires, & opes, & quanta erga Ieſum reuerentia, quantus amor? credis ne fieri poſſit, vt hæc ciuitas Italiam diuerſæ religionis hominibus aperiri ſinat. Sunt aliæ multæ vrbes inſignes, multi principes clari, & magni. Nihil de regno Siciliæ dicimus, quod armis hac tempeſtate concutitur, non poſſumus multa nobis de illo promittere; licet tamen hoc aſſerere, quod quamquam duo Reges de ipſo litigent, & bello decertent, maluerit tamen vterque regno priuari, quam tuis auxilijs victoria potiri; quod ſi ad te alter confugerit, totius Italiæ in ſe odia concitabit. In Gallia ciſalpina, quæ & ipſa pars eſt Italiæ, dux Mediolanenſis in armis excellit, & potentia par Regibus habetur: nec paruæ ſunt ducis Mutinæ vires, aut Iannenſis qui Liguribus præeſt. Non contemnendus ducis Sabaudiæ opulentus, & validus in Italia principatus. Adeſt marchio Mantuanus, ſunt alij complures vrbium domini, quibus nihil poteſt eſſe moleſtius, quam nobilem Italiam vanæ ſuperſtitionis ritu fœdari. De noſtris & eccleſiæ Romanæ ciuitatibus, & prouincijs tacemus, quando noſtram tibi profeſſionem haud ignotam eſſe confidimus, quibus ſola cura eſt ſeruandæ, & amplificandæ fidei domini noſtri Ieſu. Hæc ſi accepiſti ab alijs, gaudemus, veritatem enim accepiſti: ſin minus, hortamur hæc diſcutias, & verum veſtiges, inue-

Religionis amor diſſidentes Italos coniũgere in Turcas ſolitus.

Neapolitani regni ſtatus.

Reliquarum Italiæ partium vires.

nies

Digitized by Google

nies nihil nos eſſe meritos. Non folium ſibyllæ, vt quidam ait, de euangelij pagina recitamus. Difficile eſt, atque adeo difficile, vt impoſſibile dici queat te tua in lege permanentem voti compotem fieri, ſi, vt aiunt, imperium Chriſtianorum deſideras.

Græcorũ & Latinorũ ratio diſpar. Nõ erãt veri Chriſtiani quos domuit Mahometes.

47 Dices quamplurimos tibi Chriſtianos ſubeſſe, & de reliquis idem ſperas. Non eſt par ratio, pauciſſimi ſub tuo imperio Chriſtiani ſunt, qui ad veritatem ambulent euangelij: omnes aliquo ſunt errore imbuti quamuis Chriſtum colant; Armenij, Iacobitæ, Maronetæ, & alia quædam nomina Græca; a Romanæ eccleſiæ vnitate aberrabant, cum tu Conſtantinopolim inuaſiſti, neque adhuc decretum Florentinum acceperant, & in errore ſtabant, neque de ſancto Spiritu, neque de purgatorio igne conſona rectæ fidei ſentientes. Pauci fortaſſe inopes veri Chriſtiani neceſſitate, non voluntate, tibi obediunt. At vrbes Italiæ potentiſſimas non eſt tuum cogere. validiores ſunt, quam tuis queant exercitibus ſuperari. Noſti quæ tibi acciderunt cum Taurinum inuaſiſti, quod noſtra ætas Belgradum vocat. Pauci crucesignati innumerabiles tuas copias proſtrauerunt: non eſt de Italis ſperanda victoria, quibus aduerſa fuit cum Hungaris pugna. Quocirca vt tandem veniamus quo noſtra feſtinat oratio, & id dicamus, quod ad ſcribendum compulit, tuamque gloriam, & tuam ſalutem tibi denique oſtendamus, adhibe his paucis animum. Si vis inter Chriſtianos tuum imperium propagare, & nomen tuum quam glorioſum efficere, non auro, non armis, non exercitibus, non claſſibus opus eſt. Parua res omnium, qui hodie viuunt, maximum & potentiſſimum, & clariſſimum te reddere poteſt. Quæris quæ ſit? Non eſt inuentu difficilis, neque procul quærenda, vbique gentium reperitur, id eſt aquæ pauxillum, quo baptizeris, & ad Chriſtianorum ſacra te conferas, & credas euangelio.

Clades in Belgradenſi obſidione propoſita.

Ratio qua inter Chriſtianos propagari imperiũ poſſit.

Hæc ſi feceris, non erit in orbe princeps, qui te gloria ſuperet, aut æquare potentia valeat. Nos te Græcorum & orientis Imperatorem appellabimus, & quod modo vi occupas, & cum iniuria tenes, poſſidebis iure, Chriſtiani te omnes venerabuntur, & ſuarum litium iudicem facient. Oppreſſi vndique ad te veluti commune patrocinium confugient, ex toto fere orbe ad te prouocabitur: multi ſponte ſua ſeſe tibi ſubijcient, tribunalia tua ſequentur, & tributa præſtabunt. Licebit tibi ſurgentes extinguere tyrannides, iuuare bonos, oppugnare malos, nec Romana eccleſia te arguet recta via vadentem: eadem erit erga te charitas primæ ſedis, quæ in cæteros Reges, & tanto maior quanto eris ipſe ſublimior. Facile hoc pacto ſine ſanguine, ſine armis multa poteris nanciſci regna. Vladislaus Lituaniæ princeps Vitoldi frater, cum aſpiraret ad regnum Poloniæ, eſſetque infidelis, vt voti ſui compos fieret Chriſtianus effectus eſt, & regnũ obtinuit, cuius nunc filius Caſimirus regnat, alter filius, qui etiam apud Hungaros regnauit, in bello contra genitorem tuum geſto ſuperatus occubuit.

Propoſita gloria ex ſuſcepta fide comparãda.

Auctum iri ſuſceptæ fidei eius imperiũ.

Vvladiſlai Lituani ad Chriſtum conuerſi expoſitũ exemplũ.

Quid reris de te fiet Chriſtianis initiato ſacris? magnus erit ad te concurſus, & felicitatis genus exiſtimabitur inter ſubiectos tuos annumerari; quippe, vt arbitramur, ſi Chriſtianus fuiſſes mortuo Ladislao Hungariæ, ac Bohemiæ Rege nemo præter te ſua regna fuiſſet adeptus. Sperassent Hungari poſt diuturna bellorum mala ſub tuo regimine pacem, & illos Bohemi ſecuri fuiſſent; ſed cum eſſes noſtræ religionis hoſtis, elegerunt Hungari viri fortes & fideliſſimi religionem potius cum bello retinere, quam ea perdita pacem conſequi: quot ſunt in Epiro, in Peloponeſo, in Macedonia, in reliqua Græcia, in Dalmatia, in inſulis Ægæi, Carpathij, & Ionij maris, qui tuum imperium non alia de cauſa refugiunt, niſi quia alienus es a Chriſti ritu? & hi modo ad nos, modo ad alios recurrunt, opemque petunt, extrema omnia ſubituri priuſquam te circumciſum, & alienigenam dominum ferant, & nos eos aliquando argento, aliquando frumento, aliquando rebus alijs ſubleuamus: quod ſi baptizatus eſſes, & nobiſcum ambulares in domo Domini cum conſenſu, nec illi tuum imperium tantopere formidarent, nec nos eis aduerſus te ferremus opem, ſed tuum potius brachium in eos imploraremus, qui iura eccleſiæ Romanæ nonnunquam vſurpant, & contra matrem ſuam cornua erigunt; & ſicut noſtri anteceſſores Stephanus, Hadrianus, Leo aduerſus Aiſtulphum, & Deſiderium gentis Longobardiæ Reges Pipinum, & Carolum magnum accerſiuerunt, & liberati de manu tyrannica, imperium a Græcis ad ipſos liberatores tranſtulerunt, ita & nos in Eccleſiæ neceſſitatibus tuo patrocinio vteremur, & vicem redderemus accepti beneficij.

Si fiat Chriſtianus plures populos ſponte illi ſubiectũ iri.

Mutua beneficia acceptura a ſede Apoſtolica.

O quanta eſſet abundantia pacis! o quanta Chriſtianæ plebis exultatio! quanta iubilatio in omni terra! Redirent Auguſti tempora, &, quæ poetæ vocant, aurea ſæcula renouarentur: habitaret pardus cum agno, vitulus cum leone, gladij verterentur in falces, in vomeres, ac ligones rediret omne ferrum: excolerentur agri, euellerentur aſpera dumeta, terra niteſceret, vici repararentur & vrbes, reſurgerent templa Deo ſacrata, quæ ceciderunt: emergerent qui collapſa monaſteria replerent viris religioſis, diuinis omnia laudibus perſonarent. O quanta tibi rediret felicitas, qui ad æterni paſtoris ouile cunctas redigeres oues! quantum te omnes amarent, obſeruarent, extollerent, qui communis omnium pacis, & ſalutis fuiſſes author! Dicet aliquis hanc pacem, hanc vnionem, hanc communem lætitiam haberi poſſe ſub tua lege. Errat qui hoc cenſet, multos Reges, multos populos victos eſſe oportet, priuſquam tuam legem vbique diſſemines, nec ſi vnias corpora vnies animos: ſciunt Chriſtiani ſuam legem ſanctam eſſe, & veram, & ſalutarem, nec dimoueri ab ea poſſunt quamuis aliqui aut libidine ducti, aut auaritia tracti, aut voluptate illecti, aut metu mortis attoniti, aut cruciatu ſuperati nonnunquam circumcidantur, & in tuos ritus concedant, quorum ſi corda poſſes inſpicere, intelligeres neminem eſſe, qui libenter conſultoque receſſerit ab euangelio.

Exinde pax in orbe floreret.

Errantes populos ad veritatem adduci tunc ab eo poſſe.

Deſinat ſperare poſſe omnes ferro cogere ad Mahumetiſmũ.

48 Oſtendimus ſupra quantum præcellant Chriſtianæ gentis vires, & quam difficile ſit tot nationes Chriſtum colentes euincere: non eſt qui pacem ſperet ſub lege Mahometea, in qua non eſt ſalus: difficultates experimentis ipſe vides, qui etſi multis Chriſtianis, hiſque omnino non veris imperas, minime tamen

Sub lege Mahometea nunquã pax conſtituẽda.

eis

Digitized by Google

eis tuam legem perſuadere potes, minus perſuadebitur veris, quæ non in argumentationibus rationum, ſed in ſolo ferro fundata eſt, & quæ vincere diſputando non ſperat, vi vincere tentat. Non ſunt Chriſtiani, qui vel bello ſuperari poſſunt, vel diſputationibus decipi, quando & armis excellunt, & rationibus munitiſſimi ſunt, non ſolum diuinæ ſcripturæ, ſed etiam philoſophiæ. Impoſſibile eſt ſub lege Mahometea vnionem fieri: ſub Chriſtiana facile fieri poteſt: & id magna ex parte in tua voluntate conſiſtit: tu vnus ſi annuas Turci omnes annuent. Nec Syrij, aut Ægyptij, aut Arabes, aut Lybici aduerſabuntur tecum: quidquid eſt intra Helleſpontum, & Euphratem, & quidquid poſſides in Europa conuertetur. Quid faciet baculus Ægyptiorum arundineus, quando Chriſtianum te viderit effectum? quid imbellis Arabs? quid nudus Afer? Omnibus his Æthiopes imminent, presbytero Ioanni parentes, qui Chriſtianus eſt. Non poterunt & illis, & reliquis Chriſtianis obſiſtere. Nili curſum retinere poſſunt Æthiopes, & congregatam aquam dimittere, quæ rumpat aggeres, vt totam inundet Ægyptum, atque ſubmergat cum ſydus apparet arcturi. Hiſpani, & Siculi facile Mauritaniam inuadent, & Catalani cum Ianuenſibus ſcis quantum valeant occiduæ claſſes, & quantus eſt terror, vel Tyrijs, vel Alexandrinis, vel cæteris orientalibus, quando Chriſtianæ triremes ad eos nauigant. Tua certe auctoritas, & animi magnitudo, & in bellis felicitas apud omnes admirationi eſt, qui Mahometem ſecuntur legem: quod ſi te nobis adiunxeris? breui totus oriens reuertetur ad Chriſtum: vna tantum voluntas pacare orbem poteſt, & ea tua eſt, ſi ad baptiſmi gratiam ſe conuertat. In te eſt crudelibus bellis imponere finem, & tantum præſtare mortalibus bonum, quantum effari non poſſumus.

Nec armis nec ratione vinci Chriſtiani poſſunt

Si fiat Chriſtianus Ægyptios Arabes & Afros ab eo ſubigi poſſe propoſitum. Europæos illi laturos auxilia.

Totum Orientẽ Chriſtianum futurum.

49 Quæret aliquis, quomodo quieſcet orbis Turcis ad Chriſtum conuerſis? quando nec ipſi Chriſtiani inter ſe concordes exiſtunt, & multa per Italiam, Germaniam, Galliam, & reliquas prouincias deſæuiunt bella. Diſſidere inter ſe noſtræ gentis homines non negamus, & pluribus in locis ferro contenditur. Diuino olim conſilio ſub Octauiano propter reuerentiam Saluatoris, qui tunc ſecundum carnem natus eſt, ea pax in orbe fuit, quæ nec antea nec poſtea viſa eſt. Difficile eſt, & propemodum impoſſibile quieſcere in terris omnia, vbi homines ſunt affectibus ſubiecti reprobis, illum ambitio exagitat, hunc cupiditas trahit, libido alium impellit: multa eſt inter mortales belli materia, ſed non ſunt tam atrocia inter Chriſtianos prælia, quam inter Turcas & Chriſtianos. Chriſtianus cum Chriſtiano de agri poſſeſſione, de regno, de imperio, de gloria contendit: cum Turco de religione, de libertate, de vita. Inter Chriſtianos, qui bello vincuntur poſitis armis nec vitam, nec libertatem amittunt, & multis etiam patrimonia dimittuntur, principes imperio priuantur, inferiores dominum mutant, reliqua tenent.

Obiectio de mutuis Chriſtianorũ bellis.

Non ita ſunt inter eos ſæua bella. Belli ciuilis ac turcici diſpar ratio

In prælijs, quæ geruntur aut cum Turcis aut cum Saracenis, qui ſuccumbunt, ſi vitam non amittunt, in ſeruitutem rediguntur, & multi etiam religioni renuntiare coguntur. Hæc acerbiſſima ſunt, & immaniſſima bella, quæ ſi tollantur, quod in te ſitum eſſe monſtrauimus, pax maxima exorietur, & vniuerſalis quies. Non ſunt reliqua bella huic comparanda, faciem quodammodo pacis habent, & otij; nec illa tam multa erunt quando vnus adſit, qui ſolo nutu compeſcere poſſit iniurias, qualiter te futurum non ambigimus, ſi cum tua potentia Chriſtianus efficiaris. Videſne quantum tibi laudis afferet baptiſmi lauacrum? quantum cum Chriſto ſublimis, & conſpicuus redderis? quis prohibet aquam? quid metuis? voces fortaſſe aulicorum times tuorum, quorum non dubitamus dicturos tibi aliquos, quid cogitas? quid agis? quorſum te tua voluntas trahit? vis baptizari? Vis Chriſtianus fieri? neſcis quod periculum adis? Omnes te Turci deſerent, & vbi exiſtimas fieri magnus, fies nullus, & Turcus natus Turcos deſeres: inter Turcos creuiſti: Turcorum te manus extulit, Turci Aſiam, & Græciam gubernant, Turci exercitibus præſunt, qui ſi vel minimam famam tuæ mutationis acceperint, e veſtigio ſumptis armis, te deiecto, Imperatorem alium ſubſtituent; tu nudus & expulſus, ſi euaſeris, apud Chriſtianos mendicabis panem: nam quis Turcus eſt, quem ſuæ religionis pœniteat? moriemur omnes priuſquam noſtri prophetæ iugum excutiamus.

Pacandi vniuerſi orbis vera ratio.

Quis terror offuſus Mahometi ne Chriſtianus fieret.

50 Non ſunt parua, quæ iſti obijciunt; adhibenda eſt, & huic parti medela, quam nemo te ipſo melius inuenerit. Noſti tuos homines, & quibus prouincias commiſeris non ignoras; quanta ſit cuique fides, & quis animus non te latet; non fit ſine periculo magnum facinus, & memorabile: vilia ſunt quæ paruo emuntur; diligentia hic & labore opus eſt, perueſtiganda ſunt amicorum conſilia, noſcenda ſubditorum ingenia, & his vtendum eſt, quos fidos & prudentes videris. Seruiunt tibi non pauci ex Chriſtianis nati, qui quamuis circumciſi ſunt, non tamen Chriſti nomen oderunt; his exercitus, his præfecturas credere potes, qui tui ſunt amantiſſimi, & ita regnum ordinare, vt quando velis præſto ſint omnes. Tui ſubditi magna ex parte Græci ſunt, & Armenij, vt diximus, & Iacobitæ, qui etſi aliquos errores habent, Chriſtiano tamen nomine cenſentur, nec aliud magis cupiunt, quam te ſimilem eis eſſe, & illum Deum colere, quem colunt ipſi; ſperarent meliori loco eſſe futuros, qui nunc mancipia quam viliſſima ſunt, tributa exſoluunt grauia, iniurijs afficiuntur quotidianis, ad bellum ducuntur inuiti, & inermes cædibus exponuntur, priuantur liberis, & vxoribus; miſerrima res eſt, poſtquam filios educauerunt eos perdunt, rapiuntur in palatium pueri, circumciduntur, & Mahometis ritibus imbuuntur; vident infelices parentes non modo corpora liberorum, verum animas ire perditum, & anguſtiati inter tot calamitates plorare non præſumunt, maiora mala timentes. Nemo horum te diligit, neque enim natura fert, vt eos amemus, a quibus patimur mala; quod ſi te Chriſtianum cernerent, mirum in modum diligerent, felicitatem tuam cuperent, & omnibus ſtudijs tuam gloriam quærerent, & filios ſuos, & ſeipſos quam libentiſſime tibi donarent; magna eſt horum multitudo, & pro ſua religione conſtan-

Expoſita ratio retinendi etiam mutata religione imperij.

Promoueri ab eo facile poſſe ad præfecturas Chriſtianos.

Miſera Græcorũ ſub iugo turcico conditio.

ſtantia: quod ſi prudenter eos tractaueris, nihil tibi de religione Turcorum verendum erit. Hi medios inter Chriſtianos ſeſe videntes, tuæ potius voluntati conſentient, fortunas, & dignitates ſeruaturi, quam mortis periculo ſe ſubijciant. Non ſuademus rem nouam, aut inſuetam, tritum eſt, quod oſtendimus, multi hoc & magni Reges aggreſſi ſunt.

Clodouęi gentilis in Gallia ad Chriſtum conuerſi exẽplũ propoſitum.

Apud Francos gentilis, & idololatra Chriſtianus effectus eſt Clodouæus, & ſimul cum eo regni proceres baptizari non recuſarunt. Apud Hungaros Stephanus noſtris initiatus ſacris omnem illam gentem Chriſto acquiſiuit. Apud Viſigotos, qui longo tempore in Hiſpania regnauerunt, & vſque in hæc tempora eiuſce gentis ſanguis imperat, Recaredus Leuigildi filius, ſuadente Leandro Hiſpalenſi epiſcopo, Arrianæ renunciauit hæreſi, & cum omni gente ſua catholicam fidem complexus eſt. Apud Longobardos Agilulphus ſuaſu coniugis Theodelindæ reliquit idola, & cum omni populo Chriſtianæ ſeſe legi ſubiecit. Apud Iberos, qui ſunt in Aſia, imperante Conſtantino maiore Rex gentis cum coniuge, & omni nobilitate, atque plebe ad prædicationem vnius captiuæ mulieris relicta idolorum inſania baptizatus eſt. Sed quid moramur, & non exemplum illud adducimus, quod omnium maximum? Conſtantinus ipſe Imperator, ac monarcha viam aperuit, quam tu & tui ſimiles ingredi abſque vlla cunctatione poſſetis.

Recaredi in Hiſpania.

Agilphi in Longobardia. Alterius in Iberia

Conſtantini magni in Romano imperio.

Omnes qui eum præceſſerant Imperatores, excepto Philippo, gentiles fuere. Iouem, Mercurium, Apollinem, Herculem, & alia quæ ſunt monſtruoſa nomina, tanquam deos colebant: ſenatui & omni Romano populo ſtultitia Chriſtus erat; proponebantur paſſim edicta, quæ Chriſtianos comprehendi iubebant, niſi ſacrificarent idolis, crudelibus modis interfici; nil vilius erat nomine Chriſtiano, infame genus, & maleficium habebatur ſummum Chriſto credere; ſub Nerone, ſub Domitiano, ſub Diocletiano crudeliſſima in Chriſtianos deſæuijt perſecutio.

At Conſtantinus acceptis imperij faſcibus, poſtquam perſuaſus eſt a Siluestro prædeceſſore noſtro in ſimulachris dæmonia coli, & vnum tantum Deum eſſe cum Patre, & Spiritu ſancto Chriſtum Ieſum, & in euangelica tantummodo lege ſalutem inueniri, non eſt cunctatus Chriſti fidem amplecti. Non dixit ſenatus mihi aduerſus erit, reſiſtet populus, copiarum duces alienabuntur, imperio deijciar. Sed alto animo iactans in Deo ſpem ſuam legem edidit, qua publice Chriſtum coli iuſſit, & eam fidem teneri ab omnibus imperio ſubiectis, quam beati Apoſtoli Petrus & Paulus Romanis tradidiſſent; nec propterea ſiniſtri aliquid ſibi accidit; ſed tum potiſſimum excellens, & glorioſus euaſit, cum in vexillis ſuis crux domini Ieſu appoſita reſplenduit. Viderat per quietem in aere ſignum crucis, & vocem audierat dicentem: *In hoc, Conſtantine, ſigno vince.* Vidiſſe poſt medium diem cum toto exercitu crucem in cœlo radiantem, & legiſſe hæc verba ſplendidiſſimis characteribus expreſſa: *In hoc vince*, Conſtantinus ipſe, & B. Arthemius martyr teſtantur: [Per quietem vero de labaro præferendo edoctum refert ex Euſebio Baronius a.] Paruit, vexilla crucis erexit, ciuilibus bellis finem impoſuit, ſuperauit hoſtes, barbaros afflixit, imperium ampliauit, pacem ſubditis dedit, eccleſias aperuit, concilia ſacerdotum celebrauit, hæreſes eliminauit, lucem, quam acceperat ab euangelio, cunctis gentibus communicauit, magnificus & excelſus ſuper omnes Cæſares inuentus, a Græcis, & Latinis noſtris celebratus: imperauit annos ſupra triginta; ſedem imperij apud Byzantium, publicis tum priuatis ædificijs magnifice conſtructis, de ſuo nomine Conſtantinopolim appellauit, & plenus dierum apud Nicomediam edito teſtamento, in quo filios imperij ſucceſſores reliquit, vt Chriſtianum decet, ſacris eccleſiæ receptis, e vita deceſſit. Quid erat, quod ille amplius in terra poſſet optare? imperio potitus eſt, omnium maxima vita ei, & longa fuit, & parum obnoxia morbis, inimicos humiliatos vidit, & (quod hominibus dulciſſimum eſſe ſolet) heredes ampliſſimæ fortunæ filios dimiſit; nec alienum fuerit tantum Imperatorem, qui Chriſtianam fidem tantopere ampliauerit, in alio ſæculo cum Chriſto regnare, vt eſt credere, cui ſeruiuit dum hic viueret. Quod ſi omnibus, qui patriam auxerint, iuuerint, defenderint, certum eſt eſſe in cœlo definitum locum, in quo beati æuo ſempiterno fruantur philoſophi doctiſſimi tradiderunt, multo id certius de illis ſperandum eſt, qui pro lege Domini, vel ſeruanda, vel augenda ſummis ſtudijs contenderunt, ſicut de Conſtantino oſtenſum eſt, quem ſicut in terra felicem fuiſſe didicimus, ita & in cœlo beatum credimus.

Non timuit ille ſenatum & populum.

a Bar. Annal. to. 3. an 1312. nu. 19. & ſeq.

Fœlicitas illius imperij poſt Chriſtianam fidem amplexam.

Poſt terrenam felicitatem cæleſtem accepit.

51 Eadem procuidubio euentura tibi eſſe confidimus, ſi nobiſcum ſapiens Chriſtum colas, & magnum Conſtantinum imiteris, quemadmodum Romani cum ſuo Imperatore Chriſtiani ſunt effecti, ita & Turci tecum baptizabuntur, eritque tuum regnum ſuper omnia, quæ ſunt in orbe, & nomen tuum nulla ſilebit ætas, Latinæ te literæ, & Græcæ, & barbaræ celebrabunt. Nemo inter mortales erit, qui te potentia aut gloria præcedet. Magna ſunt hæc, quæ promittimus; maiora quæ ſequuntur; de regno de potentia huius ſæculi, de gloria hac humana ſumus locuti; caduca hæc & incerta ſunt & fluxa, omnes morimur, omnia nata occidunt, & omnia orta ſeneſcunt; breuis eſt humanæ proſperitatis curſus, cito regnum deficit, nulla potentia longa eſt, gloria quoque clari nominis quamuis de maximis rebus diu perſeueret, finitur tamen aliquando, & cum tempore deficit; nihil eſt inter mortales non mortale; conterit omnia tempus; eſto duret per multa ſæcula nomen, quæ dulcedo poſt obitum laudis? aut damnatus eſt homo in altera vita, & nihil ei prodeſt fama, quæ remanſit; aut ſaluatus eſt, & ea non eget beatitudine donatus æterna, quæ omni ex parte pleniſſima eſt. Filios ac nepotes præclara maiorum nomina iuuant, & nobis quoque dum viuimus dulce eſt talem hereditatem poſſe relinquere, quæ ſit poſteritati ſolatium; eſt id quidem aliquo modo bonum, ſed meliora quærenda ſunt, & ſtabilia bona, quæ noſtra ſint, neque vnquam nos deſerant. Philoſophi, quos Peripateticos vocauit antiquitas, tria bonorum genera poſuerunt, & alia eſſe animi dixerunt, alia corporis, alia externa. Stoici ea dumtaxat bona exiſtimarunt, quæ animum excolerent; hæc facit iuſtitia, prudentia, moderatio, fortitudo, & quæ ſunt aliæ in animo dotes: egregiam corporis formam, roboris multitudinem, nobilitatem, clientelas, opes inter bona non acceperunt, quæ neque ſunt in poteſtate noſtra, neque poſſeſſori felicitatem præſtant.

Felicitas in hoc orbe & in altero propoſita Mahometi ſi Chriſtianus fiat.

Mundana felicitas vana ſine æterna.

In quo felicitas conſtituta a Stoicis.

ſtant. Sed neque illæ quatuor virtutes, quæ principales exiſtimantur tranquillam homini mentem reddunt, niſi adiungantur aliæ tres, quas theologicas appellant, & in animo ſitæ ſunt ſpes, fides, charitas. Triſtis eſt & in anxietate moratur, & torpet & angitur, & nihil boni operatur, qui ſpe futuræ vitæ priuatus eſt. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, qui eſt vltimum hominis bonum, & finis in quem tendimus. Charitas diuino amore feruet, curioſa eſt, animæ noſtræ, & proximo conſulit, quem iubet lex, vt tanquam nos ipſos diligamus; ſi ergo animi bona cupimus, & moralibus virtutibus opus eſt & theologicis.

52 Neque in his vlla eſt nobis cum tua lege contentio; alia ſunt in quibus diſcrepamus: fatebitur tua lex & vitam æternam in altero ſæculo reperiri, & his itineribus ad eam perueniri: dicet fidem neceſſariam eſſe, verum non eam fidem, quam nos recipimus: ampleſtetur, laudabit charitatem, ſed alia eius officia dicet, quam Chriſtianus. Sine ſpe non poſſe bene homini eſſe fatebitur: ſed ſpei finem longe diuerſum a noſtro recipiet, pax erit in nominibus, bellum in rebus. Faceſcat hæc nunc contentio, & quomodo vera & æterna bona ex fide Chriſti conſequi poſſis, & animæ tuæ conſulere, quæ immortalis eſt, oſtendamus. Etſi enim huius ſæculi, quæ dicuntur, bona concupiſcis, & inter mortales magnus videri vis, non tamen animæ tuæ oblitum te credimus, nec ex illorum numero cenſemus, qui cum Epicuro & alijs quibuſdam delirantibus philoſophis extingui animam ſimul cum corpore putauerunt; nec rurſum te ſine Deo eſſe cenſemus, ſicut olim de Gallæcis in Hiſpania traditum eſt, qui nullum colebant Deum. Et de Pythagora, quem ferunt dicere ſolitum eſſe, non liquere ſibi an Deus aliquis eſſet: quæ diſputatio adeo impia iudicata eſt, vt ab Athenienſibus auctor eius eiectus ſit, & libri, in quibus ea continebantur, exuſti. Poſſidonius ſcripſit, Epicurum nihil de Deo ſenſiſſe, ſed ea, quæ de dijs loqutus eſt, inuidiæ depellendæ cauſa dixiſſe. Stultorum hæc aſſertio, ſicut in propheta legimus: *Dixit inſipiens in corde ſuo; non eſt Deus*. Haud equidem te adeo rudem exiſtimamus, vt cœlum credas rectore carere, & hanc pulcherrimam mundi machinam ſine cauſa emerſiſſe, & omnia fieri fortuito. Sed arbitramur te Deum noſtrum confiteri, & in eum credere, qui cœlum creauit & terram, & omnia quæ in eis ſunt, & quod quæ creauit non negligit: nec te ignorare cenſemus incorruptibiles eſſe animas hominum, &, cum e corporibus noſtris migrant in alias regiones transferri, & bonas læta ſortiri loca, & malas ad ſupplicium rapi: quod non ſolum in euangelio noſtro ſcriptum eſt & in prophetis, ſed tua quoque lex idem docet, quamuis in hoc mundo temporalia, quæ putantur bona, caſu quodam fortuito euenire non recte arbitratur. Socrates & Plato & Ariſtoteles philoſophorum principes de mundi regimine, de immortalitate animarum, de Deo eadem crediderunt, quæ Chriſtiani, quamuis aliqua nouæ legis arcana, quæ nondum edita erant, ignorauerunt. Platonis in epiſtolis hæc verba leguntur: *Credendum eſt autem ſemper veteribus ſacriſque ſermonibus nobis aſſerentibus, animam immortalem eſſe, iudiceſque habere, ac pœnas dare maximas, cum a corpore fuerit ſeparata*; quod intellegendum cum male vixerit.

Quantū differant Chriſtiani a Mahometanis.

Animæ ſalus omnium maxima cura eſſe debet.

Diuinitatem & animæ immortalitatem fatentur Turcæ.

Bonis & malis præmia & ſupplicia parata norūt philoſophi.

53 Non eſt hic locus apud te examinandus, qui pro tua lege Deum eſſe intelligis, qui omnia videt & omnia iudicat, &, animas corporea mole ſolutas pro ſuis operibus in alio ſæculo vel præmia recepturas, vel ſupplicia, non dubitas. Quæ cum ita ſint, cognoſcis ſtultum terrenis rebus ita aliquem inhærere, vt cœleſtia negligat, & dum corpori ſtudet, animam perdat. Breue eſt omne, quod viuimus, etiam ſi æuum Mathuſalem, aut etiam Neſtoris annos poſſimus attingere: quidquid æternitati comparatur momentaneum eſt: quotus hodie reperitur, qui centeſimum impleat annum? Vita hominis, vt inquit propheta, in ipſis ſeptuaginta annis, in potentatibus aliquando ad octuaginta protenditur, vlterius labor & dolor. Quotus iterum ex eis, qui naſcuntur, ad perfectam peruadit ætatem? quam multi moriuntur infantes! quot pueros extingunt morbi! pauciſſimi iuuentutem ſuperant. Anguſtiſſima eſt vita hominis & incerta, mille inſtant in omnes horas pericula, mille mortis fauces vitæ noſtræ inſidiantur, minima res curſum noſtrum interrumpit. Alieno hic arbitrio ſumus: vocat nos Deus quando vult, & vbi vult, & cum minime credimus, cum citamur: peremptoria monitio eſt, nec licet prouocare, aut contra niti; parendum eſt altiſſimo Domino, & villicationis ratio reddenda. Sapiunt qui ita vitam inſtituunt, vt vocati alacri animo abeant, & coram iudice, qui nihil ignorat, impauidi conſiſtant in die illa tremenda, & amara valde, in qua nil amplius mereri licet, & omnis ſpes ac metus ex his, quæ acta ſunt, pendet, neque ſupplicare iuuat, nec negare. Eſt igitur de anima curandum, quæ, poſt hanc vitam, aliam habet vitam, in qua vel dolet, vel gaudet: *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur*, inquit in euangelio Dominus, *animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? aut quam commutationem dabit homo pro anima ſua?* Hac viuimus, hac ſapimus, hac Deo ſimiles ſumus, hæc melior pars noſtri eſt; rebus omnibus pretioſior, hæc, dimiſſo corpore, in alias regiones ingreditur, corpus in terra iacet, & in puluerem conuertitur, vſque ad vltimum maximumque iudicium ſenſu carebit; tunc vero pro meritis, quæ illi cum anima fuere communia, vel ad gloriam, vel ad pœnam reſurget. Quid Nino prodeſt late per Aſiam imperaſſe? quid Semiramidi? quid Dionyſio? quid Herculi ad Indos vſque penetraſſe? quid Adanthirſo Scythiæ atque Aſiæ iugum impoſuiſſe? quid Oſyridi dimiſſa Ægypto per Syriam & Aſiam in Thraciam duxiſſe copias? quid Agamemnoni Ilium exuſſiſſe? quid Cyro imperium Perſarum conſtituiſſe? quid Alexandro magno illud euertiſſe, & vſque ad Hyſpaſim in orientem, & ad Iaxartem fluuium ſeptentrionem verſus arma tuliſſe? quid Hannibali Italiam vexaſſe? quid Scipionibus Carthaginem deleuiſſe? quid Pompeio orientales Reges debellaſſe? quid Iulio Cæſari ſubacta Gallia Romanum imperium inuaſiſſe? quid Hunnorum Regi Attilæ, Pannonia potito, Aquileiam in Italia ſubuertiſſe? quid Tamerlano tot Aſiæ Syriæque vrbes incendiſſe? atque auum tuum prælio ſuperaſſe? quid genitori tuo Amurati ſæpe de Græcis, ſæpe de Hungaris triumphaſſe? quid cæteris Regibus atque Imperatoribus res magnas, & claras geſſiſſe prodeſt, ſi abſque cognitione veri Dei mortui ſunt? & nunc eorum animæ apud inferos cruciantur: laudantur hic, & ardent illic. Quæ ſane voluptas in-

Vita ob breuitatē non multum æſtimanda.

De æterna maxime curā-dum.

Sine hac nulla proſunt imperia.

Miſerum eſt laudari vbi nō ſis, ardere vbi ſis.

cru-

Digitized by Google

cruciatu eſſe poteſt? quæ dulcedo gloriæ in doloribus? dura vox eſt eorum, qui vel in tauro Phalaridis beatitudinem eſſe dicunt: non bene cohabitant dolor ac voluptas, nec vllus eſt in felicitate mœror. In cœlo plena felicitas eſt, apud inferos plena miſeria: cum eo ventum eſt, nihil iuuat gloria, quæ præceſſit & fama ſæculi.

54 Studendum igitur eſt, vt poſt obitum, qui per omnes horas ſe inſert certus & incertus, animabus noſtris bene conſulamus: præueniendus eſt pijs operibus dies mortis, & omnes actus noſtri ita dirigendi, vt Deo placeamus; ipſe eſt enim finis omnium, & ſummum bonum, ad quod aſpiramus, & ipſa beatitudo, cuius cupiditas omnibus mortalibus ineſt; quærendum eſt iter ad eam; id recta fides oſtendit, & operatio iuſtitiæ, quia nec iuſtitia ſine fide, nec fides ſine iuſtitia ſufficit: *Iuſtus ex fide viuit*; vt ſcriptum eſt, & ſine fide nemo eſt acceptus Deo. Tua lex (vt aiunt) in ſua quemque religione ſaluari hominem cenſet, ſi alioquin caſte iuſteque viuat, niſi Mahometea traditione relicta ad aliam tranſierit. Dicunt & in tua lege ſcriptum eſſe (eſt enim ſibi ipſi ſæpe cõtraria) nulli ſalutem patere niſi in ea. Nos contra ſentimus, & certi ſumus viam vitæ ſoli Chriſtiano, ſi bene agat, apertam eſſe; ait enim veritas noſtra in euangelio: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluabitur; qui non crediderit condemnabitur.* Tu ergo ſi futurum credis ſæculum, ſi vis fieri ſaluus, ſi animæ tuæ bene conſultum cupis, vt fidem Romanæ eccleſiæ, extra quam non eſt ſalus, & baptiſmum recipias oportet. His duabus clauibus fide & baptiſmo aperiuntur paradiſi portæ, illis tamen, qui appoſite ad fidem viuunt, nam ſine operibus fides mortua eſt: euangelio præbendæ ſunt aures & Chriſti doctrina ſequenda, quæ nullum fallit.

Mahometes ſẽtit in ſua fide quẽque ſaluari poſſe.

Sine Chriſti fide nemini ſalus patet.

Dicis nolle tuæ legi noſtram præponere, aut Mahometem relinquere prophetam magnum. Rogauimus ab initio, vt benigne audires, idem nunc petimus, & nunc maxime attentis auribus & pia mente opus eſt, & iudicio recto, quando ad radicem arboris infructuoſæ admouemus ſecurim; audi ſeriem rerum, noſce hiſtoriam fidei, præbe aures vero, cui perraro eſt in altis ædibus locus. Calliſthenem philoſophum crudelibus modis lacerum in cuſtodiam rapuit Alexander, qui vera loquens diuinum cultum homini denegauit; & Clitum Philippi laudes commemorantem lancea transfodit. Timent homines exempla, & videntes melius adulatoribus ſuccedere, quam recta monentibus, ad nugas ſe conuertunt, & quæ placeant loquuntur. Antigonus aliquando vnus ex ſucceſſoribus Alexandri, qui regnauit in Aſia, inter venandum mutata veſte, relictis comitibus, errabundus apud agreſtes homines in vili tugurio pernoctauit incognitus; & combibens, de ſeipſo tanquam de altero percunctatus aſtantes, omnia, quæ fecerat, mala ab eis audiuit. Mane quæſitus atque inuentus, cum veſtem allatam & regium ornatum vidiſſet: *Date*, inquit, *purpuram, quam vt primum indui, verum de me niſi hac nocte nunquam audiui*; & Auguſtus mortuo Varo idcirco ſeipſum ſupra modum dolere aiebat, quia non eſſet a quo verum audiret. Ad pauperes philoſophos relegata eſt inquiſitio veri, qui propterea ſapientiæ amatores vocantur, quia veritati ſeruiunt, & nolunt decipi. Turpe eſt cuique homini errare,

Rogatur Mahometes vt veritati aurem præbeat.

Cur verum non audiant principes

maxime Regi, qui ſi per ſeipſum non ſatis intelligit prope habeat magiſtros, quos interroget. Tantum placeat audire, vt pudeat, diſcere quod ignoras. Tria ſunt hominum genera, vt inquit Heſiodus, primi & optimi, qui ſeſe per omnia noſcunt: his proximi qui recta monentibus auſcultant: tertij prorſus damnandi ſunt, qui neque ipſi vident neque videntibus credũt: ſed nulla in re periculoſius erratur, quam in his, quæ pertinent ad fidem, neque vtilius inuenitur verum. Recte ad Antipatrum de Alexandro ſcribit Ariſtoteles monens, ne pro tot exercitibus, victorijſque, & ſubiugatione orbis terrarum glorietur, ſed cogitet quod ſi quis de Deo recte cognoſcat, non minori gloria dignus eſt, quam ipſe pro tantis rebus geſtis tantaque potentia, & in ethicis ſapientem, inquit, eſſe amiciſſimum Deo; ſapiens autem nemo exiſtimandus eſt, qui a recta fide eſt alienus; in his vero, quæ ſunt fidei, neque tuus legifer ſatis intellexit, neque tu in hanc vſque diem ſatis didiciſti.

Cognitio Dei cum maximo imperio ab Ariſt. cõparata

55 An vero recta monentem audire & ſequi velis, futurus dies oſtendet: ſi vero hæc quæ ad te ſcribimus audieris, ſignum erit ad diſcendum parati: ſi feceris, quæ monemus, eris proculdubio ſapiens: nemo ſapiens contemnit, nemo odit: nemo eſt, qui nolit eſſe ſapiens: verum primus ſapientiæ gradus eſt nolle errare, & verum quam libentiſſime audire, maxime in his rebus, vnde homini eſt ſalus, ſicut eſt religio, quæ ordinatur ad æternam vitam. Audi ergo verum circa religionem: ſi non ſcribimus verum, argue ſcribentes, & deſpice tanquam ſtultos: ſed noli falſum dicere, niſi cognoueris falſum eſſe, & narrabimus breuiſſime ab initio mundi vſque ad obitum ſaluatoris Chriſti noſtræ legis arcana: deinde aliqua de tua lege dicemus, eaque conferemus ad inuicem, & quantum interſit oſtendemus, conabimurque, quantum ex alto dabitur, lucem tibi oſtendere, per quam poſſis ad eam lucem peruenire, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

56 Cum creaſſet Deus in principio cœlum, & terram, & lucem & ſolem & lunam, & alia ſydera, & plantas, & herbas, & volucres, & piſces, & quadrupedum genus inexterminabile, vt ſcribitur in geneſis principio, ac reptilia, ac alia animantia, poſtremo Adam creauit & inſufflauit in eum ſpiraculum vitæ, & poſuit eum in paradiſo delitiarum, & fecit adiutorium ſimile ſibi Euam ex coſta eius eductam, & data licentia, qua poſſent cæteros plantationum degustare fructus, vt abſtinerent a planta * prudentiæ imperauit; & ambos, cum præuaricati eſſent, ex paradiſo deiecit, atque humanum genus morte damnauit, iuſſitque laborioſam vitam & ærumnis plenam agere. Ab his propagata creatura rationalis. Quæ cum rurſus animo rebelli diuinam maieſtatem contemneret, & in vitia quoque prolaberetur, aquarum diluuio deleta eſt. Noe cum coniuge, & ſex alijs animabus in arca ſaluatus eſt, & ab his omnes homines, qui modo ſunt & poſt diluuium fuerunt originem ducunt. Tres filij Noe Sem, Cham, & Iaphet redeuntibus aquis in locum ſuum humanam gentem reparauerunt adeo, vt tradatur prioſquam Noe moreretur quatuor millia hominum ex ſuis & filiorum lumbis exiuiſſe, ex quibus etiam iniqui emerſerunt. Nimbrotes filius Cham, & qui cum eo in contumeliam Domini turrim Babel

Doctrina Chriſtiana de creatione mundi

* ſcientię boni & mali

De peccato Adami.

De diluuio.

ædificare cœperunt: in ea diuiſum eſt labium vniuerſæ terræ, & confuſione impeditum opus.

De pentapoli ſubuerſa. De Abrahamo.

Secuta eſt peccatum peſſimum pentapolitanæ ſubuerſio, & Abraham & Loth inuenti religioſi, in ſemine Abraham benedictæ ſunt gentes, & circumciſionis pactum cum eo percuſſum eſt: fuit enim iuſtus & placuit Deo in operibus ſuis cum filium Iſaac diuino imperio immolare non detrectaſſet, neque Iſaac patris viam deſeruit, cui natus eſt Iacob, qui alio nomine dictus eſt Iſrael: & huic duodecim filij fuerunt, a quibus duodecim tribus emanarunt. Is cognito quod Ioſeph, quem putabat extinctum, magnus & potens eſſet in Ægypto cum reliquis filijs ad eum migrauit: multiplicatum eſt illic Iudæorum ſemen, & in gentem magnam cum creuiſſent Iſraelitæ, ſurrexiſſetque Rex alius, qui Ioſeph & opera eius ignoraret, grauiſſimis laboribus oppreſſi ſunt, & contumelijs innumerabilibus affecti; &

De lege Moſaica.

miſerante Deo per manus Moyſi, & Aaron ſeruitutem effugerunt, & ſicco veſtigio rubro mari traiecto per annos quadraginta cibo cœleſti vitam in deſerto egerunt, & circa montem Sinai diuinam legem in tabulis lapideis acceperunt. Acquiſita eſt terra promiſſionis, ſed non tota in manu Moyſi. Poſt obitum eius mirabilia fuerunt opera Ioſue, & iudicum, inter quos etiam prophetæ claruerunt viri excellentiſſimi. Succeſſerunt deinde Reges, & alij prophetæ in populo Dei, & non ſine cœleſti numine conſer-

De prophetis.

uata eſt gens Hebræa, & prophetæ quidem interpretati legem ſalubria tradidere præcepta, virtutem extollentes, & vitia effeminantes, & multa per illos ſcripta ſunt diuinitus reuelata, quæ de futuris notitiam præbuere: non tamen pauca perpeſſi aduerſa Iudæi, cum legem Domini contemnerent, & in traditionibus patrum non permanerent. Cæperunt eos Chaldæi, & in ſeruitutem redegerunt, & nunc Syri, nunc Arabes, nunc Ægyptij in eos arma verterunt: multæ fuerunt eorum tribulationes, multæ calamitates, ac miſeriæ, ſed de omnibus liberauit eos Dominus, cum ad Deum clamauerunt, & tota mente redierunt, quia cor contritum & humiliatum non deſpicit diuina maieſtas.

Eadem fatentur Mahometani.

57 Hæc, vt arbitramur, communia tibi nobiſque ſunt, & in alcorano Mahometeo magna ex parte continentur. Verax igitur & tuo, & noſtro iudicio lex Iudæorum, verax Moyſes, & Dauid, & Salomon, & Iſaias, & Ieremias, & Ezechiel, & Daniel, veraces omnes prophetæ Domini, vera Iudæorum fides, qui ante Chriſtum in lege manſerunt, mendaces omnes gentes, quæ coluerunt idola. Notus ante Chriſtum ſolum in Iudæa Deus. Nihil hucuſque contendimus: concedis hæc, niſi fallimur, omnia: in his, quæ ſequuntur diſcordia erit. Sed nos in luce ambulamus, neque offendimus ad lapidem pedes noſtros, &, ne de cætero tu quoque offendas, magnopere cupimus, & vltra ne decipiaris lumen

Expoſitū Mahometi vt aberret in fide.

afferimus. Tu creatura Dei es, & ouis eius, ſed errabunda extra caulas in alienis paſcuis, procul ab ouili dominico lethiferum carpis cibum, & peſtifera aleris herba: nos boni paſtoris exemplo, qui relictis nonaginta nouem ouibus in deſerto, vnam, quæ aberrauerat, ſecutus eſt, te quærimus, & in viam ſalutis optamus reducere. Dolemus te virum excellentem, nobilitate maiorum illuſtrem, geſtarum rerum gloria clarum, imperio magno præditum, & pluribus naturæ dotibus eminentem, non incedere in vijs Domini, non noſſe mandata eius, non eſſe in lege ſua: compatimur tibi, & tuorum ſubditorum infelicitatem deploramus, qui tecum pereunt, nec te credimus libenter errare, cuius naturam bonam eſſe confidimus: ignorantia veri te retinet: tui te parentes & ſeipſos per ignorantiam decepere, cum progenitoribus laberis, ſed timenda eſt ſcriptura quæ ait: *Ignorans ignorabitur*. Quod ſi cæteris in rebus præcipuam curam, exactam diligentiam, ſummum ſtudium adhibes, ne quis fallat te, circa religionem potentiſſime curandum eſt, ne fallaris: in qua

Admonitus vt inquirat quæ ſit vera religio.

tanto cautiorem te eſſe oportet, quanto in ea cum maiori periculo delinquitur. Cæterarum rerum ignorantia, hæc quæ ſunt temporalia, in hoc ſæculo adimere poteſt; religionis error alterius vitæ bona, id eſt animæ felicitatem eripit: quod ne tibi accidat, ſi nobis aures, & fidem præſtiteris, facile adiumento erimus.

58 Audiuiſti ea, quæ de veteri teſtamento diximus: nunc de nouo agendum eſt, in quo plurimum diſcordamus. Audi quæ ſubiungimus, ſic & tuæ legis tenebras odio habebis, vt ſperamus, & noſtræ lucem amabis. Duo in veteri

Vaticiniū de tempore aduentus Chriſti.

teſtamento vaticinia reperiuntur, quorum alterum illud eſt, quia non auferetur ſceptrum de Iuda, neque dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, ſiue vt Chaldæi dicunt Meſſias. Alterum eſt quod ait: Cum venerit Sanctus ſanctorum, ceſſabit vnctio veſtra. His vaticinijs prædictum eſt in aduentu Chriſti Iudæos & regnum amiſſuros eſſe, & ſacerdotium, ſicut & factum eſt. Regnum quod Iudæorum fuerat Idumæi acceperunt; regnante namque primo Herode Antipatri filio genere Idumæo,

Impletū regnante Herode.

& alienigena, Chriſtus ex Maria virgine natus eſt, Dei filius, verus Deus, & verus homo, qui ſacerdotium Iudæorum ad Chriſtianos tranſtulit, Petro ſibi ſucceſſore relicto, in quem Pontificis maximi poteſtatem transfudit, neque vlterius apud Iudæos paſtoralis ouium cura permanſit, dicente Domino ad Petrum: *Paſce oues meas*; paſtor ipſe bonus & Pontifex magnus Chriſtus paſtores deinceps, & pontifices Chriſtianos, non Iudæos, eſſe conſtituit, quamuis Petrus & alij plures ex Iudæis non amplius Iudæi ſummum pontificium acceperunt: atque

Cur Sacerdotiū iudaicum defierit.

in hunc modum Iudaica ceſſauit vnctio, & tranſlatum eſt ſacerdotium, quo facto & lex ipſa translata eſt, dicente Apoſtolo, quia: *Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis etiam translatio fiat*. Deus igitur qui multifariam multiſque modis olim patribus in prophetis locutus fuerat, nouiſſime per filium ſuum, quem conſtituit heredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula, allocutus homines nouam legem edidit, & noua dedit præcepta, quibus ſeruatis vitam merentur æternam.

59 In tempore igitur, quod in altiſſimo Trinitatis concilio æterno fuerat definitum, regnante apud Hebræos Herode, imperante apud Romanos Auguſto, quieſcente mundo, & aduentum Domini mirabili, & inaudita prioribus ſæculis pace honorante, miſſus eſt Gabriel an-

Chriſti natiuitas

gelus de cœlo, qui Mariæ felicem conceptionem & ſacratiſſimum partum annunciaret: ſed ante præcurſor natus eſt Ioannes, qui pœnitentiam prædicaret, & viam Domino præpararet. Concepit virgo de Spiritu, vt prædixerat angelus, & ſeruata dignitate virginitatis filium ſimul & domi-

dominum peperit. Natus eſt Chriſtus & ſaluator octauo kal. ianuarias, & in ipſis kalendis circumciſus eſt, & iuxta vocem angelicam Ieſus appellatus, qui ſalutem attulit humano generi.

Omnis ætas Chriſti miraculis claruit.

Plurima de infantia Saluatoris ſcripta ſunt, nec dubium eſt, quin omnis ætas ſignis & miraculis plena fuerit; ſed eccleſiæ noſtræ grauitas, & acre iudicium ea tantum recipit, quæ certa ſunt, apocripha prætermittit. Duodecimus Saluatoris annus memoriam habet, quia templum ingreſſus cum legis doctoribus diſputauit, & aliqua ex parte ſplendorem ſuæ dignitatis oſtendit: ſed circa trigeſimum annum fulgor ille plenus emicuit:

Circa trigeſimum annum tum pluſa edidit. Deus e cælo teſtimonium perhibuit de ipſo.

tunc enim baptizatus eſt a Ioanne, & Ioannem ipſe baptizauit, & paterna vox audita eſt: *Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Conuertit aquam in vinum, & innumerabilibus coruſcauit miraculis. Elegit ſibi diſcipulos, quos vocamus Apoſtolos, & circumiens regiones, & mentes hominum, & corpora ſanauit ægrotantium, & faciens ipſe quæ docebat, toto triennio prædicauit euangelium per Iudæam, & vicinas prouincias beatiſſima vox eius intonuit, quæ vita hominum eſſe deberet oſtendit, & præcepta tum vetera innouauit, tum noua prioribus vtiliora inſtituit, abdita & obſcura, quæ erant in veteri lege, multa reuelauit, & abſconſos prophetarum aperuit ſenſus, & quæ de ſe prædicta fuerant, palam expoſuit, myſterium ſanctæ Trinitatis oſtendit, & vnitatem in Trinitate monſtrauit, docens tum Patrem, tum Filium, tum Spiritum ſanctum diuinis honoribus proſequendum, & hos tres vnum eſſe Deum.

Vt ſuam mortem & reſurrectionẽ & aduentum prædixerit.

Prædixit non modo mortem ſuam, verum etiam genus mortis, & quod tertia die reſurgeret, & quod aſcenſurus in cœlum rediturus eſſet in fine ſæculi iudicare viuos, & mortuos. Comprehenſus eſt, ſicut ipſe voluit & traditus Pilato præſidi, qui cum neci daret, teſtes in eum citati ſunt, nec inuenta eſt mortis cauſa, quia peccatum non fecit, nec repertus eſt dolus in ore eius. Maximum crimen obiecerunt quia filium Dei ſe fecit & Regem dixit, & propter veritatem occiſus eſt, crucifixus atque ſepultus, & iuxta verbum ſuum reſurrexit a mortuis, & quadraginta diebus cum diſcipulis commoratus cum eos confirmaſſet & corroboraſſet, atque in orbem ire iuſſiſſet euangelium diſſeminaturos, tandem videntibus illis eleuatus eſt, &

Aſcenſio illius in cælum.

nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, aſcendit ad cœlum, & ſedet ad dexteram Dei Patris, & inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & redditurus vnicuique ſecundum opera ſua. Interea Spiritus ſanctus ab eo miſſus omnia ſuggerit Eccleſiæ, quæ neceſſaria ſunt ad vitam æternam. Hæc nos Chriſtiani firmiter credimus; hæc eſt fides noſtra, quam cunctis gentibus prædicamus, & impartiri omnibus cupimus: hæc ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus per fideles manus immutilata, & incorrupta ad nos vſque delata ſunt.

Ex Virgine natũ & prophetam fatentur Mahometani & modo viuere. Negant Deũ eſſe vel mortuum.

Hæc vos Turci, & Saraceni magna ex parte negatis; etſi enim Chriſtum ex Virgine natum, & ſanctum virum, & Dei flatum, & prophetam magnum, & mirabilium operum effectorem, & adhuc viuentem confitemini; Deum tamen & Dei Filium eſſe inficiamini, nec ſibi nec ſancto Spiritui diuinitatem conceditis, & Trinitatem perſonarum in diuinis reſpuitis, & Chriſti mortem ridetis, quem translatum & alium ſibi ſimilem loco ſuo interfectum arbitramini: nec eius aduentum in extremo iudicio expectatis, & alia non pauca Chriſtianæ legis reijcitis, & plurima creditis, quæ apud noſtros riſu digna videntur, & quæ non dimittemus intacta. Et quæ nos credimus non ſolum ex noua lege, ſed ex veteri mutuamur.

Sequuntur mortuum hominem ſine ratione ſine miraculis. Eorum teſtimonio Chriſtus Mahometẽ vincit.

Vos Mahometi & alcorano eius fidem tantummodo adhibetis, & hominem mortuum ſine conteſte, ſine ratione, ſine miraculis ſequimini; nos viuo credimus, viuit enim veſtro teſtimonio Chriſtus; nos Deo præſtamus aures, & ſignis & cationibus ſacris ducimur teſtimonijs. Quod ſi nos audies, monſtrabimus breuiter noſtræ legis ſplendidam lucem, & tuæ obſcuram caliginem detegemus.

60 Sed opus eſt pijs, & attentis auribus quando fidei ſublimitas attingitur, & magni Dei panduntur arcana: ſæpe iocis & inanibus fabulis te præſentem adhibuiſti, & leuiores audiuiſti narrationes, non eſt cur hæc grauia contemnas, aut ea noſſe recuſes, ex quibus tua pendet ſalus. Non eſt anima nobilis, cui non inſit veritatis amor: non eſt homo, qui nolit ſaluus fieri. Audi ergo qui generoſus es, audi quæ te ſaluare poſſunt. Quid eſt inter Turcos, & Chriſtianos controuerſiæ, in quo ſimul contendimus? quæ diſſidij cauſa? Sane non alius diſcordiæ fons eſt, niſi quia circa diuinitatem non eadem ſapimus. De Patre, de Filio, de Spiritu ſancto contendimus, hoc eſt præcipuum diſſidium, quo ſublato facile omnia contemnentur. Attingemus hæc, &, quæ ſit inter nos de diuinitate diſſenſio latius exponemus,

Conſentiunt vnũ eſſe Deũ creatore cæli & terræ.

61 Nos in Deo tres dicimus perſonas Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum; vos vnam tantum, quam nec patrem nec filium dicitis ſed Deum tantummodo appellatis, & hunc vnicum eſſe dicitis creatorem cœli & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt. Nulla eſt de vnitate contentio: non latent nos verba Moyſi dicentis in exordio legis: *Audi Iſrael dominus Deus tuus vnus eſt*: & rurſus in lege ſcriptum eſt: *Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: non erunt tibi dij alij præter me.* Et rurſus: *Ego ſum, qui ſum; & ſi quæſierint nomen meum, vade & dic eis: Qui eſt miſit me ad vos.* Et in cantico exodi dicitur: *Dominus omnipotens nomen eius.* Quæ teſtimonia vnum eſſe Deum, & vnum dominum manifeſte declarant, & vnam poteſtatem, & vnam naturam. Nomen fatemur idem, quod vos: hæc amicitia eſt atque concordia, nobis vnus Deus eſt; nam Deus naturæ, dominus poteſtatis nomen eſt nobis vnum. Dicitis principium omnium rerum eſſe Deum: nos idem affirmamus; in quo igitur diſſentimus? Multa ſunt, quæ de Deo aliter Chriſtiani dicunt, aliter Saraceni ſeu Turci: vos Deum corporeum dicitis, nos incorporeum. Vos fortuita eſſe, quæ hic in terra geruntur, arbitramini, nec curare de his Deum: nos gubernare eum, qui creauit omnia non dubitamus.

Diſſentiunt dũ aiunt ex Alcorano corporeum & prouidentiam negant.

Vos Deum Patrem in diuinitate negatis: nos Patrem & Filium cognoſcimus. Vos Spiritum ſanctum ex diuina maieſtate reijcitis: nos ponimus & veneramur. Mittamus alia, hoc aggrediamur, in quo plus ponderis eſt.

Ineptiæ eorũ cur negent Dei filiũ.

Nos Chriſtum Dei filium dicimus: vos negatis; cur negatis? Sane quia nec vxorem habet Deus, ex qua Filium procreare poſſet; quod ſi vxor fuerit Filioſque genuerit, mundus, qui vnius imperio regitur, in plures diuiſus dominos, diu ſtare non poſſet: in vnitate concordia eſt, quæ ſeruat imperia; in pluralitate

Digitized by Google

tate diſcordia, quæ maxima regna ſubuertit. Sed quis tam rudis, tam vecors, tam demens Chriſtianus eſt, qui generare Deum ex connubio & permixtione fœminæ arbitretur? Non ſumus adeo hebetes Chriſtiani, vt tantum nefas admirramus. Saracenis ſuaderi hoc poſſet, qui Deo & corpus, & caput, & manus, & cætera membra concedunt. Nos Deum ſpiritum eſſe aſſerimus, incorporeum, immortalem, æternum & incomprehenſibilem, qui dum ſeipſum intelligit in mente ſua Verbum concipit, quod nos Filium Dei eſſe dicimus, nec aliud eſt in Deo ſeipſum noſſe atque intelligere, quam Deum eſſe, nihil etenim in Deo niſi Deus: Deum autem cuius eſt Verbum nominamus Patrem, & proceſſum ipſius Verbi generationem Filij dicimus.

Doceatur Mahometes vt gignatur Verbum.

62 Nec veritas hæc de Verbo Dei apud Chriſtianos tantum illuxit: gentiles philoſophi ante Chriſti aduentum eadem, quæ nos aſſerimus, nonnulli affirmauerunt, ſi quidem Platonici in ſuis libris aperte dicernnt, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, & reliqua ferme omnia comprobant de Verbo Dei, quæ Ioannes in euangelio ſuo tradit vſque ad incarnationem Verbi, quam ignorant; quia nondum natus erat Chriſtus, & alta legis myſteria abſconderat Deus a ſapientibus huius ſæculi, quæ reuelauit paruulis. Quod igitur Platonici Verbum Dei nominant, & Deum eſſe dicunt, nos Filium vocamus ex Deo genitum, & Deum eſſe fatemur, nec ruinam mundi ex Filij generatione timemus, quandoquidem vnus dumtaxat Filius eſt: Pater & Filius vnum ſunt, vna poteſtas, vna voluntas, vna maieſtas, nec Verbum conceptum ab intellectu concipiente diſcordat.

Myſteriũ hoc agnitum a Platonicis ex traditione vetuſta.

Vt non tamẽ ſit inter Patrem Filiumque diſſenſio.

63 Obſcura hæc videbuntur: at ſi voles præſto erunt, qui lumen afferant, & apertiſſima omnia reddant. Tu ſolem hunc corporeum cernis, qui noctem abiens efficit, rediens hic a ſeipſo lucis producit radios: hæc productio generatio quædam eſt in ſole, & radij filij ſolis non inconuenienter vocantur: quæ ſimilitudo quamuis multifarie eſt inepta (nam ſolis plures ſæpe videmus radios, & Deo vnicus eſt Filius) in eo tamen conuenit, quia vna eſt & ſolis & radiorum ſubſtantia, & vna eſt Patris, & Filij diuinitas atque eſſentia, quamuis comparatio corporalium rerum nulla ſatis eum diuinis æquiparari poteſt. Sed accipe teſtimonia, & quæ ratione non capis, cede auctoritati. Vetus teſtamentum & Iudæis & Chriſtianis & Saracenis commune eſt: *Eructauit*, inquit Dauid ex perſona Dei, *cor meum Verbum bonum*; hoc eſt quod Dei Filium dicimus, & vnigenitum Patris æterni, non ex carnali coniugio aut humano complexu, ſed ex corde Dei, hoc eſt ex intellectu productum aſſerimus; & rurſus: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Hodie dicit, quia Deo nec heri præterit, nec cras imminet, ſed hodie ſemper adeſt, cui præſentia ſunt omnia. Iterum; *Ante luciferum*, inquit, *genui te*. Vt intelligas quia non loquitur de Salomone Dauid, ſed Deus Pater de Filio Deo, quia ante Luciferum nemo fuit, etenim in libro ſapientiæ legimus ſapientiam, quæ Dei filius eſt, dicentem: *Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram: ante montes & colles ego parturiebar*; nunquam enim Pater ſine Filio fuit, nec ſine Patre Filius. Et hoc eſt, quod in Euangelio inquit Ioannes: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Quæ myſteria profunda, & alta cum non intelligeret Arrius, nec Mahometes comprehenderet, negare maluit Dei veritatem, quam ſuam ignorantiam confiteri; & ſuas ineptias imprudenter ingerere, quam aliorum ſapientiam humiliter diſcere. Stulta hæc & damnoſa pertinacia eſt; Deo enim & prophetis oportet credere, & ſi quid eſt cuius rationem non capimus, debemus cum Paulo dicere: *O altitudo diuitiarum ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius!*

Teſtimonia prophetarũ de generatione Verbi.

Cur dicatur genitum hodie & ante Luciferum.

Vel ante abyſſos.

Arrius & Mahometes hoc myſteriũ non intellexere.

Fatentur iuriſconſulti non omnium, quæ a maioribus ſuis inſtituta ſunt rationem reddi poſſe, & tamen legi parendum eſſe, quia ſine cauſa condita non fuit: quanto minus arcana Dei licet agnoſcere: plurimæ ſunt occultæ cauſæ, ad quas nulla potuit curioſitas hominum peruenire: ſicut oculi noctuæ ad ſolem, ita & noſter intuitus ad ea, quæ ſunt diuinitatis. Non eſt ergo mirandum ſi neque generationem Filij, neque Spiritus ſancti proceſſionem, neque Trinitatem in diuinitate intelleait carnalis homo, vel Arrius, vel Mahometes: ſed illud in eis damnabile, ac deteſtabile fuit, quod ſacræ ſcripturæ diuiniſque teſtimonijs non acquieuerunt? Nam quid opus eſt argumentis vbi Deus ipſe loquitur?

Credendum eſt de Deo quod mens nõ capit.

64 De Pythagoreis traditum eſt, quod in diſputando ſoliti erant dicere: *Ipſe dixit*; ipſe autem erat Pythagoras, tanquam eius auctoritati non liceret aduerſari, quanto minus Deo, qui verax eſt, & omnis homo mendax? Sed negabis hæc eſſe Dei, quæ aſſerimus teſtimonia. De his poſterius diſſeremus: nunc de Spiritu ſancto agendum eſt, cui tua lex diuinos honores abrogat: non eſt huiuſmodi erroris Mahometes inuentor: Arrij, & Macedonij hæc olim dementia, ſed eorum virus apud Ægyptios, & Arabes aliquando latuit, & poſtremo auctore Mahomete, & magiſtro eius Sergio late diffuſum eſt. Ne mouearis dum vera loquimur: caue ne ſequaris cæcos: diſce Spiritum ſanctum eſſe Deum, & tertiam in Trinitate perſonam.

Nõ opus argumentorũ vbi diuinum adeſt teſtimoniũ.

Hæreſis negans Trinitatẽ latebat inter Arabes.

Diximus paulo ante, Deum Patrem, dum ſe cognoſcit, Verbum concipere, & Filium gignere; nunc quod ſequitur adijcimus, cognitioni adnexam eſſe appetitiuam quandam operationem, cuius principium voluntas eſt: inter operationes vero, quas voluntas producit, præcipua eſt amare. Adhibe hic aures, & mentem erige in Deo perfectam, & abſolutam fateri cognitionem oportet, & amorem pari modo, cuius proceſſus per appetitiuam operationem exprimitur, ſicut & Verbi generatio per intellectiuam; & alia eſt operatio quæ intelligit, alia quæ appetit: intellectiua ex his completur, quæ ſunt quodammodo in ipſo intelligente, nam ſicut ſenſibilia in ſenſu, ita intelligibilia in intellectu dicimus eſſe: appetitiua autem complementum accipit ſecundum quendam ordinem, vel motum ad eas res, quæ obijciuntur appetitui, & occultum quoddam principium ſui motus habet; ea vero, quæ a principio

Vt proceſſio Spiritus S. per amorem fiat.

pio feruntur arcano ſpiritus nomen acceperunt, namque & ventos ſpiritus dicimus, & in ſcripturis procellarum ſpiritus appellantur, quia non apparet afflationis ſpiritus initium: reſpirationem etiam & arteriarum motum, ab intrinſeco & occulto principio manantem, vocamus ſpiritum, atque hoc modo congruenti quadam ſimilitudine, quantum diuina humanis verbis declarari poſſunt diuinus ipſe amor a Patre Filioque procedens Spiritus dictus eſt. In nobis duplici ex cauſa procedit amor, aliquando ex corporea & materiali natura, & is plerumque immundus eſt, & menti noxius: aliquando ex ipſa proprietate ſpiritualis naturæ, cum bona intelligibilia, & rationi conuenientia adamamus: & hic purus eſt amor, & laudabilis & animæ ſalutaris.

Cur ſpiritus nomē illi inditum.

Amor duplex materialis & ſpiritualis.

In Deo corporalis amor ſeu materialis locum non habet, ſed ille tantum reperitur, qui ſimplex eſt & nitidiſſimus & puriſſimus, quem Spiritum ſanctum appellamus, nec nos intellectuali ſancto amore quidquam proſequimur, niſi quod intellectu concipimus: conceptio autem, vt diximus, quæ fit intellectu, verbum eſt, atque ita neceſſe eſt amorem ex verbo oriri. Amat enim Deus, quod de ſeipſo intelligit, id eſt Verbum, quod concipit intelligendo, Verbum autem Dei dicimus Filium Dei, qui & ipſe patrem nouit & amat, atque ita fit, vt amor ipſe, cui ſanctus Spiritus eſt nomen, ex Patre Filioque procedit, ſitque cum Patre & Filio pariter Deus: nam ſicut diuinam intelligere eſſentiam diuinitatis eſt, ita & amare: & ſicut Deus ſe ſemper intelligit, ita & ſe ſemper amat, & omnia amat, ſuam bonitatem dum amat: rurſuſque ſicut Dei Filius, qui eſt Verbum Dei in natura diuina ſubſiſtens Patri coæternus, perfectus & vnus Deus eſt: ita & Spiritus ſanctus Deus eſt, Patri & Filio coæqualis & coæternus. Et quia omne quod ſubſiſtit in natura intelligibili apud nos perſona dicitur, apud Græcos hypoſtaſis, conſequens eſt, vt tres perſonas in diuinitate ponamus, quia tres ſunt ſubſiſtentes Pater, & Verbum, & Spiritus ſanctus, neque perſonas dicimus eſſe per eſſentiam diuerſas, ſed per ſolas relationes diſtinctas, quæ ex proceſſione Verbi & amoris proueniunt.

In Deo tantum ſpiritualis eſt.

65 Atque in hunc modum Chriſtiana religio diuinitus illuſtrata diſtinctas tres perſonas confitetur in diuinis, non tres Deos, ſicut Mahometes falſo opinatus eſt; ſed Patrem, & Filium & Spiritum ſanctum eſſe ab æterno Deum aſſerimus; nec tamen ipſum Patrem qui Filius eſt, nec Filium qui Pater eſt, nec Spiritum ſanctum qui Pater eſt, aut Filius: vna eſt enim Patris, & Filij, & Spiritus ſancti eſſentia, in qua non eſt aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus ſanctus, quamuis in perſonis alium Patrem, alium Filium, alium Spiritum ſanctum diuina docente auctoritate dicamus. Nec ſimilitudo in his, quæ creata ſunt, ſummæ deeſt Trinitatis: *Inuiſibilia Dei*, ſicut Apoſtolus ait, *per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus, ac diuinitas*; relucet quippe in anima noſtra quædam diuinæ Trinitatis imago, eſt enim anima noſtra ſubſtantia quædam incorporea, & ratione prædita, & actus quidam ſiue forma organici corporis, quæ, dum corpus mouet & regit, ſui meminit, ſe intelligit, & ſe diligit: quibus in rebus quædam apparet trinitas memoriæ, intelligentiæ, & amoris, & tria hæc ad ſeipſa referuntur, quia non eſt amor ſine memoria, nec memoria ſine notitia: nam quis meminit aut amat quod neſcit: inſeparabilia ſunt hæc a ſemetipſis, & tamen quodlibet eorum & ſimul omnia vna eſſentia ſunt, & vna vita in anima vna. Differunt quia memoria non eſt intelligentia, vel voluntas: nec intelligentia voluntas, ſiue amor. Quod ſi diligenter inſpicias, inuenies ſummæ illius Trinitatis atque vnitatis veſtigium, & imaginem quandam, quamuis imparem; quicumque enim ſempiternam, & incommutabilem naturam per memoriam reminiſcitur, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem, profecto reperit in ſeipſo ſummæ Trinitatis imaginem, non tamen omnino ſimilem, ſed qualemcumque, ita vt in ſimilitudine magna inueniatur diſſimilitudo: etſi enim homo meminit, intelligit, & diligit; non tamen memoria eſt, nec intelligentia, nec dilectio, ſed ſunt hæc in eo, & in vna ſubſtantia; non ſicut accidentia in ſubiectis, quæ poſſunt abeſſe, ſed ſubſtantialiter exiſtunt in anima: & vnus homo eſt, qui habet hæc tria, non ipſe eſt hæc tria: in ſimplici vero natura, quæ Deus eſt, quamuis vnus ſit Deus, tres tamen perſonæ ſunt, vt dictum eſt, & ipſe Deus eſt & tres perſonæ, ſed illud ſatis ad rem noſtram eſt, quia tria hæc aliquo modo vnum ſunt.

Vt non ſint tres dij licet ſint tres perſonæ diuinæ.

Non eſt aliud pater aliud filius aliud Spiritus S. licet ſit alius ...

Vt imago Trinitatis eluceat in anima rationali.

At in ſimilitudine magna eſt diſſimilitudo.

66 Reperitur & ſub alijs nominibus, & alio modo in noſtra natura illius ſummæ, & ineffabilis Trinitatis imago. Nam mens, & notitia eius, & amor ſunt tria quædam; mens enim nouit ſe, & amat ſe, nec amare ſe poteſt niſi etiam nouerit ſe, duo quædam ſunt mens, & notitia eius, duo enim ſunt mens, & amor eius; cum ſe nouit mens, & ſe amat manet trinitas, ſcilicet mens, amor, & notitia: & hæc tria quamuis diſtincta inuicem ſint, vnum tamen eſſe dicuntur, quia in anima ſubſtantialiter exiſtunt: & eſt ipſa mens quaſi parens: & notitia eius quaſi proles eius: mens enim cum ſe cognoſcit notitiam ſui gignit, & eſt ſola parens ſuæ notitiæ: tertius eſt amor, qui de ipſa mente, & notitia procedit, dum mens cognoſcens ſe diligit ſe, non enim poſſet ſe diligere, niſi cognoſceret, amat enim placitam prolem notitiam ſuam, & ita amor quidam complexus eſt parentis & prolis: nec minor eſt amor parente & prole, id eſt mente & notitia, cum tantum ſe diligat mens, quantum ſe nouit & quanta eſt. Conſiderat hæc rationalis homo, & videns tria in vna eſſentia concurrere extendit ſe ad contemplationem Creatoris, & intelligit vnitatem in trinitate, & trinitatem in vnitate, & vnum Deum colit, vnam eſſentiam, & vnum principium, ſicut & patriarchæ & prophetæ atque Apoſtoli tradiderunt.

Alia Trinitatis imago ſumpta ex mente notitia & amore.

Vnicum eſt mūdi principiū quia vnica eſt perſonarum eſſentia.

67 Sed audiamus tandem ipſos, & diuinæ legis auctoritatem, & teſtimonia in medium afferamus, ſine quibus omnis eſt vana argumentatio. Deum Patrem omnes ſacræ literæ confitentur, & Dei nomen paternitatem ad omnia refert, & ſi Filium dicimus, non poſſumus Patrem negare: De Filio adducta ſunt teſtimonia legis. Ergo & Pater oſtenſus eſt, ſicut & Saluator ait: *Philippe qui videt me, videt & Patrem meum*. Nunc de Spiritu ſancto quod cœpimus proſequendum eſt. In geneſi legimus quia: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*;

Veteres prophetę Deū patrem dixere ergo & filium aſſeruit.

Digitized by Google

Teſtimonia veteris teſtamenti de Spiritu S.

aquas; quis tunc Dominus niſi Deus fuit? & cuius Spiritus niſi Dei? & quomodo Dei Spiritus niſi Deus? Deus eſt quidquid Dei eſt, nec aliud illi immixtum eſt, incompoſitus eſt, ſimplex eſt, & purus Deus. In Iob ſcriptum eſt: *Spiritus Domini fecit me, & ſpiraculum omnipotentis Dei viuificat me*. Dei ſunt hæc opera non hominis, quis fecit hominem niſi Deus? aut viuificauit hominem niſi Deus? Eſt igitur Spiritus Domini, propter quod dictum eſt in pſalmo: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis*. Quis Spiritus niſi Deus, cui cœlum ſedes eſt, & terra ſcabellum pedibus eius? & apud poetas: *Deum namque ire per omnes, & terras tractuſque maris cœlumque profundum*; traditum eſt. Et rurſus: *Eſtne Dei ſedes niſi terra, & pontus, & aer, & cœlum, & virtus?* Propter quod recte inquit Dauid: *Quo ibo a Spiritu tuo?* oſtendens non eſſe locum, in quo poſſit fugere Spiritum Domini, qui eſt vbique: eſſe autem vbique, implere, & continere mundum ſoli Deo tributum eſt. Deus igitur ſanctus Spiritus eſt, qui hæc peragit, & futura prænoſcit, & prædicit ſicut ſcriptum eſt: *Reſponſum accepit Symeon a Spiritu ſancto, quia non moreretur niſi videret Chriſtum Domini*; non eſt cur Deum negemus, qui Dei efficit opera, non igitur ſolus Pater Deus eſt, neque ſolus Filius, ſed Spiritus ſanctus cum Patre ſimul, & Filio Deus eſt, quia non aduerſatur rationi Trinitas perſonarum in vnitate diuinitatis, quem admodum ſuperius oſtenſum eſt.

Teſtimonium Moſis de Trinitate.

Sed iam Trinitatem ipſam e ſacris codicibus demonſtremus, & Moſen ante omnes audiamus, cuius hæc ſunt verba in capite libri, quem geneſim noſtri vocant: *In principio creauit Deus cœlum & terram, terra autem erat inanis, & vacua, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*. Tria commemorat, Deum, principium, & ſpiritum; ideo in Deo Patrem intelligimus, in principio Filium, in ſpiritu domini Spiritum ſanctum, & accipitur hoc in loco principium pro Filio, ſicut in pſalmis de ſuo Filio dicit Deus: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te*: atque ita in exordio naſcentis mundi Trinitas ipſa in diuinis perſonis adducitur. Hic ſi placeret interſeri poſſet de Heloim ſecundum Hieronymum ad Marcellam. Tentans diabolus primos parentes interpoſito ſerpente, & ſuadens, vt edant de ligno prohibito: *Eritis*, inquit, *ſicut dij ſcientes bonum, & malum*; quod perinde accipiendum, ac ſi diceret, eritis ſicut diuinæ perſonæ, quibus ignotum eſt nihil. Et cum eiecit Adam de paradiſo, inquit Dominus: *Ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis*. Quibus nobis? Patri ſcilicet, Filio, & Spiritui ſancto: ſed manifeſtius eadem Trinitas oſtenditur cum dicitur: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*; cum ait faciamus ad noſtram, plures perſonas inducit; cum dicit imaginem, vnitatem diuinitatis oſtendit; nec ſolitarius eſt, cum dicit: *Faciamus*, neque alieno a ſe loquitur qui, *noſtram*, ait. Duo ſunt pluralia verba: *Faciamus* & *noſtram*, vt videatur Pater cum Filio, & Spiritu ſancto miſcere ſermonem, quem non ſono vocis ſed intellectu: quæ ſingularia ſunt, quia vnus eſt Deus, & vna expreſſa eſt diuinitatis eſſentia. Dixerat: *Creauit Deus cœlum, & terram*; mox ſubiungitur: *Faciamus*, & *noſtram*, vt pluralitas in perſonis intelligatur.

Aliud loquentis Dei.

Alia Dauidis teſtimonia.

Idem Pſalmiſta canit regius dum ait: *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Quid manifeſtius dici poteſt? in conditione cœlorum tres perſonæ concurrunt Dominus, Verbum, & Spiritus, Dominus Patrem exprimit, in Verbo Filium accipimus, in Spiritu oris eius Spiritum illum, quem ſanctum vocamus: & rurſus propheta, vt Trinitatem perſonarum in diuinitate cognoſcas, ter Deum inuocat in benedictione: *Benedicat nos*, inquit, *Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ*. Trina Dei confeſſio trinitatem exprimit perſonarum, & cum ſubditur, metuant eum omnes fines terræ, vnitas aperitur diuinitatis. In pſalmo quoque XLIV. multum expreſſe Trinitatem innuit cum dicit Filio: *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi*; & poſtea ſubdit: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus*, ideſt Pater & Spiritus ſanctus, & cum ſequitur, *præ participibus tuis*, myſterium incarnationis aperit, de quo ſuo loco proſequemur.

Alia Iſaiæ.

Iſayas in viſione ſua clamantia introducit ſeraphin: *Sanctus ſanctus ſanctus Dominus Deus Sabaoth*; ter Sanctus ad tres perſonas refertur, & ſemel dominus, & ſemel Deus dicitur, quia vnus eſt dominus vnus eſt Deus. Et rurſus idem vates ex perſona Chriſti loquitur, & dicit: *Dominus meus miſit, & ſpiritus eius*, *Dominus meus*, inquit, id eſt Pater miſit me, ſcilicet Filium, & *Spiritus eius*, qui eſt Spiritus ſanctus. Quis hic non intelligit Trinitatem?

Diſtinctius in nouo teſtamento explicatũ Trinitatis myſterium.

Non latuit prophetas hoc myſterium. Poſſunt & alia plura huiuſmodi teſtimonia ex veteri teſtamento afferri, quæ Trinitatem plane oſtendunt; clarius tamen loquutus eſt in euangelio Dominus, qui cum in orbem mitteret diſcipulos: *Euntes*, inquit, *docete omnes gentes, & baptizate eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. tres nominauit perſonas: in nomine dixit, non in nominibus, vt eſſentiæ vnitatem in perſonarum trinitate monſtraret. Et Ioannes euangeliſta, qui de pectore Domini veritatem hauſit, in epiſtola ſua inquit: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt*. Et Apoſtolus Paulus: *Miſit*, inquit, *Spiritum Filij ſui in corda veſtra*. Et alibi: *Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum habitat in vobis*. Et iterum: *Ex ipſo*, inquit, *& per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi honor & gloria*; ex ipſo dicit propter Patrem, & per ipſum propter Filium, in ipſo propter Spiritum ſanctum: non dicit ex ipſis, aut per ipſos, ſiue in ipſis, ſed ipſi honor & gloria, inquit, vt Trinitatem ſimul, & vnitatem cognoſceremus; atque his teſtimonijs, & auctoritatibus illuminata eſt deſuper Chriſtiana religio; ſumma enim fiducia confitetur, & prædicat vnum eſſe Deum, qui eſt cauſa cauſarum, principium, & finis omnium rerum, & omnis auctor creaturæ, ſummum bonum, & nihilominus tres perſonas in Deo recognoſcit, & trinitatem in vnitate veneratur, cui qui aduerſatur ſalutis expertem ſe reddet, & ambulat in tenebris & veritas non eſt in eo. Tu vero ſi ſapias de tenebris emerges, & candida luce perfuſus ſacratiſſimam Trinitatem, & cognoſcendo coles, & colendo cognoſces, nec aduerſaberis ſacroſancto euangelio, in quo legitur: *Verbum caro factum eſt*.

Vnum principiũ, vnus finis vnus omnium cauſa cõſeruans in Trinitate perſonarum.

Neget

Digitized by Google

Argutia Mahometis cur incarnationem verbi negat.

68 Negat tuus legiſer incarnationem Verbi: *Nam cur*, inquit, *factus eſt Deus homo, & in ligno crucis paſſus, qui alio modo humanum genus redimere poterat?* Negat tua lex Chriſti necem, & alium ſuo loco interſectum exiſtimat, nec Deum incarnatum cognoſcit, neque crucifixum, aut mortuum. Nos vtrumque prædicamus, quia factus eſt homo Deus, & paſſus eſt, & propter ſalutem hominis hæc facta eſſe teſtamur; ait enim de ſe ipſo Dominus: *Venit Filius hominis ſaluare, quod perierat*. Conſtabat primi parentis errato omnes homines culpa teneri, clauſa erat paradiſi porta, nec mortalibus patebat in cœlum aditus: decebat ſummam Dei bonitatem hominem, qui ceciderat, reparare, nec miſerum eſſe perpetuo ſinere, qui ad beatitudinem perfruendam creatus fuerat: ſed obſtabat iuſtitia Dei, quæ pro peccato ſatisfactionem exigebat: dignus erat infinita pœna qui maieſtatem offenderat infinitam, nec homo tanti erat, vt infinitam poſſet redimere culpam: ſtabat hinc diuina iuſtitia vltionem petens, illinc diuina bonitas miſerandum eſſe contendens, audienda fuit vtraque vox, quia *vniuerſa via Domini miſericordia, & veritas*. Quare etſi poterat Deus aliter humanæ imbecillitati conſulere, eſt enim omnipotens; hic tamen conuenientiſſimus fuit modus, quem elegit, vt aſſumpta humana natura, ipſe pœnas ſolueret. Factus eſt Deus homo, vt homo fieret Deus: *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit*; coniuncta eſt humanitas diuinitati, vt acciperet de plenitudine bonitatis, quod ſuæ defectum ſuppleret infirmitatis. Fuit hic modus ſaluandi humani generis diuinæ bonitati conueniens: ſatisfactum eſt iuſtitiæ ſimul, & miſericordiæ: ſatisfactum eſt amori & odio; placuit hoc diuinæ potentiæ, quæ omnem defectum noſtrum ſua virtute ſuperat: placuit & ſapientiæ, quæ nihil fruſtra, nihil non decenter, ac conuenientiſſime facit, & licet neceſſitate abſoluta, qua neceſſarium dicimus, ſine quo aliud eſſe non poteſt, incarnatio Verbi neceſſaria non fuit, eo tamen modo, quo neceſſarium accipitur, in quo conuenientius & congruentius peruenitur ad finem, dicere non pudet ad reparationem hominis incarnationem Filij Dei neceſſariam fuiſſe: *Ego ſum Deus, ego ſum Dominus, & non eſt abſque me ſaluator*; ex perſona Chriſti inquit Iſaias, quia non poterat homo ſaluare ſeipſum, & neceſſarium fuit, vt homo fieret Deus, & Deus homo ſaluaret hominem: propter quod pulcherrime, & ad propoſitum aptiſſime innuit ex noſtris prædeceſſoribus vnus in hunc modum de myſterio diuinæ incarnationis: *Suſcipitur a maieſtate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad pendendum conditionis noſtræ debitum natura inuiolabilis eſt vnita paſſibili, Deuſque verus, & homo verus in vnitate temperatur, vt quod noſtris remedijs congruebat, vnus atque idem hominum Deique mediator & mori ex vno, & reſurgere poſſet ex altero; niſi enim eſſet verus Deus, non afferret remedium, niſi eſſet verus homo non præberet exemplum*. Intelligis quam conuenienter Filius Dei carnem aſſumpſerit vt Deus, & mortem obiret vt homo.

Diſſoluitur.

Infinita pœna dignus homo eam luere nō poterat.

Modus redēptionis maxime conueniens.

QuiDeus idem & Saluator ex Iſaia.

D. Leonis inſignis ſententia.

Iſaiæ de incarnatione verbi teſtimonium.

69 Sed quæris teſtimonia antiquæ legis? non negabimus, præſto ſunt. *Ecce*, inquit Iſaias, *Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel*, quod interpretatur, *nobiſcum Deus*; quomodo nobiſcum Deus, niſi quia *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*? & iterum eiuſdem prophetæ verba ſunt: *Puer natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis*. An non ſic myſterium incarnationis plane oſtenditur, & quæ tunc futura erant tanquam præterita manifeſtantur? *Puer*, inquit, *natus eſt nobis*, quia natus eſt in humana paruitate, *& datus eſt Filius*, quemadmodum Ioannes ait: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret*, datus eſt Chriſtus ex diuinitate, natus ex humanitate, natus ex Virgine: *cuius imperium ſuper humerum eius*. Quod eſt imperium Chriſti niſi lignum crucis, in quo pependit? mundum vicit, aereas poteſtates debellauit, & ſubacto triumphatoque diabolo, in regnum ſuum potenter intrauit; *oportuit enim Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam*; vt habetur in euangelio Lucæ. Imperium igitur ſuper humerum eius fuit, quia crucem ſuam ſuis geſtauit humeris, quamuis eo fatigato Simon Cyrenæus angariatus ſit eam tollere. Dicitur admirabilis propter ſigna, & prodigia, quæ fecit, lumen cæcis, auditum ſurdis, claudis ambulationem, debilibus fortitudinem, & mortuis vitam reſtituens. Conſiliarius appellatur propter euangelica conſilia, quæ adiecit antiquæ legi. Deus aſſeritur, ne putares purum hominem natum, nam Deus humanæ naturæ coniunctus eſt. Fortis, quia ſpoliauit infernum, & portas æreas confregit, & vectes ferreos diſſipauit. Pater futuri ſæculi, quia cœlum aperuit electis, & regnum homini præparauit æternum poſt hanc vitam in cœleſti Ieruſalem. Princeps pacis, quia nato Chriſto clauſum eſt apud Romanos templum Iani, & mira pax eſt orta, & *Gloria in excelſis Deo*, cantauerunt angeli, *& in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; vnde dicit & alio loco idem Iſaias incarnationem Verbi: *Dominus iudex noſter, Dominus legiſer noſter: Dominus Rex noſter ipſe veniet, & ſaluabit nos*; quod perinde accipiendum eſt, ac ſi dicat carnem accipiet, & mortem pro nobis ſubibit. Et ruſus: *Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael*, Saluator abſconditus inquit, quia in carne latuit Saluator Iſrael, quia ſua morte noſtram mortem redimit; & ne putes temporalem eſſe ſalutem ſaluationis genus addidit: *Iſrael ſaluatus eſt*, inquit, *in Domino in virtute Domini*; & ſubdit, *ſalute æterna*, quam conſecuti ſunt omnes, qui ex Iſrael Chriſto crediderunt. Apertiſſimum eſt teſtimonium Iſaiæ. Sed audi Ieremiam; ſua ſunt hæc verba: *Ecce dies venient, dicit Dominus, & ſuſcitabo germen iuſtum ex ſemine Dauid, & regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam; & in diebus illis ſaluabitur Iuda, & habitabit Iſrael confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Deus, iuſtus noſter*. Conſidera verba, & attende myſteria. *Suſcitabo*, inquit, *germen iuſtum*; id eſt Chriſtum ſanctum & iuſtum: *Ex ſemine Dauid*, ſecundum carnem, quia ex proſapia regia, & de ſanguine Dauid Maria mater Domini nata eſt: *Et regnabit Rex*; quomodo regnabit? Sane quemadmodum ipſe apud Matthæum in euangelio dicit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*; quod eſt Regem eſſe. *Et ſapiens erit*; ait, ſapientia ſcilicet crea-

Aliud eiuſdem.

Cur dicatur imperiū Chriſti ſuper humerū eius.

Alia de Saluatore futuro teſtimonia Iſaiæ.

Hieremiæ teſtimonium quo Chriſtus vocatur Deus.

creata, quæ hominis eſt, & increata, quæ Dei eſt, & quæ eſt ante ſecula: *Et faciet iudicium diſcretionis, & iuſtitiam diſcuſſionis*, nunc diſcretionis, dum elegit ex mortalibus quos vult, & alios ſuo arbitrio dimittit, & in fine ſæculi iuſtitiam diſcuſſionis, quando reddet vnicuique ſecundum opera ſua: *In diebus illis ſaluabitur Iuda*; id eſt, quicumque crediderint, & baptizati fuerint ſalui erunt: *Et habitabit Iſrael confidenter*; in ſtatu Eccleſiæ triumphantis: *Et hoc eſt nomen, quod vocabunt eum: Deus, iuſtus noſter*; vt ſcias quia Chriſtus ex ſemine Dauid natus eſt non ſolum homo, ſed etiam Deus eſt, nec alteri quam Chriſto hæc verba conuenire poſſunt.

Aliud ex propheta Baruch.

70. Accedat & alius propheta Baruch nomine; quid ille ait? *Hic eſt*, inquit. *Deus noſter & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo: poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt*. Docent hæc omnia incarnationem verbi, & hominem factum Dei filium manifeſtant. Nunc de morte audi, & eos contemnito, qui Chriſtum eſſe tranſlatum, & nondum mortuum, ſed incredibili dementia citra diem ſupremum iudicij eum omnibus angelis interficiendum putant. O nefandam audaciam, & ſtultitiam alias inauditam! Dimittimus Angelos, quorum ſubſtantia incorporea eſt, & immortalis, Chriſtum interfectum negant, & aiunt interficiendum. At Dauid ex perſona Chriſti: *Quæ non rapui tunc*, inquit, *exoluebam*, quia non peccauit, & pœnas dedit, & pro alieno delicto mortem ſubiit, quod manifeſtius Iſaias oſtendit dicens: *Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes enim nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit, & Deus poſuit ſuper eum iniquitatem*, id eſt pœnam pro iniquitatibus expiandis, *omnium noſtrum*. Et ſubditur: *Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum*. Et paulo poſt: *Tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis deputatus eſt, ipſe multorum peccata tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit*. Si vidiſſet propheta paſſionem Chriſti, vix potuiſſet apertius loqui. Nec Ieremias tacuit tormenta Domini, qui eum in ligno crucis ita loquentem inducit: *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus*. Et ipſe Saluator de ſe ait: *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget*. Et iterum: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed vitam æternam habeat*. Et ne de morte dubites, ſcribit euangeliſta: *Cum accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt; & inclinato capite emiſit ſpiritum*. Prophetæ Chriſtum moriturum, & a mortuis ſurrecturum prædixerunt: euangeliſtæ & obijſſe in cruce, & ſepultum reſurrexiſſe tertia die affirmant. Certa res eſt, nihil ambiguitatis habet, veritati omnia conſonant. Reſurrexit Dominus, aſcendit ad cœlum, & venturus eſt iterum, & faciet iudicium in fine ſæculi.

Vt prophetæ prædixerint eum pro peccatis hominum paſſurũ.

Vt Chriſtus ſuam paſſionẽ prædixerit.

Prædixerit & reſurrectionem.

Tua lex hæc non recipit, quia non ſapit de Chriſto, quæ ſapere oportet, cuius alterum aduentum non ſolum euangelium, ſed antiqui etiam vates oſtenderunt, ſicut paulo ante de Ieremia diximus. Conteſtis eius eſt Daniel, dicens: *Ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit*. Et ſequitur: *Et dedit ei poteſtatem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ſeruient ei*. Quibus verbis veri doctores iudicium Chriſti facile inueniunt in fine mundi. Et ipſe Chriſtus de ſeipſo loquitur: *Dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Iſrael*. Et in actibus Apoſtolorum legimus conſtitutum eſſe Chriſtum a Deo Patre viuorum, & mortuorum iudicem. Hæc nos de Deo ſentimus, hæc & firmiter credimus, hæc ſalubriter prædicamus, æternam vitam promittentes omnibus, qui Chriſto credunt, & in Trinitatis nomine baptizati opera faciunt euangelio digna.

Negant Mahometiſtæ aduentum ſecundũ Chriſti.

Contraria prophetarũ teſtimonia.

Quæris quæ ſit iſta vita æterna, quid agat illic homo, qua voluptate lætetur, & quam beatitudinem aſſequatur. Reſpondemus cum euangelio Ioannis: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*. Summa ibi felicitas erit videre Deum in ſua natura, & eius perfrui bonitate gaudium noſtræ mentis erit. Hac ſatiabimur, hac implebimur. Hinc ſumma felicitas erit habere Deum, & Deum cognoſcere: *Videmus enim nunc per ſpeculum*, ait Apoſtolus: *Tunc facie ad faciem*, & in iubilo teſte Iob: *In facie Domini videbimus lumen, & ſatiabimur, cum apparuerit gloria eius*. Et erimus ſibi ſimiles, ſicut ait Ioannes: *Nec oculus vidit*, inquit Iſaias, *nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Dominus diligentibus ſe*. Et Apoſtolus non eſſe dignas paſſiones huius ſæculi dicit ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

De beatitudine hominis & in quo collocetur a Chriſtianis.

71. Tua lex in alia vita flumina lactis, & mellis & vini promittit, & cibaria delicata, & vxores multas, & concubinas, & virginum coitus, & angelorum in turpibus obſequijs miniſteria, & quidquid caro depoſcit. Bouis hæc paradiſus, & aſini potius, quam hominis eſt. Nam quis mortalis eſt, hominis habens faciem, qui per omnem vitam ſuam corpori ſeruiat? quis non aliquando in mentis ſeceſſum abit? quis non paſcit intellectum aliquando, & a ſenſibus recedit ſpeculando. An non eſt honoris, & gloriæ voluptas multo iucundior, & diuturnior, quam veneris? An non dulcior eſt bene actæ vitæ laus, quam cibus ipſe, vel potus? bibit ſapiens atque edit vt viuat, tua lex ideo vitam appetendam homini exiſtimat, vt edat & bibat. Sicut in hoc ſæculo carneus fuit legiſer tuus, ita & in futuro carni ſtudendum putauit: neque curauit ſatiare mentem, cui omne ſtudium fuit implere ventrem, atque in ea re ſummum bonum eſſe putauit, quod neque gentiles philoſophi, præter paucos, admiſiſſent, inter quos fuit ſumma de ſupremo bono diſſenſio: alij in doloris priuatione felicitatem poſuerunt, vt Didonicus *: alij in honeſtate voluptati coniuncta, vt Calypho: alij in ſcientia vt Erilus *: alij in ſola virtute atque honeſtate, vt Zeno & Stoici: alij in bonis animi & corporis & fortunæ, vt Ariſtote-

Quã beatitudinẽ ſuis Mahometes promittat.

+Democritus
+Erophilus

ſtote-

ſtoteles, & Peripatetici: ſoli Ariſtippus, & Epicurus, & eorum ſchola ſummum bonum in voluptate locauerunt, atque his tua lex conformis eſt, qui fæx omnium philoſophorum & fœtidum cœnum fuere, nec tamen in eo errore fuerunt, vt hanc fœlicitatem in altero ſæculo expectarent, quibus futuræ vitæ ſpes nulla fuit mortalem animam exiſtimantium.

Cum Epicuro ſenſit.

72 Noſtri philoſophi ſummum bonum nec in terra nec in ſenſu, ſed in cœlo, & in Deo quærendum cenſent, & eo ſatiandam mentem exiſtimant, & natura inſtituit nos, vt cœlum aſpicientes eo votis omnibus aſpiremus, ſicut eſt illud poeticum:

Os homini ſublime dedit cœlumque tueri
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Quis neſcit finem his præſtare, quæ ſunt ad finem? omnia hæc corporea oblectamenta eo reperta ſunt, vt ſpes hominis conſeruari & in ſuum finem per hæc adduci poſſet: quis aut ederet, aut biberet, aut procreandis liberis operam daret, niſi eſſet in his aliqua delectatio; at hæc non eſt finis hominis, qui ad Deum factus eſt, & niſi ad Deum veniat, nunquam quieſcit, nec per carnales delectationes ad Deum ipſum peruenitur; ſed quanto his magis immerſus eſt homo, tanto eſt ab ipſo Deo remotior, qui aliquando eo beatior exiſtit, quanto angelicæ diuinæque naturæ magis, ac magis adhæret, nec curat carnalia deſideria, qui bonis fruitur ſpiritualibus: ſicut ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt, ſic deliciæ ſpirituales carnalibus non cohærent. Trahunt illæ ad ſe humanam naturam, & totam in ſe rapiunt, nec ſentire ſinunt niſi quæ caro appetit: Guſtato ſpiritu deſipit omnia caro, vt inquit vnus ex noſtris. Tua lex in paradiſo voluptates admittit, quas nec Solon, nec Lycurgus permiſit in terra: quot fœditates de cibo, & potu & alijs voluptatibus oriuntur, quas in paradiſo nefas fuerit nominare? aut enim gignerentur ſine fine homines, & implerent omnia nunquam morituri, aut fruſtra eſſet permixtio maris & fœminæ ſine fructu, quæ etiam in hoc mundo damnatur.

Demonſtratur carnalem voluptatem non eſſe finẽ hominis.

Refellitur Sultanus Mahometus paradiſus

73 Dicis: Quid ergo fœminis opus eſt, ſi non eſt coitus? dicimus & nos, quid opus eſt coitu ſi non eſt generatio? propter voluptatem dices? At hæc fœda voluptas eſt & indigna, quæ paradiſum non ingreditur, nam quomodo illic permiſſa erit hæc turpitudo, quæ hic tanquam obſcœna prohibetur, & tantum propter ſobolem, aut euitandi maioris mali cauſa permittitur. Hippocrates diuinæ vir ſcientiæ venereum coitum partem eſſe quandam morbi teterrimi exiſtimabat, quem noſtri comitialem dixerunt. Quis igitur habens aliquid humani pudoris, ac vt verbis cuiuſdam gentilis vtamur, voluptatibus illis duabus coeundi atque comedendi, quæ homini cum ſue atque aſino communes ſunt, gratuletur? Non ſunt hæc quæ pia mens in cœlo requirat. Dicis iterum. Non plena erit felicitas in paradiſo, ſi aliquod defuerit oblectamenti genus: ergo vt exiſtimas, cum varijs rebus oblectentur homines ſaltatione, venatione, piſcatione, ludo, luctu, cantu, cibo, potu, venere, & alijs quampluribus, eadem omnia in paradiſo tuo requires, & cum Virgilio dices:

Quæ gratia curſus
Armorumque fuit viuis, quæ cura nitentes
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

74 Vana hæc philoſophia eſt, quam nulla vnquam ciuitas bene inſtituta recepit. Nos, vt diximus, mentis gaudia & ſpirituales delitias quærimus. Beatitudo noſtra, quam expectamus in altera vita, eſt ipſa Dei viſio, qua nihil optabilius inueniri poteſt. Videbit enim beatus animus quæ ſunt in cœlo, & quæ ſub cœlo; quid erit quod eius aſpectum fugiat, qui videbit videntem omnia? quæ nunc videntur obſcura de Deo, de Trinitate, de incarnatione Verbi, de proceſſione Spiritus ſancti, de ſacramentis Eccleſiæ, de cæteris arcanis, tunc aperta erunt & manifeſta, nullum deerit oblectamentum, nihil requiret vltra plenus animus; nam quid pleno opus eſt? nihil illi deeſt, qui nihil cupit: deſideria noſtra implebit optimus, ac maximus Deus, in quo omnia bona ſunt, nec vllum cupiditatibus noſtris relinquet locum. Erit Deus omnia in omnibus, qui ſine fine amabitur, ſine defatigatione laudabitur. Quæ lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit illius ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia? Angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari. Neque illic beatitudo humani corporis in epulis erit aut in vino, aut in coitu. Ex redundantia beatitudinis animæ glorificabitur corpus ipſum & ſimilitudinem eius induet: fulgebit tanquam ſol in conſpectu Dei, tenuitati eius nulla reſiſtet materia, leuitas & agilitas infinita ſpatia in ictu oculi permeabit, nihil erit quo amplius lædi poſſit: inuiolabile erit, & impaſſibile more animæ; & ita totus homo exultabit; & dicet cum propheta: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Nec fruſtra erit differentia ſexuum, aut artus reliqui ſuperfluent: reſurgent viri & fœminæ integris membris, & non ſolum in ſpecie, ſed in ipſo indiuiduo humanæ naturæ perfectio redintegrabitur: nec tamen animales operationes aderunt, nec commixtio maris, & fœminæ, quia ceſſabit cauſa, propter quam fuerat introducta, erit enim completa multitudo hominum a Deo præfinita, nec vllus erit carnalis appetitus, nec pulſabit tentatio: inimici non patebit inſidijs locus: cum peruentum fuerit ad triumphum, pax ibi fiet, inconcuſſa quies, & ſumma concordia vigebit.

Vt Beatitudo locanda ſit in viſione & amore Dei.

Quanta illa futura ſit.

In corpore impaſſibili deerunt paſſiones animales.

75 Vides inter tuam, & noſtram beatitudinem quantum intereſt? noſtra felicitas nobiliori hominis parti, id eſt, animæ reſpondet, tua viliori, id eſt, corpori; noſtra mentalis eſt, tua carnalis: noſtra fulgens & nitida, tua obſcura & fœtida: noſtra cum angelis ipſi Deo communis eſt, tua cum ſuibus & alijs pecoribus: noſtram docti omnes laudant, tuam vituperant: noſtra cœlo digna eſt, tua etiam in terra reprehenditur. Sed dices, ſacris etiam codicibus conuiuia reperiri, quæ futura videntur in cœleſti Ieruſalem potu ciboque plena, inquit enim Iſaias: *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium.* Et in ſapientia legimus: *Miſcuit vinum, & poſuit menſam.* Et iterum: *Venite & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.* Et in Eccleſiaſtico: *Cibauit illum Deus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ potauit illum.* Et

Beatitudo Mahometanorum communis cũ porcis fingitur.

Cur cibi & potus a prophetis mentio fiat in regno Dei.

Dominus apud Lucam : *Ego*, inquit, *diſpono vobis regnum , ſicut diſpoſuit mihi Pater meus , vt edatis , & bibatis ſuper menſam meam in regno meo* . Omnia hæc & his ſimilia ſpiritualem habent intelligentiam, quia de menſa ipſa ſapientiæ non corporalis vel cibus, vel potus aſſumitur, ſed mentalis , qui ſuauiſſimus eſt, ac mundiſſimus , & hic eſt, quem nos expectamus in futuro ſæculo : Tanto eſt igitur noſtra dignior , quam tua, felicitas , quanto nobilior , & diuinæ beatitudini propinquior . Sed attingamus nonnullas alias tuæ legis ineptias, quæ tum ſacris literis aduerſantur , tum philoſophicas rationes excludunt .

Tribuit Deo Mahometes corpus frigidius glacie.

76 Dicit legiſer tuus, quod tetigit eum Deus manu ſua inter humeros, & vſque ad medullam dorſi eius penetrauit frigus, quod perinde eſt, ac ſi corporeum eſſe Deum affirmet , quia tactus non eſt niſi per corpus, nos incorporeum dicimus Deum . Ait enim Iſaias ex ore Dei : *Ego cælum & terram impleo* ; quod non poſſet fieri ſi corporeus eſſet ; & propterea dicit in pſalmis Dauid ; *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum* ; *Spiritus* , inquit, *Domini* , *non corpus Domini* . Et Ioannes in Euangelio ; *Spiritus eſt Deus* . Philoſophi Deum purum actum dicunt eſſe , principium omnium rerum, naturæ omnino ſimplicis & æternæ ; quod ſi corporeus eſſet , eſſet compoſitus ex elementis aut alia materia, & poſterior ſuis partibus , neque ſimplex , neque purus, neque origo rerum; & creaturas haberet ex ſeipſo excellentiores , angelos ſcilicet (nobiliora ſunt enim ſpiritualia, quam corporea) quod eſt opinari abſurdum , ne dicam aſſerere : nec ſimul ſtare poteſt , vt cauſa cauſarum ſit Deus , ſicut philoſophi volunt, & compoſitus inueniatur ; eſſet enim ab alio compoſitus , & illum nos potius diceremus Deum , qui eum compoſuiſſet : non eſt igitur corporeus Deus, quia compoſitus non eſt . Nec mouemur quia in ſacris literis , & caput , & manus, & pedes , & oculi , & digiti , & cor , & venter , & huiuſmodi attribuantur Deo ; vtitur enim Spiritus ſanctus , qui loquitur in ſcripturis , vocabulis , quæ ſunt in vſu per ſimilitudinem quandam , ſicut dicit Ezechiel ex perſona Dei : *Ego viſionem multiplicaui , & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum eis* ; eſt enim naturale homini per ſenſibilia ad intelligibilia peruenire , & omnis noſtra cognitio a ſenſu capit exordium . At idcirco ſpiritualia nobis in ſacris codicibus ſub metaphora corporalium exhibentur, quodque ita ſit, vt etiam rudes aliquid capiant , qui alioquin eſſent diuinæ ſapientiæ minus idonei auditores .

Si Deus compoſitus eſt partibus ſuis poſterior eſt .

Compoſitor potius illius Deus putandus .

Cur mẽbra Deo tribuant aliquãdo prophetę

Fingit Mahometes Deum eſſe auctorem peccati.

77 Dixit præterea tuus Mahometes, omnium peccatorum cauſam eſſe Deum , & exclamans his verbis vtitur : *O Deus, quibus vis bonam , quibus vis malam viam præbes* ; nos mortale peccatum auerſionem quandam dicimus ab vltimo fine , nec poſſibile cenſemus Deum , qui vltimus finis eſt, voluntatem cuipiam a ſe auertere , eſſet enim ſibi ipſi contrarius; & ſi Deus omnia diligit quæcumque fecit , vt eſt illud ſapientiæ : *Diligis omnia quæ ſunt , & nihil odiſti eorum , quæ feciſti* ; quomodo conſentaneum eſt , vt peccati cauſa ſit ipſe Deus , cui dixit in pſalmo Dauid : *Odiſti omnes , qui operantur iniquitatem* ? & in eccleſiaſtico legimus : *Omne detrimentum erroris odit Deus* ; contraria ſunt amor, & odium . Audi vlterius intolerabilem tuæ legis errorem : *Si nobis* , inquit , *aduerſa incumbunt , incubuerunt & cæteris , ſunt enim iſta dies caſus , & fortuna* . Negat diuinam prouidentiam curare mortalia ; nos de diuina ſapientia dicimus, quod *attingit a fine vſque ad finem fortiter , & diſponit omnia ſuauiter* . Nec ſummæ Dei bonitati conuenit ea negligere , quæ creauit ; propter quod inquit per Matthæum Dominus : *Omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt* .

Refellitur blaſphemus error ,

Negat Mahometes diuinam prouidentiã .

78 Addit Mahometes angelos creatos ex flamma ignis , & peccare , & mortuos eſſe . Nos cum propheta dicimus , quod Deus fecit angelos ſuos ſpiritus , & creauit eos ex nihilo ; & philoſophos nobiſcum ſentientes habemus , qui omnes angelos , quos vocant intelligentias, incorporeos eſſe dixerunt : nec peccatum in angelis reperiri poſſe cenſemus, qui Deum in eſſentia videntem omnia vident , & omnia intelligunt ad ſuam perfectionem neceſſaria : nec eſt in eis ignorantia, peccati mater , nec ſubiectam corruptioni angelicam naturam arbitramur, quia non eſt materia , quæ ſeparari poſſit a forma , ſed ipſa forma per ſe ſubſiſtit incorruptibilis, & immortalis . Origenis præclari , & excellentis ingenij viri , ſicut multa extant præclariſſima opera, ita nonnulli peruerſiſſimi errores reperiuntur, inter quos vnus ille eſt, quod dæmones per Dei miſericordiam liberandos eſſe aliquando aſſerit . Hunc ſecutus eſt Mahometes , qui ſaluandos per alcoranum malos angelos affirmat : nos cum Iſaia de omnibus damnatis ſiue hominibus ſiue angelis vnam ſententiam habemus , quod vermis eorum non morietur , & ignis eorum non [illegible] : & Saluator in euangelio damnatis in vltimo iudicio ignem æternum repromittit diabolo , & angelis eius præparatum .

Fingit angelos ex igne creatos & mori.

Dæmones per Alcoranum ſaluandos ſomniat .

79 Quid quod tuus legiſer animam humanam portionem aſſerit animæ Dei ? Sicut nonnulli philoſophi palam tradiderunt , & Manichæi ſequuti ſunt ; nos humanam animam ad imaginem , & ſimilitudinem Dei factam dicimus , ſicut ſcriptum eſt in geneſi : *Faciamus hominem ad imaginem , & ſimilitudinem noſtram* ; quod de anima dictum eſt , non de corpore , quod ſi anima hominis portio eſſet Dei , eſſet vtique Deus , nec eſſet homo non Deus , quod dicere ſtultiſſimum eſt , cum manifeſtum ſit, labi hominis animam a bonitate in malitiam, a veritate in errorem , a gaudio in triſtitiam , a ſpe in deſperationem ; quod eſt a Dei ſubſtantia penitus alienum .

Animam effinxit eſſe portionem animæ Dei .

Quæ abſurda ex eo ſequãtur .

80 Nec illud verum eſt , quod in veſtra lege traditur, animas hominum ex materia productas eſſe omnes . Aſſerunt enim philoſophi ab extrinſeco eſſe homini intellectum , ſed quod innatus ſit ſpiritus vitæ iuſſu Dei ; & theologi rationales animas omnes ex nihilo creatas dicunt , & Adam , cum factam vidiſſet fœminam ; *Hoc os* , inquit , *de oſſibus meis , & caro de carne mea* ; non dixit animam de anima , & propterea in pſalmo canitur : *Qui finxit ſingillatim corda eorum* ; ponitur enim cor pro anima , quia ſedes eius in eo eſt , & Deus ſibi animarum productionem reſeruauit propter earum dignitatem, qui per Iſaiam ait : *Omnem flatum ego feci* ; quod intelligitur de flatu ſpirituali, qui eſt rationalis anima . Præterimus quod cœlum ex fumo factum dicitis , quod ſi verum eſſet corruptioni ſubiaceret. Præterimus quod ſolem & lunam æquales ab initio virtute & lumine tuus propheta teſtatur . Nos dicimus cœlum ex nihilo creatum , & duo lumi-

Alias fingit animas ex materia produci.

Vt creētur a Deo ex nihilo

Cœlũ ex fumo factum fingit .

luminaria magna feciſſe Deum ab initio, luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti.

Polygamia ab eodē inducta.

81 Ad illud tranſimus, quod in veſtra lege dulciſſimum, & ſalubettimum eſſe putaris, vxores multas ducere: quod ſi Deo placuiſſet creato homini ab initio, non vnam tantum ſociam præbuiſſet, ſed plurimas, nec dixit Deus relinquet homo patrem, & matrem & adhærebit vxoribus ſuis, ſed vxori ſuæ dixit; nec amicitia inter virum, & vxorem vera eſſe poteſt, vbi non eſt æqualitas: cur vir pluribus miſceatur, mulier vero vni tantum adhæreat, cuius eſt in alias plures diſtractus amor? Nec propterea numerus hominum augetur, quia plures vni nubant fœminæ, nam totidem viri priuati coniugio ſine prole decederent, & præſertim cum mulieres pauciores numero exiſtant. Iniqua inſuper res videtur, & naturali aduerſa libertati, vnius vrbis ciuium alios multiplici matrimonio vti, alios in ſolitudine degere, nec propterea laudanda conſuetudo, quod in veteri lege pleroſque ſanctos viros pluribus vxoribus fuiſſe coniunctos legimus, quia non id ex lege, aut ex voluptate fecerunt, ſed diuina quadam diſpenſatione, ad ſobolem procreandam, quæ creſceret in cultu Dei. Taceamus de diuortio, quod eſt contra legem euangelicam, & de adulterio, & fornicatione, & alijs ſceleribus, quæ licet antiqua lex deteſtetur, & noua prorſus abominetur, apud vos tamen conceſſa videntur.

Refellitur.

Non eſt quod omnia tuæ legis errata percurramus, quando neque nobis ſcribendi, neque tibi legendi ſatis eſt otij, & tu ipſe pro tuo ingenio multa intelligis adeo ſtulta eſſe, vt nulla poſſint ratione defendi.

Innumeſa alia ſtulta finxit Mah.

82 Tota de Deo quæſtio eſt, huc omnia referuntur, totum in hoc conſiſtit, vt Chriſtum Ieſum Deum eſſe credamus: quo conceſſo neceſſe eſt eius legi obedire, & eius verbis credere, qui verax eſt, & mentiri non poteſt. In eius lege Trinitatem, de qua ſupra diximus, in vnitate diuinitatis comperimus, & incarnationem verbi, & proceſſionem Spiritus ſancti, & reliqua omnia quæ retulimus vſque ad extremum iudicium: quod autem Chriſtus Deus ſit, iam ſupra oſtenſum eſt ex veteri lege atque prophetis. Licet etiam ex tua lege monſtrare, quæ prophetam & ſanctum virum fuiſſe Chriſtum aſſerit: ſi propheta & ſanctus, ergo verax: ſi verax & Deus, nam Deum ſe ipſe teſtatus eſt dicens: *Ego & Pater vnum ſumus*. Et: *Qui videt me, videt & Patrem*. Et: *Si creditis in Deum, & in me credite*. Et alia multa huiuſmodi, per quæ diuinitas Chriſti colligitur, & æqua cum Patre, & Spiritu ſancto maieſtas. Bene eſt igitur, vt legem noſtram amplectaris, quæ verax eſt, & ſalubris a Deo data; & tuam relinquas, in qua non veritas neque ſalus, homo illam tulit peccatis & ignorantia plenus. Intellexiſti quanta adducimus ex veteri lege teſtimonia, quibus Deus oſtenditur & homo Chriſtus Ieſus, & pro noſtra ſalute ſupplicio crucis affectus.

Aſſerit Mahometes Chriſtū fuiſſe prophetam vera cem. Quæ ſequantur ex ea aſſertione.

83 Audiuiſti ſacroſancti euangelij atteſtationes, & ipſius Chriſti voces, quem tua lex ſanctum habet. Quid igitur obſtat baptiſmo? quid prohibet aquam? quid moraris? ingredere iam tandem ſalutis iter, & cum præcellentibus viris, & magnis Imperatoribus ad æternam ſalutem ſub Chriſto peruenies. Diximus de Conſtantino ſeniore, & Philippo, qui rempublicam tenentes in Chriſtum credidere. Poſt Conſtantinum creati Cæſares idem iter ſecuti ſunt, & in fide noſtra dormierunt, excepto Iuliano apoſtata, qui ex monacho Cæſar factus tranſiuit ad idola, quæ vitam laxiorem promittebant. Sed ille bello Perſico pœnas dedit, & ſagitta confoſſus in incertum miſſa, coactus eſt cadens dicere: *Viciſti Galilæe*; ſic enim per contumeliam vocabat Chriſtum. Fuerunt & aliqui ſchiſmatici, & hæretici, qui etſi Chriſtiano nomine, non tamen recta inceſſerunt via. Imperatores Chriſtiani nullo errore polluti inuenti ſunt Iouinianus, Gratianus, Valentinianus, Iuſtinus, duo Theodoſij, Arcadius, Honorius, Carolus magnus, Ludouicus & plures Franci, & Theutonici, tres Othones, Henrici aliquot & non pauci ſub alijs nominibus; prætterimus alios Reges fama claros, qui vel in Gallia, vel in Hiſpania, vel in Anglia, vel in alijs prouincijs Chriſtianis ſacris initiati fuerunt, & in Domino mortui ad vitam creduntur migrauiſſe beatam. Cum his non eſt cur te pudeat Chriſti iugum ſubire, & ſub eo regnare, per quem Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Multos inuenies Reges, qui te colentem Chriſtum honorabunt: etſi enim aliquando horrebant Reges Chriſti nomen, & propter idola Chriſtianos perſequebantur, poſtea tamen propter Chriſtum idola deleuerunt.

Cohortatio Pij ad Mahom. II. Imp.

Tot Cæſarū exēpla propoſita.

Quam illi honorificum futurum ſit ſi Chriſtum profiteatur.

84 Honeſta hæc ſocietas eſt, cum qua te vocamus in viam veritatis & pacis, illa nihil dignitatis habet, cum qua te tua lex in deuia rapit; nam præter Othomanorum familiam, de qua natus es, et illuſtres progenitores tuos, quis eſt qui magnopere laudari inter Saracenos queat? Celebratur Saladinus quidam, et aliqui pauci nomen habent, quia res memoria dignas geſſere. At Chriſtianorum excellentiſſima nomina omnes hiſtorias impleuerunt. Noti ſunt in Syria, & in Ægypto, & in Aſia Godefridus, Balduinus, Boamundus, Tancredus, Conradus, Philippus, & alij admodum multi, qui ab extremis Galliarum, & Germaniæ finibus cum ingentibus copijs Ieroſolymam petiere, iterque ſibi per medios hoſtes ferro parauere. Hos tibi comites damus, cum his te Chriſto iungere cupimus: honeſtiores hi ſocij ſunt quam Ægyptij effœminati, aut imbelles Arabes. Tua origo, ſicut accepimus, Scythica eſt: inter Scythas multos fuiſſe viros in armis claros memoriæ traditur, qui vectigalem Aſiam pluribus ſæculis tenuerunt, & Ægyptios vltra paludes eiecerunt. Non ſunt comparandi, aut Ægyptij, aut Arabes Scythico generi; non eſt forti, & ignauo æqua ſocietas: mirandum eſt tantum potuiſſe ſuis faſcinationibus Arabes, vt audaces & præſtantes Scythas in ſuam ſocietatem adduxerint. Quid dicimus ſocietatem? non eſt hæc ſocietas, ſeruitus eſt, quando eorum legi ſubiectus es, quæ vtinam lex eſſet, & non deceptio ac præſtigium. Conformior tibi cum Chriſtianis ſocietas erit; fortibus viris facile amicantur fortes, virtus virtuti placet, pulchra, & ſtabilia ſunt inter æquales conſortia, ſi eadem regio eſt, idemque cultus Dei. Age igitur accipe Chriſtianos ſocios, accipe fidem & baptiſmum, qui te hic faciet in terris magnum quoad vixeris, & poſt obitum in cœlo beatum reddet.

Vt Chriſtianorū gloria Saracenorū gloriam ſuperet.

Turcarū origo.

85 Audiſti promiſſa euangelica, & quomodo cuncta, quæ diximus, veteris legis auctoritate

Digitized by Google

Finxit Mahometes veterem legẽ a Iudæis, nouam a Chriſtianis corruptas.

uatè probantur, ſed times ne te decipiamus. Recordaris tui legiſlatoris, qui aſſerit legem & prophetas a Iudæis, euangelium a Chriſtianis eſſe corruptum, tantumque de veritate, vel noui teſtamenti, vel veteris remanſiſſe, quantum alcorano continetur. Exploratum id forſitan arbitraris, et verum eſſe, atque idcirco teſtimonijs noſtris non adhibes fidem, nec baptizari audes nec in Chriſtum credere. Vtinam tam bonus fuiſſet tuus legifer, quam callidus; tam verax quam verſutus; tam iuſtus quam iniquus: tota eſt artificioſa et fraudulenta lex eius, nam qui diuinum ſibi abeſſe auxilium non ignorabat, ad humanas confugit aſtutias: cupiebat legem edere, quæ ſibi nomen daret, famamque etiam per flagitia exoptabat, vt Nicoſtratus ille, qui Dianæ Epheſiæ templum incendit, et animaduertens antiquam et nouam legem, quamuis honeſta eſſet, duram tamen vulgo videri, et ſeruatu difficilem, fieri poſſe exiſtimauit, vt innumerabiles populi in ſuas traditiones concederent: nam gentiles quamuis laxiori lege tenerentur, quam Chriſtiani, continentiam tamen, et modeſtiam, et frugalitatem commendabant, et philoſophis auſcultabant virtutis amatoribus, neque ſinebant ſuos ciues corrumpi vitijs, aut voluptate marceſcere.

Mira & impia ars impoſtoris.

Creuit Mahometiſmus ex vitiorum licentia.

86 Creuit igitur ſecta Saracenorum licentia vitiorum: placuit vxores ducere, quot mallent, eaſdemque dimittere cum diſplicere cœpiſſent, habere concubinas quamplures, et in omne libidinis genus poſſe prouolui, indulgere ventri cuncta, quæ vellet, et ori, præter vinum, vniuerſis immergi voluptatibus: etſi enim aliqua ieiunia in lege tua præcipiuntur, id etiam ad irritandam voluptatem factum eſt, nam Saraceni diem ieiunantes, nocte quam longa eſt epulantur, et bibunt, nec aliam ob cauſam vini vſus interdictus eſt; niſi quia noceret in ardenti terra, qualis eſt Arabia, et maior eſt in frigidis voluptas poculis. Hoc vnum ergo Mahometis inuentum fuit, vt legem propagaret ſuam, ea præcipiens, quæ grata eſſent auditoribus, et maxime plebibus, quæ iumentis ſimiles exiſtunt; nec fefellit eum opinio in hac parte: placuit noua lex et breui tempore ita creuit, vt in multis populis, gentibus, ac linguis reciperetur, cui fundamenta in voluptate iacta fuerunt.

Vulgi cupiditati legem accommodauit.

87 Verum ſicut agricola non imprudens poſtquam vineam plantauit, foſſam circumducit et ſepem, ne deſtruatur a feris, ita et Mahometes ſuam legem conſeruare ac munire ſtatuit: animaduertit homo ſagax duobus modis ſuum dogma conuelli poſſe atque confundi, auctoritate ſcilicet et ratione, atque aduerſus hæc duo, quæ poterant inueniri remedia, non neglexit: auctoritati oppoſuit, quod paulo ante retulimus: antiquam ſcilicet, et nouam legem deprauatam eſſe, nec quidquam veri reſtare, niſi quod alcoranus haberet: rationi arma obiecit, iubens ne quiſquam de ſua lege diſputaret, neue rationem quæreret; in eum, qui contra niteretur, ferro vindicandam eſſe, atque huiuſmodi vallo callidus veterator communiuit. Sed non hic adamantinus murus, neque ferreus, neque ex viuo lapide: fragilis materia eſt: creta et luto munita domus facile oppugnabitur, neque reſiſtet telis noſtris. Facile ruunt ædificia in arena fundata, aggrediamur hæc telis tuæ legis munimenta.

Eius artes ad eam ſtabiliendam.

Auctoritatem mẽdacio euertit.

Intentata morte de ſua lege diſceptari vetuit.

88 Corruptionem in primis ſacrarum literarum obijcitis. Hoc ei probandum fuerat, qui factum aſſerit: nobis ſatis erat negare factum. Libet tecum aliter agere, & apertam tui legiſlatoris calumniam oſtendere. Lex Iudaica, quam Moyſes & prophetæ tradiderunt, antequam Mahometes naſceretur, pluribus ſæculis ſcripta fuit, & multis in locis promulgata, & in alienas tranſlata linguas, nec fuit vnus interpres, ſed plurimi, rogante Ptolomæo Philadelpho, ſeptuaginta presbyteri legem interpretati ſunt, & conſona dixerunt. Aquila etiam & Theodotion, & Symmachus, & alij vetus teſtamentum traduxerunt: facta eſt antiqua lex & Græca & Latina multis ætatibus, antequam tua promulgaretur, impletæ ſunt omnes bibliothecæ Moyſis & aliorum prophetarum traductione. Alexandriæ, Romæ, Athenis, Carthagine, Syracuſis, Toleti, Lugduni, & in omnibus locis quæ inſignia eſſent ſiue apud Græcos, ſiue apud Latinos vetus teſtamentum ex Hebraica veritate traductum & habebatur & publice legebatur. Quis ille Iudæus tam potens fuit, qui corrumpere legem vbique gentium potuit? nondum natus erat Chriſtus, cum LXX. interpretum editio facta eſt: quo tempore nulla erat cauſa corrumpendæ legis, cum nulla eſſet cum Chriſtianis nondum natis de lege contentio: nec propter alios oportebat aliquid legi detrahere, qui legem non acceperant, nec propter ſe, qui tandem acceperant & laudabant.

Demonſtratur corrumpi non potuiſſe ſacras literas.

Vetus teſtamentum vbique ante Chriſtum promulgata fuit.

89 Si qua corruptio interuenit, in ea potuit interuenire, quę apud Hebræos remanſit, non in ea, quæ inter Latinos & Græcos diuulgata eſt, & per infinitas diffuſa prouincias. quanquam nec Iudaica corrupta eſt, quæ vſque in hanc diem cum Græca & Latina traditione concordat: difficilis ac pene impoſſibilis fuiſſet corruptio in tot manibus: Mahometi leue fuit vnum codicem corrumpere, & illum tanquam verum his tradere, qui ſibi ab initio crediderunt: quod ſi multi ſunt hodie apud vos codices vnius continentiæ, non tamen idcirco veritas in eis eſt, ab vno enim, qui falſus erat, emanantes omnes falſitatem continent, quia non defluunt ex amaro fonte dulces riuuli. Quærimus ex te, magne princeps: ſi, te iudice, duo rationum codices afferantur, quorum alter ex altero tranſcriptus exiſtat, & in eo, de quo facta eſt tranſcriptio, Sempronius mille debere talenta ſcriptus eſt, in exemplari duo millia, cui potius fidem dabis? An non exemplo magis quam exemplato? Hebræi parentes antiquæ legis exiſtunt, & apud eos exempla legis habentur, apud alios exemplaria.

Ex aliquibus libris corruptis a Mahomete nõ ſequitur omnes fuiſſe corruptos.

90 Rurſus ex te quærimus, quatuor inueniuntur rationum libri apud quatuor negotiatores, Seium, Gaium, Titum, & Sempronium, in eo quem Sempronius producit creditor ipſe Lucij in centum talentis ſcriptus inuenitur, in alijs debitor, cui credes? quid reſpondebis? an non tres libros vni præferes? certe non dubitabis præferre, ſi ita iudicas ſoluta quæſtio eſt. Quatuor libri vetus habent teſtamentum, vnus eſt Hebræorum, alter gentilium, tertius Chriſtianorum, vltimus Saracenorum, qui a cæteris diſcrepat, mendax enim eſt, nam reliqui conformes inueniuntur, nam et Græci, qui gentiles erant ante Chriſti aduentum, et Latini ante Mahometem vetus teſtamentum non alio modo habuerunt, quam nos hodie habemus. Hoc fortaſſe inficiari poſſes, quia non reperiuntur hodie gentiles, qui bibliothecas habeant veteres. Sed interroga Iudæos: inuenies

Similitudo eximia qua refelluntur Mahometani.

vera

vera eſſe quæ dicimus, & adhuc extat Ioſephus Hebræus, qui translationem antiquæ legis in manu Ptolomæi, quem nominauimus, gentilis hominis atteſtabatur factam; ex qua poſtea traductiones emanarunt, quæ vſque in hanc diem perſeuerant, & Hebraicæ veritati concordant. Stulta eſt igitur Mahometis fictio, & turpis inuentio, nec quidquam habet veriſimile, nec tam confutatione, quam irriſione digna eſt.

Figmenti Mahometani diſſolutio.

91 Quod dicimus de veteri teſtamento, idem licet de nouo intueri, quod nec ab vno ſcriptum eſt, nec in vna lingua, nec in vno loco, nec in vno tempore, & tamen vna ſententia eſt, & vnica concordia, quod Græci habent, hoc Latini, hoc Hebræi, hoc Syri, Armeni, hoc omnes barbari Chriſtum colentes; quamuis hæretici aliqui ad tuendos errores ſuos corrumpere nonnullos codices auſi fuerunt. Quid ages? quid dices? cui fidem adhibebis? an ſoli Saraceno? an Latino? an Græco? an Hebræo? multo antiquior eſt Chriſtiana lex quam Saracena. Audita eſt in omni terra euangelij tuba, ſicut ſcriptum eſt: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Vulgata eſt & recepta lex Chriſti per totum Romanum imperium, priuſquam tuus legifer prodiret in lucem, & idem euangelium, quod nunc habemus, omnes gentes ſuſcepere, nec fuit maioribus noſtris aut facultas corrumpendi rem adeo vulgatam, aut neceſſitas, cum non eſſet Mahometes, cum quo de fide contenderent. Corruptio ei neceſſaria fuit, qui nouam legem edere voluit veteri & nouæ contrariam? nec dubium faciet iuſtus iudex, quin Chriſtiano maior fides adhibenda ſit, vel Chriſti legi, quam Saraceno. Ipſe enim conſeruator eſt ſuæ legis, & manet in traditione patrum; Saracenus ab ea receſſit, & inuentiones ſequitur nouas, quas ſui maiores ignorauerunt. Euangelia apud nos quatuor recepta ſunt, quæ ſumma diligentia, vigenti ſtudio, & veriſſima multis modis recogita fuerunt.

Vt nouũ teſtamentum corrumpi nõ potuerit vbique terrarũ.

Ante Mahometem vbique promulgatum fuit.

Edituro nouam legem corruptio neceſſaria tantum fuit.

92 Non eſt igitur, quod tuus legifer de corruptione ſacrarum literarum poſſit obijcere. De ciuitate Domini, quæ eſt Eccleſia, inquit in pſalmo Dauid: *Fundauit eam in æternum.* Non eſſet fundata in æternum Eccleſia, ſi fundamentum eius, quod eſt euangelium violari aut corrumpi potuiſſet, nec verum fuiſſet, quod ait propheta Baruch loquens de lege Dei: *Lex, quæ in æternum*; nec illud ſtaret, quod dicit: *In æternum permanet verbum tuum, & in ſæculum ſæculi veritas tua.* Nec Iſaias vera fuiſſet de Chriſto locutus, dicens: *Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet cor, & roboret illud in iudicio & iuſtitia vſque in ſempiternum.* Nos Gabrieli angelo credimus, qui de Chriſto Mariæ Virgini ſic ait: *Dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum.* Quomodo regnat Chriſtus in domo Dauid, niſi per fidem? quomodo per fidem niſi per euangelium? quomodo per euangelium æternum, ſi corruptum eſt euangelium? mendax lingua falſa calumnia: *Ego vobiſcum ſum*, inquit Dominus, *vſque ad conſummationem ſæculi.* Et Oſeæ prophetæ verba ad Eccleſiam conferuntur: *Sponſabo te mihi in fide vſque in ſempiternum*; & ad Petrum vicarium ſuum inquit Saluator: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Et iterum: *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Præualuiſſent portæ inferi, & defeciſſet fides Petri, ſi falſum eſſet euangelium, quod ſequimur. Sed manet fides magni paſtoris in eccleſia Romana, quæ nunquam inuenta eſt erraſſe, neque errabit in æternum; magiſtra eſt enim & mater omnium fidelium, & diſciplina veritatis.

Ex prophetis ſacram ſcripturam non corrumpi poſſe.

Vt Chriſtus regnet in domo Dauid in æternum.

93 Caue, Mahometes, caue, magne princeps, ne loquaris errorem Porphyrij Siculi, qui tuæ legi conſona dixit. Is ex Chriſtiano ſinu ad idola tranſiens ait ſe Deos conſuluiſſe, quid de Chriſto ſentirent, & illos reſpondiſſe bonum fuiſſe virum Chriſtum, ſed peccaſſe diſcipulos eius, qui diuinitatem ei attribuerant, quam ſibi ipſe nunquam arrogaſſet. Hoc deorum teſtimonium eſt idolorum, quæ tu dæmonia eſſe non dubites. An non intelligis fraudem? An non vides tui legiferi & dæmonum eſſe vnum argumentum? vnam colluſionem? vnam fallaciam? & Chriſto diabolum inuidere, eiuſque gloriæ & maieſtati detrahere, cuius conſilio atque ſuaſu tua lex edita eſt euangelicæ atque Moſaicæ contraria?

Quod dæmon Porphyrio dixit de Chriſto idem Mahometes aſſerit.

94 Dices pari modo Chriſtianam legem Moſaicæ aduerſari, nam quæ iuſſit Moyſes plurima vetat, & permittit, quæ ille vetuit. Neſcis antiquæ legis arcana, quæ diu grauida fuit nouam in vtero gerens, & cum ſtatutum diuino conſilio tempus venit, eam peperit. Vidit Ieremias per ſpiritum legem hanc nouam, cum ait: *Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum: ſed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael. Poſt dies illos dicit Dominus dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum.* *Nouum fœdus*, inquit, quia baptiſmus circumciſioni ſucceſſit: *Et legem meam*, inquit, *ſcribam in corde eorum*; quia vetus lex in tabulis lapideis ſcripta fuit, noua per charitatem in corde hominum radicata: *Et ero eis in Deum*; quia nouæ legis auctor, & promulgator Chriſtus Deus, & homo eſt: antiqua per Moyſen innotuit tantum hominem, & adueniente perfecto euacuatum eſt imperfectum, nec amplius in præputio nobiſcum Deus, ſed in corde paſcitur, dicente Apoſtolo: *Si circumcidamini, Chriſtus nil vobis proderit*; nec vlterius cerimoniæ legis habent locum, venit enim ille, de quo loquitur in Deuteronomio Moyſes: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi dominus Deus tuus, ipſum audies.* Et ſubdit: *Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia verba, quæ præcepero & illi.* De Chriſto hæc propheta locutus eſt ex ore Dei, quod verum erat os, in cuius aduentu legalia, & cerimoniæ defutura erant, ſicut apud Matthæum ſcriptum eſt: *Lex & prophetæ vſque ad Ioannem*; ſacra enim, quæ veteres obſeruabant, annunciatiua erant venturi Chriſti, quæ in eius aduentu completa ceſſauerunt, & alia inſtituta ſunt virtute maiora, veritate meliora, actu faciliora, numero pauciora. Et ſicut ſacerdotium mutatum eſt, ſub cuius adminiſtratione lex erat, ita & legem mutari oportuit. Non eſt igitur aduerſa veteri noua lex, quæ in eius ventre concluſa erat, & adueniente Chriſto, & euangelij luce clareſcente, patefacta circumciſioni, & alijs ceremonijs antiquitus obſeruatis, ſicut præfinitum erat, finem impoſuit. Eſt autem

Obiectio Mahometis quod noua lex veteri aduerſetur. Diſſoluitur.

Prædictũ erat nouã illi ſucceſſuram

Prædixerat Moyſes audiẽdum Chriſtum.

Legalia quæ futura erant prænunciabant.

Chriſtiana lex veteris perfectio eſt.

Chri-

Digitized by Google

Chriſtiana lex tanto dignior quam Iudaica, quanto nobilius eſt oraculum Dei, quam hominis.

95 Cognoſcis iam, niſi fallimur, veritatem & maieſtatem noſtræ legis, nec vtilitatem ignoras, incipiſque de tua diffidere, & ardes deſiderio diſputandi, veliſque latius cuncta diſcutere: ſed obſtat legiſer tuus, & inquirere verum prohibet, & interminatur, & clamat: *Non eſt mea lex, quæ diſputationi ſubijcienda ſit: caue ne quid loquaris: arma ſunt in manu tua, dum mihi eredis: multum imperij adeptus es: qui non audiunt vocem meam gladio conterendi ſunt: enſis mea legis dignitatem tuetur. In Arabia ortus eius fuit, ex paruo principio quantum creuerit, vides. Ægyptum adieci mea legi, & Syriam, & Meſopotamiam, & Lybiam, & Numidiam, & Mauritaniam, & partem Hiſpaniæ, & diuitem Aſiam, & doctam Græciam, & fortem Thraciam, & nobilem Macedoniam. Sunt & aliæ quamplurimæ regiones ſub imperio meæ legis, quæ armis, non verbis quæſitæ ſunt. Muliebre eſt verba verbis reuellere; viri ferro decertant: ſi non fuiſſet vera mea lex, non dediſſent ſuperi imperio noſtro, nec non dominationi noſtræ tantos ſucceſſus, atque proſperitates: amat nos Deus, & legis odorem ſentiens gratulatur, & ſternit iter victorijs noſtris: ſcis quam feliciter ſæpe in hoſtes pugnaſti, & modo in Ponto, ſæpe in Græcia. En fili, quid cogitas, quid moliris, tot triumphis ſub mea lege illuſtratus, Chriſtum ſequeris, cuius cultores ſtrauiſti toties, & ad internecionem vſque cecidiſti? caue ne meam linquens legem relinquaris a Deo.*

Quæ argumẽta Mahometẽ Imp. continuerint ne Chriſtianus fieret.

96 Credimus his te verbis non parum commoueri, & aliquem ineſſe in tua mente timorem: ſed audi quam inanis eſt timor: *Omnis qui malum facit*, inquit in euangelio veritas, *odit lucem.* Fures noctu domos perfodiunt, & in obſcuro adulteri latitant: non adhibent teſtes qui peccant, qui mentiuntur nolunt deprahendi mendaces. Cum his ſentit tuus legiſer. Veretur, ne diſputando ſuæ legis vanitates innoteſcant: Veretur ne pudenda ſua detegantur. Prohibet diſceptari verbis, armis defendi ſuam legem iubet, nec alium iudicem, quam ferrum depoſcit: multumque gloriatur de ſuæ legis incremento. Diximus cur creuerit, plebes voluptas allexit: neque inficiamur multas tuæ gentis victorias partas, & ingentia confecta bella, & tu ipſe prælijs clarus euaſiſti. Viciſti hoſtes non paucos, & triumphaſti ſæpe; fuiſti tamen etiam aliquando victus. Parua Chriſtianorum manus tuas ingentes copias, vt ante diximus, apud confluentes Sauum inter ac Danubium paucis ante annis deleuit, non milites veterani, non eucea in bellis ante probati, non viri nobiles armis potentes & equis; ſed pauci cruceſignati, ex agris collecti, inermes & nudi, fide tantum armati, non ferro fulgentes et auro tuos fuderunt exercitus: quod ſi victoria veritatem legis oſtendit, hoc vno prælio ſatis admonebare, in quo pauci fugarunt multos. Tuæ victoriæ nihil mirabile habent, ad quas nunquam ſine grandi tuorum prærogatiua ventum eſt.

Cur alcoranũ armis tantum defendi voluerit Mahometes.

Si ex victoriis cõprobãda religio ex probant quæ diuinitus partæ. An victoriæ Mahometanorum oſtẽdant veram eorũ legẽ eſſe.

97 Sed quid agimus non his argumentationibus ſtat recta fides. Vici, fudi hoſtes, imperium teneo, et ſi ſic licet arguere, vera fuit ſub Alexandro magno tot victorijs illuſtrato, et ſub eius ſucceſſoribus religio, qui et in Græcia, et in Aſſyria, et in Syria, et in Ægypto, et in Lybia, et in Perſide, et in Scythia, et in Indijs, regnauere imperio per arma quæſito. Vera etiam Romanorum fides vſque ad priorem Conſtantinum, qui orbem ſibi ferro ſubiecerant, et omnes domuere, quas adiere gentes. Scimus tamen et Alexandrum et eius heredes Romanos, et qui ſub eis erant, Iudæis exceptis, idola coluiſſe: alij Iouem, alij Martem, alij Mercurium, nonnulli ſolem, et alia ſydera, multi etiam, vt Ægyptij, animalia bruta colebant, *quis neſcit*, inquit vnus ex poetis.

Ex eo abſurdo quot abſurda ſequantur.

Qualia demens
Ægyptus portenta colit, crocodilon adorat.

Et quod ſtultius fuit, et allium, et porros, et cæpe inter numina poſuerunt, præclaræ tamen Ægyptiorum victoriæ memorantur, ſicut de Oſiride proditum eſt, qui victum peragrauit orbem. Ergo et deos Ægyptiorum recipiemus, et veram eorum religionem fatebimur, quia vicerunt. Non, non ſic ratio ſuadet, neque ſic Iudæi ſenſere, qui victi ab Aſſyrijs, et ab Antiocho, et a Romanis, et in ſeruitutem ducti, non tamen victorum leges de his ſceeperunt, ſed victi et angariati, et mille modis oppreſſi, in ſua lege manſerunt. Nec nos Chriſtiani cum prælio ſuperamur, aut alijs calamitatibus affligimur, legem noſtram aut relinquimus aut accuſamus, ſed arbitramur pium Deum nos tanquam filios propter peccata, quæ committimus verberare, quia non paremus euangelio, non ſeruamus legem noſtram, neque manemus in traditione ſanctorum patrum; ſed victi fragilitate aberramus, et labimur vt homines, ipſe vero lapſos corrigit, et plagis multis noſtras iniquitates emendat.

Veram religionẽ colentes ſæpe ob peccata ab idololatris victi.

98 Cognoſcimus errata noſtra, et conſiderantes, quæ fecimus minorem eſſe pœnam, quam delictum non ignoramus. Si cadimus in bello, ſi amittimus regnum, ſi iugo ſeruitutis opprimimur, dicimus cum Daniele propheta, Deum eſſe in cœlo, qui reuelat myſteria, mutat tempora, et transfert regna, vt vniuerſi cognoſcant, quod dominatur excelſus in regno hominum, et cui voluerit dabit illud; Nouimus Deum et Iudæos et Chriſtianos poſſe, cum velit, et voluiſſe aliquando, alterius ſectæ hominibus ſubijcere propter offenſas populi, qui eum ad iracundiam prouocauit: ſed conuerſi ad eum non deſperamus miſericordiam conſequi; quamuis enim iraſcitur Deus, vt inquit propheta, non tamen obliuiſcitur miſereri; pius eſt et benignus, non deſerit clamantes ad ſe. Abſit autem, vt propter victoriam meliorem eſſe credamus religionem victorum; ſic enim fatendum eſſet omnes, qui vicerunt Hebræos, melius de Deo ſenſiſſe, quam ipſi victi; quod neque tu diceres, neque tuus legiſer, qui defenſionem ſuæ traditionis in armis collocat, et omne genus ratiocinationis effugit maximum iniquitatis indicium. Non ſic beatus Petrus, et paſtor conſtitutus gregis Chriſtiani, paratum ſe ait omnibus rationem reddere de ea, quæ erat in eo, ſpe et fide; nec aliter ſuos auditores edocuit B. Laurentius martyr: *Mea nox*, inquit, *obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt.* Et in euangelio non probat Dominus eum, qui lucernam accendit et ſub modio ponit, ſed ſuper candelabrum eam eſſe vult, vt luceat omnibus, qui ſunt in domo, et prædicari verba ſua ſuper tecta iubet, et de ſeipſo dixit: *Ego palam locutus ſum mundo.*

Quid dicant victi Chriſtiani.

Maxime iniquum ſe Mahometes oſtendit qui pro ratione arma obtrudit.

Chriſtus ſuæ legis rationem reddidit.

99 Deceptores & pſeudoprophetæ in angulis prædicant, et volunt occulta eſſe, quæ dicunt,

cunt, ac iuramenta taciturnitatis exigunt. Sicut Romæ accidit in his, qui bacchanalia celebrabant: in occulto enim Deo ſuo ſacrificantes nullum flagitium libidinis omittebant. Quod ſi alia non eſſent aduerſus tuam legem indicia hoc vnum ſufficere potuit, quia prohibuit eius lator in diſputationem venire: ſciebat non æqua eſſe neque vera, quæ tradiderat: videbat veterem, & nouam legem contra ſe ſtare, intuebatur philoſophorum acutiſſimas rationes ſibi aduerſas eſſe, nec ſperauit in cœtu hominum, aut in ſcholis virorum excellentium ſua deliramenta poſſe defendi. Animaduertit homo ſagax, & ingenioſus in malo gentiles, qui deos colebant, damnatos eſſe, & iam prope modum exterminatos, nec Iudæis locum eſſe, quorum lex translata eſſet cum ſacerdotio ad Chriſtianos: cumque ſtatuiſſet nouam legem, magnumque ſibi nomen dare, ſperauit quod modo euenit, iratum Deum Chriſtianis, qui ſuæ legis mandata tranſgrediebantur, aduerſus tranſgreſſores victoriam conceſſurum; atque idcirco ſuæ legis defenſionem in armis collocauit, quam alioquin hominibus gratam propter licentiam voluptatum non ambigebat. Diaboli hoc fuit inuentum: antiquus hanc viam ſuæ nequitiæ ſerpens excogitauit, qui, cum vidiſſet ſeſe procul ejici, & Chriſtiana religione augeſcente idola deleri, nec amplius deorum multitudini locum eſſe, ſed vnum tantum adorari cum Patre & Spiritu ſancto Ieſum Chriſtum, Heraclio imperante Mahometis ſpiritum excitauit, cumque ſibi miniſtrum elegit, hominem vanum, prius idolatram, fortuna pauperem, mente ſuperbum, natione Arabem, conſilio vſum quorumdam Iudæorum, & Chriſtianorum peruerſorum, inter quos fuit Sergius ſpiritu ambitionis inflatus: legem tertiam edidit ex veteri, & noua conflatam, multis ineptijs extrinſecus adiectis. Legem diximus, quia ipſe legem vocat; nos blaſphemiam rectius appellabimus. Rugaſti frontem, auertiſti oculos, horruiſti, turbata es, ſubirata es dum hæc dicimus. At ſi veritatis amicus es, audienda eſt veritas, neque tibi legifer, ſi tibi amicus eſt, veritatem interdicet, quæ tanto magis amica eſt, quanto ſalubrior, & homini ab ipſa natura conuenientior.

Norat Mahometes ſua figmenta cum ratione pugnare.

Inuenta illius fuere a dæmone.

Quorum conſilijs ſit vſus.

100 Audi verum, & diſce quomodo ſit appellanda lex. Legem dicunt philoſophi, quod ratione præcipitur, & ſunt qui nil aliud legem eſſe affirmant, quam rectam rationem a diuino numine ductam: Quidquid igitur rationi aduerſum eſt, legis nomine caret. At tuus legifer ratiocinari de ſua lege prohibet, & ſolum armis illi ſuffragari vult, non eſt igitur dicenda lex, niſi ex illis quarum conditores apud Iſaiam Dominus maledicit. Docet nos Dauid cognoſcere legem Domini, dum ea quæ propria ſunt exponit. Attende & videbis an Mahometea lex de cœlo & a Numine ſit tracta diuino, an aliunde: *Lex Domini*, inquit propheta, *immaculata conuertens animas, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans paruulis*. Immaculata eſt lex Domini, quia mala quæque excludit, neque libidinem, aut turpitudinem vllam admittit; ſic apud eundem prophetam: eloquia Domini caſta dicuntur, & apud Iob legitur: *Non inuenietis in ore meo iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit*; & Apoſtolus: *Lex ſancta*, inquit, *& mandatum ſanctum iuſtum & bonum*. At quomodo Mahometæa lex immaculata, quæ ſtupra & adulteria, & omnes libidinum maculas, ac fœditates admittit.

An Alcorano legis nomē congruat.

Quæ ſint legis diuinæ propria.

101 *Dices* quia ieiunia quædam præcepit, & orationes; & eleemoſynas; non damnamus hæc, abſit vt ea mala dicamus: inuentorem eorum Mahometem eſſe negamus, abſque Mahomete ſciebamus hæc eſſe bona. Ieiunauit Elias, ieiunauit Chriſtus; orare & frangere eſurienti panem ſuum, & egenos & vagos in domum ducere multo antiquius eſt, quam tuæ legis inuentum. Multi nos legiſlatores ad opera pietatis inuitarunt. Verum adulterari, fornicari, ſeruire ventri, & in cœno voluptatum iacere, ſolus tuus legifer inter bona collocat, ſolus Mahometes eſt, qui turpia docet, & flagitia præcipit. Quamuis hæreticorum more, vt facilius decipiat, bona ſimul & mala commiſcet. At lex, quæ Domini dicitur, vt inquit propheta, animas conuertit ad vltimum finem: at lex Mahometea non conuertit ad Deum, ſed auertit ab eo; *Dicit* enim dominus *Deus*: *Eſtote ſancti, quia ego ſanctus ſum*. Mahometes; *Vxores*, inquit, *ducite & concubinas, quot placet; nam ego quadraginta virorum in meis lumbis vires habeo, & vxoribus atque ancillis permiſceor plurimis*.

Mahometana præcepta de oratione & ieiunio decerpta ex euangelio.

Quam turpia ſint quæ propria Mahometis.

Vt glorietur ſe turpiſſimum eſſe.

102 Quid de teſtimonio fideli? Cum data eſt Moyſi lex Domini in monte Sinai fulgura, & coruſcationes apparuerunt, & ſigna de cœlo, quæ teſtimonium legi præbuerunt; lex Chriſti miraculis admodum multis confirmata eſt, dicente ipſo: *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum*, ſcilicet infidelitatis, *non haberent*; & propterea de veteri, quæ conuertit ad ſuum creatorem & ad ſummum bonum, & noua lege inquit Dauid: *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis*. Et in euangelio Lucæ circa finem legimus: *Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Deo cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*. At Mahometis legem, quæ ſigna, quæ miracula probant? Audiamus eum: *Non ſum miſſus*, inquit, *niſi in virtute gladij, & qui non ſuſceperint meam prophetiam occidantur, aut reddant tributum, pretium pro infidelitate ſua*. Quid hoc? nunquid manifeſte negat ſe miraculorum virtute catera, & ficta falſaque eſſe omnia ſigna demonſtrat, quæ tui legiſdoctores in populis prædicant. Non habet igitur tua lex teſtimonium niſi in armis; ſed id non eſt fidele, vt ante docuimus.

Diuina lex diuino teſtimonio fulcita debet.

Negat Mahometes ſuam legē alio teſtimonio ſtabiliri quam gladio.

103 Ad vltimum tranſeamus, & quomodo ſapientiam præſtet paruulis, id eſt populis tua lex animaduertamus. Sapientia, vt antiqui tradiderunt, diuinarum, & humanarum rerum ſcientiam continet, eſtque admodum ſapida & dulcis, dum amorem diuinitatis mentibus noſtris inſtillat, propter quod inquit pſalmographus; *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua; ſuper mel ori meo!* Tua lex neque de *Deo* ſapit, neque de cœleſtibus, neque terrena ſatis intelligit, quæ putat ſuperis curæ non eſſe. Magna olim & florida in Alexandria philoſophorum ſchola fuit, & multi per Syriam, & Aſiam viri doctiſſimi claruerunt, quorum nomina ad nos vſque peruenerunt; at poſtquam lex Mahometea curſum habuit, pauciſſimi nominantur, qui naturæ arcana perſcrutari excellentes euaſerint, quia non præſtat paruulis ſapientiam tuus propheta aut tua lex, cuius fundamentum voluptas eſt, & tutela gladij; inter nos vero liberalium artium ſtudia admodum florent, legitur publice philoſophia, auditur in ſcholis theologia, nullum doctrinæ genus prætermittitur, gymnaſia literarum in pluribus Italiæ ciuitatibus clariſſima reperiuntur; nec

Lex Mahometana omnē tollit ſapientiam

Chriſtiana omnis alumna ſapientiæ

Q trans

trans alpes in Hiſpania, in Gallia, in Germania, in Britannia collegia deſunt virorum excellentium, qui ſapientiam præſtant paruulis, eſt enim ingens Chriſtianorum cura, vt meæ ſcientiæ erudiantur & veritatem intelligant in noſtra lege, quæ nunquam mentita eſt diuinitus comprehenſa.

104 At legiſfer ſuus non modo mentitur, ſed leuiter & indocte, ſed imprudenter, ſeu inſipide mentitur, & ſibi ipſi ſæpe contrarius eſt, quemadmodum ſuæ legis inſpector plane intelliget. Innumerabiles ſunt eius ineptiæ, & aniles fabulæ, pueriles nugæ, de quibus liber hoc loco pauca referre, quæ de cæteris iudicium præbeant. Exponens Mahometes capitulum alcorani, quod dicitur filiorum Iſrael in hanc ſententiam loqui-

Mahometana lex deliramentis derideculis plena.

tur: *Sit laus ei, qui ſeruum ſuum ab oratorio, quod eſt belcarata, ipſa eſt domus Meſche, vſque in oratorium ſancta domus Ieruſalem nocte vna tranſtulit, circa quam benediximus Deum. O vos homines audite & intelligite, cum abij a vobis, venit ad me Gabriel ſero poſt pſalmodiam veſpertinam, quæ vltima eſt, & ait. O Mahometes iubet Deus, vt ſe adeas. Cui reſpondi: Et vbi eum viſam? Et ait Gabriel: Ibi ipſe eſt, & iumentum ſilico adduxit, magnitudine inter aſinum & mulum, alberabil vocatum humanæ vocis capax, & vna non amplius hora iter egi annorum quinquaginta millium. Et ait Gabriel: Aſcende animal, & ito ad ſanctam domum. Aſcendere volentem fugiebat iumentum, & iuſſum eſt ſtare, quia Mahometes oſſurus eſſet. Nunquid accerſitus eſt? inquit, & reſpondente Gabriele accerſitum eſſe. Non ſinam, addidit, niſi pro me Deum roget. Obtuli preces Deo meo pro iumento, quod me ſedente ſuaui greſſu inceſſit, ponens regulam pedis anterioris in orizonte ſui viſus, & minori ſpatio quam ictus impletur oculi ad ſanctam domum perueni. Comes aderat Gabriel, qui duxit me ad domum ſanctam in Ieruſalem & ontiuam rupem, dixitque, deſcende quoniam ex rupe in ſolum aſcendes & colligato illic iumento portauit me humeris ſuis in cælum, & cum applicuiſſemus ad cælum mundi, & ad portam eius, pulſauit Gabriel, & quæſitum eſt quis eſſet, & reſpondit Gabriel: Ego ſum; & iterum quærentes quis tecum adeſt, reſpondit; Mahometes; & ſubdiderunt, Nunquid vocatus? & ait Gabriel: vocatus: & aperta eſt porta: & vidi angelos, & bis genua flectens rogaui pro eis, & accepit me rurſus Gabriel, & vexit ad ſecundum cælum, & fuit diſtantia inter cælum, & cælum quantum eſt iter quingentorum annorum, & ſicut in primo cælo ita in hoc cælo pulſatum extitit, & reſporſum pari ſolennitate ad ſeptimum vſque cælum procedit, æquam cælorum diſtantiam ponens; & ait, in ſeptimo cælo vidiſſe ſe angelorum populum, & longitudinem angeli cuiuſquam inſtar mundi fuiſſe, & aliquorum mille viribus extenſiorem, & inter eos vnum aliquem inueniſſe, cui ſepties centena millia eſſent capita, & in quolibet capite totidem ora, & in quolibet ore lingua totidem, quæ ſeptingentis mille millibus idiomatibus laudabant Deum, & rurſus alterum angelum, oſtendiſſe, qui fleret, & quæſiuiſſe cauſam fletus, & cum ille dixiſſet culpas eſſe, orani pro eo: & tunc commendabat me Gabriel alij angelo, & ille alij, donec fui in conſpectu Dei, & tribunali eius adhæſi, tetigitque me manu ſua Deus inter humeros, & frigidas manus eius ſenſi vſque ad medullas dorſi mei.*

Iter quinquaginta millium annorum ex curſum e, e in terra finxit.

Aniles eius fabulæ.

Fingit angelos eſſe horrenda monſtra.

Deũ corporeum & gelu concretũ

105 His nugis atque deliramentis implet Mahometes aures populi. Sed audiamus alteram fabulam in libro, cui titulus eſt: *De doctrina Mahometis*. Duo angeli nominantur Arathes, & Narathes, quos ille aſſerit iuſſu Dei in terram deſcendiſſe, vt genus humanum regerent atque inſtruerent tribus mandatis acceptis. Primum, ne quempiam occiderent. Alterum, ne quid iniuſte decernerent. Tertium, ne vinum biberent. Cum aliquandiu rexiſſent, & omnia ex toto orbe ad eos iudicia deuoluerentur, mulier quædam decenti forma, & omnium pulcherrima, aduerſus maritum ſuum cauſam habens iudicium ab eis petijt, atque vt fauentes haberet iudices, vt apud ſe prandium habeant, multis precibus inuitat. Non abnuunt angeli, paratur ſplendidum conuiuium, epulas & pocula mulier ipſa miniſtrat, apponuntur fercula multiplicia, & cum his vinum, quod cum angeli recuſarent, inſtante ſæpius muliere, & multas obijciente blanditias, tandem biberunt, & inebriati vino in hoſpitam incaluerunt, eiuſque concubitum poſtularunt: ſpondet mulier ea conditione, vt alter eorum aſcenſum in cælo oſtenderet, alter deſcenſum: placet conditio illa. Vt iter didicit, mox in cælum relictis atque irriſis angelis abijt, quam Deus recognitam inter ſydera collocauit, cui lucifer eſt nomen: angeli ad iudicium euocati catenis ferreis in puteo profundiſſimo religati ſunt, vſque ad diem iudicij permanſuri, cum elegiſſent in hac potius vita, quam in altera plecti.

Infamis altera eiuſdem fabula ob quam vinum prohibuit.

Angelos modo nõ hydras ſed homines eſſe fingit.

106 Hæc eſt ſapientia Mahometis, quam docet paruulos: hæc eius theologia, hæc doctrina diuinitus reuelata. Mira hominis audacia, ne dicam ſtultitiam ſeu dementiam. Quot ſunt in his fabulis deridenda ſomnia! non obiurgamus iumenti verba, quando & aſinam ſacræ literæ locutam produnt, & gentiles bouem. Sed quid eſt, quod vna hora iter quinquaginta millium annorum peragitur? metire hæc & diligenter cogita an corpori nondum glorificato id poſſit accidere, Quo iuit? Vbi fuit? quid circuiuit? non adhuc cælum aſcenderat; quibus in locis tantum ſpatij peragrauit? nec iumentum cum tulit. Quis tulit eum? Vnde venit? Quomodo venit? nihil horum dixit. Quid peccauerat iumentum, vt precibus egeret? cui non eſt lex alia, niſi naturæ & illi paret. Quid oſtiarius in cælo collocatus rogamine Mahometis egebat? An non ſatis felix erat? fortaſſe altius cupiebat aſcendere, tanquam non ſit illic perfecta omnium beatitudo, & regnat adhuc attributo diſtantiam cælorum oſtendit, & ſphærarum quanta ſit craſſitudo demonſtrat. Quingentorum annorum iter ex cælo in cælum ponitur, & pater ſpiſſitudinem. Quid hoc? Quis credat? gentilium fabulis ſimile ſomnium eſt. Aiunt illi Dionyſiodorum quemdam geometriæ ſcientia nobilem in patria extremum diem obijſſe, propinquos funus ei duxiſſe, ad quos pertinebat hereditas: hos conſecutis diebus cum iuſta peragerent inueniſſe in ſepulchro eius epiſtolam Dionyſiodori nomine ad ſuperos ſcriptam, quæ diceret, eum a ſepulchro ad infimam perueniſſe terram, eſſeque illuc vſque quadraginta millia ſtadiorum. Nec defuerunt geometræ, vt Plinius ait, qui interpretarentur ſignificare epiſtolam a medio terrarum orbe miſſam, quo deorſum a ſummo longiſſimum eſſe ſpatium, & ibidem pilæ medium, ex quo conſecuta computatio eſt, quæ circuitum terræ ſeu totius pilæ ambitum ducenta quinquaginta quinque millia ſtadiorum pronuntiauit. Sed armonica ratio, quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam congruere, eodem Plinio te-

Deliramentis illius plena contradictionibus.

Inepta de ſphærarũ craſſitie finxit.

De terræ magnitudine quid ſenſerint philoſophi.

ſte

iſte addit huic menſuræ ſtadiorum ſeptem millia: Eratoſthenes huiuſcemodi rerum ſolertiſſimus indagator vniuerſum terræ ambitum ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiorum prodidit. Hipparchus ſtadiorum paulo minus viginti quinque millia adiecit. Reperiuntur & aliorum ſententiæ admodum diſſonæ. neque in hanc vſque diem mortali cuipiam ſatis exploratam credimus terræ menſuram, cuius neque ſeptentrionem, neque meridiem verſus cogniti fines ſunt. At tuus legifer maiora concepit animo, qui tanquam cœlum aſcenderit quingentorum annorum itinere diſtare cœlum a cœlo prodidit, quoniam tanta eſſet craſſitudo ſphærarum. Hoc idem aſſerit rabbi Moyſes Hebræus genere, philoſophus, qui apud Ægyptios claruit. At philoſophi, quos noſtri probant, non ita ſentiunt, nec Ptolemæus Alexandrinus aſtronomorum facile princeps de craſſitudine lunaris ſphæræ cum tua lege concordat, in qua iter annorum ſexaginta nouem, & aliquorum menſium, ac dierum poſuit millibus paſſuum viginti quinque, ſeu ſtadijs ducentis pro qualibet die computaris. Alij vero aſtronomi, qui hæc diligenter indagauerunt, ſphæram ſolis pluſquam ſexcentis vicibus ſuperare lunam tradiderunt: rurſuſque martis ſphæram, quamuis ſole altior eſt, & longe maiorem habet ambitum, ſpiſſitudinem tamen multis vicibus ſuperari improbum humanæ mentis auſum; verum ita ſubtili argumentatione comprehenſum, vt pudeat aliquos non credere. Plurimi hæc incerta reſpuunt. Tuæ legis latori fortaſſe credendum fuerit, non quia illuc angelo bono deferente conſcenderit, ſed quia cum peruerſo ceciderit: quod ſi hac de cauſa fidem expetit, credimus: alioquin cum ſacra Scriptura dicimus: *Cœlum ſurſum, & terra deorſum, & cor Regis inſcrutabile eſt*; ſed alia percurramus.

Quid de craſſitie cælorum.

Ab his ſomnia ſua mutuatus videtur Mahometes.

107 Angelos ſe vidiſſe affirmat, eoſdemque corporeos: ſi mundo maiores angeli ſunt, neceſſarium eſt aliquam eorum partem extra mundum eſſe: at philoſophi mundi circumflexu omnia contineri dicunt, neque quidquam exterius eſſe. Tuus legifer quando aliquid ſolito plus ebibit, ſopori deditus, quidquid ſomniauit pro vero retulit, & omnia ſibi licere putauit: quo errore & angelos corporeos, & peccare, & egere venia, & ſe rogaſſe pro eis dixit. Simili ſomnolentia tactum ſe ſuper humeris affirmauit manu Dei, cuius gelu vſque dorſi medullas penetrauerit, quæ omnia ſuperius confutata ſunt. Quis illud patienter audiat, quod angeli Dei vino inebriati ſpecie mulieris decepti concubitum eius appetierint, quæ, iter in cælum edocta, ad conſpectum magni Dei peruenit, & honorifice accepta inter aſtra locum obtinuerit, angeli pœnas dederint, atque idcirco vinum homini interdictum, quod tanti mali cauſa fuerit? Commemorat hæc tuus legifer, & tanquam ex penu Dei recepta hominibus inculcat. Vide quam grauiter, quam vere, quam perite loquitur: poetarum figmenta, quæ pueris leguntur, inter arcana legis inſerit. Pueri noſtri non ſine riſu audiunt, cum raptæ in cælum fœminæ referuntur, & in aſtra commutatæ, quæ maior & minor vrſa vocantur, pigri circa plauſtra bootæ lucentes.

Inſana Mahometis cõtradictio circa magnitudinem angelorũ.

Quam ſtultum fingere angelos vino & luxuria incaluiſſe.

Ex poetis finxit fœminã in ſydus conuerſã Mahometanorum argutia ex Chriſtianorũ ad eos defectione.

108 Credimus pro tua ſapientia te iam paruifacere atque contemnere tuę legis figmenta; ſed miraris vehementer, quod in dies aliqui relicto dogmate Chriſtiano ad tuum migrant, & aſſerentes iniquam legem noſtram, amplexi tuam circumcidantur, & tuis initientur ſacris, & qui Trinitatem prædicabant, nunc deteſtentur, & qui Chriſtum cruci affixum colebant, & laudabant, nunc derideant. Sunt qui hoc agunt, non dubitamus: ſed qui homines? ſane aut libidinis ſerui aut ambitionis, & quibus nullus erat locus in noſtra lege, ſpreti a nobis & eiecti, tanquam vilia, & inutilia mancipia ad te transfuerunt, nec tamen illos inextinguibilis conſcientiæ vermis rodere ceſſat: quod ſi poſſes eorum introſpicere corda intelligeres proculdubio eos aut vitæ futuræ ſpem nullam habere, aut admodum eſſe anxios, quia fontem aquæ viuæ reliquerunt Chriſtum Ieſum, & neſciunt quo pacto redeant, maius ſuum peccatum exiſtimantes, quam Dei miſericordiam. Sed quid miraris ſi ad opes conſequendas, ad voluptates exhauriendas nonnulli tuæ legi ſe ſubijciunt? non eſt hoc nouum nec dignum admiratione: idem quoque & Saraceni faciunt, qui ſæpe ad nos migrant. Illud eſt mirabile, illud ſtupendum, illud magnopere celebrandum, quod tot millia populorum Chriſtiano inſignita nomine ſub tuo imperio degunt, grauia tributa pendunt, nunc liberis priuantur, nunc coniugibus, opprimuntur duriſſima ſeruitute, lacerantur, vexantur mille modis, nec tamen Chriſtianæ legi renuntiant: quod ſi tuam acciperent, mitius ferrent imperium, eſſent liberi, honores & opes ſperare poſſent; ſed malunt tolerare ſeruitutis iugum, & in ſqualore ac miſeria viuere, quam Chriſtum negare. Hoc ſtupendum eſt, & diuinum opus, & quod te præcipue mouere debet, non quod pauci a noſtra lege aberrent, ſed quod tam multi in ea perſeuerent, & quod tanta ſit vel in aduerſis conſtantia miraculum eſt. Facit hoc bonitas legis, & ſecuritas æternæ vitæ, quam nemo ſapiens præſenti poſtpoſuit.

Diſſoluitur.

Mirētur tot alios tanta pro fide pati.

Probatur inde Chriſtianæ legis veritas.

109 Quid tu hic dicas? quid contra hiſcere aut mutire poteris? Vera eſt Chriſtiana lex ex vtero recepta Moſaicæ, ex prophetis, ex diuinis oraculis: Deus auctor eius eſt: Filius Dei, qui eam tradidit, ex ore Dei manifeſtata eſt: pura eſt, & nitida, & immaculata, & ſancta, perfecta ex omni parte, nullam habet rugam; nuſquam deficit, nuſquam claudicat: in ea qui quærit inuenit; qui petit accipit, & pulſanti aperitur. Ipſa eſt fons clementiæ, iuſtitiæ culmen, pietatis ſpeculum, manſuetudinis & miſericordiæ plena: pro ea martyres innumerabiles ſunt occiſi, ſenes, iuuenes, pueri, matronæ, virgines, ſcientes beatos eſſe mortuos, qui moriuntur in Domino. Præterimus ſigna & prodigia, quæ certitudinem Chriſtianæ legis oſtentant. Quis viros commemorare queat ex Chriſtiano genere diuini, & humani iuris excellentiſſimos profeſſores, vera mundi lumina, ſcientiæ fontes, qui vſque ad mortem in fide Chriſti perſeuerantes, præclara volumina ediderunt, quæ tanquam ſydera quædam doctrinæ humanas mentes illuſtrant? Et quænam vllo in loco lex eſt, quæ alterum habeat Auguſtinum, alterum Hieronymum, alterum Ambroſium, alterum Gregorium? & ne Græcos prætereamus, quæ religio virum vnquam habuit, quæ Origeni comparari poſſet? quamuis hic in pleriſque locis errauit. Quis Ioanni Chryſoſtomo exæquabitur? quis magno Baſilio? quis Cyrillo? quis Gregorio Nazianzeno? Non ſufficiet dies ſi numerare pergimus illuſtres noſtræ legis doctores, ſiue viuos ſiue mortuos, quamuis non ſint mortui, ſed nunc

Quanta ſit eius dignitas.

Quanti martyres pro ea occiſi.

Quot in ea fulſere doctores & Sancti.

Digitized by Google

maxime viuunt, & tanquam ſtellæ in firmamento lucent, qui fidem ſacratiſſimæ Trinitatis elucidarunt. Quid dicemus de religioſis domibus, in quibus angelica ducitur vita, & pro peccatoribus aſſiduæ effunduntur preces Domino, nec vnquam ceſſant diuinæ laudes, & pſalmodiæ?

110 Benedictus Nurſienſis apud nos multorum monachorum doctor, & pater extitit: apud Græcos magnus Baſilius: ſecuti ſunt Bernardus abbas Claræuallis, & Bruno, qui Charthuſiam inſtituit: quotidie ſanctorum virorum apud nos augetur numerus, ædificantur noua monaſteria, & ſancta renouantur inſtituta. Quos fructus edidit ſeraphicus Franciſcus eximius paupertatis amator in Vmbria, quæ pars eſt Italiæ, natus? quot eum diſcipuli ſecuti ſunt? quot ſub eius regula ſancti floruerunt? Antonius Patauij iacet miraculis clarus. Bernardinus Senenſis in Aquila, quem noſtra ætas quaſi alterum Paulum prædicantem audiuit. Nicolai Lyrani extant opera, quæ omnes admirantur. Dominicus in extremis Hiſpaniæ natus oris quaſi alius veſper emicuit, qui nouum quendam ſanctum, & nitidum viuendi morem ſuis auditoribus tradidit, & Prædicatorum inſtituta regula vniuerſum illuſtrauit orbem. Multi diſcipuli eius clariſſimi euaſerunt; ſed præcipua eſt magni Alberti fama, quia nullum doctrinæ genus ignoraſſe creditus eſt: nec minor eo Thomas Aquinas fuit in literis, & ſi maior extitit ſanctitate. Claruit & meo ſæculo ſub eadem regula Vincentius Hiſpanus, quem noſter anteceſſor inter ſanctos Chriſti confeſſores retulit. Et in ordine D. Auguſtini Nicolaus Tolentinas, paulo ante inter cœleſtia relatus ſanctorum agmina: noua in dies prole floreſcit noſtra religio. Quod ſi non deſunt peccatores diuinam prouocantes maieſtatem, non deſunt etiam conciliatores viri ſancti Deo accepti, & virgines immaculatæ, precibus aſſiduis diuinam iram auertentes, nec timentes ruinam tantis adiuti patrocinijs.

Multis illa confirmata miraculis.

Si ſint in ea aliqui peccatores non deeſſe tamen viros ſanctos.

111 Tu ergo, princeps nobilis, qui non es rationis incapax, neque ingenij obtuſi, collige quæ diximus, & conſerua in mente tua, & conſule tibi, & tuæ genti, & noli eſſe incredulus ſed fidelis: relinque tenebras, & lucem ſequere: intellige quo pede claudicat tua lex, & quantis ſcatet erroribus, & quam procul a veritate recedit, & quod non eſt in ea ſalus, nouæ & antiquæ legis inimica. Intelligis quam ſolida eſt euangelica doctrina, quam vera, quam ſancta, quam munda & immaculata, & quod ea tantum iter in cælum oſtendit, & non alia. Intelligis, ſi verba noſtra memoria tenes, quod Trinitas in vnitate, & vnitas in Trinitate colenda eſt: neque altera contradicit alteri. Intelligis quonam modo Pater ſibi Filium æqualem genuit, & quomodo a Patre & Filio ſanctus procedit Spiritus, qui eſt charitas & amor, & ſimul colendus eſt, & Deus eſt: & quod Filius pro noſtra ſalute incarnatus eſt, mortem tulit, & ſpoliato inferno tertia die reſurgens, quadraginta diebus cum diſcipulis conuerſatus aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris, venturus in fine ſæculi iudicare viuos, & mortuos: quo facto mali perpetuo pœnam ignis ſubibunt, boni æternam beatitudinem conſequentur, non in carnalibus deſiderijs, aut impudicitijs, non in cubilibus, ſed in dulcedine mentis, & in charitate Chriſti, quæ ſuperat omnem ſenſum. Ante omnia vero monſtratum eſt non poſſe te aſſequi inter Chriſtianos gloriam, & potentatum, quam videris optare maxime apud Europeos, & occidentales populos dum in tua ſecta perſeueraueris: quod ſi velles Chriſtianis initiari ſacris, magnam tibi ſpem facimus, & potentiæ, & gloriæ.

Doctrinæ Chriſtianæ ſumma.

112 Memento igitur verborum noſtrorum, & accipe fidele conſilium: ſume baptiſmum Chriſti & lauacrum Spiritus ſancti. Amplectere ſacroſanctum euangelium, & illi te totum committe. Sic tuam animam lucrifacies, ſic Turcorum populo bene conſules, ſic tuæ cogitationes adimpleri poterunt, ſic tuum nomen in ſæcula celebrabitur, ſic te omnis Græcia, omnis Italia, omnis Europa demirabitur: ſic Latinæ te literæ, ſic Græcæ, ſic Hebraicæ, ſic Arabicæ, & omnes barbaræ celebrabunt. Sic nulla ætas de tuis laudibus conticeſcet, ſic pacis amator, & fundator quietis appellaberis, ſic te Turci animarum ſuarum repertorem, & Chriſtiani ſuæ vitæ conſeruatorem vocabunt: Syri, Ægyptij, Lybici, Arabes, & quæcumque ſunt aliæ gentes extra Chriſti caulas, aut his auditis tuam viam ſequentur, aut tuis & Chriſtianis armis paruo negotio domabuntur, & ſi noluerint in noſtra lege te ſocium habere, experientur dominum in ſua: nos te iuuabimus, & omnium eorum aſſiſtente diuina gratia legitimum principem conſtituemus. Hæc ſunt, quæ tibi cum baptiſmo præmia promittuntur: his te bonis diuina pietas proculdubio cumulabit obſequentem euangelio. Quod ſi reſpueris conſilia noſtra, peribit tanquam fumus gloria tua, & tu more hominum reuerſus in cinerem totus morieris. Chriſtus regnabit in æternum, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.]

Oſtenſum Mahometi Imp. ſi fiat Chriſtianus imperiũ ipſius latiſſime amplificatum iri.

113 Obtuſas Pio aures præbuit Mahometes. Exaratas vero ſuperiores literas hoc anno colligitur ex alijs a ad Ludouicum Francorum Regem datis, quibus eum hortatus eſt, vt ruenti religioni opitularetur, miſerumque orientis ſtatum expoſuit, ex quibus conſtat hoc anno Trapezuntinum bellum a Mahomete geſtum, & auctores b, qui ad ſuperiora tempora retulere refellas.

a Pius II. lib. epiſt. n. 387.

b Bizar. hiſt. Perſ. lib. 9. Boſius l. 7.

Ludouico Francorum Regi illuſtri.

Quia Regina Cypri ad nos ex regno ſuo deiecta, & ex terris profecta eſt, & ad tuam credimus ſerenitatem proficiſcetur, conſilium & auxilium petens, nã regnum eius a ſoldani Ægyptij gente occupatum eſt: & quia, ſicut accepimus, Mahometes Turcorum dominus Sinopim, & Trapezuntem, & multas alias in Aſia ciuitates, ac prouincias de nouo ſibi ſubiecit, & in Europam victor, ac tumens eo propoſito reuertitur, vt Chriſtianitatem proterat & conculcet, ſerenitatem tuam rogamus, & flentes petimus, vt reſpicias in quo ſtatu eſt catholica fides, & quomodo ex vno latere Turci, ex alio Saraceni vrgent. Pone ante oculos lamentabiles Chriſtianorum voces, qui per Aſiam, & Græciam in medio nationis peruerſæ conſtituti miſerabilibus modis affliguntur: cogita in quo loco eſt ſacrum Domini ſepulchrum, quod inſpicere abſque Mahomentorum voluntate non poſſumus: ſancta terra, quæ nobis lucem fidei præbuit, nunc in tenebris eſt: totus oriens plenus eſt ſpurcitia Mahometica, quæ etiam in Europam ſuum virus effudit, inde Græciæ, hinc Hiſpaniæ parte occupata, nec dies eſt in qua

Expoſiti a Pio Regi Gallo Mahometis progreſſus.

non

Digitized by Google

non mille Chriſtianorum animæ pereant. Rhodus in periculo, & nobilis inſula * maris quondam dicta Peloponeſus in poteſtate Turcorum eſt, paucis exceptis locis: Epirus tota ad eos confluxit; Bulgaria, Vvalachia ex parte Turcis parent: Hungaria vulnus expectat, quia multis afflicta cladibus non poteſt tantos belli motus ſuſtinere, nec eſt qui conſoletur eam: timet victorem Mahometem iam ſpolijs orientis, & Aſiæ viribus auctum. Timemus ſane illi genti, timemus & alijs, qui ſunt in hoſtium circumitu, nec nos ſumus, qui ſuccurrere poſſumus: voluimus oculos noſtros modo huc modo illuc, & luſtratis omnibus Chriſtianorum prouincijs, nemo Regum, nemo principum nobis occurrit, qui tantæ rei ſubuenire poſſit niſi tu ſolus, quem pius Deus ſui populi ſaluatorem, vt confidimus, huc vſque ſaluauit incolumem, nec permiſit in manus te perſequentium incidere. Tu Dei ope hereditarium regnum in pace conſequutus es mortuo patre: Philippus Burgundiæ dux clarus, & potens tibi obſequentiſſimus eſt, & cæteri duces & comites regni gloriantur, & tibi ſine controuerſia parent. Ex Anglia, ſi volueris, nil tibi aduerſabitur; Hiſpaniam habes amicam: omnes per circuitum te venerantur, & colunt, & legationes ex longinquis partibus, ac ex ipſa Italia te honoratum, & ſalutatum veniunt: magna eſt gloria tua, magnum eſt Dei donum.

† peninſula

Extremũ Cypro & Vngariæ excidium imminere.

Propoſita gloria ſi imperiũ Chriſtianum ſeruarit. Burgundum futurum laborum comitem ſinitimoſq; Reges non aduerſaturos.

114 Intellexit diuina pietas cogitationes tuas, & multa cognouit in animo tuo propoſita eſſe ad commune bonum, nec dubitamus quin, cum eſſes exul quodammodo a regno tuo, tecum ſæpe dixeris. O ſi paterno in ſolio aliquando ſedeam, quanta faciam tibi Deus grata! certe non patiar tuam hereditatem Turcorum inſania amari. Audiuit te Deus, & omnia tibi aduerſa repulit, planauit iter tuum, & te in aucto regno collocauit excelſum præ Regibus terræ: omnia tibi tranquilla dedit: ſi quid aliquando intra te Deo promiſiſti, id ſeruato, ſi non promiſiſti (quod non eſt veriſimile) recognoſce beneficia, quæ accepiſti a domino Deo tuo, qui te filium Regem creauit, & regnum, cum diu extorris fuiſti, ſumma cum gloria reſtituit: oſtende te gratum diuinæ pietati, & pro tantis beneficijs vicem repende: tolle, vt facturum oratori noſtro ſpopondiſti, pragmaticam conſtitutionem, & hoc facto, quod non eſt difficile, erige te totum in auxilium Chriſtianæ religionis contra Turchos, ſtude vt expeditio aduerſus hoſtes Chriſti fiat: exhibe te huius rei ducem, & caput, nec dubita, cuncta erunt tibi proſpera. Hoc eſt negotium te dignum, tibi hæc gloria ſeruata eſt, nihil eſt in quo te laudabilius exercere poſſis: hereditaria hæc tibi prouincia eſt; nam pugnare contra Turcos & vincere, & terram ſanctam recuperare, & fidem ſaluare, & Romanam eccleſiam honeſtare Francorum Regum proprium eſt, & hæc tu commodiſſime præſtare potes vera Francorum ſoboles: ſapientia & rerum experientia præditus, in opulento & pacifico & potentiſſimo regno ſublimatus. Omnium oculi in te reſpiciunt, omnes afflicti te inuocant, & nos præter te non videmus, qui hæc poſſit præſtare, ideo ad te vnum recurrimus Chriſtianæ fidei defenſorem. Tu ergo & a nobis, & a toto Chriſtianorum populo rogatus, & in primis a Deo commonitus, præpara te huic prouinciæ, ad quam fœliciter dirigendam omnia obtinebis a nobis, quæ a iuſto & pio Chriſti vicario, & B. Petri

Reponat gratiam numini pro beneficijs.

Verſos eſſe in eum omnium oculos.

ſucceſſore obtineri debeant. *Dat. Romæ die XXVI. octobris anno MCCCCLXI. pontificatus noſtri anno IV.*

115 Vt eundem Regem ad conficiendam in Turcam expeditionem incitaret Pius, apoſtolica prece ſacratum enſem inter natalitij dominici ſolemnia miſit, a vagina diſtincta gemmis incluſum, in quo hi verſus inciſi erant.

Exerat in Turcas tua me Ludouice furentes
Dextera, Graiorum ſanguinis vltor ero.
Corruet Imperium Mahumetis, & inclyta rurſus
Gallorum virtus te petet aſtra duce.

Sacratus enſis a Pio ad Ludouicum tráſmiſſus.
a Gob. l. 7.

Extant eodem argumento datæ tum a Philelpho rhetore eximio literæ b, quibus Carolum Francorum Regem ſolicitabat, vt Turcas bello peteret, qui, exciſis penitus orientalibus Chriſtianis, deinde in occidentales furorem conuerſuri eſſent: *Non te præterit*, inquit, *quanta clades inuaſerit Chriſtianam religionem ſuperiorum principum vel negligentia, vel ignauia, qui dum otio dum voluptatibus ſtudent, tum Conſtantinopolis vrbs illa clariſſima, tum vniuerſa Tracia, tum Triballi atque Illyrici, populi magni & præpotentes, nouiſſime autem Peloponeſus tot vrbibus, tot pollens hominum millibus Turcorum teterrimo iugo colla ſubiecit: quod ſi Turci voluptatibus dediti, ſi homines barbari, & agreſtes turpiſſimum ſibi ducunt, & pernicioſum in primis quietem agere, atque fouere otium, quid facere debent principes Chriſtiani, quorum religio plena eſt honeſtatis, planeque diuina?* Et infra: *Solus es in vniuerſa Chriſtiana republica, qui dignitate & viribus & opibus ſine vlla controuerſia reliquis Chriſtianis omnibus antecellis, es eam natus ætatem, quæ ſimul cum prudentia & animi & corporis perfecerit in te robur: oblata eſt occaſio belli cum iuſti ac pij, tum maxime ſalutaris: vides quam in dies magis atque magis augeſcit Turcorum peſtifera illa funeſtaque tyrannis, non eſt tibi diutius differendum, ne cunctando latius ſerpat virus. Dum Turca ignobiles ſeruileſque negliguntur, habenturque contempti, non Aſia ſolum maxima opulentiſſimaque regna ſubiugarunt, ſed etiam Europa latiſſimos nobiliſſimoſque populos, atque ampliſſimas regiones & egerunt in ſeruitutem, aguntque quotidie: & cum maxime videntur abeſſe ab Italia, & Germania, id moliuntur, agunt, aſſequuntur, vt intra Italiæ Germaniæque limina verſari, & circumquaque infeſta arma concutere, atque vibrare gladios poſſint: quid enim aduerſus Colchos Mahometus Amyras profectus eſt? quid Trapezuntas oppugnat? nempe, vt nihil ſibi poſt terga relinquat infeſtum, quo liberior ſit ad Italorum Germanorumque perniciem.*

b Philelph. lib. 17. ep. ad Lud. Reg. Fráć.

Philelphi ad Ludouicum cohortatio.

Cum Hungaris fœdus traditur percuſſiſſe; Hungari enim ferociſſimum genus hominum vbi ſe audiſſent a cæteris principibus deſtitutos, vel ab ipſis potius principibus Chriſtianis oppugnari, a Turcis autem quotidie affligi, atque opprimi, ancipiti bello diſtracti ac vexati, tandem coacti ſunt accipere quam Turci voluerunt conditionem; quid enim facerent inopes & eorum, niſi aſſidua mole rapinarum ac cædium, cum ſe circumuallari vndique hoſtilibus infeſtiſque armis intuerentur? Quid non ſuadeat indignatio? quid non perficiat deſperatio? At neceſſitati qui, reſiſtere poſſit, dum Chriſtiani potentatus alij dormitant; alij, quæ pro fide Chriſti debuerant, inter ſe inuicem efferata atque truculenta tela conuertunt? Mahometus vigilat, & quæ offertur, opportunitatem non deſerit: ſed vt iuuenis & Chriſtianorum præda non minus opulentus, quam animoſus, exercitus quotidie nouos comparat ex ſubiugatis hoſtibus, ſe-

que

que & viribus murit & imperio decorat, ſitque iam omnibus formidabilis. Valachos habet tributarios, magnam Illyria, & Dalmatia annis ſuperioribus partem occupauit ac tenet: nuper Sinopem vrbem muniſſimam, & rebus omnibus abundantem ſolo nominis terrore in ditionem accepit: Sebaſtopolim intrepide ac fortiter repugnantem vt vi expugnaſſet cæpiſſetque, totum illum populum Chriſtianum ſædibus per omne contumelia ſæuitiaque genus infixit. Oppugnatur Trapezus regia vrbs emporiumque Colchorum, atque ea oppugnatur quidem & terra & mari a viribus & furore ſæuiſſimi dirique Mahometi, & ita pertinaciter oppugnatur, vt non longe abſit ab interitu: ſed hæc & alia pleraque multo diligentius, ac melius vir excellentiſſimus Petrus Poſterula tuæ regia maieſtati, qui te veluti numen quoddam & colit & veneratur, coram exponet. Age igitur, Rex inuictiſſime, induere armis iuſtitia tegere pietatis clypeo, cape fortitudinis gladium, & duce atque adiutore Chriſto Ieſu in barbaram illam, & ignobilem, abiectamque nationem age victrices atque felices copias, minimo admodum labore gloriam tui ſempiterni nominis tibi comparaturus: quid enim memorem quantam ſis facturus acceſſionem ex hac tam præclara exoptataque de Turcis victoria maximo tuo florentiſſimoque regno? poſſident enim Turci non ſolum Myſiam, Phrygiam, Cariam, ac Lyciam quatuor Aſia opulentiſſimo regna, ſed quidquid iacet Phœnicibus ad Helleſpontum teterrimo premunt & atrociſſimo dominatu; in Europa vero a mari Euxino intra Dalmatia viſcera vniuerſum continentem egerunt in ſeruitutem. Omitto inſulas aliaſque permultas regiones, quas tenent iugo preſſas, illic ad Celebos, hinc ad Getas vſque vltra Danubium. Hæc omnia ſi volueris (quid enim velle non debes?) tua futura ſunt, & id quidem breuique & facili victoria; nunquam enim Turci ſuperiores eſſe conſueuerunt vllo virtutis genere, ſed aut negligentia hoſtili, aut ignauia, aut etiam diſcordia vicere, qui pugnare neſcirent, vel nollent, &c. Ex *Mediolano* XIV. *kal.* *nouembris* MCCCCLXI.

Pius in Gallica aula ob Ferdinandi clientelam male audit.

116 Antea vero, nimirum menſe auguſto, Ioannem epiſcopum Atrebatenſem legati apoſtolici auctoritate inſtructum Pius miſerat, vt eos, qui pontificem carpebant, quod nimirum Pius nil niſi ſplendida verba pro tuenda in oriente religione daret: Gallicum ius amplificandæ nepotis dignitatis cauſa nimio in Ferdinandum ſtudio oppugnabat: accenderat ciuile in Anglia bellum miſſo epiſcopo Interamnenſi, Regemque Henricum deiecerat: partimque clandeſtinis ſuſurris, partim apertis ſermonibus detrahebant, compeſceret; tum maxime vt Ludouicum ad ſanctionem pragmaticam, in medijs eccleſiæ tumultibus a ſeductis præſulibus, nulla idonea ſultis poteſtate latam, abolendam permoueret: de qua legatione dicto Atrebatenſi epiſcopo data literarum pars hæc præcipua eſt a.

Internuntium mittit pro reſellendis aduerſariorum ſuſurris.

a *Pius l. 1. ep. cur. pag. 10.*

Cum nos te ad Franciæ, & cæteras Galliarum partes, nec non Angliæ & Scotiæ regno, dominia quoque dilecti filij nobilis viri Philippi ducis Burgundiæ, etiam extra dictum regnum Franciæ conſiſtentia, pro nonnullis arduis negotijs noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis nuntium cum poteſtate legati de latere præſentialiter deſtinemus; &, ſicut ad noſtrum non ſine maxima mentis perturbatione peruenit auditum, nonnulli viri periurio, & præſertim eccleſiaſtici, ſæculares, & diuerſorum ordinum regulares dictorum regnorum, non ſine vehementi hæreſis ſuſpicione, non attendentes ſcriptum eſſe: Principem populi non maledices, cum maledixerint, ac de nobis ipſaque eccleſia, & illius officialibus falſa oblocuti fuerint, plurium glorïantes, & non verentes os in cælum ponere, linguis eorum ſuper terram tranſeuntibus, vt aliquid poſſe videantur, irreuerenter faſtuoſoque Spiritu animoſius exardeſcentes, etiam in diuerſarum perſonarum præſentia ore tabeſcente, & inuerecunda facie; cum ipſi ſilere, ac maiorum ſuorum opiniones, & iudicia audire, illaque pro poſſe ſectari deberent, etiam in particularibus ſeu generalibus conſilijs verba quamplurima, etiam noſtrorum miniſterij, & officij depreſſionem attingentes, proferre, noſque & officiales prædictos, ipſamque Romanam eccleſiam cunctorum matrem veluti malignitatis alumni, in ſuis maledictis lacerare non ceſſant; quamplures quoque ex eis etiam pontificali dignitate præditi auctoritatem ſanctionis canonicæ contemnentes, literis & proceſſibus apoſtolicis, quominus executioni mandentur, obuiare non verentur in multorum iniuriam, pernicioſum quoque exemplum & ſcandalum plurimorum, &c. (dedit deinde Pius legato ampliſſima mandata, vt in illos, qui pontificiæ auctoritati detraxerint, nullo dignitatis diſcrimine ſeueritatem adhibeat.) *Dat. Tibure anno dominicæ incarnationis* MCCCCLXI. XIII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* III.

117 De Angliæ tumultibus, ob quos admodum auctos abrogata eſt Franciſci epiſcopi Interamnenſis legatio, dicetur inferius: nunc in primis quæ ad extinctam pragmaticam ſanctionem & ad Ludouicum Regem ſpectant percurrenda ſunt. Præbuit plurima Ludouicus in primis regni exordijs virtutum exempla Regis optimi, vt Pius ad Cardinalem Conſtantienſem ſcripſit a: *Illud iucundum eſt viſum, quod diuerſis ex locis ſentimus ſerenitatem ſuam ad religionis, & iuſtitiæ cultum inſtitutionem regni ſui dirigere, & velle omnino, vt cum integritate vbique viuatur, maximam fundamenta hæc præbere ſpem poſſunt futurum illum deuotiſſimum Apoſtolicæ ſedi, & honoraturum Eccleſiam Dei.*

a *Lib. breu. pag. 244.*

A religione & iuſtitia regnum auſpicari viſus.

Non difficile fuit ita comparatum Ludouicum ab Atrebatenſi epiſcopo ad pragmaticam ſanctionem abolendum adducere; quippe, vt refert Gobelinus b: *Prima eius profeſſio extitit pragmaticam ſanctionem, quam pater induxerat, prorſus eliminare, & Apoſtolicæ ſedi in rebus eccleſiaſticis ſummum imperium permittere, nec opus monitore Atrebatenſi epiſcopo fuit: id iampridem facturum ſe B. Petro Apoſtolorum principi vouerat, ſi paternum ſolium aliquando conſcenderet.* Tradit idem auctor c, Ludouicum Ioanni Atrebatenſi præſuli legato apoſtolico ſacramento ſe deuinxiſſe, pragmaticam ſanctionem abrogatum iri, cum id votum Deo nuncupaſſet. Confirmant hæc Ludouici Regis ad Pontificem datæ literæ d, quibus eandem ſanctionem deleuit ijs potiſſimum permotus argumentis, quod ea efferueſcente ſchiſmate per ſeditionem condita eſſet, auctoritatem ſedis Apoſtolicæ labefactaret, licentiæ præſulum fræna laxaret, aliorum regnorum cum Eccleſia conſenſioni aduerſaretur, tum a minoris auctoritatis præſulibus contra apoſtolicæ dignitatis apices concepta eſſet.

Abolendam ſanctionem pragmaticam decernit.

b *Gob. l. 6.*
c *Id. l. 7.*
d *Extant l. 2. collect. opera Plat. iuſſu Sixti IV. pag. 537. & 17 pis cuſa inter epiſt. Pij II. n. 388. & in actis conc. Later. ſeſſ. 4. 10. 4. concil. par. 2. edit. Binij pag. 17.*

Ludouicus Dei gratia Francorum Rex tibi ſanctiſſimo, & beatiſſimo patri noſtro Pio Papæ II. obedientiam filialem, & plenos deuotionis affectus.

118 Deum ſolum ſcientes eſſe, cuius prouidentia bene conſulitur rebus humanis, meliuſque regna & vrbes religione cingi atque defendi, quam armis & mœnibus, & vicarium Dei viuen-

Obedientiam Pio inſignibus literis defert.

Digitized by Google

uiuentis, ea ueneratione proſequimur, vt ſacra, præſertim in eccleſiaſticis rebus tua monita velut vocem paſtoris audire, illiſque parere prompta mente velimus; quapropter, beatiſſime pater, etſi conſtitutio quædam in regno noſtro, quam pragmaticam vocant, magno prælatorum conuentu, magna temporis deliberatione concluſa fuerit, & iam callum obducens quietum prope fixerit ſtatum, tu tamen tuis ad nos literis illam a regno noſtro auferri, explodi, abrogarique flagitas; idem quoque nobis dilectus & fidelis conſiliarius noſter Ioannes epiſcopus Atrebatenſis, quem cum poteſtate legati de latere ad hoc noſtrum regnum miſiſti, commemorauit; & ad ea per ipſum tibi noſtro nomine pollicenda, vouenda, & promittenda nos, antequam regnum ſuſcepiſſemus, religionis inſtinctus quidam deduxerat; nos noſtra promiſſa exequi, accedente moderatrice rerum eccleſiaſticarum tua auctoritate, audemus ac volumus: & id quidem tanto volumus animo propenſiori, quanto nobis regnum Franciæ florens, & bello vacuum tuetur Deus & protegit. Omnibus itaque victimis potiorem obedientiam intelligentes aſſenſi ſumus his, quæ tuo nomine nobis aperta ſunt, ipſam ſcilicet pragmaticam ſanctionem tibi tuæque ſedi eſſe infenſam, vtpote quæ in ſeditione, & ſchiſmatis tempore atque per ſeditionem ſectioniſque a tua ſede figuram nata ſit, & quæ dum tibi, a quo ſacræ leges oriuntur & manant, quantamlibet eripit auctoritatem, omne ius & omnem legem diſſoluit; illud enim exoritur, quod idem conſiliarius noſter nomine tuæ ſanctitatis aſſumpſit, vt, dum per pragmaticam ipſam ſummæ in Eccleſia tuæ ſedis auctoritas minuitur, dum prælatis in regno noſtro quoddam licentiæ templum per illam perſtruitur, dum congruens vnitas ad alia regna conformitaſque tolli videtur, abroganda ſit ipſa pragmatica, pellendaque a regno noſtro, quippe quæ aduerſus tuam ſedem omnium eccleſiarum matrem vel ab inferioribus prælatis lata ſit, tamquam, vt ſcriptura loquitur, ſi eleuetur virga contra leuantem ſe, aut baculus, qui vtique lignum eſt. Quæ quidem, beatiſſime pater, licet plerique docti homines conſulere niterentur atque tueri, multaque nos dehortarentur abrogare ſanctionem ipſam, te tamen principem totius Eccleſiæ, te antiſtitem ſacrorum dominici gregis paſtorem profitemur & ſcimus, teque iubente ſequimur, tibi & beatiſſimi Petri cathedræ conſentimus & iungimur.

Conditā per ſeditionem tempore ſchiſmatis pragmaticam proteſtatur.

Plures doctos ne aboleretur obluctatos.

At ijs ſpretis Petri cathedræ conſentiſſe.

119 Itaque, ſicut mandaſti, pragmaticam ipſam a regno noſtro noſtroque Viennenſi delphinatu, & omni ditione noſtra, per præſentes pellimus, deijcimus, ſtirpituſque abrogamus, & quam qualemque ante pragmaticæ ipſius editionem circa eccleſiarum, beneficiorum, aliarumque rerum ſpiritualem diſpoſitionem, cenſuram, moderationem in regno noſtro omnique ditione noſtra tui prædeceſſores Martinus V. & Eugenius IV. Romani Pontifices habebant, & exercebant, talem eandemque noſtro adiutori beatiſſimo Petro, tibique ſucceſſori ipſius reddimus, præſtamus, & reſtituimus cum ſummo imperio, cum iudicio libero, cum poteſtate non coarctata: tu enim, cum ſcias quid auctoritate diuinitus tibi tradita poſſis, quas pro regni noſtri & eccleſiarum in eo tranquillitate poſtulabimus, non negliges res neceſſarias, poteriſque ſemper, quod optimum fuerit iudicare. Vtere igitur deinceps in regno noſtro poteſtate tua, vt voles, atque illam exerce, nam vt hominum membra nulla contentione capite vno atque vna mente ducuntur, ſic tuis ſacris decretis Eccleſiæ prælati in regno noſtro & delphinatu conſonantiam, & obedientiam plenam reſundent. Quod ſi forte obnitentur aliqui aut reclamabunt, nos in verbo regio pollicemur tuæ beatitudini, atque promittimus exequi facere tua mandata, omni appellationis aut appoſitionis obſtaculo prorſus excluſo, eoſque, qui tibi contumaces fuerint, pro tuo iuſſu comprimemus, & refrænabimus. *Datum Turonis ſub magno ſigillo noſtro die XXVII. menſis nouembris anno Domini MCCCCLXI. & regni noſtri primo.* Per Regem in conſilio.

Si qui rebelles fuerint: regia ope comprimendos.

120 Adiungimus Gallicis rebus hoc anno in Cameracenſis agri oppido, cui Iuchij nomen erat, ſtatutum fuiſſe, vt refert Monſtrelctus a, diuinæ iuſtitiæ exemplum in filio improbo, qui matrem e domo trina vice inhumane pepulerat, dicens malle ſe, vt domus incendio conflagraret, quæque in ea eſſent abſumerentur, quam vt vnico die in ea matrem commorari permitteret: mox enim eodem die incognito caſu accenſo igne eadem domus in fauillas redacta eſt.

a *Monſtr. vol. 3 pag. 83.*

Diuinæ iuſtitiæ exemplū in filium impium.

121 Extremo anno XVIII. decembris a Pio II. relati ſunt in Cardinalium numerum plures doctrina, & auctoritate, gerendarumque rerum peritia conſpicui viri, de quibus hæc narrat Ioannes Gobelinus b: *Cum Pontifex maiorem Cardinalium partem in ſuam ſententiam veniſſe cognouerat, congregato collegio ſecunda feria ante quatuor aduentus tempora de Cardinalium creatione ſermonem habuit, & numerum expoſuit, & perſonas nominauit. Reſpiciebant Cardinales taciti alter alterum, & cum ex ipſis vultibus intelligerent ſummo Pontifici annuendum eſſe, nemo auſus eſt aduerſari, cunctis laudantes nominatos, atque in eorum creatione conſenſere. Tunc Pontifex non expectata ſexta feria, in qua pronunciari Cardinales conſueuere, ſtatim annuente, ac requirente collegio, pronuntiationem fecit, iuſſitque in diem, quæ prope aderat, eiuſmodi ſolemnitate ſtatutam ſilentio tegi. Cardinales ex Italicis creati ſunt Bartholomæus Rouarella archiepiſcopus Rauennas, qui multis annis in regno Siciliæ legatum geſſerat, doctrina, conſilio, & morum integritate conſpicuus; Iacobus epiſcopus Papienſis natione Lucenſis, priuilegio Senenſis, & ab ipſo Pontifice, qui dexteritatem ingenij dilexiſſet, Picolomineo donatus familia: Franciſcus Mantuani principis filius nondum viginti natus annos, verum qui corpore longe maiorem præ ſe ferret ætatem, & grauitate ac prudentia prope ſenili: illi ad titulum presbyteri aſſumpti, hic ad diaconatum, nempe S. Mariæ nouæ: Ex Gallicis Ioannes epiſcopus Atrebas egregius vir doctrina, ingenio, ac diuina quodammodo memoria præſtans: Ludouicus Lebretus ex regio Francorum ſanguine ortus, placida conuerſatione, & cuius vita generi conueniret. Ex Hiſpanis Iacobus epiſcopus Vrgellenſis domo Cardonea, literis & moribus ornatus, cuius maiores ad regni quondam faſtigium peruenere: bis tituli presbyterorum aſſignati. Cœperat iam Pontificem vexare chiragra atque ardore vrgere intolerabili, propter quod publicatio Cardinalium in conſiſtorio patenti ſine ipſo facta eſt. Cardinalis Nicenus de laudibus eorum verba fecit. Digna creatio iudicata, quæ de viris excellentibus facta eſſet, & qui poſſent Eccleſiæ prodeſſe, vel ſuo ingenio, vel amicorum auxilio: nec minus collaudata eſt Pontificis prudentia. Ex veteris nouiter Cardinalibus vnus tantum aderat Iacobus* Lucen-

b *Gob. l. 7.*

Actus Cardinalium creatus.

Nouorū Cardd. nominatio.

Lucenſis, cui Pontifex lectulo decumbens ſua manu vel ægrota rubrum galerum impoſuit. Rauennati, & Vrgellenſi aulici Pontificis pileos tulere: reliqui poſtea curiam petentes pro more iiſdem inſignibus honeſtati fuerunt.

122 Quod ad Iacobum Papienſem attinet, extat pontificium diploma a eius gratia editum ipſa die, qua Cardinalium collegio eſt aggregatus, nimirum XIV. kal. ianuarij, quo etiam Ticinenſis eccleſiæ adminiſtrationem vna cum cardinalatu coniunctam illi aſſeruit. Porro extat apud Cardinalem ipſũ Papienſem b elegans parænesis ſibi ipſi inſcripta, cum ſacræ purpuræ ius accepiſſet, qua mentem ad diuinum timorem, contemnendaque gratulantium lenocinia obfirmat: *Crede*, inquit ſeipſum adhortans, *hunc in quem veniſti gradum non tam honoris nomen habere, quam oneris, nec tam otij, quam negotij locum. Reprimet hæc cogitatio efferentem ſe animum, & leniora faciet quæcumque ſunt grauatura; ad ſana etiam conſilia animum præparabit: ſi aliud eſſe cardinalatum putas, erras vehementer. Quidquid hic eſt, labor eſt & diſpenſatio Chriſti, non quies aut imperium. Auxiſti miniſterium Dei, augenda pariter humilitas eſt, ac patientia: ſanctum miniſterium hoc a te exigit dicens Dominus. Qui mihi miniſtrat me ſequatur; hoc videlicet dicit, ſicut humilior ego & patior, ſic tu humilitate & patere. Collati honores ſi delectant, non contriſtent bonarum opera: nil magnum cardinalatus ex ſe habet, occaſionem laudis afferat, non laudem; tantuſque ipſe eſt, quanta illius eſt virtus, qui eum ſuſtinet: clarus, ſi tu dignus gloria: ſine honore, ſi vita eſt contemptibilis: non facit cathedra ſacerdotem, inquit Chryſoſtomus, ſed ſacerdos cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum, &c.*

a Pius lib. 57. pag. 220.

123 Repoſita hoc anno eſt ſolemni ritu a Pio II. in ſanctarum virginum catalogo Catharina Senenſis, ſanctitate & miraculis clariſſima, prouehentibus ſacram hanc actionem Senenſibus ſuis precibus apud Pontificem, vt refert Gobelinus c his verbis: *Pontifex rogatus a ſuis ciuibus B. Catherinam Senenſem inter ſanctas Chriſti virgines referre, accito epiſcoporum conſilio, qui tunc erant in vrbe: de vita & miraculis inquiſitione per tres Cardinales facta, qui omnia, quæ inuenerant coram retulere: interrogato conuentu quid videretur, cum reſpondiſſent vniuerſi canonizandam virginem fore, in baſilica B. Petri ſuggeſtum apparari iuſſit, in quo re diuina peracta orationem habuit de laudibus virginis, quam hic non inſeruimus, in volumine reliquarum orationum conſcriptam. Ea finita ſummo Cardinalium, epiſcoporum, abbatum, & aliorum, qui aſſiſtebant, prælatorum conſenſu, adhibitis ſolemnitatibus conſuetis Catherinam ipſam in cathalogo ſanctarum virginum aſcribi mandauit: commemorationem eius fieri quotannis inſtituit: viſitantibus ſepulchrum, in quo iacent oſſa in eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam indulgentias ſeptem annorum conceſſit: ac canonizationis literas ipſe dictauit, quæ inter alias eius epiſtolas continentur.* Impreſſæ ſunt hæ literæ, inſertæque bullario d, ſed pluribus ſcatent mendis, quæ nos ex regeſto Vaticano e emendauimus; ea vero delibanda cenſuimus, in quibus Pontifex affert virtutum exempla, & argumenta ſanctitatis, quæ in eadem B. Catherina radiarunt; prælatus enim plura de orbis creaturis, quæ diuinam gloriam ſuæ naturæ præſtantia explicant, deque humano genere collapſo, ac redempto, legeque euangelica inſtructo, quam tamen pars maxima aut reſpuat, admiſſamue non impleat, ſermonem conuertit ad ſanctos vtriuſque ſexus, quibus diuina prouidentia Eccleſiam ſingulis ſeculis illuſtrauit: inter quos effulſit B. Catherina, cui quidem Vrbanus VI. Innocentius VII. Gregorius XII. virginum ſanctarum cultum decernere fuerint meditati, ſed ſchiſmatis turbinibus agitati deſtiterint non ſine arcano diuini Numinis conſilio, ne quod pars vna ſacrum pronuntiaſſet, altera profanum cenſuiſſet, reſeruatamque rem Senenſi viro in Petri ſolio conſidenti, vt ciuem Senenſem conſecraret. Tum quæ de Catharina poſt grauiſſimum examen comperta ſint ita exponit.

c Gob. l. 5.

Cõſecrata a Pio S. Catharina Senẽſis memoria.

d Bullar. in Pio II. conſt 8.
e Lib. 16. bullar. pag. 60.

Pius Papa II. ad perpetuam rei memoriam.

124 Virgo Catharina ex ciuitate Senenſi oriunda, mediocribus orta parentibus, prius Deo ſeſe dedicauit, quam Deum poſſet per ætatem cognoſcere. Sex annos nata, vt Domino ſeruiret, eremum concupiuit, & vrbe egreſſa in cauerna quadam loco ſolitario delituit, quamuis iubente ſpiritu paululum demorata domum redierit. Angelicam ſalutationem edocta quoties paternæ domus ſcalam aſcendit, toties per ſingulos gradus flexo geniculo beatiſſimam Virginem matrem Domini ſalutauit, & anno maior virginitatem ſuam conſecrauit Chriſto, quem ſua in maieſtate ſedentem mirabili viſione contemplata eſt, & arcana cœleſtis aulæ vidit, quæ non poteſt effari lingua mortalis. Mundanas delitias a ſe omnes abdicauit, orationi totam ſe dedit, corpuſculum ſuum ieiunijs, vigilijs, ac verberibus afflixit, coæquales puellas, vt idem facerent & docuit & perſuaſit.

Pubes effecta ſciſſis crinibus mortale coniugium recuſauit, conuicia & maledicta hominum ſpreuit, B. Dominici habitum, quem fœminæ geſtant de pœnitentia nuncupatæ, extorſit potius quam impetrauit: ancillare officium in paterna domo exercuit, nihil magis cupiens, quam vilis apud homines & abiecta videri. Pauperibus Chriſti, nam id pater ſibi indulſerat, larga manu ſubuenit, ægrotantibus ſumma diligentia miniſtrauit: diabolicas tentationes, & aſſiduas malignantium ſpirituum pugnas patientiæ clypeo, & fidei galea ſuperauit: incarceratos, & oppreſſos, quibus valuit modis, conſolata eſt. Nullum ab ea verbum non religioſum, non ſanctum excidit: omnis ſermo eius de moribus fuit, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei, & proximi, de cœleſti patria.

Inſignis eius charitas in proximos

Nemo ad eam acceſſit, qui non doctior melliorque abierit: doctrina eius infuſa, non acquiſita fuit: prius magiſtra viſa eſt, quam diſcipula, quippe quæ ſacrarum literarum profeſſoribus, ipſiſque magnarum eccleſiarum epiſcopis difficillimas de diuinitate quæſtiones proponentibus prudentiſſime reſpondit, & adeo ſatisfecit, vt tanquam agnos manſuefactos remiſerit, quos tanquam lupos & leones ferocientes acceperat: quorum nonnulli diuinam in virgine ſapientiam admirati, diſtributis mox inter Chriſti pauperes, quas poſſidebant, ſubſtantijs, accepta Domini cruce vitam deinde euangelicam egerunt.

125 Summa huius virginis abſtinentia fuit, & mirabilis vitæ auſteritas: nam, cum vini, & carnium vſum prorſus abieciſſet, nec pulmentarijs vllis vteretur, ad extremum eo deducta eſt,

Grauioribus ieiunijs virgineum corpus macerauit.

vt

Digitized by Google

vt nec legumina ederet, nec pane veſceretur niſi cœleſti, quem verus Chriſtianus in Sacramento ſumit altaris. Inuenta eſt aliquando a die cinerum vſque in pentecoſtem ieiunium perduxiſſe ſola Euchariſtiæ communione contenta, per annos circiter octo minimo herbarum ſucco, eorumque parum recento, & communione ſacra ſuſtentata eſt: ad cibum quaſi ad ſupplicium pergebat. Ad communionem altaris, quæ illi fere quotidiana fuit, quaſi ad cœleſtes nuptias inuitata eſſet, ſumma cum alacritate proficiſcebatur: cilicio ſub veſte vtebatur, quo carnem macerabat: nullæ illi plumæ, nulla pulminaria erant, lectum ſibi ex aſſeribus confecerat, atque in eo iacens breuiſſimum ſomnum accipiebar, raro enim vltra duas horas inter diu noctuque dormiebat, reliquum omne tempus vigilando, orando, prædicando, opera miſericordiæ agendo, contriuit: ſpinoſis cordulis carnem ſuam macerauit: dolore capitis pene aſſidue torquebatur, æſtuabat febribus, nec illorum cruciatu carebat: luctabatur quam frequentiſſime cum dæmonibus, multiſque illorum moleſtijs vexabatur, ſed aiebat cum Apoſtolo: *Cum infirmor tunc fortior ſum*. Nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec charitatis opera negligebat: aſſiſtebat miſeris indigna ferentibus, arguebat peccatores, & blandiſſimis verbis ad pœnitentiam reuocabat; præcepta ſalutis omnibus læta dabat; quid ſectandum, quid fugiendum eſſet alacri vultu oſtendebat; diſſidentes ſummo ſtudio componebat, multa extinxit odia, & mortales ſedauit inimicitias.

Cœleſtibus in communione perfundebatur delitijs.

Plures ad ſanctiorem vitā traduxit.

126 Pro pace Florentinorum, qui cum Eccleſia diſſidebant, & interdicto ſuppoſiti erant eccleſiaſtico, Apenninum & alpes tranſire, atque vſque in Auenionem ad Gregorium XI. Pontificem maximum anteceſſorem noſtrum proficiſci non dubitauit, cui votum ſuum de petenda vrbe Roma in occulto factum, & ſoli ſibi, ac Deo notum, ſeſe diuinitus cognouiſſe monſtrauit; fuit enim in ea ſpiritus prophetiæ, & multa prædixit antequam fierent, & occultiſſima reuelauit. Rapiebatur ſæpe a ſpiritu, & in aere ſuſpenſa diuinis contemplationibus paſcebatur, adeo extra ſe acta, vt expuncta percuſſaque nihil omnino ſentiret, idque frequenter ſibi contingebat cum diuiniſſima reficeretur Euchariſtia. Magnum & ſanctum erat in plebibus Catharinæ nomen: vndique ad eam ægroti, & malignis vexati ſpiritibus deducebantur, & multi curabantur languoribus, & febribus in Chriſti nomine: imperabat & dæmones cogebat ab obſeſſis abire corporibus, propter quas res duobus Romanis Pontificibus Gregorio, cuius paulo ante meminimus, & Vrbano VI. acceptiſſima fuit, adeo vt legationibus eorum fungeretur, multiſque & magnis ſpiritualibus gratijs ab eis donaretur.

Gregorio XI. votum ab ipſo nuncupatum de ſede vrbi reſtituenda patefecit.

Suſpenſa in aere diuina cōtemplatione fruebatur.

127 Eadem cum vitæ agonem iam peregiſſet anno ætatis ſuæ tertio circiter ac trigeſimo, in vrbe Roma diem ſuum clauſit: de cuius animæ in cælum aſſumptione & glorioſa receptione, ſtupendæ & admirabiles reuelationes factæ reperiuntur apud eas perſonas, quæ virginem dilexere, maxime vero apud eius confeſſorem Raymundum Capuanum ſacræ theologiæ magiſtrum, qui poſtea generalis totius ordinis Prædicatorum pater, magiſter, & rector effectus eſt: is namque, cum Genuæ ageret, ea nocte, qua virgo migrauit, hora matutina intra dormitorium apud imaginem Matris Domini eam contemplatus eſt miro ſplendore fulgentem, & verba ad ſe conſolatoria dicentem. Corpus aliquandiu ſeruatum, denique in eccleſia fratrum Prædicatorum, quæ de Minerua dicitur, Romæ conditum eſt, non ſine maxima populi deuotione ac reuerentia, cuius tactu plerique ægroti ſalutem conſecuti ſunt, adeo vt nonnullis ſaluti fuit ea tetigiſſe, quæ ſacrata virginis membra tetigere. Poſtea quoque virgo ipſa iam cælo recepta vota ſupplicantium benigne audiuit, &, vt a ſponſo & domino ſuo Chriſto ſaluatore exaudirentur, curauit: multi enim ex diuerſis ægritudinibus curati ſunt, qui audita B. Catharinæ glorioſiſſima fama eius patrocinium ſupplices petiuere. [Addidit Pontifex hæc omnia rite probata perpenſaque, & Cardinalium ſenatum, ac præſules cœlitum honores illi decernendos cenſuiſſe, quorum ſecutus ſententiam, illam in ſanctarum ordine repoſuit, & ſacram illius memoriæ recolendæ diem primam maij recurrentis ſingulis annis dominicam inſtituit: tum eius ſepulchrum in Prædicatorum eccleſia eadem die inſtraturis nonnulla indulgentiarum præmia elargitus eſt, adiecta diplomati hæc temporis nota:] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXI. III. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* III.

Poſt mortem mox B. Raymundo Genuæ apparuit.

Poſt mortem fulſit miraculis.

Recoli iuſſa illius anniuerſaria dies.

128 Perfecto eo ſacro ritu, quo B. Catharina inter cœlites eſt relata, Pontificem menſe iulio, cum æſtiui ardores accenderentur, Tibur ſe contuliſſe tradit Ioannes Gobelinus a, quod literæ a nobis ſuperius adductæ Tibure exaratæ confirmant; addit vero Fridericum Vrbinatem conatum Pontificem dehortari ab ea profectione, quod Tiburtini antea eccleſiaſticum præſidium admittere detrectaſſent, atque nonnulli ex ijs proditores cum Piccinino Euerſoque hoſtibus ſenſiſſent: at Pium eo magis vrſiſſe iter, vt fluctuantes in fide contineret confirmaretque. Cumque eo peruenisſet in editiore loco, in quo vetus Tibur ſteterat, arcem excitaſſe: cum etiam antea Vrbem veterem e ruinis Centum cellarum conditam mœnibus cingendam curaſſet. Dum Tibure agebat, exacta iam æſtate, a Ioanne Turrecremata S. Sixti Cardinale inuitatum, vt monaſterium Sublacence, cuius adminiſtrationi præerat Ioannes, inuiſeret, eo laxandi curis animi cauſa cum quatuor Cardinalibus ſe contuliſſe, refert idem auctor b, ac locum, in quo S. Benedictus ſolitariam vitam egerat, ita deſcribit: *Monaſterium ſub altiſſimo ſaxo ædificatum eſt, ita vt magna pars eius vicem tecti gerat, partem exterius conſtruxere: ædes ipſa ſacra, & officina monachorum multa intra ſaxum patent. Benedictus magnus ille monachorum pater, & Deo plenus, in quo Nurſia totum quod habuit bonitatis effudit, priuſquam domus aliqua hoc in loco conſtructa eſſet, aut homo quiſpiam habitaret, ſolus in hac eremo pœnitentiæ locum ſibi delegit, procul ab humano cultu, nulli cognitus niſi Deo: in duriſſimo ſibi lapide lectum ſtrauit: hic ſe vigilijs ac ieiunijs macerauit: hic Deo gratiſſimum præbuit famulatum. Secuti ſunt eum diſcipuli, & cœpta eſt habitari ſpelunca, ſicut in altis ſcopulis nidos videmus arundinum in crepidine lapidum, ita eſt hoc monaſterium cernere affixum ſublimi ſaxo, ex quo ſæpe fruſta concidunt, quæ aut monachos perimunt, aut ædificij ruinam faciunt. Multa hic ſancti viri miracula referuntur, & tintinnabulum oſtenditur, quo diabolus illuſiſſe bonis operibus conatus eſt. Monachi circiter viginti hic degunt.* Nonnulliſque interiectis de

a Gob. l. 5.

Pij iter Tyburtinum.

b Id. lib. 6

Deſcriptio loci in quo D. Benedictus primitias religioſæ vitæ excoluit.

monaſtica diſciplina ab ijs egregie cuita, addit.

129 *Pius cum ſuperius atque inferius in vtroque monaſterio rem diuinam coram ſe celebrari iuſſiſſet, & omnia loca exoſculatus eſſet, qua fama vulgaret Benedicti corpus tetigiſſe, ſpirituales gratias elargitus, quas monachi petiuere, & omnium conſcientus abunde ſatiatis ad oppidum pernoctaturus deſcendit.* Recenſet auctor alia minora Pontificis itinera, ac Tybur, indeque Romam poſt pridie nonas octobris rediſſe, aliquot Tiburtinis obſidibus ſecum ductis, vtque magnifice exceptus ſit, deſcribit: *Redeunti Pontifici Cardinalium ordo obuiam factus eſt, & Thomas Amorea deſponsus, & legatorum diuerſorum, gentium, ac Regum ingens caterua, externis moribus, ac veſtibus admirabiles. Præcipue vero in ſe omnium conuertit oculos Regis Poloniæ legatio, quam proceri iuuenes eleganti facie, ac flauis crinibus poſt tergum vento dimiſſis, in veſte viridi non pauci præcedebant, altis ac propinquibus inſedentes equis, manu baliſtas more gentis vno ex latere, & alio gladium & pharetram ex pelle lybiſtidis vrſæ ſagittis plenam geſtantes: ſuper crines aut leuem pileum viridi colore pennarum, aut ex floribus ſerta tulere. Supra humanam ſpeciem viſa iuuenum forma, qui appropinquante Pontifice ab equis deſilientes proni in terram cum legationis principibus Saluatoris vicarium adorauerunt, quem antea nunquam viderant. Ipſe vrbem ingreſſus ſummo ciuium fauore exceptus ſalutatis in baſilica S. Petri beatis apoſtolis, in palatium apoſtolicum ſeſe recepit, cum non tres menſes integros abfuiſſet.*

Redit in vrbē Pius cum ingenti pōpa.

a Gob. l. 7.

130 Poſt hæc Gobelinus a ad ciuiles motus, inter Ioannem Regem Aragonum eiuſque filium Carolum Vianæ principem excitatos narrationem conuertit. Certaſſe illos diu ante de Nauarræo ſceptro iam indicauimus, extantque Pij literæ, ſuperiori anno abeunte, ad epiſcopum Tiraſonenſem datæ b, vt motas de ſacerdotijs, quæ tum a Ioanne tum a Carolo, flagrante diſſidio, collata fuerant, lites apoſtolicis fultus mandatis ſine forenſi ſtrepitu dirimeret. Inueteratum autem eiuſmodi bellū hoc anno magis recruduit, Ioanne opprimente Carolum, vt morem gereret vxori, illius nouercæ, ex qua ſuſceptos liberos ad ſolium euehere ambiebat; nam, quod ad Nauarræum regnum ſpectat, obſeruat in primis Gobelinus c, Ioannem, cum Blancam Nauarræ Reginam duxit, dotale regnum ea accepiſſe lege, vt ſuſcipiendo filio, cum ad ætatem gerendo ſceptro idoneam peruenisset, regnum transferret. Indigna etiam res viſa, Ioannem Regem, cum in Aragoniæ, Valentiæ, Cataloniæ, Balearium, Trinacriæ, Sardiniæ, Corſicæ regnis Alfonſo fratri ſucceſſiſſet, nunquam Carolum a regni ordinibus in ſolemnibus comitijs maiorem natu filium heredemque ſceptrorum de more gentis agnoſcere voluiſſe d: quæ res vna maxime optabatur, vt inter patrem & filium arctiſſima coaleſceret concordia. Sed quod omnino atrox fuit, populorumque odia, & arma in Ioannem concitauit, inſignis extitit proditio, qua Ioannes e maiori Baleari inſula redintegrandæ amicitiæ ſpecie vocatum ad ſolemnes Ilerdenſes cœtus filium noctu comprehendi violata fide, atque in cuſtodiam tradi iuſſit e; moxque in eum ficto ordine iudiciario agere cœpit.

b Pius lib. 37. pag. 48

Nauarræum bellum inter Regem Aragon. ac filium Carolum recrudeſcit.

c Gob. l. 7.

Iniuſtus & crudelis pater in filium viſus.

d Sur. l. 17 c. 2. 18. & 19.

e Sur. l. 17. c. 3. & alij

131 Circumuentum illum a nouerca calumnijs plerique tradunt: alij tamen paterna ipſum odia exaſperaſſe idem aiunt f, quod cum antea Catharinam Alfonſi Regis Luſitaniæ ſororem ducere vxorem ex patris voluntate pepigiſſet, decreuiſſet deinde Iſabellam Henrici Regis Caſtellæ ſororem præferre, cum ex eo fœdere & Nauarram ſibi aſſerere, & paternum furorem cohibere poſſet. Doluere populi iniquam Caroli vicem, ac primum mollire precibus Regis animum pertentarunt, vt inſontem filium vinculis abſolueret: ſed ipſe mox illum rapi in alium carcerem munitiorem iuſſit, ducente priuignum vinctum nouerca, ne fugam caperet. Vlturi indignum facinus Catalani arma ſumpſere a, excitatique ingentes vbique pro liberando Carolo populorum motus. Acceſſit bello Henricus Rex Caſtellæ, atque in Nauarram exercitum immiſit adeo, vt Ioannes Rex cinctum ſe vndique periculis perhorruerit. Coactus itaque filium laxauit carcere, atque omnia a Catalanis poſtulata admiſit. Verum haud ita multo poſt, nimirum IX. kal. octobris Carolus mortem oppetijt b ætatis anno quadrageſimo, contracto, vt aiunt, ex grauioribus curis morbo, cum Ioannes Caſtellæ Regem in ſuas partes traheret; nec tamen defuere c, qui veneno lento propinato in carcere eum conta buiſſe crediderint. Moriturus a patre, cum quo tot geſſerat bella, veniam petijt, Nauarræque regnum Blancæ ſorori, quam Ioannes pater cuſtodiæ addixerat, ex aui Caroli Regis teſtamento reliquit d. Vt vero ſecuti ſint deinde ingentes in Catalonia ob Caroli deſiderium motus aduerſus Ioannem Regem, iactauerintque nonnulli ad illius ſepulchrum patrata miracula, & de ſanctorum honoribus illi decernendis egerint, quos Pontifex irriſerit, hictoque deinde elanguerit, narrant Gobelinus e, & Surita f. Nunc alterius principis, nempe Henrici Luſitani, cuius opera & ſtudijs patefactas Indias, & barbaris gentibus illatum euangelium vidimus, obitum coniungemus.

f Gob. l. 7. Marian. l. 123. c. 2.

Flagitio in carcerem coniectus a patre filius.

Traditus nouercæ.

a Gob. sup. lau. Surit. sup lib. c. 6

Cathalani & Caſtellani pro inſonte arma ſumunt.

E nouercæ manibus eripiunt.

Sine paterno cōſenſu renuntiant hæredem Paulo poſt extinctus Carolus, Nauarræ iura ſorori Blancæ relinquit

b Sur. l. 17 c. 24.

c Marian. l. 23 c. 3. & 4.

d Surit. c. c. 24.

e Gob l. 7.

f Sur. l. 17. cap 43.

132 Præfectus ille erat militiæ Ieſu Chriſti, qui ſacer equeſtris ordo florebat in Luſitania, eumque magiſtratum Pontifex in ſucceſſorem Alfonſum Regem Luſitaniæ, & Algarbij, Cepteque & Alcaſſaris in Africa dominium contulit g, ijs potiſſimum adductus rationibus, quas ipſi hiſce literis ſignificauit.

Luſitan. Rex militiæ Ieſu Chriſti princeps, a Pio renuntiatus.

g Pius l. 4. pag. 45.

Pius Papa II. Regi Luſitaniæ.

Dum tuam ſingularem erga nos, & ipſam eccleſiam deuotionem, operoſæ ſolicitudinis ſtudia, continuatoſque labores, quos pro diuini nominis gloria, defenſione, & exaltatione catholicæ fidei, conſeruanda Eccleſiæ vnitate, ac profectu fidelium animarum pertuliſti; dumque præclaras tuas virtutes, quibus inter cæteros catholicos Reges tanquam ſydus irradians debita meditatione penſamus; attendentes quoque te iuſtitiæ, & pietatis cultorem eſſe, quæ maxime virtutes Deo placent, & principes claros reddunt; ac ſperantes quod prædictæ tuæ virtutes maiores in futurum fructus producent, ad Dei honorem, & Chriſtianæ religionis vtilitatem merito inducimur, vt te apoſtolici fauoris gratia proſequamur. *Et infra:* Plenariam habentes notitiam, quod progenitores tui prædictum, & plures alios militiarum magiſtratus in Portugaliæ & Algarbij regnis ad expugnandos infideles inſtituerunt, & quod non ſolum pro conſeruatione, & defenſione ciuitatis Cepteſis & oppidi Alcaſſaris, quæ in Affrica, & in partibus Saracenorum conſiſtunt, & cui ijdem Saraceni crebros faciunt inſultus, omnique

soli-

ſolicitudine intendunt illa ſuo dominio ſubijcere, ſed & in claſſibus & exercitibus, quos pro augmento & defenſione fidei catholicæ, ac cuſtodia populorum tibi commiſſorum, qui eiſdem Saracenis vicini exiſtunt, plurimas expenſas neceſſario te ſubire oportet, quas multis annis ſuſtinere non poſſes, niſi tibi Apoſtolicæ ſedis, cui fideliſſimus ſemper fuiſti, patrocinium ſuffragetur, &c. *Dat. Romæ anno* MCCCCLX. VIII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* III. Abdicauit ſe Alfonſus Rex deinde eo magiſtratu, quem Pontifex in Ferdinandum ducem Beienſem eiuſdem Regis & Leonoræ Imperatricis fratrem transfudit, ob eius ſingulares animi dotes, piumque propugnandæ fidei ardorem: *Fide dignis*, inquit, *relatibus certiores effecti, quod veluti intrepidus dux zelo fidei orthodoxæ aduerſus crucis æmulos, & Chriſtiani nominis inimicos continuo bella mouere, & claſſem pro viribus præparare moliris.* Addimus Luſitanis rebus, Ioannem epiſcopum Coimbricenſem creatum hoc anno a Pio Apoſtolicæ ſedis nuntium in Regis Alfonſi Regnis, atque legati auctoritate inſtructum.

133 In Anglia male geſta res eſt a Franciſco epiſcopo Interamnenſi legato apoſtolico, quocirca ex legatione reuocatus fuit, eiuſque munus in Ioannem Ioffredum epiſcopum Atrebatenſem transfuſum eſt, vt ſuperius indicauimus. Ante hæc vero maximæ in eo regno conuerſiones factæ, totque in varijs prælijs eximij duces militeſque cecidere, vt ſi ferrum ſtrinxiſſent in Turcas, ingentes referri victoriæ potuiſſent: extant vero Pontificis literæ hoc anno vndecimo martij die ad Henricum Regem miſſæ, quibus illi de ciuilibus Angliæ bellis condolet, hortaturque, vt in Deo ſpem ſuam collocet.

a Pij II. breu. pag. 235.

Pius Papa II. Regi Angliæ.

Conſolatoriæ ad Angl. Reg. literæ.

Compatimur toto corde tuæ ſerenitati pro ijs moleſtijs, quas paſſus es hactenus, dolentes regnum tuũ tam nobile varijs diſſenſionibus continuo affligi: afficimur genti Anglicanæ vim magnam ad ſumma omnia habenti. Afficimur celſitudini tuæ, cuius eſt bonitas nota, & deuotio erga Apoſtolicam ſedem ſemper laudata: ſcimus concertationes huiuſmodi te abhorrere, paciſque & concordiæ eſſe amatorem. Vellemus opera noſtra omnem tibi incumbentem moleſtiam poſſe auertere. Præſtaremus hoc charitati tuæ libenter, nec deſiderares a nobis vllum boni patris officium: nunc autem, cum in remotis poſiti efficere vltra non valeamus, æquo animo ferenda eſt tibi omnis conditio. Dat Deus turbulentias huiuſmodi ſeruis ſuis tentans per eas, quam constantiam gerant, non tamen eos relinquit, nec patitur in opprobrium dari. Speranti in Domino ſecunda omnia tibi euenient, & vt ita facias, hortamur ac ſuademus. Si qua in re nos vtiles vides ad ſalutem regni & tuam, pietas noſtra nullatenus deerit; præſtabimus cuncta, quæ in Deo poterimus, atque ex te ipſo bonum animum intelliges. Scripſimus venerabili fratri epiſcopo Interamnenſi A.S.L. vt tibi in omnibus adſit, te iuuet, nec quantum in eo eſt conculcare permittat, &c. *Dat. Romæ* XI. *martij anno* III.

134 Extant etiam literæ [a] ad Franciſcum epiſcopum Interamnenſem legatum, qui maxima in Anglia valebat auctoritate, & crucem Romæ miſſam præferebat [b], iuſſuſque eſt ad ſedandos Anglicos tumultus incumbere. Datæ etiam aliæ ad Richardum comitem Vvaruici, qui in eo inteſtino bello ſanguine coniunctos amiſerat, conſolatoriæ [a]: *De caſu conſanguineorum tuorum, quos periſſe in acie memoras multum dolemus. Vellemus inter Chriſti fideles pacem eſſe atque concordiam, nec tam celebre regnum tali calamitate diſcindi.* Nonnulliſque interiectis, ſubdit: *Regem non eſt neceſſe nobis commendes, propter bonitatem ſuam, & præcipuam ad ſedem Apoſtolicam fidem ipſum paterne diligimus, quæcumque poſſumus in ſui beneplacitum facere parati ſumus, quantum cum Deo licet præſtare, &c. Dat. Romæ* X. *martij anno* III. Ex his literis conſtat Richardum Vvaruici comitem finxiſſe apud Pontificem ſe Henrico pro firmando illius regno ſtudere. Et quidem tradit Nauclerus [b], eundem Richardum Vvaruicenſem Henrico regium nomen tituloſque aſſeruiſſe, quo tempore Richardus Eboracenſis redactum in ſuam poteſtatem Henricum exuere regijs inſignibus annitebatur, quod præſeferre ad ſpeciem potuit, cum Angli adhuc in Henrico regiam maieſtatem ſacramenti memores ſuſpicerent. Cæterum tam Richardum comitem Vvaruici, quam Franciſcum legatum Apoſtolicum fuiſſe præcipuos euertendi Henrici auctores tradidere hiſtoriæ Anglicæ ſcriptores. Et quidem Virgilius Polydorus [c] narrat, cæſo a Regina Margareta Richardo Eboracenſi, in quo prælio etiam eius filius Rotlandiæ comes, tum Vvaruici comitis pater comes Sariſburiæ occubuere, Richardum Vvaruicenſem cum exercitu ad phanum Albani in Reginam ſigna extuliſſe, ſed ab ea profligatum: ac tum Regem Henricum, quem ſecum duxerat, libertati reſtitutum. Hæc prælia ſecutum eſt aliud cruentiſſimum die XXVIII. martij, vt conſignat Monſtreletus [d], in quo Eduardus ducis Eboracenſis cæſi filius & Richardus Vvaruicenſis Henricum proſtrauere. Potuiſſe porro Reginam Margaretam poſt partam de Richardo Eboracenſi victoriam Londinenſes ad ſua accipienda imperia cogere, & ſolio virũ reſtituere narrat Gobelinus [e]: ſed dum præcipuos coniuratos ad ſupplicium poſcebat, in odium venit cunctis Londinenſibus, vt in extremam deſperationem efferati decoram in acie mortem turpi ſupplicio prætulerint, atque Eduardi Eboracenſis Richardique Vvaruicenſis ſigna ſint ſecuti. Commiſſa [f] eſt decretoria de Anglicano regno pugna quarto aprilis die, quæ in palmarum celebritatem incidit, tanto animorum ardore odiorumque pertinacia, vt decem horis certatum ſit, ac viginti hominum millia vtrinque cæſa fuerint: demum vero Henricus, cum ſuos terga dediſſe conſpexiſſet, vna cum vxore & filio fuga ſe ſubduxit. Capta ad decem hominum millia, quorum alij vulnerum dolore periere, alij valetudinem priſtinam recepere.

a Ib. pag. 235. *b Pag. 234.*

a Pag. 234. *b Naucl. vol. 2. gen. 49.* *c Polyd. l. 23.* *d Monſtr. vol. 3. pag. 85.* *e Gob. l. 3*

Nimia acerbitate Margareta Londinenſes in deſperationem conijcit.

f Monſtr. vol. 3. pag. 84. Polyd. ſup. l. 23.

Cæſa in ciuili prælio viginti Anglorum millia.

135 Parta ea victoria Eboracenſis, qui iam ante prælium Regem ſe dixerat, quod Henricus pactum fœdus cum Richardo violaſſet, coactis ad Vveſtmonaſterium IV. kal. iulij regni comitijs regia inſignia corripuit [g], atque Henricum Margaretamque regni hoſtes pronuntiauit, patriſque caput ſtraminea illuſum ab ijs corona honorifice ſepeliuit. Ita Henricus, quem Gallicæ coronæ cupidine toties pacem, & Pontificum, inſtabilitatem humanarum rerum proponentium, monita reſpuiſſe vidimus, poſt amiſſas Gallicas prouincias, Angliæ etiam regno ſpoliatus eſt. Qui ad Iacobum Regem Scotiæ confugit, collectoque exercitu ad recuperandum regnum in agrum Dunelmenſem excurrit, ducemque Summerſeti

Richardus Eboracen. regno potitus.

g Id. l. 24.

ad ſtudium ſui perduxit: ſed ad Exhamum commiſſa pugna exutus exercitu iterum in Scotiam perfugit: ac tum Eduardus magis res ſuas conſtabiliuit, ac cuſtodes limiti Scotorum præfecit, qui obſeruarent ne Henricus in Angliam ad nouas res tentandas irreperet, maritimoſque portus muniit, ne Regina Margareta ex Gallijs ad pelliciendos in defectionem Anglos appelleret.

Henric' iterũ cũ ſcotis fuſus.

De hac vero alios triſtes caſus enarrat Monſtreletus a: ipſam dum vna cum Varenæ dynaſta, ac filio in Anglia per nemus denſum iter habebat, a latronibus captam omnibus opibus ſpoliatam fuiſſe: cumque pertimeſceret ne contrucidaretur, dum prædones inter ſe de partienda præda certabant ferro, hac occaſione viam filium complexa celeri curſu in abditiſſimos receſſus aufugiſſe, cumque labore fatiſceret, in latronem incidiſſe, illique filium Regem geſtandum commendaſſe; demum ab hoſte captam vna cum filio, a Ludouico vero XI. Francorum Rege quinquaginta millibus aureorum redemptam, donatamque annuis vectigalibus ea lege, vt Renati Siciliæ Regis parentis in prouinciam iura ad Gallicum imperium traduceret refert additionum ad Monſtreletum auctor b.

a Monſtr. vol. 3 pag 96

Triſtes Margaretæ Reginæ caſus.

b Append ad vol 1. Monſtrel. pag. 37.

136 Addimus nunc Pontificem dimiſiſſe hoc anno in Boſniam tres illos olim Manicheæ hæreſeos præcipuos ſigniferos, quos antea Stephanus Thomas Rex ad ſedem Apoſtolicam vinctos a Nonenſi epiſcopo perducendos curauerat; orthodoxæ enim fidei dogmatibus a Joanne Turrecremata Cardinale S. Sixti eruditi hæreſim damnauerunt, ſeque eccleſiæ Romanæ aggregarunt; qui propterea non modo omni nexu ſoluti, verum in clienteiam pontificiam, vt veræ iam religionis eſſent præcones, qui erroris antea ſatores extiterant, accepti fuerunt hoc diplomate c.

c Pius l 13 pag 34.

Dilectis filijs Georgio Cuchignich, Stoyſano Tartchonich, & Radoslo Varachinch de regno Boſnæ ſalutem, &c.

Pia mater Eccleſia, quæ nuſquam claudit gremium redeuntibus, eorum tranſgreſſorum errores ſumma pietate, & clementia ad viam veritatis & iuſtitiæ, ac fidei reducere quotidie, deque faucibus antiqui hoſtis eripere quærit perlibenter, illiſque piis affectibus proſequi gratioſe, vt tanto erga ipſam Eccleſiam fideliores exiſtant, quanto illius benignitatem guſtauerint pleniorem. Dudum ſiquidem per nos accepto, quod olim vos ab hoſte humani generis decepti eſſetis, & contra Chriſtianam religionem & fidem catholicam ſentientes, ac maxima duritia cordium veſtrorum errores peſtiferos & damnatiſſimos tenentes, ad viam veritatis agnoſcendam ad ſanctam Romanam eccleſiam prefugientes, cum chariſſimus in Chriſto filius Stephanus Thomas Rex Boſnæ illuſtris, & vere catholicus vos ad eandem viam veritatis reducere non valeret: vt ab eiſdem erroribus facilius deſiſteretis, & viam agnoſcere ſalutis valeretis, ad eandem ſanctam Romanam eccleſiam & noſtram ſedem Apoſtolicam, prout ex debito tenebatur, tranſmiſit; apud quam perſonaliter conſtituti omnipotentis Dei gratia & Spiritus ſancti illuſtratione repleti, omnes Manichæorum errores & illorum hæreſim abnegantes, ac veritates ex doctrina ſanctæ Romanæ eccleſiæ collectas, & dictis erroribus contrarias vobis datas & declaratas, interpretatas, ac per vos bene intellectas, benigne & voluntarie ſuſcipientes, ac ſanctam fidem Chriſtianam & catholicam Eccleſiam confitentes, vnitati ac veritati Chriſtianæ fidei ſponte & libere vos ſubmiſiſtis, nec non quod nullo vnquam tempore in huiuſmodi erroribus reincidere contrarium ſentientes aut prædicantes, ſub pœnis a iure relapſis & reincidentibus præfixis, ſed in vera fide Chriſtiana, noſtra obedientia, & ſub ſanctæ Romanæ eccleſiæ mandatis perſiſtere, firmiter, credere ac illis obedire libere promiſiſtis, prout in quibuſdam literis veſtris manibus conſcriptis, & apud nos & ſedem Apoſtolicam depoſitis, plenius continetur.

Nonnulli proceres Boſnenſes a Manichæorũ erroribꝰ abducti.

137 Cum autem, ſicut exhibita nuper pro parte veſtra nobis petitio continebat, vos in orthodoxa fide permanere, & catholicam Eccleſiam ſequi ſummopere intendatis; nec non ad partes veſtras redeuntes eccleſias aliquas conſtruendi & ædificandi, illaſque dotandi pro deuotione veſtra licentiam elargiri, voſque ſub noſtra & B. Petri ſuperioritate & protectione recipi, & ab omni ſuperioritate eximi deſideretis; pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis ſuper his opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de tranſgreſſorum conuerſione ingenti mentis noſtræ hilaritate reficimur, & qui vos in charitate non ficta ſub gremio ſanctæ matris Eccleſiæ Chriſtifidelium conſortio ſolemniter recepimus, vt conuerſio & veritatis cognitio alios alliciat, vos auctoritate apoſtolica tenore præſentium ab omni ſuperioritate iuriſdictione & imperio, in vera fide catholica ac in mandatorum eius obſeruantia & in eiuſdem intelligentia recta manentes, eximimus: ac ſub noſtra & B. Petri protectione ſuſcipimus, vobis quoque ad patriam veſtram redeuntibus, cum ex longitudine loci ad præſens iudicem ſpiritualem conſtituere non valeamus, quouſque per nos aliter ſuper hoc vobis prouideri contingat, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Stephanum Thomam Regem Boſnæ illuſtrem pro iudice, ſuperiore, protectore, & conſeruatore veſtro vobis conſtituimus, aſſignamus & deputamus. Et vt feruentius in fide huiuſmodi perſeuerare, ac ad veſtrum exemplum alios allicere valeatis, & diuina miſericordia continue illuſtrari, nec non pro incremento fidei orthodoxæ, & fidelium ſalute, vobis & veſtrum cuilibet vt in villis & locis veſtris eccleſias ſub vocabulis aliquorum glorioſorum ſanctorum erigere & ædificare, ac erigi & ædificari facere, aliorum ſuper hoc licentia minime requiſita, vt in illis diuina officia celebrentur, ac omnes & ſingulos redditus prædictarum villarum, nec non bona quæcumque ad vos pertinentia pro dotibus, & erectione ipſarum eccleſiarum erigendarum & ſuſtentatione veſtra, & illorum qui illis in diuinis & pro tempore ſeruiuerint, dare, conſtruere & aſſignare libere poſſitis & valeatis, iure diœceſanorum & parrochialium eccleſiarum ſemper ſaluo, & ſine ipſorum præiudicio, auctoritate præfata tenore præſentium concedimus facultatem. *Dat. Tybure anno* MCCCCLXI. IV. *non. auguſti anno* III. Duos ex his in fide orthodoxa conſtantes perſtitiſſe ſcribit Gobelinus a, tertium vero, vbi Boſniam attigit, ad Stephanum comitem, qui Manichæam inſaniam ſectabatur armiſque firmabat, transfugiſſe.

Excepti gremio eccleſiæ;

a Gob. l. 5.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI

Annus 1462.

PII PP. II. annus 4. FRIDERICI III. IMPERAT. 23.

1 Illatum eſt vrbi ſolemni pompa S. Andreæ Apoſtoli ſacrum caput anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo decima indictione: & quidem illud a Thoma Peloponeſi deſpota Pio II. Pontifici, vt ſupra indicauimus, dono traditum, non modo Latini a, ſed etiam Græci ſcriptores conſentiunt, inter quos Phrantzes de Thomæ in Italiam aduentu loquens hæc ſcriptis mandauit b: *Papa Pio II. anno altero pontificatus ipſius S. Andreæ Apoſtoli, qui primus a Chriſto vocatus eſt, caput dedit.* Reliquerat deſpota illud pretioſiſſimum pignus Anconæ anno ſuperiori, ad quod excipiendum, Narniamque, qua par erat, religionis magnificentia aſportandum Pius Alexandrum Cardinalem tit. S. Suſannæ miſerat, illiq; Anconitanorum Æſinorumque diſſidijs compoſitis, hæc mandata dederat c: *Reliquias B. Andreæ quanto ſolemnius potes afferto, legem obſeruans per alias literas tibi monſtratam; veneranda eſt memoria tanti ſancti, non ſolum quia tantus eſt in Eccleſia Apoſtolus, ſed quia annitenti tibi ad pacem adiutor fuit continuus, voluitque, vt ad deportandum caput eius miſſus afferres ſimul & pacem. Dat. Romæ VII. martij anno III.* Alexander itaque ſuperiori eodem anno ſacrum caput in Narnienſem arcem tranſtulit, in qua honorifice ardentibus coram pluribus lampadibus repoſitum fuit; hoc vero anno cum iam turbarum auctores compreſſiſſet Pius, ac prouinciam eccleſiaſticam pacaſſet, venerandas tanti Apoſtoli reliquias in vrbem deuehendas decreuit: vtque maiores populorum concurſus ad ornandam pompam pelliceret, ſacra indulgentiarum præmia ijs propoſuit d, qui celebritati intereſſent, editaſque ea de re literas in præcipuis Italiæ vrbibus promulgari iuſſit: tum Cardinales tres Beſſarionem epiſcopum Tuſculanum natione Græcum, dictum Alexandrum Cardinalem de Saxoſerrato vitæ ſanctimonia, & literarum doctrina clarum, & Franciſcum Cardinalem Senenſem Narniam miſit, vt ſacrum caput efferrent.

a Gob. l. 8. Steph. Infeſſ. m. ſ. vat. ſign. n. 111. & alij.
b Phrantz. l. 3. c. 26.
S. Andreæ caput Romam a Thoma Palæologo allatũ Alexander Card. ad illud excipiendum miſſus.
c Lib. brev. pag. 134.
d Gob. l. 8.
Propoſitæ indulgentiæ ad celebritatem concurſuris.

2 Interea Romæ ad illud excipiendum meriti inſtruebantur apparatus. Conceperat animo Pontifex Apoſtolorum Petri & Pauli capita compoſito agmine religioſo obuiam ei deferre: ſed grauior argenti, quo incluſa ſunt, moles, obſtitit; nam ſupra quatuor millia pondo feruntur. Cardinales Narniam profecti recognitis ſigillis ſacras reliquias ſumma religionis ſignificatione ſuſcepere, atque ad pontem Miluium palmarum die, videlicet pridie idus aprilis detulere, occurrentibus vbique pietatis ergo populorum cateruis, & in pontis turri, relictis archiepiſcopis Sipontino & Beneuentano, qui excubias agerent, collocarunt. Quo autem ritu Pontifex eaſdem Romam tulerit, his verbis deſcribit Ioannes Gobelinus e: *Pontifex ipſe cum reliquo ſenatu, cumque omni clero, cum legatis principum, & proceribus vrbis, atque ingenti, populi multitudine Flamineam portam exijs palmæ ramum in manu geſtans, & pariter Cardinales, ac reliqui prælati palmas portauerant, quibus præcedenti die ab ipſo Pontifice donati fuerant ob Saluatoris memoriam. Plena erat omnis via populo, nec vel agri, vel vineæ præ multitudine hominum videri poterant, adeo vulgus obtexerat omnia. Vt primum in prata ventum eſt, quæ diximus, iuſſit Pontifex Cardinales, ac prælatos ab equis deſcendere, & ſacerdotalibus acceptis ornamentis ſacriſque veſtibus, quantum arcus iacere poteſt, iter pedibus agere, ſecumque ſuggeſtum conſcendere. Erant omnium ſacerdotum paludamenta alba, albæ mitbræ, & omnis ornatus albus, & in viridi prato candidior videbatur. Tenebat ora cunctorum attonita mirabilis ordo, & dignitas, & pompa tot ſacerdotum, qui bini palmas gerentes in manibus, & Deo preces porrigentes cum Pontifice maximo aſtante populi corona per prata lento paſſu, & grauibus incedebant vultibus. Erant duo aditus in ſuggeſtum per gradus clementes, alter ponti Miluio erat oppoſitus, alter vrbi, & dum Pontifex hunc aſcendit præ gaudio & deuotione illachrymans, ſequente collegio cleroque omni, Beſſarion cum alijs duobus Cardinalibus alterum ſcandit arculam ferens, in qua ſacrum caput clauſum continebatur, eamque depoſuit in altaris medio, cantoribus ſacra carmina intonantibus. Exin facto ſilentio, præſentatis clauibus, & obſignaculis recognitis aperta eſt arcula, & Beſſarion accipiens ſacrum Apoſtoli verticem flens flenti Pontifici tradidit.*

e Gob. l. 8.
Concurſus extitit celeberrimus.
A Beſſarione in Pōtificis manu ſacrum pignus repoſitum.

3 *Ipſe autem Pontifex, prius quam ſacra oſſa contingeret, genibus flexis, ante aram proſtratus, vultu demiſſo & pallenti, madidis oculis, ac tremula voce in hunc modum locutus eſt. Aduenisti tandem o ſacratiſſimum & odoratiſſimum S. Apoſtoli caput: Turcarum te tua ſede furor expulit: ad fratrem tuum Apoſtolorum Principem confugiſti exulans, non deerit germanus tuus tibi: reſtitueris in ſolio tuo cum gloria, volente Domino, licebitque aliquando dicere. O fœlix exilium, quod tale reperit auxilium: interea temporis cum tuo germano aliquandiu commoraberis, & pari honore cum eo potieris. Hæc eſt alma Roma, quam prope cernis, pretioſo germani tui ſanguine decorata: hanc plebem, quæ circumſtat. B. Petrus Apoſtolus frater tuus pientiſſimus, & cum eo vas electionis S. Paulus Chriſto domino regenerauit: nepotes tui ex fratre Romani omnes te veluti patruum patremque ſuum venerantur, colunt, obſeruant, & tuo ſe vti patrocinio in conſpectu magni Dei non dubitant; O beatiſſime Apoſtole Andrea veritatis prædicator, & aſſertor Trinitatis eximiæ, quanto nos hodie gaudio reples, dum verticem hunc tuum ſacrum, & venerandum coram aſpicimus, qui dignus fuit, in quo viſibeliter ſub ignis ſpecie in die Pentecoſtes ſanctus reſideret Paraclytus?*

Habita ad D. Andræam a Pio oratio.

O vos omnes, qui Ieroſolymam petitis ob reuerentiam Saluatoris viſuri locum, vbi pedes eius ſteterunt, ecce ſedem ſancti Spiritus, ecce diuinitatis ſolium: hic, hic conſedit Spiritus Domini: hic tertia in Trinitate perſona viſa eſt; hic oculi fuerunt, qui ſæpe Dominum in carne viderunt; hoc os ſæpe Chriſtum eſt allocutum; has genas non eſt dubium quin ſæpe Ieſus fuerit oſculatus: en magnum ſacrarium, en charitas, en pietas, en animæ dulcedo, en conſolatio ſpiritus? Et quis eſt, cuius viſcera non commoueantur? cuius non ardeant intima cordis? cui non excidant præ lætitia lachrymæ, in conſpectu tam pretioſarum Apoſtoli reliquiarum? Gaudemus, exultamus, iubilamus aduentu tuo diuiniſſime Apoſtole Andrea, neque enim dubitamus quin tui capitis comes adſis, & cum eo vrbem ingrediaris. Odimus Turcas Chriſtianæ religionis hoſtes, in hoc non odimus, quod tui aduentus cauſa fuerunt; nam quid nobis optatius contingere potuit, quam tuum hoc honoratiſſimum intueri caput? eius fragrantiſſimo perfundi odore?

Digitized by Google

re? Id moleſtum eſt, quod aduenienti tibi non nos honores impendimus, quos mereris, nec te poſſumus pro tua excellenti ſanctimonia digne ſuſcipere: ſed accipe voluntatem noſtram, atque æquo animo patere, quod pollutis manibus tua contrectamus oſſa, & te peccatores intra mœnia comitamur vrbis. Ingredere ſanctam ciuitatem, & eſto propitius Romano populo. Sit omnibus Chriſtianis ſalutaris tuus aduentus, ſit pacificus ingreſſus tuus, ſit felix fauſtoque tua nobiſcum mora. Eſto noſter aduocatus in cælo, & vna cum beatis Apoſtolis Petro & Paulo hanc vrbem conſerua, & vniuerſo populo Chriſtiano pie conſule, vt veſtris patrocinijs fiat miſericordia Dei ſuper nos, & ſi qua eſt eius indignatio propter peccata noſtra, quæ multa ſunt, tranſeat ad impios Turcas, & ad nationes barbaras, quæ Chriſtum dominum contemnunt.

Imploratio eius erga Romanum populũ clientela.

4 Addit auctor: *Poſtquam vero Pontifex dicendi finem fecit, exoſculatus eſt ſacrum caput, & omnes pariter, qui erant in ſuggeſto flentes oſculati ſunt.* Interiecta deinde ſacra prece a Pontifice fuſa ad Deum hæc ſubdit: *Accepit venerandas Apoſtoli reliquias in manus ſuas, & eleuans in altum circumiens vndique ſugeſtum oſtendit populo deſideratum donum, nec quiſquam fuit, qui eius viſione priuaretur; moxque voces altiſſimæ auditæ ſunt multitudinis, Dei miſericordiam implorantis.* Celebrati dein ſacri cantus, ac Pius venerandum pignus in manibus tenens, collucentibus circum facibus, e ſuggeſto deſcendit, inſtructoque agmine religioſo Cardinalibus ſeptemdecim, vt ait Stephanus Infoſſura a, & epiſcopis palmas præferentibus, ad eccleſiam B. Mariæ Flamineæ portæ adiacentem, in qua imago Deiparæ a B. Luca euangeliſta depicta recondita eſt, profectus, ſacrum caput altari impoſuit, nonnulloſque epiſcopos vigilias ibi agere iuſſit: ipſe in monachorum ædibus pernoctauit.

Luſtratus ſacris reliquijs populus.

a Infuſſ. m.ſ. vatic. ſign. n. 111

5 Vbi dies illuxit, & ſacra a Pontifice peracta ſunt, religioſo inſtructum ornatu agmen progredi cœpit, ac tantus faces præferentium numerus extitit, vt ad triginta millia perueniret, ſacerdotumque ea fuit multitudo, vt priuſquam S. Petri baſilicam ſubirent, antequam Pontifex e populeo Virginis templo diſcederet. Deſcribit fuſa narratione Gobelinus ſacræ pompæ ordinem, locorum per quæ ſolemnis illa ſupplicatio ducta eſt, geſtatumque Andreæ Apoſtoli caput, apparatum eximium, veſtitos nimirum periſtromatibus domorum muros, excitata altaria, incenſa thura, temperatiſſimos vocum concentus, ſubornatos in angelorum ſpeciem pueros, picturarum illecebras, tum pias populi voces interciſas ſuſpirijs, opemque Apoſtoli implorantis. Addit idem auctor, vt Pontifex ſacrum Apoſtoli verticem in ara principe, in qua Apoſtolorum Principis corpus iacet, repoſuerit, atque Iſidorus Cardinalis epiſcopus Sabinenſis, qui olim Rhutenorum eccleſiæ præfuerat, ex apoplexia, qua ſuperiori anno percuſſus fuerat, linguæ paralyſi laborans vociſque vſu orbatus ad ſacram deoſculandum pignus properarit; tum Beſſarion Cardinalis orationem habuerit, ad quam inter alia hæc Pontifex reſpondit: *Tibi Andrea, digniſſime Chriſti Apoſtole, quem ab ineunte ætate vſque in hoc æuo præcipuum cultu venerati ſumus, & inter cæli cultores cum pleriſque alijs nobis aduocatum, & protectorem elegimus, omnes ſuppetias, quæ ſunt in noſtra poteſtate ad recuperandas tuas oues, tuamque domum hic in terra volenti & cupido animo pollicemur; nihil eſt enim, quod nobis magis cordi ſit, quam Chriſtianæ religionis, & orthodoxæ fidei defenſio, quam tui noſtrique hoſtes Turcæ conculcare nituntur: quod ſi Chriſtiani principes noſtram vocem audire voluerint, & ſuum paſtorem ſequi, videbit & lætabitur omnis Eccleſia, nec nos quæ ſunt officij noſtri neglexiſſe, nec te fruſtra huc impetratum fratris auxilia veniſſe. Atque his dictis, & collecta decantata ſurgens dimiſit in altari nobile pignus, vt omnibus ea die videndum pateret, auditoribus ſacri palatij cuſtodia demandata: indeque abiens cantantibus Cardinalibus & epiſcopis, & alta voce Deum laudantibus, iuit ad locum ex quo videri poterat, & multitudini benedixit, ac nepos eius ſecundum carnem Cardinalis Senenſis plenarias indulgentias annuntiauit.*

Triginta millia Romanorũ ſacro capiti prætulere faces.

Sacra põpa inſtructa magnificentiſſime.

In ara principe baſilicæ D. Petri ſacrum caput repoſitum.

Rogat D. Andreas vt Reges ad ſequendũ Pont. in Turcas conlocitet

6 Subdit Gobelinus, vt Pontifex feria v. ſacræ hebdomadæ, qua redempti a Chriſto humani generis memoria recolitur anathematis ſententiam aduerſus Sigiſmundum Auſtriacum, cuius nefaria facinora ſupra recenſita ſunt, tum aduerſus Gregorium Hamburgenſem plurium fœdorum errorum ſatorem, obfirmantemque in pertinacia Sigiſmundum, tulerit: tum eiuſdem principis in ſcelere obſoleſcentis miſertus, eumque in Eccleſiæ ſinum reuocare cupiens, Deum pro ipſo precaturis nonnulla indulgentiarum præmia eſt impertitus.

Repetita in Sigiſmund. Auſtriac. & Gregorium hæreſiarchã ſententia

7 Affecerat a etiam antea Pius eadem pœna ipſamet cœnæ dominicæ die tum iv. b kal. maij Sigiſmundum Malateſtam Arimini tyrannum eiuſque fratrem c Caſenæ toparcham: cumque Sigiſmundus improbitate eccleſiaſticam ſeueritatem eluderet, demum fractus armis concidit d. Coegerat ille exercitum, in quo triginta duę equitum turmæ, totidemque peditum erant, ac vulgarat famam, ipſum in Neapolitanum regnũ, vt Ioanni Andegauenſi opem ferret, ad iter ſe cõparare, ſed Senogalliam partim vi, partim proditione in ſuam poteſtatem redegit. At mox Fridericus Vrbinas, & Neapoleo Vrſinus eccleſiaſticas copias in eum duxere: quos cum viribus præſtare accepiſſet, relicto in arce præſidiario agmine, noctu cum exercitu dilabi meditatus eſt: at, exploratoris opera detecto eius conſilio, pridie idus auguſti a pontificijs ducibus primo impetu fuſus fugatuſque eſt, indeque in Apuliam fruſtra petiturus auxilia perfugit acciſis tum Andegauenſium rebus; quocirca ingreſſus nauem, vt toparchiam ſuam repeteret, in Dalmatiæ littus procella eiectus eſt, profectuſque Venetias opem a duce popoſcit. Vt vero actio de inducijs Ferdinandum inter & Gallos ineundis, excludente Sigiſmundum Pontifice, Galliſque annitentibus vt fœdere comprehenderetur, ſublata fuerit, dicetur inferius; alia enim quæ præceſſere, prius ſunt percurrenda.

a Gob. l. 8.

b Pius l. 1. pag. 102.

c Gob. ſup. lib 8.

d Id. l. 10

Sigiſm. Malateſta fuſus fugatuſq;

8 Decreta eſt hoc anno a Ludouico Rege inſignis legatio ad Põtificem, quam obiere duo Cardinales, ijdemq; epiſcopi Richardus Conſtantienſis, & Ioannes Ioffredus Atrebatenſis, quos ſecuti ſunt Andegauenſis & Sanctonenſis epiſcopi, & abbates aliquot, ac proceres nobilitate conſpicui, quorum princeps erat Petrus comes Caluimontis, tum nonnulli doctores, & ſanctioris ſenatus regij purpurati inter oratores allecti. Habuit Atrebatenſis Cardinalis orationem e, deque pragmatica ſanctione abrogata Pium certiorem fecit, ac Ludouici nomine fidum ei ipſum, obſequentemque futurum ſpopondit: tum miſſurum ingentem exercitum in Turcas, ſi Neapolitanum regnum Renato aſſereret: *Publice*, in-

Inſignis Gallorũ Regis ad Pium legatio.

e Gob. l. 7.

quit

quit Gobelinus, *documenta exhibuit, quibus conſtabat Ludouicum Regem ex omni regno, ac ditione ſua pragmaticam ſanctionem eieciſſe, illamque protinus exſtirpaſſe, & ad nihilum redegiſſe, obedientiamque Romanæ primæq; ſedi, ac Pio Pontifici tanquam Ieſu Chriſti vicario veram, & integram reſtituiſſe, denuoque reſtituere; eſſet enim Ludouici animus tanquã Pontificis filium ſe gerere, atque ab eius voluntate nutuque nunquam diſcedere. Fecit & de Turcis mentionem, quorum gladius non ſine magno catholicæ fidei periculo Chriſtianis ceruicibus immineret: cogitare Ludouicum de religionis tutela: ſi regnum Siciliæ Andegauenſi familiæ pareat, & Genua Gallicum ſubeat iugum, vt par eſſet, miſſurum in Græciam contra Turcas equitum quadraginta millia, peditum, qui arcubus vtantur, millia triginta, qua manu facile poſſet Maumethes ab Europa deturbari, & iterum Syriam cum ſacroſancto Chriſti ſepulchro recuperari.*

Septuaginta armatorum millia offert aduerſus Turcas ſi Gallis Pius fauerit.

9 Dimiſſo conſiſtorio ingentia lætitiæ ſigna ob abolitam ſanctionem pragmaticam in Romano populo emicuiſſe, æra campana vi ſumma pulſata, accenſos noctu ignes faceſque colluxiſſe, refert auctor; additque his peractis regios oratores conqueſtos de Pontifice, qui Ferdinando auxiliarem exercitum contra Renatum ſubmiſiſſet, præſertim cum pateret Aragonios vi & iniuria id regnum ſibi vendicaſſe, quod Gallis ob benemerita in ſedem Apoſtolicam traditum fuerat: ad hæc vero reſpondiſſe Pium, auxilia ſe reuocaturum, ſi potius armis controuerſia in iudicium adduceretur, vel ſi Rex armatorum ſeptuaginta millia, vt Cardinalis Atrebatenſis dixerat, inſtrueret, perque Italiam in Græciam, & Aſiam iter pararet, ſimulac enim alpes ſuperaret, omnia illi ex voto ſucceſſura, Genuam ſubituram Regis imperium, Neapolitanum regnum ſine mora Renato comparatum iri. Demum de inducijs actum, vt vel iudicio, vel pactione lis dirimeretur. Miſſæ itaque ad Regem a Pontifice literæ, vt ſi vellet de tempore deque modis induciarum paciſceretur: ad reuocandum vero ſubſidiarium exercitum Ferdinando miſſum oratores regij Pium flectere non potuerunt a. Interea dum cunctatur Ludouicus Rex, neque inducias facit, nec valida ad Ioannem Andegauenſem mittit auxilia, pugna apud Troiam commiſſa eſt, in qua Ioannes Andegauenſis vna cum Piccinino fuſus eſt a Ferdinando Rege xv. kal. ſeptembris. Non ea fuit clades, quæ reparari non potuiſſet a Gallis, ſed geminum malum eorum res fregit, nam & Sigiſmundus Malateſta ipſis fœdere iunctus, qui exercitum traducere in Aprutium fuerat meditatus, ſexto iam ante die ad Senogalliam, vt dictum eſt, fuerat profligatus, & Ioannes Antonius Vrſinus princeps Tarentinus, qui antea poſt Sarnenſem victoriam Ioannem Andegauenſem imprudenti conſilio auerterat, ne trepidantem Ferdinandum, anteqiam auxilia pontificia poſſet ſibi adiungere, opprimeret, ab illo ad Ferdinandum ipſum deſciuit, pacis interprete Bartholomæo Rouarella Cardinale, qui eam dignitatem ob nauatam Ferdinando operam in Neapolitana legatione ſibi pepererat. Referuntur huiuſmodi fœderis leges tum a Pontano b, tum a Gobelino, & plerisque alijs, quæ a Pontifice confirmatæ fuerunt c. Aſcripta eſt ijs literis hæc formula: *Dat. Petrioli Senenſis diœceſis anno* MCCCCLXII. *id. octobris pontificatus noſtri anno v.*

Reſponſũ ſi Rex ea duxerit conceſsũ iri.

Negat Pius reuocare exercitũ ex regno Neap.

Galli ad Troiam extrema clade fuſi a Ferdinan.

a Gob. l. 8.

Antoni Vrſinus deficit ad Ferdinandum.

b Pontan. de bello Neap. l. 4. Gob. l. 10. Summont in Ferd. I. c Pius lib. 45 pag. 150.

10 Ruentibus ita in regno Neapolitano Ioannis Andegauenſis rebus, pluribuſque proceribus ab eius fœdere dilabentibus, Ludouici & Renati Regum oratores de inducijs promiſſis pacturi, qui antea, dum felicior Ioanni ſors arriſerat, alias ea alijs moras duxerant, tum vrſere Pontificem a, vt inducias decerneret; cum vero quantas poſcerent ſciſcitatus eſſet Pius, & illi quadrimeſtres dicerent, reſpondit potius triennales pangendas, vt interea bellum in Turcas geri poſſet: inſtabant vero Ferdinandi Regis Neapolitani & Franciſci Sfortiæ Mediolani ducis oratores, ne inducias Gallis concederet, hoſtes enim, antequam vires colligerent, proſternendos: quibus reſpondit Pontifex, Ferdinandum vt ipſi viſum erit rem acturum, reuocatum iri tamen eccleſiaſticum exercitum, ſi Galli inirent inducias. Demum eæ hac ratione fuere abruptæ: amplexus eſt quadrimeſtres inducias Pontifex cum Gallis ea lege, vt Sigiſmundus Malateſta excluderetur; negarunt ij fœderatum earum beneficio orbandum: contra inſtare Pontifex, illum Romanæ eccleſiæ prius bellum intuliſſe, quam Renato Regi coniungeretur, factamque eidem eccleſiæ iniuriam a Renato, qui fœdus armorum cum Malateſta ipſo ſanxiſſet: ita diu res agitata demum infecta euanuit, lætis admodum Ferdinandi oratoribus, qui victoriam inducijs ſibi præripi dictitabant, quamquam poſtea aduerſo caſu haud modicum perculſus b eſt Ferdinandus Celani comitatu a Nicolao Piccinino occupato Rogerotti ope, qui matrem comitiſſam principatu deiecit: tum Sulmona etiam ab eodem Piccinino ad deditionem coacta, atque obſidione Pontislatroni, quam vrgebat Ferdinandus Rex, ſoluta, adeo vt fugientis ſpecie Capuam ſe receperit.

De inducijs actũ. a Gob. l. 10

Quadrimeſtres pactæ.

Diſcuſſæ poſtea quod Malateſta nõ admitteretur.

b Id l. 11.

Ferdinandi res iterum fluctuare viſæ.

11 Hoc anno edidit Ludouicus Francorum Rex de quo paulo ante memoraui, præclarum iuſtitiæ & munificentiæ exemplum, traditis Romanæ eccleſiæ Valentinenſi & Dienſi comitatibus; rem geſtam narrat Ioannes Gobelinus c, vtque ij comitatus ad Pontificem deuoluti eſſent: *Atrebatenſis*, inquit, *cum eſſet in Viterbio Pontifex Ludouici Franciæ Regis literas in conſiſtorio dederat; quarum vigore procurator conſtitutus comitatus in Delphinatu duos circa Rhodanum Valentinenſem, ac Dienſem Romanæ donaret eccleſiæ. Pius acceptauerat, ob quam rem placuit Antonium Noxetanum ad Regem mittere, qui donatarum rerum promiſſionem, & promiſſi fidem exigeret. Vltimus terrarum dominus a ſuis olim nepotibus in carcerem fuerat coniectus: ille moriens vltima voluntate Franciæ Regem ea ſibi conditione nuncupauit heredem, vt ſi quid vnquam ad ingratos nepotes ex ſuis bonis fineret peruenire, hereditas ad Romanam eccleſiam deuolueretur; Carolus, qui tunc regnabat, oppida, quæ teſtatoris fuerant, pleraque exheredatis nepotibus dederat, teſtamentumque violauerat, Ludouicus ad regnum ſublimatus, quod eſſet Eccleſiæ reſtituendum cenſuit, data poteſtate Atrebatenſi, qui retenta hereditatis parte vltra Rhodanum ſita, reliquum Pio traderet: idque factum habuit ratum, quamuis præfecti locorum primas eius iuſſiones neglexerint.*

Ludouicus Rex erga eccleſiam obſeruãtiſſimus. c Gob. l. 9.

Valentinẽſem & Dienſem comitatus illi dat.

12 Confirmant hæc Pontificiæ literæ d his conceptæ verbis:

d Lib. breu. de cur. pag. 121

Ad perpetuam rei memoriam.

Chariſſimus in Chriſto filius Ludouicus Rex Francorum Chriſtianiſſimus & religioſiſſimus princeps, poſtquam patre ſuo Carolo Rege vita functo feliciſſime regni Franciæ coronam, ac delphinatus comitatuumque prædictorum dignitatem & dominium plenum auctore Deo recepit, pro ſuo zelo, & conſcientiæ puritate minime

Digitized by Google

ine paſſus eſt eludi, reſtringi, vel in aliquo lædi vltimam voluntatem prædicti comitis ... amerſiſſimum namque ab animo teſtantis ... putauit, ſi vel tanti flagitij pœna quoquomodo remitteretur, vel recompenſam ſequerentur illa, quos non ad commoda, ſed ad pœnarum acerbitatem honorari defuncti voluntas, & ratio publicæ diſciplinæ ſuadent. Siue igitur quod a præfato Carolo Rege minus paritum fuit voluntati prælibati comitis, data præſertim illis recompenſa, qui in ipſum defunctum comitem tam inhumano ſæuierant: ſiue quod comitatus prædicti, qui ab eccleſiæ Romanæ directo dominio magna ex parte manant, deuoluti alioquin ab aliquibus extimabantur: ſiue quod eccleſiam Romanam omnium Chriſtianorum matrem Chriſtianiſſimus ipſe Rex munificentia regali honeſtare omnibus viribus certat atque augere, tanto dignioribus laudibus excellentiam ſuam dignam cenſemus, quanto ſua ſponte comitatus prædictos cum omnibus iuribus nobis & Apoſtolicæ ſedi reſignat, donatque, atque largitur.

Translatum propterea ius in ſedem Ap.

Reſtitutum Pio a Rege Ludou.

13 Dilectus nempe filius noſter tit. S. Martini in montibus S. R. E. presbyter Cardinalis, & apoſtolica diſpenſatione epiſcopus Atrebatenſis, pleniſſimo ipſius Ludouici Regis mandato litteriſque munitus coram venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus comitatus prædictos cum omnibus ciuitatibus, caſtris, villis, feudis, hominibus, iuribus, mero & mixto imperio, iuriſdictione, territorio, & pertinentijs vniuerſis citra Rhodanum fluuium conſiſtentibus in nos, & Romanam eccleſiam ipſius Ludouici Chriſtianiſſimi Regis nomine tranſtulit, donauit, & reſignauit, eorumdemque comitatuum poſſeſſioni ciuili ipſius Regis nomine ad noſtrum commodum ceſſit, nobiſque adipiſcendæ poſſeſſionis prædictorum omnium liberam facultatem largitus eſt, prouiſo quod caſtra, & dependentia ex comitatibus prædictis in Franciæ regno conſiſtentia in dominio ipſius Regis heredumque ſuorum cum iuris plenitudine remaneant, quodque ab ipſis conſanguineis accepta recompenſa, tanquam ab indignis, caſſa & irrita fuiſſe & eſſe declaretur.

[His in Cardinalium conſilium adductis Pius oblatos ſedi Apoſtolicæ comitatus admiſit, pronuntiauit vltimi comitis conſanguineos omni iure excidiſſe, denique vt gratiam Ludouico Regi referret hæc ſanxit:] Volentes ſtudia tam religioſi principis erga Apoſtolicam ſedem benignis proſequi fauoribus, eidem Regi, non obſtante donatione & tranſlatione præmiſſis, omne ius qualitercumque nobis competens in caſtris antedictis, quæ in regno Franciæ clauduntur & conſiſtunt, permittimus ſinimuſque integrum, ac illibatum, illi quoque ad ipſius Regis ſuarumque commodum renuntiamus & cedimus, ac Regem præfatum ab omni feudo, vaſſallagio, ligio, & homagio, ac fidelitatis iuramento, quod alias ſuper præmiſſis nobis, & eccleſiæ Romanæ præſtitit, abſoluimus & liberauimus per præſentes, &c. *Dat. in abbatia S Saluatoris Cluſinæ diœceſis anno* MCCCCXII. III. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* IV.

14 Longe aberat a Ludouici religione, ac pietate Georgius Podiebratius Bohemiæ Rex, a quo decreta eſt inſignis ad Pontificem legatio, cuius princeps Procopius Rabſtenius Bohemici ſigilli præfectus vetere amicitia Pontifici coniunctus, & in gerendis Friderici Imperatoris rebus ſubminiſtrandiſque conſilijs ſocius, orthodoxæ vero fidei obſeruantiſſimus: tres alij oratores Huſſitica erant lue infecti. Quod nam vero Georgij conſilium eſſet, exponit hiſce verbis Coclæus a: *Per eam, inquit, legationem volebat Rex, vt circa fidem Eccleſiæ minus eſſet ſuſpectus, catholicis maxime Vratiſlauienſibus, qui propter eam ſuſpicionem obedientiam & homagium ei præſtare recuſauerant, ſedi Apoſtolicæ obedientiam præſtare tanquam princeps catholicus, & acceptare Eccleſiæ vnitatem, ſed ea lege, vt compactata Bohemorum approbaret Papa.* Ex ijs oratoribus Procopius Georgij nomine obedientiam Pontifici vt Chriſti vicario detulit: ſacerdos vero Huſſita de calicis communione tanquam diuinitus reuelata, & obliquis illationibus ad ſalutis neceſſitatem pertinente plura præcipiti oratione fudit.

a Io. Papiẽ in comm. lib. 6. Gob. lib. 7. Cocl. l. 12.

Decreta a Georgio Rege Bohemo ad Pium legatio. Huſſitæ oratoris impia oratio.

15 Ad hæc Pontifex regij obſequij ſignificationem gratam acceptamque habere ſe reſpondit: deinde quanta floruiſſet dignitate Bohemia antequam peregrina dogmata in ea diſſeminarentur expoſuit, tunc primum ſacerdotibus eccleſiaſtica prædia, & vectigalia erepta, excuſſumque articulum de ciuili dominio, quod ſacerdotibus vetitum eſſe voluere: tum alios errores de prædicationis euangelicæ, quam vocitabant, libertate, de non ferendo imperio ac magiſtratu cuiuſquam, quem lethali noxa deuinctum conſtaret, tum de calicis vſu ad ſalutem neceſſario, emerſiſſe; & huius quidem poſtremi non aliquem excellentem diuinæ legis interpretem, non Ioannem Hus, non Hieronymum Pragenſem, ſed Iacobellum grammatici ludi magiſtrum, qui ſimplices ſubornarit, tamquam ſacerdotes ſibi ipſis tantum felicem immortalitatem cœleſtemque beatitudinem reſeruarent: at eum Iacobelli errorem in concilio Baſileenſi damnatum: pactiones autem, ex quibus vſus calicis Bohemis ac Morauis tantum, qui iam illum frequentarant, permittebatur, fuiſſe violatas; nam & inuitos ad illum adactos, & infantibus traditum eſſe; nec ſacerdotes, iuſſos monere ad ſynaxim accedentes Chriſtum ſub vtraque ſpecie contineri, paruiſſe; atque ita eius concilij pactiones amplius non valere, cum leges ijs additæ a Bohemis ſeruatæ non eſſent: quod vero Georgius Rex eundem calicis vſum poſceret, rem in Cardinalium ſenatu agitatum iri. Facta ſunt deinde a Cardinalibus cum regijs oratoribus plura colloquia de concordiæ ratione, qua Bohemia ſe ad aliorum Chriſtianorum occidentalium ritus accommodaret: ſed ij, qui lue Huſſitica inquinati erant, ad honeſtatem flecti non potuere.

Pontificis reſponſũ.

Grammatiſta ad ſacerdotum calũniam hæreſim de calice neceſſario commentus.

De concordiæ ratione cũ oratorib. actum.

16 In publico itaque Cardinalium ſenatu Bohemis in hanc ſententiam, dictis antea conſentientem, reſpondit Pontifex, vti narrat Iacobus b Papienſis, qui aderat: *Obedientiam recipere ſe, quamquam communem nimis ac diminutam, crediturum Apoſtolicam ſedem tum demum illos veram abſolutamque præſtare, cum pulſis erroribus ad ouile Domini Rex regnum reduceret, quod vt mature faciat per profeſſam ea hora obedientiam ſe arctius imperare: calicem vero, quem tantopere commendaſſent, illis nec neceſſarium eſſe, nec ſane eſſe etiam vtilem, definiſſe ſynodum Conſtantienſem: non licere ab inſtitutis Eccleſiæ, quæ Spiritu Dei regeretur, abire: inſtituiſſe autem, vt qui extra ſacerdotium eſſent, calice abſtinerent, quando & communicante turba effuſionis vtrobique periculum eſt, & ad viaticum ægrarum ſacerdote longius eum ferente ſeruari difficile poteſt; tum autem ne indocta plebs, quæ ſen-*

b Iac. Pap. pien. vbi ſup.

Negatus laicis Calicis vſus.

Digitized by Google

ſenſibus ducitur, niſi ſub vtraque ſpecie non ſumi a ſe totum Chriſtum & integrum crederet: conuentorum porro, quæ memororent, modo nullam vim eſſe, nec licere illis, quod crederent eorum omnem rationem bipartitam videri permitti alteram, vt qui vnionem Romanæ ſedis ſeruarent, ritumque in cæteris tenerent eccleſiæ, ſumendi quoque calicis vſum haberent: alteram vero permitti, vt ſi re inde ad concilium delata illi nihilominus deſiderio calicis tenebuntur, eumque miſſis legatis petierint indultum iri ſacerdotibus ſuis facultatem illius iis tantum miniſtrandi, quibus & per ætatem liceret, & ſponte ſua pie depoſcerent, lege perpetuo adiecta, vt præfari populis ante calicem debeant, non in pane carnem tantum, neque in vino ſanguinem tantum, ſed ſub ſingulis totum Chriſtum atque integrum contineri: illos non ſeruaſſe conuenta, ſynodum quæ obtuliſſet non indulſiſſe: cum ea non ſeruarint, conuentorum nullum beneficium eſſe, quod poſt illa non indulſerit ſynodus: conuenti nihil extare: non indulſiſſe autem, vel quod non petierint Bohemi, vel quod indigni ob neglectum habiti ſunt: ita cauſam non ſupereſſe cur aut nos ex conuentu appellent, aut Romanam ſedem iis moueri oporteat: ſed nec commodum paſtori Eccleſiæ, nec illis videri expediens noua nunc ratione id ipſum permitti: negaſſe hoc ſemper priores Pontifices: ab iis in tanta re diſſentire nec ſani eſſe conſilij: laturas indigne cæteras gentes, his datam, prohibitam aliis participationem hanc calicis: nationes quietas operæ pretium non eſſe nunc commouere: procliue quoque hoc ad errorem videri, quod ad neceſſitatem ſalutis pertinere, cum, ſi concedatur, rudis populus nimirum ſit crediturus, quam rem potiſſimum damnet Eccleſia: porro autem diuidendorum animorum, & perpetuandi odij eam conceſſionem perpetuam cauſam afferre: eſſe in Bohemis partem adhuc ſanam nobis conformem, hanc diſſimili ritu idem nunquam ſenſuram, conflicturam armis & animis: timendam proinde Domini vocem, deſolatum iri quodcumque in ſe diuiſum ſit regnum: æquius eſſe veteri ſententiæ nouam concedere, quam veterem nouæ, illam totius Eccleſiæ probatam conſenſu, hanc quorumdam tantum Bohemorum ſuſceptam iudicio, reliquorum fidelium repudiatam decreto: circumſtare inſuper regnum potentiſſimas plebes Theutones, Hungaros, Polonos, infeſtos itidem illas vſque futuras, ac mille licet proferantur ſedis decreta putaturas verſari eos in errore, ſicut & nunc quoque exiſtimant: nimia quoque arrogantia Bohemicam gentem damnaturas, quæ plus contenderet, plus ſibi depoſceret, quam Chriſtianorum reliqua multitudo, iurgia, obtrectationes, & pugnas hinc prouenturas; inconſultum videri intus atque extra perpetuos ſibi hoſtes concire, nominiſque hæretici ſubire infamiam: expendiſſe diligenter hæc Romanum Pontificem, inutile quod ab illis poſcitur credere, neſcire quid petant; diſpenſatorem ſe miniſteriorum Dei eſſe, ad paſtoris opus pertinere gregem dominicum paſcere, illumque in viam rectam ſtatuere; non intelligere homines aliquando, quæ vero ſint bona; pœnituiſſe ſæpe mortales peracti voti atque impetrati; quod oratores nunc petant ad vitam æternam non pertinere; fumum quendam atque inanis gloriæ ventum quæri; hortari proinde eos contenti ſint ſub ſpecie tantum panis corpus Domini ſanguinemque aſſumere; ad ſalutem id ipſum ſufficere, admonente Domino: Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Qui manducat hunc panem viuet in æternum; diſcipuli Emaus euntes in fractione panis Dominum agnouere: nollent pluris his eſſe, aut patres eorum ſapientia antaire, qui ſub vna tantum ſpecie Sacramento accepto in Chriſto mortui ſunt, ad notam illorum filiorum eſſe viam contrariam. Adiungant ſe igitur non erranti Eccleſiæ, in vnicaque religione vniant regnum potentiſſimum olim, poſt labefactatum, rediturum mox in antiquas opes & gloriam, ſi doctoribus errorum prætermiſſis in viam redierint primam, matremque audierint Romanam eccleſiam.

Conuenta a Bohemis non obſeruata.

Propoſitæ cauſæ cur negetur calicis vſus.

Prædictū Bohemiā in diſſentiones cōiectū iri.

Expoſita mala imminentia.

17 Hactenus Pontifex ad oratores, qui polliciti ſunt omnia relaturos Georgio Regi, vtque maior perferendis ad ipſum mandatis fides adhiberetur, oratorem pōtificium vna ſecū iturum popoſcere. Reuerſis in Bohemiam iidē oratoribus indicti ſunt ad eos audiendos ſolemnes Pragæ conuentus, atq; prima die omnia ordine expoſuere. Altera productus Fantinus orator pontificius apoſtolica mandata conſtanti animo ita abſoluit: *Imperauit Georgio, vt calice abſtineret, idemque a cæteris fieri. Rememorauit quoque iuſiurandum ſolemne, quo inter ſacra coronationis de iis cæteriſque ad religionem pertinentibus ſe olim adegeras; præſtandam protinus tanti promiſſi fidem edixit, quam neceſſario ſedes Apoſtolica repetat: eam ſi non præſtiteris; timendum videri, ne periurij hæreſiſque ſubeundum ſit infame iudicium, cuius rei magno Regi ad tuendam æſtimationem curam non leuem eſſe oporteat.*

Fantinus internuntius Ap. ad Regē Bohemiæ decretus.

Vetat Georgio Regi ne calice vtatur vtēdumque prohibeat laicis. Ni pareat periurij & hæreſeos notam ſubiturū.

18 His auditis Georgius excanduit, ac ſuperante metum perfidia, laruam catholici Regis, quam etiam tum ad conſtabiliendas res ſuas prætulerat proiecit; palam enim in conuentu, natum ſe & educatum in calicis communione profeſſus, addidit impie, tenere ſe illam diuina lege imperatam laicis, meritos virtute ſua Bohemos, vt ante alias gentes illam acciperent, quæ per inanes minas cum ignominia non ſit dimittenda: non temeratum a ſe de abolenda hæreſi ſacramentum, cum non Bohemia, ſed reliquæ nationes calicis vſu abſtinentes in hæreſi verſarentur: blaſphemas etiam voces in ſedem Apoſtolicam effudiſſe refert Cochleus a: non illam ſedem ſanctam eſſe, ſed peſtilentiæ cathedram: at vnionem fidelium omnium ſedem eſſe ſanctam, quæ Romæ non eſſet. Moxque violato gentium iure ethnicis Regibus, qui oratores pontificios ad ſe miſſos colunt nequior, Fantinum, cum prius illi ſtricto pugione mortem intentaſſet, & a ſuis fuiſſet cohibitus, ne illius ſanguine manus commacularet, in vincula coniecit, ac Procopium Rabenſtenium regij ſigilli præfectum ob fidem orthodoxam ſuſpectum in cuſtodiam tradidit; quamquam poſtea vtrumque Friderici Imperatoris aliorumque principum precibus flexus liberarit: de quibus hæc in m. s. tabularij Vaticani b referuntur, quæ ad ſuperiora confirmanda ſilentio prætereunda non ſunt viſa.

Impie Georgius hæreſim de calice laicis neceſſario, profeſſus.

Blaſphemiam in ſedē Ap. cui obſequium deuouerat euomit.

a Cochl. l. 12 hiſt. Huſſ.

Mortem ſtricto pugione internuntio intētat.

Georgij Regis Bohemiæ oratores, quorum princeps Procopius Rabenſtenius fuit, Romæ Pio obedientiam publice præſtiterunt, faciente verba Procopio. Poſt eum ſacerdos quidam eius collega ex Huſſitarum ſecta torrenti oratione perorauit, compactata Regis ac regni nomine confirmari petens, aut de nouo dari, ſine quibus regno quieſcere non poſſet. Pius obedientiam Regis benigne ſuſcepit, deinde regni Bohemiæ afflictiones, & ingentes calamitates, quas ob receſſionem a catholica fide paſſi erant, enarrauit, aperuitque aſſertorem hæreſis de communione ſub vtraque ſpecie, non doctorem aliquem peregregium, ſed Iacobellum quemdam grammaticæ ludi magiſtrum fuiſſe, qui primus aſſeruit communionem ſub vtraque ſpecie ad ſalutem eſſe neceſſariam: quam rem poſtea

b M. ſ. arch. Vat. inſcr. miſcellanea.

Baſileenſe concilium damnaſſet, & quamuis conditionibus quibuſdam eam communionem habentibus rationis vſum indulſiſſet, conuenta tamen nequaquam eſſe ſeruata: velle ſuper ea re cum fratribus deliberare. Poſt hæc concione publice rurſus aduocata, oſtendit compactata non tenere, neque vtile eſſe aut honeſtum videri ea rurſus concedere: oportere Regem, qui obedientiam præſtitiſſet paulo ante, & in coronatione ſua iureiurando Pontifici ſe pariturum promiſiſſet, eius mandata ſuſcipere, ſeque tandem Romanæ, & vniuerſali Eccleſiæ coarctare. Legati Bohemorum Pontificem orarunt, vt vnum e ſuis cum eis mitteret, qui Regem ad ea hortaretur, miſſuſque eſt Fantinus Dalmata; qui alias procurator fuerat Regis. Ij in Bohemiam reuerſi Georgio cuncta exponunt: ille vero publico indicto conuentu ad vigiliam D. Laurentij Pragæ, vbi præſcriptus aduenit dies, iuſſit legatos ſuos, quæ Romæ geſta erant, enarrare. Quod cum illi diligenter feciſſent, Rex mirari ſe dixit Papæ conſilium, qui regni quietem magno labore per compactata acquiſitam perturbare vellet: ſe hæreſim in coronatione abiuraſſe: communionem autem ſub vtraque ſpecie, quæ in euangelica doctrina eſſet fundata, eiſque a magna ſynodo Baſileenſi eſſet conceſſa, hæreſim nunquam putaſſe, ſtatuiſſeque ſe, qui in ea natus, educatuſque eſſet, & ad regiam dignitatem euectus, cum vxore & liberis, omnibuſque omnibus in ea viuere & mori, neque aliam ſalutis viam credere, quam vti communione ſub vtraque ſpecie.

Vt Georgius ſolicitatus ſit ad præſtandam quã ſpoponderat fidem.

Impia Georgij profeſſio.

Rogauit deinde aſtantes proceres, quidnam haberent animi ſi quis propter compactata bellum inferret. Tum . . . . . cum hæreticis, qui magno numero aderant, conſultatione habita, Regi immortales gratias egerunt, quod ſe pro eorum fide declaraſſet: tum & corpora & fortunas omnes pro ſua defenſione obtulerunt. Catholici autem, qui etiam multi aderant, conſultatione ſimiliter facta, reſpondent, nihil ſibi vnquam cum ſuis compactatis fuiſſe, nec in poſterum futurum, velleque ſicut & ipſe in fide a prioribus accepta viuere & mori: de auxilio autem præſtando conſueuiſſe ſuperiores Reges nihil ſine progenitorum ſuorum conſilio aggredi, ipſa vero compactata ſine eorum conſilio petiuiſſe, decreuiſſeque ea ſeruare: proinde ſi quid ob eam rem pati contingat, eorum auxilium petat, quorum conſilio ſit vſus; ſi tamen vbi honor Dei & iuſtitia non lædatur ei & regno nunquam defuturos.

19 *Iuſſit deinde Rex omnes poſtera die ad audiendum Fantinum redire Apoſtolicæ ſedis nuncium. Sequenti die, aſſiſtente multitudine Rex Fantinum vocari iuſſit. Et audiamus, inquit, Fantinum vt apoſtolicum nuntium, poſtea aduerſus eum vt procuratorem noſtrum aliquid proponemus. Ad hæc Fantinus iure gentium legatos ſaluos vbique eſſe oportere ait; petere vt id ſibi Apoſtolicæ ſedis nuntio ſeruaretur. Annuente Rege Fantinus apoſtolica mandata expoſuit, multis rationibus oſtendit, Bohemorum ſeceſſionem ab vniuerſali Eccleſia calamitates infinitas regno contuliſſe: Regem memorem eſſe debere iuramenti in coronatione præſtiti, & obedientiæ palam Pontifici promiſſæ; Pontificem iubere, vt hæreſim omnem Huſſitarum reijciat, compactata, quæ nulla ſunt, relinquat: a communione ſub duplici ſpecie abſtineat, ſacerdotes rebelles decano Pragenſi coercendos tradat; tandem ad ſanctum Romanam atque vniuerſalem Eccleſiam ipſe cum omni regno reuertatur. Hæc cum iniquo animo audiſſet Rex Fantinum proditorem ſuum appellauit, eumque puniendum duxit. Ad quem Fantinus ſi cum procurator eſſet fidelem ſemper fuiſſe oſtendens, non debere iraſci Regem, ait, ſi nunc nuncius apoſtolicus ſui domini mandata exponat: & magno animo Regi interminatus eſt: futurum, niſi Pio Pontifici obediret, vt regno priuaretur, hæreticuſque atque excommunicatus declararetur.*

Expoſita a Fantino conſtanter mandata apoſtolica.

20 *Poſtera die Rex Fantinum capi, & in vinculis poni iuſſit, Procopium cancellaria priuauit, fuiſſetque ſæuiturus in plures, niſi catholicos proceres Rex timuiſſet. Iuſſit poſt hæc Rex presbyteros omnes adeſſe. Affuit ad præſtitutam diem decanus eccleſiæ Pragenſis archiepiſcopatus adminiſtrator cum clericis catholicis numero ſeptingentis quatuordecim, quos omnes prius inſtruxit ad fidei conſtantiam, martyriumque animauit: in Pragenſi eccleſia. Profecti inde ad Regem omnes ſimul ibi Robezanam cum ſuis complicibus inuenere. Rex ad concionem egreſſus, cum multa per ſacerdotes crimina quotidie perpetrari, & regni pacem turbari conqueſtus eſſet, tandem iuſſit omnibus vt compactata ſeruarent. Catholici conſultatione præhabita gratias primo egerunt Regi, quod pacem in regno conſeruare curaret; deinde non dubitare aliquos eſſe ſacerdotes malos: verum ſi ex ſuis eſſent, eſſet congruere, vt nominarentur, non impunita fore eorum ſcelera: compactatis nunquam eguiſſe, nec tum indigere, neque cognoſcere aliquam in eis ſalutem: nolle nunc aliam fidem, quam Romana eccleſia ſuis maioribus tradidiſſet. Quæ a decano dicta cum omnes approbaſſent, Rex iniquo animo tulit. Deinde, cum Fantinum, nec etiam mortis terrore in ſuam ſententiam poſſet trahere, perſuaſus a Ludouico Bauariæ duce, & a pleriſque alijs eum tandem poſt tres menſes dimiſit.* Conatum vero ipſum proceres Bohemos catholicæ fidei cultores in ſuas partes trahere, ſed illos conſtanter reſtitiſſe, teſtatur Ioannes Gobelinus a, dato hoc Zedenkonis Sternberg ore reſponſo: nunquam ſibi conuenta de calicis vſu curæ fuiſſe, neque illis vſos vnquam, nec vſuros in poſterum: patrum ſe viam tenere, nec a Pontificum inſtitutis diſceſſuros: nunquam eorum rogatam ſententiam de pactionibus Baſileenſibus obſeruandis, quamuis alij Reges nil grauioris momenti ipſis inconſultis decernere conſueuiſſent: eorum itaque ope potiretur, quorum conſilio vſus eſſet; cæterum quod ad Regis regnique rem ſpectaret, in officio permanſuros.

Monita a catholicis Georgio data.

Illum cũ regij ſigilli præfecto vinculis mãcipat.

a Gob. l. 10 Card. Papien. vbi ſup. & alij

Proceres catholicos corrumpere nititur.

21 Tentauit varijs modis Georgius eoſdem proceres ſubornare, ſed aliud reſponſum elicere non potuit, inſtruendiſque fraudibus intentus, vt clerum catholicum peruerteret, ſolemnes ſacerdotum cœtus indixit; ſed horum religio illius perfidiam vicit. Rem geſtam narrat Gobelinus b: *Poſt dies*, inquit, *aliquot iuſſit Rex presbyteros catholicos ex toto regno primores ad ſe proficiſci: conuenere viri quatuordecim & ſeptingenti in caſtellum Pragenſi terrore pleni tanquam ad cædem vocati eſſent. Decanus eccleſiæ maioris, & archiepiſcopatus adminiſtrator multa locutus aduerſus perfidiam Huſſitarum, cohortatus omnes, vt in vera religione conſtanter permanerent, ſexta feria rem diuinam ſumma deuotione peregit, & Spiritus ſancti gratiam inuocauit, quæ aduerſus iram Regis pauperes ſacerdotes protegeret: quod cum animaduertiſſent Huſſitæ id ipſum die ſabbati in omnibus ſynagogis ſuis fecerunt. Cum dies conſtituta vocationis adeſſet, ſummo diluculo catholici eccleſiam Pragenſem petiuere: decanus eos in ſacellum S. Vvinceslai accerſiuit, & quomodo ſe coram Rege deberent gerere commonuit, & quibus loqui liceret quibuſque tacere neceſſe foret oſtendit, iuſſitque ne vel minimam quæſtiunculam cum aduerſarijs inchoarent: quod ſi furere aut inſanire Regem contin-*

b Gob. l. 10

Sacerdotes catholici a Georgio exciti.

Irritũ inter eos fœdus pro fide tuenda.

geres,

geret, & in aliquos manus inijcere, ſcirent in multis membris vnum eſſe corpus, neque vnum poſſe tangi, quin læderetur alterum, opponerent ſe omnes pro ſalute vnius vel minoris. Promiſere omnes, verum non ſine lachrymis ac ſingultibus, proſtratique coram patronis regni Bohemiæ ſanctis martyribus & confeſſoribus aduerſus violentiam perfidi Regis ſuffragium petiuere: moxque trini, & trini tamquam in pompa procedentes e caſtello Pragenſi vſque in regiam peruenere: & alij quidem flebant, quod ad victimam pergerent, alij ridebant. Præuenerat iam Rochezana cum multitudine ſuorum complicum, & latus ſtipabat Regis.

Hæreticus Rex eos proſcindit conuicijs.

22 Vbi affuere omnes, Georgius clerum atrocibus accepit verbis, quod inter ſe opinionibus diſſentirent, atque impudicitia ſacerdotium fœdaſſent; tum hoc imperium fraudis plenum addidit: *Præcipimus vobis, vt compactata, quæ pro pace regni noſtris prædeceſſoribus Baſileenſe concilium indulſit, inuiolabiliter obſeruetis: ſi quis contra fecerit noſtram in ſe iram prouocabit, neque enim paſſuri ſumus, quæ Sigiſmundus, Albertus, & Ladiſlaus Reges auctoritate apoſtolica conceſſa laudauerunt, veſtris contentionibus infringantur.*

Iubet cõpactata obſeruari.

Seceſſere his auditis catholici, & cum ad probra modeſte reſpondiſſent, de conuentis Baſileenſibus hæc adiecere: *De compactatis dicimus idem, quod pridem regni proceres per te rogati reſponderunt: nunquam illis egimus, nec egemus hodie, nec Romana ſedes illa vnquam conceſſit; Baſileenſe tantum concilium indulſit, vtrum autem quibus indulta fuerunt iuxta conceſſionem illa teneant, Deus viderit. Pacem, quam dicis compactata præſeferre, libenter amplectimur, at quod nobis ad æternam vitam præſidium aliquod afferant non intelligimus. De maieſtate tua illud nobis perſuademus, quod venerabilem eccleſiam Pragenſem in ſuis cerimonijs non impedies, neque alium ritum nobis inculcabis, quam noſtris maioribus ab Apoſtolica ſede traditum: illa eſt porta cæli, mori præſtat quam illi contraire. Hæc adminiſtrator nomine omnium locutus cum finem dicendi feciſſet verſus ad ſuos, percunctatus eſt, an placeret quod pro omnibus reſpondiſſet, qui vna voce dixerunt. Placet, & in æternum placebit.*

Quid Georgio reſponſũ.

23 Infremuit ad hæc Rex hæreticus, & grauiter queſtus eſt ſcripſiſſe aliquem, illum hæreticum ſe declaraſſe, & ſæuire in nuncium apoſtolicum, vetuitque quemuis pro eo liberando verba facere. Dimiſſa concione iterum atque iterum edicto clerum catholicum conuocauit, deque vſus calicis conuentis ſermonem inculcauit: at nunquam extorquere potuit, vt ea catholici laudarent. In illa vero concione cum Rochzana Huſſitarum ſignifer presbyterum quendam ſibi non obtemperantem vocaret in iudicium apud Regem, Georgius ſtomachatus libera illum voce perſtrinxit, velle quidem Rochezanam ad ſua imperia omnes adigere, nullius vero imperio obſequi: neque enim vir impius concilijs Conſtantienſi & Baſileenſi, quæ ipſius errores damnarant, nec Romanis Pontificibus parere dignabatur; ſed ſuam ſententiam vniuerſo orbi catholico arroganter præferebat, in eandemque inſaniam Georgium aures ipſi præbentem adduxerat.

Rochezana ſacerdotes catholicos in iudicium vocat apud Regem. Perſtringitur vel le ſibi pareri ab omnibus nemini parere.

24 Vbi Pontifex neglecta a Georgio apoſtolica imperia, violatum fidei ſacramentum, hæreſim publice vulgatam, tyrannice in legatum ſæuiſſe audiuit, iudiciario ordine in eum agere conſtituit a: ac primum ad Vvratiſlauienſes contra Georgij vim confirmandos, propoſito edicto ipſos a clientelari ſponſione Georgio Regi præſtanda liberauit a, ne in errorem adducerentur, cum Georgius damnatos de calicis vſu tanquam ad ſalutem neceſſarios ritus obſeruaret, propagaretque in Bohemia; tum iuſſa pontificia reſpueret, neque vlla reſipiſcentiæ ſigna daret.

a Papien. ſup.com.6.

a Lib. 1. pag. 132.

Vvratiſlauienſes ſacramẽto Regi hæretico præſtito liberati.

Ad futuram rei memoriam.

Ijs ſuperioribus annis non ignorantibus, quæ chariſſimus in Chriſto filius noſter Georgius Bohemiæ Rex illuſtris, cum regni coronam ſuſciperet, Deo ſaluatori noſtro in fauorem Chriſtianæ religionis, & regni Bohemiæ reformatione iuraſſet; videntes quoque ex illo tempore frequentes literas ſuas, in quibus de ſe & ſubditis ſuis ſpondere nobis ſingula videbatur, quæ ad Chriſtiani principis officium pertinerent; miſimus ad eum oratores noſtros venerabilem fratrem Hieronymum archiepiſcopum Cretenſem, & dilectum filium Franciſcum de Toleto archidiaconum de Aſtigia, qui dilectos filios noſtros clerum, capitaneos, proconſules, conſules, & communitates ciuitatis Vvratiſlauiæ, & oppidi Nampslamenſis vſque ad id tempus ob ſuſpicionem hæreſis præſtare homagium recuſantes ad obedientiam eius reducerent, pacemque & vnitatem inter eoſdem ſtatuerent. Clerus igitur, capitanei, proconſules, conſules & communitates prædicti per adhærentes, quæ per eoſdem oratores de ſinceritate Regis dabatur, obedienter acquieuerunt noſtris conſilijs & cum eodem per capitula conuenerunt, quod poſt triennium & menſem ex tunc computandum homagium prædictum antea recuſatum ſerenitati ſuæ perſoluerent, & cætera facerent, quæ in eiſdem capitulis latius continentur.

Pontificiæ de ea re literæ.

Fingenti ſe catholicũ Georgio catholici parere iuſſi.

Cum vero Rex ipſe, ſicut opera oſtendunt, & oratores etiam ſui ad nos poſtmodum miſſi in conſiſtorio publico declararunt, ad gremium vniuerſalis Eccleſiæ nondum rediiſſe; ſed damnatos diu ab Eccleſia ritus obſeruare, & vt in regno obſeruent facere, manifeſte appareat; cumque etiam mandata noſtra in eodem conciſtorio de tollendis ijs ritibus ſuæ ſerenitati in vim eius, quam præſtabat, obedientiæ facta implere neglexerit, nec ſignum in eo vllum melioris mentis cernamus; nolentes, ſicut nec velle debemus, fideles animas in fraudem induci, & per commercia immundorum quod mundum eſt inquinari, euſdem triennij & menſis terminum, ipſorumque capitulorum vim & effectum iure præſentibus haberi volumus pro expreſſis vſque ad noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis beneplacitum auctoritate apoſtolica per præſentes ſuſpendimus, & prorogamus, decernentes clerum, capitaneos, proconſules, conſules, & communitates prædictos ad præſtationem homagij huiuſmodi, & eorundem capitulorum obſeruationem, durante beneplacito eodem, nullatenus teneri, aſtrictoſque eſſe. Nulli ergo, &c. *Dat. Pientiæ anno* MCCCCLXII. VIII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* V.

Vbi patuit perfidia reſciſſa decreta priora.

25 Editum eſt da Vvratiſlauienſibus aduerſus Georgium in apoſtolicam clientelam acceptis proximo anno decretum, Regeſque ac principes, tum Bohemi, Moraui, Luſatijque proceres moniti, vt Vvratiſlauienſium cauſam tuerentur. Fuere hæc ingentium bellorum, quæ ex Georgij perfidia, & Pontificum pio ardore dimanarunt, principia. Porro antea Georgius cum Friderico Palatino Rheni comite, & Diethero ſede

Digitized by Google

Proceres moniti vt cũ Vratiſlauienſibus ſentiant.

a Gob l. 6. b Lib. 39. pag. 169.

Obiectæ illi cenſuræ ſi auxilia ſubmiſerit.

Moguntina deturbato aduerſus Adolphum Naſſouium, qui illi eccleſiæ Pij auctoritate fuerat præfectus a, iniqua conſilia inire cœperat: qua de re Pontifex factus certior, Georgium qui ſuſceptam catholici Regis perſonam adhuc gerebat, ac principes nobileſque Bohemiæ viros ab eo fœdere diuellere conatus eſt b: *Te, inquit, fili Rex, voſque alios ſub obteſtatione diuini iudicij, in quo maieſtas Altiſſimi vnicuique pro ſuorum ſcelerum, inobedientiarum, & delictorum qualitate perpetuam pœnam repenſura eſt, requirimus & monemus, ne dictum Dietherum & comitem Palatinum compliceſque & alios adhærentes prædictos, aut nuntios vel oratores pro dicto Diethero loquentes audire vel auſcultare quoquomodo debeatis, vobis nihilominus, & veſtrum cuilibet ſub excommunicationis & anathematis, aliiſque infraſcriptis pœnis, quas quilibet veſtrum, qui contra fecerit, eo ipſo ſe noverit incurriſſe, diſtrictius inhibentes &c.* anathema, interdictum eccleſiaſticum, bonorum Eccleſię fiduciariorum mulctam Diethero opem porrecturis intentat. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXII. *kal. maij pontificatus noſtri anno* IV.

c Gob l. 6. d Naucler gener. 49. vol. 2.

Palatin' Diethero arma auxiliaria ſpondet.

26 De conflata inter Fridericum Palatinum, & Dietherum ſocietate aduerſus Adolphum Naſſouium agunt Gobelinus c, & Nauclerus d, quorum prior narrat vt Dietherus felicibus Adolphi ſucceſſibus territus primum de concordia ipſum poſtularit, ceſſeritque archiepiſcopatu, nonnulla oppida ad vitam honeſte ſuſtentandam pactus: mox vero firmatam ſacramento pacem infregerit, cum Palatinus illi armorum ſocietatem ad recuperandum principatum obtuliſſet. Mouerat ad id Palatinum liuor, quod Adolphus Marchioni Badenſi & comiti Vvitembergenſi, quos hoſtes putabat ſuos, fœdere iunctus eſſet; tum nonnullorum cauſa oppidorum Moguntinæ ditionis, quæ Dietherus ei tradidit. Fultus itaque illius potentia Dietherus crudele bellum Adolpho intulit, ac Moguntinum agrum rapinis, cædibus, incendiis, ſtupris lœſit.

Moguntinũ agrũ euaſtat.

Acceſſiſſe nefario eiuſmodi fœderi Ludouicum ducem Bauariæ cognomento diuitem, refert Nauclerus: contra quos Pontificis Imperatoriſque mandatis obſequentes Ludouicus alter Bauariæ dux cognomento Niger, Albertus Brandeburgenſis, Carolus Badenſis marchiones, Ioannes eiuſdem frater epiſcopus Metenſis, & Vdalricus comes Vvitembergenſis Adolphi partes tuebantur. Geſtæ plures velitationes, ac tumultuariæ pugnæ; nunquam tamen integræ copiæ in campum eductæ: neque iam adeo de Adolpho, ac Diethero agebatur, quam de Pontificia & imperiali auctoritate, quam factio altera oppugnabat, altera aſſerebat.

Burgundus concordiæ agit interpretẽ inter Adolphum & Dietherum.

Hos motus pacaturus Philippus dux Burgundiæ addictus Pontifici de pace ambas partes poſtulauit, iamque erat dies conſtituta, qua principum procuratores conuenturi eſſent: quæ antequam appeteret Adolphi partium proceres Ludouicus Niger, Ioannes Metenſis, Carolus marchio Badenſis & Vdalricus comes, gloriæ ſpe, & euaſtandæ Palatini Rheni ditionis cupidine excitati, paucis tamen ſtipati copijs ineunte iulio in palatinatum hoſtili excurſione irrupere, obuiiſque vicis iniecere ignes; quod Palatinus præſentiens cum Diethero, contractis maioribus longe copijs accurrens, reditum ijs interclusit in agro Haidelbergenſi, ac pugna conſerta cæſi plures nobiles viri, atque epiſcopus Metenſis, Badenſis marchio, & comes Vvittembergenſis capti.

Facta in palatinatum excurſio.

Adolphi copiæ profligatæ.

Vt vero pro ijs liberandis ſuam Pontifex auctoritatem adhibuerit, belloque ſit finis impoſitus, proximo anno dicetur: nunc ea Germanicis ad Hungaricas res digredimur.

Plures leges a Mathia Rege editæ.

27 Hoc anno Matthias Pannoniæ Rex celebratis Budæ menſe aprili ſolemnibus regni cœtibus plures leges ad iuſtitiam probe adminiſtrandam, componendumque regni ſtatum promulgauit: tum etiam de cauſis in eccleſiaſtico tribunali dirimendis hoc decretum a tulit.

a Ext. in append. Bonfin. pag. 78.

Articuli cauſas rerum ſpiritualium concernentes.

Sanctio de cauſis eccleſiaſticis cognoſcendis a præſulibus.

Omnes cauſæ circum myſteria, & defectus ſacramentorum. Item cauſæ in facto fidei, & cauſæ hæreſum, ſeu ſuſpectorum de hæreſi. Item cauſæ teſtamentariorum, & eadem acceſſorarum. Item cauſæ matrimoniales, & acceſſorium earundem, ſpecialiter autem dotis, & rerum paraphernalium donationum propter nuptias, & iuris quartalitij, ſi non intentetur pro hereditate poſſeſſionaria adipiſcenda. Item cauſæ decimarum realium, & perſonalium, & acceſſorium earundem. Item cauſæ vſurarum. Item cauſæ viduarum & miſerabilium perſonarum, ſi non agitur pro poſſeſſionibus & præſidijs adipiſcendis. Item cauſæ fidei violatæ, & omnium periuriorum, & cauſæ quarum finis tendat ad correctionem pro peccato. Item omnes cauſæ, in quibus quis incidit in ſententiam excommunicationis hominis, vel canonum. Quibus quidem articulis præmiſſis modo vobis præmiſſo præſentantes ſupplicauerunt nobis dicti prælati, barones, proceres, & nobiles regni noſtri, vt eoſdem articulos regio conſenſu approbantes dignaremur deinceps facere obſeruari. Nos itaque ſupplicationibus eorundem prælatorum, baronum, procerum, & nobilium prædicti regni noſtri inclinati prædictos articulos, & quælibet eorum acceptanda, & approbanda decernimus, &c. *Datum Budæ* xa. *die congregationis generalis anno Domini* MCCCCLXII.

b Gob l. 9.

28 Concuſſa b porro eſt hoc anno Pannonia Turcici belli metu, ac Boſna & Vvalachia vectigalia illius regni euaſtata fuerunt a Mahomete; qui, antequam ſigna attolleret in Hungariam, Matthiam Regem poſtulauit de pace, adiecta lege, vt Boſnam & Vvalachiam Turcico imperio permitteret; ac Matthias, quamuis inteſtino cum Friderico æmulo implicitus bello, pacem earum prouinciarum damno emere conſtanter renuit, ac virum nobilem ſuperiori anno e Turcica pretio erutum ſeruitute ad Pontificem oratorem decreuit, qui Mahometis petita minaſque exponeret.

Mahometes Machiam de pace poſtulat bellumque intendit.

Turcam maximum exercitum comparare, quo Pannoniam inuadat, Boſna & Vvalachia datis tantum placari poſſe, a quibus prodendis hoſti animus abhorreat. Cæterum ſi Hungariam barbarus ſibi ſubegerit in Italia eius arma expectanda, eum ad occidentis imperium debellato orientali aſpiret; poſcere itaque Hungarum a Pontifice opem in extremis rebus.

Poſtulat a Pio Mathias auxilia.

Ad hæc reſpondit Pius exhauſto licet ærario pontificio, ſuo tamen auro mille equites, qui Regi profecturo ad bellum ſe coniungant, conducturum: non defuturos auxilio Venetos, ac proximo anno maiores ſuppetias ſubmiſſum iri. Abijt itaque in Hungariam orator, Cardinalis Strigonienſis promiſſam auri vim pro Pontifice diſſoluit, ac Veneti aureorum viginti millia Regi miſere; ſed leuiora erant hæc contra exercitum validiſſimum ſubſidia. Irrupere maximo impetu

Numma rum aliquod ſubſidium datum.

Tur-

Turcicæ copiæ in Vvalachiam, breuique illam tempore Mahometis imperio ſupremo adiunxere.

29 Gerebat tum Vvalachiæ principatum Bladus ſiue Vvladus, alias Draculea, vir omni fera immanior, qui vt acceptam Mahometis beneficio tyrannidem ſibi aſſereret, omnes prouinciæ proceres ſibi ſuſpectos blande vocatos cum vxoribus, filijs, famuliſque palis confixit, eorumque opes ac dignitates inter eos, quos ſibi ſatellites aſciuerat, partitus eſt: tanta vero virorum, mulierum, ac puerorum, in quos eam exercuit carnificinam multitudo extitit, vt ad viginti millia peruenirent. Deinde cum Mahometem metueret, armorum fœdus in Turcos cum Matthia Hungarorum Rege pepigit, Mahometiſque oratores viros principes, qui ipſum appetierant inſidijs, ſuperatos ſtipitibus ab imo ad ſummum transfodit: & quamquam viribus impar Mahometi, implorata Hungarorum ope, collectoque decem circiter millium equitum exercitu, tardiora Turcarum agmina ſæpius concidit, atque ex inſidijs procurrens tumultuario certamine cædes plures edidit: quin etiam noctu incurrere in Turcarum caſtra, & ad ipſum tentorium Mahometis, vt eum neci traderet, irrumpere meditatus, tantum intulit terrorem, vt vix ſumma Mahometis diligentia Turcæ, ne in fugam ſe conuerterent, contineri potuerint. Sed cum ab imperiali tentorio aberratum eſſet, mileſque ad diripiendam gazam Turcicam ſe diſtraxiſſet, adluceſcente aurora fugere coactus, plures e ſuis amiſit. Deinde Mahometes compoſito agmine per Vualachiam late graſſatus, eam adeo attriuit, vt Vvalachi Mahometis exercitus terrore, & Draculis minoris natu verbis victi illum principem renuntiarint. Quo cognito Vvladus in Hungariam auxilia collecturus confugit. Sed a Matthia Rege in Alba regali in vincula eſt coniectus, cum Hungari illum ob exercitam in principatus auſpicijs hominum carnificinam iudicio poſtularent: quamquam poſtea e carcere dimiſſus, auctuſque exercitu plura in Turcas prælia geſſerit, in quibus denum occubuit, eiuſque caput dono Mahumeti tranſmiſſum eſt.

Eius expeditio in Podoliam.

Vvladus in Turcica caſtra noctu irrumpit & Mahometem quærit ad necem.

Coactus in Vngariam pedi fugere.

Poſt varia prælia occiſus.

30 Inhorruit ad eam Mahometis expeditionem Boſna, cuius limiti imminente hoſte Pontifex a Stephano Rege Boſnæ tum a Stephano duce certior factus de proxima barbarica irruptione, Laurentio archiepiſcopo Spalatenſi nuntio apoſtolico dedit a mandata, vt Myſios ſiue Boſnenſes crucis ſymbolo inſigniret; *Fraternitati*, inquit, *tuæ, ſi caſus acciderit dictorum Turcorum irruptionis & inuaſionis regni & ducatus Boſnæ prædictorum, publicandi cruciatam ſuperius ſcriptam, & tam in eorum regno, ducatu, dominijs, terris, & locis, quam alibi per miſſos nuntios & prædicatores auxilia & ſubſidia Chriſtifidelium implorandi, quæ omnia in prædictorum Regis & ducis præſidium conuertantur & diſtribuantur, prout tibi melius videbitur faciendum, auctoritate apoſtolica concedimus facultatem, Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXI. x. kal. aprilis pontificatus noſtri anno IV.*

Vvalachia a Turcis vaſtata.

a Pius lib. 17. pag. 310.

Stephani etiam Regis rogatu ſacram ædem Iaizenſem, in qua S. Lucæ euangeliſtæ reliquiæ religioſe reconditæ erant atque ad eas ingentes fiebant populorum concurſus, pluraque miracula diuinitus patrabantur, Pius nonnulla indulgentiarum præmia templum illud luſtraturis impertitus eſt b. Erat Iaiza, vt deſcribit Bonfinius c, in mediterraneis Yllirici regionis edito monte ſita, quam duo amnes circumfluunt, ac deinde ad radices montis vrbiſque ambitum in Sauum deuoluuntur, beneficio loci & operis munitiſſima, Boſnenſiumque regia, quam Mahometes anno proximo cepit, vt refert Pontifex in literis a ad ducem Burgundiæ miſſis accepit.

b Pius II l. 17. pag. 309

c Bonf dec 3 l. 10.

Iaiza Boſnenſium regia expugnata a Mahomete.

a Extat apud Rayam. in annal. Belgic.

31 Elatus igitur tot ſecundis rebus Mahometes Boſnam ſubigere, atque in occidentale penetrare imperium conſtituit: neque ea res latuit Stephanum Regem Boſnæ, qui ſceptro parentis vita functi correpto, inclinante anno oratores pro imploranda ope, regiaque corona a Romana eccleſia obtinenda, tum epiſcopatibus in Boſnia inſtituendis ad Pontificem legauit. Habitam ab ijs orationem refert Ioannes Gobelinus b quam ob rerum pondus repetendam ducimus: *Rex Boſnæ*, inquit, *filius tuus, beatiſſime pater, nos ad te miſit, iuſſitque ſuo nomine hæc dicere. Certior factus ſum Maumethem, qui Turcis imperat, æſtate proxima infeſta contra me ſigna moturum, & iam copias & belli machinas apparaſſe. Non ſum ego, qui tantum impetum ferre poſſim: oraui Hungaros, & Venetos, & Geargium Albanum vt opem mihi afferant: idem ex te peto, neque auri montes poſtulo: ſcire hoſtes ac prouinciales meas cupio tuum mihi fauorem haudquaquam deeſſe, ſi norint Boſnenſes me non futurum in bello ſolum fortius dimicabunt, neque Turca terras meas ingredi audebunt, quarum ſunt aditus difficillimi, & arces pluribus in locis propemodum inexpugnabiles. Tuus anteceſſor Eugenius patri meo coronam obtulit, & pontificales eccleſias in Boſna voluit erigere. Renuit pater, ne Turcarum in ſe odium prouocaret, erat enim nouus Chriſtianus, nec Manichæos adhuc regno expulerat: ego a puero baptizatus ſui, & literas Latinas didici, & Chriſtianam fidem ſolide complexus ſum, non timeo quæ pater timuit, coronam vt ad me mittas opto, & ſanctas epiſcopos: hoc ſignum erit te mihi non defuturum: ſi qua ingruerit belli moles, ſpem ſubditis a te coronatus terrorem hoſtibus afferam. Iuſſiſti viuente genitore meo arma, quæ in Dalmatia ſub Venetorum manu erant, cruciatæ nomine collecta, vt ad eum mitterentur: non placuit ſenatui Veneto: iubeto ad me modo mittantur, fortaſſe maius imperium inuenies, quando mutata eſt mens Venetorum, & Turcis feruntur indicturi bellum.*

b Gob. l. 11

Boſſinenſis oratoris ad Pium oratio.

Poſtulate a Pontifice coronam Boſnenſis Rex.

Hæc peto, & vt legatum ad Hungaros mittas, qui meam cauſam Regi commendet, horteturque arma mecum iungere. Hoc pacto ſaluari Boſna poterit: aliaquin peritura eſt. Turcæ in meo regno munitiones aliquas conſtruxere, & in agreſtes mitem animum oſtendunt: dicunt futuros liberos quicumque ad ſe deficiunt, blandeque complectuntur. Ruſticorum rude ingenium non intelligit artes, & libertatem perpetuo duraturam exiſtimat: facile his dolis illecta plebes a me deficient, niſi tuo præſidio munitum viderint, nec diu nobiles + in ſuis arcibus perſeuerabunt deſerti a ruſticis. Si quæreret regnum meum Mahumetes, neque vltra progredi vellet, ferenda eſſet mea ſors, neque pro me tuendo reliquam Chriſtianitatem vexare deceret; verum inſatiabilis regnandi cupido nullas habet metas: poſt me Hungaros agitabit, & Dalmatas Venetis ſubiectos, & per Carnos, & Hiſtros quæret Italiam, cuius imperium ambit, & ſæpe de Roma loquitur, atque huc direxit animum: quod ſi permittentibus Chriſtianis meo regno potitus fuerit, aptiſſimam prouinciam, & loca peropportuna inueniet ad ſuum deſiderium explendum. Ego tempeſtatem primus expecto, poſt me Hungari, & Veneti, & reliquæ nationes ſuam for-

Vt Vngaricũ ipſo iungat arma.

+ infideles

Victa Boſnia Vngariam Dalmatiamque & Iſtriã vexaturum. Italiæ clades impendere admonet.

Digitized by Google

ſortem experientur. nec Italia conquieſcet: ſic ſtat conſilium hoſtis. Hæc explorata ad te deſero, ne olim dixeris non fuiſſe prædicta, & me argueris negligentiæ. Pater meus anteceſſori tuo Nicolao, & Venetis futuram Conſtantinopolis calamitatem prædixit: non fuit adhibita fides, amiſit cum ſuo magno malo Chriſtianitas regiam vrbem, & patriarchalem ſedem, & Græcia lumen. Nunc ego de me vaticinor, ſi fidem datis & opem, ſaluabor; alioquin peribo, & meam ruinam multi ſequentur. Hæc Stephanus ad te deferri iuſſit: tu, qui pater es Chriſtianæ religionis, & conſilium, & auxilium adhibe.

Conſtantinopolis excidium prædictū Nicolao & Venetis.

Pōtificia ad Boſnenſem reſponsū.

32 Vera nimium hæc erant, quæ de ſuo exitio Boſnæ Rex præſagiuit, atque illud forte diuina ope propulſaſſet, niſi ipſemet ſeſe Turco prodidiſſet. Ad hæc vero reſpondiſſe Pium, adhibito prius Cardinalium conſilio, refert Gobelinus, notam in primis Mahometis ad occidentis imperium aſpirantis ambitionem: non defutura Hungarorum, Venetorum, Dalmatarumque auxilia: excitatum iri cathedrales eccleſias, & inſtituendos epiſcopos: mitti coronam ſine damno Regis Hungariæ non poſſe, cuius Boſna vectigalis ſit: ſi is aſſenſerit, mox traditum iri: non laceſſendum Hungarum, a quo ſint expectanda ſubſidia, ſed conciliandum officijs, ac Stephanum Matthiæ coniunctum Turcicos impetus propulſaturum. Adiectus eſt Boſnenſibus oratoribus collega Dominicus Lucenſis nuntius pontificius, qui eorum petita apud Venetos Hungaroſque vrgeret: ſed hæc ad irritum cecidere, nam proximo anno Stephanus Rex a Mahomete captus necatuſque eſt, ac mox vniuerſa Boſna Turcicum iugum accepit. At quid inter tot Mahometis victorias ad eum reprimendum auertendumque a Chriſtianis ceruicibus moliretur Pontifex, dicere aggrediamur.

Miſſus internuncius qui Vngaros & Venetos Boſnenſi coniugat.

33 Diſplicebat Pontifici vehementiſſime, agitatam Mantuæ expeditionem euanuiſſe, neque in Germania exercitum auxiliarem [a] conflari potuiſſe, qui coniunctus Hungaris crucesignata vexilla Turciæ inferret, & licet Beſſarion Cardinalis legatus plures ob id celebrandos conuentus curaſſet, eos tamen re infecta diſſolutos; qua de re grauiſſimas apud eundem Cardinalem querelas effuderat [b] hiſce verbis, vt narrat Gobelinus [c]: *Cum dies noctesque taciti magis, ac magis huc atque illuc animo ferimur, vt de communi ſalute conſilium inquiramus: vnum tandem remedium in mentem venit noſtro iudicio valentiſſimum, & forſitan non eſt aliud. Audite paucis explicabimus, deinde noſtram ſententiam iudicabitis. Philippus Burgundiæ dux, quo anno Conſtantinopolis amiſſa eſt, votum vouit publice Deo, iturum ſe contra Turcas, & bellum cum eis geſturum, & hoſtem Mahumetem ad ſingulare certamen prouocaturum, ſi vel Federicus Imperator, vel Carolus Franciæ, vel Ladiſlaus Hungariæ Rex, vel magnus quiuis alius princeps, quem ſe ſequi non deceret, ad hoc ipſum bellum proficiſceretur, nullus adhuc inuentus eſt ex nominatis, qui ſe tanto prælio accinxerit. Excuſatum ſeſe Philippus exiſtimat, quia non eſt impleta voti conditio: excuſatus eſt, non abſolutus: ſtat obligatio, loquitur votum, nec tacet iuramentum: poteſt adhuc ſatisfieri conditioni, poteſt princeps magnus aliquis huic expeditioni ſe accingere, ac Philippum, vt ſe ſequatur accire: niſi paruerit reus erit iuramenti, & voti violati, quod laturam eius mentem haudquaquam arbitramur. Sedet in animo noſtro, quamquam ſenili, & ægroto corpore, bellum contra Turcas pro fide catholica ſuſcipere, & in expeditionem ipſam proficiſci, Burgundoque vt nos ſequatur edicere, qui Regis ac Pontificis locum tenemus, iuramenti votique fidem requirere: nulla patebit excuſatio: Rege maior, & Imperatore bellum petet Chriſti vicarius, obnoxium voto ducem non decebit domi manere: ſi annuat deſiderio noſtro Philippus non veniet ſine comitatu magno & valido: nobilem principem multi ſequentur: Regem Franciæ decem millia bellatorum non mittere pudebit, qui ſeptuaginta millia publice pollicitus eſt. De Germania, de Anglia, de Hiſpania ſua ſponte non pauci aderunt. Hungari, qui ſuam rem agunt deeſſe non poſſunt; nec Veneti, vbi tantos viderint apparatus, claſſem negabunt. In Aſia Caramanus & alij, quibus Mahumetis potentia ſuſpecta eſt, haud dubie arma corripient. Epirotæ, Albani, Boſnenſes, Raſciani, Vualachi, Bulgari cornua erigent quando tantis viribus a Chriſtianis repeti Græciam viderint. Quis neſcit Romanum Pontificem cum Venetis, & Hungaris ſequente Burgundiæ duce, adiuuante Franciæ Rege, Turcarū gentem poſſe delere.*

a Gob. l. 7.

b Pius lib. breu. pag. 356.

c Gob. l. 7.

Eius oratio ad Cardinales.

Vt Burgundus religione voti ſe liberū exiſtimet.

Si Pontifex proficiſcatur ſequuturum.

Ex Gallia & alijs regnis ingētes copias elicitum iri. Orientales cruce ſignato exercitui ſe coniuncturos.

Sed habenda eſt ante omnia certitudo de Venetis, & eorum exploranda conſilia, qui mores Turcarum potentiamque nouere, & quibus viribus, quibuſque artibus ſuperandi ſint non ignorant; fruſtra Burgundis Galliſque hanc expeditionem ſuaſerimus, niſi concurrant Veneti, quibus maria patent; his noſtra in primis aperienda ſententia: ſi non approbant, vana fuit cogitatio noſtra: ſi laudant, Francum & Burgundum miſſa legatione hortabimur, ne deſint Chriſtianæ religioni: ex Franco auxilia poſtulabimus: Burgundum ex voto requiremus; quibus, vt par eſt, conſentientibus, propoſitum & iter noſtrum publicabimus; inter Chriſtianos diſſidentes quinque annorum inducias ſeruari mandabimus, parentes cœleſti benedictione donabimus, rebelles anathemate feriemus, epiſcopos, abbates, atque omnis ordinis eccleſiaſtici viros ea in hoc opus auxilia iubebimus impendere, quæ commode præſtare poſſint, inobedientes excommunicabimus, & tanquam ignis æterni mancipia diabolo donabimus; reliquos Chriſti fideles, vt opem pro ſuis facultatibus afferant, indulgentiarum largitionibus, & gratijs ſpiritualibus alliciemus. Et quis erit, qui audito Pontificis motu non moueatur? Niſi fallimur, hæc vnica via eſt, quæ dormientes Chriſtianos valeat excitare, & Regum ac populorum corda mouere. Vulgata deliberatio quaſi tonitru magnum excutiet ſomnum, & ad tuendam religionem fidelium mentes eriget; non arma, non equi, non homines aut naues deerunt, terra marique facile ſtruemus bellum, poſtquam certa res fuerit Romanum Pontificem cam ſacro ſenatu recto itinere communem ſalutem quærere: nec alienum deſiderare argentum, qui non modo ſuum aurum, verum etiam & ipſum corpus pro Chriſti nomine ſit expoſiturus. Hæc nobis in mentem venere, an ingenio noſtro inuenta ſint, an Deus ipſe inſpirauerit, vos iudicate.

Eccleſiaſticum ordinem vectigal muniturum præbiturū.

34 Hæc Pontifex ad Cardinales, qui vbi Pontificis verba ingenti admiratione affecti audiuere, non dubitarunt ex Deo eſſe quæ Dei cauſam agerent: verum in re maxima, & antea inaudita tempus ad conſilium ſuis librandum ponderibus popoſcere. Quo lapſo diu inter ſe collatis ſermonibus, demum dignam vicario Ieſu Chriſti cogitationem cenſuere, qui more optimi paſtoris pro ſuis ouibus animam ponere decerneret: propoſuere tamen nonnullas difficultates, quas Pontifex antea meditatas facile diſſoluit: deinde Venetos in ſacri belli ſocietatem allicere literis conatus, hortatus eſt, vt rem hanc ijs tantum patefacerent, ſine quibus ad exitum perduci non poſſet

Cenſent Cardinales dignā eſſe Pontifice turcicam expeditionem

Veneti ſpondent arma ſociaturos.

a Gob. l. 10

poſſet. Veneti igitur coacto rogatorum ſenatu diuinum iudicarunt ſuſceptum a Pontifice conſilium, neque opera neque armis rempublicam defuturam ſpopondere: hoc autem tempore defuncto Paſchali Malipetro Chriſtophorum Maurum ducales apices accepiſſe refert Gobelinus a: *Virum, inquit, inſigni pietate, & probitate*; cui S. Bernardinus olim familiaritate coniunctiſſimus, ipſum reipublicæ Venetæ futurum ducem ſæpe prædixerat, quem ob ſenij grauitatem honori cedere cogitantem Pontifex deterruit, ne Dei voluntati reſiſteret, cum tempus hoc ipſi ſeruatum putaret, quo arma Chriſtiana in Turcas vertenda eſſent, ipſo enim duce pari ardore in ſacra expeditione conficienda Venetos ei conſenſuros; de ſucceſſore vero rem exploratam non eſſe. Laudato itaque a Venetis conſilio de exercitu a Pontifice ipſo eius imperatore contra Turcas educendo, Pius ſuaſoribus Cardinalibus Laurentium epiſcopum Ferrarienſem ad Ludouicum Francorum Regem, ac Philippum ducem Burgundiæ legauit b, vt ambos ad ſuſcipiendum religionis patrocinium reſtituendumque ſuo ſplendori orientem incitaret: qui profectus Ludouicum ad pontificia vota flectere non potuit c, ægerrime enim ferebat quod cum Pontifici decreta legatione ampliſſima maximum contra Turcas exercitum ſpopondiſſet, ſi Gallicum nomen in Neapolitano regno inſectari bello deſineret, ab inferenda vi abducere eum non potuiſſe, ſuſpicabaturque vana eum confinxiſſe de bello Turcico, vt Gallica auxilia, ne in Neapolitanum regnum contra Ferdinandum ſubmitterentur, diſtineret. Promiſit demum oratorem ad Pontificem, qui de Turcicis & Siculis rebus ageret ſe miſſurum: interea tamen Henricum Anglorum Regem, cuius vxor Margareta Regina ad ipſum ſe confugerat, regno reſtituendum decreuiſſe. Digreſſus inde ad Philippum ducem Burgundiæ legatus e morbo conualeſcentem repperit, a quo ampliſſima promiſſa retulit, iuſſitque legatum ipſum vt cum proceribus, qui a conſilijs ſibi erant, de militum numero, de tormentis bellicis comparandis, cogendo auro, atque itinere ineundo colloqueretur. Vt vero poſtea Philippus egregia verba & vota periurio violarit in ipſo expeditionis procinctu, dicetur inferius: nunc reliqua in Turcas cogitata a Pio geſta proſequimur.

Decreti ad Galliũ & Burgũdum legati vt ſocient arma.

b Gob. ſup. lib. 7.

c Id. ib. l. 9

Gallus Rex interpretatur Pij conſilium fictitium eſſe in gratiam Ferdinandi.

Burgundus verba dat & difficultates iniicit.

Quæ circumſcripta ſunt duabus lineis, transferenda ad num. 33. verſ. 9. poſt vocem effuderat.

Hæc ante geſta cum archiepiſcopus Moguntinus obijceret ſpoliandam opibus ex imperatis decumis, redigendoque ex indulgentijs auro ſubſidiario Germaniam, neque amplificationem fidei ſed opum amplitudinem a Pontifice quæri. At quam temere ea eſſent effutita, docuit exitus; Pius enim vocatis ad ſe Cardinalibus ſex præcipuis, expoſuit b nunquam ſe poſt ſolutos Mantuanos cœtus ſuſcepta de fide contra Turcas curanda conſilia dimiſiſſe, vireſque non animos ſibi defuiſſe: duxiſſe inſomnes in ea cogitatione noctes, puduiſſe nihil moliri in Mahometem modo in Pannoniam, modo in Dalmatiam atque in alia regna, vbi vellet, graſſantem, cupidinem gerendi cum hoſte belli animum ſuum inceſſiſſe, ſed impares omnino vires eſſe, ni Chriſtiani Reges arma coniunxerint: indictos propterea Chriſtiani imperij conuentus Mantuæ, ſed id conſilium euanuiſſe: miſſos legatos petitum opem; ſed ludibrio fuiſſe: impoſitas clero decumas in bellicos ſumptus, ſed mox ad futurum concilium prouocatum: ſacras propoſitas indulgentias, ſed mox auaritiæ inſimulatam ſedem Apoſtolicam, quaſi abradendi auri cauſa id fieret; quæcumque agantur in partem iniquam detorqueri: ſeque dolore pene intabuiſſe, cum Chriſtianam rem peſſum ire cerneret, neque illius erigendæ ſpes affulgeret. Quæ demum altiſſima cogitatione verſaſſet, expoſuit.

b Gob. l. 7.

Poſt tot clades Pius inferendi Mahometi belli conſilium cõcipit.

35 In Pontificis fidem, ac poteſtatem, vt diximus antea, venerat Monobaſſia vrbs munitiſſima ſitu, & portu inſtructa, idoneaque ad eijciendos e Peloponeſo Turcas, ſi Chriſtianus exercitus in eam Græcorum auxilio ſubmitteretur; de quo conflando cum Pius cogitaret, & Cardinalis Beſſarion decem millia militum mira facinora in peninſula facturos conſtanter affirmaret, eum eſt adhortatus, vt in Germania, vbi legati apoſtolici munus obibat, ad eas copias comparandas principum ope incumberet: at diſſipata ſunt ea conſilia, in Turcicam iterum miſſa Monobaſſia ſeruitutem, quam deinde recuperatam a Venetis, iterumque a Turcis, quibus hactenus paret expugnatam, dicemus inferius. Inijt aliam hoc anno defendendæ Peloponeſi rationem Pontifex. Transfugerat in occidentem Thomas deſpota Conſtantini vltimi Conſtantinopolitani Imperatoris frater hereſque imperij, ſi iura armis fulcire potuiſſet; ſed tantum aberat a recuperando imperio, vt poſt Demetrij fratris ad Mahometem II. defectionem, Peloponeſiaci principatus parte amiſſa, auxilia imploraturus ſedem Apoſtolicam adierit, vt iam ante a nobis narratum eſt. Hunc Pontifex cum auxiliari exercitu inſtruere ad recuperanda amiſſa meditaretur, hortatiuas literas a ad antiſtites, Reges, principes, ac populos dedit, vt ipſi imperij orientalis heredi, Imperatoris filio, poſtremorumque duorum Imperatorum fratri copias ſuppeditarent.

De auxilijs Monobaſiæ mittendis actum.

Monobaſia in Turcorum la pſa poteſtatem.

De auxiliari exercitu Thomæ deſpotæ dando actum.

a Lib. 1 de epr. pag. 30.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filijs abbatibus, prioribus, alijſque eccleſiarum prælatis, nec non chariſſimis in Chriſto filijs Regibus illuſtribus, & nobilibus viris ducibus, marchionibus comitibus, baronibus, ac vniuerſitatibus ciuitatum, caſtrorum, villarum, locorum omnibuſque & ſingulis Chriſtifidelibus, ad quos literæ iſtæ peruenerint.

36 Quis poſſit ſine lachrymis referre eam, quæ paucis ante annis fuit Conſtantinopolitanæ vrbis calamitatem, cum impius & ſceleratiſſimus Turcus, vt leæna conſurgens, & quaſi leo erectus non accubuit, donec deuoraret prædam, & occiſorum ſanguinem bibere cœpit, & deuaſtauit vrbem regiam, quam olim Chriſtianiſſimus princeps Conſtantinus veluti alterum orbis caput erexerat: potitus eſt loco, qui longo tempore murus, ac propugnaculum fuerat totius Europæ: Imperatorem nobiliſſimum ex illuſtri, & ampliſſima Palæologorum familia, & nomine Conſtantinum extinxit, ciues primarios ferino, ac belluino ritu trucidauit, & vt ipſe furore plenus, & miniſtrans morti in omne facinus execrabile ferretur, lactantes adhuc pueros in deplorantium matrum ſinibus interfecit, matres ipſas abſque vlla ſexus aut ætatis reuerentia ex virorum ſuorum complexibus in nefaria atque impura flagitia traxit, templa ac ſacra loca, quod referentes horreſcimus, ſpoliauit, fœdauit, euertit: ſuper ſacratiſſimam B. Virginis imaginem, ad quam totus olim oriens deuotionis cauſa confluebat, talia pro

Encyclicæ ad fideles de ea re literæ.

Expoſita Mahometis in excidio Cõſtantinop immanitas.

Horrendum eius ſacrilegium in Virginis imaginẽ

pro impuritate atque obſcœnitate ſua commiſit, quæ caſtis & pudicis auribus execrabilia ſunt & penitus horreſcenda. Ita extincta eſt regalis ſedes maxima ac nobiliſſima: ita deleta eſt imperatoria ciuitas: vrbs, de qua egrediebantur mille, relicti ſunt in ea centum, & de qua egrediebantur centum relicti ſunt in ea decem, quæ libera erat facta eſt ancilla, & coinquinauerunt eam gentes: *Et infra*.

37 Quamquam ſtatum ſanctæ Romanæ eccleſiæ reperiſſemus ſatis fluctuantem, ac turbulentum, nec ſine manifeſto periculo diſcedere ex vrbe poſſemus, omnibus tamen omiſſis, media hyeme, quamuis ſenes & corpore debiles & inualidi, ad Mantuanam ſynodum, quo omnes Chriſtianos principes, & potentias conuocaremus, profecti ſumus: illic quid egerimus, quot ſuſtinuerimus labores, quanta patientia vſi ſumus, quantam curam, ſollicitudinem, induſtriam adhibuerimus ad Chriſtianos principes excitandos, nullus eſt qui ignoret, & tamen, ita exigentibus peccatis, nullus optatus finis ſecutus eſt: nec ideo ceſſauimus, quantum in nobis fuit, & quantum vires noſtræ patiebantur, Chriſtianæ reipublicæ ſuccurrere: legatos Apoſtolicæ ſedis ad diuerſa loca non ſine grauiſſimis ſumptibus tranſmiſimus, Pannonios Turcis viciniores non modica pecunia ex fiſco noſtro iuuimus. In Peloponeſum, quæ prouincia maxime tunc ab hoſtibus infeſtabatur, militum præſidium ex Italia miſimus: ſed, o miſerabilem temporum noſtrorum conditionem, his non obſtantibus, creuit creſcitque continue infidelium furor, & in dies magis potentia eorum graſſatur, non ſufficit Romana eccleſia per ſe Turcorum viribus occurrere, cæteri hæc, quaſi nihil ad ſe pertinentia, negligunt. Quis referat caſtra, oppida, ciuitates, immo inſulas integras, atque prouincias ex eo tempore a Turco crudeliſſime captas atque direptas. Inter cætera potitus eſt Peloponeſo, prouincia nobili, atque ampliſſima, & tam virorum quam glebæ vbertate potentiſſima: eam poſt multas, ac nefarias crudelitates fidelium populis, quos in turpiſſimam ſeruitutem redegit, exhauſtam impleuit ſceleratiſſimis Turchis, dilectum filium virum excellentem Thomam deſpotum Moreæ ex illuſtri Palæologorum familia ſuperſtitem, & Conſtantini Imperatoris germanum regno pepulit. Sic Peloponeſus amiſſa eſt a Chriſtianis, & a Turchis tenetur, in quo loco maximam ſpem poſueramus, vnde Chriſtianæ facta expeditione quam commodiſſime Turcum poſſent inuadere; dominus vero Peloponeſi Thomas excellens princeps, & vere catholicus ad vlnas noſtras confugere coactus eſt, quem vtinam tam facile iuuare poſſemus, quam libenter grateque ſuſcepimus: *Et infra*.

Quæ curæ in his malis a Pio adhibitæ.

Vt Thomas Deſpota perfugerit ad ſedem Apoſt.

Cæterum quia deſpotus ipſe tanquam prudentiſſimus princeps, donec concedente Domino generalis expeditio fiat, pro virili ſua tentare ipſe exoptat, quantum adiuuantibus Chriſtifidelibus proficere in Græcia poſſit ad recuperanda, quæ perdidit, ea præſertim loca, quæ ad inuadendos hoſtes, cum tempus aduenerit, opportuniora ſint, & magis accommoda, non improbauimus hunc animum eius, ſed laude potius, & ſuffragio Chriſtianorum duximus dignum. Inter cætera autem loca huiuſmodi omnium commodiſſimus eſt Peloponeſus, nec parua ſpes habetur eumdem Thomam deſpotum eius prouinciæ naturalem dominum, ſi ſi illuc eum mediocri præſidio contulerit, facile recuperaturum:

Præire vniuerſali expeditioni cupiat.

Et infra. Cæterum quia ad tantam rem ſubeundam maiora ipſemet præſidia neceſſaria eſſe intelligit, quam nos tolerare valeamus, & vidit vſque in præſentem diem nil per nos ſibi negatū, quod ferre vires noſtræ valerent, ſperans ſuffragia noſtra huic piæ cauſæ non defutura, ad illa conquirenda conſilium cæpit perſonaliter proficiſcendi, propterea cum in præſentiarum ad vos veniat, o venerabiles fratres, o Chriſtianiſſimi principes, o filij dilecti, vos omnes & ſingulos per fidem veſtram atque pietatem, per Chriſtianum nomen, quo inſigniti eſtis per viſcera domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius res agitur, obſecramus, per eius tremendum iudicium requirimus, vt ad neceſſitatem Chriſtianæ fidei oculos conuertentes exurgatis aliquando atque excitemini, labantem rempublicam ſuſtineatis, oppreſſos populos ſubleuetis, in ſeruitutem crudeliſsimam ac turpiſsimam redactos liberetis; nunc autem præfatum deſpotum in recuperanda patria ſua, quod principium eſſe poterit ſalutis Chriſtianorum, viribus, armis, militibus, præſidio, hortationibus, precibus apud alios iuuetis. Quod ſi vos non mouet publica neceſsitas, ſi Chriſtiani populi ſalus, vt ita faciatis, non ſuadet, moueat vos ſaltem commiſeratio iſtius principis, qui ex illuſtri, & antiquiſsima Palæologorum familia ortus, Imperatoris filius, Imperatoris frater, ipſe aliquando per ſucceſsionem Imperator futurus, vir catholicus, prudens, magnus, ac fortis animi, omni imperio, regnis omnibus ſuis, tali patria, tot oppidis, ac ciuitatibus ſpoliatus, profugus, natali ſolo nudus, atque egens ad vos confugit, opem veſtram implorat, &c. [Addit adhortationes alias, vt opem atque auxilium illi ferant, ac ſigna eius ſecuturis ſuſtentaturiſue ſuis ſumptibus in caſtris milites præmia indulgentiarum pollicetur.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXI. VI. *id. februarij pontificatus noſtri anno* IV.

Rogati principes vt eum armis iuuent.

38 Ad irritum cecidere pontificiæ preces, Regibus ac principibus Chriſtianis nulla, aut leui ex Græcorum calamitatibus miſeratione commotis, ſuiſque tantum augendis rebus intentis, delitiarumue lenocinijs irretitis: nulla quippe Thomam colligere auxilia potuiſſe, refert Phrantzes a. Implorantem etiam pontificiam miſericordiam Iſacio Palæologo imperiali ſtemmate claro pro redimendis duabus filiabus e Turcica ſeruitute, Pius Chriſti cultores apoſtolicis literis hortatus eſt b, vt ſtipem illi conferrent: *Cum*, inquit, *ſicut acceperimus duæ filiæ dilecti filij nobilis viri Iſachij Palæologi ex ſtirpe Imperatoris Conſtantinopolitani geniti, & quem felicis memoriæ Conſtantinus vltimus conſobrinum appellabat, ſicut fidedigno teſtimonio intelleximus, per immaniſſimos Turcos, & Chriſtiani nominis inimicos captiuæ detinentur, & ipſe Iſachius bonis temporalibus penitus deſtitutus eas a captiuitate, & miſerabili ſeruitute huiuſmodi redimere nequeat paupertate cauſante*, ac de Græcorum rebus hactenus.

Irriti cadunt Thomæ conatus.

a Phrantz. l. 3. c. 27.

b Pius l. 45 pag. 27.

39 In Cypro Carola Regina in arce Cerinenſi obſeſſa a Iacobo fratre ſpurio, qui tyrannidem inuaſerat, cum auxilia a principibus Chriſtianis elicere non potuiſſet, vt Ægyptios pelleret, confugit ad Mahometem Turcarum Imperatorem, ac Florinum comitem Paphi oratorem miſit: ſed is nulla impetrare potuit, cum Mahometes de Cypro permittenda Ægyptio, & Rhodo ſibi ſubijcienda fœdus ſanxiſſet: immo cum a baſſa iuberetur vxorem cum filijs Conſtantinopolim

Cypri Regina a Turcis opem poſcit ac ſpernitur

tuo-

euocare, quod ipſius baſſæ coniugis ſoror eſſet, nec ille fidem Chriſtianam prodere vellet, medius ab eodem baſſa ſectus eſt, & Cerinenſis arx commeatuum inopia preſſa, cum iam feles & canes in cibos expeterentur, tum etiam præfecto corrupto, cum quo Iacobus tyrannus notham filiam matrimonio iungere pollicebatur, in Iacobi ipſius poteſtatem pactione militari venit.

Illius orator ob fidem medius ſectus. Cerinenſis arx fame ad deditionem compulſa.

40 Non in oriente modo Mahometani Chriſtianos opprimebant, verum ex Africa etiam irrumpentes complures Hiſpanos abducebant in ſeruitutem, neque libertatem largiebantur, niſi Chriſti cultum abijcerent, aut plurimo auro ſe redimerent; quorum miſertus Rex Luſitanus ducentos & quinquaginta e ſuis ſubditis ex Africana ſeruitute eruit, ac ſocietatem, quæ liberandis captiuis daret operam, inſtituendam curauit, quam Pius apoſtolico confirmauit diplomate, ac prærogatiuis auxit a.

Afri ex Hiſpania plures abducūt in ſeruitutē.

Ad futuram rei memoriam.

Pro parte Alfonſi Regis aſſerentis, quod ipſe ducentos quinquaginta captiuos e manibus dictorum Saracenorum tam ex proprijs pecunijs, quam ex eleemoſynis Chriſtifidelium nouiſsime liberauit; nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſibi vnam ſocietatem, captiuorum nuncupatam, erigendi, & inſtituendi licentiam concedere, ac ſaluti animarum eorundem Chriſtifidelium ſocietatem ipſam pro tempore intrantium conſulere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur præfati Regis pium, & laudabile propoſitum in hac parte plurimum in Domino commendantes, ac ipſorum Chriſtifidelium animarum ſaluti conſulere cupientes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præfato Regi, qui vnam ſocietatem pro redemptione captiuorum eorundem in aliquo loco ad id per ipſum Regem ordinando inſtituere, nec non Chriſtifidelibus ſocietatem ipſam pro tempore ingredientibus, qui in eorum ingreſſu decem regalia illius monetæ, quæ quatuor volendinos conſtituunt, deinde ſingulis annis decem alia regalia eiuſdem monetæ, & pro redimendis eiſdem captiuis a manibus Saracenorum manualiter in pecunia numerata perſoluerint, quod ipſi poſsint, & quilibet eorum poſsit idoneum eligere confeſſorem, qui ſingulis eorum confeſsionibus diligenter auditis pro commiſsis, etiam ſi talia forent, propter quæ ſedes Apoſtolica eſſet merito conſulenda, ſemel dumtaxat in eorum introitu, & in caſibus epiſcopalibus quoties fuerit opportunum, debitam eis abſolutionem impendat, & iniungat pœnitentiam ſalutarem, eiſque in ſinceritate fidei, in vnitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia, & deuotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, plenariam omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſsi fuerint, remiſsionem in mortis articulo concedere poſsit, eadem auctoritate indulgemus. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXI. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* IV.

Sodalib° conceſſa priuilegia.

41 Tenebat in Africa idem Rex Alfonſus Septam famoſam vrbem, ex qua olim Saraceni ad Hiſpanias occupandas copias eduxerant; tum aliam arcem, cui Alcazar nomen erat, ad barbaros ab excurſionibus prohibendos idoneam: cumque Africani varijs molitionibus, & inſidijs eas oppugnare non deſinerent, Pontifex defendendi limitis imperij Chriſtiani ſolicitus, mandatum Calixti III. de condendis trium equeſtrium ordinum religioſorum Luſitaniæ ædibus, quod nondum in alterutra arce perfectum fuerat, inſtaurauit a, vt adiuncto equitum præſidio Chriſtiana res in Africa firmior perſiſteret.

De equeſtribus transferē dis famili js pro fide in Africa propagā da actum

a Lib. 19. pag. 34.

42 Proferebatur b Luſitanorum opera in alia Africæ parte, quæ Oceano Atlantico perfunditur, Chriſtianum imperium, ac non modo in inſulis Canarijs, de quibus iam longe ante actum eſt, religio propagabatur, ſed in Guinea etiam regione ampliſsima, quam Æthiopes gentilitio errore adhuc irretiti incolebant: verum latius diuinus cultus efflotuiſſet in ijs oris, ſi ſacerdotes ad animarum potius lucra, quam ad humana commoda fuiſſent intēti; ac pauci eas regiones inhabitare ob rerum inopiam audebant. Profecturo autem in eaſdē oras epiſcopo Rubicenſi Pius ampliſſimam poteſtatem detulit c, vt quoſcumque religioſos viros, qui vitam Chriſto ſacrare non abnuerent, ſecum adduceret, retineretque: *Cum,* inquit, *ſicut accepimus tu ad conuerſionem nonullorum infidelium, in inſulis Canariæ, & prouincia Guinea conſiſtentium, plurimum, vt teneris, intentus exiſtas, & quemadmodum paſtorali congruit officio pro illorum reductione, & ſalute tui miniſterij partes interponere affectuoſe proponas, ſed propter nimiam terræ, & perſonarum illius paupertatem presbyteri, & clerici ſæculares illic habitare recuſent, & ob inopiam multi eorundem conuerſorum ad fidem, ſine miſſis, & alijs diuinis officijs degentes, plerumque abſque ſacramentis eccleſiaſticis decedant, non ſine periculo animarum; nos ſaluti eorundem, cunctorumque fidelium conſulere cupientes, fraternitati tuæ, donec conuerſio & presbyterorum ac clericorum penuria huiuſmodi durauerit, religioſos cuiuſcumque ordinis vſque ad ſufficientem numerum, petita tamen per eos a ſuperioribus ſuis, quamuis non obtenta, licentia, aſſumendi, eoſque (dummodo exemplaris vitæ, ac bonæ fuerint conuerſationis, & famæ) in illis partibus retinendi,* & infra, *facultatem concedimus, &c.* Ornauit præterea eodem diplomate Pius ſacris beneficijs eos, qui inferendæ Guineæ euangelij luci operam erant nauaturi: tum ad Chriſtianos nefarios, qui neophytos in ſeruitutem abſtrahebant, coercendos, tantum ſcelus auſuros cenſuris eccleſiaſticis perculit. Conſignatæ ſunt eæ literæ hac formula, *Datum Petrioli Senenſis diœceſis anno* MCCCCLXII. *non. octobris pontificatus noſtri anno* V.

b Pius l. 11. pag. 113.

In Æthiopia occidua religio propagata.

c Ibid.

Clericorum inopia religioſi Guineæ & Canariæ eccleſijs præfecti.

Auctoribus in ſeruitutē neophytos obiectæ cenſuræ.

43 Geſta hoc anno feliciter res eſt aduerſus Saracenos Granatenſes, quos Henricus Caſtellæ Rex bello perſequebatur, cui Pōtifex poſcenti ſubſidiarum cleri aurum attribuit tertiam partem decumarum, quæ pro ſacra contra Turcas expeditione imperatæ fuerant; tum mediam illius auri vim, quod ex indulgentiarum promulgatione redigendum erat, vti cum ipſo Antonius e Venerijs deſignatus epiſcopus Syracuſanus nuntiuſque apoſtolicus, & decumanæ pecuniæ quæſtor conuenerat, ad quem datæ hæ literæ: *Conſiderantes aſſidua bella, quæ chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Caſtellæ & Legionis Rex illuſtris contra Saracenos Granatæ gerere conſueuit, & ſua clariſſima merita, quibus ſemper erga Romanam eccleſiam tam ipſe, quam ſui progenitores claruerunt, fidem catholicam & honorem Apoſtolicæ ſedis defendendo, cum memoratus Rex pro ſuo ardentiſſimo zelo, & augmento Chriſtianæ fidei in oppreſſionem Saracenorum, & aliorum infidelium feruentior effici, & contra illos magis, ac magis inſiſtere cum ſuis viribus polliceatur; nos eiuſdem*

Contuſi Granatenſes.

d Pius l. 1. pag. 208.

Regis ſyncerìtatem fidem inconcuſſam, & quamplurimas ſuas heroicas virtutes recenſentes, & quod tanquam verus pugil, ac propugnaculum fidei contra hoſtes ipſius, non ſine grauiſſimo ſuæ vitæ diſcrimine, ſæpenumero pugnauit, & fortioribus præſidijs pugnare inſtituit; prouidereque volentes, vt pro executione promiſſionum factarum per ipſum Regem defectu pecuniarum debita executio deeſſe non poſſit, cum memoratus Rex, prout fideli teſtimonio percepimus, propter huiuſmodi & alio bella plurimum pecunijs exhauſtus ſit, ſi aliter fieri non poſſe videris, contentamur & volumus, vt dictus Rex omnium, & ſingularum pecuniarum occaſione decimarum pro expeditione in Turcos facienda in regnis, & dominijs prædictis exigendarum tertiam partem, & medietatem pecuniarum prouenientium ex cruciata pro dicta guerra habeat, &c. Dat. Romæ anno incarnationis dominicæ MCCCCLXI. *XVI. kal. martij pontificatus noſtri anno* IV.

Decumana ſubſidia Caſtellæ Regi attributa.

a Gob. l. 10. Marian. de reb. Hiſp. l. 23. c. 3.

44 Parta a igitur eſt de Saracenis Granatenſibus Herici Regis auſpicijs inſignis victoria & arx Gaditana vulgo Gibraltaris Chriſtiano cultui reſtituta a Guſmanio Medinæ Sidoniæ duce, eoque clarior triumphus extitit quod humano ſanguine fœdatus non fuit: cum enim exortis inter barbaros inteſtinis diſcordijs præſidiariæ Gibraltaris copiæ ad oppidum aliud, cui noui iniecti fuerant tumultus, tutandum accurriſſent, Caſtellani Guſmanio duce in Gaditanam arcem fecere impetum, eaque biduo ſunt potiti, maxima religionis amplificatione, cum plures olim Chriſtiani pro ea obtinenda cæſi putarentur, quam lapides in eius mœnibus ſtructi eſſent. Captis Gadibus, Algezira, quæ hoſtilibus incurſionibus patebat, a Chriſtianis fuit firmata. Quo nuntio Pius accepto admodum recreatus eſt, cum in ea parte res Chriſtiana refloreſceret. Porro Caſtellæ Regem, ne in Granatenſes Saracenos admodum inde debilitatos vires effunderet, Cataloniæ turbæ diſtraxere: illum enim Catalani aduerſus Ioannem Regem Aragonum in ſeditionem verſi eodem tempore ſibi in principem aſciuere b: Ioannes vero, vt partes ſuas conſtabiliret, Ludouicum Francorum Regem in armorum fœdus aduerſus Catalanus allexit c, oppignerans, pactuſue Ruſcinonenſem comitatum pro nauata opera illi ſe traditurum, de quibus agunt fuſius hiſtorici: nobis ea perſtrinxiſſe ſuffecerit. Addimus ad Henrici Regis Caſtellæ commendationem, illum ſignificaſſe Pontifici, præcipuo ſe pietatis ſenſu affici in recolenda ſacratiſſimi dominici ſanguinis effuſione: ad cuius augendam religionem, & fideles indulgentiarum præmijs ad idem pium ſtudium alliciendos Pontifex diploma VIII. id. iulij conſignatum propoſuit d.

Gaditana arx a Mauris recepta.

b Marian. ibid.

Rex Caſtellæ in principē aſcitus a Catalanis.

c Surid. l. 17. c. 38. Belcair. in cōmen. rer. Gall. dec. 1. n. 5. & aliy.

d Pius l. 40. pag. 444.

Idem miro pietatis ſtudio recolēdæ paſſioni dominicæ addictus.

e Gob. l. 11.

45 Adductum e fuerat tum temporis in controuerſiam, an ſanguis Domini pro redimendo humano genere fuſus triduo illo, quo anima ſanctiſſima a corpore ſegregata erat, hypoſtatice Verbo diuino coniunctus fuiſſet, diguuſque extitiſſet latriæ cultu. Mouerat eam controuerſiam Brixiæ inter concionandum Iacobus Picenus Minorita celeberrimus concionator in Italia, & Hungaria, de quo a nobis actum ſæpius eſt, ac latriæ cultu non adorandum cenſuerat; poſtulatus ob id hæreſeos a cenſore fidei ordinis Prædicatorum tumultum auxerat, productis pluribus auctoribus dicti aſſertoribus: delata ad Pontificem eadem controuerſia proximo anno coram ipſo celebris theologica concertatio fuit inter vtriuſque ſacri ordinis lectiſſimos viros,

Controuerſia de ſanguine dominico Dominicani & Franciſcani ſibi mutuo hæreſeos crimen impingūt.

46 Hoc anno peſtis vrbem pluraque alia loca inuaſit, cum Pontifex Viterbium, inde balnea petiturus ſe contuliſſet, quo etiam Cardinales ſunt profecti, atque ita breui curia ibi aucta eſt. Celebrauit in eadem ciuitate Pius ingenti pompa inſtitutæ a Chriſto Euchariſtiæ celebritatem, in qua edita magnifice pia ſpectacula deſcribit Gobelinus a, additque ſubortam deinde luem, ac plures ciues & aulicos extinxiſſe; Pium vero paucis apud ſe retentis Cardinalibus, ac data alijs, quo vellent, ad declinandum morbum pergendi poteſtate, Volſinijs ſe recepiſſe, alijſq; circum oppidis perluſtratis, Corſinianum natale ſolū veniſſe, quod aſſentientibus Cardinalibus epiſcopali inſignitum dignitate Pientiam appellari iuſſit, ac templū inibi magnificentiſſime conſtructum dicauit, quæ fuſe proſequitur idem Gobelinus b; extat vero apoſtolicum diploma c, quo idem oppidum epiſcopalis ſedis dignitate exornauit, hiſque prærogatiuis affecit.

Luem in vrbe graſſantem fugit Pius.

a Gob. l. 8.

Corſinianum epiſcopali apice ornatū Pientiam vocat.

b Ibid.

c Pius l. 1. pag. 187.

Ad perpetuam rei memoriam.

47 Vnus epiſcopus Pientinæ & Ilcinenſi eccleſijs præſit, cuius quidem epiſcopi, cum dictas eccleſias pro tempore vacare contigerit, electio fiat per vtrumque capitulum ſemel in Pientina, & ſemel in Ilcinenſi eccleſijs, & ſic deinceps alternatis vicibus; ſed pro prima vice, cum in poſterum eam fieri continget, in Pientina eccleſia celebretur. Cæterum cupientes ipſas eccleſias ſingulari beneficio decorare, eas & earum præſulem pro tempore exiſtentem cum capitulis, clero, populis, ciuitatibus, oppidis, caſtris, ſeu villis prædictis, & totis illarum diœceſibus ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, viſitatione, dominio, & poteſtate archiepiſcopi Senenſis pro tempore exiſtentis, eiuſque officialium, ac aliorum quorumcumque ordinariorum iudicum motu, auctoritate, & ſcientia ſupradictis in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus, ac ſub noſtra, & B. Petri & ſedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus, dictaſque eccleſias, & earum præſulem Romanæ eccleſiæ nullo medio decernimus ſubiacere; ita tamen quod, ſi qui in cauſis ab epiſcopo Pientino, & Ilcinenſi eiuſque officialibus ad archiepiſcopum Senenſem prædictum, ſeu eius metropoliticam curiam pro tempore appellare voluerint, liceat eis id libere facere, ipſique archiepiſcopo ſeu eius officialibus, vel delegatis ab eo huiuſmodi appellationum cauſas cognoſcere & definire, ita & quemadmodum alias cauſas appellationum a ſuis ſuffraganeis interpoſitarum cognoſcunt; liceatque etiam ipſi archiepiſcopo pro tempore exiſtenti cum per Pientinam, vel Ilcinenſem ciuitates aut diœceſes iter faciet, præ ſe crucem portari facere, ſicut in locis ſuæ prouinciæ portari facere conſueuit; in reliquis autem nullam ordinariam iuriſdictionem in epiſcopum Pientinum, & Ilcinenſem, aut eius ſubditos valeat quomodolibet exercere: nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus, nec non quibuſuis indultis, & literis apoſtolicis præfatis Groſſetano, & Cluſino, ac Aretino epiſcopis, vel eorum eccleſijs in genere vel in ſpecie conceſſis, quorumcumque tenorum fuerint, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Dat. Pientiæ anno* MCCCCLXII. *id. auguſti pontificatus noſtri anno* IV.

48 Dum Pientiæ verſaretur Pontifex, aduerſus

ſus Franciſcum epiſcopum Interamnenſem ob flagitia in Anglica legatione patrata iudiciaria ſeueritas adhibita eſt a. Is, vt diximus, aduerſus Henricum Regem coniurarat, reuocatuſque ex legatione, ſubrogato in ipſius locum Ioanne epiſcopo Atrebatenſi, iterum hoc annitente in Angliam traiecerat, vt inter Ludouicum Regem, & Eduardum, qui pulſo Henrico ſceptrum arripuerat, pacem componeret, quod a Pio laudatum eſt literis b ad eum ſuperiori anno vigeſimo octobris datis: Non potuit ille controuerſias conciliare, cum Eduardus veteri in Aquitaniam Normanniamque de iure non decederet. Ludouicus itaque Francorum Rex Henrici Regis cauſam defendendam ſuſcepit. Philippus dux Burgundiæ ſe cum Eduardo affinitate & fœdere deuinxerat; atque inde inter Francum Burgundumque odiorum ſemina pullularunt c.

a Gob. l. 11

Inter Ludouicum Gall. & Eduardū Angl. Reges pax agitata.

b Lib. breu. pag. 223.

Negat Eduard. veteri in Normanniam & Aquitan. iuri cedere

c Gob. l. 9.

Burgundus cum Eduardo cū Henr. Gallis paſciſcitur.

49 Porro Margaretæ Reginæ in Gallias ad Ludouicum transfugienti auxiliaris exercitus decretus d eſt hoc anno, quo inſtructa nauigauit in Scotiam coniunctiſq; Scotorum ſubſidiarijs copijs, in Angliam incurrit e, aliquas expugnauit arces: ſed demum conſerto prælio Henricus Rex ac Regina ab Eduardo fuſi fugatique fuerunt, recuperatæ arces, ferroque in milites præſidiarios Anglos ſæuitum. Hac victoria fracti omnium animi, qui Henrici partes tuebantur, ad Eduardum defecere, Henricus in Scotiam ſe recepit, Regina cum filio inops conſilij in Gallias reuerſa eſt. Hæ Anglicarum rerum conuerſiones aſcriptæ ſunt Franciſco epiſcopo Interamnenſi, qui legatus in Angliam, vt auxilia in Turcas eliceret, motuſque Anglicos ſedaret, diſſenſionem concitaſſet, anathema in regiarum partium ſtudioſos tuliſſet, ac regnum cœleſte perduellibus ſpopondiſſet; qua de re graues querelæ in Pium a Gallis cæteriſque Henrici fœderatis fundebantur, cum ipſe, vt inuidiam a ſe amoueret, datis ad Anglos literis f profeſſus eſt, Franciſcum legatum hæc omnia, ſe inſcio inuitoque, improbe pereգiſſe, rupiſſeque imperia apoſtolica, ac propterea in cuſtodiam fuiſſe traditum; tum perperam latas in Henrici ſectatores cenſuras diſſoluit.

d Belcar. in comm. rer. Gallic. decad. 1. n. 4.

e Gob. l. 11

Henric. iterum in Anglia fuſus.

Diſſenſionum ciuilium cauſa Interamnenſi epiſcopo aſcripta.

f Lib. 45. pag. 148.

50 Incluſum illum in mole Hadriana fuiſſe, refert Gobelinus g, quamquam vt Eduardi Regis procurator, & ducis Mediolanenſis conſiliarius ad ſedem Apoſtolicam veniſſet, vt iuſtam eluderet ſeueritatem; a iudicibus vero interrogatum mox ſine tormentis de vexillo, quod Romanæ eccleſiæ nomine extulerat, de anathematis ſententia in regias partes tuentes lata, tum alia obiecta confeſſum, nec non ſimoniacam labem in ſacerdotijs, ſacris ordinibus, & indulgentijs conferendis: ob quæ flagitia mitiore pœna affectus eſt, epiſcopatu depulſus, damnatuſque, vt in monaſterium ad deflenda crimina detruderetur. Quo audito ille, vt cum monachis Caſinenſibus Benedictinam diſciplinam profiteretur expetijt, quod ipſi mox permiſſum eſt, &, vt in presbyteratus ordine miniſtrare poſſet, conceſſum. Addit Gobelinus Pontificem Petriolum ad balnea profectum, ibique a Senenſium oratoribus rogatum, vt patriam adiret, eos officioſe repuliſſe, cum omnino contagionis expers ea vrbs non eſſet, ac Tudertum ſe contuliſſe. Denique vbi a Romanis oratoribus peſtilentiam abijſſe accepit, idibus decembris Tuderto diſceſſit, ac xv. kal. ianuarij exceptus maxima populi gratulatione Romam ingreſſus eſt, cuius itinera, ac reditum accuratiſſime deſcribit idem Gobelinus, cui pontificiæ literæ pluribus ex locis exaratæ conſentiunt.

g Gob. l. 11

Conuictus ſcelerum Interam. epiſc. exauctoratus.

Inter Caſinenſes religioſā diſciplinam profitetur.

Liberata lue Roma Pius ad eam reuerſus.

51 Hoc anno abeunte XVIII. kal. ianuarias Paulus archiepiſcopus Genuenſis, facta coniuratione cum Paulo Benedicto, & Martineto ſtirpis Fulgoſiæ principibus, Ludouicum gentilem ſuum ducalibus apicibus exuit a, adductumque coram arcis præſidiario præfecto a Ludouico impoſito, furcæ, quam erigi iuſſit, figendum interminatus, niſi nuncuparent deditionem, ad quam faciendam ea arte ipſos compulit. Ita Ludouicus quater patriæ ducatum geſſit, toteſque velut inutilis cum dedecore eiectus eſt; Paulus vero iterum ſacræ rei adminiſtrationi profanam adiunxit, vtque Genuæ imperium ſibi aſſereret, quod paucis tantū diebus anno ſuperiori tenere potuerat, literas ad Pontificem dedit b, vt legibus, ſi quæ vetarent ducale munus cum archiepiſcopali coniungi, ſolueretur: ambitionem autem ſuam multis fictæ in patriam charitatis fucis colorauit, quaſi ad cōponendas ciuiles diſcordias, vtque in priſtinum ſtatum rempublicam reſtitueret, a Genuenſibus adactus ad id fuiſſet.

Dux Genuenſis per ſeditionem exauctoratus.

a Gob. l. 11 Aug. Iuſt. l. 5. Bizar. hiſt. Gen. l. 13. Foliet. l. 11.

b Extant eius lit. apud Gob. ſup. lib. & apud Aug. Iuſtin. & Bizar. vbi ſup.

His acceptis Pius proximo anno reſpondit ei mirari ſe, ab ipſo iterum ſuſceptos ducales apices, cum iam ante inconſtantiam popularem expertus non tam cito magiſtratum iniſſet, quam eo abire coactus eſſet; tum ad probe gerendum principatum eſt adhortatus: *Magna eſt*, inquit, *tibi bene agendi neceſſitas impoſita, niſi rectam iuſtitiæ virgam tenueris, niſi vim prohibueris, niſi paci & otio conſulueris, niſi modum prauis cupiditatibus impoſueris, niſi teipſum, & tuos ſtipatores in honeſtatis formam redegeris, non ſtabit poteſtas tua, breui dominaberis, cito regnum amittes, eijcieris non ſine tuo, & ſacerdotalis eminentiæ magno dedecore: ſi tamen eijciaris, & non peiora tibi accidant, vt ſunt ante oculos exempla domeſtica, vide quid agas: non eadem eſt ſacerdotalis, & imperij norma: paternam & omni clementia plenam eſſe pontificalem adminiſtrationem oportet, non tyrannicam. Multa in ſæculari principe ferunt homines, quæ abhorrent in eccleſiaſtico: quæ in laico puſilla & leuia æſtimantur delicta, in clerico maxima & grauiſſima iudicantur: ſacerdotes quorum vita veluti ſpeculum inferioribus eſt, non ſolum a malis operibus abſtinere, ſed omnia declinare conuenit, quæ quoquomodo ſpeciem mali præſeferunt. Vide quem gradum aſcenderis, ſi potis es pie ac iuſte imperare, ac non ſubditos ſolum ſed te ipſum coercere, ſi vales virtute irrumpere iniquitatem, ſi pro communi vtilitate quærenda, non pro tua libidine explenda, ducatum accepiſti, ſi ad tuendam religionem Chriſtianam aduerſus impios Turcas animum geris, & in eam rem corpus tuum deuouere proponis, & iniuriam proximi non quæris, confidentes rite, & ſecundum leges tuæ ciuitatis principatum hunc ad te delatum eſſe, & quod, vt polliceris, vtiliter populo tuo præeris, illum tibi, & tuis ciuibus, & vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ in nomine ſanctæ Trinitatis benedicimus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris pridie kal. februarij MCCCCLXIII. pontificatus noſtri anno V.* Prænuntiauit vera Pius Paulo, qui enim initio multa optimi principis ſigna præ ſe ferret, Gallos, qui facta cum aliquot Genuenſibus coitione Genuam adorti erant, vicit c, dein poſtea in tyrannum verſus, breui non modo ducatu, ſed vrbe etiam eiectus eſt.

Monita illi a Pio data.

c Gob. l. 11. ſup.

Inſigne miraculũ editum Ianuæ in Zicha ſerua. *a Aug. Iuſtin. l. 5.* Illa a ſenatu libertati reſtituta.

52 Hoc anno vigeſima martij die inſigne miraculum Genuæ obtigiſſe narrat Auguſtinus Iuſtinianus a liberatam nimirum morbo inſanabili Margaretam natione Zicham eodem momento temporis, quo cilicium B. Catharinæ Senenſis magno pietatis ſenſu deoſculata eſt: cum vero illa Petri Vigeuani opificis ſeruituti mancipata eſſet, a Senatu Genuenſi ob miraculi magnificentiam in libertatem vindicata eſt.

IESV CHRISTI
Annus 1463.

PII PP. II. annus 5. FRIDERICI III. IMPERAT. 24.

1 SÆuæ funeſtæque imperio Chriſtiano clades illatæ ſunt Seruatoris anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio vndecima indictione, proferente iſtius Turcicam tyrannidem cupidiſſimo imperij, & Chriſtiani ſanguinis fundendi Mahomete II. nec fidelibus principibus in eum ſociantibus arma, ſed in mutuam potius perniciem maximo religionis damno ſtringentibus: quibus malis obuiam iturus Pontifex dedit in primis operam, vt diſſidentes Reges, ſine quorum ope ſacrum bellum geri non poterat, in concordiam redigeret. Exarſerat iam ante, vt vidimus, acerrima de regno Hungarico Matthiam inter & Imperatorem contentio, maximaſque attulerat calamitates, Friderico laniante regnum illud, quod tueri debuerat, ac Matthia Rege, vt Turcicos impetus comprimeret, diſtracto. Iam quidem antea pluries de ſanciendo inter ipſos fœdere agitatum fuerat, atque tanto operi operam nauarant Ioannes Caruialis S. Angeli, & Beſſarion Cardinalis legati: hortatorijs etiam literis vtrumque principem Pontifex ſollicitarat: dein Hieronymum quoque archiepiſcopum Cretenſem, ac demum Rodulphum præpoſitum Friſingenſem, & pontificium referendarium Dominicum epiſcopum Torcellanum legauit b, quibus vltro citroque commeantibus, demum in eas concordiæ leges aduerſæ partes conſenſere, vt Matthias pro redimenda ſacra corona, quam olim S. Stephanus geſſerat, Friderico octoginta aureorum millia penderet: eidem etiam oppida, quæ in Pannoniæ limite occuparat, permitteret: ſi prole caruiſſet, Maximiliano Frederici filio, ſceptrum relinqueret. Imperator vero Matthiam in filium cooptare iuſſus eſt. Cæterum Hungariæ quidem regios titulos præferre permiſſus eſt; vetitus tamen, ne vlterius præter ea, quæ obtineret, latius in Pannonia ditionem proferret; tum obſtrictus ad Hungariam contra Turcas omni ope, atque opera defendendam; de quibus hæc in veteri m. s. tabularij Vaticani hiſtoriæ mandata reperio.

b Gobel. in comm. Pij II. l. 12. Nauc. vol. 2. gen. 49. & alij. Pax inter Frid. Imp. & Mathiam Vng. Regẽ inita.

Vt Mathias acclamatus fuerit Rex.

2 *Cum Ladislaus Rex Pragæ extinctus repente eſſet, Hungari ad noui Regis electionem congregati, apud Peſtam, Michaele Silergi annitente, Matthiam Huniadis filium Regem acclamarunt: educitur e carcere ad regnum Matthias, quinquaginta millibus aureis Georgio perſolutis, & filia eius vxore deſponſata; ſed cum poſt hæc coronam ab Imperatore obtinere non poſſet, deſpectui pluribus eſſe cœpit: hinc diſſidium inter regni proceres; e quibus nonnulli Fridericum Imperatorem Regem ſuum elegerunt, & cum regnum duos capere non poſſet, hinc inter Fridericum & Matthiam capitales inimicitiæ ortæ. Tandem cum magna pars procerum Matthiæ Regi iam reconciliata eſſet, & Fridericus regni coronam, ac titulum retinens Hungariam aſſiduo infeſtaret, annitentibus Pij legatis Rodulpho Fauentino & Dominico Torcellano epiſcopis pax confecta eſt, quamuis Cardinalis S. Angeli, & poſtea Cardinalis Nicænus, ac deinde Cretenſis archiepiſcopus legati, ad id miſſi, multa diu quamuis fruſtra prius laboraſſent: pax his legibus dicta eſt: Matthias regnum & regni titulum conſeruato, Imperatoriſque adoptiuus filius eſto, eique auri LXXX. millia diſſoluito: decedenti ſine liberis Maximilianus alter Imperatoris filius ſuccedito: Imperator regni inane nomen, & oppida quædam vita comite retineto: regnum vlterius ne ingreditor: ſacram coronam Matthiæ reddito; amici deinceps ambo ſunto. Hæc omnia adimpleta ſunt, & pax regno reddita.*

Dein Friderico delatum fit regnum.

3 Deſcripta eſt earum pactionum formula a in regeſto pontificio, in quibus ad exitum perducendis in plures difficultates delapſi ſunt atque in primis, vt inquit Ioãnes Gobelinus b, graues Hungari querelas fudere, tantam auri vim pro reſtituẽda corona a Friderico exigi; deinde an prius pecunia coronaue tradenda eſſet: ad quæ legati pontificij reſpondere, vt ipſis vtraque concrederentur ipſoſque ſimul aurum Imperatori, ac coronam ſacram Hungaris reſtituturos. Aliæ etiam difficultates, quæ aſſerebantur, ſolutæ, cum Mahometes, irruptione in Boſnam facta, terrore Pannoniam, ac Germaniam quateret; atque appetente ſacro Magdalenæ die a Friderico Imperatore de firmato fœdere hæ confectæ literæ c.

a Ext. apud Pium II. l. 1. de curr. pag. 276. b Gob. ſup. l. 12.

Nouæ difficultates ſubortæ conciliatæ.

Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, ac Auſtriæ, Stiriæ, Charinthiæ, & Carniolæ dux, dominus marchiæ Sclauonicæ, & portus Naonis, comes in Haſpurg, Tirolis, Ferretæ, & in Kyburg, Margrauius Burgouiæ, &c.

c Ext. apud Pium II. l. 26. pag. 177.

4 Recognoſcimus, cum alias occaſione differentiarum & controuerſiarum inter nos ex vna, & inclytum regnum Hungariæ, prælatoſque, barones, nobiles, proceres, incolas, & inhabitatores eiuſdem regni Hungariæ parte ex altera ſubortarum & vertentium ad nonnullos articulos, & capitula pacis, & concordiæ in præſentia venerabilis Hieronymi archiepiſcopi Cretenſis tunc Apoſtolicæ ſedis legati miſſi deuentum fuerit, quod nos ad exhortationem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Pij in præſentia, & medio venerabilium Dominici epiſcopi Torcellani Apoſtolicæ ſedis ſimiliter legati miſſi cum poteſtate legati de latere, & Rodolphi de Rudeſtraim præpoſiti Friſingenſis, & Vvormatienſis eccleſiarum decani, eiuſdem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ referendarij Apoſtolicæ ſedis oratoris, & nuncij in præſenti cauſa ſanctitatis ſuæ commiſſarij cum venerabilibus, & magnificis Stephano Colocenſis, & Bachienſis eccleſiarum archiepiſcopo, locique eiuſdem Colocenſis comite perpetuo, Ioanne epiſcopo Vvaradienſi principibus, Nicolao de Vvylakez vayuoda Tranſyluano, & Machouien, & regni Sclauoniæ bano compatre noſtro comite, Ladiſlao de Palota iudice curiæ regiæ, & Emerico de Zapolia ſummo theſaurario regio, & capitaneo partium ſuperiorum regni Hungariæ deuotis fidelibus noſtris dilectis nomine ſereniſſimi principis domini Matthiæ præfati regni Hungariæ Regis filij noſtri chariſſimi, prælatorumque, baronum, procerum, & nobilium eiuſdem regni ad finalem, & vltimatam

Qui fuerint interpretes cõcordiæ.

con-

Digitized by Google

concluſionem eorumdem articulorum ſponte, libere, bona & ſincera voluntate in hunc, qui ſequitur, modum deuenimus.

5 In primis ad finem optatæ pacis & concordiæ deliberatum, & concluſum eſt, quod nos Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ idem Rex, dux Auſtriæ, &c. præfatus, & heredes noſtri a nobis per rectam lineam deſcendentes infraſcripta caſtra, & oppida, quæ in metis, & limitibus regni Hungariæ conſtituta poſſidemus, & in noſtris manibus per nos, & alios noſtri nomine tenemus, videlicet Vorchtenſtaim, & Kobelſdorff cum ſuis pertinentijs omni imperio, & iuriſdictione poſſideamus, teneamus, ac illis libere vtamur, & gaudeamus pacifice & quiete, abſque sereniſſimi principis Matthiæ dicti regni Hungariæ Regis filij noſtri chariſſimi, ac heredum & ſucceſſorum ſuorum, prælatorumque, baronum, procerum, & nobilium eiuſdem regni quorumcunque, per ſe aut alios eorum inquietatione, turbatione, exactione, grauamine, & moleſtia quibuſcumque de iure, & de facto, ac ceſſione iuris eorum prætextu, qui intereſſe ad loca prænominata ſe habere prætendunt in fauorem quorumcumque, quouis quæſito colore facta aut fienda, ſaluis tamen decimis & cauſis eccleſiaſticis, quæ in foro ſuo ventilari, & agitari poterunt, prout iuris eſt & rationis: in toto vero ſeculari in perſonalibus actionibus, & realibus contra & aduerſus noſtros ſubditos, & caſtrorum prætactorum quomodolibet motis aut mouendis coram iudicibus per nos Imperatorem præfatum in locis huiuſmodi pro tempore deputatis actor iuſtitiam poſtulet, & requirat, quæ ad requirentis inſtantiam expedite adminiſtrari debet, prouiſo quod eo ordine ad requiſitionem prædictorum ſubditorum noſtrorum, & dictorum caſtrorum per Regem pro tempore, & ipſum regnum Hungariæ eorumque officiales procedatur, & procedi curetur.

Nonnulla oppida Vngarici limitis Friderico permiſſa.

6 Etſi paſſagium generale contra Turcos pro defenſione fidei, & ipſius regni fieri contigerit, in ea re requiſitione præuia a nobis ijdem ſubditi maneant incluſi, ſic tamen, quod in eum caſum huiuſmodi exactionis per nos ſupradictum Romanorum Imperatorem debita fiat diſpoſitio, & aduerſus contrauenientes, qui quomodolibet etiam pro ſuo intereſſe aliquid attentarent contra ea, quæ prætacta ſunt, aut nos & heredes noſtros, tanquam contra violatores pacis, & Rex ipſe pro tempore, & regnum nobis potenter aſſiſtentiam faciant.

Adiectum etiam eſt & concluſum, quod poſt obitum noſtrum Rex pro tempore, & regnum Hungariæ facultatem habeant dicta caſtra Vorchtenſtaim & Kobeldorff, & eorum redditus, caſu quo idem caſtrum Kobaldorff per nos demolitum non fuerit, attento quod modicæ æſtimationis & ruinoſum exiſtit, retinendi ab heredibus noſtris pro ſumma quadraginta millium florenorum vngaricalium, & ducatorum boni auri, & iuſti ponderis.

7 Item quia nos ſupranominatus Fridericus Romanorum Imperator, &c. bonis & honeſtis reſpectibus hucuſque titulo, & nomine Regis regni Hungariæ vſi ſumus, deliberatum eſt & concluſum, quod nos huiuſmodi titulo Regis a prælatis, baronibus, proceribus, nobilibus, & alijs regnicolis regni Hungariæ in antea libere, & quiete in eorum literis, & vbilibet honorati & decorati, quoad vixerimus, remaneamus & Rex dicti regni Hungariæ, & aliorum regnorum eidem regno cohærentium nominari & vocari & eo titulo vti & frui poſſimus & valeamus: impedimento, contradictione, & turbatione Regis pro tempore dominorum, & inhabitatorum ipſius regni prorſus amotis.

Vngarici regni tituli eidem conceſſi.

8 Item vt reſpublica & felix ſanctæ Romanæ eccleſiæ Chriſtianæque religionis ſtatus augeri & promoueri eo ſalubrius & vtilius poſſit, nos Fridericus Romanorum Imperator præfatus prædictum ſereniſſimum Matthiam Regem Hungariæ pro filio noſtro adoptiuo habebimus, & paterne amplectemur, & in præſentiarum in filium recipimus & adoptamus, eique & regno amicitiam, fauores, & promotiones paternas in antea faciemus, eundemque Regem Matthiam filium noſtrum nominabimus: & in recognitionem tantæ clementiæ, quæ multis reſpectibus, nobis & eidem Regi Matthiæ ad honorem, & commoda ceder, vt digna viciſsitudine gratitudinis debitæ ſe erga nos exhibeat, concluſum eſt, quod idem Rex Matthias adoptiuus filius noſter nos Imperatorem Romanorum prætactum exaduerſo, quoad vixerimus, pro patre honorare, reputare, nominare, ſcribere, & tenere debeat, prætactique Stephanus Colocenſis archiepiſcopus, Ioannes Vvaradienſis epiſcopus, Nicolaus de Vvylaktz vuayuoda, Ladislaus de Palotz, & Emericus de Zspoli nomine prælatorum, baronum, procerum, nobilium, incolarum & inhabitatorum dicti regni Hungariæ atque ſuo annuerunt, quod idem Rex Matthias nos Fridericum Imperatorem prædictum patrem ſuum, & Regem nominet, honoret, reputet, & nobis patri ſuo, & Regi Hungariæ ſcribat,

Cooptatus in filium a Friderico Mathias.

Iuſſus Mathias Fredericum patrem ſuum & Regem appellare.

Inſuper cum præfati Stephanus Colocenſis archiepiſcopus, Ioannes epiſcopus Vvaradienſis, Nicolaus de Vvylacktz vuayuoda, Ladislaus de Palotz, & Emericus de Zapolia prædictum Regem Matthiam, nec non prælatos, barones, proceres, nobiles, incolas, & inhabitatores regni Hungariæ prædicti, ac ipſum regnum vigore mandati ipſis traditi ſuis literis obligauerint, & aſtrinxerint ad ſeruandum inconcuſſe perpetuo nobiſcum, & heredibus terriſque & dominijs noſtris pacem inuiolabilem, ligis & inſcriptionibus in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, immo ſublatis eiſdem: nobiſque & filio noſtro chariſsimo Maximiliano conſilia, auxilia, & conſubſidia cunctis in aduerſis contra quoſcumque, toties quoties opportunum fuerit, ſanctiſsimo domino noſtro Papa ſede Apoſtolica & ſancta Romana eccleſia dumtaxat exceptis, efficaciter pro poſſe danda, facienda, & proſequenda, ad noſtram & præfati filij noſtri requiſitionem, præfatorum regni Hungariæ & Regis pro tempore expenſis, dum tamen in expeditione generali contra Turcos in hoc non fuerint præpediti, ac mora irrationabili & contradictione quibuſuis in his omnino ceſſantibus, libertatibus dicti regni in alijs ſemper ſaluis: ob quod nos præfatus Fridericus Romanorum Imperator, nos ac heredes noſtros, terras & dominia noſtra, ac incolas & inhabitatores eorundem vice reciproca obligamus, & aſtringimus per præſentes ad ſeruandum ſimiliter inconcuſſe perpetuo cum præfato filio noſtro Rege Matthia heredibus, ac ſucceſſoribus ſuis, ac ipſo regno Hungariæ, prælatiſque, baronibus, proceri-

Frideric. & Mathias ad mutua ſibi exhibenda auxilia aſtricti.

Digitized by Google

ceribus, nobilibus, incolis, & inhabitatoribus eiuſdem regni Hungariæ pacem inuiolabilem, ligis, & inſcriptionibus in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque, immo ſublatis eiſdem.

Spondet Fredericus omni ſtudio Vngarū aduerſus Turcam curaturū.

9 Præterea grata vicisſitudine fauoribus, & promotionibus dictum filium noſtrum Matthiam Regem Hungariæ eiuſque bonum ſtatum, ſignanter contra Turcum & infideles Chriſti hoſtes, apud ſanctisſimum dominum noſtrum ſummum Pontificem, ſedem Apoſtolicam, principes ſacri Romani imperij, & alios, vbi opportunum fuerit ſincere promouebimus. Et ſi præmiſſis tamen ſignanter ad cauſam caſtrorum vt ſupra ordinatis ſemper ſaluis, nos ſupradicti Fridericus Imperator, & Matthias filius noſter, aut ſubditi noſtri, vtcumque inter ſe, aut nos alter ad alterum querelas aut petitiones quaſcumque habere prætenderimus, illas vt de iure & non aliter proſequi debebimus, quorum occaſione iuſtitia ad conquerentium requiſitionem expedite erit adminiſtranda.

Item ad finem, quod ſincera affectio noſtri Friderici Romanorum imperatoris præfati, quam ad dictum Matthiam Regem filium noſtrum, & prætactum regnum Hungariæ gerimus ab omnibus amplius cognoſci valeat, nos venerabilibus, & magnificis Stephano Colocenſi archiepiſcopo, & Ioanni Vvaradienſi epiſcopo, Nicolao de Vvylachta vuayuodæ, Ladislao de Palotz, & Emerico de Zapolia præfatis ſacram coronam ipſius regni Hungariæ, nobis Imperatori Friderico prætacto per quoudam ſereniſſimam Elizabeth Reginam vna cum ſereniſſimo olim bonæ memoriæ Rege Ladislao ad fideles manus aſsignatam, & hucuſque fideliter tentam & cuſtoditam, ne ad alienas manus illam deuenire contingeret, oppidumque Sopronienſe nomine dicti Matthiæ Regis filij noſtri, & ipſius regni Hungariæ gratioſe aſsignauimus, & omnem obligationem ſuper eodem remiſimus.

Item ad maiorem ſolidationem paterni amoris, ac in retributionem clementiſſimæ affectionis noſtræ ad præfatum Matthiam Regem filium noſtrum, & ipſum regnum Hungariæ, quodque nos eo promptius, & ad ipſius regni commoda, & boni ſtatus incrementa accuratius promouenda allicianiur, deliberatum & concluſum eſt, quod vacante regno Hungariæ, filijs ſeu nepotibus legitimis ex præfati Regis Matthiæ lumbis procreatis non extantibus, nos ſupradictus Fridericus Romanorum Imperator, aut filius noſter, quem ad hoc deputandum duxerimus, & poſt noſtrum deceſſum filius noſter, quem reliquerimus, aut ſi plures a nobis fuerint relicti alter ex iſtis, quem regnum ipſum praelegerit in Regem, ipſi regno Hungariæ præficiamur, aut præficiatur cum plena eiuſdem regni adminiſtratione.

Quid cōuentum ſi Mathias ſine prole deceſſerit.

Item ſi, vt præfertur, præfatum regnum Hungariæ vacauerit, prouideri debet per prælatos, barones, proceres, nobiles, incolas, & inhabitatores eiuſdem regni, quod nos Fridericus Romanorum Imperator prænominatus, aut filius noſter, vt præmittitur, conſilio, & potenti auxilio eiuſdem regni Hungariæ, vt moris eſt, coronemur, ſeu coronetur, & in adminiſtratione plena regni in pace recognoſcamur, ſeu recognoſcatur, & efficaciter pro Rege teneamur, ſeu teneatur.

10 Item concordatum, & concluſum eſt, quod omnes iniuriæ, differentiæ, diſſenſiones, impetitiones quæcumque, & actiones inter nos partes præfatas, etiam occaſione felicis recordationis Regis Ladislai, ac alias quomodolibet ſubortæ, etiam nobis hinc inde ex quacumque cauſa competentes quoad nos, & heredes & ſucceſſores noſtros, vtrinque penitus remiſſæ, & extinctæ eſſe debent, omniſque indignatio, & diſplicentia, quas nos præfatus Fridericus Romanorum Imperator, & dictus Matthias filius noſter Reges contra quoſcumqoe prælatos, barones, proceres, nobiles, incolas, & inhabitatores dicti regni, & alios eccleſiaſticos, & ſæculares occaſione adhæſionis nobis vtrinque hinc inde factæ concepimus, in futurum minime vleiſcantur, neque via facti neque iuris, ſed ſimiliter remiſſæ, & extinctæ eſſe debent; pollicentes & promittentes in verbo imperiali, nos omnia & ſingula in prætactis articulis, & capitulis contenta, & conſcripta, & per nos fieri debere, facturos, proſecuturos & completuros, ac a præſato commiſſario ſanctiſsimi domini noſtri Papæ, ad id poteſtatem habente, & nihilominus ex poſt etiam a ſua ſanctitate & ſede apoſtolica, confirmationes opportunas ex certa ſcientia petituros, & obtenturos, quibus ſtabimus, & parebimus realiter & cum effectu, dolo & fraude in his omnibus ceſſantibus quibuſcumque. In cuius rei teſtimonium imperialis noſtræ maieſtatis ſigillum præſentibus fecimus appendi. *Datum in Noua ciuitate feria tertia ante feſtum B. Mariæ Magdalenæ anno Domini* MCCCCLXIII. *imperij noſtri* XXII. *regnorum noſtrorum Romani* XXIV. *Hungariæ vero* V. Confirmatæ ſunt hæ pactiones a proceribus Hungaris Stephano Colocenſi, & Bachienſi archiepiſcopo, Ioanne Vvaradienſi epiſcopo, Nicolao Vvylak Tranſiluano, & Machouienſi eodemq; regni Sclauoniæ bano, Ladislao e Palotz iuſtitiæ ſūmo præfecto, Emerico e Zapolia præfecto ſūmo regij ærarij, & in ſuperiori Pannonia copiarum duce, quorum literæ iiſdem pene verbis, paucis immutatis conceptæ ſunt, quas Matthias ratas, ac firmas eſſe ſtatuit. Præcipua regij diplomatis pars hæc eſt a.

Præteritarū iniuriarum amniſtia promulgata.

Eædem pactiones confirmatæ a Mathia. a *Bal. ib. pag.* 187.

Matthias Dei gratia Rex Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ, &c.

11 Notificamus vniuerſis præſentes noſtras literas inſpecturis, vel audituris, quod cum ſereniſſimus, ac inuictiſſimus princeps dominus Fredericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Auſtriæ, Stiriæ, Charinthiæ, Carniolæ dux, &c pater noſter chariſſimus tanquam pacis amator, & zelator, *& infra*, nos in ſuæ maieſtatis filium adoptauerit & receperit, noſque pro filio nominare, tenere, paternaliter proſequi, ac nos & regnum noſtrum maxime in facto Turcorum apud ſanctiſsimum dominum noſtrum, [de Pontifice loquitur,] principes imperij, & alibi fideliter promouere ſpoponderit: ſacram regni noſtri Hungarici coronam dudum apud ſuam maieſtatem, per genitricem quondam felicis recordationis Regis Ladislai prædeceſſoris noſtri depoſitā, benigne reſtituerit, pacem inuiolabilem pro ſe & heredibus, ac ſucceſſoribus, nec non dominijs ſuis cum regno noſtro inierit, & conſtituerit, aliaque plura grata nobis & regno noſtro fecerit, nos de conſilio, & conſenſu prælatorum, baronum, comitum, nobilium regni nedum in præfata congregatione Budæ obſeruata, ſed & in alia congregatione nouiſſime in Tolna tenta, & habita, omnia & ſingula per dictos archiepiſcopum, epiſcopum, Nicolaum vuayuodam, comitem Ladislaum

de

Digitized by Google

de Palota, & Emericum de Zapolya concluſa & accepta, proue in literis eorum deſuper datis continetur, pro nobis & heredibus ac ſucceſſoribus noſtris ratificamus, & approbamus, eaque rata & grata habebimus & proſequemur, & vltra ea, quæ in dictis eorum literis continentur, de ſimili conſilio prælatorum, baronum, comitum, & nobilium regni noſtri ſimiliter pro nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris volumus, & ita cum ſua maieſtate ex parte regni concordatum eſſe dicimus, & profitemur, quod idem ſereniſſimus dominus Imperator pater noſter chariſsimus, & heredes ſui per rectam lineam deſcendentes infraſcripta caſtra & oppida, videlicet, Vorchtenſtain, Kobelſdorff, Ferream ciuitatem, Guns, & Rechinez cum ſuis pertinentijs, ac omni imperio & iuriſdictione poſſidere & tenere, & illis libere vti & gaudere debeant pacifice & quiete, &c. [Adiectæ ſunt nonaullæ conditiones imperialibus literis inſertæ, tum addit:] Denique a præfato ſanctiſſimi domini noſtri commiſſario primum, & demum etiam a ſanctiſſimo domino noſtro confirmationem omnium præmiſſorum ex certa ſcientia, cum derogatione pro hac vice iuramenti per nos deſuper præſtari ſoliti, (nempe in coronatione de non repetendis bello dictis caſtris,) cum omni diligentia petemus & peti faciemus, dolo & fraude ac quacumque ſiniſtra adinuentione vel machinatione ceſſantibus quibuſcumque. In quorum omnium fidem, robur, & teſtimonium præſentes noſtras literas appenſione ſigilli noſtri fecimus communiri. *Dat. in oppido noſtro Budenſi feria III. poſt feſtum B. Mariæ Magdalenæ anno Domini MCCCCLXIII. regnorum noſtrorum Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c.* Solicitatus itaque Friderici Imperatoris, ac Matthiæ Regis, necnon ordinum Hungariæ precibus Pontifex, vt confectas pactiones apoſtolico robore muniret, eorum votis, edito diplomate a XI. kal. nouembris conſignato, aſſenſit. Ad huiuſmodi autem pactiones vterque princeps neceſſitate coactus venit, cum in ſummum pene diſcrimen a ſuis hoſtibus adducti eſſent: nam in primis Imperator ab Alberto fratre, quem Hungari ſociali exercitu confirmarant b, bello eſt appetitus, ac Viennenſes in coniurationem allecti, excuſſo eiuſdem iugo, ipſum in Viennenſi arce cum Leonora Auguſta filioque Maximiliano arctiſſima cinxere obſidione, ac poſt varias hoſtiles impreſſiones, adhibito omni telorum genere, ad arcis deditionem turpiter compulere. Hoc ſcinus Pontifex damnauit, ac Sicrouienſi & Lauentino epiſcopis prouinciam dedit c, vt perduelles Viennenſes cenſuris percellerent. Potitus eſt d Vienna Albertus, ac præcipuos coniuratos, qui ipſi fauerant, ac poſtea ad Fridericum defecerant, ſupplicio affecit.

a Apud Pium l. 1. pag. 236.

Fredericus obſeſſus a fratre adactuſque ad deditionem.

b Lib. 25. pag. 124.

d Naucl. vol. 2. gen. 49.

12 At ſi his periculis domitus Imperator Hungaris tandem pacem dedit, non ea minus Matthiæ Regi pernecceſſaria extitit, cum ingens malorum moles inſtaret, qua perterritus Albertum epiſcopum Veſprimienſem, vt tradit Gobelinus e, ac Stephanum Signiæ comitem ad Pontificem legauit, qui eum de imminente Turcica irruptione certiorem facerent: Hungarorum vires ad tantum hoſtem propulſandum impares eſſe, cum omne exercitus robur ſuperioribus bellis abſumptum, opeſque exhauſtæ eſſent, rogaruntque Pontificem, vt Hungaris ſuppetias in tanto diſcrimine ferret, Regeſque hortaretur, ne Pannoniam Chriſtiani propugnaculum imperij euerti paterentur, quo euerſo facile iter ad inferenda cunctis prouincijs ſigna Turcica pateret. Audito oratore Pius, meritaque laude Hungarica virtute cumulata, mille equites ſumptu pontificio in eum annum ſuſtentaturum ſe eſt pollicitus, Regeſque ad arma coniungenda concitaturum: in proximum vero annum maioris ſubſidij ſpem dedit. Quo reſponſo accepto oratores læti in Pannoniam redierunt. Ampliora vero quam refert Gobelinus, auxilia Pium Hungaris ſpopondiſſe, ex hac literarum parte a ad Antonium decanum Piſtorienſem quæſtorem apoſtolicum de cogendo pro Hungaris auro ſubſidiario colligitur: *Nuper*, inquit, *ad reſiſtendum impijs Turcorum conatibus inter cætera nonnulla millia equorum, & peditum bene expeditorum ſumptibus tam noſtris quam aliorum Chriſti fidelium chariſſimo in Chriſto filio Matthiæ Regi, & pro illius parte hucuſque ſatisfecimus, in dieſque ſatisfacere nitimur, &c. Dat. Tybure anno MCCCCLXIII. VII. id. auguſti anno V.* Porro vt Chriſtiani milites regni cœleſtis ſpe allecti alacrius Chriſti cultum contra Mahometanos tuerentur, ad Sauum vel Danubium occurſuris hoſti noxarum veniam tribuit b.

e Gob. l. 11. Decreta ab Vngaro ad Pont. legatio.

a Pius l. 1. pag. 146. Suſtentatæ a Pio aliquæ auxiliares copiæ

Profecturis aduerſus Turcas indulgentiæ propoſitæ

b Lib. 42. pag. 334. Imperatæ preces publicæ.

13 Indixit etiam pius ad conciliandam Chriſtianis diuinam clementiam ſolemnes ſupplicationes, quas in ſingulis Chriſtiani orbis eccleſijs, cœnobijs, lociſque religioſis, recurrente cuiuſque hebdomadæ feria quarta, compoſito agmine religioſo peragi, preceſque pro adipiſcenda victoria contra Turcas fundi iuſſit c.

c Lib. 42. pag. 334.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, & epiſcopis vbilibet conſtitutis ſalutem, &c.

Sane cum perfidiſſimus Chriſtiani nominis inimicus Turcorum princeps Mahometus poſt innumeras pene Chriſtifidelium ciuitates, & terras ferro flammaque vaſtatas, & tyrannidi ſuæ ſubactas, orbis Chriſtiani ſibi polliceatur imperium, ac ingenti conflato exercitu maximiſque bellicis apparatibus inclytum regnum Hungariæ, Chriſtianitatis antemurale fortiſſimum, inuadere & expugnare, ac per illud ad reliquas Chriſtianorum ſubiugandas prouincias iter ſibi patefacere, ac ſanctiſsimum ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti indelebile nomen de terra delere, ac ſceleſtiſsimam Mahumeti ſui ſectam propagare execranda temeritate contendat, nos plane cognoſcentes ad obuiandum tam impijſsimis illius conatibus, & imminenti Chriſtifidelibus & Chriſtianæ religioni periculo humanam potentiam abſque diuino ſuffragio, & ſine ſpiritualibus arma temporalia nihil proficere, diuinam in primis miſericordiam implorandam, & ad arma ſpiritualia recurrendum cenſuimus, vt miſericors Deus noſter, a quo omnis in cœlo, & terra poteſtas eſt, & ſine quo humanæ vires non ſubſiſtunt, pijs & deuotis populi ſui placatus precibus, fideles ſuos ab imminenti hoſtium periculo tueatur, & propugnatoribus ſuis, qui ad obuiandum nefandiſsimis hoſtium conatibus concurrerint, brachio ſuæ virtutis aſsiſtat, &, illorum contrita ſuperbia, optatam Chriſtifidelibus deſuper victoriam concedat.

Aduerſus Chriſtianos Turcarũ furor.

Quapropter cupientes huic imminenti periculo modis omnibus, quibus poſſumus, obuiare, proceſsiones ſolemnes in toto orbe Chriſtiano per clerum, & populum Chriſtianum per ſingulas eccleſias, monaſteria, & loca religioſa ſingu-

Indictæ ſolemnes ſupplicationes.

lis

his quartis ferijs ſingularum ſeptimanarum cum litanijs, & orationibus contra paganos fieri conſuetis, pia fidelium deuotione celebrandas auctoritate apoſtolica tenore præſentium indicimus, atque ſtatuimus, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus vos, & quilibet veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios in veſtris ciuitatibus, & diœceſibus per ſingulas eccleſias, monaſteria, & loca religioſa ciuitatum, & diœceſum earundem proceſsiones huiuſmodi, vt præmittitur, fiendas per nos indictas clero, & populo Chriſtiano publicetis, eaſque nihilominus in eccleſijs, monaſterijs, & locis veſtris huiuſmodi modo præmiſſo peragendas indicatis, ac a clero & populo veſtro per eaſdem eccleſias, monaſteria, & loca religioſa, & eorum cœmiteria, & loca illis viciniora, de quibus & prout vobis viſum fuerit expedire, ſingulis quartis ferijs prædictis honorifice & deuote fieri & peragi faciatis & procuretis, &c. Propoſitæ ſacræ indulgentiæ ijs, qui huiuſmodi ſolemnes ſupplicationes obirent. *Dat. Tybure anno* MCCCCLXIII. *pontificatus noſtri anno* V.

Mahometis in Boſnam expeditio.

14 Hæc moliter geſta, nec ſeſe pro defendenda Dei gloria Chriſtiani excitarunt, dum ſæuiſsimus Mahometes innumeras Turcarum acies in Stephanum Regem Boſnæ induxit. Præuiderat Stephanus tempeſtatem, nec prorſuit ei Pontificis, Regis Hungariæ, & Scanderbergi auxilia anno ſuperiore implorasse. Conceptarum a Turca irarum cauſa hæc erat. Detrectarat Boſnenſis a annuum vectigal a maioribus perſolui ſolitum pendere, addideratque facto verborum contumeliam. Arcem etiam munitiſsimam exciratam a Turcis ad Saui & Boſnæ fluminum oſtia, ex qua in Hungariam & Sclauoniam patebat Turcis aditus, expugnarat. Irruente itaque Mahumete, vt acceptam iniuriam vlciſceretur, cum Stephanus expaueſceret, & a Romana eccleſia in ea ſe coniectum pericula quereretur, Nicolaus Modruſienſis epiſcopus Pontificius legatus in Hũgariam ad colligendum ſubſidiarium exercitum procurrit. Excitati Apoſtolicæ ſedis nomine Hungari ſumpſere arma, ac Sauo tranſmiſſo hoſtem a tergo adoriri conſtituunt, reique bene gerendæ affulgebat ſpes, cum vnius viri perfidi ſcelere Boſna in Turcicam ſeruitutem eſt adducta.

a Gob. l. 11 Calcond. lib. 10. Bonfin. dec. 3. lib. 10.

15 Deſcribit funeſtum caſum his verbis Gobelinus b: *Vnus ex Turcarum ducibus, baſſam vocant, decimaquarta kal. iunias ingentibus præfectus copijs ſub oppido Bobazio, quod regni Boſnæ caput fuit, caſtra locauit: poſtridie Imperator conſecutus eſt. Radaces Manichæus olim, deinde Chriſtianum mentitus oppido præfectus erat: is pretio corruptus hoſtem intra mœnia recepit, ſuaſitque cuſtodibus arcis, ne Turcis, rerum dominis reſiſterent. Tradita eſt arx munitiſſima, quæ facile poterat biennio defendi nulla re indigens. Imperator præteropinionem potitus oppido ad perſequendum Regem cum forte captarum baſſam mittit: triginta millibus paſſuum Rex aberat in oppido, quod Lazi vocant, eo namque Turcarum aduentu percepto cum theſauris confugerat, Dalmatiam petiturus. Baſſa cum veniſſet Lazi abiſſe Regem inuenit, eumque magnis itineribus conſecutus in caſtello Elutio clauſit, & arcta cinxit obſidione. Ille quarta demum die, fame & ſiti coactus, ſeſe cum omni theſauro, quem quinque Reges tot annis congregauerant, fidei baſſæ credidit: quem Imperator ad ſe ductum multa ſpe demulcens facile induxit, vt oppida, quæ in ſua poteſtate reſtauerant, reddi iuberet, plura & meliora ſe denique expectaturus. Scribitur præfectis arcium, vt claues munitioneſque tradant, parent omnes: atque ita octo ferme dierum ſpatio amplius ſeptuaginta natura & arte munitiſſima oppida, & auri amplius quam decies centena millia nummum ex Chriſtianis opibus in manus hoſtium peruenere, quamuis non tam re, quam nomine Boſneſes Chriſtianum ſibi nomen vſurpauere: raptæ matronæ atque virgines, templa ſanctorum diruta, viri religioſi omni contumeliarum genere affecti, nobilitas omnis ad ſeruitium in Aſiam miſſa, Regi paucis poſt diebus caput abſciſſum, & cum eo alij ſanguinis plerique necati.*

b Gob. ubi ſup.

Bobaziũ Turcis deditum.

Stephan⁹ Rex cum theſauris fugam corripit. In Turcarum poteſtatem redactus.

Boſnenſes arces Regis imperio Turcis traditæ.

16 His non abſimilia referuntur ab Ioanne Leunclauio a, ait enim: *Quod dicitur Muchemetem Bozinæ Regem captum occidiſſe paulo explicandum latius, vt plenum tam barbaræ perfidiæ Muchemetis, quam immanitatis horrendum facinus cognoſcatur. Stephanus ergo Rex Bozinenſis, & vxorio iure Seruiæ Raſciæque deſpota, bello petitus a ſultano Muchemete II. & obſeſſus Iaitzæ, blanditijs tyranni per quoſdam de induſtria ſubornatos e caſtello Iaitzano euocatur, & ad colloquium arceſſitur, cum barbaro temere fidem habuiſſet, manuque capita pacis inter ſe, ac Muchemetem inita geſtans in caſtra veniſſet, capitur, cute iuſſu Muchemetis viuus exuitur, iuſte denique Dei iudicio cum vita regnum, quo fraude patrem filius ſceleratus exuerat, amittit. Hoc modo tum Bozina, Raſcia, & Seruiæ magna pars Turcorum in poteſtatem venit: Matthias tamen Rex Hungarus Iaitzam cum XXVII. Bozinæ oppidis recepit, quam militum corona deinde rurſum Muchemetes circumdedit & oppugnauit, ſed irrito conatu, fama dumtaxat aduentantis Matthiæ territus, ab obſidione Bozinæque finibus diſceſſit.* Ex hoc triſti exitu diſcant principes nunquam Turcis fidere, qui perfidiam genus virtutis ac triumphi eſſe arbitrantur.

a Leuncl. in pandectis.

Cute viuus nudatur Boſnæ Rex.

Iaitza a Mathia Vngariæ Rege recuperata.

Eandem Mahometis perfidiam, & ſæuos mores deſcribit Franciſcus Philelphus b in litteris ad Ludouicum Fuſcarinum, quibus admonet nullum fœdus cum perfidiſſimo tyranno pangi poſſe: *Quo ſe mitiorem Amorathus in ſuos, & munificentiorem in omnes geſſit, eo Mahometus iſte auaritia ſæuitiaque ſua eſt apud omnes deteſtabilior. Debacchatur homo truculentus & rapax in vniuerſum humanum genus: quæ ſit iuſiurandi vis, quod fidei ſacramentum non minus contemnit, quam ignorat: omne vel æquitatis, vel pietatis munus libidine ſua furoreque metitur: humanam omnem felicitatem voluptatibus ijs definit, quas communes habet cum bellu's; ſed eo inferior & abbominabilior quauis bellua, quod omnem belluarum ſpurcitiam atque diritatem & vita ſuperat & morum, vel truculentia, vel nequitia: & hunc ſinitis, viri patritij, & tantis opibus tantis viribus principes, regnare diutius? Ite obuiam per immortalem Deum nefario iſti tetroque latroni, ſtatuite dignas pœnas de prodigioſiſſimo monſtro: quid enim longius expectatis? putatis ne quietem allaturum, qui omni eſt inſtabilior, ac mobilior euripo? quid inconſtantius eius mente? quid magis varium? quid incertius? quid diuerſius? quid fallacius? quid vobis fidum eſſe ab eo poſſit in tanto rerum progreſſu, qui intra paucisſimos menſes & Neopacti vicos omnes, ipſaque ſuburbia vaſtauit ac diripuit, & Argos funditus deleuit? An minus fortaſſis audiſtis, quod prouerbij loco vſurpatur apud Turcos, eandem eſſe rationem & pupilli & Regis, quod male vel geſſerit vel promiſerit? Tutor id a pupillo præſtari non oportere, nec item ab Rege, ſi quid minus vtile aut admi-*

niſtra-

b Phil. l. 19.

Mahometis mores.

Mahometis ſũma perfidia.

Nulla apud Turcos fides.

niſtratum a ſuis fuerit, aut conſtitutum, quippe quam dicant poſſe per illos falli, cum negligentius rei conſulitis. Ille nunc Ænum vrbem amicam, & tributariam, deinde quod reliquum erat Ætoliæ, & Epiri ſuæ tyrannidi adiecit: poſtea Triballos ſubiugauit omnes: quid enim in Triballis aliud reſtat præter Bellogradum? quod ipſum oppidum, vt ab Hungaris adhuc tenetur, fortiſſimeque defenditur, ita infauſtæ illi atque atroci belluæ futurum puto exitioſum.

Rex trucidatus nobileſq; ſeruituti mancipati.

17 Nec ab his diſcrepantia de Boſnæ excidio, Regeque contra deditionis pactiones trucidato ſuîe tradit Calcondyles a; quille vero ſæuam eum ab ipſomet Mahomete Chriſtiani ſanguinis auido cæſum, ſcripſit Pontifex b hoc anno ad vniuerſos fideles, vt eos ad religionis cauſam contra Turcas defendendam concitaret: non deſunt tamen, qui ſpecie colloquij interceptum, iuſſuque barbari cute exutum referant c. Tenuerat ſecundum poſt Regem in Boſna gradum Stephanus dux, Manichæa infectus inſania: is etiam a filio ad Turcas deficiente bello petitus in Dalmatiæ inſulas fugere compulſus eſt: quamquam poſtea cum filio Turcicam perfidiam, quæ Boſnæ Regem contra conuenta necarat, exhorreſcente in gratiam rediit. At Regina Boſnæ amiſſo regno viroque trucidato Turcicam rabiem fugiens in Sclauoniam conceſſit; ſed a Paulo bano contra hoſpitij fœdera data eſt in custodiam, e qua poſtea emiſſa Romam profugit, Pontificumque ſuſtentata liberalitate, moriens Romanæ eccleſiæ imperij in Boſnam iura teſtamento reliquit, vt dicetur inferius. Cæterum Sclauoniæ banus, paulo poſt violatum hoſpitij ius, a Turcis, qui in illius ditionem excurrebant, cum quingentis nobilibus interceptus contrucidatus eſt. Struxere etiam inſidias Turcæ Matthiæ Pannoniæ Regi, qui ad tutandum limitem cum copijs prouolarat, ſed ex bellica arte eluſæ fuerunt, atque Turcarum dux, qui quatuor millibus militum ſuccinctus graſſabatur, a Matthia ipſo cum omnibus ſuis in fugam eſt actus; vt vero anno proximo idem Hungariæ Rex Iaizam Boſnenſium regiam, ac reliquum regnum bello Turcis eripuerit, ſuo loco dicemus.

a Calcond. ſup. l. 10.
b Aen. Sylu. in lib. Epiſtolar. n. 412.
c Bonfin. dec. 3. l. 10

Regina Boſnæ Romam poſt varios errores profugit.

18 Hic vero non prætermittimus in illa Iaizæ deditione Turcis facta Minoritas quoſdam pios auexiſſe ſacras S. Lucæ euangeliſtæ reliquias, quæ a Boſnenſibus colebantur, ne a barbaris conculcarentur, ac Venetias delatas Chriſtophoro Mauro duci tradidiſſe, a quo in eccleſia B. Iob honorificentiſſime reconditæ feruntur. At contendunt ſibi Patauini ijs ipſorum vrbem exornatam, & grauiſſima argumenta ad ſuam ſententiam confirmandam adducunt: nam in primis perlatum Romam conſtat a S. Gregorio Pontifice, dum Pelagij Papæ apocriſiarius erat, S. Lucæ euangeliſtæ caput, quod ab Imperatore Tiberio dono acceperat, ſacrum autem corpus, quod Patauini in eccleſia S. Iuſtinæ venerantur, capite truncum eſſe, alterum vero, quod Venetias ex Boſna aduectum eſt, integrum eſſe paret. Plura alia addit argumenta Iacobus Cauacius d, quæ auctoritate confirmantur martyrologij Romani, in quo emendatius reſtituto ad xv. kal. nouembris de tranſlatione reliquiarum hæc verba leguntur: *Natalis B. Lucæ Euangeliſtæ, qui multa paſſus pro Chriſti nomine Spiritu ſancto plenus obijt in Bithynia, cuius oſſa Conſtantinopolim tranſlata ſunt, & inde Patauium delata.* Non modo in Boſna Chriſtianæ res pro-

S. Lucæ reliquiæ e Boſna Venetias translatæ

d Cauac. hiſt. cœnob. S. Iuſtin. Patau. l. 5

tritæ, verum etiam in Macedonia admodum depreſſæ fuere, Mahometes enim ad eam opprimendam tantos eduxit in expeditionem exercitus, vt cum immineret Scopiæ, Scanderbergus barbarica potentia perterritus pacem ab hoſte ſupplex flagitarit: deinde miſſo ad Pontificem oratore excuſauit factum, cum pro ſeruanda prouincia ad id neceſſitate fuiſſet adactus, bellum tamen, cum Apoſtolica ſedes iuberet, redintegratum iri in Turcas, ac, ſi principatu ab hoſte pelleretur, perfugij locum in terris Romanæ eccleſiæ popoſcit. Pij reſponſum refert Gobelinus a: *Pontifex*, inquit, *neceſſariam pacem non improbauit, ſi (quod aiebat Georgius) imperium Apoſtolicæ ſedis ſaluum eſſe, perfugium pulſo in agris Eccleſiæ non defuturum, ſi pro religione pugnans ab hoſte ſedes eijciatur.*

Scanderbechus ad flagitãdam pacem adactus.

a Gob. l. 11

19 Non poterat quidem Scanderbergus humano iudicio tot exercitus aduerſus ſe toties immiſſos ſuſtinere, niſi diuina illum prouidentia texiſſet, atque vt alterum Iudam Machabæum cœleſti vi confirmaſſet. Nondum enim fluxerant induciæ, cum Mahometes b, qui abſente Scanderbego in Aſia & Europa late imperium auxerat, impetus omnes in Macedoniam conuertit: ſed diuino munere Syna, qui viginti millibus Turcarum ſuccinctus erat, amiſſis ſignis & impedimentis cæſus eſt a Scanderbego cum octo equitum peditumque millibus occurrente: Allumbegus citra Ocridam cum triginta millibus profligatus: Iuſſumbeg, qui interiorem Albaniam penetrare erat auſus, cum octodecim millibus fugatus, conciſis in turpi fuga duobus millibus: Curazabeg Aſiaticus multis victorijs clarus a Mahomete triginta millia armatorum ad Scanderbegum debellandum expetijt; conceſſa ei omnia ab illo, atque etiam decem millia ſuperaddita: ſed cum autumno præcurſorum quatuor millia immiſiſſet, ea mature detecta ferro deleta fuere: progreſſus tamen in Liuad planitie caſtra fixerat, in eumque mane Scanderbegus incurrere cœperat, cum maxima imbrium copia diremit prælium, tamque ſæua tempeſtas triduo demiſſa eſt, vt barbarus prodigium eſſe ratus merſis pluribus iumentis Epirum deſeruerit. At Mahometes cum vinci armis Scanderbegum non poſſe doleret, aſtu aggreſſus, de pace verba fecit, quibus obſidem eius filium ſibi tradi, & liberum aditum, vt irrumperet in Venetos dari petijt: quæ poſtulata a Scanderbego repulſa fuere: ſine his legibus poſtea redintegrata pax: quam paulo poſt violarunt fœdifragi barbari abacta e Macedonia præda, tum in Peloponeſo Venetorum agrum ſunt prædati; quare Veneti Gabrielem Triuiſanum ad Scanderbegum oratorem, vt arma reſumeret, decreuere, qui inter alia hæc expoſuit: *Ad pullulans iam ex oriente malum, mox que, niſi cito occurratur, vniuerſam Europam inuaſurum dirigere & intendere velis, certum enim tibi ſit atque exploratum, princeps sereniſſime, quod perfidus & ſubdolus tyrannus iſte non alia ratione quam ſumma perfidia atque ſimulatione pacem tecum inierit, cum nullum Turcis Epiroticoque generi naturale amoris commercium intendere poſſit, vt quo primum ſcilicet reliquos Reges & principes Chriſtianos tibi vicinos ſibi ſubieciſſet (videbat enim a te armiſque tuis valde infeſtari, nec ea ſufferre poſſe) propagatis dehinc viribus, & imperio ſuo in nos arma conuerteret. Iam vidimus poſtquam barbarus iſte tecum pacem compoſuit, & ab armis viribuſque tuis tutum ſe eſſe, & quietum proſpexit, confeſtim arma ſua*

b Marin. Barle. l. 11

V in

in Raſcianos populos, & Triballas conuertit, eoſque peſſumdedit? deinceps Illyricos debellauit, Thraces euertit, Græcis e regno deiectis Trapezuntinum imperium expugnauit, vires ſuas auxit, remque in maius prouexit; nunc vero rupta pacis fœdere, omnique violato iure in nos arma conuertit agrum tuum pariter & noſtrum longe lateque depopulatus eſt. Ecce, Scanderberge princeps, fides tibi a barbaro quam belle ſeruata! bellum excitauit, arma imulit, iam ad pugnam prouocat te, & haud perplexe ſuam indicat voluntatem atque furorem; ferenda ne hæc æquo animo? tacendum adhuc? confidendum barbaro? ſtandum promiſſis eius? dum Chriſtianum nomen euertat.

Periclitatus Rhodus.

a Lib. 41. pag. 406.

20. Proferente ita latius in Europa Turcici imperij limites Mahomete, Ægyptius idemque Babylonius ſultanus Turcæ fœdere iunctus maximum incuſſit terrorem, ne ex Aſia Chriſtiani nominis reliquias, quæ Saracenicæ tyrannidi etiam tum obſtiterant, excinderet. Fremebant barbari, quod vnica Rhodus liberas ceruices efferret, ac plura conſilia, vt eam ſibi ſubijcerent, agitabant, quamobrem Pius Imperatorem, Reges, principeſque literis excitare conatus eſt [a], vt Rhodo periclitanti auxilia ſubmitterent: *Vt*, inquit, *a fide dignis accepimus claſſem munitiſſimam parant*, nimirum ſoldanus & Turca, *in Rhodum, quantum vniuerſis Chriſtianis conferat celſitudines veſtras credimus non latere: nihil enim præter hanc*, nempe Rhodum, *(quod dolenter reſcribimus) in illis oris ſub ditione Chriſtiana remanſit, quod in ipſorum Turcorum atque ſoldani non ceſſerit poteſtatem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXII. kal. martij pontificatus noſtri anno V.*

b Boſius hiſt. equit. Hieroſ. l. 8

Veneti Mahometi bellum inferunt.

c Gob. l. 11. & 12. Calcond. l. 10. Phran. l. 3 cap. 27. Sabel. l. 5. dec. 6. & alij.

21 Vexauit Turca Rhodum pluribus excurſionibus, viciſſimque a Rhodijs maritimis graſſationibus laceſſitus eſt: porro ſummum Rhodiorum equitum magiſtrum a Pio II. concitatum, vt ſecum ac Venetis, & Burgundo, & Hungariæ Rege armorum ſocietatem in Turcas iniret, refert Boſius [b]: ſuſceptum vero iam erat bellum a Venetis antequam Boſna amitteretur Aloyſio Lauredano ingentium animorum duce, qui Turcis ad Boſnenſem expeditionem profectis adiungendæ Veneto imperio Peloponeſi occaſionem arripuit [c]. Fauebant illi Macedones, totque auxilia in illius caſtra confluxere, vt ad triginta millia hominum in aciem poſſet educere. Illati Turcis belli hæ cauſæ propoſitæ, iniuriarum propulſatio, Chriſtianæ religionis tuitio; Argolica expugnatio, & Naupacti direptio contra fœdera barbaris obiectæ. Geſta initio a Venetis feliciter res eſt, Turciſque maxima formido iniecta, Peloponeſiacus iſthmus, qui inter duo maria Ionium & Ægeum milliarium ſex interuallo protenditur, eaque de cauſa Examilium nuncupatur, longo muro ac turribus ſupra centum & quadraginta, cum vetuſta extarent fundamenta, incredibili celeritate ductis vtrinque foſſis, internoque excitato aggere communitus eſt; Vbi vero Veneti Stephanum Regem Boſnæ infeliciter captum audiere, maxime trepidatum eſt, ne in eos Mahometes arma verteret, perque Dalmatiam irrumperet; quocirca Pontificis, ac Regum Chriſtianorum auxilium implorauerunt, Raguſini pariter, Georgius Macedoniæ princeps, deſpota Artæ, & alij quamplures conſilia, & opem ab eodem Pontifice popoſcere. Pius Venetias Beſſarionem Cardinalem Nicænum legauit, qui ſenatui ſpem auxilij daret, aſſereretque Chriſtianos Reges in ſacram expeditionem excitatum iri. Interim Raguſinis peditum ſupplementa, ac ſubſidiaria annona ſubmiſſa; ad Philippum vero Burgundiæ ducem Lucas Dalmata nobilis nuntius ire iuſſus, vt ipſum nuncupati in Turcas voti memorem faceret.

Examilio ducto ab vtroque mari muro cómunitum.

Plures principes a Pont. auxilia poſcunt.

Burgundus ad votum in opus pro uocandū admonitus.

a Gob. l. 12. Carnis deliciæ curas belli ſacri delent.

22 At Philippus moræ cauſas prætexere, atque in Anglos & Gallos, quorum oratores componendæ pacis gratia expectaret, deriuare: re autem vera, vt narrat Gobelinus [a]: *Laſciuienti inter delitias Burgundo quamquam ſeni, & modo in eboreis modo in palæſtris voluptates haurienti, cœnaſque lautiſſimas ad noctis vſque medium perducenti, cura religionis excidit*. Addit auctor auerſos fuiſſe etiam procerum animos a bello ſacro: *Purpurati*, inquit, *præterea expeditionem in Turcas peſtiferam ducere, principem ætate grauem prauo conſilio domum relinquere, ignotaſque prouincias bella quærere, Burgundis nimis remotam eſſe in Græcia militiam, nunquam reuerſurum ſi ierit. Sua quiſque metiri pericula, alij labores metuere, alij ſumptus, alij mutationem imperij animo voluere, pro mitiſſimo patre filium regnaturum, cuius non ſatis perſpectam naturam haberent, vereri ne clementiſſimo domino crudelis ſuccedat: illud euitari non poſſe, quin nouum dominum noui ſequantur miniſtri, ſibi relinquendam aulam eſſe ſiue in militiam proficiſcantur, ſiue domi maneant: deteſtari omnes propoſitum principis, & cum non auderent aduerſari palam Domino, cauſas moræ clam nectere, cardoque ſuapte natura nemo ſtimulum adhibere*.

Vexatus morbo ſe reū voti violati agnoſcit.

23 Dum ita in voluptatibus bacchabatur Burgundus, moneri a diuino Numine officij viſus eſt; quippe qui poſt tertiam noctis vigiliam inopino correptus morbo, abalienatis ſenſibus concidit, ac de illius ſalute amiſſa ſpes eſt: dein proximo die veluti miraculo reſtitutus, ſuam in ſpernendo voto perfidiam proceribus acceſitis accuſauit, profeſſus diuina tantum gratia vitam ſe accepiſſe, cum meruiſſet mortem ob abiectas de ſacra expeditione curas: proinde vt omnes ſacro operi ſe accingerent, imperauit. Vocato etiā Luca nuntio pontificio referre Pio iuſſit, appetente feſto die aſſumptæ in cælum Virgini ſacro, oratores de bello Turcis inferendo acturos ſe tranſmiſſurum, rogareque, vt die conſtituta principum Italorum oratores congregaret. Miſſus eſt quoque a Burgundo Guillelmus epiſcopus Tornacenſis, qui primum Pontifici ex arcano aperuit ſuſceptam a Philippo de adminiſtrando bello Turcico ſententiam: deinde ea de re elegantem Romæ in publico conſiſtorio habuit orationem; promiſitque Philippum proximo vere ducturum in Turcas copias ſuas, non ſenio, non ſanguini parſurum; nec ducis modo, verum & militis munus acturum. Excepta eſt ampliſſimis cum elogijs huiuſmodi Philippi legatio, pluraque in eius commendationem prolata; ſed quam repetere pudeat, cum hæc poſtea noua ſegnitie & perfidia ipſe labefactarit.

Mittit oratores ad Pont. pro inſtruendo bellico apparatu.

Conuocati a Pio Italorum principū oratores.

b Gob. l. 12.

24 Interea Pius poſtridie eius diei, acceſitis in concilium Italorum oratoribus, expoſitaque Philippi ſponſione, ſciſcitatus eſt, quæ tandem pro tuenda religione ſubſidia conferre vellent; ipſeque reſpondentibus admiſſurus lubenter onera, quæ ſedes Apoſtolica in tam iuſta cauſa imponeret, ſubiecit, vt inquit Gobelinus [b]: *Quid opus eſt multis immorari? Extat Mantuanum decretum, illud, ſi placet, ſeruabimus: in eo ſecundum vires diſtributa ſunt onera, clericis decimæ, Laicis trigeſimæ prouentuum trium annorum*

rum

Digitized by Google

rum impoſita ſunt. Iudais omnium bonorum vigeſima, laudauerunt hoc omnes populi, quamuis poſtea executio impedita eſt, Italia nouis bellorum motibus perturbata: nunc pax propemodum redit; licebit iam Turcis inferre bellum: pecunia, qua neceſſaria eſt, ſecundum decretum colligi poterit: vobis nec facilior vlla via occurrit, nec diſtributio æqualior. Ad hæc oratores Italiæ addidere, laudare ſe quidem illa tamquam priuatos, nullis tamen mandatis a principibus pro ijs admittendis fultos eſſe; conſulturos vero principes ſuos an æquis poſtulatis aſſentirentur. At inter hos oratores Venetus ſubiecit, non his adhortationibus egere ducem, qui iam Vrſatum Iuſtinianum valida inſtructum claſſe immiſiſſet, partemque Peloponeſi Turcis eripuiſſet; decumas, vigeſimas, trigeſimas ſenatus conſilio imperaſſet, nec rempublicam Venetam Pontifici in ea cauſa defuturam: ac tum Pius collaudatis Venetis, ad reliquos oratores conuerſus, vt omnem corradendi auri occaſione belli ſacri ſuſpicionem ab ſe remoueret, hæc dixit, vt refert Gobelinus a: *Ite, & veſtris dominis renuntiate, quæ diximus, atque hoc vnum adijcite, nos eorum pecunias minime cupere nec tangere illas velle, exigant ipſi a ſuis ſubditis argentum, atque in milites & naues erogent, quibus in bello poſſimus vti: ipſi duces ſibi deligant, & ſua nauibus affigant ſigna, libentius hoc auxilio, quam pecuniario ab eis accipiemus.*

Veneti nunquam Pontifici defuturos polliciti.

a Gob. l. 12.

25 Obſtitit his ex arcano Otho orator Florentinus, & inconſultum conſilium ſuggeſſit Pio, ne Venetos, qui iam bello ſe cum Turcis implicuerant, iuuaret ne, ſi Græciam ab ipſis ſubijci contingeret, illi qui ſe Romanæ reipublicæ ſucceſſiſſe iactarent, deinde aucti viribus Italiæ leges dare aggrederentur. Excuſſit eiuſmodi Florentinorum conſilia plena liuoris Pontifex, &, ni in Turcos iungerentur vires, pericula oſtendit. Tum proximo die vocatis in arcanum conciſtorium Cardinalibus expoſuit vti ſextus iam annus excurreret, ex quo ipſe pontificia ſede cōſcenſa bellum ſacrū pro vero Dei tuendo cultu promouere conſtituiſſet; ac multa de bello Neapolitano inter Ferdinandum & Renati Regis filium geſto, cuius leues ſupererant reliquiæ, tum pacato Piceno præfatus, ſuſceptum iam conſilium de imitando Chriſto, qui pro ſuis ſanguinem fudiſſet, inſtruenda claſſe, petenda Græcia, expugnandis Turcis explicuit, non aliam defendendæ religionis viam extare, fruſtra pro ſuſtentando crucesignato exercitu imperatas decumas, fruſtra Mantuanos conuentus celebratos, neque iam verbis, ſed operum exemplis ad officium adduci populos, atque ad pium ardorem concitari poſſe, tum hæc ſubdidit b.

Florentinorum in Venetos inuidia.

b Gob. l. 10.

Pij oratio.

Principatus facile his modis retinetur, quibus ab initio partus eſt: abſtinentia, caſtitas, innocentia, zelus fidei, religionis feruor; contemptus mortis, martyrijque cupido Romanam eccleſiam toti orbi præfecerunt. Primi Petrus & Paulus inclyto martyrio dicauerunt: ſecuti deinde Pontifices alter poſt alterum longa ſerie ad gentilium tribunalia rapti, dum falſos deos accuſant, Chriſtumque verum & ſingularem Deum manifeſta voce fatentur exquiſitis ſupplicijs mortem obiere; eoque pacto nouellæ plantationi conſuluerunt. Credidere diſcipuli magiſtros vera locutos, qui ſua doctrina mortem firmaſſent, nec vllis potuerant ab ea tormentis auelli, veri & probati paſtores, qui pro gregibus ſuis animam poſuerunt, magiſtrum & dominum imitati Ieſum æternum, & optimum paſtorem, qui pro ſuis ouibus in ara crucis occiſus humanum genus pro patri reconciliauit. Conuerſis deinde ad Chriſtum Romanis, apertis eccleſijs, & euangelio paſſim diſſeminato, ceſſauere martyria, & ſancti confeſſores introiere, qui doctrina lumine ſanctiorique vitæ fulgore non minus Chriſtianis plebibus profuerunt, quam martyres, vitijs hominum frænum ponentes, quæ ſolent in pace latius euagari. Ab his & ab illis Eccleſia noſtra magna effecta eſt. Seruari non poteſt niſi prædeceſſores noſtros imitemur, qui regnum Eccleſiæ condidere, nec ſatis eſt confeſſores eſſe, prædicare populis, fulminare vitia, virtutes in cœlum tollere: ad priores illos aſcendendum eſt, qui pro teſtamento Domini ſua corpora tradiderunt. Nihil eſt, quod pro ſalute gregis nobis commiſſi perpeti non debeamus, etiamſi anima ponenda ſit. Turca modo iſtam modo illam Chriſtianorum prouinciam vaſtant. Boſna hoc anno capta eſt, & Rex gentis obtruncatus: trepidant Hungari, trepidant vicini omnes, quid agemus? armatas illis copias mittemus obuiam? non eſt aurum, vnde parentur: quid ergo? Reges hortabimur illis occurrant, atque hoſtes e noſtris finibus propulſent? at hoc fruſtra tentatum eſt. Non belle dicitur; Ite, fortaſſe melius audient. Venite; hoc tentare libet. Stat ſententia in bellum contra Turcas pergere, Chriſtianoſque principes, vt nos ſequantur, facto ſimul, & verbis inuitare: fortaſſe cum viderint magiſtrum, & patrem ſuum Romanum Pontificem Ieſu Chriſti vicarium, ſenem & ægrotum in bella vadentem, pudebit eos manere domi, arma capient, defenſionemque ſacræ religionis fortibus animis amplectentur. Hac niſi via Chriſtianos in bellum excitat, neſcimus aliam: hanc ingredi placet. Scimus rem ſeni noſtro prægrauem eſſe, noſque ad certam quodammodo mortem profecturos; neque hanc recuſamus: cuncta Deo committimus. Fiat voluntas eius. Moriendum nobis aliquando eſt, neque intereſt quo in loco dum bene moriamur: beati qui moriuntur in obſequio Domini: mors bona malam vitam redimit: nobiſcum bene actum putabimus, ſi Deo placuerit in eius ſeruitio noſtros finiri dies.

Vt eccleſia a martyribus firmata ſit.

In extremo diſcrimine Pij conſiliũ.

Decernit morti occumbere in promouenda Chriſti cauſa.

26 *Vos, qui tantopere nos adhortati eſtis in Turcas bellum mouere, domi in otio remanere non decet: oportet membra ſuo coaptari capiti, & illud ſequi, quocumque ierit: quod agimus neceſſitatis eſt: promiſſa eſt profectio noſtra Philippo Burgundiæ duci*, & infra, *promiſſa duci & Venetis profectio, ſine dedecore ſummaque turpitudine negari non poteſt: non eſt integra res: ire oportet: periculoſum iter ingredimur, non negamus, nobis ſcilicet, qui ſenes, & valetudinarij ſumus, cæteris non item, quando ſpes magna victoriæ conſequendæ oblata eſt; neque enim ſoli in hoſtem pergimus. Venetorum valida claſſis, & maris domina nos comitabitur, aderunt & alij potentatus Italiæ, dux Burgundiæ occidentem attrahet ſecum, a ſeptentrione vrgebit Hungarus, & Sarmata, rebellabunt per Græciam Chriſtiani, atque in caſtra noſtra procurrent: Albani, Seruij, Epirotæ libertatis tempus aduenisse gaudebunt, & partes noſtras adiuuabunt: nec deerunt in Aſia motus Caramani, & Ianſa & aliorum, qui Ottomannos oderunt. Adſit tantum diuinus fauor ad victoriam, cætera ſuccurrent. nec nos pugnaturi pergimus corpore debiles, & ſacerdotio fungentes, cuius non eſt proprium verſare ferrum: Moyſem illum ſanctum patrem imitabimur, qui pugnante aduerſus Amalecitas Iſraele orabat in monte: ſtabimus in alta puppe, aut in aliquo montis ſupercilio, habenteſque ante oculos diuinam Euchariſtiam, ideſt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ab eo ſalutem & victoriam pugnantibus noſtris militibus implorabimus; cor contritum & humiliatum non*

Qui futura ſint bella ſocij.

De Caramano & alijs ſpes concepta.

Locata in diuino auxilio Pontificis confidentia.

non deſpiciet Dominus: eritis & vos nobiſcum, exceptis ſenibus, quibus vt remaneant ignoſcimus, orabitiſque pariter & operibus bonis Chriſtiano populo diuinitatem reddetis propitiam.

Qua ratione ditioni eccleſiaſticæ conſulendum.

De legatis duob^s creandis.

Cogitatis dum iſta dicimus, quod erit interea Romano regimen eccleſiæ: recuſabunt vltramontani vltra montes ſequi, nec in abſentia tua ſatis tutum erit Eccleſiæ patrimonium: iſthuc pergimus, omnia prouiſo ſunt. Audite: Romanam curiam & omnia eius officia, & duos pariter legatos ex ordine veſtro apud vrbem relinquemus, alter ſpiritualibus negotijs præerit; temporalibus alter: inuenient omnes quod quærent non iniqua petentes, maiores tantum cauſæ & perdifficiles & raræ ad nos deferentur. Vicarior noſter iuſtitiam temperabit, beneficia conferet, viduatis prouidebit eccleſijs, ſuccurret egentibus, diſpenſabit & elargietur gratias pro dignitate & perſonarum meritis. Alter ſubditis eccleſiæ ius dicet, & hoſtem propulſabit præſidio militum fultus, quorum ductor erit Antonius nepos noſter. Huic equitum tria millia, peditum duo millia relinquemus, quorum pars apud Picenſes manebit. Hoc pacto, quantum humana poſſumus ratione proſpicere, in tuto dimittemus omnia. Sed nihil eſt in quo magis ſperemus quam in Altiſſimi adiutorio; niſi enim Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Pro Deo noſtro propriam ſedem & Romanam eccleſiam relinquimus, & hanc canitiem, atque hoc debile corpus ſuæ pietati deuouemus. Non erit immemor noſtri: ſi non dabit reditum, dabit in cælum aditum, & primam ſedem ſponſamque ſuam indemnem conſeruabit. Audiſtis propoſiti noſtri ſeriem: vos nunc viciſſim animi veſtri ſententias promite.

Se Chriſto deuouet Pius pro tuenda eius cauſa.

27 Hæc dicta ſuſpirijs lachrymiſque crebro intereieſa altius infixa ſunt animis Cardinalium, qui etiam a lachrymis temperare non potuerunt. Prior in ſacro collegio Cardinalis Oſtienſis idemque archiepiſcopus Rhotomagenſis Pontificem laudibus extulit, ſeque eum per tumida procellis maria ſecuturum profeſſus eſt. Cardinalis etiam Caruaial epiſcopus, interpuncta ſingultibus voce, hæc addidit: *Hominem te hactenus exiſtimaui Pontifex, nunc angelum iudico: viciſti opinionem meam: Deus adſit tuis cœptis, ego lateri tuo ſemper comes adero, ſiue aqua ſiue terra ſit iter habendum, nec te per flammas euntem deſeram, quando recta in cælum vadis.* His non diſparia cæteri ordine ſuo ſubiecere, exceptis Spoletano, qui antea ab eo conſilio Pium abducere niſus fuerat, & iterum plures propoſuit difficultates, quæ a Pontifice diſcuſſæ fuere, & Ioanne Atrebatenſi, qui ea in re ſemper Pio reſtitit.

Cardinales ſe illū ſecuturos profeſſi.

Reſiſtunt duo Pij concilio.

28 Interea [a] oratores Italorum principum ab ijs reſponſum de petitis ſubſidijs elicuere: Mantuanum decretum de indictis decumis, vigeſimis, & trigeſimis Ferdinandus Neapolitanus Rex, Franciſcus Mediolanenſium dux, Borſius Areſtinus, Ludouicus marchio Mantuanus, tum Lucenſes admiſere; Florentini inania dedere verba, Genuenſes, Sabaudus, Montisferratenſis quamuis rogati, neminem ad conuentum legarunt. Quæ dum gerebantur, Veneti cum Turcis certabant in Peloponeſo, atque octo equitum barbarorum millia ex Attica ad deijcienda iſthmi Corinthiaci mœnia prouolarunt: ſed iam aucto admodum opere non ſine damno propulſati fuerunt. Lemnos præterea, & complures Ægei maris inſulæ dictæ Cyclades, excuſſo Turcico iugo, ad Venetum imperium deſciuere. Quibus auditis Pontifex [b] decretum de ineunda in Turcas expeditione Cardinalium aſſenſu editum in celebri cœtu ad vndecimum kal. nouembris huius anni promulgauit. Extat illud inter cætera Pij opera typis excuſum [a], in quo primum præfatus, vt expugnata Conſtantinopoli Nicolaus V. & Calliſtus III. Chriſtianos Reges ad comprimendam Turcicam tyrannidem concitare fuerint niſi obſurduerint vero ad eorum voces populi: ex Pannonia tantum, & Germania pauci ijque ignobiles, ſed in diuinitatis conſpectu clariſſimi, accepto crucis ſymbolo ad Albam Græcam Mahometem religioni inſultantem profligarint; ſubdit Pius, vt ipſe Calliſto in apoſtolatus munere, & fidei tuendæ cura ſucceſſerit, Mantuanos cœtus celebrarit, quidue egerit, & quæ ſint conſecuta, his verbis deſcribit.

a Gob. l. 12

Itali principes præcipui Mantuanum decretū admittūt.

Turci iſthmo corinthiaco propulſati.

Lemnos & cyclades ex ijs recuperatæ.

b Id. ib.

a Aen. Syl. lib. epiſt. n. 397 & n. 5. bibl. Vall. ſign. n. 19 pag. 131.

Decretū Pij de ſacra expeditione in Turcos obeū da.

Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus.

29 Ezechielis prophetæ magna ſententia eſt, venientem gladium niſi nunciauerit ſpeculator animarum, quæ perierint, ſanguinem de manu eius requirendum fore: quod veriti ſanctæ memoriæ prædeceſſores noſtri Nicolaus V. & Calliſtus III. ab eo tempore, quo Turcorum efferata rabies Conſtantinopolim expugnauit, venturum ad interiora Chriſtianitatis hoſtilem gladium clamare non ceſſauerunt, & commonere Chriſtianos principes, ac populos quanto in periculo eſſet noſtra religio, niſi occurreretur hoſtibus, priuſquam magis inualeſcerent: ſuaſere vt arma ſumerent, defenſionem catholicæ fidei ſubirent, furentibus beſtijs obuiarent, nec ſinerent immanem draconem Mahumetum fideles deuorare animas. Videbant ferocem illius animum occupata Conſtantinopoli minime quieturum, cuius inexplebilis eſſet dominandi cupiditas: nec dubium quin orientali ſubiecto imperio ad occidentale aſpiraret. Annunciata eſt in tempore futura calamitas, ſed non eſt credita; non fuerunt auditæ ſanctorum paſtorum voces, vtiles admonitiones ſurda pertranſiuit aure populus Chriſtianus: Hungari tantum ſub Calliſto vigilantes arma ſumpſerunt, qui de tuendo regno ſoliciti, dum ſuos fines obſeruant, cuſtodiunt noſtros: ex ipſis Hungaris & Teutonibus magna ex parte & alijs vicinis non pauci, quamuis pauperes & ſecundum ſæculum ignobiles, inclyti vero in conſpectu Dei, crucem Domini aſſumpſerunt, & magno in hoſtes ſpiritu perrexerunt, quorum potiſſime auſibus apud Albam græcam, quam noſtri Belgradum vocant, Turcorum ingentes copiæ profligatæ fuerunt, & Maumethes ille terribilis ac ferox turpem arripuit fugam; nationes aliæ, tanquam nihil ad eas Turcorum facta pertinerent, in ſuis ſedibus quietæ manſerunt.

Sæpius moniti Reges de imminente a Turcis periculo.

Nos deinde, ſicut Domino placuit, quamuis indigni tanto munere, Calliſto ſucceſſimus, qui mox in apoſtolatus initio Mantuanum conuentum indiximus, in quo de communi vtilitate communibus Chriſtianorum conſilijs ageremus. Venit in mentem quod per Iſaiam ſcribitur: *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Syon: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem: exalta, noli timere, vocem tuam*, dictum id nobis putauimus ſatisfecimus, vt arbitramur, præcepto: affuimus in tempore præfinito non ſine ſumptu, & labore graui: oſtendimus fidelibus Chriſtianis vulnera ſua, & quæ paſſi fuerant, & quæ paſſuri videbantur, niſi ſeipſos aduerſus Turcas defenderent:

Fruſtra ſolicitati vt arma in Turcas ſtringerent.

reat: clamauimus, quaſi tuba exaltauimus vocem noſtram: audiuit omnis Eccleſia, ſed non exaudiuit verba noſtra, non fuit plus ponderis noſtris, quam prædeceſſoris vocibus, fruſtra conati ſumus, incaſſum abiere labores.

30 Interea quantum creuerunt Turcorum vires, difficile dictu eſt, auditu miſerum. A mari Pontico vſque ad amnem Sauum, & ab Ægeo pelago vſque ad Danubium nobiliſſimas interiacentes prouincias ſuæ poſſeſſionis fecere. Tranſiuerunt & ipſum Danubium, Vvalachiæque magnam partem occupauerunt. Penetrauerunt & Sauum atque agros Hungariæ longe lateque vaſtauerunt. Hoc anno Boſnam inuaſerunt, vniuerſumque regnum ſibi ſubiecerunt, & inſulam Lesbon.

Turcarũ in victos perfida crudelitas.

Quanta vero crudelitate in ſubactis vrbibus ac prouincijs vſi ſunt, horret animus dicere: in Conſtantinopoli Græcorum Imperator obtruncatus eſt, & caput eius haſta ſuffixum per caſtra delatũ eſt: Raſcianis principibus eruti ſunt oculi: in Lesbo multitudo puberum palo transfixa: in Boſna Regem, qui ſalutem pactus ſeſe dederat cum patruo ſuo, Mahometes ipſe humano ſanguine inſatiabilis ſua manu, vt fertur, iugulauit. Quis nobiles viros, quis ſacerdotes commemorauerit ad cædem raptos, ſenes & iuuenes in plateis immaniſſime trucidatos? vbique cruor cæſorum viſus, vbique morientium gemitus auditus, nulla reuerentia matronarum, nulla virginum, fœdum relatu eſt quantum hoc genus hominum in libidine ſit immerſum, cui omnes abhominationes gentium pſeudopropheta, quem venerantur, indulſit.

Impia ſacrilegia in rebus ſacris cõculcandis

Quid de ſacroſanctis eccleſijs dicemus? templum illud S. Sophiæ Iuſtiniani opus toto orbe memorabile Mahometis ſpurcitijs reſeruatum eſt: reliqua ſacraria aut diruta ſunt, aut polluta: altaria diſiecta, aut protrita: imagines ſanctorum deletæ aut luto fœdatæ, nulla ſaluatoris Chriſti aut glorioſiſſimæ Matris eius ſtatua ſine ſingulari probro dimiſſa: ſimulachrum Crucifixi per deriſionem in caſtra delatum, ſaxis & luto petitum, & tandem in cœno relictum. O domine Deus: *Venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ: effuderunt ſanguinem eorum, & non erat qui ſepeliret.* Quamuis non poteſt lædi tua maieſtas, nec tua gloria minui, decet tamen ſeruos tuos, decet nos miſeros Chriſtianos, quæ tuam velut in contumeliam fiunt, totis conatibus auertere atque vlciſci: *Et infra.*

Ob ſacrũ intermiſſum bellum omnia in peius lapſa.

31 Maiores noſtri Ieroſolymam perdidere, & omnem Aſiam, & Lybiam: noſtro tempore Græcia eſt amiſſa, & Europæ maxima pars: in angulum orbis redacta Chriſtianitas eſt: Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti ſepulchrum, niſi Saraceni velint, videre non poſſumus; quæ illus cauſa nobis illud oſtendunt. Patriarchales ſedes veneratu digniſſimæ Conſtantinopolitana, Antiochena, Alexandrina, & Ieroſolymitana iugo ſeruitutis oppreſſæ a Saracenis occupantur, aut a Turcis, non ſine dedecore & ignominia Chriſtiani nominis. Romanam eccleſiam matrem omnium fidelium, ac magiſtram, quam beati Apoſtoli Petrus & Paulus ſuo martyrio dedicarunt, nunc nobis eripere Mahometes interminatur, & faciet, niſi tandem excitemur a ſomno, & conatus eius ſtudemus elidere: *Et infra.*

Alios hactenus exhortati ſumus defenſionem fidei ſuſcipere, atque in bellum ire, miſſuri legatos, & alia facturi, quæ noſtræ facultates ſufferre poſſent, manſuri pro neceſſitatibus Eccleſiæ apud ſepta ouium, quæ reſtant nondum expugnata; nunc maiora promittemus, & quando aliter excitare Chriſtianorum torpentia corda non valemus, nos ipſos periculis obiectabimus, noſtrumque caput aduerſus Turcos offeremus in bellum, & quantum nobis eccleſia Romana, & patrimonium B. Petri miniſtrare poterit, tantum pro fide catholica protegenda exponemus, & profundemus in hoc itinere, nec ſoli proficiſcemur in hoſtes, clariſſimo enim genere natus, & amabilis Deo princeps Philippus Burgundiæ dux in hanc expeditionem venturum ſe offert, non ſine delecta militum manu, & exercitu valido: potentis & clari Venetorum ducis Chriſtophori Mauri ingens & formidanda claſſis ſuperioribus menſibus in Græciam nauigauit, totamque fere Peloponeſum vi atque armis eripuit hoſti, Iſthmumque peninſulæ, qui ſex millibus paſſuum inter duo maria patet, vndecim, vt aiunt, diebus excitatis muris ac turribus clauſit, memorabile factum, & inter præclara veterum opera numerandum: hæc eadem claſſis, vt promiſſum eſt, nobis non deerit. Spondent quoque & cæteri Italiæ potentatus pro ſua religione, & in commune bonum affectione præcipua tam ſancto digna opere auxilia. Fauente nobis Altiſſimo, maritimum bellum feliciter abſoluemus, quoniam non ſunt Turci pares in pelago Venetis.

Conſtanter Pius omnia pro Chriſti obſequio profundenda

Burgundum ac Venetum ſocios futuros exponit.

32 Ex altera parte in terra pugnabunt Hungari, genus hominum in bello ferox, & iam Turcos vincere didicerunt. Inclytus Rex gentis huius Matthias iam coronam, & pacem in regno conſecutus ingentes poterit deriuare, atque in prælium ducere copias. Hæc nobis certiſſima ſunt belli præſidia, cum his ibimus, cum his Dei prælium decertabimus. Erunt & Albani nobiſcum & multi per Græciam, vt ſperamus, & aliæ hoſti ſubiectæ prouinciæ, a Turcis deficientes, caſtra noſtra ſequentur; Chriſtiani enim ſunt, oderuntque Mahometem: hoſti parent coacti metu, qui non eſt diuturnus magiſter officij, vt primum ſpes libertatis affuerit, aduerſus inſolentes dominos cornua erigent. Nec deerunt in Aſia motus, vt ſunt in omni gente atque in omni prouincia male pacati homines, & nouitatum cupidi, qui tempus expectant: non erit facile Turcis tot locis occurrere: difficile defenditur, quod vndique a multis oppugnatur. Quod ſi quis innumerabiles hoſtium copias eſſe dixerit, nec putauerit in caſtris fidelibus parem numerum cogi poſſe, reſpondemus, multum inter ſe diſtare homines, & alios natura imbelles eſſe, alios feroces; virtus ſpectanda magis eſt, quam numerus: non eſt in multitudine exercitus victoria belli, de cælo fortitudo conceditur: tam facile Deo noſtro eſt in paucis vincere, quam in multis: noſtra cauſa Dei eſt, pro lege Dei pugnabimus: ipſe Deus conteret hoſtes ante faciem noſtram.

Mathiã Regem Vngaricum exercitũ educturum.

Albaneſes caſtra ſequuturos.

Græcos correpturos arma pro excutienda tyrannide.

Audimus ſuſurrare aliquos, non deſunt qui murmurantes aiunt, quid ages in bello ſenex, ægrotus, ſacerdos? non eſt bellare tuum, nec potes nec debes ferire gladio, qui loco eius ſuffectus es, cui præcepit Dominus, gladium in vaginam mittere. Reges tuo iuſſu tenentur enſes exerere, tuum eſt iuſta bella gerentibus benedicere. Fatemur non conuenit nobis effundere

Confutatæ argutiæ negãtium ſuſcipiendã expeditionem.

ſan-

Digitized by Google

ſanguinem, quando per alios poſſumus iuſtitiæ fideique neceſſitati ſubuenire: quod ſi religio in periculo eſt, & abſque noſtro non poteſt ferro defendi, non eſt nobis vetitum, quod Samueli, & Eliæ legitur fuiſſe permiſſum: ſed non eſt hoc propoſitum noſtrum, vt gladio pugnemus in bello; nam quo pacto ſtrinxerimus enſem, qui vix manum ad benedicendum populum poſſumus eleuare? Oratione pugnabimus, non ferro, precibus adiuuabimus præliantes, non brachijs: erimus in alta puppi aut in aliquo monte propinquo dum præliabitur, & noſtris benedicemus, hoſtibus vero maledicemus; quemadmodum de Moyſe legitur in bello Amalechitarum, quo orante vincebat Iſrael, ceſſante orare ſuccumbebat. Orabimus & nos ſine intermiſſione pro bellatoribus noſtris, hoc præſtare poterimus, hoc ſedulo faciemus, cor contritum & humiliatum non deſpiciet Dominus: poſſemus & hoc ipſum domi manentes facere, nec minus valerent preces: ſed non eſt ſola orationis cauſa, quæ nos propriam ſedem relinquere cogit, & in bellum trahit; vt alios excitemus pergimus, exemplo noſtro quamplurimos inuitare ſtudemus: ſequentur & nos venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales, quemadmodum ad hoc ipſum, qui validi ſunt, ſponte ſe obtulerunt. Sequentur & epiſcopi complures, & alij minoris ordinis ſacerdotes & clerici non oraturi tantum, verum etiam pugnaturi, cum res ipſa poſtulauerit: expertas quoque bellorum & robuſtiſſimas militum cohortes, & fortia pectora iuuenum ex agris Eccleſiæ ducemus ad prælium, qui nobis oratione pugnantibus, ferro pugnabunt. Ibimus excelſo dominicæ crucis vexillo, ſacratiſſimum Chriſti corpus præcedet, & ſanctarum reliquiarum arcula: Saluatorem in bella vadentem ſequemur, ipſi cohærebimus, ipſi preces aſſiduas porrigemus, ab ipſo ſalutem implorabimus, miſerebitur noſtri, vt arbitramur, pijſſimus Ieſus, nec populum ſuum in hoſtium manus venire permittet, cuius pretioſiſſimus ſanguis in ara crucis a maligno nos hoſte liberauit.

Reſpondet Pius non ferro ſed precibus ſe pugnaturum.

33 Et quis erit Chriſtianorum tam feri, tam lapidei, tam ferrei pectoris, qui, audiens Romanum Pontificem B. Petri ſucceſſorem, domini noſtri Ieſu Chriſti vicarium, æternæ vitæ clauigerum, patrem, ac magiſtrum vniuerſorum fidelium cum ſacro ſenatu Cardinalium clerique multitudine in bellum pergere pro tuenda religione, libens domi remaneat? & quæ poterit excuſatio quemquam iuuare? ſenex, debilis, ægrotus in expeditionem pergit, & tu iuuenis ſano, ac robuſto corpore domi deliteſces? Summus ſacerdos, Cardinales, epiſcopi prælium petunt, & tu miles, tu baro, tu comes, tu marchio, tu dux, tu Rex, tu Imperator in ædibus proprijs ociaberis? Siccine peruerti hominum officia patieris, vt quæ ſunt Regum, ſacerdotes agant, quæ nobilitati conueniunt, ſubire clerum oporteat? neceſſitas ire nos vrget, quia, non poſſumus alio pacto pro diuinæ legis defenſione Chriſtianorum animos commouere. Vtinam hoc modo commoueamus.

Adimenda tunc ſegnibus excuſationum diffugia.

Non pergimus in bellum tanquam noſtri ſit officij, ſed quoniam aliter conſulere fidei non valemus; neſcimus an hoc ſufficiens remedium erit. Mandauit Dominus B. Petro, vt titubantes fratres ſua conuerſione confirmaret, dicens: *Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Quod Petro dictum eſt, & nobis dictum intelligimus: confirmare fratres, qui titubant, debemus: confirmabimus vos fratres, & filios vt ſperamus hac profectione noſtra: & ita non præualebunt portæ inferi aduerſus Eccleſiam Dei nobis commiſſam. An denegabitis nobis auxilia veſtra, & caput veſtrum patrem, ac magiſtrum in hoſtes proficiſcentem fideles Chriſtiani relinquetis? en quanta vobis erit gloria crucem Domini cum ſacratiſſimo corpore Ieſu, ipſumque Romanum præſulem ſine veſtris præſidijs in hoſtem pergere.

Commonuit principes officij.

Noſcite Reges, ac principes officium veſtrum, idcirco gladium geritis, vt Eccleſiam fidemque tueamini, atque vt malos & iniquos homines debita pœna coerceatis: et quinam homines peiores quam Turci reperiuntur, qui fidem S. Trinitatis abijcientes, & ſaluatorem Chriſtum verum Deum eſſe negantes, abominabilem Mahometis complexi legem in omnia ſcelera prolabuntur, & iam maximam orbis partem ſuis nefandiſſimis abuſibus fœdauerunt, & legem conantur euangelicam diſſipare? Aduerſus hos gladium dedit vobis diuina maieſtas, in hos illum exercere debetis, ac diuinam vlciſci contumeliam. An non pudet tandiu tam fœdam gentem tam turpiter in Chriſtianos eſſe graſſatam?

34 An bellum non ſatis iuſtum, non ſatis neceſſarium eſſe putatis aduerſus nationes, quæ conuenerunt diſperdere vos, & ſancta veſtra? Accingamini iam tandem, & quoniam ſine nobis ire non voluiſtis, ite nobiſcum: ſumite arma & ſcutum, & venite in auxilium noſtrum, immo vero veſtrum, & vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ: *Et infra:* Mementote profeſſionis veſtræ, quam in baptiſmate ſubijſtis: cogitate quantum Deo tenemini, & quantum proximo, reddite vicem pro ſuſceptis beneficijs: eſtote grati Altiſſimo, qui vos creauit ex nihilo, nec animalia bruta aut lapides, ſed homines rationales eſſe voluit, & cum primi parentis culpa damnati eſſetis, ac mancipia facti dæmonum, miſit Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, qui morte ſua mortem veſtram deleret: ſtupenda & inextimabilis charitas, vt ſeruum redimeret filio ſuo non pepercit. Dominus Ieſus in cruce pro nobis inter latrones pependit, innocens agnus cum ſceleratis deputatus eſt: ſpecioſus forma præ filijs hominum euerberatus laceratus ab impijs, deformis apparuit, a planta pedis vſque ad verticem non erat in eo ſanitas, neque ſpecies, neque decor; ſic placuit Patri, qui propter peccata noſtra tradidit illum, propitiatorem enim propoſuit eum per fidem in ſanguine ſuo: iniquitates noſtras ipſe portauit, & liuore eius ſanati ſumus, qui, cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius.

Hortatoria ad Chriſtianos oratio.

35 O crudelis Chriſtiane, o ingrate, o mentis inops, poteſne iſta audire, & non animo commoueri, & non cupere pro illo mori, qui pro te mortuus eſt? De honore illius agitur, qui te de diabolica ſeruitute pretioſiſſimo ſanguine ſuo redemit, de Chriſti nomine diſceptatur, de fide catholica, de baptiſmo, de cæteris Eccleſiæ Sacramentis, de ſacroſancto euangelio: aduerſus hæc omnia Turci militant, hæc euertere ac delere prorſus conantur, & tu nihil contra moliris? Quid agis iners? redde te gratum Deo,

Apoſtrophe vt pro Chriſto arma ſtringant.

Dei, & cogita quonam pacto creatori Redemptorique tuo aliqua ex parte ſatisfacias, & quoniam peccator es, redime tuas iniquitates hac tam ſancta, & ſalutifera profectione. An diuitias bonitatis Domini, & patientiæ, & longanimitatis eius contemnis? An ignoras quoniam bonitas Dei ad pœnitentiam te adduxit? Caue ne ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor, iram tibi theſaurizes in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: conuertere & agito pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus tuis, & non erit tibi ruina: propterea expectat Dominus, vt miſereatur tui: proijce præuaricationes antiquas, & fac tibi cor nouum, & ſpiritum nouum, & veni milita pro Domino, ne morte moriaris æterna. Cogita de proximis tuis, & fratribus Chriſtianis, qui vel ſunt in captiuitate Turcorum dura ſeruitute preſſi, vel captiuari in dies, atque in ſeruitutem rapi verentur. Si homo es, humanitas te trahere debet, vt opem feras homini indigna ferenti: ſi Chriſtianus, pietas euangelica, qua iubemur proximos tanquam noſmetipſos diligere. Conſidera proximorum tuorum Chriſtifidelium ærumnas, in quos Turci deſæuiunt: filij e complexu parentum, & infantes ab vberibus matrum eripiuntur, violantur vxores in conſpectu virorum; ſenes tanquam inutiles occiduntur, iuuenes tanquam boues aratro iunguntur, & terram vomere vertunt: miſerere fratrum tuorum, affer opem tam dura ferentibus.

Miſereatur tot Chriſtianorum.

Quod ſi nihil horum te trahit, de tua ſalute cogita, nec te tutum idcirco exiſtimes, quia manſionem fortaſſe procul a Turcis ſortitus es: nemo tam remotus eſt, quin reperiri queat, ſi vicinum dimiſerit in periculo: ſi eum, qui ante te proximus eſt igni dimiſeris, & ipſe ſimiliter a vicino, qui retro te habitat, dimitteris: tales oportet nos eſſe in alios, quales in nos illos cupimus inuenire. Nolite auxilia Gallorum ſperare Teutones, niſi & vos Hungaris, nec vos Galli Hiſpanorum, niſi Teutonicis opem fertis: qua enim menſura menſi fueritis, eadem remetietur & vobis. Nec propterea ſibi quiſquam blandiatur, quoniam principatu polleat, aut regno; Conſtantinopolitanus Imperator, & Trapezuntinus, & Rex Boſnæ, & Raſcij domini, & alij quamplures principes capti, & crudeliter occiſi, quid ſit expectandum edocent: nihil tam contrarium Mahometi quam nomen regium: orientis adeptus imperium ad occidentale feſtinat, nouam erigere monarchiam conatur vni Turcorum imperio, & vni Mahometeæ legi cuncta ſubmittere ſtudet. Si poteſtis talia ferre, principes ac populi Chriſtiani, manete domi, nec iam de ſubuertenda formidabili Turcorum potentia cogitate: at ſi ſeruile iugum horretis, ſi contumeliam Dei, & proximi tolerare nequitis, ſi pudet ſemiuiros Aſiaticos Græcorum gentem, quod nunquam antea fecerunt, ſubegiſſe, eoque ſuperbiæ prorupiſſe, vt Europam ſibi totam breui tempore parituram ſperent, ſi cor virile vobis eſt, cor nobile, cor altum, cor Chriſtianum ſequimini veſtigia patris veſtri, ſequimini caſtra noſtra, venite in auxilium fidei, venite in auxilium fratrum veſtrorum, opponite vos murum pro domo Dei: cogitate de veſtra ſalute, de veſtra gloria: nolite permittere, vt ſine veſtris auxilijs proficiſcamur in Turcos; mittite ſubſidiarias acies, iuuate Chriſtianum exercitum: quanto fortiores ibimus, tanto citius, auxiliante Domino, cum victoria reuertemur.

Plura regna exciſa quia proximorum nullus eſt miſertus.

Nec putetis inſuperabiles Turcos eſſe, & vinci & poſſunt, & ſæpe victi fuerunt: quantum valerent arma Turcorum Belgradum oſtendit: minor eſt Turcorum potentia, quam fama fertur; imbellem atque inermem multitudinem ad prælium ducunt, quam tanquam pecudum gregem diſſipare licebit: nec ipſa Turcorum agmina grauioris armaturæ vſum didicere: raras loricas, rariores thoraces induunt, nec galeas more noſtro lucentes oſtendunt, raro teguntur corpora ferro, acinace vtuntur & arcu, parma ſe protegunt & galeis, piloſa quadam materia duraque contextis: quod ſi in Latinas inciderint acies rigentes chalybe ferrataſque haſtas, & cataphractos equos, & manubaliſtarum ſagittas intelligent ſe cum mulieribus hactenus pugnaſſe, nunc cum viris eſſe certandum. Diximus quæ nobis hactenus promiſſa ſunt auxilia, & quanta ſpe victoriæ procedamus.

Non formidanda Turcorũ arma.

36 Quod ſi vos quoque coniunxeritis arma, & auxiliares addideritis turmas, multo alacriores ibimus, nec dubium quin orientales ingreſſi prouincias tanto maiorem ad nos concurſum inueniemus dedentium ſe populorum, quanto validior fuerit noſter exercitus. Si mouebimini vos Chriſtiani occidentales, & animarum veſtrarum paſtorem ſecuti fueritis, mouebuntur & multi ex Græcia atque Aſia Chriſtiani, qui verum eſſe Chriſti vicarium Romanum Pontificem non dubitant. Iamdiu non fuit in Oriente Romanus præſul: vt primum innotuerit aduentaſſe Latinam claſſem Romanum vehentem præſulem, innumerabiles turmæ, non dubitamus, ad viſendum B. Petri ſucceſſorem cum fletu & lachrymis, ſacros oſculaturi pedes, accurrent, ſeque & ſua promittent ei. Hac ſpe freti, venerabiles fratres, ac filij dilectiſſimi, his rationibus perſuaſi, his conſilijs moti, venerabilibus fratribus noſtris Cardinalibus hoc ipſum ſuadentibus, corpus noſtrum canitiemque noſtram, & ſeniles ac debiles artus huic ſanctæ expeditioni conſecramus, Dominoque commendamus, ſtatuentes circa nonas iunias, quæ proxime inſtant, Anconam petere, atque in eius portu nauem conſcendere, & cum ea claſſe, quam interim noſtro & aliorum ſumptu poterimus inſtruere, Adriaticum ingredi pelagus, & vlterius recto itinere aduerſus hoſtes fidei proficiſci: non dubitantes quin Philippus Burgundiæ dux, maritimis armatus copijs, ad idem tempus præſto adſit, Venetique validam claſſem, de qua dictum eſt, expeditam in mari habeant, & tam ille quam iſti ſeſe nobis coniungant ſub vexillis Eccleſiæ, ac viuificæ crucis ſigno aduerſus impios Turcos auctore Domino feliciter pugnaturi: crucesignati autem, qui ſuis aut mittentium ſumptibus in hac pia expeditione militaturi ſunt, vt nauigia æquo pretio ad traijciendum a Venetis habeant, curabimus.

Allatæ ſpes de Græcis ad Pontificem cõcurſuris.

Deliberatum in Adriatico mari conſcendendam claſſem.

37 Eapropter vos omnes & ſingulos Cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, & cuiuſcumque conditionis viros eccleſiaſticos, religioſos & ſæculares, qui de ſorte Domini effecti eſtis; vos quoque Imperatorem, Reges, duces, marchiones, comites, communitates, barones, nobiles, milites, ciues, & alios quoſcumque fideles, ſiue in vrbibus commoremini, ſiue in agris, per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, per paſſionem eius, qua

Ad pios cuiuſque ordinis oratio.

nns

nos redemit, per iudicium extremum, in quo ſtabitis ante tribunal eius accepturi vnuſquiſque ſecundum opera ſua, per ſpem vitæ æternæ, quam repromiſit Dominus diligentibus ſe, obnixe monemus, requirimus, & obſecramus, vt quæ commode poteſtis in hanc ſanctam expeditionem nobis auxilia præbere non differatis, ſed in tempore prædicto ad nos mittatis.

38 Veniat per ſeipſum qui validus eſt, & commode poteſt: qui vero non venit, mittat alium aut alios iuxta vires ſuarum facultatum: ſi neque alium poteſt mittere, de bonis a Deo ſibi collatis quantum ſecundum conſcientiam ſuam poteſt, per fideles manus in hanc expeditionem contribuat, aut in ciſtis reponat, quæ ad hoc opus in ſingulis diœceſibus conſtituentur: nec dubitet quiſpiam magna præmia conſecuturos a Domino eos, qui hoc ſanctum opus, & tam neceſſarium pro ſuis viribus adiuuerint: manifeſtum enim exploratumque eſt omnibus, qui ſacroſanctam religionem, fidemque orthodoxam adiuuerint, auxerint, defenderint, certum eſſe in cœlo & definitum locum in quo beati æuo ſempiterno fruantur. [Additis nonnullis, quibus pollicetur felicem immortalitatem, ac noxarum veniam ſacram hanc expeditionem obituris, aut per Hungariam in Turcas progreſſuris, vel milites ſubmiſſuris, denuntiat principibus, ipſos letali crimine ſe obſtringere, nec ad æternam gloriam aſpirare poſſe, niſi in eo religionis ancipiti periculo contra impios in arma conſurgerent.] In tanto, *inquit*, Chriſtianæ religionis diſcrimine quantum a Turcis in præſentiarum cernitur imminere, nulli dubium eſſe debet, quin Chriſtiani omnes tam Reges & principes, quam alij potentatus & priuati homines ad defenſionem catholicæ fidei, & ſanctæ legis euangelicæ iuxta poſſibilitatem ſuam cum bonis & corporibus ſuis de neceſſitate ſalutis viriliter aſſurgere, & indefinenter aſſiſtere teneantur. Ea propter fideles ipſos Ieſu Chriſti cultores vniuerſos & ſingulos cuiuſcumque ſtatus & conditionis fuerint, ſiue pontificali, ſiue imperatoria, vel regali præfulgeant dignitate, harum ſerie monemus ac requirimus, & in vim promiſſionis factæ in ſacri ſuſceptione baptiſmi, & in vim iuramenti præſtiti, cum dignitatum ſuarum infulas ſuſceperunt, & per obedientiam nobis debitam, eis & eorum ſingulis mandamus, vt hanc ſanctam expeditionem, ad quam profecturi ſumus non ſine maximo corporis noſtri diſpendio, modis quibus poſſunt, quam celerrime adiuuare, & promouere feſtinent, ab illo cuius cauſa agitur exuberantia ſuſcepturi præmia, & in præſenti vita, & in futura; negligentes autem negligentur, & in extremo iudicij die minime inter illos inuenientur, quibus dicturus eſt Dominus: *Venite benedicti patris mei percipite regnum*; nam quo pacto cum Chriſto regnaturus eſt, qui temporale regnum, aut delitias, aut voluptates pro Chriſto non vult relinquere? cum dicat ipſe Chriſtus in euangelio: *Qui diligit patrem ſuum & matrem ſuam aut vxorem aut filios pluſquam me, non eſt me dignus.*

Hæc cauſa ad omnes pertinet.

39 Conſiderate iſta fideles Chriſtiani, & mente reuoluite diligenter, ne ignorantes ignoremini, & tandem pœniteat non adiuuiſſe in periculo conſtitutam Chriſti religionem & fidem: caueant ſibi qui tales extiterint. Tu vero quicumque fueris Chriſtiane fidelis, qui pro tuis facultatibus expeditionem contra Turcos ſubeundam adiuueris, benedictus eſto in ciuitate & benedictus in agro: benedictus fructus ventris tui, fructus terræ tuæ, fructuſque iumentorum tuorum, & armentorum, & gregum: benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ: benedictus eſto ingrediens & egrediens: det Dominus inimicos tuos, qui conſurgunt aduerſum te corruentes in conſpectu tuo, & mittat Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper opera manuum tuarum, & abundare te faciat omnibus bonis, & conſtituat te in caput, & non in caudam. Tibi autem qui nolens audire verba noſtra non modo iuuare opus ſanctiſſimum, ad quod anhelamus, negligis, verum etiam volentes adiuuare impedis, aut deterres, non ſolum nouiſſima illa tremendi examinis dies coram Redemptore tuo, cui omnia dedit pater in manus, ad ſempiternum ſupplicium eſt expectanda, ſed miſera interim per omnem vitam timenda calamitas: iuſtum enim eſt veri Dei iudicium, iuſtæ vltiones ſuæ: conſiderat ſemitas pedum tuorum, nec falli in faciem poteſt; paratam vero bonorum & malorum operum gerens mercedem, nec irremuneratum quod bene, nec impunitum quod male geſſeris eſſe permittet: fidelis autem populi ſui & ſanctæ Eccleſiæ ſuæ & legis ſuæ catholicam fidem perturbans, vbicumque eris inuenieris ab eo, & quæ diuinæ voces iniquis denuntiatæ erunt tuo capiti horis omnibus trepidanda, ne videlicet maledictus ſis in ciuitate, maledictus in agro, & ne mittat Dominus ſuper te eſuriem & ſitim & increpationem in omnia tempora tua, ne egeſtate, febre, & frigore te percutiat, ne ſis ſemper calumniam ſuſtinens & oppreſſus cunctis diebus & ſtupens ad terrorem eorum, quæ videbunt oculi tui, ne det tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam mœrore conſumptam, & ne ſit vita tua quaſi pendens ante te, & ne timeas nocte ac die, non credas vitæ tuæ; aduerſus vero hanc iram Domini Dei tui poteſtas nulla tua, nomen nullum tuum, nec terrenum priuilegium poterit præualere; ſagittæ eius acutę penetrant ad intima cordis, & carbones deſolatorij animam nocentem exurunt. [Nonnullis interiectis, quibus piratę deſignantur anathemate, ac vrbes eccleſiaſtico iuſtitio ſubijciuntur, quę commercium cum ijs inierint, has preces fundit.]

Fidelibus ſacram militiam adiuuantibus fauſta precatio.

Publicæ pacis perturbatoribus diuinæ iræ intentatæ.

40 At Tu domine Deus, qui noſti corda hominum, & renes illorum ſcrutaris, & nihil ignoras eorum, quę fiunt, ſi bene agunt Chriſtiani principes priuatique homines, ſi de tuo honore ſoliciti ſunt, ſi expeditioni, quam pro tuendo euangelio pręparamus, quę pręſtare poſſunt, auxilia non denegant, adiuua eos, dirige greſſus eorum, eiſque multiplica retribue mercedem pro benefactis, conſerua eis regna, & principatus, patrimonia, & poſſeſſiones auge, & tandem ad pinguia paſcua tua, & diuites menſas accerſito. Quod ſi corde indurato ſua potius, quam tua quærentes, priuatas cauſas magis, quam publicas curant, auaritiæ ſtudent, voluptatibus ac delicijs indulgent, & nos ad tua bella vadentes nolunt aſſociare, aut auxilio iuuare, cum poſſunt; quin potius opem ferre volentes impediunt, aut conuerte illos Domine, & ſana quod infirmum eſt, aut quod noxium eſt, ne noceat, cohibeto. Anguſtias noſtras aſpicis, pie Deus, de excelſo ſancto tuo & noſti, quod præter gloriam nominis tui, & præter ſalutem gregis dominici nil aliud quærit vox noſtra. Memento domine Ieſu Chriſte, quod beato *Petro*, & ſucceſſo-

Pij ad Deum oratio.

ceſſoribus eius claues regni cœlorum tradidiſti, volens quæcumque ligarentur ab eis in terris ligata eſſe in cœlis, quæ ſoluerentur ſoluta; ecce adſum B. Petri ſucceſſor impar meritis, auctoritate non minor, indignus vicarius tuus, reſpice ad preces noſtras, & exaudi nos de alto ſolio tuo: benedicito quibus ipſi benediximus, & quibus maledixerimus maledicito: ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Da felicem curſum cœptis noſtris: vltio ſanguinis ſeruorum tuorum, qui effuſus eſt a Turcis, introeat in conſpectu tuo: audi gemitus compeditorum, & redde inimicis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum, improperium, quod exprobrauerunt tibi: reſpice ſuper populum tuum benignis oculis: fac nos ire cum proſperitate ad bellum tuum, ac reuerti felices: da nobis victoriam de tuis hoſtibus, vt tandem recuperata Græcia, per totam Europam dignas tibi cantemus laudes, tibique perpetuo ſeruiamus, & omnis terra te adoret, & nomini tuo pſallat in ſecula ſeculorum. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXIII. *x kal. nouembris pontificatus noſtri anno* VI.

41 Perlecta a hæc in publico conſeſſu ex audientium oculis lachrymas elicuere, Burgundique oratores actis gratijs Philippo ea ſe relaturos ſpopondere, & conſulis proxime diebus vna cum Venetis, ac ſummo Pontifice fœdus contra Turcas ad vnum, duos, treſue annos pepigerunt ea lege, vt nulli ſine ſocijs a bello diſcedere liceret; addideratque Pius, veniente Philippo in Italiam, profecturoque in orientem ſimul ſe profecturum, fultique ampliſſimis mandatis oratores ad eandem pactionem ſuos principes deuinxere. Extant hoc argumento inſignes ad Chriſtophorum Maurum Venetiarum ducem literæ a Pontifice datæ b.

b Inter ep. procerum mundi collectas ab Hieron. Donzelin. pag. 239.

Chriſtophoro Mauro duci Veneto.

Quod iampridem occulto concepimus animo, nunc in lucem venit, ac omnibus patet. Æſtate proxima bellum contra Turcas mouemus, & apoſtolicus ſacer ſenatus comes erit, nec deerunt robuſtæ militum cohortes, quæ, nobis oratione pugnantibus, ferro dimicent: decretum noſtrum publice lectum eſt. XI. kal. nouembris: quod promiſimus, faciente Deo optimo maximo, perficiemus; neque irrita fient verba noſtra: quantum pro viribus poterimus, tanto fortiores ad bellum proficiſcemur. Comitabitur & nos dilectus filius Philippus Burgundiæ dux e claro Francorum ſanguine natus, quem validas & veteranas legiones adducturum non dubitamus. De huius exercitu maxime ſperamus nec minus de claſſe veſtra, quam paulo ante Peloponeſum nauigare iuſſiſtis, cuius egregia facinora priſcis æquanda factis multa cum gloria referuntur. Hanc perſeueraturam in bello contra Turcas nobiſcum & cum Philippo duce confidimus, nam & ita cum oratore veſtro ſtatutum eſt: nec dubium nos habet, quin totis viribus veſtris huic bello faueatis, quod pro amplitudine fidei noſtræ ſuſcipitur. Hæc quamuis magna ſint, feliciſſimos tamen curſus mihi polliceri videntur, ac certiora & maiora victoriæ ſigna, ſi tu bello interfueris, teque nobis adiunges, reipublicæ ductor & princeps. Multum in bellicis rebus auctoritas valet & ſplendor & gloria principum: terrentur ſæpe magnis nominibus hoſtes, & fama magis, quam re ipſa diſſipantur; multum (crede nobis) terroris affert inimicis noſtris magni ducis Burgundi auctoritas, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dom.* MCCCCLXIII. VIII. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* VI.

Veneti ad conſtantiam contra Turcas ſollicitati.

42 Suſcepto eo difficillimo bello Pius Franciſcum Sfortiam ducem Mediolani bellica peritia & viribus florentem ad ſocietatem ſecum ineundam allicere ampliſſimis literis a eſt conatus: cumque ingentia mala a Turcis Chriſtiano imperio illata, grauioraque alia impendentia expoſuiſſet, ſignificauit ipſi ampliſſimam expiandorum criminum, cœleſtiſque beatitudinis comparandæ, atque aſſerendi etiam poſteris & augendi principatus occaſionem patere, ſi expeditionem aduerſus Mahometem conficere vellet, euntemque Pontificem vna cum pluribus alijs principibus, maximeque Philippo Burgundiæ duce, qui nuncupato voto militiam ſacram erat profeſſus, ſequeretur: nec de vlla domeſtica ſeditione metuendum, cum Florentinos, Venetos, Gallorumque Regem amicos haberet; tum Galeatium gerendo principatui parem cum Blanca duciſſa relinqueret. Quibus ille acceptis literis arma ſeniliaque annos conſecrare ſe Chriſto reſpondit b; monuit tamen Pontificem maximo apparatu opus eſſe, cum Mahometes trecenta militum millia, ac plures ſocios Reges Mahometanos, qui Turcicum imperium deleri æquo animo non paterentur, in aciem educere poſſet.

a Gob. l. 12.

Ducem Mediolani ad ſacrum bellum ſollicitat.

b Extant eius lit. apud Pium II. ep. nu. 394.

Sanctiſſimo domino in Chriſto patri Pio Papæ II. Franciſcus Sfortia Mediolani dux.

43 Vereor, beatiſſime pater ne circa duo nos breuitas temporis vrgeat, & quod ad tantum apparatum terra marique diſponendum, quantus huic maximæ expeditionis moli neceſſarius eſt, parum ad ver vſque primum ſpatij ductum eſſe exiſtimem, & quod quia pleriſque malis priſtinæ ægritudinis reliquijs teneor, quæ, niſi quotidie magno ſtudio, & diligentia curarentur, in maximum me periculum traherent: inſtituerunt medici, adhibito magni examinis conſilio, balneis illas curare atque conſumere, pollicenturque illis me ad ſalubrem & integram valetudinem reſtituere: quod ſi factum, vt ſpero, fuerit, aliaque, quod Deus auertat, legitima cauſa non aduenerit, inſtitui quantum ſupereſt mihi vitæ pro defendenda Chriſtianorum religione, pro fide catholica amplificanda, pro Dei euangelio conſeruando, pro Mahometis idololatria ex ſanctiſſimis Dei templis iam non ſolum profanatis, ſed adulteratis, profundatis, dirutis expellenda deducere.

Captata ab eodē diffugia.

44 Nam ſi Decius pariter & Decij filius pro ſenatus populique ſui victoria, ſi plerique alij Romani pro patria, ſi innumerabiles pene omnium ætatum, gentium, nationum pro mortali dumtaxat gloria ſeſe deuouerunt, quid nobis faciendum, quibus cœleſtis gloria, ac beatitudo æterna proponitur? Ibimus profecto in expeditionem hanc, & partem noſtram pro incorruptibili corruptibilem, pro cœleſti terreſtrem, pro æterna mortalem, pro perpetua caducam exponemus; & quamquam pro tua ſingulari prudentia, magnaque rerum experientia, opportune te conſideraſſe exiſtimem quæ ad hanc maximam expeditionem neceſſaria ſunt, tamen tua ſingulari bonitate, & clementia fretus, velut qui rei bellicæ ſtudioſiſſimus fui, dicam quod ſentio,

X Pri-

Quæſita metus in cutiendi argumenta.

45 Primum quod in bellis ſuſcipiendis conſiderandum eſt & magno conſilio explorandum, quanta ſit inimicorum potentia, quantus & qualis exercitus, quæ ſit eorum militandi diſciplina atque induſtria, qui locorum ſitus, quibus vel ſe valeat exteris præſidijs auxilijſque tueri, vel impugnare hoſtem; atque repellere; de hinc ita ſe ad bellum parare, vt optima ſpes de victoria habeatur. Turcorum quidem potentiam adeo ſpernendam, vt quæ ad victoriam neceſſaria ſunt negligamus, non cenſeo: neque, vt ab inferendo bello deſiſtamus, timendam. Vidi quidem capitula iſtinc ad me tranſmiſſa, de hinc illa eadem diligentius, ac maiore ſtudio viris, vt par eſt credere, inimicarum virium ac facultatum peritis examinata atque digeſta oſtendi. Trecenta millia militum Turcorum Imperatorem ducturum fore affirmant, pleroſque deinde alios Mahometeæ ſectæ Reges, qui tum ob eorum perfidiam, tum quod ſibi, ac rebus ſuis, gentibus, populis, regnis timebunt turcorum ruinam deſolationemque non patientur.

Quæſit Turcarũ Imperatoris potentia.

46 Ad quæ literæ tuæ eos populos inermes, effœminatos, imbelles eſſe reſpondent; fateor quoque, beatiſſime pater, maximam eorum partem ita eſſe, verum in armis bellicisque expeditionibus, vti facile meminiſſe poſſumus multis ætatis noſtræ annis, cum in maxima Chriſtianorum ſtrage verſati ſint, arma habent ad eminus cominuſque pugnandum; pro eorum lege atque Imperatore non modo parere imperio, ſed mori quoque docti atque parati ſunt; habent præterea & ad inuadendum, & ad fugiendum equos agiles, corporaque eorum agilia. Adde etiam caſtris ſexdecim, vt plures affirmant; pugnatorum millia quos * Zanectarios vocant, robur firmamentumque militiæ, phalangis inſtar, armis aſſuetos, rei bellicæ expertos, diuerſarum nationum diuerſarumque gentium mercede conductos. Huic ſicut non timendo, ita non ſpernendo exercitui quales pro adipiſcenda victoria vires opponendæ ſint, qualeſque exercitus conducendi, (& ſi eum Philippo cæteriſque in tuis literis nominatis ſatis erit gentium Italicarum, earum ſcilicet, quæ in hanc expeditionem ducentur, ad monſtrum hoc virulentum & fœtidum conculcandum) te non præuidiſſe modo, ſed prouidiſſe certior ſum; noui enim ſicut acumen ingenij, ita & maximam rerum experientiam, atque ſingularem ac prope diuinam ſapientiam tuam. Itaque aliarum te nationum Chriſtianarum principes potentatuſque ad ſupplendas exercitus tui vires aut vocaſſe, aut vocaturum non dubito. Et quanquam commonitiones has præſumptione certe non carere, quod mineruam inſtruere velim, plane cognoſco, fideliter tamen benignitati tuæ dictas, pie atque humane ſuſcipias oro. Si igitur, vt ſoles cætera omnia, ita hæc quoque recte inſtituiſti, non modo Europa Mahometeam idololatriam depellemus, verum Chriſtiana ſigna in Aſiam traducemus, Ieruſalem Dei ſacrarium recuperabimus, Ieſu nomen fidemque catholicam ſanctumque euangelium in ea loca reſtituemus, in quibus per Apoſtolos tradita olim atque propagata fuerant, deſideratum triumphum Romam ad ſedem tuam reportaturi, capitolium quoque barbaricis orientalium populorum ſpolijs eingemus, quibus tandem Lateranam Petrique baſilicam exornabimus, &c. *Dat. Mediolani* VIII. *kal. nouembris anno* MCCCCLXIII.

† Ianiſſaros

Expoſitæ rei bene gerendæ ſpes.

Pij ad Blancam ducillam cohortatio.

a Lib. ep. nu. 393.

47 Extimuit Pontifex ne dux Mediolani a pio conſilio deficeret, ſeque Blancæ duciſſæ lacrymis emolliri ſineret, quamobrem grauiſſimis eam ſententijs monuit, ne illum ab ea expeditione deterreret a: *Virum*, inquit, *tuum aduerſus impios Turcas arma ſumere iubet Deus; hoc enim ei ſcribimus; vide ne obſtes: periculoſum eſt diuinæ voluntati reſiſtere. Periclitatur Chriſtiana religio: in foribus hoſtes adſunt: prope ad radicem poſita eſt ſecuris, niſi vigilamus, niſi forti animo reſiſtemus hoſti, actum eſt de nomine Chriſtiano: ſpes magna ſalutis in tuo viro ſita eſt: ſi ſumpſerit arma & ſcutum, ductoremque ſe Chriſtianis præbuerit liberabit Dominus in manu eius populum ſuum, & immaniſſimum draconem conteret: quod ſi prouinciam hanc recuſauerit, nec diuinæ vocationi paruerit, cæteri quoque ſe ſubtrahent, impedieturque ſua culpa Chriſtianæ fidei expectata defenſio*, &c. Ita prorſus contigit, cum Franciſcus Sfortia tum Philippus Burgundus eximijs cœptis turpiter defuiſſent; vt enim Gobelinus ſcribit b: *Delitijs præſentibus deuinctus animus futuras contempſit, excuſationeſque procul quæſitas obtendit.*

Mediolanenſis & Burgundus a cœptis deficiunt.

b Gob. l. 12.

48 Comparandis interea ſubſidijs intentus Pius nuntios, quos in varijs regnis habebat ea, quæ fiſco pontificio inſerenda eſſent, curare iuſſit, vt in ſacrum bellum inſumerentur: quo argumento extant literæ c ad Franciſcum Martinum Valentinenſem, & Iacobum Prats Barchinonẽſem canonicos eoſdemque in regno Valentino internuntios ſuos, quibus orientalis profectionis conſilium aperuit: *Nuper*, inquit, *religionem ſæua Turcorum rabie, qui omnia fere loca orientalium partium, in quibus Chriſtianum nomen colebatur, ſuæ ditioni ſubmiſerunt, in diſcrimine poſitam eſſe videntes, pro illius defenſione, & recuperandis locis prædictis ad partes Græciæ vna cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, epiſcopis, alijſque prælatis & perſonis eccleſiaſticis, ac gentium & armorum copijs, maritima claſſe ſub viuifica crucis vexillo proficiſci, & inibi, prout expediens erit, moram trahere deliberauimus*, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis* MCCCCLXIII. *pridie non. nouembris pontificatus noſtri anno* VI. Dedit ijſdem mandata, vt fideles ad ſequendum in ſanctiſsima illa expeditione Pontificem permouerent, quod in alijs etiam regnis geſtum.

c Pius l. 2. pag. 81.

Promulgari iuſſa in Hiſpania Pontificis expeditio.

49 Nauauit etiam Pius per apoſtolicas literas operam, vt plures epiſcopos laborum ſocios ſibi aſciſceret, inter quos extitit Marcus epiſcopus Taruiſinus Marci Cardinalis Veneti nepos, qui paratum ſe Pontifici ad eum in orientem comitandum obtulit, quare a Pontifice his literis commendari meruit d: *Nuper*, inquit, *attendentes innumerabilia animarum pericula cunctis deflenda fidelibus, incommoda perſonarum, diſpendia rerum, depreſſiones & depopulationes immenſas, quibus crudeliſſima Turcorum gens Chriſtianam religionem efferata rabie ſuperioribus diebus affecit, & quod magis paſſim appropinquans illam penitus extinguere molitur, de fratrum noſtrorum conſilio deliberauimus aduerſus eoſdem Turchos perſonaliter accedere, & nonis iunij proxime futuri in portu ciuitatis noſtræ Anconitanæ nauem conſcendere, prout alijs noſtris literis omni nationi Chriſtianæ manifeſtauimus, & deinde plurimum affectantes, vt nonnulli Italiæ epiſcopi in eadem claſſe nobiſcum venirent, te inter alios per certas noſtras in forma breuis literas requiſiuimus, vt te accingeres & parares comitem nobis, ſequendo noſtra veſtigia tem-*

d Lib. 27. pag. 127.

Indictus dies pro obeunda expeditione.

pore

Digitized by Google

pore ſtatuto: cui quidem requiſitioni fraternitas tua prout decet catholicum antiſtitem per tuas literas, quas inde recepimus, alacri animo acquieuit. Vt idonea profectioni ſubſidia epiſcopus ipſe compararet, ius ei Pontifex contulit, vt ad triennium epiſcopatus vectigalia locaret, ac monaſteriorum, quæ ſuæ curæ erant demandata, mediam cenſuum partem oppigneraret: qua etiam ratione permotus Franciſco S. Mariæ nouæ diacono Cardinali conceſſit a, vt pro cogendo ob ſacram expeditionem auro nonnulla eccleſiæ Mantuanæ iura fiduciaria abalienaret.

a Lib. 16. pag. 309.

Vngariæ Rex fœdus init arctiſſimum cũ Venetis.

50 Præluxit porro exemplo cæteris omnibus principibus vnicus Matthias Hungariæ Rex, corona & ſceptro digniſſimus, ac fidei defenſor acerrimus, quem arctiſſimum contra Turcas armorum fœdus cum Venetis iunxiſſe, oſtendunt cõfecta ea de republica monumenta, quæ extant in m.s. Vallicellano b præfixo hoc titulo.

b M. ſ. Vallic. ſign. lit. B. n. 19. pag. 87.

Liga ſeu confœderatio iuncta inter ſereniſſimum dominum Regem Hungariæ & illuſtriſſimum dominium Venetiarum anno MCCCCLXIII.

In nomine Dei æterni. Amen. Poſtquam perfidus Turchus perpetuus Chriſtiani nominis hoſtis victoriarum curſu vehementius elatus in dies factus eſt inſolentior, modo hos modo illos potius quadam eius ſæuitia, quam rei militaris peritia domuit, & ditioni ſuæ Græciam, Bulgariam, Seruiam, Conſtantinopolim vrbem olim opulentiſſimam, Peloponeſum, Trapeſundam, Moldauiam, & alia maritima loca, poſtremoque Boſinam, prouincias omnes Chriſtianum nomen profitentes, nullo propemodum repugnante ſubegit, ac etiam Chriſtianæ religionis cultores, de quorum excidio iam dudum molitus eſt, ſternere non deſiuit, eſt ſperandum in diuina clementia ſummi Creatoris noſtri, qui pro redemptione noſtra tormentum crucis ſubire dignatus eſt, quod ab huiuſmodi perſecutionibus Turcorum hoſtium nunc fidelem populum ſuum Chriſtianum liberabit, iamque ipſe pater omnipotens aſſiduis deprecationibus fidelium ſuorum, diuinum auxilium implorantium, placatus, & quorum euerſæ ſunt domus, diſſipatæ fortunæ, liberi in ſeruitutem tracti, parentes crudeliter interempti, miſericordia motus, victorijs illis tot Chriſtianorum cruore pollutis, finem impoſuit. Et vt victoriarum curſus aduerſum Turcos citius dirigatur, illuſtriſſimum dominium ducale Venetiarum, in Turcorum nomen ſemper infeſtum, ad hoc bellum aduerſus Turcos ſuſcipiendum vna cum ſereniſſimo domino Rege Hungariæ in hanc hodiernum diem excitauit, ſimulque ſocietate & fœdere iunxit, vt effrænata Turcorum audacia, quæ vlterius ferenda non eſt, cum falſa Mahometana fide tam ex mari quam ex terra penitus deleatur, & ipſi ſæuiſſimi Turci ſceleratiſſimi facinoris meritas pœnas luant.

Imperia regna & Prouinciæ a Mahomete Chriſtianis erepta.

Terreſtre & maritimũ bellum indictum Turcis.

51 Itaque diuino numine adducti ſereniſſimus & excellentiſſimus dominus dominus Matthias Dei gratia Rex Hungariæ, &c. ex vna, ex altera parte illuſtriſſimus dominus dominus Chriſtophorus Mauro Dei gratia dux, & inclytum dominium Venetiarum, etiam in Dei nomine ad hanc compoſitionem, vnionem, intelligentiam, & ligam contra infidum Turcum optimo animo, & ſinceriſſima mente vnanimiter, & ſimul conueniunt cum his modis infraſcriptis, pactis, capitulis, conuentionibus, promiſſionibus, & obligationibus pro conſeruatione ſanctiſſimæ Chriſtianæ religionis, & amplificatione nominis Chriſti ſummi Creatoris noſtri. [Prima huius fœderis pactio hæc fuit, Venetos tandiu aperto bello Turcam inſectaturos, quandiu Matthias Rex cum eo bellum gereret: illos præterea inſtructuros claſſem quadraginta triremium, atque in loca maritima incurſuros; per Dalmatiam etiam perque Peloponeſum pedeſtres equeſtreſque acies ad diſtrahendum in pluribus locis hoſtem educturos. Obſtrinxit ſe viciſſim Hungarus per loca Turcico imperio contermina irrupturum cum exercitu validiſſimo aduerſus infideles: conſtitutumque eſt, vt nihil Veneti in limite Hungarico, nihil Hungarus in Veneto nouarent, nec pars altera, altera non aſſentiente, cum Turca pacem conficeret. Reſeruatum præterea ius vniuerſis Regibus, principibus, ac ducibus accedendi huic fœderi, quod idoneis denique formulis communitum, ac promulgatum eſt, adiecta loci & temporis nota his verbis.] *Actum in Sirimio in Vuaradinopeta in aula ſereniſſimi, & excellentiſſimi domini Regis prædicti anno Domini* MCCCCLXIII. *indictione* XI. *die* XII. *ſeptembris, præſentibus reuerendiſſimis, & digniſſimis dominis, Stephano archiepiſcopo Colocenſi, & Ioanne epiſcopo Vuaradienſi, ac magnificis & potentibus dominis Michaele digniſſimo comite Palatino regni Hungariæ, Nicolao Vuaynoda bano Sclauoniæ, comite Stephano de Frangipanibus bano Croatiæ, Pomano comite Zogoriæ bano Sclauoniæ, ac magnifico domino Emerico Zapd regio theſaurario digniſſimo, & alijs dominis præſentibus & aſtantibus partibus adhæc vocatis & ſpecialiter rogatis.*

Data reliquis regibus libertas vt accedant fœderi.

52 Scripſit tunc Franciſcus Philelphus orationem hortatiuam ad Venetos a, ex qua hæc repetenda viſa ſunt, in quibus modum & ſpes rei bene gerendæ, & præſentium rerum ſtatum deſcribit: *Multo certe plures noſtri milites, quam Turci omnes futuri ſint, quot enim vrbes veſtro parent imperio in Epiro ipſa, & Illyrico, & Ætolia. Alexander præterea, qui Turcorum lingua Scander dictus eſt, & in Albania, quæ tres eas prouincias & nomine ſuo & viribus eſt complexa, plurimum poteſt, quid aliud magis cupit atque exoptat, quam opportunitatem offerri ſibi vlciſcendi ſuas in Turcos & maiorum ſuorum iniurias? Eſt autem is Alexander tum animo ingenti, tum a puero vſque verſatus in Turcis, vtpote qui a patre ijs olim deditus obſes fuerat, & ob eam rem vniuerſo Turcorum generi ob ſuſceptas contumelias infeſtus vnus omnium maxime. Hunc autem ſequetur firmiſſimus, ac plurimus Albanenſium equitatus peditatuſque: appellantur enim vulgo Albanenſes, qui quondam Albani nominati a iugis caucaſi montis intra ſinum hadriaticum deſcendentes ab Illyricis ad Peloponenſes vſque omnia ſubiugarunt, homines feri & bellicoſi adeo, vt ſoli ex omnibus nationibus intra Iſtrum & Hadriam ad Italiæ fines & fortiſſime Turcos ſemper ſuſtinuerunt, & vltro adorti maximis detrimentis affecerint, quotidieque afficiunt.*

a Philelph. l. 19. ad Lud. Fuſc equit. aur.

Vt Scanderbegus in Turcas ſit egregie animatus.

Quid de reliquis loquar populis Chriſtianis, qui tetro intolerabilique ſeruitio premuntur ab illa immani barbaria? Vix ingreſſus Epirum veſter exercitus videbit Theſſaliam omnem ad ſe gratulatam concurrentem, aliudque nihil molientem, quam vltionem in Turcos diuturnæ acerbæque ſeruitutis, modo ab iniuria veſtri milites maleficioque abſtineant. Conſequenturque deinceps reliqui omnes finitimi populi, & qui in euerſis vrbibus ſedent, & qui habiti

Vt Græci iugum optent excutere.

bili pro mancipijs cum Turcis contra Chriſtianos coguntur Chriſtiani bellum gerere, multiſque interiectis.

53 *Arbitror equidem veſtra claſſis præſidio quam prudentiſſime conſultum eſſe & omnibus veſtris vrbibus, oræ maritimæ, & inſulis item ijs cunctis, quibus metus impendebat a Turcis. Hæc enim omnia claſſis veſtra vel ſolo nomine adeo eſt tutata, vt nullus in mari Turcus, nullus præda vſquam appareat: itaque licet mercatoribus quibuſque, & ceteris bonis viris, qui negotij ſui gratia mare trajciunt, impune ac ſecure nauigare, quo velint. Hæc igitur veſtra eſt laus maxima, quod Turci, qui modo formidabili illa ſua atque ingenti claſſe Lesbo vno impetu capta omnia maria terrore complerant, nunc ipſi perterriti omne maris imperium vobis vltro reliquerint. Quod autem pertinet ad recuperandam Peloponnſum, quam ijdem Turci Græcorum principum vitio tenent occupatam, audia vos peditatum eo tranſmittere & firmum & multum, equites autem ad mille quingentos, vel, vt alij nunciant, ad duo millia: id numeri ſatis futurum puto & ad iſthmum occupandum, & ad opprimendum omne Turcorum præſidium, quod ad tutandam Peloponeſum conſtitutum ſit, modo Mahometus tyrannus, ita vt nunc, a Peloponeſo abſit cum exercitu.*

Veneti maris imperium Turcis eripiunt.

54 Tum nonnullis interiectis ſubdit: *Quod ſi contempta paucitate veſtrarum equitum Mahometus, qui per exploratores debet iam omnia didiciſſe, inſtiterit cogitatibus ſuis aut in Italiam aut in Hungaros impetus facere, ite viri fortiſſimi, & optimi, ite adiutore auxiliatoreque Chriſto optima maxima, adacta felici veſtra, & præpotenti claſſe in Lechæum, & Cenchreas duos nobiliſſimos portus Peloponeſi, eoſdemque maxime opportunos, & ab ijs quidem hoſtibus, qui præſidio in Peloponeſo conſtituti ſunt, aut nullum copijs veſtris, aut minimum impendere metum cenſeo; cum ipſis non minus metuendi ſint Peloponenſes, quos tot calamitatibus & contumelijs, & vexarint, & continenter onerant, quam milites veſtri*, & paulo poſt, *præterea equitatu peditatuque multum Albanenſium pleraque Peloponenſium montium iuga referta ſunt, qui in Turcorum poteſtatem nec venerunt, nec quidquam ſibi ab illis aut fidum aut tutum arbitrantur. Hos enim Turci cum ſciant eſſe in ſeſe irato animo, & malevolo propter eam cædem, qua initio capta Peloponeſi in magnum Albanenſium numerum vſi ſunt, qui ſe atque ſua omnia infideliſſimæ fidei crediderant, non vehementer timere non debent. Geſſiſtis vos ſæpe alia contra barbaros, & multa & præclara facinora pro Chriſto Ieſu, ſed cum alijs & alijs ſocijs: at hoc tempore tot iſtius funeſti & horribilis belli gloria vobis dabitur ſolis, qui, aut perculſis animo & proſtratis, aut deſidia & voluptatibus ſtudentibus, aut inteſtinas diſcordias atque odia nutrientibus reliquis Chriſtianis, ſoli eſtis inuenti, quos mouerit timor Domini, quos fidei cauſa inuitarit, quos publica incolumitas a priuata incolumitate auocarit.*

Peloponneſus prona ad Venetos.

55 Demum de Turcica tyrannide, & impuritate hæc ſubijcit: *eo vſque per noſtram vel negligentiam, vel contemptum proceſſit res Turcorum, vt aut vincendum ſit, aut ſeruiendum: quis autem mentis compos non mori malit, quam ijs parere, quibus etiam dominari ſit turpiſſimum? vſque adeo ſunt Turci ab omni humano ingenio, ab omni vrbane viuendi morumque elegantia abhorrentes, quid enim de inaudita iſtorum auaritia verba faciam? quid de immiti crudelitatis ſæuitia? quid de immanitate ſcelerum? quid de totius vitæ nequitia, quibus præter immenſæ gulæ voraginem, & ſordidas illas atque obſcœnas corporis partes, quæ ſuis nominibus decore appellari non poſſunt, aliud nihil ſanctum eſt, nihil venerabile, nihil magnopere expetendum? virginibus vtriuſque ſexus per omnem libidinis intemperantiam ſpurciſſime abutuntur, caſtiſſimas prudentiſſimaſque matronas, ac matres familias, viris etiam præſentibus miſereque ſpectantibus, per omnem ſibi turpitudinem inſeruire, & verberibus cogunt & vulnere, nec vllum prorſus diſcrimen habent aut religionis aut dignitatis, qui ex omnibus mortalibus ea ſunt indignitate, vt diuinam omnem obſeruantiam contemnant: quidquid collibuit apud Turcos id non licet ſolum, ſed & iuſtum habetur & pium. Sacris & anguſtis fanis ac templis pro ſtabulis vtuntur, & lupanaribus: humana omnia diuinaque peruertunt, qui tanquam generis humani communes hoſtes, & ab vniuerſæ naturæ conditione legeque alieni, omnia ſemper facinoroſe atque nefarie & meditantur & agunt: vrbes omnes, quas in deditionem fidemue receperunt, æque atque illas, quas vel vi vel fraude occuparunt, continuo æquant ſolo, agrum arboribus cunctis ſpoliant, quo pro ſua ipſorum fœditate & priſtina illius paſtoraliſque vitæ vſu fœda omnia aſpectu reddant, &c. Ex Mediolano kal. auguſtis anno a natali Chriſtiano* MCCCCLXIII.

Turcarũ impuritas nefandiſsima.

Quod libet ijs licet.

56 Expoſuit vero eximie Venetis idem Philelphus [a], quantum errorem admiſiſſent non defenſa Conſtantinopoli, magniſque animis iam opus eſſe, cum Mahometes ob ſummam eorum, qui ipſi non reſtiterant, inertiam imperium protuliſſet: *Vt vetera, inquit, breuitatis gratia omittam; quos iſte perditiſſimus Mahometus acie vicit? quibuſcum manum conſeruit? cepit Conſtantinopolim, fateor, vrbem annis, & pauius obſitam, longa ægrotatione languentem, & omni vi roboreque exhauſtam, cui tamen ipſi adeſſe vos, vt par fuerat, ſi voluiſſetis, qui nunc tantus terror imminet, nullus eſſet: noua enim Roma illa Conſtantinopolis, ita vt erat exanguis, ac fere exanima, ſi ſeruata eſſet, quod facili veſtra poterat minimaque impenſa fieri, neque Triballi, quos nunc Seruos nominant, neque Peloponenſes ſponte ſe dedidiſſent Turcis, nam Synopem & Trapezunta, Ceraſuntiamque atque Mitylenem non modo Mahometus non expugnauit, ſed ne oppugnauit quidem. At quo pacto ijs vrbibus cum vniuerſo regno potitus eſt? ij ſcilicet illas ſolo perculſi metu perdidere, qui ſibi ipſis non pepercerunt. At citeriorem Pannoniam vna cum Stephano Rege atque Regis patruo Rhadinoi in præſentia qua vi cepit? ſola ipſius Regis vecordia & ſtultitia, qui dum ſe fide Turcica tutum putat, dum omnibus in rebus morem geris, dum nullum detrectat imperium, & ob eam rem præterea maxime fideret, quoniam Turcis tributum penderet, non intelligebat nullam in infidelibus eſſe fidem: is enim eſt Turcorum mos, id ingenium, vt fraude & perfidia ſanctius nihil ducant. Itaque & Pannonia ipſa ita Boſnam vocat ſine prælio capta, atque in prædam verſa, & Rex per omnem contumeliam vna cum patruo truculentiſſime iugulatus, & nobis & cæteris debet exemplo offerri, nihil eſſe cuiquam a Turcis tutum, qui tunc magis inſidiantur & nocent, cum videntur amiciores.*

[a] Philelph. l. 19. ad Lud. Fuſcarin.

Seruus a Venetis ſuſceptũ bellũ in Mahometem.

Infelix eorũ ſors qui ſe illi dediderunt.

57 Hoc anno Veneti immiſſa florentiſſima claſſe Lemnum & Imbrum inſulas eripuere Turcis, qui antea Alexandrum Aſanem earum principatu exuerant [b], quod Ludouicum Cardinalem tit. S. Laurentij in Damaſo Calliſti legatum excepiſſet, illique centum Turcas, quos tenebat in vinculis, tradidiſſet: at deinde cum Le-

Lemnus & Imbrus captæ a Venetis.

[b] Pius lib. bull. ep. 57.

Digitized by Google

Leſbon ſibi ſubijcere Veneti niterentur, ad Mitylenem tum ad Mantineam in Peloponeſo inſignem cladem accepere; qua de re proximo anno agetur. Interea cum Mahometes ornatam claſſem teneret, extimuit Pontifex ne Chius inſula Genuenſibus obnoxia a Turcis expugnaretur; itaque Genuenſes magiſtratus admonuit, vt eam neceſſarijs præſidijs communirent, ac Prouinciales rogauit [a], vt illis contra Turcas opem ferrent; at ciuiles turbæ nullum præclarum in Turcas facinus edere Genuenſibus permiſerunt.

Chius adducta in periculũ.

a Lib. Bull. 24. pag. 231.

58 Hoc anno Beſſario Cardinalis idemque patriarcha Conſtantinopolitanus, & archiepiſcopus Eubœæ creatus poſt mortem Iſidori Cardinalis Sabinenſis, ad Græcos encyclicas literas [b] dedit, vt eos a ſchiſmate in Eccleſiæ ſinum reuocaret, eorumque errores egregie confutauit.

Beſſario ſubrogatus in patriarchatu Conſtantinop. Iſidoro.

b Extant. inter opuſ aut pag. 359.

Beſſarion diuina miſeratione ſanctaque ſedis Apoſtolicæ gratia ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, patriarcha Conſtantinopolitanus dilectis in Chriſto fratribus & filijs archiepiſcopis, epiſcopis, presbyteris, monachis, cæteriſque eccleſiaſticis, & ſæcularibus viris prouincias ſanctæ ſedi Conſtantinopolitanæ ſubditas habitantibus, gratiam, pacem, & benedictionem a Deo omnipotente, volentibus dumtaxat eamque obtinere deſiderantibus, & quæ ad illam obtinendam ducunt omni conatu agentibus.

59 Ante omnia igitur mementote, fratres & filij, qualis olim, quamque excellens fuerit natio noſtra, tum doctrina, tum omni ſapientiæ genere cum cæteris virtutibus: quæ præterea vires, quæ potentia, qui principatus noſtrorum fuerint. Quis enim dubitet Græcorum gentem omnium liberalium artium, ac totius ſapientiæ non modo inuentricem, verum etiam perfectricem extitiſſe? illic ſemper & virtus, & religio, & ſanctimonia floruere: illic enituit totius orbis imperium, nunc vero infelici & miſera patriæ noſtræ conditione, non modo principatum atque imperium orbis amiſimus, verum etiam ſeruitutem patimur, & hanc quidem crudelem atque turpiſſimam; dominantur enim nobis homines truces, barbari, atque infideles; neque ſolum hoc paſſi ſumus, ſed ne ſimulachrum quidem diſciplinæ, aut vllum ſapientiæ veſtigium apud noſtros relictum eſt. Solent enim diſciplinæ, & bonæ artes, paratis primo quæ ad victum neceſſaria ſunt, quæri atque inueſtigari: quæ cum nobis in præſentia ob ſeruitutem & inopiam deſint, nulla amplius ſapientiæ ratio eſt, nulla diſciplinarum cura, nullum optimarum artium ſtudium. Virtus ſola, quæ ad mores pertinet, quæque ſtudioſos ſui bonos efficit; ea manet, maneatque ſemper apud noſtros.

Expoſitũ quantum olim effloruerint Græci.

60 Sed quæ cauſa eſſe potuit, vt moralibus virtutibus præditi, & ſapientiam, & principatum, & ipſam omnium rerum dulciſſimam libertatem amiſerimus? non enim fortuna, vel caſus, aut temerarius rerum euentus, ac fluxus inſtabilis tantam noſtris calamitatem intulere, niſi quis putet res humanas diuina prouidentia minime gubernari, quod etiam cogitare impium eſt, atque nefarium. Sed nec delictorum noſtrorum multitudinem eius rei cauſam fuiſſe dicendum eſt, vt quidam Deo ſe humilianes dicere conſueuerunt; neque enim nos magis quam cæteræ Chriſtianorum nationes, quas nunc mundana iſta felicitate frui videmus peccatis noſtris Deum irritauimus, ſiquidem & dictum eſt, & vere dictum eſt, vt arbitror, noſtros in ijs quæ ad mores & vitæ honeſtatem pertinent, nullis eſſe inferiores.

Quæſita tãtæ cladis cauſa

Non vitijs fœdiores fuere cæteris gentibus.

61 Verendum igitur ne potius tot tantorumque malorum fomes, & materia fuerit, quod Græci veris dogmatibus per ſocordiam omiſſis ab intemerata fidei veritate ſeceſſerunt, & inconſutilem Domini tunicam ſcindentes a catholica Eccleſia ſunt diuiſi; cuius rei cauſa fuit temeritas quorundam noſtrorum, ne alteri principatus ſui rationem reddere cogerentur. Hos deinde poſteriores quoque non tam ſua prauitate moti, quam illorum allecti peruerſitate ſunt ſecuti. Sed deponere aliquando, ac prorſus abigere hanc perniciem decens, ac ſalutiferum eſt; quamobrem vos hortor & rogo, fratres & filij in Spiritu ſancto deſideratiſſimi, omni ſtudio, ac conatu antiquam nobilitatem reſumite, vendicate vobis priſtinam gloriam, veteres illos ac ſanctiſſimos patres, & doctores noſtros ſequimini, quorum eadem confeſſio fidei, eadem ſemper fuit doctrina pietatis cum ea, quam nunc Romana eccleſia tenet, ac profitetur. Recentiores iſtos tam peſtiferæ diuiſionis auctores condemnate, perſequimini, exterminate; œcumenicam ſynodum Florentiæ habitam deuota mente ſuſcipite, & quæ ibi ſancto cooperante Spiritu decreta ſunt, ſincero corde credite, & profitemini. Multæ efficaceſque eo in loco rationes adductæ ſunt de proceſſione ſancti Spiritus, multa vtrinque a partibus in vtriuſque ſententiæ confirmationem dicta; vicit tandem apud omnes hæc ſententia Patrem, & Filium vnum eſſe Spiritus ſancti principium, eumque ex vtroque tanquam ex vno ſpirante procedere. Multa ſanctorum doctorum non modo occidentalium, verum etiam orientalium atque noſtrorum ad id probandum teſtimonia adducta ſunt; multis id rationibus demonſtratum; neque id noſtrorum incuria euenit; non enim ſegniter, neque negligenter eam rem inueſtigare conati ſumus. o fratres, multas noctes inſomnes egimus, magnam vigilantiam, ſolers ſtudium, ſummam curam, adhibuimus, credere oportuit veritati, victi fuimus doctorum ſententijs; abſit enim a bona anima, & fideli, vt oſtenſæ veritati claudat oculos, eamque victoriæ ambitione deſpiciat. Referrem nunc vobis particulam aliquam rationum illarum, niſi lex epiſtolæ prohiberet, ſimul quod vobis licet longe plura alibi videre & legere, quam nos referre in præſentia poſſemus. Plerique enim ex ijs, qui nos anteceſſere doctiſſimi, & ſanctiſſimi viri multa atque præclara de hoc dogmate literis mandauerunt; noſquoque non pauca ſcripſimus partim, vt amicorum, id obnixe efflagitantium, morem gereremus voluntati, partim vt vel nos cogitata, vel alijs fruſtra contendentibus reſponſa in communem vtilitatem traderemus; quæ omnia cum apud vos ſint, ſi quis veſtrum ſine contentione vel leget, vel audiet, legeritis autem, vel audietis omnes (ſi licebit) non paruam, quod ad Dei gloriam dictum ſit, vtilitatem conſequetur. Verumtamen vnam dumtaxat, & eam perbreuem, ſi libet, rationem adducamus.

Schiſma omnia mala ijs attulit.

Moniti vt ſuſcipiant Florentinam ſynodum

Vt veritas de proceſſione Spiritus S. diligentiſſime excuſſa ſit.

62 Spiritus ſanctus ſpiritus Filij dicitur, teſte ipſo Filio, qui ſpiritum illum vocat ſpiritum veritatis, veritas vero ille ipſe eſt. Et Paulus;

Spiritus S. ſpiritus Filij dicitur,

Miſit

Miſit, inquit, *Deus ſpiritum Filij ſui in corda noſtra*. Et rurſum: *Si quis ſpiritum Chriſti non habet, ipſe non eſt eius*; quod alijs quoque in locis idem Apoſtolus creberrime replicat. Hoc verbum fratres ſatis ſuperque eſt ad id probandum, de quo agimus; neque enim excedere decet modum epiſtolæ. Eſt itaque Spiritus ſanctus Chriſti ſpiritus naturaliter, & eſſentialiter, non accidentaliter, id vero cuius aliquid hoc modo eſt, auctoritate aliqua & excellentia id excellat neceſſe eſt, quod ſuum eſſe dicitur; hæc vero auctoritas profecto non talis dicenda eſt, qualis eſt domini ad ſeruum; quis enim auderet Creatorem in creaturam vertere, quod etiam cogitare ſacrilegum eſt? Supereſt igitur auctoritatem atque excellentiam originis eſſe eius, qui ſpirat, ad ſpiritum, qui ſpiratur. Et certe aliud aſſerere nefarium eſt, nam quod noſtrorum aliqui a veritate declinantes, ideo dici Filij Spiritum contendunt, quod eiuſdem ſit cum eo eſſentiæ, vel quod ex eo mittatur, aranearum potius telæ ſunt, quam rationes, vt ſæpe demonſtrauimus: ſi enim propter conſubſtantialitatem dicatur Spiritus S. ſpiritus Filij, propter eandem cauſam & Filius dicetur Spiritus ſancti Filius, quod nunquam in ſacris literis auditum eſt. Si vero quia ex Filio mittitur ita dicitur, ea certe ratio magis roborat ſententiam noſtram: quod enim mittere iſtud & ſcaturire & profluere, cæteraque ſimilia ſpirationem, ac ſubſtantialem quandam proceſſionem præſupponant, quodque impoſſibile ſit Filium mittere Spiritum ſanctum niſi etiam illum ſpiret, pleriſque in locis oſtendimus multis idoneiſque rationibus. Alia quoque multa a noſtris ad velandam veritatem dici ſolent nullius ſane momenti: plura vero melioraque dicuntur ab his, qui veritatem ſequuntur, quæ etſi nos optime tenemus, cum ſæpenumero contradicentibus aduerſati ſimus, breuitatis tamen gratia mittimus ad monitos, ſi qui erunt ad inueſtigandæ veritatis cupidi, vt ea legant, quæ olim de hac re conſcripſimus. Hoc tamen vobis dicimus, & intrepidi aſſerimus, vt ſi præſentes dare, atque accipere rationem huius rei potuiſſemus, indicaturos nos fuiſſe hoc vnum, quod diximus, ſatis ſuperque eſſe ad veritatem oſtendendam, nihilque dubitationis relinqui, quin Spiritus ita ex Filio quemadmodum ex Patre tanquam ex vno principio, & vno ſpirante procedat. Multa quoque alia ſacrarum teſtimonia ſunt literarum, vt puta: *Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre*, & rurſus: *De meo accipiet, & annunciabit vobis*. Et iterum: *Quæcumque audiet loquetur*; & alia ijs ſimilia: ex quibus omnibus luce clarius ea fidei veritas oſtenditur, quam & ſancta Romana eccleſia, vt ſemper antea, ita nunc tenet & prædicat, & olim omnis Eccleſia fatebatur.

Eſſentialiter non accidentaliter.

Vnde probatur Spiritum S. ex filio originem ducere.

Vt ex filio ita ex Patre vt vno principio. Ob id dicitur mitti a filio.

63 Sed dicet fortaſſe aliquis, cur ipſe Dominus cum de ſpiritu loqueretur: *Spiritus ait, qui a Patre procedit*; neque addidit etiam a ſeipſo procedere? quæ tandem aut qualis eſt hæc ratio fratres? etſi enim dixerat a Patre procedere Spiritum, non tamen negauit eum quoque a ſe procedere: nam ſi id dixiſſet aliquid fortaſſe videretur ingerere difficultatis, quanquam neque hoc ad tutandam veſtram opinionem ſufficeret; ſi quidem ipſe Saluator: *De die illa & hora*, inquit, *nemo nouit, neque angeli neque Filius hominis, niſi ſolus Pater*. Et rurſus: *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me, Patris*; Et iterum: *Nemo nouit Filium niſi Pater*. Quorum omnium nos procul dubio contrarium & ſentimus & profitemur, ac Filium Dei perinde diem illum, & horam cognoſcere vt Patrem exiſtimamus, eundemque ita ſe noſſe, vt Pater eum nouit, doctrinamque illius ſuam præcipue doctrinam eſſe, Si igitur eorum, quæ aperte negauit Chriſtus, non quidem recte e diuerſo credimus, cur non etiam hoc, quod non negauit, pie credimus.

Licet dicatur procedere a Patre nõ negatur quin a filio.

64 Enimuero illud in primis attentiſſime conſiderandum eſt, fratres & filij in Chriſto deſideratiſſimi, promiſit olim Chriſtus ſuper confeſſione Petri ædificare Eccleſiam ſuam, & quod portæ inferi, hoc eſt hæreticorum blaſphemiæ, nunquam præualerent aduerſus eam, quærendum eſt, fratres, quænam iſta ſit Eccleſia, nam veram certamque fuiſſe promiſſionem nullus auſit negare Chriſtianus: aut igitur Latina, aut Græca eccleſia eſt, tertia enim dari non poteſt, ſi quidem omnes aliæ hæreſibus ſunt plenæ, quas ſancti patres, & generales ſynodi condemnarunt. Si ergo hanc Eccleſiam Græcorum eccleſiam dicis, in anguſtum nimis arctas Eccleſiam, immo illam ad nihilum redigis, qualis enim, miſeri nos, aut quanta eſt eccleſia noſtra? labitur, heu, labitur, peritque quotidie, ac dicam eam penitus iam interijſſe. Subditi ſunt infidelibus Græci omnes, ita omnia peſſumdedere barbaræ gentes, vt non poſt multum interiectum tempus ipſum quoque linguæ Græcæ ſplendorem, libros omnes, vniuerſa opera ſanctorum doctorum, ſacros etiam literarum codices, & euangelium ipſum noſtram infelicem patriam deſerturam non dubitem, niſi pietas & miſericordia Saluatoris noſtri tantam a vertice noſtro calamitatem propulſet. An ignoratis, fratres, vt orientales omnes, ſi qui inter infideles ſuperfuerant, qui in oriente Eccleſiam ſequerentur, Græcorum Conſtantinopolitanis & circumiacentium inſularum cultoribus dumtaxat exceptis, alios ante centum, alios etiam quinquaginta, & amplius annos ne nominare quidem nouerant ſcripturam ſacram, nec eius volumina numerare? Nullum fidele dogma ſciebant, nullam quæſtionem, nullam de ſpe futuræ vitæ rationem: in ſumma nihil eorum, quæ in euangelio leguntur, intelligebant. Presbyteri quanquam illud aſſidue legerent, non minus quam cæteri, rudes erant, nec integrum quidem habebant euangelium, ſed quædam eius fragmenta, quæ legi in eccleſijs ſolent ſemieſa, circumferebant, & quemadmodum pſittaci, aliaque eiuſmodi animalia conari aliquando atque effingere ſine intellectu noſtra verba conſueuerunt, ita hi vocem quidem emittebant Græcam, lectitabantque ea ſolum, quæ ſcripta erant, nec ſine barbarie; eorum vero quæ legebant nihil prorſus percipiebant, [deſunt in Beſſationis verſione hæc verba, quæ ex Græco tranſtulit Arcudius.] Nunc vero, heu mihi, ipſa capta, & deſtructa Conſtantinopoli, qualis eſt vel erit Eccleſia, cui portæ inferi non præualebunt? cui promiſſio hæc Saluatoris ſeruabitur.

Chriſti promiſſio de munda futura eccleſia.

Quæ ſit vera eccleſia an Latina an Græca

Non Græca quia in nihilũ redacta.

Quanta imperitia ſeruitutem ſic cõſecuta.

65 Recognoſcite recognoſcite aliquando, fratres, caput eccleſiarum cathedram Petri; recognoſcite matrem veſtram atque magiſtram; amplectimini fidem apoſtolico ore laudatam; inde animæ veſtræ poſtulate cibum, inde quæ-

Romana eccleſiarum princeps.

tite

rite conſilium. Si doctorum noſtrorum libros euolueritis, ſi ſcripta eorum diligenter conſiderauerilis, inuenietis Romanam eccleſiam ſupra ceteras omnem poteſtatem babere, & ita vniuerſæ præeſſe Eccleſiæ, vt abſque eius auctoritate nulla prorſus eccleſiaſtica quæſtio ſolui, nullum dogma concludi aut poſſit aut debeat. Hæc eſt illa petra, ſupra quam Chriſtus ſuam ædificauit Eccleſiam: hæc eſt, quæ fidem Petri tenet, & prædicat: hac ſola eſt, aduerſus quam portæ inferi non præualuerunt. Hic ſemper ſeruata eſt incorrupta patrum auctoritas; hic ſol iuſtitiæ oritur, hic lux mundi, hic ſal terræ, hic ſunt vaſa aurea, & argentea. Quicumque huic ſanctæ communioni conſociantur, vnam cum ea Eccleſiam faciunt: qui ab ea ſunt ſeparati, ſalutem babere non poſſunt: qui hic non colligunt, ſpargunt: quicumque extra hanc agnum comedunt, profani ſunt. Si qui in arca Noe non fuerint, peribunt regnante diluuio: extra ouile Chriſti ſalui eſſe non poſſunt, in lupos rapaces, in fures latroneſque incident, quandoquidem pereant neceſſe eſt qui voces paſtoris non audiunt. Quod ne cui Chriſtianorum accidat illa prædicanda, illa tenenda eſt fides, quam Petri cathedra profitetur. Hunc vos quæſo, fratres, cum reuerentia & humilitate ſuſcipite, huic inhærete, huic inſiſtite. Non ceſſo pro vobis orare Dominum, vt ſapientiam induentes id, ad quod vos hortor, agatis; vellem enim ita vos omnes eſſe, vt ego, nec paruum vobis aut contemnendum videor optare bonum, o fratres, ſi quod mihi ipſi, hoc etiam vobis, bonum deſidero: maiorem enim charitatem nemo exhibere tenetur proximo ſuo, quam eadem illi, quæ ſibi, bona velle: *Diliges enim*, ait, *proximum tuum ſicut te ipſum*: plus hoc non requirit a nobis Deus, quia hoc ſummum ſit ſignum charitatis; neque me ex ignorantia, vel imperitia a veritate, vt arbitror, dicetis aberraſſe, cum me ſciatis a teneris annis omne vitæ meæ tempus in literarum ſtudijs conſumpſiſſe, ſummaque opera ac diligentia huic, de quo loquimur, dogmati incubuiſſe, & quantum fieri potuit inueſtigaſſe veritatem: quid enim aliud eligere ſibi potuiſſet homo, qui ab ineunte ætate propria abdicatus voluntate in humilitate atque obedientia vixerit, & qui (ſine iactantia dictum ſit) multa de vanitate mundi, de emendatione morum, de præmijs, vel pœnis æternis legerit, audierit, ſcripſerit, quam rectis veriſque ſententijs alere animum, & inuentam fidei veritatem amplecti? quam certe eo pluris quam antea in præſentia facimus, quo magis ingraueſcente iam ætate multiplicati corporis morbi mortem mihi quotidie minantur, & vitam tædio eſſe faciunt.

Illius fides tenenda.

Proponit ſe Beſſarion Græcis in exemplū.

Multos libros edidit dū inter Græcos eſſet.

66 Scio certe fratres, & patres, ſcio filij in Chriſto dilecti, non multum eſſe, quod nobis ſupereſt vitæ, & iam tempus noſtræ reſolutionis inſtat quo, vt ſapientes aiunt, aduenit hominibus timor earum rerum, quas antea formidare non ſolebant, vident enim appropinquare diem, quo omnis anteactæ vitæ reddenda ſit ratio, me quidem quo magis vicina eſt mors eo magis conſolatur integritas fidei; ſpero enim id, quod ex operibus ad ſalutem animæ meæ deerit, fidei veritate poſſe ſuppleri: ob hanc cauſam ſpretis & contemptis honoribus, ſi quos apud vos habui; habui autem nec paruos nec paucos, totus hanc fidei veritatem ſum ſecutus. Equidem dico ſcientibus, & ijs qui a ſcientibus audierunt, audientque, ſi volent in poſterum: adoleſcentulum me, & prima adhuc lanugine carentem, plurimi faciebatis etiam, qui nunquam me vidiſtis, notum erat nomen meum omnibus Græcam intelligentibus linguam: nondum quatuor & viginti annos natus a principibus nationis noſtræ, a vobis omnibus, ab ipſis denique Imperatoribus & honore & dignitate ſupra ætatem extollebar, præponebant enim me non modo æqualibus meis, ſed etiam ſenioribus, & auctoritate gratiaque pollentibus, non mea virtute, ſed ſua bonitate; quamuis enim magna hoc tempore in Chriſti Eccleſia dignitate præfulgeam, magnoſque & longe ſupra merita mea adeptus ſim honores, tamen hæc omnia poſtea ſunt ſecuta, & vt Deus omnium rerum conſcius optime nouit, neque expectata a me, neque ſperata. Etenim fortaſſe dicere non immerito poſſem maiora illa, quæ apud vos habui, quandoquidem illic facile inter primos annumerabar, hic vero cum multi ſint, immo pene innumerabiles, qui me ſapientia, doctrina, cæteriſque virtutibus antecellunt, vix inter poſtremos habeo locum; notum eſt autem illud Romani principis dictum, qui cum eſſet honoris ſtudioſiſſimus, malle ſe dicebat in oppido quamuis humili atque obſcuro primum habere locum, quam in glorioſiſſima atque excellentiſſima vrbe Roma ſecundum eſſe; habet enim principatus quandam, etſi in minimis, maximam tamen ac dulciſſimam voluptatem: at nos & quæ apud vos habebamus non magni fecimus, & quæ nunc habemus, teſtem inuocamus Deum, æque parui feciſſemus, quin potius ſpretis contemptiſque omnibus, etſi multo plura haberemus, ad vos quam celerrime defeciſſemus, niſi nobis eſſemus conſcij elegiſſe meliora, niſi exploratum haberemus hanc ſanctam & catholicam Eccleſiam illa credere, illa tradere & docere, quæ ad vitam æternam iter faciunt. Si igitur ad ea vos hortor, quæ ſaluti veſtræ profutura non dubito, cum humilitate & reuerentia audire debetis, ac cum gaudio & alacritate animi monita noſtra ſuſcipere ſalutaria.

Magnis in ipſa iuuentute cultus honorib' a Græcis.

Spe aliqua ductus non deſciuit ad Latinos.

67 At magnum apud vos ſcandalum genuiſſe dicitis additionem Latinorum in ſymbolo: cur ita, fratres? certe ſi recte conſiderare volueritis, non additio illa fuit, ſed expoſitio, ſed explanatio, ſed declaratio. Additio namque etiam iuxta doctorum noſtrorum ſententiam illa eſt, quæ contraria dogmata introducit; quæ vero eadem ſimiliaque profitetur, declaratio non additio eſt. Quippe ſi verum non eſſet quod dicitur, fugienda vtique hæc additio foret: quod ſi verum eſt, & fidei ſanctorum conſonans, ibi timemus timorem vbi non eſt timor, & ſuperſtitioni magis quam pietati indulgemus. Multa Nicæno ſymbolo ſecunda ſynodus addidit de diuinitate Spiritus ſancti, de vnitate Eccleſiæ; de baptiſmate, de remiſſione peccatorum, de reſurrectione mortuorum, de vita æterna; de quibus primum concilium nullam omnino expedite mentionem fecerat. Multa præterea alij quoque doctores, qui illis ſucceſſerunt, Latius quam illi fecerant tradidere, quæ tamen non additiones, ſed declarationes fuerunt. Cur igitur & catholicæ Eccleſiæ non licuerit huc idem facere, ſimili hæreticorum neceſſitate vrgente? nam quod reſpondere ſoletis, tunc quidem licuiſſe, nunc vero poſtquam tertia ſynodus omnem additionem prohibuit, ne ipſam quidem

Expreſſio vocis [filioq;] non eſt additio vera ſed explanatio.

Multa addita ſymbolo a varijs concilijs ea ratione.

Digitized by Google

Stulta Græcorũ obiectio.

dam veritatem addera licere, ſtulta ſane & vana ratio eſt. Legite, ſi libet, quam olim de hac re orationem edidimus, maniſeſtiſſime illic veritatem inuenietis, &, niſi fallimur, idem nobiſcum fatebimini. Nolite æmulari contentioſos homines, neque imitari illos, qui cum aliter non poſſint, ſaltem impugnando veritatem gloriam aucupari conantur: humiliate vos Deo, & tot taleſqua viros ſingulari præditos deuotione, ac ſapientia, Romanæ eccleſiæ alumnos, ſecuti, fidem eius ſuſcipite, Pontificem Romanum, verum ipſius paſtorem, totius caput Eccleſiæ, doctorem fidei atque magiſtrum credentes veneramini, & viam, quæ ad æternam ducit vitam, oſtentantem ſequimini; nam ei hoc vnum eorum eſt, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, proprium, noſſe paſtorem, & recognoſcere principem, & ſcire, atque honorare ductorem; vbi enim non eſt princeps, ibi inordinatio; vbi inordinatio, ibi ſolutio, vt Gregorius Nazianzenus ait. Et certe, ſiue diuinas ſiue humanas res conſiderare volueritis, fratres, inuenietis vnum omnium debere eſſe principium, nec recta aliter res poſſe gubernari; nam, vt a diuinis incipiamus, Chriſtianorum theologia vnum, qui ſupra omnes eſt, docet Deum eſſe, qui cum in tribus perſonis ſit, vti illæſa ſeruetur vnitas eiuſdem ſubſtantiæ diuinæ illæ ponuntur eſſe perſonæ.

Statuendus neceſſario viſibilis eccleſiæ princeps.

Gentiles omnia ad primam cauſam reuocanda agnouere.

68 Gentilium vero ex ijs ſenſibilibus accepta ſcientia, ipſum quoque hoc idem fatentur. Quidam enim inter cæteros eorum philoſophos nobilior, vnam eſſe primam cauſam, vnum omnium rerum aſſerit creatorem, & quamuis multos etiam poſt illum gradus entium credat vnum principium, & multa principia, omnia tamen ſub primo illo conſtituit. Alius vero multis hoc idem aſſerens verbis, mutuataque tandem a quodam antiquiore ſententia: *Non eſt*, inquit, *bonus multorum principatus; vnus princeps, vnus Rex eſto: neque enim volunt entia male gubernari, quaſi male gubernari videantur, niſi vnus ſit, qui præſit vniuerſis*. In rebus autem humanis atque ciuilibus ijdem ipſi, quorum mentionem fecimus cæterique omnes, & ante eos Saluator noſter Ieſus Chriſtus legitimam monarchiam cæteris gubernandi modis anteponunt: *Reddite*, inquit ille, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo*; quaſi vnus quidem ſit Deus in cælis, & vnus princeps in terris; hic vero, qui inter philoſophos primum obtinet locum, illud reipublicæ genus non modo generibus cæteris, ſed etiam optimatum principatui antepoint, & diuino quam ſimillimum eſſe dicit vbi vnus, qui virtutibus cæteros antecellat, omnibus dominetur. Alius autem huius auditor omnibus politiæ enumeratis generibus, eundem hunc gubernandi modum ante omnes conſtituit, perfectiſſimum regnum appellans. Hunc igitur a Deo bonum & perfectum, & neceſſarium ordinem in rebus fluentibus atque terrenis ſeruabimus fratres, in æterna vero animarum, & ſanctæ Dei Eccleſiæ gubernatione contemnemus? Indecens certe eſt, & ab omni ratione alienum: hic enim maxime omnium eſt ordo ſeruandus; ſiquidem perpetua digniora ſunt fluxis, momentaneis, atque caducis. Hinc legislator noſter, & dominus Ieſus Chriſtus omnem humanam ſapientiam, cuius ipſe dator eſt, excedens optimum gubernandi modum ſuæ reliquit Eccleſiæ cum Petro, & per eum ſucceſſoribus eius principatum illius tradidit: *Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Et rurſus: *Tibi dabo claues regni cælorum*. Et iterum: *Paſce oues meas, paſce agnos meos*. Et alibi: *Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*. Nec meꝫ putetis, fratres, nouam legem introducere, nouum dogma docere.

Monarchia in diuinis magis quam humanis cõſtituenda

Conſtabilitam eã in eccleſia Chriſti oraculo probatur.

69 Repetite memoria, qui priſcas hiſtorias, qui conciliorum acta legiſtis, quantum ſemper Romanus Pontifex ſuper omnem eccleſiam auctoritatem habuit. Cæleſtinus Papa primam epheſinam ſynodum ſolus reprobauit, irritauitque, quamuis omnis orientalis eccleſia, & ipſi patriarchæ vnanimes in ea conuenisſent. Leonis magni epiſtolam patres Chalcedonenſes numero ſexcenti & triginta epiſcopi inſtar ſacri euangelij receperunt; eamque orthodoxæ fidei columnam nominarunt, nec non iuxta eius ſententiam eam, de qua agebatur, terminarunt quæſtionem. Ijdem patres Alexandrino Conſtantinopolitanum per intimationem ſecundi concilij præpoſuerunt; nec tamen feciſſe ſe aliquid cenſuerunt, niſi hoc idem Leo confirmaret; quod vt impetrarent multis & legationibus & precibus contenderunt, quibus tamen vir ſanctus annuere renuit; & niſi poſtea ab alio Romano Pontifice conceſſum extitiſſet, nullius fuiſſet momenti. Ante hunc Innocentius Romanus Pontifex Arcadium, & Eudoxiam Reges, quod Ioannem os aureum inique de eccleſia pepuliſſent, anathemate ferijt, & Chriſtianorum communione priuauit: quod certe non feciſſet, niſi ſupra omnem Eccleſiam habuiſſet imperium: quippe ſi non fuiſſet vniuerſalis paſtor & Pontifex, & communis Chriſtianorum pater & magiſter, ſi Conſtantinopolitana vrbs, & Imperatores illi de eius grege non fuiſſent, non ſeparaſſet eos talis Pontifex ab vnitate & communione fidelium, nihil enim pontificalis ſententia roboris habuiſſet, non illis attuliſſet detrimentum, niſi Romano præſuli ſubditi extitiſſent: Photium deinde Conſtantinopolitanam ſedem occupantem, qui ſanctiſſimo viro Ignatio eiecto, eccleſiam ſibi viribus ſubegerat, nonne Nicolaus Romanus Pontifex fidelium communione priuauit, & reſtituto Ignatio ab eccleſia repulit? qua ratione id egit Nicolaus, niſi quia ſuper omnes eccleſias poteſtatem habebat? Poſtquam vero vir ſanctus Ignatius ad Dominum migrauit, nonne Imperatores Conſtantinopolitani multis, ac crebris precibus in fauorem Photij Romano Pontifici interpellarunt? nonne Ioannes, qui poſt Nicolaum, & Hadrianum vniuerſalis Eccleſiæ gubernacula ſuſceperat, in patriarchalem reſtituit ſedem, palliumque illi miſit, in quo refulget Pontificis dignitas? quid tandem hæc omnia præ ſe ferunt, fratres, niſi ſummam eſſe Romani Pontificis ſuper omnem eccleſiam auctoritatem, ſummam poteſtatem.

Ex traditione Græcorũ Romana eccleſia omnium princeps

Conſtantinopolitanus patriarcha, a quo apices ſuos acceperit. Orientis Impp. Põtificis Romani ſubditi.

Cum deliquere percuſſi ſunt anathemate.

Pia ad Græcos cohortatio.

70 Hæc igitur omnia cogitantes, hæc cum animi attentione conſiderantes, omnem vanam opinionem exuite, omne immeritum odium deponite, omne illud de Latinis non rectum iudicium in melius mutate, amplectimini veritatem, integritatem fidei vna cum catholica & ſancta Romana eccleſia, ipſi quoque maximi exiſtimantes, nobiſcum conuenite, miſſos facite eos, qui contentionis potius gratia, quam veritatis vana loquentes vos a recta fide ſeducunt, paſtorem eccleſiæ Romanæ vniuerſalem patrem atque magiſtrum exiſtimate: hunc enim honore

Digitized by Google

re laude, ac veneratione proſequimini. Nos vero, quanquam immeritos, tamen gratia Dei per Apoſtolicam ſedem, & ſummum Pontificem dominum noſtrum vobis in patriarcham legitime datum, vt par eſt, ſuſcipite, monita noſtra tanquam paternas adhortationes audite, eandem mecum & ſententiam & fidem colite, vt in eodem ſpiritu, & mente credentes, idemque diligamus, inuicem conſolemur: poſt vero huius mortalis ſarcinæ depoſitionem eandem in Chriſto gloriam obtineamus, & deſideratum finem adepti vita fruamur æterna. *Amen.*

Redeant ad Rom. eccleſiæ obſequiũ

In verſione Petri Arcudij ex Græca epiſtola Beſſarionis hæc adiecta ſunt: *Data eſt Viterbij VI. kal. iunias anno Domini* MCCCCLXIII. *obſignata cardinalitio noſtro ſigillo, quod abeſſet ſigaaculum plumbeam patriarchale: ob maiorem vero ſecuritatem, ac quis ſuſpicetur eſſe fictam, & non eſſe noſtram haac epiſtolam, cum non reperiretur ob loci penuriam membrana, ſcripta eſt in bambacenis conſutis, ipſoſque ſutas tribus in locis obſignauimus, ſcilicet in extremis, & medio & hæc, quæ incipiunt ab iſto: Data eſt Viterbij; huc vſque: Manu propria ſcripſimus præterea & ſubſcripſimus: Beſſarion miſeratione diuina Cardinalis, & œcumenicus patriarcha Conſtantinopolitanas noaæ Romæ propria manu ſubſcripſi*

71 Inquirit Petrus Arcudius, qua ratione Beſſario Cardinalis patriarcham œcumenicum ſe appellauerit in ea epiſtola, in qua Romanum Pontificem ſupremum in totius orbis eccleſias tenere imperium demonſtrat; opinaturque idem Arcudius, vel exiſtimaſſe Beſſarionem a Latinis hanc vocem toleratam fuiſſe, veluti in Ioſepho patriarcha, qui ſe Romanæ eccleſiæ ſubiecit in Florentino concilio, & œcumenici nomen retinuiſſe fertur, quod nempe ſumatur habito reſpectu ad partem orbis non aliter, quam Reges figuram orbis manu geſtant, cum tamen non vniuerſo orbi, ſed parti tantum imperare ſe agnoſcant: vel Beſſarionem a voce œcumenici abſtinuiſſe ſentit: *Quæ cauſa*, inquit, *fuit, vt cum bibliotheca Beſſarionis dono ſit data ſereniſſimæ reipublicæ Venetæ per amicos inquireremus, vtrum ea vox œcumenicus eſſet exarata in ea epiſtola, vel in titulo, vel in ſubſcriptione: negant eam reperiri, & qui fidem non adhibet, adeat ipſam bibliothecam.* Animaduertit etiam Beſſarionem præfigere potuiſſe titulum hunc epiſtolæ omnibus ſubiectis patriarchali ſolio atque ad eos ita œcumenici nomen contraxiſſe, nam ſi ad omnes totius orbis fideles œcumenici nomen extendere voluiſſet, titulum: *Vniuerſis Chriſti fidelibus*, appoſuiſſet.

Quomodo Beſſario ſe patriarchã œcumenicũ dixeſit;

72 Scripſit etiam Beſſario a ad Græcos contra Palamam hæreticum, qui collectas ſanctorum patrum auctoritates de proceſſione Spiritus ſancti a Vecco patriarcha in nefarium ſenſum diſtorſerat, & Græcos ſuis fucis ac ſophiſmatibus faſcinarat, in cuius dogmatis catholici defenſione hæc præfatur: *Poſt concilium Lugdunenſe tempore Gregorij X. celebratum, in quo per ſuos oratores Græci vniti fuerunt eccleſiæ Romanæ, Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedere profeſſi ſunt, prout Eccleſia catholica credit, & profitetur, quidam patriarcha Conſtantinopolitanus nomine Veccus, huic veritati adhærens ad impugnationem aduerſariorum, quorum adhuc magnus extabat numerus, omnium Græcorum doctorum voluminа magno ſtudio reuoluens cunctas eorum auctoritates ad hanc rem facientes in vnum collegit, & aliquibus per eum titulis præpoſitis, prout ex continua contentione, quæ tunc fiebat, videbatur neceſſarium eſſe, vt puta quod Spiritus ſanctus ſit ex Patre & Filio; quod ex Patre per Filium: quod immediate ex Patre, & ſic de ſimilibus, vnicuique horum titulorum varias diuerſorum doctorum auctoritates adaptauit, probans per eas, quod ſibi propoſitum erat; verbi gratia in primo capitulo adducit auctoritates, quibus probatur Spiritum ſanctum eſſe etiam ex Filio: alias deinde probantes ex Patre eſſe per Filium; demum ad demonſtrandum idem eſſe dicere ex Patre & Filio, atque ex Patre per Filium, inſtruit nos, cum audimus doctores Græcos Spiritum ſanctum ex Patre per Filium theologantes idem intelligere nos debere, ac ſi audiremus ex Patre & Filio eos dicentes. Alias auctoritates adducit æquiualentiam iſtarum præpoſitionum in theologia ſignificantes. Et huic titulo cæteriſque omnibus argumentum ſuum præpoſuit, ſuam intentionem declarans, & auctoritatum intelligentiam optime hoc modo, quod ſibi erat propoſitum, concludens.*

a Extant eius lit. inter opuſcul. aur.

Beſſarionis alia ſcripta inſignia. Collectæ a Vecco patriarca auctoritates de proceſſione Spiritus S.

73 *Poſt Veccum prædictam nonnullis annis quidam apud Græcos Gregorius nomine, cognomine Palamas, de quo magna exiſtimatio apud Græcos fuit, veritati catholicæ circa hunc articulum contrarius & hoſtis apertus, paucis volens omnem Vecci prædicti laborem eneruare, argumentis prologiſque eius contradixit, volens probare auctoritates propoſitas non eam, quam ille dicebat, ſed longe aliam intentionem habere; quæ ſi vera fuiſſent totus labor patriarchæ prædicti euanuiſſet: in hac tamen opinione multis annis homines permanſerunt. Cum autem hoc vtriuſque opus ad manus mei Beſſarionis S.R.E. Cardinalis epiſcopi Tuſculani tunc archiepiſcopi Nicæni perueniſſent, non paſſus ſum, nec æquo animo tuli, vt & communem doctores calumniam paterentur, & pro conuicto atque profligato falſo ab aliquibus hic ſapientiſſimus vir Veccus patriarcha putaretur: quare contra Palamam, & eius fucoſas & apparentes contradictiones me oppoſui, probans pro poſſe auctoritates productas illam intentionem habere, quam Veccus ſapientiſſime dicit, non quam Palamas calumnioſe exponit: quo præſuppoſito omnes auctoritates optime faciunt ad propoſitam rem, & veritas per omnia luce clarius apparet intuentibus. Proponuntur igitur primum argumenta ſiue prologi Vecci, deinde Palamæ ad ea contradictiones; demum noſtræ defenſiones, quibus Veccum defendentes Palamæ cauillationes aperimus, & eas pro poſſe eneruamus. Si recte, & ſufficienter, aliorum ſit iudicium.* Hactenus de rebus orientalibus: nunc ad occidentales ſermonem traducamus.

Palamas in Veccũ ſcripſit impie.

Confutatus a Beſſarione.

74 Occurrunt primo res eccleſiaſticæ ditionis, quæ feliciter ſuperiori anno aduerſus Sigiſmundum Malateſtam cœptæ hoc anno perfectæ fuerunt. Fuſus ille fuerat cum ſuis, vt ſupra diximus, ad Senogalliam, ac plura oppida, quæ inuaſerat, in Pontificis ditionem, qua vi qua deditione, conceſſere; neque illum modo vrgebat armis Pius, verum etiam recurrente cœnæ dominicæ die hoc anathematiſmo eum perculſit a: *Nominatim, granditate ſcelerum ita poſcente, excommunicamus & anathematizamus filium iniquitatis Sigiſmundum Malateſtam, hoſtem Dei, contemptorem religionis, rebellem in patrem & dominum ſuum Romanum Pontificem, matri ſuæ Eccleſiæ arma inferentem, interdictum, ſolemni iudicio de hæreſi condemnatum in imagine, quando corpore non potuit, ante faciem huius ſanctiſſimi templi igne abſumptam, & qui ei fauent, ei adhærent, ei obe-*

a Lib. 1. pag. 213.

Anathematiſmi in Sigiſm. Malateſta lati,

Digitized by Google

obediunt, eius ſtipendia ſequuntur, qui pecuniam, qui arma, qui commeatus ſuppeditant, qui denique conſilio vllo, auxilio, aut ſua alienaue opera palam aſſiſtunt.

Diſtricta in eundē arma.

75 Coniunxit cum hoc anathematiſmo Pontifex validiſſimi exercitus terrorem ac robur, adeo vt Sigiſmundi rebus pronis omnino in exitium, quæ plura ſint parta oppida, ipſemet Pontifex recenſet in oratione ad Cardinales habita a his verbis: *Tranſiuere copiæ in agrum Ariminenſem, breuique Mundainum, Montemflorum, Verucbium, S. Archangelum & circumiecta caſtella partim vi partim deditione noſtri duces obtinuere: mirabili prouidentia Dei, atque miſericordia, inexpugnabilia quæ putabantur loca, & quæ nec Picininus, nec Franciſcus Sfortia præclari duces, quamuis tentaſſent, euincere vllo pacto valuerunt, breui tempore capta ſunt. Itum eſt ad Fanum maius, vrbis magnæ & potentis, & in littore maris iacentis, vnde ſæpe auxilia ſuſcepit, obſeſſa tandem manus dedit. Recepta eſt & Senogallia & Gradaria, quæ Franciſcum Sfortiam in obſidione iacentem deluſit. Nihil Sigiſmundo remanſit præter Ariminum & quædam in Apennini montibus inuiſa loca, & in Etruria Ciſterna: magna Dei vltio: peſte, fame, atque bello conteritur, qui paulo ante ſuperbus per contemptum atque irriſionem interceptis epiſcopi Cornetani ornamentis equitem ex ſuis quemdam iuſſerat illa induere, atque obequitantem per caſtra quaſi legatum ſummi Pontificis populo atque militi benedicere; ſic ſacrorum contemptoribus Deus retribuit. Dominicus Malateſta cum Sigiſmundo fratri opem tuliſſet, noſtriſque conatibus aduerſaretur, magna parte agri mulctatus eſt, fuiſſetque Ceſena reiectus, niſi reſipiſcens ad miſericordiam noſtram conuolaſſet.*

a Ext. apud Gob. l. 12.

Plura oppida ex eo recepta.

Malateſtæ inſignis impietas.

76 Præfuiſſe huic bello aduerſus Sigiſmundum Malateſtam Cardinalem Theanenſem, & Fridericum ducem Vrbinatem, refert Gobelinus b, additque vt ille acciſis admodum viribus, ac pertimeſcens ne principatus etiam Ariminenſis ſibi eriperetur, oratores ad Pontificem miſerit, pacemque ignominia non vacuam cum difficultate ſit conſecutus, & tum hæreſes, quarum notatus erat infamia, damnarit: *Sigiſmundus Malateſta*, ait auctor, *in Arimino clauſus caſtella iam pauca poſſidens animo fractus legatos ad Pontificem mittens, pacem, inquit, victus peto, quas leges dederis ſubiturus; victoris honor eſt victo parcere. Confiteor peccaui in te grauiter, verum neque leues dedi pœnas; ſeruatus deinceps cauebo Eccleſiam lædere. Pontifex exhiberi mandata iuſſit, quæ poſtquam iureconſulti probauerunt, in hunc modum Sigiſmundo pacem dedit; procuratores eius in baſilica S. Petri die feſto, dum res diuina geritur, errores, ſuper quibus accuſatus eſt, manifeſtam hæreſim ſapientes, ab eo prædicatos atque aſſertos fuiſſe teſtentur, illoſque ſuo nomine reuocent & abiurent, eos præſertim, qui mortuorum reſurrectionem inficiantur, & animas hominum immortales. Idem Sigiſmundus per ſeſe agat in Arimino. Pro crimine maieſtatis atque hæreſis omni ſe priuatum imperio cæteriſque fortunæ bonis intelligat. Ariminum ex benignitate apoſtolica correctus de nouo, nomine vicariatus, accipiat, cenſumque pendat quotannis mille aureos: oppidis, & arcibus reliquis munitionibuſque, quocunque in loco ſita fuerint, nihil moratus cedat: eccleſia, quam læſit, pro damnis cuncta recipiat; Fredericus Vrbinas, quæ ſua fuerunt, recuperet. His peractis pax eſto; tum quoque apud Ariminum pars agri propinqua, & vrbi neceſſaria, & immunita reconciliato Sigiſmundo dono dabitur. Procuratores dictam pacem acceperunt, quibus perdendæ ciuitatis Ariminenſis magnus inceſſerat metus, & die dominica, quæ proxima fuit in Apoſtolorum baſilica, frequente ad rem diuinam populo, multis aſtantibus epiſcopis, apud aram diuæ Mariæ alta & intelligibili voce Sigiſmundi hæreſim publice confeſſi iuxta facultatem traditæ poteſtatis abiurarunt.*

b Gob. eod. lib. 12.

Pro retinendo Arimino pacem exorat.

Data ea lege vt hæreſes abiuret.

Permiſſa Arimini præfectura impoſito mille aureorū vectigali.

77 *Sigiſmundus autem oppidorum & arcium, vt erat iuſſus, Cardinali Theanenſi poſſeſſionem ad præſtitutam diem tradidit, inter quæ nobile oppidum Ciſterna in Tuſcia Tifernatibus imminens ad eccleſiam peruenit, non ſine Florentinorum moleſtia, qui eo loco potiri multis artibus adnixi fuerant. Perfecta eſt conſignatio locorum per Sigiſmundum pridie kal. nouembris. Sequenti die Cardinalis pacem ei reddidit, & agrum præſcripſit, quem poſſet Ariminenſem dicere, & ſibi poſſidendum habere: in arctum coarctata poteſtas eius eſt. Tumbæ, vt appellant, quædam ei dimiſſæ ſunt, id eſt, palatia paucis habitata colonis, munita & frequentia loca cuncta perdidit. Poſt hæc Sinueſſanus epiſcopus ex imperio Cardinalis Ariminum conceſſit, anathema ſublaturus, cui vniuerſus populus, & ipſe Sigiſmundus occurrit erratorum veniam petens. Epiſcopus ad eccleſiam profectus quantum erraſſet, & tyrannus & populus palam oſtendit, qui mandata Eccleſiæ contempſiſſent, iuſſitque triduo ceſſare diuina officia, atque in ieiuniis eſſe populum, vt mereretur abſolutionem accipere. Poſt triduum congregato in eccleſia populo, Sigiſmundus flexis genibus coram epiſcopo, & ara maiori errores ſuos confeſſus eſt, & veniam petiit, atque in verba Pii iurauit, idemque populus fecit, promittentes deinceps mandata, & cenſuras eccleſiæ omni tempore ſeruaturos. Epiſcopus vero hoc facto pœnitentes abſoluit, ciuitatique benedixit, ſacerdotibus, qui ſtante interdicto diuina profanauerant officia, pro facinoris qualitate ſuſpenſis.* Impoſitus ita finis bello Picæno: nunc vt Neapolitanum pariter hoc anno geſtum ſit dicere aggrediamur.

Recepta ab eo Ciſterna.

Conciliatus eccleſiæ Sigiſmundus.

Quo ritu admiſſi in gratiam Ariminēſes.

78 Deprimi cœptæ ſuperiori anno ob Troianam cladem Ioannis Andegauenſis res, quamuis poſtea Nicolai Piccinini peritia aſſurgere viſæ eſſent Celanenſi comitatu occupato, & Ferdinando in fugam acto, hoc demum anno penitus conciderunt a, & Aragonio Neapolitanum regnum aſſertum eſt; nullis quippe auxiliis ſtipendiiſue ex Gallia Andegauenſi ſubmiſſis, illius partium ſectatores ad Aragonium proni ſpectarunt; Pontifex autem ac Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis ei fœdere iuncti, victoriam in celeritate ſitam rati, vires omnes ad partes Gallicas iam inclinatas proſternendas cum eodem Ferdinando contulerunt; atque in primis Neapoleo Vrſinus eccleſiaſtici ductor exercitus Petrum Paulum Cantelmum ducem Soranum ad Ferdinādi coegit imperium redire, quem Pius cenſuris ſoluit b, quibus Gallici iuris aſſertores perculerat. Munitum etiam oppidum, cui Ponticurui nomen eſt, a Pontificio exercitu Gallis ereptum eſt, facta ab oppidanis deditione his præcipuis legibus, quæ a Pio in eiuſdem decreto referuntur c: *In primis; quod nos & ſucceſſores noſtri Romani Pontifices, qui pro tempore fuerint, teneamus & conſeruemus dictam terram, & eiuſdem homines immediate ſub dominio præfatæ Romanæ eccleſiæ, & ipſam non concedamus alicui alteri domino, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ, vel ſæculari; & ſi qua conceſſio de illa fuerit, vel facta reperitur, ex nunc prout ex tunc nulla & inualida, & nullius roboris, vel momenti fore cenſeatur, ita quod omnia, & ſingula priuilegia,*

Gallicæ res euerſæ in regno Neapol.

a Gob. l. 11 & 12. Pontan. l. 5. & 6. Surit. l. 18 cap. 5. Sabellic. l. 28. c. 5. & alii.

b Lib. 26. pag. 15.

c Lib. 27. pag. 150.

Sora dedita Pontifici ea lege vt iuris ſit eccleſiaſtici.

con-

Digitized by Google

conceſſiones, iuriſdictiones, ſtatuta, & conſuetudines, nec non exemptiones & immunitates dictæ terræ, & hominum prædictorum generalia, vel particularia rata & firma manerent, ac inuiolabiliter obſeruarentur. Piccininus etiam, quo vno maxime res Gallicæ fulciebantur, ingentibus promiſſis deuinctus Alexandri Sfortiæ opera cum Ferdinando fœdus iunxit a, paulo quem poſt pro Sulmonenſi principatu ipſi promiſſo extremis malis merſum videbimus: Aquilani Petri Lallæ Montorij comitis defectione ad Ferdinandum deſciuere: paruere eidem Celanenſes, & ademptus iniuria Celani comitiſſæ principatus Antonio Picolomineo Pontificis nepoti traditus eſt. Quas rerum Neapolitanarum conuerſiones Pius in oratione ad Cardinales habita his verbis deſcripſit.

a Gob. l. 12

79 *Neapoleo noſtri ductor exercitus ad compeſcendam Sorani ducis temeritatem profectus inſulam, & Soram, & Arpinum, & alia pleraque magni momenti caſtella illi eripuit, ac frænum impoſuit; recuperauit & agrum abbatiæ S. Germani, & Pontemcoruum olim Eugenio ab Alfonſo ereptum; Antonio Spinello præcipuo Gallici nominis aſſertori tantam terroris incuſſit, vt ſubito morbo correptus obierit; nepotes eius in arce Vilhelmi, quam inexpugnabilem putant, Eccleſiæ vexilla erexerint. Duxit & aduerſus Rogerottum Celani comitem, qui Piccinini armis adiutus priuatam imperio matrem in carcerem coniecerat, huic breui tyrannidem ademit, atque, vt Ferdinandus decreuerat, comitatum nepoti noſtro Antonio tradidit. Ex altera parte Alexander Sfortia ab Apulis per aſperos montes in Aprutios duxit, coniunctuſque Matthæo Capuano, & Roberto Vrſino in Candolar Piccininumque contendit, qui apud Archas caſtra tenebat. Non fuit animus hoſtibus cum Alexandro manus conſerere, mutatis caſtris ad munitiora montis loca migrauerunt, ac miſſo caduceatore, pacem petentes, poſt paucos dies compoſitis rebus ſuis ſe Ferdinando ſubmiſere; duxit & Alexander aduerſus Aquilanos, qui omni ſpe auxilij deſtituti, mox deditionem fecere, quamuis liberos & vxores comeſturos ſe olim dixerant, priuſquam Francos relinquerent, vt ſæpe maior oris, quam animi ferocitas reperitur. Ferdinandus vaſtata Roſſani principis agrorum magna parte in planitiem Sinueſſanam ingredi conatus eſt, quæ mari, flumine, ac montibus clauſa difficillimos habet aditus; vicit omnia conſtans animus diuino fauore adiutus, munimenta diſiecta ſunt, & omne præſidium ad turrim, quam vocant balnearum, locatum magna vi repulſum obtenta eſt planities; & ager omnium ditiſſimus direptioni datus, atque vſque ad portas Sinueſſæ procurſum; conſternatus tandem animo Roſſani princeps, quamuis Andegauenſis cum duabus equitum turmis auxilio adueniſſet, pacem nihilominus petijt, mulctataſque nonnullis munitiſſimis locis in priſtinam beneuolentiam receptus eſt. Ioanni libertas data eſt intra quindecim dies quocumque vellet extra regnum abiret; is apud Ænariam ſe recepit, ibique Cabelani fidem ſecutus, qui ſuum dominum prodidit, egens mœrenſque latitat. Hæc illi præmia ſunt violatæ fidei, & eccleſiaſticæ claſſis in Chriſtianos armatæ, &c.* Hæc Pius, additque pauciſſimas vrbes arceſue nempe Ortonam in Aprutio, in Apulia Manfredoniam, ſanctam Seueram, arcem Luceriæ, & Campibaſſi comitis toparchiam; in Calabria Mantheam, tum Caſtrum oui e regione Neapolis, ac prope Baias arcem Ænariæ in Gallorum imperio remanſiſſe, quarum etiam nonnullæ inclinante hoc anno, aliæ proximo in Ferdinandi poteſtatem, partim vi, partim deditione, redierunt.

Celani comitatus Pij nepoti datus.

Ferdinandi in Sinueſſanum agrum irruptio.

Roſſani princeps ad officiũ ab eo redactus.

Paucæ vrbes arceſque a Gallis retentæ.

80 Et quidem Ferdinandus dolo, ac Pij auxilio magis quam virtute hoc bellum confecit, nam in primis Piccininum, quem ingentibus promiſſis ſibi deuinxerat, contra iuſiurandum in carcerem coniecit, non alia de cauſa, vt profeſſus eſt, quam ne ſibi noceret, mutaretque aliquando conſilium: qui poſtea formidatus adeo Italiæ dux, ſeu caſu, ſeu iuſſu Ferdinandi ex alto ad terram colliſus infeliciſſime perijt. Ioannes etiam Antonius princeps Tarentinus, qui ſua ad Ferdinandum defectione Gallicas res proſtrauerat, cum illius inſidias vereretur, iterumque ſpectaret ad Gallos, extinctus eſt ſiue ab Antonio Agello & Antonio Vidano noctu ſtrangulatus, vt referunt aliqui; ſiue etiam, vt alij tradunt, quartana inopino deceſſerit: id vnum conſtat ipſum eccleſiaſticis ſacramentis non fuiſſe munitum, atque adulto autumno obijſſe maximo Ferdinandi commodo, cum Ioannes Andegauenſis parata claſſe vere proximo ex Tarentino principatu bellum redintegraturus putaretur. Porro Ferdinandus, qui exercitum proxime admouerat, mox vniuerſa ditione, & principis theſauro ampliſſimo ſupra decies centena aureorum millia potitus emerſit ex inopia, ſoliumque confirmauit, de quibus præter Gobelinum Iouianus Pontanus fuſe agit.

Piccininus contra Ferdinãdi promiſſa miſere trucidatus.

Tarentinus princeps ſeu naturali, ſeu violẽta morte extinctus.

81 Dum ita Renati res corruebant, graues iras in Pontificem concepit Ludouicus Francorum Rex, & cum affinis ſui cauſam miſſo exercitu ſubſidiario conſtabilire facile potuiſſet, minaces literas miſit, vt refert Ioannes Gobelinus a: *Vexare*, inquit, *illum bello regnum Siciliæ, ſuis conſanguineis hoſtem eſſe, nec pacem velle neque inducias: eccleſiam Maguntinam diris calamitatibus ſubieciſſe, comitem Rheni Palatinum, ducem Auſtriæ Sigiſmundum durioribus edictis vrgere, Regem Bohemiæ hæreticum compellare, nullum ſincere frui quiete; facturum melius ſi paci Chriſtianorum ſtudens, contra Turcas conſilia verteret.* Addit idem auctor cumulaſſe Ludouicum hunc errorem alio grauiſſimo, quo ius ſacerdotale ſuis edictis attriuit: *Tria*, inquit, *decreta edidit. Primum in quo ſe iudicem competentem, & non alium declarauit omnium litium, quas ſuper regalijs oriri contingeret aut contigiſſet; regalia vocant Galli ius quoddam a Francorum Regibus vſurpatum, vacantibus eccleſijs cathedralibus, redditus earum arripere, ac beneficia conferre donec nouus epiſcopus inueſtituram acceperit. In altero decreto ſanciuit præſides parlamenti, cunctoſque miniſtros ſuos in cauſis etiam beneficialibus his priuilegijs gaudere, quibus Apoſtolica ſedes Pariſienſem ſcholam donaſſe perhibetur. In tertio iudicium ſuper poſſeſſorio cuiuſcumque beneficij eccleſiaſtici ſuum eſſe conſtituit, nec licere in regno ſuo præter ſe cuiquam ad id manus extendere, conſtituta pœna ſi quis decreta tranſgrederetur, non tam religioſus abolita pragmatica ſanctione viſus, quam huiuſmodi decretorum editione ſacrilegus.*

Potitus eius theſauro Ferdinandus

a Gob. l. 12

Ludouici Regis Gall. aduerſus Pium querelæ.

Libertatem eccleſiaſticam infringit.

82 Legati ſunt ad mulcendas Regis iras obiectaque diluenda a Pontifice, & Cardinalium ſenatu Theodorus epiſcopus Feltrienſis, & Ludouicus archidiaconus Bononienſis Apoſtolicæ ſedis notarius, qui triennales, vel quinquennales inducias paciſcerentur, ſi Ludouicus in Turcas vertere arma decerneret: ſed is animus ab eo aberat, deque reſtituendo Anglico ſolio Henrico Rege cogitabat.

Miſſi ad Ludou. internuntij pro conciliandis inducijs.

Vualdenſium hæreſis in Gallijs repullulat.

83 Quod ad reliquas res Gallicas attinet; repullulauit in nonnullis Galliarum locis Vualdenſium hæreſis. Attrebatenſiſque epiſcopus quoſdam illa lue infectos ſupplicio afficiendos iudicibus tradidit: alios, qui expiandi criminis ſpem dederant, mitiori pœna mulctauit: at ex ijs aliqui, in priora poſtea flagitia prolapſi, aduerſus eccleſiaſticus concitare laicos iudices moliti ſunt; ad quos comprimendos Pontifex illos anathematis nota inuſtos, conſortioque fidelium ſegregandos pronuntiari a præſulibus iuſſit a: *In virtute*, inquit, *ſanctæ obedientiæ, & quorſum noſtram apoſtolicæque ſedis gratiam charam habetis, tenore præſentium per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per omnes eccleſias veſtrarum diœceſium, & iuriſdictionum omnibus diebus feſtis inter miſſarum ſolemnia in dictos, & alios eiuſdem malignantis ſectæ crimine vel iudicatos, vel diffamatos tamdiu aſtante populo publice palam & alta voce excommunicatos anathematizatoſque denuntietis & denuntiari faciatis, donec humiliauerint ceruices, & corde contrito pœnitudinem habentes ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ redierint, ſuas friuolas appellationes apud forum laicale proſequi, & iudices eccleſiaſticos tam iniuſte vexare deſtiterint, noſtrum & ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ iudicium amplexi fuerint. Hæc autem vos conſtantiſſime agere oportebit, vt veros Chriſti milites, & bellatores, cauendumque in primis, ne vel mollitie animorum, vel corruptela, vel humano quouis reſpectu temeretur mens veſtra, & lenteſcat, quod vobis & in ruinam veſtri ſtatus, & in æternam perditionem redundaret, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXIII. *V. id. maij pontificatus noſtri anno V.*

a Lib. 24. pag. 13. Illius rei anathemate ſingulis diebus feſtis percuſſi.

b Lib. ep. cur. pag. 213 & l. 41. pag. 341. Inſtaurata aduerſus plures principes ſententia anathematis.

84 Tulit ſacro cœnæ dominicæ die Pius b anathematis ſententiam in plures principes pontificijs imperijs repugnantes, nimirum Sigiſmundum Auſtriacum, eiuſque defenſorem Gregorium Hamburgenſem, Dietherum olim archiepiſcopum Moguntinum, Palatinum Rheni, ac eorum fœderatos proceres, tum in Vvicleſiſtarum ſocios hunc anathematiſmum intorſit,

Ad perpetuam rei memoriam,

85 Excommunicamus inſuper & anathematizamus eos omnes, qui Vvicleſiſtis, & alijs hæreticis arma, equos, pecuniam, præſidium, quodcumque, commeatus quoſcumque, omnia denique ad humanum vſum ſpectantia clam palamue, ſua alienaue opera ſubminiſtrant, quique ad Saracenos, ad Turcos, ad cæteroſue Chriſti hoſtes ferrum, & alia vetita deferunt. Porro excommunicamus, & anathematizamus Dominicum Malateſtam cæteroſque noſtros, & Romanæ eccleſiæ temporales vicarios, qui annuos cenſus cameræ apoſtolicæ debitos in hanc vſque diem etiam admoniti non ſoluerunt: *Et infra*.

86 Item quoniam diebus noſtris faciens nobiſcum Dominus miſericordiam ſuam de abſconditis terræ, vberrimas pretioſi aluminis venas antea nunquam inuentas miraculo quodam in montibus noſtris, qui in patrimonio B. Petri in Tuſcia prope arcem Tolpham ſunt, patefecit, volens videlicet, ne vltra ex fidelium pecunia Turchorum in eos perſecutio creſceret, ſed illa ad defenſionem noſtram vti poſſemus, iuſtum & pietati ſuæ placitum reputantes, fructum omneo, qui antehac ex comportato in Chriſtianitatem tranſmarino alumine penes impios Turchos in Chriſtianorum exitium erat, modo ad nos in ſuffragium Eccleſiæ catholicæ tranſfert, præſertim cum alumen noſtrum, magiſtra experientia, virtute perfectius, pretio vilius, numero autem ſit adeo abundans, vt vſui Chriſtianorum in omnem partem ſatisfacere poſſit, ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ac noſtra ex hoc ſancto tribunali Apoſtolica voce hortamur atque requirimus omnes, & ſingulos profitentes nomen Chriſtianum, ne poſthac alumen a Turchis alijſque infidelibus emant, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXIII. *VII. id. aprilis pontificatus noſtri anno V.*

Vetiti fideles alumẽ a Turcis emere.

87 Quod ad Dietherum anathemate percuſſum pertinet; tuebantur illum armis Fridericus comes Palatinus, Henricus Langrauius Haſſiæ, alijque plures proceres, atque ingens in Germania bellum conflarant: ad quos anathematis ignominia a Dietheri partibus diuellendos præcepit Pius, vt diebus ſingulis inter ſacra ſolemni ritu Dietherus ipſe eiuſque ſocij anathemate percellerentur.

Vniuerſis & ſingulis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, & tam cathedralium quam collegiatarum capitulis, nec non quorumcumque ordinum & monaſteriorum conuentibus, ac religioſis exemptis & non exemptis, parrochialiumque eccleſiarum rectoribus, & locatenentibus eorumdem per vniuerſam Germaniam conſtitutis ſalutem, &c.

88 Habentes fiduciam in eo, cuius vices licet immeriti gerimus in terris, quique nobis talem contulit poteſtatem, aduerſus quam nequæ portæ inferi præualere poſſint, ad fidelium orationes, ſanctorum patrum exemplum imitati, duximus recurrendum, qui dum aduerſa neceſſitate premebantur orationis clypeum opponebant, & velut arma ſpiritualia capeſſebant: orante namque Moyſe populus Domini Amalecitas ſuperaſſe ſcriptura ſacra teſtatur: muri Iericho non armis & ferro, ſed tubarum ſacerdotalium clangore corruerunt: Aſſyrios ſub Rege Sennacherib Deus precibus populi ſui per angelum contriuit vſque ad internecionem.

89 Vobis igitur omnibus & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto inobedientes incurrant, illis autem, qui nobis & ſedi Apoſtolicæ fidelitatis iuramento ſunt aſtricti, ſub pœna periurij diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus ſingulis diebus in omnibus, & ſingulis eccleſijs veſtris, in quibus conuentualem miſſam dici contigerit, inter miſſarum ſolemnia mox poſt orationem dominicam pulſatis campanis, candelis accenſis, omnis clerus genibus flexis ſubmiſſa voce legendo pſalmum centeſimum octauum, qui incipit: *Deus laudem tuam ne tacueris*; vſque ad finem dicat. Quo finito ſacerdos celebrans ſimiliter dicat collectas ſeu orationes, ſcilicet: *Hoſtium noſtrorum quæſumus domine elide ſuperbiam*; & aliam cuius initium; *Eccleſiæ tuæ, &c.* Quibus finitis candelas extinctas in ſignum maledictionis in terram proijciant, quem modum tamdiu ſeruari volumus, & mandamus donec præfati rebelles humiliati ad pœnitentiæ lamenta peruenerint, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXII. XV. *kal. februarij pontificatus noſtri anno V.*

Solemni ritu e fidelium cœtu eiectus promulgatur.

90 At comes Palatinus pœnam capitis in illos

Digitized by Google

Palatin' edićta pōtificia promulgari vetat. [a] Lib. epiſt. nu. 383.

illos conſtituit, qui literas pontificias in caſtris promulgarent: tum apud Pontificem prolixioribus literis initum cum Diethero fœdus colorare niſus, queſtus eſt ſibi a ſede Apoſt. conſueta amoris ſigna non exhiberi, cui hæc reſpondit Pius [a]: *Quod te dilectum de more filium non vocamus, neque benedicimus tibi, faciunt opera tua, qui & eccleſiæ Moguntinæ bona ad te detrahens aduerſus Apoſtolicæ ſedis mandata Diethero priuato & anathematizato iungere arma non es veritus, ea vlterius publica edicta ponere, ne quis literas noſtras intuis tentorijs vel publicare, vel exequi audeat, mortem ei comminatus, qui contra fecerit; quod nihil eſt aliud, quam primæ ſedi, & Ieſu Chriſti vicario rebellare: quibus ex rebus quamuis non a nobis, ipſo tamen iure excommunicatus es, & extra Chriſti Eccleſiam factus. Neque dilectus filius appellari potes, neque benedictionis capax haberis, atque tua tenentur edicta, nec inhibitiones, quibus apoſtolica decreta prohibes ad te deferri. Non flumina, non montes, non muri, aut alia quæuis munitiones excommunicationis ad te aditum impedire poſſunt: Dei fulmen eſt apoſtolicum anathema, cui nulla poſſunt arma reſiſtere*, [Pollicitus amanter exceptum iri, ſi ad officium rediret; contra obnitenti, hæc interminatus eſt:] *Si perges Apoſtolicam ſedem impugnare, & eius decreta contemnere, ſenties Romanam eſſe maiorem eccleſiam, quam vel tu ſis, vel quicumque alius, &c. Dat. Romæ VII. kal. martij.*

Obiurgatus ob auſa temeraria.

91 Tenebat in vinculis Palatinus Georgium epiſcopum Metenſem, Carolum Badenſem marchionem, & Vdalricum comitem Vvitembergenſem, qui Adolphi archiepiſcopi Moguntini pontificiaſque partes ſecuti, anno ſuperiori in acie capti fuerant: quod cum ægre ferret Pius Fridericum imperatorem ad eos in libertatem vindicandos excitauit: qui cum non adeo valeret viribus, eam ad frangendam Palatini peruicaciam rationem commentus eſt, ſi Philippo Burgundiæ duci, aut eius filio Carolo gerendi in Palatinum belli adminiſtratio pontificio & imperiali nomine deferretur, cum Palatinus poſt Nuremburgenſes inducias ad pontificiam imperialemque auctoritatem opprimendas conſpiraſſet, pluresque præſules, ac proceres & populos in eam allicere ſocietatem niſus eſſet. Propoſitum id ab Imperatore conſilium amplexus Pius Burgundum pertentauit, num eam prouinciam lubens capeſſiturus eſſet: tum illi de regij faſtigij, quod idem Burgundus maxime ob ditionis amplitudinem affectabat, ſpe abblanditus eſt, deque affinitate inter ipſum, & Maximilianum iungenda hæc addidit.

[b] Ext eadē re apud Aen. Sylu. lum 381. De Burgundo in palatinū concitando actum

Burgundo regij nominis ſpes iniecta.

92 *Ex ipſis Imperatoris literis læto animo accepimus eum decreuiſſe noſtra præſertim contemplatione concedere tibi regalem inueſtituram, ſuper quo in tui fauorem ſæpius ad celſitudinem ſuam ſcripſiſſe meminimus; & non hoc modo facere deliberaſſe, ſed etiam affinitatem tecum contrahere ratione filij ſui, & filiæ tui nati, ac tibi vicariatum imperij in terris Gallicanis vltra Rhenum concedere ſtatuiſſe, quod profecto nobis eſt gratiſſimum, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXII. XIV. kal. februarij pontificatus noſtri anno V.*

De affinitate cum Cæſare iungenda cœpta colloquia.

93 Obſtitere Belgæ Burgundo libertatis deſiderio, ne ducale nomen cum regio commutaret, iuncta vero affinitate, de qua paulo ante memoraui, Auſtriaca domus magnis opibus ac potentia eſt aucta, vt ſuis locis dicetur: bellum vero aduerſus Palatinum non eſt ſuſceptum, cum Dietherus pacem cum Adolpho hoc ipſo anno pepigerit, proceresque, a Palatino teneri in vinculis, ſe plurimo auro redemerint. Qua vero ratione Dietherus dimiſſo bello pontificijs imperijs ſe ſubmiſerit, atque Adolpho honore archiepiſcopali ceſſerit, nonnulla oppida & vectigalia ad vitam honorifice ſuſtentandam pactus, refert Gobelinus [a], motumque, ait, miſericordia eccleſiæ Moguntinæ, quæ ipſius cauſa direptioni expoſita eſſet, & acrioribus conſcientiæ ſtimulis incitatum: cum etiam eius pater vir probitate inſignis, audito apoſtolico anathemate in filium iacto præ dolore animam efflaſſet [b]; experimentis pariter deprehendiſſe nō aliud moliri Palatinum quam eccleſiæ Moguntinæ decus atque amplitudinem extinguere, & Palatinatus proferre terminos. De pace itaque Adolphum poſtulauit, ac Frankfordiæ accerſito Petro Ferrico Apoſtolicæ ſedis nuntio, cuius auctoritate res gereretur, in has leges firmata concordia eſt, vti narrat Ioannes Gobelinus [c].

[a] Gob. l. 12.

[b] Id. ib. Serar. Moguntiner. lib. 5 in Adolph. II

Dietherus cum Adolpho pacem cōponit.

[c] Gob. l. 12.

94 *Conuenit tandem inter eos, vt Dietherus iure, quod in eccleſia Moguntina ſibi competere aſſeruerat, prorſus dimiſſo, Adolphum tanquam dominum ſuum, & archiepiſcopum a Romano Pontifice inſtitutum veneraretur: nec mora in cœtu virorum illuſtrium, qui frequentes aderant, gladium inſigne principum, quod electores ante ſe ferri iubent, depoſuit, & humiliatus flexo genu ab apoſtolico nuntio veniam petens abſolutus eſt, & tanquam priuatus prætorium exijt, moxque Aſchaffenburgum, & alia quæ tenebat oppida munitiſſimaſque arces Adolpho reſtituit, retentis aliquibus ex conuento, quoad viueret, ne ad inopiam vrgeretur, diſſipato diuturnis bellis patrimonio.* His conſentanea tradit Serarius. Vt vero Dietherus Adolpho defuncto, iterum archiepiſcopatum fuerit aſſecutus, illumque probe adminiſtrarit, ſuo loco dicetur: nunc ad Sigiſmundum Auſtriacum conuertenda eſt narratio.

Ab Ap. nuntio cenſuris ſoluitur.

95 Perculſus ille a Pōtifice pluribus anathematiſmis de concordia agere cœpit, interprete Chriſtophoro Mauro Venetorum duce, ſeque iuri obtemperare velle præſetulit; ſed, cum miſſo a Pio epiſcopo Feltrino de conſtituendis iudicibus actum eſſet, a promiſſis reſilijt; quocirca illum Pius nouo edicto [d] perculit. Sedandæ illius controuerſiæ percupidus Venetorum dux expoſuit Pontifici [e], nolle in ſe ſuſcipere onus iuris acerbe dicendi inter Sigiſmundum & Cardinalem Brixinenſem, ſed liberam poteſtatem ſibi conferri popoſcit, vt æquitate manſuetudine temperata litem dirimeret; cui aſſenſit Pius ob ſpectatam illius virtutem: quod autem ad cenſuras attineret quibus tenebatur irretitus Sigiſmundus a nemine quam a ſede Apoſtolica ſolui poſſe, veniamque poſcenti expiationem noxæ ritu eccleſiaſtico benigne collatum iri. Redijt poſtea ad officium Sigiſmundus, vt inferius dicetur.

Sigiſmūdus Auſtriac redire ad cor viſus

[d] Lib. 1. ep. cur. 181.

[e] Ib. pag. 185. & in alio lib. di uerſ. bull. pag. 319.

Redintegratum iterum a Veneto cōcordiæ colloquium.

96 Verum longe eo præfractior extitit Georgius Rex Bohemiæ, vt pote a Rochizana hæreſi imbutus adeo, vt vnius hæreſiarchæ præſtigias Pontificiæ conciliorumque œcumenicorum auctoritati & oraculis anteferret. Proiecerat, vt vidimus, catholicæ pietatis laruam ſuperiori anno in ſolemni principum conuentu, cum Bohemos ad ritum Latinum adducere iuſſus eſſet, contenderatque impie communionem ſub vtraque ſpecie laicis ad cœleſtem beatitudinem adipiſcendam

Georgius Regis Bohem. impietas.

dam

dam omnino neceſſariam, ac Fantinum nuntium apoſtolicum in vincula coniecerat, ob quod ſcelus Pontifex mox Vvratislauienſes ſacramento fidei Georgio præſtitæ abſoluit, idemque edictum hoc anno inſtaurauit a.

a Ext. apud Cocle lib. 12.

Pius Papa II.

Pii II in Georgiũ Regem Boh. ſententia.

Dudum inclytum Bohemiæ regnum, quod Chriſtianum, & fidelem populum habere conſueuit, ad pernitioſam Iacobelli & ſuorum ſequacium in aliquibus partibus Huſſitarum nuncupatam hæreticam prauitatem pro magna eius parte prolapſum; vt communionem Euchariſtiæ ſacramenti ſub vtraque ſpecie, vini videlicet & panis, quoad laicos & non conficientes de neceſſitate fore æternæ ſalutis profitetur, cum propter obitum felicis recordationis quondam Ladislai nouiſſimi Rege careret, Georgium de Podiebrar ſibi Regem elegit, qui dum ſe catholicum affirmaſſet, poſtmodum dum coronationis reciperet inſignia, licet in venerabilium fratrum noſtrorum Iaurienſis, & Vvacienſis epiſcoporum, ac nonnullorum eccleſiaſticorum & ſæcularium virorum notabilium, manibus tactis per eum corporaliter ſacramentis euangelicis, publice & ſponte promiſerit, ſpoponderit, pollicituſque fuerit atque iurauerit, quod deinceps fidelis & obediens eſſet ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & illius pro tempore Pontificibus, in eiuſque obedientia & conformitate more aliorum catholicorum & Chriſtianorum Regum in vnitate orthodoxæ fidei, quam ipſa ſancta Romana catholica Eccleſia confitetur prædicat & tenet, fideliter obſeruaret, ac deinceps fidem & Eccleſiam ipſam protegeret atque tueretur & defenderet, & populum ſibi ſubiectum ab omnibus erroribus ſectis & hæreſibus ac articulis ipſius Eccleſiæ & fidei catholicæ contrarijs reuocaret & auerreret; nec non catholicæ fidei conſeruationem, ac obedientiam, conformitatem, vnionem, ritum, cultumque ipſius ſanctæ Romanæ eccleſiæ reduceret & reſtitueret in dicto regno; licetque dictus etiam Georgius deinde per dilectum filium Ioannem de Rabenſtein notarium noſtrum eius ad nos oratorem pro ſe, eiuſque conthorali, & liberis pollicitaretur, vt præcepta noſtra reuerenter, ſuſciperet, & eis obſequeretur; ac deinde eum ſe huiuſmodi iuramento aſtrinxiſſet, ac obligaſſet per chariſſimum filium noſtrum Fridericum Romanorum Imperatorem illuſtrem, vt talis extitit confirmatus; nihilominus, cum ipſe Georgius his omnibus facta contraria agerrt, publicaque continuata fama aduerſus ipſum laboraret, quod contra tam ſolemniter factas ſuas promiſſiones, & iuſiurandum dictam hæreticorum ſectam foueret, & amplecteretur, dilecti filij clerus, capitanei, conſules, & communitates ciuitatis Vvratislanienſis, & oppidi Namslauienſis tanquam catholici, & veri Chriſtifideles eundem Georgium pro Rege ſibi recipere, eique homagium præſtare debite recuſarunt, propter quod Georgius ipſe bello illos impugnare tentauit; nos tunc de his certam notitiam habentes, vt tantis incommodis repagulo eſſemus, dictumque Georgium, ac ipſum inclytum Bohemiæ regnum ad veram obedientiam, & vnionem Apoſtolicæ ſedis, & ſanctæ ipſius Romanæ eccleſiæ reducere poſſemus, venerabilem fratrem noſtrum Hieronymum archiepiſcopum Cretenſem, & dilectum filium ſacræ theologiæ profeſſorem Franciſcum de Toleto tunc archidiaconum de Aſtigia in eccleſia Hiſpalenſi, oratores noſtros ad partes illas miſimus, & tandem huius homagij ſuſpenſio ad triennium, & vnum menſem per eos facta extitit. Verum duobus deinde fere annis decurſis, cum idem Georgius nihil de huiuſmodi iuramentis per eum promiſſis ſe facturum oſtenderet, nos tantæ rei moram eſſe periculoſam cenſentes, præfatum Georgium, vt promiſſionibus, & iuramentis præfatis ſatisfaceret, regnumque præfatum ad vnionem ſanctæ matris Eccleſiæ reduceret, per certum nuntium noſtrum iterum fecimus ſolicitari.

Vt pollicitus ſit obſequẽtem futurum Eccleſiæ.

Dicta factis euertit.

Diſceſſere ab eo propterea plures catholici.

97 Sic demum Georgius ipſe, tranſacto poſt vnius anni ſpatio, ſolemnes ad nos oratores tranſmittens nobis obedientiam præſtitit verbalem vt prius, ſed non realem ſui & regni in vnitate fidei & ritus communionis, quam iuxta iuramentũ ac promiſſiones antedictas expectabamus, eumq; tunc per proprios oratores ſuos hortari non deſiuimus, vt pro huius rei finali conſummatione, dimiſſa veſania ſua, atque hæretica præſumptione ſuper articulo communionis huiuſmodi ipſe cum regno Bohemiæ ſe nobis & Eccleſiæ ſanctæ atque alijs regnis conformaret, dilectum filium Fantinum de Valle vtriuſque iuris doctorem ad eundem Georgium, regnum, & marchionatum Morauiæ, ac vicina eius dominia tranſmiſimus: qui ſibi per nos iniuncta fideliter in conuentu, ob id per dictum Georgium in feſto S. Laurentij proxime elapſo indicto, coram prælatis, magnatibus, & alijs multis expleuit. Idem tamen Georgius ſathanæ laqueis ligatus in ſua pertinacia obſtinatus permanſit, nam publice inibi cum eius conthorali ſibi conſidente in prælatorum, procerum, & magnatum præſentia, prout intelleximus, in nos & ſanctam ſedem Apoſtolicam, ipſamque ſanctam Romanam & apoſtolicam eccleſiam fidelium matrem multis detractionibus, & blaſphemijs ore polluto, & impudicis labijs inuectus, etiam proferre veritus non eſt hæc vel in effectu ſimilia verba, videlicet: *Vt nemo deinceps de fide & religione mea coniugis & liberorum meorum dubius exiſtat, nunc palam & publice profiteor chariſſimos parentes meos in hac veritate communionis calicis vtriuſque ſpeciei mortuos eſſe, meque in ea natum, educatum, atque vſque in hæc tempora vixiſſe, viuereque & mori velle cum vxore, & liberis meis; aſſerens communionem illam de neceſſitate ſalutis:* & adiecit, Deo magis quam hominibus eſſe parendum. Nec his contentus, ſed etiam præfatum Fantinum oratorem noſtrum, poſt factam per eum confutationem aſſertorum compactorum ſuper communione prædicta, poſtque erroris illius declarationem & propoſitionem eorum, quæ ipſe orator noſter a nobis habuit in mandatis, ſacrilege in eum manus iniecit, & turpiter durisſimis carceribus mancipauit, in Dei, huius ſanctæ ſedis, & Romanæ eccleſiæ opprobrium, atque noſtri, qui licet immeriti, Chriſti vices in terris gerimus, vilipendium, & contemptum.

Blaſphemias vomere aduerſus Eccleſiam auſus.

Hæreſim publice profeſſus.

Ob eam confutatam inter nuntium Apoſt. carceri addixit.

98 Nos autem, qui nobis factam iniuriam nihili pendimus, Dei tamen & Eccleſiæ ſuæ offenſam vindicare tenemur, ſic in præmiſſis animaduertere debite volentes, ne error ille ſæuiſſimus arma habens ſub religionis ſpecie amplius ſerpere valeret, & ne fideles Chriſti per ſubiectionem dicti Georgij eius erroribus valeant maculari, nuper proprio motu, ex certa noſtra ſcientia fidelium proſpicientes ſaluti, di-

ctos

Sacramēti illis pręſtiti relligione ſoluti Bohoemi.

ctos clerum, capitaneos, conſules, communitates ciuitatis Vvratislauienſis, nec non oppidi Namslauienſis, ab obſeruatione concordiæ prædictæ auctoritate oratorum noſtrorum concluſæ omnium dependentium & connexorum, etiamſi eius vigore ad homagium præſtandum tenerentur, abſoluimus & abſolutos fore declaramus, vt in alijs literis noſtris continetur, quarum tenores volumus in præſenti habere pro expreſſis. Et quamuis pridem chariſſimus filius noſter Fridericus Imperator, ac nobilis Ludouicus Bauariæ dux illuſtres præmiſſa ſentientes nobis ſupplicarent, vt ab vlteriori proceſſu contra dictum Georgium ob certas cauſas abſtinere, ſiue iam factos proceſſus ſuſpendere vellemus, cum dictum Georgium ad Eccleſiæ gremium rediturum ſperarent; nos eorundem & præſertim ipſius Imperatoris precibus inclinati, ab vlterioribus proceſſibus aduerſus ipſum Georgium decernendis vſque ad præſens diſtulimus. Sed cum iterum poſt hæc dictus Georgius per alium nuncium exhortatus ad cor redire, erroreſque ſuos recognoſcere, & ad Eccleſiam catholicam reuerti, & ſe illius ritui conformare non curauit nec curat, nihilque nobis ſpei de hoc per Imperatorem, ac ducem prædictos hactenus allatum ſit, conſiderauimus debitum officij noſtri fore hæreſes extirpare, & Chriſti fideles in obſeruantia, ritu, & orthodoxa fide ſanctæ catholicæ Eccleſiæ confirmare.

Cæſar ac principes deprecatores aſſerere.

Errores emendare abnuit Georgius.

99 Ne igitur Georgius ipſe ſuum venenum liberius effundat, ac dictos clerum, capitaneos, conſules, & communitatem Vvratislauienſem, ac oppidum Namslauienſe quouis modo opprimat contra noſtram, ac huius Apoſtolicæ ſedis prohibitionem vigore dictæ concordiæ ad homagium, & quæuis alia præſtanda inducere, & compellere poſſit, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, noſtroque mero officio non ad eorum ſeu alterius pro eis oblatæ nobis petitionis inſtantiam clerum, capitaneos, conſules, communitatem Vvratislauienſem, ac oppidum Namslauienſe præfatos ſub noſtra, & Apoſtolicæ ſedis protectione vſque ad noſtrum, & eiuſdem ſedis beneplacitum ſuſcepimus, ſuſcipimuſque per præſentes, &c. [Addidit imperijs, ac precibus hortatus eſt Reges, principes, viroſque nobiles catholicos, tum Morauos, Bohemos, Luſatios fidei orthodoxæ cultores, vt opem Vratislauienſibus conferrent, ſi eos Georgius ad clientelare officium præſtandum adigere niteretur.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXIII. IV. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* V.

Catholicis opem præſtare iuſſi.

100 Iuſtam hanc ſeueritatem veritus Georgius, ne Pontifex ei, iudicio hæreſeos poſtulato, coronam adimeret, mulcere ipſum blandis literis a niſus eſt, profeſſus his verbis ſe Apoſtolicæ ſedis dignitatem ſemper tutaturum: *Sanctiſſime pater*, inquit, *nunquam aliud nobis & menti noſtræ incidit, quam vt honor ſummorum Pontificum, ac ſedis Apoſtolicæ, præſertim ſanctitatis veſtræ, quantum in nobis fuit, omni cum diligentia & accuratiſſima opera intactus ſit: in hac quoque opinione & nunc perſiſtimus, ſtabimuſque, Deo iuuante, in æuum.* Excuſauit deinde pluribus fucis patratum in Fantino nuntio apoſtolico in carcerem miſſo facinus, rogauit vt Vvratislauienſes ad ipſi parendum induceret, tum Fredericum Imperatorem deprecatorem adhibuit, quem affecerat recenter ſummo beneficio; a ſuis enim obſeſſum accurrens

a Ext. apud Cocle lib. 12.

Perpetuũ obſequiũ pollicetur eccleſiæ Georgius.

Patratũ in Fantino ſcelus excuſat.

cum exercitu liberauit a, ita tamen, vt Fridericus ipſe nec vinceret nec periret; quapropter Fridericus Georgio admodum obſtrictus omni ſtudio dedit operam, vt Georgium in gratiam cum Pontifice reuocaret: miſitque eam ob cauſam ad Apoſtolicam ſedem Vvolfangum oratorem, atq; opem ſibi, in extremum diſcrimen adducto, a Georgio exhibitam Pio expoſuit, preceſque addidit, vt Vvratislauienſes ad fidem Georgio addicendam impelleret.

A Gregorio liberatus Fridericus illum tuetur.

a Gob l. 12

Legationem decernit ad Pont.

101 Reſpondit b ad hæc Pontifex Georgium ſe ab eccleſia Romana, cuius caput Chriſtus eſt, ſegregaſſe, eoque crimine regiæ dignitatis gradu excidiſſe, nec Vvratislauienſibus imperari poſſe, vt Regi catholicæ fidei & Eccleſiæ deſertori obſequantur: *Certum*, inquit, *profecto eſt eum, qui ſeipſum ab Eccleſia catholica ſchiſmatice ſeparat, in republica Chriſtiana nullam aut regiam aut aliam poſſe tenere dignitatem. Nos quoque, vt fidelem Chriſti vicarium decet, eundem pro ethnico & publicano, atque abſciſſo de corpore Chriſti membro ſine vlla diſſimulatione habere tenemur: ex quo intelligit maieſtas tua nos oportere mandare dictis Vvratislauienſibus, vt nobiſcum ſentiant, & Georgium ipſum Regem eſſe non poſſe, nec Regi obediendum fore ei, qui de corpore Chriſti ſe ſua ſponte præſcidit, nec in hoc quæcumque pacta ipſis obſtare paſſunt: ſicut enim mors naturalis pacta præſtandi homagij diſſoluiſſet, ita non minus hæc abſciſſio a corpore Chriſti (extra quod Chriſtianus, vt Chriſtianus non viuit) pacta illa diſſoluit, &c.* Cæſarem eſt adhortatus vt, Georgium ad fidem orthodoxam traduceret, eumque ſe regiæ dignitati gerendæ idoneum Georgius ipſe damnata hæreſi præſtiterit, tum cæſareis ſe aſſenſurum votis: interea ab Vvratislauienſibus vexandis ſibi temperare Georgium iuſſit, monuitque Fridericum, vt priuatis in Georgium ſtudijs Dei & Eccleſiæ cauſam anteferret: quibus literis aſcripta eſt dies XVI. maij huius anni.

b apud Cocl. l. 12.

Negat Pius Georgiũ Regem eſſe poſſe poſt hæreſim ſuſceptam. Omnia pacta preterita nõ aliter quã morte abolita.

102 Niſus eſt Imperator ab hæreſi Georgium abducere. ſed is obfirmatus in pertinacia ſaniora conſilia reſpuit: cumque omnes præter Vvratislauienſes obſequentes haberet, duces Saxoniæ affinitate ſibi coniunxiſſet, de Imperatore a ſe periculo maximo erepto eſſet optime meritus, Matthiam vereri ſponſione & affinitate ſibi deuinxiſſet, Vvratislauienſes armis ſe poſſe frangere credebat; ſed ſefellit eum ſpes, cum ij fortiſſime ſe tutati ſint, & principes, de quibus paulo ante memoraui, publicam Eccleſiæ cauſam priuatæ anteposuerint: at de his inferius. Nunc ad inſignem theologicam concertationem de ſanguine Chriſti: an triduo, quo a corpore ſegregatus fuit, hypoſtatica vnione caruiſſet, natalitijs Domini die ſacro factam nos conuertimus,

Monitus a Cæſare Georgius vt reſipiſcat ab hæreſi.

Propulſatur fortiter ab Vvratislauienſibus.

103 Mota iam ante Brixiæ a B. Iacobo Piceno, quem poſtea Vrbanus VIII. beati nomine & cultu inſigniuit, lis fuerat: tuebanturque eius ſententiam Minoritæ triduo paſſionis hypoſtatice verbo coniunctum non fuiſſe: at Prædicatores aduerſam tuebantur ſententiam; addebant tamen totum Chriſti ſanguinem in paſſione fuſum non receptum fuiſſe hac de cauſa vt ait Gobelinus c: *Ne literis Pij aduerſari viderentur, in queis declarauerat Tybure manens: aſſertionem, quæ aliquid de Chriſti ſanguine in terris remanſiſſe proderet, religioni Chriſtianæ non eſſe contrariam.* Lecti ſunt ex vtroque ordine terni cum pari numero concertaturi coram Pontifice, & Cardinalium, epiſcoporum,

An ſanguis triduo paſſionis expers fuerit hypoſtaticę vnionis.

c Gob l. 11.

Non eſt religioni contrariũ quod aliqua pars eius ſanguinis remanſerit.

præ-

præſulum, doctorumque cœtu; tantuſq; diſceptantium ardor fuit, vt quamuis gelu omnia rigerent, ipſi ſudore maderent. Refert Gobelinus vtriuſque partis præcipua argumenta, atque plures epiſcopos & abbates ſcientia theologica inſignes quæſtionem problematicam, quæ in vtramque partem poſſet agitari, cenſuiſſe; maioremque partem Cardinalium ſenſiſſe cum Prædicatoribus, atque etiam Pium eam tenuiſſe; verum quæſtionis ſolutionem in aliud tempus extraxiſſe. Interea, ne ex ſacrorum ordinum contentione aliqui motus pietati contrarij exorirentur, proximo anno in Turcicæ expeditionis procinctu Pontifex hæc ſanxit a.

Diſceptatum inter Prædicatores & Minoritas. Extracta in aliud tempus controuerſia.

a Lib. 2. ep. de cur. & bullar. in Pio II. conſtit. 8.

Ad futuram rei memoriam.

104 Vt in Eccleſia Dei orthodoxæ fidei vnitas perſeueret, & de cætero tollatur occaſio in huiuſmodi controuerſijs incidendi, auctoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quod nulli fratrum ordinum prædictorum deinceps liceat de prædicta dubietate diſputare, prædicare, vel publice aut priuate verbum facere, ſeu alijs ſuadere, quod videlicet hæreticum, vel peccatum ſit tenere, vel credere ſanguinem ipſum ſacratiſſimum, vt præmittitur, triduo paſſionis eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti ab ipſa diuinitate quomodolibet fuiſſe vel non fuiſſe diuiſum vel ſeparatum, donec ſuper dubietatis huiuſmodi deciſione, quid tenendum ſit fuerit per nos, & ſedem Apoſtolicam diffinitum; mandantes propterea vniuerſis, & ſingulis eorundem ac aliorum quorumcumque ordinum per totum orbem conſtitutis fratribus, cuiuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, præſentibus & futuris, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam ipſo facto incurrant, & a qua niſi in mortis articulo conſtituti niſi per nos aut ſucceſſores noſtros prædictos abſolui non poſſint, ne contra ſtatutum, & ordinationem noſtram venire, aut facere, vel tentare quoquomodo præſumant; nec non omnibus & ſingulis prædictorum & aliorum ordinum prælatis, vt in virtute ſanctæ obedientiæ tranſgreſſores omnes, quos in pœnam huiuſmodi incidiſſe aut contra prædicta diuiſſe, vel feciſſe præſumpſerint, dignis pœnis diriſque carceribus punire, & mancipare procurent, ac fratribus ipſis vtriuſque ſeu alterius ordinis, ne de cætero ſub eiſdem pœnis aliquem fratrem ſeu alium hæreticum propterea declamare, aut hanc ſic ex hoc labem incurtiſſe, dicere vel aſſerere præſumant; ſed ſi eos aliquem vel aliquos hæreſim aliquam incurriſſe conſtiterit, illum vel illos apud ſedem apoſtolicam denuntiare teneantur, & debeant, &c. *Dat. Anconæ* MCCCCLXIV. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* VI.

Prohibitæ diſceptationes vtere hæreſis impingatur alteram partem defendentibus.

Intentatæ pœnæ prævaricatoribus.

105 Colluſtrabat per hæc tempora Gallias, ac præcipue Aquitaniam pluribus iiſque inſignibus miraculis Petrus Berlandus olim archiepiſcopus Burdegalenſis, ad cuius ſepulchrum Burdegalæ ingentes fiebant populorum, illius ſuffragijs diuinam opem & miſericordiam implorantium concurſus: quibus permotus Ludouicus Francorum Rex enixe Pontificem rogauit, vt illum in ſanctorum catalogo collocaret: qua in re debitam conſilij maturitatem adhibiturus Pius Petragoricenſem, & Vaiatenſem epiſcopos apoſtolicis mãdatis præcepit b, vt teſtium dicta de illius vitæ ſanctitate, cœleſtibuſque prodigijs ab eodem editis, in publicas tabulas referenda curarent, tum interrogandorum teſtium formulam hanc præſcripſit.

Petrus Berlãdus archiep. Burdegal. miraculis illuſtris.

b Lib. 42. pag. 47.

Tenor interrogatoriorum, vnde ſupra ſit mentio, ſequitur & eſt talis.

106 Interrogatoria ſuper quibus perſonæ fidedignæ & omni exceptione maiores per vos auctoritate noſtra recipi & examinari debent ſunt infraſcripta, videlicet.

Quibus interrogatis exprimenda veritas.

I An quondam bonæ memoriæ Petrus Berlandi olim archiepiſcopus Burdegalenſis fuerit Chriſtianus, fidelis, catholicus, irreprehenſibilis vitæ verbo, re, & facto, & an pro tali, & vt talis fuerit habitus, tentus, nominatus, & reputatus. II. An ipſe quondam Petrus Berlandi fuerit de legitimo matrimonio procreatus, & pro tali & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus. III. An ſecundum ordinationes, & inſtituta ſanctæ matris Eccleſiæ baptizatus, & confirmatus, ac etiam tempore toto, quo in humanis egit, maximæ honeſtatis extiterit. IV. An laudabilis vitæ, ac ſanctitate, & doctrina optimiſque moribus pollens extiterit, & pro tali, & vt talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus. V. An aſſidue in orationibus erga Deum, & ſanctos eius vacauerit & ſanctæ meditationis extiterit. VI. An idem quondam Petrus fuerit virgo, vel pro virgine, ſeu ſaltem continente habitus, tentus, & reputatus. VII. An ipſe quondam Petrus, dum vixit, alia bona fecerit, & ſi ſic interrogentur, quæ bona fecit, & ſi eius facultates in cibos pauperum Chriſti erogauerit. VIII. An aſſiduis temporibus confiteretur ſacerdoti, & cui ſacerdoti; & an ſacramentum Euchariſtiæ cum maxima deuotione aſſumeret, ac miſſas & alia diuina officia deuotiſſime celebraret, diuinumque officium continuo diceret, & illud dicere nullatenus prætermitteret, & an continuo diuinis officijs intereſſet. IX. An infirmis & miſerabilibus perſonis in eorum neceſſitatibus ſubueniret, & alia opera miſericordiæ exerceret. X. Quas veſtes ſeu quos pannos induebat, & qualiter, ac quibus pannis, & veſtibus indutus ibat. XI. An eſſet nimium loquax, vel parcus, & rarus in loquendo, & an verba otioſa ex propoſito vnquam locutus fuerit. XII. An in eius infirmitatibus, & tribulationibus, quas tempore eius vitæ paſſus fuit, patiens fuerit, & illas libenti animo ſuſtinuerit. XIII. An importunos ſuſtinuerit, & iniuriantibus ſibi iniurias remiſerit, & pepercerit. XIV. An petentibus conſilium, & auxilium præberet. XV. An vnquam populo ſibi commiſſo verbum Dei prædicaret, vel ſaltem ad bene agendum, & Dei præcepta ſeruandum hortaretur, eiſque præciperet, & mandaret, & alia faceret, quæ ad ipſum tamquam archiepiſcopum, & prælatum ſpectabant, & pertinebant. XVI. An vnquam de aliqua re inhoneſta, turpi, vel non permiſſa fuerit diffamatus. XVII An aduerſantes, & inuicem odioſos ad pacem, & veram concordiam reduxerit, vel ſaltem reducere quæſiuerit. XVIII. An idem Petrus toto tempore, quo in humanis egit, & vſque ad eius obitum virtuoſe, & laudabiliter, & abſque ſama alicuius notæ ſiue maculæ vixerit, & vitam laudabilem duxerit. XIX. An tempore eius obitus fuerit pro optimo aut bono viro habitus, tentus, nominatus, & reputatus. XX. An ante eius obitum, aut poſt idem Petrus fuerit de aliquo crimine, vel vitio aut aliquibus operibus diffamatus: & ſi ſic interrogentur, de quo, ſiue quibus, & a quibus,

Digitized by Google

bus, vbi, quoties, & quando. XXI. An idem Petrus archiepiſcopus tempore, quo viuebat, ſigna miraculoſa fecerit: & ſi ſic interrogentur, quæ & in quibus perſonis illa ſigna ſuis promerentibus meritis Deus oſtenderit. XXII. An poſt eius obitum idem Petrus archiepiſcopus aliqua miracula aut ſigna miraculoſa fecerit, aut potius omnipotens Deus in perſonas dicto Petro archiepiſcopo deuote ſe commendantes miracula, & res miraculoſas operatus eſt, & a quanto tempore citra ſit; ſi ſic, interrogentur de miraculis, & miraculoſis rebus. XXIII. An idem Petrus archiepiſcopus poſt eius obitum continuo, & ab omnibus præſertim ciuibus Burdegalenſibus, & alijs diſtrictualibus, & conuicinis eiuſdem pro optimo, & bono viro, ac laudabilis vitæ habitus, tentus, nominatus, & reputatus fuerit. XXIV. An idem Petrus archiepiſcopus a quatuor annis proxime elapſis pro ſancto, vel pro beato habitus, tentus, nominatus, & reputatus fuerit. XXV. An ab aliquo tempore citra, & præſertim a dictis quatuor annis proxime elapſis quamplurimæ, & innumerabiles perſonæ ad locum, vbi & in quo idem archiepiſcopus ſepultus eſt, tanquam ad ſanctum, & in Altiſſimi gratia exiſtentem pro obtinendis gratijs ineunt, & continuo vadant, & ad eum tanquam ad ſanctum, vel beatum preces porrectæ, & orationes dictæ fuerint, & hodie porrigantur, & dicantur, & alia ſigna extrinſeca facta fuerint, & fiant, quæ veris & indubitatis ſanctis facere licet, & eſt permiſſum.]

107 Migrauit in cœlum hoc anno B. Didacus Minorita, cuius felicem obitum deſcribit ex antiquis & probatiſſimis monumentis vitæ illius auctor a: *Cum*, inquit, *vir beatus eſſet ætate graui laboribuſque confectus in difficilem ægritudinem incidit, quam ex vi peſtilenſis humoris, qui in brachium ſiniſtrum iuxta manum decubuerat, nactus eſt, quod plano malignis ſuppurationibus, quas Græci apoſtemata vocant, vehementer intumuit. Sed peritus chirurgus lenientibus vſus medicamentis, cum affectum locum aperuiſſet putris longe effluxit humor, qui nullum tetrum fætorem, ſed quod mirabilius omnibus videbatur, ſuauiſſimum odorem contra naturæ ordinem efflabat: quod tunc quidem medico cæteriſque adſtantibus magna admirationi fuit, atque id prius ei accidit dum hoc morbi genere vehementius vrgeretur: poſtea vero duriores beato viro dolores accreuere, qui cum in dies augerentur, tanta illos animi lenitate & patientia perferebat, vt nunquam ingemuerit, & nihil ore præter diuinas laudes expreſſerit. Nocte vero quadam, cum ei medicus curationibus ſubueniret, ille diuino ſpiritu in extaſim raptus paulo poſt, cum iam mortuus crederetur, collecto ſpiritu ad ſeipſum reuerſus, quid ex cœleſti illa & immortali patria deguſtaſſet ter quaterque apertis verbis exclamauit repetens: O quales flores ſunt illi paradiſi.*

a Franc. Pegna in vit. S. Didac. lib. 2. c. 1.

Humor ex illius apoſtemate manans ſuauem odorem ſpirat.

Cæterum, ingraueſcente vi morbi, cum ille certam iam ſui corporis diſſolutionem imminere ſentiret, guardianum cæteroſque conuentus fratres accerſiri, & omnes ad ſe venire humiliter poſtulauit. Quos vt veniſſe videt, per Dei viſcera & miſericordiam deprecatur, vt ſibi chordam & habitum viliorem concederent, quo inuolutus moreretur: quæ plane de humilitatis & paupertatis amore manabant, quarum virtutum ſtudio maxime tenebatur: accedebat præterea S. Franciſci imitatio, vt, quem cum viuens ex animo dilexiſſet, etiam humilitate moriturus exprimeret. Annuunt illi, petitumque habitum afferri iubent, illumque extracto priori, quo indutus iacebat, ægro imponunt.

Illius in morte lætitia.

Interim cum ad eum magnus fratrum numerus accederet, vt eum morientem de more viderent, iuuarent, & conſolarentur, ab illo ſuauiſſimis amplexibus deprecabantur, vt pro ſe diuinitatem exorarent: e contrario ille ab omnibus humiliter repoſcebat, & ſe bonorum omnium & meritorum, quæ poſt religionis ingreſſum promeruerant, participem facerent. Ex his alij dimidiam ſuorum laborum partem obtulerunt, cum vehementiſſime in virum pium affecti fuiſſent. Ergo cum profuſis lachrymis ab omnibus veniam deprecaretur, & chariſſimis fratribus vale dixiſſet, lætus de morte iam proxima, quam lucrum maximum deputabat, & de vicina accerſione ſecurus, vtrumque brachium pariter in altum erigens, quod viſu fuit mirabile, cum ſiniſtrum vi morbi depreſſum paulo ante mouere non poſſet, ad fratres adſtantes, & ſpectantes conuerſus crucem ligneam, quæ ad caput repoſita erat, arcte complectitur, & ore oculiſque ſæpe ſuauiſſime oſculatus, cum ingenti pietate ſequentem hymnum pronuntiauit. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera, quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere Regem cælorum & dominum, *quæ vbi dixiſſet beatiſſimam animam Deo reddidit anno* MCCCCLXIII. *die* XII. *menſis nouembris.* Confirmantur hæc a Sixto V. a in ſanctione, qua ſanctorum cultum illi decreuit, atque inter cæteras res admirandas recenſet puerum, qui in ardentem fornacem præceps ceciderat, incolumem patri implorata ſanctiſſimæ Virginis ope reſtituiſſe; tum de miraculis poſt eius mortem editis plura refert, quæ accuratiſſime narrat ex fide digniſſimis monumentis Franciſcus Pegna b his verbis,

Crucis dulcedinem prędicat.

a Bull. in Sixt. V. conſt. 42.

b Id. ib. c. 2.

108 *Permanſit B. Didacus mortuus eodem vultu, & facie nihil prorſus immutata, vt non e vita deceſſiſſe, ſed viuus omnino crederetur. Eius caro, cum prius ob continua ieiunia, vigilias, aſperaſque pœnitentias attrita, contracta, & ſubliuida foret, iam tunc candida, mollis, & ſplendida renitebat, vt nec tenuis illam macula inficeret, ſed dote iam claritatis & ſtola gloria circumamicta eſſe videretur. Non riguerunt mortuo frigida membra, ſicut mos eſt corporum vita functorum, ſed inſtar viuentium, & bene valentium pedes, manus, & brachia mouebantur, omneſque arteriarum nerui, & articuli flexibiles facile vertebantur, quod per integrum ſex menſium ſpatium durauit, donec ſacrum cadauer in in arca bene munita fuit reconditum.* Et paulo infra: *Igitur ſabbati nocte, qua viri ſancti anima a carne ſoluta eſt, in eccleſiam defertur, vt ſequenti die dominico corpus ſepulturæ mandaretur: ad multam vero noctem ſplendor quidam ſuper illius exanime, & defunctum corpus illuxit, qui ſolis radios ſua luce ſuperare, ac totum chorum, vbi ille repoſitus fuerat, illuſtrare videbatur. Multi præterea ciues Conchenſes, & de Medina cæli eadem nocte, qua S. Didacus beatam egit animam, ſtellam reliquis maiorem, ac illuſtriorem apparuiſſe affirmarunt, quæ plane ita omnium oculos ad ſe inſpiciendam ac contuendam conuertebat, vt rei nouitate commoti frequentes domo egredi cogerentur; hærebant enim an aliquid boni malive portenderet, cum multi affirmarent huiuſmodi ſtellas ſignum mortis alicuius viri ſancti præferre, de quo creditum erat eius animam in ſanctorum numerum in cælo receptam fuiſſe: ſolet enim ſæpe clementiſſimus Deus ſanctorum ſuorum pietatem, & ſanctitatem, quibus tanquam fulgentes faces, & lucentia ſydera eccleſiæ præluxerunt, cæleſtibus quoque fulgoribus indicare, vt omnium perſuaſione credatur in cæleſti patria claros atque conſpicuos eſſe.* Multis interiectis de rebus admirandis, quæ ad il-

In extincto elegātia formæ emicat.

In illius obitu ſtella lucidiſſima fulget.

lius ſepulchrum edita ſunt, depulſiſque varijs morborum generibus, quæ omnium medicorum vim eludebant, ſubdit, Henricum Caſtellæ Regem eius nominis IV. B. Didaci artus contrectaſſe quintodecimo die ab illius obitu, ac flexiles, & ſuauem odorem halantes non diſparem illi, qui ex corpore S. Iſidori Matriti ſpirat, ſenſiſſe, contactuque ſacro ſanitatem in brachio recepiſſe; Alfonſumque Carrillum Toletanum archiepiſcoрum contrectantem flexilia B. Didaci membra, & maxillaeque ducentem vehementi admiratione affectum fuiſſe: concurriſſe vero ad ſpectaculum Caſtellanos, Aragones, & Luſitanos, adhibitoſque a teſtes nonnullos Mauros, ac Iudæos, qui id ſupra naturam fieri faſſi ſunt. Vt vero a Sixto V. ſanctis annumeratus ſit, ſuo loco dicetur.

a Franc. Pe. n. 4. 78

B. Catharina Bononien. propheтiaconſpicua clara.

109 Eodem anno VII. id. martij e viuis deceſſit Catharina Bononienſis Clariſſa, ſanctimonia conſpicua, cui multa diuinitus detecta fuere: atque inter alia Conſtantinopolitani imperij excidium multis annis prædixerat, ſeque ob ingentia Græcorum ſcelera & impietatem, a reliquorum Chriſtianorum communione ſe ſecernentium. Facta ſunt poſt eius obitum plura ſacra prodigia ad illius ſepulchrum, certiſſima cœleſtis beatitudinis, qua a Deo donata fuerat, argumenta: inter quæ inſigne illud extitit, retoſſum illius corpus decimonono a morte die corruptionis immune inuentum, ac ſuauem ſpirans odorem.

Inſculptum eſt eius ſepulchro hoc epitaphium: *Hoc corpus, quod cernitis incorruptum, D. Catharina Bononienſis eſt, quæ monaſterium primа cum paucis ædificari curauit, quod multos annos admirabili ſanctimonia rexit, & gubernauit: cum vero ex humanis deceſſiſſet, humi ſepulta fuit. Cuius corpus decimonono die poſt ipſius exequias maximo populi concurſu, & totius ciuitatis admiratione, integrum, vt nunc cernitis, & odore ſuauiſſimo fragrans repertum eſt: multa quoque ſigna ſanctitatem atteſtantia ſubſecuta ſunt. Obijt anno Domini* MCCCCLXIII. *die* IX. *martij*. De eiuſdem virginis corpore corruptionis experte meminit Carolus Sigonius [b] ac miraculi teſtem oculatum ſe fuiſſe tradit. Retulit illius nomen in beatarum virginum numerum Clemens VIII. adiectis martyrologio Romano ad nonum martij his verbis: *Bononia B. Catharinæ virginis ordinis S. Claræ vita ſanctitate illuſtris, cuius corpus magno cum honore ibidem colitur.*

Eius corpus poſt mortem expers corruptionis.

b Sigon. l. 4. de epiſc. Bonon. in Fid. Calandrin.

Alex. Oliuæ Card. obitus.

110 Romæ ingens ſui deſiderium reliquit hoc anno Alexander Oliua de Saxoferrato Auguſtinianus Cardinalis, qui ſanctitatem morum ſpectatæ ſcientiæ coniunxerat, cuius pium obitum deſcribit ita Ioannes Gobellinus [c]: *Alexander Cardinalis S. Suſannæ non ſine ſummo Pontificis mœrore febre correptus extinguitur, cuius vita ſanctimonia cum per omnem vitam eminuiſſet, tum maxime in obitu claruit, qui etſi dies quamplures agonizauit, nunquam tamen intermiſit de fide catholica diſputare, ſymbolum exponere, abſtruſos ſcripturarum ſenſus aperire, dubiaque reſoluere; hortari aſtantes ad euangelicam vitam, ad cæleſtis patriæ deſiderium erigere, contemnenda eſſe huius promiſſi ſæculi, quæ, velis noliſue, relinquere oportet: in ea patria theſaurizandum, cuius gaudia fine carent. Cum rogaretur teſtamentum facere: Animam, inquit, meam Deo relinquo, Pio Pontifici corpus & hæc, quæ vocantur ſæculi bona: ipſi familiæ curam, & ſepulturæ meæ committo. Deinde quaſi dormiens expirauit, ingens ſacri collegij decus, in*

c Gob. l. 11.

Sacris colloquijs & precibus extremos dies tranſegit.

quo vitæ fulgor cum doctrinæ luce contendit. Pertuerant ſine damno nonnulli homines periſſe, in hoc graue vulnus accepit Eccleſia. Habuit in eius laudem funebrem orationem panegyricam Campanus inſignis orator, quæ inter eius opera extat, recenſetque inſigne miraculum, quo ille in prima pueritia fonte ſubmerſus in vitam, implorata Virginis ope, reuocatus eſt, vtque aris tum deuotus ſit: in quo diuinam prouidentiam licet ſuſpicere, quæ ipſum per pietatis ſtudia inſtruebat, vt Eccleſiam ſuam aliquando colluſtraret.

111 *Tertium*, inquit, *agens ætatis annum, cum flores, vt ſolent pueri, ſectaretur, proximum in fontem concidit. Aderat ſoror Margarita triennio maior: hæc fratris lapſum conſpicata, non auſa ipſa deſcendere in fontem ad proximas refugit caſas, vlulatu omnia complet, fratrem in fontem delapſum, opem atque auxilium clamat, accurrit quæ proxima erat matrona Diambra nomine, vbi puer & qua parte cecidiſſet percontata, coniecit ſe in fontem, quæſitum aliquandiu correptumque ſuſpendit in ora cunſ...lis ſublatis, vt, quas hauſiſſet, aquas refunderet. Interea mater audito vlulatu, & ipſa ad eum locum percurrit, vbi exanimem vidit natum, vellit comam, laniat exſecatque genas, & filium nequidquam appellans nomine eiulatus in cælum tollit. Iam horis circiter nouem mortuus iacuerat puer: Hic mater*, & infra, *ad templum conuerſa glorioſiſſimæ matris, quod non procul inde cernebatur, Virginis opem implorat, filium ſi reuiuiſcat vouet. Extemplo viſus eſt puer primum mouere labella, mox tollere oculos, matremque appellare: qua re attoniti qui aderant, puerum ſubito ad templum deducunt, offeruntque altaribus. Hic ſacrarium ingreſſus forte dalmaticam vidit veſtem, in cuius limbo ſimulacrum inerat Virginis auro intertextum. Conuerſus ad matrem puer dalmaticamque complexus, ſimulachrum digito oſtendens: Mater, inquit, mater, hæc mihi cyathum porrexit in fonte, hæc opitulata eſt; nec aliquantu ſpatio adduci potuit, vt inde diſcederet. Id miraculum non clam fuit: oppidani omnes, & exanimem reuixiſſe puerum, & quæ de dalmatica dicta ſunt, qui per ætatem ſuperſunt, atteſtantur. Sacellum in fonte Virgini erectum est miraculi monumentum. Parentes expectato biennio, quo ætas paulum confirmaretur, puerum ſacris initiarunt profeſſum diui Auguſtini ordinem.*

In pueritia lapſus in fontem ac ſuffocatus.

Virginis ope ad vitam reuocatus.

112 Subdit pluribus, vt monaſtica apud Auguſtinianos diſciplina excultus, tum in literis tum in pietate magnos progreſſus fecerit: cumque geſſiſſet in ſacro illo ordine grauiora munera, tandem ob virtutum claritatem a Pio dignitate donatum fuiſſe cardinalitia, in qua probitatis exemplo præluxiſſe ita deſcribit: *Priuatas cerimonias intermiſit nunquam, preces horarias non abſorbebat, vt facimus plerique omnes: teſtor hoc ſacratiſſimum, in quo ſumus, templum ſingulis diebus ſex illum horas ſolitum conſumere in officio exoluendo adeo verbum ſe iungebat verbo, clauſulam clauſula dirimebat pondere vocis raro & aperto. Audiebat miſſas tardiuſcule, cum eſſet liber, nec antea quam, qui conueniſſent aliquid allaturi, audiſſet omnes. Interrogatus cur ita faceret, quoniam, inquit, ad opus Dei expeditum accedere oportet non inuolutum negotijs: pendebat in miſſa attonitus, collacrymabat, nonnunquam extra ſe vi rapi videbatur: quum quid eſſet non recte curatum a ſuis. In miſſa celebranda illud ſemper afferebat, eo erat obiurgatio: Maledictus homo, qui*

Pia illius vita.

opus

Digitized by Google

opus Dei fecit negligenter. Feſtum occurrebat nullum, in quo ſuos non hortaretur ad quiete honeſteque viuendum: hæc duo petere ſe a ſuis aiebat concordiam & honeſtatem, cætera omnia ex arbitrio permittere, familiarem, quod in æde ſacra fœminam ſalutaſſet, domo eiecit. Cum quid audiret commiſſum a ſuis flagitij erumpebat in lachrymas, ſeque e conſpectu triſtiſſimus eripiebat. Menſa parca, & proxima priuata. Et infra: *In cœna, & prandijs aut ſacra hiſtoriæ, aut homelia ſanctorum perpetuo menſa legebantur: vbi ſi quid eſſet ſcriptum dubium ſenſu ipſe interpretabatur, cæteris in rebus ſilentium erat: prandium diſputationes quotidianæ excipiebant: de rebus ſacris porro quæſtiones duas in horas trahebantur, nunquam minus quam in vnam.* Paucis interiectis addit, vt cum externa pompa occultam auſteritatem coniunxerit.

Suorum crimina lugere ſolitus.

113 *Internitebant continentibus pannis parietes, ipſe aſſiduo cilicio premebatur. Stabat pro foribus lectus pluma purpuraque inſtratus, ipſe nunquam niſi quotidiana in veſte dormiuit, habitu illo cucullare ne in morte quidem intermiſſo: pannis lineis vſus eſt nunquam: foris faſtum & delitias oſtentabat, intus ſe quotidianis afflictamentis emacerabat.* Imminentem ſibi mortem, antequam decumberet, diuinitus ipſum prænuntiaſſe refert auctor; ſubditque; *Sepulchrum erigi clam iuſſerat in ſcrinij ſpeciem, ita vt aperiri facile poſſet: intus imago inerat depicta Cardinalis mortui iacentis eo habitu oris & veſtium, his lineamentis, quibus ipſe erat, inſcriptumque in interiori latere ſepulchri. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & non delinques in æternum; id ſepulchrum ipſi neſciebamus, ſcrinium ſtipatorium rati: pictor eo mortuo confeſſus eſt ſe iureiurando adactum, ne cui pateſaceret. Aperiebat autem, vt poſtea cognitum eſt, quoties oraret, ibique ſpeculabatur.* Addendus alijs inſignibus viris Blondus Flauius natione Forliuienſis egregius hiſtoriarum ſcriptor, qui hoc anno obijt a, quique ab Honorio & Arcadio Cæſaribus (cum inclinaſſe Romanum imperium memorant) ad ætatem ſuam vniuerſalem hiſtoriam (quæ nobis in conſcribendis annalibus fuit viui) propagauit; Eugenio IV. Pontifici, cui ab epiſtolis erat, acceptiſſimus.

Vitam acerbiſſimam cum externa pompa coniungit.

Nouiſſima diligenter recolere ſolitus.

Blondus hiſt. obit hoc anno.

a Gob. l. 11

114 Ad tuendum apoſtolicæ dignitatis ſplendorem reuocauit hoc anno Pius publicis literis b vniuerſa ſcripta, quæ olim pro Baſileenſi conciliabulo aduerſus Eugenium IV. ſediſque pontificiæ auctoritatem temere ediderat.

b *Extant in bullar. in Pio conſt. 10.*

Dilectis filijs rectori, & vniuerſitati ſcholæ Colonienſis.

In minoribus agentes non ſacris ordinibus initiati, cum Baſileæ inter eos verſaremur, qui ſe generale concilium facere, & vniuerſalem Eccleſiam repræſentare aiebant, dialogorum quemdam libellum ad vos ſcripſimus, in quo de auctoritate concilij generalis, ac de geſtis Baſileenſium, & Eugenij Papæ contradictione ea probauimus, vel damnauimus, quæ probanda, vel damnanda cenſuimus; quantum capiebamus, tantum defendimus aut oppugnauimus, nihil mentiti ſumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus: exiſtimauimus bene agere, & recta incedere via, nec mentis noſtræ aliud erat obiectum, quam publica vtilitas, & amor veri. Sed quis non errat mortalis? ſapientem, inquiunt philoſophi, nunquam errare, verum eſt: at qui ſapiens niſi bonus, quis bonus niſi ſolus Deus: *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum;* inquit propheta regius: declinauimus & nos ab vtero matris: errauimus in inuio, & non in via: ambulauimus in tenebris, & procul a vera luce receſſimus; nec nobis tantum errauimus, alios quoque in præcipitium traximus, & cœcis ducatum præbentes cœci cum illis in foueam recidimus.

Pij retractatio.

Demiſſio illius in agnoſcendo errore.

115 Forſitan & aliquos ex vobis ſcripta noſtra decepere, & in deuia deduxerunt, quorum ſanguinem ſi de manibus noſtris requiſierit Dominus, non habemus quid reſpondere poſſimus, niſi nos vt homines peccauiſſe; qui arbitrantes rectum iter oſtendere, obliquum monſtrauimus. In miſericordia tantum Dei ſpes noſtra ſita eſt, quæ ſuper omnia opera eius elucet: ſed haud quaquam ſatis fuerit diuinam miſericordiam implorare, & dicere: Parce Domine, parce peccatis noſtris; niſi pro viribus vulnera, qua diximus veritate curare annitamur, & ſicut eſt in fabulis, ſagitta, quæ vulnerauit, afferat opem; ſiue vt canit Eccleſia, medelam inde ferat hoſtis vnde læſerat. Mortem quidam prius ſibi conſciuerint, quam videri velint aliquando male ſenſiſſe: & nonnulli, ne vel ad horam videantur erraſſe, ſemper errant, & dum minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum abijciunt, & perpetua notantur infamia, & in peſſimas prolabuntur hæreſes; qui ne appareant inconſtantes pertinaces efficiuntur; ſuperbiſſimi hoc agunt, qui videri dij non homines volunt, quales Conſtantiæ combuſti ſunt noſtra ætate in magno conuentu Hieronymus & Ioannes hæreſiarchæ.

Scripta Baſileæ damnat.

Plures euadunt pertinaces ne inconſtantes videantur.

116 Nos homines ſumus, & vt homines errauimus: neque imus inficias multa, quæ diximus, ſcripſimus, egimus damnari poſſe: verum non vt Arrius, Eutyches, Macedonius, aut Neſtorius & alia blaſphemorum turba, ex animo damnatam viam elegimus: ſeducti peccauimus vt Paulus, & ignoranter perſecuti ſumus Eccleſiam Dei, & Romanam primamque ſedem: propter quod proſtrati ante oculos diuinæ pietatis ſupplices oramus: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias ne memineris, &c.* Pudet erroris, pœnitet male dictorum ſcriptorumque vehementer pœnitet: plus ſcripto quam facto nocuimus. Sed quid agamus? ſcriptum & ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum: non ſunt in poteſtate noſtra ſcripta, quæ in multas inciderunt manus, & vulgo leguntur. Vtinam latuiſſent, quæ ſunt edita; nam ſi futuro in ſæculo manſerint, aut in malignas mentes inciderint, aut incautis fortaſſe ſcandalum parient, qui hæc ſcripſit, inquient, in beati tandem Petri cathedra ſedit, & Chriſti ſaluatoris vicariatum geſſit: ita ſcripſit Æneas, qui poſtea ſummum pontificatum adeptus Pius II. appellatus eſt, nec inuenitur mutaſſe propoſitum: qui eum elegerunt & in ſummo apoſtolatus vertice collocarunt, ab iis ſcripta eius approbata videntur. Verendum eſt, ne talia noſtris aliquando ſucceſſoribus obijciantur, & quæ fuerunt Æneæ, dicantur Pij, atque ab ea ſede auctoritatem vendicent, aduerſus quam ignoranter latrauerunt.

Futuro periculo prouiſum ſapienter a Pio.

117 Cogimur igitur, dilecti filij, B. Auguſtinum imitari, qui cum aliqua in ſuis voluminibus erronea inſeruiſſet, retractationes edidit; humilis & probatiſſimi vir ingenij, qui ſuas ineptias verecunde confiteri, ac corrigere, quam impudenter defendere maluit. Idem & nos faciemus, confitebimur ingenue, ignorantias noſtras,

Sumptū ex Auguſtino exemplum.

Digitized by Google

ſtra, ne per ea, quæ ſcripſimus iuuenes, error irrepat, qui poſſit in futurum Apoſtolicam ſanctam ſedem oppugnare: nam ſi quem decuit vnquam Romani primique throni eminentiam & gloriam defendere ac extollere, nos illi ſumus, quos ſine vllis meritis pius, & miſericors Deus ſola diſpenſatione ſua ad B. Petri ſolium, & dilectiſſimi filij ſui domini noſtri Ieſu Chriſti vicariatum euocauit. Quibus ex rebus dilectiones veſtras hortamur, & in Domino commonemus, ne prioribus illis ſcriptis inhæreatis, aut fidem vllam præſtetis, quæ ſupremam Apoſtolicæ ſedis auctoritatem quouis pacto elidunt, aut aliquid aſtruunt, quod ſacroſancta Romana non amplectitur eccleſia: ſuadete omnibus, vt id ſolium præ cæteris venerentur, in quo ſaluator dominus ſuos vicarios collocauit, & quod beati Apoſtoli Petrus & Paulus ſuo ſanguine dicauerunt: nec putetis diuinam prouidentiam, quæ cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quæ creauit, inordinatam reliquiſſe militantem

Aſpiciẽdus ordo in eccleſia inſtitutus.

Eccleſiam, quæ cum ſit ſponſa Chriſti profecto a Deo eſt, & ordinem habet, dicente Apoſtolo, quæ ſunt a Deo ordinata eſſe.

118 Requirit autem ordo, vt inferiora a ſuperioribus gubernentur, & ad vnum tandem perueniatur tanquam principem, & moderatorem cunctorum, quæ infra ſe ſunt. Sicut grues vnam ſequuntur, & in apibus vnus eſt rex, ita & in Eccleſia militante, quæ inſtar triumphantis ſe habet, vnus eſt omnium moderator & arbiter Ieſu Chriſti vicarius, a quo tanquam capite omnis in ſubiecta membra poteſtas & auctoritas deriuatur, quæ a Chriſto domino Deo noſtro ſine medio in ipſum influit: nec profecto in alium tanquam ſui exercitus ducem ſupremam auctoritatem Chriſtus principaliter deriuaſſet, quam in ſuum vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commiſſam nouimus dominici gregis curam, nec duo pluresue Petros euangeliſtæ commemorant, nec duos aut plures inſtituit Dominus, qui ſuum locum tanquam capita tenerent æqualia; ſed vnum conſtituit, vt verticem, ac ducem, & paſtorem vniuerſi gregis Simonem Petrum, dicens: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues regni cælorum: & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælo. Et Paſce oues meas:* Quæ nulli ſeorſum dicta leguntur niſi Petro, vt in Petro vnitas & ſumma contineretur auctoritas: nec alius a petra dictus eſt Petrus niſi Simon, vt intelligeremus vnicum eſſe veræ, & ſolidæ petræ, id eſt Chriſti, vt Paulus exponit, locumtenentem Simonem Petrum, qui ſolus pro Domino in periculo conſtituto exemit gladium. Petrus igitur, & ſucceſſores eius Romani Pontifices primatum in Eccleſia tenuerunt, & nos hodie, quamuis indigni, ſola Domini voluntate digni tenemus: & quicumque Romanæ ſecundum canonicas ſanctiones præficitur eccleſiæ, quamprimum electus eſt in ſacro collegio, ſupremam a Deo poteſtatem ſine medio conſequitur, & per ordinem in omnem diffundit Eccleſiam: cuius peccata diuino iudicio punienda relinquuntur. Si quid aduerſus hanc doctrinam inueneritis aut in dialogis, aut in epiſtolis noſtris, quæ plures a nobis ſunt editæ, aut in alijs opuſculis noſtris (multa enim ſcripſimus adhuc iuuenes) reſpuite atque contemnite: ſequimini quæ nunc dicimus, & ſeni magis,

Petri primatus cõfirmatur.

A quo, & quando accipiat auctoritatẽ ſummus Pontifex.

quam iuueni credite, nec priuatum hominem pluris facite, quam Pontificem: Æneam reijcite, Pium recipite: illud gentile nomen parentes indidere naſcenti, hoc Chriſtianum in apoſtolatu ſuſcepimus. Dicent fortaſſe aliqui cum pontificatu hanc nobis opinionem aduenisse, & cum dignitate mutatam eſſe ſententiam. Haud ita eſt: longe aliter actum.

119 Audite, filij, conuerſationem noſtram: breuis narratio erit, quæ vobis, quantum ad rem attinet, veritatem aperiet, & obiectioni faciet ſatis. Anno ſalutis primo & trigeſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum cum Dominico Capranica, quem Martinus V. in ſecreto conſiſtorio Cardinalem creauerat, Eugenius IV. ſpreuerat, Baſileam petiuimus, ibique concilium inchoatum inuenimus, verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire aſſerentes iam inceptum concilium ſine conſenſu patrum, qui conueniſſent, haud quaquam potuiſſe diſſolui. Iulianus aderat S. Angeli Cardinalis natione Romanus moribus & doctrina conſpicuus: is, cum cæteris præſtaret, audita Eugenij reuocatione præſidentiam dimiſit, tanquam ſummo Pontifici vellet obedire: ſed cum augeſceret in dies, Eugenio vel inuito, concilium, ſed cura multi ex diuerſis regionibus epiſcopi, & Regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Romana curia profugi in dies nonnulli concurrerent, præſidentiam reſumpſit, & auctoritatem concilij mirum in modum attollens eminentiam primæ ſedis ſupprimere cœpit, venientes Eugenij legatos, poteſtatem Romanorum præſulum magnificantes, apparenter confutauit, & cum eſſet facundiſſimus facile perſuaſit auditoribus, quæ cupiebat. Cardinales ex vrbe profecti Eugenio infenſi, vitam eius moreſque carpebant. Accedebant in horas catteruatim noui curiales, qui (vt eſt omnis multitudo maledica, & inimica principi) Eugenij nomen modis omnibus lacerabant. Nos qui ex patria iuuenes non ex vrbe illuc migraueramus, & noua tum primum auis ex Senenſi gymnaſio euolaueramus, rudes & inexperti vera eſſe arbitrabamur quæcumque dicebantur, nec putabamus mentiri alios, qui neſciremus ipſi mentiri, atque, vt eſt innatum homini, tetra & horrenda crimina odio habebamus, nec Eugenium diligere poteramus, quem tot tantique teſtes indignum pontificatu dicerent. Aderant legati Pariſienſis ſcholæ, cuius eſt fama percelebris; affuerunt & aliquando veſtri, & aliorum ſtudiorum Germanicæ nationis oratores, & vno cuncti ore concilij generalis auctoritatem ad cœlum efferebant: de poteſtate Romani Pontificis pauci erant, qui loqui præſumerent: omnes, qui publice loquebantur, prurientes auribus multitudini applaudebant.

Iulianus Card. imprudenter diſſidia Baſileenſium auxit.

120 Acceſſit & ipſius Eugenij conſenſus, qui diſſolutionem concilij a ſe factam reuocauit, & progreſſum eius approbauit. Cum reconciliata ſynodus Eugenio videretur, & pax Eccleſiæ data, præterita enim omnia per duas literas concilij patres Eugenio ſeſe remiſſuros, & pedes eius tanquam B. Petri exoſculaturos promiſerant, ſi reuocata diſſolutione concilio curſum permitteret, atque illi cohæreret; nouæ intercelſere diſcordiæ, cum alijs de rebus tum potiſſime ſuper translatione concilij, Græcorum cauſa, in alium locum, Eugenius in Italia non ſine

ratio-

Digitized by Google

ratione concilium petebat, popularitas ſynodalis tranſire montes horrebat, & in Auinione aut in Sabaudia locum deſiderabat.

Aragonij oratores turbas auxere.

121 Adiuerunt per id remporis duo viri ex Italia Bſileenſe concilium, Nicolaus Panormitanus archiepiſcopus, & Ludouicus Pontanus Apoſtolicæ ſedis notatius Alſonſi magni Regis oratores, qui velut duo orbis ſydera, ceu pontificij iuris & totius ciuilis ſapientiæ duo præcipua lumina, & clariſſima cenſebantur: hi dictis ſcripti ſque concilij geſta probabant, Eugenij facta damnabant, nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refellere. Quid ageremus? audita potuimus non diſcere? rude nimis ingenium eſt, quod per ſingulos dies audita & inculcata non capit: quales magiſtri ſunt, tales diſcipuli euadere ſolent: paucos inuenias Ariſtoteles, qui Platonica norint deſtruere dogmata: *Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum*; inquit Dominus, nec nos magiſtrum potuimus ſuperare: Iulianus nobis, & Nicolaus, & Ludouicus, & alij complures fuere magiſtri, ſchola Baſileenſis conuentus, in quo raro aliquis Eugenij cauſam defendit: aduerſus concilij dignitatem mutire aliquid crimen hæreſis fuit: vna omnium vox concilium Eugenio præferebat: de ſedis apoſtolicæ præcellentia aut ſilentium aut contemptus. Concilium, concilium cuncta ſonabant.

Grauia in Baſileenſi cōciliabulo offendicula.

122 Didicimus ergo quæ audiuimus, & poſt aliquot annos exiſtimantes nos aliquid eſſe, diximus, vt eſt apud Satyricum: *Semper ego auditor tantum nunquamne reponam?* Puduit ſemper diſcipulum agere, ſubtraximus ferulæ manum, cœpimus loqui & magiſtri perſonam induimus; ſcripſimus epiſtolas, & opuſcula: hoc omnibus paſſim datur, docti & indocti ſeribunt, & quæ ſcripſit ipſe nemo contemnit, niſi editionia feruorem tempus extinxerit: nobis placebant ſcripta noſtra more poetarum, qui poemata ſua tanquam filios amant: nec Baſileæ quemquam inuenimus, qui ea damnaret; probant enim ſimilia ſimiles: applaudebamus nobis ipſis, & in editionibus noſtris gloriabamur, & quamquam poſtea Eugenius concilium in Italiam tranſtulerit, & cum Græcis Ferrariæ ac demum Florentiæ conuenerit, quamquam Iulianus S. Angeli, & Ioannes S. Petri Cardinales, quibus plurimum credebamus, ad Eugenium defeciſſent, quamquam pauciſſimi in fide Baſileenſi remanſiſſent, noluimus tamen credere, exiſtimantes cunctos, qui abibant, metu recedere, ne bona temporalia perderent, & cum nihil haberemus, quod nobis auferri poſſet, perſeuerandum putauimus, ne partem, quæ verior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animæ faceremus. Manſimus igitur Baſileæ quoad Eugenio, vt credidimus, iuſto iudicio depoſito, Amadeus Sabaudienſis ſuffectus eſt, & Felix V. appellatus, quem non vt idolum, quod erat, ſed tanquam verum Chriſti vicarium venerati ſumus, nihil ad hæc ſiniſtri putantes interceſſiſſe.

Damnat temeritatis & imperitiæ Pius ſua ſcripta.

Agnoſcit Amedeū fuiſſe antipapam.

123 At cum Fridericus Romanorum Rex Aquiſgrani coronatus, domum repetens, Baſilea tranſitum feciſſet, rogatuſque ad Felicem illic præſentem accedere nullo pacto perſuaderi potuiſſet, vt honorem ei tanquam Romano Pontifici exhiberet, aut publice cum eo verba miſceret; tum primum conſiderauimus poſſibile eſſe, quod partem erroneam ſequeremur, quando Rex Imperator Romanorum futurus in tanto negotio dubius eſſet, & ad Eugenium inclinaret magis, multum & ſæpe inter nos ipſos cogitauimus, quis eſſet modus inueniendi verum: nunquam enim volentes errauimus, rogati in familiam Friderici tranſire nō renuimus. Erat tunc ille cum tota Germania neutralis, concilium Baſileæ irritum dicebant eſſe Germani, & idolum eius reſpuebant, nec Eugenio nec Baſileenſibus plene obediebant: placuit ad neutrales tranſire, vt verum apud eos liberius audiremus, & ſi recedendum eſſet ab vno extremorum, per aliquod medium tranſiremus ad alterum, & eorum iudicium ſpectaremus, qui non eſſent affecti cauſæ. Manſimus in aula Friderici pluribus annis, illic varias audiuimus opiniones. Neutralitatem idcirco Teutones induerant, vt concordia facilius inueniretur, non ex conſilio Solonis, qui tumultuante ciuitate extorrem fecit eum, qui ſine parte remanſit. Multa inter neutrales didicimus, quæ nos ante latebant, Eugenium falſo de multis accuſatum inuenimus, Cardinaleſque, qui Baſileam venerant, ob priuatas inimicitias bono & ſancto viro notam inurere voluiſſe: qui tamen cuncti poſtea ad eum redierunt, & veniam errati petierunt.

Eugenius falſo accuſatus.

124 [Addit Pius, quod antea ſuo loco inſeruimus, per id tempus Iulianum Cardinalem S. Angeli Hungariæ legatum Viennam acceſſiſſe, ſeque ab illo monitum, vt qui errantem ſecutus eſſet, recta monentem ſequeretur: cumque Nurembergæ pro veteri coniunctione reſtituenda conuentus Germanici habiti eſſent, & decretum, vt Cæſar Pontificem ad nouum concilium Conſtantiæ indicendum hortaretur, ac Baſileenſes pariter adduceret, vt eo ſe transferrent ad pacem eccleſiaſticam redintegrandam, recuſaſſent vero id Baſileenſes, tum exclamaſſe Thomam Aſſelbachium inſignem theologum, conſtare Baſileenſes Spiritu ſancto non duci, qui adeo æqua poſtulata reſpuerent, idemque plures doctrina, & ſanctitate illuſtres viros dixiſſe; ac tum ſe his dictis percitum, oculos ad veritatis lucem intuendam extuliſſe, ſubditque:] Caligo tandem ab oculis noſtris cecidit, quæ velut araneaum tela verum cernere impediebat, recognouimus errorem noſtrum, venimus Romam, Baſileenſe dogma reiecimus, Eugenio Pontifici maximo caput ſubmiſimus, & reconciliati eccleſiæ Romanæ doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus: *Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, id eſt, cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam fundatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum dominicum comederit, profanus eſt: ſi quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio*; eramuſque adhuc pene laici, quando ad Eugenij obedientiam rediuimus: ex Baſilea clericali tantum charactere inſigniti receſſimus, nec vnquam ſacros imbuimus ordines niſi poſt veritatem cognitam, Baſileenſium cœcitate relicta. In Auſtria minores ordines, ac ſubdiaconatum, & diaconatum recepimus, in vrbe ad presbyteratum peruenimus. Hæc eſt conuerſatio noſtra, per hos gradus e tenebris ad lucem migrauimus: ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Sarazanus theologicæ ſapientiæ celebratus, ac acutiſſimus interpres, qui poſtea in ſummo collocatus apoſtolatu Nicolai V. nomen accepit. His auctoribus vnam Eccleſiam catho-

licam

Æneæ Sylnij a ſchiſmate cōuerſio.

Vt ſe ſubmiſerit Eugenio

Digitized by Google

licam, & Apoſtolicam eſſe dicimus matrem omnium fidelium, extra quam non inuenitur ſalus, ſponſam Chriſti immaculatam, in quam omnes, qui militant finem ſibi proponunt vitam æternam. [Affert deinde plura argumenta ad confirmandum pontificium primatum a Chriſto inſtitutum; tum hanc S. Bernardi ad Eugenium III. ſententiam.]

Argumenta grauiſſima quibus pontificia auctoritas confirmatur.

125 *Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt & alij quidem cæli ianitores, & gregum paſtores; ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius vtrumque præ illis nomen hæreditaſti. Habent illi aſſignatos ſibi greges, ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti vni ſumus; nec modo ouium, ſed & paſtorum tu vnus omnium paſtor.* Hæc Bernardus ad Eugenium III. ſcribit, cui ſupremam & omnimodam in Eccleſia poteſtatem concedit. Quod ille de tertio teſtatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus alijs Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitatis eſt auctoritas. Liquet igitur vnum in Eccleſia caput eſſe, & vnum principem, quia pax populi ex vno rectore dependet, & pluralitas principum diſcordiam parit. Chriſtus Eccleſiæ ſuæ in vltimo teſtamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendauit: dedit ergo & regimen pacis amicum, id eſt, monarchicum ſub B. Petro, & ſucceſſoribus eius adminiſtrari cuncta præcipiens, clauibus illi commiſſis, & cura gregis demandata.

Pij de ea publica profeſſio

126 Hæc nos, de Romani Pontificis auctoritate & poteſtate ſentimus, cui & congregare generalia concilia, & diſſoluere datum eſt, qui etſi filius eſt propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur; & ſicuti generationis cauſa venerari debet Eccleſiam tanquam matrem, ita & prælationis cauſa præfertur ei vt paſtor gregi, princeps populo, rector familiæ: cum his & generalis concilij auctoritatem, & poteſtatem complectimur, quemadmodum & æuo noſtro Conſtantiæ, dum ibi fuit ſynodus vniuerſalis, declaratum definitumque eſt. Veneramur enim Conſtantienſe concilium, & cuncta quæ præceſſerunt a Romanis Pontificibus noſtris prædeceſſoribus approbata, inter quæ nullum inuenimus vnquam fuiſſe ratum, quod ſtante Romano indubitato præſule abſque ipſius auctoritate conuenerit, quia non eſt corpus Eccleſiæ ſine capite, & omnis ex capite defluit in membra poteſtas. Hæc noſtra ſententia eſt, filij, hoc credimus & profitemur, hæc iam ſenes, & in apoſtolatus apice conſtituti pro veritate aſſerimus: ſi quæ vel vobis, vel alijs conſcripſimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent, illa tanquam erronea, & iuuenilis animi parum penſata iudicia reuocamus, atque omnino reſpuimus. *Dat. Romæ apud S. Petrum VI. kal. maij anno* MCCCCLXIII.

Retractatio alterius libri *a Pio II. ep. 395.*

Non turum eſt cupidinū illecebras explicare ſub ſpe fructus moralis.

127 Reuocauit etiam Pius libellum a ſe in iuuentute conſcriptum, cum puritati morum aduerſari videretur, de quo hæc habet in literis a ad Carolum Cypriacum: *Tractatum de amore olim ſenſu pariterque ætate iuuenes cum nos ſcripſiſſe recolimus, Carole fili dilectiſſime, pænitentia non modica pudorque, ac mœror animum noſtrum vehementer excruciant, quippe qui ſciamus, quique proteſtati expreſſe fuimus, duo contineri in eo libello, apertam videlicet ſed, heu, laſciuam nimis prurientemque amoris hiſtoriam: & morale, quod eam conſequitur, ædificans dogma: quorum primum fatuos atque errantes video ſectari quamplurimos: alterum, heu dolor, pene nullos: ita deprauatum atque obfuſcatum infelix mortalium genus. De amore igitur, quæ ſcripſimus olim iuuenes, contemnite, o mortales, atque reſpuite: ſequimini quæ nunc dicimus, & ſeni magis quam iuueni credite, nec priuatum hominem pluris facite, quam Pontificem: Æneam reijcite, Pium ſuſcipite: illud gentile nomen parentes indidere naſcenti, hoc Chriſtianum in apoſtolatu ſuſcepimus.*

IESV CHRISTI
Annus 1464.

Pii PP. II. annus 6. — Friderici III. Imperat. 25.

1 ANnus poſt Chriſtum natum milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus quartus indictione duodecima vniuerſo Chriſtiano orbi lugubris extitit Pij ſummi Pontificis morte, quæ indictam aduerſus Turcas pro reſtituendo orienti Chriſti cultu cruceſignatam expeditionem arcano Dei iudicio diſturbauit confuditque. Intenſiſſima ſane cura, laboreque indefeſſo ad illam maturandam incumbebat, adeo vt nimijs curis valetudinem aduerſam ſibi creauerit, vt narrat Cardinalis Papienſis, qui de decreta a Burgundiæ duce, in Turcas profectionem pollicente, legatione, geſtaque anno ſuperiori, facta mentione, ſubijcit a: *Sumpſit ex eo tempore grauiores ſolito curas paſtor deuotus ad condictam expeditionem feſtinans, ſeque quotidie neceſſarijs inſtruens, ſupra autem ætatem laborans imminuit, ægram alioquin, valetudinem ſuam; pedum enim & totius corporis acres ſurrexerunt dolores, doloribuſque adiuncta eſt febris: itaque magna inſtauratione opus eſſe medici contendebant ad futuræ nauigationis laborem; ea niſi eſſet ante reſumpta, citum prænuntiabant interitum; experti vero non aliunde magis, quam ex blaneis illam reſumptam, ſuadere iterum Petriolanas aquas cœperunt, docentes ſine ijs conatus ſuos inanes futuros. Auſcultauit conſilijs Pius, quamquam inuitus: ac ne per hoc inceptum opus vel paululum tardaretur, anticipans tempus extrema iam hyeme, Senam atque Petriolum profectus eſt.* Non ibi ſe quieti otioque dedit, ſed ita indulgebat valetudini, vt ingentes rerum moles volueret, totamque curam in ſacri belli apparatum intenderet, vt oſtendunt plures eius literæ ibidem exaratæ: inter quas inſignes ſunt b, quas dedit ad Franciſcum Sfortiam ducem Mediolanenſem, quem de profectione ſua, ſuſceptoque a ſe conſilio exponendæ periculis vitæ ſuæ pro imperij Chriſtiani ſalute iterum certiorem factum hortatus eſt, vt cruceſignatos per ipſius ditionem iter habituros omni humanitate a ſuis ſubditis excipi iuberet, neque vllam in commercio fraudem inferri pateretur.

Nimijs curis ſe conficit Pius in Turcici belli apparatu.

a Papien. ep. 50.

Ex doloribus arthriticis febrē contrahit.

b Extant apud Æn. Sil. ep. 389.

2 *Hortamur*, inquit, *nobilitatem tuam, cui non dubitamus hoc ſanctum opus cordi eſſe, vt in terris, & dominijs tuis has facias ordinationes, mandeſque diligentiſſime obſeruari, primo vt peregrini omnes, ſiue cruceſignati fuerint ſiue non, qui ad hanc expeditionem venturi ſunt, in omnibus terris & locis tuis omni humanitate & gratia tractentur, & ſub grauibus & formidabilibus pœnis nemo præſumat eos dicto, vel facto lædere ſeu moleſtare: monetæ eorundem venientium tam aureæ, quam argenteæ & æreæ expendantur, & recipiantur, videlicet pro valore, & precio & pondere earum, nec a quoquam poſſint, vel debeant recuſari: victualia cuiuſcumque*

Mediolanenſis monitus erat cruceſignatorum immunitati conſulat.

gene-

Digitized by Google

generis, ac panni, & alia vtenſilia humano vſui neceſſaria vendantur ſolito precio, nec carius extimentur, quam hactenus conſueuerunt: vectigalia, & gabellæ non exigantur ab eiſdem, nec paſſus fluminum, aut portarum, ſeu portuum, & ſcapharum ſoluere compellantur, denique gratis omni humanitate, & beneficentia eos tractari facias, decet enim fideles ad tam neceſſarium bellum pro Chriſto vadentes omni auxilio, ope, & fauore proſequi. Datum Petrioli diœceſis Senenſis pontificatus noſtri anno VI.

Peruſini ad pendenda ſubſidia intentato anathemate adacti.

3 Pro conficienda antem ſacra expeditione Pius e ſingulis vrbibus eccleſiaſticis ſubſidia eliciebat, ad quæ populi ſe obſtrinxere pro communi cauſa: at Peruſini varia aucupati diffugia auxiliare aurum non pendebant, nec frumentum mittebant: a quibus ludi verbis non ferens Pius Vintimilienſi epiſcopo Peruſij præfecto imperauit, vt anathema interdictumque eccleſiaſticum ipſis intentaret, ni medio excurrente maio quindecim aureorum millia fiſco inferrent: inſtruebat eo maiori ſolicitudine Pontifex neceſſarios ſacri belli apparatus, quo Venetis in Peloponeſo non leuis clades illata erat a Turcis, qui dum ſtrenue Corinthum propugnabant, ducem Chriſtiani exercitus peremerant; ijs vero auxilium laturi alij Turcæ contracto quindecim militum millium exercitu iſthmi Corinthiaci mœnia a Venetis extructa deiecerant, peninſulamque hoſtili furore peruagati erant. Quibus ex rebus Philippus dux Burgundiæ, cauſas infringendi voti quæritans, tergiuerſari cœpit, moraſque trahere, donec aliquo caſu expeditio diſſolueretur. At Pontifex ex eo magis ingentia Venetis adducenda auxilia ad reſtituendam lapſam rem Chriſtianam ratus, grauiſſimis hiſce literis a Burgundum excitare niſus eſt, vt ſigna moneret.

Venetæ res in Peloponeſo a Turcis oppreſſa.

a Extant apud Aeg. e Roya in annal. belgicis.

Philippo duci Burgundiæ.

4 Literas tuæ nobilitatis accepimus, quibus te oſtendis magnam animo cepiſſe amaritudinem ex ijs, quæ nuntiata fuerant, Venetis ſcilicet, ſtragem magnam fuiſſe illatam a Turcis fidei hoſtibus, propterea vereri excellentiam tuam id, quod a multis affirmatur, eam ob rem non poſſe Venetos ſtatuto tempore paratos eſſe, vt communibus viribus hoſtem aggrediamur. Addit deinde tua excellentia, quod ob multas, vt fit, obortas difficultates in tractatu concordiæ inter chariſſimos filios noſtros Francorum & Anglorum Reges in oppido tuo S. Audomari res effectum non habuit, ac propterea translatam eſſe dietam ad medium futuri menſis aprilis, in quo reſumptis tractatibus ſperatur tractatus iſte concludi, ob id tuam nobilitatem a Regibus ipſis requiſitam, vt dietæ interſit, quoniam te optimum mediatorem exiſtimant, obtuliſſeque eos tuæ excellentiæ, re concluſa, magna pro defenſione fidei ſubſidia: & quoniam non poſſes, ſi ijs mos geratur, præſtituto tempore in hoſtes proficiſci, ſuades nobis, vt tempus ipſum ad duos ſaltem menſes differatur, interea enim tuam excellentiam, ac Venetos melius parari poſſe, & demum ſecuta inter Reges concordia magna eorum auxilia ſe in hoſtes ducturam, quam tamen dilationem ad iudicium noſtrum totam remittis.

Pacis colloquium inter Gallos & Anglos diſturbatū.

Burgundus monitus de Venetorum clade a Turcis accepta.

5 Non dubitamus, fili dilectiſſime, mentem tuæ excellentiæ perturbari, vbi Chriſtianorum ſtragem intellexeris, præſertim ſociorum belli, & ab hoſtibus illatam eſſe; id enim boni & religioſi principis eſt fidelium deflere calamitatem, quod & nobis contigit, vbi ſimile nuntium eſt allatum, non quod Venetos exiſtimaremus animo frangi, quos magnanimos cognouimus; ſed quod miſerti eorum ſumus, qui interempti nuntiabantur, & ſuperbum hoſtem maiore animo Chriſtianis inſultaturum verebamur. Verum deinde comperta veritate omnem animi turbationem depoſuimus. Ea vt ſeſe habuerunt, licet exiſtimemus partim noſtris partim aliorum literis ad hanc diem tuæ nobilitati nota eſſe, tamen pro debito noſtro, & rei claritudine hæc explicare voluimus. Non eſt ſtrages neque ea calamitas appellanda, quam Veneti in Peloponeſo a Turcis paſſi ſunt; nec quidquam illis illatum eſt, quo debiliores aut remiſſiores efficerentur, aut ad res exequendas dilatione illis ſit opus. Aggreſſi ſunt Veneti Peloponeſum, vt ſcit tua nobilitas magno animo nauali & terreſtri exercitu: clauſerunt eam muro quam celerrime, ceperunt plura eiuſdem regionis loca, quæ Turcis parebant. Corinthum vrbem olim nobiliſſimam, & loci natura munitiſſimam aggreſſi ſunt oppugnare; ſed cum certamen inſtaret, Turcis ſtrenue ſaxis & ſagittis ſe defendentibus, nox tandem prælium diremit, multis vtrimque, vt in oppugnatione moris eſt, ſaucijs, inter quos dux exercitus Veneti ictus lapide paucis poſt diebus interijt: nonnulli etiam leui, & nocturna ex improuiſo commiſſa pugna hinc inde ſunt interfecti, vnde milites Venetorum ab oppugnatione Corinthi deſtiterunt, & ad murum reuerſi ſunt. Cumque deinde propter inſtantem hyemem increbreſcerent imbres, & exercitus ventis, & pluuijs atque etiam frigore acriter premeretur, quia ſub aperto aere degebat, ac ob id varijs milites agitarentur infirmitatibus, viſum eſt illis, qui exercitus curam gerebant, conſultius eſſe, eum ſeruare incolumem, & per ſtationes diuidere, ac ad hyberna ſub tecta remittere: & ita per loca Peloponeſi, quæ antea Venetorum fuerant, & per ea, quæ nuper acquiſierant, ſunt milites diſtributi, & de muro receſſerunt, nullo eos hoſte vrgente, nec apparente quidem; inſtrumenta autem bellica omnia in claſſem redacta ſunt, ita vt exercitus incolumis ſeruatus ſit, & claſſis & bellica inſtrumenta, atque loca acquiſita ſalua ſunt Venetis. Poſt autem nonnullos dies cum audirent Turcæ, qui in finitimis erant regionibus, exercitum Venetorum a muro receſſiſſe, & ad hyberna conceſſiſſe ingreſſi ſunt Peloponeſum ad numerum quindecim millium, infeſtantes diuerſa loca, in quibus Venetorum milites hybernabant, & vbique repulſi ſunt, ac quamplurimi interfecti, ita vt tandem a Peloponeſo diſceſſerint, quod ex copia literarum his incluſa tua intelliget excellentia.

Vt Corinthus fruſtra oppugnata ſit.

Veneti exercitus dux ſaxo obtritus.

Propter aeris iniurias ab exhauſtis cuſtodia reuocatus exercitus.

Quindecim millia Turcarum irrupunt in Peloponeſum. Iterum ex ea pulſi.

6 Non igitur cladem talem paſſi ſunt Veneti, nec aliquid emerſit, quo tardiores effecti ſunt, immo vero quotidie ardentiores fiunt. Miſerunt nuper nouum capitaneum claſſis Orſatum Iuſtinianum, addiderunt etiam alias triremes claſſi, auxerunt etiam terreſtrem exercitum: omnia Venetis ad bellum hoc feruent, nec punctum quidem temporis amittunt, quippe qui recte intelligunt præpotentem hoſtem eſſe, propterea magnam victoriæ cauſam in acceleratione, & præuentione conſiſtere aiunt. Miſerunt ad nos alium oratorem ſuum, vt apud nos ſolicitaret, & nos vrgeret; ſed non neceſſe erat, omnia enim poſthabui-

Collectæ a Venetis nouæ vires.

Digitized by Google

habuimus, & habemus, vt huic rei reſeruatæ inſeruiamus: hoc vnum mentem noſtram occupat, huc animum conuertimus, vt ſtatuto tempore videant Chriſtiani populi, nos re ipſa fecisſe, quod verbis promiſimus, & cognoſcant ſe a nobis non eſſe deceptos. In diuerſis locis, & portubus Italiæ noſtros facimus apparatus, & noſtræ claſſi operam damus: accingunt ſe etiam operi diligenter venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales, & feruenter præparant, ne in tempore deſint: nec deeſt nobis adiutor Deus, vt Italia pacata liberius inceptis noſtris intendere poſſimus; quippe poſt diſceſſum oratoris tuæ nobilitatis ſublata eſt in regno Siciliæ magna belli ſuſpicio; nam defuncto principe Tarentino, omnia, quæ ſibi parebant, in ditionem chariſſimi filij noſtri Ferdinandi Regis Siciliæ pacifice, & ſine armis deuenerunt, ita vt omnia fere in tuto collocata eſſe videantur, vt ſubuentioni fidei omnes liberius intendere poſſint. Sunt ea loca, vt plurimum maritima, & huic expeditioni opportuna, per quæ commeatus, equi, arma, & alia ad bellum neceſſaria facile conuehi poſſunt, & Turcis vicina, ex quibus ad illos erit breuis, & opportunus admodum tranſitus, noſtriſque magna ſecuritas. In Hungaria res feliciter proſpereque ſuccedunt. Chariſſimus in Chriſto filius Matthias Rex ardentiſſimo animo bellum ingreſſus vniuerſum Boſnæ regnum, per Turcos anno ſuperiore occupatum, recuperauit, quod per exemplum literarum, quod his tranſmittimus, cognoſcet tua nobilitas. Crede, fili mi, non deſeret nos Deus: religioſam, piam, & iuſtam cauſam ſuſcepimus.

Extincta in regno Neap. noua belli ſuſpicio.

Boſna a Mat. ia Rege recuperata

7 Quod ergo pie & religioſe cœpiſti prompto animo perfice; para te celeriter, & accingere ad arma, ad cauſam Dei, ad defenſionem fidei, ad vindictam crucis contra blaſphemam gentem, vt ſtatuto tempore paratus nobiſcum adſis. Oſtende cunctis nationibus te talem eſſe, qualem cuncti populi prædicant, eum ſcilicet eſſe principem, cuius promiſſa inconcuſſa & intemerata ſint, firma eſſe omnia & ſtabilia, quæ promittis; hoc eſt, quod aliorum Chriſtifidelium mentes, & animos pro fide catholica erigit, cum vident immutabilia eſſe, quæ promittimus. Crede nobis ſi præfinito tempore ibimus, plurimi nos ſequentur. Ad tuas ergo literas redeuntes dicimus non videri nobis vtile hanc profectionem aliquo temporis ſpatio differre; ſed diligenter ſeruandum eſſe ſtatutum tempus, quod cunctis Chriſtianis populis amodo notum eſt, per omnes enim Chriſtianas nationes miſimus literas apoſtolicas profectionis noſtræ, ac tuæ authenticas, quas vbique locorum publicari iuſſimus. Miſimus per vniuerſas nationes nuntios, & oratores, qui requirant Chriſtianos principes pro indicto tempore, qui quoſcumque Chriſtifideles incitent ad profectionem tuam & noſtram, & profectionis tempus palam enuntient: hi omnes vbi rem differri in aliud tempus audierint, verendum eſt ne animo excidant, & tepidiores fiant, promiſſis noſtris pene diffiſi, quod mutata & in aliud tempus translata inſpicerent: nec enim plus fidei habituros eos credendum eſt re in aliud tempus translata, cum viderint nos in tempore, quod in tanti conuentus celebritate, ac oratorum & literarum ſolemnitate publicatum & nunciatum extitit, defeciſſe; putarent forte ſe deceptos & deluſos, & plurimi in malam partem hoc accipient, & interpretabuntur.

Pia ad Philipp. ducem Burg. adhortatio.

Cur non ſit differenda expeditio.

8 Nos, fili dilectiſſime, vt vno verbo ſummam noſtram abſoluamus, exiſtimamus nil ad præſens periculoſius futurum reipublicæ Chriſtianæ, quam ne dicamus promiſſorum dilationem, ſed etiam quamuis dilationis ſuſpicionem, cenſemuſque maxime operæ pretium eſſe, ſi omnis, quæ forte hac de re ſuſpicio emerſerit, tollatur e medio, omnibuſque notum fiat nihil intentionis tuæ mutatum eſſe, ſed perſiſtere & perſeuerare tuam excellentiam in ſanctiſſimo ac pijſſimo propoſito ſuo, te ſtatuto tempore in hoſtes profecturum, nec a promiſſis, ac publicatis vllo modo diſceſſurum. Crede nobis, dilecte fili, multos miniſtros habet hoſtis humani generis, & malorum ſator, qui aliter principibus, & populis ſuadere conabuntur: tuæ autem fidei, & integritatis eſt, te talem oſtendere, qualem futurum ſperant qui bene cupiunt. Confirmabis Hungaros, conſolaberis Venetos magna ſpe, qui vbi conſulta, & decreta in aliud tempus differri intelligerent, hac ſpe deiecti, & de nobis diffidentes, veriti ac ſuſpicantes, ne deſerantur, forte rebus ſuis aliter conſulerent, & auſcultarent oblationibus, quas eis magnas fecit Turca; quod eſſet extremum Chriſtiani populi exitium; nos autem ad præſens conſtantiſſimos eos atque feruentiſſimos reperimus. Accedit quod cum hoſtis noſter potentiſſimus ſit, ſolitus ſemper mature ex hybernis educere, quem & celeritate & præuentione, vt diximus, arcere & opprimere poſſemus, daretur ſibi occaſio per hanc dilationem conflandi maiores, ac validiores exercitus, & milites ad præſidia per diuerſa loca diſponendi, & noſtros potentius opprimendi. Eſſet præterea recte conſiderantibus dilatio hæc non duorum menſium, ſed integri anni re vera: nam in fine duorum menſium inſtaret hyems, & finis æſtatis omniſque temporis opportunitas ceſſaret, quod rebus bellicis aduerſatur: ad aliam igitur æſtatem rem differri oporteret, quod totum ad vtilitatem hoſtium maxime cederet, & in perniciem noſtram.

Additi Burgundo ſacri ſtimuli.

Ne concitatam de ſe expectationem fallat.

Occupandus hoſtis qui celeritate valet.

9 Quantum vero pertinet ad concordiam Regum prædictorum: dicimus nobis vix pauca gratiora nunciari poſſe, quam duorum potentiſſimorum Regum Chriſtianorum pacem & concordiam; cum enim, vt decet, nos, & a natura nobis ineſt pacem amemus, tum maxime, vt ex hac, vt tu ſcribis, magis ſperare debemus auxilia pro defenſione fidei Chriſtianæ, tum etiam ob eorundem regnorum mutuam amicitiam. Quamobrem tuam nobilitatem obnixius hortamur & requirimus, vt omni ſtudio coneris, vt præfati Reges concordes fiant, & in hac re nihil diligentiæ omittas: ſed quoniam ſine detrimento præſtituti temporis ad profectionem noſtram intereſſe tractatibus concordiæ non poſſes, laudamus & hortamur, vt alium loco tui ſtatuas, qui concordiam, ne ſub ſpe certi boni futuri differatur, efficiat: conſultius tamen arbitramur proficiſci ſtatuto tempore, etiamſi certa futura eſſet concordia, propter certiſſima damna & detrimenta Chriſtiano populo imminentia: poterunt enim Reges poſt profectionem tuam concordia facta, quæ voluerint, auxilia ad te mittere, & ita in omnem euentum optime conſultum apparebit. Omnino autem ſtatutum tempus obſeruandum eſſe cenſemus, ne qua ſuſpicio mutati animi fidelium mentes inuadat per ea, quæ diximus, quod nobilitatem tuam pro innata & ingenita virtute ſua non dubitamus

Redigat in concordiam Gallum & Anglum.

effe-

effecturam. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris.*

Genuenſes aliquas naues in Turcas decernũt inſtruere. *a Ext. apud Iac. Papien. ep. 33.*

10 Cohortatus etiam eſt Pius Genuenſes, qui octo, vel decem circiter longas naues inſtruere decreuerant, ne ob auditam Peloponeſiacam cladem animum demitterent, neque perturbarentur, immo vires magis intenderent a: *Audiuiſſe*, inquit, *vos credimus, quæ ex Peloponeſo his diebus ſunt nuntiata, & neſcimus an animis eſtis commoti. Non turbetur, filij, cor veſtrum, nec propterea ſegnius ad opportuna incumbite: vna calamitas deijcere mentes noſtras non debet, non ita ſancta hæc cauſa, nec ita nomen Italum poſcit: malis cedendum non eſt, ſed duce ſigno viuifica crucis audentius contra hoſtem miſericors Deus victoriæ viam aperiet: pias defenſiones aliquando videtur deſerere, non quia ſit verbi ſui oblitus, in quo nobis ſpem præbet, ſed vt tentet conſtantiam noſtram, & videat quam ſtabilia ſunt fundamenta cogitationum noſtrarum: perſeuerantibus præſto eſt miſericordia eius, victorem faciens qui putabatur antea victus.* Et infra: *Veneti in diem magis capias, & claſſem inſtaurant, Hungariæ Rex, Boſnæ regno recuperato, quod æſtate proxima interfecto Rege erat amiſſum, potenter ſe parat ad reliqua, & cum Venetis triennali fœdere contra Turcum eſt iunctus: nos quoque operamur ſine intermiſſione, quod poſſumus, conuocamus in ſocietatem noſtram catholicos principes: ibimus ipſi & ponemus animam pro grege commiſſo.* Vt eoſdem Genuenſes ad iungenda ſocialia arma adduceret, inter alia etiam eſt pollicitus, omnia quæ Genuenſis reipublicæ, vel ciuium Genuenſium iuris fuerant, ſi adempta fuerint ex hoſtibus, ad imperium Genuenſe redditura.

De Vngarorum ſucceſſibus & Venetorum apparatu facti certiores.

11 Conſentiunt dictis pontificijs de rebus in oriente hoc ineunte anno, vel ſuperiori ſe flectente geſtis ſcriptores; nam & Phrantzes b refert Ludouicum Lauredanum Venetæ claſſis præfectum in Lesbum feciſſe impetum, ſed a Turcis propulſatum, Corinthum fruſtra tentaram, iſthmumque, male propter celeritatem communitum; fuiſſe deſtitutum, ſubactam tamen ab ijs Monembaſiam Venetoq; adiunctam imperio. Ferme eadem fuſius narrat Calcondyles c, additque Omarem viginti millibus Turcarum ſuccinctum a Mahomete miſſum, cum audiſſet Venetos ab Iſthmo dilapſos irrupiſſe in Peloponeſum iuſſu Mahometis, qui illius veſtigia cum alio exercitu ſequebatur; quanquam vbi Thermopylas acceſſit, atque ab Omare iſthmum occupatum accepit, retro iter in regiam flexerit: cæterum Omarem Argos expugnaſſe, ac præſidiarios Venetos milites vinctos ad Mahometem miſiſſe: irruiſſe etiam in loca Methonæ finitima, & quingentos Chriſtianos capto oppido abduci iuſſiſſe ad tyrannum, qui in tantum efferatus ſit, vt illos Conſtantinopoli ſciſſo medio ſepto tranſuerſo in duas partes diſſecari iuſſerit, quo gemina ipſos morte conficeret; quam barbari ſæuitiam damnauit brutum animal inſigni prodigio, quod idem auctor hiſce verbis deſcribit: *Fama euulans habet, cum cadauera peremptorum Byzantij eo loci eſſent projecta, quo Rex iuſſerat, in duas partes conſciſſa, bouem quemdam in eum locum egreſſum, & viſis cadaueribus flebilem in modum vocem mugiendo exaltaſſe, poſtea medietatem vnam cadaueris ſuſtuliſſe, deinde reuerſum etiam alteram cadaueris medietatem ſuſtuliſſe, & ambas medietates deinceps compaſuiſſe: ſtupentibus autem & mirantibus bouis factum, qui in eo loco erant,* euenit, vt eius rei rumor etiam ad Regem volaret Mechmetem, qui vbi rei veritatem ex ijs, qui præſto fuerant, comperit, cadaueris medietates ad eum locum, ex quo eas tulerat bos, reportari, & a ſe inuicem diſſitas collocari iuſſit, periculum facturus an bos rediturus ſit: at bos iterum in eum locum veniens, vbi abeſſe medietates cadaueris & remotas ſenſit, magno clamore redit ad cadauera, fragmenta cadaueris diligenter conquirit, & ab reliquis ſeparatim ponit. Rex rei miraculo obſtupefactus cadaueris medietates ſepulturæ tradi mandauit.* Hæc Calcondyles, qui, paucis interiectis de Hungaricæ expeditionis in Turcas fama, deque Lemno a Venetis occupato, hiſtoriæ ſuæ finem imponit.

b Georg. Phrantz. l. 3. c. 27. Lesbo propulſati Veneti. Monembaſia de Turcis recuperata. *c Calcond. de reb. Turc. l. 10.*

Argos expugnata ab Omare. Mahometis horrida crudelitas in captiuos Chriſtianos.

Diuinit° miſerabili bouis mugitu & facto exprobrata.

12 Quod ad Hungarorum in Turcas irruptionem attinet; conſona narratis a Pontifice de Boſna Turcis erepta tradit Bonfinius a, nimirum Matthiam Regem exploratis Iaizenſium animis, qui Turcicum iugum ægre ferebant, aduolaſſe cum exercitu, atque vrbe potitum; deinde arcem Iaizenſem firmo Turcarum præſidio atque ſitu, machinis, commeatuque munitiſſimam, diu noctuque adortum tandem ad deditionem coegiſſe: tum ſeptem & viginti finitima oppida recepiſſe: his onuſtum trophæis Albam regreſſum, ſacro cœnæ dominicæ die S. Stephani corona antea a Friderico recuperata, fuiſſe redimitum. Porro Mahometes, cum Boſnam ab Hungaro ſibi ereptam audiſſet, furore inflammatus raptim exercitum collegit, atque Iaizam procurrit: ſed Hungari & Iaizenſes maximo animi robore ſubeuntem in mœnia hoſtem propulſarunt: extractaque obſidione Matthias exercitum ad Mahometem fugandum inſtruxit, cuius aduentu barbarus perterritus, relictis impedimentis, ac tormentis æneis in Macedoniam ſe recepit b: aduerſus quem Vrſatum Iuſtinianum Peloponeſiacis rebus laturum ſubſidia cum valida claſſe a Venetis immiſſum, confirmant Veneti hiſtorici c: ſed rem ab eo parum proſpere geſtam narrat Coccius Sabellicus; dum enim Ægæi maris inſulas duarum & triginta triremium claſſe luſtraret, Mytilenem inſulæ Lesbi metropolim gemina impreſſione adortus, accepta magna clade, in qua deſiderata ſunt quinque Venetorum millia; a Turcis repulſus eſt: cumque obſidionem vrgere decreuiſſet, auxiliaris exercitus Turcici fama permotus, ſoluta obſidione, in Eubœam vela vertit, ac dein Peloponeſum repetens ex male geſtæ rei dolore confectus obijt.

a Bonfin. dec. 3 l. 10 Iaiza erepta Turcis a Mathia Rege.

Mahometes Iaiza propulſatus. Metu Mathiæ impedimentis relictis fugit. *b Idem ibid. Rancan. epito. rer. Vngaric. ind. 31. c Iuſtini. Coccius Sabellic. ennead. 10. lib. 6.*

13 De ſubmittendis in Peloponeſum auxilijs a Venetis, conficiendique belli ratione Franciſcus Philelphus in literis ad Chriſtophorum Maurum ducem Venetorum hæc ſcripſit d: *Inſtituiſtis in Peloponeſum rurſus exercitum mittere equites ad tria millia, pedites ad quinque millia duce Sigiſmundo Malateſta & imperatore, placent, ea capita, modo ab ea regione abſit Mahometus, quod eius rei veſtra opera curatum iam audio: aiunt enim Matthiam Regem Hunnorum (hoc enim ſunt olim Hungari nomine appellati) expeditionem parare in Turcas & firmam & multam: præterea Scanderum cum viribus ſuis facturum eodem tempore ex Albania impetum aduerſus eoſdem hoſtes: ad hæc & Caramanum ex Cilicibus, & Colchis Ozunem Caſſanum, & Aſpenduorum principem idem facturos. Fieri ſane poteſt, vt hi tres reguli propter acceptas a Mahometo iniurias ſe aliquando velint vlciſci, ſed non multum ſpei in iſtorum promiſſis ſtatuendum eſt, nam & infideles ſunt, & Chriſtianis natura ini-*

d Philelph. lib. 21. Sigiſm. Malateſta in Peloponeſũ miſſus.

 ini-

inimici, qui cum primum vtilem aliquam ſibi a Mahometo conditionem propoſitã viderint, indubitato accipient; ita enim alijs temporibus, & cum Amoratho, & cum Ciryco facere conſueruot, nec illud fugere nos oportet, eſſe Mahometo Caramani filiam vxorem atque ex ea filium: Scander vero bellicoſiſſimus eſt, & inter Turcas diu multumque verſatus, vtpote qui a patre ijs puer deditus obſes fuerit, habetque ſub ditione ſua populos continuis bellis aſſuetos. Et infra: *Is autem Scander communi huic Chriſtianorum cauſæ haud parum prodeſſe poterit ad diſtrahendas Turcorum vires potius, quam reprimendas, non enim tantum habet exercitum, qui collatis ſignis ex compoſito ſit cum Turco pugnaturus: ſed per inſidias, & tempeſtiuas excurſiones irruptionſque non mediocre illi detrimentum, vaſtationemque illaturus: erit autem eo ad rem alacrior, quod ſibi, veſtra & communi Chriſtianorum cauſa, mei huius inclyti principis Franciſci Sfortiæ vires breui acceſſuras auxilio ſperat: praſens enim coramque aſpexit anno ſuperiore in Apulia, quantum ſit ſpei, quantum roboris conſtitutum in equitatu peditatuque Sfortiano.*

Scanderbegi ꝗ vires fuerint.

14 Deſcribit egregie idem Philelphus Turcici imperij ſtatum, atque hoſtiles vires Chriſtianis non formidandas ita oſtendit: *Sunt nonnulli rerum imperiti, qui cenſent Turcis innumerabiles eſſe copias, aſſerentes & quadringenta, & quingenta millia hominum complecti eorum exercitum, cum dicant neminem mirari oportere tantam eſſe Turcorum militum multitudinem, cum ij rei bellicæ iam annos ſeptingentos & amplius ſemper ſtuduerint, ſtudeantque aſſidue, & eorum numerum quotidie magis atque magis creſcere per calamitates cladeſque Chriſtianas. Fateor fuiſſe olim Turcorum copias admodum multas, qua tempore ad Nicopolim Sigiſmundum Regem cum tanta Chriſtianorum pernicie, & Francorum principum ludibrio fuſum fugatumque vicere: nam paulo poſt atrociſſimus Baiſetes iſtius impij Mahometi proauus cum millibus firmiſſimorum militum quadringentis peditatuque ingenti, relicta Conſtantinopolitana obſidione, profectus obuiam Tomyridi illi Maſſagetæ, qui Tamberlanus eſt cognominatus, in Aſiatica Myſia victus & captus eſt, ac tandem per extremam contumeliam obtruncatus, vniuerſo pene eius exercitu aut cæſo aut acto in ſeruitutem. Ex illa vero tempeſtate quam pauci, Chriſtianorum etiam quorundam beneficio, ex hoſtium manibus Turci dilapſi ex Aſia in Thraciam ſunt transfuncti, eiuſmodi copias conflare potuerunt, & ex quibus gentibus? ſcimus enim vniuerſam Aſiam ab Euphrate ad Helleſponti fauces atque Phœnicas, & Syriæ populos, quos ſultanus Ægyptiacæ Babylonis oppreſſos tenet, ad Damaſcum vſque, ab eodem Tomyride cunctis populis ſpoliatam penitus, adeo vt hoc etiam tempore innumerabiles vrbes, & oppida ſine vllo humano cultu inuenias: quæ autem ſub Mahumeti tyrannide incoluntur, a nouis ſeruilibuſque gentibus incoluntur, quas Turcorum reliquiæ ex Europa quotidie populatores tranſmittunt in Aſia deſerta, habentque pro mancipijs & iumentis, factumque videmus partim vi partim diuturna conſuetudine, vt huiuſmodi ſerui cum fidei pietate ſeipſos abnegarint: ex hac autem hominum colluuione colliguntur milites ad quindecim millia: reliqua vero Turcorum vires coguntur ex Europa millia hominum quinque ac viginti, non multo minore numero Chriſtiani, qui Turcis ſeruiunt, quam genere infideles, quos omnes equites eſſe conſtat & ſagittarios: breui præterea armatos pel a. harpe, & claua: nam qui haſtas gerunt ſunt admodum pauci, & eas quidem perbreues ac fragiles; non, quibus innixi, & quemadmodum noſtri milites, equorum ſtrenuitate curſuque adiuti intolerabili vi obuium hoſtem armatumque transfodiant, ſed aut intorquendo, aut infligendo lædant. Pedites autem complent numerum duodecim millium, ſcutati omnes atque ſagittarij, quorum nonnulli vtuntur lanceis longioribus: hos habet Mahometus tyrannus ad corporis cuſtodiam diu noctuque pro præſidio, & ſuæ ſalutis maxime ſtudioſos, vt qui ad facinorum licentiam, præter ipſum dominum, habent ſuperiorem neminem, cui pareant; nam equitatui duo duces præfecti ſunt, qui Turcorum lingua baſſiades nominantur, alter Aſiatico exercitui, alter ijs, qui in Europa ſedent: & pedites ipſi quidem, quibus Ianiſſaris eſt nomen, quotidie capiunt ſtipendium alij maius, alij minus pro meritis, & dignitate cuiuſque. At equitibus nullum omnino datur ſtipendium, ſed mercedis loco conſtituti ſunt vici aut prouinciæ aliquæ, quas ea ratione poſſideant, vt pro redditibus & tributis ſemper præſto ſe offerant, cum expeditione eſt opus.*

Baiazethis primi quãtę vires fuerint.

Aſia a Tamerlano populis orbata.

Ex Europa in Aſiam ſerui Chriſtiani trãſmitti ſoliti.

Quantæ copiæ ex Aſia quãtæ ex Europa colligabtur.

Quis peditum numerus ad cuſtodiã Imp.

Equites ſuo ſumptu militant apud Turcas.

15 *Hic eſt vniuerſus Turcorum exercitus peditum duodecim millia, equitum vero quadraginta millia, id quod mihi cognitum eſt per eos, qui ſunt ab ipſo Mahometo conſtituti ad deſcribendas atque recenſendas copias: quod ſi quando maioribus eſt opus viribus, conducuntur qui Aſapides dicuntur: hos prædones ac remiges quoſdam eſſe ſcimus, qui acceptis a tyranno ſimul cum ſtipendio iiſdem armis, quibus Ianiſſaros inſtructos diximus, in expeditionem eunt: ſunt autem millia hominum ſeptem aut ad ſummum octo: quo fit vt non amplius quam hominum millia vix ſexaginta inuenire liceat, qui Mahometum ſequantur in pugnam; nam reliqui omnes, quorum ingentem numerum iactant, paſtores ſunt ex Europa, Myſia, Theſſalia, cæteriſque proximis campeſtribus collecti regionibus, qui non vt pugnent ſequuntur exercitum, ſed vt prædentur; accurrunt enim primi maximis cum clamoribus; & quia ſunt inermes (nam præter harpas, vel ſecures potius, & funes quibus captiuos vinciant, nihil fere armorum aliud ſecum gerunt) late longeque vagantur, omnia ferro, ignique vaſtantes: quod ſi in viros inciderint, qui non terga, ſed frontem oſtentent, qui manum conſerant, qui honeſtam mortem vita dedecoroſa potiorem ducant, ſe celeriter ex hoſtium oculis proripientes fuga conſulunt, nuſquam gentium conſiſtentes, donec ad montes aliquos aut tutiores locos ſe receperint.*

Sexaginta circiter bellatorũ millia habebat Mahometes. Reliqua turba ignara militiæ.

16 *Cæteri vero illi milites, quos ad ſexaginta millia eſſe memorauimus, trifariam diuiduntur. Alij enim ſunt Turci genere, & ij natura molles, atque ignaui, planeque Aſiatici. Alij impietatis errore, vt qui ex improbis ſceleratiſque Chriſtianis nefarios teterrimoſque Turcos ſe eſſe voluerunt, natura enim ſunt, magis quam Turci, ad omnem turpitudinem, ad omnem diritatem, ad omnem facinoris immanitatem alacriores; nam quibus de anima nulla eſt cura, nullum vitij ducunt virtutiſque diſcrimen: quare cum ad naturæ prauitatem nequior acceſſerit conſuetudo, nihilo iſtiuſmodi homines belluis præſtant; ſed omnia ad voluptatem referunt, nec quidquam ducunt in bonis præter corporis commoda. Huiuſmodi vero hominum monſtra, quid de ſe magnum poſſint præclarumque polliceri, non intelligo; neceſſario enim fit, vt qui corporis tantum rationem habent, ea vitent omnia, quæ poſſunt corpori eſſe pernicioſa. Quo igitur pacto fieri poteſt, vt is non meticuloſus ſit, non inconſtans, qui bene videat quod in pugna, & inter gladios atque ſcorpiones accidere, neceſſe eſt, mortem aſſidue verſari ante oculos, ſeque ipſum norit ac infidelibus eſſe ſuſpectum, & fidelibus & rebellem & obnoxiam?*

Milites Mahometis alij genere Turcæ.

Alij apoſtatæ nequiſſimi.

quam-

quamobrem vt is eſt animo incerto ac vario, ita in omnem caſum inconſtantiſſimus.

Alij Chriſtiani qui vi coacti ſeruiunt.

17 *Tertium genus eſt eorum Chriſtianorum, qui Turcis vi ſeruiunt, & horum quidem ſors eſt admodum miſera, & ærumnoſa, inuiti enim aguntur in pugnam: qua igitur animi alacritate manum cum iis conſerant, quos optant fore victores, quo à teterrima, & truculentiſſima ſeruitute ſe in libertatem vendicent? quid enim magis infortunatum, quid horribilius, quid abominabilius aut dici queat, aut cogitari quam Turcis ſeruire, quibus nullum eſt hominum genus neque abiectius, neque crudelius, neque fœdius: nullum magis ſpurcum, nullum obſcœnius, nullum omnino magis nequam? quam enim in illa barbaria pietatem inuenias? quam morum ſanctitatem? quam vllam religionis imaginem? quam quis ignoſcat pietate ſublata, quam nihil aliud eſſe volumus, quam veri Dei cultum, continuo tollis omnem & ſanctitatem & religionem?*

18 Addit idem auctor plura de Mahometis & Turcarum moribus: *Vt eſt inflammatus ira furorſque libidine, humani ſanguinis adeo ſitibundus eſt, vt poculo etiam vtatur multa arte confecta, quo inſanior redditus, atrocior ſit promptiorque ad cædem. Nullo eſt tuo Mahometo carnifice opus, ſuis ipſe manibus & iuit & obit facinus. Quot enim quotidie nullius culpa ſuſpicione coram arceſſitos aut multis vulneribus pugione transfigit, aut membratim minutatimque trucidat? Quid memorem fortem illum conſtantemque virum Lucam Notaram, quem idcirco vna cum filiis duobus Iſabaccio, & Ioanne illuſtri probitate adoleſcentibus obtruncari iuſſit tyrannus perditiſſimus, quoniam ſupplici voce humilique fletu ab eo rogatus eſſet, ne caſtum atque pudicum puerum Iacobum, quem abominabilis raptor ſpurciſſimæ ſuæ libidini deſtinarat, à paternis complexibus auelleret? At erat & captiuus & Chriſtianus. Eſto; quid enim non liceat tyranno ſceleratiſſimo? Qua immanitatis ratione, & Nicolaum Cathaluſium principem Lesbi, & Regem Trapezuntiorum Dauid Comnenum cum duobus item filiis, qui omnes ad eius fidem confugerant, crudeliſſime occidit? Sed qui ſeruet alienis fidem, quem perfidum videmus in eos, quos iuſta ac ſeipſum tueri debet? Num minore ſæuitia ſe gerit in Turcos, ac ſuos? quid fuit in cauſa, quam ob rem Chalis Turcorum omnium poſt ſe primus, & de ſe vt alumnus, vt tutor, vt fortunatiſſimus belli dux quam optime meritus, ſtrangularetur? certe nummorum opumque magnitudo, quod conſcii eius rei ipſi etiam Turci vna voce eodemque ſermone palam fatentur omnes.*

Et crudelitas.

Confugientes ad ſe Imp. Trapezuntinum & principẽ Lesbi occidit.

Altorem & tutorẽ praſfocari iuſſit.

19 *Audi obſecro aliud ſatui hominis facinus. Habebat ſus immundiſſimus pueros quoſdam in deliciis ſorditatis, & nequitiæ ſuæ, quos pluris facere videbatur, quam vitam ipſam; nihil omnino eorum quemquam fruſtra ab ſe petere patiebatur: quos tamen omnes, quo die celebre quoddam feſtumque conuiuium agebat, idcirco obtruncauit, quoniam vini neſcio quid, quod ex illius ebrioſitate ſuperfuerat, bibiſſent, quaſi famulos deceat continentiores eſſe, quam dominum. Quod ipſum factum adeo poſtea moleſte tulit, vt vix manum ab ſeſe abſtinuerit. Nonne eodem etiam die literas dedit ad Subaſſidem Galatæ, hoc eſt enim & vetus, & proprium illi oppido Genuenſium nomen, quod ſitum e regione Conſtantinopolis Pera idcirco vulgo appellatur, quoniam ſit trans ſinum illum, qui vtrique populo portum efficit; eſt autem Subaſſis tribunus militum, cui iubebat, vt Latinos omnes ad vnum occideret: quam facinoris atrocitatem cum Subaſſis obſtupeſceret, ob idque periculum retardaſſet, vt qui ad veſperum factum ire inſtituerat quod eſſet imperatum. Interea temporis Mahometus, qui vinum obdormitando vel concoxiſſet, vel euamuiſſet, per alias literas iuſſit, ne, quod modo imperarat, exequeretur.*

Amaſios ſuos ebrius obtruncauit.

Latinos Galatæ trucidari iuſſit.

Concocto vino mandatũ reuocauit.

20 De eiuſdem Mahometis vitiis, vtque fidiſſimos corporis ſui cuſtodes in iras, & deſperationem ad mortem illi inferendam concitarit, hæc memorat. *Mahometus ob vitæ intemperantiam victuſque luxuriam membris eſt adeo mollibus atque diſſolutis, vt vix equo inſiſtat; nam quo pacto ephippiis erecto corpore inſideat, qui homo temulentus morbo comitiali quam ſæpiſſime corripiatur, & ea ſit eneruata ne articuloſum, vt ne ſtapedibus quidem ſatis queat inniti.* Et infra.

21 *Certe vnum illud nemini eſt abſcurum, Ianiſſaros omnes, quod militum robur firmiſſimum haberet Mahometus ad vnum cecidiſſe, vna cum iis quampluribus equitibus, qui pugnandi exiſtimabantur præſtantiores; nam quos nunc Ianiſſaros ſecum agit in bellum, ex iis adoleſcentibus ſunt conflati, qui a Chriſtianis parentibus abſtracti pueri in Aſia ſunt & alti & educati: quantum autem in iſtiuſmodi tyronibus fidendum ſit Mahometo & cæteri intelligunt & ipſe expertus eſt; nec enim tibi debet eſſe obſcurum, princeps ſapientiſſime, fuiſſe proximis annis nonnullos Ianiſſaros, vel cubicularios potius, quos ſui homo ſtultiſſimus ſtudioſiſſimos eſſe cenſebat (nam quis eum amet, quo nemo eſt crudelior, nemo auarior, nemo ſuperbior, nemo ingratus magis!) fuiſſe inquam pleroſque cubicularios, qui de interimendo tyranno conſilium iniere, perpetraſſentque cogitata, niſi vnus ex conſpiratoribus & Græcus & Conſtantinopolitanus Maudromenus, neſcio quo infelici facto ipſo tempore tam egregium facinus tamque ſalutare e victorum manibus extorſiſſet; ingreſſi enim tentorium probi adoleſcentes vinoſi & ſtertentis domini, cum iam intentis arcubus ſagittas emiſſuri forent, perfidus ille Maudromenus veluti quodam afflatus infeſto ſpiritu conclamat repente. Caue tuæ vitæ here mi Amyra, caue tibi, caue; ſuoque illum conſopitum corpore procumbens protegit: & ita, quod certo perierat, vnius Chriſtiani ſerui impietate ſeruatus eſt: nam & reliqui impudici adoleſcentes clamore excitati confeſtim auxilium tulerunt, & experrectus tyrannus ſuam funeſtam rabiem generoſo conſpiratorum cruore non tam ſatiauit, quam aluit, nam ex illa hora eo eſt ad cædem redditus alacrior, feruentior, curioſior, immanior, quod omnes ſuſpectos habet, & ſibi neminem fidum putat. Itaque alius intra cubiculum quieſcendi tempore nullus admittitur, qui duodecimum ætatis annum exceſſerit: quis enim non metuat, non arbitretur permagnam ſuo capiti impendere tempeſtatem, qui ſe talem norit & eſſe & iudicari ab omnibus, vt neminem ſuorum ſua morte non modo contaminaturus non ſit, ſed etiam honeſtaturus? &c.* Pluribuſque interiectis ſubiicit.

Morbo comitiali obnoxius.

Ianiſſari de occidendo Mahomete conſpiraſunt.

Actũ de eo erat niſi a Græco excitatus fuiſſet.

Ex eo neminẽ admiſit in cubiculũ niſi duodenoem.

22 *Summi Pontificis Pii II. cogitatus ſapientiſſimi extiterunt fortiſſimique conatus, modo ei pareretur ab iis principibus ac Regibus, qui & opibus florent, & viribus: ſed cum extinctus ſit adeo charitatis feruor, vt omnia ſecus factum iri animaduertam, vereor profecto atque pertimeſco, ne quieſcentem, vt ita dixerim, lupum in Chriſtianum gregem irritauerimus: quinquaginta, inquam, millibus exercitatorum militum opus eſt ad tantum, tam tetrum, tam periculoſum, tamque horrendum, atque funeſtum bellum: ad quod conficiendum atque profligandum ſoli Hungari ſatis ſunt, modo tempeſtiue pecuniis ſint adiuti, nam ex-*

pectare decimas vigeſimaſque, & trigeſimas paratorum eſt tranquillarumque populorum, non eorum, quorum fores pulſantur ab hoſtibus, qui ante oculos vident vibrari gladios, & omnia cædibus flammiſque miſceri: totum hoc munus Venetorum eſt, qui & facultatibus primi Chriſtianorum omnium valent, & vna omnes inter ſe ſunt, eodemque conſenſu ſancto, ac pio.

23 *At claſſem paratis ingentem & validam, rem certe pulchram, & memoratu dignam; ſed vt futuram vobis vtilem fortaſſis, ita parum detrimentum Turcis illaturam; quid enim aliud eiuſmodi claſſe ſitis conſecuturi, quam & maris a prædonibus, & earum vrbium atque oppidorum, quæ ad oras maritimas iacent, ab expugnatione hoſtili defenſionem? nam qua in re alia vobis ſingularis cuinam vſui eſſe poſſit claſſis maritima ſine magno equitatu, quam ad muniendum iſthmum Peloponeſi, tuendumque commeatu terreſtrem exercitum, non intelligo. At ne tanta quidem claſſe ad id muneris opus erat, non enim Turcus ita ſui oblitus eſt, vt, veluti Crœſus aliquis cum inſulanis illis, hoc eſt, rerum maritimarum imperitus & rudis vobiſcum vnquam in mari congrediatur. Itaque præſtitiſſet, quæ in tanti belli maritimi apparatu & a Pio Pontifice maximo, & a vobis, & a Philippo nobiliſſimo Burgundiæ duce, tam grandis pecunia conſumitur, eam magna ex parte ad Regem Matthiam mittere, quo maioribus munitus viribus omnem Turcorum vim non minus comprimeret, quam reprimeret: nam, modo pecunia non ceſſet, poteſt Matthias quantum velit exercitum conducere, non ſolum ex vtraque Pannonia, ſed ex Valachis, ex Sarmatis, ex Bohemis, Germaniſque, & ex alijs finitimis populis Chriſtianis. Quid enim ſexaginta millia nummum aureum (tantum enim aiunt ad Matthiam a vobis datum iri) momenti afferre queant? quantus ex iſtiuſmodi pecuniola in tantos infidelium motus conflatur exercitus? non minus quam quadringenta millia hoc belli initio miſſa oportuit, nam ſi recte velimus rem ipſam expendere, & non fallere noſmetipſos, non minus quam decies centenis millibus nummum aureum opus eſt ad id bellum conficiendum.*

Instruendę potius terreſtres vires quā maritimę

Ex Vngaria expeditionis educendę commoditas.

24 *Quid vobis obſtare queat, quo minus ſint omnia veſtris votis felici exitu ſucceſſura? habetis claſſem præpotentem, & expeditam; habetis Vrſatum Iuſtinianum claſſis præfectum, virum non minus bellicis laudibus, quam vrbanis inſignem: habetis ſi minus vires ſaltem eos rumores ſocias, quibus iam in omnem fere terram diuulgatum eſt, ituros vobiſcum aduerſus Turcos in pugnam & Pium II. ſummum Pontificem, & Philippum Burgundiæ ducem; nam vel conficti rumores, ſi quis vti ijs nouerit in tempore, prodeſſe plurimum ſolent: habetis præterea legatum iſtum apoſtolicum, Beſſarionem Cardinalem, & Conſtantinopolis patriarcham, qui, vt eſt vir rerum diuinarum omnium ſcientiſſimus, & idem peritiſſimus humanarum, magno vobis ad hanc rem, & Chriſtianis vniuerſis eſt vſui futurus; nam & religione Græcis eſt omnibus venerabilis, & infidelibus auctoritate admodum formidabilis. Quid cum dicturus ſim de tui ipſius præſentia, princeps inuictiſſime? qui & ipſo nomine Chriſtum abs te ferri ſignificas, hoc eſt, mortis peccatique victorem, & ſplendidiſſimo familiæ cognomento priſcos illos de Maurorum conflictu internecioneque triumphos maxima cum gloria repræſentes, &c. Ex Mediolano idibus martij anno a natali Chriſtiano MCCCCLXIV.*

Chriſtoph. Mauri elogiū

25 In eo itaque ſtatu in oriente ſita res erat, vt Veneti maioribus auxilijs egerent, ac ſi Burgundiæ dux cum Pontifice, duce reipublicæ Venetæ; tum Rhodijs a equitibus, dum Hungarus parte alia Chriſti hoſtes oppugnabat, decretum in oriente bellum obirent, ingens de erigenda propagandaque re Chriſtiana ſpes affulgebat; ſin Burgundus promiſſa non perficeret, ingens exitium immineba. Illum itaque a cœptis deficere meditantem Pius hiſce literis b, ne ſibi, & Chriſtiano nomini deeſſet excitare niſus eſt.

a Beſ. hiſt. ep. Heer. lib. 8.

b Extant apud eun. Syl. n. 382

Dilecto filio nobili viro Philippo duci Burgundiæ.

Rumor ad nos delatus eſt nobilitatem tuam, quæ magno & alto animo Italiam petere cū valida claſſe, ac deinde in expeditionem cōtra Turcos, immanemq; belluam Mahometem Chriſtianum ſanguinem ſine fine ſitientem nobiſcum proficiſci promiſerat, mutato conſilio domi remanere, certumque bellatorum numerum, qui tuam vicem impleant, mittere ſtatuiſſe. Dubia res nobis eſt nondum veritate comperta: neſcimus an quod refertur credere debeamus, fidem expoſcit ſcribentis auctoritas, de quo & timor exoritur, qui magnus eſt, & habere ſe grauia teſtimonia dicit. Concreſcat conſtantia tua, & votum, & promiſſio, & honor & ipſa rerum neceſſitas. Nouimus te conſtantem eſſe ac perſeuerantem in propoſito; diu meditari ſoles ac deliberare antequam aliquod magni decernas, decretum inconcuſſum ſeruare. Non eſt veriſimile quod de profectione tua iampridem conſulto ſtatuiſti, nunc mutatum iri: ſcimus autem multos & magnos viros, poſtquam audiuere te venturum, conatos fuiſſe tuam profectionem impedire, multaſque tibi vel rationes vel cauſas expoſuiſſe, cur non eſſet veniendum; inter quos & ſoror tua nobiliſſima & chariſſima, & amantiſſimus filius tuus, vt relatum eſt, diſſuadentes iter, verba fecere, vehementibus precibus tenetas lachrymas ac ſuſpiria miſcentes, nec te tamen flectere potuerunt. Manſiſti penes tuam ſententiam ſolidus & immutabilis, ſicut annoſa quercus borealibus fruſtra concutitur ſpiritibus, aut aſpera cautes aſſiduis incaſſum agitur procellis, nec loco ſuo dimouetur, ita & conſtans animus tuus eo principe dignus, ſuaſionibus quibuſcumque reiectis, vſque in hanc diem propoſitum ſuum tenuit: non eſt credibile perſeuerantiam tuam nunc periiſſe.

Burgundus ab egregijs cœptis deficit.

Monetur a Pio vt priſtina conſtantia perſiſtet.

26 Accedit votum publice factum, quod ſui natura inuiolabile eſt tanquam Deo debitum. *Vouete*, inquit ſcriptura, *& reddite*. Non eſt fallendum numen Dei: ſi ſeruanda eſt hominum fides, quanto magis Deo perſtringere vota impune non cedit? Ipſe Deus dominus eſt & iudex, nec decipi poteſt: tua nobilitas non conſueuit homines fallere verax & dicti ſui tenax, non eſt cur credamus te modo in voto tam ſolemni, tam publico, tam ſancto a tua bonitate recedere, ac mutare naturam. Obſtant & promiſſa tua Ferrarienſi epiſcopo nomine noſtro ad te miſſo facta: tenes memoria, quæ illi dixiſti, cum te lectulo decumbentem, & ægritudine laborantem inuenit: affirmaſti ſanitatem cum illo ad te miſſam, & omnia facturam tuam nobilitatem pro defenſione fidei, miſſuramque in breui legatos cum poteſtate concludendi tam de tranſitu tuo, quam de rebus alijs ad expeditionem neceſſarijs. Venere legati tui viri præſtantes & in concilio tuo primarij, qui nos Tybure conuenientes inter prima colloquia percunctati ſunt a nobis, an adhuc profecturi eſſemus, quod tibi per

Ne temere vota nuncupata infringat.

Meminerit valetudinis diuinitus reſtitutæ.

Fer-

Digitized by Google

Ferrarienſem epiſcopnm fnerat ſignificatum, hoc eſt, an perſonaliter contra Turcos in bellum profecturi eſſemus: reſpondimns nihil nos eſſe mutatos, venturoque tibi proculdubio nos futuros comites: quo dicto ſubintulere legati, ſe habere in mandatis, vt affirmarent nobis, excellentiam tuam aut venturam ad nos eſſe & in ſancta profectione ituram, aut in itinere morituram: Credidimus oratoribus tuis, & adhuc credimus: ſecuta eſt promiſſio in conciſtorio publico facta: aſſeruerunt oratores tui in magno conuentu Romæ coram nobis, te prorſus venturum, nec vllo pacto remanſurum domi, niſi tale impedimentum interuenerit, quod toto mundo iudice legitimum æſtimetur.

Et promiſſorum

27 Vulgata eſt per orbem fama, nobiliſſimum ac potentiſſimum Burgundiæ ducem ſtatuiſſe, vna cum Romano Põtifice bellum Turcis inferre, totiſque conatibus defenſionem religionis amplecti: audiuit tota Chriſtianitas tuam promiſſionem: erexere exinde animos Veneti, atque in Turcos multo quam prius audaciores effecti ſunt: Hungaris ſpes pulcherrima iniecta eſt, qui ſe tandem de immaniſſimis hoſtibus vlciſcantur, regnumque ſuum perpetua Turcorum moleſtia liberetur: Græcia tota, omnis Illyricus tractus de libertate cogitare cœpit: Turcorum animos non paruus innaſit metus, tanta eſt nominis tui æſtimatio. Quis nunc arbitretur generoſitatem animi tui poſt tot promiſſiones ac ſpem tanta de te præſtanda velle mutare conſilium, triſteſque fideles Chriſti populos reddere, lætoſque crucis hoſtes? nullum interceſſit impedimentum, quod mundus legitimum iudicat; immo nec tu ipſe excuſationem vllam iudicaſti ſufficientem, quippe quod neque ſenium, neque debilitatem tui obijceres, atque idcirco te remorari conatibus aſſeruiſti, nunc te ob has cauſas aut alias remanſurum putet qui excuſatum ſenſerit non excuſante mundo: vbi honor? vbi æſtimatio tua remanet? quid dicet populus? nonne illuſos ſe omnes Chriſtiani cenſerent? Allatiſque grauiſſimis alijs argumentis, quibus ad rem perficiendam inducere conatur, ſubijcit.

Ex illius aduentu promulgato tractos Turcorum animos.

Si abſtiterit cœptis illius famã extinctum iri.

28 Succeſſura ſunt omnia te venturo, quemadmodum ſperamus, ex voto: quod ſi Deo permittente propter peccata noſtra tuus aduentus fuerit impeditus, non tamen iter noſtrum retardabimus, & quamuis fuerit profectio noſtra promiſſa niſi te veniente, ibimus nihilominus, nec fraudabimus ſua ſpe populum Chriſtianum: faciemus quod promiſimus, & vltra quam promiſſum eſt, nemo dicturus eſt hoc promiſit Pius Pontifex, & non fecit: iturum ſe dixit, & non iuit: magnifica verba protulit, & non compleuit. Ibimus, auctore Domino, mare intrabimus, in hoſtes nauigabimus, pro victoria nominis Chriſtiani, pro defenſione fidei totis viribus nitemur. Non grauis ætas nos retinebit, non impedita morbis artheticis membra, non patrimonij Eccleſiæ cura, non pericula maris, non mortis metus: ſcimus moriendum nobis eſſe, nec honeſtius vnquam vitam finiri poſſe, quam in exercitu pro Chriſto ſaluatore, & eius lege decertante. Si Chriſtiani principes populique auxilio fuerint, neque pro fide laborantes deſeruerint, nihil eſt quod de victoria deſperemus; ſi minus, non deerit, vt confidimus, ipſe Deus & ſaluator Ieſus Chriſtus, cuius res agitur. Conſueuit enim diuina pietas in ſe ſperantes haud quaquam deſerere, cui tam facile cum paucis, quam in multis vincere; & ibi cœpit diuinum reperiri præſidium, vbi humanum deficit auxilium. In Deo ſpem noſtram collocabimus: ipſe ſi vult victoriam nobis elargietur, etſi aliter maieſtati ſuæ placuerit, ſatis erit nobis pro defenſione religionis, quantum facultatis datum fuerit, eo proceſſiſſe: iuſtus eſt dominus Deus, nec vltra quam poſſunt homines exigit: nobis cauendum eſt, ne diuinæ voluntati aduerſemur, & ne populos illuſiſſe videamur.

Se profecturũ in Turcas etiamſi non venerit.

Honeſtiorem mortem oppeti non poſſe quã pro Chriſto.

29 Cum vulgata ſit noſtra profectio, dabimus operam, vt opinioni hominum ſatiſfaciamus, diuinæque voluntati pro noſtris viribus pareamus, tuam nobilitatem exorantes, ac per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti in charitate vera perfecto corde obſecrantes, vt & tu ipſe idem facias, nec promiſſis tuis Deo maxime nobiſque factis deficias. Memineris domini Dei tui, & quanta ſuſceperis ab eo bona, nec velis ingratus videri, nec verba cuiuſquam pluris facias, quam Dei mandata: conſule honori tuo & animæ tuæ, nec expeditionem fruſtrare, quam fideles de te populi habent, noli auferre ſpem, quam nobis præbuiſti: conſolare nos & vniuerſam plebem Chriſtianam, vt Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, & Deus totius conſolationis conſoletur te in omnibus aduerſitatibus tuis feliciter, & quod reliquum eſt temporis in hoc ſæculo Deo offer & conſerua, vt tandem in altera vita ſui regni participem te faciat. Cupimus ſuper his vt quamprimum nobis reſpondeas. *Dat. Senis* VIII. *kal. aprilis anno* MCCCCLXIV. *pontificatus noſtri anno* VI.

Propoſita Burgũdo diuina beneficia.

30 Irretitus priuatis commodis Philippus pontificia monita, fidem de ſacro bello gerendo ſocijs datam, nuncupata Deo vota, honoris decus parui fecit, feſellitque expectationem orientis, orbiſq; ſpes. Quo autem leuaret inuidiam Antonium nothum filium cum aliquot nauibus ſubſidio miſit a; quamquam is etiam paulo poſt ex medio itinere in Belgium inglorius eſt reuerſus. Nullam porro iuſtam Philippum infringendi voti intermittendæque expeditionis occaſionem habuiſſe conſtat ex allatis literis pontificijs. Non deſunt tamen ſcriptores, qui aſſentatorum more vitia principum fucis pigmentiſque virtutum colorantium, periurij & rei Chriſtianæ neglectæ culpam in Ludouicum Regem Francorum, cum Leodienſibus aduerſus eorum epiſcopum Philippi ex ſorore nepotem, qui detrectabat initiari ſacris ordinibus gregemque paſcere, ſed ex epiſcopatu molles delitias tantum opeſque captabat, ſentientem deriuent, eiuſque inſidijs Burgundum impeditum effutiant; cum nullæ etiam tum inter eos diſcordiæ eſſent exortæ: immo referat Platina b, adiunctos Burgundi nuntijs a Ludouico oratores, qui Philippi moram apud Pontificem excuſarent: quippe Francorum Rex Burgundum adhibebat interpretem, vt pacem ipſum inter & Anglos conciliaret, vt e Philippi dictis ac literis pontificijs antea allatis colligitur. Hos vero oratores auditos Romæ, poſtquam Pius Senis, delinita iam balneorum vſu ægritudine, reuerſus eſſet, refert idem auctor. Dum porro Senis verſabatur, præfecit cum imperio claſſi, quæ in Piſano portu inſtruebatur, perque fretum Siculum Anconam nauigatura erat, Nicolaum Cardinalem, ad quem hæ literæ datæ c.

Totius orbis ſpes Burgundus fallit.

a Rener. Snoi Batau. rer. lib. 10. Aegid. a Roya in annal. Belgic. hoc an & Meyer. annal. Flandr. l. 16.

Culpam deriuat in Gallũ Regem.

b Plat. in Pio II.

Nicolao tit. S. Cæciliæ presbytero Card. A. S. L.

c Lib. 2. pag. 104.

31 Nouit vniuerſus orbis quanta cum deuotio-

tione, & fere inenarrabili deſiderio pro ſalute populi Chriſtiani hoc præſenti tempore, quo furor hoſtium crucis acrius ſolito in ſanguine Chriſtiano debacchatur, nos illius exemplar imitantes, cuius vices gerimus in terris, & perſonam noſtram quibuſcumque maris, & terræ periculis obiectare minime formidantes claſſem, quam maximis impenſis præparauimus, aſcendere, & in illa contra hoſtes huiuſmodi, fauente diuina gratia, proficiſci decreuimus: ad quod præclarum, & ſalutiferum opus peragendum cum per nos ipſos minime ſufficere poſſe confidamus, libenter fratres noſtros, quos præſertim alias in arduis Romanæ eccleſiæ rebus prudenter fortiterque verſatos cognouimus, eorum diligentiã, & rerum a ſe geſtarum experientiã dignis commendationibus efferte, in partem tanti muneris euocamus. *Et infra*: Cum itaque partem claſſis huiuſmodi apud ciuitatem Piſarum conſtrui, & componi fecerimus, illamque ad ciuitatem noſtram Anconitanam, apud quam tota claſſis congregari debet, & vbi etiam nos prope diem conuenturi, & deinde contra perfidum Turcum perſonaliter profecturi ſimus, adduci & tranſuehi ſtatuerimus & ordinauerimus, vt exinde diuino fauente numine in altum dare vela proſpere valeamus: *& infra*, te de fratrum noſtrorum, de quorum numero vnus exiſtis, conſilio & aſſenſu in omnibus & ſingulis partibus, inſulis, locis, & terris maritimis, ad quæ te nauigando, & cum claſſe huiuſmodi transfretando de portu Piſano vſque ad ciuitatem noſtram prædictam applicare contigerit, legatum noſtrum de latere auctoritate Apoſtolica donec & quouſque cum dicta claſſe ad præſentiam noſtram perueneris facimus, conſtituimus, & deputamus, tibique legationis officium huiuſmodi pleno iure committimus, & eidem claſſi præficimus per præſentes. &c. *Dat. Senis anno MCCCCLXIII. III. non. maij pontificatus noſtri anno VI.* Extant [a] ea de re apud Iacobum Cardinalem Papienſem Pij nomine ſcriptæ literæ ad Hieronymum archiepiſcopum Cretenſem, quibus vna cum Piſano priore ad ornandum claſſem incumbere iuſſus eſt, factuſque certior, Ioannem Cardinalem S. Angeli traducturum ad locum opportunum crucesignatos, qui Piſas confluebant. Porro agenti adhuc Senis Pontifici Ferdinandus Rex Neapolitanus, qui ex Alfonſi patris teſtamento ſexaginta millia nummum, quæ pro ſacra aduerſus Turcas expeditione conficienda pendere tenebatur, triginta millia hoc anno perſoluit VII. kal. aprilis.

In Piſano portu ſtructa claſſis pontificia.

Data impera vt vniuerſa claſſis Anconam contendat.

Nicolaus S. Cæcil. Card. creatus legatus vt claſſẽ deducat.

a Card. Papien. ep. 34.

Crucesignati Piſas confluunt.

32 Paucis vero ante diebus, nimirum XV. kal. eiuſdem menſis, Pius legatum in Aragoniam miſit [b] Ludouicum tit. SS. Quatuor coronatorum presbyterum Cardinalem, vt ad concordiam adduceret Ioannem Regem populoſque diſſentientes: cœperant iampridem cum Ioane acre bellum Barcinonenſes poſt Caroli Vianæ principis mortem, atque a Galliarum & Caſtellæ Regibus, quos ſocios ſe habituros ſperauerant, deſtituti, renuntiarunt principem Petrum Luſitaniæ comitem ſtabuli nepotem Vrgellenſis comitis ex regia Aragonia ſtirpe ſatũ, cuius pater ab Alfonſo in acie cæſus occubuerat. Is cum iura ad ſceptrum Aragonum ſe habere contenderet, mox atque ex Cepteuſi vrbe Africæ Barcinonem hoc ineunte anno appulit, Aragoniæ & Siciliæ Regem ſe dixit, atque Ilerda [c] obſidione cincta a Ioanne Aragonum Rege fame perdomita eſt. Vt partes etiam ſuas confirmaret Aragonius pacem cum Fuxenſi comite, & Belmontanis in Nauarra redintegrauit [a], pactuſque [b] ſocius eſt cum Henrico Rege Caſtellæ, quamquam poſtea aduerſus ipſum cum proceribus Caſtellæ conſpirauit [c]. Ex illo porro Petri Luſitaniæ equitum magiſtri in Cataloniam aduentu ſuſceptoque principatu grauiſſimi mala emerſere, præter enim bellicas calamitates inde ſecutas, ac geſta prælia, tum mortem ſceptri ſpe inani acceſſitam, in Africa res Chriſtiana attrita eſt. Ceptam cum veniſſet Luſitaniæ Rex cum exercitu, vt Tingitanæ prouinciæ metropolim, cui Tanger nomen eſt, expugnaret, ex magiſtri equitum receſſu admodum debilitatus a Mauris ex Tingis mœnibus propulſatus eſt, nec quidquam memorabile in ea expeditione, cum variæ in hoſtium agros excurſiones fierent, geſtum: immo Rex Luſitanus in tumultuaria pugna in magnum diſcrimen adductus eſt cum exercitu, e quo diſcrimine comes Villæregalis, qui magno impetu barbaros retudit, eripuit. Reuerſus ex ea expeditione Luſitanus cum Henrico Caſtellæ Rege ad Gades in congreſſum venit, Luſitaniamque repetiit; Caſtellanus autem facto in Granatenſem agrum impetu Regem barbarum, vectigal pendere recuſantem, ad officium compulit: dein celebrato iterum cum Luſitano Rege colloquio Iſabellam ſororem illi matrimonio iungendam ſpopondit, pactuſque nuptias eſt inter Ioannam filiam, & Luſitani filium Caſtellani Luſitanique ſceptrorum heredes, vt ea regna inuicem coaleſcerent, quo maiori potentia bellum ſacrum in barbaros vrgeretur. Sed ea conſilia ciuile mox bellum in Caſtella accendere, diſturbatumque id fœdus eſt. In primis enim Aragonius Rex grauiſſime tulit Caſtellanum ſceptrum Luſitanæ potius quam Aragoniæ regiæ inferri, proceresque Caſtellani facta cum eo conſpiratione [d], captiſque armis denuntiarunt Henrico Regi Ioannam illius filiam ſuſceptam ex adulterio, nec ſceptri heredem eſſe poſſe, adeo vt ipſum adegerint ad fratrem Alfonſum dedendum coniuratis principibus: qui mox ipſum Caſtellani ſceptri heredem profeſſi, proximo etiam anno regijs inſignibus redimire, atque Henrico opponere auſi ſunt. At de his inferius: nunc ad Pium Senis agentem reuocanda eſt narratio.

Decreta legatio in Arag. ad pacẽ ineundam.

Petrus Luſitan. princeps Aragonij Regni nomen arripuit.

b Lib. 2. pag. 84. Sur. ann. l. 17. c. 53. et Marian l. 23. c. 6.

c Surit. eod. lib. c. 55. Marian. l. 23. c. 8.

a Sur. eod. lib. c. 59.
b Cap. 54.
c Cap. 56. Marian. ſup. l. 23. c. 6.

Luſitan. Rex Tingis mœnibus propulſatus.

Caſtellanus filiã Luſitaniæ hærede collocat & cur.

Aragonij & Caſtellani ex eo auerſi Caſtellæ Regi.

d Sur. l. 17. c. 56. Marian. l. 23. cap. 7.

Infanda in eum exorta coniuratio.

33 Referunt illum hoc anno Senenſem eccleſiam, quam antea archiepiſcopali dignitate inſigniuerat, pretioſiſſimo munere exornaſſe [e], brachio ſcilicet, & dextera manu S. Ioannis Baptiſtæ, quod e Græcia Thomas deſpota Peloponeſi extulerat, acceperatque a genero, qui ſacrum illud pignus in excidio Conſtantinopolitano ſeruauerat: perfectam illius donationis pompam VI. die maij narrat Malauolta [f]. In ſequenti vero veterem vrbem iter arripuiſſe: vbi paucis diebus moratus, vocatis Cardinalibus, Georgio Podiebratio Bohemiæ Regi male de fide catholica ſentienti diem dixit, vt tradit Platina [g], quod a Cardinale Papienſi [h] confirmatur; vbi enim recenſuit Pium ab Imperatore & Germanis principibus, qui Georgium ab errore ſe erepturos pollicebantur, retardatum, ne iudiciario ordine Georgium de hæreſi poſtulatum percelleret, ſubdit: *Pius, etſi intelligeret laborem hunc inaniter ſumi, quod inſanabile ingenium eſſet; ne tamen videretur ad perditionem, quam ad ſanationem inclinatior eſſe, ſediſque opera impia dicerentur, tantis interceſſionibus condonandam dilationem conſtituit, biennio in ea* expe-

e Malauol. p. 3. l. 4.

Dextera S. Ioannis Bapt. Senenſis eccleſia exornata.

f Id. ibid.

Georgio Regi Bohemiæ dies dicta.

g Platin. in Pio II.
h Papien. comm. l. 6.

Digitized by Google

expectatione conſumpto amicitias interim comparaverat ſibi Georgius, fideleſque Bohemos afflixerat regnumque, & factionem Huſſitanam firmaverat; in Pium apud Gallos turbulenta multa, miſſis legatis, quæſierat: nil minus autem quam ſanis illorum ſuaſionibus crediderat, nunc ſcribens, nunc mittens, nunc offerens, perpetua autem & ludens, & moras inducto nectens. Vbi nil profici eſt intellectum, damna autem publica quotidie creſcere, advocavit concilium Pius; atque in ſolio reſidens longa oratione Huſſitanorum deflevit errores, aſtum inde Georgij, maleficia aſsidua, catholicorum ærumnas, manifeſtum perjurium, relapſum in hæreſim, interceſſores cluſos, patientiam ſuam magnis lamentationibus proferens vindictæ nimium tardatæ adeſſe iam tempus, oſtendens diem dicenda ante ſe cauſa centeſimum octuageſimumque ab illa conſtituit. Subdit Papienſis extinctum Anconæ Pium, dum id tempus conſtitutum excurreret; ſed de eius obitu inferius: nunc reliqua Romæ geſta percurrenda ſunt. Sigiſmundi in primis Auſtriaci, quem Imperator in gratiam cum Eccleſia reducere, vt diximus, annitebatur, cauſam Berardo tit. S. Sabinæ presbytero Cardinali cognoſcendam demandavit, vt vel reſipiſcentem cenſuris ſolveret, vel pertinacem pœnis in hæreticos conſtitutis afficeret.

Dilata ſententia Catholici a tyranno oppreſſi.

34 In iudiciũ porro vocaverat anno MCCCCLX. x. kal. februarij Sigiſmundum ipſum Pontifex ob ſpretas cenſuras, quas illatis Nicolao tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali eidemque epiſcopo Brixinenſi injurijs, contraxerat[a], ac deinde Petri tit. S. Vitalis presbyteri Cardinalis, & epiſcopi Auguſteſis, ac Ludovici ducis Bavariæ interpretum concordiæ precibus flexus ſententiam extraxerat. Verum ille non modo eorum opera ad meliorem mentem non rediit, ſed Clariſſas etiam Brixinenſes ob intermiſſa ſacra pepulit. Qua pervicacia valde commotus Pius Petro tit. S. Marci presbytero Cardinali cauſam hæreſeos in Sigiſmundum commiſit, quæ tamen extracta eſt, cum duce Venetorum interprete Sigiſmundus ad obſequium Eccleſiæ revocandus videretur, quæ vero ſint ſecuta ſubjicit[a]: *Non minorata, ſed potius aucta rebellione Sigiſmundus, qui nec ad iuſtitiam nec honeſtatem, ſeu vt ſe dicti ducis Venetiarum arbitrio ſubmitteret, induci potuit.* Et infra: *Demum chariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, in pacis tractatu ſucceſsit, & ne per nos ſtaret, quo minus ſua maieſtas finem tam periculoſo negotio imponeret, iterum in proceſſu fidei ſuperſederi mandavimus: & cum nunc quartus annus agatur rebellionis, & contemptus cenſurarum, & nulla ſpes boni ſuperſit Gregorio,* nempe de Heymburg, *hæretico continue Sigiſmundo adhærente, & in perfidia ipſum firmante, animarum ſaluti expedire iudicamus, vt hæretici a catholicis ſecernantur, & aliquando ad definitivam ſententiam perveniatur. Conſiderantes igitur nos nunc in propoſito habere aggredi Turcum crucis Chriſti inimicum, & nihilominus cauſam contra Sigiſmundum, & ſatellites eius propter ipſius catholicæ Eccleſiæ fidem, & auctoritatem, eccleſiaſticæque libertatis tuitionem non eſſe negligendam iudicavimus, illamque tua circumſpectioni duximus committendam, qui cuncta merita cauſæ agnoſcis abunde. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXIV. XVII. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* VI.

[a] Lib. 30. bullar. pag. 26.

Sigiſmundus Auſtriac in perduellione erga eccl. pertinax.

35 Poſuit denique ſuperbiam ac pertinaciam Sigiſmundus Auſtriacus, cum ſe ob impietatem inviſum, neque in Chriſtianorum conſortium admitti doleret, vtque cenſuris ſolveretur Fridericus Imperator genibus legati apoſtolici advolutus, deprecator extitit, vti Papienſis[a] enarrat: *Sigiſmundus*, inquit, *ex principibus Auſtriæ propter Cardinalem Romanæ eccleſiæ in vinclis habitum pari damnatus iudicio, principatuque omni exutus, cum propter ampliſſimam cognationem Germanorumque fœdera vltorem facinoris habiturus non putaretur, vexatus tamen pœnis continuis, atque odio ſuis habitus, longa etiam contumacia fatigatus, a nulliſque interim in ſua conſortia receptus, divino tandem eſt humiliatus miraculo, atque eo quidem vſque humiliatus, vt Romanorum Imperator Auguſtus Cæſar orbis noſtri alterum caput, conſanguinitate illum attingens, cum ſumma ſedis gloria, ante genua legati Apoſtolici procidens non ante ſurgendum putaverit, vel finem obſecrationibus imponendum, quam pœnitenti & ſatis pro iniurijs facienti pœnarum abolitionem reſtitutionemque eſt conſecutus.* Hæc de Sigiſmundo Papienſis.

Pro eo Imperator flexis genibus veniam a Legato poſcit.

[a] Papien ep. 282.

Friderici Cæſaris pia demiſſio & charitas in fratrẽ. Injurias expiantis Sigiſmundo venia data.

Eodem vero die, quo Pius illius cauſam Berardo Cardinali commiſerat, ingreſſurus iter, vt ad exercitum cruceſignatum ſe conferret, anathematis ſententiam in eos omnes tulit, qui Turcis arma, vel commeatus inferrent, in quo diplomate ſuſcipi a ſe pro Dei gloria & euangelij defenſione expeditionem profitetur: *Pro defenſione catholicæ fidei adverſus impios Turchos prædictos ſacri euangelij temeratores, vivificæ crucis ſpurciſſimos blaſphemos, & Chriſtiani nominis truculentiſſimos hoſtes, prout indiximus publice, bellum, Deo opitulante, toto poſſe proſequi intendentes, advertentesque omnem converſationem atque commercium cum eis fore Chriſtianæ reipublicæ pernicioſum, omnes & ſingulos, qui poſt publicationem quarundam literarum noſtrarum dicta feria,* nempe v. maioris hebdomadæ, *factam, durante bello prædicto converſationem prædictam, aut commercium aliquod, etiam ſi alias a iure permiſſum eſſet qualitercumque, directe aut per obliquum, clam palamve, per ſe vel alium deinceps cum Turcis hoſtibus prædictis habebunt,* & infra, *ex parte omnipotentis Dei Patris Filij, & Spiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, & noſtra, excommunicamus. Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXIV. XVII. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* VI. Cæterum ſocietatem Prædicatorum inter infideles ad inferendam iis euangelij lucem, & Chriſti propagandum cultum peregrinantium ampliſſimis ſacris beneficijs affecit[b].

Defixit anathema te qui opeſã Turcis navarent.

Societas Prædicatorum peregrinantium propter Chriſtum affecta beneficijs.

36 Comparatis igitur ad iter neceſſarijs, Roma profectus[c] eſt ingenti militum agmine, ac plurimis Cardinalibus ſtipatus; cuius diſceſſum narrat his verbis Iacobus Papienſis[d]: *Cupiens Pius ſanctiſſimus profectionem ſuam in Turchos perficere, quæ fidelibus repromiſſa iam erat ad* XIV. *kal. iulij in baſilicam SS. Apoſtolorum mane deſcendit, ſicut ſuus erat mos ſemper cum vrbem relinquebat, atque ibi veneratis aris, & ſucceſſu rerum pie deprecato, Roma egreſſus eſt patribus & prælatis lecticam eius ſequentibus. Ad pontem milvium dimiſit a ſe omnes, præter eos, qui ſecum erant ituri.* Conſentit Cardinali Papienſi Ioannes Antonius Campanus[e], qui eundem diſceſſum, ac varias in itinere difficultates deſcribit: *Roma*, inquit, *proficiſcitur re divina in templo maximo ad Vaticanum peracta, in quod deſcendere quoties vrbe abiret, & aras ſingulas ordine venerari conſueverat: ibi omnibus ad precandum felicem rerum ſucceſſum invitatis, feſtinato ad pontem milvium lectica delatus eſt. Avidius ſuſcepto itinere*

[b] Eod. lib. pag. 116.
[c] Steph. in fiſſ. m. ſ. vat. ſign. nu 9.
[d] Papien. ep. 41.
[e] Campian in vit. Pij II Platin in eod. Steph. Infiſſ. m. ſ. arch vatic ſign. n 11c & alij.

Digitized by Google

vere incidit in febriculam principio haud ſatis cognitam medicis, & ipſe ne quid moræ objiceretur aliquandiu ſuppreſſerat: ea iam aucta, magis quam vt diſſimulari poſſes, medicos inhibuit, ne cui patefacerent, iureiurando & imprecationibus adactos. Ad pontem paſsibus ac turba omni dimiſſa; cum paucis lembum conſcendit aduerſo Tyberi nauigaturus, cum effuſa paſsentibus portis ciuitas abeuntem conſalutaret, ac reditum audiens precarentur, prorupit in lachrymas. Subſtitit nocte prima ad caſtell. in tabeleum, confeſſus nauigationem eius diei difficillimam fuiſſe contrario flumine colluctanti: quod ex imbecilli potius valitudine, quam labore, accidiſſe putatum eſt, nec auſus in ripam deſcendere, graui defatigatione confractus noctem totam egit in lembo. Poſtridie, quamquam inhibentibus medicis, matutinum iter multo ante ſolis ortum ſoluere cum iuſſiſſet ad oppidum Phianum peruenit nauigatione longiſſima quadraginta millibus p. ſummum vno die confectis, cum pridie illius diei ad decimum milliarium ſubſtitiſſet: pernoctauit & ſecundo in flumine. Hoc in loco, dum ageretur de parte claſsis, quæ ſtructa ad portum Piſaurum penetrare in ſuperum mare per fretum Siculum iubebatur, venireque Anconam ad ſocias excipiendas, nuntiatumque eſſet triremes Genuenſium & naues onerarias, quæ ad ſummam claſſis pertinebant, nondum eſſe paratas, & præterea Philippum Burgundum profectionem verbis extrahere, commotus animo eſt.

Multa cum labore a Pio iter contectum.

37 *Auxit moleſtiam prolapſus e ripa demerſuſque in oculis adoleſcens ad remigium mercede conductus, & vnde accurrentibus nautis; quod adeo tulit acerbe, vt precatus veniam extincto, & abominatus caſum, nec lachrymas continuerit. Ad radices montis Soractis tædio nauigationis ſimul, & mœrore extincti iuuenis exponi ſe primum in ripa e nauicula iuſſit, queſtus ſemper in ſe ſibi nauigationes eſſe: quod verbum ſiniſtre accipientibus cubiculariis, & cur committeret ſe toties præſenti periculo interrogantibus, ratus ad deterrendum ſe ab transfretatione Illyrica dictum, quod ſciebat, inuitis multis, ſe Italia excedere: neminem, inquit, cogimus; nec aliud locutus repoſitum in lembum ſe iuſſit, quindecim millibus paſſuum lectica conſtitit ſupra Ocriculum maxime conſternatus eſt obuia crucesignatorum multitudine, quos moræ impatientes retinere Cardinalis minime poterat.*

Plures copiæ ducis inopia diſſolutæ.
a Cap. 206

His conſentanea tradit Monſtreletus a, plures etiam ex variis gentibus ſacræ in Turcas militiæ ſe addixiſſe; ſed cum nullum inſignem ducem, quem ſequerentur, nacti eſſent, nullo inſtructo ordine denos vigenoſue ſparſim contendiſſe, qui ſub vnius militare imperium redacti florentiſſimum conflaſſent exercitum; cum vero ductore carerent, poſt conſumptos fruſtra labores domum repetiiſſe.

Spoletum perueniens communiri arcem, præſidiumque augeri imperauit. Fulignium progreſſus ſeditioſos mulctauit exilio, qui præfecto vrbis, ad tyrannidem occupandam, vbi Italia diſceſſiſſet, inſidias comparabant; Aſſiſii vtramque arcem inſtaurauit. Inde petens Fabrianum Apenninos montes ſuperauit, quo in loco dum ſubſiſtebat, Roderico S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali, qui poſtea pontificios apices adeptus Alexander VI. fuit vocatus, quique Pium vna cum nonnullis aliis Cardinalibus in Turcica expeditione erat comitaturus, trirememque ſuo ſumptu inſtruebat, dato diplomate permiſit b, vt domum, quam a fiſco coemerat, ad conuertendum in apparatus bellicos redigendum ex ea aurum diſtraheret: *Cum, inquit, tu nuper in hos apparatu claſsis maritimæ, quam contra Turcos in proximo moturi ſumus, vnam galeam optime diſpoſitam, & armatam tuis propriis expenſis in eandem claſſem mittendam paraueris. Dat. Fabriani Camerinenſis diœceſis anno MCCCCLXIV. VI. id. Iulii pontificatus noſtri anno VI.*

Rodericus Borgia Pium in expedit. turcica ſequi vouet.
b Lib. 30. pag. 369.

Fabriano diſcedens Pius, inquit Campanus a, *iter flexit ad fanum Virginis Lauretanæ vota nuncupaturus, vbi & aureum obtulit calicem, ac pateram eximiæ magnitudinis.* Meminit de eo Pii munere Turſellinus: *Peracto voto*, inquit b Campana, Pius c, *ingreſſus Anconam XV. kal. ſextilis ſupplicationes trium dierum decreuit, præfatus initia rerum Deo, cætera pietati commendanda eſſe.*

a Camp. in vit. Pii II
Munera Lauretanæ Virgini a Pio oblata.
b Turſel. in hiſt. Lauret. l. 1. c. 26.
c Campan. vbi ſup.
Celebratæ Anconæ ſolemnes ſupplicationes.

38 Confluxerat Anconam variarum gentium multitudo gerendæ quidem rei in Turcas ingenti, ſed inconſulto pio ardore permota, cum ſibi finxiſſet ſtipendia commeatumque a Pontifice ſuppeditatum iri, ſed tantos militum concurſus ſuſtentare non poterat Pius, quos dimiſſurus ad ſusceptos labores deliniendos noxarum ampliſſima venia deſuper propoſita donauit: ex quibus nonnulli ad ſuſtinendam in ſemeſtre belluni vitam aurum attulerant, quos in duas Venetorum naues conuehendos pactus eſt: ſed cum illæ tarde aduentarent, impatientes moræ crucesignati cateruatim abibant, ita vt cum illæ appuliſſent miles iis imponendus non ſupereſſet; quamobrem maxime Pontifici eſt auctus dolor, qui materiam plurimam morti accelerandæ dedit. Interea nunciis literiſque Raguſinorum certior factus eſt, Turcam ad triginta milliaria a Raguſio caſtra poſuiſſe, ac minitari excidium vrbis, niſi promiſſas Pontifici triremes duas inſtructas retinerent, darentque imperatos obſides, tum vectigal in annos ſingulos ipſius fiſco inferrent; nunciabatur etiam auerſas militum excurſionibus ex agro Raguſino prædas, defuturam ad tolerandam obſidionem annonam, nec ſatis militiæ ad tutanda Raguſii mœnia inſtructos ciues. Mox his auditis Pontifex, quos ante corporis languores contraxerat, nauigare Raguſium frumentumque inuehere iuſſit, tum literas legatis proxime maioris ſubſidii teſtes dedit: ad quod comparandum Cardinalem S. Angeli conſuluit. Vt vero is ſeſe ad ducendas auxiliares copias obtulerit, ac vna etiam pergere Pius deliberarit, deſcribit hiſce verbis Iacobus Cardinalis Papienſis.

Confluit ingens Crucesignatorum turba. Stipendiorum inopia dilapſa.

Raguſinis a Turca minitata extrema omnia.

Subſidiaria annona Raguſiũ a Pio tranſmiſſa.

39 *Accerſiri ad ſe ſtatim Cardinalem S. Angeli iubet, quem propoſiti ſui inter cæteros ſtudioſum habebat: hunc præſentis re conſulit, quid, ſi obſideatur Raguſium, agendum exiſtimet? Ille vt erat ſemper ad bonum opus paratus, nihil cunctans, Ibo, inquit, ego cum triremibus, quæ inſtructæ in portu ſunt, & vel obſidionem, Deo adiuuante, diſſoluam, vel territis oppidanis ſpem bonam atque animum faciam. Et quid, inquit Pontifex, connauigare tecum, frater, me prohibet? conſilium certum eſt, ſi illuc Turcus aduenerit, cum iis, quas potero, triremibus, eodem ſine mora contendere: ciuitas in littore maris eſt ſita, natura loci & manu multum munita, eadem quoque portu abluitur, ad bene agendum opportunitas erit, inuehi in vrbem ſine periculo poſſumus: ſola præſentis Pontificis opinio Turcum, Deo ita volente, ab obſidione repellet, alioquin in locis aſperis commeatuum inopia laborantem: ſi conſilium comprobauerit Deus, fama hæc in omnem partem vulgata Chriſtianorum corda ad nos ſequendos inducet: concipientes iam ex fœlici principio victoriæ reliquum.*

Ad ferendam opẽ Cardinalis S. Angeli ſe exhibet.

Eodem contendere decernit Pontifex.

Subdit

Digitized by Google

40 Subdit auctor, vt ipſe fruſtra Pium ab eo conſilio dimouere niſus ſit; audito vero paulo poſt hoſtium receſſu mutata fuerit ſententia: *Hæc, inquit, cum probaſſet Ioannes, ego miſer & carnem ſapiens magis, quam ſpiritum, propoſitum ſummopere diſſuadebam, non quod euentura non crederem quæ proponerent, ſed quia in fragili corpuſculo febre, ac doloribus fatigato nauigationem illam finem vitæ futuram verebar. Contendebam igitur argumentis multis, ſed euincere mentes non poteram in Deum ſolum ſperantes. Igitur confirmata inter ſe profectione imperat illico Pius magno ſtudio militem cogi ad triremes, & omnia neceſſaria imponi, vt ad primum obſidionis initium ſoluere e portu poſſet: verum quatriduo poſt nunciato receſſu hoſtium diuina benignitate, parcendum conſilio fuit.* Confirmat Campanus *a* ſumptum fuiſſe a Pio conſilium adoriendi Turcica caſtra, ſi barbarus Raguſium obſidione cinxiſſet: tum Chriſtophori Mauri ducis Venetorum aduentum, ingraueſcentem deinde Pontificis morbum, deſcribit: *Nuntio, inquit, allato de incurſione Turcarum in agrum Raguſinum, milites ducentos ad corporis cuſtodiam comparatos cum paucis ſagittarijs triremi expedita nauigare extemplo Raguſium iuſſit: triremes Venetas numero duodecim, in quibus & Venetorum dux aderat, vbi appropinquare intellexit, deferri ſe iuſſit ad primum littus claſſem inſpecturus, eaque inſpecta ſubgemuit vna edicta voce, nuper ſibi nauigandi occaſionem defuiſſe, nunc occaſioni ſe defuturum. In cubiculum relatus ſolui ſtatim profluuio cœpit, medicis nihil periculi promittentibus. Et hæc quoque principum miſeria eſt, inquit, ne in morte quidem carere aſſentatoribus; poſtulauitque Euchariſtiam, quam & triduo prius acceperat, & paulo ante ad Lauretanum. Acciri deinde patres iuſſit quos hortatus eſt vt in expeditione perſiſterent: triremes & quæ in portu erant, & quas venire per fretum Siculum nunciabatur, tradi Venetis iuſſit: pecunias ad aureum nummum quadraginta millia ex decimis exactas Matthiæ Regi Pannoniorum mitti in ſumptus belli. Cum deficere vires ſentiret, reijciens ſeſe in Cardinalem Papienſem. Fili, inquit, curam meorum ipſe ſuſcipito, & huic expeditioni adeſto. Interrogatus ab illo, an ſepeliri Romæ ſe vellet, non tenuit lachrymas, ſubdens. Et quis id procurabit? illo recipiente, ſe curaturum, refici viſus eſt: vocauitque patres ordine ad oſculum, poſtulata prius a ſingulis venia ſi minus recte rem Chriſtianam adminiſtraſſet, lachrymantibus omnibus, & Beſſarione eius verba de re Chriſtiana ſanctiſſima geſta excipiente. Iterum amplexis omnibus inungi ſe iuſſit vbi concurrens, & ipſe precibus inter hymnos expirauit, voce vltima ægre edita, qua rogabat omnes vt pro ſe precarentur.*

Papienſis Card. profectio nem fruſtra diſſuadet.

Quatriduo poſt nũciatus Turcarũ receſſus.

a Campan. in vita Pij II.

Venetorum dux cum triremibus duodecim accedit.

41 Affert poſtremam illam morientis Pij ad Cardinales hortatiuam orationem Papienſis *b* conceptam plurimo pietatis ſenſu delibutam verbis, vtque Beſſario Cardinalis ad eam reſponderit, tum vltro citroque non ſine lachrymis data acceptaque venia fuerit: *Veniſſe, inquit, iam horam ſuam Pius cognoſcens, qua reddendus Domino ſpiritus eſſet, fratres omnes in cubiculum conuocari iubet, atque his ingreſſis etſi ad loquendum iam erat inualidus, tamen morientibus, vt poterat, atque interruptis vocibus nos appellans: Fratres, inquit, mei dilectiſſimi, videtis quo adductus ſum: hora mea iam venit: Deus hinc nos euocat: morimur in fide catholica, in qua & viximus, nihil ſentientes a Romana ſede diuerſum. Egimus vſque in hanc diem, quod potuimus pro ouibus creditis, non pepercimus laboribus vllis aut periculis: his caput noſtrum obtulimus ad communem ſalutem, perficere quod cœpimus poteſtas non eſt vltra. Reliqua veſtra ſunt, curate vos hoc opus Dei, & labi non ſinite per negligentiam fidei cauſam, ad hoc enim vocati in Eccleſiam eſtis, vt illi ſuis temporibus opem feratis: mementote officij veſtri, & Redemptoris noſtri, qui contemplator eſt omnium, & retribuit cuique ſecundum opera ſua: creuit ab initio, & progreſſa eſt dignitas veſtra fidei miniſterio, per fidele miniſterium vtique eſt retinenda: quærentes quæ veſtra ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, retinere illam diu nequaquam poteſtis. Habete quoque ex nunc temporalium curam, & videte ne quid detrimenti patrimonium commune accipiat: ſtudium hoc omne eſſe veſtrum oportet; dum licuit noſtrum fuit. Præterea, fratres, conuerſati vobiſcum ſumus, & ante in cardinalatu, & poſt in præſulatu, ad quem nos elegiſtis, conuerſatio noſtra ſine peccato eſſe non potuit, ex carne enim ſumus, offenſus eſt a nobis Deus, offenſa charitas veſtra: pro his, quæ in Deum peccauimus, ipſe, qui omnipotens eſt, miſereatur noſtri: pro his vero, quæ in vos, rogamus, dilectiſſimi, vt placatis mentibus veniam morienti tribuatis: eos qui ex carne noſtra ſunt, & qui famulati ſunt nobis, ſi dignos ſe præſtiterint, commendatos habete, valete fratres pax Dei, & cœleſtis gratia vobiſcum ſit.*

b Papien. ep. 41.

Extrema eius ad Cardinales oratio

Inſignis eiuſdem demiſſio.

42 *His ægre & cum lachrymis enunciatis, tantus ſubito patrum, qui lectulum circumſtabant, coortus eſt fletus, vt diu præ gemitu loqui verbum nemo poſſet, atque ora ſingulorum lachrymantia viderentur. Tandem Beſſario Cardinalis Nicænus primum in collegio locum tenens verba pro omnibus fecit: indoluit caſum, in quem erat adductus non ſui tantum cauſa, quem lachrymabile erat deficere, ſed magis Chriſtiani populi, qui tantum ſalutis auctorem amitteret. Laudauit Pontificem, & præclara eius in præſulatu opera, agens cum humilitate gratias, quod etiam ſuprema hora monitis ſuis communem rem adiuuaret: orare ſe Deum dixit patrem miſericordiarum, vt ſalutem illi reſtitueret: ſed ſi migrandum propter peccata eſſet, habituros nos menti præceptiones patris, & daturos operam pro viribus, vt nec publica Chriſtianorum, nec priuata res Romana eccleſia in perniciem irent. Veniam, quam popoſcerat humilitatis aliquorum dixit eſſe, benigne enim omnes ſemper habites atque indulgenter, nec querelam aduerſus eum extare; poſtulare autem ſingulos, vt benedictionem ſuam, & pacem ſuper fratres relinqueret. Ad commendationem vero ſuorum etiam pie reſpondit, docens quam charos eſſe omnibus deberet ſanguis eius, qui tantum de Chriſtianis, & de Romana ſede meritus eſſet. Poſt hoc reſponſum iterum ſurrexit fletus, & contriſtatio cordium multa. Pontifex manu e pallijs paululum eleuata oſculandam eam omnibus præbuit, flens ipſe, & flentes alios intuens. Nos manu apprehenſa, & ante lectulum procumbentes ſingillatim veniam precabamur erratorum noſtrorum, & oſculum ſupremum patris capiebamus, quibus ille. Ignoſcat vobis pius, & miſericors Deus, ac ſimul benedicens fratribus, eos a ſe dimiſit.* Subdit Cardinalis Papienſis, qua conſtantia, & religione ſe ad extremam eum morte luctam Pius compararit, ſingulare in B. Virginem ſtudium ſpeſque expoſuerit, tum Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis ſacramentis ſe communierit.

Card. Beſſarionis ad Pium moriturũ reſponſũ

Manum Pontificis oſculãtur flentes Cardinales.

43 *Biduo ante admonitus a medicis in omnem*

Sacro viatico rite Pius procuratur.

caſum vitæ, vel obitus habendam ſupremam rationem animæ eſſe, dominicum ſacramentum, quod celebribus ſempec diebus vacuus ſumebat, etiam tunc magna mentis contritione accepit, tundens pectus ad ſingula, & flens, & peccatorem ſe confitens, communicatione indignum tanti myſterij. Repetere illud mane ſequentis diei optabat in ampliorem ſalutem, & in honorem intemeratæ virginis, cuius aſſumptionem ſciebat inſtare, ab adoleſcentia etenim ſua in hanc tanquam miſericordiſsimam matrem ſemper ſperauerat, & hanc vitæ ducem actionumque ſuarum habuerat: familiarius aliquando nobiſcum loquens, recenſenſque anteactum vitæ curſum, diuerſoſque fortunæ euentus, credere dicebat, quia tantum huic glorioſæ Virgini ſe deuouiſſet, ab epidimia ſemel, a lethalibus languoribus ſæpe, nonnunquam ex manifeſtis vitæ periculis ereptum fuiſſe, omnem denique ſucceſſum dignitatis, & rerum ſuarum huc eferebat, propterea templum illud Pientiuum mirifici operis a fundamentis extructum, & ſuis manibus illi conſecratum fuiſſe. Conſolationem ergo hanc præcipuam expetabat, vt intra cubiculum ſuum, quando in eccleſia non licebat, ſolemnia miſſarum cantari audiret, & tanquam ſupremum vale cum fratribus ageret: optabat autem, ſicuti mos erat, per Cardinalem hoc fieri, & me vnum delegerat, qui ſacris huiuſmodi operatus confectum Domini ſacramentum illi rurſum porrigerem: inſtituerat etiam, vt patres adeſſent reliqui, ac cætera pro veteri inſtituto obſeruarentur. Comparatis igitur ad peragendum hanc diuinam rem omnibus, ecce inclinante iam ſole inclinare & ipſe admodum cœpit, ita vt non procul a morte videretur abeſſe. Itaque confeſtim ſacramenta reliqua perſoluuntur, quæ morientibus debita ſunt ſenſu adhuc integriore, quam lingua.

Singulari religione B. Virginem proſequutus.

44 Paucis interiectis addit, vt deficiente & interpuncta voce pias preces repetierit, bellumq; ſacrum in Turcas vrgendum conſuluerit, denique ſpiritum inter aſtantium ad Deum fuſas preces efflarit: *Voce iam conſumpta, quæ ab admotis auribus audiri vix poterat: Ora, inquit, pro me, fili, peccator etenim ſum; & ſimul ad crucem conuerſus, quæ collocata ante oculos erat, hoc non ſine ſuſpirijs frequentabat. Miſerére mei Deus, miſerere mei; & tu Virgo miſericors ſeruum deficientem ne deſere: per miſericordiam filij tui ſuſcipe animam excedentem. Paulula dein intermiſſa mora, rurſus in me dirigens oculos. Continuationem, inquit, ſanctæ expeditionis memora fratribus, & adiuua tu, quoad potes. Væ vobis, væ vobis ſi opus Dei deſeritis. Cum reſpondere tentarem multa, & præ gemitu non poſſem, dexteram manum, quæ in cubitum eleuata erat, demittens ſupra collum; Benefac, inquit fili, & Deo orationem affer pro me; hoc illi vltimum verbum fuit, loqui vltra non valuit propter rheuma continuum, quo pectus iam & fauces erant completa. Legebantur ſine intermiſſione orationes Eccleſiæ, quibus animæ decedentium commendari Deo conſueuerunt: ipſe ad audiendum attentiſſimus erat, ecce horam circiter tertiam inter legendum tanta quiete ſpiritum Domino reddidit, vt tonuincentem, non morientem diceres emigrare, & ſine ſenſu mortis excedere.*

In Turcas ſacrã expeditionem commendat.

Inter ſacras preces ſpiritum efflat.

45 Fleuit Pij mortem oriens, qui eius auxilio Turcicæ ſeruitutis iugum excutere ſperauerat. De eo enim hæc refert Marinus Barletius a, illum decreuiſſe, cum Dyrrachium perueniſſet, Scanderbegum regia corona redimire, vt maiori auctoritate bellum in Turcas gereret: *Circumferebatur*, inquit, *iam vbique, Pium Pontificem maximum contractis vndique viribus & copijs omnium Chriſtianorum in vnum coactis propediem aduerſus Ottomannum egreſſurum: qui, vt primum in Epirum & Albaniam traiecisſet, in vrbe Dyrrachina poſt rem diuinam factum Paulum Angelum eiuſdem vrbis archiepiſcopum, culmine præſulatus, & ſecunda a ſummo præſule & Pontifice maximo dignitate, quam nunc Cardinalatum appellant, inſignire atque ſublimare: Scanderbegum vero in Regem Albanorum, & Epirotarum declararet: quem etiam omnibus copijs Chriſtiani exercitus aduerſus Meumethem generalem (vt aiunt) imperatorem præficeret; quamobrem a barbaris vndique circumferebatur, ſi in tali expeditione Chriſtiana aduerſus Ottomannum Scanderbegus egreſſurus eſſet, procul dubio Chriſtiano victoriam adiudicandam iri, deque re & Ottomanni imperio actum deſperatumque fore autumabant omnes & aſſerebant: tantus terror, tanta formido Scanderbegani nominis eos inceſſerat, adeo formidoloſum, adeo horrendum illius erat nomen. Ideo Meumethes omni arte, ingenio, & calliditate ſua laborabat, vt Scanderbegum ad ſe alliceret, & cum eu ex integru componeret.*

a Barletius vita Scanderb. l. 11.

Scanderbegum Regem creare decreuerat.

46 Excitabatur Scandeebegus ab bellum aduerſus Mahometem a Venetis, qui illi auxiliare aurum ad ſoluenda militi ſtipendia pollicebantur, refertque Marinus Barletius a ab oratore Veneto hanc militarem orationem habitam fuiſſe: *Iam a ſummo Pontifice exijt edictam, & per omnia Chriſtianorum ora propalatum eſt, quod omnes Reges & principes Chriſtiani veniam peccatorum ſuorum conſecuturi aduerſus Turcarum Regem cum ipſo ſummo Pontifice quamprimum exeant, & proficiſcantur; ex quo Veneti tui cum principe ſuo & omni ſenatu tam terreſtri, quam maritimo apparatu, vna cum Pontifice maximo noſtro ad hanc expeditionem contra Maumethem te inuitant & implorant, teque principem, ducem, & totius Chriſtiani exercitus generalem imperatorem præficiunt, & quamprimum Pontifex traiecerit, & Dyrrachium intrauerit in Regem Albanorum, & Epirotarum declaraturum te conſtituit, dignum apprime, cui ſumma huius belli demandetur. Igitur, Scanderbege princeps feliciſſime, quid facis? quid immoraris? aut in perpetuum bellum armaque obliuioni danda ſunt, iugumque accipiendum: aut huic, cum quo de imperio & totius rei ſumma certatur, nec virtute nec patientia cedendum. Excita animum, & vires tuas: conuoca duces tuos & imperatores: contrahe vndique gentes & populos, inuita Reges & principes vicinos tibi confœderatos: inſtrue acies, & legiones, ſequere omnium fidelium cœtum, & Chriſtianorum collegium, obtempera ſummo Pontifici, conſequere veniam peccatorum tuorum cum omni exercitu tuo.*

a Id. ibid.

Venetorum ad Scanderbegum oratio.

Ecce Veneti tui me miſerunt, vt hæc tibi annuntiem, te inuitem, te exhortor, quo vires viribus, ſigna ſignis, copias copijs conferas; ſunt enim Veneti, vt noſti, principes Chriſtianiſſimi, benigniſſimi, terra marique præpotentes, qui aurum & argentum abunde pollicentur offeruntque tibi. Itaque Scanderbege, vere inquam Scanderbege, tu tu prior principum decus copijs tuis barbaro bellum infer, agrum eius inuade, terrorem & formidinem hoſti incute, qui prior te prouocauit rupto fœdere, fide & pace violata; nam leges & iura omnia clamant, permittunt: fidem non ſeruanti non ſeruandam. Audacter audacter igitur Chriſtianum præi exercitum, hoſtem prior aggredere, barbaro bellum vniuerſale annuntia, & ſummo Pontifici itee

præ-

Magnæ ſpes illi iniectæ.

præpara: nam ecce iam Pius ecce Veneti tui, ecce Francigenæ, Hiſpani, Belgæ, Hungari, Bohemi, Poloni, Itali, & omne Chriſtianum nomen te ſequitur, tibi adeſt, ex quo fieri non poteſt vt barbarus tot Regibus & principibus, tot copijs & exercitibus reſiſtere valeat; ideo fugam ſtatim arripiet, Europam deſeret, non proderit ſuperbia Ottomanno, non doli, non inſidiæ, non fraudes ſolita eum leuabunt. Aduertendum eſt tamen & prudenti animo præcauendum, quod callidus Maumethes hæc omnia præſentiens, ſtatim nuntios & oratores ſuos ad te deſtinabit, quo alliciat te, vt arma deponas, vt violatam ab illo pacem ſerues: auerte tamen animum a maleſica eius natura, occlude, obſtrue aures illecebris; iam illius noſcis ingenium, ſat odoratus es hominem, & Ottomanæ gentis fraudes, quas optime perſpectas habes.

Ex Pij morte maxime affligitur a Ibid.

44 At pia illa conſilia euanuere, & Scanderbegus regio honore caruit, maximoque dolore ex Pij morte confectus eſt, vt memorat Barletius, qui hoc elogio Pium exornat a: *Magnus profecto, & clarus Pontifex, contempſit pecunias, virtutem appríme dilexit, neque ſecundis rebus intumuit, neque ſuccubuit aduerſis; neque ſpes ei gaudium, neque metus triſtitiam auxit: potus cibique parciſſimum fuiſſe tradunt; diuina templis officia diurna nocturnaque nuſquam neglexiſſe. Pompas ſæculi fugerat, calcauerat auaritiam, libidinem ſubegerat. Sedatus animus eundem ſemper eius vultum oſtendit: durus & aſper in hoſtes Chriſti, promptior in fide receptis: euangelij non ſurdus auditor; omnia inter Chriſti pauperes erogauit. In quo ea a principio modeſtia, ea grauitas, id acumen ingenij, id ſtudium literarum, is amor virtutis emicuit. Cum primum vero pontificatus apicem adeptus eſſet, magni effulſit: multa in Turcas parauit, Reges & principes omnes concitauit; ſed dum hæc molitur de medio ſublatus eſt, cuius quidem occaſu tantum reſpublica Chriſtiana detrimenti ſuſcepit, vt adhuc eius obitum maxime lugeat, cuius enim conſilio auxilioque ſemper vſa eſt, cum emergere, reſpirare, & iam iam in portu & in tuto propediem ſe fore ſperaret, ſubito & inopinato illius caſu afflicta eſt, & nunc conſternata admodum, & a barbaris vndique exagitata plurimum mæret atque triſtatur. Quo certe triſti nuntio Scanderbegani milites, qui prius de victoria gloriabundi cum triumpho venerant, tanquam fulmine icti dolore quam maximo pene confecti ſunt, quod huiuſcemodi expeditio a Chriſtianis contra Maumethem ſuſcepta in irritum cecidiſſet.*

Pij morte Orientales conſternati.

45 Luxerunt etiam reliqui boni omnes: at felicitas non calamitas vocanda eſt in tanto religionis tuendæ conatu animam efflaſſe, vt egregie perpendit Cardinalis Papienſis b: *Incertum*, inquit, *morte ne, an vita felicior, qui ad ſummum pontificatum virtute ſua perueniens, & religionis atque ingenij æternam gloriam conſecutus, mortem eam ſit nactus, qua, ſi ſæculum attendas, nulla ſublimior, ſi in Deum reſpicias, nulla amplioris meriti contingere poterat: mortuus pro veritate eſt, & pro redemptione plebis captiuæ offerens ſeipſum hoſtiam Deo, & relinquens exemplum ſacerdotibus quales eſſe pro ſuis plebibus debeant; martyrium autem pene quotidianum paſſus eſt a die, quo Philippus Burgundorum dux miſſis oratoribus venturum ſe ad bellum & ſocium ſancti operis futurum promiſit: ſubito in omnem partem curam impertiens fatigari amplius ſolito ac vehementius cœpit, non remittens ad contrahenda neceſſaria quæ opus quidem poſtularum; diuidebat per horas ſingulas cuique opus ſuum rerum prouidendarum, perire huic cauſæ exiſtimans quidquid momenti alijs eſſet impartitum. Cognoſcebat quoque molem operoſam aggreſſum ſe eſſe, & ſub ea cadendum, niſi omnifariam ſtudio difficultates vndique ingruentes ſuperarentur. Hæc animi anxietas labefactauit ſupra modum ægram valitudinem ſenis, dum nec de alio cogitare, nec quietem capere, nec cibum ſine aſtante cura ſumere poſſet.*

b Papien. vbi ſup.

Eximium ab eo poſteris relictum exemplum.

Immenſo ardore ſacrum in Turcas bellum vrſerat.

46 *Comparatis denique omnibus, vt poterat, iucunda ſpes aduenientis ducis, quæ ſola ſpiritum eius ſuſtentabat, vbi in medio rerum curſu defecit, mirum dictu eſt quantum non animo ſolum, ſed totis viribus conſternatus extitit, quod re vera ſapientes videbant, illo non veniente maximam operis ſui partem corruere, & laborem omnem ſibi congeminare, tum autem repromiſſos orbi fructus detrimentis maximis retardari. Acceſſerant præterea duæ dolorum faces, quæ animam incendebant properantem ſemper ad opus inceptum: altera, quod ab eis lente, ac frigide adminiſtrari omnia ſentiebat, qui vel pecuniam pendere, vel armatum militem mittere, vel triremes ad bellum inſtaurare impenſa ſua promiſerant: altera quod Anconam proficiſcens cateruas regredientium crucesignatorum quotidie habebat obuias inermes, ac vacuas pecunia.* Et infra: *Complectar vno verbo. Publicæ Chriſtianorum cauſæ vir ſanctus non defuit, ſperans in Domino, & ſupra vires animum geſſit: defuerunt ei, qui deeſſe nullo modo debebant, ipſe cum omni conſtantia ad mortem contendit, & patienter paſſus eſt pro Chriſto Deo ſuo.*

47 Licet ob ſuſceptum liberandi a Turcica ſeruitute orientis obterendæ Mahumeticæ ſuperſtitionis conſilium obitamque in eo vrgendo mortem nunquam intermoritura ſit Pij gloria, non defuere tamen qui eius carpendæ occaſionem ſumpſerint, atque inter veteres Franciſcus Philelphus aſſentatiunculis ſuis mercedis ſpe principum gratiam aucupari ſolitus, cum ſpretam a Pio ſuam dicacitatem doleret, in ipſum ſatyrica ſcribere, & conſilia ſacræ expeditionis damnare non eſt veritus; ſed non impune tulit audaciam, a Franciſco Mediolani duce in carcerem conjectus a. Inter recentiores vero Meyerus temere hæc verba de Pio effutijt b: *Tantæ expeditioni dux eſſe non potuit, non enim Eccleſiæ miniſtris gladius datus eſt ille.* At datam vtriuſque gladij poteſtatem Petri ſucceſſori conſtat, lapſuſque turpiſſime Meyerus eſt, vt in pluribus alijs, veluti cum hæreſiarcham Rokyzanam pontificum conciliorumque decreta de communione ſub vtraque ſpecie laicis non permittenda, & Chriſto integre ſub vnaquaque ſpecie contento ſpernentem veluti ſanctum virum, qui Eccleſiæ mores perpoliendos annitteretur, extulit. Ex aduerſo autem exitu non damnandum fuiſſe Pij conſilium, quod mox atque Cardinalibus patefactum fuerat, iudicatum eſt a Spiritu ſancto afflatum extitiſſe demonſtrat Iacobus Papienſis c, dum Pij obtrectatores confutat: *Detractionem*, inquit, *ab euentu confirmant, atque ideo propoſitum damnant, quod ſucceſſum non habuit; iniuſta nimium, & indigna ſapientibus hæc æſtimatio, rara eſſet adminiſtrandarum rerum laus, ſi exitum non conſilia ſpectaremus, quorum tandem exitum neſcimus; quota enim quæque conſilia ſunt, quæ propoſitum teneant, ac non potius in medio curſu frangantur, & corruant? tenebris circumſepti expedite aciem noſtram in fincia non poſſumus, & indicia*

Philelphus carpere Pium auſus.

Coniect⁹ in carcerem.

a Papien. ep. 43. b Meyer. l. 16. anna Fland. in Phil. Burg

Meyeri error inſignis.

c Papien. ep. 50.

Non ſpectatur euentus ſed conſilia.

Dei, quæ ſunt abyſſus multa, intercipiunt frequenter noſtros conatus. Ille laudandus eſt, & vidiſſe multum dicendus, qui illuſe comparat, vt quantum contendere humana infirmitas poteſt, ad quæſitum finem omnia dirigit, laboremque adhibet. Sciebat deuotiſſimus Pontifex placere Deo liberatum iri creditum gregem; ſed an liberatum vellet certus non erat: impleuit ergo quod debuit, idemque patienter tulit, quod ei eſt placitum. Hoc tamen boni eſt aſſecuta ſedes, vt cum antea a ſæculi poteſtatibus fidelium calamitates vni imputarent Pontifici, nunc iiſdem merito imputentur, quorum & accuſatu ſit contumacia, & fulſus feruor detectus.

Detenta principũ culpa.

48 Aliqui tamen alijs calumnijs eiuſdem Pontificis famam lacerare auſi ſunt; & cum teſtata vniuerſo orbi eius pia ſtudia, impenſoſque pro conficienda in Turcas expeditione labores & ſumptus negare non poſſent, mania illi molimina tentare affinxere: pœnituiſſe nimirum Pium ſuſcepti belli ſacri inſtructique exercitus, ac decreuiſſe Brundusium, ſi vitæ ſuperſtes fuiſſet, traijcere, dein vero diſſoluta claſſe Romam redire, culpamque intermiſſi belli ſacri, collabentiſque rei Chriſtianæ in Chriſtianos principes conijcere. Addit etiam Simoneta [a] aliud mendacium ad colorandam calumniam, nimirum Franciſcum Sfortiam Mediolani ducem id ex Pij literis ad Othonem legatum datis cognouiſſe. Eadem concepta eiuſdem auctoris verbis refert Meyerus [b], libertatis ingenij ſpecie Pontificum famam rodere aſſuetus. Quam autem a rei veritate hæc abſint, facillime demonſtrari poteſt: a quo enim Pij mens, quam a Pio ipſo explicari poſſit? nam alia ipſi affingere, præſertim cum verbis reſponderint opera, furentis & vaticinantis eſt. Fallente fidem Burgundo, & ſacram expeditionem intermittente Pontifex ab adminiſtrandi belli ſacri onere ſolutus erat, cum ad id, adiecta aduentus Philippi lege, ſe obſtrinxiſſet, reique intermittendæ grauiſſimæ ſuberant cauſæ; diuinæ tamen gloriæ aſſerendæ flagrans ſtudio mens obuia pericula propulſanda ſuſcepit, vt ipſum in literis ſcriptis ad eundem Philippum ampliſſimis verbis id profeſſum vidimus. Quod vero Brundusium ire ſtatuiſſet, non ex eo colligi iure poteſt reditum cogitaſſe, cum iam ante propoſuiſſet Burgundo iiſdem literis, Tarentino principe extincto, eiuſque ditione a Ferdinando occupata, ex ea maritima ora in Græciam, vbi gerendæ rei afforet occaſio, aduerſus Turcas facili traiectu incurrere ipſos poſſe. Confirmatam itaque potius ſententiam de profundenda pro Chriſti cultu & orientalibus Chriſtianis vita, quam reuocatam inde colligendum eſt; neque ipſum culpam indefenſæ rei Chriſtianæ in principes auertere meditatũ eſſe ex induſtria fingi poteſt, cum ſine nauigationis Brundiſinæ labore, exceptis Hungaro Rege, Veneto duce, equitumque Rhodiorum magiſtro, cæteros principes defuiſſe periclitanti religioni conſtaret.

a Simoneta l. 30 in fin. Meyer l. 16. annal.

Simonetæ abſurda figmẽta.

a Simonet. vbi ſup.

b Meyer. lib. 16.

Confutãtur.

49 Sed quid in refellendis obtrectatoribus immoramur, cum omnem calumniam vincat in ſuſcepto ſacro bello Pij gloria, vt veriſſima fuerit hæc de illo Cardinalis Papienſis [c] ſententia: *Exempla*, inquit, *eius exempla virtutum omni tempore erunt, gratiuſque verſabuntur in ore ſuccedentium nobis, quam noſtro: perſeuerat enim in nobis adhuc viuitque tenor quidam inuidiæ atque odij, has calumnias operans; ſed paulatim extinguitur, paulatim veritas oppreſſa reſurgit: audis quotidie magis, ac magis Pium laudari, & apud multos etiam deſiderium eius eſſe. Studia quoque ſua, quæ ignoratione boni antea non noſcebantur, nunc cum non habentur plene cognoſci. Secundus annus a morte eius longe melior primo eſt factus: celebrior aduenit tertius, quartus illuſtrior: ſic porro quantum ad annos accedet, tantum ad eius gloriam adiungetur, plenus religione, plenus veritate, & plenus clementia pontificatus eius fuit.* Sedit annos ſex minus quatuor dies; renunciatus enim fuit ſummus Pontifex, vt ſupra vidimus, anno ſæculi excurrentis quinquageſimo octauo XIV. kal. ſeptembris, vita vero functus eſt peruigilij aſſumptæ in cælum Virginis nocturna hora circiter tertia, vt idem Cardinalis Papienſis teſtatur [a], & confirmat Platina [b]: egiſſe vero ipſum ætatis annum quinquageſimum octauum in eius epitaphio dicitur, conſonantque Pij commentaria [c] & alij, dum natum affirmant XCV. kal. nouembris anno ſalutis quinto ſupra milleſimum quadringenteſimum cum tamen apud Cardinalem Papienſem Georgius Lollius Pij conſanguineus natum eſſe anno MCCCCVI. affirmet [d], & Ioannes Campanus etiam in vita Pij quinquageſimum nonum vitæ annum oactum tradat. At hæc omnia pugnant cum ijs, quæ apud Pium leguntur, cum annum quinquageſimum nonum ſe attigiſſe teſtetur, niſi mendum in epiſtolam irrepſiſſe dicatur.

c Papien. ſup. ep. 50

Cur creſcat poſt obitum gloria Pontificum.

Sedis tẽpus.

a Papien. commens. lib. 1. & ep. 41.

b Plat. in Pio II.

c Gob. l. 1. in princ.

d Apud Card. Papien. ep. 47.

Eiuſdem ætas.

50 Vt autem demortui Pontificis funus ritu ſolemni concelebratum ſit, ſacerque ſenatus Chriſtophorum Maurum ducem Venetiarum audierit, duoque & quinquaginta millia nummorum aureorum apud Pium inuenta Matthiæ Hungarorum Regi tradenda decreuerit, tum comitia Romæ pro creando nouo Pontifice celebrare conſtituerit, refert Iacobus Cardinalis Papienſis [e] hiſce verbis: *Die, quæ ſecuta obitum eſt, producto in templum cadauere, feretroque ſolemni impoſito, iuſta a patribus vetuſto more ſunt perſoluta. Inde Venetorum duci (Chriſtophorus Mauro is fuit) ſenatus noſter eſt datus, appellandos enim de republica patres ante obitum iudicabat: in eum cum veniſſet, receptus in conſeſſum, inter duos poſtremos diaconos Cardinales ampliſſima oratione Pium laudauit, ſic vt verum paſtorem eum fuiſſe diceret, dignumque ſucceſſione Petri Apoſtoli: obitum quoque intempeſtiuum defleuit, quo non obſcure intelligeretur conatus tantos interruptos eſſe, ſpemque expectati boni magnopere diminutam commendauit: Venetam rem conſilij ſuſcepti participem, hortatuſque eſt eum legeremus plebi Dei Pontificem, qui vel proſequeretur inceptum, vel ſe iam Eccleſiæ incitationibus bellum ingreſſos collatis opibus adiuuaret. Cui orationi cum opportune reſponſum a ſenatu eſſet, poſtulatique ſubſidij non incerta ſpes præbita, rogatus eſt in ſequentem adhuc diem eſſet Ancona. Illo igitur ad claſſem reducto, conuenere mox ad conſilium patres, vtque animi in eos noſtri prima documenta cognoſcerent, decreta illis ſunt triremes inſtructa, quæ tunc in portu erant, recepta reddendarum fide, ſi aut decretum non probaret ſuffectus Pontifex, aut Pij exemplo proficiſcendum ſtatueret. Hungarorum quoque Matthiæ Regi, cuius opera in præſenti bello maxime fidebant Veneti, quemque adiutum pecunia cupiebant, ipſique aliquando adiuuerant, duode quinquaginta millia nummum auri, quæ apud Pium inuenta tunc ſunt concordibus ſententijs data: quibus illi decretis læti cum gratias ampliſſimas egiſſent, inde ſoluentes Venetias reuecti ſunt. Patres ad legendi curam paſtoris conuerſi Roma legendum*

e Papien. comm. l. 2.

Venetus dux exceptus a Cardinalibus.

Nummarium ſubſidium Regi Vngariæ tranſmiſſum.

Digitized by Google

Diſcepta tum an Pontifex Anconæ diligendus foret

eſſe conſtituebant, non modo quia collegæ nonnulli propter ſenium venire Anconam ipſi non poterant, ſed magis quia ſacris legibus ad id cogebantur, electionem fieri oportere dictantibus vbi Romana eſt curia: curiam porro Romanam cauſarum tribunal appellant, quod Pius ad leniendos de abitu ſuo Romanorum animos apud eos reliquerat. Maturandum autem multis ex cauſis atque iiſdem grauibus iudicabat, quarum illæ non in vltimis erant, quod noui quotidie motus diuerſis in locis noſtræ ditionis nunciabantur, paſſimque erat licentia quaſi decuſſo iugo qualibet in quemque audendi, nec antea finem habitura videbantur, quam vindex fuiſſet electus. Digreditur auctor ad nouos motus in pluribus locis ditionis eccleſiaſticæ excitatos, quorum cauſa patres ſummi Pontificis electionem maturandam cenſuerunt: tum narrat Cardinales ſeptimo die poſtquam Ancona diſceſſum eſt Romam regreſſos, ac Pij corpus delatum, atque in Vaticana baſilica a in ſacra, vt inſſerat, B. Andreæ Apoſtoli æde, quam ille pulcherrime exornauerat, ſepulchro conditum marmoreo: quod inde cum eiuſdem Pontificis cineribus ætate noſtra in templum ab Alexandro Cardinale Perretto, opere magnificentiſſimo poſitum S. Andreæ Apoſtolo, translatum eſt.

a Ib. lib. 2. & Campan. in Pij vita.
Pij corpus relatum Romam.

51 Peractis itaque defuncto Pontifici nouemdialibus ſacris cum de comitijs celebrandis ageretur, de loco conclauis diſſentiebant patres: Antonius enim ex ſorore Pij nepos Ferdinandi Regis Neapolitani gener Hadrianam molem præſidiario milite munitam tenebat, nonnullique metuebant ne, ſi Pontifex Ferdinando ipſi non gratus eligeretur, arx non reſtitueretur, tenderenturue inſidiæ Cardinalibus. Qui demum numero vnus & viginti, epiſcopi ſcilicet quatuor, presbyteri duodecim, diaconi tres VI. kal. ſeptembris in vaticanis ædibus conclaue ingreſſi ſunt. Vt vero illi admotæ ſint cuſtodiæ, deſcribit his verbis Iacobus Papienſis b: "*Celebratis exequijs, & conclaui iam conſtituto ſexto kal. ſeptembris, qui fuit annus a Chriſtiana incarnatione milleſimus quadringenteſimus ſexageſimus quartus, recluſerunt ſe omnes ad nouam electionem in anteriores pontificia Vaticanæ aulas: cuſtodia prima, & quæ proxima patribus fuit, præfuerunt epiſcopi decem, qui ſcrutarentur ſingula, quæ vel cibi, vel alterius rei cauſa inferrentur ad eos, differenteſque eligere decretis patrum ad maturandum arctarent: ſecundæ oratores Regum principumque, qui Romæ inuenti tunc ſunt; tertiam autem, quæ vltima erat prætoriani milites aſſeruabant. Diem, quæ ſecuta ingreſſum eſt, totam formandis legibus impendere ad ſanam Pontificum adminiſtrationem maxime neceſſarijs, quibus patrum quiſque ſubſcribens iureiurando votoque promitteret, obtemperaturum ſe illis, ſi ad pontificatum aſſumi ipſum contingeret.*" Refert poſtea auctor conſtitutas huiuſmodi leges de ſacro bello vrgendo in Turcas, & annuis obuentionibus ex aluminis confectione, quæ ad trecenta, & eo amplius aureorum millia aſcendebant, in id deriuandis; perpoliendis curiæ moribus; non illa trahenda in varia loca; celebrando triennij fluxu concilio, de Cardinalium numero ornamentis animi, & electione, non deſtituendis epiſcopis vel abbatibus ob principum preces; non alienandis eccleſiæ toparchijs, non mouendo bello inconſulto ſacro ſenatu, iungendoue fœdere; non augendis vectigalibus, non arcium inſignium cuſtodia affinibus tradenda, neque ijs eccleſiaſtico exercitui præficiendis: ad quas quidem pactiones Sacramento ſe vniuerſos Cardinales obſtrinxiſſe refert Cardinalis Papienſis a.

b Papien. comm. l. 2.
Incluſi conclaui Cardinales.

Solemni ritu Sacramenta aliqua cõcipiunt.

a Papien. comm. l. 2.

52. *Iurabat vouebatque Deo ſanctiſque Apoſtolis Petro & Paulo quiſquis patrum ad pontificatum eſſet aſſumptus inchoatam expeditionem in Turchos, quantum Romanæ eccleſiæ paterentur opes, continuare, prouentumque aluminis ad eam ſemintegrum adhibere: lapſos etiam curialium noſtrorum mores ad patrum diſciplinam reſtringere: curiam porro ipſam de prouincia in prouinciam ſine plurium ex patribus intra Italiam, extra Italiam ſine omnium aſſenſu, qui ſubſcriptionibus pateret, non transferre: concilium generale Chriſtianorum intra triennium cogere, in quo & principes ſæculi ad incendam religionis cauſam accenderentur, ægraque partes Eccleſiæ communi medicamento ſanitatem reciperent: Cardinales non ante creare quam ij, qui creati iam haberentur, intra viginti quatuor eſſent reducti, maioremque hoc numero non pati in Eccleſia eſſe: neminem quoque aſſumere, qui non trigeſimum annum excederet, quique non profeſſus eſſet vel pontificium ius, vel ciuile, vel literas ſacras, nec niſi vnum, eumque huius generis hominem de cognatione ſua eligere: in omnibus autem eligendis ſententias patrum non tacitas in aurem, vt ante, ſed ex ſubſellijs ad declinandos errores palam accipere, de maioribus inſuper committendis ſacerdotijs non niſi in conſiſtorio ſententijs auditis decernere, ius ad ea nominandorum nullis omnino permittere: diplomata etiam non dare, quibus ad alienum arbitrium eadem ſe collaturum promitteret, ſi qua eſſent antea data vno edicto adimere: non deſtituere ſede ſua epiſcopum quemquam, abbatemue poſtulatione vlla principum, niſi & talionem ex iuris forma in ſe ante reciperent, auditique rei ſolemni iudicio eſſent; non Cardinalem remue ſuam apprehendere, niſi ex patrum ſententijs; non damnare etiam, niſi ex ſynodali conſtitutione, cuius eſt initium Præſul, nil porro ex omni Eccleſiæ patrimonio, quod paulo inſignius eſſet, in quemquam diſtrahere, aut eius cenſum minuere, niſi & aſſenſerint patres, & conceſſioni ſubſcripſerint: iiſdem quoque non conſulentibus nulli non ſubdito bellum inferre; aut ad ineundum fœdus quidquam inire; teſtamenta defunctorum curialium libera ſinere, portoria nonnulla inducere, nec vetera augere, principi potentatuiue tributum de clericis ſine ratione nullum concedere, arcium cuſtodes iureiurando vadimonijſque adigere, de ijs, vacante ſede, collegio repoſcenti tradendis; ras quæ eſſent momenti maioris ſolis clericis, qui tamen ſuæ cognationis non eſſent, committere: eundem vero & arcis cuſtodem, & præſidem ciuitatis non facere, præſidibus prouinciæ decedentibus adminiſtratorum omnium iudices dare; ducem eccleſiaſtici exercitus ex ſuo genere non conſtituere, nil in diplomatibus factum dicere ex fratrum conſilio; quod ad verum conſulentibus eis decretum non eſſet, demum primo quoque menſium omnium conſiſtorio imperare has leges ad innouandam memoriam ex ſcripto præſente ſe recitari. Additum & his eſt, vt bis quotannis per kal. decembres maiaſque patres ſeorſum a Pontifice conuenientes cognoſcerent inter ſe an ſeruatæ illæ iudicarentur, id ſi minus factum intelligerent, charitate qua filij in parentes eſt debita vſque ad tertia rememorationis officia, tranſgreſſionis & periurij illum monerent, ad ſeruandumque precarentur.*

De concilio generali celebrando

De non imminuẽdo eccleſiæ patrimonio.

53 Sancitis his legibus confirmatiſque ſacramento Cardinales ad electionem proceſſiſſe hoc ritu narrat Papienſis: *Ad electionem pro-*

procedi eſt cæptum, cuius ſolemnitatem ſeruari hanc vidi. Mane patres omnes induti pallijs a ſummo deorſum apertis, quas croccias vocant, in cellam B. Nicolai, quæ ad dexteram prima aula eſt, ſilentia conuenere. Ibi diuina Spiritus ſancti per cuſtodem ſacrarij apoſtolici rite ſunt celebrata. Quibus abſolutis ſuo loco diſpoſuerunt ſe per ſubſellia, quiſque quos decreuerat eligere in codicillo ante deſcripſerat, huncque ſuo annulo obſignarat. Inde tres tantum ex patribus ad altare aſcendentes primi videlicet inter epiſcopos, presbyteros, atque diaconos, calicem ſacrificij, in quo ea die fuerat conſecratum, ad medium altare conſtituentes, cuſtodes ipſi omnium aſtitere inſpectores: poſthac eodem ordine proceſſerunt reliqui, atque ante altare in genua procidentes codicellum ſigillatim in calicem demiſere. Id vero poſtquam ab omnibus factum eſt, tres illi, quos diximus, calicem ipſum ad ceteros inferius conſidentes ſublatum altius retulere, conſiſtenteſque in ſubſelliorum medio, vnde & ſpectari, & audiri a circumſtantibus poſſent, numerarunt mox codicillos, quorum vt conueniſſe numerus inuentus eſt, ſinguli ab epiſcopo aperti & lecti proximo diacono pronuntiandi traditi ſunt. Patrum quiſque papyrum tenens ac pugillare, quem quique elegerant ſuo chirographo annotabat. Solent Cardinalium partes duæ veteri decreto Pontificem facere: qui numerus, ſi ex codicillis non adimpleretur, liberum eſt cuique, quem voluerit patrum non electum a ſe ſcripto, voce eligere, quæ eligendi ratio verbo noſtræ conſuetudinis acceſſus dicitur: inauditum vero eſt præſenti, & maiorum memoria, quempiam ex ſolis codicillis electum eſſe, vocum acceſſio conficere totum opus eſt ſolita.

Ritus in electione celebranda obſeruati.

PAVLVS PP. II.

54 *Igitur omnibus legitime obſeruatis, duodecim Cardinales inuenti ſunt, qui Petrum tit. S. Marci ex codicillo eligerent annos quadraginta & octo natum, Venetum natione, & in Barborum nobili familia ortum; duæ tantum voces ad complendam electionem videbantur deeſſe: cum ſubito patres alij quatuor vno ferme momento ad reliquos acceſſere tanta quidem celeritate, vt dubium apud nos fuerit cuius eſſet vox prius audita. Cardinales etſi ſuperare ad perfectam electionem ſuffragia intelligebant, iamque pro Pontifice habebatur Petrus, tamen vt vnus omnium eſſet conſenſus exquiri ſigillatim eligentium ſententias voluerunt. Beſſarion itaque Tuſculanus epiſcopus primum in collegio locum habens, vnumquemque ordine appellans rogauit, num ea placeret electio; cum vero ab omnibus prona aſſenſione placere reſponſum eſſet, conuerſus ad Petrum: Patres, inquit, hi te in Pontificem elegerunt: & ego omnium nominibus rurſum te eligo, id agens videlicet, vt, quæ ſunt ad electionem legitima, viderentur in hanc conueniſſe. His dictis ſalutatus eſt Pontifex, & gratulabundi omnes ad eius genua procidere: ante vero quam quid actum eſſet pronunciaretur ad populum, oblatæ ei iuxta condictum leges ſunt, de quibus ante meminimus: quibus ille accepto ſtatim calamo ſine cunctatione ſubſcripſit, ſeruaturumque ſe eas iurauit, ac vouit.* His conſentanea tradit Rodericus Santius epiſcopus Palentinus a: *Vnanimiter*, inquit, *& concorditer per viam Spiritus ſancti elegerunt ſanctiſſimum dominum dominum Paulum II. natione Venetum, qui nunc feliciter Deo auctore præſidet. Hic Pontifex genere nobilis atque patritius, ſed vita & moribus illuſtrior nepos quidem fuit B. memoriæ Eugenij Papæ IV. & ita ex vna nobili glorioſaque domo duplex pontificatus egreſſa eſt dignitas, & dum in illo, nempe Pio, mœror vniuerſos tenuit, quod raptus ſit, in iſto gaudium ſucceſſit quod aſſumptus eſt, quâ fit vt vtriuſque Pontificis laudum gloria vniuerſa populorum ora compleat.*

Petrus tit. S. Marci creatus Pontifex.

a Roderic. Santius hiſt. Hiſp. par. 4. c. 4.

55 Creatum prima ſuffragiorum collatione Pontificem refert Cardinalis Papienſis non ſine inſigni admiratione, cum nullus eorum temporum memoria non ſine plurium dierum diſceptatione diſſenſioneque Pontifex renuntiatus eſſet. Trigeſima vero auguſti die celebratam electionẽ, ac XVI. ſeptembris thiara pontificia Paulum redimitum, atque ad baſilicam Lateranenſem, acta veteri more equeſtri pompa, perrexiſſe narrat Stephanus Infiſſura a. Fama eſt b prænuntiatum fuiſſe Paulo pontificatum a B. Virgine, dum Ancona rediens populari morbo percuſſus in æde Lauretana remotis arbitris enixe oraret, vt priſtinæ valetudini reſtitueretur, preceſque prolixiores fundenti lenis ſomnus obrepſiſſet, in quo per ſpeciem, de recuperanda mox valetudine, adipiſcendaque dignitate pontificia edoctus eſt, quare vocato ædis ſacræ præſide idoneam materiam condendo ingentis amplitudinis templo, quod ſuo complexu contineret ædiculam, nomine ſuo ſumptuque comparare iuſſit, ac deinde illud ad faſtigium pene perduxit c: vt in quodam diplomate profeſſus eſt, ſe in eadem æde Deiparæ opem vimque cœleſtem ſenſiſſe, expertumque eſſe. Sumpſit pro emblemate pontificio hanc ſententiam: *Benefac Domine bonis, & rectis corde.* Cum de more ſalutatus Pontifex nomen commutaturus eſſet, Formoſi d ſibi nomen indidiſſet ex quadam, vt interpretatur Papienſis religione animi, qua Formoſi Pontificis innocentiam, vt ferebatur, miraculo poſt obitum illuſtratam adamarat: ſed cum ea appellatio ad formam, qua excellebat, alludere videretur, ſuaſus eſt a patribus, vt id nomen abijceret fuiſſe; vero inſigni admodum oris dignitate confirmat Rodericus Sanctius e his verbis: *Eſt huic Pontifici virtus animi ingens, ſed & forma corporis venuſtiſſima; illa præſtat, vt cum oporteret Pontificem maximum fieri; hac, vt deceret.* Quod etiam innuit Platina f his verbis: *Ornatus tanquam alter Aaron, in publicum forma humana auguſtiore prodibat.* Prætermiſſo Formoſi nomine, Marci nomen deligebat, cum a Papienſi iterum admonitus, minus videri nomen idoneum, quod Veneti eam vocem in prælijs repeterent, ipſeque Venetus patriæ affectibus ſeruire videretur, demum Pauli II. ſibi nomen adſciuit.

a Infiſſ. m. ſ. arch. vat ſignat. nu. 111.

b Turſel. lib. 2. Lauret. hiſt c. 1.

In ædicula Lauretana de pontificatu adipiſcendo diuinitus factus certior.

Ingentẽ ædem circumextrui iuſſit.

c Bapt. Manl. l. 6.

d Papien. comm. l. 2.

Formoſi nomen primum accepit dein mutauit.

e Roderic. Sanct. hiſt. Hiſp. par. 4. c. 4.

f Plat. in Paul. II.

g Papien. vbi ſup.

56 His porro encyclicis literis, quas Friderico Montis feretri inſcriptas repetit Felix Contelorius g, de inito pontificatu Chriſtifideles certiores fecit.

h Ext. ms ir & Vrbinas primi- pi a Contelor. in elench. Cardd.

Paulus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

Cum felicis recordationis Pius Papa II. prædeceſſor noſter ſummus dictæ Eccleſiæ Pontifex ac verus Ieſu Chriſti vicarius in ſede Petri hactenus ſedens in ciuitate noſtra Anconitana, ad quam pro expeditione in Turcas ſupra vires ætatis & valetudinis ſuæ perſonaliter ſe contulerat, decimooctauo kal. ſeptembris ex hac peregrinatione ad cæleſtem patriam migrauit: poſt ſolemnem exequiarum celebrationem nos vna cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, Romæ in palatio apoſtolico apud baſilicam S. Petri Apoſtolorum principis, loco ad id conſueto, & per eoſdem Cardinales concorditer electo, modo & tempore congruis pro electione futuri Pontificis in conclaue ingreſſi ſumus, vbi in primo ſcrutinio

miſſa

Digitized by Google

miſſa ſancti Spiritus celebrata, Deus qui concordiam in ſublimibus operatur, ita eoſdem Cardinales vnanimes in tanta hac ſedis Apoſtolicæ protuſione effecit, vt miro & nobis ſtupendo Dei conſilio ad imbecillitatem noſtram oculos dirigentes, nos tunc tit. S. Marci presbyterum Cardinalem ad hanc ſupremam honoris atque auctoritatis ſedem concorditer erexerint.

Nos vero non de nobis, ſed ſolo illo concepta fiducia, qui infirma eligit, vt fortia quæq; confundat, debiles manus noſtras ad fortia miſimus humeros noſtros ſummo ſuperhumerali muniuimus, colla noſtra humiliter ſubijcientes apoſtolicæ ſeruituti, redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius immerito vices gerimus, ſupliciter exorantes, vt qui per hanc vocationem in maris mundi huius altitudinem nos deduxit, non patiatur ab ipſius tempeſtate demergi, præſertim cum omnes conatus noſtros pro tutela fidei Chriſtianæ contra eiuſdem inimicos, & maxime ad reprimendam Turcarum rabiem dirigamus; ſed illam nobis ſuæ potentiæ dexteram porrigat, quæ Apoſtolorum Principem in fluctibus ambulantem erexit, & Paulum die ac nocte in profundo maris poſitum liberauit. Hanc vero aſſumptionem noſtram ad tuam conſolationem ſignificandam duximos nobilitati tuæ, quem vti peculiarem noſtrum & Eccleſiæ filium ſingulari complectimur charitate, hortantes eandem in Domino primum, vt porrigi facias preces ſolemnes ad dominum Deum noſtrum, vt nobis ſua gratia aſſiſtat & greſſus noſtros dirigat, Eccleſiam ſuam ſanctam ad gloriam & honorem eius, extirpationem hæreſum, defenſionem & exaltationem fidei, pacem & quietem populi Chriſtiani feliciter in Domino gubernare valeamus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXIV. III. *id. ſeptembris aſſumptionis noſtræ anno* 1.

De Turcis reprimendis pia vota exponit.

57 De geſtis vero a nouo Pontifice hæc recentet Papienſis a: *Non multos poſt electionem dies peractis ſolemnitatibus ſuis Paulus, in quibus ſacratus eſt Pontifex, & coronam poteſtatis accepit, ad adminiſtrandum conuerſus varys hominum ſermonibus operam iaiita duxit, cum & nonnulla benigni animi argumenta ſint indicata, & pleraque moribus priſtinis multum contraria. Cardinalibus, qui ſacris induti veſtibus a prælatis inferiorum ordinum, præterquam loco, non dignoſcebantur, vſum mithræ ſericeæ damaſceni operis rubraque capitia indulſit, quibus ſoli antiſtites Romani ea vtebantur: ſubſellia quoque tam ad ſenatus quam ad ſacrificiorum conſeſſum altius eleuauit, aureos menſtruos centum ſingulis patruas inſtituit, quibus annua quatuor millia ex ſacerdotys non prouenirent: epiſcopis quoque multis vel erectis ſedibus, vel inopes eccleſias poſſidentibus pro conditione liberaliter non pauca erogauit: humanum autem perhorrens ſanguinem in reos etiam grauiſſimorum criminum ſolis carceribus vindicare ſat habuit.*

a Papien. commd. 2.

Cardinalitia dignitas ab eodem aucta.

† *miſtruos*

Eius benignitas.

58 Subdit auctor cõquiſitis vndique gemmis ipſum delectatum, mithramque tribus cinctam coronis, cuius vſus multo tempore fuerat intermiſſus, nouam confeciſſe geſtaſſeque, centum & viginti millibus nummum æſtimatam: iuratas vero in comitijs leges, in quibus inter alia pro reſtituenda re Chriſtiana œcumenicum concilium celebrare ante & poſt pontificatum vouerat, aboleuiſſe, tum ſubdit Cardinales, vt ſubſcriberent, placitis etiam non cognitis, partim illexiſſe blanditijs, partim terrore compuliſſe; ratum pontificalem auctoritatem nullis legibus ab electoribus in anguſtum contrahendam: in quo tantam vim adhibitam a *Paulo* ait, vt Cardinalem Beſſarionem refugientem in cubiculum manu retraxerit, & anathema illi, ni chirographum ſcripto non perlecto adderet, intentarit. Cum ad id etiam vrgeretur ipſe Cardinalis Papienſis a, grauiſſimas ad *Paulum* literas dedit, quibus illum officij admonuit.

Pactiones iuratas in cõclaui ac maxime de concilio celebrando diſſoluit.

Illata vis ab eo Cardinali Beſſarioni.

a Papien. ep. 81.

59 *Vouiſti*, inquit, *Cardinalis, vouiſti & Pontifex ſeruaturum te leges, quæ in conclaui ſunt editæ ad ſalutem publicam vtiles, voti tui duobus in libellis chirographum extat, dixiſti cum ſcriberes, etiam ſine voto ſeruaturum te eas fuiſſe: ſic quoque ſcripſiſti cupide, vt vindex non ſeruantium videreris futurus. Sperabamus reſpiraturam eccleſiam, futuram pontificatum qualem a Petro non vidimus, quid nunc dicam? aut quid non potius dicam?* Et infra: *Non diſputo nunc voto illo tenearis, an non, alterius loci, & temporis ſit inquiſitio; tantum dico, paucis exceptis, qui ſublatis legibus faciliorem ſibi ad cardinalatum viam intelligunt, reliquos tam pontificij quam diuinitutis interpretes, totum quoque collegium teneri te exiſtimare; hoc vero lamentor, hoc doleo, quod filios tuos de te optime meritos indigne fatigas, ingentemque leuitatis notam ſine cauſa eis imponis; etenim tenearis, vel non tenearis, quid nos noſtris ſubſcriptionibus poſſumus? quid annuendo operamur? ſi non teneris, rem ſuperuacuam facimus; ſi teneris vtique inutilem: vtrumlibet malis, nullus eſt fructus; poteſtatem non habemus nos tollendorum votorum, nec redimendi quod oblatum eſt Deo, cum his tibi res eſt, quos appellas in voto, cum Petro & Paulo, & cum Chriſto Deo tuo: coges nos comminationibus tuis, illos non cogis: factus a nobis liber, non vtique libertatem ab illis conſequeris. Audi prophetam dicentem: Vouete & reddite domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu affertis munera: terribili & ei, qui aufert ſpiritum principum, terribili apud omnes Reges terræ: reddi videlicet admonet vota; non reddentibus autem pœnam denuntiat.*

Graviſſime a Card. Papienſi monitus vt vota nuncupata ſeruet.

Dilemma, acutum.

60 Vinci demum a *Paulo* ſe paſſus eſt Iacobus Papienſis, ſuique poſt mollitiem animi damnauit; laudauit vero Ioannis Caruialis viri ſanctiſſimi conſtantiam in literis ad Cardinalem Theanenſem ſcriptis b: *Subſcripſimus omnes*, inquit, *partim cupiditate aſſequendorum, quæ volumus, partim metu, ne quotidiana indignationis ſuæ ſuſtineamus flagella. Fateor molles ſumus, delicati, ac noſtrimet nimium cupidi: reſpeximus non quæ Dei, ſed quæ carnis & ſæculi ſunt; nemo tamen probauit: ſolus Ioannes Caruial genere Hiſpanus, ætate grandæuus, meritis magnus conſtantiæ laudem inuenit, turpitudinem hanc eſt deprecatus, nec vllis tentamentis ingenioſi poſtulantis propoſito dimoueri eſt paſſus, ad ſingulas colluctationes ſic excuſans, quod iuuenis non commiſi, non committam ſenex, vt me recti pœniteat: tibi propter has leges moleſtus non ero, tantum ſinito dignitatis, & conſcientiæ me rationem habere. Vir profecto dignus non qui nobiſcum ſedeat, ſed qui præſideat ad conſilium ſedis Romanæ.* Nonnullis interiectis addit Papienſis grauiſſimam ex eiuſmodi facinore ſchiſmatis ſuſpicionem obortam: *Non ſine ingenti*, inquit, *gemitu refero vexandæ, lacerandæ, & ſcindendæ Eccleſiæ materiam præbitam, qui viderit legum ſententiam, magnitudinem iuriſiurandi, ac voti vim decreti in extrema pagina poſiti, hæc mecum ſuſpirabit & gemet.*

Vinci poſtea ſe patitur.

b Ib epiſt. 182.

Ioannis Caruagialis illuſtris cõſtantia.

Obortus ſchiſmatis metus.

61 Porro diſſoluendi voti in conclaui nuncupati ſuaſores Paulo fuiſſe Stephanum Mediolanenſem, & Theodorum Taruiſinum antiſtites,

qui

qui cardinalitiam dignitatem ambiebant, plurimaque apud Paulum valebant auctoritate narrat [a] Papienſis, nec diuina vltione eos caruiſſe: *Vltionis*, inquit, *in auctores mali argumento ſtatim manifeſta prauidimus: Mediolanenſis ſpe cardinalatus ſæpe fruſtratus obſtinere etiam curio neceſſario coactus eſt, & Theodorus Taruiſinus Cardinalis ſecreto factus, in languorem miſerrimum incidens, hora ſuprema vitæ, ad leuandam vim morbi indicante Pontifice, quod factum erat agnouit, eoque exceſſit acerbius, quod dignitatem tanto peccato, tantaque anxietate quæſitam, auditam tantum & nec viſam ſe intellexit dimittere.* Ipſum porro magnis a natura dotibus fuiſſe inſtructum, rebus geſtis & legationibus clarum, eloquentia inſignem, adeo vt Pius illum citharam ſuam nuncuparet, pieque obiiſſe, refert idem Papienſis [b] in literis ad Cardinalem Nicenum his verbis: *Incidens in languorem patienter tulit omnia; Domino quoque totum ſe credidit ita affectus redigens ſuos, vt quicumque ſequeretur caſus benediceret illi, & voluntatis ſuæ opus agnoſceret.*

a Papien. comm. l. 2.
Diſſoluti voti conſultores diuina vltione percuſſi.
b Id. ep. 79

62 Cæterum Paulum ipſis pontificatus exordiis animum ad fidei Chriſtianæ cauſam contra Turcos fulciendam curas intendiſſe, teſtatur Cardinalis Papienſis [c], ac primos ex patribus tres delegiſſe, qui ea de re inter ſe agitarent conſilia, vt quæ multa maturitate digeſſiſſent decreto poſtea apoſtolico firmarentur. Interea quæ Chriſtiani principes auxilia ſint polliciti alibi docet, dum de rebus geſtis Latinum Cardinalem Vrſinum in Piceno legatum, de quo paulo ante memoraui, certiorem fecit [d] *Venere*, inquit, *oratores Veneti ad Pontificem apparatu inſigni, præſtantes viri, non ciuium ſed Regum præ ſe legationem ferebant. Datum eſt illis conſiſtorium publicum tanta frequentia hominum, vt maiorem eo in loco non viderim. Sequentibus diebus cum Pontifice, & tribus patribus expeditioni præpoſitis, & cum oratoribus, qui hic ſunt, actum continuo eſt de ratione belli gerendi in Turcos. Exitus tractatorum hic fuit, vt Pontifex aureorum millia centum, quæ obtulit in hunc annum pendat, diſpenſanda ſuo & trium patrum iudicio: Ferdinandus Rex octuaginta, Veneti centum, dux Mediolanenſium ſeptuaginta, Florentini quinquaginta, dux Mutinæ viginti, marchio Mantuanus decem, Senenſes quindecim, Lucenſes octo, Marchio Montisferrati quinque; a nullis tamen, ne a Venetis quidem recepta eſt diſtributio, facultatem publicam ſe non habere cauſantibus, omnes ſcripturos ſe ad ſuos, quæ conſultora eſſent, dixerunt.* Addidiſſe præterea Paulum iiſdem pontificatus initiis magna cum liberalitatis laude ſuſtentando bello ſacro, vti in conclaui ſacramento erat pollicitus, omne aurum, quod ex conficiendo alumine redigeretur, vt ſcripſit [e] ſacri ſenatus nomine ad Chriſtophorum Maurum ducem Venetiarum idem Cardinalis Papienſis hiſce verbis: *Animi noſtri inclinatiſſimi ad omnia ſunt, Pontificem autem eum, Deo concedente, habemus, qui nos deſiderio vincat, & ſtudia noſtra ſuis ſanctis operibus ſuperet. Mox vt aſſumptus eſt prouentum omnem aluminis, & quidquid inde percipi poteſt, Deo & continuandæ expeditioni, quamdiu viuet, dicauit: quod ideo veſtræ excellentiæ ſignificandum putauimus, vt confortetur cor ſuum, & ab eccleſia Romana expectet quæ re & verbo impendi omni tempore poterunt.*

Agitata a Paulo expeditionis turcicæ conſilia.
c Papien. ep. 95.
d Id. ep. 54
De ſtipendiis conferendis ab Italis principibus actū.
e Id. ep. 42
Vectigalia ingentia aluminis bello ſacro ſuſtentando eō ſecrata.

63 Sub primis pontificatus Pauli auſpiciis in Boſna rem feliciter geſtam a Matthia Pannoniæ Rege, ac Iaitzium obſidione liberatum refert Franciſcus Philelphus [f] in literis ad Ludouicum Cribellum: *Negas*, inquit, *tu intra quindecim dierum ſpatium audire Turcos, qui Iaizium obſiderent potuiſſe de creatione Pauli Pontificis, quid aliud id portendit, niſi quod iā ante animus præſagiit, quod Turci perterriti continuo eius oppidi oppugnationem dimiſerint, vbi accepiſſent tantum, ac talem virum Pio in pontificatum ſucceſſiſſe? kal. auguſti anno a Chriſti natali die MCCCCLXV.* Quæ vero geſta ſint a Venetis in Turcas deſcribit in literis ad Chriſtophorum Maurum [a] hiſce verbis: *Audio vos magnis opibus, ac viribus terra marique bellum inſtaurare in Turcos, rem ſane vt neceſſariam, ita opprime ſanctam atque laudabilem; eo enim Chriſtianorum principum negligentia & ſocordia res eſt adducta, vt nulla ſit cunctatio nobis relicta: aut vincere quamprimum oportet cum ingenti vtilitate, & gloria ſempiterna: aut ita vinci per acerbiſſimam cladem, vt mors ſit vitæ anteferenda: nam ſi nulla a vobis Turci iniuria laceſſiti, quin potius continuis beneficiis affecti, tum Neopacti, quæ veſtra eſt vrbs, in Ætolia vicos ac ſuburbia diripuerunt atque vaſtarunt, tum Argos in Peloponeſo verterunt in prædam, ſoloque æquarunt, quid nunc eos exiſtimatis animo volutare? quid moliri? quod facinus anhelare, poſtea quam vos viros experti ſunt? Intelligebant Turci ante id temporis, dum alios Chriſtianos bello premerent, rem ſibi eſſe cum mulieribus imbecillibuſque potentatibus; itaque nihil aliud vnquam, quam de victoria rapinaque cogitabant: ſed poſteaquam autumno ſuperiore vos forti ſtrenuaque manu adorti Peloponeſum, eorum vires vna cum ipſo Humate, quem rerum bellicarum peritiſſimum habent, vno impetu ex Iſthmo expuliſtis, iam cœperunt animaduertere alia ſibi conſilia ineunda: quare accinguntur quanto poſſunt maiore apparatu & copiis, & vtinam aut nunquam armo cepiſſetis, aut quos tanta veſtra cum laude tam facile tam celeriter ex Peloponeſo extruſeratis, non rurſus quaſi vltro intruſiſſetis: ſed totius huius errati cauſa fuit clades ad Corinthum modo accepta, quæ nunquam accidiſſet, ſi talis ductor præfuiſſet terreſtri exercitui, qualem claſſi maritimæ præfeciſtis. Ex Mediolano idibus martii anno a natali Chriſtiano MCCCCLXV.*

f Philelph. l. 26. ep. 1.
a Lib. 22. ep. 1.
Turci Neopactum & Argos diripiunt
Ex Iſthmo repulſi.
Ad Corinthum Venetos fundunt.

64 Cladis illius ſeriem nitidius ita exponit idem Philelphus in aliis literis [b]: *Si Bertholdus Ludouici Lauredani moderati viri et fortis conſilio vti, quam ætatis ardori obſequi maluiſſet, nec ipſe eum tanto dedecore periiſſet nuper ad Corinthum, nec vobis neceſſitatem in præſentia attuliſſet eius regni recuperandi, quod nullo neque periculo, nec labore vno impetu ceperatis: ſed dum ille auido prædæ militi vult gratificari (aſſeruabatur enim Corinthi quidquid tributi ex vniuerſa Peloponeſo Turcis exactum erat in toto anno) relicto Iſthmo, quem tueri munireque validius debebat, audenter ſimul atque conſtanter, Corinthum oppugnat expugnaſſetque, ſi ſe iuuenem eſſe potius, quam ſenem meminiſſet: nam neque laborem fugiens caput caſſide nudaſſet, quo funditori præberet facultatem perdendi ſui, neque a capto colle vrbeque diurna oppugnatione exanimata ſe recepiſſet in campum, neque paſſus eſſet victorem iam exercitum a victis Turcis opprimi dormientem: quibus erratis effectum eſt, vt paulo poſt deſertis a veſtro milite Iſthmi tutiſſimi munimentis, Turcus rurſum Peloponeſo, quam modo amiſerat, ſine vllo prælio potiretur.*

b Philelph. lib. 22.
Venetus dux ſaxo peremptus.
Peloponeſum rurſus amiſſa.

65 Non ſucceſſiſſe Venetis proſpere bellum Turcicum conſentit Sabellicus [c]. Et quidem initio a Sigiſmundo Malateſta [d], qui leues copias in Peloponeſum adduxerat ſecuturi cruceſignati exercitus ſpe, Miſiſtratum, deſpotorum antea regiam vrbem olim Spartam nuncupatam occu-

Certatū a Venetis in Peloponeſo.
c Sabellic. decad. 10. lib. 8.
d Iuſtiniā. l. 8. red.

occupauit, arcem vero a barbaris egregie munitam obſidione cinxit, ſubſidij expectatione ad eam expugnandam fretus: ſed cum Veneta claſſis in Rhodios vertiſſet impetus, conſumptis fruſtra in diuturna oppugnatione laboribus ingruentis auxiliaris Turcici exercitus metu, incenſo oppido, inde remouere caſtra a coactus eſt. Attulit eam calamitatem exorta Venetos inter ac Rhodios equites diſcordia, parumque abſuit quin hoſtili inter ſe animo cōcurrerent omiſſo Turcico bello, ad quod gerendum antea ſacrum armorum fœdus iunxerant: qua de re extant magiſtri religioſæ Ieroſulymitanæ militiæ ad equites inſignes literæ, quas Boſius in Italam linguam translatas ſuæ inſerit hiſtoriæ b. Diſcordiæ vero hæ cauſæ erant c.

a Papien. ep. 54. b Id. ibid.

Inter eos & Rhodios enata funeſta diſcordia.

b Boſius to. 2. l. 8. c Id. ibid. Eod. lib.

66 Gerebat cū Rhodijs ſultanus Syriacus bellum quod Carolę & Ludouico Cypri regno Regibus pulſis auxilium tuliſſent: cumq; duæ triremes Venetę e Syria profectę plurimis Saracenis ac mercibus ditiſſimis onuſtæ eſſent, equites Rhodij eaſdem triremes expugnarunt, atque infideles eorumque gazam auexere, Veneris triremibus libere dimiſsis. Efferatus ea iactura ſultanus Venetos omnes mercatores per Syriam ſparſos edicto comprehendi, atque in vinculis ad ſe perduci iuſſit d. Ad ſuos igitur liberandos Veneti infenſi Rhodijs primum miſſis oratoribus captos Saracenos eorumque merces repetiere: ſed cum magiſter Rhodius iure belli captos contenderet, Venetæ claſſis præfectus Rhodum adnauigans inſtructis quadraginta duabus triremibus exercitum expoſuit e, miſſoque oratore bellum indixit, ni erepta reſtituerentur. Cenſuere plerique propulſandum ingentis belli periculum redditis barbaricis mercibus; ſed repugnantibus Hiſpanis equitibus diſcuſſum id conſilium eſt. Denique cum Veneta caſtra ad vrbem, a qua inſula nomen accipit, oppugnandam poſita eſſent, interpretibus pacis Cypriæ Reginæ oratoribus compoſita res eſt f, Saracenis cum mercibus Veneto duci reſtitutis. His addit Boſius, liberatum illius diſcriminis metu Zacoſtam equeſtris Rhodij ordinis præfectum ad muniendam Rhodum curas laboreſque vertiſſe; cum Mahometes, audita Pij morte, faſtu inſoleſcens conijceret, Chriſtianorum apparatus ac molimina diſſipatum iri, maximoſque compararet maritimos ac terreſtres exercitus, vt eorum reliquias in oriente excinderet. At de eius progreſſibus in Peloponeſo proximo dicetur anno: nunc alia Pauli II. in pontificatus primordijs geſta proſequamur.

d Papien. ſup. ep. 54.

e Boſ. ſup. lib.

Compoſita pax interprete Cypria Regina.

f Boſius ſup. l. 8.

67 Agitatum eſſe in conſiſtorio Cardinalium de concedendis vel non concedendis gratijs quas expectatiuas appellant, refert Cardinalis Papienſis g, ac varias inter ſe diſcrepanteſque fuiſſe partum ſententias, nonnullos non concedendas opinatos tanquam præſulibus eccleſiarum admodum exoſas; Ioannem vero Caruialem epiſcopum Portuenſem contra ſenſiſſe: *Is*, inquit, *diu laboraſſe dixit ſedem Romanam antequam poſſet aſſequi, vt paterentur ordinarij gratias in ſuis diœceſibus dari, & negligendam ideo prærogatiuam non eſſe tam multis acquiſitam moleſtijs, vbi enim per vnum tantum Pontificem deſitæ eſſent dari, futurum vt dari amplius non poſſent ſine ſcandalo, differendum tamen menſes aliquot, donec noui pontificatus nuntij ad nationes, & principes perueniſſent.* Addit Papienſis Pontificem ac maiorem patrum partem in Portuenſis iudicium conſenſiſſe.

Diſceptatum an gratiæ expectatiuæ tollendæ forent.

g Papien. ep. 92.

68 Affert idem auctor h aliam eiuſdem Ioannis Cardinalis ſententiam in conſiſtorio prolatam: cum Guillelmus Cardinalis Oſtienſis referret de cœnobio Gallicano inſigni religione atque opibus abbatem ætate & ſenio cōfectum poſcere, vt a curatione & adminiſtratione, quibus imparem ſe putabat, vacare ſineretur, quendam vero epiſcopū poſtulare, vt ſibi illud commendaretur, rogatus proxime ab Oſtienſi Portuenſis ipſe quid ſentiret reſpondit epiſcopum ipſum id non pio ſtudio, ſed auaritia ductum flagitare. Conuerſus deinde ad Pontificem hæc libere effatus eſt: *Vereor, beatiſſime Pontifex, ne propediem audiamus omnia Galliarum cœnobia commendata eſſe, & nullum relictum, quod abbatem ſuum habeat, ita quidquid ibi a nobis decernitur commendatio eſt: ſurget nobis non expectantibus aliquando regnum illud in nos, ferre vltra non valens inutile miniſterium noſtrum.* Approbauit iudicium Pontifex, *& adiecit credere ſe a pontificatu Calliſti in eam diem amplius quam quingenta monaſteria eſſe iam commendata, atque ideo in metu ſibi eſſe, ne corruptela hæc maturius opinione in ſcandalum graue erumperet.* Paucis interiectis, adiungit hanc ſententiam Papienſis: *Commendandorum ab initio cœnobiorum non ea fuit ratio patribus noſtris, vt ſaginæ eccleſiaſticorum illa darentur, ſed vt fide & ſtudio maioris alicuius, quæ occupata a ſæcularibus eſſent redimerentur, & neglectus diuinus cultus in priſtinum reuocaretur; deflexit res & in abuſum hunc venit, odibilem Deo, & ſorti noſtræ infamem.*

h Id. ep. 93

De commendis non multiplicandis decretum.

69 Memorat idem auctor ſub Pauli pontificatus initia de componendis inter Ferdinandum Regem Neapolitanum, ac Renatum Andegauenſem controuerſijs agitatum, vt ſecutura inde bella ſedarentur, propoſitumque ab aliquibus, vt Pontifex Auenionem & comitatum Venuſinum Andegauenſibus traderet ea lege, vt regno cederent; Aragonenſis vero beneficium pacis conſecutus Aquilam Veſtinorum vrbem, eiuſque agrum Romanæ eccleſiæ redderet, qua de re cum Papienſis cum eodem Ioanne Caruiale epiſcopo Portuenſi diſſereret, negauit Portuenſis vtilem videri permutationem, curandum enim omni ſtudio, ne Romana ſedes eam ditionem trans Alpes amittat, pulſis enim Pontificibus perfugium eſſe, & Italis frænum, ne aduerſus eos conſurgant in arma, tum addidit: *Vbi hic quieti eſſe non ſinimur, comminantes ad eam noſtram ciuitatem commigrationem, ſalutem nobis operamur, metuentes enim ne tantum ornamentum amittat Italia, perdi dominatum noſtrum & nos non patiuntur.* Sententibus contra aliquibus eam tranſalpinis pontificibus futuram illecebram traducendæ trans alpes ſedis, accedens Portuenſis ſententiæ Papienſis, cenſuit vix vllum repertum iri, qui principatum eccleſiaſticum prædonum direptioni exponere velit, cum maxime Auenione clauſus non tam ſuæ, quam alienæ ditionis foret: Romæ vero libere vniuerſo orbi imperitet.

a Papien. ep. 94.

De pace inter Ferdinandū & Andegauensē actum.

Cur Venuſinus comitatus retentus.

70 Quod vero ad Neapolitanas res attinet; pronæ in exitium Andegauenſium res hoc anno, & proximo penitus euerſæ ſunt, diuturnoque bello finis impoſitus adeo, vt Ioannes Renati filius in inſula Ænaria, dum munitionem obſidebat, fuſus a fugatuſque Prouinciam repetierit, aduerſos belli caſus æque ac pater, patruus, auuſque in Neapolitanis bellis perpeſſus: neque ita multo poſt Torella claſſis præfectus pugna nauali victus deditionem fecit. Arx etiam Neapolitana, cui Oui nomen inditum, commeatu deficiente, in Ferdinandi poteſtatem venit b.

a Pontan. l. 6. Surit.

Adeptæ Gallis reliquæ regni Neapolitani arces.

b Id. l. 5.

Digitized by Google

Reliquæ etiam arces, quæ Ioanni parebant, amiſſa ſubſidij ſpe, in victoris iugum ditionemq; conceſſere. Vt vero Ioannes Andegauenſis vna cum alijs principibus in Ludouicum Francorum Regem, quod auxiliares ſibi copias non miſiſſet, coniurarit, proximo anno dicemus; eoque magis Ferdinandi res confirmatæ ſunt, quod Ludouicus Francorum Rex non ſine graui Aurelianenſis & Andegauenſis ducum offenſione Liguriæ iura in Franciſcum Sfortiam ducem Mediolanenſem tranſtulit a, ac Saonam, quam præſidiario munitam milite tenebat, illi tradidit; moxque Sfortia tumultuantem Genuam mutuis laceram diſſenſionibus, ex quo Gallicum imperium excuſſerat, nec Pauli Fulgoſij archiepiſcopi & ducis tyrannidem ferentem, delinitis auro promiſſiſue principibus viris, in ſuam poteſtatem redegit b; de quo felici ſucceſſu extant ad Mediolanenſem ducem Pij literæ c, Paulus vero archiepiſcopus, qui eiuſdem Pij præcepta, cum ab eo, vt in ducalis dignitatis faſtigio confirmaretur, expoſceret, accepta nō adduxerat in opus, Genua eiectus, poſt aliquot prælia ad Corſicam pugna nauali fuſus, lapſuſque fuga inter dumeta ſaxaque confraga ſaluti ſuæ conſuluit d.

Liguriæ iura in ducem Mediol. transfuſa a Simonet. l. 30. de reb geſt. Franciſci Sfortiæ Foliet hiſt Genu n. l. 11. b Bizar. hiſt. Genuen l. 14 & Foliet vbi ſup. Genua in illius poteſtatem redacta. Pauli Fulgoſij triſtis fors. c Aen. Syl. epiſt. lib. n. 390. d Bizar. vbi ſup.

71 In Cypro collapſa eſt penitus Genuenſis res, ac ſimul Chriſtiana in deteriorem ſtatum conuerſa, nam Iacobus Cerinenſi arce potitus Famaguſtam trium annorum obſidione defeſſam ad deditionem compulit ea conditione, vt Genuenſes ſuis legibus viuere permitteret. Ita vniuerſa Cypro ſubacta ſubiectaque Ægyptio imperio: ac tum Mamalucorum princeps Iacobum e medio tollere, ac Cypri dominatum inuadere, Chriſtianamque religionem abolere decreuit; quo animaduerſo Iacobus, coactis omnibus, qui Francico ſanguine creti erant, vno die Saracenos omnes nil metuentes contrucidauit, exceptis ijs, qui in Famaguſtano præſidio erant. Hanc Saracenorum cædem vlciſci parabat ſultanus Ægyptius, cum ampliſſimis muneribus, necnon vectigali aucto placatus eſt. Tum vero Iacobus omni libidinum generi dedidit ſe: poſtea tamen ad conſtabiliendum ſolium Catharinam Corneliam vxorem duxit, quam Veneta reſpublica ſpecie cohoneſtandi Iacobi, ac ſucceſſionis ſpe in filiam cooptauit, centum millium nummorum dote conſtituta, quo Cyprus Veneto imperio coniungeretur. Vt vero Iacobus vna cum ſtirpe veneno ſublatus infeliciſſime perierit, dicetur inferius.

e Stephan. Luſinia. in hiſt. Cypri hoc anno. Famaguſta a Iacobo tyranno ad deditionem coacta. Saracenorum in Iacobum coniuratio. Oppreſſi a Iacobo Venetorum amicitia regnum firmat Iacobus.

72 Hoc anno crudelis, & impius tyrannus Anguillariæ toparcha Euerſus nomine e viuis ſublatus, partaque pax eſt Romanæ eccleſiæ, quæ diutius ab eo vexata fuerat: quiuetiam illius ditio, perdomitis ipſius filijs, ad principatum pontificium reducta. Recenſet eius, quem non tam hominem quam portentum habitum, ſcelera Cardinalis Papienſis e, impietatem ſcilicet in Deum, adeo vt diebus dominicis ad priuatum opus miſeros ſubditos cogeret, dictitans impie domini dies illos eſſe, ac propterea ſibi domino merito debitos; libidines, adulteria, rapinas, homicidia, latrocinia, perfidiam, coniurationeſque in Pontifices Eugenium, Nicolaum, Calliſtum, Pium, paratumque in eundem veneficium, tum varias graſſationes. Succeſſere illi filij Franciſcus & Deiphobus parenti moribus non abſimiles, qui primum belli denunciatione territi Vpupam Tolphamque reſtituere; dein cum Caprarolam inuaſiſſent, ſuperbaſque addere voces, repentino bello petiti proximo anno, Federico Feretrano & Neapolione Vrſino ducibus eccleſiaſtici exercitus, vniuerſa ditione exuti ſunt, dedentibus ſe vltro oppidanis, ac latronum iugum excutientibus; euaſit fuga Deiphobus, eius tamen primogenitus, ac Franciſcus vna cum filijs in carcerē Hadrianæ molis abducti ſunt, idq; iure paſſi quod iniuria inſontibus intulerant: *Ex teterrimis cumis ſcauatiſque ſub terram carceribus extracti multi ſunt*, inquit Papienſis, *quos tyrannorum crudelitas annos iam multos ſupplicijs miſerandis affecerat.*

e Papien. comm. l. 2. Euerſi comitis impietas in ſignis. Eius filij ditione omni exuti.

73 Obijt hoc anno Coſmus Medices, qui ſapiētia ſua & munificentia poſteris ad maxima quæq; iter ſtrauit, cuius elogium hoc affert Raphael Volaterranus a: *Ætate ſua Coſmus rebus geſtis antecelluit, neque vnquam priuato talis potentia, neque in condito ſapientia par, neque denique mercatoribus contigerunt diuitiæ, neque illis (quod magis mirandum) quiſquam & magnificentius & religioſius eſt vſus, egentibus opitulando, templa plurima per orbem conſtruendo, ac reipublicæ ſubueniendo, cumque vnus omnia poſſet, non omnia voluit, quantoque ei plurima licuere, tanto magis infra ſuam fortunam victitando ſibi denegauit, eoque prudentiæ fama peruenit, vt eius dicta factaque pariter celebrentur. Franciſci Sfortiæ maxime amicus, tum Baldaſſaris Coſſa olim Ioannis XXIII. cuius theſaurarius fuit. Eius tempore concilium Florentiæ ab Eugenio celebratum, & baſilica Reparata ab eodem Pontifice dedicata*, Et infra: *Cuius etiam Pontificis Coſmus poſtea auxilio nobilem illam victoriam apud Anglarem oppidum contra Nicolaum Piccininum a Philippo duce miſſum adſecutus eſt: quibus meritis pater patriæ fuit a ciuibus appellatus. Deceſſit anno ætatis LXXX. ſalutis MCCCCLXIV. Petro potentia ſucceſſore relicto.*

Coſmi Medicæi obitus. a Raph. Volater. lib. 5. Illius elogium.

74 Hoc anno Pariſijs xv. iunij prodigium inſigne contigiſſe refert Monſtreletus b, nimirum intendente epiſc. Andegauenſi crimen hæreſeos fœneratori viro opulento, accuſanteq; fudiſſe impias has voces non credere Deum eſſe, nec dæmonem, nec paradiſum, nec infernum, cauſidico perorantē eam cauſam & eadem verba repetente, aulam vniuerſam, in qua ſedebant iudices, contremuiſſe, ſaxumque ex alto, nemine offenſo, ſed perfuſis terrore omnibus, decidiſſe, ac præcipiti curſu inde ſe proripientibus; atq; ita intermiſſam cauſæ actionem: quæ cum die proximo repeteretur ad eaſdem voces eandem Pariſienſis prætorij aulam concuſſam tremore ſubſiliiſſe, tignumque ingens ſua diuulſum compage pendulum hiaſſe; adeo vt omnes iudices alijque iuris interpretes metu inhorruerint, pluresque dum raptim inde diffugerent, ſuæ dignitatis inſignia amiſerint. Quo prodigio oſtenſum palam videtur res ſacroſanctæ fidei non metiendas ſenſibus, vti neque eccleſiaſticas cauſas ad profana tribunalia trahendas.

b Monſtrel vol 3. pag 102. Atheiſmus inſigni prodigio damnatus.

IESV CHRISTI
Annus 1465.

PAVLI PP. II. annus 1. FRIDERICI III. IMPERAT. 26.

1 ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto tertiadecima indictione plurima de parandis ad ſacrum ab Hungaris Venetiſque ſuſceptum aduerſus Turcas bellum ſubſidijs agitata ſunt conſilia,

coa-

coactis ea de cauſa in vrbe principum Italiæ oratoribus; ſed refugientibus ſingulis oneris partem in ſe ſuſcipere, Chriſtiana res afflicta iacuit. Narrat hæc fuſius Iacobus Cardinalis Papienſis a, vt nimirum Paulus II. ſex menſibus integris cum oratoribus ipſis de ijs egerit, atque ad alios ſuo excitandos exemplo, centum aureorum millia annua pollicitus ſit; at principes imponendam auri vim varijs artibus pendere diffugerint: demum vero habitus Cardinalium ſenatus cui oratores Itali, de quibus paulo ante memoraui, interfuere: ac primum Ferdinandi Regis Neapolitani legati polliciti ſunt ſexaginta aureorum millia dare Hungaris, tum quingentos equites totidemque pedites mittere ſubſidio, qui per Epirum ad gerendum bellum progrederentur: Veneti, licet Turcico impliciti bello, in quo ad ſuſtentandos nauales terreſtreſque exercitus ſeptingenta annua aureorum millia collocarent; tamen vt alios etiam ad propulſandos communes hoſtes ſuo exemplo traherent, parerentque Pontifici, quinquaginta millia annua Hungaro promiſere: dux Mediolanenſis equitum duo millia, pedites mille obtulit regijs copijs adiungendos, Florentinus equites mille cum peditibus quingentis ſociandos Mediolanenſibus auxilijs, aut, ſi mallet Pontifex, viginti quatuor aureorum millia annua, quorum duo tantum in menſes ſingulos penderentur. Ea autem lex a Mediolanenſi, Veneto, ac Florentino adiecta, vt decumæ cenſuum eccleſiaſticorum, vigeſimæ Iudæorum, trigeſimæ ciuium ijs permitterentur, quas non popoſcit Neapolitanus, quod regnum bello exhauſtum diceret; ſed debitos a ſe in eam diem eccleſiæ Romanæ cenſus ſibi condonandos flagitauit; ex quibus patebat ipſos, Venetis exceptis, non tam laboranti rei Chriſtianæ opem ferre velle, quam belli occaſione ex ſacro auro compendia aucupari.

Solicitati principes Itali vt ſtipendia Vngaro contra Turcam ſuppeditent.

a Card. Papien. ep. 95.

Quæ pro miſſa a Rege Neapolis

Quæ a Venetis.

Quæ a Mediol. duce.

Quæ a Florentinis.

At maiora poſtulata quã promiſſa

2 *His auditis, iuſſit Pontifex*, inquit Papienſis, qui ei vna cum cæteris Cardinalibus aſſidebat, *oratores extra conſiſtorium eſſe, donec acceptanda an recuſanda cum Cardinalibus ageret. Egreſſis incœpit ſuſpirans: Videtis fratres quo reciderunt deſideria noſtra & ſex menſium conatus, pecuniam popoſcimus, copiæ offeruntur: non reſpondent hæc noſtræ expectationi, nec gerendis rebus conueniunt: ſtipendium, quod duobus millibus equitum, & mille peditibus erogat dux, quinque in Hungaria conduceret, millia aſſueta pugnis Turcorum, & valentiora noſtris illis in locis: idem dico de Rege: Florentini, qui alioquin in mittendis mille equitibus, & quingentis peditibus, annua quingenta millia erogare deberent, ſi pecuniam loco militum pendant, dimidio minus pendere volunt; vnde iſta conſilia? caro non ſpiritus rectus hæc monſtrat, vt non adiuuent vtiliter Venetos: congeminare ſua onera volunt: vtinam in deſerendis Venetis non deſererent fideles omnes, & ſeipſos; Senenſes diu admoniti, & rogati adhuc nihil reſpondent; de duce Mutinæ, marchione Mantuano, & Lucenſibus quid dicam ignoro: ſcriptum omnibus eſt, & a nullo reſcriptum: ſilentia eorum recuſationes ſunt manifeſtæ, aliud interpretari non poſſumus. Hi vero, quos modo audiſtis, non de ſuo, ſed de noſtro promittunt; quaſi, vt eſt in prouerbio, manicis noſtris naſos noſtros abſtergant; petierunt enim decimas, vigeſimas, trigeſimas, & cenſus quoque Eccleſiæ. Anceps animi ſum quid cenſeam agendum: ſi hæc oblata accipimus, Hungari carituros ſe videntes pecunia, quam in dies expectant, paciſcentur cum Turca, tolerare enim vltra non valent: horum exemplum neceſſario ſequntur Veneti, quos inuitat Turcus, & iam capita conuentionum miſit ad eos, quæ vidimus nos, & honorifica admodum ſunt. His duobus quaſi propugnatoribus cedentibus de medio, nunquid non hoſti iter liberum terra, marique ad Italiam patet? porro ſi hanc terrorem ingreditur nonne videmus quam facile in poteſtatem omnia redigat? non tam arma ſua illi viam aperient, quam diſſenſiones inteſtinæ Italiæ, & ſubditi odio habentes dominos ſuos: ille vt vicinus hoſtis deleatur externum domi accipiet, hic, vt tyrannum oppreſſorem fugiat, ad infidelem confugiet: magna indignationum, & inimicitiarum eſt vis, vt nec religionem nec communem interitum iratus animus videat. Rurſum ſi promiſſa hæc non acceptamus, & maiora ac vtiliora expetimus, maiora & vtiliora non præſtabunt; quodcumque inde ſuccedet mali recuſationis noſtræ crimen dicetur. Subuenire, inquient, pro viribus volebamus, & ſumus repulſi. Quod ſi maxime addituri ad hæc aliquid ſunt, antequam petitiones noſtræ perferantur ad eos, antequam deliberationes nouæ ineantur & referantur reſponſa, menſes amplius ſex elabentur, nec ſcimus an tandem ita addent, vt non dici poſſit fruſtra tempus inſumptum: præcipuum autem Chriſtianorum ſubſidium eſt, & ante alia procurandum, celeritas: ſi enim antequam ex hybernis moueat Turcus, quem exploratum eſt ingentes copias terra marique contrahere, parati Veneti & Hungari & nos quoque non erimus, quod nunc minoribus viribus bene geri eſt ſpes, maioribus poſt hæc poſſe geri non eſt expectandum: dies vt magnas vtilitates ſi diligentia adſit, ſic ingentes quoque clades ſi abſit, ſecum apportat.* His dictis Cardinalium cœtum dimiſit, eoſque propoſita perpendere iuſſit, vt in proximo conſiſtorio conſilia optima ederent.

Pauli II. querelæ.

Quę ſunt Chriſti ſapere, non ſua Chriſto dare affectãt Chriſtiani.

Chriſtiana res vt nullius momenti ſpreta a pluribus.

Ancipiti curarum æſtu diſtractus Pontifex. Metuit Italię ſi Vngarus & Veneti cum Turca paciſcantur.

Conſulit de agendis Cardinales.

3 Interea Mahometes ingentes bellicos faciebat apparatus, oppugnabatque Chriſtianos: vtque Italos a ferenda Græciæ ope diſtraheret, ac bellum ciuile in ea accenderet, Ferdinandi Regis Neapolitani pertentauit animum, an Turcicis opibus ſubſidiarijs fretus in Italia imperium ſuum proferre vellet. Delinire itaque illum multis lenocinijs conatus, gratulatuſque de eiectis Gallis, octingenta aureorum millia annua ei ſe ſuppeditaturum pollicitus eſt, ſi bellum Italis principibus inferret. Tum obtulit amicitiæ fœdus arctiſſima affinitate firmatum iri. His auditis Ferdinandus quamuis admittenda non cenſeret a Mahomete propoſita, quibus non tam firmaret ſolium quam euerteret, ſeque in diſcrimen amittendi regni coniecturus eſſet, ſi illud Turcicis viribus amplificare niteretur, tamen vt expetitam a Turcis amicitiam ſuam oſtentaret, terroremque ſui ex oblato ſubſidio incuteret, Pontificem & Cardinales conſuluit, quid ea in re ſibi gerendum videretur. Refert hæc Papienſis a, vtque Ferdinandi oratores in ſacro ſenatu vigeſima quinta februarij die habito ea expoſuerint: *Recitarunt*, inquit, *literas ad ſe recenter miſſas a Ferdinando, & accurate admodum ſcriptas, quarum ea erat ſententia. Ad nonam menſis, quem dixi, nempe februarij, oratorem magni Turci Neapolim perueniſſe comitatu tantum equorum duodecim: auditum illum fuiſſe a ſe ſtatim: ſuam legationem tria tantum capita continere: gratulari inprimis Regi, quod ſummam feliciter victoriam de hoſte conſecutus eſſet: deinde admonere, vt cum Deus tanta fuerit in eum largitate, credat ad maiora reſeruatum illum eſſe: hortari propterea, vt non negligat ſe, ſed ad fortia eleuet animum: optare Tur-*

Pertentatus a Mahomete Ferdinandus an vellet auxilijs Turcicis totius Italiæ imperium arripere.

a Id. ep. 85

Admiſſus a Ferdinando illius orator.

Quæ a Turcico oratore propoſita.

Turcum dominatum eius omnem augeri, quandoquidem germani loco illum poſt hac ſit habiturus; ideoque octingenta aureorum millia offerre in annos ſingulos ſi in Italia bellum mouere alicui velit; inſuper deſiderium ſibi eſſe affinitate aliqua Ferdinandum ſibi impenſius deuincire per connubia filiorum & filiarum, quæ vtrique eſſent complures, aut ſi fieri hoc non poſſet propter diuerſam religionem, matrimonio ſaltē nobili Chriſtianæ primi ſubaſſidis ſui filia, quæ ab Imperatoribus Græcis originem duceret, ſe coniungeret: dotem eius eſſe millium ducentorum, aut amplius quot vellet Ferdinandus; in hoc vero occupatum præcipue fuiſſe oratorem, vt indicaret bonum Turci animum erga eum, & ſuaderet bellum, & de illius auxilijs ſumma omnia repromitteret.

4 Addidere oratores ad hæc reſpondiſſe Ferdinandum, velle ſe de tot tantiſque ſponſionibus mature decernere, ac, re diſcuſſa diligenter, legatum ad regiam Turcicam miſſurum. Addebatur in literis ita reſponſum, ne diutius Turcicum oratorem penes ſe retineret, neque a Pontificis Venetorum, Mediolanenſis, ac Florentinorum ſententia (quidquid tandem agendum decerneretur) diſcrepaturum; ac ſi orator mitteretur, Velonam aliaque regno finitima loca explorari poſſe. Conſultus ea de re Cardinalis Beſſario, negauit oratorem vllum a Ferdinando ad Mahometem legandum; atque ex eo commercio nullam captari vtilitatem poſſe, haſq; pro ſua ſententia rationes attulit: *Primum niſi excordes ſimus eſſe hoc nobis exploratum debet: quærere has miſſiones Turcum non ad noſtram, quos odit, & cupit perdere, ſed ad ſuam dumtaxat vtilitatem; odio eſſe ſentit ſe vicinis principibus ſuæ legis propter iniurias irrogatas, & formidoloſam potentiam; ſuos quoque, quibus imperitat, non ignorat parum pacatos ſibi eſſe: conatur hos ne tumultuent, vel ea in primis ratione credit, ſi oſtentet cum Chriſtianis, a quibus illi aliquando expectant auxilium, fœdus ſibi & amicitiam eſſe, atque hanc ſpem amputatam.* Nouit *præterea Turcorum nomen vbique apud nos nefandum haberi proptereaque in bellis validum reſiſti ſibi.* Vt vero poſtea Ferdinandus noxiam cum Turca ſocietatem inierit, dicetur ſuis locis: nunc de ſuſceptis ab illo in Pontificem, Romanæ eccleſiæ iura tutantem, odijs agendum eſt.

Conſultū an orator a Ferdinando ad Mahometem mittendus foret.

Negat Beſſario Card. mittendum.

Poſcit Ferdinādus vectigale aurum ſibi remitti.

5 Contendiſſe Ferdinandum, cum rogaretur, vt vires ſuas in Turcas cum cæteris Chriſtianis principibus coniungeret, remitti ſibi vectigale aurum, quod in pontificiū ærarium inferre obſtrictus erat, iam indicatum eſt; cum tamen, dum Ioannem Andegauenſem æmulum in regno pateretur, ad Eccleſiæ ſtudia ſibi concilianda ſacramento ſponderit a, ſe educturum in expeditionem aduerſus Turcas exercitum, ac regni opes & vires in eam impenſurum. Mox vero atque Piccininus e vita ſublatus eſt, a quo reprimi facile Ferdinandus ipſe poterat, ac nuptiæ inter Alfonſum eius filium, & Hippolytam filiam ducis Mediolanenſis confectæ ſunt, tum magis Ferdinandus firmatis rebus inſoleſcens, non modo inſtare, vt cenſus imminueretur, verum & oppida, quæ in Neapolitano regno Romana tenebat eccleſia, repetere. Porro extinctum hoc anno in carcere, in quem violata fidei ſponſione coniectus fuerat, Iacobum Piccininum violenta morte indicat Platina b, figmentumque ſparſum inopino caſu illum crus fregiſſe, dum, poſt partam ad Iſclam victoriam, ad ferreos crates aſſilijſſet, vt publicæ lætitiæ ac vociferationis cauſam perſpiceret. Firmato autem ſolio ſingulari Romanæ eccleſiæ beneficio non ſine ingrati animi labe eius imminuendis iuribus animum adiecit. Oſtentabat ad petita elicienda recens in eccleſiam beneficium de ſubmiſſis auxiliaribus copijs aduerſus Anguillariæ comites Franciſcum, & Deiphobum hoc anno a Paulo perdomitos: ſed cum illum potius vetus in eoſdem comites, Andegauenſes partes olim ſecutos, odium, quam in Eccleſiam amor adduxiſſet, ſola vero Eccleſiæ, quæ tot annis pro aſſerendo illi regno Neapolitano validos exercitus contra Ioannem Andegauenſem ſuſtentarat, liberalitate ſceptrum ſuſtineret, indignas cenſuit Paulus eius preces; vnde varias obortas altercationes refert Platina a hiſce verbis.

a Gob. in comm. lib. II. l. 3.

Aucta potentia ex Mediol. ducis affinitate inſolescit.

Piccinin⁹ violenta morte peremptus.

a Plat. in Paul. II. Surit. ann. lib. c. 5.

Ingratus Ferdinādi in eccleſiam animus.

Inter Paulum, & Regem ipſum ortæ graues inimicitiæ ſunt, cum Ferdinandus hoc tanto merito peteret ſuperiorum annorum tributum, quod Eccleſiæ pendebat, ſibi relaxari, & quod deinceps ſoluturus eſſet diminui, cum regnum Siciliæ patruus ſuus poſſideret, cuius ipſe vna cum regno Neapolitanō vectigal penderet, inſpicienda dicens & ſua merita, & conſiderandum quid poſſet in contrarium accidere, cum diceret, ſe continuo acies quaſdam in armis habere, non magis ſua quam Pontificis Romani gratia, vt in bello contra Auerſanos paulo ante nouerat: commemorabat viciſſim Paulus merita Eccleſiæ erga Ferdinandum. Atque hoc modo altercationibus in longum res ipſa ſemper protracta eſt, cum vterque repetendi ius ſuum tempus quæreret: moliri res nouas Rex interim cauebat Iacobi Piccinini, qui Sulmonem in Marſis, & alia oppida tenebat potentiam veritus.

Repulſæ eius preces a Paulo II.

a Plat. in Paul. II.

Abalienatus ab eo Pontifex.

6 Pontifex vero ad tollenda motuum ciuilium principia præfectum vrbis ac Velitrenſes diſſentientes ab inferendis inuicem iniurijs ſibi temperare ſuperiori anno iuſſit: imperauit b etiam inducias inter Antonium Columnenſem vrbis præfectum eiuſque nepotes, tum Neapolionem Vrſinum Taliacotij comitem, nec non inter Deiphobum Anguillariæ comitem & filios defuncti Franciſci Vrſini vrbani olim præfecti. Porro Deiphobū & Franciſcum Euerſi filios hoc anno pontificijs regijſque copijs repente oppreſſos paulo ante dictum eſt, eorumque ditionem eccleſiaſticæ adiunctam: quo tempore etiam Nouello Malateſta Cæſenæ & Bretenorij toparcha vita functo, eæ vrbes eccleſiaſtico imperio reſtitutæ c ſunt, fractique Roberti ex concubina filij Sigiſmundi Nouelli fratris conatus: *Ita vno,* inquit Papienſis, *ferme tempore duarum prouinciarum ſumme opportuna loca, ingratis familijs duabus adempta, breui negotio ad gremium matris ſunt reuocata.*

Pacatus ager Romanus.

b raul. II. l. 1. pag. 5. Ib. pag. 5.

Cæſena & Britenorū ad eccleſiam iterum deuoluta.

c Papien. comm. l. 2.

7 Interea miſſi ab Henrico Caſtellæ Rege oratores menſe maio obſequium Pontifici nomine regio addixere, hortatique eum ſunt, vt bellum ſacrum in Mauros pontificia ope promoueret. Venturi ſimiliter erant alij ex Gallia nouo Chriſti vicario de more obedientiam delaturi, ſed exorta bella ciuilia eorum acceſſum retardarunt, de quibus poſtea. At longe grauiora in Caſtella diſcordiarum inteſtinarum incendia exarſere. Oborta d erat ſuperiori anno motuum ciuilium occaſio ex firmato inter Henricum & Regem Luſitanum fœdere, pactiſque Ioannæ vnigenitæ cum illius filio nuptijs, quibus ſceptrum Caſtellanum regiæ Luſitaniæ inferendum erat: tum ex liuore & odio, quo in Bertrandum Lacucuam, militiæ S. Iacobi magiſtrum imbuti erant. Indignati itaque proceres Ioannam ſuſceptam

Henrici Regis Caſtellæ ad Paulum legatio.

d Id. epiſt. 122. Surit. l. 18 c. 1. Marian. l. 23. c. 9.

Exortæ in Caſtella turbæ ob hæredem regni Luſitani ſceptri hæredi traditam.

Digitized by Google

ptam adulterio promulgarant, atque Alfonſum Henrici fratrem vndennem ſcepeti heredem renuntiarant. At nec propterea ſedati animi ſeditioſorum, qui Henricum Regem exauctorare, illique reginm inſigne in theatrali pompa decutere auſi ſunt.

In theatrali pompa imagini regiæ corona & ſceptrum decuſſa.
a Marian ſup. c. 6.

Vt diſcant, inquit Mariana a, *Reges prius ſeipſos regere quam populos: agnoſcant ſuæ multitudinis vires: regij ſplendorem nominis magis veneratione quam viribus conſtare, nec purpuram alij interdum eſſe vſui, quam ad velanda vulnera & metus, quibus torquentur. Peracta rei eſt a perduellibus menſe iunio in Auilæ ſuburbanis, vbi extitato theatro effigies Henrici regalibus induta inſignibus collocata eſt, ac deinde obiecta ex indiciario edicto crimina, quibus regnum Henricus fœderat, tum ſingulis ornamentis ſpoliata ſtatua deturbataque eſt, indeque Alfonſus regius frater eleuatus, ac popularibus vocibus Rex Caſtellæ ſalutatus.*

Alphonſus frater Henrici Regis ſalutatus Rex.

A populo in eccleſiaſticos irrepſit ſeditio, atque alij e ſacro ſuggeſtu concionati ſunt nulla alia de cauſa, quam propter hæreſis crimen Regem exauctorari poſſe: alij contrarias conciones habuere. Miſſi ſunt mox noui Regis nomine ad Paulum II. oratores, vt in arrepto dominatu confirmaretur, coactuſque ea de cauſa eſt Cardinalium ſenatus, vt refert Papienſis his verbis b.

b Papien epiſt.
Decernit ad Pont. oratores.

Vocationis cauſa eſt nouus hic Hiſpaniæ motus. Deſtituerunt Regem Henricum, fratrem eius Alfonſum poſuerunt in ſolio. Scripſit hic nouus Rex Pontifici literas: narrat regni calamitates, quas ſub illo eſt paſſum, diuturnam patientiam omnium procerum, ac prælatorum: ſurrexiſſe illos tandem iuſtis iniuriis motos, ac Henricum adhibitis regni cerimonijs vno conſenſu priuaſſe; ſe elegiſſe: maiorem porro Hiſpaniæ partem obedientiæ ſuæ adiunctam ſperare, intra dies non multos cuncta ditionis ſuæ futura: proinde orare Pontificem, vt auctoritate quoque ſedis Romanæ fortuna hæc ſua adiuuaretur, nec audiatur is, qui regno & religioni Chriſtianæ peſtifer omnium prius iudicijs ſit condemnatus. Addidit etiam in literis, hæc iam ante Pio II. indicata, & nunc conſilio ſuo facta eſſe. At conficta hæc de Pio ad colorandam eo fuco cauſæ turpitudinem reſpondere Henrici Regis oratores, neque vnquam Pium conſultum conſenſiſſe: tum contendere, ne ſedes Romana quidquam in eum, quem tot annis Regem coluiſſet, decerneret: quin potius ei regiam aſſereret dignitatem.

Pro adducenda pace legatio apoſt. decreta.

Vt vero Paulus legatum in Caſtellam ad proceres in Regis Henrici fidem reuocandos miſerit c, perduellibuſque eccleſiaſticas cenſuras intentarit, dicetur inferius.

c Marian. l. 23 c. 12.

8 In alia Hiſpaniarum parte de Cataloniæ principatu, deque ſceptro Aragonenſi inter Petrum magiſtrum equitum Luſitaniæ aui materni comitis Vrgellenſis iura obtendentem, & Ioannē Regem certabatur d; ſed cum Petrus impar viribus eſſet, quamuis bello ſtrenuus, a Ferdinando Ioannis filio fuſus e eſt, ac deinde Ceruera ſub regium imperium reducta. Similiter in Nauarra Gaſto f comes Fuxenſis natali iure ad regnum aſpirans aduerſus Regem Caſtellæ, qui plures arces tenebat præſidio militari communitas, bellum mouit, & Calagurrim expugnauit; quamquam poſtea a ciuibus Fuxenſe præſidium vrbe eiectum eſt.

Ciuili bello ardet Catalonia.
d Sur. annal. l. 17. c. 6.
e Sur. l. 18. cap. 3. Marian. l. 23. c. 10
f Id. ibid.

9 In Anglia ſuperioris anni menſe maio dux Somerſeti reſtituendi Anglico ſolio Henrici ſtudio cum Eduardo Rege cruento certamine conflixerat, captuſque in acie regio imperio ob violatam fidē, quam antea ſacramento obſtrinxerat, capitali ſupplicio affectus a fuerat: hoc vero Henricus exauctoratus cum menſe auguſto e Scotia in Angliam irrepſiſſet, vt res nouas moliretur a cuſtodibus limiti impoſitis mox agnitus, atque ad Eduardum adductus, ludibrij cauſa ſqualido equo vinctus per Londinenſis vrbis compita duorum quondam florentiſſimorum regnorum Galliæ & Angliæ Rex circumductus b, ternoque deinde acto circum patibulum gyro, in carcerem conditus eſt, eum antea intentato proditionis crimine imperatum fuiſſet, ne quis illum ſalutaret, vel aliquod honoris genus exhiberet: in quas calamitates ſe conijcere cœpit, cum pacem dare Galliæ recuſauit, quantumuis a Chriſti vicario, & a concilio œcumenico rogatus, quo imminentis Conſtantinopoli Mahometis impetus propulſarentur, inque tantam dedecoris, & calamitatis abyſſum deiectus, quia politicorum veſanis conſilijs ſubornatus vertere Anglica arma in Turcas, vt Gallico parceretur ſanguini, detrectarat. Porro Eduardus ſolutus metu: acto ordinum conuentu ad componendas regni res incubuit, atque omnes Henrici partes deſertores in gratiam admiſit; ſuos vero, quorum ope ad ſolium viam ſibi ſtruxerat, prædijs ac muneribus affecit.

Angliæ ciuili cruore mades.
a Monſtrel vol. 3. Polyd. l. 24
Henricus Rex Galliæ & Angliæ ducto circa patibulū gyro in carcerem truſus.
b Monſtr. vol. 3 pag. 119. Polyd Virg. l. 24
Ob ſpreta eccleſiæ conſilia abyſſo malorum merſus.
Eduard' ſoliū firmat clementia & liberalitate.

10 In Gallijs principes coitione facta aduerſus Ludouicum Francorum Regem ciuile bellum concitauere, cuius ſemina a Ludouico Rege iacta incaute fuiſſe ſuperiori anno refert Belcairus; nempe illum Britanniæ minoris principi miſſa legatione imperaſſe, ne diplomatibus ſuis ea verba præfigeret, quæ etiamtum vſurpauerat: *Franciſcus Dei gratia Britanniæ dux*; cum tacite Regis ſe beneficiarium inficiari, ac ſoli Deo, non autem ipſi Regi ſecundum Deum, acceptum principatum referre videretur; præterea ne conſtandæ aureæ monetæ ius in poſterum ſibi arrogaret: tertio denunciaſſe imponi annuum in tota Britannia vectigal Regi pendendum: poſtremo ſanxiſſe, vt ſacerdotia omnia Britannica non amplius Britannum principem, ſed Francorum Regem patronum agnoſcerent; ac, ſi mandatis parere recuſaret, regia arma vimque ei intentaſſe. Perculſum ijs poſtulatis Britannum addit auctor, cum regiam vim expaueſceret, arte extraxiſſe bellum; reſpondiſſe nimirum ea non priuata ſed publica auctoritate, coactis Britanniæ ordinibus, conſtituenda eſſe, ac bonæ ſpei plenos legatos dimiſiſſe: interea fidiſſimos viros nobiles religioſorum cultu ſubornatos ad principes omnes Galliarum legaſſe, qui regiam, vt aiebant, tyrannidem & publicum diſcrimen exponerent, obtrita nempe Britannia, quæuis iniqua imperia ab inſoleſcente Rege accipienda: atque in Burgundum, honoris & iuris ſui vindicem acerbum, pluresque alios proceres in belli ſocietatem aduerſus Regem, arcanæ coitionis inſcium, aſciuiſſe.

In Gallia accēſum in Regem ciuile bellum.
a Belcair. ep. Meten in comm. rer. Gallic dec. 1. l. 1. n 14.
Temere a Ludouico mota lis Britanno.
A Britanno in Ludou. concitati principes tanquam in tyrannum.

11 Antequam autem hoc bellum gereretur Flandros Burgundoſque, triginta annorum longa pace Atrebatenſi fœdere confirmata, potitos luxu laſciuiaque diffluxiſſe obſeruat Belcairus; vt merito ſceleribus hominum caſtigandis exortum bellum putandum ſit: *Qui ſummas*, inquit c, *diuitias ſequi ſolet, luxus omnium mentes corruperat, atque effœminarat: ingentes in veſtem ſumptus impendebantur: conuiuiorum ac balneorum cum matronis vſus frequens erat, atque indecens: cibi longe magnoque pretio quæſiti non minore prodigalitate inſumebantur. Ædificiorum autem præſertim*

Perditi luxu mores bellū peperere
c Id. n. 18.

Digitized by Google

tim amœnitatum immenſa cupiditas totam illam abundantiam exhauriebat, eaque huiuſce nationis inſania erat, vt nullam præterea gentem ſecum vel bellica laude, vel diuitiarum abundantia conferendam putaret. Itaque minime mirum ſi Dei optimi maximi ſuique oblita ex tanta mollitie ſuperbiaque in graues tandem ærumnas extremaſque rerum omnium difficultates deuenerit.

52 Nouo huic & difficili bello Carolus Burgundus fœderatique proceres publici boni ſpeciem prætexuere, vt eo fuco delinirent populos, atque in Regem commouerent, ei dabant crimini, vectigalia inſueta a plebe ipſum corradere, proceres a regni adminiſtratione remouere, tenuioris, & obſcuræ ſortis homines diuitijs maximis augere, qui parta auctoritate abuſi indigne publicam rem tractarent: non ferenda itaque amplius grauiora Ludouici imperia, leuandam oneribus impoſitis plebem, coercendam ſapientum procerumque conſilio regiam licentiam. Coitionis principes erant Burgundus, Bituricenſis, Britannus, & Calaber: Carolus quidem comes Philippi ducis Burgundiæ filius, qui ægre patiebatur Ludouicum oppigneratas a patre Carolo fœdere Atrebatenſi vrbes, quas Somona perluit, refuſa auri vi redemiſſe, proferendique principatus illum vrebat cupido: Carolus dux Bituricēſis Regis frater ampliorem dominatum ambiebat, Franciſcus dux Britanniæ regio ſe beneficio ducales gerere apices agnoſcere reſpuebat, regiæque Gallicæ vires imminutas cupiebat: Ioannes dux Andegauenſis, vulgo Calaber nuncupatus, nullis ſe auxilijs in bello Neapolitano adiutum fuiſſe fremebat, vltionemque expetebat. Hos alij proceres Ludouicus S. Pauli, Alenconius, Armeniacus, Atrebatenſis, Marchianus, Dunenſis comites, princeps Auraſiacus rerum augendarum ſpe ſequebantur: Ludouicum vero Regem Renatus Prouinciæ, & Carolus Cœnomaniæ comites regij auunculi tutabantur: ſubſidiarias etiam illi copias Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, duce filio Galeatio, ſubmiſit. Coniurati, antequam ſe illis Britannus coniungeret, ad regiam vrbem mouere caſtra contendere. Quo agnito Ludouicus Rex ex Borbonia, quam vaſtabat, procurrens cum exercitu caſtra caſtris oppoſuit, pugnaque conſerta eſt ad Montem Lethericum vigeſima ſeptima iulij b huius anni die ancipiti vtrinque victoria, vt fuſe narrat Cominius b, qui certamini aderat: in quo diſcrimen adijt Rex Ludouicus, tum Carolus Burgundus in pugnæ ardore ſanciatus, ac fuſus vtrinque multus cruor: cæſorumque numerum nonnulli ad ter mille ſexcentos augent c. Cum vero ingentem militum ſtantium deligatis vulneribus numerum conſpexiſſet Carolus Regis frater, fleuit illatam ſuæ ambitionis culpa tantam patriæ cladem: quem Burgundus, eam religionem auerſatus, vt puſillanimem deſpexit.

Quinam in Lud. fœdus conierint.
a Ext. ducis Bitur. lit. dat. 15 Mart. apud Monſtrel. pag. 103.

Commiſſa ad mōtem Lethericum cruenta pugna.
b Monſtr. vol. 3 pag. 115. Comin. annal lib. cap. 5. c Belcair. vbi ſup. n. 23.

53 Porro Ludouicus Rex eo perfunctus periculo, cum in Lutetiæ conſpectu fixiſſent caſtra coniurati, a Franciſco Sfortia duce Mediolanenſi ſalubribus inſtructus conſilijs, ne ſe amplius certaminis aleæ exponeret, ſed Gallos principes inter ſeſe fœdere iunctos inuicem diuellere niteretur, ac ſingulis poſtulata quamuis ampliſſima concederet, cum inuicem ſegregatos poſtea debellaturus eſſet. Burgundum itaque ad ſuſcipienda pacis conſilia ſingulari arte pellexit, omniaque a coniuratis petita admiſit. Burgūdo in primis vrbes in Belgij limite ſitas, quas paulo ante auro redemerat, tradidit. Normanniæ ducatum fratri Carolo permiſit; tum ſingulos coniuratos vel ditione noua auxit vel præmijs plurimoque auro affecit, demumque paruit proceres non publicam ſed priuatam rem conſectatos: in quos poſtea Ludouicus varijs occaſionibus animaduertit. Meminit de hoc ciuili bello ac reſtituta Galliæ pace Ludouicus ipſe in literis ad Paulum II. proximo anno datis a ſuo afferendis loco. Cæterum ex eiuſmodi ciuili bello plura alia bella oborta ſunt ſecuturis annis, atque hoc ipſo inteſtinum aliud Ludouici opera in Germania inferiori accenſum eſt b, Dinanteis & Leodienſibus in Burgundum concitatis, vt is, domeſtico implicitus bello, copias ex Gallijs reuocaret, quo ardente hoc miraculum contigiſſe narrat Monſtreletus c quemdam Burgundionem, qui cum duobus ſocijs in patibulum ſublatus fuerat a Dinanteis, implorata S. Iacobi Apoſtoli ope incolumem diſrupto laqueo euaſiſſe: compoſita vero in Gallijs diſcordia, Leodienſes pariter pacem a Carolo Philippi filio impetrarunt, quæ poſtea in atrox erupit bellum, quo regio conſumpta eſt.

Salubre conſilium Ludouico a Sfortia ſuggeſtum.

Coniurati, arte ab inuicem diuulſi.

Dein a ſingulis expetita vltio.
a Extant. lib. priuil. Rom. eccl. to. 1. pag. 423.

Ciuile in Burgundum Ludouici aſtu conflatum bellum.
b Monſtr. Comin. & alij vbi ſup. c Monſtr. vol. 3. pag. 110.

54 Gallicis rebus adiungimus hoc anno 4. ianuarij Carolum Aurelianenſem ducem relicto Ludouico trienni poſtea Gallorum Rege obijſſe, qui in bello, quod ad vindicandam patris cædem mouerat, captus in Anglico carcere annis viginti quinque elanguerat, ex quo egreſſus ſanctiſſimam vitam egit, interque alia pietatis opera recurrente quaque feria quinta tredecim pauperibus menſam apponere, accumbentibus miniſtrare, atque etiam Chriſti domini exemplo pedes abluere conſueuit. At diuinum Numen eam demiſſionem ornauit gloria, cum illius filium ad ſolium extulerit, vt etiam Gallico regno coniunxerit Mediolanenſem ducatum, ac tandiu floruerit felicitate & armis, donec nefario in Iulium II. implicitus bello in maxima mala ſe coniecit.

Caroli ducis Aureol. mors.
In aduerſis ſanctitatem coluit.
Feria quinta pauperū pedes abluebat.
Eius filius potētiſſimus inter Gallos Reges euadit.

55 Obijt etiam eodem anno Ludouicus Cardinalis Alebretenſis tit. SS. Petri & Marcellini, quem ob ſuauitatem morum inſignem Iacobus Cardinalis Papienſis d vocat collegij Cardinalium amorem & delicias, narratque pium eiuſdem obitum his verbis Franciſco Picolomineo Cardinali Senenſi: qui poſtea renuntiatus Pontifex Pius III. appellatus fuit: *Admirabilis fuit hic tranſitus eius, Moriturum ſe neſcens, cogitare & loqui alia de re præterquam de ſalute animæ non paſſus eſt: fuerunt ſibi lacrymæ ſuæ panes, dum recogitauit annos præteritos: cubiculum eius aſſiduis queſtibus, & compunctionibus cordis repletum eſt. Sacramentum domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus e lecto in terram iuſſit ſe deponi, nec aliter Deo ſuo communicandum putauit: horas canonicas non ante dimiſit quam a voce eſt ipſe dimiſſus: inter orandum, ſi quando labente iam memoria alicuius verbi eſt facta omiſſio, toties iterauit donec quod exciderat eſt aſſecutus. Cum ab ijs vacabat, paſſio Saluatoris noſtri legebatur, aſſiduo inter audiendum non ceſſabat ſuſpirium, & fletus.* Pluribus interiectis Franciſcum Cardinalem hortatur ad preces pro leuanda Ludouici anima fundendas: *Dilectio*, inquit, *noſtra ſi fructuoſam eſſe optamus, in orationibus ſit & pijs ſuffragijs: hæc ego præſtiti, & præſto quantum poſſum, idem, quæſo, faciat bonitas tua. Commendatur permultum hæc pietas dicente Scriptura: ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur. Tricenas miſſas Gregorianas animæ fratris, & collegæ*

d Papien. epiſt. 136.

Ludou. Card. Alebret. pia mors

inſti-

inſtitui, ſi totidem inſtitueris tu, rem meo iudicio piam, & ſalutarem inſtitues: menſura illa metietur nobis, qua nos alios menſi fuerimus, vt habeamus, qui noſtri ſint memores cum moriemur, mortuorum nos habeamus memoriam. Porro Ludouicum ex pietatis ſenſu, quo erat delibutus Minorum cultum induiſſe, & cum eo in Aricœlana æde ſepulchro marmoreo mandatum, refert Lucas Vvadinghus a. Vitam etiam b dimiſit hoc eodem anno die vigeſima ſecunda martij alter Ludouicus patriarcha Aquileienſis tit. S. Laurentij in Damaſo Cardinalis, partis ad Rhodum, Lesbumque inſulas de Turcis victorijs clarus, dum pontificiam claſſem Calliſti nomine in oriente cum imperio moderaretur.

a *Vvaddin hoc ann. n. 9.*
b *Steph. Inf. m. ſ. vat. ſign. n. 111.*
Ludouici tit. S. Lauren. Card. obitus.

16 Quod ad Turcicas res ſpectat, Mahomethem, diſſoluto crucesignato exercitu, quem Pius comparauerat, in Macedoniam aduerſus Scanderbegum arma vertiſſe, narrat Marinus Barletius c: *Nuntiatur*, inquit, *Seremetium Meumethis præfectum cum maximis copijs in finibus Thraciæ, & Macedoniæ aduentaſſe: cui occurrens Scanderbegus omnino ſtatuit, vt cum eo, ſi poſſet, congrederetur. Venerat ibi Seremetius cum XIV. millibus militum.* Et nonnullis interiectis, vt caſtra Turcica in Ocrida vrbe locata fuerint, ac Scanderbegus contraxerit equitum peditumque decem millia, & quingentos equites ad Turcas laceſſendos præmiſerit, qui ſimulata fuga hoſtem pellexerint in inſidias, ſubijcit: *Vbi Scanderbegus hoſtem appropinquaſſe vidit, repente ex inſidijs proſiliens ſummo impetu eum ex omni latere adortus fudit atque diſſipauit. Cæſi ſunt ex hoſtibus ſupra decem millia: plures capti, inter quos ipſe quæſtor cum filio præfecti caſtrorum, & alij duodecim magnæ auctoritatis viri vincti ad Scanderbegum deducti ſunt.* Et infra: *Reuerſus itaque Scanderbegus in caſtra, & ad proprios agros victor cum copijs ingenti gaudio expectabat, vt Chriſtianus exercitus, & crucesignati transfretarent.* Et infra: *Ecce paulo poſt Scanderbego nuntiatur, Pium Pontificem maximum, qui cum Chriſtianis copijs, & crucesignatis aduerſus Meumethem egreſſus fuerat, cui etiam princeps Venetus cum ſenatoribus ſuis, & inſigni maritimo apparatu occurrerat, vt primum pedem in Anconam vrbem intuliſſet vitam cum morte commutaſſe, ex quo Chriſtianus exercitus, & omnes crucesignati hinc inde diſperſi paſſim ad propria rediere.*

c *Marin. Barl. l. 11. in vita Scanderb.*
Turcarũ cum Scãderbegho prælia.
Cæſa ex ijs decem millia.

17 At Mahometes audita Seremetij ducis fuga, & exercitus cæde, alium ducem nimirum Ballabanũ Baderam, qui primus in expugnatione Cõſtantinopolitana aſſilierat in muros, atque ex infimo gradu ad præfecturæ dignitatem peruenerat, ſubmiſit cum exercitu quindecim millium equitum, & trium millium peditum: illum Scanderbegus quatuor tantum millium equitum, & peditum mille & quingentorum copijs inſtructus primum fudit, amiſsis octo e ſuis viris fortiſsimis, quos ad ſe perductos Mahometes nec auro nec cum captiuis permutare voluit, ſed omni contumeliæ genere affectos cute nudari iuſſit, iterumque Ballabani exercitum inſtaurauit; ſed is a Scanderbego maxima clade affectus iterum deletus, & caſtris exutus. Nec propterea cœpto bello Mahometes deſtitit, ſed tertio Ballabanum, vtpote Macedonem patria reique militaris peritiſsimum, miſit, promiſſo Epirotico ſceptro ſi victoriam reportaret. Itaque Ballabanus, quo incautum opprimeret Scanderbegum, amicitiam ſimulans, ampliſſima ad eum munera miſit. At eius fraudes illuſæ, commiſſoque prælio barbaricus exercitus ad internecionem cæſus eſt a Scanderbego, qui quocumque progrederetur ſecum victoriam deferebat, & milites æque atque imperatoris exequebantur officium: *Adeo vt*, inquit auctor, *Albani barbari & Chriſtiani omnes vno ore clamarent affirmarentque, Scanderbegum maximum in orbe terrarum bellatorem Deum produxiſſe.*

Mahometis dux iterum fuſus a Scanderbego.

Reuerſus non ſine pudore ad Mahometem Ballabanus admonuit tyrannum tot clades ægre ferentem, vt duos exercitus cum duobus ſtrenuiſſimis ducibus mitteret diuerſis itineribus, qui ſimul in Epirum irrumpentes medium Scanderbegum interciperent, neque alter ſine altero pugnandi copiam faceret, diuturnitate enim belli Scanderbegum opprimi poſſe. Placuit conſilium Mahometi, ac Ballabano ipſi vigintiquatuor millia equitum, & quatuor peditum tradidit, eique collegam adiunxit alium apoſtatam Iagupum Arnaldum appellatum, cum ſexdecim millibus equitum. Sed metuenda horum conſilia diuina prouidentia diſcuſsit; irrumpente enim per Thraciam in Epirum Ballabano, Segius irrupit per viam Belgradi Iagupus: intereaque Scanderbegus, qui octo equitum peditumque quatuor millia contraxerat, Ballabanum inuitum ad pugnam coegit, eiuſque exercitum deleuit, moxque victrices copias aduerſus Iagupum mouit, eumque in acie transfixit haſta, & caput ipſius amputauit: quibus viſis diſſipatus Turcicus exercitus, ac cæſus eſt. Subdit Barletius de hac Turcarum clade: *Nunquam ex duobus exercitibus vno eodemque fere tempore & bello tantum hoſtium a Scanderbego interfectum eſt, redditaque æqua Belgradenſi clades & alterius ducum fuga & eius exercitus interitu, & alterius præfecti cæde cum omnibus copijs, videbatur: viginti quatuor millia hoſtium cæſa, capta ſex millia, præda magna cum omni genere auri argentique: colonorum, qui capti apud hoſtes erant, quatuor millia capitum recepta.* Et infra: *Haud quaquam incruenta victoria fuit: mille ferme Epirenſium deſiderati.* Et infra: *Cum poſtero die Scanderbego nuntiatum eſſet, Ballabanum cum vno tantum agmine inter cædendum effugiſſe, & abire ſine ſignis, ſine ordine vllo, poſſeque, ſi vna equitum ala ad perſequendum mittatur, omnes facile deleri: Superſint (inquit) aliqui nuntij & hoſtium cladis & noſtræ virtutis, parta de hoſte victoria.*

Duo exercitus immiſſi aduerſus Scanderbegum.
Parta a Scanderbego victoria.
Viginti quatuor millia hoſtium cæſa.

18 Vbi ſuos duces cæſos fuiſſe accepit Mahometes, furore percitus, primum duos Ianizzaros ſubornauit, qui fingerent ſtudio religionis ad eum perfugiſſe, deinde incautum obtruncarent: ſed diuina prouidentia pernicioſa eorum conſilia fregit; nam baptiſmalibus ſacris ficto, & impio animo initiati, & inter prætorianos milites aſcripti rixari inter ſe, & meditatum crimen ſibi mutuo obijcere cœperunt; quare patefactis inſidijs extremo affecti ſupplicio periere: itaque Mahometem ad vim apertam conuerſum, vt Scanderbegum obrueret in expeditionem eduxiſſe ducenta armatorum millia tradunt. At Scanderbegum ex Pauli Angeli Dyrrachini epiſcopi, & Veneti oratoris conſilio arces fortiſſimis præſidijs communiuit a, adeo vt Mahometes, cum extraheretur Croiæ obſidio, Conſtantinopolim redierit relicto in caſtris Ballabano cum viginti tribus millibus militum: tum illi adiunxit alios octo præfectos, quibus ſingulis ſeptem millia militum attribuit. Dum

Submiſſi a Mahomete ſicarij ad trucidandum Scãderbegũ.
Inſidiæ diuina prouidentia diſcuſſæ.

vero

Digitized by Google

Immanis eius per-fidia.

vero per Chaonium rediret, quoſdam populos nec non Chidnenſes Scanderbegi clientes, quos expugnare vi non poterat, promiſſis & blanditijs victos ad octo millia, præter mulieres & infantes, contrucidauit. Interea cum ſtipendia viresque Scanderbego in tantis difficultatibus deeſſent, ad Paulum II. clam confugiſſe, vt opem exoraret, atque inter alia hæc in Cardinalium auctor a expoſuiſſe memorat: *Non patitur Maumothes Turcarum princeps iſte truculentiſſimus me vobiſcum diutius commorari, patres ſanctiſſimi, vos contemplari, vos admirari principes meos, dees terrarum, ac mundi totius luminaria, qui maiorum ſuorum veſtigia ſecutus, ac ſpurciſſima illius Mahometanæ ſectæ nefandus profeſſor & propagator, veſtrum ouile quotidie inuadit, perſequitur, diſſipat, & non contentus tantis cædibus, rapinis, quibus in Aſia vſus eſt, non ſatiatus Chriſtiano ſanguine, quem nuper tantum in Europa fudit, vt totum infecerit, polluerit, contaminauerit, & Chriſti nomen prophanauerit: ſed nunc me gentemque meam, tanquam hoc vltimum certamen relictum ſibi, euertere atque de medio tollere conatur: qui niſi repente, quod tuæ ſanctitatis eſt atque clementiæ occurras, obſiſtas tu, ô principum Chriſtianorum pater, iubar, atque ſydus radiantiſſimum, actum eſt de re omni, actum de imperio meo, quippe populus Epiroticus tot bellis tot cladibus exhauſtus iam corruit, iam defecit.*

a Cam. Marinus Barl. 4. ibi vbi ſup.

Scanderbeghus ad Paulum I. p. 11 ziſ.

Huc igitur ego conceſſi, patres ſanctiſſimi, ad vos ipſe confugi: domi incendium maximum reliqui, hoſtem in ipſis veſtibulis, qui non tantum gentem meam, & regionem omnem aſſidue diſſipat, euertit, depopulatur, in ſeruitutem trahit, ſed & ciuitatem meam Croiam prouinciæ robur atque caput, iam diu innumero milite obſidet. Neque hanc obſidionem deſerendam propoſuit ſibi, antequam vrbe ipſa aliquo modo potiatur; & potietur vereor, ni ſublimitas tua ſuccurrat, atque ſubueniat, ita oppidanos in rerum omnium neceſſitatem, & vltimum diſcrimen adduxit. Conſulite igitur, patres optimi atque ſanctiſſimi quæſo, dum tempus patitur proſpicite, atque opportune prouidete mihi: cohibendus eſt enim impetus, & ius nefandiſſimi tyranni; reprimendus eius furor atque violentia, qui in tantum exereuit atque tumaluit, vt tam tam extrema omnia Chriſtianæ reipublicæ, ac Dei Eccleſiæ, & orthodoxa fides audeat minitari. Sed quid amplius, proh dolor! quid peius? quid durius expectemus? edidit iam in Chriſtianum populum, edidit in gregem tuum omnia crudelitatis exempla, quem profanauit, fœdauit, omnique ludibrio habuit. Et infra.

Implorat auxilia ad ſoluē dā Croiæ obſidionem.

Videtis patres ampliſſimi Aſiam fere omnem huic nefando ſpurciſſimoque hoſti ſubiectam: Græcos quaſi cunctos ab eo exterminatos, Raſcianos principes, Triballos, & Thraces euerſos, Illyricos perdomitos, Peloponeſum ſubactam, magnam Macedoniæ atque Epiri partem direptam, inceſam, deuaſtatam. Vnus ego ſupersum, pater beatiſſime, cum puſillo, & tenui imperio, cum militibus meis adeo tot prælijs attritus, tot certaminibus exhauſtus, vt nihil iam integri ſit in corpore ad noua vulnera accipienda, neque quidquam ſuperſit ſanguinis, quod dari amplius pro Chriſtiana republica poſſit. Hoc eſt reliquorum ex tot principibus, tot ducibus in feraci Macedonia illa Regum altrice, quod nunc perfidus barbarus iſte totis viribus, arte, ingenio perdere atque delere contendit. Iam meminit, ignotum nemini dubium eſt, audiſti antiſtes ſanctiſſime, audiſtis patres religioſiſſimi, quot bella, quot expeditiones cum perfida gente iſta maiores mei tot annis geſſerint, quibus ego poſtmodum ordine naturæ diuino tandem præſeruatus auxilio in regno ſuccedens nullum vnquam tempus, nullam diem quietam aut otio mihi concedere potui, ſed cum profana gente bella maximo ſemper pertractaui. Et infra. *Iam, pater ſanctiſſime, prouideas cum tot procellis, & bellorum turbinibus obſiſtere, eaſque non ſine certo periculo vitæ, ac rerum mearum diſpendio perferre queam, fidemque veſtram ſanctiſſimam, ſanctiſſimi inquam patres, contra vim & impetum huius immaniſſimi tyranni, protegam atque defendam, pro qua & vſque in præſentem diem omnia extrema ſum perpeſſus, & in poſterum me deuoui, neque vllum mortis vel periculi eſt genus, quod pro quocumque veſtrum commodo, & dignitate in aliqua vita meæ tempore ſubterfugiam.*

19 His addit Marinus Barletius, Pontificem complexum eſſe omni officiorum genere Scanderbegum, ingentemque illi auri vim pro bellicis ſumptibus contuliſſe: *Poſtquam*, inquit, *Scanderbegus orandi finem fecit, tanto fauore ab omnibus eſt exceptus, tam liberaliter & honorifice habitus, vt quam celeriter expeditus quidquid a ſummo Pontifice patribuſque petierat perfacile impetrauerit, & ei quam liberaliter ſit conceſſum, qui maximis etiam muneribus, & præmijs donatus, maximo auri argentique pondere grandique pecunia cumulatus. Lætus alacerque inde diſcedens, in Epirum ad ſuos reuerſus eſt.* Addit auctor Scanderbegum pontificijs ſubſidijs comparatum maximum exercitum, quantum nunquam antea, ex Epiro & Macedonia, & ex Illyrico & Dalmatia contraxiſſe, illumque in duos diuiſiſſe; cumque Ballabani fratrem Ionimam vna cum filio Turcicas auxiliares copias adducere accepiſſet, eos adortum fudiſſe necaſſeque, & eorundem, quos expectabat Ballabanus, cadauera proijci iuſſiſſe ante tentoria: quæ conſpicatus apoſtata furore percitus ad Croiæ mœnia excurſis, vt promiſſis ampliſſimis præſidiarios ad defectionem ſolicitaret; ſed glande plumbea transfixus Turcica caſtra tumultu, & mœrore compleuit, adeo vt barbari frumentariæ etiam rei inopia preſſi, obſidionem ſoluerint. Vt autem Mahometes his cladibus in rabiem accenſus bellum vere inſequenti redintegrarit, ac tandem Scanderbegum oppreſſerit proximo anno dicetur.

Adiutus auro a Pontifice

Turcas multis prælijs atterit.

Adigit ad ſoluendā Croiæ obſidionem.

20 Coniungimus orientalibus rebus inſigne martyrium B. Andreæ Chienſis, qui Conſtantinopolis triumphalibus palmis Eccleſiam illuſtrauit, Græciſque conſtantiæ exemplum, ne ad Mahometis infandam ſuperſtitionem deſciſcerent, reliquit: in crimen enim vocatus ab impijs, falſiſque circumuentus teſtibus, quaſi damnata Chriſtiana religione Mahumeticam ſectam profeſſus iterum ad Chriſti cultum ſe traduxiſſet, cum poſt acerrima tormenta admirabili conſtantiæ prodigio infideles in ſui admirationem conuertiſſet, neque ingentibus promiſſis nec minis poſſet adduci, vt Mahometis ſacrilegos ritus ſuſciperet, inuictum ſpiritum Deo reddidit cuius hiſtoriam Gregorius Trapezuntinus latinis literis a tradidit, qui eiuſdem martyris implorata ope maximo periculo ereptus fuerat. Narrat in primis, vt Andreas grauiſſimo liberatus morbo B. Virgini cœlibatus voto ſe adſtrinxiſſet; a Mahomete vero Imperatore, qui illum prætorianæ centuriæ præficere pollicebatur; multis tentatus promiſſis conſtanter reſpon-

B. Andreas Chienſis affectus martyrio

a Georg. Trapez. et ex eo Surius die 29. may.

Digitized by Google

reſponderit: *Ego ſolicitatem huius ſaculi nihil facio: ego crucem, paſsionem, ſepulturamque Chriſti mei nunquam, auxilio illius fretus, negabo. Statuite in me quidquid ma.ueritis, vnum rogo, ne me verbis amplius tentetis.* His dictis. Subdit Georgius, *coniectus illico in carcerem vinculis catenatus, pedibus atque manibus alligatus ad meridiem ſequentis diei, qui fuit* xx. *maij, iacuit: poſt meridiem ſtatim protrahitur, & in partem vrbis, qua orientem ſpectat, prope mare ducitur, vbi ad palum nudus alligatus flagellis atque loris cæditur acrius quam dici poſsit. principio flagellorum & verberum contremuiſſe dicitur, & manibus ad pectus contractis, & digitis in pugnum compreſſis magna exclamaſſe voce: Virgo Maria adiuua me; inde pedibus altero ad alterum adductis ſtetit rectos in eiſdem veſtigijs, mirabile dictu! vſque ad ſolis occaſum.*

Mira ei' conſtantia in promiſſis reſpuendis

Caſus flagris Deiparæ opem implorat.

21 *Interea dum miles Chriſti his cruciatibus exercetur, Trapezuntius ille de quo ſupra retuli,* is erat egregius dux, quem Mahometes tentabat a Chriſti cultu diuellere, vt eius opera in bello vteretur, *e feneſtra turris, in qua fuerat incluſus, prominens clamabat: O felicem Chriſtianum! o beatam, quæ te genuit, inſulam! o nobiliſsimum atque omni laude dignum genus, vnde ortus es! Vtinam iſthic eſſem tecum, vt eadem paterer pro Chriſto. Hæc aliaque vociferabatur, martyrij coronam, vt arbitror, deſiderans. Carnifices autem Andreo in carcerem reducto multis pretioſa membra flagellis loriſque fœde dilacerata vngunt vnguentis, cibum quoque atque potum ad fulciendam in corpore animam de medicorum conſilia, quorum multi ac peritiſsimi aderant, obtulerunt, ac aquam, in qua non parum defæcati auri pondus bullierat, conducunt ad bibendum: id faciebant, quo longiore vita eius aliquid ad negationem crucis offerret, ſimul & oſtenderent quanti vitam facerent eius; forte etiam quoniam cum Chriſtianis enutriti ſunt, & nonnulli eorum Chriſtiani fuerint, nec ignorabant quomodo martyres Chriſti olim die cruciabantur, & nocte conualeſcebant: quod timentes ne id diuinitus eueniret, medicamentis ſuis occultare veritatem ſtudebant.*

Iterum tortus.

22 *Vigeſima prima eiuſdem menſis die rurſus producitur, denudatuſque ferreis vngulis tergora, quæ pridie eius diei fuerant flagellata, dilacerantur: nec quidquam aliud fecit dixitque miles Chriſti, quamquam prius contremuit in principio, manuſque ad ſe adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in iiſdem veſtigijs tenuit, magnaque voce clamauit: Virgo Maria iuua me. Sic Trapezuntius etiam eadem, quæ pridie vociferabatur e turri, iterum atque iterum repetebat. Adueniente nocte vnguentis illinitur ſimiliter & medicamentis, atque aquis, in quibus magna virtus auri fuerat infuſa, ſuſtentatur, quaſi charam crucis hoſtes ſalutem eius haberent, magnam iis rebus ineſſe virtutem prædicantes, Spiritus ſancti gratiam in medicorum peritiam cibique ac potus commoditatem deriuantes. Illuceſcente namque die ſanus omnino martyr Chriſti apparuit, quæ res medicamentis fieri non poteſt, quæ cum naturaliter agerent longiore indigent tempore, frequentatioeque conueniente, ne digeſta in dubium aliquid conferant, quod tamen minime facere poſſunt, ſi denuo corpus, ac ſæpius exagitetur, ſiue etiam atrocius crucietur: quæ virtus opem afferre poteſt præter diuinam? profecto nulla.*

Diuinitus percuratus.

23 *Vigeſima ſecunda eiuſdem menſis die producitur ſimiliter poſt meridiem, ac manus & pedes ſic torquentur, vt ne digitorum quidem articuli, nec cubitus, nec genua in locis ſuis remanerent, ſed e locis ſuis omnia ſalirent, qui dolor maximus omnium eſt. Cætera ſimiliter geſta dictaque non ab ipſo ſolum, qui tamen nihil aliud dixit niſi: Virgo Maria iuua me; in principio dolorum, idque ſemel clamabat, verum etiam a Trapezuntio illo, qui martyrium ſic expetebat, vt multis etiam Mahumetiſtis audientibus ſæpius repeteret: quæ dicta ſuperius ſunt: medicorum quoque diligentia adhibita ſimiliter, immo etiam maior fuiſſe dicitur. Vigeſima tertia die incolumis ſanuſque non medicorum arte, ſed illius primi martyris, & domini omnium Ieſu Chriſti productus Andreas nouo genere cruciatus vexatur, humeros carnibus per gladios denudant, ſtudentes ſe oper ne celerior mors ipſum inuaderet. Sperabant enim, ſi non acerbitate ac magnitudine dolorum, attamen diuturnitate ſe victuros; ſed deriſi tandem iacuerunt. Declinato die reducitur ſicuti ſuperioribus diebus, medicamentis quoque non aliter, quam prius adhibitis.*

Diſſolutæ illi omnes membrorum compaſſuræ.

Conſciſſi gladijs illius humeri.

24 *Die vigeſimaquarta eiuſdem menſis eodem modo fiunt omnia, eodemque in loco, quo in die clunes carnibus nouaculis ſpoliantur non ſubito, ſed cum mora, vt doloris acerbitas magis ſentiretur. Cætera omnia ſimiliter acta, vt in ſuperioribus diebus, dictaque: eodem modo etiam a Trapezuntio martyre animo atque voluntate, qui illis diebus, quibus Andreas patiebatur, ſimiliter e turri clamitabat. Die vigeſimaquinta partes pedum, quæ inter genua cluneſque ſunt carnibus ſimiliter denudantur, cætera eodem modo dicta geſtaque fuerunt. Vigeſima ſexta die ſuræ, id eſt, carnoſæ partes pedum, quæ ſunt inter genua, & poplites ſimiliter carnibus denudantur, cæteraque facta, dicta, procurata ſimiliter fuerunt. Vigeſima ſeptima die femur, quæque circa ipſam ſunt corporis partes excoriantur. Vigeſima octaua die totum corpus a capite ad pedes verberibus cæditur, vt doloribus renouatis tandem moueretur: maxilla quoque vna vno ictu denudata carne fuit, quam Chriſtiani rapientes ſeruarunt, fuitque in monaſterio B. Franciſci inuſitato fragrans odore atque mirabili.*

Clunes iterum nouaculis abraſæ.

Maxilla illi auulſa miro odore fragrat.

25 *Vigeſimanona eiuſdem menſis die anno primo pontificatus Papæ Pauli II. vltimo producitur Andreas de Chio martyr Chriſti præcipuus in locum ſolitum ad orientalem vrbis partem prope mare, ſanus, viuax, vultu læto, decora facie. Mahumetiſtæ his rebus moti medicamentorum virtute ſic factum aſſerebant, & ingratitudinem illius accuſantes. Non vides, clamabant, Andrea? tuæ vitæ cura nobis habita eſt, noſtro ſtudio immo Regis ipſius incolumis es, & virtute medicamentorum, & Mahumeti gratia, qui te vult deliramenta Chriſtianorum de cruce, ac paſſione Ieſu deſpicere: quæ beneficia quoniam ingratus non ſentis morte morieris. Non eſt mors ſic mors, ait, ſed vita, quare nolite putare me verbis veſtris terreri poſſe, nec medicamenta profuerunt, quippe quæ vel in minimis vulneribus vix poſt multos dies aliquid afferre poſſunt: me autem crux domini noſtri Ieſu Chriſti, & virgo Maria ad hunc diem conſeruauit atque reſeruauit. His dictis ſecuri caput ſuppoſuit, & ad cœleſtia regna euolauit.* Subdit vt honorificentiſſime Chriſtianorum, & Mahometanorum centum millibus concurrentibus ad Galatam ſacræ illius reliquiæ in æde Deiparæ ſepulchro conditæ ſint, omniſque corruptionis immunes permanſerint. At a glorioſiſſimo martyre ad impium hæreticum Regem ſermonem conuertamus.

Mahometanorum deliria.

Securi tandem caſus.

Eius reliquiæ corruptionis expertes.

D d Hoc

Digitized by Google

Rex Bohoemiæ fidei controuerſiarum iudicem agit. *a Cont. hiſt. Huſſ. l. 12. Acta diſp. cum Rochyzan. ext. apud Caniſ. to. 3 pag. 466.* Conſidere ad dexteram ſu hoc hæreſiarcham.

26 Huc anno Georgius *Podiebratius* Rex Bohemiæ, qui ad Pontificem controuerſias fidei inter catholicos & hæreticos referre debuiſſet, de ijs cognoſcere a auſus eſt, annitente Rokyzana allicere ad Huſſiticam ſectam vniuerſos catholicos communionis vtriuſque ſpeciei, & vniformis ritus Bohemici aſſimulata cauſa. Initi ſunt itaque Pragæ Rege Georgio Podiebratio hæretico præſide ſolemnes catholicorum & Huſſitarum congreſſus, in quibus ex vtraque parte viri quadragintaquinque delecti, qui de controuerſijs fidei inter ſeſe conſilia agitarent. Tenuit hæretici Regis dexteram in ſublimiore loco hæreſiarcha Rochizana, qui ſe archiepiſcopum Pragenſem deſignatum eſſe contendebat, ac primum calumnijs catholicos, vſum calicis non porrigentes laicis, onerare, & Regem impium demulcere blanditijs cœpit: cui re ponſurus Hilarius Pragenſis eccleſiæ decanus, repetito ſuſceptæ a Bohemis fidei exordio edocuit, vt Bohemiæ Morauiæque illata eſſet euangelij lux a SS. Cyrillo & Methodio, ac Romanæ eccleſiæ imperio Pragenſis eccleſia obnoxia fuerit, atque a Ioanne Pontifice Dithmarus Saxo epiſcopus præfectus fuerit, iuſſuſque non Græcum, ſed Romanum ritum inducere: extulerit ſe dein Bohemia ad ſummum ſplendorem, ita vt Reges omnes Romanæ eccleſiæ legibus vixerint; demum Carolus Imperator archiepiſcopatum, & academiam Pragæ excitandam curauerit; Vvenceslai vero tempore Vvicleffi hæreſis Bohemis afflari cœperit, ad quam excindendam congregatis regni ordinum, & doctorum conuentibus, orthodoxa fides, quam colit Romana eccleſia, ſuo ſplendori aſſerta ſit, damnatis quadraginta quinque Vvicleffi articulis; nonnulli tamen clerici diſſenſerint, querentes ſe iniuſte cenſura notatos, neque alium iudicem, quam ſcripturam ſacram, quam in contrarios ſenſus pro libidine detorquebant, in fidei controuerſijs admittendam; cum tamen deuteronomij capite decimoſeptimo imperet Deus, vt ſi de lege diſcrepent ſententiæ, controuerſia ad ſummum ſacerdotium referatur, eiuſque decreta ſeruentur; tum addidit.

Oſtenſum illi ſuſceptiſſe olim a Rom. eccl. Bohoemos euang.

Archiepiſcopatū ſedem & academiā Pragenſem ab eadem inſtitutas. Per hęreticos inuecta omnia mala.

Demonſtrata eccleſiæ Rom. authoritas.

27 *Conſtat autem cuilibet fideli Romanam eccleſiam eſſe locum, quem elegit Dominus, vbi Eccleſiæ totius poſuit principatum, in qua ſummus ſacerdos, qui præeſt loco, eſt Papa, & Cardinales ſunt ſacerdotes leuitici generis, ad quos in materia fidei eſt recurrendum.*

Rochizana Vvicleffi impia dogmata tuetur. Refellit eius dicta decanus Pragen.

28 Plura dicentem Hilarium decanum *Pragenſem* Rokyzana interrupit, atque impia Vvicleffi dogmata in molliorem ſenſum torquere, tum articulum de decumis, quod ſint puræ eleemoſynæ defendere annisus eſt. Cuius hypocritæ dolos refregit decanus, ſi eſſent eleemoſynæ in iudicio exigi non poſſe, dominium pariter rerum ab eccleſiaſticis, ac religioſis, qui contrario voto ſe non deuinxerunt, obtineri poſſe, tum ſubiecit: *De rege vero, quod non poteſt eſſe Rex, ſi eſſet in peccato mortali, & illud expreſſe falſum eſt, quia cum homo neſciat ſi odio, vel amore dignus ſit, & nemo poteſt dicere: ego ſum ſine peccato iuxta canonicam Ioannis, nemo poteſt eſſe Rex: & ſicut dicit Vvicleff, quod vna vetula poteſt eſſe Rex vel Papa, quia melior eſſet, tunc illa vetula veniens poſſet dicere Regi, ſurge de tuo ſolio, quia ego ſum dignior te & tunc dominus Rex ſubridens reſpondit: putas quod ego ei ſtatim cederem.*

Omnem politicū ſtatū euerti a Vvicleffo demonſtrat.

29 *Hilarius vero continuans dicebat. In hoc totus error Vvicleff conſiſtit, quod officia ſecularia, & eccleſiaſtica conſiſtere poſſint in merito, & non in auctoritate. Vtinam omnes Pontifices eſſent paris meriti cum S. Petro; bonum eſſet, ſed non ſuccedunt ſibi in merito, ſed dumtaxat in officio, ſicut Rex noſter ſancto Vvenceslao, & epiſcopus Pragenſis S. Adalberto, & tamen illi ſunt ſancti, de iſtis eſt adhuc dubium. Deinde rediens ad propoſitum decanus dixit. Sereniſſime Rex, ſicut ſerenitas tua operauit circa materiam compactatorum eccleſia Pragenſis, ſicut dixi, ſemper fuit in obedientia Romana eccleſia, & quando iſta turbatio facta eſt in regno, tunc patres noſtri pulſi ſunt, vexati ſunt, quidam in puluerem redacti, & multa mala in iſto regno facta ſunt, & per quem illud fuit factum intelligit veſtra ſerenitas. Deinde Sigiſmundus Imperator miſertus terra fecit aliquos tractatus & vias, vt induceret pacem in terra, & ſacrum concilium conſenſit propter bonum pacis ad illam intentionem, quod per hoc homines inducantur ad priſtinam obedientiam, nec erat intentio concilij illud perpetuo tenere. Hoc dico ideo, quia ſic in curia Romana intelligitur & vbique, & dico quod compactata non ſunt facta propter nos, quia nunquam receſſimus ab obedientia, nec cum noſtris prælatis aliquid de his factum fuit.*

Tyrannis hæreticorum. Qua de cauſa & propter quos edita ſint cōpactata.

30 *Poſtero* die iterum Rokyzana vrſit Georgium Regem, vt catholicos ad communionem vtriuſque ſpeciei adigeret ex compactatis in contrarium ſenſum ab ipſo detortis. At ſubiecit Hilarius decanus, numquam ea conflata pro catholicis, neque a Ioanne Rochyzana, & ſectatoribus obſeruata demonſtrauit, atque ideo pactionum in Baſileenſi concilio confectarum fœdifragum, plurium hæreſeon reum, blaſphemiæ in Eccleſiam, anabaptiſmi, porrigendæ pueris Euchariſtiæ, innouatorumque rituum: in eiuſdem vero Euchariſtiæ controuerſijs de Vvicleffiſmi erroribus vehementiſſime ſuſpectum Rokyzanam conuicit: *Rex sereniſſime magiſter iſte cum dominis ſuæ partis multa loquitur pro obſeruatione compactatorum ſuorum, reſpondimus iamprîdem ſerenitati veſtræ, quod compactata pro nobis facta non ſunt, nec vnquam eccleſia Pragenſis aliquid deliquit contra eccleſiam Romanam, vt cum ea pacta faciat, & ibi ſatis materiam dilatauit; tamen vt intelligas, quod ipſe cum ſuis nunquam tenuit nec tenet, volo in forma loqui, aſſumendo aliquot puncta de compactatis, in quibus expreſſe non tenentur.*

Vrget Rochizana Georgiū vt catholicos ad vtramq; communionem adigat.

31 *Dicitur primo in compactatis. In primis recipimus vnitatem eccleſiaſticam. Vnitas eccleſiaſtica ſecundum doctrinam doctorum in capitulo 1. de apoſtatis, & in c. firmiter de hæreticis conſiſtit in tribus, ſcilicet in fide, in charitate, & in obedientia, & quia ex corruptione fidei fit hæreſis, ex corruptione obedientiæ fit ſchiſma, & ex corruptione charitatis fraternæ fit anathema, & excommunicatio. Si igitur dicis recepiſſe vnitatem eccleſiaſticam; ergo non fuiſti in ea: & ſic inducis hoc verbo ſuper Bohemos: quod prius fuiſſent extra vnitatem eccleſiaſticam, & ſic in excommunicatione, in hæreſi & in ſchiſmate. Ecce tua pulchra promiſſio honoris Bohemorum per compactata.*

Demonſtratum eos qui recepere compactata non fuiſſe antea catholicos.

32 *Item dicitur, eccleſiaſticam, quæro a te magiſter cum qua Eccleſia recepiſti vnitatem? non cum illa prædeſtinatorum, quia neſcis an omnes in concilio fuerint prædeſtinati, & tamen cum illis recepiſti, qui fuerunt viſibiles repræſentantes Eccleſiam.*

Digitized by Google

ſiam. Item etiam promiſiſti obedientiam ſacro concilio, & ſummo Pontifici, & prælatis veſtris, ſicut patet in litera domini Alſonis inſerta in compactatis, & tamen expreſſe prædicas contra illam in ſermonibus tuis, & tui ſacerdotes. Item compatres compellunt ad communionem, ſimiliter poſt communionem communicant paruulos. Item circa illud ſacramentum, & alia conantur auferre, & de facto faciunt, non permittentes adminiſtrationem Sacramentorum in eccleſia metropolitana Pragenſi contra omnem libertatem eccleſiæ noſtræ, cum tamen omnia iura dicant, quod omnis Chriſtianus habeat tres ſuperiores, ſiue vt dicam plebanos curatos: primo & ante omnia dominum noſtrum ſanctiſſimum, ſecundo dominum epiſcopum diœceſanum, tertio plebanum ſuum: a quolibet iſtorum poteſt homo Sacramenta recipere abſque alterius requiſitione. Item (quod plus horrendum eſt) rebaptizant eos, quos in eccleſia Pragenſi baptizamus, non credentes in eccleſia Pragenſi catholica eſſe ſacramenta. Et infra: *Item circa confirmationem ſunt quidam tui ſacerdotes ſicut Lupacz & alij, qui dicunt quod ſacerdos poteſt chriſmare in fronte, quod eſt expreſſe contra canonem quanto de conſuetudine, & ibi eſt lectus expreſſe ille canon. Item circa confeſſionem ſacram prohibent, vt prius dixi, ne aſcendant ad caſtrum ad confeſſionem, & pœnitentias: immo multi pro iniuncta pœnitentia ita dicant: Vade, & amplius noli peccare, & ad caſtrum ambulare. Item circa ſacramentum ordinis quia hcu, ſacerdotes eius inordinate ordinantur in Italia, aut alias vbi poſſunt furtiue, extra tempora, extra ætatem, extra licentiam ſuorum ſuperiorum, ſimoniace a ſimoniacis, a depoſitis, a ſuſpenſis, a degradatis, contra formam Eccleſiæ, & iuramenta ſua.* Et infra.

Prohibēt hæretici ſacramēta a catholicis adminiſtrari.

Rochizana Anabaptiſmi inſtaurator.

Rochizana ſuſpectus de hæreſi cōtendente panē remanere in Euchar.

33 *Circa ſacramentum Euchariſtiæ primo quia magiſter mihi, & nobis eſt multum ſuſpectus de remanentia panis, niſi fidem ſuam hic publice profitetur; & hoc ex eo, nam ipſe in audientia multarum in prætorio antiquæ ciuitatis, vbi etiam & nos fuimus, dicebat quod nulli doctores determinant an ibi remaneat panis, vel non: cui ſtatim reſtitit quidam ſacerdos Paulus plebanus ad S. Martinum Pragæ: & tamen oppoſitum expreſſe eſt poſitum in executarijs compactatorum, vbi dicit. Item quod in ſacramento Euchariſtiæ poſt verba conſecrationis ſub ſpeciebus panis, & vini eſt totus vere Chriſtus, & non remanet ibi ſubſtantia panis, & vini materialis: ſic teneant & prædicent, &c. Item eſt expreſſe contra Eccleſiæ determinationem cap. Firmiter credimus, &c.*

Princeps caput cō pactorū non ſeruat qui ſeruanda cōtendit. Diſſoluitur.

34 Arguit præterea Rochizanam alterius hæreſis, quod nimirum aduerſus concilia Baſileenſe & Conſtantienſe affirmaſſet communionem vtriuſque ſpeciei eſſe de neceſſitate ſalutis: *Eram*, inquit, *in ſermone ſuo vna vice, quando dicebat, quod ſicut fides eſt noſtra credere, quod Chriſtus natus eſt de Maria virgine, ita eſt fides noſtra, quod populus communis debet communicare ſub vtraque ſpecie; ſed quia nullus ſaluatur ſine fide incarnationis, ita nullus ſaluatur ſine communione vtriuſque ſpeciei, & tamen multi ſaluati ſunt ſine communione vtriuſque ſpeciei*: nonnullis interiectis ſubijcitur.

Rochizanæ hæreſis de neceſſitate calicis.

Peccat contra Concilium dū paruulis Euch. cōfert.

35 *Item communicando facit omnino contra compactata, nam expreſſe dicitur in compactatis. Communicabunt illi, qui talem vſum habent. Sed paruuli non vſum habent, ergo nec poteſt dici, cum ſemel vel bis recipiunt, quod habeant tam vſum, quia ſi non habent rationem, vſum habere non poſſunt, cum vſus & conſuetudo propriè ſumpta ſolum ſit circa ratione vtentes, quod non habent pueri. Item dicunt compactata: Qui habent, non dicit, habebunt, ſed qui habens de præſenti. Item inferius in compactatis dicitur: Communicabunt illas perſonas, quæ in annis diſcretionis conſtitutæ reuerenter poſtulauerint. Item quia non fuit de mente concilij, nec ſuorum legatorum, nam cum ſciuit concilium, quod cum communicerent paruulos Bohemi, ſtatim ſcripſit Imperatori concilium, mandando ſibi, quod communionem paruulorum ceſſare faciat in regno Bohemiæ, & nullo modo practicare permittat.*

36 *Item non faciunt ſecundum tenorem compactatorum, quia nunquam dicunt communicantibus, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer, & totus Chriſtus, ipſi vero oppoſitum dicunt eſſe ſub prima ſpecie medium ſacramentum, & prædicant quod ibi non eſt totum corpus. Item quia communionem ſub vna ſpecie in ſermonibus ſuis vocant ſacrilegam, & Manichæam: & ſic hæreticam, & ſacerdotes catholicos de medio ſacramenta vocant. Item ſacerdotes tui non orant horas canonicas iuxta rubricam diœceſis, ſed ſimpliciter ſurgentes lauant manus, & vadunt ad altare: interdum etiam campanator pulſat, & ſacerdos adhuc eſt in lecto. Item de imaginibus iam mundus ſcit & quomodo tenent, & quid fit de eis, & qualis iniuria irrogatur Deo in ſigno ſuo venerabili, ſicut actum eſt in ponte Pragenſi, & alibi. Item de aqua benedicta, quamuis habetis eam in porticibus eccleſiæ, tamen idem eſt vobis, ac ſi non eſſet benedicta; quia ego te audiui, magiſter, ſemper prædicantem, quod ſi te perfundas cum vecto nil tibi proficit; ſcio enim quod aqua eſt, ſed benedicta, & iuxta ſententiam S. Thomæ, & aliorum doctorum homo peccator recedendo a Deo per peccatum inferior fit omni creatura: ſi igitur veniam petit, & conſeritur per pœnitentiam aſpergendo ſe aqua benedicta, cinere, vel ſale, &c. vt ſe oſtendas humilem Deo, ſubijcit ſe etiam iſti minimæ creaturæ, in qua eſt nomen Domini inuocatum, ac ſi dicat. Hæc humilis creatura gutta aquæ, aut cineris pugillus purificata per nomen Domini dignior eſt me peccatore, & ego me illi propter nomen Domini inuocatum, & propter peccata mea ſubijcio. Ita fit diabolo, iuxta ſententiam Alberti, quod cum vilior effectus ſit omni creatura, & ita campana, herba, incenſum, candela benedicta fugant aereas poteſtates, vt qui ſummo Deo ſuperferri voluit, ſubdatur minimæ creaturæ.*

Non dicit integrū Chriſtum latere ſub qualibet ſpecie.

Horæ canonicæ ſpreʒ ab Huſſitis.

Imagines ſacræ ab eiſd. iriſæ.

Aqua luſtralis cōtempta a Rochiſ.

Cur ea ab eccleſ. inſtituta.

37 *Item miſſas legitis in vulgari contra illam executoriam compactatorum, & (quod plus eſt) extra tempus a iure conceſſum.* Et infra: *Similiter feria ſexta magnæ cantitis miſſam de ſancta cruce, vbi in illa die in miſſa confectio Euchariſtiæ eſſe non debet.* Et infra: *Et tu magiſter primus es, qui vnitatem eccleſiaſticam diuiſiſti, cum enim ſit vnus epiſcopatus, quia vna diœceſis Pragenſis, tu vſurpaſti pro te presbyteros tuæ partis, & feciſti conſiſtorium, & nominas te adminiſtratorem, & vteris ſigillo mortuo. Dic mihi, rogo, qua auctoritate adminiſtras, & illud officium exerces?*

Miſſa in vulgari celebrata

Monitus Rochiſ. vt eccleſiaſticam communionem amplectatur.

38 At Rochizana non condemnauit hæreſes, quæ ipſi obijcebantur, ſed ad inculcandam communionem vtriuſque ſpeciei contendit prolixo ſermone inquiens eam lege, euangelio, & praxi Chriſti fundatam eſſe, quæ ſunt propria ſacerdotum ſacram rem peragentium laicis accommodans: denique ingenti voce exclamauit, populum gratijs ex communione calicis, & ani-

Verſutus hæreſiarchæ ad obiectas hæreſes non reſpōdet.

Digitized by Google

Exclamat populũ gratijs per calicem aſſequendis orbaſi.

næ ſalute a catholicis ſacerdotibus ſpoliari. Hic fuit hypocritæ fucus, hæc illecebra, qua Georgium Regem & alios cepit: hac pietatis ſpecie tegebat impietatem Vvicleffiſticam, adeo vt numquam publice Vvicleffiſmum damnare voluerit, vt referunt acta.

Omnium hæreſeos licentiã inducit.

39 Recurrente die ſabbati inſtaurata eſt concertatio, pluraque aduerſum pontificiam auctoritatem Rokyzana effutijt, atque ex Origene contendit omnia per nouum & vetus teſtamentum ſoluenda & interpretanda, ac ſi quid controuerſum eſſet intellectui & interpretationi Spiritus ſancti committendum: quibus verbis fingendarum cuilibet pro libidine hæreſum exemplo Origenis, & fidei dogmata veluti indifferentia non curanda indicabat. Poſtremo priora ſophiſmata de communione vtriuſque ſpeciei repetijt, obiecitque Manichæos ritum communicandi ſub vna ſpecie inueniſſe. Contra vero decanus Pragenſis primum auctoritatem Romanæ eccleſiæ in controuerſijs fidei dirimendis gerendumque morem illius imperijs ex ſanctorum patrum ſententijs confirmauit: tum communionem laicorum ſub vna ſpecie præſignatam in euangelio, & Chriſti, & Apoſtolorum praxi fundatam, conciliorum, canonum, doctorumque ſententia, & vſu Eccleſiæ conſtabilitam.

Communio ſub vnica ſpecie panis non manca oſtenditur.

40 Excepit dein decani Pragenſis verba doctor Kzyzanouusky, ac poſt Romani Pontificis (ad quem in omnibus fidei controuerſijs confugiendum eſſet) auctoritatem ſacris oraculis comprobatam aduerſus Rokyzanam ex Matthæi euangelio cap. XVIII. hæc verba expendit: *Si non audierit te, dic Eccleſiæ.* *Ecce*, inquit, *remiſſus ad Eccleſiam. Dic Eccleſiæ; non primitiuæ, quia iam illa obdormiuit in Domino; non futuræ quia iam non dum eſt; non prædeſtinatorum, qui illa ſoli eſt Deo cognita, &, ſi nobis incognita, ad eam non poteſt eſſe recurſus; non Scripturæ, quia illam vnuſquiſque pro libitu ſuo trahit ad ſuum ſenſum, & ſicut magiſter legem vult habere iudicem, quia ſi biblia ponatur non loquetur, iudicet ſed aliquis ſecundum legem. Sed Eccleſiæ dic, id eſt, paſtoribus Eccleſiam regentibus.* Et infra: *Quo magiſter Rokyzana fugias, ad quam recurrendum eſt in fide, quæ declarare & definire in materia fidei, immo & euangelia hæc quatuor ipſa recepit, & ea veneranda nobis reliquit, ſicut dicit S. Auguſtinus contra epiſtola in Fauſtum: fundamenta euangelij non credo, niſi Eccleſia me commoueret, quod autem iſta ſint vera, & acceptanda, quoniam & alij euangelia ſcripſerunt,* ideſt ſcripſiſſe circumferebantur ab hæreticis. *ſicut Bartholomæus, Thomas, Thadæus, B. Petrus & cæteri, quod iſtis credendum eſt, & non alijs quis demonſtrabit, niſi eccleſia viſibilis Romana? quod iſta euangelia vera ſunt, & non mutata, vnde certitudo, vt cum, ſereniſſime Rex, erat quidam Laurentius Valla Florentiæ, qui dicebat B. Hieronymum male tranſtuliſſe de Hebraico, & Græco in Latinum biblia, & euangelia. Certitudo igitur noſtræ fidei, & Scripturæ ex eccleſia Romana eſt, ſicut B. Hieronymus in fide ad illam recurrebat.* Et infra.

Quæ ſit interpretatio oraculi Dic Eccleſiæ.

Eccleſiæ eſt definire quodnam ſit verum Euangelium & quis verus ſẽſus

41 *Cum hac magiſter Rokyzana non cum Græca recepiſti compactam vnitatem, & obedientiam ſeruare promiſiſti, & quandiu cum illa ſtetiſti in vnitate, regnum noſtrum Bohemiæ, & ritu communionis ſub vna ſpecie, pauciores fuerunt errores de venerabili Sacramento. Hæc enim potiſſima eſt cauſa communionis ſub vna ſpecie, propter periculum effuſionis ſanguinis Chriſti, & propter periculum erroris ne credatur tantum corpus ſub vna ſpecie, ſanguis tantum ſub altera ſpecie.*

Cur inducta communio ſub vna tantum ſpecie.

42 Nonnullis interiectis de cauſis diſſidij, ſubijcit doctor catholicus tria fuiſſe capita, quæ bella & excidium in Bohemiam inuexerint, quod nimirum ex doctrina Vvicleffi inter gratiam gratis datam, & gratum facientem non fieret diſtinctio ab hæreticis, affirmantibus digniorem morum probitatem digniorem eſſe dignitatis gradu, & omnem politicum, & hierarchicum ſtatum confundentibus. Secundum quod non diſtinguerent inter poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis: cumque iactarent ſe poteſtatem habere a Deo, neque illud probarent ex Scriptura, vt Ioannes, neque per miracula, vt Moſes, neque per inſtitutionem Eccleſiæ. Tertium quod non diſtinxerint inter ſignificationem in ſacrificio, & efficaciam Euchariſtiæ in ſacramento, cum de neceſſitate ſit, vt fiat ſacrificium ſub vtraque ſpecie, non ſit autem de neceſſitate ſub vtraque ſpecie, vt ſit ſacramentum.

Tres cauſæ excidij regni Bohoem.

43 Diſſoluit deinde Rokyzanæ ſophiſmata, Chriſtum ad Apoſtolos ſacerdotio initiatos, non ad laicos direxiſſe hæc verba: *Hoc facite, &c.* ſimiliter Paulum ad ſacerdotes non ad laicos ſcripſiſſe: *Ego enim accepi a Domino, &c.* Ad Ioannis vero auctoritatem: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem;* ex Petro e Tharantaſia ita reſpondit: *Bibere in ſacramento dupliciter contingit, aut re & ſigno expreſſo, aut re tantum: re tantum bibitur etiam ſanguis ſub ſpecie panis, cum veraciter ſub prima ſpecie contineatur ſanguis, qui eſt potus animæ, & non ſpecies illa; bibere vero re & ſigno expreſſo, & aptato ad ſignificationem eius, quod ſumitur de calice bibitur, de quo ſecundo modo intelligendus eſt Innocentius, & non de primo.* Et infra: *Quantum ad ſignificantiam, quæ eſt in ſacrificio de integritate vtraque ſpecies, quod ſub vtraque ſpecie non eſt ſacramentum neceſſitatis;* pluribus adiectis ſanctorum doctorum auctoritatibus ad Rokyzanæ ſophiſma de priuatione gratiarum ex communione calicis ita reſponſum eſt: *Species panis, & vini non efficiunt aliquid niſi virtute corporis Chriſti veri: ſi ergo non venit a ſacramento tantum, ergo a re & ſacramento omnes deſcendunt gratiæ; ſed ſub prima & ſecunda ſpecie eſt eadem res puta dominus Ieſus: ergo eadem gratia hic & ibi.* Ad obterendam eiuſdem hæreſiarchæ calumniam, catholicos cum Manichæis comparantis, diſparem rationem oſtendit: cum enim Manichæi Chriſtum vere crucifixum negarent ſanguinis ſpeciem ſuſtuliſſe, ſpeciem autem panis adeo contaminaſſe, vt indignum ſit de ea re proloqui.

Diſſoluta Rochizana ſophiſmata

Tantum valet cõmunio ſub vna ſpecie quantum ſub duabus.

Fœda Rochiaanæ in catholicos calumnia refellitur

44 Interiecto biduo Georgius Podiebratius doctores catholicos, & Rokyzanam exciuit, quem decanus Pragenſis ita eſt allocutus: *Ad diſputationem non ſumus vocati, ſed ad exceſſus iſtorum declarandos, ſeu exponendos, quod & fecimus. Item quia ad diſputationem, ſi fas eſſet nobis diſputare, nec eſt locus, nec iudex, nec auditores competentes. Item quia inclamant, ſubuertunt, derident in plateis, & cathedris ſuis. Sed ne ex parte noſtri poſſet aliquid deficere, ſi iſta non ſufficiunt, adhuc damus viam, de hac materia conſcribantur omnia dicta & facta noſtra fideliter, & ſigillentur annulo regio, mittanturque ad dominum noſtrum ſanctiſſimum, qui reportabit ſententiam ille victor ſit, &c.* Non his aures præbuit Rex Podiebratius, ſed garrulum Rokyzanam more impoſtoris impudentiſſimi triumphantem, quaſi victoriam retuliſſet, Pontifici

Georgius Rex nouas diſputationes ex ſuſcitare nititur.

Quid reſponſum a clero cath.

Hæreſiarchæ deliramenta ſententiæ eccleſiæ catholicæ præfert Rex hæreticus.

Digitized by Google

ſici & vniuerſæ Eccleſiæ infelicisſime prætulit, ſeque ac ſuos in maximas calamitates coniecit.

IESV CHRISTI

Annus 1466.

PAVLI PP. II. annus 2. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 27.

1 FLagrante ciuilibus bellis occidente, diſſolutaque ſacra expeditione, quæ Turcas ad contrahendas ampliores vires, faciendoſque maiores apparatus excitarat, Macedonia anno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo ſexsgeſimo ſexto indictione quartadecima a Mahometæ II. barbariea potentiæ mole protrita eſt; cuius cladem funeſtam paucis hiſce verbis complectitur Phrantzes a: *Impiorum Turcarum princeps Amyras in Albaniam irrumpens Scanterinum ipſius dominum afflixit, cepit, omnia vaſtauit, & condito oppido prope principem ſius vrbem Croiam nominatam, ad eum inde laceſſendum ſcilicet, Conſtantinopolim reuerſus eſt.* Scanterinum vocat Phrantzes, quem nos Scanderbegum, ipſius geſtorum ſcriptorem imitati, appellare conſueuimus, qui maximæ Albaniæ ſeu Macedoniæ parti imperabat, quemque Mahometes ſecundo rerum curſu ferociens, cum ſibi non vniuerſi occidentis vti veritus fuerat, ſed Hungarorum tantum Venetorum, Macedonumue bellum imminere cerneret, florentisſimum exercitum in Macedoniam primum effudit, vt illam primo impetu obrueret; potituſque facile votis Scanderbegi copias oppresſit, ac fortisſimum ducem, qui viginti annis propugnaculi inſtar Turcicorum exercituum irruptiones repreſſerat, exutum vniuerſa ditione eiecit. Quæ triſtis calamitas, cum nondum elapſo vigeſimo ſecundo menſe Pontificatus Pauli contigerit, vt ex literis pontificijs b conſtat, ad hunc annum referenda eſt: qua accepta Paulus Reges ac principes eſt adhortatus, vt quas a diuino Numine vires bellicas opeſque acceperant in hoſtem fidei Chriſtianæ inſultantem conuerterent: inſcriptæ ſunt apud Iacobum Papienſem, cuius opera in ijs exarandis Paulus vſus eſt Borgundo.

Ducta a Mahomete in Scanderbechum expeditio.
a Phrantz. l. 3. c. 28.

Albania oppreſſa illum in Italiam pellit.
b Extant apud Card. Papien. ep. 163.
Paulus principes hortatur vt arma in Turcas moueant

Philippi duci Burgundiæ.

2 Non ſunt noua, chariſſime fili, quæ nunciamus, nouis lacrymis ſunt proſequenda. Similia his annis pene ſingulis audiuimus, & fleuimus: raro a doloribus ceſſarunt corda fidelium; hæc tamen præſentia mala eo anxius ſunt audienda, quo iam ad viſcera Chriſtianorum propinquant. Non tacuerunt ea iamdudum Romani Pontifices gregi dominico prænuntiauerunt venientem procellam, clamauerunt & quaſi tuba exaltauerunt vocem ſuam. Nos quoque ab aſſumptione noſtra vſque in hunc diem ſine intermisſione clamauimus, nulli Regum, nulli principum, nulli potentatuum ad nos venerunt oratores, quibus venturas calamitates non monſtrauerimus, & quos ad ſubueniendum non ſimus hortati, quaſi plane diuinaremus, quod factum eſt, ſic ſubſecutam cladem ediximus: audiuit omnis populus paſtoris vocem, ſed non exaudiuit. Ecce nunc, fili chariſſime, Scanderbegus fortis Chriſti athleta, qui magnæ parti Albaniæ imperitans annos ſupra viginti pro fide noſtra pugnauit, magnis Turcorum oppreſſus copijs ſuperatus eſt prælio, dominatu omni exutus, & ad littora noſtra inermis nuduſque eſt impulſus. Albanenſes vero ipſi, quos ille in prælio commilitones habere ſolitus eſt, partim cæſi gladio ſunt, partim in miſeram ſeruitutem abducti: oppida, quæ ante hac pro nobis Turcorum ſuſtinuerunt impetus, in ditionem eorum venerunt. Vicinæ gentes, quæ Hadriaticum mare attingunt, propinquo metu exterritæ tremunt, vbique pauor, vbique luctus, vbique mors, & captiuitas ante oculos ſunt: audire miſerum eſt quanta omnium rerum ſit conturbatio, lachrymabile inſpicere nauigia fugientium ad Italos portus appellere, familias quoque egentes, & nudas pulſas ſedibus ſuis pasſim ſedere per littora, manuſque in cælum tendentes lamentationibus cuncta implere. Circumdant eos mala quorum non eſt numerus, ipſe vero Turcorum dux victor, ſuperbus, immanis maioribus, quam antea, munitus copijs ad vendicanda proxima quæque præcipitat. His ſi potiatur, non ſolum ademiſſe ſe Italis omnem pene parandarum claſſium facultatem intelligit, ſed (quod dolentius eſt) paraſſe ſibi maris imperium, ſi (quod Deo non placeat) funeſtum hoc propoſitum teneat, quis non intelligit ad peruagandas terras, & maria, & ad commiſcenda omnia cædibus atque incendijs ſummam illi poteſtatem futuram?

Signification ijs Scanderbechum a Mahomete pulſum.

Eius ditionem occupatã.

Plures familias in Italiã profugiſſe.

3 Experimentis publicis, & ſignificationibus priuatis compertum habemus illum eſſe natura immanem, immiſericordem, ſanguinarium, auidum, ſuperquam dici posſit, non ſolum propagandi imperij, ſed delendæ pasſim ex terra religionis Chriſtianæ, hæc naturæ vitia mala ætas adhuc recens inflammat: eſt illi pro otio defatigatio, & pro quiete animi aliena calamitas. Hoc vero amplius habendus in metu eſt, quam maiores ſui, quod illi victis aliquando, & ſeſe dedentibus non quidem religionis, ſed naturæ vinculo pepercerunt: hic omni barbarie ſæuior nulli omnino, etiam fide pacta, ignoſcit: ſic Imperator Græcorum, ſic Raſciani principes, ſic Rex Boſnæ cum patruo ſuo ſub eius gladio miſere ceciderunt: Chriſtianorum negligentia poteſtatem ei, & ſpiritum auxit: fecerunt ante hac ſancti paſtores, qui nos præceſſerunt, quod eorum tulit facultas, ſed ſoli ad tantam rem non ſuffecerunt, ſperantes exemplum ſuum cæteros ſecuturos, impenderunt Deo, quod habuerunt.

Ad Chriſtianam religioné delendã anhelare Mahometem.

Auctum animis ob Chriſtianorũ negligentiã

Nos quoque ad pontificatum hunc noſtrum, quem non vltra quam vigeſimum ſecundum menſem tenemus, egeni omnium venientes, quod vndique potuimus contrahere ad hoc ipſum larga manu contulimus: aureorum millia centum anno proximo ad Hungaros miſimus: præſenti quoque multis millibus eos adiuuimus. Huic ipſi Scandarbego, quem dicimus non defuerunt continuo ſuffragia noſtra: ab alijs quoque, qui eguerunt, non eſt Pauli manus ſubtracta. Sed, quia ſola hæc ſedes? aut quid nos in hac nouitate præſulatus tot in locis contra potentisſimum hoſtem potuimus aut posſumus? Maioribus præſidijs ad eum cohibendum eſt opus: Veneti biennium continuum aduerſus eum bellantes exhauſti iam ſunt, & aliena expectant auxilia: Hungarorum non eſt conditio melior, quos & arma asſidue, & noui quotidie metus concutiunt: non deficiemus nos animo quandiu viuere patietur Deus: per ſingulos dies impendemus, quod noſtrarum virium erit, & noſtri officij ſedulo erimus memores, ſed ſi maior vis ingruat,

Trãſmiſſa a Paulo ad Mathiam & Scanderbechum auxilia non ſufficere.

Vngaros Venetoſque exhauſtos.

& ſi

Digitized by Google

& ſi hoſt[illegible] furor fidele ſtudium noſtrum euincas, quæ i[illegible]de ſuccedent iudicabit Deus, cui debeant imputari.

4 Nos interim, ſicut hactenus fecit Eccleſia, exaltabimus in fortitudine vocem noſtram, euangelizamus verbum ſalutis principibus, & populo Dei, exaltabimus vocem, & non timebimus. Et nunc in tam lachrymabili rerum ſtatu conuertimur ad te, amabilis Deo princeps, & tecum non noſtra ſed Chriſti voce alloquimur, Chriſtianus es, & Chriſtiana imbutus religione: hanc tenuiſti a paruo, & hanc natu grandis nunc tenes, moriendumque tibi in ea non dubitas, Vide, quæſumus, quæ ſunt principis Chriſtiani vera officia in hoc caſu, aut quid a te nunc omnipotens Deus pro fidelibus ſuis requirat, non auribus corporis, ſed intra ſecretum tuæ conſcientiæ nos audi. Dedit tibi principatum, & principis nomen: adiecit potentiam, & quæ circa te vides: ſcimus quod aliunde credis illa non eſſe, omnis enim poteſtas a domino Deo: idcirco autem hæc tibi ſunt attributa, vt ſi quando impugnaretur fides ſua, & ſi quando periclitaretur populus eius, pugnares pro eo, nec ſineres labefactari opus miſericordiæ ſuæ; ſumeres autem arma & ſcutum, & in occurſum contenderes, atque hoc fideli miniſterio pro donis ſuis, ac datis gratias ageres. Cum vero, fili chariſſime, non fiunt hæc, & debitum noſtrum illi non ſoluimus, quid diuinam eius ſententiam de noſtris operibus ſentire putamus? ingratos procul dubio iudicat nos, & nec immemores ſolum beneficiorum eius, ſed indignos quoque qui teneamus, quæ dedit.

Monita Philippo duci Burgundiæ data.

5 Innumeræ aliquando nos circumdant anguſtiæ, & malis multis affligimur: patimur quæ nollemus, & admiramur vnde illa adueniant. Adueniunt, fili, quod offendimus Deum, quod terrenis immerſi oculos non eleuamus ad cælum, nec benedicimus nomini ſuo ſancto, nec ad miſeros Chriſtianos, qui tutelæ noſtræ crediti ſunt, nos ipſos conuertimus. Vt ergo bene ſit nobis, & proſperentur in ſalutari ſuo dies noſtri, excitemus mentes a ſomno, in quo diu ſepulti oues fideles dilacerandas lupis dimiſimus. Iam tandem reddamus Domino ſacrificium omnium ſalutare, omniumque neceſſarium, debitum autem tibi, qui ad cuſtodiam in alto es poſitus, Ad hoc vero, ſi minus noſtrum officium, & Chriſtianas nos charitas cogit, cogant ſaltem pericula noſtra, & cura eorum, quæ in hoc ſæculo ſunt nobis chariſſima. Flamma hæc, niſi ocyus reſtinguatur, comprehenſura eſt latius quam opinemur; nemo ſibi ſecuritatem promittat, nemo interualla locorum, alpes, & maria ſuæ defenſioni proponat. Quondam hi Reges, & populi, qui oppreſſi iam ſunt, hæc ſibi proponentes comprehenſi ſunt in conſilijs, quæ cogitauerunt, cum dixerunt iuxta verbum Apoſtoli pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperuenit interitus: ſicut dolor in vtero habentes: *Beatus homo*, inquit ſcriptura, *qui ſemper eſt pauidus: qui vero mentis eſt duræ, corruet in malum*; mater autem negligentiæ ſecuritas eſt: nemo regno ſuo, & viribus ſuis confidat: non cogitet aduerſus ſolos Turcos, quæ imbellis gens dicitur, pugnam ſibi futuram.

Vt creuerit Turcarum potentia dũ ſpernitur

Olim, prinſquam tranſirent in Græciam, cum ſolis Aſianis erat certamen. Europæ nunc magna parte ſubacta, cum Aſianis, & Europæis ad littora vſque progreſſi ſunt Italiæ, & ereptis Chriſtianis; his pugnantibus Chriſtianos nos vrgent: bellandum nunc Italis eſt non tam cum Turcis, quam cum noſtris militibus. *Et infra*.

6 Quod vero his omnibus tremendum eſt, magis terret etiam Deus ipſe; ipſe inquam Deus, ne malis noſtris iratus, & cor Chriſtianorum impœnitens noſcens auertat ab eis oculos ſuos; & agitari his calamitoſis flagellis permittat. Proinde, fili chariſſime, vocante te vicario Dei, excita potentiam tuam & veni: accurre auxilijs ad extinguendum commune incendium, & ad conſeruandas animas, quæ renatæ in Chriſto ſunt, & propter quas deſcendens ille de excelſo ſancto ſuo incarnatus eſt, paſſus, & mortuus; ad parandam denique ſecuritatem tibi, & tuis. Si gloriam ſæculi quæris, nullibi eſſe maior poteſt: ſi meritum clari facinoris, nullibi Deo acceptius: ſi redemptionem etiam pro peccatis, præſentiorem aliunde non eſt comparare. Legem non imponimus tibi, non militem certum, non diffinitam pecuniam, ad præſcriptum conſcientiæ tuæ iſta requirimus. Sapiens es, & Chriſtianus, & quid hæc poſtulet neceſſitas prudenter intelligis. Non conſultores ſæculi, ſed Deum & conſcientiam adhibe in conſilium tuum: his ſuaſoribus, quod vtile ſit, nihil quod non conueniat dignitati efficies. Si miſſurus es copias tutis itineribus ad locum belli peruenient, & cum honore inter noſtros pugnabunt, Sin ſtipendium collaturus nec nos nec quiſquam alius a te illud requiret; miniſtri tui ex iudicio tuo, ſicut neceſſarium viderint illud impendent, dummodo paretur ſalus, per quem paretur, cura non eſt. Inclina, fili, aurem tuam in vocem patris, & verba eius exaudi: puta quæ locutus eſt, tibi dicta a Deo eſſe. Quando hæc fieri per te vult Deus, quod negabis vicario Chriſti negabitur Chriſto; & quod illi ad opem fidelium offers, offeretur & Chriſto; ſubita ſint atque in tempore auxilia tua: dilationibus noſtris creſcit continuo hoſtis; & nos minuimur, morientium gemitus, & eiectorum lachrymæ, & diſperſorum contritio, & ſanguis qui effunditur, & Dominus Deus tuus tibi ante oculos ſit.]

Propoſita argumenta vt Philipp. Orienti ſuccurrat

7 Conatum Pontificem hoc anno Italos mutuo armorum fœdere aduerſus Turcas iungere, deque ea re ad Borſium Atteſtinum ſcripſiſſe, teſtatur Ioannes Baptiſta Pigna [a], ſed Florentinorum factione eas curas in proximum annum extractas. Addit idem auctor cognouiſſe principem ipſum Ateſtinum ex pontificijs literis hoc anno ad Cardinalium ſenatum relatum fuiſſe de Dyrrachio, Croia, atque Epiro a barbaris ſubactis, atque in ſeruitutem abductis quinquaginta millibus Chriſtianis, deque auxilijs in Dalmatiam mittendis ad Turcarum impetus coercendos. Verum Dyrrachium & Croia nondum capta erant, ſed in diſcrimen adducta, vt conſtat ex Marino Barletio [b], ait enim Croiam anno ſuperiori obſeſſam, verum liberatam. atque hoc anno Mahometem nouam in Macedoniam expeditionem duxiſſe vere ineunte, ac Dyrrachium impetu capere tentaſſe: ſed cum Veneti & Scanderbegus eam munijſſent, propulſatum ad Croiam caſtra defixiſſe, ſat die noctuque infeſtatum, furorem atque impetum ſuum in debiliora loca conuertiſſe, Chiurilum diruiſſe; tum alia adortum oppida, repulſum Conſtantinopolim repetijſſe bellicis

Solicitati Itali vt fœdus coeant in Mahometem.

a Pigna lib. 8.

Albanorum quinquaginta millia in ſeruitutẽ abducta.

b Marian. Barl. l. 13.

Digitized by Google

licis vero laboribus attritum Scanderbegum, cum Valmorum vrbem, quam Mahometes condiderat expugnare meditaretur, morbum contraxiſſe, ex quo diu decumbebat, Abamates Turcarum præfectus cum XV. millibus equitum irrupiſſe ad Scodrenſem agrum euaſtandum: ad quem propulſandum Scanderbegi imperio Chriſtianum exercitum ſigna extuliſſe, ſuique terrore hoſtem diſpuliſſe; tum ſubdit Marinus Barletus a de Scanderbegi pia morte: *Scanderbegus eadem nocte, qua Turcicus & barbarus exercitus aufugit, poſt ſacram confeſſionis pœnitentiam, cæteraque eccleſiaſtica Sacramenta, quæ decet veneratione, percepta, continuo ſe animamque ſuam Deo maximo tradens XVI. kal. februarias anno Domini MCCCCLXVI.* ſcilicet ab incarnato Verbo, *extremum diem ſuum obijt. Fertur igitur Scanderbegus tres & LX. annos natus XXIV. ſui imperij anno e vita migraſſe. Auguratus eſt autem Scanderbegus prima auſpicia imperij ſui IV. kal. decembris anno eiuſdem Domini CCCCXIIII. quem Lecbas Duchaginus regulus Epirota, cum mortuum conclamari audiſſet, in publicum ſe proripuit, mæſtoque vultu, & voce confuſa barbam ſibi euellens, & capillos. Concurrite concurrite, inquit, reguli omnes, & principes Albani hodie clauſtra Epiri, & Macedoniæ perfracta ſunt, hodie robur omne, & vires noſtræ defecerunt, hodie ſedes & imperia noſtra collapſa ſunt, hodie omnis ſpes noſtra cum hoc homine penitus extincta eſt. In eius quoque obitu equus, in quo ipſe equitabat cum pugnaturus eſſet, ferus, tabidus, & indomitus factus eſt, ita vt nullum amplius dorſo ſuo perpeti vellet, qui paulo poſt extinctus eſt. Sepultus autem eſt Scanderbegus in vrbe Lyſſi in eccleſia maiore D. Nicolai.* Principatus partem illius ex ſorore nepos Turcica ſuperſtitione infectus rapuit b, partem Veneti ſuæ ditioni adiecerunt. Croia pariter, ad cuius eruptiones coercendas Mahometes arcem proximam condiderat, barbaricum iugum ſubijt: mox in Dalmatiam circumiectaſque maris Ionij inſulas penetratum, de quibus Borſium Ateſtinum a Ferdinando Rege Neapolitano certiorem fuiſſe factum narrat Ioannes Baptiſta Pigna c.

a Id. ib.
Scanderbechi pia mors.
Deploratus ab Albanis.
b Pranu. l. 3. c. 29.
Conſequuta Scanderbechi mors.
c Io. Bapt. Pigna l. 8.
d Simonet. lib. 31. Corius. Plat. in vit. Paul. II. Auguſt. Iuſtin. l. 5. Bizar. hiſt. Genuen. l. 15. Folie. l. 11. Pign. l. 8. Naucl. vol. 2. gen. 49. & aly.
Franciſ. Sfortiæ ducis Medio. mors.
Reſpuerat eccleſiaſtici exercitus contra Turcas imperiũ.
Repentina & miſera extinctus morte.
Blanca paulo poſt ſublata.
e Extant pont. lit. apud Aen. Sylu. epiſt. n. 393.
f Naucl. vbi ſup. et aly.
g Aug. Iuſt. l. 5. & aly.

8 Interijt hoc anno, acuto afflictatus morbo, Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, qui, bellica virtute humana, atque prudentia præditus, Mediolanenſem ducatum, Liguriam, Corſicamque ſibi, ac poſteris pepererat, cuius eximias laudes pleriique hiſtorici, interque alios Simoneta d ornatiſſime celebrarunt: obijci id vnum poteſt ipſum Pij II. preces de eccleſiaſtici exercitus aduerſus Turcas capeſſendo imperio reſpuiſſe, ſpreuiſſeque ingenti ſuo damno monita de conſecranda Chriſto vita, quæ breui peritura eſſet, neque ad irritum cecidere hæc Pij II. verba: *Si virum tuum*, Blancam duciſſam Mediolanenſem alloquitur e, *tu prouinciam ſibi decretam iuſſeris ire, aut ire volentem non impedieris, & illi & tibi optime conſules, ambo poſt hanc vitam cum Chriſto regnabitis: alioquin & illi & tibi timemus*; quæ verba tot oracula fuiſſe putes, nam cum Franciſcus irretitus voluptatibus, quibus ipſum fœdaſſe extremos vitæ ſuæ annos tradunt f, ſacrum pro Chriſto bellum gerere detrectaſſet, repentino adeo morbo eſt oppreſſus, vt Simoneta eius Encomiaſtes taceat ipſum ſacramentis eccleſiaſticis rite procuratum fuiſſe. Blancha etiam haud ita multo poſt, cum abijſſet Cremonam ob filij ingratos mores, adeo ſubita morte extincta eſt, vt veneno eam peremptam pleriique crediderint g. [illegible]

a Platin. in vit. Pauli II.
Mediolanẽſis principatus Pauli diligentia pacatus.
b Philelph. lib. 2. ep. ad Paul. II.
Philelphi de Paulo II elogium.

9 Succeſſit Franciſco Sfortiæ in illius principatu florentiſſimo Ioannes Galeatius filius. Quamuis autem magnum diſcrimen alicuius popularis motus, abſente præcipue in Gallijs Galeatio, impenderet, mira tamen quies ſecuta eſt: quod tribuere videtur Platina a Pontificis Pauli II. diligentiæ, ac ſolertiæ; tradit namque ipſum accepto de Franciſci Sfortiæ obitu nuntio, mox coacto Cardinalium ſenatu, communi conſenſu decreuiſſe cum hortatiuis literis ad principes Italiæ oratores, ne quid nouarent, ne ex Italicis diſſenſionibus Turca ad obruendam ſuæ potentiæ mole Italiam conſurgeret: miſiſſe etiam Pontificem ipſum Mediolanum epiſcopum Conchenſem, qui proceres illos, ac populum ad colendam pacem impelleret, ob quam egregie nauatam operam Paulus ita a Philelpho b commendatur: *Prouidens*, inquit, *caſus futuros omnes, tempeſtiue ſemper impendentibus procellis accinctus occurrit, ne qua tempeſtatis vis ingruens pacatam concitet, ac turbet Italiam, quod cum vſque antea facere conſueuiſti, tum maxime hoc tempore, quod propter repentinum obitum excellentiſſimi principis Franciſci Sfortiæ opportune oblatum eſſe animaduerteres ad extremum Italiæ naufragium; nec enim vlli bellorum fluctus in Mediolanenſium atque Genuenſium principes potuiſſent inſurgere, quin non Italiæ modo, ſed alij permulti potentatus Regeſque Europæ in arma æſtuarent: quare tu, qui omnia agis aſſidue pro acerrimo animo, conſilio, conſtantique magnitudine, obuiam factus turbulentiſſimis ventorum flatibus, omnem bellandi turbinem atque impetum ſola tua auctoritate repreſſiſti, ac ſedaſti. Quis enim fuiſſet adeo temerarius, adeo mentis atque ſenſus inops, qui vellet otium Italicum perturbare, intelligens te talem tantumque Pontificem illi futurum hoſtem, qui id facinoris eſſet adortus? &c. Anno a natali Chriſtiano MCCCCLXVI.*

c Simonet. lib. 31.
Galeatius ſimulato cultu in Inſubriam redit.
d Id. ibid.

Porro Galeatius c, qui in Galliam Lugdunenſem, vt Bonam Sabaudam Reginæ ſororem ſibi matrimonio coniungeret, auxiliareſque copias equeſtres Regi Ludouico adduceret, patrio iuſſu erat profectus, re cognita cum paucis cultu diſſimulato reuerſus eſt, euaſitque feliciter inſidias, quas ei Sabaudæ regiæ procuratores (quippe Amedeus dux epilepſia laborans rerum adminiſtrationem abiecerat) compararant, rati, intercepto Galeatio, facile Sabaudum principatum ſe amplificaturos. Exceptus autem Mediolani eſt ingenti alacritate a ciuibus, ac deinde ab oratoribus Italorum principum ſalutatus; cui officio ſoli tum Veneti defuere: *Quæ res*, inquit Simoneta d, *non paruam Galeatio reliquiſque Italiæ potentatibus nouandarum rerum ſuſpicionem iniecerunt.* Quibus verbis auctor hiſtoriæ ſuæ, ab anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quarto ad hunc vſque perductæ, finem impoſuit.

Principatum flagitio auſpicatus.
e Bizar. l. 14. hiſt. Genuen.
f Papien. ep. n. 173. 174.
Iniurias Pontifici & Cardinalibus pro gratia reponit.

10 Correpto autem principatu Ioannes Galeatius diſpares admodum paternis mores induit e, ſuperbos nimirum, & tyrannicos, vt clientes a ſe abalienare cœperit: præterea ab eccleſiaſticis varijs artibus aurum ingens corraſerit per ſpeciem mutui; re vera nunquam diſſoluendi, nec in illo exigendo Cardinalium pepercit dignitati, eorum enim, qui cenſus eccleſiaſticos in ſua ditione obtinebant, procuratores, ſpretis etiam querelis pontificijs (qua de re extant apud Iacobum Papienſem Pauli literæ f) nouis vectigalibus onerauit: & hæc ab ipſo Pontifice, & Cardinalibus pro aſſerendi illi principatus

tus

Digitized by Google

tua impenſa ſolicitudine relata gratia. Exinde Iacobus Cardinalis, de quo paulo ante memoraui, idemque epiſcopus Papienſis, qui imperatam a Galeatio auri portionem pendere recuſarat, neque illius ſoluendi onus in plebem conijci erat paſſus, ſacerdotiorum obuentionibus ſpoliatus eſt, quam iacturam æquo animo tulit, vt ex eius ad Cardinalem Beſſarionem datis literis a conſtat, e quibus grauiores haſce ſententias afferendas duxi.

Card. Papienſis ab eo vectigalibus ſpoliatus.
a Ib. ep. 193.

11 *Cui, oro, non optabilior ſit ærumnoſa hæc vita, quam conſequitur benedictio Dei, quam quæ inanem habens per læta ſæculi, quaſi per amœna prata, ad interitum ducit? aut quis non ſibi malit miſeras ſanctorum perſecutiones, quam perſequentium infortunatam felicitatem? nota eſt de diuite purpurato, cuius dies dati felicibus ſunt, & paupere Lazaro Saluatoris Christi tremenda parabola. Malim ego illum me eſſe, qui poſt triſtem vitam, atque inopem ſinum Abrahæ eſt conſecutus, quam eum, quem poſt florentem & diuitem horrendæ tenebræ acceperunt, vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat: ac licet inexploratum habeam pietatis, an odij fuerit tribulatio hæc; ego tamen, qui miſerationes Domini ſcio ſuper omnia opera eius eſſe, in mitiorem partem libens interpretor, propheticum illud ſedulo habens in ore: virga tua & baculus ipſa me conſolata ſunt.*

Paupertate ſua cõtentus graues æumnas ſeſert.

12 Eo prorupit Galeatij iniquitas, vt Papienſe in vicarium carcere ob non contributum aurum damnaret, eccleſiæ bona ſub haſta diſtraheret, compleret armatis cœnobia, quibus præerat idem Iacobus, ac ſacra & profana miſceret: ad quæ audenda non expertem culpæ ſuaſoremue fuiſſe Paulum queritur Cardinalis Papienſis b, quod Pontifici hortator fuiſſet, vt nuncupatum in conclaui votum de celebranda tricouij flexu pro re Chriſtiana inſtauranda tuendaque contra Turcas ſynodo œcumenica, alijſque ad dignitatem ſedis, & publicum bonum ſpectantibus ſeruaret. Verum an Papienſis ex ira & dolore, vt fit, indignas haſce & alias c ſuſpiciones de Paulo conceperit, & principi detrahentium ſuſurros facile crediderit, ſcriptiſque inconſulte mandarit, lector perpendat c. At de his hactenus: nunc ad Gallicos tumultus, de quibus ſuperius meminimus, traducenda narratio.

Paulus II Papienſi Card. infenſus quod non mitius eſſet vt votum de Concilio cogendo ſeruaret.
b Papien. ep. 188.
c Anno 1464. n. 58 c Id. ep. 173. 174. 188. 190. 192. 204. 205. 208. 210. 213. 214. 215. 216. 217. 219.
d Monſtre vol. 3. in fine.

13 Licet ſuperiori anno 1 11. kal. nouembris pacem Ludouicus Rex cum principibus coniuratis, qui, bello publici boni ſpecie concitato, priuatas res ſectati publicam inuexerant d calamitatem, pepigiſſet, mox tamen ad arma iterum ventum eſt. Extorſerat pacis beneficio Carolus regius frater ſeditionis ſignifer Normanniæ ducatum, cupidiſſimeque a Normannis, principem ſibi præfici ambientibus, exceptus fuerat; ſed cum Britonum ducem a ſe abalienaſſet, cuius opera in aſſerendo ſibi principatu neceſſaria erat, Ludouicus arrepta occaſione, ſegregatum ab alijs coniuratis adortus e, Normanniæ vrbes ſub imperium ſuum redigere cœpit. Quo audito Paulus II. redintegrandæ pacis cupidus Stephanum archiepiſcopum Mediolanenſem in Gallias legauit f, vt Regem ducemque in concordiam reduceret.

Redintegratum in Gallijs ciuile bellum.
Normannia a Lud. erepta Carolo fratri.
e Gaguin. in Lud. XI.
f Paul. II l. ep. de cur. pag. 226.
g Monſtr. vol. 3 pag. 324. Philip. Comin. chron. l. 1. c. 23. & ſeqq. Gaguin. in Lud. XI. Paul. Aemil. in eod.

14 Imperitus rerum gerendarum Carolus, cum Britannum ducem in ſe ſuſpicionibus ſuis concitaſſet g, & a Carolo comite bello Leodienſi diſtracto opem elicere non poſſet, reliqui autem fœderati alij alio eſſent dilapſi, vniuerſo ducatu captus eſt, in Ludouici Regis poteſtatem vltro venientibus Rothomagenſibus. Nauata à Borbonio in reuocanda in fidem regiam Normannia ſtrenua opera. Itaque conſilij rerumque inops Carolus, amiſſo inſuper Bituricenſi principatu, in Britanniam profugit, exceptuſque eſt a duce illo, qui priſtinam diſſenſionem damnabat, ſibique iam impendentia Ludouici arma metuebat. Inſtauratis ita rebus ſuis, pacato regno, & ampliſſima recuperata prouincia, Ludouicus honorificentiſſimam legationem ad Paulum II. hoc anno adulta æſtate decreuit: qua delatutus ei ritu ſolemni regio nomine obedientiam Carolus Borbonius archiepiſcopus Lugdunenſis perfunctus eſt: tardioris vero moræ in legatione decernenda cauſas in ciuile bellum deriuauit Rex, datis ad Pontificem hiſce literis a.

Fugit Carolus in Britanniam.
Carolus Borbon. ad Paulũ a Lud. Rege legatus.
a Extant in to. 1. priuileg. Rom. eccl. to. 1. pag. 423.

Beatiſſime Pater,

15 Iam dudum veſtris fuimus exhilarati literis, quibus percepimus vos ad ſummum apoſtolatus ordinem, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ principatum fuiſſe prouectum: tunc magnis laudibus cum debita gratiarum actione fuimus pro cauſa concordij in feliciſſima promotione veſtra Deum venerati, debuiſſemuſque ex illo celeriter, vt maiori animarum fuiſſemus officio & conſuetudine functi, nuncios noſtros ad filialem obedientiam veſtræ ſanctitati præſtandam tranſmittere: verum quidem nobis ei rei ſatisfacere volentibus impedimento fuerunt in regno noſtro magni excitati tumultus, exortæ ſeditiones, varijque armorum ſtrepitus. Quibus emergentibus occupati, primitus illis obuiare, vt oportuit ſaluti noſtræ, ac totius reipublicæ conſulendum fuiſſe decreuimus, ne malis ingruentibus præuenti, conſilij mora adhibendique remedij tarditate oppreſſi, vulnus adeo magnum permiſiſſemus ſtatui noſtro, regnicoliſque, & ſubditis noſtris inferri, quod non ſine magna iactura incredibilique diſpendio, grauibuſque periculis, & multorum cæde cruenta potuiſſet reparari. Quæ res ad hæc vſque tempora fiendam per nos filialem obedientiam diſtulit. Nunc autem bono annuente Deo ſedatis, qui tunc aderant, rumoribus bellicis, & noſtro regno felici pace donata, ſtatuimus chariſſimum conſanguineum noſtrum Carolum de Borbono archiepiſcopum Lugdunenſem miris inſignitum virtutibus, & procerum multorum generoſitate fulgentem, vna cum viris chariſſimis, noſtrum oratorem ad ſanctitatem veſtram deſtinare, quo vobis beatiſſimo Paulo ſecundo Pontifici maximo, & in præfata ſede Apoſtolica principanti, nomine noſtro obedientiam præſtet filialem. Precamur igitur, & humillime ſupplicamus, vt legitimam excuſationem noſtram admittere dignetur ſanctitas veſtra, & dictum conſanguineum noſtrum cum ſocijs ita benigne ſuſcipere, fauoribuſque amplecti, vt pro grata ſuſceptione, Deum, cuius in terris vices geris, meritis laudibus extollamus, veſtræque ſanctitati condignas referamus gratiarum actiones. Exponet veſtræ ſanctitati in gerendis negotijs, quorum curam ſuſcepit, mentem noſtram; cui in dicendis, & rebus pertractandis non minorem, quam nobis ipſis ſi præſentes eſſemus, fidem placeat adhibere: qui in verbo Regio pollicemur, nos ea pro viribus facturos, obſecraturos, & impleturos, quæ dictus noſter conſanguineus orator cum ſuis collegis apud ſanctitatem veſtram concludet; quam ad felicem ſta-

Lud. literæ ad Paulum de obedientia deferenda.

tum

Digitized by Google

tûm Eccleſiæ ſanctæ, & totius ſibi commiſſæ adminiſtrationis ſalubriter, & longeue diſponat Altiſſimus.]

Quę preces Pontificij a Ludouico porrectę.

16 Profecturus ad Pontificem Carolus Borbonius hæc mandata accepit, vt conceptum a Ludouico ab ipſa iuuenta ineunte ſingulare in ſedem Apoſtolicam ſtudium exponeret: vtque illud abrogata pragmatica ſanctione, quæ conferendorum ſacerdotiorum vſum, ac libertatem Pontifici in Gallijs ademerat, in luce collocaſſet: ipſum demiſſe obſequium remotis fucis deuouere editaſque Pictauis ſanctiones, lataſue alias contra ius pontificium abolitum, iri rogare: vt ad regias preces eccleſiarum nonnullarum adminiſtrationem conferret; tum ducem Galeatium ob impenſam ſibi operam charum haberet. Addita ſunt alia, vt de priuilegijs eccleſiæ Gallicanæ, deque Gallici imperij maieſtate apud Pontificem referret, quæ his verbis concepta fuere.

Inſtructiones datæ ambaxiatoribus Regis Franciæ in danda obedientia Paulo Papæ II.

In primis inſtructionibus ſunt quinque articuli. In primo Rex commemorat, quod a iuuentute ſua ſemper veneratus eſt ſedem Apoſtolicam, ita quod moleſte ferebat, quod Rex Carolus pater ſuus erga illam non melius ſe habuerit. In ſecundo commemorat, quomodo continuando dictum amorem & venerationem in ſanctam ſedem Apoſtolicam, ipſe contra opinionem notorius regni abrogauit pragmaticam. In tertio, quod nunc ipſe mittit plenariam obedientiam, & eſt contentus reuocare illa edicta, & prohibitiones factas Pictauis, & vltimo per patriarcham. In quarto petit, quod propter iſta ſeruitia facta Eccleſiæ ſanctitas veſtra velit prouidere certis eccleſijs regni vſque ad numerum vigintiquinque ad voluntatem. *Et paulo poſt*: Nouit quiſque grandia ſeruicia, quæ Reges Franciæ fecerunt ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, & fidei tam per pacificationem nouem ſchiſmatum in Eccleſia, quæ per media eorum pacificata fuerunt, ſicut per magnas conqueſtas, quas fecerunt ad augmentationem fidei, & per grandes defenſiones, & reſiſtentias, quas poſuerunt pro defenſione illius contra male credentes hæreticos & alios, qui voluerunt grauare: & cum hæc dona, gratias, & demonſtrationes viſibiles, quas ſaluator noſter Ieſus Chriſtus fecit Regibus Franciæ tam in ſacra vnctione, & armis floris lilij, & de * Lolliſlam etiam, quod miſſa fuerunt de cælis ſicut in miraculis factis tempore Caroli magni, & quæ quolibet die fiunt in infirmitate de Eſcrouelles, & pluribus alijs modis, & vltra hoc quod dimitti non debet ſola Gallia immunis fuit ab hæreſi poſt Clodouæi ipſius tempora orthodoxam ſuſcipientis fidem, & ideo eſt verum epitaphium Regum Franciæ. Viuat Rex, & qui Francos diligit, eorum Chriſtus cuſtodiat regnum, rectores ditet & honeſtet, ſuæ repleat gratiæ lumine, protegat exercitus, fidei munimine impleat, tribuat pacis gaudia, & felicitatis tempora. Propter quæ ſeruitia & gratias Reges Franciæ ſemper appellati fuerunt Chriſtianiſſimi, & propter hanc occaſionem habuerunt magnas prærogatiuas in eccleſia, & in regnis ſuis tam tempore Pipini & Zachariæ, quam tempore Caroli magni.] De Carolo Borbonio ob egregia virtutum ornamenta purpura cardinalitia poſtea donato agetur inferius: nunc Belgicæ res perſtringendæ ſunt.

* auriflāma

Prærogatiuæ cœlitus datæ Gallorum Regibus.

Belgium ciuili bello flagrat

17 Commonuerat a Ludouicus Rex Francorum aduerſus Philippum ducem Burgundiæ Dionantios & Leodienſes, ne Carolus comes regio fratri duci Normanniæ, dum principatu parto ſpoliabatur, opem afferret: eo vero ardore a Dionantijs geſta res eſt, vt Caroli copias ab ijs fuſas profligataſque referat Philippus Comineus: eo etiam inſolentiæ inſaniæque prorupere, vt Caroli comitis effigiem ad Bouinenſe oppidum patibulo ſuffixerint maledictaque vomuerint, quo facto miſeri extremum ſibi peperere exitium, in eos enim dein comes magna militum manu proſilijt, ac Dinanum ferro flammaque deleuit. Verſa eſt deinde in Leodienſes belli moles cum grauiſſimas ſimultates cum Ludouico ipſorum epiſcopo deſignato gererent, quorum cauſas deſcribit hiſce verbis Belcairus b: *Pontificatu Eburonum, id eſt Leodienſium, potitus Ludouicus Borbonius adoleſcens omnia per Philippi auunculi familiares obire: Eburonibus contrariæ factionis, aut pauca aut nihil credere, non tam abalienatos ſibi conciliare, quam auunculi potentia fretus duris imperijs accendere: illi contra vt pontificijs ſacris initiaretur, vt pontificia munia obiret, vt ſe non regno, ſed pontificatu donatum meminiſſet, inſtare, imperia detrectare, poſtremo ab eo deficere. Querimonia Romam delata, Pius Romanus Pontifex ſe Borbonio Pontifici, vel æquiorem præſtat, vel præſtare ſimulat, eidem vt pareant Eburones edicit, rebelles factioſoſque ſacris interdicit; ſi perſeuerent bello domandos Philippo, atque ad officium reuocandos permittit.* Vaſtatum altero poſt anno Leodium viſuri ſumus; nunc alia Chriſtianorum bella ciuilia proſequamur.

a Philip. Comin. chr. l. 1. c. 25. Paul. Aem. in Lud. XI. Gaguin. in eod. Meyer. l. 6. Augul. e Roya in annal. Bel. Belcar. ap. Meteren. in comm. rer. Gall. dec. 1. l. 2. n. 3.

Dionantij Burgūdi ducis filiū fundunt.

b Belcar. dec. 1. l. 2. nu. 2.

Natum inter Leodienſes bellum ciuile.

18 Triplici bello ardebat Hiſpania. Caſtellæ ſceptrum Henrico Regi eius frater Alfonſus eripere nitebatur, Nauarram Fuxenſis ſibi aſſerere moliebatur, Cataloniam duorum principum contentiones laniabant. Ac primum, quod ad Caſtellam attinet; cum in ijs Henrici coniuratorumque principum motibus inteſtinis archiepiſcopus Compoſtellanus, Conchenſis & Oxomenſis epiſcopi in cuſtodiam traditi eſſent, Pontifex eccleſiaſticæ dignitatis tuendæ cauſa Leandrum de Leonoris oratorem decreuit c, vt inteneratis cenſuris illos vinculis abſoluendos curaret. Adiecta eſt diplomati hæc temporis nota: *Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCCCCLXVI. XV. kal. februarij pontificatus noſtri anno II.*

Hiſpania triplici bello lacerata.

c Lib. 1. ep. de cur. 169.

19 Dum d in Caſtella rebelles, & coniurati proceres Henricum bello vexabant, Gaſto Fuxenſis comes & Leonora eius vxor Nauarram ingreſſi, ſumpta rerum augendarum ſpe in Caſtellæ limites irruerant, & Calagurrim occuparant: deinde Alfarum adorti tum Henricum tum Alfonſum poſtularunt de fœdere, vtrique ſeorſim opem aduerſus alterum polliciti: querente vero Henrico ipſos amica ſpondere, ſed hoſtilia obire facinora, reſpondere Caſtellæ loca finitima ſubegiſſe, vt cum ijs arcibus, quas in Nauarra Caſtellanus obtinebat, permutarent. Dum autem Fuxenſis cum Henrico fœdus inire differebat, Alfaro propulſatus, ac deinde a Calagurritanis, cæſo Nauarræo præſidio, de vrbis poſſeſſione deiectus eſt. Ioannes etiam Aragonum Rex generum Fuxenſem & Leonoram filiam ob Henrici repudiatum fœdus, & Nauarræum ſceptrum affectatum ante tempus perduelles pronuntiauit. Magno alio, & periculoſo bello idem Ioannes Aragonius in Catalonia erat implicitus aduerſus Petrum magiſtrum equitum Luſitani regni,

d Surit. annal. l. 18. c. 8. Mariana l. 23. cap. 10.

Gaſto Fuxenſis in Caſtellā excurrit.

Propulſatur Alfaro.

Calagurri deijcitur.

A Ioanne Rege Arag. perduellis pronuntiatur.

Digitized by Google

a Surit. l. 18. c. 7. Marian. l. 23. c. 10.

Petrus Luſitan' princeps in belli Cataloni ea ardore extinctus.

gni, qui effluente iunio ſeu curis bellicis oppreſſus, ſeu veneno extinctus a eſt, pro regno ampliſſimo, quod armis ſe comparaturum ſperabat, triſte ſepulchrum ſortitus: veraque enituit ſententia, quam in alienum detortam ſenſum his conceptam verbis: *Labor pro lætitia*; gentilitio ſtemmati inſcripſerat. Dum vero eius obitum flebant Catalani, Ioannes Rex in ea rerum perturbatione Tortoſam, ac nonnullas arces in ſuam poteſtatem redegit.

Renatus Rex a Barcinonenſibus aduerſus Ioannem expetitur.

b Id. ibid. Paul. Aemil. in Lud. XI. Gaguin. in eod. Aug. Iuſtin. l. 5. & alij.

c Sur. l. 18. c. 7 & 9. Marian. vbi ſup.

d Aug. Iuſt. lib. 5. & Bizar. lib. 14.

Tum clementiæ oſtentatione Barcinonenſes ad ſua vota pellicere eniſus eſt: verum Catalani, habito Barcinone ordinum conuentu, Renatum Regem in principem labente iulio ſibi aſciuere, difficiliuſque bellum Ioanni Regi conflarunt b: Renatus enim patris Ludouici Andegauenſis in regnum Aragonium iura perſequenda ſuſcepit: & Ioannes dux Lotharingiæ Renati filius ex icto cum Franco Rege fœdere, auro regijſque copijs auctus in Cataloniam copias mouit. Aduerſus quem noua comparaturus c præſidia Rex Aragonum Galeatium Mediolani & Amedeum Sabaudiæ duces, Ferdinandum Neapolitanum, Eduardum Angliæ Reges, & Burgundionem miſſis oratoribus fœdere ſibi coniunxit d: ac tum Genuenſes aliquot naues aduerſus Barcinonenſes inſtruxerunt. Vt autem Ioannes Andegauenſis in ea expeditione obierit, ſuo loco dicetur: nunc pontificia geſta percurramus.

Beneuentanorum archiep. repreſſa temeritas.

20 Repreſſit hoc anno Paulus archiepiſcoporum Beneuentanorum temeritatem, qui ex ſuſcepta ſine iure & auctoritate apoſtolica conſuetudine aſſurgentem tribus coronis thiaram conſtitutis diebus ſolemnibus, quibus cathedralium eccleſiarum antiſtites auriphrigiata mithra vtebantur, geſtare, ad æmulandam Romanorum Pontificum maieſtatem, & corpus dominicum ante ſe circumferre audebant, ac Nicolaum archiepiſcopum, & ſucceſſores talia in poſterum audere ſubiecto edicto vetuit e, adiecta huc loci ac temporis notæ: *Dat. Romæ apud S. Marcum anno* MCCCCLXVI. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* III.

Plures corruptelæ a Paulo in Rō. curia ſublatæ.

f Roder. Sanc. Palent. epiſc. hiſt. Hiſp. p. 4. c. 40.

g Aegid. Card. Viterb. in Paul. II. vit. mſ. Auguſtin. biblioth.

21 Suſtuliſſe etiam Paulum e Romana curia plures alias corruptelas, atque illius muneribus præpoſitos, eiectis indignis, perpurgaſſe, teſtatur Rodericus Sancius epiſcopus Palentinus f his verbis: *In principio pontificatus ſui Romanam curiam omni ſimonia, & extorſionis labe ſeueriſſime purgauit, cunctoſque officiales, ac curiales reformauit, domumque habuit mundiſſimis atque honeſtiſſimis viris refertam.* Abrogatus tum fuit abbreuiatorum ordo, quod indignis ſordibus munus fœdaret, vt Ægidius Viterbienſis Cardinalis g his verbis narrat: *Paulus Pontifex declaratus nihil duxit antiquius, quam vt Sacerdotium ſummum ſuo ſe ſplendore ornaret, ab alienis rapiendis abſtineres. Suſtulit igitur eorum ordinem, qui abbreuiatores appellantur, alios omnes pecuniæ exactores ſublaturus, rem eſſe indigniſſimam ſummo ſacerdote arbitratus, ſi nihil ſine pretio traderet, & quod ipſe accepiſſet gratis non gratis cæteris mortalibus condonaret; exercuiſſe ſe præterea mercaturam, tum omnia vendidiſſe pretio, poſteaquam vero ſacris initiatus eſſet a mercatorum vel potius craſſatorum more receſſiſſe: tota via aberrare qui in re ſacra exerceant mercaturam, & qui aris ſacriſque vtantur ad quæſtum: decere principes omnes tueri populorum ſuorum res; non rapere aliena, ſed largiri ſua. Quæ res omnes illius ordinis homines ſibi infenſiſſimos fecit, vt omne in eum maledicentiæ genus loquendo, clamitando, ſcribendo conijcerent.*

Abbreuiatorum ordo abrogatus.

Platina ob id mire exaſperatus.

a Plat. in Paul. II.

22 Refertque Baptiſta Platina a, in eo ordine plures oratores, & poetas, & vtriuſque iuris peritos fuiſſe: ſed parum intererat quam ornate dicerent ſcriberentue, aut grata carmina funderent: id vero ferendum non viſum eſt Paulo, munera ab ijs non caſte exerceri, ſordeſque ſimoniacas ex aula Romana remouendas conſtituit. Cæterum Platina b ob iacturam muneris, & lucri ira concitus, cum ſibi aditus ad Pontificem non daretur, exarauit epiſtolam, qua Paulo interminari non eſt veritus, ſe & alios conuenturos, concitaturoſque Reges ac principes, vt concilium indicerent, in quo Pontifex ob pulſos ſedis Apoſtolicæ adminiſtros in iudicium vocaretur; ob quod temerarium facinus mox in carcerem traditus eſt, e quo tandem Franciſci Gonzagæ Cardinalis precibus lapſo quadrimeſtri liberatus eſt. Vt vero iterum ob aliquas ſuſpiciones, & Platonicorum ſectam inſtauratam, in qua perpoliendi ingenij ſpecie, religionis fundamenta labefactabat, iterum in graue diſcrimen venerit, dicetur poſtea.

b Ext. apud Plat. ibid.

Inſignis eiuſdem temeritas.

Mancipatur carceri.

Ad Card. Gonzagæ preces liberatus.

Præſides prouinciarum caſte munera exercere iuſſi.

c Lib. 1. pag. 176. & 184. l. priuil. Rō. eccl. to. 2. pag. 351. & mſ. Vallic. ſig. lit. D. nu. 12. pag. 214. ext. etiam in bullar. in Paul. II. conſt. 3.

23 Porro abbreuiatorum ordine ſublato Paulus, ne magiſtratus iuri dicendo præpoſiti, prouinciarum præſides vrbiumque, & oppidorum præfecti cæca auaritia abducti a iuſtitiæ tramite deflecterent, edita ſanctione manus temperare ab accipiendis muneribus iuſſit c, exorſus ab his ſacri oraculi verbis: *Munera excæcare oculos ſapientum, & peruertere corda iuſtorum, ſacra ſcriptura teſtatur; vnde ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui poſt aurum non abijt, nec argentum, & qui excutit manus ſuas ab omni munere, de quo propheta teſtatur, quoniam ipſe in excelſis habitabit, & monumenta ſaxorum ſublimitas eius.* Subdidit eo magis eam virtutem experiri in legatis apoſtolicis, & prouinciarum præſidibus, quo laicis magiſtratibus prælucere exemplo debeant: eos tamen ad munera pronos ſpectaſſe vaſa aurea argenteaque, equos, commeatus, præter fas a populis accepiſſe, ad quos in officium redigendos hæc ſanxit: *Volentes talibus abuſibus prouidere, & per officiales, & miniſtros Apoſtolicæ ſedis omnem integritatem munditiamque ſeruari hoc perpetuo prohibemus edicto, ne quiſquam deinceps rectorum aut gubernatorum quorumcumque officialium Romanæ eccleſiæ, vel etiam legatorum de latere ad regimen, & gubernationem prouinciarum, ciuitatum atque terrarum Romanæ eccleſiæ deputatorum, vel deputandorum a prouincijs, ciuitatibus, & terris, quibus præſunt, vel in quibus officia exercent, nec a ſingularibus perſonis ſuæ legationi, regimini, vel gubernationi ſuppoſitis aliquod genus muneris, nec aurum, nec argentum, aut veſtem, aut equum, vel aliquod cuiuſlibet ſpeciei munus accipiat, præter eſculenta, & poculenta, quæ breui tempore conſumi poſſunt; quod tempus ad biduum moderamur. Alioquin tam dantes, quam accipientes, etiam ſi pontificali aut maiori dignitate præfulgeant, dummodo non ſint ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, qui in ſacro collegio coram nobis ſponte ſua obtulerunt, & promiſerunt non recepturos huiuſmodi munera, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, a qua abſolui non poſſint niſi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti. Et inſuper omne, quod acceperint, & aliud tantumdem reddere teneantur.* (Addit imperia, vt ſinguli præſides, & iudices in ſuſcipiendo magiſtratu ſacramento ad id ſe adſtringant, vetuitque minora etiam munera auro dimendi, vel pretio condonari

Eſculenta tantū & poculenta munera permiſſa.

Digitized by Google

uati crimina ... moleſtias pro criminibus irrogatas imptipatos vlos aperti, cui ſanctioni aſcripta eſt hæc temporis nota 1.] *Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXV. *xvi. kal. aprilis pontificatus noſtri anno* II. Ex quo errorem, qui in conſignando tempore apud bullarium typis cuſum irrepſit, corrigendum conſtat. Hac porro ſanctio, cum ad continendos in officio prouinciarum præſides, pontificioſque adminiſtros, tum ad ſeruandas incorruptas leges maximi referret, a Sixto IV. poſtea confirmata eſt *a*.

a Ext. in bull. in Sixt. IV. conſt.

Edita Sanctio in eos qui conſanguineos inimicorum lædebant.

24 Conſulturus etiam publicæ quieti Paulus grauiſſimas pœnas in eos conſtituit, qui ſuſceptis priuatis odijs excitataque rixa ad vlciſcendam acceptam iniuriam non illos modo, qui ipſos læſerant, verum eorum quoque parentes, & alios ſanguine, affinitate, amicitia, vel officijs coniunctos perſequebantur, faciebant coitiones, conducebant ſicarios, complebant armatis domos, firmabant aggeribus, obſepiebant defixis palis, propugnaculis muniebant, exinde ad vulnera inferenda, & perpetrandas cædes erumpebant, turbaſque in vrbe miſcebant. Ad quæ coercenda mala hoc Pontifex decretum edidit b: *Hac irrefragabili mature; & perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, vt quicumque deinceps baro aut domicellus, vel ciuis Romanus, vel quæuis alia eccleſiaſtica ſæculariſque perſona, cuiuſcumque conditionis, & qualitatis exiſtat, quæcumque etiam atroci iniuria laceſſita pro ſua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domeſticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter, vel perſonaliter offendere præſumpſerit, aut talia fieri fecerit, vel mandauerit, ſimiliter qui in vrbe Roma, vel in eius diſtrictu occaſione rixæ, vel brigæ domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & complices, ac fautores brigæ arceſſere, ſeu quamcumque conuentionem, congregationem, & collectam hominum ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præſumpſerit per ſe vel alium, crimen læſæ maieſtatis incurrat, & tanquam læſæ maieſtatis, rebellionis, ac ſeditionis in vrbe concitatæ reus cenſeatur, & habeatur, ac veluti talis a competentibus iudicibus ſeueriſſime puniatur. Eccleſiaſtici vero talia perpetrantes ab omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio ſint ipſo iure priuati, & perpetua cuſtodia mancipentur, &c.* Statutum præterea, vt domus illorum, qui ſe in huiuſmodi vltionis expetendæ cupidinem efferri ſiuiſſent, vel quæ a coitionum auctoribus completæ armatis, aut propugnaculis communitæ fuiſſent, ſolo æquarentur: cui diplomati addita eſt hæc temporis nota. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno, &c.* MCCCCLXVI. *x. kal. octobris pontificatus noſtri anno* III. Hanc ſanctionem poſteriores Romani Pontifices non modo ratam firmamque eſſe, verum in alijs quoque locis Romanæ eccleſiæ obnoxijs ſeruari iuſſerunt.

b Lib. 4. ep. 145. ext. in bullar. in Paul. II. conſt. 4.

Vetitum ſicarios colligere.

Ædes in quibus cogerentur euerti iuſſæ.

25 Hoc anno conſcripſit librum apologeticum pro eccleſiaſtico imperio Dominicus epiſcopus Brixinenſis, quo accepto Iacobus Cardinalis Papienſis c hæc auctori reſcripſit: *Accepi apologeticum tuum eccleſiaſtici ſtatus.* Et infra: *Legi librum non correcturus, vt petis, ſed laudaturus vigilias tuas; ſunt enim perquam neceſſariæ, & ad calumnias noſtras quam bene appoſitæ. Tranſierunt iam quidam in affectum cordis, cogitauerunt & locuti ſunt nequitiam, iniquitatem in excelſo locuti ſunt; poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra; quos tu doctiſſime potenter refellis, ita moderans tamen tuam defenſionem, vt cinnuantes ſquamineas peccatis nihilominus ſacerdotum, ſi qua ſunt, non blandiaris.*

Dominicus Card. Brixin. pro ſtatu eccleſiaſt. librum apologet. edit.

c Papien. ep. 167.

Quo etiam argumento ad obſtruenda maledicorum ora, qui aduerſus eccleſiaſticum dominatum Vvicleffi errores pluribus fucis pigmentiſque coloratos fundebant, nonnullos libros compoſuit Rodericus Sanctius epiſcopus Palentinus a Paulo Hadrianæ moli præfectus, quos eiuſdem Pontificis nomine edidit, quoſque ipſe his verbis recenſet a: *Edidi primo librum magni voluminis dictum defenſorium ſtatus eccleſiaſtici contra querulos æmulos, & detractores prælatorum, & clericorum, diuiſum in decem tractatus. Item librum de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, & an Chriſtus & Apoſtoli mendicarint, & quo ſenſu dici poteſt eos mendicaſſe: ibi denique deducitur prælatos, & clericos modernos non deuiare a vita apoſtolica, licet obtineant propria, poſſeſſiones, & præbendas diſtinctas: & quamquam ſegregatim in domibus proprijs habitent, nihilominus eos vitam communem a ſanctis patribus inſtitutam ducere cenſendos fore*, enumeratis alijs libris addit: *Item librum ſuper commento bullæ depoſitionis Regis Bohemiæ per ſanctiſſimum dominum Paulum II. publicatæ.*

Libri editi a Roderico Sanctio.

a Rod. Sanct. hiſt. Hiſp. p. 4.

26 Fuiſſe porro hoc anno Georgium Podiebratium hæreſeos damnatum, regiaque exutum dignitate, tradit Naucleus b illorum temporum ſcriptor hiſce verbis: *Anno Domini* MCCCCLXVI. *Paulus Pontifex maximus Georgium Poggebratinum Bohemiæ Regem conſiſtorio publico de hæreſi damnat, dignitate & regno per ſententiam priuat.* Eadem de Georgio hoc anno damnato Michouias, Cromerus c, ac Dubrauius d referunt. Pronuntiata eſt labente decembri ea ſententia, vt ex pontificijs literis e ſuo loco afferendis, tum ex Iacobo Cardinale Papienſi f conſtat: & licet Pontifex latam ſententiam vigeſima tertia decembris, Papienſis vigeſima quinta teſtentur, haud tamen diſſentiunt, cum diſtinctis diebus, nimirum in ſenatu Cardinalium primo, quod deſignat Paulus, deinde interiecto biduo in Vaticana baſilica publice pronuntiata g ſit: qua in re adhibitam ſummam conſilij maturitatem, ac tentata primum omnia, vt Georgius ab hæreſeos pertinacia reuocaretur, demumque vrgente neceſſitate, cum apoſtolica abuſus benignitate, catholicos opprimeret, ac religionem euerteret, decretoriam ſententiam Paulus in eum dixit, oſtendit idem Papienſis h: *Miniſterium*, inquit in literis ad Bertinum Andrienſem epiſcopum, *iuſtitiæ operati ſumus, iuſtitiæ admiſcuimus clementiam, nulla ſolemnitas, nullus ordo, nulla expectatio eſt prætermiſſa: rite peracta ſunt omnia, in quadriennium a die citati rei productum iudicium eſt: non negligentia vlla noſtra, ſed certo ſemper conſilio, ter flagitante Cæſare conuerſionemque eius ſpondente, ſemel autem principibus quos memoraui, nempe* quos affinitate ſibi deuinxerat, *id ipſum petentibus curſum damnationis ſuſpendimus maiore ſemper gratificatione, quam ſpe: ea vero lege continua eſt promiſſa ſuſpenſio, ſi interim ille fidelibus pacatis nihil noceret, indulgentia noſtra abuſus contumaciter eſt, non quietem agens, non ijs etiam parcens, quos propter inſtitutum erat iudicium: per has moras ſic eos nequiter habuit, ſic dure afflixit, vt graues ad nos perferrentur querelæ, & facilitatis noſtræ aliquando nos pœniteret: pertulimus tamen patienter*

Georgius Rex Bohem. ob hæreſim exauctoratus.

b Naucler. vol. 2. gener. 49.

c Cromer. l. 26.

d Michou. l. 4. hiſt. Pol. c. 68.

e Dubra. lib. 30.

f Paul. l. 1. ep. 233. Papienſ. comm. l. 6.

g Id. epiſt. 18.

h Id. ead. epiſt.

Quanta conſilij maturitate in eum lata ſententia.

Pontificũ patientia abuſus eſt.

ſimulo, ac licet decepti in ea lenitate durauimus, ne aliquando in mali Regis iudicio aut præcipites, aut immiſericordes exiſtimari poſſemus.

27 Recenſet idem auctor in commentarijs, vt Friderico Imperatore pollicente Pontifici ſua opera Georgium in ſinum Eccleſiæ adductum iri, ſi iudiciarius ordo in eum cœptus a Pio II. intermitteretur, Georgius non modo non reſipuerit, ſed catholicos acrius inſectatus fuerit, adortus primum Hynconem non ignobilem toparcham Bohemum, magnanimum catholici dogmatis aſſertorem, adhibita criminum fictorum calumnia, ac pluribus occupatis locis intra Zaraſtes oppidi mœnia compulſum obſidione cinxerit. Perculſus terrore diſcriminis Hynco, omniumque præſidijs nudatus, capta noctu per ſtationes fuga, Romam ad opem implorandam perfugit, Georgij nefaria facinora expoſuit, adduxitque Pontificem, vt ad ferendam oppreſſæ in Hyncone religioni opem Fridericum Imperatorem vrgeret, atque anathema ijs, qui in Zaraſtes obſidione perſtarent, incuteret. His animaduerſis Georgius, cum intelligeret proceres catholicos clientela apoſtolica tegi, ad colorandum facinus indicto ordinum conuentu dedit operam, vt literæ communi omnium nomine darentur Pontifici, quaſi Hynco non religionis, ſed criminum cauſa regiam in ſe iram concitaſſet: patuit vero mox plures catholicorum chirographos ijs literis appoſitos, adulteratos eſſe, ac Pontifex ſolui primum obſidionem, ac poſtea in iudicio in Hynconem rem agi iuſſit: tum Rudolphum epiſcopum Lauentinum miſit ad Cæſarem, qui de ſedandis Bohemicis turbis, reſtituendaque religione ageret.

Catholici proceres a Georgio vexati.

28 Spreuit Georgius pontificia monita, ac Zaraſten ad deditionem compulit. Quo vulgato rerum exitu Lauentinus epiſcopus Germanos principes adire iuſſus eſt, de geſtis in Bohemia, Georgij contumacia, peſſundataque religione conqueri, non poſſe Pontificem tantum diſcrimen fidei diſſimulare, inſtaurandum cœptum a Pio anteceſſore ſuo iudiciorum ordinem, orare ne iuſtam cauſam desererent, nec ſe Chriſtianos eſſe ne obliuiſcerentur. Reſpondiſſe ad hæc, vt pateat, Germanos refert Papienſis: *Vna omnium in reſpondendo fuit oratio, ſcire præſulem quid ſui eſſet officij, facturos ſe quod catholicos deceat; non poſſe autem, quoad Georgium Eccleſia hæreticum iudicauerit, quin a fœderibus eius per fidem interpoſitam commercijſque diſcederent.* Acceſſiſſe ad eam Germanorum vocem etiam alia iudicij incitamenta, narrat idem auctor, nimirum Bohemos proceres catholicos Hynconis caſu perculſos exilium ſibi imminens auertere conſtituiſſe; cum maxime a Georgio quotidianis iniurijs labefactaretur regnum; adulterinis etiam numiſmatibus publica commerciorum fides confunderetur. Arctiſſimum itaque ij ſanxere fœdus, mutuum præſidium armorum ſibi inuicem polliciti, reque vulgata amicos in Georgium concitarunt: vrſere Pontificem, vt intentatum hæretico principi iudicium abſolueret, cum vltores ſceleris adeſſent, ac ſimiliter conſpirarunt in hæreticum Regem Vratiſlauienſes, quos ille antea fatigarat bello. Publico itaque decreto conſtituta eſt Georgio dies, vt ad dicendam cauſam adeſſet, Lauentinuſque epiſcopus iuſſus parare auxilia, fœderatorum animos confirmare, & ſacrum bellum in Georgium indicere, ſi arma catholicis intuliſſet.

Germani monent vt religionẽ tuendam ſuſcipiat.

Quid ab ab ijs reſponſum.

Mutuo fœdere iungunt ſe Bohoemi catholici.

29 At Georgius criminatus Pontificem, nimirum aduerſarijs credidiſſe, nimiumq; iniuſte decernere, delectu militum habito in Vratiſlauienſem agrum duci ſubito iuſſit, oppidumque ſub ipſa ciuitate opportuno loco ſitum inuadere, cum illi propulſari fuere: *Perlato illarum*, inquit Cardinalis Papienſis a, *Vratiſlauiam nuncio, in concionem Lauentinus aſcendit, fortique oratione populum animans, ac victoriam ſpondens, accenſis proiectiſque ſolemni more cereis in hoſtes anathema omnes pronuntiat, & crucem proponit; decem millia enim pugnatorum cum triduo illo ſignata a ſacerdotibus eſſent, re ab Georgianis per exploratores cognita, ſubdito obſidionem relinquunt, vertuntur in fugam, nec ante conſiſtunt quam ſeſe in tutum receperint.* Iniuſſu ſuo tentatam oppugnationem finxit Georgius; mox tamen Henricum Plauenſem catholicum toparcham vniuerſa ditione vno impetu ſpoliauit, ſuique terrore plures minoris auctoritatis nobiles catholicos ab inito fœdere diuulſit; reliqui tamen ei ſumma vi reſiſtere conſtituerunt. Interim Georgius conſilia agitanis de occupando Pilzinenſi oppido, quod Pragæ propinquum, rebuſque pro fide orthodoxa in Huſſitas geſtis celebre erat, ac proditione primum illud tentauit opprimere, indeque miſſo exercitu oppugnauit: ſed magno ſuorum detrimento repulſus a cœpto deſtitit, de qua iniuria apud Apoſtol. ſedem conquerentes Pilzinenſes Pontifex ob Chriſti propugnatam cauſam meritis eos laudibus extulit, iuuit auro, ac vexillo, quo in pugna vterentur, præteritæ virtutis futuræque religionis habente inſignia donauit, egitque cum proceribus, vt in ſocietatem fœderis admitterentur. Deinde a fœderatis catholicis, collaudante nuntio apoſtolico Sdenco Steremberġenſis belli ſacri in hæreticum dux delectus, rogatuſque Pontifex, vt ſententia Georgium perculleret: interruptus tamen iudiciorum ordo rogatu Imperatoris Friderici, qui oratores a Georgio acceperat, vt interpres concordiæ foret, extractuſque fruſtra in tertium menſem ſententiæ dies, eludente interim ſpem datam Georgio, & ad catholicos obruendos intento. Cum igitur nulla ratione ad officium reduci poſſet Georgius, ſeueritatem in eum adhibere conſtituit Pontifex; Seruatum in eo iudicio ordinem ita deſcribit Papienſis.

In Vratiſlauienſes ducit Georgius.

a Id. ibid.

Crucis ſymbolo ciues conſignati. Soluta obſidio.

Idenko belli ſacri in Georgiũ delectus.

30 *Inter hæc iam appetebat dicto iudicio dies, iuſſeruntque per delegatos Cardinales ad ſententiam erant omnia, nec Georgius ad dicendam cauſam vſquam apparebat. Itaque vocatis in ſenatum patribus, commentarijſque actorum perlectis, dato etiam ad diſquirendum ſpatio, tandem vna omnium oratione periurus, ſacrilegus, hæreticuſque conſtante de ijs criminibus non cognitione tantum, ſed fama conuincitur, vtque auctoritas maior decernendis eſſet, ex quaque natione omnique antiſtitum ordine, qui Romæ tunc erant, doctores diuinæ legis, & pontificia adeſſe in concilium iubentur, qui rogati ſigillatim ſententiam in idem cum patribus iudicium conuenere. Angebat vna modo Pontificem cura, & patrum nonnullos, quod vltor tanti decreti certus non apparebat, fiebatque propterea, vt quo magis appropinquaret exitus, difficultas hæc impenſius aſſurgeret. De Cæſare, quod ad omnia eſſet præpoſterus, nulla ſpes habebatur. Polonorum vtique Hungarorumque Reges, quod domeſticis laborarent minus eo tempore idonei videbantur; procerum quoque regni non ſatis ad tantam contentionem robur exiſtimabatur: longinquiores certum*

Iudiciaria ſentẽtia ſolemnis rite lata in Georgiũ

erat

Digitized by Google

erat operoſam oppugnationem, & diuturni temporis non ſuſcepturos; iacere autem ſententiam, illum regnare, verbis contendi a nobis, ab illo armis, cum detrimenti, tum vero ludibrij rem indicabant. Horum vero ita fluctuantes animos vnius Ioannis Cardinalis Portuenſis oratio confirmauit, qui magni conſilij vir, hæreſumque ſemper oppugnator acerrimus, vbi in re tam neceſſaria non ſatis explicari ſententias vidit: Quid, inquit, metimur humanis iudicijs omnia? an non relinquenda magnis in rebus Deo ſunt aliqua? Si non aderit Cæſar, non Polonus, non Hungarus, ſpondeo aderit de excelſo ſancto Deus, & caput impium conteret; nos iuſta noſtri muneris impleamus, reliqua ille actutum perficiet. Ad quam vocem, quod magna hominis erat auctoritas, erectis omnium mentibus, dies natalis Chriſti, ab illo quintus, pronuntiandæ damnationi edicitur. Quo die, peracto ſacro ſolemni, Pontifex in magna hominum frequentia marmoreum ſuggeſtum aſcendens, quod ante ſummum altare in baſilica Petri ad dexteram eſt, ex diplomate ſententiam recitauit, regnoque male olim detentus inde parto Bohemum priuauit a. Spectabat ſceptrum Bohemicum dotali iure ad Caſimirum b Regem Poloniæ, quem adeo legatus pontificius Rudolphus epiſcopus Lauentinus erat adhortatus, vt illud ſibi vendicaret, pollicebaturque ipſi, vt refert Cromerus c, non ſolum ſubſidium Pontificium, verum & Sileſiam Luzatiamque vltro illi ſe dedituras, cum primum arma aduerſus Huſſitas cepiſſet, aut aliquem e filijs cum exercitu mitteret: verum Caſimirus iuſtis precibus non aſſenſit, ſeque Georgij, ipſius amicitiam exambientis, fraudibus poſtea irretiri paſſus eſt.

Ioannis Card. Portuen. egregia vox.

a Ext. ſententia in arch. molis Hadr.
b Michou. l. 4. c. 61.
Polonus ad Bohemicū ſceptrum capeſſendum excitatus.
c Cromer. lib. 26.
Salubria monita aſpernatur.

3 Hoc anno decimanona octobris conciliata eſt pax d eiuſdem nuntij apoſtolici opera inter Polonos, & cruciferos equites, finiſque ſæuiſſimo bello Pruthenico, quo Caſimirus Rex, & Ludouicus ordinis magiſter annis quatuordecim contenderant, impoſitus. Huiuſmodi autem pacis beneficio amplificatum eſt Polonicum imperium: quippe Pomerania, Chelmenſis & Michalouienſis prouinciæ recuperatæ cum illo coaluerunt: tum etiam Culmenſis eccleſia, quæ ducentis iam annis ab eccleſia Polonica diuulſa Rigenſi paruerat, ad ius imperiumque Gueſnenſis metropolis reuocata. Adiectæ etiam aliæ leges, vt refert accuratius Cromerus, quæ ad Regis Poloniæ dignitatem ſpectabant. Laudat idem auctor Rodulphi legati apoſtolici integritatem, qui magna conſtantia ampliſſima a Rege oblata pacis confectæ occaſione munera reſpuerit, regijque tantummodo ſenatoris dignitatem admiſerit. Prænunciatus is felix exitus ipſi fuerat a Veronica religioſa femina dum Vratislauia in Pruſſiam iter ornabat, animatuſque ad ſubeundos impigre labores: oſtenſum namque ſanctimoniali per cœleſtem ſpeciem fuerat, Rudolphum coram diuini Numinis ſolio ſtantem confregiſſe gladium vtraque ex parte acutum: quo ſignificabatur finem ab ipſo bello Pruſſico impoſitum iri. Miſsi ſunt a Caſimiro Rege ad Paulum II. Papam oratores, vt pacem apoſtolica auctoritate muniendam curarent, tum eiuſdem Rudolphi operam integritatemque commendarent, tum ob eximia virtutum ornamenta cardinalitia purpura decorandum expoſcerent. Vt vero *Pruſsica* pax ea lege a *Pontifice* confirmata ſit, vt Caſimirus tuendam religionem, hæreſimque Huſſiticam excindendam aduerſus Georgium Podiebratium ſuſciperet, proximo anno dicetur.

d Id. ibid. Alex. Guagn. in Caſimir. IV. & alij.
Inter Polonos & Cruciferos conſtituta pax.
Rudolphi legati Apoſt. opera.
Id diuinitus oſtenſum Veronicæ religioſæ fœminæ.

IESV CHRISTI
Annus 1467.

PAVLI PP. II. annus 3. FRIDERICI III. IMPERAT. 38.

1 RECurrente cœnæ dominicæ die anni a virgineo partu milleſimi quadringenteſimi ſexageſimi ſeptimi indictione quintadecima, *Paulus* II. cum ſolemni more hæreticos anathemate percelleret, latam ſuperiori anno in Georgium Podiebratium Bohemiæ tyrannum ſententiam confirmauit a, promulgatis hiſce anathematiſmis.

Repetita a Paulo II. in Georgiū anathematis ſententia.
a Lib. 1. de cur. pag. 105.

Ad perpetuam rei memoriam.

Excommunicamus maledicimus, & anathematizamus perditionis alumnum Georgium, alias Ierſicum de Conſtat, & Pogiebrat regni Bohoemiæ occupatorem, olim illius Regem nominatum, contra quem multorum catholicorum principum, & aliorum nobilium, ac fidelium populorum, & regni eiuſdem crebris denuntiationibus, & querelis merito admittendis & iuſtis requiſiti & interpellati proceſſum iamdudum per felicis recordationis Pium Papam II. prædeceſſorem noſtrum contra ipſum Georgium ſuper damnato crimine hæreſis, atque alijs deteſtandis per eum perpetratis exceſſibus inchoatum iudiciario ordine proſequendo, tandem exigente iuſtitia & iuſto iudicio, non valentes amplius abſque graui diuinæ maieſtatis offenſa, & animarum earundem periculo exceſſus tam grauiſſimos ſub diſſimulatione inultos præterire, ipſum Georgium de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & quampluriumarchiepiſcoporum, epiſcoporum, aliorumque diuini, & humani iuris interpretum, & magiſtrorum, hæreticum pertinacem, hæreticorum fautorem, damnatarum hæreſum defenſorem, periurum, atque ſacrilegum fuiſſe & eſſe pronuntiauimus, & ſententialiter declarauimus.

Inſtitutū antea in eū a Pio hæreſeos iudicium

2 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos ipſi Georgio hæretico adhærentes, aſſiſtentes, obſequentes, fauentes, aut ſibi conſilium, auxilium, vel fauorem clam, vel palam, directe vel indirecte præbentes cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel nobilitatis fuerint, & qui ſecum commercium habent ad præſens, vel habebunt quomodolibet in futurum, &c. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno* MCCCCLXVII. VII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* III.

Sectatores Georgij anathemate deuincti.

3 Accenſæ iam ante, Georgij tyrannide & impietate, belli faces maximum in vniuerſa Bohemia incendium, catholicis ad mutuum præſidium pro excutiendo nefariæ ſeruitutis iugo animatis, excitarunt b, quo eo diutius regnum illud conflagrauit, cum pari ſententiarum conſenſione catholici non conſpirarent, atque alij ad Polonum, alij ad Hungarum, alij ad Imperatorem ſpectarent c, alij etiam Georgij fucis mendacijſque ſubornati ipſi adhærerent; plures etiam ambigerent, num ex apoſtolico decreto in Georgium edito anno ſuperiori præſtitæ illi fidei, & obſequij religione ſoluti eſſent; ad quos de rei geſtæ veritate edocendos hoc anno Paulus promulgauit diploma d, in quo expoſuit, vt vocatis in con-

Catholici Bohoemi in varias partes diſciſſi.
b Chrom. lib. 27.
c Naucler. gen. 49. vol. 2.
d Lib. 1. pag. 236

concilium Cardinalibus, alijſque viris doctrinæ laude præſtantiſſimis, re diligentiſſime excuſſa conſenſuq; vnanimi Georgius ab iure regni depulſus fuiſſet decretoria ſententia ob hæreſis, & periurij crimina, quorum cognitio ad Apoſtolicam ſedem ſpectabat, atque ad omne dubium ex hominum mentibus depellendum pronuntiauit, regiæ Bohemicæ clientes a quouis iureiurando Georgio delato liberos eſſe, neque vllam criminis vel infamiæ maculam illius imperio repudiato ſuſcepturos.

Ad futuram rei memoriam.

4 Vigeſima tertia menſis decembris proxime elapſi in noſtro ſacro conſiſtorio publico ipſum Georgium hæreticum pertinacem, hæreticorum fautorem, damnatarum iam hæreſum defenſorem, periurum, & ſacrilegum fuiſſe, & eſſe, dignitateque regia, & quauis alia, ſi qua præfulgeret, bonisque, & dominijs priuatum, ac ab omnibus amouendum, ipſum denique ſingulas cenſuras, & pœnas contra ipſos in hæreſim periuroſue, fautores, & defenſores eorum a iure ſtatutas incurriſſe, poſteroſque ſuos ad ſucceſſionem inhabiles pronuntiauimus. [Nonnulliſque interiectis, quibus ſubditos ſacramenti ipſi præſtiti religione ſolutos pronunciaſſe ait, ſubditur.]

5 Et ſi tam diuino quam humano iure lucidiſſime declaratum conſtet catholicis, nullum fœdus aut vinculum cum hæretico tanquam excluſo a fidelium conſortio putrido membro eſſe ineundum, aut initum cum eo, antequam talis condemnaretur, continuandum, cum criminis huiuſmodi declaratio omnem ſoluat obligationem; & pœnæ quocumque iuramento firmatæ impediat commiſſionem, declarationem, aut cognitionem, & diffinitionem ipſius hæreſis ad Romanum Pontificem tantum ſpectare, & pertinere, ad abundantem tamen cautelam, & ad tollendam omnem dubitationis materiam, quæ vt præmittitur, vel orta iam eſt, vel oriri forſan deinceps quomodolibet in mentibus hominum poſſit, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, & ex certa noſtra ſcientia declaramus, omnes barones, ciuitarenſes, vaſallos, & ſubditos prædictos vbilibet exiſtentes, quocumque nomine cenſeantur, ab omni ſubiectione homagij, & fidelitatis iuramento, ac obligatione quacumque quibus ſe dicto hæretico damnato teneri antea quomodolibet intelligebant, pleniſſime fuiſſe & eſſe abſolutos, nec deinceps eos ad obſeruationem alicuius eorum teneri, nec iure conſtringi, aut propter non obſeruationem infamia, vel alia quauis macula notari poſſe aut debere perinde in omnibus, & per omnia, ac ſi non ſolum noſtra, vt ſunt, apoſtolica, verum etiam imperiali auctoritatibus eſſent a præmiſſis omnibus abſoluti, prout etiam ex nunc iterum & de nouo abſoluimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Marcum pridie id. maij pontificatus noſtri anno III.*

Cognitio & definitio hæreſeos ſpectat ad Pontificē

Soluti Bohoemi ſacramēti Georgio præſiti religione.

6 Non defuere nonnulli, qui ſe ſacramenti Georgio Bohemiæ tyranno dicti religione ſolutos non putarent, niſi Imperator ipſos liberos ab obſequio illi præſtando renuntiaſſet, quo circa pro Paolus hæc ad Fridericum ſcripſit a. *Conſiderantes maxime ad tuam ſublimitatem tamquam aduocatum Eccleſiæ, & præcipuum defenſorem fidei catholicæ pertinere, vt cum nobis, & ipſa Eccleſia in debitis ſententijs & decretis pro ipſius fidei veritate concurras; proinde eandem tuam ſublimitatem hortamur in Domino, & per viſcera miſericordiæ Dei omnipotentis requirimus, vt ſicut quemadmodum maieſtatem tuam decet, velis tanquam princeps catholicus, & partibus illis vicinus ad debitam executionem dictæ noſtræ ſententiæ nobiſcum concurrere ad ſatisfaciendum honori prædictorum catholicorum, antedictos barones, ciuitatenſes, vaſſallos, & ſubditos in præfato regno, vel alibi exiſtentes ab omni huiuſmodi ſubiectione, homagio, & fidelitate, ac obligatione quacumque a nobis, vt præfertur, abſolutos per tuas literas declarare fuiſſe, & eſſe ſufficienter abſolutos, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCCCCLXVII. id. maij pontificatus noſtri anno III.*

a Ib. pag. 240. Diſceptant non nulli ſolutos nō eſſe.

Monitus Fred. vt Bohoemos Georgio parere vetet.

7 Dum ita iudiciorum ſeueritatem in Georgium adhibebat Pontifex, ad elidendam potentiam tyranni, qui plures Reges, ac principes varijs fœderibus ſibi deuinxerat, atque in dies nouas coitiones faciebat, bellique aduerſus rem catholicam gerendi ſocios ſibi adiungebat, alio etiam diplomate eadem die exarato fœdera quæcumque a Regibus principibuſque cum Georgio icta reſcidit, & quæuis ſacramenta propterea nuncupata veluti impietatis munimenta, non vincula religionis, irrita pronuntiauit a; tum vniuerſos admonuit officij, ne vllam cum Georgio ſocietatem inirent.

Reſciſſa fœdera cū Georgio hæratico iuſta

a Lib. 2. de cur. pag. 241.

Paulus Papa II. ad futuram rei memoriam.

Quemadmodum fide dignorum relatione percepimus, nonnullæ tam eccleſiaſtici, quam ſæcularis ſtatus perſonæ cum præfato hæretico confœderationes, ligas, promiſſiones, obligationes, iuramenta, & alia pacta nedum generalia, ſed etiam particularia inierunt, quibus verti poſſet in dubium, an per huiuſmodi generalem declarationem, & diſſolutionem ab illorum obſeruantia ſufficienter cum animi quiete, ſanaque conſcientia abſolutæ fore cenſeantur. Nos igitur, vt pro euitandis animarum periculis, & vt vnicuique tollatur dubitandi occaſio, ſuper hoc de abundantis cautelæ ſuffragio prouidere volentes, auctoritate apoſtolica tenore præſentium diſſoluimus ex certa noſtra ſcientia, caſſamus, irritamus, atque annullamus omnes, & ſingulas confœderationes, ligas, confraternitates, ſocietates, pactiones, conuentiones, vniones, promiſſiones, & obligationes tam generales quam particulares, etiam ſi per chariſſimos in Chriſto filios noſtros Fridericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Matthiam Hungariæ, ac Caſimirum Poloniæ Reges illuſtres, quam etiam venerabiles fratres noſtros Colonienſem, Maguntinum, & Treuerenſem archiepiſcopos ſacri Romani imperij electores, necnon Magdeburgenſem, Salzeburgenſem etiam archiepiſcopos, Herbipolenſem, Bambergenſem, Ratiſponenſem, Nouemburgenſem, Auguſtenſem, Eyſtetenſem, Miſnenſem, Vvratiſlauienſem, Hiſdeſenenſem, Olomucenſem epiſcopos, & quoſuis alios prælatos eccleſiaſticos, etiamſi ſimili, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, necnon nobiles filios viros Herneſtum, Albertum, & Guillelmum Saxoniæ, Ludouicum, Sigiſmundum, Ottonem vtriuſque Bauariæ, Sigiſmundum Auſtriæ duces, ac Fredericum comitem Palatinum Rheni, necnon Fridericum Albertum marchiones Brandeburgenſes, Ludouicum Lantgrauium Haſſiæ, ac quoſcumque alios principes; comites, barones, & nobiles nationis prædictæ, quibuſcumque nominibus aut titulis nuncupentur,

Moniti de ea re principes

tur, aut aliquem ipſorum cum prædicto hæretico olim forſan quomodolibet aut qualitercumque habitæ, initæ, factæ, & medijs iuramentis, & alijs firmitatibus quibuſcumque acceptæ, & hinc inde conſcriptæ atque roboratæ fuerunt, ipſoſque & eorum ſingulos ad nihil eorum teneri aut obligari declarantes, ac quæcumque iuramenta, promiſſiones, & pacta eis, & cuilibet ipſorum relaxantes, & remittentes, ac relaxata atque remiſſa iam fuiſſe, & eſſe ad maiorem certitudinem denuntiantes: ipſos & eorum ſingulos in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub interminatione diuini iudicij diſtrictius requirendo monemus, quatenus dignitatum, honoris, & propriæ ſalutis ipſorum memores, deinceps ſententiam & literas noſtras prædictas maiori cum deuotione ac reuerentia ſuſcipientes, ac illarum executioni debitæ intendentes, necnon eam poſſibilibus fauoribus, auxilijs, & præſidijs eorum promouentes & iuuantes, damnatum illum hæreticum, tanquam membrum putridum, & peſtiferum, a fidelium vnitate iuſte præciſum, &, vt præmittitur, penitus ſeparatum cum omni poſteritate & ſequela eius vitent, falſas ipſius artes deſpiciant, ubi non auſcultent, non communicent, nec quidquam per ſe vel alios ſecum commercij habeant, eum non Regem, non ducem, non marchionem, non denique cujuſuis alterius dignitatis titulo nominent, aut pro tali reputent, facturi ad laudem omnipotentis Dei in ſuarum ſalutem animarum pro debita præmiſſorum omnium executione ſicut veros decet principes catholicos, vt cœleſtem pariter & noſtram, ac huiuſmodi ſanctæ ſedis Apoſtolicæ benedictionem & gratiam digne conſequi mereantur, &c. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno* MCCCCLXVII. *id. maij pontificatus noſtri anno* III.

Hæretico quiuis dignitatis titulus abrogatus.

Internuncius Apoſtol. cruceſignata ſigna in Georgiũ iuſſus attollere.

8 Ad perficienda ea, quæ ab Apoſtolica ſede decreta fuerant in Georgium, Paulus legatum jam ante in Bohemiam Rudolphum epiſcopum Lauentinum victricia crucis ſigna attollere, populoſque ad religioſam militiam cogere, ac decumanum aurum ex eccleſiaſticis cenſibus redigere iuſſit a. Creauit etiam ſacræ fidei cenſorem Gabrielem Veronenſem Minoritam b aduerſus impios Vvicleffiſtas, contra quos iam multos pro fide labores ſuſceperat. Propagatam vero Latius nefariam illam ſectam in Bohemia fuiſſe ex his pontificijs verbis conſtat: *Cum, ſicut & fidedignorum relatione plurimorum, nobis diſplicenter innotuit in pleriſque Bohemiæ, & circumuicinis partibus nefanda Vvicleffiſtarum ſeu Huſſitarum hæreſis iam dudum per ſacrum concilium Conſtantienſe damnata, in quo etiam auctores illius perfidiſſimæ ſectæ viri impij Ioannes Hus, & Hieronymus, iuſtitia exigente, igne conſumpti ſunt, ac deinceps per plures Pontifices Romanos prædeceſſores noſtros, & Romanam eccleſiam damnata, operante ſatore zizaniæ, proh dolor! in dies erumpat, peſtiferumque virus ſuum euomens multorum ſimplicium animas ſuis tendiculis, & palliatis coloribus ſub prætextu ſimulatæ veritatis illaqueando decipiat, illas æterno ſatagens igni tranſmittere conſumendas, &c. Dat. Romæ apud ſanctum Marcum anno* MCCCCLXVI. *idibus martij pontificatus noſtri anno* III. Hactenus de pontificijs decretis aduerſus Georgium Podiebratium, & Huſſitas: iam quæ tum a catholicis Bohemis, tum a Georgio, tum a finitimis Regibus geſta ſint percurramus.

a Ib. pag. 237. & 243.
b Ib. pag. 149. & 235.

Gabriel Veronen. cenſor fidei in Vuicleffiſtas creatus.

9 Metuebat præ cæteris principibus Georgius Caſimirum Poloniæ Regem, cum ad illum corona Bohemica hereditario iure vxoris ſuæ Eliſabeth, quæ Ladiſlai poſtremi Regis defuncti ſoror erat, ſpectaret. Ad eum itaque demulcendum, ne a Pontifice & principibus incitatus ſceptrum Bohemicum ſibi vendicaret, curas vertit, miſſoque oratore Hicinio Morauo eundem Caſimirum, vt fœderis ad Glogouiam icti memor eſſet, rogauit; ac reſarcitis iniurijs, quas nonnullæ Bohemicæ copiæ facta in Poloniam irruptione antea intulerant, fœdus inſtaurauit in conuentibus Petricouienſibus: quibus dimiſſis, fœderatorum Bohemorum, qui Georgium dignitate regia, quam hæreſi fœdarat, deturbandum, & alterum e Caſimiri filijs, vtpote regio ſanguine Bohemico procreatis, optandum Regem conſtituerant, oratores affuere precaturi, vt regni Bohemici, quod ad ipſum ac liberos quodam iure hereditario ſpectabat, curam capeſſeret, & ab hæretico tyranno opprimi non pateretur. At ſubornatus adeo fuit hæreticorum fraudibus Caſimirus, vt neque vllo tuendæ religionis pio ſtudio, neque regni ampliſſimi ſibi debiti illecebra ſe ſinerit moueri. Reſponſum itaque in longinquum tempus extraxit, eam obtexens cauſam, de re adeo graui ſoluto procerum cœtu decerni non poſſe.

Georgius Caſimirũ Poloniæ Regem ſibi conciliare eniſitur.

Bohoemi Catholici rogant vt ſceptrum Bohoemicũ ipſi e filijs aſſerat.

Eorum preces a Caſimiro indigne ſpretæ.

10 Acceſſit deinde Cracouiam Rudolphus epiſc. Lauentinus internũcius apoſtolicus prædicto Gabriele Veronenſi fidei ſacræ cenſore, & Petro Ereleo decano Agnenſi cubiculario pontificio adiunctis collegis, qui Caſimirum ad ſceptrum Bohemicum ex Georgij impij vnguibus auellendum hortatus eſt, ac Pontificis, Imperatoris, Germanorum, aliorumque orthodoxorum opem ſpopondit; tum diplomata apoſtolica protulit, quibus pruſsica pax ea lege confirmabatur, vt Caſimirus fœdus cum Georgio perperam ſaucitum diſſolueret, & rem catholicam in Bohemia efferret. Inuiſa fuit ea adiecta conditio Caſimiro, offenſioniſque cauſas ex pontificia beneuolentia male decerpſit, miſſoque Romam Ioanne Sempinio equite flagitauit, vt fœdus pruſsicum nullius legis addita formula confirmaretur, at repulſam tulit. Vrgebat interea Caſimirum ex conuentu orthodoxorum Iglauienſi Elias orator, vt remota omni mora, quæ exitium catholicæ rei erat allatura, oblatum regnum capeſſeret, vel e filijs aliquem mille tantum equitibus ſtipatum mitteret, cui ſociorum armis regnum aſſerendum eſſet: cumque indigna Rex captaret diffugia, apud eum legatus pontificius inſtabat ne Georgium damnatum hæreſeos, regiaque honori deiectum a pontifice ſocium Regemue agnoſceret; quin potius cruceſignatam militiam in Polonia conſcribi aduerſus hominem impium pateretur. At neque his victa Regis mens; qui tamen Cracouiæ conuentus indixit; in quo diebus quindecim agitato conſilio ſuam mentem nondum explicuit, ſed procerum infrequentiam cauſatus, de oblato regno pontifici Bohemiſque gratias egit, remque ad celebriorem alium procerum cœtum protulit, pollicitus nauaturum ſe operam ſedando bello Bohemico, ac Georgio Romanæ eccleſiæ conciliando.

Delatum ipſi regnum recuſat.

11 Prodebat Caſimirus per eas moras impio tyranno rem catholicam, ad quam proſternendam armabat eum furor, neque vlla ſpei lux affulgebat, vt plus auctoritatis quam Imperator cæterique principes ad flectendum in impietate obſtinatum hominem Rex ipſe haberet. Cum

ita-

Digitized by Google

itaque miſsi ab Caſimiro oratores (inter quos erat Ioannes Dlugoſcus canonicus Cracouienſis, e cuius polonica hiſtoria multa mutuati in XIII. & XIV. annalium tomos intulimus) in Bohemiam veniſſent, non difficile fuit erudito veteratori nouas fraudes aſtruere, quibus eundem poloniæ Regem irretiret. Negauit itaque Georgius quidquam ſe aduerſus apoſtolicum faſtigium commiſiſſe, ſed factas cum ipſius anteceſſore, ac Baſileenſi concilio pactiones obſeruaſſe: &, ſi quid forte contra actum eſſet, id ſe correcturum. poſtremo vt fucato lenocinio Caſimirum caperet, addit illum ſe pro componendis rebus Bohemicis arbitrum non recuſare. Indignum profecto erat perfidi & periuri hominis, qui ſanctiſsimum iuſiurandum in regia inunctione nuncupatum de tuenda fide, præſtãdaque, orthodoxorum more, ſedi Apoſtolicæ obedientia violaſſet, fallacibus verbis fidere, & orthodoxi dogmatis aſſertores ipſius immanitati exponere, quamobrem catholici proceres Caſimirum, ne ſe Georgij artibus illaqueari pateretur, orarunt.

Georgius varijs fraudib. Polonum irretit.

12 *Conuentu*, inquit Cromerus, *apud Vvratislaniam habito negarunt ſe illum arbitrum accipere poſſe, inconſulto Pontifice ma[illegible], cuius iuſſu bellum ſuſcepiſſent, neque veru[illegible] [illegible] eſſe fidem Georgij verbis atque promiſſis, [illegible] potius ſuſciperet Caſimirus oblatum & iure [illegible] debitum regnum, aut aliquem de filijs, quos iam multos haberet in ſpem plurimum regnorum ſuſceptos, Regem ſibi mitteret.* Si morem illis geſiſſet polonus affulſiſſet proculdubio magna ſpes rei catholicæ bene gerendæ. Gerebatur vero graue vtrinque bellum, & Georgius catholicorum munitiones oppugnabat, & contra illi inſigne oppidum, cui Buzeouice nomen erat, Huſsitis eripuere: Vvratislauienſes etiam conflato exercitu plura vicina oppida adorti Frankeſteinum ceperunt: ſed mox ſubmiſsis a Vvillelmo Miſniæ & Thuringiæ duce, & ab Alberto marchione Brandeburgenſi auxilijs inſtructus Georgius recuperauit oppidum, & quatuor millia orthodoxorum partim cepit, partim ferro deleuit. Denique Caſimiri opera quinquemeſtres induciæ pactæ ſunt. Cæterum ipſe ob deſertam catholicorum cauſam grauem nomini ſuo labem intulit, dubitatumque a eſt, num recte de fide ſentiret. Vt vero poſtea liuore in Matthiam pannoniæ Regem ob ſuſceptam religionis cauſam, admiſſoſque Bohemicos apices, quos ipſe repudiarat, cum hæreticis in catholicos turpiſsime arma iunxerit, dicetur inferius. porro dum ſolicitabatur polonus ad ſceptrum Bohemicum eripiendum Georgio, principes Germaniæ nimiam poloni potentiam vereri cœperunt; tum Imperator fluctuare quid ea in re potiſsimum ageret: conqueri etiam de tradito a pontifice regno Bohemico; Bohemiam imperij eſſe beneficiariam, neque ab alio, quam ab Imperatore cuipiam tradendam. Maxima itaque animorum diſſenſio in Germanis fuit, quam Laurentius Ferrarienſis epiſcopus a ſe cognitam, tum aſperum rei catholicæ ſtatum ex Norimbergenſibus comitijs reuerſus Cardinalium ſenatui aperuit, ex quo hæc papienſis Bertino Adrienſi epiſcopo ſignificauit b.

a Card. Papien. ep. 282.

Poloni potentia Germanis ſuſpecta.

b Ibid.

13 *Accidit reditus ad nos Ferrarienſis epiſcopi, qui ante ad Nurimbergenſem conuentum in Germaniam miſſus, & de his plura intelligens refert, quo in ſtatu ſint ſingula: præſul, vt noſti, grauis eſt, & fide digniſſimus. Ex eius igitur multo & accurato ſermone eis de rebus ita collegimus. Magnam partem Georgiea ditionis audito ſedis indicio ab illius tyrannide ſe ſeiunxiſſe, ac iam palam detrectare imperia, dynaſtarum autem quemque, ac populorum ad priuatam defenſionem ſe comparare: metuendum vero eſſe ne ij omnes, Germanis non adiuuantibus & perurgente Georgio, inſignem aliquam calamitatem accipiant: Polonorum Regem, quem credebamus vendicaturum armis id regnum, ſtudente præſertim Pontifice, nec libere quidquid habeat animi reſpondere, nec ſaniorem illo in fide haberi: Imperatorem quoque Federicum ad omnia præpoſterum innata lentitudine neſcire quid potiſſimum agat, id modo vnum flagitare a nobis, ne inducetur Polonus rebus ſuis in tanta propinquitate tremendus: palam etiam ferre, ſi maxime damnandi Regis noſtrum iudicium fuit, non vtique poteſtatem eſſe regni tradendi, eam totam Imperatoriam eſſe: Germanos itidem principes priuatis adductos periculis de Polono excludendo ſentire cum Cæſare: neminem autem inueniri, qui non habeat Georgium odio, & propter eius iniquitatem regno deijci cupiat. Verum dum ſibi inuicem omnes mutuis contentionibus diſſident, paruumque pacati ſunt, Cæſari contingere, vt metu quiſque aduerſæ factionis, ne illi ſe Bohemus adiungat, non modo temperet bello, ſed neceſſario quoque blandiatur fortuna, eamque ob cauſam quoſdam fœderibus, nonnullos coniugijs eſſe coniunctos: in eo autem ſummum periculum verti, ne vndique liber hæreticus carptim aduerſantium quemque, vel ſtudijs continuis ſibi conciliet, vel opprimat armis: etenim totum corpus ſanæ partis regni non coire in vnum ad priuatam cuiuſque defenſionem, ſed laborante vicino quietem proximos agere, atque ad ſua tantum conuenienda ſtudium adhibere: futurum igitur his tantis incommodis, vt mox ille priſtinis ſuæ tyrannidi reſtitutis viribus non modo contempturus hæc noſtra ſedis indicta ſit, ſed paſſim vel metu, vel gratia ſtudia totius Germaniæ conciliaturus; atque ita quemque Bohemorum antea catholice ſentientem in eandem ſecum damnationem iturum, nec ante futurum finem, quam ille inſigni aliquo detrimento Romanam eccleſiam vlciſcendi ſtudio affiiat. Summa Ferrarienſis noſtri hæc eſt.*

Plures Catholici Bohoemi a Georgio deficiunt.

Mota lis a Cæſare ſpectare ad ipſum ius trade[n]di ſcepteri Bohoemici.

Bohoemiam Georgius in hæreſim trahere nititur.

14 Terrebant hæc plurimos, verum ſpem collocandam in diuino Numine, ac demum Eccleſiam de religionis hoſte triumphaturam, addidit Papienſis adductis hiſce argumentis: Cur, inquit, *in tanta manſuetudine noſtra*, adhibita nimirum in Georgium, *& cum iuſta fidei cauſa non ſperemus in Domino, metumque omnem ſiniſtri euentus, ſi quis nos habet, forti animo abijciamus? an non dictum eſt nobis per Apoſtolum Iacobum: beneficientes, & non timentes vllam perturbationem? an non per ſaluatorem Chriſtum Ieſum: Maior eſt, qui in cœlo eſt, quam qui in mundo? Et: Mihi vindicta, & ego retribuam? Scimus iuxta verbum ſcripturæ itinera impiorum perire, vltionem ſanguinis ſeruorum Dei, qui effunditur, introire in eius conſpectum, eſſe eum a dexteris nobis ne commoueamur. In tantis ſponſionibus diuini eloquij, niſi infideles ſimus, bene concipiendum eſt nobis, & erecta mente expectanda repromiſſa præſidia; præſto etenim ſunt omnibus inuocantibus ea, ac licet peccata noſtra terrore merito nos debeant, ab iiſque flagella debito ſint expectanda, quia tamen publica Chriſtianorum res geritur, atque in vnius caſu multorum ſalus exurgit, confidendum indubie eſt pietatem diuinam ad fidem magis Eccleſiæ reſpecturam, quam ad conditionis humanæ fragilitatem.* Non feſellit piorum expectationem diuina

Deficiente humana ope ſpem in Deo locandã.

Reſpondere exitus pioru[m] votis.

uina clementia; attritus enim multis aduerſis caſibus Georgius amiſſa regni parte, ſcelus tandem defleuit, veniamq; ſero popoſcit; eius autem progenies ſolio Bohemico eiecta fuit, vt ſuo loco dicetur.

15 Quod attinet ad Laurentium epiſcopum Ferrarienſem, cuius ſententiam in re Bohemica a Papienſi recenſitam attulimus; is hoc anno in Germaniam a Paulo II. miſſus fuerat, vt Germanos aduerſus Mahometem II. Turcarum Imperatorem pro inſtauranda re Chriſtiana concitaret, ad quem eo argumento literæ x. kal. iunias datæ in regeſto pontificio extant a: quo etiam die decreta a Paulo ſolemnis legatio in Germaniam, quæ Petro tit. S. Vitalis presbytero Cardinali fuit demandata b ad eandem ſacram expeditionem promouendam. Vt vero his ſolicitantibus Imperator Nurembergenſes cœtus indixerit hac de cauſa, ac demum cruceſignatæ in Turcas expeditionis conſilia euanuerint, dicetur inferius.

Petrus Card. tit. S. Vital. in Germ. miſſus. a Paul l. 1. pag. 244. b Ib. pag. 247.

Nunc addimus nonnullos hæreticos in ditione pontificia compertos, in quos legibus inquiſitum eſt. Erant ij ex Fraticellorum ſecta, quæ a peruerſa mentis opinione nuncupatur, quod negent Rom. pontifices Chriſti vicarios eſſe poſſe, qui affluentes opibus Chriſti paupertatem non imitentur: perductos vinctos Romam octaua iulij die ex oppido, cui Poli nomen eſt, numero quatuordecim partim mares partim fœminas, refert Stephanus Infiſſura c, ac ſublimi contignationi extructæ apud Aracœli, qua proſpectus eſt in aream Capitolinam impoſitos, ad ſceleris ignominiam mithra papyracea redimitos fuiſſe; tum vero pontificium vicarium alijs quinque epiſcopis ſociatum ad ipſos ab hæreſi reuocandos concionem habuiſſe: deinde eos, qui impiam opinionem damnarunt, linea veſte, alba cruce in pectore & a tergo inſignita, indutos fuiſſe.

Fraticellorum ſectatores nonnulli hæreſim eiurant. c Steph. Infiſſ. archiu. m. ſ. vat. ſig. n. 111. Plat. in Paul. II.

16 Tradit idem auctor auctum fuiſſe decima octaua die ſeptembris Cardinalium collegium, donatis ſacra purpura octo viris inſignibus. Fuere illi d Thomas Bourcherius archiepiſcopus Cantuarienſis presbyterali titulo S. Cyriaci in thermis donatus: Stephanus Varada archiepiſcopus Colocenſis presbyterali tit. SS. Nerei & Achillei inſignitus: Oliuerius Carafa archiepiſcopus Neapolitanus presbyter Cardinalis tit. SS. Petri & Marcellini, deinde S. Euſebij, poſtmodum Albanenſis epiſcopus, ſubinde Sabinenſis, poſtremo Oſtienſis creatus: Amicus Agnifilus Aquilanus epiſcopus presbyter Cardinalis tit. S. Balbinæ, deinde S. Mariæ transtyberim: Ioannes Baluus epiſcopus Andegauenſis presbyter Cardinalis tit. S. Suſannæ: Marcus Barbus Venetus epiſcopus Vincentinus Pauli II. patruelis presbyter Cardinalis tit. S. Marci, primum, dein epiſcopus Prænestinus: Franciſcus Robureus Saonenſis ordinis Minorum ſupremus adminiſter presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, qui poſt Paulum pontificatum Sixti IV. nomine accepto geſſit; ac Theodorus ex marchionum Montisferrati familia natus, qui diaconus Cardinalis S. Theodori renunciatus eſt.

Auctus Cardinalium ſenatus. d Fel. Contelor. in elench. Card. par. altera. Eorum nomina.

17 Excitatum eſt ingens in Italia hoc anno repentini belli ciuilis incendium ex Florentinorum factionibus, quod paulo poſt reſtinctum eſt. Defuncto vt diximus Coſmo Mediceo ſummæ dignitatis & auctoritatis viro, tum opibus & clientelis, Regumque & principum amicitia florentiſſimo, cuius nutu pluribus annis Florentina reſpublica adminiſtrata fuerat, ſucceſſit eius filius Petrus, qui paternam auctoritatem retinere eniſus eſt, cui multi etiam familiaritate coniunctiſſimi propagationem dominatus in vna familia, veluti publicæ libertatis cladem, exoſi ſeſe oppoſuere, neque illis blandimenta verborum & pigmenta, vt populum in ſuam partem traherent, deerant. Demum poſt contentiones varias, poſt excitos finitimos principes ad mittenda auxilia, poſt inſtaurata ſæpius amicitiæ fœdera, creatis magiſtratibus, Petri ſtudioſis: illius æmuli, qui de republica in priſtinum reſtituenda ſplendorem, libertate aſſerenda, propagationeque imperij in Medicea ſtirpe diſcutienda plura erant moliti, in exilium pulſi ſunt. Erant ij Angelus Accaiolus, Nicolaus Soderinus, & Dorefaluius Nero, quorum poſtremus ad Bartholomæum Coleonem Bergomenſem virum bello egregium, qui plura ſub Venetis ſtipendia meruerat, perfugit, impulitque ſtimulis gloriæ, vt exules & vna libertatem Florentiæ reſtitueret. Is cum de ea re ad Venetos retuliſſet, exaggeratumque eſſet Coſmi Medicei opera Franciſcum Sfortiam Mediolanenſem ducatum ſibi peperiſſe, Venetoſque illius principatus reipublicæ Venetæ imperio adiungendæ ſpe deluſos, cenſuerunt ij, e re ſua fore, exules reſtituere in patriam, vt Florentiam fœdere, & conſiliorum ſocietate coniunctam haberent.

Turbæ in Florentina repub. exortæ poſt obitum Coſmæ Medicæi.

Veneti exules Florentinos patriæ reſtituendos ſuſcipiũt

18 Stipendia itaque Coleoni ex arcano polliciti, tum ſubſecuturas auxiliares copias, honeſtam militiæ miſſionem illi permiſere, qui ingentem exercitum collegit: ac mox vniuerſa Italia velut ſigno dato arma ſumpſit: Galearius dux Mediolanenſium ſuccinctus copijs Petro Mediceo opem laturus Florentiam accurrit; quo etiam auxiliares turmæ a Ferdinando Rege ſubmiſſæ. Verebatur Mediolanenſis ne principatus ſuus, Florentia in Venetorum ſocietatem concedente periclitaretur. Nec deerant Ferdinando, qui cum Romana eccleſia, accepti beneficij immemor, inimicitias ſuſceperat, vectigalque pendere abnuebat, ſuſpiciones, ne pontifex Bartholomæum Bergomenſem ad ipſum regno eijciendum concitaret; Venetæque inuidebat potentiæ. At Chriſti vicarius, qui in ea diſſenſione in neutram partem inclinabat, ſed verbis omnes ad pacem conficiendam adhortabatur, conſcripſit exercitum, vt ditionis eccleſiaſticæ vrbes tueretur, tum, ſi poſſet, Pinum Ordelaffum, a quo fama erat ſublatum fuiſſe veneno Cicum fratrem, Foroliuienſi toparchia per tyrannidẽ arrepta depelleret. Florentini denique Fridericum Feretranum rei bellicæ communibus ſtipendijs præfecere; cum per Flaminiam irrumpere in Etruriam niteretur Bartholomæus Bergomenſis, & explicata acie Galeatium retro ſigna vertere compuliſſet; demum illo Florentiam excito ad Ricardinam in agro Bononienſi cum Friderico Feretrano ad arma venit; in quo prælio lectiſſimi Italiæ milites, qui aduerſus Turcicam tyrannidem pro Chriſto maximas res gerere potuiſſent, occubuere, ancipite cruentaque victoria vtrinque diſceſſum eſt, exercituſque ad hyberna reuocati: quæ pluribus narrant Cardinalis Papienſis, Florentini hiſtorici, alijque plures. At pontifex cum doleret inde rem Chriſtianam maximum vulnus accipere, diſtrahique a Turcici belli curis Venetos, cum iam aduerſus Mahometem inſignem legatio-

Cruento prælio cõmiſſo debilitatæ partes aduerſæ.

gationem ad Germanos crucis ſymbolo inſignicndos, vrgendoſque in hoſtem fidei decreuerat inſtaurandæ paci ſummis ſtudijs incubuit, quam pacem proximo anno conciliatam fuiſſe videbimus.

Paci componendæ data a Pont. opera.

Caſtella ciuili bello lacerata.

a Sur l. 18 annal. c. 10. Io. Mariana l. 23. c. 10. & alij.

19 Ardebant a eodem tempore ciuili bello Caſtellæ & Legionis regna, quæ proceres coniurati præfecto ſibi iniuſte Alfonſo principe cum Henrico Rege ferro flammaque partiebantur: ad quos ſedandos motus Paulus Pontifex, acceptis Henrici literis, ampliſſimum legationis munus Antonio Iacobo epiſcopo Legionenſi demandauit. Adiecta eſt diplomati hæc temporis nota: *Dat. Romæ apud S. Marcum anno* MCCCCLXVII. *idib. maij pontificatus noſtri anno* III.

b Ib. pag. 252. &

20 Vt diſciſſam concordiam facilius redintegrare poſſet legatus illum Paulus ſumma inſtruxit b auctoritate, vt coitiones omnes, & conuenta quæuis paci aduerſantia, quamuis ſacramenti fucata religione firmata eſſent, diſſolueret; tum ſeditioſos, ac perduelles intentatis cenſuris eccleſiaſticis ad Regi obtemperandum compelleret. Cupidiſſimus erat redintegrandæ publicæ pacis Henricus, & cum marchione Villenæ aduerſæ factionis ſignifero plures ſpe concordiæ colloquia habuit: ſed ab eo toties maxima cum regiæ auctoritatis ignominia deluſus eſt. Perfunctus porro ſuo munere legatus perduelles in pertinacia obſtrmatos anathemate perculit c; ſed ij ad commune ſcelerum aſylum perfugientes, ad eludendam eccleſiaſticam cenſuram, ad futuram œcumenicam ſynodum prouocarunt, rati ea aſtutia Eccleſiæ illuſiſſe, quam impietatem damnat auctor, de quo paulo ante memoraui. Parati ita ad omne ſcelus coniurati regias copias adoriri auſi ſunt, dimicatumque eſt prælio ad Olmedum, in quo fuſus multus Hiſpanus cruor, dubia & in neutram partem inclinante victoria.

Perduelles anathemate defixi.

c Mariana l. 23. c. 10.

Prouocant impie ad futurum concilium.

Hiſpani mutuis prælus atteriti.

c Marian. ſup. c. 10. Sur. l. annal. 18. c. 10. & Maria. ſup. c.

d Ibid.

21 In Nauarra Leonora Fuxenſis materno iure ſceptrum ſibi aſſerebat, ac Vianam oppidum inſigne Nicolai epiſcopi Pampilonenſis opera, eiecto præſidio Caſtellano, cepit d. Cataloniam maior belli turbo quatiebat, ac Renatus Andegauenſis non de illa modo, verum & de aliorum regnorum iure cum Ioanne Rege certabat, cuius filius Ioannes comparato exercitu, Gallorumque Regis inſtructus auxilijs Barcinonem exeunte auguſto peruenit c, collatiſque cum Aragonijs ſignis ipſos acie deleuit: Ioannes Rex quamquam ſenio affectus oculis caligaret, bellico tamen ſpiritu ardebat; nec ſegnius Regina ſuccincta exercitu Ioanni ſe opponebat, ne latius proferret dominatum, illumque Gerundenſem obſidionem ſoluere compulit.

Ioannes Andegauenſis Regis Aragonum copias delet.

Gerundẽſi obſidione depellitur.

22 In Belgio inteſtinum bellum inſtauratum eſt, Leodienſes enim, qui in Ludouicum epiſcopum animis ob adminiſtratam improbe ſacram prophanamque rem vehementer commoti erant, educto exercitu Hoyum repentino expugnarunt impetu, ac Ludouicum in fugam egere; in hos deinde Carolus comes arma conuertit, eoſque ad Trudonenſe oppidum deleuit: promouit poſtea Leodium exercitum, cuius terrore perculſi Leodienſes ſalutem pacti illius imperijs ſe ſubmiſere, egreſſique trecenti numero & eo amplius ciues comparato ad commiſerationis ſpectaculum cultu, ſeminudi diſcinctique veniam perduellionis ſupplices ab illo petierunt: qui victis ita pepercit, vt iras in vrbis portas, & mœnia, quorum fiducia rebellarant, conuerterit, eaque deijci iuſſerit a.

a Id c. 11.

Philippi ducis Burgun. obitus.

b Belcar. ep. Meten. in comm. rer. Gallic. dec. 1. l. 2.

c Monſtr. vol. 3. pag. 130. Meyer. id. ib. lib. ann. 17. Naucl gen. 49. vol. 2. & alij.

Eius elogium.

d Belcar. decad. 1. lib. 1 n. 18 & l. 2. n. 6

23 Succeſſerat is iam recenter Philippo patri duci Burgundiæ, qui die decima quinta iunij obierat b. Ipſum veluti laudibus cumulatiſſimum plerique celebrarunt; inter quos Monſtreletus c chronicon eius elogio clauſit; necnon Belcairus d hoc encomio ipſum exornat: *Merito facilitatis ac probitatis ergo Boni cognomen accepit, pauca tributa exigebat, vt non tam principem imperij licentia vtentem, quam patremfamilias ex æquo & bono ſuis prouidentem diceres, aut, vt verius dicam, in eo antiquorum Regum, qui non quid liceret, ſed quid ſe deceret, quidque ſui officij eſſet ſpectantes, regna ſua iuſtitia & æquitate moderabantur, expreſſam imaginem cerneres.* Et infra: *Pridie idus iunij anno huius ſæculi* LXVII. *in lethalem morbum incidit, triduoque grauiter conflictatus anno ſuæ ætatis ſexto, & ſeptuageſimo e vita exceſſit. Fuit ea mors acerba ſuis, patriæ exitialis, omnibus luctuoſa; nam inter Chriſtianos principes nemo illi vel iuſtitia, vel animi magnitudine præſtabat; ad hunc Galliarum, Hiſpaniarum, maioris Britanniæ, Luſitaniæ Reges, ad hunc Germani, orientaleſque Imperatores, ad hunc Romani pontifices confugerunt.* Neque illi ſui defuerunt næui, ſuſceptuſque nothorum grex a Mahumeticæ ſpurcitiæ licentia vitam illius non abfuiſſe oſtendit; & ob molles delitias, quibus erat irretitus, repetita toties de ſacro in Turcas bello gerendo, ſociandoque Pio II. vota ac promiſſa violaſſe; quin potius inteſtina in Gallijs conflaſſe bella, rurſumque ciuilibus diſſenſionibus ſe implicuiſſe vidimus.

Mahumeticam libidinum licentiã ſectari viſus.

e Lib. 4. bul pag. 154.

Non præterimus in extrema huius anni periodo Paulum pontificem Franciſco de Baucio Adriæ duci S. Catharinæ Senenſis digitum in æde ſacra Adrienſium prædicatorum collocandum maximi inſtar muneris conceſſiſſe e. Conſignatum ita eſt diploma. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno* MCCCCLXVII. XVI. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* III.

IESV CHRISTI

Annus 1468.

PAVLI PP. II. annus 4. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 29.

1 INeunte anno humanæ ſalutis poſt milleſimum quadringenteſimum ſexageſimo octauo indictione prima die epiphaniæ ſacro Germanici imperij ordinum conuentus ſolemnes, qui anno ſuperiori indicti fuerant, pro tuenda religione, ac republica Chriſtiana Nurembergæ celebrati f fuerunt. Oppugnabatur illa externis interniſque hoſtibus; nam Georgius Bohemiæ tyrannus, quem ad firmandam arreptam regiam dignitatem Calliſto pollicitum vidimus, cruceſignata vexilla Turcico illaturum imperio, in crudelem fidei catholicæ hoſtem deſciuerat, tum conferendæ erant in vnum Chriſtianorum principum vires, vt religioſa expeditio in Mahometem Macedoniam, ac Peloponeſum vaſtantem, Vitalis Cardinalis legati potiſſimum opera, conficeretur. Plurima maximi momenti in ijs cœtibus agitata, quæ dein fuiſſe diſſipata, refert Krantzius g. Cæterum in ijs decretum, pacandam prius Germaniam, quam ex ea cruceſignatus exercitus educeretur: pacemque a Fri-

Nurimbergæ celebrati ſolemnes conuentus.

f Crant. Vuandal. l. 12. c. 37.

Actum in ijs de Turcica expeditione cõficienda.

g Id ib.

Digitized by Google

Cur cre. a Paul. II. l. 2. pag. 68 & pag. 54

Friderico in annos quinque imperiali ſanctione indictam vniuerſæ Germaniæ ex Pontificis literis a conſtat. Ad firmandam porro eam concordiam Paulus cenſurarum eccleſiaſticarum pœnas illam violaturis propoſuit, vt mutuo fœdere coniuncti catholici aduerſus impios maiores vires colligerent: cumque interous hoſtis Georgius Podiebratius Huſſitarum ſignifer prius opprimendus videretur, munus impoſuit b Laurentio Rouarellæ epiſcopo Ferrarienſi, vt fideles ad crucis ſigna contra Bohemos hæreticos vocaret.

b Sup. pag. 26.

Georgiũ ob hæreſim exau ctoratum euertere mittitur Pont.

Venerabili fratri Laurentio epiſcopo Ferrarienſi referendario ac domeſtico, nuntio, & oratori noſtro.

2 Quia ipſe perfidiſſimos hæreſiarcha in profundum malorum omnium deſcendens in tantam præſumptionis inſaniam prolapſus eſt, vt coacto hæreticorum exercitu non ſolum catholicos regni barones, ac populos, verum etiam vicinarum prouinciarum fideles ſuæ tyrannidi ſubiugare molitur & nititur, neceſſarium cenſuimus ad hanc peſtem eliminandam, & perfidiam vltra armorum vim, & numeroſum catholicorum exercitum, etiam cum omni poteſtate, ac ſeueritate eccleſiaſtica procedere ad perſonam tuam direximus oculos noſtræ mentis, quam in agendis præditam, & in arduis noſtris, ac Romanæ eccleſiæ negotijs magna experientia comprobatam, & literarum doctrinis eminentem cognouimus, de eadem ſumentes in Domino fiduciam, *& infra*, ad vniuerſam Germaniam, ſingulaſque eius prouincias, ciuitates, terras, oppida, & loca pro hac & fidei cauſa dictæ ſedis, ac noſtrum nuntium, & oratorem cum plena poteſtate legati de latere tranſmittendum duximus.

Opprimere catholicos proceres cõtendit Georgi⁹.

3 Tu igitur munus hoc pro Dei honore, & noſtro, ac ſedis apoſtolicæ reuerentia prompta deuotione ſuſcipiens, iuxta prudentiam tibi a Deo datam rebus in diſcriminibus poſitis prouidere, & opportune conſulere, & facere exequi non differas quæ neceſſaria, & expedientia cognoueris. Nos autem, vt fructus, quem in futurum expectamus, quantocius eueniat, tibi, quibuſcumque neceſſarijs concluſionibus ad effectum huiuſmodi ſanctæ expeditionis habitis, vel habendis auctoritatem, & decretum interponendi, ac pacem, quæ, vt accepimus, in Nurembergenſi dieta nouiſſime celebrata, & per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum in vniuerſa Germania quinquennio durante imperiali banno indicta, & ſub interminatione cenſurarum eccleſiaſticarum noſtro, & Eccleſiæ nomine confirmata extitit, ab omnibus obſeruari faciendi & mandandi, etiamſi opus fuerit cum exageratione cenſurarum, excitandique præterea fideles, ac catholicos Germaniæ principes & populos, vt aduerſus nefandiſſimum Georgium, & hæreticos prædictos pro defenſione fidei, pro ſalute patriæ, pro tuitione propria cuiuſque & ſuorum omnium ſe ardenter opponant, & illos exterminare, ac delere procurent; inſuper cruciatam contra huiuſmodi hæreticos prædicandi, & ab alijs prædicari faciendi, & cruceſignatis contra eoſdem hæreticos pugnantibus, vel ad id contribuentibus non ſolum ſemel in vita, ſed & in mortis articulo iuxta ordinationem tuæ fraternitatis, vt indulgentiam plenariam conſequantur, concedendi, *& infra*, tenore præſentium facultatem, licentiam & auctoritatem, concedimus & impertimur, &c. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXVIII. XI. *kal. maij pontificatus noſtri anno* IV.

Iuſſus legatus Germanos Nurembergæ congregatos in Georgium cõcitare.

4 Vrgebat grauiſſima inferendi Georgio belli cauſa, neque enim ille apoſtolica damnatus ſententia pertinaciam poſuerat, ſed nouas catholicis inferre clades non deſiſtebat. Et quidem narrat Crantzius a illum a Friderico Auguſto monitum, vt ſe exutum Bohemico ſceptro ob hæreſim agnoſceret, regnique imperij vectigalis ius ad Imperatorem, vt legitimum ſucceſſorem deuolutum, utque Romanæ eccleſiæ pareret; at illum ob hæc accenſum ira in Auſtriam exercitum immiſiſſe: ad quem coercendum merito pontifex Germanos in ſacra arma hoc diplomate concitauit b.

Monitus a Freder. Georgi⁹ regnum ob hæreſim ad Imp. deuolutum, in Auſtriam irrumpit.

a Crantz. hiſt. Vand. l. 12 c. 39. b Paul l. 5. pag. 235.

Ad futuram rei memoriam.

5 Quoniam idem Georgius in profundum malorum deſcendens in tantam præſumptionis prorupit audaciam, vt hæreticorum coacto exercitu non ſolum catholicos Bohemiæ principes barones, & populos ad ſuos errores deducere, verum etiam vicinarum prouinciarum, & potiſſimum inclytæ, ac deuotiſſimæ nationis Germanicæ ciuitates, & loca infenſis armis inuadere præſumit, & in eiuſdem nationis ignominiam maximam, & contemptum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Friderico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, cui fidelitatis præſtiterat iuramentum, bellum inferre, illiuſque, & nationis præfatæ dominia, ciuitates, terras, & loca inuadere, oppugnare, & depopulari molitur, ac nititur. Nos attendentes quod, niſi ipſius inſaniæ & armato furori vi & armis occurratur, eiuſdem ac aliorum damnatæ ſectæ hæreticorum venenum in dies magis ſerpere poterit, & finitimas inficere, aut potentia, aſtu, & dolis Georgij hæreſiarchæ nefandiſſimi nationes, & populi tyrannidi eius, quod abſit, ſubijci poſſent, & conculcari, ſicuti ſe idem Georgius efficere gloriatus fuit, & adhuc iactare ſe non deſinit. Neceſſarium itaque fore cenſuimus, vt cæteri Chriſti fideles, & præcipue eiuſdem Germanicæ nationis, qui magis periculo vicini ſunt, excitentur aduerſus huiuſmodi fidei catholicæ perfidiſſimos hoſtes, vt arma pro defenſione fidei, pro ſalute propria, pro tuitione inclytæ nationis Germanicæ, & aliarum finitimarum partium aſſumant ad eliminandam huiuſmodi peſtiferam hæreſim, & Georgium memoratum, ac ſequaces eius exterminandos, ad quod faciendum fidei ardore concitati eo vehementius tantæ præſumptionis audaciam reprimere, & contundere debent quoad id conſpiciunt neceſſitate & vrgentibus periculis etiam iuxta canonicas ſanctiones ſe eſſe aſtrictos: carere enim non videntur ſcrupulo ſocietatis occultæ, ſi huic tam manifeſto facinori deſinant obuiare: & fouere videtur, qui negligit cohibere peruerſos; culpamque proculdubio contrahit qui negligit emendare cum poſſit: & in prouerbijs: qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit eum occidit, &c. addit ſe ad fideles in arma ſacra pro tuenda religione concitandos, indulgentiarum præmia proponere ijs, qui religioſe militiæ ſe addixerint, ſtipemue ad tolerandos bellicos ſumptus contulerint, ac ſacerdotibus cenſurarum nexu eos, qui ob atrocia flagitia ſacrorum vſu mulctati fuerint, ac ſacram expeditionem opera ſumptuue promouerint ſoluendi pote-

Propoſitæ in eũ arma diſtricturis indulgentiæ.

poteſtatem elargitur. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXVIII. XIII. *kal. maij pontificatus noſtri anno* IV.

6 Lapſis inde paucis diebus, cum cœnæ dominicæ ſacra recurrerent, perculſus anathemate fuerat Georgius, eiuſque filius Victorinus ob hæreſim, ſpretaque apoſtolica imperia; tum Ioannes Rochizana, & Georgius Hamburgenſis eadem ſententia damnati. Denique in eos, qui hæreticis ferrent ſubſidia hæc lata ſententia a: *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcumque ſtatus gradus conditionis aut præminentiæ exiſtant, etiamſi pontificali, regali, reginali, aut quauis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, qui perfidis hæreticis Vvicleffiſtis, qui in huiuſmodi damnata Vvicleffiſtarum hæreſi pertinaciter permanſerunt arma, equos, ferrum, plumbum, lignamina, ſal, oleum, vinum, veſtes, victualia, & alia quæcumque ad vſum hominum pertinentia, aut quæuis alia præſidia publice vel occulte ſubminiſtrant, ac per ſe vel ſubditos ſuos afferri faciunt, vel permittunt. Dat. Romæ apud S. Marcum anno*, MCCCCLXVIII. XVIII. *kal. maij pontificatus noſtri anno* IV.

a Pont. l. bull. pag. 25.
Ferentes opem hæreticis de ſiti anathemate.

7 Gerebat ſe Rochizana pro deſignato pragenſi archiepiſcopo, cumque Huſſitico veneno eſſet infectus, iam ante pij II. iuſſu a Fantino Dalmata apoſtolico internuntio adminiſtratione pragenſis eccleſiæ interdictus fuerat b; ipſe tamen obduruerat in ſcelere, ac præterea Georgio ob impietatem bellis vexato conſuluiſſe refert Dubrauius c, vt monaſterium S. Crucis in veteri pragenſi vrbe ſuum pretioſiſſimis theſauris ſpoliaret, eoque lucro delinitum tyrannum non illud modo, ſed aliorum etiam monaſteriorum ſacram gazam expilaſſe, vt partim illam lectatoribus donaret, partim ingentes opes cumularet. Verum impius Rochizana, qui Georgij armis fretus humanæ vindictæ illudere putabat, diuinam non euaſit; quippe de eo hæc tradit hiſtoriæ Michouias d.

Monaſteriorum gazæ expilatæ a Georgio.
b Dubrau. l. 30. hiſt. l. 30.
c Id. ibid.

8 *Ioannes Rochizana Bohemicæ hæreſis vertex, & auriga doloſus, ſubita paralyſi percuſſus apud Pragam loquendi vſum amiſit, iuſtiſſimo Dei indicio, vt qui lingua ſceleratiſſimam hæreſim extulit, & prædicauit, lingua languidata puniretur.* Porro Georgium grauiſſima ſibi & poſteris mala, tum Bohemiæ clades ob auſcultatum nefarium hæreſiarcham acceſſiuiſſe, indicat his verbis Coclæus e: *In dies deterior cœpit fieri conditio, & fortunæ fortiſſimi alioqui & rei militaris peritiſſimi viri Regis Georgij, propter hæreſim Huſſitarum, quam pro catholica tenebat a Rokizana perſuaſus, non enim ſolummodo epiſcopus Vvratislavienſis, & Olomucenſis eorum capitula; ſed etiam magnæ & multæ ciuitates Sleſiæ, Morauiaque, & Luzatiæ; ac plerique duces, & barones ab eo ad Regem Hungariæ, quem & Papa & Imperatoris auctoritate pro vero & legitimo Bohemiæ Rege agnoſcebant, defecerunt.*

d Michou. l. 4. c. 61.
Diuina vltione percuſſus Rochizana.
e Cocl. hiſt. Huſſ. l. 12.
Maximis malis ob eum auditum ſe immeſit Georg.

9 Susceptum quidem a Matthia pannoniæ Rege aduerſus Georgium religionis orthodoxorumque Bohemorum patrocinium hoc anno, ex Iacobo Cardinale papienſi f, atque hiſtoricis g patet. Delatum ſane iam antea ſceptrum Bohemicum Regi poloniæ fuerat a fœderatis catholicis, precelque legati apoſtolici acceſſerant; ſed cum orthodoxorum cauſam ſub Georgij bellicis artibus egregie inſtructi potentia ſuccubituram ambigeret, nectebat moras, donec inclinantem in alterutram partem victoriam ſequeretur, vt

Mathias Rex Vng catholicorum patrocinium ſuſcepit aduerſus Georg.
f Papien. ep. 265.
g Bonfin. dec. 4. l. 2. Michou. l. 4 c. 68. Crom. l. 27. Cran. 12. Vuand. l. 12. c. 39. Dubrau. l. 30. & aly

refert Cromerus h: cum vero ita procederet religio catholicam, & fideles Bohemos cum Romana eccleſia ſentientes Georgij immanitati exponeret, neque ius hereditarium ſibi vellet transferre; catholici alium principem optandum cenſuerunt, qui ipſos ab impietate tyrannideque Georgij vindicaret.

Cur excuſaſſet Polonus iure hæreditario.

10 Acceſſit imperium Romani pontificis, ad quem excindendæ hæreſeos cura ſpectabat, ac iſtæ tanta æquitate ſententiæ ad exitum perducendæ neceſſitas: neque etiam defuit Imperatoris auctoritas, qui eum ob ſupremum in Bohemiam beneficiariam dominatum, iam damnato Georgio, de eo regno decernendi ius ad ſe ſpectare contenderet, nec viribus ad illud ſibi comparandum polleret, ita cum Matthia Rege pactus eſt a, vt ſi nullos ſuſciperet liberos, Hungariæ Bohemiæque regna Auſtriacæ ſtirpi transfunderet. Æquiſſimum etiam erat, vt Matthias, qui epiſcopos Hungaros ad Georgium regia iniunctione ſacrandum miſerat, iuriiurandi de colendis Romanæ eccleſiæ ritibus & imperijs, tum hæreſis ex Bohemia abolendæ violati a Georgio vltor fieret, diuinæque potius maieſtati, quam Georgio ob affinitatem obnoxium ſe agnoſceret. Hortatu vero pauli II. potiſſimum ſacrum illud in hæreticos bellum ſuſcepiſſe Matthiam ipſum ex hiſce Iacobi Cardinalis papienſis b, ad eumdem pontificem datis ea de re literis conſtat.

Cæſar cum Vngaro paciſcitur de regno imperij beneficiario.
a Cocl. hiſt. Huſſ l. 12.
b Papien. ep. 265.

Legens ego hodie, beatiſſime Paule, exempla duo literarum vere Chriſtianiſſimi Regis Hungariæ ad me miſſa ex vrbe, quibus ad propulſandam Dei iniuriam obſtinatiſſimo Bohemo bellum indicit, eleuaui ad cælum oculos & manus, & pietati ſuæ gratias egi, quod tandem reſpexit nos, & in ſpem ſalutis erexit, & ſuſcitauit ſpiritum Danielis, qui contriturus ſit ſathanam ſub pedibus noſtris. Inde calamum ſumens congratulandum duxi clementiæ veſtræ, quæ apoſtolica virga vas confregit inutile, & ſecuri miniſtery ſui excidit infructiferam arborem, damnans poſt multam patientiam, quod multo ante erat damnandum. Gratulor igitur quantum Chriſtiano homini, & ſacerdoti, & Cardinali Romanæ ſedis eſt gratulandum. Fides beatitudinis veſtræ, & labor in hac cauſa continuus refrigerium hoc iam merebantur. Memini die lata ſententiæ beatitudinem veſtram in frequenti conſiſtorio dixiſſe, non videre ſe executorem tanti iudicij, ſed futurum aliquando vindicem Deum, atque eius ſpe magis, quam hominum eam damnationem ingreſſum: non fruſtrata eſt ſua expectatione ſanctitas veſtra: accipit iam fructum religioſæ fiduciæ, ſentitque propheticum illud impleri. Prope eſt Dominus inuocantibus eum inuocantibus eum in veritate, &c. Pientiæ XVI. *iuly.* Huius nimirum anni, vt ex aſcripta ſuperiori epiſtolæ die, aliiſque argumentis perſpicuum fit.

Pontificiæ ſententiæ vindex non defuit.

11 Indicto igitur Georgio podiebratio bello, poſtquam ſibi fœdere iunxit Fridericum Imperatorem, Caſimirum quoque Regem poloniæ ſibi deuincire Matthias conatus c eſt, adhibito interprete protaſio epiſcopo Olomucenſi, qui licet affinitate cum Georgio eſſet deuinctus, religionem tamen tyranni gratia, priuatiſue commodis potiorem habebat, atque ideo Georgium abiecerat poſtquam omnia, vt ipſum in rectum fidei reuocaret tramitem, fuit expertus d; de quo memorat Dubrauius e ſapientiſſimam vocem ad Georgium, cum ille ad hæreſeos infamiam detergendam, & catholicos in fraudem trahendos

c Crom. hiſt. Pol. l. 27.
Prothaſius Olomuc. epiſc. religionē Georgij cōſanguinitati præfert.
d Id. ibid.
e Dubrau. l. 30

dum iactitaret, diſturum ſe cauſam, fideique ſuæ redditurum rationem vbi pontifex tutum ipſi & idoneum locum conſtituiſſet: *Quid agis,* inquit, *o Rex, vtrum de fide docere, an doceri cupis? primum valde præpoſterum, vt doctoris partes ipſe doctiſſimos ille ſuſcipiat, qui ſit literarum omnium ignarus; alterum etiam abſurdum, Regem Chriſtiano more vnctum, ætate ingraueſcente primum imbui velle Chriſtianæ religionis elementis? Tertium reſtat, vt dicas tui expurgandi cauſa te cupere, vt publice audiaris. Quid his opus verbis? ſatis ſuperque ab omni infamia purgatus eris, ſi reipſa obedientiam promiſſam Romano Pontifici Romanæque eccleſiæ præſtiteris, quam nullus hactenus Regum ſuperauit, nec vnquam ſuperabit.*

Eiuſdem ad Georgium grauiſſima monita.

12 Is ergo religione, & ſapientia inſignis præſul, cum a Matthia ad Regem Poloniæ orator veniſſet, illum ad coniungenda in Bohemos hæreticos arma hortatus eſt a: ex arcano vero perſuadere anniſus eſt, vt fœdus cum Friderico Imperatore & Matthia Rege noua affinitate confirmaret; collocatis in matrimonio Maximiliano & Matthiæ recenter viduo duabus filiabus natu maximis, ea enim ratione amplificaturum magis rem ſuam, aſſenſuros enim hos principes, vt ſi carerent liberis, Pannoniæ ac Bohemiæ regna ad ipſius filios ita peruenirent. Cum hæc ad ſuos retuliſſet Caſimirus, intellecto Matthiæ cum Imperatore fœdere, exitiale rei Chriſtianæ ingentiſque belli faces iniecturum, conſilium ſecutus reſpondit; nunquam ſe iure ad regnum Bohemicum ſiue hereditario ſiue ab ipſis Bohemis catholicis delato abdicaſſe, ac ſi quis interea id regnum affectaret, ipſum tam non impune laturum; denique obtendens ſibi a Matthia in Scepuſienſi prouincia atque in Vvalachia irrogatam iniuriam, cum eo iungere affinitatem detrectauit. Acceſſere ex huiuſmodi diſſenſione animi hæreticis, qui de ſe deque Huſſitica hæreſi actum omnino videbant, ſi Caſimirus aliorum Regum fœderi aſſenſiſſet; quocirca & Georgius miſſo oratore Alberto Coſtka poſtupicio promiſſo vni ex ipſius filijs Bohemico ſceptro permulſit b: in tot quippe tantoſque anguſtias adductus erat, vt etiam liberos ſuos regnandi ſpe eijceret. Et hi fuere hæreſeos fructus acerbiſſimi, repenteque detumuere elati illi ſpiritus, quibus ſibi ingentes de catholicis triumphos augurabatur.

a Cromer. lib. 25.
Rogatus Polonus vt Maximiliano & Matthię filias collocet.
Reſpuit affinitatẽ Vngari.
Demulcetur a Georgio ſpe regni in ipſius filiũ transferendi.
a Id. ibid.
Georg. regni ſpe filios abdicare cogitur.

13 Immiſerat Georgius c ſub anni initio, vt ſupra indicauimus Victorinum filium cum exercitu in Auſtriam, iſque regionem populatus monaſterium pulger operibus munitionibuſque ſepſerat, ſed cum auxiliaria quatuordecim Hungarorum crueeſignatorum millia imminerent d, in Morauiam fuga ſe proripere coactus eſt; quem mox Matthias in itinere ſecutus ad prælium compulit, in quo plures Bohemi cecidere. Ad Lauam vrbem, quæ Moraua fluuio perluitur, ex aduerſa ripa Georgius occurrit, varijſque artibus Matthiam ſubornare niſus eſt, vt pacem cum ipſo conficeret: ſed hunc Laurentius epiſcopus Ferratienſis nuntius apoſtolicus, ac ſociales orthodoxi Bohemi in conſtantia confirmarunt e, ne homini hæretico, cuius perfidiæ tot monumenta extarent, fideret. Demum cum Georgius diutius exercitum ſuſtentare non poſſet, recipere ſe in Bohemiam coactus eſt. Victorinus autem eius filius Trebyczum profectus eſt, præſidiaque varia ad arces communiendas diſtribuit: quod vbi reſciuit Matthias motis ad Trebyczum caſtris ſuburbana ſuccendit, tantumque excitatum incendium eſt, vt vrbem abſumpſerit. Horrebat metu in arce Victorinus, cum opportunis ſuppetijs adiutus ex ea fuga a ſibi conſuluit: reſtituta deinde arx eſt Matthiæ, eiuſque in fidem ac poteſtatem venit Bruna vrbs nobiliſſima, eundemque cupidiſſime excepit Olomuca prouinciæ metropolis: quarum exemplum pleræque vrbes, & arces ſecutæ ſunt.

c Michou. l. 4. c. 68.
Victorinus Georgij filius Auſtria pulſus.
d Crantz. hiſt. Vandal. lib. 12. cap. 37.
e Id. ibid. Michou. ſup. c. 68. Bonfi dec. 4. l. 2. & alij.
a Michou. ſup. c. 68. Bonfi dec. 4. l. 2.

14 His iacturis territus Georgius, mole corporis valens, fictæ erga populos cædibus expoſitos commiſerationis ſpecie Matthiam in certamen ſingulare anguſto in loco prouocauit b; cui ille reſpondit non priuati hominis, ſed principis more equeſtri certamine ſe pugnaturum in campo. Demum amiſſa Morauia Georgius plenus ignominia abcedere coactus eſt: quos felices ſucceſſus exeunte hoc anno partos præter alios Iacobus Cardinalis Papienſis c, datis proximo anno literis ad prædictum Ferratienſem epiſcopum nuntium apoſtolicum, celebrat: *Video,* inquit, *iacta iam eſſe fundamenta noſtræ ſalutis, & ſathanæ ſynagogam in ruinam conuerſam: Ceſſit qui cedentes perſecuturum ſe iudicabat, nimirum Georgius Podiebratius, amiſit multa, cui exploratum erat cuncta diripere, quique etiam & re militari, & bellatoribus neminem ſibi parem arbitrabatur, vicini Regis virtute iranem opinionem ſuam agnouit, impleuit Dominus faciem eius ignominia, obſcurauit oculos ſuos ne videat, & facta ſunt hæreticorum via tenebræ, & lubricum, & angelus Domini perſequens eos. Non videbamus antea miniſtrum iudicij noſtri, timebantur multa a multis mala: perfida hominis mens: malus animus ad fraudem ſemper intentus nos perterrebat: de vicinis quoque Germanis erat vehemens ſuſpicio, ne vel ſtudio partium, vel odio cauſę rationem omnem inchoati operis frangerent. Ecce ſublata ſunt omnia primo aditu belli, & manus Domini eſt nobiſcum. Laudandus æternis Eccleſiæ præconijs Matthias Rex Hungarorum, qui ſancta patris monita accipiens arma ſine cunctatione intulit, hoſtemque in fugam verſum magna parte male poſſeſſi regni priuauit: laudandus & tu, præſul digniſſime, cuius forti miniſterio comparata breui hæc ſunt, &c. Dat. Romæ v. februarij* MCCCCLXVII. At de his inferius ſuo loco, nunc Italicæ res orationem ad ſe vocant.

b Id. ibid.
c Ranzan. ind. 33. Thuroſ. in chro. c. 66. Naucl. gener. 49. vol. 2. Michou. Bonfin. Chromer. Crantz. et Dubr. vbi ſup.
Plures vrbes a Mathia Georgio ereptæ.

15 Sedatum hoc anno eſt Etruſcum bellum Pauli II. pontificis diligentia, vt Bartholomæus Colco communibus fœderatorum principum ſtipendijs conductus arma aduerſus Turcas verteret, qua de re hoc diploma d a Paulo, concordiam apoſtolica auctoritate imperante, editum eſt.

d Ext. in m. ſ. Vallic. ſign. lit. B. n. 19 pag. 43.

Ad futuram rei memoriam.

Vt liberius iuſtiſſimum bellum contra ipſos infideles, & crucis ſacratiſſimæ ſpurciſſimos hoſtes per ſanctæ recordationis prædeceſſores noſtros iam dudum ſuſceptum, indictum, & publicatum, quantum vires noſtræ patiuntur, proſequi poſſimus, & effrænatam eorum rabiem, impioſque arcere conatus, quemadmodum pro ipſius Saluatoris gloria, & cunctorum quiete fidelium præ cunctis alijs rebus in noſtræ mentis conſideratione ſemper habuimus, opportune prouidere cupientes, & pacem inter vniuerſos Chriſticolas componendam, compoſitam vero tuendam, & conſeruandam, permittenteque

Decreta in Turcas a Paul. II expeditio

que Altiſſimo, ad effuſi ſanguinis Chriſtianorum, ipſiuſque Dei noſtri iniurias propulſandas, Chriſticolas omnes, & in primis Italiam ipſam inhabitantes veluti propinquiores hoſtibus prædictis excitare atque impellere, quantum paſtorali dignitati liceat, affectuoſiſſime properauimus. Qua quidem in re, quid hactenus egerimus, quos Reges, & principes, quos potentatus præſertim ipſius Italiæ conuocauerimus, quæ & quanta eis curauerimus ſuadere, quo inſuper animo, qua diligentia, omni alio intermiſſo negotio, ad rem hanc dumtaxat componendam intenti fuerimus, quæ & qualia nos ipſi primo obtulerimus, & non ſolum publicatione, ſed promiſſione efficaci ad effectum vſque perducta, Eccleſiæ pecunias, facultates, & bona Chriſtianis ad cohibendam Turcorum eorundem rabiem obſtinatam vltro ſoluerimus exhibuerimuſque, quas denique legationes ad eoſdem Reges principes, potentatus, atque dominia, ad diuerſas mundi partes, & extra Italiam, non ſine maximis ſumptibus, duxerimus deſtinandas, quantumue in pace prædicta conſeruanda, atque illius fœdesibus in omnium Italorum partibus renouandis reſarciendiſque inſudauerimus, ac legatis, nuncijs, literis, & exhortationibus eos, quos præmiſſa concernebant, ſtuduerimus commonere, aliorum ſit enarrare: quæ nimia tanquam notiſſima prætermittimus, ne oſtentationi, ſed vtilitati & vnitati gregis dominici inſiſtere videamur.

Nauata ab eodē opera pro conciliandis Regibus & principibus.

16 Sed quoniam humani generis hoſtis zizaniæ ſator eo magis ſe ad obſiſtendum glorioſis rebus geſtis gerendiſue ſolet accingere, quo feruentius Dei populus fideleſque catholici res ſaluberrimas amplectuntur, ſoletque ſupernæ prouidentiæ diſpoſitio interdum ad probationem conſtantiæ & firmitatis credentium ipſorumque profectum permittere, quod tumidus aliquantiſper præualeat hoſtis, ſuperetque fideles, vt tandem elatus inaniter in ſuperbiam corruat, & ſuperatus ſuæ diuinitatis potentia penitus confundatur, ipſique ſoli Deo viuo & vero ſit gloria, ac populi Domini hereditas eius vna cum principibus ſuis ſuperna beneficia recognoſcant, illiuſque potentiæ non propriæ virtuti victoriæ decus attribuant, & propterea hæc, quæ ſummo optabamus affectu, hue vſque nequiuerimus adimplere, de vnanimi conſenſu potentatuum prædictorum, attendentes quod magnitudo periculi, quod occaſione ipſorum infidelium Chriſtianæ reipublicæ apertiſſime imminet, diſſidentibus inter ſe Italis cæteris principibus, & populis Chriſtianorum perſuaderi non poteſt, quod durante bello Italico nationum principes aliarum vllum ſint veriſimiliter ſubſidium allaturi, opitulante Altiſſimo ad reuouanda, roboranda, & ſi qua forte dubietas, ſi quis ſcrupulus inde emerſerit reintegrandæ nationis Italicæ pacis, & vnionis fœdera eo enixius aſpiramus, quo per plures potentatuum eiuſdem nationis legati apud nos pro hac re diuturno tempore inſtiterunt & ad noſtrum paſtorale officium pertinet diſſidentibus Chriſtianis populis pacem indicere, pacem præferre, & prædicare, atque ſuperna nobis in hac parte poteſtate conceſſa illa obſeruari facere, & tueri, iuxta illud, quod inter cætera in Deuteronomio præcepit Altiſsimus, vt ſi quid difficile, & ambiguum foret in cauſis, & dubijs iudicijs faciendis quiſque a ſacerdotibus poſtularet, & quæ illi dicerent proculdubio facerent, nullique ſuperbire liceret, aut ſacerdotis imperio eo tempore, quo miniſtraret, ſub pœnis grauiſſimis contraire, & quod in canone Agathenſis concilij legitur exaratum, quod ſi diſsidentes inter ſe ad pacem reuocari diuturna obſtinatione nequirent, a ſacerdotibus ciuitatis argui oportere primum: qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione contemnerent, de Eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excommunicatione pellerentur, in ipſo pacis auctore ſperantes indubie, quod filij prudentes illius eruditionis euangelicæ, qua Dominus dicit: *Qui vos audit, me audit*, nequaquam immemores paſtoris ſui præcipui vocem intelligentes; ad euitandum calamitates & pericula huiuſcemodi atque maiora, & vt bona plurima, ad quæ omnis noſtra aſpirat intentio, ſubſequantur, pacem pronis animis amplectentur; cum iuxta B. Cypriani ſententiam nemo poſsit Deum habere placatum, qui cum fratribus non pacem, ſed zeli diſcordiam habet, necnon obedientiam debitam noſtris, immo verius dominicis monitis & mandatis ſaluberrimis vtilitatem ipſorum præcipue & commoda concernentibus, exhibebunt, & in hoc etiam arduo difficilique negotio expeditionis prædictæ ſingularem illam deuotionem, & fidei ſinceritatem, qua erga ſacroſanctam Romanam eccleſiam antedictam, & ſedem Apoſtolicam, ac illi pro tempore præſidentem antiſtitem habuerunt, experimento nouiſsimo comprobabunt; tandem legatis omnibus potentatuum prædictorum apud nos longo tempore agentibus, ac ſæpenumero cum omni charitate auditis, poſt multos varioſque tractatus præmiſſorum occaſione peractos, ac ſuper his habitam, & ſæpius repetitam deliberationem maturam cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalibus nobiſcum vna prouide conſiderantibus, neceſſarium atque expediens fore ad cohibendos Turcorum conatus prædictos, qui peccatis facientibus augeri videntur in dies: vota multorum Regum, principum, & potentatuum, quod non aliter niſi pacata, vt præfertur, Italia huic communi periculo ſunt auxilia præbituri, in vnam conuenire ſententiam, vnicam plurimorum potentiam efficere, vireſque fidelium pro experientia præmiſſorum vnanimites experiri oportere, omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, & totius cœleſtis curiæ triumphantis, quorum præſidia pro gerendorum ſubſiſtentia humiliter imploramus, auctoritate, deque noſtræ & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis inter vniuerſos Italiæ potentatus & principes, etiamſi regali, vel quauis alia præfulgeant dignitate, & præcipue iores chariſsimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Regem Siciliæ citra pharum Regem illuſtrem, ac dilectos filius nobiles viros Chriſtophorum Maurum Venetorumque dominium, Galeas Mariam Vicecomitem Mediolani duces, & communitatem ciuitatis Florentinæ, ipſorumque Regis, & ducum heredes, & ſucceſſores pacem perpetuam ab eis omnibus, ipſiſque adhærentibus, ſequacibus, & ſubditis eorundem inuiolabiliter obſeruandam, & infra triginta dierum ſpatium a publicatione præſentium acceptandam harum ſerie promulgamus, & declaramus, illamque ac etiam vnitatem & concordiam perpetuam, omnemque armorum ceſſationem, & a quauis iniuria, vel offenſa abſtinentiam, & quietem omnimodam eis & ipſorum cuilibet indicimus, nuntiamus,

Obſuere plurimū Italicæ diſcordiæ.

Compōnēdis iis incumbit Paulus.

Controuerſiarū difficilimarum deciſio ſpectat ad Pont.

Deo gratus eſſe nequit qui cum fratribus exercet inimicitias.

Perpetua pax inter Italos principes indicta.

mus, atque iniungimus, integram & illæſam volentes, ac etiam decernentes, ipſoſque potentatus, & principes nihilominus in Domino, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri exhortantes, eiſque ac dilecto filio Bartholomæo de pergamo nonnullarum armigerarum gentium capitaneo apoſtolica auctoritate mandantes, quatenus pro eiuſdem Saluatoris gloria & honore, ac noſtræ & ſedis Apoſtolicæ reuerentia Chriſtianæ reipublicæ, & vniuerſale bonum priuatis commodis anteponere hoſtilia, quæ in alterutros concitata ſunt, arma deponant, & deponi faciant cum effectu, a via facti abſtineant, nec ſe inuicem armis neque iniuria prouocent, ſed Regis pacifici ſe filios, & coheredes eſſe commemorantes Chriſtianam pacem obſeruent, fraterna ſe amplectantur charitate, & diligant: repetentes animis, quod ex concordia paruæ res creſcunt, & diſcordia maximæ dilabuntur, ac nos, qui etſi cum omnibus Chriſtifidelibus, prout officij noſtri debitum exigit, pacem continuo habuerimus &, annuente Domino, quantum ad nos attinet, ſimus in poſterum habituri, pro maiori tamen firmitatis robore, & obſeruantia præmiſſorum, continuatione quoque eiuſdem, quam ſemper non partem fouere conſueuimus, ſed veluti mediatores, & conſeruatores, quemadmodum prouidum decet paſtorem, procurabimus ſolicitabimus, tum etiam pro ipſorum potentatuum reputatione, & honore nos ipſos, & ſucceſſores noſtros canonice intrantes Romano pontifici cum omnibus vaſallis, vicarijs, dominijs, prouincijs, ciuitatibus omnibus, terris & caſtris, ipſarumque communitatibus, vniuerſitatibus, & ſubditis nobis mediate vel immediate ſubiectis ita in ipſa pace includi volumus, & prout ſingulis de principalioribus potentatibus antedictis includimus, ita etiam nos eiuſdem pacis conſeruatores, protectores, & defenſores omnino etiam in poſterum promittimus.

Concordia inter diſſentientes interpretem ſe fore pollicetur Pont.

17 Vt autem huic, vt ſperamus, acceptæ paci, & concordiæ potiora adijciamus robora firmitatis, & ipſius perſeuerantia enixius procuretur, atque altera, & potiſsima noſtra intentio magnopere ponderanda accelerandane, principalem tenens locum in noſtræ mentis arcano ſcilicet Chriſtianorum tuitio, & infidelium humiliatio ſuperborum cum ſperata conuerſione ad Dominum optatum quantocius ſortiatur effectum, inter Ferdinandum Regem, duces, dominium, & communitatem prædictos, necnon dilectum filium nobilem virum Borſium ducem Mutinæ & marchionem Eſtenſem, ac quoſcumque alios principes, ciuitates, communitates, barones, milites, & nobiles totius Italicæ nationis prædictæ, qui infra quinquaginta dies ſimiliter a publicatione præſentium numerandos ſub pace, concordia, vnitate & confœderatione huiuſmodi includi voluerint, & veluti concordiæ amatores ſub ipſius pacis amœnitate lætari confœderationem, vnionem, intelligentiam & ligam olim inter claræ memoriæ Alfonſum Aragonum, & Siciliæ Regem, quondam Franciſcum Foſcari, & dominium Venetorum, Franciſcum Sfortiam Vicecomitem Mediolani duces, & communitatem Florentiam prædictos initas ac firmatas, ac per ipſum ducem Mutinæ poſtea acceptatas, & in quibuſdam publicis inſtrumentis in forma capitulorum confectis contentas, auctoritate prædicta ex certa ſcientia innouamus, reintegramus, ſtabilimus, & approbamus, ac ipſa confœderationis, vnionis, & ligæ fœdera toto tempore in ipſis capitulis deſignato duratura, ſtabilita, ac firmiſsima eſſe decernimus. & non modo a potentatibus atque omnibus alijs, & ſingulis antedictis, ſed & a dictis filijs Senenſis & Lucenſis ciuitatum communitatibus, necnon quibuslibet tam noſtris, quam aliorum vaſſallis, vicarijs, & ſubditis ciuitatum aliarum communitatibus, proceribus, principibus, baronibus, & nobilibus cuiuſcumque, vt præmittitur, eminentiæ, dignitatis, ſtatus, vel conditionis fuerint, infra ſimilium quinquaginta dierum ſpatium includendis, & aggregandis, ac infra dictum terminum per documenta publica acceptantibus, quibus & eorum ſingulis honorabilem, & conuenientem locum iuxta ipſorum qualitates reſeruamus, & quos ea ex nunc prout ex tunc auctoritate, ſcientia, & poteſtate præmiſſis includimus, & incluſos confœderatoſque eſſe declaramus, per præſentes inuiolabiliter volumus obſeruari; pro cuius rei ſtabilitate, & obſeruantia potiori, nos cuius fiducia non in humanis præſidijs, ſed tota conſiſtit in Domino, qui noſtros greſſus pro ſua clementia dirigit, vniuerſalem Eccleſiam orthodoxam mirum in modum tuetur & protegit, inhærentes prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs, qui ſub ipſo vnitatis, & concordiæ inito fœdere bonis reſpectibus, ac ex rationabilibus, & vrgentiſſimis cauſis tunc latius explicatis includi voluerunt, vniones, & confœderationes prædictas ratas habentes, & gratas, illas tenore præſentium acceptamus, atque eis munus cœleſtis benedictionis adijcimus, cum inuiolabili obſeruantia præmiſſorum.

Veteris concordiæ pactiones redintegratæ.

18 *Præterea* licet præſentis pacis concordiæue conditio, prout in miſericordia Redemptoris noſtri confidimus, vniuerſo Chriſtianorum cœtui maxima allatura ſit commoda, maximum Chriſtianis omnibus robur, & contra deteſtabiles crucis, & fidei catholicæ euerſores auctura ſit animum, hoſtibus vero formidoloſa & illatura terrorem; quia tamen tumidus & inſolens hoſtis prædictus Turcorum dux multarum gentium, quas ſuæ tyrannidi ſubiugauit numeroſitate munitus eſt, vt illi præteritorum ſucceſſuum proſperitate elato vniuerſi Chriſtianorum potentatus, & principes præſertim ipſius Italicæ nationis eo efficacius eoque validius reſiſtere poſſint &, annuente Domino, gentem perfidam expugnare, atque a finibus Chriſtianorum expellere, pro maiori quoque robore & firmitate ipſius pacis Italiæ, vtque pro tuitione fidelium aliquod initium præbeatur, eundem Bartholomæum maturi conſilij virum ſtrenuum, & fidelem noſtrum, ac ipſorum potentatuum, quemadmodum alias pro reprimendis Turcorum eorundem conatibus tractatum, & expedientiſſimum fore tam a nobis, quam ab oratoribus potentatuum eorundem laudatum extitit, noſtris ac ipſorum communibus ſtipendijs expeditionis huiuſmodi contra Turcos prædictos generalem capitaneum facimus, & deputamus, ſibi ſtipendia per nos, & potentatus prædictos vſque ad ſummam centum millium florenorum auri in hunc, qui ſequitur, modum perſoluendam conſtituentes, & aſſignantes, videlicet nos, vt alijs præbeamus exemplum in tribus terminis, ſcilicet aprilis, auguſti, & decembris annuatim ſummam florenorum ſimilium decem, & nouem mil-

Bartholomæus Coleo Italici in Turcam exercitus dux creatus.

Centum millium aureorum ſtipendium illi attributa.

nil-

Vt portio pro rata in ſingulos fœderatos diuidenda.

millium per cameram apoſtolicam ſupradictis kalendis integre perſoluendam dare, ſoluere, & aſſignare offerimus, & bona fide pollicemur; & ſimiliter præfatus Rex Ferdinandus totidem: dux vero, & dominium Venetorum totidem: Galeas Sfortia Vicecomes dux Mediolani prædicti totidem: priores libertatis, vexillifer iuſtitiæ, & commune eiuſdem ciuitatis Florentinæ quindecim millium; reliqui vero tres prænominati adhærentes & confœderati nouem millium, videlicet duo primi ex ipſis tribus quatuor mille pro quolibet, & communitas ciuitatis Lucanæ præfatas millium florenorum ſummas in eiſdem terminis annuatim ſoluere teneantur, ita tamen quod idem Bartholomæus infra quinquaginta dierum ſpatium a notificatione præſentium computandorum communitati Florentinæ prædictæ, vel eorum ſindico Louadulæ, Mordianenſe vero, & Bubanum caſtra comitatus noſtri Imolenſis dilecto filio Taddæo de Manfredis ciuitatis noſtræ Imolenſis in temporalibus generali vicario abſque vlterioris moræ diſpendio reſtituat, & reſtitui faciat cum effectu: & inſuper commiſſum ſibi exercitum in Albaniam ſiue regiones decernendas ſibi per nos, & potentatus prædictos pro defenſione eiuſdem catholicæ fidei, & inſolentijs infidelium reprimendis trajciat, ac prouidi & fidelis capitanei more conducere, & alia ad opus fidei neceſſaria, & illius hoſtium profligatione conficere, necnon opus Dei, & eiuſdem fidei abſque fraude, vel dolo prono & obſequenti animo pergere teneatur & debeat, ſicuti conſueuit, cui interim vſque ad præfinitum tempus prædictum pro ſtatiuis & manſionibus expediendi ſui tripartiti exercitus, & armigerarum gentium prædictarum, videlicet pro perſona ipſius Bartholomæi & vna tertia exercitus ſupradicti, Chriſtophori Mauri ducis, & dominium Venetorum prædictorum vltra Padum: pro alia vero ducis Mutinenſis, & marchionis eiuſdem: pro reliqua autem tertia partibus ciuitatum noſtrarum Forliuij, Rauennatis, & Fauentinæ territoria aſſignamus.

Oppida occupata reſtituere Florentinis & Manfredo reſtituenda. In Albaniam Colleo iuſſus traducere.

De bello ſtrenue in Turcã gerendo ſacramẽtum nuncupare.

19 Volumus autem, quod idem Bartholomæus per ſe, vel procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, de officio prædicto bene, diligenter, & fideliter exercendo in noſtris, ac aliorum potentatuum prædictorum manibus fidelitatis debitæ corporale teneatur præſtare in forma ſolita iuramentum. Cæterum, vt præmiſſa omnia ſingula illibata ſeruentur, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub anathematis, ac diuinæ maledictionis interminatione, ac etiam interdicti ſententijs, cenſuris, & pœnis partibus ipſis, earumque adhærentibus, confœderatis, colligatis, fautoribus, ſequacibus, & etiam colligandis, & confœderandis, atque alijs, quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, diſtrictius inhibemus, ne pacis, concordiæ, confœderationis, & vnitatis fœdera huiuſmodi per ſe, vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, quouis quæſito colore, aut quauis occaſione, vel eam violare, turbare, aut eis quouis modo contra facere, ſeu venire præſumant.

20 Et ſi, quod abſit, quiſquam præmiſſæ noſtræ inhibitionis contemptor, ſiue pacis, concordiæ, confœderationis, & vnitatis prædictarum temerarius violator extiterit, ſi talis præſumens ſingularis cuiuſcumque eminentiæ, aut dignitatis, vt præfertur, vel priuata perſona fuerit, maioris excommunicationis, anathematis, & maledictionis æternæ ſententias, cenſuras, & pœnas, quas ex nunc prout ex tunc in ipſos violatores, contemptores, atque rebelles ſententialiter ferimus, in his ſcriptis ipſo facto incurrant, a quibus, præterquam per nos, vel ſucceſſores noſtros canonice intrantes, debita tamen prius ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium nequeant obtinere; ipſorum vero regna, & dominia, ducatus, marchionatus, comitatus, ciuitates, & loca, ac etiam quæcumque alia dominia, ciuitates, & oppida ſub libertate viuentes, eorumque communitates, & vniuerſitates interdicto in eis ſtrictiſſimo obſeruando ſubiaceant, & nihilominus pacis, concordiæ, confœderationis, vnionis, & ligæ prædictarum fœdera, quoad reliquos potentatus, & confœderatos illa ſeruantes violata minime cenſeantur; ſed contemptore violatore, & rebelli vno, vel pluribus excluſo, vel excluſis, pax, concordia, confœderatio, vnio & liga prædictæ quoad alios potentatus, & confœderatos firmæ, ſtabiles, & illibatæ perdurent iuxta præmiſſa, & capitulorum continentiam prædictorum, adjcientes etiam ſupradictis, quod ſi hoſtis antiqui proditoris calliditate præmiſſorum occaſione ambiguitatem aliquam ſeu ex verborum ſignificatione, vel alias dubietatis ſcrupulum exoriri contingat forſitan in futurum, nobis & ipſis ſucceſſoribus ſit libera, & plena facultas, pro ipſarum partium quiete, ac pacis, concordiæ, confœderationis, & ligæ prædictarum ſubſiſtentia, & obſeruatione firmiori, omnes & ſingulas ambiguitates, & dubia noſtræ declarationis oraculo tollere, & penitus amputare, interque potentatus ipſos differentias, controuerſias, & ſimultates ſi, quod abſit, occaſione præmiſſorum emerſerint dirimere, terminare, ac decidere, prout nobis, & eiſdem ſucceſſoribus pro omnium præmiſſorum ſubſiſtentia neceſſarium viſum fuerit, ac etiam opportunum, capitulis ligæ alias in ſuo robore permanentibus. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXVII. IV. *non. februarij pontificatus noſtri anno* IV.

Fœdifragis eccleſiaſtica execratio intentata

Controuerſiæ dirimendæ facultas Pontifici reſeruata

21 Promulgatum eſt hoc diploma a ipſo die purificatæ Deiparæ ſacro in eccleſia, cui Aracæli nomen inditum eſt, ad conciliandam maiorem rei auctoritatem, a diacono Cardinale ſacro ornatu, & mithra inſignito ex editiore loco, adſtantibus principum oratoribus, vt iuſſa acciperent. Quæ cum ſingulis, quorum intereſſe poterat ordine nuntiata eſſent, Veneti excurrentis conſtituti temporis flexu imperijs apoſtolicis aſſenſere, ac ſocij, nimirum Ferdinandus Rex Neapolitanus, Galeatius dux Mediolanenſis, ac Florentini pacem quidem admiſere, at illius conditiones, quibus auxilia in Turcas, & ſtipendia Bartholomæo Coleoni, vt exercitum in Macedoniam transferret decernebantur, repulere, plurima aduerſus Bartholomæum, qui bellum pacatis intuliſſet, nec præmio, ſed pœna afficiendus eſſet, objicientes. Cum ita illi imperata declinarent, eoſque Paulus nunc promiſſis, nunc precibus, nunc (ſi diſſenſiſſent) adhæſurum ſe Veneris minitans, flectere fruſtra tentaſſet, demum labente ſeptuageſima die ab indicto fœdere, quo pertinaces emolliret animos, vt de fœderis legibus ipſimet agerent permiſit: quas ita

a Card. Papien. com. lib. 4.

Solemni ritu promulgata pax.

Detrectant ſtipendia Coleoni in Turcas ituro pẽdere.

Digitized by Google

a Id. ib.

Nouæ pacis leges ſancitæ.

ita compoſitas refert Cardinalis Papienſis a: *Paribus vtriaque poſtulationibus pacem ſolam Veneti accepere, cuius quidem hæc fuerunt potiſſima capita, vt alteri alteris irrogatas iniurias condonarent: vt ablata omnia intra diem vigeſimum redderentur; vtque habenti in Italia dominatum liberum eſſet hanc pacem ſuſcipere, quam ipſe ſuo & eccleſia Romana nomine pari beneficio acciperet. Dixerant autem eam quoque conditionem, vt ſcribere ad ſuam militiam liceret neminem, qui fuiſſet alterius.*

22 Hæc quidem deſignata verbo, non vero redacta in publica monumenta, cum appetente feſto die S. Marci euangeliſtæ, quem Paulus geſtæ rei publica denunciatione cohoneſtare cupiebat, in coniunctam eccleſiam illius nomini ſacram ad rem diuinam ſolemni pompa peragendam deſcendit, atque ex ſolio Cardinalium, præſulum, & oratorum principum corona cincto repetijt, vt impendente rei Chriſtianæ maximo diſcrimine ex principum Italiæ ciuili diſcordia, auctaque Turcica tyrannide, pacem inter diſſentientes imperaſſet die purificatæ ſanctiſſimæ Virginis feſto: cum tamen nouæ obortæ eſſent difficultates, timereturque ne motus nouos vlterior mora pareret, vocatos demum Venetorum, & aduerſariorũ oratores, quos ampliſſimis ad conficiendam pacem tectos mandatis conſtabat, ad mutuum fœdus & capta bello oppida reſtituenda, iniurias & damna condonanda ex initis pactionibus adduxiſſet, ac tum ad hæc firmanda iuſſu apoſtolico aduerſarum factionum oratores inuicem manus & oſcula iunxere; ac deinde a Pontifice ad pedis, manus, & oris oſculum admiſſi fuerunt, moxque hymnus cui initium eſt: *Te Deum laudamus*; in argumentum lætitiæ decantatus: de quibus omnibus confectæ fuere hæ publicæ tabulę b.

Diſſidentiũ principũ oratores dextras iungunt.

Celebratę diuinæ laudes.

b Exta in cod. m. ſ. Vallic. ſig. lit. B. n. 19 pag. 47.

In nomine Domini Amen.

23 Nouerint vniuerſi præſentes pariter, & futuri præſens publicum inſtrumentum pacis Italicæ inſpecturi, viſuri, & audituri, quod cum nuper die vigeſimaquinta menſis aprilis proxime præteritis, qui fuit dies lunæ, & quo feſtum S. Marci euangeliſtæ in Dei Eccleſia celebratum eſt, poſt miſſarum ſolemnia ſanctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter dominus Paulus diuina prouidentia Papa II. ſedens in Apoſtolica ſede in eccleſia eiuſdem S. Marci de vrbe, *& infra*, vt etiam cæteræ prouinciæ, & nationes Chriſtianorum, quas diſcordiæ diſſenſioneſque diuiſas tenent, ſuæ ſanctitatis exemplo ad pacem & concordiam inducerentur, auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, totiuſque cœleſtis curiæ triumphantis, quorum præſidia humiliter implorauit, & de ſuæ & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine inter vniuerſos Italiæ potentatus, & principes, etiamſi regali, vel quauis alia præfulgerent dignitate, & præcipue inter ſereniſſimum, & inuictiſſimum dominum dominum Ferdinandum Regem Siciliæ, &c. ac ſereniſſimum & excellentiſſimum principem dominum Chriſtophorum Maurum ducem; inclytumque Venetorum dominium, & ſimiliter illuſtriſſimum principem dominum Galeas Mariam Sfortiam Vicecomitem ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque comitem, ac Ianuæ dominium, & illuſtrem & excellentem communitatem Florentinorum, ipſorumque dominorum Regis, ducum, & communitatis heredes, & ſucceſſores pacem perpetuam ab eis omnibus, ipſorumque colligatis, adhærentibus, ſequacibus, & ſubditis, inuiolabiliter obſeruandam, & infra certi tunc expreſſi temporis ſpatium acceptandam promulgauerit & declarauerit, illamque etiam vnitatem, & concordiam perpetuam omnemque armorum ceſſationem, & a quauis iniuria, vel offenſa abſtinentiam, & quietem omnimodam eis, & ipſorum cuilibet indixerit, nunciauerit, & iniunxerit, prout in apoſtolicis literis deſuper confectis ſub data Romæ apud S. Marcum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXVII. IV. non. februarij pontificatus ſui anno IV. quas ipſe eadem die, quæ fuit purificationis B. Mariæ virginis in eccleſia S. Mariæ de Aracæli de vrbe ſolemniter publicari fecit, ad quarum tenorem ſe retulit, plenius continetur, & quod cum poſt earumdem literarum publicationem, licet vt diligens paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, ad cuius officium id ſpectat, pro ratificatione & approbatione ſic indictæ pacis ſæpe vigilanter & ſolicite inſtitiſſet; videret tamen propter nonnullas difficultates iam in longum protrahi, ne quid forte ex tanta mora ſiniſtri eueniret, aut interea accideret ſeu committeretur, quod eam amplius retardare, difficilioremque reddere poſſet, conſtitutis ante ſuam ſanctitatem, dictorum Regis, ducum, dominij, & communitatis oratoribus, &c. *& infra*, voluerit, & eoſdem hortatus fuerit, vt pacem prædictam per contractum, & capitula mutuis ſtipulationibus, ſicut conſueuit fieri, poſtmodum firmandam acceptarent, depoſitis hinc inde odijs, & rancoribus, & remiſſis viciſſim iniurijs, & damnorum illatione cum reſtitutione tum caſtrorum, & locorum hinc inde ablatorum, ac ſaluis ſemper & integris manentibus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & vtriuſque partis in illis vel aliquo ipſorum competentibus.

Publica de pace confecta monumẽta.

24 Cumque oratores præfati voluntatem, & exhortationes prædictas ob reuerentiam ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & ſuæ ſanctitatis ſponte reuerenterque ſuſcipientes vice, & nominibus dictorum dominorum Regis, ducum, dominorum, & communitatis principalium ſuorum eos conſtituentium pacem prædictam ſingula ſingulis referendo emologauerint, ratificauerint, acceptauerint, & approbauerint iuxta voluntatem, & exhortationes prædictas eius ſanctitatis, in eiuſmodiq; ratificationis, acceptationis, & emologationis inter eos dictis nominibus in fidei ſignũ inuicem manus porrexerint, & ſimiliter in ſignum pacis ſuſceptæ mutua oſcula præbuerint. Hiſque ita peractis ſanctiſſimus dominus noſter præfatus ad firmitatem & robur omnium præmiſſorum ipſos tanquam pacis filios ad beatorum pedum manus, & oris oſculum admiſerit cum ſolemni decantatione hymni, *Te Deum laudamus*, & orationes. De his omnibus ita, vt præfertur, geſtis egregius vir dominus Ioachinus de Narnia aduocatus fiſcalis ſanctiſſimi domini noſtri Papæ rogauerit omnes, & ſingulos protonotarios, & clericos cameræ, cæteroſque tabelliones illic præſentes, vt vnum & plura conficerent inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam.]

Oratores ad pedis & manus oſcula admiſſi

25 Sancito ita publice fœdere vulgatoque propere, ne qua noua diſſenſioni occaſio oriretur, referendis in publica monumenta a mutuis ſponſionibus, & pactis octaua menſis maij nauata opera eſt: ac primum fœdus, quod a Nicolao V. cum Italię principibus percuſſum fue-

a Exta in cod. m. ſ. Vallic. ſig. lit. B. n. 19 pag. 49.

Præcipuæ leges dictæ.

rat, inſtauratum eſt (remiſſæ iniuriæ), & clades vtrinque illatæ: arma poni iuſſa: obſtrictus Venetus, vt Bartholomæum Coleonem, ac ſocios a ſuſcepto bello reuocaret: Vrbinas comes, & Tadæus Imolenſis toparcha inferre Bartholomæo ac fœderatis arma vetiti: adiuncta lex proxima de reddendis, quæ bello erant parta, in pugna vel hoſtili excurſione: capti in libertatem vindicati: data venia ijs, qui aduerſus ſuos principes cum hoſte coniuraſſent: ſancitum ad ſtipendia non admiſſum iri duces militeſue, qui ſub alio principe meruiſſent: cautum vt quinquaginta dierum flexu quiſque ſuos ſocios deſignaret, vtque recurrente dominicæ aſcenſionis die ſacro pacis formula promulgaretur: labente præterea die quadrageſimo ſinguli principes ſua ſyngrapha pactiones fœderis ratas haberent: Laudenſis pacis leges redintegratæ: denique reſeruata cæteris Italiæ principibus poteſtas, vt bimeſtri excurrente huic fœderi aſcriberentur: ad firmandas vero has pactiones obiecta fœdifrago centum millium ducatorum mulcta, quæ læſæ parti tribuenda ſit: quæ omnia a principibus publicis literis a, vt erat conuentum, rata & firma habita fuerunt.

a *Extant ib. m.ſ. pag. 52. ad 57.*

Solemnis pompa inſtructo agmine religioſo agitata a Pont.

26 Tum decreta eſt a Paulo ſupplicatio ad baſilicam S. Laurentij in Damaſo nuncupatam, ad quam inſtructo religioſo agmine, & ſacro ornatus cultu Pontifex proceſſit die dominicæ aſcenſionis, deque pace habita eſt concio ab epiſcopo Brixienſi. Inter miſſarum vero ſolemnia cum Pontifex ad verſiculos: *Agnus Dei*; ſacram rem perduxiſſet, non modo Cardinales proximos, ſed nouo more omnes ipſoſque etiam oratores ad oſculum admiſit, de quo Iacobus Cardinalis Papienſis his literis ipſi eſt gratulatus b: *Scripta mihi ex ordine ſunt, quæ beatitudo veſtra die aſcenſionis Domini magna patrum, & populi frequentia Romæ celebrauit ad propitiandum pro pace iam conſtituta datorem bonorum omnium Deum. Ea ego ſumma iucunditate accepi, delectatus cæteris omnibus; ſed illo in primis quo beatitudo veſtra in decantatione verſiculi, Agnus Dei, ad oſculum pacis non proximos tantum, ſed nouo more Cardinales omnes, omnes oratores admiſit, qui ad ſacra conuenerunt: nil meo iudicio dici, & rei cogitari aptius potuit, vt videlicet a quo pacis opus illi acceperant, ab eodem quoque ſignificationem eius acciperent, & cuius manus infirmam carnem ſanauerat, os tranquillitatis ſpiritum inſpiraret. Gratulor beatitudini veſtræ, illique vt indignus ſacerdos gratias humiles ago, nec enim poſſunt opera huiuſmodi ſine magnis fructibus eſſe: placatur Deus, impetratur gratia, actionibus noſtris impletur miniſterium ſedis: in conſpectu etiam plebis mirum in modum acceptio creſcit atque auctoritas tota Italiæ: nunc celebratur nomen Eccleſiæ, & beneficium renouatæ pacis illius opus putatur, &c.*

b *Papien. ep. 295.*

Qui ritus in promulganda pace obſeruatus.

27 Cum ita non ſine magna laude pro conſtituenda confirmandaque pace Italiæ deſudaſſet Paulus, principes tamen, qui Romanæ ſedi ob id beneficium haud parum erant obſtricti, exinde auertendi a Pontificis obſequio illius clientes occaſionem captarunt. Inſerta erat inter alias hæc pactio: *Item conuenerunt partes prædictæ nominibus, quibus ſupra, quod infra terminum quinquaginta dierum, incipiendo a die ſtipulationis huius contractus, teneantur declarare, & intimare hinc inde colligatos, confœderatos, adhærentes, complices, ſequaces, & recommendatos.* Hanc legem Galeatius dux Mediolanenſis in rei ſuæ amplificationem ita interpretatus eſt, vt imprimis Ludouicum Francorum Regem, a quo Genuæ & Saonæ ius fiduciarium acceperat, ſocium in publicis tabulis a de pace Italiæ confectis XXVII. maij anno MCCCCLXVIII. appellarit his verbis: *Nominat*, inquiunt, *ſereniſſimum principem, & Chriſtianiſſimum dominum dominum Ludouicum Dei gratia Francorum Regem pro eius colligato & confœderato iure & vigore perpetuæ intelligentiæ, confœderationis, & ligæ alias initæ, & contractæ inter ſereniſſimum dominum dominum Regem, & illuſtriſſimum felicis memoriæ principem dominum Franciſcum Sfortiam Vicecomitem eius domini ducis Mediolani patrem, & dominum obſeruandiſſimum, & ſucceſſiuo iure, & vinculo feudi pro ciuitatibus Ianua & Saona, earumque iuribus, & pertinentijs, quæ omnia inter prælibatum ſereniſſimum dominum Regem Francorum, & præfatum illuſtriſſimum dominum ducem ipſius illuſtriſſimi domini ducis Franciſci Sfortiæ ducis legitimum ſucceſſorem mutuis ſtipulationibus, & iuramentis renouata ſunt.*

a *Extat in m.ſ. Vallic. ſign. lit. B. n. 19. pag. 64.*

28 Præterea ad confirmandas ſuas vires pontificiaſque infringendas, tum ad augendum ſociorum numerum pactis ita abuſus eſt, in alijs literis b XXVII. die maij editis, quibus pacem admiſit, vt inter fœderatos ſuæue commendatos clientelæ Fridericum Vrbini comitem, Alexandrum Sfortiam Piſaurienſem, Thadeum Manfredum Imolenſem toparchas, tum Anconitanos, ac Bononienſes numeraret: ſed ad eas diſcutiendas fraudes huic promulgationi interceſſit Paulus, vtque par pari referret, obnoxias Mediolanenſi vrbes aliquas, vt ſocias deſignauit, quod hiſce verbis in publica monumenta c relatum eſt: *Cum inter ſic nominatos confœderatos, & colligatos eiuſdem domini ducis ſint, & exprimantur illuſtris & potens dominus Fridericus comes Vrbini pro ſtatu & terris ſuis, & illuſtris dominus Alexander Sfortia pro Piſauro & terris ſuis: magnifica communitas Bononiæ, magnifica communitas Anconæ, magnificus & potens dominus Tadæus Imolæ, &c. quo omnes domini, & communitates ſunt immediate ſubditi ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, præfatus ſanctiſſimus dominus noſter Papa, vt audiuit, dixit dominis oratoribus prædictis, & alijs omnibus ibidem præſentibus, non eſſe iuſtum neque conueniens, quod aliquis potentatuum in pace prædicta comprehenſorum nominet alterius potentatus ſimiliter in dicta pace comprehenſi ſubditos pro confœderatis, colligatis, aut adhærentibus, vel complicibus, &c. & quod proteſtabatur ex tunc, talem nominationem non debere valere, nec tenere quoad prædictos ſubditos ſuæ ſanctitatis: & ſic non admitti debeat. Eius ſanctitas ex tunc a ſimili nominabat, & nominauit pro ſuis, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ confœderatis, & colligatis magnificas ciuitates Papienſem, Laudenſem, Parmenſem, Nouarienſem, & Terdonenſem, & earum omnium, ac ſingularum populos, & communitates, reſeruata ſibi vſque in finem termini in capitulo prædicto expreſſi vlteriori facultate nominandi alios quoſcumque voluerit: declarauit tamen ſanctitas ſua intentionis eatenus nunquam fuiſſe neque eſſe velle nominare aliquem ſubditum aliorum potentatuum prædictorum, niſi quatenus aliorum in ſimili caſu factæ aut faciendæ nominationes eam ad id impellant.*

b *Ext. par. ſuperiore cod. Vallic. pag. 64.*

Lux Mediolanenſis fraudib. pacē turbare viſus.

c *Extan. ib. pag. 32.*

Pari iure aſciti in clientelā Mediolanenſis ducis populis.

29 Acta temere Mediolanenſis dux non reſcidit, immo Ferdinandus Rex Neapolitanus

tius eoſdem clientes ditionis eccleſiaſticæ, quos Galeatius fœderatos renuntiarat, ſocios literis regijs a deſignauit; indeque ab ingrato Rege eccleſiam Romanam, a qua ad ſolium prouectus præter merita, in eoque confirmatus fuerat, deprimere annitente, noua diſſenſionum ſemina iacta fuere, quas Cardinalis Papienſis ita perſtringit b: *Supererat ex conuentorum ſententia, vt quiſque quos ad beneficium recepta pacis vellet adiungi alterutrum profiteretur: qua in re cum Ferdinandus Rex nonnullos profeſſus eſſet, qui eccleſiæ Romanæ ſubditi erant, plurimum eo facto doluit Paulus, putans auertenda a ſe ſuorum fidei cauſa inuentum id eſſe: quamobrem viciſſim ipſe ciuitates nonnullas toparchaſque regiæ ditionis profitens illud adiecit, denunciare ſe omnibus Soranum ducem toparchatumque eius omnem, item & Caſſinenſe cœnobium ad ſe pertinere, quæ denunciatio cum nonorum motuum mox cauſam præbuerit de Sorana re paulo altius noſcendorum omnium cauſa eſt repetendum.*

a Eadem lib. pag. 79. Ferdinandus Rex Neap. ingratus in eccleſiã Rom.

b Papien. comm. l. 4.

Soranus dux & Caſſinenſe monaſt. a Paulo in patrocinium acceptum.

30 Subijcit Papienſis, vt Pius II. Ferdinandi partes amplexus ipſi regni ius beneficiarium contulerit, tutatuſque fuerit aduerſus Andegauenſes: cumque Soranus & Sinueſſanus duces Ferdinando eſſent infenſi, Neapoleonem Vrſinum immiſerit aduerſus Soranum ducem, ab eoque Arpinum & Sora in deditionem, Ferdinando aſſentiente, acceptæ ſint ea lege, vt Romanæ eccleſiæ iuris eſſent, atque adeo eæ vrbes tunc imperio eccleſiaſtico coniunctæ fuere, inclinataque eſt in Ferdinandum victoria preſſo grauiori bello a Pio Sueſſano duce, demumque ab Andegauenſium partibus diuulſo. At Ferdinandus confirmato regno repetere a Pio dedititium toparchatum cœpit, non auſus vi, ſed precibus contendere, dein vero ſub initijs pontificatus Pauli iterum repetijt, ac demum cum Paulum iura Eccleſiæ enixe tueri animaduertiſſet, ac Soranum principatum eſſe ditionis eccleſiaſticæ promulgatum, armis contendere decreuit, occupata ab Alfonſo primogenito, exercitum e Tuſcia reducente, Tolphæ noua arce, non ſine ingrati animi labe: *Parum enim*, inquit Papienſis, *vt viſum eſt ad memoriam beneficij retulit nongenta atque eo amplius aureorum millia, quæ paulo ante ſeruandi regni ſibi ac patri cauſa Romana ſedes inſumpſerat, tantaque inſuper diſcrimina, quæ in continuatione belli, magnis detrimentis coacta erat ſubire.*

Soranũ eiuſque comitatũ inuadit Ferdinandus.

31 Oppreſſus deinde a Ferdinando eſt repentino impetu Rogerius comes, quamuis a Pontifice ad beneficium pacis recenter eſſet admiſſus: in Soranum agrum, qui in ditionem & ius Eccleſiæ volente ipſo conceſſerat, ſigna illata, vixque a Cardinale S. Clementis, qui ipſum aduerſus Andegauenſes ſummopere, dum legationem gerebat, iuuerat, adduci potuit ne vlterius inferret arma, ſed iudicio rem cognoſci aſſentiretur. Poſtea vero cum in tumultum inclinaret, detrectauit c iudicium: ac profeſſus Soranum comitatum antiquo iure ad Neapolitanam ditionem ſpectare, negauit paſſurum ſe, vt priorum Regum poſſeſſio, ſe adminiſtrante, periret: tum Robertum Malateſtam Pontifici rebellantem in fidem ac patrocinium ſuſcepit d, atque ab Romanæ eccleſiæ ſtipendijs ad ſua traduxit contra recentis fœderis Italici pactionem inquit e Papienſis: *Admiratio ingens Pontificem cepit indignatione, & pudore admiſta: admirabatur centeſimo vix a conſtituta pace die eam potiſſimam fœderum conditionem violatam a ſocialibus eſſe, cuius ipſi petendæ paciſcendæque auctores extiterant, ea erat ne cui militem alterius ſtipendij, qui dimiſſus non eſſet ad ſuum liceret traducere.* Et infra: *Quod bonorum ſermonibus conſtare tunc valde inique a ſocialibus factum eſt, quos nec pacta fides, nec ſuſcepti iuriſiurandi ad violanda fœdera memoria tenuit: hoc amplius autem peccaſſe Ferdinandus eſt iudicatus, quod in amiſſum bis regnum Romana ſedes illum reduxerat, ſemel decreto ſuo, iterum annorum quinque bello grauiſſimo. His addebatur, quod cum a legato Cardinali appellatus Rex eſt, regnique coronam ſolemni more accepit inter ſacra altaria fidem patrociniumque in omnem noſtrum caſum iurauerat, eiuſque rei documenta chirographi ſignique ſui addiderat, quæ in archiuijs apoſtolicis in hunc diem ſeruantur: ſed nos quoque errati noſtri ea in re forſan pœnas expendimus.*

c Id. lib. 5. Eccleſiæ iura a Ferdin. occupata

d Eod. lib. Sacramẽta præſtita ab eodem violata.

32 Hoc anno exeunte octobri miſeranda de Leodienſibus ſtrages edita eſt a a Carolo Burgundiæ duce, cuius implacabilis furor neque ab Honuphrio epiſcopo Tricaricenſi A. S. L. neque a Ludouico epiſcopo Leodienſi, pro quo principatui aſſerendo ſuſceptum erat bellum, neque a Leodienſibus magiſtratibus, qui veniam petituri acceſſerant, coniectique in vincula deinde præfocati fuere, flecti ad miſericordiam potuit. Coniurauit cum Carolo in Leodienſium exitium Ludouicus Francorum Rex, primuſque in ſociam vrbem eius nomen inclamantem irrupit. Effecta eſt ea Leodij vaſtitas die dominico, vt refert Comineus, cum populus bellicis curis ſolutus hoſtem colendo potius diuino Numini, quam cædibus perpetrandis intendere putaret; tantamque adhibuit Burgundus in miſeros crudelitatem, vt horrore audientes perfundat, quæ his verbis a Papienſi deſcribitur: *Veſtigio dux ciuitatem omnem locaque in primis foro proxima iubet incendi, cuius mali neceſſitate compulſi illi relictis omnibus ad ſiluas proximas ſe contulerunt: clerus inſpecta iam ante ciuitatis fortuna in ſua quiſque eccleſia clauſis ianuis ſe continebat veſtibus ſacris indutus, ſanctorumque reliquias, atque adeo ipſum Domini ſacramentum ad deprecandam miſericordiam manibus præferens: idem religioſorum virginumque cœnobia pro ſua quæque conditione egere. Sed nihil inter arma ſceleratæ militiæ manus incontaminatum liquere: refractis portis ſacra omnia in lachrymabilem direptionem ſunt data, ſanctuaria Dei tota vrbe incenſa, ſpoliati ſacerdotes atque occiſi. Tum nec parietibus templorum etiam parſum. In ipſam autem imbellem turbam tanta impietate ſæuitum eſt, vt nulli ſexui, ætati, aut ordini ignotum voluerint: infantes alliſi parietibus ſunt, puerperæ confoſſæ, pleræque virgines ſtupratæ primo, mox ſtrangulatæ: ſenes quoque & pueri eodem, quo pugnantes, habiti loco: quin & illud ad malorum cumulum accidit, vt parentes cum matribus, filijs, & omni prole inualida ſunt vno conſtricti, ad acerbiorem interitum, in profluentem Moſam deiecti ſunt; in medijſque diuinis, dum aſtat ſacerdos altaribus, & Domini corpus ſanguiſque inter manus verſatur, patinæ & calices impie raperentur, vt merito de tam ſæuis hoſtibus emitti ad vltorem dominum vox illa propheticæ lamentabilis poſſit: Domine Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem ipſorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem, & non erat, qui ſepeliret*, de Leodienſium occidione hæc tradit Belcairus b: *Quadraginta homi-*

Leodienſes ſumma ſtrage affecti.

a Philipp. Comin. l. 2. c. 35. 39. et 40. 41. Naucl. gen. 49. vol. 2. Papienſ. comm. l. 4. Meyer. in Carol. Bur. lib. Aegid. de Roya in annal. Belg. hoc ann. Langius in chron. Citizen. & alij

A Carolo Burgund. horrenda ſcelera in excidio Leodienſ. patrata.

b Belcair. dec. 1. l. 2. nu. 19.

num millia caſa numerat Munſterus, & mulierum quidem duodecim millia, quas in turbas ſimul religatas in Maſam præcipitatas refert. Dum furebat in vrbe capta hoſtis, ceciniſſe clerum in templis: *Omnia, quæ feciſti nobis Domine, in vero iudicio feciſti; quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus;* refert. De eodem excidio alij meminere a.

a Romanus Suet. l. 14. & alij. Duodecim millia mulierū a crudeli tyrāno flumine merſa. b Papien. vbi ſup. in fin. c Belcar. dec. 1. l. 20. nu. 20. Maximas clades a mari Burgundus accepit.

33 Exciſa Leodienſi vrbe, quæ cenſu habito intra mœnia tantum centum ac viginti millia animarum continebat b, cleroque numeroſiſſimo ornata erat, Carolus Burgundus ferrum flammaſque per finitima ſocia loca circumtulit. Auctæ hæ clades alijs clientum Burgundi cladibus fuere, de quibus memorat Belcarius c: *Illud memoria dignum, quod dum in Eburones Burgundus omni crudelitate perbacchatur, aggeres continendo mari ad Hollandiam Zelandiamque extructi vitium conceperint, quibus perruptis effuſum mare multos mortales, pleraque oppida vicoſque abſorbuit, vt non tantum detrimenti Eburonibus intulerit, quantum in Hollandia Zelandiaque acceperit.*

34 Eodem anno geſta in Hiſpanijs bella ciuilia. In Caſtella quidem Antonius Venerius epiſcopus Legionenſis Apoſtolicæ ſedis legatus cenſuris perduelles ſubiecerat, vt ipſos ad Regis obſequium cogeret: ac licet ij, vt diffugium aliquod captarent, ad futurum concilium prouocaſſent, oratores tamen ad Paulum II. miſere; at ij vrbis aditu ſunt prohibiti, donec ſpondere, ſe regio nomine Alfonſum principem non ornaturos. Quibus in conſpectum admiſſis, & multa querentibus reſpondit Pontifex, Alfonſum ob aliena ſcelera diu vitam non propagaturum: quæ vox inſtar oraculi fuit, quippe Alfonſus, dum regionem lue infectam declinabat, menſe iunio repentina vi morbi oppreſſus eſt ſiue peſte, quæ multos conſumebat, ſiue veneno extinctus: tum Henrici Regis partes ſenſim ſeſe extulere d, Toletumque in illius poteſtatem reuocatum. At coniurati Iſabellam Henrici ſororem Reginam ſibi præficere ſunt moliti, quam illa dignitatem reſpuit e magna animi conſtantia. Demum ſeptembri menſe redintegrata pax eſt his legibus, vt Henricus quandiu ſuperſtes eſſet regium nomen auctoritatemque retineret: Iſabella ſoror Caſtellani ſceptri heres agnoſceretur: Regina vero Caſtellæ adulterij notata infamia pontificiaque auctoritate ab Henrico viro ſegregata vna cum filia in Luſitaniam ablegaretur: coniuratis data venia priſtinique honores reſtituti. Quibus ſancitis Antonius Venerius Apoſtolicæ ſedis legatus coniuratos cenſuris, quibus ſe irretierant, ſoluit. De ea confecta pace ab Henrico & Iſabella promulgatæ ſunt literæ f ad compeſcendos populares motus, quibus xxv. ſeptembris huius anni adſcripta eſt dies. Cæterum refert Ioannes Mariana g ingentium malorum triſte præſagium in Toletano agro contigiſſe, demeſſas nimirum ſegetes ſanguine fluxiſſe. Porro nuptias Iſabellæ Ferdinandus Rex Trinacriæ hoc anno a patre Ioanne Rege renuntiatus ambire cœpit; quibus tandem potitus coniunctiſque Aragoniæ & Caſtellæ regnis auctus Granatenſe regnum Chriſtianæ religioni reſtituit, vt dicetur inferius. Hoc vero anno varia cum Ioanne Andegauenſi æmulo in Catalonia prælia geſſit h.

Alphonſus Caſtellæ tyrannus diuino iudicio extinctus.

d Marian. ſup. lib. cap. 11. Henrici Regis partes reſtitutæ. e Marian. lib. ſup. c. 13. Surit. annal. lib. 18. c. 19.

Viſæ ſegetes demeſſæ ſanguine fluere. f Extant apud Sur. l. 18. c. 19. g Marian. ſup. c. 13.

h Surit. c. 17. & 18. & Mariā l. 22. d. 12. i Papien. ep. 246. 248.

35 In vrbe graſſata i eſt hoc anno peſtilentia, quæ plures e pontificia familia, & inter alios ipſummet Pauli leuirum, tum Ioannem Condolmerium, necnon medicum ad quotidiana pontificia obſequia incumbentem, extinxit; quam ob cauſam Iacobus Cardinalis Papienſis Paulum ipſum hortatus eſt a, vt vrbe excederet, ſeque tanto periculo ſubduceret: *Non timuit ſanctitas veſtra nec timet: timemus nos; quorum vita & quies alitur beneficio ſuo. Si vox humilis ſerui inter ſapientia conſilia accipi poteſt, dico conſiderandos eſſe hos caſus, neque committendum, vt in peſtilenti ciuitate caput ſuum tot obiectetur periculis: inexploratum eſt ei quid poſſit contingere; animus bonus pars remedij eſt; ſed non plenum remedium; plerumque qui in prælio feruentior eſt ſuo robore cadit, & natatores intrepidi voraginibus abſorbentur: non ſi annus vnus nos ſeruat, de altero ſecuritas eſt. Quem ſæpe caſus tranſit, inquit Seneca, aliquando inuenit. Antidota quoque in quibus ſæpe ponimus ſpem, non ſubueniunt nobis: maior eſt vis mali, quam vt noſtris artibus valeat vinci: decimus quiſque vix illis ſeruatur; ſed & medicorum maxima tenebræ ſunt, languida eſt omnis eorum ſubuentio, magiſque nos ſua præſentia conſolantur quam iuuant, præſentiſſimum ac pene ſolum habetur præſidium mutatio loci. Legimus in Ezechiele propheta: Qui erit in ciuitate peſtilenti deuorabitur, & ſaluabuntur ex eis, qui fugerint, &c. Pientiæ XXIII. Iunij MCCCCLXVIII.* Alijs autem literis menſe inſequenti exaratis accepiſſe ſe illum vno eodemq; tempore ſubijcit b ægrotaſſe, & conualuiſſe, quorum altero dolore, altero lætitia affectum fuiſſe confirmat: *Ex ut enim ſum*, inquit, *qui beneficentiam ſuam expertus, & libertatem ſine metu agens dominum, & patrem mutare non cupio.*

a Id. ep. 246. Peſtis in Vrbe graſſata.

In ea vix ægrorum decimus quiſque ſeruatus.

b Ibid. ep. 259.

36 Obijſſe per id tempus ex eius ſepulchrali titulo tradunt Ioannem Turrecrematam Cardinalem Hiſpanum doctrina, ac probitate vitæ clarum: egregiaque extant in vrbe tanti viri munificentiæ monumenta, nimirum templi fornix ad ſacrum B. Mariæ ſuper Mineruam templum, cœnobij clauſtrum, inſtitutumque Deiparæ annuntiatæ ad virgines dotandas ſodalitium.

Ioannis Turrecrematæ obitus.

37 Eodem anno Iacobus Cardinalis Papienſis egregium opuſculum de Pontificis & Cardinalium officijs edidit, dicauitque Franciſco Gonzagæ Cardinali Mantuano c, ex quo nonnullæ ſententiæ decerpendæ viſæ ſunt: *Ad pompam*, inquit, *& delitias ornamenta Cardinalatus non ſunt, aut deponi illa oportet, aut ea non recuſari, cuius cauſa ſunt data: bis peccat qui boni operarij occupat locum, mandatum ipſe non ſeruat, & ab opere alium prohibet. Dignus quidem damnatione dominica: Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores; quoniam eorum loco ſucceſſimus, quibus dominus dixit. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis; non facile ad decernenda bella inclinemur; ſint amica concordia conſilia noſtra.* Et infra: *Illud autem in omni actione noſtra meminerimus Pontifici noſtro conſultores nos eſſe, non magiſtros; dicique a nobis vota, non voluntates: ideoque nec agendum vehementer, nec indigne habendum ſi non accipiuntur noſtra conſilia: votorum nomen inditum eſt noſtris ſententijs, vt videlicet optare videremur, non velle, & ſeruire, non imperare. Itaque cum placide, quod eſt noſtri iudicij, ſemel dixerimus, eo contenti feremus modice, quod decernetur, laudandumque & adiuuandum putabimus. Quia vero conatus omnis noſter ſine Deo inanis, ac mancus eſt, die ſemper conſilij illum precabimur, notam faciat nobis viam, in qua ambulemus, errare non ſinet infirmitatem hanc carnis, &c. Pientiæ MCCCCLXVIII.*

c Papien. ep. 280. Quæ ſint Cardinalium officia.

Tenēdus modus in ferenda ſententia.

Subij-

Digitized by Google

a Ibrip. ſ... Paulus II. inanis gloriæ perſtrictus. b Plat. in Paul. II. Steph. Inffiſſur. in ſ. Vat. ſub ann. 1466. In quo ſita ſit vera Pontificum gloria.

38 Subjicitur huic opuſculo grauiſſima ad Paulum Papam ſcripta epiſtola [a], qua nonnulla eius geſta de præbito Romanis epulo in carnis priuio, exhibitiſque [b] ludis, immixtis fundamentis ædificiorum ac parietibus, numiſmatibus Pauli imagine percuſſis, inciſis operibus titulis, inanis gloriolæ perſtringit: veram autem gloriam his exprimit ſignis: *Opera æternitatis in Pontifice ſunt vitam immaculatam præſtare, lapſam eccleſiæ diſciplinam erigere; reſtituendæ libertati clericorum intendere; ſic iuſtitiæ cultorem eſſe, vt tamen miſericordiæ ſit recordatio: in bonis cauſis intrepidum ſe præſtare: non vultus non minus potentum timere: potiorem vitæ conſcientiam ducere, in ſpecula credita excubare: ad publicam gregis ſalutem oculos ſemper intendere: nihil ſuum credere, quod Chriſti non ſit: meditari iugiter, miſeris Chriſtianis, qui proximi infidelibus ſunt, præſidia mittere: incitare principes ad capeſſenda pro fide arma, ducatum ſi opus ſit illis præſtare, theſauros in piam hanc cauſam effundere: paritate non impedire miſſiones legatorum, profectione etiam propria ſi expediat, pacare regno, nullibi ob cauſam priuatam diſſenſiones optare, conari vt miniſterium ſedis vbique ſit ſalutare, &c.*

c Fel. Cont. in elenco Card. per. alt. Noua Cardinalium creatio.

39 Hoc anno XXI. nouembris auxere [c] Cardinalium ſenatum Ioannes Baptiſta Zenus Venetus protonotarius Pontificis nepos ex ſorore creatus S. Mariæ in porticu diaconus, deinde presbyter S. Anaſtaſiæ in porticu, ac demum epiſcopus Tuſculanus: Ioannes Michaelius Venetus protonotarius pariter ex alia ſorore nepos diaconus S. Luciæ in ſeptem ſolijs renuntiatus, inde S. Angeli in foro piſcium, poſtea presbyter S. Marcelli, inde epiſcopus Prænellinus, ac demum Portuenſis. Eodem anno in ſecreto conſiſtorio creati ſunt quatuor alij Cardinales Ioannes patria Vvratislauienſis idemque Strigonienſis archiepiſcopus, Petrus Foſcarus Venetus; Ioannes Baptiſta Sabellus Romanus, Franciſcus Ferricus Burgundus patria Cluniacenſis, de quibus admittendis ad cardinalitium munus, ſi Paulum ijs nondum promulgatis, e viuis excedere contingeret, extant tabulæ a Cardinalibus confectæ, quarum hæc eſt præcipua pars: *Voluit ſanctiſſimus dominus noſter, quod in caſu quo (quod abſit) accideret caſus mortis ſuæ, immediate de eo momento intelligantur ipſi quatuor Cardinales eſſe publicati, & nos teneamur ſub eiſdem pœnis ſuperius nominatis eos nominare, quos ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc recipimus in Cardinales, in ſocios, & in fratres cum omni charitate, non obſtantibus quibuſcumque ſolemnitatibus in aſſumptione Cardinalium conſuetis, quibus etiam ſanctiſſimus dominus noſter pro hac vice derogauit. Quibus Cardinalibus prouidit de noſtro conſilio, & aſſenſu de titulis infraſcriptis, videlicet domino Ioanni de tit. SS. Nerei & Achillei, Petro de tit. SS. Priſcæ, Ioanni Baptiſtæ de tit. S. Mariæ in Aquiro, Ferrico de tit. SS. Petri & Pauli. Suppleuit etiam ſanctiſſimus dominus noſter, ſi forſitan in ſupraſcriptis omnibus interuenerint aliqui defectus, quibus omnibus pro hac vice auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, et de noſtro communi conſilio, & conſenſu derogat. In quorum omnium fidem, & teſtimonium & obſeruantiam in hac ipſa cedula nos omnes præſentes poſt ſubſcriptionem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ prædicti proprijs manibus ſubſcripſimus, ac ſigillis noſtris ſigillauimus. Actum in palatio Apoſtolico die ſupraſcripto ſexta feria quatuor temporum, videlicet XVI. decembris MCCCCLXVIII.*

Qui tituli nouis Cardinalibus collati.

40 Cum poſtea inopina morte Paulus extinctus eſſet in cardinalium numerum a veteranis non recepti ſunt, ob decretum Eugenij IV. in cauſa Dominici Capranicæ Firmani prolatum, cuius mentionem Paulus non fecerat, quod Iacobus Papienſis confirmat in literis ad epiſcopum Capacienſem datis [a]: *Meminiſti*, inquit, *ſedente Paulo Cardinales quatuor ſecreto creatos fuiſſe; illo defuncto aperte reiectos. Inter eos repulſus fuit Sabellus & Venetus, de Sabello quidem quæ mens ſit quibuſdam ex patribus ipſe tu ſcis: Veneto etiam trium Venetorum Cardinalium numerus plurimum obſtat. Horum, quantum ego puto, ſocietas Cluniacenſem noſtrum excluſit. Per eius ingreſſum putatum eſt illis quoque poſſe aliquando aditum aperiri.*

Cur non fuerint poſtea admiſſi. a Papien. ep. 530.

41 Edidit hoc anno Pontifex ſanctionem celeberrimam de non alienandis bonis eccleſiaſticis ac pœnas graues ijs, qui contra intenderent, inflixit.

Ad perpetuam rei memoriam.

Si quis contra huiuſmodi noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdem quidquam alienare præſumpſerit alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi nullius omnino ſint roboris, vel momenti, & tam qui alienauerit, quam is qui alienata res, & bona prædicta receperit ſententiam excommunicationis incurrant. Alienanti vero bona eccleſiarum monaſteriorum, & locorum piorum, quorumlibet, inconſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi pontificali, vel abbatiali præfulgeant dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdictus: & ſi per ſex menſes immediate ſequentes ſub interdicto huiuſmodi animo (quod abſit) perſeuerauerit indurato, lapſis menſibus eiſdem a regimine & adminiſtratione ſuæ eccleſiæ, vel monaſterij, cui præſidet in ſpiritualibus & temporalibus ſit eo ipſo ſuſpenſus: inferiores vero prælati commendatarij, & alij eccleſiarum rectores, beneficiati, vel adminiſtrationem quamlibet obtinentes, prioralibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, præbendis, alijſque eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſæcularibus, & regularibus beneficijs, quorum res, & bona alienauerint, dumtaxat ipſo facto priuati exiſtant, &c. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Marcum anno MCCCCLXVII. kal. martij pontificatus noſtri anno IV.*

42 Extremo hoc anno, nimirum kal. decembris, vt Cardinalis Papienſis [b] teſtatur, nuntiatum fuit in vrbe, Fridericum Imperatorem ſoluendi voti cauſa Romam contendere. Miſſus obuiam a Pontifice primum eſt honeſtus vir, qui ab epiſtolis ei erat, iuſſuſque longiſſime proficiſci, ipſumque de illius itineribus, & alijs, quæ comperiſſet, crebris nuntijs ſine mora certiorem facere. Inde vocatis Pontifex in conſilium Cardinalibus quatuor epiſcopos alioſque deſignauit, qui ſecunda ſalutationis officia exhiberent: demum Cardinalem Rothomagenſem epiſcopum Oſtienſem, ac Franciſcum Picolominæum S. Euſtachij diaconum Cardinalem Pij II. nepotem delegit, qui bidui iter emenſi tertia venienti officia præſtarent: *Poſt hæc*, inquit Papienſis, *de ingreſſu in vrbem agi eſt cœptum, in cuius ſolemnibus cum neque ex cærimonialibus libris, neque ex omni hiſtoria reperiri tunc poſſet, aliter enim cum coronandus veniet, aliter cum priuatæ rei cauſa venit recipitur*

b Papien. comm. l. 7. ep 310. Rod. Sam. epiſc. Palent. c. vlt. Steph. Infiſſ. m. ſ. Vat. ſign. n. 11. hoc ann.

Friderici Imp. in Vrbem aduentus

Cæſar

Cæſar, hæc deducendi ratio nouo exemplo eſt ſumpta, ideo a me diligentius annotata, vt ſit poſteris in hunc caſum, quod vel ſequi, vel admouere melius habeant. Cognita igitur via, quæ illi per Flaminiam erat, cum iam & Piſauri ſecretarius, & non longe a Spoleto epiſcopi, Cardinales autem ſexto ab vrbe milliario obuiam illum habuiſſent, die ipſo aduentus quadruplex gratulatio a quatuor hominum generibus per interualla data, & locorum eſt inſtituta. Primam ad mille paſſus trans pontem Miluium ducente procameratio præſtiterunt præfectus vrbis, & conſeruatores regionum, capita reliquique vrbani magiſtratus, in eam pompam compoſiti, quam ludis feſtiuis circumferre ſunt ſoliti. Secundum ad ipſum pontem præſul Vrbinas, quem ſequebantur ſubdiaconi omnes, iudices rotæ, clerici cameræ, acolyti, cubicularij, ſecretarij, aduocati, diplomatum ſcriptores, item omnis ordinis curiæ noſtræ miniſtri. Tertium vero ad medium fere ſpatium, quod eſt inter portam, & pontem quæſtor ærarij: hunc magno agmine comitabatur tota Pontificis familia, toparcha Romani, & duces belli, præeuntibus oſtiarijs cuſtodibuſque Pontificum, his virgas ferreas illis argenteas clauas manu gerentibus. Vltimum Cardinales ante portam ſe exhibuerunt, ad eam viæ partem ordine collocati, quæ venienti ſiniſterior eſſet. Hos cum primo acceſſu vidiſſet Cæſar capillamento detracto ſingulos apprehenſa manu, & dato oſculo ſalutauit, gratiæ & benignitatis documenta oſtendens. Ingreſſo vrbem præſto fuit vmbraculum aureum, quo ſolemnibus ſuis vti olim conſueuerat Pius, atque vna Romani ciues per vicos diſpoſiti, qui illud baſtilibus ſuſtinentes toto itinere per vices ſuccederent. Et infra.

Qua pompa exceptus Imperator.

43 *Ad baſilicam vero quantum a primis gradibus ad ſummum altare pertinet collegia religioſorum ſacerdotiorumque dextra, & læua in veſte ſacra diſpoſita erant, hymnos tranſeunti Cæſari concinentia. Ad primos quoque gradus vicarius templi cum ſuo collegio in mithra & ſacro pluuiali religioſe illum accepit crucem, quæ in manu erat, porrigens oſculandam. Natalis Domini nox illa erat, & hora iam quinta. Itaque Pontifex, qui expectare Cæſarem atque excipere ad portam argenteam in veſtibulo conſtituerat, indecorum indicans illa hora eam rem fieri, in chorum aſcenderat, & ſacrum matutinum iuſſerat incheari altiori ſolio reſidens. Ad eum igitur per media hæc collegia Imperator accedens pedem, manum, & faciem deoſculatus eſt: ſed poſt pedis manuſque oſculum alleuans eum altius Pontifex, & de ſede aſſurgens præcipuo affectu in vtrumque latus illum complexus eſt, moxque in propinqua ſede collocans, inter ſe patreſque ad dexteram media, ad complendum ſacrum ſuo ſe loco continuit. Eo abſoluto diaconi Cardinales duo, quibus præceptum id erat, ad altare Cæſarem deduxerunt, ad cuius ille aditum primum in genua procidens, tandiu perſeuerauit orans donec & votum abſolueret, & diuinæ preces ſuper eum a Pontifice mitterentur. Earum hæc fuit prima ſolemnitas. Cantauerunt alta voce duo ex choro: Elegit eum Deus, & excelſum fecit præ Regibus terræ; ab omni choro reſponſum eſt: Glorificauit illum in conſpectu Regum, & non confundetur. Inde aſſurgens Pontifex ex ritu cerimonialium librorum peregit reliqua, choro præſanti illi in omnia reſpondente.*

Pedem, manũ & faciem Pontificis deoſculatus Imperator.

44 Deſcriptæ ita ſunt earum precum formulæ a rituum ſacrorum magiſtro: *Surgens deinde Pontifex ſine mithra dixit:* Pater noſter. *Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo Verſ. Deus iudicium tuum Regi da. Et iuſtitiam tuam filio Regis. Verſ. Saluum fac domine ſeruum tuum Fredericum Imperatorem noſtrum. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. Et de Syon tuere eum. Verſ. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Verſ. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.*

a Lib. ſacr. cerim. ſect. 13 c. 2 & ex eo to. 3. rer. Germ. ex editione Frecheri pag. 15

Preces ſacræ pro Cæſare [illegible] porrectæ.

Oremus.

Deus qui beato Petro Apoſtolo tuo collatis clauibus regni cœleſtis animas ligandi atque ſoluendi pontificium tradidiſti, inte ceſſionis eius auxilio famulus hic tuus Fredericus Imperator noſter a nexibus peccatorum ſuorum liberetur. Prætende quæſumus famulo tuo Frederico Imperatori noſtro dextram ſalutis auxilij, vt te toto corde perquirat, &, quæ digne & humiliter poſtulat, aſſequi mereatur.

Omnipotens ſempiterne Deus Chriſtiani imperij protector, & conſeruator, da ſeruo tuo Frederico Imperatori noſtro virtutis inuictæ triumphum, vt ad noſtram & Eccleſiæ tuæ ſanctæ atque fidelium omnium vnitatem, & pacem ſubditas illi faciat vniuerſas barbaras nationes per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

45 *Inde e ſolio deſcendens, dextramque Imperatoris apprehendens, in pontificiam ædem illum, atque inde in cubiculum ad quietem perduxit. Cum vero non putaret hoc primo, ac pene tumultuario matutinæ laudis officio tantæ nocti ſatisfactum eſſe, ſolemnius aliud cenſuit iterandum, in quo & Cæſar, & patrum ſenatus pro more adeſſent. Itaque ad horam duodecimam, paulo quidem ante primum diluculum ſecundum induxit. Ibi, & Cæſar vetuſto ſedis ritu enſe de manu eius cum benedictione accepto, illoque, vt erat nudus, armigero aſtanti tradito, camiſeum ſtolamque albam & pluuiale, miniſtrantibus diaconibus Cardinalibus, ſumpſit, iiſdemque latus eius claudentibus, euangelium lectionis ſeptimæ non cum cunde cantauit, lectionem ipſam eorum alteri proſequendam relinquens.* Et infra: *Mane vero ipſo paſchali ſolemnia miſſarum operatus eſt Pontifex, in quibus poſt communicationem ſuam Eucharistiæ partem in hoc ipſum ſeruatam Cæſari obtulit, ſubnixo quidem in genua, & ſuum honorem ſacramento reddenti.* Porrectum vero prius illi pacis oſculum, obſeruat Auguſtinus Patritius a, additq; immutatum etiam priſtinum morem, non dato miniſtrantibus calice: *Communicauit,* inquit, *ſummus Pontifex altaris ſacramentum cum Imperatore diacono & ſubdiacono de pane tantum: de calice autem & ſi conſuetudo ſit communicantes cum Pontifice participare, propter inſurgentem tamen Huſſitarum ac Bohemorum hæreſim, quæ calicis potationem ad ſalutem neceſſariam putat, præter Pontificem bibit nemo. Re diuina peracta, Pontifex cum Imperatore & omni pompa ad Saluatoris noſtri faciem adorandam in ſudario expreſſam, quam Veronicam appellant, proceſſit, deinde ſuggeſtum, vnde populo benediceret ſupra portas baſilicæ conſtructum aſcendens Cæſare aſſiſtente benedixit populo, plenariamque peccatorum remiſſionem omnibus elargitus eſt per pœnitentiam ac ſatisfactionem merentibus, ſed cum in fine poſt indulgentiarum enunciationem, quæ latino & vernaculo ſermone per diaconos Cardinales fieri ſolet moneretur ex more populus vt pro felici ſtatu ſummi Pontificis Pauli & Romanæ eccleſiæ Deum orarent, additum eſt: & pro Imperatore noſtro Friderico vt Deus illi victoriam daret de hæreticis*

Enſe ſacro ritu luſtrato donatus Cæſar. Eum præferens prælegit euangelium.

a Aug. Pat. m. ſ. ſignum 27. pag. 14.

Sacramẽtum ſumpſit ſub ſola panis ſpecie &c.

ciſ Bohemis, Turcis ac alijs Christi nominis hoſtibus.

De bello Huſſitis inferendo agit Fridericus.

46 Pergit auctor enarrare, vt Pontifex & Imperator certatim mutuis officijs, & remotis arbitris ſoli inter ſe longa traxerint colloquia, adiungitque Fridericum priuatim cum Paulo, tum in conſiſtorio de tuenda Chriſtiana republica, ac bello Turcis & hæreticis Bohemis inferendo egiſſe: rem vero geſtam, vtque concilium ea de cauſa Conſtantiæ congregandum efflagitarit, accuratius deſcribit prædictus Cardinalis Papienſis a: ac primum in ſacro ſenatu, cui nonnulli Germaniæ proceres, & Hungarici, Cyprij, & Veneti oratores intererant, perorante Laurentio epiſcopo Lauentino expoſuiſſe datas a Turcis clades, irritos principum conatus, celebratos fruſtrà conuentus, nullam ſalutis affulgere ſpem, ac propterea ad flagitandum in periclitante re Chriſtiana concilium acceſſiſſe.

a Card. Papien. comm. l. 7.

b Card. Papien. comm. l. 7. Deque Turcis inferendo.

Iter hoc, inquit b, *meum, ſumme Pontifex, ad reddendum Deo votum, libentius tamen ad ſalutem communem ſuſceptum eſt. Noſti clades per hos annos a Turcis acceptas, & quæ nunc imminent vides. Egerunt principes proximi quod potuerint, curas eorum & vigilias nouimus, non tamen quidem illas felices, quam ſuo miniſterio dignas. Meis quoque conuentibus, quos de Germanis principibus eius rei cauſa plurimos habui, ſucceſſus non fuit impedimentis aſſiduis vtrobique intaſſum iere conſilia. Veni propterea ad te, vt quam ſalutis viam non cerno, ſi qua hic eſt tuo indicio videam. Chriſtianorum ſummus es pater: primam hanc eſſe curam oportet, proximam meam: conſule in medium, & quid agendum ſit monſtra; ego quæ ſuaſeris quæque ad rem cenſuerit opportuna accipiam, lubenſque iuuabo.* Subdit Iacobus Papienſis: *Ad hæc Pontifex nullo ante cum patribus communicato conſilio (id certe quod probatum non eſt) longa oratione quæ ante ſe Pontifices, longiori quæ ipſe in eam diem egiſſet, ſigillatim recenſuit: quod vero ad poſtulatum attinuit; neſcire ſe dixit, quid amodo conſuli poſſet: ita iam conſilium omne exhauſtum cognoſceret. Rogare autem illum viciſſim: vt ſi quid attuliſſet, ipſe ex Germanis prior proponeret. Dicente Cæſare veniſſe ſe non dandi, ſed accipiendi conſilij cauſa, Pontifice eadem iterante, in proximam ille aulam deliberaturus ſeceſſit, atque ibi per horam pene continuam fuit. Reuerſus cum proceribus, & legatis qui ſecum in conſilium ierant, obtemperaſſe ſe ait; neque in tanta conſiliorum inopia melius inueniſſe, quam vt Conſtantia, quæ Germaniæ ciuitas eſſet Italiæ propinqua, conuentus principum indiceretur, ad quem & ambo accederent & reliquos omni diligentia conuocarent: venturum eo, quantum crederet, Hungarorum Regem Matthiam, id quod præſens legatus eius ſponderet: hunc vero laborem ideo neceſſarium duci, quod quæ commune opus requirant, hæc & communi conſilio adminiſtranda putentur. Non placuit Pontifici ſententia: ab exemplo præteritorum conuentuum hunc quoque inutilem futurum contendit. Deliberaturum ſe nihilominus amplius dixit: atque alio tempore reſponſurum. A meridie in noctem protracta iam conſultatio erat; itaque concilium, & Cæſarem ſimul dimiſit.* Senſiſſe nonnullos addit Iacobus Cardinalis non tam quæſitam a Cæſare proficiendi ſpem, quam oſtentandæ religionis occaſionem: vt ſi quando maioribus ingruentibus malis querelæ populorum de imperio & pontificatu eſſent, culpam omnem deſertæ ſalutis in Pontificem reijcere poſſet, amiſſamque vocante Mantuam Pio ſuam æſtimationem, vocato nunc Conſtantiam Paulo redimeret.

Poſcit vt celebretur Conſtantiæ Concilium.

47 In proximo ſenatu eadem agitata res, & Fridericus diſſolutis pontificijs argumentis concilij neceſſitatem obtrudebat, ac tertio haberi conſiſtorium impetrauit; in quo iterum eadem propoſuit, profeſſus id pia a ſe voluntate fieri: denique communi animo conſtituta refert Cardinalis Papienſis: *Alterum, vt literæ ad principes vtriuſque nomine mitterentur, quibus illi ad kal. nouembris anni venientis legatos ſuos Romam mittere rogarentur de ratione tuenda fidei cum Pontifice acturos: alterum, vt Venetis diutino Turcorum bello exhauſtis decima clericorum, Hebræorum vigeſima, & ſæcularium trigeſima in ditione ſua concederentur, quales decreto Mantuani conuentus Pius olim Italis quibuſque indixerat.*

Concilij neceſſitatem, iterum iterumque obtrudit Fridericus.

Decreta Venetis decumarum ſubſidia.

48 His addit a rituum ſacrorum magiſter, qui interfuit: *Dum Cæſar Romæ fuit, ſæpe noctu, vno vel altero famulo ſociatus, clam & indicto tempore ad Pontificis cubiculum acceſſit: cui Pontifex obuiam exiuit, cum primum id potuit reſcire, & diſcedentem ipſe deduxit vſque ad ſecundam & tertiam aulam: & aliquando ipſe Pontifex inexpectatus ad Cæſaris cubiculum cum paucis venit, illumque quantum potuit honorauit cum ſumma grauitate & maieſtate, & in eccleſia & in via. In eccleſia orante Pontifice ſuper faldiſtorio ſibi parato ante altare, vt fit, Imperator ſuper aliud faldiſtorium orabat a ſiniſtris poſitum coopertum purpureo ornamento cum puluinari etiam purpureo, & paruo ſcabello etiam purpureo, Sedes Cæſaris cum ſuo reclinatorio ſiue poſtergali ſita erat inter ſedem Pontificis, & ſedilia Cardinalium in formam ſedis pontificalis, ſed non tanta altitudinis: cooperta erat panno ſerico viridis coloris, & ſcabellum paruum habebat viride, ſuper quod pedes tenebat Imperator: altitudo ipſius ſedis ita erat inſtituta in capella apoſtolica, vt non altior eſſet locus vbi ſederet Imperator, quam vbi Pontifex teneret pedes, & item ſcabellum Cæſaris æquale erat ſedibus Cardinalium. Cum incenſabatur Pontifex per Cardinalem aſſiſtentem, mox incenſabatur Imperator per primum ex prælatis aſſiſtentibus Pontifici. Cum Pontifex pacem accipiebat ab aſſiſtente Cardinali primo dabat pacem Imperatori, poſtea diaconis aſſiſtentibus. Inter eundum ſemper manu ſiniſtra illius dextram tenebat, volebatque vt æquali ſemper gradu incederet, quamuis modeſte ſemper Cæſar reluctaretur.* De eius diſceſſu proximo anno agetur.

a Lib. ceri. ſect. 13. c. 1 & ex eo to 3. rer. Germ. ex edit. Freheri pag. 18.

Qui honores Cæſari exhibiti in ſacello pontificio.

IESV CHRISTI
Annus 1469.

PAVLI PP. II. annus 5. | FRIDERICI III. IMPERAT. 30.

1 ANno ineunte poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono ſecunda indictione Fridericus Imperator ſacris in vrbe locis religioſe luſtratis, a ſummo Pontifice officijs, beneficijs, muneribuſque ornatus Germaniam repetiturus Roma diſceſſit. Quæ vero de eo referat Auguſtinus Patritius b ad hunc annum pertinentia recenſeamus: *Cum*: inquit, *ſolemnitas circumciſionis celebranda eſſet, Impe-*

b Aug. Patr. m. ſ. Vall. ſign. lit. F. n. 73. pag. 17.

Digitized by Google

Imperator oriente ſole Lateranum petijt, & capellam baſilicæ maiorem ingreſſus Pontificem ibidem expectabat, neque vnquam ſuper ſedem ſibi ad dexteram pontificalis throni paratam ſedere voluit abſente Pontifice, quamquam Cardinales aliqui, qui ei aſſiſtebant, vt in ea ſederet, ſæpius hortarentur. Venit hora conſueta Pontifex, & Cæſar obuiam illi proceſſit vſque ad maiorem aram, ſimulque deinde ante altare in ſuo quiſque faldiſtorio procumbens orauit. Acceſſit poſt hæc Pontifex ad confeſſionem ex more faciendam cum Cardinale Bononienſi epiſcopo Albano, qui eo die rem diuinam erat facturus. Imperator ſedem ſuam repetijt: facta confeſſione acceſſit Pontifex ad ſolium, & alia omnia facta ſunt, vt in nocturna miſſa natalis enarrauimus.

Qui eiuſdem diei circa ceremonias praeſente Cæſare.

2 Re diuina abſoluta, antequam Pontifex e ſolio deſcenderet, Cæſareæ domus magiſtrum pincernarum, virum domi nobilem ac probum, ſignis militaribus donauit, nouæque religionis militaris, quam S. Georgij dicunt, militiæ adſcripſit & præfecit, ſagumque illi impoſuit album rubra cruce diſtinctum, ac vexillum aſſignauit eiuſdem coloris cruce itidem rubra inſignitum. Aſtabat Cæſar dum hæc fierent, manuque aſſignandis inſignibus Pontificem iuuabat. Acceſſere poſt hæc ad ædis ſacræ medium vbi faldiſtorijs incumbentes Pontifex & Cæſar genibus flexis nudatiſque capitibus Apoſtolorum principum primo, deinde aliorum ſanctorum complures reliquias & aſpexere deuote, & pie venerati ſunt. Aſcendere deinde palatium, & ſancta ſanctorum ingreſſi aliquantulum orauere; inde per vicinas ſcalas deſcendentes equos conſcenderunt, ſolemni pompa in Vaticanum reuerſuri.

Qui in cædo equite S. Georgij.

3 Cæſar vt pie religioni ſatisfaceret, venerareturque pro viribus Ieſu Chriſti vicarium, illique ſeſe humiliaret, cum Pontifex equum vellet inſcendere, cito accurrit, ſtaffamque equi pontificalis arripiens tanquam vnus eſſet ex Pontificis ſeruis eam, quoad Pontifex inſcenderet, tenere volebat. At Pontifex humanitatem religioſi principis collaudans negat ſe equum aſcenſurum, niſi prius ille diſcedat pariterque & ipſe inſcendat equum, quem Pontifex ei dono dederat: Laudata eſt ab omnibus, & admirationi a pleriſque habita ea Cæſaris in Romanum Pontificem obſeruantia ac deuotio. Cæterum obſequium hoc, vt nimirum equum aſcendenti Pontifici Imperatores ſtapedem tenerent, tumque apprehenſo fræno per aliquod ſpatium deducerent, præſtari conſueuiſſe, atque etiam vt iure debitum ex Baronianis noſtriſque annalibus perſpicuum eſt. Subdit auctor: Non eſt igitur nouum neque indignum Chriſtianos & Imperatores, & Reges ſummo Pontifici, qui Dei noſtri vices in terris gerit ſe humiliare, atque vt maxima laude ſunt digni, qui id agunt; ita exerabili odio ſunt proſequendi, qui ſuperbia elati Romani Pontificis iugum aut dedignantur aut contemnunt, tanquam cum ipſo Deo de imperij magnitudine bellum geſturi.

Aſcenſuro equũ Pontifici ſtapedẽ tenere vult Cæſar.

4 Conſcenſis igitur equis Pontifex & Imperator in triumphantium morem hoc ordine in Vaticanum reuerſi ſunt: præcedebant primum Cardinalium, & aliorum curialium mixta familia cum quatuor e familia Pontificis, qui ſingulos ſaccos ex panno coccineo in equis præferebant, quas valiſias vocant: ferebantur deinde a pedeſtribus vexilla XIII. regionum vrbis, & poſtea vexilla magna quatuor vehebantur a proceribus quibuſdam equitibus: hæc erant populi Romani, Pontificis maximi, Eccleſiæ, & crucis albæ in rubro vexillo: deducebantur poſt albi equi phalerati duodecim ſine ſeſſoribus: quos ſequebantur Pontificis aulici, e quibus quatuor portabant ſingula pilea purpurea aureo limbo circumdata: inter eos medius erat Pontificis archiuricinus, quem ſcalcum vocant pontificalem pileum gerens a ſpatulis; & cum ijs nobiles quidam minores equitabant: poſt hos ſecretarij, & cum eis procurator fiſcalis cum aduocatis, & cubicularijs cum ſuis cucullis circa collum: inde acolyti, clerici cameræ, auditoreſque cauſarum cum lineis rochettis, & cappis amplis. Sequebantur deinde nobiles quidam maiores & proceres vrbis, tum legati principum & Regum, qui aderant cum ſenatore & conſeruatoribus vrbis, ſed conſeruatores infimum, ſenator vero ſupremum inter legatos obtinuit locum. Incedebat poſt hos ſubdiaconus crucem præferens indutus alioquin vt auditores, ſed & pileum in capite geſtans nigrum totum, præter mappulas, & chordulas aurei coloris: hunc alij ſubdiaconi ſine pileis medium habebant: præcedebant autem eos duo magiſtri oſtiarij cum baculis ſerica veſtis, crucem vero ſequebantur primo clerici pontificalis capellæ duo, quorum alter laternam cum lumine præferebat in honorem ſacræ Euchariſtiæ, alter vero loculum pontificalis mithræ: tum Peloponeſi, quam Moream vocant, deſpotus cum fratre: inde diaconi, presbyteri, & epiſcopi Cardinales, inter quos diaconi duo Pontifici miniſtrantes vltimi erant. Poſt hos ducebatur equus albus ſacratiſſimum Chriſti corpus vehens in capſula ornatiſſima reconditum, quem præcedebat ſacriſta Pontificis baculum teretem manu ferens, & ſupra ſacram hoſtiam ſericeum vmbraculum ferebatur, circumcirca vero funalia multa accenſa. Sequebatur poſt turba pedeſtris ciuium Romanorum nobilium, & qui regionum capita vocantur cum ligneis baculis, & curſorum curia cum argenteis, & cum ijs cohors prætoria ad cuſtodiam corporis Pontificis. Inter hæc incedebat Pontifex albo equo vectus indutus pluuiali albo, auro margaritiſque ornato, mithram geſtans in capite pretioſam: ſiniſtra manu adequitantem Cæſarem aurea toga indutum, quam illi dono dederat, tenens, dextra vero populum benedicens. Prætendebatur ſuper eos ſericeum vmbraculum, quod nobiles ferebant ciues, Cæſarem anteibat armiger ſuus paruo interuallo nudum enſem præferens: ſequebantur mox cubicularij Pontificis ſecreti duo medium tenentes auditorem, qui mithram ſeruare conſueuit: tum prælati quidam, Imperatoris & Pontificis medicus: ferebatur deinde ab vno e ſeruientibus, vt aiunt, armorum ex vetuſta conſuetudine vmbella crocei rubeique coloris, & is armatus & eques erat: poſt hos archiepiſcopi, epiſcopi, & prælati alij ſuo ordine, poſtremo clerici curiales, reliqui mixtim ac turmatim ſequebantur. Vbi autem ad pontem ſub mole Hadriani peruentum eſt, Cæſar ibi ſubſiſtens cum Pontifice, & Cardinalibus nobiles viros ſupra centum Germanos fere omnes militaribus inſignibus donauit nudo ac plano enſe quemque, ter verberans leuiſſime. Poſt hæc ad palatium peruenere Vaticani, deduxitque Imperator Pontificem vſque ad cubiculum primum, & ipſe deinde a compluribus Cardinalibus comitatus ad ſuum diuerſorium redijt. Venit & alias Cæſar cum Pontifice ad rem diuinam audiendam, & cerimoniæ eædem ſeruatæ ſunt: magna fuit humanitas, quam Pontifex Cæſari vbique præbuit. Nonnullis adiectis de officijs, quibus Imperatores antiquitus ab Romanis Pontificibus ornati fuere, ſubdit Auguſtinus de Imperatoris diſceſſu.

Pompæ ordo Pontifice in Vaticanũ cum Cæſare reuertente.

Delatum in põpa Chriſti corpus.

Ante Cæſarem nudatus enſis præferri ſolitus.

Centum Germani nobiles ſub mole Adriana creati equites.

5 Statuerat, inquit a, etiam Pontifex Cæſarem abeuntem vſque ad palatij portas deducere, ſed ille hoc recuſans ante conſtitutam horam equitauit: diſceſ-

a Aug. Pat vbi ſup.

Cæſareus ex vrbe diſceſſus.

diſceſſit namque Cæſar Germaniam repetiturus quinto idus ianuarias ſummo diluculo, eumque Cardinales aliqui extra portam deduxerunt, nam reliqui nimia Cæſaris feſtinatione præuenti ſunt, ille enim ante vrbem exierat, quam aliqui id reſciſſent. Omni hoc tempore, quo Cæſar Romæ fuit, & quandiu eccleſiæ Romanæ agrum peragrauit, Pontifex illum & omnem eius comitatum hoſpitio victuque ſuo ære continuo excepit magna liberalitate, & rerum omnium ingenti copia: non equis, non hominibus quidquam defuit: vbique benigne comiterque humanet habiti ſunt, gratias ſpirituales quamplurimas, & magnas a Pontifice impetrarunt, omnes ſine pecunia redemit, omnia enim Pontifex gratis iuſſit expediri. Donatus eſt præterea Cæſar a Pontifice albo equo phalerato, & aurea toga, quibus in ſolemni pompa vſus eſt, & præter hæc decentibus quibuſdam munuſculis, lapillis, vniunibuſque pretioſiſſimis ornatis, quæ ſupra duorum millium aureorum nummum æſtimata ſunt: atque ita perſolutis votis Imperator lætus domum verſus arripuit iter Cardinale Reatino & vicecancellario eum Viterbium vſque comitantibus, & quatuor prælatis, qui Narniam iuerant aliquot diebus vltra eum deducentibus.

Ornatus muneribus Fridericus.

6 Hæc Auguſtinus patritius, quæ pauca verbis perſtringit Iacobus Cardinalis papienſis a, additque ſuperiora eo magnificentius & ſtudioſius in Fridericum collata, quod notiſſimum eſſet illum numquam propugnandæ Eccleſiæ, tuendæque Pontificum dignitati, ex quo accepit imperium, defuiſſe; neque vnquam in nefaria abiiſſe conſilia, quibus ſæpe nationes tranſalpinæ in eccleſiam Romanam turbas ſine cauſa concitarunt. Inter alia vero paulum militarem S. Georgij ordinem in monaſterio Myliſtatenſi Salsburgenſis diœceſis Friderici rogatu inſtituiſſe, impetratis hiſce legibus ſequens diploma docet b.

a Papien. in comm. lib. 7. to. 2. rer. germ. pag 140.

S. Georgij ordo militaris inſtitutus

b Lib. 8. bull. pag. 50.

Ad perpetuam rei memoriam.

7 Tam magiſter & milites, quam præpoſitus & ſacerdotes caſtitatis & obedientiæ vota ſponte emittant: ad paupertatis vero votum emittendum nullatenus aſtringantur inuiti; ſed bona & proprietatem cum ſui ſuperioris licentia habere & patrimonium ſeu alia bona, quæ ante religionis ingreſſum poſſidebant, licite retinere, ac fructus exinde prouenientes, quoad vixerint; alienandi tamen bona poſt ingreſſum huiuſmodi poteſtate eis penitus interdicta, in ſuos vſus conuerti poſſint, ipſaque bona tam mobilia quam immobilia ad domum ipſam, ſeu ab ea dependentem, in qua profeſſionem emiſerint, poſt eorum obitus deuoluantur & ad eam omnino pertineant, quodque magiſter, milites, præpoſitus, & ſacerdotes prædicti veſtes talares cuiuſcumque coloris, præterquam rubei, viridis, & crocei, continuo, in vigilijs autem & feſtiuitatibus eiuſdem Virginis glorioſæ, nec non ſingulis diebus ſabbati, deſuper veſtem albam cum cruce rubea, a qua longitudine cum veſte anteriori, & latitudine vſque ad brachia protenſam iuxta formam inferius aſſignatam deferre teneantur. Præpoſitus vero & ſacerdotes prædicti horas canonicas diurnas pariter, & nocturnas ſubmiſſa voce percantent: & quando matutinale officium alicuius feſti celebrauerint, vnicum tantum pſalmum in quolibet nocturnorum; quando autem de feria tantum pſalmos tres & totidem lectiones & ſimiliter in veſperis tres, alijs autem horis vnum dumtaxat pſalmũ dicere aſtringantur; hoc tamen adiecto, quod hora primæ Athanaſij ſimbolum fidei, videlicet: *Quicumque vult ſaluus eſſe*; vna cum precibus & ſuffragijs conſuetis quotidie nullatenus omittantur, & in reliquis horis, præterquam in precibus & ſuffragijs ſupradictis, quæ tantum in prima dicantur, vt præfertur, vſum & morem eccleſiæ Romanæ obſeruent. Milites autem loco diuini officij pro matutinali ſeptem, & veſpertino officio etiam ſeptem, pro alijs autem horis totidem pater noſter cum Aue maria in ſingulis horis deuote, & ſub ſilentio dicere debeant, &c. [permittit Imperatori, vt nouo illi equeſtri ordini congruas ædes excitet, quas ſi locupletet vectigalibus, donat iiſdem prærogatiuis, quibus Theutonici equites S. Mariæ gaudent: tum nonnulla monaſteria, ac prædia eccleſiaſtica Salzeburgenſis & pataujenſis diœceſum dictæ familiæ attribuit.] *Dat. Laterani anno* MCCCCLXVIII. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* V.

8 Præterea Imperatoris eiuſdem precibus permotus Viennæ oppidum in Auſtriæ ducatu, ac diœceſi pataujenſi ſitum, opulentum, populo refertum, nobili academia, ſacris Dei templis, monaſterijs, xenodochijs, alijſque compluribus religioſis ædibus exornatum epiſcopali dignitate inſigniuit a, cui diplomati adiecta eſt hæc loci ac temporis nota: *Dat Romæ apud S Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXVIII. XV. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* V.

Viennenſis epiſcopatus a Paulo II. conditus.

a Ib. pag. 287.

9 Incurrebat interea hoſtili irruptione in Friderici terras Victorinus Georgij Podiebratij Bohemiæ tyranni filius, ad quem comprimendum pontifex principes catholicos coniunctos illi fœdere intentata anathematis pœna diuellere ab eius ſocietate anniſus eſt b, ipſorumque nomina, & cognomina edi iuſſit, vt dignas ſcelere pœnas in eoſdem ſtatueret: tum Laurentium epiſcopum Ferrariæ apoſtolicæ legationis munere in Germania & pannonia fungentem Matthiæ aduerſus impium Georgium conſilio operaque omni iuſſit adeſſe c.

Victorini in terras Friderici excurſiones

b Ib. pag. 55. 56. & 63.

c Lib. 2. pag 44.

Venerabili fratri Laurentio epiſcopo Ferrarienſi referendario & datario, ac cum poteſtate legati de latere per Germaniam & Hungariam nuntio noſtro ſalutem, &c.

Conſiderantes præſtantiſſimum chariſſimi in Chriſto filij noſtri Matthiæ Hungariæ Regis illuſtris ad extirpandas Huſitarum, & Vvicleffiſtarum hæreſes animum, quem ſua regali potentia, victricibus copijs patefecit, ac aduerſus obſtinatiſſimum hæreſiarcham iuſto Dei, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ iudicio maturaque deliberatione damnatum Georgium regni Bohemiæ occupatorem, & complices quotidie demonſtrat, iuſtis ſuadentibus cauſis expediens fore cenſemus prout etiam rationibus euidentibus, ad rem Chriſtianam contra earundem hæreſum pertinaces alumnos conferentibus liquere poteſt, vtile futurum eſſe, vt pro occurrentibus negotijs fidei fraternitas tua omnibus facultatibus per nos tibi alias conceſſis, & quibus, quoad Germaniæ partes ſuffultus es, etiam per totum Hungariæ regnum, ac illi pertinentes prouincias, & patrias plenarie vti poſſis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXVIII. VII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* V. His addimus ſolutum d Venceslaum Biberſteninum virum prænobilem iniquo ſacramento, quod idem Georgius tyrannus ab eo extorſerat, additaque mandati ratio. *Attendentes quod hæreticis & a fide*

d Paul. l. 10 pag. 243.

Hh catho-

catholica deuijs nulla eſt ſeruanda fides; nempe de re iniqua data.

a Papien. ep. 27. Io. Turſ in tom. 4. 66. Bonf. l. 4. dec. 2. Rantz. in ne. Mathias Vngarus Bohemię Rex & marchio Morauiæ ſalutatus. b Dubrau. lib. 30. Michou. l. 4. c. 68. Cromer. lib. 27. Crantz. Vandal. l. 23. c. 8. Victorinus a Mathia interceptus. Catholicorum Bohem. ad Polonum legatio.

10 Geſta a eſt feliciter res a Matthia Rege, qui ex Hungaria in Morauiā crucesignatas copias mouens Spilbergum diuturna preſſum obſidione ad faciendam deditionem compulit: deinde Olomucium profectus ab orthodoxis Bohemis habitis ſolemnibus ordinum comitijs, Bohemiæ Rex & marchio Morauiæ ingenti plauſu & gratulatione omnium eſt ſalutatus. Inde in Sileſiam ſigna conuertit victricia, atque ab vniuerſis Sileſijs b Luzatijſque, præterque alios ab Vratislauienſibus honorificentiſſime vti legitimus ipſorum princeps exceptus eſt: cumque oratores ſuos in Auſtriam ad Fridericum Imperatorem miſiſſet, vt pacta ad ſuſtinendos bellicos ſumptus ſtipendia exigeret, concepta ſpe deluſus eſt; indeque inter ipſos noua parta diſſidia. Interea in Morauiam, vt Victorini Georgij filij irruptiones coerceret, reuerſus illum ad Viſateliam oppidum intercepit: in quem tamen clementia vſus eſt.

11 Agunt de his Hungarici, Bohemici, & polonici ſcriptores, inter quos Cromerus addit Bohemos proceres tum apud Caſimirum Regem poloniæ excuſaſſe celebratam Matthiæ electionem, cum enim ipſe oblatum ſceptrum admittere cunctatus eſſet, neque vrgens diſcrimen vllas ferret moras, illud ipſos Hungaro detuliſſe: tum addidiſſe preces, vt cum ille catholicum dogma coleret, ſibi potius catholicis, quam Georgio hæretico faueret: longe polonico imperio Matthiam vtiliorem futurum, quam perfidum illum, qui religionem labefactaret. Ad quam legationem nihil aliud tunc reſponſum, quam Caſimirum rem ad ampliſſimum ordinum conuentum data opportunitate relaturum, reſponſurumque poſtea Bohemis, cumque nollet conceptam ſententiam in vtramuis partem expromere; cum tamen non diſſimulaſſe lætitiam, cum ipſi renuntiatum eſſet Vuladiſlaum filium natu maximum acclamantibus Bohemis, qui cum Georgio ſentiebant, deſignatum Georgij ſucceſſorem, Georgio ipſo ac tribus filijs in conuentu præſentibus, neque eiuſmodi decreto intercedentibus. Erant vero adiunctæ hæ pactiones: vt Georgius in reliquam vitam ſceptrum retineret: illius filijs ampli principatus reſeruarentur; Vuladiſlaus autem Ludmillam Georgij filiam vxorem duceret. De quibus omnibus cum a Georgij oratoribus ad cœtus ſolemnes polonici regni relatum eſſet, complures ſocietatem affinitatemque cum hæretico damnarunt, regnumque Bohemiæ armis comparandum cenſuere: quam ſententiam epiſcopi ſunt amplexi, ſuumque Cracouiæ ſacrorum iuſtitium quandiu oratores Georgij in ea vrbe verſati ſunt. Vt vero Caſimirus Matthiæ bellum intulerit dicetur inferius: nunc partas aliquas de Turcis victorias ſuperioribus adiungamus.

Vuladiſlaus hæres Bohemiæ pronunciatus.

Venetorum in Turcas res geſtę. c Frantz. l. 30. c. 3. apud Papien. ep. 227. Sabel enn. 10. l. 6. d Sabel ... Crom. l. 27. d Sabel ab

12 Præfectus orientali ſacro bello a Venetis Nicolaus Canalius Ænum oppidum in Tracię ora ſitum, diuitijs affluens, magnoque a Turcis munitum præſidio, adortus die ſeptimo expugnauit c, moxque direptum flammis deleuit; duo millia hoſtium fuiſſe inde in Euboeam abducta, refert Sabellicus d, ac plura illius egregia facinora recenſet, euaſtatos nempe in Theſſalonicenſi ſinu plures Turcarum vicos, oppidaque direpta: Legoſticium oppidum in Patrenſi ſinu celeri opere communitum firmatumque, Nouaſolia poſt Ænum capta. Boſtitzam etiam inſtauratam addit Phrantzes. Perlato Romam de vtraque victoria, de Bohemis nimirum Turciſque parta, læto nuntio, pontificem gratias Deo ac ſolemnes ad baſilicam Vaticanam ſupplicationes indixiſſe teſtatur Ioannes petrus Arriuabenus in literis a ad Iacobum Cardinalem papienſem, qui vrbe aberat, datis: *Herodis impij natalis nobis hodie Ioannem obtruncauit: craſtinus natalis Pontificis pauli nobis illuceſcet, cuius muneris & tu inter reliquos auctor fuiſti.* Auctam porro eius diei lætitiam feliciſſimis nuntijs recenſet: *Relatum eſt hæreticos Bohemos acie cecidiſſe, Iorſici filium cum multis captum eſſe ab Hungaro, & illius regni potiundi infra paucos dies ſpem eſſe pannoniæ: claſſem quoque Venetam cepiſſe vrbem, quam aiunt Æno, vt vulgato vtar vocabulo: ego fortaſſe, ſi locorum ſitus conueniat, Æneum dixerim, quod oppidum primum Æneas Ilio profectus fundauit in Thracia: legimus & ſecundum in Creta eiuſdem nominis ab eo poſitum; vtrum horum aut neutrum ſit haud ſatis auſim affirmare. Eo cum ex improuiſa appuliſſet claſſis Veneta incauti oppidani & nihil tale veriti primo congreſſu capiuntur; opulenta, vt aiunt, vrbs eſt, vnde multum auri ac nobilis ſuppellex exportari potuit: capte nobiles matronæ: multi in ſeruitutem abducti, magna pars interfecta eſt: & quia retinendæ vrbis, quod a Turcis eo facilis ſit tranſitus facultas deerat, tota diruta & ſolo æquata eſt.* Et infra: *In diem craſtinam ob felicem cumulum tot felicitatum ſolemni ordine in baſilicam petri proceſſurum pontificem publico edicto nunciatum eſt, ignes per vrbem parantur, & quæcumque in ſummis gaudijs conſueuere. Hæc tibi ob cauſam fidei ob ſalutem letitiamque pontificis gratiſſima fore non ambigo, &c. Dat. Romæ XXIX. auguſti.* Ampliori ſtylo perſecutus eſt idem Iacobus papienſis b Oenenſis expugnationis hiſtoriam, additque Venetis tantum vnius remigis obitu, & vulneratorum ſex damno ſtetiſſe victoriam.

a Extant apud Card. Papien. ep. nu. 227.

Celebrata Romę publica lætitia.

b Papien. comm. l. 7.

13 Cæterum eæ victoriæ alijs magnis cladibus immixtæ fuere, atque a Turcis non vnius oppidi, ſed plurium prouinciarum Chriſtiani imperij vaſtitas effecta eſt. præbuit tanto malo initium duorum fratrum Coruatienſium diſſenſio, quorum natu minor Martinus nomine Stephano fratri toparchæ inuidens, ductuſque auaritia, cum amnem Lupranam Turcicas irruptiones a Coruatia arcentem tantum æſtate vadoſum præſidio tueretur, cum Aſſambeo Boſnæ præfecto Chriſtianæ legis apoſtata pactus in ſingula equitum capita ſingulos nummos argenteos, ac præterea de fratre vltionem ſumptum iri, Mahometano exercitui in Coruatiam aditum aperuit. Conſtabat is viginti millibus equitum ad curſum expeditis, qui mox imparatis Chriſtianis miſerandas clades intulit: in vno enim emporio octo millia paucis horis trucidauit, tria millia abduxit in ſeruitutem: in Carnos c etiam progreſſus omnia igni ferroque fœdauit: nullum tamen munitum locum cepit. In regreſſu vero cum Chriſtiani nullas ad hoſtem debellandum paraſſent copias, maiores ille ſtrages edidit, quas ita deſcribit Iacobus Cardinalis papienſis.

Turcica in Coruatiam irruptio.

c Apud Papien. ep. 394. Inflictæ Chriſtianis horrendæ clades.

14 *Millibus paſſuum centum ac ſexaginta progreſſi, cum non longe ab Italia dieì iter abeſſent, nullo occupato loco ſigna verterunt: quacumque reditus fuit miſeranda illata calamitas eſt; interfecta ſunt hominum millia duo de viginti, capta amplius quindecim: nullis pueris aut ſenibus parſum: ædificia incenſa, vaſtati agri, pecus omne ferro abſumptum protinus,*

Cæſorum captorum que numerus.

ex

Digitized by Google

Vt peruaſiſſe regionem non hoſtes, ſed furiæ viderentur. Lupratum veuerſi autam eam ex imbribus inuenerunt ita, vt vado tranſiri non poſſet, nauigiorum autem in his locis copia non habebatur, quam ob cauſam dies continuos octo ſedere ad eius ripam coacti ſunt. Id ſpatium ſi tantus terror Chriſtianorum animos non occupaſſet, occaſionem præſtare populis circumſtantibus poterat non redimenda tantum captiuæ multitudinis, ſed vindicandæ quoque crudelitatis exercitæ. De eadem Turcica irruptione hæc ſcribit Franciſcus Philelphus a: *Impetus Turcorum in ipſas prope Italiæ ianuas ad confinia Foriiulij atque Tergeſtarum non triſtis auditu nobis eſſe non potuit, quippe qui liquido videre videremur non longe abeſſe ardentiſſimi incendij flammas. XI. kal. ſeptembris* MCCCCLXIX.

a Philelph. l. 31. ad Demetr. Caſtren.

15 Illatæ hæ calamitates magna ex parte fuere terris Auſtriaco principatui obnoxijs, quamobrem Fridericus Imperator, qui ſæpius antea torpuerat, dum agebatur de propulſandis e Pannonia Turcis, elidendaque Mahometis tyrannide in dies latius ſeſe efferente, his ſtimulis excitatus eſt b, vt proximis annis ad expeditionem conficiendam a Germanis ſe commoueret: auerti quidem hæc mala potuerant, ſi ad tuendam religionem paribus animis Germaniæ principes incubuiſſent; miſſoque iam ante Petro tit. S. Vitalis presbytero Cardinale Nurembergenſes conuentus fuerant celebrati, in quibus vltimo habitis quinquennalis pax fuerat a Friderico imperata: ſed hanc quoque violarunt Heluetij, qui nonnulla Sigiſmundi principis Auſtriaci oppida inuaſere, ad quæ repetenda Pontifex Laurentium epiſcopum Ferrarienſem operam dare iuſſit c.

b Apud Papien. ep. 394.

Heluetij oppida Sigiſm. Auſtriaci inuadunt

c Lib. 11. bullar. de cur. pag. 54.

Venerabili fratri Laurentio epiſcopo Ferrarienſi in Germania cum poteſtate legati de latere nuntio, & oratori noſtro.

16 Cum, ſicut cum maxima animi perturbatione nuper intelleximus, dilecti filij confœderati Suuitenſes populi vulgariter nuncupati, pœnas in conſtitutione prædictæ pacis contentas, & eiuſdem ſedis cenſuras, necnon imperialis maieſtatis auctoritatem contemnentes dominia dilecti filij nobilis viri Sigiſmundi Auſtriæ ducis hoſtiliter inuadentes, plura oppida, caſtra, atque villas deuaſtarunt: quibus non contenti oppidum Vvlatzhut Conſtantienſis diœceſis, & in illo nonnullos comites, & nobiles obſederunt: quos cum idem dux propter incogitatum, & improuiſum ipſorum confœderatorum inſultum de obſidione liberare non poſſet, compulſus fuerit cum confœderatis prædictis nouas pacis conditiones inire, videlicet quod eis decem millia florenorum Rhenenſium, ac dilecto filio Ioanni Anyſtael nuncupato mille octingentos ſimiles florenos ad feſtum S. Ioannis Baptiſtæ proximum ſoluere, & ſi præfatos florenos in eodem termino non ſolueret, quod tunc oppidani prædicti oppidi Vvaltzhuet, ac etiam populi Nigram ſiluam inhabitantes medio iuramento obligati eſſent dictis confœderatis oppidum illud tradere, ac illorum poteſtati ſe ſubmittere. [Subdit fœderatos Heluetios etiam eam legem adieciſſe, vt imperialia & apoſtolica edicta, quibus ob violatas inducias ſe irretierant, viribus carerent: ſed cum hæc ab æquitate abhorrerent, laxataque temeritati licentia confici in Huſſitas ſacrum bellum non poſſet, data eſt nuntio pontificio prouincia, vt Heluetios indictis cenſurarum pœnis, implorataque principum ope ad officium cogat, omneſque pactiones cum Sigiſmundo confectas pronuntiet irritas; quæ litteræ hac formula conſignatæ.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXVIII. VI. *id. martij pontificatus noſtri anno* V.

Violata ab Heluetijs.

Diſtrictæ in eos cenſuræ.

17 Sed ad inſtitutum de datis a Turcis cladibus, paratiſque in eos ſubſidijs redeamus. Deplorat illas lugubri oratione Paulus papa in apoſtolicis literis XV. kal. aprilis exaratis, quibus ſubſidiarias decumas in Gallia imperauit, quæ in faciendis ſacri belli ſumptibus eſſent impendendæ. In iis vero literis indicat ſuſcepta a Ludouico Francorum Rege pia conſilia de gerendo aduerſus barbaros bello ſacro: ipſum autem retardatum fuiſſe tum ob arduam illius molem, quam ſuſtinere non poſſet, niſi principes alij auxilia coniungerent; tum ob domeſticas diſſenſiones bellaque ciuilia, quæ regnum vehementer concuſſerant, necdum erant ſedata. Præfecti porro cogendis decumis fuere Ioannes Balue Cardinalis, & Stephanus Nardinus archiepiſcopus Mediolanenſis, conceptæque erant hiſce verbis eæ literæ a.

Turcæ in Chriſtianos graſſari non deſinunt.

a Lib. 11. bullar. de cur pag. 51.

Ad futuram rei memoriam.

18 Cum, ſicut, proh dolor! oculi cunctorum fidelium poſſint luce clarios intueri, immaniſſimus Turcorum dux, qui contra dominicam crucem, in qua ſaluati & liberati ſumus, ſathanæ vexillum improba temeritate erexerit, effundendi Chriſtiani ſanguinis ardore nimio exæſtuans, plurima fidelium millia cruentiſſima ſtrage afflixerit, ac ſuperiori, & præſenti anno Albaniæ partes propria perſona inuadens magnam Chriſtianorum multitudinem in improperium fidei Chriſtianæ abduxerit; diuerſa quoque regna, prouincias, ciuitates, & loca credentium depopulata, & in prædam miſerabilem ſeruitutemque redacta ſuæ ſubiecerit ditioni, ac in tantæ ſuperbiæ, & arrogantiæ flammam elatus ſit, vt terra marique reliquas fidelium regiones inuadere, & debellare ſibique, ſi poſſit, vniuerſæ Chriſtianitatis imperium tyrannice vſurpare præſumat, in maximam diuinę maieſtatis offenſam, noſtrum & cunctorum catholicorum Regum, & principum, aliorumque fidelium ignominiam, dedecus, & iacturam, nos illius vices gerentes in terris, qui pro mundi ſalute de ſummo cęlorum ſolio ad ima deſcendens carnem humanam aſſumere, & mortem ſubire non abnuit, repetentes animo non ſine lachrymarum effuſione, & cordis amaritudine quot ſacratiſſimę patriarchales, metropolitanę, & cathedrales, alięque inſignes eccleſię pene innumerę, ac vtriuſque ſexus regularium perſonarum monaſteria, cœnobia, & pia loca profanata deformi ruinę ſubacta illorum ornamenta, cruces, & calices, aliaque diuinis deputata miniſterijs conflata, deſtructa, & quod lachrymabilius eſt, ſanctorum veneranda pignora, & ipſorum ſacrę reliquię conculcata, ac innumeri ſexus vtriuſque fideles ad damnatam Mahometicam ſectam ſub dura ſeruitute profitendam fuiſſe compulſos, & niſi per catholicos principes tantæ inſanię tantoque furori celeriter occurratur, maiora in dies detrimenta debeamus veriſimiliter formidare; cupienteſque pro eiuſdem fidei defenſione, & Chriſtianorum ſalute non ſolum noſtras, & ſedis Apoſtolicę facultates noſtrę diſpoſitioni commiſſas, quarum partem non exiguam a tempore obitus ſanctę recordationis Pij immediati prędeceſſoris noſtri, tam pro dilectorum filiorum

Mahometis impia conſilia de exscindenda religione Chriſtiana.

Hungarorum ſubſidio, quam nobilium virorum, deſpoti Moreæ, Scanderbeghi domini in Albania, & deſpoti Arctæ, & aliorum quamplurimorum magnatum, prouinciarum, & populorum ſubuentione, rebuſque alijs ad rem hanc conferentibus ſaluti fidelium opportunis, vſque ad ſummam ducentorum millium florenorum liberaliter expoſuimus.

Ducenta aureorũ millia expenſa a Paulo cõtra Turcas.

19 Sed, etſi opus fuerit, imitatione illius, cuius vicariatum, licet immeriti, tenemus in terris, proprium effundere ſanguinem, & incommoda quæque ſubire, eo equidem feruentius, quo nuper chariſſimus in Chriſto filius noſter Ludouicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus ad ſignificationem noſtram factus de præmiſſis certior, inter alios catholicos principes huic noſtro pio atque laudabili deſiderio ſpontaneus adiutor, ac cooperator accedit: qui etſi tantæ expeditionis molem in ſe vno vltro ſuſcipere, & hoſtis eiuſdem infenſiſſimi atroces iniurias cum ſuo electiſſimo Chriſtianorum exercitu vleiſci tota mente affectet; propter varias tamen, peccatis facientibus, temporis conditiones, & varietates, vbi vnanimes cuncti Chriſticolæ aduerſus crucis æmulos deberent arma conuertere, nequit in propria perſona, quam multarum retrahit rerum magnitudo, hoc intimum ſuæ mentis deſiderium adimplere, cum ipſius adiutorio, cuius cauſa agitur hisatque aliorum principum, & populorum fidelium freti præſidijs, cœptum opus defenſionis fidei huiuſmodi vltra virium noſtrarum menſuram contra inſolentiſſimum hoſtem prædictum continuare intendimus. Sed quoniam ad tantæ rei ſarcinam noſtræ, & Romanæ eccleſiæ non ſuppetunt facultates, ac idem Chriſtianiſſimus Rex prono, & ſincero animo quæcumque ſuæ * . . ., poſſibilia, prout compertum habemus, tanquam orthodoxus princeps facit, volentes pro viribus huic ſancto operi, ne alia regna, & Chriſtianorum prouincias, ciuitates, & loca idem hoſtis diripiat, ac ſub tyrannica malignitate deglutiat, aut guerrarum anguſtijs quotidie laceſſita confundat in animarum, corporum, & ſubſtantiarum periculum, & inæſtimabile plurimorum diſpendium, quantum nobis ex alto permittitur votiue intendere, matura ſuper hoc deliberatione præhabita, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & præfati Regis beneplacito, vnam integram decimam omnium fructuum, redditiuum, & prouentuum eccleſiaſticorum ſecundum verum valorem annuum quarumcumque cathedralium, & metropolitanarum, aliarumque eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, & beneficiorum eccleſiaſticorum ſæcularium, ſeu quorumcumque ordinum regularium, etiam militarium in regno Franciæ, & Delphinatu, & infra ſoluendam, & exigendam per dilectum filium noſtrum Ioannem tit. S. Suſannæ presbyterum Cardinalem, ac venerabilem fratrem noſtrum Stephanum archiepiſcopum Mediolanenſem noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis nuntium, cum poteſtate legati de latere ad Regem, & regnum prædicta deſtinatum, auctoritate apoſtolica imponimus per præſentes, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXVIII. xv. kal. aprilis pontificatus noſtri anno v.*

* ſereniſſimus... Ludou. Franc. Rex tuendæ rei Chriſt. fauet.

Decumæ Gallicano clero imperatæ

Et aliorũ regnorũ ſacerdotibus.

20 Exactæ pariter a Britannis & Belgis Burgundiſque auxiliares decumæ, vti literæ ad Franciſcum ducem Britanniæ & Carolum ducem Burgundiæ datæ a oſtendunt: quod in alijs etiam regnis actitatum, ſed exiguam partem in rem ſacram deriuatam indicat Chrantzius b, dum ait Chriſtiernum Regem Daniæ, Noruegiæ, Sueciæq; dimidium decumani auri a Marino de Fregeno nuntio apoſtolico corraſiſſe eo colore, quod ſibi etiam bellum aduerſus Ruſſos ſchiſmaticos incumberet. Implicitus c etiam erat ille domeſtico bello; nam Sueci ab eo defecerant, reuocato Carolo, quem olim ob tyrannidem e regno pepulerant, ad quos componendos motus celebrauit d Lubecæ cœtus publicos Chriſtiernus cum Suecis oratoribus, qui tamen re infecta diſſoluti ſunt. Cum vero ille expeditionem confeciſſet in Sueciam, archiepiſcopum Vpſalenſem ſibi ſuſpectum abduxit in cuſtodiam, a qua tamen, de integritate fidei ab illo præſtitæ edoctus, emiſit, adeoque ſibi deuinxit, vt is præcipue, vita functo proximo anno Carolo, ipſius Chriſtierni res in Suecia confirmarit.

a Ib. pag. 51. & 65.
b Crantz. l. 5. Suec. c. 40.
Chriſtiernus dimidias triũ regnorũ decumas ad ſe auertit.
c Id. Suec. l. 5. c. 41.
d Id. ib. & Vuandal. l. 15. c. 3.

21 Diſpar huic fuit perfidus Ioannes Balues Cardinalis, cuius ſupra meminimus, qui cum ex infima ſorte ad ſublimes honores ſummaſque opes fuiſſet euectus, vt gratiam auctoritatemque apud Ludouicum Regem Francorum retineret augeretque, clandeſtinis artibus alebat bella ciuilia inter Ludouicum Regem, ac fratrem Carolum eiuſque fœderatos Britannum Burgundumque duces, vt operam ſuam veluti regno neceſſariam venditaret turbido tempore, quam ſereno inutilem æſtimandam cenſebat. Detectæ e tandem hoc anno ſunt eæ nefariæ artes, miſerante Deo Gallorum calamitates, compreheńſuſque eſt eius adminiſter, cum inopino caſu equum nuſquam loco neque calcaribus, neque fuſte, neque habenis mouere potuiſſet; ac pallore vultus, & metu adſtantibus ſceleris conſcientiam indicaſſet: quocirca Cardinalis literæ ad Burgundum, quibus regia aperiebat conſilia, atque ad bellum pro iuuandis fœderatis incitabat, deprehenſæ ſunt: quibus patefactis Regi Gallo in cuſtodiam traditus eſt; liberiorem tamen ſummæ ob dignitatis gradum, quem tenebat: cumque a iudicibus interrogatus eſſet, terrore diuini iudicij actus mox omnia, vti erant, faſſus eſt. Guillelmus etiam epiſcopus Virdanenſis veluti proditionis ſocius in carcerem coniectus eſt. Tum oratores ſuos ad Apoſtolicam ſedem legauit Ludouicus Rex, poſtulauitque vtriorum cauſam in Gallijs cognoſci iuberet, cum aperta obſtarent pericula, ne ad Romanam curiam duci poſſent, neque enim prohiberi poſſe, ne accenſi ira populi reos diſcerperent: Re in ſacro purpuratorum ſenatu diligenter excuſſa, ſtatutum eſt conſtituendos a pontifice iudices, qui in Galliam profecti darent operam, vt Rex Auenione iudicium inſtitui conſentiret: quod ſi non obtinerent, tres in Gallijs ciuitates proponerent epiſcopis ſupremo imperij iure obnoxias, factaque ab Rege vnius optione, ad eam rei adducerentur, darenturque in liberam cuſtodiam; acta rite confecta Romam inde tranſmitterentur clauſa, in conſiſtorio aperienda; tum iudices cognitores in Gallias legati eam tantum ferrent ſententiam, quam præſignatam accepiſſent. Hæc prolixiori ſtylo Iacobus Cardinalis Papienſis: quibus addunt Gallici ſcriptores f Baluem poſt vndecim annos cuſtodia eductum, & Guillelmum Virdunenſem in arcem Pariſiacam conditum tandem quoque libertate donatum. Porro expreſſa a reis confeſſione, Rex illam ad fratrem

Baluæ Cardinalis nefanda perfidia.

e Card. Papien. com. lib. 7. Additiones ad Monſtrelet. auctor pag. 32. Gaguin in Lud. XI. Belcai ep. Meten dec. 1. l. 2. nu. 21.
Diuinit° patefacta

Conijcitur in carcerem cũ Guillel. epiſc. Virdunenſi.

De illorum cauſæ cognitione exortæ lites

f Paul. Æmil. in Lud. XII. & alij.

Caro-

Digitized by Google

Carolum Aquitaniæ ducem tranſmiſit, monuitque quibus tandem conſultoribus eſſet vſus, qui non ipſius res ex regijs damnis augere, ſed priuatas ex amborum fratrum regiæque domus dilaceratione efferre contenderent: rediret itaque ad fratrem, quem idem ſanguis ijdemque parentes conciliarent; ac, ſiue Campaniam ſiue Aquitaniam malit, liberam optionem permiſit. His non ſine admiratione acceptis dux Carolus flexit animum ad concordiam, & amicum colloquium cum fratre in Britanniæ & Andegauiæ limite celebrauit; ita tamen, vt inito domeſticorum conſilio in Regis poteſtatem non ſe traderet. Vt vero, vincente ſuſpiciones omnes natura, fraterna beneuolentia tanta ſuauitate animis delibutis, vt oculi non continerent lachrymas, redintegrata ſit pax ita deſcribit Cardinalis Papienſis a de quo paulo ante memoraui.

a Papien. comm l 7.

Aquitaniæ ducis cũ Gallo Rege colloquium.

22 *Flumen erat ad Britonum fines vadum ea in parte nullibi habens huius ripas collatis vndique lintribus inſtar pontis coniunxerunt. Contabulatis ſic deſuper omnibus, vt plana nauigiorum concaua redderentur, ad eius medium excitatus eſt ex aſſeribus paries ad latus vtrumque pontis ita pertingens, vt neutri tranſire in partem alteram poſſent. Sub eius faſtigio, quod ſtaturam hominis excedebat, relicta feneſtrella erat cancellis ex ligno non magnis ſic intermiſſis, vt contingere ex ijs dexteræ poſſent, & mutuus præberetur aſpectus. Die dicta ad tertium milliare ponti appropinquant; quo in loco biduo ſtatuendis colloquij conditionibus ſumpto, principes interim regij ſanguinis, quos dedita opera ſecum adduxerat Rex, iuſſu eius ad Carolum tranſiere ſalutationis cauſa, ac gratulationis, muneraque ex ſuo nomine ad illum tulerunt, aureum poculum, & magni pretij armillas. Poſtridie ad pontem primus Rex venit cuſtodibus corporis, extera præter enſes inermibus: quibus etiam longius a ponte dimiſſis aſcenſum omnino prohibuit, duodecim ex ſenatu ſecum aſſumpſerat conſilio magis quam armis idoneos: quibus comitatus ad parietem medium cum acceſſiſſet, ad eundem procedens Carolus poſito genu adorauit fratrem, & mox iuſſus aſſurgere datam per cancellos manum lacrymantibus oculis eſt oſculatus. Quo in loco vim naturæ quanta ſit licuit intueri: iterum enim in genua procidens errata in eum ſua cœpit deflere, eaque ignoſci continentibus lachrymis precabatur admiſſa, vt excuſabat, non tam voluntate, quam iuuentutis errore, & conſultorum fallacia: ſe, ſi mereri veniam poſſet, & ad gratiam eius reditum inuenire, futurum in regia poteſtate, & ab imperijs non abiturum, quorum ſupremo vitæ diſcrimine ſeruator cuperet inueniri. Hanc orationem pœnitentia plenam fletu etiam excipiens Rex. O frater, inquit, quanta peccauerunt, qui nos ante coniunctos tam miſere disiunxerunt, maiore impietatis genere ſæuire in te & me non potuerunt: exul modo erraſti tu huc atque illuc ſeruorum tuorum ſeruus, ego appetitus bello obſeſſus atque oppugnatus horam anxietatis, & terroris vacuam non habui: quos frui ſumma pace patris noſtri regna decuit, hos tot iam annos improborum affligit iniquitas. Quis me tibi, & te mihi amantior eſſe, Carole, poteſt. Inuenire ne quemquam eſt, qui fratrem eodem progreſſum vtero vincat pietate, pluſque illi optet ſalutis? Experti iam tandem quorſum tenderent artificia horum, redeamus in coniunctionem paternam, & parentibus ſepultis parentemus hodie complexibus noſtris: veniam, quam deprecaris, dare iamdudum optaui, & nunc, interprete Deo, toto animo do: eo vero minoris eſt apud me, quo tu minus erraſti tuo iudicio, aliorum te credentem feſellere ingenia, ſicut & me non cogitantem circumuenere nonnunquam. Ne dubita, frater, reditum expeditum habes ad fratrem: ſine liberis ego ſum: quem præter te diligere plus poſſum aut debeo? tu mihi illorum pietate ſuccedis. Tuum eſt defuncto me regnum, & viuo erit, quandiu voles, commune. Fruamur Dei munere, & vita, atque hos diductores honoramus, nan audiamus: ſani nil afferunt nobis. Luci eorum adiuncta ſunt tenebræ: quærunt ſua non noſtra, quodque in me nunc ſunt machinati, in te mox regno ſuccedentem machinari non deſinent: demus exemplo noſtro poſteris documentum, quo maioris præſidio contemnere has inſidias poſſint.*

23 *Hæc adhuc magna doloris ſignificatione deflente Rege, concitum animi retinere non valens Carolus, media interrupta oratione extendi ſubito lignum ab extremo pariete imperat, qua duæ prominentes proræ extabant, & ad fratrem tranſilienſ genibus ſe eius aduoluit, gemenſque pietatis omne genus profundit. Hunc illico alleuatum Ludouicus non abſimili affectu complectitur, oſculatur faciem, ſinumque aſtringit, ploratus inde clamorque ad tam pium expetitumque ſpectaculum ab omni multitudine oritur, partim quæ ad præſidium, partim quæ ad viſendum conuenerat; nec erat ex tanta turba quiſquam, qui non eodem exemplo mutuis inter ſe oſculis, & complexibus lætaretur. Hora his in lachrymis lapſa, quod primæ tenebræ intendere cœperant conantem fratrem ad tentoria vſque comitari Regem, non permiſit ille, ſed mox vt ponte exceſſit, remiſit ad ſuos, & redire in ſequentem diem eodem loci hortatus eſt.* Exinde Gallia, quæ ob fratrum diſiunctionem ciuili cruore polluta diu ſorduerat, ad priſtini ſplendoris recuperandi ſpem excitata eſt.

Redintẽgrata inter eos fraterna pax.

24 In Italia hoc anno, cum Ferdinandus Rex Neapolitanus beneficiorum ab eccleſia Romana acceptorum immemor illius ditionis amplitudini inuideret, ſtrueretque ad debilitandas eius vires inſidias, Paulus cum Venetis fœdus ſanciuit in annos vigintiquinque, additæque defendendis ſibi inuicem ſuppetijs plures pactiones, quarum præcipuæ hac formula a conceptæ fuerunt.

Paulus cum Venetis arctiſſimũ fœdus init.

a Extant in ſcal. Vallic.ſig. lit.B.n 17 pag 134.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & glorioſæ virginis Mariæ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac B. Marci euangeliſtæ, totiuſque cœleſtis curiæ triumphantis anno a natiuitate Domini MCCCCLXIX. *die vero* XXVIII. *menſis maij indictione* II. *pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri domini Pauli diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummi Pontificis anno* V. *&c.*

Primo ipſe reuerendiſſimus dominus S. Marci nomine ſanctiſſimi domini noſtri pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus, & pro ſanctiſſima Romana eccleſia ſuiſque adhærentibus confœderatis, complicibus, & obligatis etiam præfatus magnificus dominus orator nomine ſereniſſimi domini ducis, & illuſtriſſimi dominij Venetorum faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt bonam meram, & puram inuicem confœderationem, intelligentiam & ligam duraturam vſque ad annos XXV. & vltra ad illud totum tempus, quod ipſis partibus placitum fuerit, ad mutuam conſeruationem, & defenſionem ſtatuum, & contra omnes de cætero non prouocatos, ac laceſſitos offendere volentes ſanctiſſimum dominum noſtrum,

In annos viginti quinque percuſſũ

& il-

Digitized by Google

& illuſtriſſimum dominium Venetorum, vel eorum alterum, ſeu eorum ſtatus: & hoc fieri intelligatur pro conſeruatione & tranquillitate pacis Italiæ.

Copiæ a Pont. a nſtructæ habendæ.

Item conuenerunt, & concordarunt, quod ipſe ſanctiſſimus dominus noſter tenere & habere debeat equites quatuor mille, & pedites tres mille paratos, & ipſum illuſtriſſimum dominium ſimiliter tenere, & habere debet equites quatuor mille, & pedites tres mille, vt ſupra prædictum eſt, proprijs ſumptibus vniuſcuiuſque partis, declarando, quando dictas gentes illuſtre dominium prædictum mittere debeat facta ſigillatione capitulorum in Romandiolam ad omnem requiſitionem ſanctiſſimi domini noſtri, itaque debeant ad ea loca, ad quæ ſua ſanctitas, & illuſtriſſimum dominium prædictum iudicauerint mittendas eſſe, habita omni conſultatione, & deliberatione ad defenſionem ſtatus, & terrarum ſanctiſſimi domini noſtri, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ: quo caſu ſanctitas prædicta ipſis gentibus ſic miſſis, vel earum parti, prouidere facere debeat de allogiamentis ſtationibus, & victualibus, quæ vendi debeant gentibus prædictis eo pretio, & auantagio, quo venderentur gentibus ſanctiſſimi domini noſtri.

Ornata claſſis a Venetis habenda.

25 Item conuenerunt, & concordes remanſerunt dictæ partes, quod illuſtriſſimum dominium prædictum cum omni tempore ſuper mare teneat potentem claſſem obligatum ſit, & ſe obtulit occurrente bello, quod Deus auertat, quocumque modo ſucceſſerint negotia, quoad maritimas vires attinet, ſufficienter, & tempeſtatiue prouidere ad omnia commoda ſtatuum, & rerum ſanctiſſimi domini noſtri prædicti, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſupradictæ, abſque aliqua impenſa ſanctitatis ſuæ.

Item conuenerunt, & concordarunt partes prædictæ, quod occurrente caſu, quo illuſtriſſimum dominium prædictum ab aliquo dominio, vel potentatu non laceſsito ſiue prouocato offenderetur, ſanctiſsimus dominus noſter prædictus obligetur præſtare, & mittere in ſuccurſum præfati illuſtriſsimi dominij equites duo mille, & pedites mille, illoſque tenere proprijs impenſis toto tempore belli; quemadmodum præfatum illuſtriſsimum dominium præſtare, & mittere ſe obligat in Romandiolam, & alio, vbi neceſſarium iudicatum fuerit per communem conſultationem ambarum partium, & tenere vſque ad bellum finitum prædictos equites quatuor mille, & pedites tria millia ſuis proprijs impenſis.] Additæ ſunt aliæ pactiones, vt fœdus cum nullo principe, vel populo Italico initi poſſet, niſi pars altera pari conſpiratione conſentiret: daretur autem ſingulis facultas, vt huic fœderi accederent a lapſo ab huius promulgatione menſe ſocios pars quæque ſuos deſignaret: ſi bello pars altera implicaretur, altera pacem conficere, altera diſſentiente, nequeat.

Ariminũ ex nochi Malateſtæ tyrannide eripere nititur Paulus.

26 Fretus ita Venetorum ſocietate armiſque Pontifex Ariminum & nonnulla oppida, quæ Sigiſmundo Malateſtæ olim iure fiduciario tradita, ipſo ſine liberis iuſtis nuptijs procreatis vita functo, ad eccleſiaſticum imperium erant deuoluta, repetere conſtituit, ac domare bello Robertum Malateſtam, qui ex concubina procreatus Ariminenſem principatum inuaſerat, illuſeratque Romanæ eccleſiæ. Ducto itaque ad Ariminum pontificio exercitu, cum rei feliciter gerendæ ſpes aſſulgeret, Ferdinandus Rex violata pace, quam anno ſuperiori cum Paulo pepigerat, copias ad Ariminenſem obſidionem ſoluendam miſit, atque arcano Dei iudicio oppreſſa eſt iuſta cauſa, & eccleſiaſticus exercitus a ſpuriorum principum copijs fuit profligatus; quam cladem ita deſcribit Cardinalis Papienſis a: *Profligatio hæc a præda, & captiuis magis quam hominum cæde damnoſior fuit: duces ambo vulnerati ſunt, interfecti circiter centum, ad tria millia capti, inter quos fuere præfecti militares duodecim primi in exercitu nominis, cum his Virginius adoleſcens Neapolionis filius: impedimenta inſuper omnia amiſſa: direpta etiam caſtra, in quibus omnis generis tormenta, ac tela collata ante ab antiſtite fuerant. Ex hoſtibus vero quadraginta tantum in pugna cecidere: viginti circiter capti ſunt. Hoc tantum incommodum ad ducum inſcitiam pauci, plerique ad perfidiam retulerunt, cuius argumenta complurima multifariam collegere, quæ ego connumerare ſuperuacaneum duxi, noluerunt videlicet Pontificem vincere, quod in eius victoria vinci ſe, atque opprimi timuerant.*

Ferdinãdus Rex aduerſus eccleſiã immittit exercitũ.

a Papien. comm l. 5. Iac. Minut. vol. apud Card. Papien. epiſt. 338. Pign. lib. 8.

Pontificius exercitus fuſus. Creditus perfidia ducum victus.

27 Explicat pluribus auctor, vt Paulus ab ineunte pontificatu diuulſas ab eccleſiæ ditione toparchias, a tyrannis nimirum turbulentis temporibus conditas repetere in animum induxiſſet. Poſt eam cædem aduentarunt Venetorum copiæ ſubſidiariæ duce Hercule Aeſtino, quæ vt nimia mora rem eccleſiaſticam afflixerant, etiam ob tardiora impeditaque conſilia poſtea parum iuuere. Cæterum mœrentem ob acceptam cladem Paulum Iacobus Cardinalis Papienſis hiſce literis b ſolatus eſt: *Scio opus non eſſe conſolari beatitudinem veſtram, quæ magni eſt animi, & conſolari reliquos eſt conſueta: ad conſilium quoque ego ſatis non ſum, ſed ſi filio apud patrem, ſeruo apud dominum aliquando eſt locus, ſupplico humiliter ne quid propterea vel remiſſius, vel timidius agat, confidat in Domino, qui non derelinquit ſperantes in ſe, & per hæc detrimenta tentat patientiam noſtram. Agitatur Eccleſia, ſed non mergitur; vincitur ſæpe in prælijs, ſed nunquam debellatur. Cauſa nobis eſt optima, pugnamus pro iuſtitia contra iniquitatem, in tot iuſtificationibus noſtris miſericordia Domini eſt expectanda: perſeuerantibus multa ſæpe vertuntur in melius: offerunt tempora quæ non præuidet ratio. In cauſa Moguntina magna & grauis victa ingenti prælio Eccleſia, eandem vicit: poſt deletas ad internecionem copias Eccleſiæ deletus eſt Sigiſmundus Malateſta: poſt profligatos apud Sarnum exercitus Regis, duces, & noſtros profligati Andegauenſes hoſtes ſunt, & pulſi regno. Recentia hæc ſunt, & beatitudini veſtræ notiora quam mihi: & ſi non ſunt nunc ijdem adiutores, qui tunc erant; eſt Deus, per quem victoria illa ſunt habita, &c. Pientiæ die III. ſeptembris* MCCCCLX.X. Non defecit propterea Pontifex animo, vt Ioannes Petrus Arriuabenus eidem Cardinali Papienſi ſignificauit c, ſed in ſuſcepto reſtituendi Eccleſię Arimini conſilio perſtitit, egitque de euocando d Ioanne Renati filio, vt Ferdinandum ingratum regno Neapolitano euerteret, deindeque Gallorum arma in Turcas verteret: ſed grauiſsimæ ipſum rationes, atque in primis Turcica potentia, quæ tanta erat, vt ducentarum & viginti nauium claſſe Ægeum ſulcaret, & viginti millia equitum ad Tergeſtinorum mœnia populabunda immiſiſſet, & ex Italiæ diſſenſionibus ingraueſceret, tum Ioannis Andegauenſis apud

Venetæ copiæ auxiliares ſerius accedunt.

b Papien. ep 319. Iacobi Papienſis ad Paulũ literæ.

Agit Paulus de Ioanne duce Andeg. euocando.

c Io. Petr. Arriuab. apud Papien. ep. 335. d Pign. l. 8

Metuit ne Ferdinandus Mahometem euocet in Italiam.

Bar-

Barcinonem mors ad alia conſilia auerterunt.

28 Conſultus hoc anno Paulus a Petro Antiocheno eodemque Maronitarum patriarcha de arcanis fidei Chriſtianæ myſterijs, vnica nimirum diuinitatis eſſentia trinitateque perſonarum, tum de Chriſti vnica perſona, duplicíſque, nimirum diuinæ & humanæ naturæ diſcrimine, quid ex diuinis oraculis, & ſacris concilijs tenendum eſſet, ipſum erudiuit ac tum ad coniunctionem cum Romana eccleſia, conſtantiamque in aduerſis adhortatus eſt.

Venerabili fratri Petro patriarchæ Maronitarum Antiocheno nuncupato ſalutem, &c.

Quia doctrinæ apoſtolicæ cibum ſalutiferum tibi humiliter exhiberi efflagitas, nos huic tuo pio, & laudabili deſiderio pro zelo domus Domini, ac tuorum meritorum exigentia gratum præbentes aſſenſum, quoſdam articulos ſanctorum patrum ſententijs comprobatos, quos firmiter credere, & tenere cuncti fideles Chriſtiana profeſsione merito aſtringuntur, præſentibus annotari fecimus, & quos etiam tuam fraternitatem non ſolum credere, & affirmare, verum & docere, proque indelebili memoria ſcribi, & publicare facere conuenit, vt nullus catholicorum fidelium illorum ignorantiam prætendere valeat in futurum. Tenor vero articulorum eorundem talis eſt.

De Deo vno & trino.

29 Licet in ſancta Trinitate æterna Patre, & Filio, & Spiritu ſancto ſit vna eſſentia, vna natura, vna potentia, vna voluntas, & vna operatio. iuxta ea, quæ determinata ſunt per ſacroſanctum vniuerſale concilium Nicænum primum, & iuxta auctoritatem S. Auguſtini ponentis in interpretatione euangelij ſecundum Ioannem homelia XXII. dicentis: *Faciamus voluntatem Patris, voluntatem Filij, voluntatem Spiritus ſancti, quia Trinitatis huius vna voluntas, vna poteſtas, vna maieſtas eſt.* Et iuxta dicta B. Baſilij Cæſarienſis epiſcopi in interpretatione primi pſalmi, vbi ait. *Quorum autem vna natura eſt, horum eadem ſunt operationes.* Et iuxta dicta B. Gregorij Niceni in ſermone contra Eunomium ſecundo, vbi ait. *Vnam voluntatem eſſe Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, naturæ communio proteſtatur; tamen in domino noſtro Ieſu Chriſto ex tempore incarnato ſunt duæ naturæ vnitæ in vno ſuppoſito diuino, ſcilicet diuina & humana perfectè in omnibus proprietatibus ſuis.* Sicut ex determinatione quarti concilij ſcilicet Chalcedonenſis expreſſe habetur. Similiter in ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto ſunt duæ voluntates quantum ad proprietates naturales, id eſt, proprietates duarum naturarum, ſcilicet diuina, & humana vnitæ in vno ſuppoſito diuino, & concordes in vnum, ſiue ſimul indiuiſæ, inconuertibiles, inſeparabiles, inconfuſæ, non autem ſeparatæ, neque contrariæ ſicut impij hæretici dixerunt. Et ſimiliter dicendum eſt de operationibus Chriſti, agit enim vtraque forma ſecundum diuinorum prædicatorem Leonem cum alterius communione; quod proprium eſt, Verbo ſcilicet operante, quod Verbi eſt; & carne exequente, quod carnis eſt. Et S. Athanaſius in ſermone contra Apollinarium facto ait: *Quando dicit: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix; tamen non mea, ſed tua voluntas fiat.* Et iterum: *Spiritus promptus eſt, caro autem infirma; duas voluntates hic oſtendit, tam humanam, quæ eſt carnis, quam diuinam, quæ eſt deitatis.* Et Cyrillus epiſcopus Alexandriæ in interpretatione epiſtolæ ad Hebræos ait: *Si autem perfectos nos fecit per aquam & ſpiritum, quomodo non operatus eſt diuine pariterque humane?* Hæc autem manifeſtat decretum ſacroſancti ſexti concilij ſub Conſtantino principe in regia vrbe celebrati, quod præſentium lator tibi oſtendet, cuius ſententijs, & determinationi in omnibus acquieſcere, & adhærere debes.

SS. Patrum auctoritates.

De duabus naturis in Chriſto.

Et duabus operationibus.

Leonis, Athanaſ. & Cyrilli auctoritates.

30 Habet itaque in effectu fraternitas tua, quod in his tenere debeat, quid docere: & quantum ad hæc & alia mandata apoſtolica, cum omni manſuetudine ſuſcipienda te promptum fore non ambigimus. Eapropter ſanctæ recordationis Innocentij III. & Eugenij IV. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes electionem, & nominationem, ſeu prouiſionem, & præfectionem de perſona tua eccleſiæ Antiochenæ Maronitarum alias prouide factas: omnia quoque iura, & laudabiles conſuetudines ad tuam, & prædeceſſorum tuorum eiuſdemque Maronitanæ eccleſiæ vtilitatem edita, & hactenus obſeruata de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbantes, & confirmantes, pro potioris cautelæ ſuffragio te eidem Maronitanæ eccleſiæ denuo in patriarcham præficimus, & paſtorem, curam & adminiſtrationem illius tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committendo, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod, dirigente Domino actus tuos, præfata eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam & ſtudium fructuoſum regetur vtiliter, & proſpere dirigetur, atque grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca eandem fraternitatem tuam hortamur in Domino, vt doctrinis ſalutaribus Grifonis nempe Minoritæ eiuſque ſociorum diligenter intendas, eiuſque conſilijs noſtro nomine tribuendis acquieſcas, teque moribus, & ritibus noſtris, ac ſacroſanctæ Romanæ vniuerſalis Eccleſiæ, quantum poſsibile erit, magis ac magis in dies conformare, ac in tribulationibus, paupertate, & anguſtijs, quas pro experimento fidei, & conſtantiæ tuæ permittit Omnipotens patientiam habere ſcias, & procures; quoniam, vt inquit Apoſtolus Iacobus, beatus vir, qui ſuffert tentationem, quia coronam vitæ accipiet comprobatus. Et iuxta Apoſtoli Pauli ſententiam. Non ſunt condignæ huius ſæculi paſsiones ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis; hæc enim momentanea, illa vero perpetua ſunt, & propterea patienter ferenda pro ineſtimabili præmio æternæ beatitudinis conſequendo. Poſtremo mittimus tibi caſulam ſiue planetam vnam ex noſtris, vt eo decentius atque deuotius altaris miniſterio intendere, ac pro noſtra, & vniuerſalis Eccleſiæ proſperitate Altiſsimum valeas exorare, prout cupimus, & in domino noſtro Ieſu Chriſto attentius te hortamur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXVIIII. *non. auguſti pontificatus noſtri anno* V.

Petrus Antioch. in patriarchatu confirmatus.

Ad conſtantiam in aduerſis excitatus.

31 Hoc etiam anno literarium gymnaſium apud phanum S. Andreæ in Scotia academica dignitate exornatum eſt a Paulo, ſancitumque vt in eo magiſtrales laureæ conferrentur; quod diploma [a] ita conſignatum. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXVIII. V. *kal. martij pontificatus noſtri anno* V.

Academia condita in Scotia.

[a] Lib. 8. ep 160.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI

Annus 1470.

PAVLI PP. II. annus 6. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 31.

1 ANno a Chriſto nato ſeptuageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum tertia indictione Alexander Foroliuienſis epiſcopus legatus pontificius Caſimirum Poloniæ Regem adijt, vt Cromerus a & alij ſcribunt, Pontificemque excuſauit ſi Bohemiam illi non traderet, cum nefas eſſet partum ius alteri adimere, præclaraque Matthiæ Hungariæ Regis erga ſedem Apoſtolicam Chriſtianamque rempublicam in arcendis Turcarum graſſationibus, & Huſſitis hæreticis edomandis merita obſtarent; hortatuſque iſ ſum eſt, vt controuerſiam affinitate ſedaret, filiamque in matrimonio cum Matthia locaret, & vna cum ipſo aduerſus Georgium hæreticum arma vireſque iungeret: addidiſſe quoque legatum dicit auctor, ſibi imperatum, vt Matthiam etiam conueniret, ſi qua in re id Caſimiri vtilitatibus conducere poſſe videretur. Veniſſe quoque ad Caſimirum Frederici Imperatoris oratorem, qui eundem Poloniæ Regem a Matthia abalienare, ſibique conciliare niteretur, commemoraſſeque complura officia, & beneficia in Matthiam collata, & inter alia delatum imperiali opera commendationeque Bohemiæ regnum a Pontifice; tum de Matthiæ ipſius ingrato animo conqueſtum, qui nonnullos Auſtriacos duce Baunchirchero ad infeſtandam Auſtriam concitaſſet, recepiſſetque in fidem ſuam, quo tempore Fridericus Italiam obiret: proinde is Hungari amicitiam auerſari, monereque Caſimirum, vt ab homine vafro ſibi caueret; porro Imperatorem ad ſeſe cum Polono affinitate deuinciendum propendere; iucundum autem id Caſimiro accidiſſe, atque oratores decreuiſſe, qui de Vladiſlai filij cum Friderici filia Kunegunde nuptijs paciſceretur, dandaque viciſſim ipſi aut Maximiliano Auſtriaco heredi aliqua e regijs filiabus, & ineunda aduerſus Matthiam armorum ſocietate, qua cautum eſſet, vt Fridericus Caſimiri liberis ad Pannoniæ Bohemiæque comparanda regna incumberet: at eiuſmodi fœderis formulam ita conceptam retuliſſe, vt Caſimirus rogato Polonico ſenatu illam non admiſerit, cum Fridericus in ea regijs Hungariæ apicibus ſeſe inſigniret, cautumque eſſet, vt alter alterius regna principatuſque non inuaderet, quo liberorum ipſius Caſimiri iura labefactari videbantur.

a Cromer. l. 27.

De Mathia Poloniæ Regi conciliando actum

Fredericus aduerſatur Vngaro.

2 Ad Georgium quoque miſſos oratores petitum, vt Vladiſlao Caſimiri filio viuens regnum traderet; iuſſos etiam eoſdem cum proceribus Bohemis Matthiæ ſtudioſis agere, ac de ipſis in gratiam cum Georgio reducendis, cum iam proſtratæ illius res erigere ſeſe viderentur, cum ad auertendum Matthiam excurriſſet in Pannoniam, Tirnauenſemque agrum populatus coegiſſet Hungarum, Bohemiam circa Cuthnos montes vexantem, raptim inde ſigna tollere: poſtremo imperatum iiſdem, vt Georgium ad exuendam impietatem hæreſeos, repetendumque Romani pontificis cultum hortarentur. At quamuis de Matthia ſcribat auctor, illum turpiter loco ceſſiſſe, id tamen conſtat Hungarum ipſum deuexo, & inclinante anno præclaram victoriam de Bohemis hæreticis reportaſſe, de qua illi Paulus ingenti lætitiæ ſignificatione eſt gratulatus a, atque ad perſeuerandum in conſtantia inflammauit: hæreticorum furorem elidere pergeret, neque vero ob agitata a Caſimiri Regis Poloniæ oratoribus cum Georgio Podiebratio conſilia animum demitteret perturbareturue, ſedis namque Apoſtolicæ ſtudia auxiliaque ei non defutura.

Georgius ſollicitatus a Polono vt hæreſim eiuret.

a Lib. breu. anni 9. pag 61.

Addit a Pont. animi Mathiæ.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Matthiæ Hungariæ Regi illuſtri.

3 Non ſine ingenti gaudio nos, & venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales intelleximus felicem illam victoriam, quam celſitudo tua, diuino tibi aſſiſtente præſidio contra illos perfidos hæreticos nuper adepta es: nam etſi maluiſſemus cuperemuſque ſemper eorum ad rectam fidem, & ſanctæ matris Eccleſiæ gremium, ac ſedis Apoſtolicæ obedientiam & conuerſionem, ſicut quorumcumque aliorum errantium, ipſis tamen in perfidia obſtinatis contingit, vt, non amiſſa charitate, eorum nos ruina lætificet. Gratias proinde egimus clementiſſimo Deo, qui in manu tuæ ſerenitatis iam pluries humiliauit impios illos, ac ſperamus in eius miſericordia, quod in breui, niſi reſipuerint, & ipſi quod reliquum debitarum pœnarum ſupereſt dabunt, & tua maieſtas, cui ſoli ab ipſo omnipotente Deo noſtro huiuſcemodi palmam delatam eſſe cernimus, deportabit glorioſum optatumque triumphum, ad quem conſequendum licet hortatore apud te minime opus eſſe cenſeamus, tamen pro officio noſtro paſtorali, proque ſingulari deſiderio noſtro, quo tenemur, vt caſtigatis hæreticis illis maieſtas tua, cui ex diuino munere id præcipue donatum eſt, pugnare ſemper aduerſus homines prauos, & catholicæ fidei perſecutores, ac vincere aduerſus quoſque impijſſimos Turcos, qui noſtris temporibus crudelius in Chriſtianos graſſati ſunt, graſſarique quotidie non ceſſant, fortitudinem & fortunatiſſimum gladium ſuum conuertat, quanto poſſumus ſtudio tuam celſitudinem hortamur in Domino, ac etiam precibus facimus exoratam.

Pont. ad Vng. lit.

Mathiæ eximium elogium.

4 Poſt hæc, quod nos non mediocriter perturbauit, ex literis venerabilis fratris Laurentij epiſcopi Ferrarienſis noſtri in partibus & regnis illis cum poteſtate legati de latere oratoris, & ex dilectis filijs tuæ ſerenitatis oratoribus, qui modo apud nos ſunt, accepimus nonnullos, qui ſe etiam oratores chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caſimiri Regis Poloniæ eſſe dixerunt, tractatus quoſdam prope oppidum Radiz paucis ante diebus habuiſſe cum illo damnato hæretico Georgio Pogiebrath in non parum catholicæ fidei, honoris noſtri, ac expeditionis per tuam celſitudinem aſſumptæ detrimentum: ſuper quibus & ſi latiſſime eidem Laurentio epiſcopo Ferrarienſi reſcripſimus, tuam nihilominus celſitudinem hortamur in Domino, vt vna nobiſcum huiuſmodi inſipientium hominum ineptias, ſtultoſque furores forti animo toleret, nec propterea aut quibuſuis alijs de cauſis a decreto ſibi munere perpetuæ laudis, & ſalutis deficiat: nos enim quantum cum Deo poterimus circa expeditionem ipſam, quæ nobis admodum cordi eſt, & circa ea omnia, quæ honorem, & vtilitatem tuæ maieſtatis quoniſmodo concernere poterunt, ſemper vigiles, & promptiſſimos inuenies tanquam erga Regem, & principem, qui de hac ſancta ſede Apoſtolica omni tempore bene meritus ſit. Nec mirari debet maieſtas tua, ſi plura in hunc effectum cir-

Inter Polon. & Bohem. habita colloquia.

Monitus Matthias ne corruptis abſiſtat.

circa negotium illud Bohemicum hactenus non monſtrauerimus, quia ſi quid facere, quod forte maieſtas tua aut catholici ipſi optauerint, diſtulimus, non quia noluerimus, aut cum ratio, & tempus expoſtulauerit nolimus, ſuperſedimus; ſed quia ita rebus ipſis conducere, ac tuæ maieſtati expedire rati ſumus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXX. pontificatus noſtri anno VII.*

5 De Radicenſibus conuẽtibus inter Georgium regio honore deiectum, & Caſimiri Regis Poloniæ oratores habitis, quibus dignitati ſedis Apoſtolicæ, ac religioni labes inferebatur Paulus ad Laurentium Rouarellam apoſtolicum internunciũ ſcripſit a, eiq; præcepit, vt Matthiam Regem hortaretur vt cœptis in hæreticos feliciter perficiendis ſtrenue nauaret operam, ſediſque Apoſtolicæ certiſſima præſidia polliceretur. Agitarant quippe plura nefaria Caſimiri Regis prædicti oratores, vt Matthiam ſpe cõparandæ Bohemiæ deturbarent, in primiſque Georgio ſpoponderant, vt Vvladiſlaum Regem Bohemiæ renuntiandum curarent, Caſimirum alioſque principes daturos operam, vt Romanus pontifex veteres Baſileenſis concilij pactiones cum Bohemis confectas inſtauraret, ſententias in Georgium ſocioſque latas reſcinderet, Vvladislaique electionem ab hæreticis celebrandam confirmaret. His erecti ſunt hæreticorum animi, catholicorum autem deiiei cœperunt; quorum etiam conſtantia cum a Polonis tentaretur, iuſſus eſt legatus hæc mala ſolertia ſua diſcutere.

a Ib. pag. 55.

Propoſita a Polonis oratoribus Georgio.

Venerabili fratri noſtro Laurentio epiſcopo Ferrarienſi nuntio & oratori noſtro cum poteſtate legati de latere ſalutem, &c.

6 Scribimus in præſentiarum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Matthiæ Hungariæ Regi illuſtri congratulatorias eidem de victoria, quam nuper aduerſus illos perfidos hæreticos in manu ipſius omnipotens Deus fecit; atque etiam qualiter econtra nos plurimum turbauerit cum intellexinus tam ex literis tuæ fraternitatis, quam ex oratoribus ſuis quoſdam, qui ſe oratores chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caſimiri Poloniæ Regis dixerunt, cum impio illo Georgio Podiebratio, ſuis demeritis & hæreſibus exigentibus, per nos iure mediante ab omni dignitate, ſi quam habuiſſet, depoſito & priuato publice, contra emanatas a nobis etiam ſub grauiſſimis cenſuris literas apud oppidum Radicz in Morauia ſuperioribus diebus conueniſſe: tractatus plures cum eodem habuiſſe, ac inter alia hæretico illi, ſiue eo conſentiente ſectarijs ipſius, qui tunc ſecum aderant, quædam nedum execranda, verum etiam perſonæ noſtræ, & huius ſanctæ ſedis honorem, & fidem non mediocriter lædentia obtuliſſe: videlicet, quod ſi illi filium Regis ipſorum oratorum in Regem eligerent, & aſſumerent tria per ipſos hæreticos optata, & poſtulata ante omnia medio ipſius Regis Poloniæ, & quorumdam aliorum principum, quos tunc nominabant a nobis faciliter conſequerentur damnatorum ſcilicet & iam ſæpius ab Apoſtolica ſede reprobatorum articulorum, quos ipſi compactata vocant, confirmationem ſublationemque cenſurarum contra ipſos latarum, & huiuſcemodi electionis per eoſdem hæreticos faciendæ confirmationem.

Plura cõtra eccleſiæ decus & fidem male promiſſa.

7 Ex qoibus quidem obligationibus, & promiſſis animi hæreticorum multum confortati, & multorum catholicorum in ſuſpiciones varias, & falſas, ac vt ipſi oratores & literæ ſignificabant,

Ex ijs elati hæreticorum animi.

iſti ſanctæ expeditioni plurimum nocinas deducti ſunt: licet enim firmiter credimus nuntios illos ab ipſo Rege Poloniæ, quem veluti catholicum Regem hæreticorum & infidelium conſortia & amicitias abhorrere non dubitamus, ſuper commentis, & deteſtandis oblationibus illis in commiſſis nihil habuiſſe; non potuimus tamen non vehementer dolere, dum præſertim penſamus quantis nos & Apoſtolicam ſedem afficiant iniurijs, qui aſſerere præſumunt, nos illa etiam faciliter conceſſuros, quæ, vt diximus, & honorem noſtrum, & fidem grauiter offendunt, atque etiam propter ea, quæ intelligimus ex talibus fictionibus peſſimis, quæ ſunt artes hæreticorum, & Georgij præſertim, & contra ſanctam fidem, & catholicam veritatem arma conſueta errores, ſcandala, & impedimenta circa dictam expeditionem prouenire. Verum quia impoſſibile eſt, vt omnibus ſcandalis occurramus, vltionem illi, qui ait: *Væ autem illis, per quem ſcandalum venit*; relinquentes, hortati ſumus celſitudinem ſuam, vt vna nobiſcum huiuſmodi hominum inſipientiam, atque etiam malitiam conſtanti animo ferat, nec propter eas ac quaſcumque alias cauſas a deſtinato ſibi e cælis munere, ex quo & laudem perpetuam & ſalutem conſequetur, deficiat; polliciti etiam, quod quantum cum Deo poterimus neque in negotijs illis Bohemicis neque in cęteris omnibus rebus, quas ad honorem, & gloriam ſuę maieſtatis facere conſpexerimus, vnquam deerimus, quod etiam, vt eidem noſtro nomine ſuadeat & polliceatur tuę fraternitati ſingulariter committimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXX. pridie kal. ianuarij pontificatus noſtri anno VII.*

8 His quidem improbis artibus Caſimirus Rex Polonię, qui delatum antea a catholicis Bohemię regnum non admiſerat, iam illud eblandiri ab hęreticis affectabat, quibus nunquam a Romana eccleſia concedenda promittebat: tum exitioſo bello pręferebat faces: ad quas extinguendas pontifex illum officij monuit a, ne videlicet hęreticorum ſocietate ſeſe contaminaret, neue orthodoxum dogma, & Eccleſiam Dei oppugnaret.

A Caſimiro ſpretum antea Bohemiæ regnum affectatũ

a Ib. pag. 64.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Caſimiro Poloniæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

His proximis diebus peruenit ad auditum noſtrum, quod non ſine magna cordis diſplicentia accepimus, quoſdam, qui ſe tuę ſerenitatis oratores dixerunt, nuper apud damnatum hęreticum Georgium de Podiebrat, cum aduerſus Chriſti fideles, & pręſertim chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Hungarię Regem illuſtrem in caſtra exiſſet, prope oppidum Radicz Morauię fuiſſe contra decreta ſanctorum patrum, & emanatas a nobis etiam ſub grauiſſimis cenſuris literas: cum eodem hæretico & complicibus ſuis publica commercia, & quod damnabilius eſt, etiam tractatus & conuentiones habuiſſe, ex quibus cum dicti tranſgreſſores, ſicuti fidedigna relatione percepimus, eiſdem hęreticis inter alia promiſerint, quod nos medio tuo, & nonnullorum aliorum principum, quos tunc nominabant, compactata eorum per Apoſtolicam ſedem damnata etiam faciliter confirmaremus, & cenſuras latas penitus tolleremus, perfidorum hęreticorum illorum animi non parum conſortati, & catholicorum deiecti ſunt, maximumque negotijs catholicę fidei detrimentum illatum; vt taceamus, quod honorem Apo-

Monitus Polonus læſum ab oratoribus fidei Pontificis ac regis decus.

IESV CHRISTI

Annus 1470.

PAVLI PP. II. annus 6. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 31.

1 ANno a Chriſto nato ſeptuageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum tertia indictione Alexander Foroliuienſis epiſcopus legatus pontificius Caſimirum Poloniæ Regem adijt, vt Crometus a & alij ſcribunt, Pontificemque excuſauit ſi Bohemiam illi non traderet, cum nefas eſſet partum ius alteri adimere, præclaraque Matthiæ Hungariæ Regis erga ſedem Apoſtolicam Chriſtianamque rempublicam in arcendis Turcarum graſſationibus, & Huſſitis hæreticis edomandis merita obſiſterent; hortatuſque iſ ſum eſt, vt controuerſiam affinitate ſedaret, illamque in matrimonio cum Matthia locaret, & vna cum ipſo aduerſus Georgium hæreticum arma vireſque iungeret: addidiſſe quoque legatum dicit auctor, ſibi imperatum, vt Matthiam etiam conueniret, ſi qua in re id Caſimiri vtilitatibus conducere poſſe videretur. Veniſſe quoque ad Caſimirum Friderici Imperatoris oratorem, qui eundem Poloniæ Regem a Matthia abalienare, ſibique conciliare niteretur, commemoraſſeque complura officia, & beneficia in Matthiam collata, & inter alia delatum imperiali opera commendationeque Bohemiæ regnum a Pontifice; tum de Matthiæ ipſius ingrato animo conqueſtum, qui nonnullos Auſtriacos duce Baunchirchero ad infeſtandam Auſtriam concitaſſet, recepiſſetque in fidem ſuam, quo tempore Fridericus Italiam obiret: proinde is Hungari amicitiam auerſari, monereque Caſimirum, vt ab homine vafro ſibi caueret; porro Imperatorem ad ſeſe cum Polono affinitate deuinciendum propendere: iucundum autem id Caſimiro accidiſſe, atque oratores decreuiſſe, qui de Vvladislai filij cum Friderici filia Kunegunde nuptijs paciſcerentur, dandaque viciſſim ipſi aut Maximiliano Auſtriaco heredi aliqua e regijs filiabus, & ineunda aduerſus Matthiam armorum ſocietate, qua cautum eſſet, vt Fridericus Caſimiri liberis ad Pannoniæ Bohemiæque comparanda regna incumberet: at eiuſmodi fœderis formulam ita conceptam retuliſſe, vt Caſimirus rogato Polonico ſenatu illam non admiſerit, cum Fridericus in ea regijs Hungariæ apicibus ſeſe inſigniret, cautumque eſſet, vt alter alterius regna principatuſque non inuaderet, quo liberorum ipſius Caſimiri iura labefactari videbantur.

a Cromer. l. 27.

De Mathia Poloniæ Regi conciliando actum

Fridericus aduerſatur Vngaro.

2 Ad Georgium quoque miſſos oratores peritum, vt Vvladislao Caſimiri filio viuens regnum traderet; iuſſos etiam eoſdem cum proceribus Bohemis Matthiæ ſtudioſis agere, ac de ipſis in gratiam cum Georgio reducendis, cum iam proſtratæ illius res erigere ſeſe viderentur, cum ad auertendum Matthiam excurriſſet in Pannoniam, Tirnauenſemque agrum populatus coegiſſet Hungarum, Bohemiam circa Cuthnos montes vexantem, raptim inde ſigna tollere: poſtremo imperatum iiſdem, vt Georgium ad exuendam impietatem hæreſeos, repetendumque Romani pontificis cultum hortarentur. At quamuis de Matthia ſcribat auctor, illum turpiter loco ceſſiſſe, id tamen conſtat Hungarum ipſum de nexo, & inclinante anno præclaram victoriam de Bohemis hæreticis reportaſſe, de qua illi Paulus ingenti lætitiæ ſignificatione eſt gratulatus a, atque ad perſeuerandum in conſtantia inflammauit: hæreticorum furorem elidere pergeret, neque vero ob agitata a Caſimiri Regis Poloniæ oratoribus cum Georgio Podiebratio conſilia animum demitteret perturbaretur ne, ſedis namque Apoſtolicæ ſtudia auxiliaque ei non defutura.

Georgius ſolicitatur a Polono vt hæreſim eiuret.

a Lib. breu. anni 9. pag. 63.

Additi a Pont. animi Mathiæ.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Matthiæ Hungariæ Regi illuſtri.

3 Non ſine ingenti gaudio nos, & venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales intelleximus felicem illam victoriam, quam celſitudo tua, diuino tibi aſſiſtente præſidio contra illos perfidos hæreticos nuper adepta es: nam etſi maluiſſemus cuperemuſque ſemper eorum ad rectam fidem, & ſanctæ matris Eccleſiæ gremium, ac ſedis Apoſtolicæ obedientiam & conuerſionem, ſicut quorumcumque aliorum errantium, ipſis tamen in perfidia obſtinatis contingit, vt, non amiſſa charitate, eorum nos ruina lætificet. Gratias proinde egimus clementiſſimo Deo, qui in manu tuæ ſerenitatis iam pluries humiliauit impios illos, ac ſperamus in eius miſericordia, quod in breui, niſi reſipuerint, & ipſi quod reliquum debitarum pœnarum ſupereſt dabunt, & tua maieſtas, cui ſoli ab ipſo omnipotente Deo noſtro huiuſcemodi palmam delatam eſſe cernimus, deportabit glorioſum optatumque triumphum, ad quem conſequendum licet hortatore apud te minime opus eſſe cenſeamus, tamen pro officio noſtro paſtorali, proque ſingulari deſiderio noſtro, quo tenemur, vt caſtigatis hæreticis illis maieſtas tua, cui ex diuino munere id præcipue donatum eſt, pugnare ſemper aduerſus homines prauos, & catholicæ fidei perſecutores, ac vincere aduerſus quoſque impijſſimos Turcos, qui noſtris temporibus crudelius in Chriſtianos graſſati ſunt, graſſarique quotidie non ceſſant, fortitudinem & fortunatiſſimum gladium ſuum conuertat, quanto poſſumus ſtudio tuam celſitudinem hortamur in Domino, ac etiam precibus facimus exoratam.

Pont. ad Vng. lit.

Mathiæ eximium elogium.

4 Poſt hæc, quod nos non mediocriter perturbauit, ex literis venerabilis fratris Laurentij epiſcopi Ferrarienſis noſtri in partibus & regnis illis cum poteſtate legati de latere oratoris, & ex dilectis filijs tuæ ſerenitatis oratoribus, qui modo apud nos ſunt, accepimus nonnullos, qui ſe etiam oratores chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caſimiri Regis Poloniæ eſſe dixerunt, tractatus quoſdam prope oppidum Radiz paucis ante diebus habuiſſe cum illo damnato hæretico Georgio Poycbrath in non parum catholicæ fidei, honoris noſtri, ac expeditionis per tuam celſitudinem aſſumptæ detrimentum: ſuper quibus & ſi latiſſime eidem Laurentio epiſcopo Ferrarienſi reſcripſimus, tuam nihilominus celſitudinem hortamur in Domino, vt vna nobiſcum huiuſmodi inſipientium hominum ineptias, ſtultoſque furores forti animo toleret, nec propterea aut quibuſuis alijs de cauſis a decreto ſibi munere perpetuæ laudis, & ſalutis deficiat: nos enim quantum cum Deo poterimus circa expeditionem ipſam, quæ nobis admodum cordi eſt, & circa ea omnia, quæ honorem, & vtilitatem tuæ maieſtatis quouis modo concernere poterunt, ſemper vigiles, & promptiſſimos inuenies tanquam erga Regem, & principem, qui de hac ſancta ſede Apoſtolica omni tempore bene meritus ſit. Nec mirari debet maieſtas tua, ſi plura in hunc effectum

Inter Polon. & Bohem. habita colloquia.

Monitus Matthias ne corporis abſtiſtat.

cir-

circa negotium illud Bohemicum hactenus non monſtrauerimus, quia ſi quid facere, quod forte maieſtas tua aut catholici ipſi optauerint, diſtulimus, non quia noluerimus, aut cum ratio, & tempus expoſtulauerit nolimus, ſuperſedimus; ſed quia ita rebus ipſis conducere, ac tuæ maieſtati expedire rati ſumus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXX. *pontificatus noſtri anno* VII.

5 De Radicenſibus conuẽtibus inter Georgium regio honore deiectum, & Caſimiri Regis Poloniæ oratores habitis, quibus dignitati ſedis Apoſtolicæ, ac religioni labes inſerebatur Paulus ad Laurentium Rouarellam apoſtolicum internunciũ ſcripſit a, eiq; præcepit, vt Matthiam Regem hortaretur vt cœptis in hæreticos feliciter perficiendis ſtrenue nauaret operam, ſedíſque Apoſtolicæ certiſſima præſidia polliceretur. Agitarant quippe plura nefaria Caſimiri Regis prædicti oratores, vt Matthiam ſpe cõparandæ Bohemiæ deturbarent, in primiſque Georgio ſpoponderant, vt Vuladiſlaum Regem Bohemiæ renunciandum curarent, Caſimirum alioſque principes daturos operam, vt Romanus pontifex veteres Baſileenſis concilij pactiones cum Bohemis confectas inſtauraret, ſententias in Georgium ſocioſque latas reſcinderet, Vuladiſlaique electionem ab hæreticis celebrandam confirmaret. His erecti ſunt hæreticorum animi, catholicorum autem deijci cœperunt; quorum etiam conſtantia cum a Polonis tentaretur, iuſſus eſt legatus hæc mala ſolertia ſua diſcutere.

a Ib. pag. 55.

Propoſita a Polonis oratoribus Georgio.

Venerabili fratri noſtro Laurentio epiſcopo Ferrarienſi nuntio & oratori noſtro cum poteſtate legati de latere ſalutem, &c.

6 Scribimus in præſentiarum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Matthiæ Hungariæ Regi illuſtri congratulatorias eidem de victoria, quam nuper aduerſus illos perfidos hæreticos in manu ipſius omnipotens Deus fecit; atque etiam qualiter econtra nos plurimum turbauerit cum intelleximus tam ex literis tuæ fraternitatis, quam ex oratoribus ſuis quoſdam, qui ſe oratores chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caſimiri Poloniæ Regis dixerunt, cum impio illo Georgio Podiebrario, ſuis demeritis & hæreſibus exigentibus, per nos iure mediante ab omni dignitate, ſi quam habuiſſet, depoſito & priuato publice, contra emanatas a nobis etiam ſub grauiſſimis cenſuris literas apud oppidum Radicz in Morauia ſuperioribus diebus conueniſſe: tractatus plures cum eodem habuiſſe, ac inter alia hæretico illi, ſiue eo conſentiente ſectarijs ipſius, qui tunc ſecum aderant, quædam nedum execranda, verum etiam perſonæ noſtræ, & huius ſanctæ ſedis honorem, & fidem non mediocriter lædentia obtuliſſe: videlicet, quod ſi illi filium Regis ipſorum oratorum in Regem eligerent, & aſſumerent tria per ipſos hæreticos optata, & poſtulata ante omnia medio ipſius Regis Poloniæ, & quorumdam aliorum principum, quos tunc nominabant a nobis faciliter conſequerentur damnatorum ſcilicet & iam ſæpius ab Apoſtolica ſede reprobatorum articulorum, quos ipſi compactata vocant, confirmationem ſublationemque cenſurarum contra ipſos latarum, & huiuſcemodi electionis per eoſdem hæreticos faciendæ confirmationem.

Plura cõtra eccleſiæ decus & fidem male promiſſa.

7 Ex quibus quidem obligationibus, & promiſſis animi hæreticorum multum confortati, & multorum catholicorum in ſuſpiciones varias, & falſas, ac vt ipſi oratores & literæ ſignificabant, iſti ſanctæ expeditioni plurimum nociuas deducti ſunt: licet enim firmiter credimus nuntios illos ab ipſo Rege Poloniæ, quem veluti catholicum Regem hæreticorum & infidelium conſortia & amicitias abhorrere non dubitamus, ſuper commentis, & deteſtandis oblationibus illis in commiſſis nihil habuiſſe; non potuimus tamen non vehementer dolere, dum præſertim penſamus quantis nos & Apoſtolicam ſedem afficiant iniurijs, qui aſſerere præſumunt, nos illa etiam faciliter conceſſuros, quæ, vt diximus, & honorem noſtrum, & fidem grauiter offendunt, atque etiam propter ea, quæ intelligimus ex talibus fictionibus peſſimis, quæ ſunt artes hæreticorum, & Georgij præſertim, & contra ſanctam fidem, & catholicam veritatem arma conſueta errores, ſcandala, & impedimenta circa dictam expeditionem prouenire. Verum quia impoſſibile eſt, vt omnibus ſcandalis occurramus, vltionem illi, qui ait: *Væ autem illis, per quem ſcandalum venit*; relinquentes, hortati ſumus celſitudinem ſuam, vt vna nobiſcum huiuſmodi hominum inſipientiam, atque etiam malitiam conſtanti animo ferat, nec propter eas ac quaſcumque alias cauſas a deſtinato ſibi e cælis munere, ex quo & laudem perpetuam & ſalutem conſequetur, deficiat; polliciti etiam, quod quantum cum Deo poterimus neque in negotijs illis Bohemicis neque in cęteris omnibus rebus, quas ad honorem, & gloriam ſuę maieſtatis facere conſpexerimus, vnquam deerimus, quod etiam, vt eidem noſtro nomine ſuadeat & polliceatur tuę fraternitati ſingulariter committimus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXX. *pridie kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* VII.

Ex ijs elati hæreticorum animi.

8 His quidem improbis artibus Caſimirus Rex Polonię, qui delatum antea a catholicis Bohemię regnum non admiſerat, iam illud eblandiri ab hereticis affectabat, quibus nunquam a Romana eccleſia concedenda promittebat: tum exitioſo bello pręferebat faces: ad quas extinguendas pontifex illum officij monuit a, ne videlicet hereticorum ſocietate ſeſe contaminaret, neue orthodoxum dogma, & Eccleſiam Dei oppugnaret.

A Caſimiro ſpretum antea Bohemiæ regnum affectatũ

a Ib. pag. 64.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Caſimiro Poloniæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

His proximis diebus peruenit ad auditum noſtrum, quod non ſine magna cordis diſplicentia accepimus, quoſdam, qui ſe tuę ſerenitatis oratores dixerunt, nuper apud damnatum hereticum Georgium de Podiabrat, cum aduerſus Chriſti fideles, & pręſertim chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Hungarię Regem illuſtrem in caſtra exiſſet, prope oppidum Radicz Morauię fuiſſe contra decreta ſanctorum patrum, & emanatas a nobis etiam ſub grauiſſimis cenſuris literas: cum eodem hæretico & complicibus ſuis publica commercia, & quod damnabilius eſt, etiam tractatus & conuentiones habuiſſe, ex quibus cum dicti tranſgreſſores, ſicuti fidedigna relatione percepimus, eiſdem hereticis inter alia promiſerint, quod nos medio tuo, & nonnullorum aliorum principum, quos tunc nominabant, compactata eorum per Apoſtolicam ſedem damnata etiam faciliter confirmaremus, & cenſuras latas penitus tolleremus, perfidorum hereticorum illorum animi non parum confortati, & catholicorum deiecti ſunt, maximumque negotijs catholicę fidei detrimentum illatum; vt taceamus, quod honorem Apo-

Monitus Polonus læſum ab oratoribus fidei Pontificis ac regis decus.

ſtolicę ſedis, noſtrum, ac etiam tuę ſereuitaris vehementer offenderunt. Nos autem, chariſſime fili, & ſi firmiter credamus homines illos aut tuos non fuiſſe, vel a tua ſerenitate nihil talium in commiſſis habuiſſe, quem non dubitamus, veluti decet catholicum Regem & principem, hæreticorum commercia abhorrere, & potius, vt nos ad extirpandus obſtinatos illos pro ſua virili, aliquando iuuet, quam vt eos in ſua perfidia confirmet, cogitare; voluimus tamen hæc tuæ ſerenitati ſignificare, vt & tu, ſi ad te pertinent, huiuſmodi tantorum malorum fabricatores tanquam excommunicatos, & anathemate innodatos, ac reipublicæ Chriſtianæ hoſtes debita caſtigatione coerceas, & ita cohibeas, quod ipſos de ſua temeritate pœniteat, & ne talia præſumant ſint cæteris ad exemplum. Hortamur etiam ſerenitatem tuam, quatenus pro diuina reuerentia, & fidei catholicæ profeſsione, ac honore tuo contra ipſos hæreticos inſurgere velit, & fidelibus catholicis taliter aſsiſtere, quod ſerenitas tua ab omnipotente Deo præmia meritorum, & ab hac ſancta ſede vberiores commendationes, atque a tota republica Chriſtiana laudem, & honorem deportet, idque vt citius faciat ipſa ſerenitas tua obnixe requirimus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXX, *pridie kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* VII.

Eos reprimat vt anathematis reos hoſteſque fidei.

9 Rogauit a quoque eundem Regem Paulus, vt oratoribus Ioannis magni ducis Moſcouiæ ad ſedem Apoſtolicam acceſſuris fidem publicam præberet.

a lib. breu. de cur. pag. 14.

Chariſſimo in Chriſto filio Caſimiro Poloniæ Regi illuſtri.

Dum dilectus filius nobilis vir Ioannes Valodoteiæ Moſcouiæ, Nouagorouiæ, Paſcouiæ, &c. magnus dux inſignis memoriæ Baſilij magni ducis natus nonnullos ſuos oratores ad nos mittere intendat, cupimus pro debito noſtri paſtoralis officij, vt ipſi oratores mittendi humane, & benigne vbique recipiantur & tractentur: quare hortamur ſerenitatem tuam in Domino velis pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reuerentia, etiam pro bonitate tua eis liberum tranſitum per regnum tuum Poloniæ, & alia dominia tua dari facere, ac benigne tractari, ita vt ſine aliquo impedimento ad nos venire, & ad propria redire valeant, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXX. *pridie id. octobris pontificatus noſtri anno* VII. Poſcebat Moſcouita filiam Thomæ Peloponeſi deſpotæ, Conſtantinopolitani heredem imperij matrimonio ſibi iungi, quæ ad ſedis Apoſtolicæ aſylum cum Palæologorum ſtirpis reliquijs perfugerat, quamque ipſi fuiſſe traditam referunt, cum illius affinitatis beneficio Moſcouitam in Turcas arma conuerſurum conceptæ ſpes eſſent, magnumque religioni Chriſtianæ præſidium acceſſurum.

Rogatus Polon. vt oratorib. ducis Moſcouiæ liberum aditū permittat.

Ioanni Moſcouitæ hæres Conſtantinop. imperij deſponſa.

10 Inſtauratum eodem anno eſt fœdus inter Fridericum Imperatorem & Matthiam Regem Hungariæ, quod ex nonnullorum Auſtralium defectione læſum fuerat, haud tamen ſeditioſorum dux præcipuus Andreas Panchecher, qui, Friderico abſente in Italia, plures turbas populares excitarat, a nouandis rebus ſibi temperauit: quamobrem ad compeſcendam illius audaciam Paulus Laurentio legato dedit mandata b, vt in illum ac perduellionis ſocios eccleſiaſticam ſeueritatem adhiberet.

Auſtriaci in Fridericum tumultuantur.

b Lib. bullarum caſæ pag. 100.

Venerabili fratri Laurentio epiſcopo Ferrarienſi noſtro, & apoſtolicæ ſedis in Germania partibus cum poteſtate legati de latere nuntio, & oratori ſalutem, &c.

Dudum non ſine graui cordis amaritudine per nos fama referente accepto, quod pacis æmulus, diſſidiorum fautor, & quietis impatiens Andreas Paukrecher cum nonnullis ſuis pacem Inclytæ nationis Germanicæ, per omnes ipſius nationis principes Noriubergæ concluſam, & apoſtolica auctoritate firmatam, temere violando, aduerſus chariſsimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum arma ſumens, dum ille a ſuis dominijs abſens ex voto ſacra beatorum Apoſtolorum limina viſitaret, terras & dominia illius hoſtiliter inuaſiſſet, & ſubditos eius grauiſsimis damnis affeciſſet, nos, & ſi rei indignitate moueremur, conſiderantes ex hoc facinore non ſolum negotium fidei aduerſus hæreticos impediri, ſed etiam Turcis Chriſtiani nominis inimicis terras Chriſtianorum inuadendi occaſionem præbere, & expectaſſemus aliquamdiu ſperantes, quod ipſe Andreas ad cor reuerſus reſipiſceret, & a tam nefarijs conatibus ceſſaret, randem cum ille pertinaciter in male ſuſcepto propoſito perſiſteret, & in dies deteriora moliri diceretur, eundem literis noſtris paterne hortati fuimus, atque monuimus, vt pro debito iuſtitiæ, ac noſtra & Apoſtolicæ ſedis reuerentia ab armis ceſſaret, & pacem ipſam, quam tota natio Germanica concluſiſſet, & omnes illius principes ſeruarent, ipſe quoque teneret, nec ſe pacis violatorem dici pateretur; ſperabamus cum ſaltem his tam ſalutaribus monitis pariturum; præſertim dum Imperator prædictus, ac chariſsimus in Chriſto filius noſter Matthias Rex Hungariæ illuſtris in oppido Viennenſi conueniſſent.

Violata Nuremberg. pax

Verum, ſicut denuo nuper cum grauiori dolore percepimus, ipſe Andreas & complices ſui ſe iam rurſus ad arma pariter, & gentes armorum vndique congregant, vt terras & dominia ipſius Imperatoris iterum inuadant, illiuſque ſubditos grauioribus denuo damnis afficiant, in grauiſsimam diuinæ maieſtatis offenſam, manifeſtam memoratæ pacis Germanicæ violationem, & Chriſtifidelium partium illarum, qui Turcis vicini ab illis opprimi quotidie verentur, graue periculum: ſententias & pœnas contra violatores huiuſmodi pacis editas temere incurrendo. Nos igitur, prout ex debito paſtoralis officij nobis incumbit, ſuper ijs omnibus, quo poſſumus remedio, prouidere cupientes, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus, *& infra*, præcipias atque mandes, vt ab armis, ſi illa iam forſan aduerſus Imperatorem, vel illius ſubditos antedictos iterum ſumpſerint, vel terras, & dominia illius inuaſerint, protinus deſiſtant, & pacem per eos Germaniæ principes, vt præmittitur, concluſam & apoſtolica auctoritate firmatam diſtrictius obſeruent, neque illam quouis modo directe vel indirecte, quocumque quæſito colore, per ſe vel alium ſeu alios violare ſeu infringere præſumant. Quod ſi fortaſsis per te moniti mandatis tuis huiuſmodi obedire contempſerint, tu contra eos omnes, & ſingulos cuiuſcumque dignitatis eccleſiaſticæ, vel ſæcularis exiſtant, ad declarationem cenſurarum, ac pœnarum tam contra violatores dictæ pacis inſtitu-

Apoſtolicæ cenſuræ fœdifragis intentatæ.

ſtiturarum, quam aliarum ſpiritualium, & temporalium prædictarum, & infra, eadem auctoritate procedas. &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXX. pridie non. iunij pontificatus noſtri anno VI.*

11 Incumbebat eo Pontifici maior ſedandarum inter Chriſtianos diſſenſionum cura, quo grauiſſima quotidie damna religio propter eas acciperet, Turcarumque Imperator coniunctis plurium regnorum viribus ad euertendum Chriſtianum imperium faſtu & furore turgidus anhelaret. Refert Cardinalis Papienſis nuncupatum ab illo nefarium de delendo nomine Chriſtiano ſacramentum, quo inſimulatis Chriſtifidelibus idololatriæ ob ſacratum imaginum cultum, ſe ad euertendas aras, profananda ſacra, fundendumque Chriſti cultorum ſanguinem obſtrinxit. Conceptam illius formulam, in Latinamque linguam verſam a Veneti cum habuiſſent, expoſuere Pontifici; quam inſerendam hiſtoriæ ad tyranni illius immanitatem, Turcarumque in Chriſtianos odium implacabile in luce collocandam putauimus: *Vouit votum Deo, quem neſcit, dirum, funeſtum, immane, cælo terraque execrandum; in quo perſeuerantem rabiem, & ſurgentem in dies æſtum furoris licet inſpicere. Vult, vt apparet, inſanos ſatis ex ſe populos non ſuo tantum, ſed cæleſti quoque nomine in bella noſtra præcipites agere. Quid ait vel eructat magis contaminatum pectus? Mahumetes ego Amurati filius, idem ſoldanus, & Bariſma, ac Rachmael præſes, a ſummo Deo in altum leuatus, in ſolari circulo poſitus, ſuper Imperatores gloria affectus, omni ex parte felix, tremendus mortalibus, cæleſtium magnique Mahumetis prophetæ precibus, armis potens, Imperatorum Imperator, & principum princeps, qui ab oriente in occidentem ſunt, voto & iureiurando hoc ſpondeo Deo vnico omnium creatori non viſurum me ſomnum oculis, non epulaturum dulcia, non petiturum amœna, non tractaturum ſpecioſa, non ab oriente in occidentem verſurum faciem, donec deiecerim, conculcauerimque equi mei vngulis deos gentium ex ligno, ære, argento, auro, picturaque, & manibus cultorum Chriſti factos: omnem etiam eorum iniquitatem a facie terræ, quantum pertinet ab oriente in occidentem ad laudem veri Dei ſabaoth, & magni prophetæ Mahumetis exterminauerim. Hanc ob cauſam omni genti circumciſa in Mahumetum credenti mihi ſubdita, eiuſque ducibus, ſocijs quoque in bello ſub metu magni Dei conditoris cæli, & terræ, ſub metu etiam inuictæ poteſtatis noſtræ edico, vt in venientem annum ad diem XI. martij armati ad me omnes conueniant, impleturi præceptum Dei, & Mahumetis magni, quorum alter numine, alter precatione in gerendis rebus haud dubie eſt adiuturus. Hoc iuſiurandum Conſtantinopoli ſcribitur ad IV. non. auguſti Mahumeticæ tyrannidis anno editum XXV.*

Sacrilegum votum a Mah. de euertenda religione Chriſtiana nuncupatum
a Ext. apud Card Papien. ep 379.

Chriſtianis impingit idololatriæ caluniam.

Dei nomine ad propagandam impietatem abutitur. Indicta ab eo expeditio.

12 Perduxit ad exitum temerarium votum Mahometes, inſtructaque ingenti claſſe b, tum maximo, & fortiſſimo ſuccinctus exercitu Lemnum Imbrumque inſulas euaſtauit, ac demum Euboeam, vulgo Negropontum nuncupatam, Venetæ obnoxiam ditioni adortus, Chalcidem vrbem illius principem, ac munitiſſimum vniuerſæ Græciæ propugnaculum obſedit, inſulamque cum continente ponte iunxit, per quem ex Græcia pedeſtris exercitus in eam irrupit: tum prima impreſſione vicos Stora & Baſilicon oppreſſit, acerrimiſque oppugnationibus Chalcidenſes fatigauit: denique Illyrici cuiuſdam debiliora loca, qua impreſſio hoſtilis tentanda eſſet, oſtendentis proditione, quamuis Veneta claſſis laturа ſubſidium adeſſet, impetu cepit: quo die Paulus pontifex ſolemnes Romæ ſupplicationes pro diuino Numine placando decretas habebat, vt obſeruat Raphael Volaterranus a, qui de Euboea ita loquitur: *A Turcis capta fuit anno MCCCCLXX. die, quo Paulus II. Pontifex apud baſilicam Lateranenſem pro ea liberanda ſupplicationes vna cum ſenatu populoque Romano habuit, in quibus & Seruatoris imago prælata, & nos aderamus.*

Lemnos & imbrus ab eo expugnatæ.
b Ant. Coccius Sabel ennea. 10 l. 7. Iuſtin. Thorig. in Nat. II.
Euboea continenti ab eo iuncta.

a Raphael Volater. lib. 9.
Capta Chalcis quo die ſolemnes ſupplicationes Romæ celebratæ.

13 Deplorat illius cladem Sixtus IV. b in literis encyclicis proximo anno datis deſcribitque Phrantzes c hiſce verbis: *Exeunte iunio eodem anno impiorum Turcarum princeps contra Euboeam claſſem inſtruxit, quæ antequam exercitus per terram Calliopoli veniret, Lemnum incurrit, & Corzyeam, & omnia loca circumcirca per inſulam ſubegit, excepto Palæocaſtro ſiue veteri oppido, & Scala; & ita reuerſus eſt. Ex Nicomedia autem & aliunde vrbanis copijs ſuperuenientibus vna exeuntes ad Euripum venerunt, quibus viſis exarchus ſiue nauarchus Venetorum receſſit, ac forſitan bene fecit, immo male quando Euboeam vrbem ſiue oppidum confirmare, ac munire præſidio noluit. Tranſiens autem Amiras exercitus Imbrum ex itinere cepit: inde ad Euboeam appulſus eſt: quo menſe affuit etiam Amiras. Pugnatum eſt vehementer terra marique, & duodecima iulij oppidulum armis in poteſtatem redactum: quo facto omnes in circuitu paruæ inſulæ, & oppida vltro ſe dediderunt.* Perijſſe quadraginta millia Turcarum ſub Chalcidis mœnibus tradunt d: capta vero vrbe obuij ferro cæſi, imbellis multitudo ſub haſta diuendita, milites Itali palis ſuffixi, denique cuncta ſacra funeſtata; maſculos omnes, qui duodecimum annum exceſſerant, contrucidatos, pueros & feminas abductos in ſeruitutem, tradit Turcogræcæ hiſtoriæ auctor e. Narrat alios tyranni progreſſus Phrantzes: *Amiras aliquandiu ibidem moratus ineunte auguſto Conſtantinopolim venit, miſitque Beglerbegum ſuum in Peloponeſum, qui Boſtitzam incolebant; alij metu territi aufugerunt: alij eum ſummiſſe venerantes vrbem tradiderunt. Progredienti idem fecerunt Bumeri, Olenæ, & Chelidonij, & Pontici incolæ: loca porro omnia maritima vſque ad fundamenta euertit, cætera retinuit.* Athenas etiam, quæ vulgo Sethinæ appellantur, euertit f: tum alias clades, quæ cruentas lachrymas eliciant, Chriſtianis populis intulit.

b Six. IV. l. 1. bull, pag. 12.
c Phrantz. lib. 3. c. 30 Turcogr. hiſt. l. 2.

Exactus Venetus male abſceſſit.

Quadraginta millia Turcar. in obſidione pereunt. Summa crudelitas exercita in Chalcidēſes
e Sabellic. ennea 10. lib. 7.
Plures vrbes in Peloponeſo Turcis deditæ. Athenæ ab eo euerſa.
f Naucl. gen. 50 Sabel. lib.

14 Eandem Euboeæ expugnationem deſcribit Franciſcus Philelphus g in literis ad Fridericum comitem Vrbini datis: *Modo,* inquit, *Itali vniuerſo mari imperitabant, erantque barbaris omnibus longe, ac late formidoloſi. Ecce repente ex Helleſponto inopinata procella tempeſtaſque erumpit, ac velut immane & terribile quoddam fulmen fugato Venetorum præfecto Nicolao Canale prudentiſſimo fortiſſimoque viro Turcorum claſſis in Euripum irruit, eodemque temporis quaſi puncto impius tyrannus ipſe Mahametus ingentibus copijs per continentem eodem aduolat, & quod ex omni hominum memoria nunquam eſt auditum, Euripo freto, vt vna eodemque rumore apud omnes increbuerit, ex inferiore parte ſaxorum molibus terraque vi completo atque obſtruſo, Euboeam continenti adiungit: ex ſuperiore autem validiſſimo id ponte coniungit, quem ipſum duabus vtrinque lateribus turribus ad ipſas Euripi fauces ita munit, vt ne vniuerſo quidem*

g Philelph. lib 32.
Alia deſcriptio ex Philelpho.

Militare ſtratagema Mahometis in portu claudēdo

humano generi patere aditus viribus illis quiuerit. Chalcis vrbs & antiqua, & nobilis, & cum propugnatoribus tum rebus omnibus munitiſſima, vbi menſem totum per ſummas difficultates obſeſſa, dies ſeptem continuatos noctibus pertinaciſſime terra marique oppugnatur: per ingentiſſimas tandem bombardorum moles latiſſimis illis editiſſimiſque muris ſolo æquatis ad XV. idus iulias, & ipſa vt capitur, & vniuerſa Chriſtianorum multitudo ad vnum crudeliſſime trucidatur totum triduum: heu miseram atque infœlicem noſtræ religionis ſortem. Hæc ſpectant perinde atque in theatrali ludo Chriſtiani principes, & non modo non dolent, ſeque ad vlciſcendum accingunt, ſed lætantur potius atque exultant, neſcij ſane illi, vt mihi videntur, fore, vt ea ruina nobis omnibus naufragium paret, &c. Ex Mediolano VII. kal. ſeptembris MCCCCLXX.

Tantarũ cladium rea Chriſtian. principum ignauia.

15 Tantum aberat, vt ex cladis acceptæ fama Chriſtiani expedirent arma ad impiiſſimi Mahometis conatus reprimendos, vt ne quidem ſubſidiarium aurum in militares ſumptus impendendum penderent; qua indignitate permotus pontifex eos cenſuris percelli iuſſit a hac de cauſa: *Chriſtiana reſpublica in maiori, quam antea, verſatur periculo, vt, proh dolor! nunc frequentibus literis, & nuntijs de præclara fidelium Chriſtianorum vrbe inſulari Nigroponte lacrymabiliter vndique nunciatur, ex incredibili impiiſſimorum Turcorum Chriſtiani nominis hoſtium potentia, quæ vrbs ipſa ſtupenda crudelitate expugnata dicitur. Ne itaque canina ipſorum Turchorum rabies magis, ac magis procedat ad interiora Chriſtianitatis viſcera, quæ inſatiabilis draco ille Turchorum dux continue nititur deglutire, pernecesſarium eſt, vt huiuſmodi ſancta cruciata negotium vbique ab omnibus baptiſmatis fonte renatis & promoueatur, & adiuuetur præſidijs opportunis, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXX. VIII. id. ſeptembris pontificatus noſtri anno VI.*

Renuunt plures ſubſidiarias decimas in bello ſacro conferre.
a Lib. 11. bull. de cur. pag. 102.
Nigropõtenſem cladem deflet. Mahometes ſub draconis typo eccleſiam perſequutus.

16 Aſcriptum eſt Negropontenſe excidium Nicolai Canalij ignauiæ, qui vrbem præſidijs neceſſarijs non firmaſſet; qui pontem, quo iungebatur Euripus, & aditum ex inſula ad continentem præbebat, non diſturbaſſet, vt facili opere fieri poterat, ſicque Mahometes intra inſulam incluſus omni ope nudatus fuiſſet; qui etiam ferre auxilia hoſtemque adoriri diſtuliſſet, dum barbarus tota nocte in mœnia impetum faciebat. Territus quidem ille Venetæ claſsis proſpectu ſoluere obſidionem decreuerat, ne exercitum in extremum exitium adduceret, ſed a nonnullis ducibus confirmatus eſt, vt omni contentione vndiq; in obſeſſos concurreretur, ita enim poſſe opprimi, dum illi ſociorum præſentia incautiores reddebantur: ſucceſsitque, vt dictum eſt, Turcis ex ſententia meditatum ſcelus, apertaque eſt ferro in vrbem via, dum claſsis vanos tubarum clangores dabat.

Nicolai Canalij ignauiæ clades aſcripta.
b Pront. Sabell. ubi ſup. Petr. Iuſtiniã. in hiſt. Ve. Boſius to. 3. lib. 9.

17 Appulere etiam poſtea ex Creta, & Italia tarda auxilia, cum Turca Chalcide iam eſſet potitus; Veneti vero ex male geſtæ a Canalio rei indignatione Nicolaum Mocenicum miſere ad exercitum cum ampliſsimo imperio, qui Canalium eiuſque filium, tum notarium coniecit in vincula, tranſmiſitque ad ſenatum. Cum autem Turcicæ expeditionis princeps eſſet pontifex, ad illum Veneti mittendum Canalium ipſum decreuere, vt is pœnas ſuæ ignauiæ daret. At contra Paulus in clementiam pronus pro ipſo apud Chriſtophorum Maurum ducem deprecator acceſsit a.

Nicolaus Mocenicus illi ſuffectus a Venetis.
c Sabellic. ubi ſup.

Dilecto filio nobili viro Chriſtophoro Mauro Venetorum duci ſalutem, &c.

a Lib. breu. pag. 61.

Nigropontis expugnatio cum a nobis non ſine ingenti dolore primo audita fuit, paucis poſt diebus accepimus te & nobilem iſtum ſenatum tuum ſtatuiſſe, vt dilectus filius Nicolaus de Canali, qui maritimæ claſsi tuæ præerat, cuique ob rem tamdem infeliciter geſtam id factum vitio potiſsimum dari videbatur, publico decreto in vincula coniectus ad nos vſque deueheretur; tunc paterna pietate merito excitatos noſtrationis quoque vis quædam potior impulit, vt apud te & ipſum nobile dominium tuum poſsibili inſtantia eidem Nicolao patrocinio eſſemus, ea de re dilectos filios oratores tuos, qui apud nos ſunt, conuocatos pluribus verbis, ac vicibus hortati fuimus, atque impenſius requiſiuimus, vt per ſuas literas a te, & ipſo dominio impunitatem ei dari ex noſtro nomine precarentur; ſuadere namque nobis non potuimus neque poſſumus, quod vir talis, ac tantus, & qui de republica tua anno præſertim ſuperiore in eo bello ſtrenue ſatis ac felici ſucceſſu bene meritus fuit, aut dolo malo, aut incuria defecerit, quod ſi aliqua in parte fortaſsis tardius †... non propterea iudicio communi, & noſtro ſtudioſe tanto negotio defuit.]

Pro eo deprecator acceſsit Paulus.

Excuſat ipſum ob res præteritas.
†proceſſerit

18 Texuit illius apologiam Franciſcus Philelphus b, ob tenues eius copias non conferendas cum Turcicis: *Quod de Chalcide nouiſſime Euboeaque infortunium accidit, id vos pene exanimauit ita, vt cæteris Chriſtianis ſit maxime formidandum. Scimus inter Euboeam & Andrum nobiliſſimas inſulas breue interuallum eſſe, qua veluti per oſtium quoddam nauigantibus ex Italia iter pateat ad regiones orientales, quod antea nunquam de Turcis eſt auditum, eorum claſsis maxima validiſſimaque pridie kal. iunias modo erupit ex Helleſponto, quo tempore præfectus veſter ingenti animo, & ſingulari prudentia triremibus quinque ac triginta, non oppugnandi minus quam repugnandi conſilio, ſi qua ſors æqua offerretur, id quod etiam, quantum in eo fuit, peregregie præſtitit: non enim continuo terga dedit, quod in tanta hoſtium multitudine ac robore alij plerique omnes facere non dubitaſſent, quin potius, nunc a fronte nunc a latere ſeſe offerens, nullum reliquit adoriendi locum, modo verſutus ille callentiſſimuſque hoſtis idoneam aliquam dimicandi præſtitiſſet occaſionem: quid enim ex æquo ſignis collatis quinque triremes ac triginta aduerſus quadringentas omne genus naues armis viriſque ornatiſſimas audere potuiſſent in tanto, tamque inopinato Turcorum & apparatu, & ordine? ſed illud certe veriſſimum fuit, quod a Palæocaſtri oppugnatione, quæ Lemni eſt vrbs minime ignobilis, vniuerſam hoſtilem claſſem ſua magna cum laude repulerit, eamque omni conatu in ſe conuerſam & fortiter & ſtrenue & perite tandiu ſuſtinuerit, donec & Chalcidenſes, & cætera Euboeæ oppida, ac reliquæ finitimæ inſulæ rebus ſuis conſulere tuto poſſent: nec item deſtitit, quo minus in tanto diſcrimine ex ea triremium paucitate in Euripum fretum mature triremes ſex ad Chalcidenſes mitteret, eiſdemque iuberet, vt, in vrbem admiſsis copijs illis ad eam iuuandam, triremes ipſas, ne irent in hoſtium poteſtatem mari demergerent: id vero ne fieret auctor fuit ſceleratus ille latro Thomas Dalmata, cuius ipſi perfidiæ Chalcidis defenſionem commiſeratis, obliti vos quidem, vt videtur, quod & in Mediolanenſes primo ille Franciſco Sfortia dedito caſtellacio, dein in Franciſcum etiam*

Eius apologia ex Philelpho.
b Philelph. l. 32. ep. ad Bernard. Iuſtinian.

Impar viſus aduerſus naues quadringentas.

Eius conſilium diſturbatũ a Thoma Dalmata

etiam ipſum ad vos transfugiens perfidus extitiſſet. Et infra.

19 *At poterat, inquiunt, auxilium obſeſſis ferre,* nimirum Nicolaus Canalis: *Et quonam pacto? nonne ſuperiores Euripi fauces Turcus munitiſſimo ponte cinxerat? & inferiorem aditum, tot onerarijs nauibus ſaxo terraque oppletis, occuparat, vt Euboeo continenti coniungeretur, cum & continentem & Euripum & inſulam ipſam totam innumerabili Turcorum exercitu videret occupatam, quid auxilij afferre poterat Nicolaus?* Et infra: *Cum aſtate ſuperiore Nicolaus Canalis Ænum ad Hebri oſtia cepiſſet, & vertiſſet in prædam, omnes id ad cælum efferebatis laudibus: cumque deinceps, & Ægium in Peloponeſo, & alia oppida caſtellaque in deditionem ſua induſtria ſtrenuitateque recepiſſet, nihil apud vos erat vnius Nicolai nomine illuſtrius. Quare Chalcidi laboranti auxilium eadem celeritate non tulit? & quare vos ei per literas vobis ſignificanti, ingenti claſſe & maximis copijs circumquaque contractis Turcum propediem mari terraque impetum facturum in Euboeam, non modo fidem non adhibuiſtis, verum etiam virum grauiſſimum, & quam optime de patria meritum ambitionis accuſabatis, non vero eum loqui inſimulantes, ſed eiuſmodi fingere fabulas, quo maiore vteretur imperio? quod ſi tempeſtiue prouiſum a vobis eſſet, & Chalcis ſtaret, & Euboea tota ſeruaretur incolumis, & Turcum maxima clade confectum, totius ſui conatus atque auſus pœniteret. At potuiſſet Nicolaus opem ferre obſeſſis. Quam eſt periculoſum imperium multitudinis, vbi non minus perſæpe animorum permotio, quam rationis grauitas dominatur. Qua claſſe? quibus viribus inter trecenta millia Turcorum, qui terra marique potirentur, in tantis, & tam innumerabilibus ſagittarum & iaculorum nimbis, inter tantaque varia & horrendis bombardarum molibus, quibus cælum terraque contremiſceret poterat Nicolaus obſeſſis vlli eſſe auxilio, proſtratis iam muris omnibus, & magna ex parte, qui intus erant ob aſſiduas oppugnationes alijs interemptis, alijs vulneratis? quanquam per Nicolaum non defuit, quo minus fortunam tentaret, ſi cæteri patritij Veneti, qui ſingulis triremibus præerant, iuſſa audire voluiſſent, &c. 14. Septembris anno a natali Chriſtiano* MCCCCLXX.

Plura ſuperiore anno eo ſane ab eo egregie geſta.

Moniti Veneti de expeditione Mahometis non prouidesunt.

Pro ferê do obſeſſis auxilio hierarchæ diſſenſere.

20 Perculſus Euboica clade Beſſario Cardinalis a, ab altero Beſſarione abbate edoctus eſt, Ferdinandum Regem Neapolitanum in Turcas conſurgere decreuiſſe, cui de periculis Italiæ imminentibus, ni diuina vis Mahometem reprimeret, hæc reſcripſit.

a Beſſario Card. ad Beſſarioni abbati.

Beſſarioni monacho, & abbati ſalutem, &c.

Deploranti mihi nuper Chriſtianorum hominum calamitates, & acerbiſſimam Chalcidis Euboicæ euerſionem literæ abs te redditæ fuerunt, in quibus cum ea legiſſem, quæ de regiæ maieſtatis animo ſtudioque non mediocri ad fidem Chriſti tuendam perſcripſiſti, collegi paululum mentem & reſpiraui, cœpique optare vehementer, vt re præſter, quod verbis ipſum promiſiſſe affirmas: ſed nos infelices vereor, ne criminibus noſtris ab immortali Deo deſerti crudeliora præterea & grauiora patiamur; demum percunctando, alter alterum expectando, culpam in alios reijciendo, ad vltimam labamur perniciem. O miſeros Chriſtianos! O cæcos Italos! accelerandum eſt, Beſſario, vt vel ex hoc ſæculo, Deo volente, migremus in æuum illud ſempiternum, vel in aliam aliquam regionem aduolemus, non expectemus certe Turcum inuadentem Italiam. Huc ſpectat, crede mihi, hoc agit, ad hoc ſe comparat, hoc conatu omni, & ſtudio contendit; & dicam? dicam plane, proh dolor! aſſequetur quod cupit, niſi Italia tandem aliquando reſipiſcat, niſi a ſomno capitali, quo paulatim extinguitur, expergiſcatur, niſi concors atque vno conſenſu fortiter, totiſque viribus tanto furori reſiſtat; niſi omiſſis figmentorum cauſis, quas iactare ſolet, vt iuſtæ videantur, inani verborum fuco, re ipſa opere, & armis crucis hoſtes adoriatur. Verſabatur olim in diſcrimine Bizantium, nulla Italiæ pars miſit ſubſidia, rem alienam putabant omnes, periculum ad ſe non pertinere falſo credebant: atqui poſtea ſenſerunt, quæ mala experti ſunt, quot Chriſtianorum fortunæ, opes, imperia in Turcorum dominationem redacta, Trapezuntiorum, Sinopenſium, Mitylæneorum, Peloponeſiorum, Cariæ, Ciliciæ, Myſiæ, Pannoniæ inferioris, Epyrotarum, Illyricorum, magna ex parte poſtremo Euboicorum. Quid ita? quia noluerunt quinquaginta millium aureorum ſumptu in tempore opitulari Byzantio. & ab eo communem hoſtem propulſare; inde nimirum hæc omnia iure perdidimus, & tanquam ouilis foribus confractis lupus in oues impetum fecit, intra earum latera verſatur, inſultat cædibus, furit; & tamen eorum, quæ amiſimus vnumquodque centies millenis millibus non imprudenter emeretur: immo vero numero infinito quinquaginta millia ſuperat. Quid nobis cum Græcis? quid cum Myſijs, Illyrijs, Pannonibus? Pereant, inquiunt quid nobis? nobis bene ſit, intereant alij. Huc ades bone vir, ita eſt, ſi quidem libertas tua ſeruari poterit, at non intelligis tuis viribus (tuæ enim Chriſtianorum vires ſunt) tuis, inquam, exhauſtis viribus, tanto te imbecilliorem & inferiorem fore, quanto hoſtis tuus ſuperior, ac potentior euadet, cum quo tandem tibi dimicandum eſt: ſatis enim videberis ab hoſte impetraſſe, ſi quod Polyphæmus Vlyſſi, vt eſt in fabulis, tibi dederit, vt vltimus conficiare: tibi vel inuito cedendum erit, & ſeruitus ſubeunda, quæ cum per ſe turpis ſit, tamen conditione domini eſt turpiſſima.

Ferdinandus Rex ſpecimen belli in Turcas gerendi præbet.

Chriſtianorum excidij cauſa.

Diſcrimen Italiæ imminens.

Plura regna amiſſa ob nõ ſubmiſſa Conſtantinopoli auxilia.

21 Obſeſſa eſt Chalcis in Euboea vrbs quondam florentiſſima, vnde Cumas in Campaniam deducta eſt colonia, vnde homines manarunt, qui Neapolim incoluerunt, vi capta, euerſa, ferro, ignique conſumpta. Claſsis Turcorum ampliſsima per totum Helleſpontum vagatur, fugatus eſt naualis Venetorum exercitus, aufugit, latitat, cedit loco: Turci victoriæ furore ſuperbiſſimo in omnes inſulas illas debacchantur, auertunt omnem ordinem, ætatem, ſexum in prædam, agros vaſtant depopulantur; quid ad nos? Venetis curæ ſit, recte cum eis actum eſt, vtile eſſet ſi grauioribus incommodis conflictarentur: quietius cæteri & ſecurius viueremus: tantum otio noſtro accedit, quantum illis imperij demitur. Si quis eſt, qui malis iſtis ingemiſcat, is Venetus eſt, Venetorum partibus fauet, non eſt audiendus, contemnendus eſt. O turpem hominum ignorantiam! o vecordiam! o inſanabile odium! o inimicitias ſtolidas, & inauditas, quæ in auctorum viſcera ſæuiunt, quamuis in alios ſuſceptæ videantur! Veni, Beſſario, fugiamus ſimul; proximus tu es periculo, ego proximus: paulo enim poſt erit Brundusij naualis

Fugata ex Helleſponto claſsis Veneta.

Tur-

Beſſarionis opinio de Turcarũ in Italiã irruptione.

Turcorum exercitus, præſto Neapoli, præſto Romæ, iam ita mari dominatur Venetis cedentibus, quemadmodum terra; ita iſtis conſultantibus traijcient in Apuliam multa millium millia, quibus abundant, [non vana præſagiebat Cardinalis Baſſario, Hydruntum enim occupatum, ac impendentem vniuerſæ Italiæ vaſtitatem viſuri ſumus, niſi Mahometem occidentale imperium affectantem diuina vis confeciſſet] ab ijs quotidie fient incurſiones in agrum Neapolitanum, in Romanum. Cedamus inquam tanto turbini, ne nos pariter hic opprimat: infenſi illi quidem ſunt nomini meo, & tibi propter me, tametſi nullo eos vnquam affeci incommodo, aut laceſſiui, non ſane quia noluerim, ſed quod non potui. Locutus ſum multa cum alibi tum in ſenatu, nunquam deſtiti ſuadere, monere, prædicere, rogare; non defuit voluntas, quæ inimiciſsima illis eſt: hanc acriter vlciſcentur, veni demus locum iræ.

Spreta ſæpius illius conſilia.

22 Heu, delirat Beſſario, inſanit ſenex, frigidus, timidus eſt. Profecto, mi Beſſario, non inſanit Beſſario; tu es mihi teſtis cum Bononiæ eſſemus, & adhuc Paſchalis nuncupareris, atque allatus eſſet infeliciſsimus ille de vrbis Byzantinæ excidio nuntius ea omnia, quæ conſecuta ſunt, me futura prædixiſſe; non ea ſane de cauſa, quod vel prudentia excellenti, vel diuinationis furore aliquo proſpicerem, quæ alij non cernerent; ſed quod omnibus, qui priuatis ſtudijs & affectibus vacui eſſent, ea omnia palam erant, & in promptu. Tum ſibilis vulgi, & honeſtorum ſermonibus explodebar, iudicabant dementem, ſomnijs dederunt, riſus de me non paruus (vt ſcis) excitatus eſt: ſed tamen, proh dolor! euenerunt omnia, vt prædixi: caueant qui hæc audiunt, ne idem accidat in poſterum. Non eſt timidus Beſſario in ſubeundis periculis, timidus eſt in proſpiciendis: poſſet adhuc inermis, monachus, ſenex maiorem animum & præferre & præſtare, quam iſti perſuaſum habeant, modo Chriſtiani principes vellent facere, quod poſſunt, quod debent: iret ipſe in hoſtem cum militibus, cum cohortibus armatis, cum propugnatoribus crucis, ita quidem inſtructis, vt vires, vt copiæ, vt legiones hoſtiles poſtulant. Quid? agitamus ne iſta animo confectis ad hoc dormientibus, diſsidentibus inter ſeſe, alteri alteris perniciem optantibus, & molientibus? Vnus ne Beſſario cum altero ſenes ambo, incerta valetudine viribus fracti arcebunt tantum Turci impetum potentiſsimi, furioſiſsimi, ſanguinem Chriſtianum anhelantis? ineptum eſt, ſtultum, inutile. Veni migremus alio, relinquamus principibus Italiæ curam iſtam, nam & illi nos reliquerunt, neque audiunt iamdiu tanquam e ſpecula clamantes, prædicentes, proponentes ante oculos eorum pericula: optemus tamen adhuc ab immortali Deo ſaluatore noſtro, vt criminibus noſtris ignoſcat, & fidem, cuius & lator fuit & auctor, quam ad ſæculorum finem nunquam occaſuram pollicitus eſt, in tantis malis, quæ cum impendent, tum vrgent tueatur: non intermittamus hortari, & rogare principes noſtros, vt ad ſacrorum, ceremoniarum, totius principatus eccleſiaſtici ſalutem conſilia omnia conferant, laborem, induſtriam, cogitationem, totum animum, atque ingenium.

Itali diſcriminis admoniti

23 Appellamus Siciliæ Regem florentiſsimum, rogamus vt imperij ſui finibus tutandis neque cura neque opibus deſit. Res ipſi erit cum hoſte vicino, & potentiſsimo: conſulant rebus ſuis Thuſci, Ligures, Inſubres, Veneti: cogitent quo pacto ab hoſtili ſæuitia tuti ſint: nulla inter oues, & lupos gratia, nullum inter profanos homines & Chriſtianos ius amicitiæ eſt: non donis non muneribus pacatur hoſtis immanis, barbarus; nulla fœderis religione tenetur perfidus; non mouetur miſericordia crudeliſsimus: dominari, præeſſe, imperare cupit; cruore & flamma cuncta delere vult: ſubiugare ſibi cunctos ſtudet. Quis illum a tanto victoriæ curſu retardabit? peragrabit totum Siciliæ regnum, Romam vſque peruenier (id quidem moliebatur ni diuina vis illum ſuſtuliſſet) quis erit impedimento? Hyperboreine populi, & gentes remotiſsimæ? At illis tam nullus harum rerum ſenſus eſt, quam officio alienum putant pro aliena ſalute ſeſe in diſcrimen offerre: Galli ne, Britanni, Germani, exteræ nationes? At procul ſunt a periculo, non putant Italiam in medio periculo in magna rerum perturbatione verſantem ceſſare, aut ſopitam eſſe, quam infinitis pene triumphis & hoſtium ſpolijs decoratam eſſe ſciunt. Itali ne, quibus hoſtis imminet, quibus cædem, ferrum, ſeruitutem, exilia denuntiat atque oſtentat? at nolunt, negligunt, non poſſunt adduci, vt credant, ſe adeo propinquos eſſe periculo; ſuis viribus confidunt nimium, vt plane verendum ſit, ne in ſuis potius, quam in hoſtis finibus caſtra metari, atque exercitum alere cogantur, &c. Vale.]

Expoſita tyranni perfidia & cupiditas.

Chriſtianorum in tuendis ſocijs torpor.

24 Dum hæc lugeret Cardinalis Beſſario eximiam parænesim ad Italiæ principes ſcripſit a, vt inter ſe pacem firmarent, armaque in Turcas conuerterent.

a Beſſario. Card. in parænesi.

Beſſario Cardinalis Nicænus inclytis atque illuſtriſsimis Italiæ principibus.

Parænesis Beſſarionis ad concordiam.

Qui vos ad concordiam, optimi Italiæ principes, hortatur, vos ad veſtram hortatur ſalutem, ad gloriam, ad triumphos de hoſte reportandos. Nam quid veſtra expoſcit vtilitas? concordiam. Quid veſtra laus, ac dignitas poſtulat? concordiam. Quid hæc tempora nobis neceſſarium eſſe profitentur? concordiam. Concordiam igitur, & pacem amplectimini, ſuſcipite, colite, vt per eam mutuo conſenſu fortiores, belloque in hoſtem comparato, ceruicibus noſtris imminentem impetum propulſemus, hoſtem teterrimum noſtrorum ſanguine cruentatum vlciſcamur: Italiæ amplificemus dignitatem, hoc enim bello nullum vnquam iuſtius, aut magis neceſſariũ geſtum eſt, aut faciliorem apertioremque oſtendit victoriam: nam quid æquius, quidue magis pium, quam noſtrorum ſanguinem per infinitas lachrymas, & tormenta effuſum vlciſci? quid nefandi homines in nomen noſtrum prætermiſerunt ignominiæ, iniuriæ, cruciatus, neſcis? Templa ſanctiſsima per ſummam impietatem polluerunt, ſanctorum, beatæ Virginis, ipſius noſtri Dei ſtatuas contemptu, riſu, omni contumeliæ genere perſecuti ſunt. Quid ſacras virgines violatas commemorem? parentum complexibus ereptos impuberes? omni dedecore fœdatum Chriſtianum nomen? Hæc ne perſequar, & rei magnitudine, & dolore impedior. quis enim, vel dicendo conſequi poſſet, vel ſine multis lachrymis audire, Chriſtiani nominis ſocios fideliſsimos, equorum vngulis obtritos, ita imperante hoſte ſceleratiſsimo atque inſpiciente

Quanta a Turcis in Chriſtianos exercita carnificina.

excu-

Digitized by Google

excoriatos, ſublatos in crucem, vt mortem beneficij loco acceperint?

25 Edidit olim ſæuiſſimus Turcus omnia crudelitatis exempla in Bizantinos, quorum memoria vt refricaretur, qualis nuper Chalcidis Euboicæ tumultus fuit, cum effractis portis, ac muris tormentorum ictibus impetu deiectis, arce vi capta, armorum curſu ferro flammaque omnia miſcuerunt; vnde gemitus illi ad noſtras ferme aures peruenere, cuncti militaris ætatis acerbiſſime trucidati: noſtrorum cadauera, cum mœnia oppugnarentur: at non dicam, incredibile enim eſt; immo vero dicam, quoniam ita ſe habet: noſtrorum, inquam, cadauera in vaſa impoſita, machinis bellicis intra vrbem aduerſus noſtros immittebantur. O crudelitatem ante hunc diem inauditam! o perditam feritatem! o truculentiſſimum ſæuitiæ genus! Quid tam commune viuis quam ſpiritus? at noſtri captiui ita viuunt, vt ducere animam de cælo non queant. Quid tam commune mortuis, quam terra? at noſtri ita moriuntur, vt eorum oſſa per aerem ſpargantur. Quid tam commune cadaueri, quam quies? at noſtrorum corpora ita iactantur, vt ne exanimata quidem conquieſcant. Romani, quod eorum legati paulo acerbius appellati eſſent, Corinthum vrbem pulcherrimam euerterunt; nos vero ſocijs crudeliſſime necatis, contempta & deuaſtata religione noſtra, vnde morum vitæque documenta a tam remotis nationibus petuntur, non excitabimur, non ſumemus arma, non vlciſcemur? *et infra*. Satis dixi de genere belli, quam iuſtum ſit.

Cadauera tormẽtis contorta.

Dicam ſtatum quam ſit neceſſarium, neque enim ille liberam quietis rationem relinquet; ingens terra marique bellum molitur; nam ſi id permitteret, nemo ſane eſſet, qui bellum paci anteponeret; ſed copias inſtruxit, legiones firmiſſimas habet, in capita noſtra comparatas laceſſit, vrget, ad certamen prouocat, aut bellum gerendum eſt, aut acerbiſſima ſeruitus ſubeunda, nullum deliberationi locum relinquit. Vna nobis fortunarum ſalutiſque ſpes propoſita eſt, vt viribus noſtris, Deo maximo optimo iuuante, libertatem noſtram ſeruemus; pro qua bono viro, & ciui non minus laborandum eſt, quam pro ſeruorum reique domeſticæ incolumitate tuenda. At nemo eſt, qui vel ſeruo laceſſito, vel expilato grege non grauiter ferat, armis ad iniuriam vlciſcendam non contendat, non repetat ſua: & coniugum, liberorum, patriæ rationem nullam nos ducemus? quid inermes expectamus Turcorum furorem? arma armis propulſantur, bellum gerendum eſt, vt in pace viuamus: ſi bellum omittimus, pacem habemus nullam. Quod ſi Turcus nobis quieſcentibus maximis opibus auctus eſt, ſi languentes otio in grauiſſima damna prolapſi ſumus, quis tandem ſperare audebit nos in otio, & vmbra rem feliciter geſturos? Reſipiſcendum eſt, & cum eo pacto in tanta pericula deciderimus, contrario itinere ad ſalutem & ſecuritatem redeundum, omittenda ſegnities, bellum ſuſcipiendum, nam vt Paulus inquit: *Non coronatur niſi qui legitime certauerit*. [Et infra.]

Neceſſitas belli turcici illuſtrata.

26 Tempus, & aures veſtræ poſtulant, vt de facultate gerendi belli, de ampliſſimo triumpho qui nobis propoſitus eſt aliquid dicamus. Quo in loco illud plane profiteor, me de hoſtium copijs, & viribus nihil oratione mea detracturum, ſed omnia expoſiturum magna cum fide: atque vt inde ordiar, exercitus ille hoſtilis, illa hominum multitudo infinita non tanti roboris eſt, quanti nonnulli putant, vt a nobis ſuperari facillime non poſſit. Magna eius pars milite tumultuario conſtat, & turba collectitia, nulla iuriſiurandi religione adacti ſunt, nulla mercede conducti, leuiſſima corpora laboris impatientiſſima, prædam non exercitum ſequuntur, qua ſi paulo diutius caruerint domum velociſſime redeunt: nullam præſtant in bello operam, nullum ſeruant ordinem: latrones, ſicarij, militaris prorſus diſciplinæ penitus expertes, & qui facilius vinci poſſunt, quam vincere ſciant. Illud ſane prorſus compertum habemus, ſeptuaginta eſſe dumtaxat hominum millia, qui ſtipendia ex publico ærario faciant: ſed audite me quæſo parumper æquo animo. Ex eo ſeptuaginta millium numero præter quindecim vigintiue millia ad ſummum, qui Imperatoris ſui latus cuſtodientes quotidianam mercedem capiunt, reliqui omnes ſociorum prouincialium tributis in bello ſuſtentantur, quæ ſane tributa adeo exigua ſunt, adeo ſuppeditantur tenuiter, vt toto anno vix quatuor menſibus mercedem accipiant, qua ex re factum videtis, vt nullam expeditionem quadrimeſtri diuturniorem ſuſtineat, ſed eos omnes dimittat, quoniam prouinciæ pecuniam amplius non ſubminiſtrant: qua rerum penuria coactos Byzantij ſæpe vidimus cum dimitterentur & equos, & arma, & veſtes vendidiſſe, vt domum peruenire poſſent. Hoc robur hoſtilis exercitus, hæc magnitudo, hic mirandus ille peditatus & equitatus; quod ſi Chriſtianus exercitus illius fines populando eum toto anno exercitum in armis habere coegerit, aut a ſuis deſtitutus cum exigua manu ad pugnam impelleretur, vbi facillime ſuperari queat, aut illis ipſis pecunijs, quæ in eius priuatum ærarium conferuntur, totum exercitum alat, neceſſe erit, quod quidem præſtare diu non poterit, neque enim, vt temere nonnulli iactant, immenſa eſt illi pecunia: ſiquidem ex iis, qui in illius negotijs gerendis verſati ſunt, plane cognitum eſt, non amplius quam vigeſies centena aureorum millia ex omni redituum ſumma ad eum deferri, vnde & viginti illa millia peditum liberaliter ſuſtentat pro corporis ſui cuſtodia, & ſumptibus domeſticis, qui maximi ſunt, ſatisfacit: ſi quid præterea ſupereſt, id omne ad arma, machinas, tormenta bellica penitus conuertit, vt neque conflandi theſauri, neque conducendi milites ei facultas vlla præbeatur.

Qualis ſit Turcorum militia.

Cur fint Turcarũ expeditiores ferme quadrimeſtres.

Quanta ſint Mahometis vectigalia.

27 Quod autem tam effœminata multitudine, tam exiguis viribus tot imperia ſubiugarit, non mirandum magis, quam dolendum eſt; nullum enim habuit hoſtem: facile admodum vincere fuit non reſiſtentes. Date ſignum belli, iam facile perſpicietis eorum ignauiam, vt enim cedentes vehementer inſequuntur, ita inſequentes celeriter fugiunt, caſtra caſtris conferre non audent, & vt illud repetam victoria eſt in manibus, modo velitis; nulla enim bella gerendi facultas vobis deeſt: adeſt Imperatorum virtus, militum numerus, & peritia: ſunt pecuniæ vobis, Italiæ principes, quas non minus hoc tempore in publicum conferre debetis, quam priuatam quiſque ſalutem, leges, patriam charam habet. Debet vnuſquiſque diligenti rerum ſuarum ratione habita tantum erogare quantum poteſt. Audio Bizantinos a nonnullis accuſari, quod in ſalute communi priuatæ pecuniæ parcentes ſua omnia

Vincere non reſiſtentes ſibi facile fuit.

Conſtantinopolitani victi quia ſuis opibus non vſi.

nia noſtri prodiderunt: In quo profecto grauiſſima culpa digni ſunt, meritoque reprehenduntur, id ne ipſi quoque committamus, cauendum eſt, ne quod in alijs turpe inutileque fuiſſe cognouimus, & ſentimus, imprudentiſſime ſequamur.

De ſpe victoriæ.

28 Comparato a nobis exercitu, quid eſt, quod victoriam, lætaque omnia non portendat, ac polliceatur? Aderit Deus optimus maximus, pro cuius pietate, gloria, fide amplificanda pugnabimus, cuius iniurias vlciſcemur. Iratus hoſti eſt, nobis proſper, qui noſtram hac in re operam, & laborem non ſolum accipit, ſed exigit, ſed repetit, ſed debitum ſibi reddi iubet: *Ne timeas*, inquit, *a facie eorum, quia ego tecum ſum, & eruam te. Ne timeas a facie eorum, nec enim te faciam timere vultum eorum. Bellabunt aduerſus te, & non preualebunt, quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.* [Et infra.] Nonne hoſtes noſtri paucorum virtute ſæpius victi, fugati, cæſi fuerunt? Omitto de ijs victoriam inſignem Ladislai Pannoniæ Regis, qui vt olim a nobis dictum eſt, cum quatuordecim hominum millibus, qui enim plus tradunt, decem & octo millia non excedunt, iuſta acie ſignis collatis cum hoſte dimicauit, exercitum profligauit, ac longe lateque fudit Imperatore vulnerato, ac niſi victoriam auidius perſecutus eſſet, mortique ſeſe obieciſſet, profecto Chriſtianus orbis Europam omnem retineret; hæc omitto; ad recentiora noſtra feſtinat oratio. Quid dicam de inſigni triumpho illius Chriſtianæ multitudinis, quæ nullo duce crucis tantum ſigno armata Turcorum exercitum omnem munitiſſimo Ander Alba oppido potitum, intra mœnia ſtricto enſe diſcurrentem magna cæde victum eiecit, ipſo iſto Imperatore grauiter vulnerato, ac impedimentis omnibus in poteſtatem redactis? Id autem ne ſemel accidiſſe videretur, cum impius ſceleratuſque hoſtis Pannoniam omnem inferiorem occupaſſet, omniaque armis compleſſet & præſidijs, inclytus regijque animi, & excelſi Pannoniæ ſuperioris Rex parua admodum manu expugnato Ianicia, oppido & natura & arte munitiſſimo, maximas Turcorum copias fudit, partemque prouinciæ ſuo adiecit imperio.]

Vt victus ſit Turca a Ladiſlao.

Vt iterũ ad Belgradum Mahometes vict⁹.

Vt a Mathia etiã profligatus.

29 Scripſit aliam orationem Beſſario Cardinalis a ad principes Italiæ, eoſque imminentis periculi commonuit. Ex qua hæc decerpenda viſa ſunt ad hiſtoriam ſpectantia.

a Beſſario in orat. ad princ. Ital.

Beſſarionis Cardinalis ad Italos de periculis imminentibus oratio.

Iuuat primum omnium de origine, & genere, ac viribus Turcorum breuiter aliquid commemorare, plane, vt omnes intelligant, hæc Ottomannorum familia minima Turcorum pars a quam paruo humilique principio, quam breui tempore ſolertia, diligentia, ac vigilantia ſua in tantum faſtigium venerit, vt iam non modo reliquis nationibus, ſed ipſi prouinciarum nobiliſſimæ potentiſſimæque Italiæ, & imperare aſſuetæ ſtupori, ac formidini ſit. Turcorum natio cum aliquandiu Perſiam, Mediam, Babyloniam, Arabiam, Syriam, & nonnullas alias ſuperioris Aſiæ partes tenuiſſet, tandem cum ab incolis ſeſe in libertatem vindicantibus, tum ab alijs hyperboreis populis inde expulſa ad inferioris Aſiæ partes confluxit, atque ibi multis varijſque bellis cum Græcorum imperio exitu ancipiti geſtis, ita ad extremum ſuperior euaſit, vt Pamphiliam, Ciliciam, Lyciam, Paphlagoniam, reliquaque omnia illa loca in ditionem redegerit. Sed pace foris parta, ſeditio domi orta eſt: nam de imperio inter ſe ferro dimicare cœperunt. Erant inter eos ſeptem nobiliores familiæ, ad quas factionum rerumque omnium ſumma deferebatur; hæ bellorum diuturnitate feſſæ eas, quas diximus, prouincias ſorte potius quam armis diuidere, ac partiri inter ſe ſtatuerunt; ita quod perexiguum & tenue admodum imperium erat, in ſeptem partes diuiſum eſt. Ottomannorum familiæ, ex qua octauus iam regnat noſtro tempore Turcorum princeps, Cilicia locaque finitima obuenerunt. Hæc Turcorum res, hoc initium, inde tanti terroris origo.

De Turcarum origine.

Pulſi Perſide in Aſiam inferiorem confluxere.

Inteſtino bello diu laborauere.

Septem familiæ ſorte diuiſere prouincias.

30 Interiecto dein tempore huius, qui nunc regnat Turci atauus, a quo hic ſextus ordine regni ſceptrum accepit, non viribus, non diuitijs, non militum numero, non imperij magnitudine fretus, ſed ob ciuiles diſcordias accerſitus a Græcis in Europam traiecit. Annus nunc ferme agitur centeſimus & trigeſimus non tam ijs aduerſus, contra quos prouocatus fuerat, quam ijs, qui accerſiuerant, pernicioſus & peſtilentiſſimus; paulatim enim ſerpens, ac ſibi non amicis imperium comparans, vſque adeo auxit vires, vt volentes poſtea eum eijcere, non potuerunt, ſatis ſe effeciſſe arbitrati, ſi fœdere icto æquis cum eo legibus viuere impetrarent. Atqui res aliter, quam opinati fuerant, euenit; etenim gens barbara atque inops ſimul ac dulcedinem frugum, & ſuauitatem diuitiarum guſtare cœpit, nullum cupiditati terminum ſtatuit: ex paruo itaque & debili initio vſque adeo vires eorum centum & triginta annorum ſpatio creuerunt, vt iam non parua Europæ parte occupata, nec Danubij profundiſſimus amnis, nec Illyrij aſperrimi montes eorum impetum retardare poſſint, quin flumine tranſmiſſo, & locorum difficultatibus ſuperatis, illinc per omnem Pannoniam graſſentur, hinc in mediam vſque Germaniam, & Hyſtros, & Forumiulij depopulantes, ac fœdantes omnia, ac flores illos prouinciarum ferro ignique vaſtantes. Quo loco illud in primis a nobis animaduertendum cenſeo, quamuis hæc omnia eo, quod diximus, temporis ſpatio fecerint, plura tamen poſtremis quadraginta annis, quam nonaginta illis ſuperioribus feciſſe: ita enim natura comparatum eſt, vt principia virtute quidem ac vitibus maiora ſint, magnitudine vero copiaque vincantur.

Vt in Græciam exciti oppreſſerint ſocios.

Quo temporis flexu auctũ eorum imperiũ.

31 Ex his item quadraginta annis longe plura his decem & ſeptem patraſſe, quam tribus & viginti prioribus, plura immanis iſta bellua, Chriſtianorum ſanguinem ſemper anhelans, poſt Byzantinum excidium ſolus geſſit, quam pater eius atque auus per omnem vitam fecere; decem, vt ſæpe a nobis explicatum eſt, interea regnis occupatis; vt palam omnibus ſit, quo magis eius vires augentur, eo deinde minore negotio quoſcumque aggredi voluerit poſſe ſuperare; quemadmodum enim in diſciplinis atque artibus, & omni actionis genere fieri videmus, vt maior ſit poſtremo quoque anno, quam omnibus ſuperioribus; profectus vnde illud quoque vulgo dici ſolet, diteſcere homini difficile eſſe, in immenſum vero diuitias augere facillimum, vt in rebus quoque militaribus accidit, vt vincere difficile admodum ſit, euagari poſtea per victorias nullius laboris. Quare perſuadere

Decem regna a Mahomete occupata.

ſibi

Digitized by Google

ſibi quiſque facile poteſt quid ſceleratus hoſtis, quo nihil dici tetrius, nihil crudelius poteſt, proximo hoc quinquennio facturus ſit, tanta iam decem & ſeptem annis comparata potentia, & priori eius potentiæ addita, magnæ ſunt eius vires, inexhauſta cupiditas, immenſa dominandi libido, ſcientia rei militaris, ætas florida, corpus laboribus aſſuetum. An igitur cum velit & poſſit & ſciat, dubitare aliquis poteſt quin toto animo, tota mente in nos dies noctesque feratur? An vero armatum præſtolamur domi oſcitantes, vt tum demum credamus cum ante oculos noſtros exhalantem virus videbimus?

Vt is ſummopere formidandus ſit.

32 Non decet profecto, nec Italorum potentiæ fas eſt dicere, non putaram propria Itali ſanguinis eſt potentia, propria libertas, proprium imperium. An degenerare nobiliſſimus animus a maioribus ſuis, & quem voluit Deus ceteris imperare, ſeruire genti fœdiſſimæ ſuſtinebit? Nihil putat Turcus ſe facere dignius poſſe, nihil nomini ſuo glorioſius, quam ſi in Italiam exercitum ducat, & imperare ſolitam prouinciam ſuo addat imperio. Ataui eius parentem, quem primum traieciſſe in Græciam diximus, quamuis paucorum oppidorum regulum diuinis colunt honoribus, & perpetua fama & ſempiterna gloria celebrant: ſanctum eum ac beatum nominant, cœleſtibus locatum prædicant ſedibus, quod princeps bellum aduerſus Chriſtianos geſſerit, & paucis quibuſdam locis ſubiugatis, ea impiæ Mahumetanæ ſectæ dicauerit; quid eos tandem erga ſe facturos exiſtimet, ſi cum tot alijs Chriſtianis populis Italos quoque, quod etiam cogitare horret animus, ſubiugarit? an vero gloriæ auiorum dubitare poterimus, cum hoc natura omnibus inſit, præſertim principibus, & hic ſciat nullum ſibi ad immortalitatem ampliorem patere campum? nam de vtilitate ambigere ſuperuacuum certe videtur; cum enim ratio hæc biſariam diuidatur, & hinc quomodo ſeruari quæ parta ſunt, illinc quo pacto augeri queant conſideretur, qua tandem ratione tueri, quæ habet, facilius ac certius poſſit, quam augendo principatum & fines imperij propagando? ſolent medici in corporibus curandis ea remedia adhibere, quæ aliquando iiſdem morborum generibus vtilia experti ſunt. Hoc idem Turcorum Imperator facit, & hoc quaſi medicamentum quoddam ad ea, quæ parta ſunt, conſeruanda ſaluberrimum ratus, eo ſemper vtitur, huic hæret, hoc frequentat, immutare hoc, vt aliud experiatur, non putat tutum; cupit, vt par eſt, omnique conatu nititur conſeruare imperium, nullam ad id tutiorem eſſe viam intelligit, quam aliena iactura vires ſuas augere: quod ſi aſſequi non poſſet, nulla timoris ratio eſſet, nulla de rebus noſtris dubitatio: ſed me miſerum! mentiri in hac parte etiam volens non poſſum: nihil vnquam alicui facilius fuit: adeſt pecuniæ numerus immenſus, multitudo militum inaudita, vt cuius exercitum ſupra ducenta hominum millia ſecuntur: claſſem habet quam ſuperioribus diebus in expugnatione Chalcidis non ſine ſtupore audiſtis, quantam inſtruere vix omnis ſimul Italia poſſet.

Quam cupidus ſit Italiæ ſubigendæ.

Vt ſtimulis gloriæ incitetur

Tuetur parta ea augendo.

Ducenta hominũ millia habet in exercitu & claſſe.

33 Erat ante hunc diem dumtaxat terreſtri exercitu potens, maris imperium noſtris adhuc ſupererat: nunc vero, o cogitationem quoque tantæ cladis acerbam! mare quoque Chriſtianis ablatum illis additum eſt, licet ei iam libere vagari, quo libet; omnes portus, omnes maritimas ſtationes liberas habet. Ambracium ſinum portum illum nobiliſſimum, & Apolloniam loca quidem Italiæ finitima, quæ olim Romanis in Græciam eadem nunc illi via in Italiam erit, per quam breue fretum breuiſſima nauigatio eſt: terreſtre præterea iter vſque ad forum Iulij patens atque apertum, mari terraque cingere Italiam poteſt. Quid eſt, quod eum, vel non hortari atque impellere debeat ad ea, quæ iam diu animo propoſuit perficienda, vel ab ijs deterrere poſſit, atque auertere? Audiſtis multos, qui illum ſæpius Italiam optantem, Italiam ſperantem, Italiam ac Romam vociferantem intellexerunt: ſi & cupit & poſſe ſe ſperat, nihil certe eſt, quod eum poſſit ab hoc propoſito remorari, præſertim dum Italos confidit nunquam vno conſenſu in ſe conſpiraturos, nunquam aduerſus ſe arma ſumpturos. His ille contentionibus ſpem ſuam confirmat, & quæcumque optat ſibi faciliime pollicetur. Referam (quamuis nota ſit vulgo) fabellam, qua nuper vſus dicitur cum ex ſuis quidam diſſuadere ei bellum aduerſus Chriſtianos conaretur; nam cum ille formidandum eſſe diceret, ne Chriſtiani bello irritati tandem in vnum conuenirent, bellumque aduerſus eum communi conſilio, & ope gererent: at ridens, meminiſſe, tyrannus inquit, illius fabulæ conuenit: cum lupi aliquando magnam canum multitudinem aduentare aduerſus ſe forte intellexiſſent, ingenſque propterea terror eos occupaſſet, vnus ex ijs, qui inter eos ſenior erat, in propinquum montem profectus cacumen eius, vt canum ſpecularetur aduentum, conſcendit: verum cum eos multos quidem, ſed diuerſorum colorum eſſe conſpexiſſet, lætus geſtienſque ad ſuos reuerſus: bono, inquit, eſte animo, tanta eſt enim in hoſtibus noſtris colorum, morum, ſtudiorumque diuerſitas, vt conſentire vna, ac conſpirare in aliquem ſimul omnes non poſſint; ſingulos vero ſi venerint, abſorbere ſine difficultate poterimus. Hæc eſt tyranni ſpes, hæc cogitatio, hoc conſilium, niſi ſpe ſua fruſtretur; fruſtrabitur autem ſi volueritis.

Apollonia potitus vt ex ea inuadat Italiam.

De Italia Roma que ſubijciendis exclamare ſolitus

Vt rideat de Chriſtianorũ diſſidijs eoſque contemnat.

34 Nunquam ferocem illum animum mitiorem reddere poterit, habet enim in armis militem decretis perpetuiſque ſtipendijs conductum, qui ſiue domi quieſcat, ſiue foris bella gerat, idem recipit ab ærario militari ſtipendium, nullo principis ſui ſumptu, atque eo nomine ſingulis annis ad Imperatorem ſuum accedere iureiurando adactus eſt, ei operam & laborem polliceri. Habet præterea longo rerum vſu plane perſpectum & exploratum non alia de cauſa tantam gloriæ, fortunarum, imperij acceſſionem ſibi factam eſſe, quam quod perpetuis bellorum laboribus ſuos exercuit, hoſtes profligauit: a quo inſtituto nunquam diſcedet, ne quod vtile, quod glorioſum, quod neceſſarium ſibi eſſe intelligit, ſtulte omittat. Quo pacto, bone Ieſu, ſperare poſſumus aut ſuſpicari illum non moliturum ſeruitutem, cædem, fidei noſtræ interitum? nonne ita natura comparatum eſſe intelligit, vt nihil eodem ſitu permaneat, ſed cuncta iugi, vario, nouoque motu agi? quod ſi amplum habet imperium, idque rerum omnium lege moueri oportet, nonne imminuetur niſi augeatur? Ne putaueris Turcum tantum augendi imperij ſtudioſum & cupidum, at certe eſt & conſeruandi, conſeruare vero non poterit

Vt perpetuis ſtipendijs exercitũ conductum habeat.

Continuus bellis eum exercet.

Digitized by Google

rit niſi augeat, ſiquidem regreſſurum eſt quod non progrediatur, lapſurum quod non ſurgat, tuiturum quod non maius efficiatur: qua conſirmatus opinione exercitum ſuum auget in dies, quem habet ampliſſimum; aliena inuadit, ne ſua amittat.

Tot bella cū Triballis geſſit Italiæ ſpe.

35 An vero ſumptus ingentes, tot militum pericula, & vulnera, tot expeditiones grauiſſimas, atque alieniſsimo tempore pro Myſiorum exiguo imperio, pro Triballorum montibus aſperrimis, pro Illyricorum penuria eum ſuſcepiſſe putatis; pro Italiæ autem opibus; pro agrorum feracitate, pro frauitate frugum, pro hac ipſa luce, in qua verſari cupit, non maiora facturum? Hic arcem ponere, hic præſidia collocare ad reliquum orbem ſubiugandum cogitat, atque ita cogitat, vt per hoſtium ſuorum diſſenſionem id ſe facile conſecuturum ſperet;

Cur Ferdinandū ſollicitarit de fœdere.

Et infra. Quid ſibi poſtulat cupiditas illa pacis cum illuſtriſsimo pij ſimoque Siciliæ Rege componendæ? quid miſsi legati? nam qui nomen Chriſtianum odio habet, omnique crudelitatis genere inſectatur & deſpicit, nullo quidem Chriſtianorum metu, nullo amore, nulla gratia Chriſtiani Regis fœdus deſiderat; ſed vt ſingulis oppreſsis, quos vniuerſos eodem impetu non euerti poſſe intelligit, tandem quod cupit aſſequatur. At vero infelicem illum ſua fallit

Spreta a Ferdinando eius amicitia.

ſpes & opinio, cum ſuperioribus diebus magnifice & generoſe Chriſtiano digne inclytus Rex legatum dimiſerit certo reſponſo, vt non ſolum pernicioſam hominis [illegible] ſocietatem aſpernatus eſſe, ſed etiam bellum hoſti indixiſſe pro Chriſti religione facile videatur.]

Clari oratores tranſalpini ſollicitati vt principes in Turcas incitent.

36 Nec Italos modo Beſſario ad ſanciendum in Turcas fœdus incitauit, verum etiam eloquentia claros theologos in tranſalpinis regnis extimulauit, vt ad Reges principeſque pro reſtinguendo communi incendio, religioneque Chriſti defendenda promouendos eloquendi vim explicarent: quo argumento ad Fichetum theologum in Gallia clariſsimum literas dedit.

Galliæ & Angliæ Reges de gerendo bello Turcico appellati.

Secutus pias Beſſarionis adhortationes Fichetus Gallorum Regem ad ſuſcipiendum ſacrum bellum ſollicitauit, tum etiam Eduardum Regem Angliæ, & alios principes, vt communi icto fœdere imminentia pericula propulſarent, Chriſtique religionem aduerſus Turcas tuerentur; quæ literæ nonis ſextilibus anni MCCCCLXXI. exaratæ ſunt. At pij illi conatus ad irritum cecidere.

37 Inter eiuſmodi vero clades hoc anno Venetos Cyprio regno, quod Carola & Ludouicus Sabaudus ad ſe ſpectare contendebant, auctos Catharinæ Corneliæ opera tradit Raphael Volaterranus a 1 *Iacobus*, inquit, *regnum quoque integrum cum Famaguſta, quam ad eum vſque diem Genuenſes tenuerant, adeptus, vt perpetuo munimento firmaretur, Catharinam Marci Cornarij patricij Veneti filiam in matrimonium duxit, quam ſenatus in filiam adoptauerat dote adſignata; hæc poſt annum vidua, ac prægnans relicta poſthumum pepererat infantem, quo breui tempore pereunte, regnum iure hæreditario ad Venetos peruenit anno MCCCCLXX. Ludouicus interea ad ſedes paternas remeauit: cumque otio magis, diuiniſque rebus, quam imperio natus eſſet, in ſolitudinem apud Ripaliam ſupra lacum Lemanum vſque ad extremum ſe recepit. At Carlota virago minime quieſcens, dum obſideretur ſtatuit in Italiam Romam ad Sixti Pontificis opem confugere, a quo pecunia tantum adiuta ad ſultanum inde in Ægyptum transfretauit, apud quem trienium auxilij expectatione cum fruſtra fuiſſet, re infecta Romam reuertit: vbi vna cum Cyprijs comitibus honeſte ardens, eiuſdem Sixti liberalitate ac miſericordia vſque ad extremum vitæ tempus vixit. Cyprum, & Rhodum ſultanus ſua ditionis, ac regni Ieroſolymitani eſſe dictitat: Turcarum vero Rex Othomannus de Rhodo, quod proxima ſit eius littori, tantum contendit.* Cæterum & Rhodo & Cypro potitos Turcas lugebitur inferius.

a Volater. l. 9. in fin.

Cypri regnum ad Venetos deuolutū & quo iure.

Sprete a Lud. Sabaudo regni recuperatione cura.

Carlota Regina nunc Pōtificis nunc Sultani opera regnū recuperare nititur.

38 Ingrauescente interea, latiuſque ſe proferente Turcica potentia, Ioannes Vvayuoda Zarconi comes, & Thadæus fratres Narentæ, & Craynæ, ac Therechinnæ in Albania toparchiarum principes auxilia a Paulo II. Pontifice aduerſus ferocientem barbarum popoſcerunt: quibus ille pollicitus eſt a daturum ſe operam, vt dynaſtæ Italici fœdere iungerentur in Turcas, neque ipſis auxilia defutura: *Nos, dilecti filij, pluribus rebus, & curis publicis pro nunc inuoluti, & præcipue circa vnionem Italiæ componendam, & corroborandam, vt ea pacata aliquid magno contra eundem Turcum communem hoſtem in conſolationem Chriſticolarum, & veſtram efficere valeamus, cui rei plurimum incumbimus, ac ſperamus in Altiſſimo rem felici curſu breui confectum iri; itaque quod non poſſumus nunc vos voti compotes remittere, ſperamus tamen in omnipotentis Dei miſericordia vna nos cum Italiæ potentatibus, & alijs Chriſtianis principibus talem operam in cauſa fidei adhibituros, quod vos & alij Chriſtiani principes vobis finitimi, & populi conſolabimini, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum III. octobris MCCCCLXX. anno VII.*

a Lib. breu de car an ni 7. pag. 11.

39 Et ſane enixe operam nauabat Paulus, vt mutua armorum ſocietate Italos principes aduerſus Turcas coniungeret; cumque Florentina reſpublica, dux Mediolanenſis, ac Ferdinandus Rex nouas inter ſe fœderum pactiones facerent, ipſos ſolicitauit, vt cæteris aliam de inſtaurando veteri inito Nicolao V. Pōtifice fœdere adijcerent. Sed priuatis quiq; commodis illaqueati ad gerendum in Turcas communi conſenſu bellum adduci non potuere, quamuis oratores principū ad ſe Paulus accerſiuiſſet: nam & Galeatius Maria Mediolanenſis in Corregianos toparcas bellum intentabat, ex quibus diſcordijs inteſtini alicuius belli grauius periculum terror imminebat. Ad quod auertendum Pontifex hiſce literis Galeatium, vt fidei dignitati, Chriſtianæque rei ſaluti conſuleret, cum omnes vires ad Turcicam tyrannidem tundendam conuertendæ eſſent, adhortatus eſt b: *Hortamur te in Domino per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, per paſſionem, & crucem ſanctam ſuam, quod ab hac re deſiſtas, neque vlterius procedas, ſed intuearis periculum fidei, conſulas honori tuo, & cogita alios principes Catholicos hoc tuum factum fore improbaturos. Habeas principaliter reſpectum ad Deum, cuius cauſa agitur: certe ſi ita facies primum a nobis commendationem & benedictionem, nec non laudem, & gloriam ab omnibus Chriſtianis tam principibus quam populis conſequeris. Nos enim ſperantes in Altiſſimo dabimus talem ordinem & operam, quod iſti domini nobilitati tuæ, ſi quæ eidem debent, ſatiſfacient. Non debes, fili dilecte, mirari quod pro hac re tantam inſtantiam facimus: hoc de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, ſuper quo etiam nobilium oratorum ſtatui tuo affectiſſimorum conſilia ſecuti ſcimus, facimus pro debito noſtro tanquam communis pater, facimus*

Itali principes à Paulo commoniti vt arma iungant in Turcas.

In inſubria obortæ diſſenſionum cauſæ.

b Lib. breu pag. 3.

Ipſius dignitati factum iri ſatis,

mus pro communi pace Italia, cuius ſemper cupidi fuimus, etiam quando tanta neceſſitas non imminebat, ſicut meminiſſe debes, quæ pro ſtatus tui conſeruatione fecimus tempore obitus digna memoria genitoris tui, quando te abſente & in Gallys agente apud Italiæ potentatus, præcipue apud dilectos filios nobiles viros ducem, & dominium Venetiarum, ad quos tunc ſtrictiſſime ſcripſimus, & apud eoſdem operati ſumus; quanto magis id nunc facere debemus, & tenemur quando Turcum communem hoſtem immaniſſimum ad Italiam ſubiugandam ſuo nefandiſſimo imperio feſtinare videmus, vt illa ſubacta cæteras Chriſtianitatis nationes ſubiugare poſſit? &c. Dat. Romæ apud B. Petrum die XVII. *ſeptembris* MCCCCLXX. *anno* VII.

Meminerit beneficij a ſede Apoſt. ipſi præſtiti.

40 Exaſperabatur etiam in Venetos Ludouicus Mantuæ marchio, quod illi alueum Mincij in alias deriuare terras decernerent: cuius lenire iras a, tum Venetos ab eo conſilio reuocare Chriſti vicarius niſus eſt b.

a Ead. pag.

b Ib. pag. 2.

Dilectis filijs nobilibus viris Chriſtophoro Mauro duci, & dominio Venetiarum.

At relatum nobis eſt per dictorum Regis, & Florentinorum oratores reipublicæ veſtræ decreto ſtatutum nuper eſſe, vt antiquus Mincij amnis alueus permutetur, deturque flumini alius defluxus: tuliſſe eam rem grauiter dilectum filium nobilem virum Ludouicum marchionem Mantuæ, iamque a dilecto filio nobili viro Galeatio Maria Mediolanenſi duce, expoſita graui aduerſus vos querela præſidium, quo ſe tueri poſſit, imploraſſe: quamuis nobis id de veſtra nobilitate credere ſit difficile; nihil enim dilecti filij accidere poſſet hoc tempore ad cogitatus noſtros intempeſtiuius, nihil quod ita omnem noſtrum laborem, ac ſtudium fruſtraretur, omnemque noſtrarum rerum immo Chriſtianitatis & fidei catholicæ ſeruandæ ſpem auferret, cuius maxime cupidi ſumus, & etiam nobilitatem veſtram cupidam eſſe certe habemus, cum vos probe ſciatis quanto periculo reſpublica Chriſtiana verſetur, forte quod in mille annis in maiori neceſſitate non fuit: proinde nobilitatem veſtram in Domino hortamur, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obſecramus, vt omnem huiuſmodi rei curam cogitationemque, ſi ita eſt (quod abſit) velitis omnino deponere, neque perturbationi, & nouitati materiam aliquam detis: ſed paci & concordiæ ineundæ omni ſtudio, cura, ac vigilantia intendatis. Pluribus vos hortaremur, niſi vos ſciremus, & pro virtute veſtra, ac religione, & pro reipublicæ Chriſtianæ ſumma atque incredibili neceſſitate non egere hortatione, ſed ſponte veſtra promptos ad ea omnia paratoſque eſſe, quæ ad propulſandum præſens periculum priſtinamque reipublicæ Chriſtianæ maieſtatem retinendam, ac fidem & religionem noſtram augendam pertinere videantur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum die* XVII. *ſeptembris* MCCCCLXX. *anno* VII.

Moniti ne principes fini timos in ſe exaſperent.

41 Excitabat c interim alios Italiæ principes nimirum Ludouicum Mantuæ, Guillelmum Montisferrati marchiones, Amedeum Sabaudiæ, tum Mutinæ duces, necnon inſignes populos, vt Senenſes, ac Lucenſes, vt in commune fœdus ad reſtinguendum Turcicum incendium coirent, Euboeam iam a Mahomete expugnatam, illumque ad Italiam ſuæ ſubijciendam tyrannidi aſpirare: eas affero pontificias literas, quæ ad Senenſes miſſæ fuerunt d.

c Ead. pag. 1.

Italiæ populi excitati vt bello turcico ſe parent.

d Ead. pag. 1.

Senenſibus.

Cum ſciamus animos veſtros ad hanc ſanctam rem comparandam conficiendamque, vtpote vere catholicos promptiſſimos veriſimiliter fore, placuit ad deuotionem veſtram ſcribere, prout ad reliquas Italias potentias ſcripſimus, quorum oratores ob hanc cauſam pro bona parte iam adſunt, & cæterorum prope diem ingenti deſiderio expectamus, & in Domino eandem deuotionem hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri rogamus, vt ad nos etiam oratores, vel oratorem veſtrum, virum probum, timentem Deum, & conſeruandæ reipublicæ Chriſtianæ ſtudioſum ſtatim lectis præſentibus cum amplo mandato tractandi, & concludendi vniuerſalem Italiæ vnionem mittatis. Nam ſicut eidem Turchorum tyranno non bona conſenſio Italorum præſtat audaciam, ac ſpiritus magnos aduentandi, ita conſternabitur omnis eius animus intellecta Italorum potentia vno conſenſu coniuncta, & ad opportunas prouiſiones faciendas exinde Italis facultas proueniat. Non eſt cunctandum, dilecti filij, quoniam hoſtis ipſe, qui nihil magis ſitire videtur, quam internecionem, & ſanguinem totius Chriſtianitatis, iam in faucibus noſtris, & in dies viribus corroboratur, & ex victoria recens habita animum ſumit, vt quantula quæuis mora occaſionem exeidij noſtri communis ei præbeat: celeriter autem appoſita prouidentiſſima virtus Italorum illum retundere, & profligare facillime poſſit ad laudem, ac gloriam omnipotentis Dei, ſceleſtiſſimique huius draconis Mahomet exitium ſempiternum. *Dat. Romæ apud S. Petrum die* XVIII. *ſeptembris* MCCCCLXX. *anno* VII.

Mittant oratores ad commune fœdus faciendum.

42 Hortatus etiam eſt Paulus Ioannem Regem Aragonum, qui inſulam Siciliæ ſua tenebat ditione, tum alios plures Reges, ac principes, vt arma vireſque ad communem hoſtem, adeo crudeliter Chriſtianæ rei inſultantem, propulſandum ſociarent. Demum poſt varia ſtudia peruicit Paulus ſua diligentia, vt in celebri Cardinalium ſenatu deuexo iam anno cum Italorum principum oratoribus inierit armorum ſocietatem in Turcas, ac fœdus, quod iam ante a Nicolao V. poſt exciſam Conſtantinopolim fuerat ſancitum, redintegrarit: de quo confecta ſunt publica hæc monumenta a.

a Id. ib.

Inſtauratum fœdus Italicum a Nicol. V. antea percuſſum.

a Extant in m. ſ. cod. Vallic. ſig. lit. B. n. 19 pag. 91.

In Dei nomine Amen.

Anno a natiuitate domini noſtri Ieſu Chriſti MCCCCLXX. indictione III. die ſabbati XXII. decembris hora XXII. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri domini *Pauli* diuina prouidentia Papæ II. anno VII. cum idem ſanctiſſimus dominus noſter Papa ab ipſo ſui pontificatus initio in ſacri ſui pectoris ſcrinio perſæpe reuolueret, quod poſt captam ab immaniſſimis Turcis Conſtantinopolim, & orientale occupatum imperium, tunc duodecim, nunc vero ſeptendecim anni ferme ſunt, quod ab Ægeo mari vſque ad Danubium, & alpes Iulias quotidie Chriſtianorum ſanguis effunditur, ac quod Thraciam, Macedoniam, Epirum, Myſiam, Illyricum, &c. inimici nominis Chriſti vaſtarunt, dirrupere, & occupauere, pij boni atque prouidi paſtoris more tantæ Chriſtianorum infelicitati prouidere cupiens, propoſuit inter Italiæ potentatus, & principes pacem primum firmare, & ſucceſſiue generalem vnionem confœderationem, & ligam tempore felicis recordationis domini Nicolai Papæ V. die videlicet XXX. auguſti anno

Publica de ea re monumenta.

Digitized by Google

Domini MCCCCLIV. Venetijs inſtam, & XXVI. ianuarij ſubſequentis anni Neapoli firmatam, de cuius robore & firmitate propter multa, quæ poſtea acciderunt, non improbabiliter dubitabatur, confirmare & renouare, vt pacata & vnita Italia, & charitatis atque vnionis vinculo conglutinata ferocitati Turcorum quam celerrime occurreret. Et licet ad hoc tam ſanctum piumque opus peragendum perpluribus annis elaboraſſet, atque legatos de latere, ac nuncios ad prædictos potentatus perſæpe mandaſſet, ita vt pacem primum in omnem Italiam opera, induſtria, & vigilijs dediſſet, firmaſſet, atque conſtituiſſet; non minori ſtudio atque diligentia ad colligandos, & vnanimes conſtituendos prædictos Italiæ potentatus elaborauit, vt omnium Chriſtianorum ad ſanctam expeditionem contra eundem Turcum ineundam cor eſſet vnum, & anima vna, tandem ſereniſſimus dominus dominus Ferdinandus Siciliæ, &c. Rex ac illuſtriſſimus dominus dominus Galeas dux Mediolani, &c. & illuſtris, & excellens communitas Florentinorum dum ligam Neapoli die VIII. iulij proxime decurſi particularem inter ſe inirent atque contraherent, & ad monitionem ſanctiſſimi domini noſtri, & fidei defenſionis vniuerſalis rationem, inter cætera voluere, & ſolemni ſtipulatione promiſerunt, quod quandocumque prædictus ſanctiſſimus dominus noſter vna cum illuſtriſſimo Venetorum dominio, vel aliquis eorum ſupradictam ligam generalem confirmare ſeu renouare dignaretur atque vellet, vt facilius ad fidei defenſionem deueniretur omnium animis pacatis tenerentur partes prædictæ, & earum quælibet cum præfata ſanctitate, & dominio, vt præfertur, in confirmationem ſeu renouationem huiuſmodi concurrere, firmis ſemper inter dictas partes manentibus omnibus, & ſingulis capitulis in prædictæ ligæ contractu. [Pluribus interiectis de eo fœdere aduerſus Turcam inſtaurato, ſubdit.]

Præcipui fœderati qui fuerint.

Reuerendiſſimus in Chriſto pater & dominus dominus Marcus tit. S. Marci presbyter S. R. E. Cardinalis epiſcopus Vicentinus ibidem ſimul cum infraſcriptis alijs reuerendiſſimis dominis S. R. E. Cardinalibus conciſtorialiter in conſpectu præfati ſanctiſſimi domini noſtri Papæ congregatis exiſtens de mandato eiuſdem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ eius nobis omnibus & alijs illic aſtantibus, audientibus, & intelligentibus viuæ vocis oraculo facto, confœderationem & ligam eandem generalem, ſicut præmittitur, per dictos dominos oratores confirmatam, & renouatam pro effectu, & complemento verborum, quæ ſupra poſita ſunt, videlicet vt præfatus ſanctiſſimus dominus noſter prædictam ligam generalem pariter benedixit, & confirmauit, benedicit, confirmat, & renouat, hoc tamen declarato pro ipſo ſanctiſſimo domino noſtro Papa, eiuſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, & eorum ſtatu cum omnibus, & ſingulis reſeruationibus, & declarationibus ſupra in dicto loco hinc inde factis, ac promiſſionibus, obligationibus & alijs in ea & præſenti confirmationis, & renouationis contractu contentis; & appoſitis ſimiliter confirmauit, & renouauit, &c.]

Feſti ignes ob confectū fœdus celebrati.

43 Completus ex perfecto hoc fœdere ingenti gaudio Pontifex in ditionis eccleſiaſticæ vrbibus ſacras ſupplicationes ſolemni pompa ſacras ſupplicationes haberi ac feſtos ignes principio noctis accendi iuſſit: quo argumento Bononienſi præfecto hæ litteræ datæ ſunt a.

a Lib. breu ann 7 pag 60.

Gubernatori Bononiæ, vel eius locumtenenti.

Dilecte fili ſalutem, &c. Placuit altiſſimo & miſericordiſſimo Deo noſtro, cuius vicem, licet immerito, gerimus in terris, quod Spiritus ſancti gratia XXII. die præſentis menſis decembris ligam inter omnes potentatus Italiæ concluſimus, renouauimus, benediximus; & ſperantes in eodem Domino ex iſta confœderatione, vnione, & liga futuram expeditionem contra immaniſſimum fidei Chriſtianæ communem hoſtem, cam ingreſſi ſumus, vt communibus viribus tanto periculo, & diſcrimini occurratur. Agendæ igitur ſunt gratiæ clementiſſimo ipſi Deo, qui nos ad illam faciendam inſpirauit, & ſupplicandum, vt animos omnium illuminet, & huiuſmodi ſaluberrimam ligam perpetuam faciat, Volumus igitur, vt die ſexta ſequentis proximi menſis ianuarij, in qua feſtum epiphaniæ celebratur, rogationes publicas, & ſolemnes in ſingulis ciuitatibus, terris, & locis ſaltem principalioribus tuo gubernio ſubiectis, nec non in principio noctis eiuſdem diei ibidem paſſim incendia publica ad honorem Dei, & ſignum lætitiæ fieri mandes, & ita mandes, vt huiuſmodi mandatum efficax exiſtat ad gloriam omnipotentis Dei, & Chriſtianorum amplitudinem ac felicitatem, *Dat. Romæ apud S. Petrum* XXIV. *decembris* MCCCCLXX. *anno* VII.

44 Quod ad Ferdinandum Regem Neapolitanum huius fœderis ſocium ſpectat; prætereundum non videtur, ipſum affectum eo facto beneficio a Pontifice b, vt ſacerdotem a ſacris confeſſionibus deligeret, qui ipſum ijs etiam noxis ſoluere poſſet, ad quas expiandas ſedes Apoſtolica adeunda eſſet: collatum etiam illi ampliſſimum indulgentiarum beneficium, quo in extremæ vitæ mortiſque lucta potiturus eſſet. Coniungemus his Ludouicum Gallorum Regem Lateranenſem baſilicam munere egregio exornaſſe, cuius memoriam Paulus propagari poſteritati pontificio diplomate voluit c, in quo narrat vti Ludouicus ancipiti implicitus morbo S. Ioannis Apoſtoli & euangeliſtæ apud Deum implorata ope calicem aureum dono oblaturum ſeſe obſtrinxiſſet, votique compos illum donaſſet; quem diſtrahi vnquam conflarique vetuit. Meminit huius calicis Stephanus Infiſſura d, quem ex auro confectum diſtinctumque gemmis fuiſſe ait, & quatuor millibus nummum æſtimatum, ac nomine Regis Ludouici Lateranenſi baſilicæ a Paulo datum, oſtenſumque populo in ijs ſolemnibus ſupplicationibus, quas octaua iulij vna cum Cardinalibus pro imploranda aduerſus Turcas, qui Euboeam obſidebant, ope habuit.

b Ib. pag. 152

Ludouicus Gall. Rex calicem ex puriſſimo auro mittit eccleſiæ Lateranenſi.

c Lib 2. bull. de cur. pag. 101.

d Steph. Infiſſ. in ſ. vat. ſign. n. 9.

45 Eiuſdem Regis precibus adductus Paulus Venuſino comitatui Carolum Borbonium archiepiſcopum Lugdunenſem præfecit: vtque Romanæ eccleſiæ iuribus caueret, ſacramentum a Ludouico Rege elicuit, quo ille profeſſus eſt daturum ſe operam, vt Borbonius iuſtitiam recte adminiſtraret, atque Pontificis ſucceſſorumue nutu eius præfectura abiret. Concepta eſt illius iuſiurandi formula e ſuis verbis, quibus hæc temporis nota adiecta eſt. *Dat. in oppido noſtro Amboſiæ die* XXVI. *menſis ſeptembris anno Domini* MCCCCLXX. *& regni noſtri* X.

Carolus Borbonius Venuſino comitatui præficitur.

e Ext. in lib. priuil. Rom. eccl. to. 2. pag. 208. & to. 3. pag. 222 & m. ſ. Vall lit. B n. 12. pag. 195.

Extat

Digitized by Google

46 Extat a etiam in libro priuilegiorum alia ſacramenti formula, quo Carolus ipſe Borbonius Auenionenſi principatui præficiendus ſe ad rectam iuſtitiæ adminiſtrationem, tuenda iura apoſtolica, reſtituendamque ſine vllo quæſito diffugio præfecturam, cum eam Paulus ſucceſſoreſue repetituri eſſent, deuinxit. Renuntiauit etiam idem Paulus Valentinam eccleſiam ſolutam liberamque ab eccleſiæ Tarraconenſis metropolitico iure & imperio quamdiu Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis, qui poſtea in pontificatu Alexandri VI. nomen accepit, in viuis ageret; cuius decreti hanc rationem expreſſit b: *Cupientes eccleſiam ipſam, cui felicis recordationis Calliſtus Papa III. prædeceſſor noſter in minoribus conſtitutus, ac deinde cum Cardinalatus fungeretur honore præfuit, illamque veluti ſponſam prædilectam in ſummi apoſtolatus apice conſtitutus ſub ſua protectione ad tempus retinuit, cuique dilectus filius noſter Rodericus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis S. R. E. & vicecancellarius ex diſpenſatione ſedis prædictæ præſidet, de præſenti fauoribus, & prærogatiuis attollere gratioſis, &c.*

a Ead. to. 2 pag. 249. & m. ſ. Vallic. vbi ſup.

Valentina eccleſia a Tarraconenſis imperio ſoluta.

b Lib. 13. pag. 144.

47 Vergente anno Paulus, qui triennio elapſo Stephanum Varadam archiepiſcopum Colocenſem presbyterum Cardinalem tituli SS. Nerei & Achillei creauerat, nec dum ille, vt pileum Cardinalitium e Pontificis manu acciperet, ob Turcicas irruptiones coercendas Romam accedere potuiſſet, Matthiæ Regis Hungariæ precibus flexus ad eundẽ Stephanum inſigne cardinalitiæ dignitatis tranſmiſit c. Hoc honore potiri non potuit Stephanus, quem ex libro diuiſionum ſcribit Felix Contelorius d obiiſſe in Hungaria proximo anno circa menſem iunij; verum potius circa menſem ianuarij dixiſſe debuit, vt patet ex literis Pauli menſe februario datis, quibus Michael Minorita Veronenſis ad conſanguineorum ſolatium id perferre iuſſus eſt, vt ſupra ſepulchrum defuncti ſuſpenderetur e.

c Lib. breu. pag. 77. & 101.

d Contelor. in elench. Card.

e Ib. pag. 101.

48 Reliquit hoc anno maximum ſui deſiderium Ioannes Carual Cardinalis S. Angeli virtutum claritate, & rerum geſtarum amplitudine florentiſſimus, quem Iacobus Papienſis in commentarijs elogijs inſignibus exornat, atque eius obitum ita deplorat f: *Extremum anni huius non tam memorabile quidquam, quam flebile habuit: Ioannes Carual Cardinalis S. Angeli, de quo nonnullis in locis ſupra retulimus, peracto iam ſeptuageſimo vitæ anno menſe decembri vita eſt functus, tanto bonorum omnium luctu, vt facile ſit iudicatum quali inter homines gratia vixerit. Natus hic in Trugillo vlterioris Hiſpaniæ oppido, cuius Lusitanæ hiſtoriæ meminerunt.* Nonnullis interiectis, quæ ſuis locis narrata ſunt, ſubdit de geſtis ab eo legationibus: *Opera legationum, quæ illi ab eccleſia commiſſa viginti duo fuerunt, ſalutaria ſunt ſemper inuenta, Pontificum non mandata tantum, ſed vota quoque impleuit: plurimas diuerſis in locis paces conſtituens: libertatem noſtri ordinis in eiſdem amiſſam reſtituit: auctoritatem Romani legati & tenuit, & animo præſenti exercuit; beneficio ingenti populis fuit, cumque diuerſas regiones obiſſet, magna ſemper tractaſſet, ampliſſimeque de omnibus meritus eſſet, præter gloriam iuſti ſacerdotij in domum priuatam nil intulit, bonum nomen, iuxta verbum ſcripturæ, diuitijs multis anteferens. Quamdiu vero apud Pontifices egit idem, qui foris, eſſe non deſijt; pependit a Romana eccleſia non principum nutu; quodque admirabile legentibus videatur, toto eius cardinalatu nulli nunquam non interfuit ſenatui, ſolemnibus ſacris nullis non affuit; munera vero cuncta publicæ celebritatis ſic primus obiuit, vt nec valitudo vnquam, nec priuatæ occupationes eum abduxerint. Sententiæ eius plenæ religionis erant, ac maieſtatis: prudenter videbat rem, diſerte explicabat: abundabat exemplis, tum fucati nihil habebat oratio: diuina quædam animi & vultus modeſtia. Id aſſequebatur dicendo, quod & mirabamur omnes, & præter ipſum præſtare nemo ex omnibus poterat, vt cum videlicet Pontificibus aut collegarum cuiquam aduerſandum eſſet, id verborum atque agendi genus depromeret, quo non reuincere quidquam, ſed ſolum conſilium ſine contentione dicere videretur; aſperum contentioſumue aut leue, aut multum actioni nunquam admiſcuit; mores eius ab omni ambitione longiſſime aberant. Habitabat ædibus modicis apud ſacellum Marcelli martyris, nulla aulæorum aut veſtis ſtragulæ vanitate, familia quoque is erat cultus atque modeſtia, vt in ea ſancti ſenis diſciplina facile videretur. Amiciebatur cilicio eoque occulto: orationi ieiunijſque ſemper intentus. Prætereo ſubſidia inopibus præbita, ſanctarum ædium inſtaurationes, quæ nec raræ fuerunt, nec modicæ; patrocinia labentibus tenuiorum cauſis fortiſſime præſtita, quarum erat ſatelles aſſiduus, complectar verbo vno. Vixit ſumma religionis & præſtantiæ gloria in primis Romanæ rei ingentibus bonis: cumque in ijs ſedula tanquam in publica cuſtodia vigilias ageret, hilaritatem tamen vitæ nunquam omiſit, quæ tanta, ac tam continua fuit, vt non minus oblectare pia feſtiuitate homines videretur, quam adiuuare, vere dignus eccleſia, & ſancto Dei famulatu, quem noſtra ætas priſcis illis naſcentis Eccleſiæ patribus non iniuria æquet.*

f Card. Papien. com. l. 7.

Caruaialis Card. S. Angeli obitus.

Res eius præclare geſtæ.

Sub purpura geſtabat cilicium.

49 In Anglia hoc anno bella ciuilia recrudnere, Richardo comite Vuaruicenſi, qui Eduardum deiecto Henrico, ſolio regio impoſuerat, ab eodem Eduardo, qui illius offenderat dignitatem, diſſentiente. Oppreſſus initio eſt Richardus, coactuſque cum ſuis in Gallias aufugere, accepto a Ludouico Francorum Rege maritimo exercitu, excitataque Londini ſeditione Regem Eduardum, ne laniaretur a populo, ex Anglia fugere compulit: tum Henricum Regem diuturni carceris ſquallore liberatum, regijſque ornatum inſignibus ad ſolium euexit; quas rerum conuerſiones Franciſcus epiſcopus Audrinenſis, qui in Caroli Burgundi aula verſabatur, Iacobo Cardinali Papienſi his literis ſignificauit a: *Reuerſus in regnum comes Vuaruicij frater, amplexus Henrici Regis factionem, ipſum Henricum e carcere, in quo plures annos fuerat aſſeruatus, eductum, & veſtibus regijs & diademate ornatum reduxit ad ædes regias vaſti monaſterij, qui locus eſt in ſuburbijs Londinorum. Rex Eduardus ab illis, quos ſibi fidos ſperauerat, deſtitutus receſſit, quo autem ſe receperit, an intra fines regni, incertum eſt: quæ ſcribo narrata fuerunt huic principi. Regina vxor Eduardi, quæ plures menſes ſe in illa eadem turri continuerat; timens aduentum Vuaruici in aſylum diuæ Catherinæ, vt vitæ conſuleret, cum fratribus, matre, ac paruis filijs confugit. Omnes videntur ſponte aut metu victori fauere. Ridebunt poſteri credo, aut vt miracula mirabuntur; cum audierint tantum eſſe huius comitis ingenium, vt indomitam gentem tam facile regat, nouos Reges fecerit, his denuo pulſis, veteres reuocarit, & ipſe pulſus intra vertentem annum multis intra & extra regnum aduerſantibus in idem regnum redierit, vt dici poſſit: ſæpe renaſcentur quæ iam ceci-*

Eduard. Angl. Rex regno pulſus.

a Apud Papien. ep. 378.

Henric. ſolio reſtitutus.

cecidere, eadenque, &c. Heſdini XI. octobris MCCCCLXX.

a Philipp. Comin c. 51.52.53. Additio ad Mo aſtr. pag. 371. Polyd. Virg l. 24. Meyer. l. 17. a Carolo Burgund. Belcar. dec. 2. l. 2. n. 26. &c.

Anglia in duas factiones diſciſſa.

b Belcare. dec. 1. l. 2. nu. 26.

50 Hæc fuſius narrat Philippus Comminus a, ac geſta hoc anno confirmat; tum rerum humanarum inconſtantiam perpendit, dum Eduardum, atque in ipſa etiam fuga a piratis infeſtatum deſcribit: hæc vero tam repente geſta, vt Richardus Varuicenſis vndecim dierum flexu Eduardum eiecerit, vniuerſaque Anglia ſit potitus. Vt vero Eduardus Caroli ducis Burgundiæ opera de Henrico & Vvaruicenſi triumpharit, proximo anno dicetur. Cæterum has Eboracenſium & Leceſtrenſium mutuas clades diuinæ vindictæ ob euaſtatas ab eorum patribus Gallias tribuit Belcairus b: *Hæ, inquit, duæ factiones Angliam totam diuiſerant, & in alterna bella cladeſque commiſerant, ſic Deo optimo maximo prouidente, vt quorum parentes vniuerſam Galliam ſpoliauerant, vexauerant, tantis cladibus affecerant, eorumdem liberi mutuis ſe cædibus confecerint, & maiore ruina cadentem patriam, quam paulo ante hoſtilem Galliam, præcipitem egerint.* Antequam hiſce motibus euerteretur Anglia, Ludouicus Rex Francorum Carolo duci Burgundiæ bellum intulit c, ſitaſque ad Somonam vrbes repetere vi cœpit.

Gallus Burgundo bellū mouet.

c Comin. & Meyer. vbi ſup.

Louanij errores noui ſparſi. Aboleri iuſſi a Paulo.

51 In Belgio nonnulli academici Louanienſes prauarum opinionum virus non ſine piorum offenſione diſſlare cœperunt, quos Paulus a Guillelmo epiſcopo Toroacenſi coerceri, & vinculis mandari iuſſit exarato hoc diplomate.

Venerabili fratri Guillelmo epiſcopo Tornacenſi.

Ad noſtrum, qui deſideranter in votis gerimus, vt fides catholica noſtris temporibus propagetur, & prauitas hæretica de finibus fidelium extirpetur, non ſine diſplicentia grandi peruenit auditum, quod in vniuerſitate ſtudij Louanienſis Leodienſis diœceſis, & circumuicinis locis a quadriennio citra fuerunt, & hodie ſunt nonnulli iniquitatis filij, qui quaſdam falſas ſanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, ſcandaloſas, & maleſonantes propoſitiones & in ſcholis, & frequentiſſimo hominum cœtu veras eſſe publice affirmare, & pertinaciſſime ſuſtentare, ac defendere, apertiſſimaſque ſacræ Scripturæ auctoritates eorum erroribus repugnantes, illarum rectum, clarum, & apertum ſenſum falſis eorum interpretationibus impudenter violando refellere; huiuſmodi quoque eorum falſa dogmata manifeſtam hæreticæ prauitatis labem continentia in aliorum mentes inſerere, & ſimplicium animas illaqueare non erubuerunt. *Et infra:* Fraternitati tuæ de qua in iis, & alijs non immerito ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus, & ſingulis inquiras auctoritate noſtra diligentius veritatem, & quos per inquiſitionem huiuſmodi culpabiles eſſe repereris, ſi iuxta canonicas ſanctiones, & ſanctorum Patrum inſtituta ſe emendare, ac depoſitis de cordibus eorum totaliter erroribus prædictis ad Eccleſiæ vnitatem hæretica labe huiuſmodi abiurata redire, & tales propoſitiones eſſe ſcandaloſas, falſas, & hæreticas, ac male ſonantes fateri, & cum effectu, vt tales refutare noluerint, hæreticos declarare, & prout vniuſcuiuſque eorum exceſſus exegerit debita pœna punire, eadem auctoritate procures, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXX. III. *non. maij pontificatus noſtri anno VI.* Nouatorem quemdam Petrum Thomam gloriæ inanis aucupandæ ſtudio in Louanienſi gymnaſio côtendiſſe, propoſitiones de futuris contingentibus nec veras nec falſas eſſe, refert Iacobus Maffæus Volaterranus a in geſtis Sixti IV. de quo inferius.

a Iacob. Maff. Volater. in ſ. arch. Vat.

Oſtenſum Dionyſio Carthuſ. imminēs Gueldriæ excidium.

52 Ardente Gueldria ciuili bello, atque Arnulpho illius duce ſeniore in filium Adolphum ſibi rebellantem arma expedire parante, rogatus ab Arnulpho Dionyſius Carthuſianus, vt apud Deum concordiæ interpretem ageret, cœleſte reſponſum ab angelo accepit, Gueldriam ob crimina populi exitiali & calamitoſo bello attritum iri, atque in poteſtatem externi principis impij redigendam, niſi Gueldrenſes commiſſa ſcelera deflerent; ac mox Arnulpho Adolphoque ducibus impendens Gueldriæ excidium prædicens, hiſce literis b hortatus eſt, vt publica expiatione ſcelerum pœnas auerterent.

b Extant inter opera Dionyſ. Carthuſ. & in eius vita.

Illuſtribus, & ſpectatiſſimis principibus frater Dionyſius Carthuſienſis in Domino pacem & ſalutem.

Aſtitit mihi ſanctus Dei angelus, & oſtendit mihi populi terræ huius ſcelera, & magnarum prælatorumque tranſgreſſiones, futuros etiam maligni hoſtis, qui per mille aditus artes nocendi inquirit, vt totam hanc terram inquietet, conculcet, depopuletur, & iuſto Dei iudicio terra hæc dabitur in manus impij, niſi operibus pœnitentiæ, & pietatis ſtudueritis vindicem Dei manum flectere & mitigare: pater in filium & filius inſurgit in patrem, & omnia ſunt litibus, & diſcordijs plena. Neſcitis quia omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur? neſcitis quod ſicut res paruæ concordijs creſcunt, ita & res magnæ diſcordijs dilabuntur? quanto inter principem patrem, & ſuum filium concordia ipſa eſt præclarior, tanto diſcordia fœdior eſſe noſcitur, turpior, periculoſior, exitiabilior. Audite igitur, o principes, voluntatem Dei veſtri; hortatur enim vos per me peccatorem Deus miſerator, qui mortem non quærit hominis peccatoris: hortatur, inquam, vos & populum ſubiectum vobis, vt ſine mora pœniteamini, vt auertat ſe vnuſquiſque a via ſua ſcelerata, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eius, condignos agendo pœnitentiæ fructus, pacis fœdera ineat cum filio pater. Quod ſi per tractatus aliquos pax non ſtatim arriſerit, ne deſperetis, quia adiutore Deo breui tempore pacem videbitis adeſſe. Interea per totam patriam hanc noſtram in collegijs, in monaſterijs, in ſanctis denique congregationibus inſtituantur orationes, celebrationes, pietatis & pœnitentiæ exercitationes: inſtituantur etiam per temporum interualla ſolemnes proceſſiones cum ieiunijs, lachrymis, & diſciplinis, quibus humiles & contriti prouocemus ad miſerandum indulgentiam Dei; placatur enim Deus contriti cordis ſacrificio. Et nunc, ſereniſſimi duces, hunc Dei noſtri ad vos ſermonem hanc noſtræ paruitatis exhortationem prona, & benigna mente ſuſcipite, &c.]

Monitus clerus vt diuinam irā auertat.

Infanda in ſenem Gueldriæ ducē filij conjuratio.

c Comin. l. 4. c. 1. Meyer. l. 17. i. Car. Burg. Magnum chro. belg. Comin. vbi ſup.

d Extant in magno chro. belg.

53 Suſceperat c hoc bellum in ſeniorem velut alter Abſalon impius filius, qui ambitione percitus indignabatur patrem d annis iam quadraginta principatum geſſiſſe; illumque ſeminudum, iamque lecto decubiturum arripuit, algentemque quinque leucarum interuallo tranſuectum per rigidam hyemem immani facinore in Grauienſi turri incluſit. Sororij cauſam aduerſus nequiſſimum Adolphum ſuſcepit Cleuien-

uienſis dux, armiſque ex carceris ſquallore liberare annilus eſt. Excitatua etiam Paulus Romanus Pontifex; vt apoſtolicam auctoritatem ad eripiendum ſeniorem ducem ex filij ſeruitute adhiberet, Adolpho diuinas iras, ni a tanto flagitio reſipiſceret, intentauit a: *Hortamur nobilitatem tuam, quam paterac ac pie monemus, vt hæc altius animo repetas, & ad cor redeas, parentemque liberes, & veniam petat, ac penitentiam agas, nec eius mortem dominandi libidine deſideres, permittaſque ipſum, quouſque Deus voluerit, in libertate viuere, ac ipſam in honore, ſicut teneris, habeas & ex corde diligas: quod ſi feceris, & monitis noſtris immo ipſius Dei noſtri Ieſu Chriſti, cuius vices, licet immeriti, in terris gerimus, acquieueris, vt te facturum confidimus ac ſperamus, proſperaberis, ac omnia ſecunda tibi ſuccedent, & omnipotentis Dei gratiam ac benedictionem promereberis, & a nobis & Apoſtolica ſede commendationem, & a populo & ab hominibus laudem; ſecus ſi feceris, & in abhorrendo tuo propoſito perſeueraueris; quod abſit, maledictionem æternam, & perpetuam vltionem conſequeris, &c. Dat. Romæ apud S.Petrum nono ſeptembris anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXX, *pontificatus noſtri anno* VI.

a Ext. in mag.chro. belg. pag. 400.

Propoſita niſi reſipuerit diuina ira.

54 Spreuit apoſtolica monita Adolphus b, quocirca Pontifex tum Fridericus Imperator Carolo Burgundorum Belgarumque principi dedere mandata, vt Arnulphum ex filij tyrannide vindicaret: qui cum ob virium magnitudinem amplitudinemque imperij Gueldriæ immineret, Adolphum adegit, vt patrem vinculis abſolueret, amboſque Hiſdinum tanquam belli paciſque arbiter euocauit. Non auſus eſt Adolphus repugnare monenti, potentiam illius pertimeſcẽs, cauſam que apud Carolum ipſum dixit, vt Comineus, qui aderat, refert. additque c Burgundum illos in concordiam reducere conatum, atque in Adolphum ſtudio procliuiorem eam pacis legem propoſuiſſe, vt Grauiæ oppidum parenti permitteret, necnon ſex millium florenorum cenſum conſtitueret, reliquum ipſe principatum, ac ducales titulos, tum Burgundiæ præfecturam ſuſciperet: at Adolphum ira adeo efferatum præſente ſe, vt dicere non ſit veritus malle ſe parentem in puteum deijcere, ruereque inde in idem exitium præcipitem, quam eam concordiam admittere: neque impune ea impia verba profuſa, Burgundus enim circumuentum calumnijs Adolphum quaſi cum Gallo Rege in ſe conſpiraſſet adortus d, fugientem intercepit miſitque in carcerem. ac mox Gueldriam omnem ſuæ ditioni adiecit, non diſſentiente Arnulpho duce ſeniore, a quo ducatus iura coemit, ac teſtamento etiam accepit exheredato ingrato filio, qui inſitos a natura in parentes affectus extinxerat; atque hunc exitum habuit Dionyſij Carthuſiani vaticinium. Diuinam porro vindictam infelicem Adolphum ita inſectatam tradit Comineus, vt cum poſt diuturni carceris ſquallorem cæſo in Lotharingia Carolo a Gandauenſibus, libertati reſtitutus ad Margaretæ Belgici principatus heredis nuptias eueheretur, apud Tornacum trucidatus ſit.

b Comin. l.4.c.1.

Põtificia & imperiali auctoritate Burgundus ſeni opem ferre auſus.

c Idibid. & ex eo Meyer.

Adolph' impius dãnatus carcere.

d Chron. Belg.

Subacta a Burgundo Gueldria.

55 Redegit hoc anno Paulus II. iubileum annum a trigeſimo tertio ad vigeſimum quintum recurrentem hoc diplomate e.

Iubilæus annus redactus ad vigeſimũ quintum.

e Comin. & Meyer. vbi ſup.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nos, qui miſeratione Altiſſimi labentibus annis, regimini catholicæ & vniuerſalis Eccleſiæ fuimus, diuina clementia diſponente, præfecti, prouida conſideratione non immerito attendentes humanæ conditionis ſtatum fragilem, ad peccandum procliuem, & ad declinationem vſque adeo celeri curſu properare; breuiſſimum quoque vitæ ſpatium, & peccatis noſtris exigentibus, crebras peſtilentias, varios morbos lethiferos, grauiſſimas quoque Turcorum & infidelium aduerſus fideles perſecutiones aſſiduas, atque vniuerſam Chriſtianitatem retroactis temporibus quaſſatam, adhuc varijs non quidem minoribus iniurijs laceſſitum, calamitoſis caſibus & diſpendijs ſubiacere, aliaſque plurimas ærumnas in Chriſti populos adeo inualeſcere, vt eis, atque alijs in dictis caſibus plerumque cauſantibus, admodum pauci remiſsionum, & indulgentiarum huiuſmodi participes fieri merentur, nec non attente conſiderantes, nouum, vel a moribus alienum non eſſe pro varietate temporum anteceſſorum eorundem ſtatuta reduci ad ſpatium temporis breuioris; maxime pro ſalute animarum fidelium, quam tota mente appetimus, & iuxta datam nobis a Domino gratiam aſsidue procuramus: ex præmiſsis, & quibuſdam alijs non minoribus cauſis ad id animum noſtrum inducentibus, annum XXXIII. huiuſmodi de venerabilium fratrum eorundem conſilio, & ipſius poteſtatis plenitudine, ad annum vigeſimum quintum reducentes, auctoritate, ſcientia, & poteſtate pleniſsima ſtatuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus annus iubileus plenariæ videlicet remiſsionis & gratiæ ac reconciliationis humani generis noſtro pijſsimo Redemptori cum omnibus, & ſingulis etiam peccatorum remiſsionibus ſupradictis, de viginti quinque annis in viginti quinque annos cum gratiarum actione, & mentis iucunditate debeat ab omnibus Chriſti fidelibus frequentari, ac etiam celebrari. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, & ipſorum Apoſtolorum auctoritate confiſi, eiſdem vtriuſque ſexus fidelibus, qui in anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, incipiendo a primis veſperis vigiliæ natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti anni milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi quarti, & vt ſequitur finiendo & deinceps de viginti quinque annis in viginti quinque annos, baſilicas, & eccleſias antedictas alias iuxta ordinationem eorundem prædeceſſorum deuote viſitauerint, vt præfertur, pleniſsimam peccatorum ſuorum omnium veniam elargimur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXIII. XIII. *kal.may pontificatus noſtri anno* VI. Tamen præuentus morte iubileum annum celebrare non potuit: confirmatam poſtea fuiſſe a Sixto IV. hanc ſanctionẽ dicetur inferius.

Demum a Paulo ad vigeſimũ quintum recurrentẽ redactus.

A Sixto IV. confirmata hæc Sanctio.

56 Nonnullas hoc anno res admirandas ad Chriſtianæ religionis veritatem confirmandã edidit Deus, de quibus meminit Marſilius Ficinus e in libro tertio de religione Chriſtiana ad Laurentium Mediceum: *Miracula*, inquit, *quæ Aurelius Auguſtinus ſe vidiſſe, & Gregorius narrant talia ſunt, vt fide carere non debeant. Audiui equidem nonnulla noſtris ſæculis atque etiam in vrbe noſtra Florentina mirabilia ſimul & credibilia contigiſſe; ſed quædam occultiora. Illud certe multis hominum millibus, qui & viderunt & adhuc viuunt manifeſtiſſimum eſt, quod Anconæ anno Domini* MCCCCLIX. *factum a multis fidedignis accepimus: puella quædam propter peſſimam quandam neruorum contractionem a primis incunabulis gradiendo*

Veritas Chriſtianæ religionis confirmata miraculis.

e Marſil. Ficin.l.3. de Chriſt. relig c.10. & ex eo Tilman. Breden.l.2 coll.c 8. & Pet.Caniſ lib.5.de beat.Virg c.10.

Digitized by Google

do natibus pro cruribus vtebatur; præterea Bindellus Florentinus propter ſaucium pectoriſque contuſionem multos annos loqui nihil potuit: ambo cum diuæ Mariæ eodem in loco ſe ſuppliciter commendaſſent ſani protinus euaſerunt: omni populo multis annis noti fuerant infirmi, & poſtea iam quatuor annos continue omni populo ſani. Noli, Laurenti, Medicem compellat, *mirari quod Marſilius Ficinus philoſophiæ ſtudioſus miracula introducit; vera enim ſunt, quæ ſcribimus, ac philoſophi officium eſt rationibus proprijs ſingula confirmare: ſunt autem propria rerum naturalium rationes, quæ ſecundum naturam ſunt: diuinarum vero, quæ ſuper naturam huiuſmodi ſunt, tum metaphyſicæ probationes, tum vel maxime miracula; Deus enim non tantum verbis, quantum miraculoſis operibus myſteria ſua probat, & præcepta confirmat, vnde illud, Si verbis non vultis credere, operibus credite.*

B. Virginis ope implorata plures ſanati.

IESV CHRISTI

Annus 1471.

SIXTI PP. IV. annus 1. — FRIDERICI III. IMPERAT. annus 32.

1 EXoriente anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo quarta indictione ad ſedem Apoſtolicam perlatum eſt Fridericum Imperatorem, & Matthiam Hungariæ Regem in concordiam rediſſe: ex quo felici nuntio ingenti gaudio delibutus Pontifex Paulus eidem Imperatori conceptas a ſe iude ſpes meliorum rerum ſignificauit[a]; ac ſi ita res eſſet, diuino ſe Numini gratias agere, atque vtrique ipſorum gratulari: ſi autem nondum perfecta eſſet, ambos enixe rogare hortarique, vti cum alijs principibus fœdus ad Turcarum tyrannidem comprimendam ſancirent, Italorumque principum exemplum, & belli ſacri ardorem propoſuit, qui extremo ſuperiori anno, paucis nimirum ante diebus, oratorum opera, optatiſſimam armorum pro tuenda propagandaque re Chriſtiana ſocietatem pepigiſſent.

Vrget Paulus concordiam inter Imp. & Vngarum. a Paul. lib. breu. an. 7 pag. 75.

Friderico Imperatori Romanorum.

2 Chariſſime fili ſalutem, &c. Intelligentes his proximis diebus quorundam relatione, quod tua maieſtas cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Hungariæ Rege illuſtri fœdera pacis, & mutuæ amicitiæ tractatus concluſerit; cum veſtra vtriuſque concordia, & ſincera intelligentia non ſolum dominijs, & regnis veſtris, verum etiam toti reipublicæ Chriſtianæ plurimum condncat, nihil fuit, quod nobis gratius ſignificari hoc tempore potuit: ſperantes quod diuina gratia mediante, & quod ipſa beneuolentia veſtra magnum fidelibus catholicis adiumentum, & aduerſarijs ſanctæ fidei, tam immaniſſimis Turcis quam perfidis hæreticis non mediocre illatura ſit detrimentum. Meminit tua maieſtas quanto ſtudio ad hoc ipſum perficiendum eandem maieſtatem pluries & nuntijs & literis hortati fuerimus: in qua re Deum teſtem inuocamus, nihil aliud quam vtriuſque veſtrum vtilitatem, & vt debita prouiſio contra dictos infideles heret quæſiuimus; ne ſcilicet capitibus Chriſtianæ religionis, quod perdolendum foret, aut non curantibus, aut inter ſe diſſidentibus, infideles ipſi grauius in Chriſtifideles, quod in dies facere conantur, graſſarentur. Si itaque, prout nobis ſignificatum eſt, dicta inter vos concordia concluſa eſt, Deo agimus gratias, tuæque maieſtati, ac ſerenitati dicti Regis pro veſtro communique bono gratulamur in Domino: ſi vero (quod abſit) nondum illa perfecta eſt, hortamur maieſtatem tuam, vt ex parte ſua omne poſſibile ſtudium ad ipſam concordiam conficiendam adhibeat: itidem ab ipſo Rege expoſtulamus, vt quod cum eodem, & alijs principibus pro reſiſtentia facienda infidelibus ipſis, priuſquam grauiora Chriſtianis populis inferant damna, deliberationem aliquam faciant obnixius requirimus, & quam maxime poſſumus obſecramus. Nos etiam quantum in nobis eſt in nullo deficimus, nec deſiſtimus a continua ſolicitatione potentatuum Italiæ, quos etiam, diuina clementia iuuante, in pacis & vnionis renouationem, quæ ſanctæ memoriæ Nicolai Papæ V. prædeceſſoris noſtri concluſa fuerat, paucis ante diebus induximus. De his omnibus rebus latius cum tua maieſtate dilecto filio fratri Gabrieli de Verona nuntio noſtro loqui commiſimus, cui eadem maieſtas fidem indubiam poterit adhibere. *Dat. Romæ apud S. Petrum die* XIV. *ianuarij* MCCCCLXXI. *anno* VII.

Pontificia de ea re litera.

Significata confecta pax Italiæ.

3 Interea Fridericus præteritis Turcarum in Carinthiam & Coruatiam excurſionibus cum ſe imparem ſuſtinẽdo barbarorum impetui, ijſque arcendis ab auito principatu cognoſceret, Germanorum principum auxilia poſtulanda decreuit, indixitque ſolemnes ordinum imperij cœtus Ratiſponæ ad VIII. kal. maij, diem nimirum S. Georgio martyri ſacram, cunctoſque ipſum Germaniæ principes eo vocaſſe refert Auguſtinus Patricius[a], vt de Chriſtianæ reipublicæ ſalute cum ipſis conſuleret, omnibuſque precibus a Pontifice petijſſe, vt aliquem e ſacro ſenatu illuc legaret, qui ſedis Apoſtolicæ nomine ijſdem conuentibus Ratiſponenſibus præſideret. Non defuere vero, qui crederent, nonnullos principes eorum conuentuum indictionem ſubtili commento ſolicitaſſe, vt in ijs deinde Fridericum veluti ignauum a gubernaculis imperij remouendum, tum Georgium Bohemum priſtinæ dignitati pirorumque ſocietati reſtituendum obniterentur: quorum conſilia ipſius Georgij mors euerterit.

Ratiſponenſes cœtus pro tuenda re Chriſtiana indicti. a Patric. apud Pap ep 394. & rer. Germ. to. 1. pag. 145.

4 Cæterum Paulus ne apoſtolico deeſſet officio legatum mittere conſtituit; cumque diu inter purpuratos diſceptatum eſſet, quis tanto muneri aptior videretur, Franciſcum Cardinalem Senenſem, qui poſtea in pontificatu Pij III. nomen geſſit, delegit. At hæc narrantem audire præſtat Auguſtinum Patricium, qui ipſi ab arcanis epiſtolis fuit, eumque in Germaniam eſt comitatus: *Franciſcus*, inquit, *Cardinalis Senenſis diui Pontificis Pij maximi nepos communi conſenſu deſignatus eſt, qui prouinciam ſuſciperet, tum ob ſummam hominis integritatem, & vltra eius ætatem prudentiam atque modeſtiam, nondum enim quartum & trigeſimum annum impleuerat, tum propter auunculi ſui memoriam, quæ adhuc recens apud Germanos erat, apud quos priuatus diu vixerat non ſine magna virtutis opinione, & in pontificatu illius prouinciæ hominibus facilem benignumque ſe ſemper præſtiterat. Accedebat ad hæc, quod ipſe Cardinalis, vt qui apud auunculum in Germania a puero fuerat educatus, Germanorum linguam, & mores calleret, & propterea omnibus fere Germanis gratus & notus. Vndecimo igitur kal. martij legatus deſignatus ex curia Pontificis vetuſto*

Franciſcus Card. Senen. in Germ. legatus decernitur.

more

Digitized by Google

more a patribus domum deductus eſt , iuſſuſque vt quoniam dies dicta inſtaret ad profectionem quamprimum ſeſe accingeret ; breui compoſitis domi rebus , & paratis , quæ ad tam longum iter erant neceſſaria , quintodecimo kal. aprilis diſceſſimus ex vrbe poſt ſecretum conſiſtorium media ferme quadrageſima , Sacer ſenatus legatum extra portam deduxit : continuato deinde itinere per Pientiam Senas venimus . In publicis diuerſorijs apud Paleam flumen in oratores ducum Saxoniæ offendimus , qui Romam petebant annuente Cæſare compoſitionem rerum Bohemicarum Pontifici ſuaſuri , qui diu cum legato locuti ſunt .

Legati itinera .

5 *Senas ingreſſi ſumus ante horam , qua a ciuibus expectabamur , nam legatus aſtu eos decepit : ne cum pompa introduceretur . Quantum tum per anguſtiam temporis licuit pompa & ciuium , & cleri magnifice ducta eſt . Hic crucem accepit legatus principiorum legationis inſigne , Senis iuſſis valere cognatis atque amicis . Poſt tertium diem diſceſſimus , venimuſque Florentiam ſummo mane inſequentis diei introducti ſumus magna pompa , & ingenti populi concurſu , legatus ſub vmbraculo ductus eſt nauiter facto .* Relegit nonnulla alia itinera , vtque a locorum principibus ac populis magna pompa pro illius dignitate ſit exceptus . Deſiderantur reliqua in laudato commentariolo ab Auguſtino Patricio de ea legatione ad Cardinalem Papienſem inſcripto , quæ aliunde petenda , ac præſertim ex literis ad eundem Cardinalem datis a Ioanne Antonio Campano a epiſcopo Teramenſi , qui Cardinali legato pariter adhærebat .

a Campan. ep. lib. 6.

6 Narrat in primis ingreſſum kal. maij Ratiſponam legatum , oratores Amedei ducis Allobrogum reperiſſe : dein Moguntinum archiepiſcopum & marchionem Brandeburgenſem , tum oratores ducis Burgundiæ , atque Imperatorem veniſſe : alijſque literis b Treuirenſem archiepiſcopum , Spirenſem & Aichſtenſem epiſcopos acceſſiſſe , tum magnam principum oratorumque frequentiam eo affluxiſſe ait c . Inter quæ Pontifex Cardinali legato dedit d mandata , vt ad decernendum in Turcas bellum in Ratiſponenſibus cœtibus omni ſtudio & conatu incumberet : qua de re etiam ad Laurentium epiſcopum Ferrarienſem ſcripſit e . Quæ vero in ijs celeberrimis conuentibus geſta ſint , idem Campanus accurate deſcribit f , peractam nimirum ritu ſolemni rem diuinam VIII. kal. iulias , Cæſaremque in prætorium euntem omnes ſecutos : tum habitam a Tridentino antiſtite nomine Cæſareo orationem , cuius præcipua capita his verbis attingit .

b Ib. n. 6.

c Ib. n. 3.

Data legato imperia vt expeditionem in Turcas indicendam curet .

d Lib. breu. pag. 128. 178.

e Ibid. pag. 105.

f Campan. lib. 6. ep. n. 12. apud Papien. n. 374. & to. 2. rer. Ger. pag. 349. n. 7.

Cæſare a in conuentu oratio.

7 *Cauſam aperuit , quæ ad indicendum hoc in loco & tempore conuentum impuliſſet , præteritas Chriſtianorum calamitates , & recentem Carniolæ cladem deplorauit , potentiam crudelitatemque immaniſſimi hoſtis , quem breui tempore quantum occupauerit finium noſtrorum , quantum Chriſtiani ſanguinis fuderit & in Europa , & in Aſia , oſtendit : repetitaque eleganter veterum non vna hiſtoria clariſſimas ac prope innumerabiles Germanorum expeditiones , & pro religione Chriſtiana , & pro imperio Germanico ſuſceptas commemorauit . Hortatuſque eſt principes omnes oratoreſque ciuitatum Germaniæ , partam a maioribus gloriam conſeruarent , occurrerent imminentibus periculis , & religionem , in qua patres eorum vixiſſent , & ipſi eſſent nati atque inſtincti , tuerentur . Addidit poſtremo Cæſaris preces , auxilium & communi libertati , & priuato ſuo periculo implorantis , reſponſumque poſtulauit .*

8 *Poſt Tridentinum legatus graui & ipſe oratione propoſitum Cæſaris , & principum aduentum commendauit , egitque gratias pontificis nomine vniuerſis , hortatus vt quam ſpem Chriſtianis ex conuentu porrexiſſent , eam ſumendis armis exhiberent : ne ſe carpi ſingulos paterentur , qui vniuerſi non modo reſiſtere , ſed profligare hoſtem quam facillime poſſent : conuentus multos repetijt nequidquam in Germania factos , vbi ſi obtemperatum fuiſſet conſilijs eorum , qui futura pericula præuidiſſent , non eo diſcriminis ventum fuiſſet , vt quem facile tunc potuiſſent ex omni depellere Europa , nunc in ipſa Germania perferrent , dum extrema eſſent neglecta ad intima hoſtem penetraſſe . Adiecit & preces ; ac verba , vultum , animumque legato , & tantis neceſſitatibus dignum accommodauit .* Principes ſe paululum ſubduxere more Germanico , & gratias egere Friderico , quod ſalutis communis curam ſuſciperet , ſeque per omnia diſcrimina , ſi exercitum in expeditionem eduxiſſet , aduerſus infideles Chriſti hoſtes ſecuturos ſpopondere , miſſuroſue milites ſi mitti iuſſerit . Eo reſponſo lætus Fridericus in diem proximum indixit concionem : quo cœpta a ducis Burgundiæ oratoribus lis eſt de honorificentioris ſedis dignitate ; ipſi namque poſt electorum oratores conſidere recuſarunt : ad quos pacandos inter oratores regios a fronte Cæſaris attributa ſedes eſt . Ij vero non tam Burgundum ad ferenda auxilia promptum ſignificarunt , quam Francorum Regem , qui Burgundi ditionem inuaderet , multis criminibus aſperſerunt .

Legati Card. exhortatio ad bellũ ſacrum.

Principes non defuturos Cæſari ſpondent .

9 Deinde Paulus Maurocenus Venetorum orator hæc breuiter , & nitide expoſuit , vt narrat Campanus : *Certaſſe cum Turcis Venetos annos iam ducentos , eorumque vires atque impetus ſolos & in Thracia , & in Illyrico ſuſtinuiſſe ; enixius tamen octo proximis annis mari cum ijs , ac terra geſſiſſe bellum , propugnatoreſque noſtros fuiſſe : iam non tam defatigatos aut exhauſtos , quam a cæteris Chriſtianis deſtitutos eſſe communi ad eam diem ſolos periculo excubaſſe : creuiſſe nunc hoſtem , factumque ex aliena ſomnolentia magnum , & quantum iam perferre Chriſtiani vtinam vigiles poſſint . Infeſtare illum ab Illyrio , a Pannonia , a ſinu Adriatico , non mari , non terra quietos noſtros ſinere : genus belli quale eſſet ipſos perſpicere , ſenes occidi , ſtrangulari infantes , cæteram multitudinem ſine ſexus ætatiſque diſcrimine in ſeruitutem Aſiaticam trahi : inflammari templa , viros Dei intra templa concremari : igni & ferro ad excidium vltimum vaſtari omnia , incipere iam Germanos intelligere quam durum fuerit Venetos tam diu bellum geſſiſſe cum Turco , nec tamen deſperandum eſſe , modo eo ſint animo Germani , quo quiſque eſſe debeat ad vitam ſuam libertatemque ſuorum defendendam : habere ſe permagnam claſſem , & præſidia per Illyrium Græciamque diſpoſita : ſtipendio eorum militare ad hominum quinque , & viginti millia : iuuari & a Ferdinando Rege maritimo bello , ſi iuuentur terreſtri a Germanis , breui futuros ipſos in tuto , & cæteros extra periculum poſituros : miſiſſe Ferdinandum tres & viginti triremes , quatuorque naues onerarias in adiumentum claſſis , & alias propediem eſſe miſſurum : ipſos triremes ſexaginta naueſque aliquot inſtruxiſſe , & putare iam eſſe deductas : centum viginti triremibus , ac duodeuiginti roſtratis nauibus bellum maritimum aggreſſuros , ſi terra quoque diſtrahatur hoſtis vtrobique laboraturum . Poſt eum legatus*

Veneti a reliquis Chriſtianis ſe deſtitutos cõqueſti.

Si Germani terreſtrem educant exercitũ contundendum hoſtem proponunt , Quanta claſſis in Italia cõſtanda ſit

Digitized by Google

magnificis verbis, & rem Venetam, & Pontificis diligentiam, & Ferdinandi apparatum complexus parem Germanorum curam, quorum non diſpar eſſet periculum poſtulauit.

Friderici anguſtus animus corpta priora diſturbat.

10 Dum ita ſolicitabantur Germani, vt exemplo Italorum maximum & fortiſſimum exercitum conflarent ducendum in Turcicum imperium, Fredericus, qui nil egregium cogitabat, ſed tantummodo, vt auitorum principatuum limites tueretur, ab Aiſtetenſi epiſcopo Cæſareo nomine proponi iuſſit, vt decem millia armatorum communi ſumptu conſcriberentur, quorum pars quarta equeſtris eſſet, pedeſtris reliqua, qui in limite Germaniæ per ſtationes diſpoſiti barbaricas incurſiones prohiberent; in proximum vero annum decernendi belli curæ extraherentur. Ad hæc principes petito ad deliberandum ſpatio ſpem Cæſari addiderunt, rati id magnum quidem ſed neceſſarium eſſe: at legato poſtulatorum ordo præpoſterus infauſtuſque eſt viſus, eniſuſque eſt ſuadere, vt non exiguus exercitus, ſed ingens decerneretur: propoſuit in primis confici bella non minus illato terrore quam prælijs: futuros hoſti ludibrio Germanos, ſi in tam auguſto conuentu exiguas adeo copias comparandas ſanxerint: animo conſternatos populos Turcis finitimos, in deſperationem ſe coniectutos; dein vbi hæc auxilia contulerint principes, ad alia ſegniores futuros; proinde ante omnia de ſumma belli capiendum cōſilium, inſpiciendas Germanorum vires, habendoſq; maximos ex omni Germania delectus. Laudata quidem legati ſententia eſt: ſed Imperator propterea ſuam ſententiam non mutauit, quocirca ſuſpicionem pluribus iniecit; ipſum præſenti diſcrimini velle occurrere, futura non cauere. Reſponſuri Frederico principes nunciarunt ante omnia ſedanda Germaniæ bella ciuilia, ex quibus vires omnes illius eliderentur. Ad quæ reſpondit Cæſar, antehac ſe concordiæ redintegrandæ operam dediſſe, & poſthac daturum. Dein decemuiri lecti ſunt, qui cum Moguntino archiepiſcopo de cogendis decem millibus armatorum, deque vniuerſa belli ratione & copiarum numero proximo anno inſtruendo agerent, ac poſtea ad Cæſarem principeſque referrent.

Obnititur legatus vt nō leuis ſed florentiſſimus exercitus conſcribatur.

Cæſar præſentibus occurrit futura non cauet.

11 Poſtridie nonas iulij, cum iam auctus eſſet conuentus Lantgrauij Haſſiæ, Colonienſis archiepiſcopi, & principum plurium aduentu, Volfgangus Bauariæ dux fratrem Albertum iudicio poſtulauit, qui fratrem communem Albertum in vincula coniecisset. Oborta etiam contentio eſt de *Palatini* oratore, quem inter electorum oratores locari Cæſar non paſſus eſt, negauitque Palatinum Cæſareo decreto electorem eſſe, nec duos fratres, illum nempe & Colonienſem antiſtitem creandi Cæſaris ius habere poſſe; *Poſt hac*, inquit Campanus, *lectæ ſunt literæ Carniolanorum plenæ efferatiſſima immanitatis: nullum relictum templum, nullam agreſtem caſam a Turcis in Carniola: iacere paſſim cadauera occiſorum, ſenum atque infantium, & iam cælum fætore corrumpi: abrepta præterea eſſe ad millia hominum ferme viginti: communiſſe Turcos loca quædam, vnde excurrere quam latiſſime, ac recipere ſe incolumes cum præda facillime poſſint: implorare Cæſaris & principum, & omnium mortalium opem. Recitatæ etiam Strigonienſium, & optimatum Hungariæ, quibus ſignificabatur diuiſum eſſe bifariam Turcorum exercitum, partem Carniolam in fines Cæſaris contendere, partem ad ripam Saui fluminis conſediſſe eo conſilio, vt exitu aliquo explorato, & communito excurrerent, & depopulari Hungariam poſſint. Centum iam annis pugnatum ab Hungaris cum Turcis eſſe, exinanitum iam & viris & viribus regnum, niſi ope quoque iuuentur externa; non poſſe diutius tam aſſiduum tamque potentem hoſtem ſuſtinere, communem cauſam agi, ſe etſi propinquiores ſint periculo, non tamen ſolos perituros; monere & orare Cæſarem, vt conuentu prope omnium principum Germaniæ, & quantum nunquam antea ampliſſimo remedium aliquod Chriſtianis vulneribus adhiberet: oportere eum præcipuum eſſe Chriſtianorum propugnatorem, qui idem Chriſtianorum ſit Imperator; idem quoque a principibus poſtulabant.*

Carnorū querelæ de Turcica immanitate.

a Io. Ant. Camp l.6. n.13. & 2. rer germ. n.8. & apud Iac. Papien. ep.395.

Poſtulata ab Vngaris auxilia contra cēmunum Turcarum exercitū.

12 Affuiſſe a ijſdem conuentibus Hungarorum, Bohemorum, Polonorumque oratores, tum etiam Saxoniæ principes, quorum natu maximus erat Erneſtus, acceſſiſſe, iacta vero in ventos verba plurima, atque Imperatorem mutata in deterius ſententia ex illis decem millibus, quos ad præſens diſcrimen auertendum poſtularat (nam & Turcæ denuo irrupiſſe in Carniolam ferebantur) ſex millia detraxiſſe, & tantum quatuor millia ſat fore adiecisse: demum habita plura de vniuerſa expeditione conſilia, hæc decreta fuiſſe prædictus Campanus ad Iacobum Papienſem ſcripſit b: *Heri* XIX. *iulij a quinta hora diei ad multam noctem conſultatum eſt de ſumma expeditionis, & demum ita conſenſu omnium decretum eſt, vt in ſumptus belli Turcici quiſquis prouentus annuos mille habeat, is equitem vnum conducat, peditem qui quingentos: cæteri pro portione fortunarum ad eam ſummam; cæterum vbi de prouentibus haberi ea ratio nequeat, de capite habeatur, vt cui mille ſint aurei, quinquaginta habere in prouentibus cenſeatur, atque ea computatione contribuat: fieri poſſe hoc modo ingentem exercitum aiunt, & facillime ſuſtineri etiam longiſſimum bellum; & ſunt, qui affirment, ſi ad vnguem res exigeretur, ducenta prope hominum millia cogi poſſe: nos erimus minus octoginta contenti. Principes miro aſſenſu conditionem receperunt, &c. Ratiſponæ* XX. *iulij* MCCCCLXXI.

a Campan. l.6. n.14. 16. & 10. 2. rer germ. n.9.

Mutata in peius Cæſarea ſententia.

b Id. n.14.

Qua ratione cōſultum comparādis ſubſidijs in militum ſtipendia.

13 Cæterum ad hæc decreta ad exitum perducenda obtorpeſcere Cæſarem, Germanoſque alijs literis c deplorat, interimque Turcas ſuum furorem in Chriſtianos effundere d: *Nihil*, inquit, *lenti calumniantes noſtrorum patiuntur: Carniola vna ex prouincijs auitis eius ſuperiore menſe direpta, depopulata, incenſa eſt: nunc maiore manu redire hoſtes feruntur, & vlteriorem facturi impreſſionem, & oppida, quibus nuper vaſtato agro abſtinuerunt, oppugnaturi: magno in diſcrimine vt ſimus non tam hoſtium vires, quam noſtrorum tarditas ne dicam ignauia facit, & cunctatio Cæſaris.* Deſcribit eaſdem Turcarum e Boſſina in Germaniam excurſiones populationeſque Michouias e.

c Eod. lib. n.22. & 10. 2. rer. ger. n.11. & 12.

Decreta exitu caruere.

d Ib. n.18.

e Michou. l.4.c.69.

14 Cum tot tantaſque clades acciperet a Turcis Fridericus, tamen ad vlciſcendas perpelli non poterat, quamuis Franciſcus Cardinalis legatus in id omni contentione incumberet, vt ad Cardinalem Rauennatem ſcripſit f Campanus, addiditque omnia in Ratiſponenſibus conuentibus decreta ad irritum caſura propter diſſenſionem magnam, quæ inter Germanos erat, alteramque factionem principis *Palatini* eſſe, alteram Cæſaris, & hos partium ſtudium reliquos proceres ſequi: in *Palatino* plus animi armorum-

f Campa. l.6. ſuper ep.22.

que,

Digitized by Google

que, in Cæſare plus auctoritatis ineſſe; imperij vero cœtus Norimbergam traductum iri, vt quod reliqui eſt abſoluatur, abrumpaturue: porro plura Norimbergæ egregie ſancita, ſed mox euanuiſſe: pacem Germaniæ pronuntiatam, ſed nemini datam; Cæſaremque cum omnia in maximis ageret, nihil tamen agere queritur idem Campanus a apud Papienſem Cardinalem.

a Campan ep. lib. 6. n. 27.

Bohemicæ res.

15 Oberat plurimum rei Chriſtianæ alia diſcordia, quam Georgij Podiebratij Bohemiæ tyranni impietas concitauerat, quam ipſo etiam extincto magis auctam eſſe conſtat. Et quidem cum iam ab Hungaro Sileſia, Morauia, Luzatiaque ſpoliatus b, multiſque incommodis preſſus c Bohemicum ſceptrum in aliquem e filijs transfundere cuperet, atque e malis, in quæ ob hæreſim ſe coniecerat, emergere, optabat ſe in gratiam ſedis Apoſtolicæ reſtitui, adeo vt id ex animo ipſum ambiuiſſe, putet Coclæus d, cuius verba repetenda viſa ſunt: *Rex*, inquit, *Georgius, cum regnaſſet annis tredecim in morbum incidit, quo & perijt. Cum ergo cuperet reconciliari ſedi Apoſtolicæ antequam ex hoc migraret ſæculo, miſit ad duces Saxoniæ affines ſuos fratres Germanos Erneſtum & Albertum, quorum hic gener eius erat, ille Romani imperij princeps elector, petens ab eis, vt legatos Romam mitterent, ac pro ipſo intercedentes ſupplicarent domino apoſtolico Paulo II. quatenus anathema aliaſque cenſuras eccleſiaſticas, quibus percuſſus & innodatus erat, ad tempus ſuſpenderet ſaltem, ſi omnino tollere nollet, quoad ipſe audiri poſſet, nam poſtquam auditus eſſet cognita cauſa vellet omnia facere, quæ obedientem & catholicum Regem facere oportet.*

b Paul. II. lib. breu. pag. 163.
c Aug. Patrit. apud Papien.
Cocl. l. 12.
Dubr. l. 30 in fin.

Georgius in anguſtias coniectus expetit eccleſiæ gratiam.

d Cocle. hiſt. Huſſ. lib. 12.

Saxoniæ duces concordiæ interpretes adhibet.

16 Reſponderunt Georgij votis principes Saxoniæ, qui orthodoxi dogmatis erant cultores religioſiſſimi, ſuoſque ad Pontificem miſere oratores, qui nonnullas concordiæ pactiones pro conciliandis Eccleſiæ Georgio Huſſitiſque attulere: atque in primis pollicebatur Georgius ſe palam profeſſurum, non eſſe ad conſequendam felicem immortalitatem neceſſarium, vt fideles omnes ſub vtraque ſpecie Euchariſtiam accipiant: exceptum iri archiepiſcopum, quem Pontifex Pragenſi eccleſiæ præfecturus eſſet, atque ad abolendas omnes corruptelas, reparandumque diuini cultus nitorem ampliſſima auctoritate ac poteſtate perfuncturum: & ſi in nonnullis locis porrigendæ infantibus rationis expertibus Euchariſtiæ vſum ob inueteratam conſuetudinem tollere non poſſet, relata ad ſedem Apoſtolicam controuerſia, illius imperia, regia coniuncta opera, perfectum iri. Ne autem orirentur ſeditiones, cum religionis ſplendorem ritusque veteres in priſtinum ſtatum redigeret, poſcebat Georgius, vt regium ad id conſilium ab archiepiſcopo expeteretur. Spondebat quoque daturum ſe operam, vt eccleſiaſtica prædia & vectigalia eccleſijs reſtituerentur, neue ritus Romanæ eccleſiæ ritibus aduerſantes in Bohemiam inducerentur. Deprecabatur vero, vt cum plures laici Euchariſtiam ſub vini ſpecie accipere conſueuiſſent ea ipſis facultas permitteretur. Denique poſcebat, vt omnia, quæ in ipſum acta erant, reſcinderentur, regiaque ipſi aſſereretur dignitas; viciſſimque ille omnia catholici Regis officia & obſequia ſedi Apoſtolicæ exhibiturum pollicebatur. Cum hæc a Pontifice & Cardinalium ſenatu, qua par erat, maturitate exſcuſſa eſſent, graues in ijſdem ambages compertæ ſunt, atque ad omnes diſſipandos dolos, ſingulis pactionum capitibus adiectæ ſunt notæ interrogationeſque, vt ad eas Georgius reſponderet, arctioribuſque vinculis ita deuinciretur, vt redintegranda Bohemiæ cum Romana eccleſia coniunctio facile dirimi non poſſet: quorum omnium formulæ a his verbis conceptæ miſſæ fuere ad Franciſcum Cardinalem Picolomineum in Germania legatum, vt pertentaret Georgium, an reuera reconciliationem concordiæ proueheret.

Quæ a Georgij oratoribus in conuentu propoſita.

Quæ reſponſa ſint a Pont.

a Extant apud Paul. II. lib. bre. ann. 7. pag. 130.

Articuli, & modi ſuper reductione regni Bohemiæ in veram Apoſtolicæ ſedis obedientiam.

17 Primus. Quia iuxta continentiam proceſſuum, & ſententiarum, ad depoſitionem & abrogationem Georgij de Podiebrat ab Apoſtolica ſede emanatorum & publicatorum, primaria cauſa eo fundata eſſe videtur, quod Georgius ipſe publice confeſſus ſit & recognouerit, quod ſacramentum Euchariſtiæ ab omnibus Chriſtifidelibus ſub vtraque ſpecie panis & vini videlicet de neceſſitate ſalutis percipi debeat, videtur conueniens, quod dictus Georgius publice confiteatur & recognoſcat, ſe illud nunquam credidiſſe, neque credere, aut dicere, quod ſacramentum Euchariſtiæ ab omnibus Chriſtifidelibus ſub vtraque ſpecie panis & vini de neceſſitate ſalutis percipi debeat.

Iuſſus ante omnia hæreſim eiurare.

Ad primum. Quid vero de alijs erroribus, pro quibus condemnatus eſt, & vtrum ipſe cum vxore, filijs, & tota familia ſua ad præſtandum alijs bonum exemplum, ex nunc ſub ſpecie panis tantummodo Euchariſtiam recipiet perpetuis futuris temporibus, ſi vult eſſe caput, & princeps aliorum. Quod nunquam crediderit quomodo dicere poterit, cum conſtet contrarium?

Communione ſub ſpeciebus panis tantũ contentũ eſſe.

18 Secundus. Quod ſanctiſſimus dominus noſter Papa plenariam facultatem habere debeat ad prouidendum alicui idoneo & venerabili viro de archiepiſcopatu Pragenſi, quem quidem archiepiſcopum dictus Georgius & totum regnum acceptare & admittere, & ipſe archiepiſcopus plenariam, & omnimodam facultatem habere debeat, iuriſdictionem ſuam, ac omnia alia ſpiritualia, & quæcumque archiepiſcopo incumbentia in archiepiſcopatu ſuo libere exercendi: cui quidem archiepiſcopo dictus Georgius realem & actualem poſſeſſionem oppidi, & caſtri Randements, vbi archiepiſcopus ſolitam reſidentiam habere conſueuit, cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis libere & abſque impedimento tradere & aſſignare, ipſumque archiepiſcopum in omnibus, & ſingulis fideliter conſeruare, & manutenere velit, ſaluis nihilominus iuribus, & libertatibus Eccleſiæ in iure eligendi, & alijs conſuetudinibus regni, & archiepiſcopatus, quæ perpetuis futuris temporibus iuxta conſuetudines laudabiles inibi antiquitus obſeruatas, dummodo adhuc regnum, & archiepiſcopatus prædicti in vigore & pace fuerint, firmiter obſeruari debebunt.

Archiep. Pragenſem priſtinis iuribus reſtituere.

Ad ſecundum. Nunquid etiam omnibus conatibus defendet, venerabitur, & aſſiſtet ipſi archiepiſcopo? quid de cæteris poſſeſſionibus, agris, villis, caſtris, & cunctis iuribus archiepiſcopatus, quæ vel a corona Bohemiæ, vel a baronibus, ſiue catholicis, ſiue quibuſcumque alijs retinentur; nunquid etiam omnia realiter & cum effectu reſtituentur archiepiſcopatui? Secundo quæ ſint iſta iura, &

Digitized by Google

conſuetudines, & eligendi facultas? & an ſint conſona iuri communi, vel non, & an ex nunc, vel poſtquam bene fundata & firmata fides catholica in illo regno ſint obſeruanda.

Fundem. fulcire ad rem catholicā aſſerendam.

19 Tertius. Item quod idem archiepiſcopus habere debeat plenariam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem ad reformandum, & tollendum omnes errores, abuſiones, & deformitates, quæ in dicto regno in quibuſcumque ſpiritualia concernentibus a clero, vel ab alijs hactenus obſeruata fuiſſent; ac facultatem reformandi clerum tam regularem quam ſæcularem, ac monaſteria, eccleſias, & alia quæcumque ſpiritualia eccleſiaſtica ſeu pia loca: ad inſtituendum etiam clerum quemcumque ac deſtituendum: ad ordinandum etiam ac gubernandum quæcumque alia ſpiritualia, ac eccleſiaſticas perſonas ſeu loca ſpiritualia iuxta ritum, conſtitutiones, & conſuetudines ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac omnia alia archiepiſcopalia iura, ſeu ad archiepiſcopum pertinentia libere exercendum, prout decens fuerit, & expedire videbitur.

Ad tertium, Populi vero errores, & abuſiones non debebit reformare? Dicendum eſſet magis expreſſe, ſi presbyteros fauentes erroribus puniente archiepiſcopo, & expellente de regno brachium ſæculare exequatur ſententias archiepiſcopi; & an præſtabitur ei fauor cum omni reali, & actuali aſſiſtentia in reducendis quibuſcumque deuiantibus ad veram ſanctæ Apoſtolicæ ſedis obedientiam, & omnibus erroribus extirpandis.

20 Quartus. Item quia in quibuſdam partibus dicti regni Bohemiæ dicitur obſeruari, quod pueris nondum doli capacibus miniſtratur Euchariſtiæ ſacramentum: quod ſi huiuſmodi abuſus ad diſpoſitionem archiepiſcopi tam celeriter aboleri non poſſet, & aliqui forſitan dicerent hoc licitum eſſe, quod archiepiſcopus propter ea ſtatuat modos ad audiendum eoſdem, & illos de veritate informandum, prout ſibi opportunum videbitur, & ſi archiepiſcopus per eoſdem modos tales perſonas ab huiuſmodi ſuo ritu conueniente abſtrahere nequeat, quod ex tunc talis quæſtio ad ſedem Apoſtolicam deferatur, & quidquid per eandem deſuper ordinatum, vel prouiſum fuerit, quod illud in regno prædicto inuiolabiliter obſeruari, & a dicto Georgio firmiter manuteneri debeat.

De Euchariſtia infantib⁹ non porrigenda.

Ad quartum. Et quomodo vnquam reduci poterit illud regnum ad ritus Eccleſiæ catholicæ ſeruandos, ſi pueri nondum doli capaces ex nunc aſſueſcent ſub vtraque ſpecie aſſumere Euchariſtiam? Quæ ſpes erit reformationis, ſi hoc non inhibeatur, & ſi archiepiſcopus non habuat facultatem, & fauorem ſufficientem acriter punire, & de regno expellere presbyteros, qui pueris auderent, vel dum ſint in ea ætate, vel cum adoleuerint ſub vtraque ſpecie ſacramentum Euchariſtiæ tradere, niſi ſub vna videlicet pane tantum ſecundum ritum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & niſi de eis deſcribendis, & notandis, ne quis error vel fraus committatur, debita intelligentia adhibeatur? Cur vero ſedes Apoſtolica conſuli debeat, quæ hanc rem toties declarauit, cuius ſententia circa hunc articulum omnibus nota eſt?

21 Quintue. Item quidquid ipſe archiepiſcopus in prædictis, & quibuſcumque alijs ordinationibus, & reformationibus ſuper deformitatibus, & abuſionibus, vt præmittitur, tollendis conueniens fore duxerit, ne populus dicti regni exinde in ſeditionem, aut tumultum, ſeu rebellionem, aut pertinaciam aliquam prouocetur, aut ne exinde ſcandala fiant, quod archiepiſcopus ipſe huiuſmodi ordinationes, & reformationes cum ſcitu & conſilio prædicti Georgij, aut Regis pro tempore & ſeniorum, ac prudentiorum regni faciat non alium in finem, quam vt archiepiſcopus ipſe in ſua iuriſdictione, & facultate tanto firmius manuteneri, & vt huiuſmodi reformationes, & ordinationes ſuæ tanto quietius, fructuoſius, & commodius fieri, exerceri, & executioni demandari valeant.

Ad quintum, Quomodo poſſet eſſe tutum conſilium Georgij, & aliorum ſimilium? Nunquid non melius eſt, vt archiepiſcopus ad ſedem Apoſtolicam illam rem deferat, inde recepturus determinationem, quam & Georgius, & cæteri exequi debeant, & ei obedire?

Eccleſiaſticis priſtina vectigalia reſtituere.

22 Sextus. Item quod Georgius prædictus omnem fidelem, & poſſibilem operam, fauorem, diligentiam, & aſſiſtentiam facere velit, & debeat, vt omnia bona prælatorum, & quarumcumque eccleſiaſticarum perſonarum, & ſpiritualium locorum in regno Bohemiæ quanto citius, & quanto commodius & melius id fieri poſſit, dictis eccleſiaſticis perſonis, & locis cum effectu reſtituantur, & tradantur, omni fraude & dolo ſemotis.

Abſciſſā dilationū diffugia.

Ad ſextum. Vtrum dabitur aliquis terminus cum ſecuritate ſufficienti, infra quem iſta fieri debeant, vel erit tempus indefinitum cuius finis nunquam attingetur?

23 Septimus. Item quod Georgius prædictus fideliter prouideat, & diligenter intendat, ne de cætero in regno Bohemiæ in ciuitatibus, oppidis, caſtris, villis, ſeu alijs locis in ritu percipiendi ſacramenta, aut alia ſpiritualia, aliquis ad ſpirituales + aliquos ritus ſeu conſuetudines Romanæ eccleſiæ conſuetudini contrarios a quopiam arctetur, ſed vnuſquiſque in ſua libertate, & ritu iuxta conſuetudinem ſanctæ Romanæ eccleſiæ permittatur.

+ ſpeciales

Propoſita de communione ſub vtraque ſpecie.

24 Octauus. Item quia impoſſibile eſt omnia illicita, & abuſiua in momento tolli ac euelli, prouidendum eſt, ſi quæ perſonæ in ſtatu laicali in regno Bohemiæ adusque habuiſſent conſuetudinem percipiendi ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie panis & vini, & in futurum deſiderare illud ſacramentum ex zelo deuotionis ſub vtraque ſpecie percipere, quod talibus perſonis ex huiuſmodi deuotionis cauſa ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, vt præfertur, percipere non denegetur, dummodo tamen id non quotidie, ſed iuxta conſilium idonei confeſſoris ſui faciant: circa quod firmiſſima ſpes eſt, quod attenta diligenti ordinatione & prouiſione præfati archiepiſcopi, quemadmodum in huiuſmodi opportunum videbitur, præſertim per bonos confeſſores, & prædicatores, ac rectores eccleſiarum huiuſmodi abuſus Deo cooperante breuiſſimo tempore penitus aboleatur.

Negata ea laicis?

Ad octauum. Hoc capitulum magnæ importantiæ eſt, & mature conſiderandum, neque facile concedendum etiam adultis tantum, cum compactata iamdiu expirauerint.

25 Nooue. Item Georgius prædictus promittat prædicta omnia pro ſuo poſſe, quantum

cum-

Digitized by Google

cumque in ſe ſit, realiter & cum effectu velle attendere, obſeruare, & manutenere omni dolo & fraude ſemotis.

Expetitiuades ad hæc obſeruanda

Ad nonum. Quæ promiſſiones ſufficientes? quæ obligationes? quæ ſecuritates? qui principes potentes dabuntur ad omnimodam obſeruationem omnem, & ſingulorum prædictorum, & veram ac certam executionem omnium, ne deluſio, & deceptio fiat? Quid vero volunt hæc verba dicere. Quantum in ſe ſit? quid poſſunt? quid valent?

26 Decimus. Item quod prædictus Georgius ſtantibus præmiſſis omnibus, remiſſis quoque & abolitis ſingulis, quæ contra eum per Apoſtolicam ſedem, & illius auctoritate quomodolibet emanata, decreta, definita, aut promulgata fuerunt, rurſus regiæ dignitati reſtituatur, ſeu regio titulo appelletur, & ab Apoſtolica ſede pro Rege Bohemiæ teneatur, habeatur, & reputetur. Rurſus quoque vt expedit, & decet catholicum Regem ipſe ſanctæ ſedi Apoſtolicæ realem, puram, veram, & actualem obedientiam præſtet cum effectu.

Ad decimum. Nunquid expectandum eſt primo, vt omnia præmiſſa effectum habeant, & fides eius per aliquod tempus idoneum probata fuerit, & tunc concedendum quæ petuntur? *Expediti* VIII. *aprilis* MCCCCLXXI. *anno* VII. *& fuerunt incluſi hi articuli cum dubijs in breui domini Cardinalis Senenſis legati*. Addita ſunt alijs literis ad Cardinalem ipſum legatum octaua aprilis die datis a imperia, vt in Ratiſponenſibus cœtibus non in Turcas modo, ſed in hæreticos quoque Bohemos ſactum bellum promouendum curaret, cum nonniſi vexati ad piam mentis ſanitatem reduci nequeant. Edoctus eſt quoque arcane a Pontifice Cardinalis legatus vti in re Bohemica ſe gerere deberet; aliter enim agendum videri ſi Georgius poſtulatis Eccleſiæ aſſentiretur, aliter ſi diſſentiret. Tum, ne plurium principum ad Bohemicum ſceptrum aſpirantium alienarentur ſtudia, monuit ne ad conferendum cuipiam regni ius ſeſe ingereret, ſed rem vniuerſam ad eos, ad quos ſpectabat, referret.

a Ib. pag. 328.

Monita legato data in re Bohemica.

Certæ inſtructiones ſuper re Bohemica, ſecundum quas Cardinalis Senenſis legatus habeat, ſi opus fuerit, reſpondere & ſe regere.

27 Si contingeret, quod ſuper dubijs motis in certis capitulis ad ſanctiſſimum dominum noſtrum per nobiles viros Herneſtum atque Albertum Saxoniæ duces pro Ierſico illo damnato miſſis, ac ſuper eiuſdem Ierſici reductione tractaretur, legatus diligenter attendat, & bene conſideret quid honori Dei & Apoſtolicæ ſedis dignitati conueniat, nam reductio ipſius Ierſici aliter audienda eſt quando ipſe illa, quæ in capitulis prædictis per modum dubiorum annotantur, paratus ſit adimplere: & aliter audienda eſt, quando ad id non deſcenderet. Item ſi de ſucceſſione regni Bohemiæ etiam tractaretur, legatus nullo pacto ſe intromittat; ſed poterit in eum modum, quo ſanctiſſimus dominus noſter ſæpe ad catholicos Bohemiæ proceres id ſciſcitantes, & prouiſionem regni ipſius quærentes, viſus eſt reſpondere, videlicet quod tota huiuſmodi negotij de ſucceſſione diſcuſſio, ac prouiſio relinquenda ac remittenda eſt ijs, ad quos ſpectat, & quorum intereſt: & ſic his, & alijs ſimilibus verbis pro prudentia ſua ſe abſoluet.] Dum hæc de reconciliando Georgio agitabantur, pro quo non modo principum Saxoniæ oratores deprecatores acceſſerant, verum etiam Caſimiri Regis Poloniæ legati a acriter rem vrgebant, hydrope infelix princeps interijt hoc anno, vt non modo ſcriptoribus b pene omnibus, verum etiam ex Laurentij Rouarellæ c nuntij apoſtolici Pontificiſque d literis conſtat. Et quidem vigeſima ſecunda die martij, vt obſeruat Michouias, cum iam quindecim ante diebus captus fuiſſet ad diuinum tribunal malorum, quæ Buhemiam Georgiumque oppreſſere, præcipuus auctor perfidiſſimus Ioannes Rochizana, nondum vero miſſi pro impetranda venia principum Saxoniæ oratores rediſſent, vt narrat Coclæus e, An Georgium vere ſcelerum ſuorum pœnituerit, ſeque a ſacerdote catholico cenſuris morti proximum abſoluendum curauerit, dum Romam oratores pro eblandienda venia pergebant, nos latet. Coclæus quidem vt vera literis tradidit, quæ ducum Saxoniæ oratores, vt Georgio morem gererent, ac partes Vvladiſlai aduerſus Matthiam efferrent confinxere, nimirum Georgium cenſuris eccleſiaſticis ſolutum regiæque aſſertum dignitati fuiſſe; addideteque aliud inſigne mendacium, veteres a Baſileenſi concilio cum Bohemis factas pactiones a Paulo fuiſſe confirmatas; quæ ſane abhorrebant a veritate, nam Romana eccleſia, vt reſipiſcentem Georgium in ſinum ſuum reducere cupiebat, ita non temere ad primas voces admittendum cenſebat, expetendumque potius num fucatam & adumbratam pietatem, an veram & expreſſam præ ſe ferret; præſertim cum iam ante Eccleſiam per ſummam hypocriſim circumueniſſet, ingenteſque inde rei Chriſtianæ calamitates intuliſſet, neque ob diuini metum iudicij mortiſque diſcrimen, ſed ad amiſſum regium decus recuperandum veniam flagitaret: de quibus Pontifex Laurentium Rouarellam nuntium certiorem fecit f, vt hominum mendacia refelleret, ſpoponditque nunquam ſe Matthiæ Regi in Bohemica re defuturum.

Hydrope extinguitur Georgius.

a Paul. lib breu. pag. 178.
b Cocl. hiſt. Huſſ. l. 12. Michou. l. 4. c. 62. Chronic. l. 27. & alij.
c Apud Paul. II. lib. breu. pag. 172.
d Lib. breu pag. 163. & 178.
e Cocl. vbi ſup.

28 *Cum primum hi venerunt intellexis quæ peterent, ea venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus communicauimus, & ſecum diligentiſſime examinauimus, quibus viſum eſt, quod nequaquam eſſent concedenda, & illi ſtatim remittendi eſſent, & ita in conſiſtorio reſponſum eſt ſuis nuntijs, atque dimiſſi ſunt; ita neque pro Georgio damnato aliquid reportauerunt atque Georgio fidendum non erat qui ſæpenumero, vt noſti deceperit.* Et infra: *Verum enimuero ſi quid fidei ſubdolorum illorum hominum mendacijs vel tu vel regia maieſtas præſtitiſſet, & miraremur quidem, & doleremus quod tam repente hæc de nobis crederetis, non enim adeo inſtabiles, adeo varij fuimus, aut erimus, vt noſſe potuiſti in tanta Dei re, & quæ tantum nobis cordi eſt, & quam præ cæteris magni facimus, vt mutaremus ſanctum inſtitutum noſtrum aut cum illis, aut cum alijs, quomodocumque ſint. Nec vnquam mens fuit nobis, neque erit aliquid agere, quod alienum foret ab honore omnipotentis Dei, ſedis Apoſtolicæ, noſtroque & chariſſimi in Chriſto filij noſtri Matthiæ Regis Hungariæ, &c. illuſtris, ac niſi accedente conſenſu ipſius Regis ac conſulta fraternitate tua: ita perſuaſum & maieſtati regiæ & tibi eſſe volumus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXI. VII. *kal. iulij anno* VII.

Cenſuerat Paulus non fidendum Georgio qui eccleſiam deceperat.

29 Licet ex Georgij morte erecti plurimum fuerint catholicorum animi, grauiorum tamen diſcriminum ſuſpicio ſuborta eſt ob ingentes diſſenſiones, quæ mox ſecutæ ſunt, vt dictus Laurentius nuntius apoſtolicus Pontifici ſignificauit

In nouos diſſenſionum fluctus coniecta res Bohemica.

Digitized by Google

a Apud Paul. lib. breu pag. 172.

uie a, qui etiam ſtatum Bohemicarum rerum ante & poſt Georgij mortem deſcripſit, queſtuſque eſt Matthiam Regem, Pontificis & Imperatoris precibus ad catholicam rem aduerſus Georgium tuendam adductum, nil opis & auxilij ab vllo elicere potuiſſe: proceres catholicos ſcribere retardatos in Bohemia progreſſus culpa ſedis Apoſtolicæ, quæ nec Matthiam Regem Bohemiæ confirmaſſet, neq; coronam tranſmiſiſſet: extincto vero Georgio repetitas iterum a Rege preces, vt ipſe nuntius auctoritate apoſtolica Bohemici regni ius Matthiæ confirmaret ad elidenda eorum ſtudia, qui alium Regem in ſolium Bohemicum euehere Pragæ nitebantur. Deinde cum iniecta mora eſſet, vt Cuthnenſium cœtuum exitus expectaretur, ijs demum celebratis magis catholicos rem vrſiſſe, vt apoſtolica auctoritate Matthias Rex Bohemiæ renuntiaretur; cumque poſt ſacram rem peractam, cum Imperatoris orator contenderet miſſum ſe, vt Regi Mathiæ ad Bohemiæ regnum comparandum opem imperiali nomine ferret, ſe ex demandato a ſede Apoſtolica munere Matthiam pontificia auctoritate Regem confirmaſſe.

Beatiſſime pater, & clementiſſime domine poſt humillima pedum oſcula beatorum.

Conqueſtus Mathias nec a Pōt nec a Cæſare promiſſa mādata opeſi.

30 Regem cum his, qui ſecum erant, non parum turbatum repperi, quod ad tantum opus requiſitus & excitatus tam per veſtram ſanctitatē, quam per Cæſarem, pro cuius ſalute & defenſione non modo regnum & regni incolas, ſed proprium corpus expoſuiſſet, a nullo ſubſidij aliquid ad rem tantam poſſet habere: imputare barones aliquos catholicos, quod neque de confirmatione, neque de corona aliquid factum eſſet; quæ duo ſi fuiſſent obtenta, magna pars eorum, qui Georgium ſequebantur, de ipſo deſperari ad partem Regis ſe conuertiſſent. Quibus perceptis metuens, vt dixi, de imminentibus periculis, ac vt eum ad plenam confidentiam excitarem, hortatus ſum eum, vt bono animo eſſet, nec diffideret, quin res illæ adeſſent ſibi & baronibus ipſis, cum locus requireret, aut neceſſitas vrgeret. Tunc & ſi non parum confortatus extitit, animumque ad vlteriorem proſequutionem acceperit, certior factus quod a veſtra ſanctitate, etiam ſi cætera deeſſent, nunquam relinqueretur; voluit tamen dictum Nicolaum ad pedes veſtræ beatitudinis mittere, cui inter alia ſingulariter commiſit de dictis confirmatione & corona inſtantiam facere, allegatis ipſorum baronum rationibus, quemadmodum ſanctitas veſtra per eundem Nicolaum, & poſtea per præfatum fratrem Gabrielem, ac demum per dominum Ladiſlaum vltimum ſuæ maieſtatis oratorem clarius accepit. Dum itaque hac ſpe per totam illam æſtatem tanta aduerſus ipſos hæreticos, quanta prius nunquam experti ſunt, feciſſet: regreſſuſque ad Hungariam, non obſtantibus multis impedimentis, de quibus alias ſignificaui veſtræ ſanctitati, firmo & magno animo teneretur reuertendi in Bohemiam cum exercitu, cuius magnam partem iam etiam hyemali tempore coadunauerat, conueniſſemuſque in Iaurinum, vbi & oratores Cæſaris erant, cum quibus nihil ſperabatur præter bonam pacem & concordiam; superuenere tandem præfati oratores ſui diu expectati a veſtra ſanctitate, cum eodem fratre Gabriele, qui cum multam fidem facerent, conſiderans ego quod omnia ad votum tranſirent, ne perturbarem tranquilla, certificaui eum auctoritatem confirmationis adeſſe, ſi vrgeret neceſſitas & rebus cœptis expediret.

Confirman Regem a Pont. efflagitat.

31 Poſt paucos autem dies hæretici (nempe Georgij) mors nunciata eſt, ex qua etiam, vt alias ſcripſi, magna eſt celebrata lætitia. Sed vtinam inde grauiora non ſequantur. Cum itaque nuper huc pariter poſt dicti hæretici mortem conueniſſemus, & Rex exercitum ad preces multorum tam catholicorum quam hæreticorum, retro in diuerſis locis, prout nuper ſcripſi, reliquiſſet, baroneſque cum prælatis, & plurium ciuitatum & oppidorum oratoribus conueniſſent, auditis etiam illis, non ſolum indignis, ſed etiam execrandis, quæ in Praga loqui & agi dicebantur, cœpere catholici ipſi inſtare, Rexque rogare, vt electionem præfatam confirmarem, demonſtrantes, quod ſi hoc facerem, magno adiumento rebus fidei, & Regis futurum eſſet.

Repetiæ ſæpius de ea re preces

32 Poſtea vero cum inter deliberandum conſideraſſent melius eſſe, vt re indicata confirmatio huiuſcemodi ſuſpenderetur quoad cernerent, quid in dieta montium Cuthnis concluderetur: ſperabant enim hæreticos in ſuam ſententiam, & electionem iam Olomucij factam leuiue, ſi differretur, adducere poſſe: ſic ad dietam perrexerunt. Vbi vero e dieta eo, quod in allegatis modo ſignificaui, regreſſi ſunt, illico magis inſtiterunt cum Rege, vt electionem eorum confirmarem, aſſerentes, quod non dubitarent plurimum rebus conducere, ſi fieret, omnemque moram vlteriorem plurimum nocituram fore, plurimaque ſcandala parituram, quod noſtrorum animi terrerentur, hæreticorum vero in varia ſcinderentur, & in perfidia ſua firmarentur ex confictis de veſtra beatitudine mendacijs, quibus nil iam magis obſiſtere poterat, quam electionis ipſius ex veſtra ſanctitate confirmatio: propter quæ & multa alia, quæ deducta ſunt, & maxime quod etiam in alleuiationem beatitudinis veſtræ non mediocriter foret quocumque alio modo ſi etiam poſtea hæretici declinarent, præmiſſis orationibus, & miſſarum placationibus, dictam confirmationem, iudicio etiam fratris Gabrielis, non vlterius prorogandam eſſe viſum eſt.

33 Id quod etiam acceſſit, quod orator ſereniſſimi domini Imperatoris inter alia, quæ propoſuit, dum huc aduenit, coram Rege & omnibus, qui aderant aſſeruit, ſe ad hoc miſſum eſſe, vt ex eodem domino Imperatore Regi aſſiſteret, vt Bohemiæ coronam aſſequeretur, omnibuſque & Bohemis, & alijs quibus opus eſſet, eam eſſe mentem & voluntatem imperialem declararet, & vt ipſum in Regem & dominum Bohemi omnes aſſumerent, & ei tanquam vero Regi Bohemiæ parerent. Quæ res, etſi hæreticos aliquos a ſua iam concepta, etiam pro libito, opinione & ſuaſione prædictorum non remouerit, cum poſtea, vt in perfidia ſua remaneant, qua re nil magis deſiderant, aliud fecerint, ſatiſfactum eſt tamen & debito & æquo, & catholicis, ac ſanctitatis veſtræ fidelibus, nec non periculis pluribus obuiatum. *Dat. Iglauiæ III. iulij* MCCCCLXXI.

Rogatus Imp. vt Vngaro ſceptrum Bohem. tranſcriberet.

Eiuſdem beatitudinis veſtræ.

Humillima factura Laurentius epiſcopus Ferrarienſis.

34 Hæc geſta a Laurentio epiſcopo Ferrarienſi nuntio apoſtolico, cui legati e latere erat colla-

Digitized by Google

Bohemi in varias factiones diciſi.

a Cromer. lib. 27.

collata auctoritas ad catholicos Bohemos in fide Regis Matthiæ continendos. Cæterum obortas Pragæ factiones indicatas a nuntio vberius enarrat Martinus Cromerus [a], nempe cum ad renuntiandum Georgio ſucceſſorem comitia haberentur, alios Imperatori, alios Matthiæ, alios Vvladiſlao Regis Poloniæ filio, alios Alberto duci Saxoniæ, alios Miſnenſi marchioni, alios Henrico Georgij filio, alios Ludouico Regi Francorum, alios Ludouico Bauaro ſtuduiſſe, ſed inter tot factiones tres præcipue, quæ Hungarum, Polonum, ac Saxonem vocabant ad ſceptrum eminebant, vt deſcribit Campanus [b].

b Campan. ep. 16. & 50. 2. rer. Germ. pag. 348. n. 3.

Albertus ſaxo ſibi non profuit ſed obfuit Vngaro.

35 At breui Saxonica factio diſſipata euanuit, Hungarica & Polonica ſtetere; & quidem Morαui, Sileſij, Luzatij Matthiæ, quem iam Regem ſuſceperant, adhæſere, alij in Cuthnenſibus comitijs Vvladiſlaum Caſimiri Regis filium natu maximum, ad quem materno hereditario iure regnum ſpectabat, ad ſceptrum Bohemicum exciuere, Albertus autem Saxo cum fruſtra ad ſolium aſpiraſſet, vt partes Vvladiſlai inſcius prouexit, ita Matthiæ plurimum obfuit; cum enim Pragam ſe contuliſſet, fluctuantes Bohemos confirmauit, ne Matthiæ Regis, qui limiti cum exercitu imminebat, imperium acciperent, adeo vt Laurentius Rouarella nuntius apoſtolicus, de quo paulo ante memoraui, Albertũ ob præſtita hæreticis præſidia in iudicium vocare ſit comminatus: de quo cum Franciſcus Piccolomineus Cardinalis legatus quereretur, Paulus iuſto ad id ardore illum incitatum expoſuit [c].

c Paul. lib. breu. pag. 371.

d Lib. breu. pag. 7. & 7.

36 Hæc Pauli decreta, ac geſta a Rouarella internuntium aduerſus Georgium pro Matthia Rege Sixtus poſtea confirmauit [d] apoſtolico diplomate, cuius potiorem partem affert: *Quoniam, ſicut diſplicenter accepimus licet idem Georgius hæreticus extremum clauſerit diem, tamen hæreſes huiuſmodi, quas in ſathana filys ex ſua poſteritate diuiſit nondum, vt appetimus, exterminari totaliter potuerunt, eundem Laurentium epiſcopum, nuntium, & oratorem noſtrum cum plena poteſtate legati de latere, ac omnibus, & ſingulis facultatibus, indulgentijs, indultis, & literis ſupradictis, & clauſulis in eis contentis, & ſi de illis ſpecificata & expreſſa, non autem per clauſulas generales mentio habenda foret, eadem auctoritate tenore præſentium de nouo per Germaniam ſingulaſque prouincias, ciuitates, & terras, oppida, & loca huiuſmodi facimus, conſtituimus, & deputamus per præſentes. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis* MCCCCLXXI. XIV. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* I. Hæc anno deuexo Sixtus: ſed ad Paulum redeamus.

e Ib. pag. 374.

Albertus Saxo obiurgatus quod Pragam adie rit.

37 Abducere e conſilio ſuſcipiendæ Bohemorum clientelæ Saxones principes niſus eſt Pontifex, atque Albertum redarguit, quod Pragam adijſſet, monuitque ne ea, quæ pro religione tuẽda decreta erant, oppugnaret, neue eo tempore noua bella concitaret, quo in Turcas arma erant vertenda: *Audiuimus*, inquit, *te intra Pragenſem ciuitatem cum non parua manu conſtitutum eſſe, propter quod videtur non paruus fauor hæreticis acceſſiſſe. Dolemus re vera ſatis, quod tu, cuius maiores pro fidei puritate atque tutela in tales inſurgere conſueuerunt, eorum in hoc non ſequaris veſtigia. Et profecto non eſt principis catholici ea interturbare, quæ a nobis, & hac ſancta ſede Apoſtolica pro religione conſeruanda mature ſtatuta ſunt, atque decreta, nobiſque in primis moleſtum eſt intelligere, quod hos præſertim tempore huiuſmodi ſcandala oriantur, quæ ne tu maxime, ne ſequantur, debes attente ſtudere. Vrget Turcus hoſtis acerrimus, & talia impedimentum afferunt ijs, qua modo in illum pie paramus adiutore chariſſimo in Chriſto filio noſtro Frederico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, &c. Dat. Romæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXI. *idib. iulij pontificatus noſtri anno* VII.

38 Acceſsiſſe Ratiſponam Albertum & Erneſtum duces ampliſsimo ſtipatos comitatu refert Campanus [a]; plurimamque in ijs cœtibus nauaſſe operam, vt Germanos principes ſuis partibus implicarent; ſed ij demum ſiue ob nouas rerum conuerſiones, ſiue ducti religione, pontificijſque monitis obſequentes, cœptis obſtitere. At Vvladiſlaus Regis Poloniæ filius Cuthnenſium comitiorum decreto renuntiatus Rex [b] abduci non potuit, vt ab affectando Bohemiæ regno, quod delatum iam ante Matthiæ fuerat, abſtineret; quamuis Paulus ſummam in eo diligentiam ad imminentia inde bella, allatura rei Chriſtianæ exitium, auertenda collocarit, nam & Fabianum de Montepolitiano nuntium ad Caſimirum miſit; addiditque literas apoſtolicas [c], quibus a Bohemico bello illum deterrebat, hortabaturque ad pacem colendam, ne lethale vulnus religioni infligeretur.

a Campan lib. 6. ep.

b Michou. l. 4. c. 62. Crom. l. 27 & aly.

Poloniæ Regis filius delatum a Bohemis ſceptrum admittit.

c Lib breu. pag. 175.

39 Miſerat iam ante Caſimirus ſuos ad ſedem Apoſtolicam oratores, qui cum in Poloniam redirent Pontifex Laurentium epiſcopum Ferrarienſem nuntium de his, quæ geſta erant, certiorem fecit [d]; tum etiam vt ijſdem oratoribus propoſuiſſe[t], controuerſiæ æquitate dirimendæ onus Eccleſiam ſuſcepturam, ne armis res decerneretur: *Idem*, inquit, *Iacobus*, ſcilicet orator Polonus ad Caſimirum rediturus, *ad nos conceſſit: quæ a tua fraternitate perlata erant et aperuimus venerabilibus fratribus noſtris præſentibus, & iuſtas admirationis cauſas, cur dilectus filius Regis ſui primogenitus, quem paterne diligimus, eodem genitore ſuo patiente voluerit in ea dieta*, nempe Cuthnenſi, *hæreticorum turba acclamante Bohemiæ Regem ſic tumultuarie dici: indignum videri Matthiam Hungariæ Regem a catholicis electum, & de fide benemeritum ijs incommodis affici: melius fore pace quam armis decernere, aut id diffinire iuſtitia mediante, quam nos adminiſtraturos vltro polliciti ſumus. Dat. Romæ apud S. Petrum die* XIV. *iulij anno* MCCCCLXXI. *anno* VII.

d Ib. pag. 178.

Controuerſiam æquitate dirempturum proponit.

40 Quod a Polono oratore pronuntiatum eſt pro redintegranda concordia, poſt varia demum bella, quæ Hungaros, Bohemos, ac Polonos vexauere, fuit poſtea ad exitum perductum, vt ſuo loco dicetur. Porro ad ea præfocanda in fomite non modo dictus Fabianus miſſus eſt ad Polonum, de quo ad Hungarum quoque extant datæ literæ [e], verum etiam Franciſcus Picolomineus Cardinalis legatus e Ratiſponẽſibus conuentibus in Poloniam profectus Cracouiæ Caſimirum conuenit [f], vt obortam inter illius filium Vvladiſlaum & Matthiam Regem Hungariæ litem fœdere componeret: ſed fruſtra conſumpta opera: nam Vvladiſlaus [g] magno ſuccinctus exercitu Bohemiam ingreſſus cupide a Pragenſibus exceptus eſt auguſto menſe; atque ab epiſcopis catholicis Bohemico diademate redimitus [h]: quin etiam Polonus grauiora molitus, facta cum Ioanne archiepiſcopo Strigonienſi, epiſcopo

e Lib. breu. pag 174.

f Crom. lib. 27.

g Michou. l 4. c. 62. Crom eod. lib. 27.

h Id ibid.

Ladiſlaus a Pragenſibus exceptus.

Quin-

Digitized by Google

Quinqueeccleſienſi, & alijs, qui accuſabant Matthiam plores rapinas facere, Hungariamque Turcarum excurſionibus exponere, coniuratione, ſecundum natu filium Caſimirum cum fortiſſimorum militum exercitu miſit in Pannoniam, vt eam veluti materno iure hereditariam ſibi compararet: ſed is cum ad Nitram vſque excurriſſet, neque Hungaros in ſuas partes poſſet pellicere, non ſine ingenti diſcrimine a Matthia propulſatus eſt, & coniurati grauibus malis affecti. Porro quod ad Matthiam Regem attinet; in ea de regno Bohemico controuerſia Pontifex illi non defuturum eſt pollicitus his verbis a: *Chariſſime fili, ſis ſemper bono animo, & nos, quæ cœpta ſunt, vt diuino auxilio feliciter terminentur poſſibili ſtudio paterne aſſiſtemus, atque adeſſe curabimus pro fidei tuæ feruore, & propoſito bono.* Pauli etiam exemplum ſecutus Sixtus IV, eiuſdem Matthiæ partes eſt amplexus, quod Polono delatum a catholicis regnum non admittente, rogatu ſedis Apoſtolicæ pro defendenda religione Bohemicum bellum in ſocerum ſuſcepiſſet. Illum porro hoc ineunte anno Paulus veluti fidei ſtrenuiſſimum propugnatorem vindicemque donauit myſtico enſis & pilei munere, quod etiam hiſce literis b ornauit.

In Vngaria coniuratio mota aduerſus Mathiam Parta de Poloni Regis filio & coniuratis victoria.

a Lib. breu an 7. pag. 174.

Mathiæ Apoſtoli cum patrocinii promiſſa

b Ib. pag. 12.

Matthiæ Hungariæ Regi.

41 Suſcipiat dextera tua, chariſſime fili, munus apoſtolicum cœleſti benedictione prædictum ea, qua decet, reuerentia, promptuſque animus tuus in bella Domini eo magis ardeſcat, quo certius ſibi non humana, ſed diuina cernit adeſſe præſidia; vincens enim vinces, & cunctos ſuperabis hoſtes, proque tuis demum meritis maximis a tota republica Chriſtiana immenſas laudes, ab hac ſancta ſede commendationes plurimas, & gratias vberiores, atque in primis ſicuti pro immaculata fide tu ſtudioſe magis feliciuſque pugnas ab omnipotente Deo immarceſcibilem gloriæ coronam conſequeris; quam vt tuæ celſitudini poſt multa bene acta annorum curricula reddat ipſius Redemptoris noſtri miſericordia humiliter ſupplicamus. *Dat. Romæ apud S. petrum die* XIV. *ianuarij* MCCCCLXXI. *pontificatus noſtri anno* VII.

42 Contulit c etiam eidem Regi octodecim ducatorum millia, addita excuſatione ſi exhauſto ærario, & vrgente bello Turcico plura ſuppeditare non poſſet: tum expoſuit ita res Chriſtiani imperij comparatas, vt hoc anno ad ſuſtinendos tantum Turcarum impetus incumbendum eſſet: nauaturum vero ſe operam, vt proximo anno ad illum contundendum terra marique omnes conſurgant, ad quam expeditionem eandem Regis bellicam virtutem felicitatemque deſideratum iri. Maxima quidem de gerendo in Turcos bello agitata ſunt conſilia, quæ irrito exitu diſſoluta fuere: nam in primis præter Pontificem, Hungaros, Venetos, Rhodioſque veteri iunctos fœdere, huic dux Mediolanenſis, Ferdinandus Rex Neapolitanus, alijque Italiæ principes acceſſerant: Ratiſponæ etiam decretum erat a Germanis in Turcas bellum: Francorum autem Rex Ludouicus expeditionis in Turcas ducendæ ſpem præbebat: qua de re factus certior Paulus archiepiſcopum Turonenſem, qui pios huiuſmodi motus in eo excitauerat, dare operam iuſſit d, vt Regem ipſum ad concepta optima conſilia perficienda incitaret.

c Ib. pag. 78.

Nummaria ſubſidia eidē ſuppeditata.

d Ib. pag. 66.

Archiepiſcopo Turonenſi.

43 Venerabilis frater, &c. Vehementer recrearunt nos literæ tuæ fraternitatis, quas ex Turonis XVII. die proximi menſis octobris ad nos dederas: totæ autem verſabantur circa reprimendam rabiem, ac veſanas furias Turchorum, nam vbi acceperas ex noſtris literis, & miſerabilem cladem Negloponținæ vrbis, & tot Chriſtianorum cædes, & illius crudeliſſimi draconis validum, atque continuo increſcentem exercitum, ſimulque imminentiſſimum periculum Chriſtianæ reipublicæ, & profugium ad omnipotentem Deum, quod & habuimus & habemus, ac dein ſpem, & expectationem noſtram iſtius Chriſtianiſſimi Regis; ſtatim indictis proceſſionibus obſecrationibuſque publicis pro ipſius Altiſſimi imploranda miſericordia, regiam maieſtatem adijſti, & præſentibus compluribus clariſſimis viris, tum venerabili fratre epiſcopo Abrincenſi confeſſore ſuo, omnibus autem adſiſtentibus expoſita per te eiuſmodi re, ipſum clariſſimum Regem adhortatus es, vt præſidio eſſe velit tam inſtanti Chriſtianorum periculo; ſecutumque eſſe, quod Rex ipſe pro innata quadam ſingulari eius & bonitate, & pietate arma ſumere pro defenſione, ac ſalute populi Chriſtiani propoſuerit, propoſitoſque ſibi per tuam fraternitatem articulos, quibuſdam paululum mutatis, quos legimus miſſos abs te, comprobauerit. Etenim nihil eidem Regi magis proprium euenire poteſt, quam vt hanc prouinciam adoriatur, vbi conſequetur immortale meritum apud illum, qui omnium bonorum cumulatiſſimus retributor eſt, & ſummam laudem apud omnes mortales, imitatus progenitores ſuos, qui ſpolia, & triumphos de infidelibus hoſtibus reportantes, iure quidem perpetuam ſibi gloriam vendicarunt.

Solēnes ſupplicationes pro re Chriſtiana in Gallijs celebratæ.

Solicitatus Rex Ludouicus ne rei Chriſtianæ deſit

44 Perges igitur pro tua prudentia, ac pietate ſuam ſerenitatem hortari, excitareque magis, dum inſtat periculum ad cito ſumenda arma, nec expectet, vt ſero adſurgat; potens eſt, pius eſt, ſtrenuus eſt, & alti animi. Nouit tua fraternitas quam bene dominus Deus ei viam ad id aperuit, filium & heredem deſideratum dedit, regnumque corroborauit. Nos autem indeſinenter ſolicitamus, ſuppeditamus, adminiſtramus quidquid & conſilij & virium eſt huic ſancto operi, atque itidem continuo facturi ſumus, etiam ſi opus fuerit ſanguinem, & vitam ipſam effundere paratiſſimi. Italos etiam potentatus interuentu, ac ſtudio noſtro, etiam concedentibus nobis aliquid præter decus, & ſtatum huius apoſtolici ſancti culminis per renouationem fœderis, tempore ſanctæ recordationis Nicolai Papæ V. prædeceſſoris noſtri facti, vniuimus ac coniunximus ad propulſandum hoc Chriſtianorum, quoad fieri poterit, commune opprobrium: quod non dubitamus ipſi Chriſtianiſſimo Regi propter eius aduiſamenta data, & per te miſſa gratiſſimum, & iucundiſſimum fore. Creſcit ſupraquam credibile ſit, creſcit illud Turchorum monſtrum in horas ante oculos: atque vtinam Itali ſufficerent ad reſiſtendum, faciemus autem, fauente Altiſſimo, pro viribus, quod poterimus. At vero properante ipſo Rege Chriſtianiſſimo, certe res Chriſtiana ſucceſſus felices habitura eſt. Omnia hæc cum fraternitas tua repetet ſereniſſimo iſti Regi, certe ſua maieſtas, vt ſperamus, inflammabitur atque accelerabit, vt neceſſe eſt: intelleximus

Bene gerendæ rei propoſita ſpes.

mus enim ſemper eius pietatem, ac promptum animum huic ſancto operi libenter intendere, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum XVIII. ianuarij MCCCCLXXI. anno VII.*

a Ib. pag. 81.
Pij motus breui extincti.
b Philipp. Comin. Gaguin in Lud. XI. Belca. dec. 1 l. 2. n. 35 & alij.
In burgũdico bello iras Gallus exercet.
Rhodij a Turcis in diſcrimen adducti.
c Lib. breu an. 7. pag. 87.
d Ib. pag. 112.
e Ib. pag. 86.

45 Hortatus eſt etiam Pontifex a Ludouicum Bellomontenſem, qui Regi ab arcanis conſilijs erat, cuius auctoritas plurimum pollebat, vt ipſi ad bellum Turcis inferendum ſtimulos addeſet. Cæterum Ludouicus Rex militiam ſacram ſe ſuſcepturum ſpondebat, ſed pios motus breui extinxit, quippe priuatarum iniuriarum vlciſcendarum cupidine percitus: graue in Carolum ducem Burgundiæ bellum gerebat b, a quo Ambianum antea permiſſum ex fœdere, tum Royam & Mondiderium hoc anno repetijt. Periclitabantur interim Chriſtianorum reliquiæ in oriente, ac qui florentiſsimam inſtruebant claſſem Rhodij præcipue, Pontificem miſſo oratore de ſubmittendis auxilijs ſolicitarunt: quibus Paulus ſubſidia non defutura eſt pollicitus c, Italis iam mutuo deuinctis fœdere, vtque aggeribus, foſsis, propugnaculis debiliora loca munirent, admonuit.

f Ib. pag. 25
g Ead. pag

46 Alijs etiam literis eoſdem equites fecit certiores d, nauari a ſe conficiendæ in Turcas expeditioni operam: tum ciues Rhodios iuſsit bono e animo eſſe, atque ad hoſtes Chriſtianæ fidei ſtrenue propulſandos ſpe expectationeque opportuni auxilij excitauit. Scripſit etiam ad equites Rhodo abſentes, interque alios Fernando regio genere ſato imperauit f, vt ad Rhodum in ancipiti diſcrimine defendẽdam prouolarent, tum Ioannem Regem Aragonum rogauit g, vt nepotem ad retundendos ferocientis Mahometis impetus dimitteret.

h Boſius p. 2. hiſt. Equit. Ieroſ. l. 9.
Ad conſtantiam Albanenſes ſpe ſubſidij excitati.

Vertit alio impetus ſuos Mahometes, quam ob cauſam terrore percuſſus Candalori princeps Aſiaticus Rhodiorum opem implorauit h. In Macedonia autẽ Baliſcus toparcha aduerſus Turcicam tyrannidem egregie ſe gerebat, cuius animum Paulus auxiliorum ſpe confirmauit; *Non te*, inquit, *terreat vicinitas ipſius Turchorum tyranni: ſperamus in domino noſtro Ieſu Chriſto: cuius cauſa agitur, quod non ſinet nos diutius in hac perſequutione, tribulatione, & metu, ſed breui nos a manibus iſtius draconis liberabit, & eum conteret, & ſua potentia confundet: nos enim iam ipſius Dei miſericordia vniuerſalem ligam Italiæ inniuimus, fecimus, ac concluſimus, vt Italis inuicem vnitis expeditio contra ipſum perfidum canem fiat, ob hanc enim cauſam, & in hunc finem. Dat. Romæ apud S. Petrum X. februarij MCCCCLXXI. anno VII.*

i Papien. ep. 381.
Iacobi Cypri tyranni oratores repulſi.
l Steph. Liſinian. in hiſt. Cypr.

47 De Cyprijs rebus hæc refert. Iacobus Cardinalis Papienſis i in literis ad Campanum datis: *Auditi Cyprij oratores, quorum fuit deprecatio, vt princeps eorum Iacobus Rex appellaretur.* Potiebatur ille vniuerſæ inſulæ imperio, verum vt ex Stephano Liſiniano l conſtat, iterum a Paulo, vt ante a Pio II. repulſam paſſus eſt, cum inique Carola cum viro Ludouico ab Ægyptijs regno pulſa eſſet: is vero ad firmandam tyrannidem Catharinam Marci Cornelij patritij Veneti filiam duxit vxorem, cui reſpublica centum millium nummorum dotem regni Cyprij Veneto imperio coniungendi ſpe conſtituit. Vt vero ex illo humanæ felicitatis partæ flagitio deturbatus nouo ſcelere ab ijs, quibus maxime præſidebat, veneno cum ſtirpe ſublatus fuerit, dicetur inferius.

Vſumcaſſanus Pōtificē de fœdere in Turcã appellat.

Nunc his addendum videtur Vſumcaſſanum Regem Meſopotamiæ Perſide Indiaque potitum, arma aduerſus Mahometem II. conuerſurum appellaſſe de fœdere Paulum II. Pontificem, veluti ſupremum Chriſtianorum principem, vt ſociali bello Mahometes peteretur. Solicitatum iam ante illum fuiſſe a Calliſto III. Ludouici Bononienſi Minoritæ opera, vt arma in Turcam coniungeret, tum exceptum a Pio II. illius oratorem vidimus: ſed quamuis ſancita cum ipſo armorum ſocietas fuiſſet, pluribus aduerſus orientales Reges bellis implicitus, Mahometi obſiſtere non potuerat, ne Chriſtianos occidentales Græcoſque obtereret; iam vero propagatis late imperij limitibus eundem Ludouicum miſit, vt priſtinum fœdus inſtauraret, qui in Tauricam Cherſoneſum progreſſus, ne qua, vt antea, impoſturæ ſuſpicio interponeretur, adductis teſtibus Genuenſibus fide digniſſimis, qui literas Vſumcaſſani ipſi tradi viderant, ad Caffenſem epiſcopum detulit: qui publicis tabellionibus vocatis, atque interpretibus eas ex Arabico in Latinum ſermonem vertendas curauit; ac deinde vna cum publicis monumentis, quæ veras eſſe Vſumcaſſani literas demonſtrabant, ad ſedem Apoſtolicam miſit, quas ex inſigni codice m. s. pergameno Vallicellanæ bibliothecæ a, in quo plura nobiliſſima monumenta continentur, afferendas duximus.

a M. ſ. Vallic. ſin lit. B. n. 19. pag. 179.

In nomine iuſti Dei.

48 Hæc ſunt verba Aſſambech fortis hominis tibi magno omnium magnorum, & cunctorum magnorum maiori, magnitudo cuius multiplicatur in ſucceſſores multos, qui es ditior in ciuitatibus, & caſtris ſuper omnes dominos mundi, qui cum ſis magnanimus ſemper augere deſideras ſtatum tuum, & multiplicare diuitias tuas ſemper ſtudes, ſub te enim militant Reges, duces, & barones, ſuper quos tu omnium maior militas, cum ſis locumtenens Chriſti Papa Paule. Quomodo os meum te laudare poteſt? tu exſuperas omnes laudes Chriſtianorum, tu es princeps in Dei nomine: tibi enim notifico † ad cauſæ noſtræ proceſſerunt *, vt ibi & hæc eſt veritas ſubſtantia, prout nunc tibi ſcribo ſuper illis pactis, promiſſionibus, & ordinationibus factis prius eo tempore, quo homo tuus ad me cum veritate venit. Ego firmus ſto, & maneo; verum quidem illa pacta facta fuerunt tempore, quo inimicus noſter Iamſa maiorem obſeſſerat * Babyloniam maximam, huiuſmodi exercitum, qui poſt captam Babyloniam ſuper me venit cum maxima multitudine, &, cum amicus meus fueris tua benedictione mediante, ipſum inimicum meum Iamſa ſuperaui, & vici.

† vt
† veritatis
* obſederat
Parta ab Vſucaſſano victoria,

49 Poſt hæc filius eius Arſandach nomine, qui patre maiorem exercitum habebat, & ipſe ſuper me venit cum exercitu maximo, fregi, rupi, & trucidaui, & id tua mediante benedictione, & quis homo poteſt ire contra voluntatem Dei? non enim poteſtate mea aut viribus meis ſuperaui illos, ſed virtute Dei, qui ſecundum eorum malam diſpoſitionem illos male diſpoſuit: vna omnes illos a maiore ad minorem trucidaui: ipſos malos Deus peſſime perdidit. Tertio ſuperuenit Soltainnoſſait, qui erat magnus Rex Perſarum cum centum ſeptuaginta millibus hominum, exceptis centum & ſeptuaginta millibus curruum cum gubernatoribus ipſorum, in nomine Domini illos CLXX. cum curribus, & rectoribus curruum perdidi, duces & barones trucidaui, omnium dominorum capita ad ſuas regiones miſi, & cum ipſi male diſpoſiti forent, pro-

pterea illos Deus peſſime perdidit, & gratias ago Deo meo, quoniam omnes illos perdidi, & ſuperaui: & ſi rogares, quot regna, patrias quot ceperim, ſic reſpondere poſſem, caput tot regnorum eſt India, finis locus Cathay, latus vnum eſt Aſia, & alius Æthiopia. De omnibus eſt laudandus Deus: omnes ciuitates fortiſſimas, & caſtra cœpi, propter cauſas iſtas tardus fui ad complendum ordinata, & promiſſa per me: ſed ſi mihi largitur vitam Deus promiſſa complebo: ſuper quibus promiſſionibus ſto, & firmiſſimus maneo. Super illis igitur verbis prioribus, & pactis præmiſſi dormio ſemper, & vigilo, illa verba nunquam expellens a me, deſiderans explere promiſſa, quæ ſunt ordinata cum amicitia tua: nihil igitur diſponere debeo quam, quod promiſi amicitiæ, quod fiet præſto cum benedictione tua magna, nihil enim mihi obſtabit: cum qua tua benedictione nihil eſt aliud, quam ad te obuiam venire. In Deum igitur iuro, & bis in ipſum iuro Deum, quod firmus ſum ſuper promiſſionem, quam feci. Itaque prout promiſiſti tu, ita perfice: erit igitur Deus in adiutorium noſtrum. Literæ tuæ rogo non deficiant a me; cum homine tuo. *Litera hæc ſcripta eſt more noſtro Turco anno a Mahometo citra octingenteſimo ſeptuageſimo quinto de menſe Lamadi circa finem in loco nominato Chraeagiam.*

Pôtificis preces expetitæ e barbaro.

Aſſambech filius Othman.

50 Non vane hæc iactata fuere; proximo enim anno Vſumcaſſanus acre bellum cum Mahomete Turcarum Imperatore in Aſia geſſit, ac ſi Ludouicus Francorum Rex exercitum ſuum in expeditionem duxiſſet aduerſus Turcas, ſi ducenta armatorum millia, vti Germani decreuerant Ratiſponæ, ſe effudiſſent in Turcicum imperium; ſi Matthias victrices ſuas coniunxiſſet acies, vt conſtitutum erat, ſi vniuerſa Italia, vti pacto fœdere iurauerat, claſſem cum Rhodijs inſtruxiſſet, haud dubium eſt quin Vſumcaſſano ſocio Chriſtianæ res reparatæ, & Mahometes Turcæque exciſi fuiſſent; ſed principes ipſi Chriſtiani, exceptis Venetis pauciſque alijs, quantumuis eos proximis annis Vſumcaſſanus repetitis legationibus excitarit, vel marcuere otio, vel ad ciuilia bella conſurrexerunt.

Deſerta occaſioni peccatiſſimæ ſua culpa occidentalis.

51 Anglia quidem hoc anno ineunte ciuilibus agitata furijs triſtia calamitatum humanarumque viciſſitudinum exempla edidit. Porfugerat, vt ſuperiori anno diximus, Eduardus Rex Angliæ ad Carolum ducem Burgundiæ ſororium ſuum, qui magno curarum fluctuans æſtu, ne Anglorum, quibus iam ſolio reſtitutus Henricus imperabat, Francorumque armis coniunctis opprimeretur, palam edicto cauit, ne quid in Anglos nouaretur, vel Eduardo præberentur auxilia: clam tamen illum multo auro, & conducta claſſe inſtruxit, qua Londinum inuectus ibi amicorum opera exceptus eſt, ac mox comparato exercitu aduerſus Richardum Vvaruici comitem ſigna extulit, eumque in acie obtruncauit, cum fratrem ſuum Clarentiæ ducem, qui a Vvaruicenſi Henrici ſolio reſtituti odio, in medio pugnæ ardore defecit, ſibi conciliaſſet; deinde etiam aduerſus Margaretam Reginam, & Eduardum Henrici filium Vvalliæ principem progreſſus victoriam retulit. Eduardus vero in acie cum Regina ipſa matre, quæ vtpote maximi animi fœmina ad virum liberandum ſæpius exercitum inſtrauerat, captus, cum ad eundem Eduardum Regem adductus eſſet, interrogatuſque cur regnum armis diuexaſſet, reſpondit ſe auitum regnum recuperatum veniſſe, ob cuius vocis conſtantiam mox a Georgio Clarentiæ, ac Richardo Gloceſtriæ ducibus contrucidatus eſt: Margareta in cuſtodiam tradita, poſtea pretio redempta fuit a Gallo Rege.

Nouæ in Anglia conuerſiones.

Eduard' Vvaruici comitem obtruncat. Regis Henrici filius necatus in prælio.

52 Supererat tot malorum ſpectator Henricus exauctoratus Angliæ Rex, quem cum Guilielmus Facombrigius contracto maritimo terreſtrique exercitu liberare tentaſſet, propulſatus exitium illi parauit; nam, vt Eduardus omni inimicorum metu liber imperaret, Henricus in Londinenſi turri interfectus eſt: *Hunc*, inquit Polydorus Virgilius a, *vt fama conſtans eſt, Richardus Gloceſtriæ dux gladio percuſſit, vt Eduardus Rex eius frater omni hoſtili metu liberaretur: ſed quiſquis ſanctiſſimi viri percuſſor fuerit, ſatis liquet, tam parricidam, quam parricidij auctores dediſſe commiſſorum pœnas, qui cum deinde non habuiſſent inimicos, in quos ſæuirent, in ſeipſos, ſicut infra perappoſite declarabitur, crudelitatem exercuerunt, propriaque ſanguine ſuas polluere manus. Exin Henrici corpus ex turri nullo cum honore ad templum diui Pauli delatum toto die ibi in capulo iacuit, ac poſtridie ad cœnobium monachorum ordinis D. Benedicti, quod eſt in vico, qui Chertesſeius vocatur, & diſtat a Londino quindecim millia paſſuum, deportatum eſt, eoque loci ſepultum: ſed non multo poſt ex eo loco ad Vindeſorium caſtrum delatum in æde D. Georgij nouo mauſoleo infertur.* Tradit idem auctor hanc Lancaſtrenſis familiæ calamitatem aſcriptam a ſapientibus diuinæ iuſtitiæ, quia regnum ab Henrico quarto ſexti auo per vim, & Richardi Regis cædem quæſitum fuiſſet, atque ideo ab ea diu poſſideri familia non potuiſſet, & aui peccatum in nepotes redundaſſe per innumeras etiam cruentas ſtrages: eoſdem Henricum V. & VI. Gallicum regnum occupare annisos vidimus, & pacem Chriſtianæ reipublicæ a Turcis laniatæ pernecesſariam reſpuiſſe Henricum VI. quanquam non tam ei, quam adminiſtris, qui, cum nullum fundendi Gallici cruoris finem facerent, in varijs prælijs, in quibus octoginta principes regia ſtirpe ſatos perijſſe refert Philippus Comineus b, ſeipſos contrucidarunt, tribuendum videatur: Henricum enim, præſertim ex quo ciuilis belli calamitatibus fuit afflictus, ſanctiorem vitam ſectatum referunt: *Abhorrebat*, inquit Polydorus Virgilius c, *ſuapte natura tam corporis quam animi vitia omnia, ex quo iam inde a puero honeſtus fuit, integer, mali expers, boni capax, contemptor rerum omnium, quæ animos mortalium labefactare ſolent: item iniuriarum, quibus identidem affectus eſt, ſic patiens, vt non vindictam appeteret, ſed ob illud ipſum Deo optimo maximo gratias ageret, quod per id ſua delicta dilui putaret, quid quod vir bonus, gratus, pius, modeſtus, ſapiens tot ſibi mala cum ſuis tum ſuorum maiorum permultis peccatis vituſque veniſſe prædicabat? quapropter non quam dignitatem, quos honores, quem vitæ ſtatum, quem filium, quot amicos amiſiſſet magnopere cogitabat, aut dolore torquebatur; ſed in qua apud Deum offenſa eſſet, id curabat, id lugebat, id dolebat. Hæc & huiuſmodi veræ ſanctitatis officia fecerunt vt eius nomine, dum viuebat, miracula a Deo edita fuerint: ex quo Henricus ſeptimus Rex non immerito ab hinc paucos annos eum inter diuos referendum apud Iulium Pontificem Romanum curare cœpit, ſed morte poſt ſtatim obita id officium*

pra-

Henric' Rex in carcere cæſus.

a Polydor. vbi ſup.

Lancaſtrenſis familiæ ſanguis fuſus quæ tantum ſanguinē fuderat.

b Comin. ſup. cap. 7.

c Polydor. ſup. l. 24.

Henricus Rex in aduerſis ſanctitate excultus.

Fertur miraculis claruiſſe.

Digitized by Google

præſtare nequiuit. Vaticinatum illum idem auctor tradit, viſo nimirum Henrico Edmundi comitis Richemundiæ filio cum potiturum aliquando regno: *Principes*, inquit, *qui aderant, ſic affatus dicitur: Iſte, nempe, iſte eſt, cui nos ac noſtri aduerſarij rerum poſſeſſione cedemus.* Recenset Nicolaus Harpsfeldius a plura miracula, interque ea hæc.

a Harpsfel in hiſt. eccleſ. lib. 15. ſecul. c. 28 in lib. miraculor. Henr. VI.

Duo iuuenes diuinitus vitæ reſtituti.

53 *Contigit*, inquit, *in hac*, ſcilicet Sareſburienſi, *atque etiam Elienſi hoc ſeculo diœceſi vno eodemque anno duplex ſpectaculum admodum memorabile ſempiternaque memoria dignum.* Et infra: *Cum nonnunquam vel ignorantia decepti, vel hominum potentiorum minis atque auctoritate conſtricti, vel gratia atque affectibus ſiniſtris deprauati reos nonnullos pronuntient, qui ab intentato crimine prorſus ſunt immunes, iudices etiam ſæpe nulla alia accuratiore cognitione adhibita, & toti quaſi ab eorum dictatis pendentes innocentes iniuſto addicunt ſupplicio: quorum tam præcipitem atque iniuſtam ſententiam Deus nonnunquam admirabili & ſtupenda ratione reſcindit, atque euertit, & huiuſmodi innocentes præter & contra omnem humanam expectationem quaſi ab ipſis mortis & inferorum faucibus potenti ſuo brachio aſſerit: quod hiſtoria, quam iam in manibus habemus, illuſtri documento oſtendit, atque in Sariſburienſi reo videtur, & potentis cuiuſdam auctoritas in cauſa fuiſſe, in illo vero Elienſi ignorantia potius ab officio & accurata iuſtitiæ obſeruantia traduxiſſe. Vterque furti delatus eſt, ille propter ſacerdotem ſpoliatum, iſte propter abactum, ſed neuter tamen obiecti criminis obnoxius fuit, quod facile re integra cognoſci potuiſſet, ſi tam acris & exacta diligentia, atque par erat, in cognoſcendo fuiſſet adhibita. Vtcumque fuerit vtriuſque innocentiam Deus e ſublimi mundo conteſtatus eſt, quippe quos cum integram horam poſt ſuſpendium in furca pendentes manſiſſent, & ab omnibus vitam humanam exuiſſe crederentur, iamque reciſo laqueo abducti eſſent vt humarentur, repente vitæ reſtituit. Cuius accepti beneficij poſt Deum præcipuum auctorem beatum Regem Henricum agnoſcebant, cui ſecundum Deum ſalutem ſuam in his anguſtijs commiſerant, & vterque poſtea confeſſus eſt, viſum ſibi beatum Regem Henricum, qui ope ſua effeciſſet, ne laqueo ſtrangularetur, & Sariſburienſi illi, qui Richardus Boys dictus eſt, quique apud Vvesbarpre pagum, qui quinque circiter mille paſſibus a ciuitate Bathonienſi abeſt, beata virgo Maria, quam interpellarat, apparuit, miſeroque homini ſuppetias tulit. Quare hoc ille ſuſpendij periculo defunctus non ſolum Regis Vvindeſoria tumulum, vbi & laqueum, in quem collum eius inſertum erat, in liberationis ſuæ monumentum reliquit quadraginta ſocijs comitatus, ſed & celebre illud beatæ Virginis apud Vvalſinghamam templum Chriſto Deo eiuſque matri beatoque Regi gratias, & quaſi victimam ſeruatori oblaturus adijt. Illud etiam conſtat Richardum hunc non ſolum fratri Fulrachio, a quo ante ſuſpendium per exomologeſim a peccatis expiatus eſt, ſed & alijs ſeria atque conſtanter ſignificaſſe, ſe ex illo ſuſpendio non obiturum. Alter vero Thomas,* & infra, *adijt B. Regis apud Chertesiam tumulum pridie antequam beatum illius corpus Vvindeſoriam transferretur, ibi & deinde etiam Vvindeſoria ſumma Dei, & B. Regis in ſe beneficia omni gratitudine deprædicans.*

54 In Gallijs Ioannes Cardinalis, nec non epiſcopus Virdunenſis a Ludouico XI. Rege proditionis crimine onerati tenebantur in vinculis, de quorum cognoſcenda cauſa cum grauiſſima lis eſſet, Paulus epiſcopum Ciuitatenſem, & Nicolaum Vbaldum iudices decreuit a.

a Lib. breu. pag. 62.

Venerabili fratri epiſcopo Ciuitatenſi, & dilecto filio magiſtro Nicolao de Vbaldis capellano noſtro, & cauſarum palatij apoſtolici auditori commiſſarijs noſtris,

Decreti iudices in cauſa Balue Cardinalis.

In cauſa tam graui aperte, vt petiſtis, deliberatione pluries cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & alijs viris peritiſſimis Deum timentibus habita, de conſilio eorundem fratrum vobis reſpondendum duximus. Quantum ad locum inſtituendi iudicij attinet; id manifeſtum eſt iudicium hoc coram nobis, & in hac noſtra Romana curia exerceri debuiſſe, qui cum cauſam hanc vobis, & extra eandem curiam etiam per viam accuſationis, denuntiationis, vel inquiſitionis, regiæ maieſtati electione data, commiſerimus, ipſius ſerenitati multum procul dubio detulimus: præterea cum cauſam huiuſmodi in ciuitate noſtra Auinionenſi regno Franciæ finitima, vel ſaltem in alia qualibet ciuitate, vel loco inſigni regni Franciæ, qui tamen alicui prælato eccleſiaſtico immediate ſubiectus eſſet, per vos audiri conceſſerimus; in hoc etiam regiæ maieſtati non parum fauimus; nam ſi ciuilem cauſam ad forum eccleſiaſticum pertinentem, quam princeps aduerſus ſubditum mouet, aut ſubditi aduerſus illum habent, in eiuſdem principis dominio committi iura vetent, quanto magis graue videri debet, vt cauſa hæc, quæ criminalis exiſtit contra perſonas multipliciter priuilegiatas, videlicet Romanæ eccleſiæ Cardinalem & epiſcopum, qui etſi regiæ ſerenitatis iudicio ſubiecti non exiſtant, in regno tamen, & regio mandato iamdudum carcerati adhuc tenentur ad ipſius Regis inſtantiam, in regno & ciuitatibus regijs commiſſa exiſtat, certe iterum in hoc regiæ maieſtati tam ob ſuorum prædeceſſorum merita, quam eius, pro nullo alio principe ſimilia facturi, non minus detulimus: quæ ſingula, cum ſua maieſtas conſiderare voluerit, merito contentari debebit de loco per vos eligendo.

55 Quod ſi fortaſſis poſt hæc omnia, omnemque diligentiam a vobis adhibitam ad hoc induci nequiuerit, poteritis tandem cauſam ipſam in ciuitate Turonenſi audire, dummodo tam Cardinalis quam epiſcopus vobis ante omnia tradantur, & iudicium in ipſa ciuitate libere per vos exerceri poſſit, vt videat Chriſtianiſſimus Rex ipſe, quod ſedes Apoſtolica in rebus etiam tam difficillimis morem ſibi gerat, quos apud vos aut aliam perſonam eccleſiaſticam, donec lis ſit finita, tute ſeruetis: vel ſeruare faciatis, vt veritas ad lucem perueniat. Cæterum de inſpectoribus iudicij vno vel pluribus laicis admittendis, quia in hoc maior vis eſſe, & plus eccleſiaſticæ libertati derogari videtur, nullo modo concedendum eſt, vt inſpector aliquis laicus admittatur, in quo neque priuilegium quodlibet prodeſſe poterit, quando illud non exhibetur, & graue admodum ſit, vt princeps ſæcularis denuntians, vel accuſans prælatum, in ſecretis cauſæ inſpectorem, vel cenſorem quempiam laicum deputet, vt per eum omnia merita cauſæ intelligat, & teſtes in eius præſentia plus aut minus timore, vel amore dicant, aut vt vnus, & idem pars ſit, & inſpectorem deputans, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum XXVII. decembris MCCCCLXXI. anno VII.* Liberatus po-

ſſus eſt e diuturno carcere Ioannes Cardinalis, qui plurimum poſtea gratia, & auctoritate in aula Romana valuit vti ſuo loco dicetur.

56 Hoc anno Borſius Ateſtinus Mutinæ dux optime de ſede Apoſtolica meritus maxima pompa, vt regiam non æquaret modo ſed vinceret, vrbem ingreſſus a Pontifice Ferrariæ ducis titulo exornatus eſt, cum antea vicarij pontificij poteſtate tantum fungeretur; corrigenduſque eſt ex Iacobo Cardinale Papienſi a, Stephano Infiſſura b, & Pigna c Thrithemius d, qui rem in ſuperiorem annum conijcit; quod vero addit viſum multis non ad Papam ſed ad Imperatorem pertinuiſſe illum ducem renuntiare, ſuperuacaneum eſt refellere: vt enim Fridericus Imperator iam ante eundem Mutinæ & Rhegij, quæ vrbes imperij ſunt fiduciariæ, ducem creare potuerat, ita Paulus Ferrariæ, quæ in ditione ac poteſtate Romani tantum Pontificis eſt, ducem renuntiare potuit. Quo autem ritu & pompa res geſta ſit, deſcribit hiſce verbis Pigna e: *Feſto paſchatis die poſtridie idus aprilis Ferrariæ, cui ciuitati vicarij titulo præerat, dux eſt appellatus: res (quod non eorum tantum, qui interfuerunt monumentis comperimus, ſed etiam ipſiuſmet Borſij ad Comitem ſcribam literis iuſſum cunctis fratribus, & conſiliarijs renuntiare) hoc modo eſt geſta. Pontificis ad rem diuinam faciendam in auguſtiſſima æde ad Petri ædem procedentis ſacri pallij laciniam manu ſublatam honoris ea ſa geſtauit. Poſt tertias, quas vocant preces abſolutas ab archiepiſcopis Mediolanenſi, & Cretenſi ad Pontificem deductus ab eo eſt in ordinem equitum D. Petri cooptatus, porrecto nudo gladio, quo illum eccleſiamque tutaretur, & Chriſti hoſtes male perderet; baltheo eum præcinxit Thomas Peloponeſi princeps, quem domo in vrbem profugiſſe ſupra memorauimus; calcaria induere Neapoleo Vrſinus pontificij exercitus præfectus, & Conſtantinus Sfortia Piſaurienſium reguli filius. Poſt ſacræ epiſtolæ prælectionem ab iiſdem ſacerdotibus coram Pontifice ſtatutus ſacramentum fidelitatis ei dixit: tum Litanias & præcini iuſſit, & cecinit ipſe Paulus, Deumque optimum maximum precatus eſt, vt ea dignitas Borſio bene ac feliciter verteret. Mox priorum loco duo illum ſenatores vnde ſurrexerat perduxerunt, ac poſtremo præeuntibus iiſdem archiepiſcopis poſt oblata, quæ Deo conſecranda erant, coram Pontifice ſtatuerunt, a quo ad pacis oſculum admiſſus continuo vnumquemque patrum complexus atque oſculatus, Pontifici poſt ſacroſanctam communionem aquam abluendis manibus præbuit. Deinde ducis inſignibus eſt exornatus: ea autem fuerunt damaſcena veſtis alpinis candidiſſimis muribus ſuffulta. Late humeros operiens infula in galericuli modum acuta binis pretioſis lapillis vtrinque dependentibus, virga aurea in manu dextera, ac torquis collo inſertus. Ita exculturn iidem Cardinales ſeſſum deduxerunt. Poſt factam rem diuinam ſenatus vniuerſus ipſius Pontificis mandato domum quam maximo honore eſt proſecutus. Poſtera die ducis habitu Paulum in Vaticanum euntem eſt comitatus, ibique inter Cardinales ſanctæ Mariæ in porticu & Luciæ appellatos medius conſedit. Sacro peracto Paulus ipſe magnis laudibus eum familiamque Ateſtinam publica oratione extulit, atque aliquot maiorum ipſius illuſtria merita in pontificiam ſedem recenſuit: quamquam, vt ſcripſit Borſius, complura nihilominora prætermiſiſſet. Dein ab duobus iiſdem Cardinalibus Ferratenſi & Porticenſi ad pedes Pontificis perductus roſam auream de illius manu accepit iterum ab altero patrum redditam Pontifici in ipſo templi limine populo ſpectante recepit; eſtque ipſius iuſſu a toto ſenatu ad Marci ædes deductus.*

Ferrarienſis ducis titulo inſignitus. a Epiſt. 151. b Inſiſſur. in l. Vatic. arch. ſign. n. 11. c Pigna lib. 8. d Trithem. in chron. Sponhem. e Pigna ib. Qui ritus obſeruati.

57 Addit exhibita Borſio alia magnifica officiorum genera, illumque ex vrbe reuertentem religionis ergo Lauretanam ædem adijſſe; vtque vitrea humana felicitas eſt partus nouus ducalis honos verſus eſt, paulo poſt in titulum ſepulchri; ex morbo enim XIII. kal. ſeptembris Borſius obijt, ac fratri Herculi principatum nouæ dignitatis acceſſione amplificatum reliquit.

Paulo poſt verſus honos in titulum ſepulchri.

58 Cæterum Lauretana ædes maximo fidelium Deiparæ opem implorantium concurſu celebrabatur, ac Paulus eam pietatis luſtraturis ſacra indulgentiarum præmia propoſuit a: porro ex collata a Chriſtifidelibus ſtipe cœptum iam ante a Paulo templi opus auctum eſt, vt colligitur ex eiuſdem Pontificis literis datis b ad Parentinum epiſcopum, qui Recinetenſi eccleſiæ vicarij munere præerat, cuique eleemoſynarij gazophylacij aperiendi poteſtatem fecit: *Ex literis*, inquit, *tuis intelleximus te ſperare, quod hoc anno capella S. Mariæ de Laureto Chriſtifidelium eleemoſynis tam in ornamentis, quam in nouo ex fundamentis ædificio talem proſpectum exhibitura ſit, vt cunctis admirationi futura exiſtet, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die 1. martij* MCCCCLXXI. *anno* VII.

Lauretana ædes exornata a Paul. II. a Lib. breu. pag. 84. b Ib. pag. 104.

59 Cautum c eſt hoc anno edicto pontificio, ne quis cerea ſigilla agni myſtici imagine inſignita, quæ ſoli Romani Pontifices maxime ad dæmonum infringendos conatus, arcendas tempeſtates, extinguenda incendia, liberandas partu laborantes fœminas futura vſui ſacrare conſueuerunt, etiam auro argentoue incluſa quouis modo diſtrahere, aut permutare auderet.

c Lib. 11. bullar. de cur. pag. 111.

Ad futuram rei memoriam.

Ne de rebus ſacris aut Deo dicatis ad deuotionem, & ſalutem credentium ſanctorum patrum ordinatione prouida inſtitutis, & pro impetranda venia, ac peccatorum macula abſtergenda inuentis lucri cauſa fiat commercium, aut paſſim vt profana tractentur, vniuerſis & ſingulis cuiuſcumque ſtatus, vel conditionis fuerint, eccleſiaſticis ſæcularibuſque perſonis auctoritate apoſtolica tenore præſentium diſtrictius inhibemus, ne aliquas cereas formas innocentiſſimi agni imagine figuratas, quas Agnus Dei communis vſus appellat, & Romano tantum pontifici pro ſupremæ poteſtatis arbitrio illas conficere, benedicere, conſecrare, & cum deuotione poſcentibus pro remiſſione peccaminum elargiri licet, vt Chriſtifideles per eius tactum, & vſum inter cætera inuitentur ad Dei laudem, ab incendio atque naufragio liberentur, procellæ quoque turbinum, fulgura, grandines, tempeſtates, & omne malignum molimen procul ab eis pellantur, prægnantes abſque partus periculo conſeruentur, quouis modo etiam auro, argento, vel alijs thecis incluſas, conſecratas, aut temeritate propria confectas per ſe vel aliam ſeu alios publice vel occulte vendere, aut diſtrahere, ſeu permutare præſumant, &c. impoſitæ imperia ſpernentibus pœnæ *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXX. 11. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VII.

Ieiuncularum quæ vocantur Agnus Dei poteſtas. Vendi aut permutari prohibentur.

60 In Luſitania Alfonſus Rex propagator Chriſtiani imperij expeditionem in Afros meditabatur, a quo Paulus inſigni & pretioſiſſimo ſaphiro donatus acceptum munus pretioſiori munere

Pontifex & Luſitanus Rex certant muneribus.

Digitized by Google

a Lib. breu. pag. 71.

nere retulit a, tranſmiſſa ad illum cruce aurea, in qua ligni dominicæ crucis portio incluſa erat, quinque adamantibus, & octo geminis diſtincta. Commendauit eundem Regem Paulus, quod a duobus theologis ſeditioſis ſollicitatus, vt pro concilio celebrando regiam auctoritatem admoueret, ipſos ſapienti, & honorifico in ſedem Apoſtolicam reſponſo dato dimiſiſſet.

Ad illud celebrandum ſe voto aſtrinxerat Paulus.

Aſtrinxerat ſe ſolemni voto inter alia Paulus ante & poſt acceptum pontificatum concilium œcumenicum pro reſtituendo religionis ſplendore, ac Regibus omnibus fœdere in Turcas coniungendis celebrandum: & quamuis a Cardinalibus & Imperatore ipſo Romam veniente rogatus illud non eſt executus: quocirca ipſum diuina vltione, ac repentina morte percuſſum cenſuit Iacobus Cardinalis Papienſis, ſuamque ſententiam b Cardinali Theanenſi expoſuit his verbis.

b Card. Papien. ep. 441.

61 *Quandiu Paulus in eodem iureiurando manſit ac voto, ſucceſſum præbuit Deus: mox vt violauit, vno iudicio æſtimationis & vitæ eſt facta iactura. Clamat propheta. Reddite vota veſtra domino Deo veſtro, terribili & ei, qui aufert ſpiritum Pauli, eique non modo vocem, ſed ne teſtem quidem interitus in morte miſerrima liquit: ſed lamentus ſit finis quando in ijs ſine fructu eſt noſtra conſumptio.* Ita ſentiebat Iacobus Papienſis: verum non deerant rationes grauiſſimæ, quæ Paulum deterruerant, ne concilium cogeret, ne ſcilicet, vti Baſileæ contigerat, noui aliqui tumultus Eccleſiæ inijcerentur: cumque præcipua cogendi concilij cauſa eſſet, vt principes fœdus ad Turcicam vim contundendam inirent, id ſe perfeciſſe putabat, dum, ſolemnibus oratorum habitis conuentibus, factum in Turcas armorum fœdus ſanxerat.

Ob violatum votū repentina morte percuſſus creditus.

Vt non ſit temere carpēdus.

62 Quod ad improuiſam & inopinam illius mortem attinet; perſpicua erat illius cauſa, nimirum nimia ſanguinis plenitudo, qua nihil exitialius eſſe poteſt, vt diuinorum iudiciorum abyſſos ad cauſam mortis Pauli inquirendas ſcrutari opus non ſit: humanum enim omnino eſt repente hominem mori: nonne enim & ipſe Cardinalis Papienſis repentina morte, cum excutere quartanam putaret, extinctus eſt? Oppreſſus c igitur eſt repentina Paulus nocte ipſa, quæ in vigeſimam ſextam Iulij diem excurrebat, ac mane in lecto expirauiſſe compertus eſt; nimia ſcilicet humorum plenitudine interceptis venis, cum die præuia in Cardinalium ſenatu lætior vegetiorque quam antea eſſet viſus. Is porro ſeptem annis, menſe vno minus & quatuor diebus, pontificatum tenuit, cum anno milleſimo ſexageſimo quarto trigeſima Auguſti Pontifex renunciatus fuerit, vitam deſeruerit nocte vigeſimam ſextam Iulij huius anni præcedente, vt probatiſſimi eius æui chronographi referunt d: quamquam non deſunt qui v. kal. Auguſti, vt Platina aliique obijſſe Paulum ſcribant. Plura reprehenſione digna ſtylo aculeato recenſet Platina, cuius ſatyricum ingenium imbutum in Paulum maleuolentia cum noſſet Ioannes Antonius Campanus de ipſius obitu factus certior, præſagiens Platinam acerbiorem bilem in eum vomiturum, hæc ad Iacobum Cardinalem Papienſem ſcripſit e.

Nimia plethora eius mortis cauſa extitit.

c Inſiſſ. arch Vat. ſign. n. 111 & Paul. Bened. Co. La m. ſ. ſig. n. 120 Panuin. in Paul. II. & alij.

Platina in Paulū Satyram ſcripſit.

d Id. ibid.

e Apud Papien. ep. 397.

Scire etiam cupio, quantum nunc Platina ſæuit,
Manibus an parcat, abſtineatque pyra?
Sin defeſſa canum diſiecerit oſſa ſepulchro?
Sparſerit in ventos, preſſerit an pedibus?
Et Platinæ quidem quis non ignoſcat ſi ſit iratus?
Sed parcendum eſt mortuis.

Nec vana finxit animo Campanus; Platinam enim vltionis cupidine, quod in vincula ob impudentiam ſuam temeritatemque coniectus, maleque habitus fuiſſet, ſatyrico ſtylo in odium, & contemptum Paulum adducere apud poſteros anniſum perſtringunt plures ſcriptores; ex quibus Papyrius Maſſonius geſta Pauli conſcripturus his præfatur: *Te in vita Pauli, Platina, non ſequimur, iratus enim & inimico animo ſcribere videris, remque hiſtorico indignam facere, quem ira & odio rapi indecorum eſt.* Nonnulliſque interiectis: *Paulus*, inquit, *natura iuſtus & clemens habitus, vt Platinæ inimici verbo vtar, pontificiam dignitatem ſic exercuit, vt neque eum laudare magnopere poſſis, neque acriter vituperare.* Poſtremo ſubdit: *Illum merito laudem ob perenne ſtudium pacis componendæ bellique deteſtandi; optimi enim Pontifices ſunt iudicandi, qui nullum inter principes bellum ſerunt.* Opponemus etiam Platinæ ſatyris Ægidium Viterbienſem Cardinalem, qui de ipſo hoc inſigne elogium monumentis mandauit a.

a Aegid. Card in hiſt. 20. ſaculor. a Leon. X. Pontif. Max.

Pauli elogium inſigne ex Ægidio Viterbiē.

63 *Tam liberalis Paulus fuit, vt paucis egentium non donauit: tam iuſtus, vt furum, ſicariorum, maleficorum nemini pepercerit: tam clemens, vt occidi neminem paſſus ſit. Exilia peccata paulo poſt donabat venia: magna aut ad triremes, aut ad carceres condemnabat: literas eas calluit, quas ediſcere potuit. Grandis natu cum prius in mercatura more patrio ætatem triuiſſet, amauit tamen fouitque quoſdam bonæ indolis, & literarum virtutumque ſtudioſos. Patrum numerum auxit aſcripſitque ſenatores decem, in queis Franciſcus fuit Minorum generalis, qui poſtea Sixtus IV. fuit. Dicebat in rebus alijs hominem eſſe poſſe, in eccleſiarum rectoribus creandis angelum, in collegio augendo Deum Pontificem eſſe oportere: qui in altero peccet impium, qui in altero dæmonem eſſe exiſtimandum: in illo vnam eccleſiarum proſtitui, ac viro alieno coniungi & non ſuo, in hoc eccleſias vniuerſas periclitari tum ob ea, quæ quotidie per ſenatum decernuntur, tum ob ipſos Dei vicarios, qui e ſenatu creari conſueuerunt; quamobrem altera hac culpa non vnum tantum, ſed plures ſimul peſſumdari, perdique pontificatus. Fuit Paulus eruditione Pio minor, animi magnitudine, & augendæ reipublicæ ſtudio non inferior, ſacrarum rerum exornandarum cura minor: vterque iuſtus, vterque clemens: ille eloquentia, hic magnificentia melior. Vterque in eccleſijs collocandis diligens, in hominum delectu accuratus: ille ad externa recuperanda, hic ad domeſtica exornanda incitatior: ille facilis in admittendis omnibus gratiſſimus, hic difficilis non niſi noctu: viſus grauiſſimus & admirabili veneratione adorabatur.* Et infra: *Illum domi vox, foris forma, grauitas, ornatus commendabat; nam, vt omittam alia, corpore erat adeo procero, vt ad ſacra procedens humeris tenus populum ſupereminerer.* Et infra: *Facundia, & literaria ſtudia ornabant Pium, Paulum grauitas, liberalitaſque commendabat: ille fouendis bonis ingenijs; hic viduis, virginibus, epiſcopis, nobilibuſque pauperibus ſuſtentandis operam dabat: alter ineruditum epiſcopum vocabat aſinum; alter auarum pontificem lupum appellabat: is omnes eſſe doctos; hic neminem pauperem eſſe laborabat: amabat ille elegantiora ingenia; hic viros magnanimos atque liberales: floruere ſub Pio mirum in modum bonarum artium ſtudia; incredibilis ſub Paulo iuſtitia viguit: omnes eo principe poeſim, oratoriam, & cultiores muſas adamabant; nemo hoc Pontifice vel ſeditiones ciuitatum,*

De creādis probis Card. Pauli ſententia.

Digitized by Google

ratum, vel vinum latrocinia exercebat: ille vt nemo eſſet ignarus literarum; hic tuta vt eſſcos omnia procurabat. Fuit Paulo ad ſeruandam iuſtitiam, ad iuuandos egenos, ad ſacra exornanda maius ſtudium. Et infra: *Paulus aditu difficilis, exorsu plerumque durus, ſed qui deinde præſtaret longe plura, quam aut vultu aut oratione polliceretur, vt cedere vel verbis contendendo, vel re præſtando, nulli mortalium velle videretur. Denique ſi doctrinam aſpicias, Paulus non modo Pio ſed nemini Pontifici non ceſſit: ſi domeſticam diſciplinam ſpectes, nec Pio nec Pontificum vlli ceſſit; domi enim ſolus monſtra non aluit, nulla in familia inſolentia, nullus faſtus, ſumma in omnibus vt eſſet tum humanitas, tum modeſtia imperabat: qui ſecus ageret eum quam primum e familia ſummouebat. Obijt apoplexia morbo Paulus, cum pridie ſenatum habuiſſet, viſus etiam aliquanto lætior eo die, quam quis vnquam illum viderat. Repente renunciato interitu attoniti in eam paſſim vocem erupere. Homo bulla; quo nihil cogitari poſſit infirmius, vt ſtatim occupet hominem non modo incolumem viſum, ſed etiam lætiſſimum, vt non ægris tantum mors expectanda, ſed & tum maxime vel ſani vel læti ſumus, tum maxime extimeſcenda eſſe videatur. Illud peculiare in Paulo, elatoque animo nihil commune, nihil non magnificum cogitaret: dignus profecto hoc ſæculo, vt erecti ſublimiſque animi gloriotum ſtaceret, quoniam cæli enarrant gloriam Dei.*

a Philelph. l. 35. ep. 1. ad Six. IV.

Ab auaritia abfuit.

64 Confutauit inter alios Franciſcus Philelphus [a] ſatyricos libellos, qui mox a Pauli obitu per Italiam ab impijs vltionis cupidis diſſeminati fuerunt: *Auaritiæ vero quæ vnquam ſuſpicio in Paulum cecidit, qui & omnem ſemper ſimoniacam licitationem, vt prauitatem perinde atque peſtiferum morbum oderat, & indulgentias item ipſas temporum neceſſitate conceſſas, quoniam lucratia viderentur, magna ex parte abrogauit? quæ vero vel gratiæ, vel expectatiuæ appellantur, ex quibus ipſis grandes theſauri conflantur, eas quomodo inhibuerit omnes ſciunt. At maledici calumniatores illius viri abſtinentiſſimi parſimoniam, quæ pulcherrima virtus eſt inuertunt, & in auaritiæ nomen transferunt.* Interiectis nonnullis, vt opes in virginibus pauperibus dotandis, alendis religioſis, templis ornandis, Venetis contra Turcas iuuandis profuderit, ſubijcit.

Parſimonia male auaritiæ aſcripta.

65 *Atque illum accuſant incontinentia, quo neque frugalior erat, neque temperatior quiſquam. Satis is nobis debet videri continens, qui a delicatioribus obſonijs, ac potibus ſe potiſſimum continet; hinc enim fons manat ad omnem voluptatis intemperantiam. Quando illum audiuimus bis eepleri in die? Obſonijs autem quam viliſſimis vteretur, ipſe vitæ exitus declarat. Fuerat Paulus Pontifex duas dies puties & amplius occupatus in eorum cauſis audiendis, atque expediendis, qui ex toto fere terrarum orbe eo conuenerant, non modo octaua marij exulis illius hora præterierat, verum etiam nona, quod erat cœnandi tempus apud Romanos: menſa apponitur ieiuno deſeſſoque Pontifici; at quibus referta obſonijs? cegalibus ſane & perſicis, quibus tandem? peponibus ſcilicet, & minutis iſtis albiſque piſciculis, qui rapiuntur in Tyberi, huiuſmodi enim eſculenta ad penum addiderat. Quo autem vino Cretenſi ne, an Cyprio, an Rhodio, an Lesbio? ex ipſo etiam Tyberi mera aqua: quibus ſane rebus effectum puto, vt ille ſibi mortem quodammodo conſciuerit; nam cum vellet natura vim omnem vehementiorem feruoremque compeſcere, non ſatis duxerat vino vti dilutiſſimo ſemper, ſed eo die aqua mera, & ea admodum frigida potui vſus eſt. Itaque cum huiuſmodi eſculentorum ac potus mala & turbulenta concoctione varijs ſurgentibus flatibus, tum ij meatus, per quos fit reſpiratio, illico ſunt obſtructi, tum mors continuo, neruorumque omnium contractio conſecuta. Sed ij, qui aut huiuſmodi cauſas naturæ ignorant, aut ſunt animi liuore atque odio in ſanctiſſimum patrem illum exulcerati, vbi inſcitia, alij maleuolentia nouas fabulas per Italiam diſpergunt: quare tui muneris eſſe arbitror pater prudentiſſime & optime, vt tanta vel hominum impudentia, vel impietati conſulas, quo vel caſtigando, vel plectendo veritati ſit locus. Non multo priuſquam migrares ex hac luce, in te vnum conieclis oculis, eum dixiſſe audio. Hæc mithra pater Franciſce (habebat enim in manu pretioſiſſimam illam mithram, quam tantis gemmarum & margaritarum opibus ad honorem pontificatus inſignierat) caput tuum decoratura eſt in Chriſto Ieſu. Cui ſane de te prædictioni rem videmus non multo poſt contigiſſe, &c. Ex Mediolano III. idus Ianuarij anno a natali Chriſtiano MCCCCLXXI.* Illud porro certum eſt teterrimam calumniam a nouatoribus a ei imponi, dum in actu venereo a diabolo ſtrangulatum mentiuntur: fingunt etiam alia quæ a pijs auctoribus refelluntur [b]. In Paulo II. res geſtas pontificum deſcribere deſinit Platina, qui typis cuſus circum fertur, quamuis etiam Sixti IV. vitam attigerit, ſed eæ elucubrationes c typis cuſæ non ſunt, atque in Vaticano tabulario d reconduntur, quatuordecim vero poſteriorum Romanorum Pontificum vitas contexuit Onuphrius Panuinus Auguſtinianæ familiæ alumnus.

Frugalitas eiuſdem mira.

Cauſa naturalis mortis illius repentinæ.

Fertur ſucceſſori pontificatū prædixiſſe.

Impudentiſſima nouatorū calumnia.

a Vleſſ in myſt. iniq. h Gretſer. cap 64. c Extant in mſ. miſcel. bibl. Vatic. d Volater. lib. 21.

Sixtvs PP. IV.

66 Iuſtis funebribus Paulo ex maieſtate pontificia perſolutis Franciſcus Roboreus vulgo de Ruuere Saonenſis, iam ante a Paulo ipſo ex Franciſcana familia in Cardinalium numerū adſcitus, ſiue ex Roborea ſtirpe prænobili Taurinenſi natus eſſet, ſiue eidem ob clientelam a ſcriptus, de quo pluſes certāt ſcriptores, in ſacris comitijs delectus eſt. Prima purpuratorum ſuffragia, quod ſecretum ſcrutinium appellatur, quatuor candidatos edidiſſe ferunt Nicænum, Rothomagenſem, Vrſinum, ac Papienſem: tum rem ad vnum Nicænum ſpectare viſam, ſed illius antiqua ſeueritate perpenſa omnium mox vota in Franciſcum tit. S. Petri ad vincula Cardinalem Roboreum verſa. Nonnulla cæteroqui arcana ad huiuſcemodi comitia pertinentia aperuit idem Cardinalis Papienſis e, dum multa de ſe, eaque falſa Galeatio duci Mediolanenſi renunciata eſſe queritur, ipſum nimirum dediſſe operam, vt aduerſatum Mediolanenſi factioni partium Cardinalis ad pontificatum eueheretur, fateturque ingenue lenocinatum ſe ambitioni, ac merito eorum contraxiſſe odia, quorum cupiditatibus in re ſanctiſſima, in qua omnibus alijs poſt habitis, diuinæ tantum gloriæ ſtuduiſſe debuerat, obſecundaſſet: *Si adeſſe*, inquit, *voluiſſem vbi periculum agebatur, & quibus ſrſenſum principem ſciebam, fortaſſe alio quam Xyſti nomine Pontificem haberemus. Non igitur iniuria me Deus vlciſcitur, qui facere omiſerim quæ facto opus eſſe noueram.* Celebrata eſt pontificia creatio nona Auguſti die f, ac Sixti nomen nouus Pontifex ſuſcepit, quod die Sixto Papæ ac martyri ſacro Cardinales conclaue eſſent ingreſſi; ſymbolumque ex pſalmographo g mutuatus eſt: *Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum & terram.* Arcano quidem diuinæ prouidentiæ conſilio vocatum ad pontificatum & ſuſcipiendæ ab eo Franciſcanæ diſci-

De Beſſarione ad Pontificatum euehendo actum.

Cardinalis Roboreus demum delectus.

e Card. Papien. 395.

Sixti IV. nomen accipit.

f Paul. Bened. Nicol. mſ. Vatic. ſign. n. 110. Plat. mſ. Vatican. Sixt. IV. vita.

g Pſ. 120.

Quæ ſententia pro ſymbolo accepta ab ipſo

diſciplinæ, dignitatiſque pontificiæ aliquando gerendæ ſigna in eo præluxiſſe, ſeruatumque vitæ & maximis ereptum periculis S. Franciſci ope, refert Bartholomæus Platina Cremonenſis a, & eiuſdem primitias accurate deſcribit ſic inquiens.

a Bartol. Plat. in Sixt. IV. bera m. ſ. bibl. Vat.

67 *Sixtus IV. patria Sauonenſis patre Leonardo matre Lucbina Cellis naſcitur in pago maritimo, qui ab vrbe Sauona quinque millibus paſſuum diſtat, eo namque parentes confugerant vitanda peſtis cauſa, quæ tam maxime Liguriam vexabat. Ruuere cognomentum familiæ est vernacula eorum lingua, nos autem robur Latine appellabimus, vel quercum potius, ne ab inſigni gentilitio ſcutorio familiæ diſcedamus. Videre per ſomnium viſa eſt mater ante partum editum infantem a B. Franciſco cucullam pie ac ſancte indui, quo habitu ipſius ſancti fratres vtuntur; aſtare enim duo fratres videbantur, quorum alter tunicam, alter vero caputium, & cingulum infanti porrigebat. At vero dum obſtetrix puerum, cui Franciſci nomen indiderat, vt fit, accurate in balneo lauaret, eundem cernit duos digitos quaſi ſignaturos aquam erectos tenentem, quare mater, dum puer in vndis aliquando defeciſſet, ac pene necatum obſtetrix ad ſe detuliſſet, ſomnij memor vouit ſe induturum filium S. Franciſci habitu, facturamque vt eundem ſex menſibus ferret. Tranſacto autem hoc ſemeſtri, amotoque habitu, puer iterum in grauem ægritudinem incidit annum iam natus & eo amplius, repetito itaque voto mater filium incolumem recipit. Verum cum infans adoleuiſſet eleganſque ac ſcitus a ciuibus eſſe videretur, non defuere qui parentes increparent, quod tam bonæ indolis puerum tam tetricæ & auſteræ vitæ addixiſſent, antequam ipſe per ætatem ſaperet, quod viuendi genus ſibi potiſſimum eligendum eſſet: non eſſe vinciendum tali habitu puerum, ſed ſinendum potius ſeculari, & ciuili more vitam ducere. Hoc idem cum reprehendiſſet Petrus cognomento Iuppus, caſtigaretque verbis parentum ſuperſtitionem, vt eius verbis vtar, puero habitum detrahit: qui ex re febri ſtatim correptus intumeſcente gutture liberari tanta ægritudine nulla modo poſſe videbatur, niſi denuo votum repeteret. Mater itaque Iuppo ob ſpretam religionem filijque diſcrimina infenſa, puero habitum reſtituit, ſanctoque iterum addicit: qui demum liber factus nonum agens annum cœnobiumque frequentans, domo eum eo quotidie proficiſcebatur, Ioanni Pinarola viro optimo committitur, a quo ordinis mores vitamque Minorum imbiberet.*

Prægnanti adhuc matri oſtenſum diuinitus franciſcanam diſciplinam profeſſurum.

In extremis deuotus a matre S. Franciſco.

Detracto illi habitu Franciſcano periclitatur,

Reſtituto habitu iterum addicitur S. Franciſco.

68 Eadem viſa Sixti matri oſtenſa cecinit verſu protonotarius Anglicus b, traditque ſigna gerendi pontificatus præluxiſſe in infantili ætate, in qua ſigno crucis Sauonenſem populum luſtrare viſus eſt. Profeſſus quidem eſt Sixtus publicis literis c, ſe meritis S.Franciſci ad varios honorum gradus tum ad ſummum pontificatum prouectum fuiſſe: *Firma*, inquit, *fide tenemus certiſſimiſque in nobis experimentis didicimus quod ad officia, & dignitates, ad quas in minoribus promoti ſumus, & ad hunc ſummi pontificatus apicem meritis, & precibus ſeraphici patris, & fundatoris promoti fuimus*. Id etiam confirmauit d cum ſacellum magnificum in honorem Deiparæ ac SS. Franciſci & Antonij Parauini in baſilica Vaticana condidit.

b Anglicus in Lucubr. Tyburtin. de Six. IV

c Ext. apud Luc. Vuadd. to. 8. an. 1507 n. 46.

d Lib. breu. & bull. pag. 232.

69 Excultus pietate, & literis apud Minoritas, varioſque adeptus munerum gradus ſuprema etiam ordinis præfectura functus eſt: quo tempore cum Paulus II. Callixti III. literas, quibus mendicantium familiæ ad commune ius redigendæ erant, promulgare meditaretur, mendicantium ordinum magiſtri in eam prorupere temeritatem, vt prouocationis ad concilium formulam ediderint: at eiuſmodi factione Franciſcus ſeſe non implicuit, atque apud Paulum eſt profeſſus, ſe ab eo facinore abſtinuiſſe. Ob inſignia autem virtutum, ac doctrinæ ornamenta annitente Beſſarione cardinalatu a Paulo II. eſt inſignitus: nec propterea literarum eum abieciſſe ſtudia, ſed pluribus etiam editis commentarijs Eccleſiam doctrinæ ſuæ radijs colluſtraſſe, egregijſque ijs dotibus iter ſibi ad ſummum pontificatum ſtruxiſſe, recenſet hiſce verbis Platina a, de quo paulo ante memorauimus: *Ob dignitatem adeptam & negotia literarum ſtudia omiſit nunquam, nam & librum edidit de ſanguine Chriſti, & ſcripſit, ſine errorem impugnauit a Carmelita quodam Bononiæ excitatum; auſus namque eſt homo temerarius aſſerere Deum quidem ſua omnipotentia, vt vocabulo theologico vtar, hominem damnatum ſaluare non poſſe. Scripſit etiam de futuris contingentibus propter altercationem Louanij ortam inter Henricum quemdam virum doctum, & omnes ſcholaſticos Louanienſes.* Et paulo infra: *Aggreſſus eſt & opus admodum neceſſarium; oſtendere enim annixus eſt rationibus quidem & non vulgaribus, Thomam Aquinatem, & Scotum in ſententijs conuenire, licet verbis differre viderentur, ad tollendas diſcordias & altercationes, quæ ob hanc rem inter vtrumque ordinem quotidie naſcebantur: tanta enim integritatis habebatur, & doctrinæ, vt huic vni ex cœtu Cardinalium ad fidem pertinentia potiſſimum committerentur. Verum dum his rebus intentiore cura vacaret, dumque ius canonicum legendo percurreret, mortuo Paulo, patrum conſenſu Pontifex creatur anno ſalutis Chriſtianæ* MCCCCLXXI. V. *id. auguſti*.

Interfranciſcanos ordini præfectus eſt.

A factione mendicantium prouocantium ad Concil. a Paulo abſtinuit.

Sacra purpura ornatus monumenta ingenij edidit.

a Plat. in Sixt. IV.

D. Thomam ac Scotum inter ſe conciliauit.

70 Pontificia thyara exornatus eſt VIII. kal. ſeptembris: cumque ad Lateranenſem baſilicam de more feſto ornatu, ac ſolemni pompa pergeret, vitæ periculum adijt; equites enim pontificij, dum turbas ſubmouerent, quoſdam habuere aſperius, qui vocatis alijs ſubſidio illos adorti ſunt, Pontificemque & lecticam ſaxis appetierunt: ſed Latinus Vrſinus obequitans plebis furorem compreſſit: recenſet hæc Panuinus b: ex quo etiam colligitur, egiſſe tum Sixtum ætatis annum quinquageſimum ſeptimum, cum natum referat XII. kal. auguſti huius ſæculi anno quatuordecimo. Eodem die exaratis encyclicis litteris fideles de ſuſceptis a ſe catholicæ Eccleſiæ gubernaculis certiores fecit, rogauitque, vt preces Deo funderet, quo eius ope confirmatus tantum munus ad diuinæ gloriæ propagationem gereret: inſcriptæ ita ſunt apud Felicem Contelorium c.

Orta ſeditio dum ad Lateranum ſolemnem pompam duceret.

b Panuin. in Six. IV.

c Ext. apud Fel. Contel.

Prioribus, & communi noſtræ ciuitatis Interamnenſis.

Nuper felicis recordationis Paulo II. Romano pontifice prædeceſſore noſtro de mortalis huius vitæ ærumnis ad cœleſtem patriam ſeptimo kal. auguſti, ſicut Domino placuit, euocato, afflicta talis paſtoris amiſſione mœrebat ſancta mater Eccleſia, cum venerabiles S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, eius funere, & exequijs de more ſolemniter celebratis, ſolliciti, prout grauitas rei exigebat, de futuri Romani Pontificis electione, modo & tempore congruis in palatio apoſtolico apud baſilicam principis Apoſtolorum de vrbe conclaue ingreſſi, nobiſcum in vnum conuenientes, & ſuper tanti negotij deliberatione aliquandiu conſultantes, tandem ſancti Spiritus, a quo Eccleſia ipſa Chriſti ſponſa regitur, infuſione eorum animos ſic afflante, licet in alios maiorum longe meri-

Encyclicæ eius ad fideles literæ.

Digitized by Google

meritorum conſentire potuiſſent; tamen ad perſonam noſtram vota ſua vnanimiter dirigentes v. id. auguſti nos tunc tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem, neſcimus quo occulto, ſed certe nobis tremendo Dei iudicio in apoſtolicæ celſitudinis faſtigio concorditer collocarunt. Super qua re, licet ipſi de noſtra imbecillitate conſcij, virium noſtrarum tenuitatem ad digne perferendum tantæ ſarcinæ onus animo metientes, aliquandiu quod nobis eſſet agendum dubij, deliberauimus tandem conſiderato, quod huiuſmodi electio non ab hominibus, ſed ab inſpiratione diuinitus facta, cui reſiſtere non licet, prouenisset, cupientes bene agere, & prodeſſe potius quam præeſſe, in ſpiritus humilitate apoſtolicæ ſeruitutis iugo collum ſubmiſimus, ſperantes illum, qui ab ipſa ſuæ eccleſiæ fundatione infirma mundi elegit, vt confunderet fortia, & qui electionis ipſius auctor fuit, vires ſuas in tanta neceſſitate nobis ſubminiſtraturum. Quapropter deuotiones veſtras in Domino requirimus & hortamur, vt, tanquam fideles & obedientes filij, in noſtra & ſanctæ Romanæ eccleſiæ deuotione, ac noſtra ſubiectione fideliter conſtanterque perſiſtatis, & pium ac miſericordem Deum noſtrum inſtanter oretis, vt operi manuum ſuarum dexteram ipſe auxiliatrem porrigat, ne tanti oneris mole opprimamur, ſed in beneplacito filij ſui dirigantur actus noſtri, vt Eccleſiæ ſuæ ſanctæ ad ſui nominis laudem & gloriam, & commiſſi nobis populi animarum ſalutem præſideamus, &c. *Datum Laterani anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXI. VIII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* I.

Decernit tueri fidē contra Turcas.

a Sixt. lib. breu. & bulla. pag. 25. ep. 41.

71 Sub primis pontificatus ſui auſpicijs Chriſtianam religionem tueri armis aduerſus fidei hoſtes conſtituit, ſignificauitq; Chriſtifidelibus a, non opes modo, verum etiam cruorem ſuum profundere ſeparatum; *Cupientes*, inquit, *pro fidei defenſione, & Chriſtianorum ſalutem non ſolum noſtras, & ſedis Apoſtolicæ facultates cameræ diſpoſitioni commiſſas, quarum partem non exiguam felicis recordationis Paulus prædeceſſor noſter tam pro dilectorum filiorum Hungarorum ſubſidio, quam nobilium virorum Deſpoti Moreæ, Scanderbechi domini in Albania & deſpotæ Arethæ, & aliorum quamplurimorum magnatum, prouinciarum, & populorum ſubuentione, rebuſque alijs ad hanc rem conferentibus, ſaluti fidelium opportunis, vſque ad ſummam ducentorum millium florenorum liberaliter erogauit, exponere; ſed etiam, ſi opus fuerit, imitatione illius, cuius vicariatum, licet immeriti, tenemus in terris, proprium effundere ſanguinem, & incommoda quæcumque ſubire, eius, cuius cauſa agitur, atque aliorum principum, & populorum fidelium freti præſidijs, cœptum opus defenſionis fidei huiuſmodi vltra virium noſtrarum menſuram contra inſolentiſſimum hoſtem prædictum continuare intendimus, &c. Datum* MCCCCLXXI. *pridie kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* I.

Ducenta aureorū millia a Paulo cō ſumpta contra Turcas.

Nō opes modo ſed ſanguinē fundere ſeparatū profitetur Sixtus

b Ib. pag. 32. ep. 10.

72 Deſcribit alijs literis encyclicis b Mahometis II. Turcarum imperatoris ſecundos progreſſus, acerrimaque in oppugnando Chriſtiano imperio molimina, quo Chriſtiani coniunctis animis ad illius vim infringendam conſurgant.

Ad perpetuam rei memoriam.

Infra noſtræ mentis arcana pia conſideratione ſæpius, vt tenemur, non abſque graui cordis dolore animaduertimus etiam truculentiſſimam Turcorum gentem, impij canis Machometis ſectatricem, adeo rabide in Chriſtianam religionem inſurrexiſſe, vt non modo Pamphiliam, Ciliciam, Liciam, Paphlagoniam, Thraciam, Epyrum, Peloponeſum, Beotiam, & ipſam præclariſſimam vrbem Conſtantinopolitanam orientale caput, ac alias terras, vrbes, & loca orientalis imperij violenter occupauerit, verum etiam velut immaniſſimæ belluæ Chriſtianum ſanguinem anhelantes Myſiorum, Triballorum, & Illyriorum terras, ſuo acerbiſſimo imperio ſubegerunt, & vſque adeo eorum vires creuerunt, vt non Danubius profundiſſimus amnis, nec Illyrij aſperrimi montes, eorum impetum retardare potuerint, quin fluminum tranſitu, & locorum difficultatibus ſuperatis, illinc per omnem graſſentur Pannoniam ad interiora vſque Germaniæ, quod dolenter referimus: hinc vaſtantes fœdanteſque omnia ferro, & igne depopulentur. Profecto ſæuitiæ, ac immanitatis genera teterrimi hoſtes in Chriſtiano populo exercuerunt, quæ recenſere horret animus: Chriſtianum ſanguinem per infinitas lachrymas, & inaudita tormenta ad ſatietatem immaniter effuderunt, omnibuſque ignominijs, & iniurijs, varijſque necis cruciatibus eos affecerunt: templa ſanctiſſima, & aras Deo dicatas per ſummam impietatem polluerunt, ſanctarum quoque B. Mariæ virginis genitricis Domini, ipſiuſque Domini noſtri ſtatuas contemptu, deriſione, omnique contumeliæ genere perſecuti ſunt, aras Virginis violarunt: Chriſtiani nominis ſocios populum electum equorum vngulis contriuerunt, & eorum ferociſſimo Imperatore imperante atque inſpiciente excoriarunt, & in crucem ſuſtulerunt, vt mortem beneficij loco acceperint. His victorijs truculentiſſimus hoſtis tanquam virus exhalans potentiſſimo terreſtri exercitu, formidabilique claſſe Calcidem Euboicamque inſulam terrendo tumultu anno reuoluto aggreſſus, poſt longam obſidionem bellicorum tormentorum impetu portis effractis, & muris deiectis, flamma ferroque omnia compleuit; vnde gemitus illi miſerandi ad noſtras vſque aures peruenerunt.

Quot regna Chriſtianis erepta a Turcis.

Infanda eorum crudelitas.

73 Et quia hoſtis noſter ad ſæuitiam natus his teterrimis immaniſſimiſque facinoribus, hiſque ſimilibus non contentus, ſed, vt Chriſtianum nomen de terra deleat, occidentale imperium animo concepit ſibi ſubigendum; ſunt enim ei magnæ vires, inexhauſta cupiditas, dominandi libido, ſcientia rei militaris, ætas florida, corpus laboribus aſſuetum; theſaurus immenſus, multitudo militum, ac bellicorum omnium apparatus, ingens corpus, & legiones firmiſſimas in capita noſtra in dies comparat, ampliores laceſſit, vrget, vt per omnes Chriſtianorum gentes ferro, igni, cædeque euagando acerbiſſimum fœdiſſimumque ſuum imperium ad extremos vſque fines terræ propaget, &c. *Dat. anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXI. *pridie kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* I. Excitatum Sixtum ad ſacram in Mahometem expeditionem conficiendam a Bernardo Iuſtiniano oratore Venetorum refert additionum ad Monſtreletum auctor, illique expoſitum ab eo tyranno erepta Chriſtianæ reipublicæ duo imperia, regna quatuor, prouincias viginti, ducentas vrbes, innumerumque populum male perditum: quæ oratio in calce operis Sixti IV. de ſanguine Chriſti extat.

Excindendi nominis Chriſtiani inſana auiditas.

Ad

a Philelph. l. 32. ep. ad ſeren. in-ſiſ.

Clades Venetis inflicta a Turcis.

74 Adhunc vero ſuperiore anno elegantem epiſtolam ſcripſerat Franciſcus Philelphus a orator clarus, in qua neceſſitatem vrgendi Turcici belli ita expreſſerat: *Ducis veſtri vel auiditate, vel ignauia omnis eſt ſubſecuta calamitas, qui dum protuendo Iſthmo Corinthum oppugnat, & ipſe ictus ſaxo in nudum caput interimitur, & vobis e manibus Peloponeſus eripitur: ex quo quidem tempore quibus vos detrimentis, depopulationibuſque Turcus affecerit, neneſt meum in medium referre*; & mira: *Cum enim animaduertiſſet vos rem tantam negligere, habereque ſocordius, vobis iam contemptui habitis, quos maxime ex omnibus principibus Chriſtianis propter ampliſſimas opes, atque mirificam inter vos inauditamque ex omni hominum ætate concordiam formidabat, aperto marte Italiam verſus iter arripuit, breuique factum videmus, vt capta Peloponeſa, ac Triballis in deditionem actis, & cum Illyrico, Pannonibus cunctis inferioribus ſubiugatis, ecce bis & in Italiam ipſam impetum fecerit, & ingentem inde prædam aſportarit, tantumque & vobis ipſis, & alijs Chriſtianis principibus terrorem incuſſerit, vt vel de imperio dubitetur, &c. Ex Mediolano idibus ſeptembris anno a natali Chriſtiano* MCCCCLXX.

Vt ſeriam de ijs reprimendis cogitarint.

b Philelph. lib. ep. 34.

Hortatus viciſſim eſt Venetos Franciſcus Philelphus b datis ad Nicolaum Tronum ducem literis, vt cœptum in Turcas bellum ſtrenue gerere pergerent, ac maritimis viribus, quibus erant ſuperiores, hoſtem contunderent, ne Cyprum Euboeamque, ac demum Cretam eriperet: *Cauendum eſt ne cum velitis ſuſcepto vulneri, & iam putreſcenti atque incurabili mederi, veſtra quoque remedia ſera futura ſint; præſertim cum nouiſſime nuntius ſit allatus, egiſſe Turcum in deditionem ſuam omnem illam continentis oram, quæ iacet e regione Rhodiorum atque Cypriorum, & ijs in locis claſſem quoque parare maximam, qua ſiue Rhodum ſiue Cyprum inuaſerit, & illis & nobis ingens eſt periculum illaturus. Quid ſi Ægyptum petat, atque per ipſum Nilum Memphim, cui nunc eſt Cairo nomen, cunctis adortatus viribus? num ſatis futuri ſint homines illi ſerui, obſcuri, ac pauci, qui tantum impetum ſuſtineant, cum habeant infenſos, & inimicos vniuerſos populos, quibus ſuperbiſſime dominantur? Potitus Ægypto, quod factu mihi perfacile videtur, num Syria carebit? tentis autem vbi creuerit opibus, quæ ſit Turcus vel veſtra, vel Chriſtianorum omnium potentia inhibendus, quo minus totius orbis terræ potiatur imperio? occurrite ſapientiſſimi magnanimique viri, occurrite, & accenſum ignem, priuſquam aſtuet in flammas, extinguite: ne illud & fruſtra tandem, & dedecoroſe dicendum ſit. Non putaſſem, &c. pridie nonas decembris anno a Chriſti natali die,* MCCCCLXXI.

Expoſitũ diſcrimẽ ne Rhodum & Cyprum Ægyptũque Turca ſubijciat.

c Ibid. pag. 25.

d Pag. 12.

e Lib. 2. bull. pag. 22.

75 Dum certant cum Turcis Veneti, ad comparanda pro tanto bello inſtruendo ac gerendo ſubſidia decimas imperauit c clero Sixtus; tum fideles ad conferendam ſtipem, propoſita d ampliſſima criminum venia, pellexit, docuitque communi ſtudio ſumptuque commune propulſandum exitium. Creauit vero queſtorem pontificium Marinum Nicolai de Fregeno e in regnis Chriſtierni Regis, Dania nimirum, Noruuegia, Gotia, Slauia, ducatu Sleuuicenſi, Holſatiæ, & Stormariæ comitatibus, tum in Liuonia, & vtraque Friſia; ac ſacræ expeditionis in Turcos promulgandæ auctoritate inſtruxit. Adiecta eſt literis hæc temporis nota: *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXI. *prid. idus ianuarij pontificatus noſtri anno* I.

Conciliũ a Sixto indictum Laterani. Fridericus Imp. de loco litem mouet.

76 Similia mandata ipſum alijs dediſſe dubitandum non videtur. Cum autem tantæ rei moles tam ardua exigeret, vt Chriſtiani imperij principes & epiſcopi ad ſolemnes cœtus vocarentur, vt communi ſanctione belli ſacri auxilia decernerentur, concilium œcumenicum Laterani celebrandum indixit: cumque Imperator Fridericus Vtini cogendum popoſciſſet, in quam vrbem ſe conferre pollicebatur, Sixtus Mantuam, vel Anconam propoſuit: tum ob vrgentem rerum difficultatem, vt periclitanti imperio Chriſtiano ocyus ſubueniret, quatuor legatos in varia regna decreuit, vt in ijs exercitus conficerent, de quibus Bartholomæus Platina a hæc refert: *Celebrata coronatione ad rem eccleſiaſticam Chriſtianamque componendam animum adiicit. Concilio itaque tantam rem indigere arbitratus ad Lateranum id ſe habiturum oſtendit, quo bellum Turcis indici commodius poſſet, quemadmodum Pius pontifex inſtituerat, ſi ei viuere licuiſſet. At vero dum hac de re maturius conſultaretur, Imperatorem rem Chriſtianam in magno diſcrimine cernens, Pontificem rogat, vt Vtinum, habendi concilium locum idoneum, deligat: ſed pontifex, cum videret Mediolanenſium ducem, aliquotque populos, & Italiæ principes id nequaquam approbaturos, cumque etiam prouentus ſuos belli neruos abſente curia imminui videret non ſine ſuſpicione tumultus ſi ab vrbe diſcederet, Mantuam primo, mox Anconam proponit, quo Imperator venire percommode poterat, hinc ex Tergeſtino ſinu nauigatione, illinc ex Auſtria terreſtri itinere. Verum cum hac deliberatione rem in longum protrahi videret, patrum conſenſu quatuor legatos decernit Beſſarionem Nicænum in Galliam, Rodericum Borgiam vicecancellarium in Hiſpaniam, Marcum Barbum in Germaniam, Oliuerium Caraffam Neapolitanum Cardinalem claſſi maritimæ in Turcos præficit.*

a Plat. m. ſ. arch. Vat. in Six. IV vita.

Mantua vel Ancona illi proponitur. Quatuor legati in varia regna decreti a Sixto.

c Sixt. IV. regeſt. leg. 2 pag 30.

77 Extant de his legationibus plurima diplomata, de quibus proximo anno agetur. Nunc de Germanica legatione traditum Cardinali S. Marci, vt pacem inter Hungarum & Polonum de Bohemiæ ſceptro certantes conciliaret, diſtrictaque in mutuam perniciem arma in Turcas auerteret, afferemus ex parte, in qua ita loquitur de Mahomete ambos Reges inter ſe diſſidentes opprimere annitente.

Marco tit. S. Marci presbytero Cardinali in Alamannia, ac tota Germania, nec non vniuerſis, & ſingulis prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis einſdem Germaniæ ſacro Romano imperio ſubiectis, ac Hungariæ, & Poloniæ regnis A. S. L.

Ex pluribus victorijs, Chriſtianis in domibus torpentibus, obtentis in tantam ſuperbiæ, & arrogantiæ flammã elatus eſt (nimirum Turcarum princeps,) vt terra marique reliquas fidelium regiones inuadere, & debellare; ſibique, ſi poſſit, vniuerſæ Chriſtianitatis imperium tyrannice vſurpare præſumat, in maximam diuinæ maieſtatis offenſam, noſtrum, & catholicorum Regum & principum, aliorumque fidelium ignominiam, dedecus, & iacturam; & (quod moleſtiſſimum nobis eſt, & maxime ſedet cordis amaritudini, nec aliter quam cum lachrymis referre poſſumus) occaſione regni Bohemiæ inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Matthiam Hungariæ, qui expeditioni aduerſus ipſos truculentiſſimos Turcos vacare, ac inimicos exercitus, gentemque belligeram parare, ac ipſorum

Polonus & Vngarus mutuis bellis implicati.

Turcorum ferocitatem reprimere conſueuit, nec non Caſimirum Poloniæ Reges illuſtres graues belli moles, diffidiaque & diſceptationes ſubortæ ſunt, nec facile ſpes inſtaurandi exercitus illis in oris pro reprimendis ipſorum infidorum Turcorum temerarijs auſibus polliceri poteſt, niſi prius diſcordiæ, ac guerrarum turbines inter eoſdem Reges vigentes pacatæ, & ſedatæ, ipſique ad pacis, & quietis dulcedinem reducti fuerint.

Sacra omnia a Mahomete conculcata.

Nos igitur etiam repetentes animo, non ſine ampliori cordis mœrore, quot ſacratiſſimæ patriarchales, metropolitanæ, cathedrales, aliæque inſignes eccleſiæ pene innumeræ, ac vtriuſque ſexus regularium perſonarum monaſteria, cœnobia, & pia loca profanata deformi ruinæ ſubiecta, illorum ornamenta, cruces, & calices, aliaque diuinis deputata myſterijs conflata, deſtructa, ac (quod lamentabilius eſt) ſanctorum venerandæ reliquiæ conculcata, & innumeri ſexus vtriuſque fideles ad damnatam Machometicam ſectam ſub dura ſeruitute recipiendam fuiſſe compulſos: & niſi per catholicos principes tantæ temeritati tantoque furori celeriter occurratur, maiora ſemper detrimenta videntur veriſimiliter propediem futura.

Fideles ad fidem eiurandā adacti.

Et cum nos ad huiuſmodi neceſſitates explicandas, Regeſque, principes, potentatus, communitates, & dominia hortandum, requirendum, & monendum, vt ſemotis quibuſuis diſſidijs huic ſancto operi vacent, ac ſe ad reprimendum ipſius perfidæ Turcorum gentis elatos conatus accingant, perſonaliter progredi non valeamus, ad huiuſmodi præſentes neceſſitates, quas & maiores in foribus, & prope futuras, niſi protinus obuietur, cernimus declarandas, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, nonnullos ex eis legatos de latere ad diuerſas mundi partes, regnaque & dominia tranſmittendos duximus.

Principes commonitis vt arma capiant in Mahometem.

78 Igitur circumſpectionem tuam, ad Alamaniam, ac totam Germaniam, nec non vniuerſas, & ſingulas prouincias, ciuitates, terras & loca eiuſdem Germaniæ ſacro Romano imperio ſubiecta, nec non Hungariæ & Poloniæ regna tanquam pacis angelum noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere tranſmittimus: *Et infra.* Nos autem, vt fructus, quos inde futuros expectamus, quantocius eueniant, tibi omnes & ſingulas differentias, tam inter memoratos Reges, quam quoſuis alios quacumque eccleſiaſtica, vel mundana aliue præditi dignitate, occaſione regni Bohemiæ huiuſmodi, & quorumuis aliorum dominiorum ſubortis, & quæ forſan ſuboriri poterunt, audiendi, illaſque ſedandi, & quietandi, nec non quoſuis pacis tractatus, & confœderationis inter eoſdem Reges & principes ineundi, & ſi opportunum tibi viſum fuerit, treuguas ad tempus, vel tempora, de quo vel quibus inter ſe concordauerint, indicendi, ac huiuſmodi pacem, ſi ad illam tua accurata ſolicitudine induci poterunt, vel treuguas ipſas etiam cum cenſurarum exaggeratione obſeruari faciendi, & mandandi, ac etiam ad hoc vnam, vel plures dietam ſeu dietas in loco vtrique partium tuto, in quo reges ipſi, ac perſonæ, quas præſens poteſt tangere negotium, per ſe vel oratores ſuos legitimos comparere poſſint, alias, prout tibi viſum fuerit expedire, ſimiliter indicendi, & ſtatuendi, excitandique tam eoſdem Reges quam omnes, & ſingulos catholicos principes & populos, vt aduerſus eundem nefandiſſimum Turcorum principem pro defenſione fidei, pro ſalute patriæ, & propria, ac aliorum Chriſtianorum tuitione ſe ardenter opponant, ipſiuſque reprobos conatus reprimere ſtudeant; inſuper Cruciatam contra eoſdem Turcos prædicandi, & ab alijs prædicari faciendi, (pluribuſque interiectis de irrogandis peruicacibus hominibus cenſurarum pœnis, reſipiſcentibus in Eccleſiæ gremium reſtituendis, imperanda eccleſiaſticis, exceptis tamen Ieroſolymitanis equitibus, qui cum Turcis bella gerunt, annua decuma ſubdit:) plenam & liberalem tenore præſentium facultatem licentiam, & auctoritatem concedimus, & impartimur, &c. *Dat Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXI 2. kal. ianuarij pontificatus noſtri anno 1.*

Data legato imperia vt Bohemiā pace.

Promulgari iuſſa ſacra militia in Turcam.

79 Quintam addit legationem Cardinalis Papienſis a: ſed quæ fuerit non exprimit, ait enim: *Audio Cardinales duos nouiſſime factos eſſe: legatos vero quinque qui ad rem Chriſtianam proficiſcantur*: Aſcripta eſt ijs literis dies XXVI. decembris: fuerunt ij Petrus Riarius mediocri familia Saonæ ortus, & a Sixto a teneris annis in Franciſcano ſodalitio educatus, quem epiſcopum Taruiſinum ante deſignatum presbyterum Cardinalem tituli Sancti Sixti creauit, & Iulianus Raphaelis fratris filius epiſcopus Carpentoratenſis S. Petri ad vincula presbyter pariter Cardinalis, qui poſtea pontificios apices conſecutus Iulij II. nomen ſibi indidit: in ea vero re ipſum conceptum in conclaui iuſiurandum violaſſe, vt priuatis indulgeret affectibus, queritur Iacobus Papienſis b. Porro ipſi Cardinali Papienſi legationis in Vmbria obeundæ munus iniunxit Sixtus hoc anno, ad pacandam nimirum prouinciam multis turbatam ſeditionibus, vt ex pluribus eius epiſtolis perſpicuum eſt. Qui etiam per idem tempus ad conſcribendos commentarios ſe comparabat: eamque ob cauſam Bertinum Lucenſem Andriæ epiſcopum rogauit c, vt de Anglicarum rerum conuerſionibus, tum Burgundi ducis, Gallorumque Regis belli geſtis ipſum certiorem faceret.

a Papien. ep. 407.

Cardinalitius ſenatus auctus.

b Id. ep. 421 423 & 433.

c Iac. Papi id. ep. 383 Iac. Maph. Volat. in eius vita.

80 Sed ad Pontificis ſtudia ad pacandam Italiam adhibita redeamus. Cum Aſculum inteſtinis diſcordijs laniaretur, Sixtus B. Iacobum Picentem Minoritam, cuius operam ſummo ea in re emolumento futuram pro comperto habebatur, eo ſe conferre, concordiæque accedere interpretem iuſſit d.

B. Iacobus Picēs ad conciliandos Aſculanos miſſus.

81 De inſigni adeo viro prætermittendum non eſt; viſum ipſum ſuperiori circiter anno virginis Deiparæ, ſe illi per ſpeciem obijcientis, ope liberatum fuiſſe e grauiſſimo morbo, vt populos euangelica pietate informaret, cum ad inuiſendam Lauretanam ædiculam ſe contuliſſet, vt narrat Horatius Turſellinus f ex monumentis Franciſcanis: additque eundem, cum a dæmonibus grauiſſime infeſtaretur, iterum Lauretum luſtraſſe, atque intentius oranti Dei Matrem ſe oſtendiſſe, monuiſſeque finem pugnæ adeſſe: atque ipſum cœleſti corona potiturum, de cuius pia eius morte dicetur inferius.

d Lib. 1. breu pag. 1.

e Chron. Minor. Franciſc. l. 6. c. 3. & 4.

f Turſell. l. 2. c. 2.

Eodem anno Philippus Clinius cum a Gallis in præalta turri vinculis conſtrictus teneretur, implorata ſanctiſſimæ Virginis ope vincula ferrea oſſe bubulo diſcidit, atque Hallas ad perſoluendum votum ſe contulit, vt Iuſtus Lipſius ex vetuſtis monumentis narrat g.

g Iuſtus Lipſ. in Virg. Hallens. c. 30.

Cæte-

Digitized by Google

82 Cæterum Sixtus pontificatus ſui initio pacandi Chriſtiani imperij cupidiſſimus, ne exitialia diſſidia, nonnullarum mercium occaſione, Catalanos inter ac Genuenſes concitata in apertum bellum erumperent, curabuit. Cumque induciæ inter illos Ferdinandi Regis Neapolitani ſtudio initæ eſſent eum rogauit a, vt cœpta ad felicem exitum perduceret: *Fuit inter Catalanos & ipſos, nimirum Genuenſes, vt ſerenitas tua ſcit, bellum diuturnum, ex quo infinita pene mala ſe nata ſunt; ſed demum per inducias ſi non omnino extinctum, ex aliqua tamen parte ſublatum eſt medio tuæ ſerenitatis intercedente.* Et infra: *Tuam ſerenitatem hortamur, vt in re hac & cæteris, quæ inter Catalanos & Genuenſes pacem afferant, tecumque beniuolentiam ſeruent ita te habeat, vt & ipſi conceptam de tua ſerenitate opinionem non amittant, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XXVI. nouembris MCCCCLXXI. anno 1.* Cæterum ad Ferdinandum ſibi conciliandum Pontifex eo illum inſigni beneficio affecit, vt annuum vectigal ipſi remiſerit b quandiu auxiliares in Turcas copias coniungeret: qui quidem hoc anno triremes ſeptemdecim eduxit; qua de re extat pontificium diploma exaratum proximo vere, regijs literis inſertum: iunxiſſe etiam poſtea Sixtum cum Ferdinando affinitatem, ac regiam filiam Leonardo ex fratre ſuo nepoti in matrimonio locaſſe, refert Bartholomæus Platina c.

a Ib. pag. 50. Catalani & Genuenſes inducias pacti.

Annuum vectigal qua lege Ferdinando remiſſum. b M.S. Vallicell. ſign. lit. B n. 19 pag. 189.

83 Hoc anno paulo ante kal. auguſti vitam pie clauſit d Dionyſius Carthuſianus in Hasbania, e vico Rigoolſi Leodienſis diœceſis dicto Rikelo ortus, qui plura volumina magno pietatis ſenſu delibuta conſcripſit: nonnulla tamen caute legenda aduertit Robertus Cardinalis Bellarminus. Hoc vero ad illius cōmendationem referunt, Eugenium IV. cum aliquem ex pijs eius commentarijs forte inſpexiſſet, exclamaſſe: *Lætetur mater Eccleſia, quæ talem habet filium.*

c Plat. m.ſ. Vat. in Sixto. Dionyſij Carthuſiani pius obitus. d Papyr. Maſſon. in Paulo II. Operum illius inſigne elogium.

84 Hoc anno Amedeus III. Sabaudiæ dux pietate ſpectatiſſimus exeunte iunio menſe Aurelium ad hominibus demigrauit, quem ſingulari in pauperes liberalitate vſum memorat Lambertus Vvanderburchius e: *In egenos, inquit, pauperesque cum ſupra modum, & ad prodigalitatem vſque, auri argentique negligens, eſſet effuſus adeo, vt permagnum quotidie huiuſmodi hominum numerum in aula ſua aleret, ea de re a proceribus, vſque quorum conſilio vtebatur, admonitus aliquoties, nullam arcem, nulla propugnacula, nulla munita atque ditiones ſuas conſeruare reſpondit, atque hominum egenorum, qui ipſi Deo curæ, ſingularem hanc curam. In eo vna prouinciarum ſuarum omnium vires roburque, quod nulla queant expugnare caſtra, nulla euertere tormenta, conſiſtere. Eos ille homines commilitones ſuos appellare, eos accurate liberaliterque habere, ijs cibum, & potum, & detractas ſubinde corpori ſuo veſtes de ſua præbere manu, eorum conuictu, ac familiaritate gaudere, & prope nonnunquam diſcumbere verſis illuc omnium mentibus. Cum a legato forte quodam extero nullos num canes haberet venaticos interrogaretur, ingentem ſe poſtridie illi huiuſmodi canum numerum oſtenſurum reſpondit: reuerſum itaque ad horam condictam hominem, cum canes nulli apparerent, in proximum abducit triclinium, vnde in ſubiectam aulæ planitiem deſpectus erat, ibi menſam illi admiratundo oblongam inſtratam, & ciborum omni genere refertiſſimam, accumbentesque ad eam mendicos pauperesque quamplurimos oſtendit, atque hiſce hominem affatur verbis. Iſti, vir amice, canes ſunt, quibus in vita hac, cuius breuis incertaque periodus eſt, caſum ego venor, alimentaque expedio quæ manna omni præſtantiora famem mihi in perpetuum ſiſtant.*

Obitus Amedei. e Card. Bellar. l. 3. de offic. principis Lamber. Vvanderb. in Amed. III. Inſignis eius liberalitas in pauperes.

Firmari eorum precibus principatum ait.

Vocat eoſdem canes venaticos quibus cælum capiatur. Quid ipſi obiectum. Quid ab eo reſpōſum.

85 *Ad quæ dicente inter alia legato inueniri ſæpius homines improbos iners eſque, qui paupertatem ſimulent, & mendicando potius quam manibus propria ad cultum victumque ſuppeditent parando, viuere malint. Nolim tam anxie ego iſta inquirere, reſpondet ad ea dux. Si in aliorum extimatione noſtras pari curioſitate diuinum illud inquirere vellet Numen, & quoties cumque a recto deflectimus dignas de nobis ſumere pœnas, neque pro odio gratiam redderet, non beneficiorum, quæ tam larga liberalique in nos ille confert manu tantus eſſet cumulus. Alia præter hæc complurima in pauperum patrocinium allegante duce, & varijs ea ex Scriptura ſacra depromptis confirmante exemplis, cum eius orationem interpellans legatus ad paupertatem plures, quam ad diuitias eſſe aſpiraturos, ſi omnibus ea mens eſſet principibus, reſpondet. Ad ſapientiam etiam plures haud dubie, ſubiunxit protinus dux, aſpirarent.* Addit auctor laboraſſe illum morbo moleſtiſſimo & continuo, cumque illius conſolandi gratia proceres ad eum accederent, ipſummet eos ſolatum: *Deum nunquam nobis viciniorem eſſe demonſtrandum, quam cum maxime varijs corpus hoc exercet cruciatibus, nullaque remedia, quæ animæ vulneribus curandis adhibentur tam facere dolorem, quam quæ maxime ſunt ſalutaria.* Philibertus filius eius nominis primus in principatu illi ſucceſſit, ac ſunt qui ſcribant Amedeum poſt mortem miraculis claruiſſe.

Alia obiectio. Diſſoluta ab eodem.

Mira eius patientia

Fertur claruiſſe miraculis

IESV CHRISTI

Annus 1472.

SIXTI PP. IV. annus 2. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 33.

1 ANno ſeruatoris milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, indictione quinta Sixtus ſtudio tuendi aduerſus Turcicas irruptiones Chriſtiani imperij accenſus, cum claſſem adiunctis ſibi Venetis & Neapolitano Rege inſtruendam decreuiſſet, illique Oliuerium Caraſam præfeciſſet Chriſtifideles apoſtolico diplomate propoſita immortalitatis ſpe ſolicitauit, vt religioſam militiam in claſſe eccleſiaſtica, in qua humaniſſime excipiendi eſſent, profiterentur, palamque vulgauit a terra marique vires omnes in Turcas ſe impenſurum.

Fideles ad cruceatam in Turcas militiam excitati. a Lib. breu. & bullar. pag. 39. ep. 31.

Vniuerſis, & ſingulis ad quos præſentes literæ peruenerint ſalutem, &c.

2 Chariſſimos in Chriſto filios noſtros catholicos Reges, ac principes, quacumque præditi ſint dignitate, ac communitates, quæ ſuis legibus viuunt, & vniuerſos Chriſtifideles per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ac paſſionem eius, & crucem, quam pati voluit, vt nos redimeret, obteſtamur, vt non patiamini hanc tantam ignominiam, & labem in oculis omnium diutius verſari: omittamus regiones, ac prouincias ſecundum legem Domini viuentes, quas ferro, & igni Turcus immaniſſimus deuaſtauit, & tandem ſuæ tyrannidi deſeruire coegit: templa ac ſancta loca polluta, & labefactata ſunt: ſanctorum reliquiæ laniatu canum deiectæ: ſacræ ima-

imagines luto, & ſputo deturpatæ, ac coinquinatæ: Chriſtiani vtriuſque ſexus tanquam pecora in prædam deducti: liberi ab amplexu matrum, & infantes lactentes non ſine lachrymis, & ſuſpirijs direpti & diuulſi exiterunt. Denique nullum ſæuitiæ, & immanitatis barbaricæ genus per Turcos prætermiſſum eſt, quod non fuerit in Chriſtianos homines coniectum. Hæc omnia noſtra ætas vidit, & audiuit, atque perpeſſa eſt cum maximo dedecore, & ignominia nominis Chriſtiani. Nec quieuit propterea truculentiſſimus draco, omnia experitur, & circuit, vt reliquas Chriſtianorum partes adoriatur, & deuorare poſſit.

Tentata omnia a Mahomete ad perdendos Christianos.

3 Ad hanc igitur immaniſſimam belluam non ſolum exterminandam, ſed penitus extinguendam excitem ini viri fortes, excitemini, nec patiamini immaniſsimos Turcos in Chriſtianitate imperare; ſed pro Dei reuerentia decertantes, pro vindicandis atrociſsimis iniurijs, & pro honore omnium Chriſtianorum conſeruando, apud quos ſæpiſsime parua manus innumerabilem Turcorum, & aliorum infidelium exercitum deleuit: denique pro tuitione catholicæ fidei, pro patria, pro domibus proprijs, pro liberis atque coniugibus intrepidis animis iniurgatis, ſperantes in Domino, qui pro ſui honoris gloria pugnantes perire non ſinit; ſed ipſe qui præpotens eſt propugnatores ſuos adiuuat, hoſtium ſuorum vires penitus conterendo. Animas veſtras omnipotenti Deo, a quo accepiſtis pro communi ſalute reſpublicæ Chriſtianæ, ac veſtra voueatis, recepturi pro caducis æterna præmia. *Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno* MCCCCLXXII. *V. id. aprilis pontificatus noſtri anno I.*

4 Inſtructa eſt igitur pulcherrima claſsis triremium centum & eo amplius, cuius pars Cardinalem legatum exceptura, cum in Tyberinum alueum inuecta eſſet pontificia precatione ſolemni ritu fuit ſacrata, vt deſcribit Raphael Volaterranus a: *Die, inquit, ſolemni corporis Domini circumlato ſacramento a Pontifice Vaticani ad molem vſque Hadriani, atque in deuia ſacra ad baſilicam reuerſus ea Cardinalis Neapolitanus familia Carafa natus, tit. S. Euſebij, legatus ante ad claſſem maritimam deſignatus, ſacris eſt operatus Pontifice, & patribus aſtantibus. Ijs expletis vexilla triremium per oratores principum, & potentatuum portata ad Pontificem ad ſummum ſolium, in quo reſederat, ſunt: qui illis benedixit ſolemni ex ceremonialibus benedictione. Inde diſceſſum eſt ad horam XX. ipſe Pontifex comitatus patribus, & prælatis ad triremes profectus eſt, quæ paulo infra cœnobium B. Pauli porta Oſtienſi Piſis aduecta medio alueo Tyberis ſubſederant. In prætorium aſcendit pontifex, & patrum nonnulli, ex cuius puppi loco edito, vnde videri ab omnibus poterat, ſimili ſolemnitate triremibus benedixit: quæ quatuor tantum erant, nam reliquæ numero quatuordecim cum duabus onerarijs Brunduſium præceſſerant. Tot eo anno armauit Eccleſia, cum Veneti quinquaginta ſex, Ferdinandus triginta armaſſet. Benedixit etiam legato, & familiæ, & pronunciari alta voce iuſſit, remittere ſe culpam, & pœnam ijs nautis, vel pugnatoribus, qui aut in pugna, aut alio caſu vita excederent. Quibus actis legatum reliquit in claſſe, ipſe ad Vaticanum reuerſus eſt. Erat illi nomen Oliuerius annos ætas circiter quadraginta, ſummæ modeſtiæ, & religionis, iuris canonici, & ciuilis profeſſor. Ante hunc legatum, & vicecancellarium, quem*

a M ſ. arch. Vat. ſign. n. 40. & Papien. ep. 449.

Claſsis pontificia ſacra prece a Sixto luſtrata.

Quia triremium numerus a ſocijs comparatus.

ſuperius annotaui, diſceſſerant etiam in prouincias ſuas duo alij Cardinales Sancti Marci Marcus nomine ex familia Barba ad diem vigeſimam ſecundam februarij, ita, magnæ modeſtiæ, & religionis pater, ſed lectura mediocris, cui Germania tota Hungaria, Bohemia, & Polonia fuerat in legatione decreta. Item & Cardinalis Tuſculanus epiſcopus ſeptuagenarius vir magni ingenij, ac magnæ auctoritatis antiſtes natione Græcus, qui ad .. aprilis profectus Galliam Angliamque ad legationis opus accepit.

Profectio aliorum legatorum in ſuas prouincias.

5 De his legatis in varia regna dimiſsis hæc habet Philelphus a in literis ad Sixtum datis: *Mittis tu, pater beatiſſime, legatos in Galliam, in Germaniam, in Hiſpaniam, in Pannoniam, in Britanniam; & prudenter id quidem: modo tandiu præſtoletur Turcus, donec ij accingantur ad bellum externum. Exiſtimas tu, pater prudentiſſime, inter ea temporis Turcum dormitaturum, quo nemo vigilantior eſt ad prædam, & non manibus pedibuſque operam daturum, vt anticipet noſtros cogitatus? ſi proximo nouembri incurſauit intra Italiæ fauces, nec alia re vlla prohibitus eſt, quam fluminum altitudine, quæ imbrium vi excreuerant; num cum veris tranquillitas aduentauerit ſegniorem ſe præſtabit? Accelerandum eſt, inquam, accelerandum, annitendumque ne imparati atque inermes cum paratis inſtructiſſimiſque hoſtibus de imperio, de liberis, de parentibus, de vxoribus, de vita religioneque dimicemus. Ex Mediolano* III. *id. ianuarij* MCCCCLXXII.

a Philelph. lib. 33. ep. 19.

Conſulit Sixto maxime Italos mutuo coniungendos fœdere.

6 De pontificiæ claſsis fœderatorumque bellicis in Turcas geſtis dicetur inferius. Quod vero, ad legatorum apoſtolicorum, qui in varia regna, vt in ijs ocyus ex communi Regum ordinumque conſilio validi exercitus in hoſtea fidei decernerentur, dimiſsi fuerant (cum ſolemnes conciliares cœtus ſine maximis difficultatibus cogi non poſſe viderentur) geſta attinet; de ſingulis ordine diſſeremus. Offert ſeſe primum Cardinalis Beſſarion, qui cum infirma eſſet valetudine, atque ætate confectus, legatione in Gallijs & Anglia gerenda, quam ante petierat, ſe abdicare eſt meditatus. Quem Iacobus Cardinalis Papienſis ipſi familiaritate coniunctiſsimus ad ſuſceptum munus retinendum, ſtrenueque obeundum hiſce literis b accendit: *Nicene pater miliſtent Deo, & plebi ſuæ ſanctæ hi vltimi dies: proficiſcere in Galliam: excita ſoluto amplius ſenſus egregios: effunde diuitias ingenij: calefac ſpiritu oris corda frigentia: declaratio ſermonum tuorum illuminet, & intellectum det paruulis. Miretur aliquando Gallia, quod iam dudum miratur Italia. Natio ingens eſt, plena populo, clara militia, aſſueta Chriſti obſequijs, campum habens latiſſimum, in quo ſerere, & colligere meſſem vberrimam miſeræ Italiæ potes, &c. Vale. Fulginij* MCCCCLXXII.

Beſſarion animatus a Papienſi vt legationem obeat.

b Card. Papien. ep. 416.

7 Abnuit Beſſarion in Cardinalium ſenatu Gallicanam legationem infirmam valetudinem cauſatus: verum Pontifex, qui meminerat, vt ait Cardinalis Papienſis c, quanto ſtudio fuiſſet ante petita, mirareturque tam paucis diebus voluntatem mutatam, de concilij ſententia non admittens abdicationem, monuit tantum, vt maturius cogitaret. Scribente vero ad illum humaniſsime Ludouico Francorum Rege, gratulanteque de legatione ei data, hortanteque ad maturandam profectionem, quam ſibi & regno futuram lætam affirmauit, prima in eo deſideria reuixere, legationemque XIII. martij reſumpſit

c Papien. ep. 437.

quit a. Profectus in Gallias mutatam improborum hominum opera Regis mentem reperit b, adeo vt de ſuæ legationis æſtimatione maximum diſcrimen adierit. Eorum autem Rex, vt ad ipſum pergeret, monitique ſibi ab Apoſtolica ſede mittendum liberè obtinet; quo tempore Cardinalis Papienſis, de quo paulo ante memoraui, hæc ad eum ſcripſit c: Tua nos, vel noſtra potius (per hos dies nos) fatigarunt, imo in primis afficiunt dolore, quod aperte intelligo artificijs peruerſorum in tua miſeria oppugnari pa[illegible] omnium cauſam: neſcio quo in loco nunc ſitus ſit honor; eſt quod Eccleſiæ grauius ipſo malo eſt quod tute tecum ad Chriſtum verſus cum Paulo dicas: Munda ſunt manus mea a ſanguine bonum omnium, non enim ſubterfugi, quominus annunciarem eis omne conſilium Dei. Dura conſolatio tibus tam præſertim afflicto, ſed tamen in tanta iniquitate pater integerrima neceſſaria: puta autem ſi peruenisti ad Regem, probatam eſſe innocentiam tuam, ſimul diſſipata impiorum conſilia; id Deus optimus faxit; cuius cauſa nunc ſeruis. &c. kal. auguſti MCCCCLXXII.

a Ib. ep. 439. & ep. 444. b Ibid. ep. 451. c Papienſ. ep. 439.

8 Cum conueniſſet Beſſarion Ludouicum Regem, ab eo, iam ſuſpicione accenſo, parum honorifice eſt exceptus, nec vero Ludouicus Rex, quam in ſpem antea expectationemque ducendæ in Turcas expeditionis concitaſſet, promiſſa perficienda decernebat; ſed hæc iactaſſe creditus, vt Burgundum Britannumque in odium adduceret, quaſi eorum culpa orientalis res non foret reſtituta, ſacrataque Chriſto arma priuatæ ſuæ offenſiunculas obliuione delere abnuebat: cumque vrgeretur a Cardinale Beſſarione, vt cum Carolo duce Burgundiæ fœdus pangeret, collapſæque religionis, & Græciæ Turcica oppreſſæ ſeruitute miſereretur, reſpondit d pacem redintegrari non poſſe, niſi prius Burgundiæ Britanniæque duces, qui Gallicæ coronæ beneficiarij regni non obſequebantur, in ijs anathemate percellerentur. Quod cum veluti iniquum legato ſedis Apoſtolicæ, nimirum ne in priuatarum partium ſtudia ſe trahi ſineret, qui concordiæ futurus interpres aduerſaſque partes conciliaturus acceſſiſſet, Beſſarion tacite detrectaret, Rege perſtante in ſententia ſua, re ita iam infectus eſt, & Rauennæ febri, ac ægritudine obijt e. Ipſi ſuperuenisse febrim ex legationis infeliciter geſtæ dolore refert Cardinalis Papienſis; Mox, inquit, vt regnum ingreſſus eſt ipſi Regi cœpit eſſe ſuſpectus, progredi ad eum eſt vetitus menſes duos: ludibrio habitus, tertio tandem admittitur, vno atque eodem ingrato colloquio. Finitur legatio, redijt mœſtus; ad explicandas facultates nec locus fuit nec tempus, dolore inde confectus Rauennæ deceſſit, hoc nimirum anno, vt alijs literis f. VII. decembris conſignatis teſtatur. Celebrat g vero eiuſdem laudes, obitumque deflet in literis ad Campanum datis: Voco te, Campane frater, ad lamenta, & lachrymas: mortuus Nicænus noſter eſt vir ſine controuerſia magnus, cuius doctrina ingens erat, ingenium ſingulare, admirabilis eloquentia, ſtudium autem ad publica vnu modo continuum: ſed ſupra ætatis ac valetudinis, forte etiam pertinax. Nil habuit Romana ſedes, quo gloriari amplius poſſet, nihil quod ad ſuum miniſterium efficacius iungeret: videbat prudenter, explicate monſtrabat, ſine intermiſſione operabatur, aliena etiam ſegnitiei reprehenſor ſemper erat, ac caſtigator: ad hunc referebantur noſtra conſilia, ad hunc legationes vndecumque nos adeuntes. Sine Nicæno nec operum initia erant nec exitus, tota operum moles huius vnius humeris inſiſtebat. Omitto amorem in nos, qui maior eſſe non poterat: officia in cæteros, quæ plura prope ab vno illo proficiſcebantur, quam a reliquis patribus: religionem quoque, pietatem, munificentiam, animi magnitudinem, qui nil humile, nil, quod non dignitati conuenctam eſſet, poterat cogitare. Flendus tanta ſecutura obitus eſt, flenda vnius Eccleſiæ. Flenda etiam bonorum omnium orbitas: mihi quidem accidere nil dolentius potuit. Et infra: Sanctus ſenex ob falſam de fide ſua ſuſpicionem videns incaſſum eſſe labores ſuſceptos, relictam in armis prouinciam, perditam ſpem magnorum pro religione ſubſidiorum, ſupra vrgentem valetudinem etiam animo conſternatus, Rauennæ, quo a Taurino deductus Pado erat, ſpiritum Domino reddidit, tanta, quod exploratum mihi eſt, conſtantia, vt ſanctiſſima vita ſanctiſſimus quoque inuentus ſit exitus. Quibus ergo aut laudibus proſequemur tam magni meriti patrem, aut monumentis ornabimus pro republica mortem ſuſceptam, aut doloribus requiremus? noſtri ordinis lumen extinctum, conatus quidem noſtri, & decreta, & litera quoque minora ſunt meritis. Vt virtute anteiuit quidquid in Eccleſia præclarum fuit, ſic ad referendas defuncto gratias impar eſt omne, quod quæritur. Benedicamus tantum nomini ſuo commemorationibus quotidianis, recenſeamus ſanctas actiones eius, & in opera ſenis tanquam in exemplum ſacerdotale inſpiciamus: lugeamus autem ad ſingula, & damna ingentia, deploremus ſæculis quidem multis: alterum Nicænum habituri non ſumus, tam autem noſter ordo relictus in tenebris eſt. Luce ſua illuſtrabat obſcura, & multorum inſcitiam vnius ſapientia tolerabat. Eum etiam adhuc viuentem pro ipſius merito prædicauit Bartholomæus Platina, quem ſeptimum ac ſeptuageſimum ætatis annum egiſſe tradunt.

Gallus Rex expedire in Turcas arma abnuit.

Indigna aduerſus ipſum loquitur. d M. ſ. Vat. arch. inſc. Miſcel. in Sixt. IV. anſa.

Beſſario Card. dolore ex malo ſucceſſu extinctus.

e Papien. ep. 544. & 500. f Ib. ep. 500. g Ibid. ep. 498.

Illius elogium.

9 Reliquit egregia doctrinæ monumenta, nimirum, vt Trithemius & Bellarminus aiunt, ſcripſit orationes doctiſſimas pro vnione Græcorum, quæ in actis concilij Florentini extant: librum etiam aduerſus Marcum Epheſium pro defenſione Romanæ eccleſiæ, tum alium de verbis conſecrationis aduerſus eundem, de quo ſupra memorauimus. Multa præterea philoſophica in defenſionem Platonis, & metaphyſicam Ariſtotelis latinitate donauit: tum libros tres conſolatorios ad Græcorum Imperatorem miſit, nouiſſime vero Petrus Arcudius ex Vaticanis monumentis nonnulla eiuſdem opera Græca & Latina in lucem edidit a, nempe confutationem Palamæ, qui aduerſus Ioannem, dicta ſanctorum patrum Græcorum de proceſſione ſpiritus Sancti ex Patre & Filio recenſentem, impiè ſcripſerat: tum librum inſignem de proceſſione Spiritus ſancti ad Alexium Laſcarim Philantropinum, ſtirpe cæſarea ſatum, qui de concilij Florentini rebus doceri cupiebat. Creatus etiam patriarcha Conſtantinopolitanus encyclicam epiſtolam ad Græcos in Eccleſiæ ſinum reuocandos ſcripſit b. Bibliothecam, quam ingenti ſtudio comparaurat, Venetæ reipublicæ teſtamento legauit, vt iam ante petita Pontificis venia decreuerat, cum a Veneto ſenatu magnis affectus beneficijs, atque etiam ſubacta a Turcis Græcia, ciuitate donatus, tum grauiſſimis rationibus adductus eſſet, vt Græci, qui Venetias confluere ſolent, fructum ex ijs capere poſſent, vt diſerte in literis ad eundem ſenatum Venetum antea datis c explicat.

Quæ reſtant ab eo ingenij monumenta.

a Extant inter opuſ aurea.

b Ext. ibid.

Veneti ampliſſimam bibliothecam relinquit.

c Extant apud Pet. Iuſtin. l. 8.

Illu-

Illuſtriſſimo ac inuictiſſimo principi Chriſtophoro Mauro duci Veneto, & inclyto ſenatui Beſſario Nicenus Cardinalis S.

Cur Venetis potiſſimum libros reliquerit.

10 Mihi multas Italiæ vrbes animo voluenti ſola tandem veſtra inclyta atque ampliſsima ciuitas occurrit, in qua animus meus omni ex parte conquieſceret. primo enim non videbam quem locum eligere tutiorem poſſem quam eum, qui æquitate regitur, legibus tenetur, integritate ac ſapientia gubernatur, vbi virtutis, continentiæ, grauitatis, iuſtitiæ, fidei domicilium eſt, vbi imperium vt maximum eſt atque ampliſsimum, ita æquabile & moderatum, animi in conſultando liberi, nulli libidini, nulli delicto obnoxij, prudentes imperij clauum tenent, & boni malis præferuntur, ac priuatorum commodorum obliti totum corpus reipublicæ vnanimi conſenſu, & ſumma integritate procurant: ex quo ſperandum eſt ciuitatem veſtram (quod optamus) in dies magis & vires, & nomen propugnaturam. Dehinc intelligebam nullum locum a me eligi poſſe commodiorem, ac noſtris præſertim hominibus aptiorem; cum enim in ciuitatem veſtram omnes fere totius orbis nationes maxime confluant, tum præcipue Græci, qui, e ſuis prouincijs nauigio venientes, Venetijs plurimum immorantur, ea præterea nobiſcum neceſsitudine deuincti; vt ad veſtram appulſi vrbem quaſi alterum Byzantium introire videantur. post hæc quomodo poterat hoc beneſtius locari, quam apud eos homines, quibus ego multis eorum in me beneficijs deuinctus, obſtrictuſque eſſem; & in ea ciuitate, quam mihi (ſubiugata Græcia) pro patria elegiſſem, & in quam aſcitus a vobis honorificentiſsime receptus fuiſſem? &c. *Ex balneis Viterbienſibus anno ſalutis* MCCCCLXVIII. *pridie kal. iunias.*

Ab ijs donatus patria fuerat amiſſa Græcia.

11 Actæ fuere a duce & ſenatu Veneto honorificentiſsimis literis gratiæ. Porro corpus illius Rauenna Romam delatum in ſepulchro conditum eſt, quod ipſe ſibi parauerat in baſilica ſanctorum Apoſtolorum iuxta monumentum martyris Eugeniæ, vt ait Phrantzes; cum autem patriarchatus Conſtantinopolitani titulos poſt Iſidorum Cardinalem Ruthenum geſsiſſet, in eius locum ſuffectus eſt Petrus Riarius Cardinalis, Pontificis ex ſorore nepos, ſedente Conſtantinopoli Simeone Græco.

Petrus Riarius Conſtantinop. patriarchatui ſuffectus.

12 Quod ad Galliarum bella ciuilia attinet, ad quæ Beſſarionem miſſum vidimus; liuor faſtuſque Ludouicum Francorum Regem & Carolum ducem Burgundiæ adeo efferarant, vt non modo palam ferro flammaque, ſed etiam clam veneficio a ſe mutuo inſectarentur, vt mirum non ſit Beſſarionem ſedare eorũ iras non potuiſſe. Agebant autẽ Ludouicum contrarij interdum motus, ac modo pacem modo bellum expetebat: cum timeret ne ſub coniuratorum principum viribus fatiſceret, Carolus enim Burgundus Carolum fratrem ipſius Ludouici ducem Aquitaniæ nuptiarum Margaretæ filiæ principatuum heredis ſpe, tum Franciſcum ducem Britanniæ, quos plurimi regni proceres ſequebãtur, ſibi deuinxerat. Vrgente eo terrore auctor fuit idem Ludouicus b interprete theologo, qui poſt religioſam & ſolemnem ſupplicationem die prima maij celebratam, de pietate regia in Deiparam concionatus eſt, vt conſuetudo pulſandæ hora meridiana campanæ induceretur, quo tempore populus angelicam ſanctiſsimæ Virginis ſalutationem aſſequendæ publicæ pacis gratia genibus ſubmiſsis religioſe repeteret, vti in noctis crepuſculo fieri conſueuerat.

a Gaguin. in Lud. XI.

Grauis in Ludouicum orta coniuratio.

b Addition ad Monſtr. Gaguin. in Lud. XI. & alij

Lud. ſalutãdę Virginis hora meridiana auctor.

13 Eodem tempore Carolus dux Aquitaniæ veneno ſublatus a eſt, accuſatumq; ferunt a Iordano abbate venefico Ludouicum vti ſceleris auctorem; atque mox copijs, quas diſpoſuerat, immiſsis Aquitaniam recepiſſe: at Burgundum ira accenſum in regiam ditionem irrupiſſe, b Neellam Viromanduorum vrbem compuliſſe ad deditionem, ac mox pactionum oblitum in dediticios ſæuijſſe, & ſacra templa humano cruore reſperſiſſe: inde Royam cepiſſe; Bellouacos adortum, ſed non ſine cæde ſuorum propulſatum: per Normanniam ferrum flammamq; circumtuliſſe: in alijs pariter prouincijs hinc a Burgunda factione in Campania, in Burgundia vero a regia magnam vaſtitatem effectam. Cæterum Franciſcum ducem Britanniæ ſibi conciliauit Ludouicus, atque a Burgundi fœdere diuulſit; quocirca belli faces imminutæ fuerunt.

Fraternū veneficij opera ſuſtuliſſe accuſatur

a Gaguin. in Lud. XI. Meyer l. 17. Belle for. Surit l. 18. anna c 39.

Aquitania a Lud. accepta.

b Gaguin. in Lud. Phil. Comi in chron. c. 57. 58. 59. Meyer l. 17. Belc. dec. l. 2.

Brito in amicitiā receptus.

14 Inter hæc a Rex Romam miſit Theobaldum epiſcopum Cœnomanenſem ad Sixtum oratorem ſuum: quem in ſacrum purpuratorum ſenatum die iunij octaua adductum eſſe teſtatur Cardinalis Papienſis, qui interfuit: quæ vero propoſuerit non ſubijcit. Interiectis paucis diebus allatæ ſunt eiuſdem Francorum Regis literæ c, quibus inſtabat Carolum Borbonium archiepiſcopum Lugdunenſem in Aueniōnenſis legationis, & adminiſtrationis comitatus Venuſini, quæ eidem Carolo Beſſarionis ſtudio decretæ fuerant, poſſeſſionem induci.

c Apud Sixt. lib. breu. & bullar pag. 105 ep. 75 ext. etiam in ms. ſ. Vallic.

15 Proximo menſe audita eſt alia inſignis legatio Gallica, qua ſolemni ritu ſedis Apoſtolicæ maieſtatem ueneriti Franci Sixtum, Chriſti verum in terris vicarium profeſſi, regia obſequia illi detulere. Perſtringit Volaterranus præcipua habitæ ab ijs orationis capita hiſce verbis d: X. *iulij datus eſt publice ſenatus oratoribus Gallis ad profitendam obedientiam*. Et infra: *Deſcenderunt in commendationem ſanguinis regij: lilia tria, quam in inſigni ſtatu ſint interpretantes, vt vno ſignificari dicerent oleum, quo in coronatione inungitur Rex: altero vexillum, quo eſt ſemper defenſa fides catholica: tertio potentiam, qua id ſæpe potuerunt & poſſunt. Porro autem ingentem dixerunt eſſe fidem Regis in apoſtolicam ſedem & in Romanum Pontificem: quo in loco commemorantes ipſius Romanæ ſedis inſtitutionem diuinam, eminentem gloriam, & neceſſariam ſaluti, noſtræ nimirum, venerari ſe illam veniſſe addiderunt; dederuntque obedientiam debitam: poſtremo obtulerunt Regem, & regnum.*

Galli Sixto vt Chriſti vicario addiderunt obſequia.

d M. ſ. archiu. Vat.

Orationis ab ijs habitæ ſumma.

Quibus verbis vſi ſunt.

16 Plures etiam alios Reges & principes eſſe proſecutos Sixtum paribus officijs eodem anno narrat Volaterranus; de Frederici enim Palatini Rheni oratoribus, qui vigeſimo primo aprilis die audiri fuere hæc tradit: *Hortati ſunt ad capeſſandam Chriſtianorum cauſam in Turcos, ad quam & comitem obtulere*. Et infra: *profeſſi denique obedientiam ſunt, & benedictionem illi a pontifice popoſcerunt*. Kal. iulij Luſitaniæ Regis oratores ſolemni ritu apoſtolico imperio ſe ſubdidiſſe, teſtatur idem auctor. De Iacobo vero Rege Scotiæ, qui inter primos obedientiam Pontifici præſtitit, extant Sixti ad eundem Regem datæ literæ.

Alij principes ac Reges ſua deuouent obſequia.

e Sixt. lib. bull. pag. 36. & 100

17 Inſtituerat e paulo ante Sixtus in Scotiæ regno archiepiſcopatum, ac metropolitano ſolio eccleſiam S. Andreæ ornauerat ſtudijs Patritij, qui primus archipræſulares infulas geſsit, redi-

Archiepiſcopus in Scotia inſtitutus

rediturusque in Scotiam Internuntij apoſtolici munere auctus eſt, vt bellica in eo regno præſidia aduerſus Turcas compararet: *Cum confidamus*, inquit, *ex eo regno, quod nobiliſſimum intelligimus, & ſemper gloria Chriſtianæ religionis effulſiſſe, ac defendendæ fidei curam habuiſſe præcipuam, nec non ex illius ciuitatibus, & membris, quorum incolæ Romanæ eccleſiæ deuotiſſimi ſemper fuere, ſubſidia & præſidia ad tam ſanctum, & Deo acceptabile opus prouenire opportuna.* Data eſt eidem internuntio ampliſſima auctoritas a, vt de reprimenda Turcarum ferocia cum Iacobo Rege Scotiæ, ac principibus colloquia faceret.

a Ead pag. 200.

Subſidiſ nummarium præſtitutis indulgentiæ propoſitæ.

18 Ad ſuſtentandos vero ſacræ militiæ ſumptus imperatæ Scotico clero decumæ fuerunt: cæteros autem, qui in militum ſtipendia vnum, duos, treſue aureos conferrent, præmia indulgentiarum impertijt, ingenteſque Turcarum progreſſus, qui ad obterendum occidentem ferocibus animis anhelarent, expoſuit hoc diplomate b. Cum alio ſuperiori anno dato cõſonante.

b Lib bull. 104. pag. 104.

Ad futuram rei memoriam.

Deplorat Sixtus tot regna a Turcis occupata

Cum infra noſtræ mentis arcana pia conſideratione ſæpius, vt tenemur, non abſque graui cordis dolore animaduertimus, tetram truculentiſſimamque Turchorum gentem, impij canis Mahometi ſectatricem, adeo rabidam in Chriſtianam religionem inſurrexiſſe, vt non modo Pamphiliam, Ciliciam, Liciam, Paphlagoniam, Thraciam, Epirum, Peloponeſum, Beotiam, & ipſam præclariſſimam vrbem Conſtantinopolitanam orientale caput, ac alias terras, vrbes, & loca orientalis imperij violenter occupauerit; verum etiam velut immaniſſimæ belluæ Chriſtianum ſanguinem anhelantes Myſiorum, Triballorum, & Illyriorum terras eorum acerbiſſimo imperio ſubiecerunt, & vſque adeo eorum vires creuerunt, vt non Danubij profundiſſimus amnis, nec Illyrij aſperrimi montes eorum impetum retardare poſſint, quin fluuium tranſiuiſſe, & locorum difficultatibus ſuperatis illinc per omnem prouinciam graſſentur, & ad interiora vſque Germaniæ (quod dolenter referimus) hinc penetrant depopulantes fœdanteſque omnia, ac ferro & igne vaſtantes: omnia profecto ſæuitiæ, ac immanitatis genera teterrimi hoſtes in Chriſtiano populo exercuerunt, quæ recenſere animus horret, Chriſtianum ſanguinem per infinitas lachrymas, & inaudita tormenta ad ſatietatem immaniter effuderunt, omnibuſque ignominijs, & iniurijs, varijſque necis cruciatibus eos affecerunt, templa ſanctiſſima, & aras Deo dicatas per ſummam impietatem polluerunt, ſanctorumque & B. Mariæ virginis genitricis Dei, ipſiuſque domini noſtri ſtatuas contemptu, deriſione, omnique contumeliæ genere proſecuti ſunt, ſacras virgines violarunt, Chriſtiani nominis ſocios populum electum vnguiis equorum contriuerunt, & eorum feriſſimo imperatore imperante atque inſpiciente excoriarunt, & in crucem ſuſtulerunt, vt mortem beneficij loco acceperint. His victorijs truculentiſſimus hoſtis tanquam virus exhalans potentiſſimo terreſtri exercitu formidabilique claſſe Chalcidem Euboicamque inſulam terrendo tumultu anno reuoluto aggreſſus, poſt longam obſidionem bellicorum tormentorum impetu portis effractis, & muris deiectis ferro, flamma, cædeque omnia compleuit, vnde gemitus illi miſerandi ad

Infanda eorũ ſcelera & ſacrilegia.

noſtras vſque aures peruenerunt.

Affectatum a Mahomete occidentale imperium.

19 Et quia hoſtis ad ſæuitiem natus his teterrimis immaniſsimis facinoribus hiſque limitibus non contentus, ſed vt Chriſtianum nomen de terra deleat, occidentale imperium animo concepit ſibi ſubigendum: ſunt enim ſibi magnæ vires, inexhauſta cupiditas, immenſa dominandi libido, ſcientia rei militaris, ætas florida, corpus laboribus aſſuetum, theſaurus immenſus, multitudo militum, ac omnium bellicorum apparatuum ingens copia; quibus elatus horrendum bellum terra marique molitur, copias, & legiones firmiſsimas in capita noſtra in dies comparat ampliores, laceſſit, vrget, vt per omnes Chriſtianorum gentes ferro, igne, cædeque euagando acerbiſsimum fœdiſsimumque ſuum imperium ad extremos vſque fines terræ propaget. Euangelica igitur voce permoti, vt verum paſtorem decet, his tam feris ſæuiſsimiſque irruentibus lupis obuiandum, ſalutique gregis dominici nobis commiſſi totis viribus occurrendum duximus; non enim hoſtis de vna aut altera prouincia certare intendit, ſed de ſumma rerum totaque Chriſtianitate pugnare, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXI. XIII. *kal. martij pontificatus noſtri anno* I.

De ſumma rerũ agi demõſtratum.

20 Elicere etiam ex alijs regnis ſubſidiarias pecunias in belli ſacri ſumptus impendendas curauit Sixtus: nam & decumas eccleſiaſticis viris, qui in Renati Regis Siciliæ Gallica ditione verſabantur indixit, propoſita a hac cauſa, nimirum horrendis Turcarum graſſationibus, qui terra marique Chriſtianam rempublicam adoriebantur: *Cum Turcorum immaniſſimus princeps aduerſus fidem catholicam, eiuſque ſectatores ſathanæ vexillum impia temeritate erexerit, & ſicut fidelium cunctorum oculi intueri poſſunt, fundendi eorum ſanguinis ardore æſtuans regna quamplurima, latiſſimas prouincias, ciuitates, & loca munitiſſima expugnando ſuæ tyrannicæ ditioni ſubegerit; innumera quoque Chriſtianorum millia cruentiſſima ſtrage necauerit, & nunc in faucibus Italiæ cum potentiſſimo exercitu debacchetur, naualem quoque claſſem munitiſſimam, atque alios quamplures pugnatorum exercitus ad inuadendum vndique Chriſtianos, eoſque exterminandum, & diuerſis tormentorum, & mortium generibus trucidandum, aut ſaltem redigendum in miſerabilem ſeruitutem extruxerit, parauerit, & regna Chriſticolarum mox diripere ſatagit, in maximam Chriſtianitatis offenſam, noſtrum & Regum omnium, principum, & potentatum catholicorum dedecus, opprobrium, & iacturam, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXII. X. *kal. martij pontificatus noſtri anno* II.

a Lib breu & bullar. pag. 45. ep. 38. Quæſita ex alijs regnis ſubſidia.

21 Peridem tempus Rodericus Borgia Cardinalis legationis, quam exambiuerat, ſuſcepto ab ſede Apoſtolica munere, in Hiſpaniam profectus eſt, de quo hæc habet Volaterranus b: XV. *maij abijt in legationem Hiſpanicam Rodericus olim S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus poſt epiſcopus Albauenſis vicecancellarius, annos natus duodequadraginta.* Extant in Vaticani tabularij m. s. volumine apoſtolicæ literæ c, quibus ille ad gerendam maiori cum dignitate legationem prærogatiuis ampliſſimis exornatur. Valentiæ primum quam honorificentiſsime exceptus cuiuſque a ciuibus, ad clerum illius eccleſiæ, cui epiſcopus præerat, concionem habuit, a Iacobo Cardinale Papienſi compoſitam, quæ inter eius epiſtolas d extat.

Roderici Card. in Hiſpan. legatio.

b Volaterr in ſ. arch. Vatic.

c Reg. leg. Six. IV. pag. 1. & 3

d Lib II. pag. 253. nu. 441.

22 Obiuit improbe legationem Rodericus,

ve

Improbe ab ipſo exe rcita. a Ibid. ep. 144.

vt idem Cardinalis Papienſis a in literis ad Franciſcum decanum Toletanum ingenue deſcribit, infelicemque eiuſdem legationis exitum diuinæ vindictæ tribuit: *Vicecancellarium*, inquit, *Pontificem nobis artibus & corruptelis ſuis creatum, concupitam diu in patriam profectionem facile impetrauit, ut Leneratus tres, vt populis ſe viſendum præberet, vt ex tribus regnis omnifariam meſſem commeteret nullo ipſorum regnorum vſu, nulla neceſſitate Apoſtolicæ ſedis legatum pari poteſtate deſignari ſe procurauit. Valentiam nauigauit, aditum legationi pecunia redimens, in vlteriorem Hiſpaniam tranſijt, vtrobique multo vanitatis, & luxus, & ambitionis, & auaritiæ documenta relinquens, nullo eorum perfecto, quod ſibi ad nomen legationis prætenderat.*

Relicta vitiorum veſtigia.

23 Dum in ea legatione verſabatur Rodericus, datæ illi partes fuerunt, vt Nauarricas turbas componeret: ſiquidem ob cæſum epiſcopum Pampilonenſem plures piorum communione depulſi erant adeo, vt cædem illius vlturus Sixtus ſacro cœnæ dominicæ die hebdomadæ ſanctæ ſententiam in ipſos, tum alios, qui ius pontificium violant, tulerit b.

b Lib. breu. & bullar. pag. 36. ep. 29.

24 Popoſcit flagitij veniam Petrus e Peralta, ſeque ad pœnas pro expiando crimine ſubeundas paratum obtulit, quamuis illud excuſaret, ſe nimirum neceſſitate adductum id patraſſe ad compeſcendos bellicos motus, quos præſul Pampilonenſis concitabat. Sixtus vero its illi ignouit, vt publicam pœnitentiam agere, atque in eccleſia aliqua principe ſeminudum prælato manu cereo nigro veniam a legato apoſtolico expoſceret, ſacellum in loco, in quo epiſcopus fuerat necatus, ad diuina pro defuncti anima peragenda extruere iuſſerit: tum alias ſatellitibus, qui facinus patrauerunt, pœnas, contentas in diplomate ad Rodericum epiſcopum Albanenſem miſſo, impoſuit c.

Petrus Nauarræ comeſtabilis veniam poſcit.

c Lib. 16. bull. Paul II.

Venerabili fratri Roderico epiſcopo Albanenſi A. S. L. ſalutem, &c.

Interfectores, complices, & fautores ante omnia vno die feſto ad aliquam cathedralem ſeu metropolitanam eccleſiam, dum maior populi multitudo inibi concurrerit, ad ianuam capite diſcooperto, nudis pedibus, in camiſia, & femoralibus, ac cum cathena ferrea in collo, a loco habitationum ſuarum, quas eos in ciuitate, in qua huiuſmodi cathedralis eccleſia fuerit, pro tunc habere contigerit, accedant: Petrus vero eadem, vel ſimili die in huiuſmodi eccleſia dumtaxat veſtes, & calceamenta deponens ſua pari modo, quo prædicti interfectores complices, & fautores pro tanti reatus expiatione coram te flexis genibus cereos ardentes coloris nigri tenentes in manibus, ſuum recognoſcentes facinus, veniam humiliter petant: ipſique interfectores Petrus, complices, & fautores quandiu diuina celebrantur officia, eoſdem cereos ardentes in eiſdem teneant manibus, & per tres dies dominicos immediate ſequentes id in præfata cathedrali eccleſia continuabunt: quodque dicti tantum interfectores, complices, & fautores, ſi aliqua generalis expeditio aduerſus truculentiſſimos, & nefandiſſimos Turcos inſtituatur, & inſtauretur, ipſos Turcos accedere, & contra eos per tres annos continue pugnare debeant: Petrus autem caueat idonee quod ipſe, vel heredes ſui, ſi eum interim rebus humanis adimi contingat, infra duos menſes a die impenſæ abſolutionis computandos, vnam capellam ſub inuocatione S. Nicolai cum ſufficientibus ſtructuris, & ædificijs in loco, in quo idem Nicolaus epiſcopus interemptus extitit, ædificari & conſtrui facere incipiet, illamque infra duos annos immediate ſequentes complebit, ac eandem capellam pro vno presbytero miſſas, & alia diuina officia ſingulis hebdomadis bis ad minus inibi celebraturo, ſufficienter de bonis ſibi a Deo collatis dotabit; quodque intra vnius anni ex tunc immediate ſequentis ſpatium pro ſalute animæ præfati Nicolai epiſcopi vnum anniuerſarium in eccleſia Pampilonenſi, cui ipſe epiſcopus præfuit, perpetuo ſolemniter celebrandum tali die, qua idem epiſcopus fuit interfectus, iuxta arbitrium tuum inſtituet, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda, omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam ſiue notam per eos, eorumque filios, & nepotes præmiſſorum occaſione quomodolibet contractam, dicta auctoritate aboleas, ac omne interdictum, vbicumque præmiſſorum occaſione vel cauſa impoſitum fuerit, relaxes, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* 1.

25 Grauioribus bellis lacerabatur Nauarra, cum poſt mortem Caroli Vianæ principis, ad quem materno iure hereditario ſceptrum ſpectabat, Ioannis illius patris Aragonum Regis partes auctæ eſſent, partim etiam Henricus Caſtellæ Rex illud armis ſibi pepererit a, partim Gaſto Fuxenſis comes, qui Leonoram Caroli defuncti principis ſororem ſibi matrimonio iunxerat, ad quam regni Nauarræ iura hereditaria pertinebant, regnum dotale ſibi aſſerere nitebatur b, iſque ſtudio concordiæ cum Ioanne Rege ſocero pepigerat, vt in reliquam vitam Regis ei nomen permitteret, ipſe vero eius nomine regnum adminiſtraret. Verum dum ciuiles motus componere, & diſſentientes Luſſenſium & Agramontiorum factiones conciliare conatur, hoc anno e viuis ſublatus eſt magno humanarum rerum inſtabilitatis exemplo: ob cuius mortem Ludouicus Francorum Rex plura Leonoræ viduæ obtulit, vt Nauarram Gallico imperio adiungeret, partaque Nauarra in Aragoniam, & Caſtellam penetraret, inter quæ Ioannes Aragonum Rex Leonoræ pater Barcinonenſes decennali bello feſſos pactione militari, interprete Gaſpare viro religione conſpicuo, in fidem recepit.

Gaſto Fuxenſis regno Nauarræ potitus. a Raphael Volater. lib. 2. b Surit. lib. annal. 18. c. 10. Steph. Garibai l. 29. E viuis tollitur.

Catalani Ioanni Regi ſe dedunt. b Surit. c. 43. 44.

26 Porro in Caſtella nondum ſedati erant veteres tumultus, cum Henricus Rex Ioannam a Regina adulterio, vt peruulgatum erat, ſuſceptam filiam ſuam diceret, ac populi Henrici ſororem Elizabeth ſceptrorum heredem eſſe contenderent: illa vero nondum ſolutis canonicis legibus Ferdinando Regi Trinacriæ Aragonici regni heredi nupſerat, quo facto anathematis laqueis ſe irretierat. At demum Sixtus, cum perpendiſſet, ſi illud matrimonium diſſoluerent, maximum bellum inter Caſtellanos & Aragonios accendendum; coniunctis vero Caſtellæ, & Aragoniæ regnis Mauros ex Hiſpanijs depelli poſſe, ac Granatenſe regnum Chriſto reſtitui, Rodericum Borgiam legatum in Hiſpania ampliſſimis mandatis inſtruxit, vt auctoritate apoſtolica illud matrimonium ſublatis conſanguinitatis impedimentis confirmaret, de quo meminit Raphael Volaterranus c.

Iſabella caſtellana nupta Aragonio.

Sublata a Sixto impedimenta. c Raph. Volat. Geogr. lib. 2.

27 Eodem anno Alfonſus Luſitaniæ Rex inſtructa trecentarum nauium claſſe, exercitum triginta armatorum millium in expeditionem edu-

Luſitani Regis in Phutenſe regnum expeditio

eduxit in regnum Phetenſe, & Arzilam vrbem inſignem die Bartholomæo Apoſtolo ſacro expugnauit, duobus Maurorum millibus cæſis, & quinque millibus in ſeruitutem abductis. Vrbem etiam aliam, cui Tanger nomen, ſolo terrore fugatis ciuibus occupauit: ſeptembris vero die vigeſimo ſeptimo Luſitaniam repetijt, confecto viginti tribus diebus bello grauiſſimo, ac ſe Regem Algarbiarum citra & vltra mare Africum inſcripſit. At de Hiſpanicis rebus hactenus: ad alia nos conferamus.

Arzilam expugnatam.

Africani nomen accipit.

28 Functus eſt alia longe magis operoſa legatione in Germania hoc anno Marcus tit. S. Marci presbyter Cardinalis Aquileienſis, qui ad Hungariæ Poloniæque Reges de Bohemiæ regno decertantes conciliandos, conficiendamque in Turcas expeditionem profectus, Friderico Imperatori commendatus eſt a, vt vna cum legato ad ſedandum exitioſum bellum, quo res Chriſtiana magna ex parte ruitura erat, ipſiuſque hereditaria ditio ſuperioribus Turcarum excurſionibus fœdata extremum pene diſcrimen aditura, imperiale ſtudium coniungeret, cum, his Regibus ad mutuum fœdus redactis, non modo Turcicæ graſſationes arceri, verum etiam veteres imperij Chriſtiani limites recuperari poſſent.

Legatio germanica geſta a Marco Cardinale.

a Sixt. IV. reg. legat. pag. 68.

29 Tuendas ſuſcepit Sixtus in hac controuerſia Pannoniæ Regis partes aduerſus Polonum, cum iam ante tum catholici, tum ſedes Apoſtolica a Polono ipſo omnibus precibus petijſſent, vt Bohemicum ſceptrum ex tyranni heretici manibus ſibi vindicaret, nunquam potuerat adduci neque illius coronæ ſplendore, nec religionis aſſerendæ cauſa, vt Bohemiam adiret; Matthias vero ad tanti operis gloriam excitato, ſe ab hæreticis perſuaderi ſiuerat, vt bellum eidem pro Bohemia Vvladiſlao filio comparanda inferret; qua in re cum cenſurarum eccleſiaſticarum pœnas in hæreticorum ſocios conſtitutas, contraxiſſet, Sixtus ad illum obiecta religione a cœptis reuocandum edito diplomate promulgauit b tam Caſimirum, quam Vvladiſlaum eccleſiaſtico anathemate ſeſe implicuiſſe: *Prouidere*, inquit, *volentes, vt alij timore perterriti proſilire ad ſimilia pertimeſcant, præmiſſis facinoribus, delictis, & ſceleribus exigentibus tam Caſimirum, quam Vvladiſlaum primogenitum, nec non omnes & ſingulos eis, & eorum cuilibet in præmiſſis dantes auxilium, vel fauorem, ſeu qui dabunt quoquomodo in poſterum, omnes & ſingulas ſententias, cenſuras, & pœnas in tales tam a iure, quam a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ſub quacumque verborum forma latas & promulgatas incurriſſe, illoſque irretitos, & illaqueatos fore, & eſſe ex certa ſcientia auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXI. kal. martij pontificatus noſtri anno 1.*

Mathias Regis Vng. partes ſuſcepit Sixtus aduerſus Polonum

b Eod. reg. 2. legat. pag. 60.

Cenſuras eccleſiaſt. contraxiſſe pronũciati.

30 Extant datæ eodem argumento aliæ ad legatum literæ c, quibus illum ampliſſima muniit auctoritate, vt Caſimirum & Vvladiſlaum ambitionis cauſa Chriſtianam rem labefactantes anathemate percelleret. Sed huic in Polonum ſeueritati multa paternæ beneuolentiæ ſigna Sixtus miſcuit, vt eundem ad officium flecteret; quo argumento inſignes has ſinceri amoris literas d ad Caſimirum ſcripſit, quibus ad hæreticorum Bohemorum deſerendas partes, iungendamque cum Matthia amicitiam eſt adhortatus.

c Ib. pag. 57.

Monitus officij Poloniæ Rex,

d Ib. pag. 67.

Regi Poloniæ.

Sapientiæ tuæ eſſet, chariſſime fili, conſiderare quam bellum hoc contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Hungariæ Regem illuſtrem, pro Bohemis ſuſceptum, non decet puritatem fidei tuam, tu enim catholicus bonus more chariſſimorum progenitorum ſemper fuiſti, Bohemi vero, quos detendis, execrata hæreſi imbuti iuſto Dei & Apoſtolicæ ſedis iudicio damnati ſunt, vt mirum ferme videatur, quod ipſa tua maieſtas pro damnata cauſa arma ſumpſerit, optentque omnes, qui bene tibi conſultum volunt, vt ab incœpto huiuſmodi, in quo nihil laudis eſt, te retrahas. Optamus, & nos hoc ipſum, quia te paterne amamus: proinde hortamur, & quanto poſſumus ſtudio per viſcera miſericordiæ Dei noſtri rogamus, vt arma deponas, & vlterius ipſum Regem Hungariæ non oppugnes; illum enim pro puritate fidei laborantem Apoſtolica ſancta ſedes veritatis magiſtra, & iuſtitiæ tutrix, opprimi non permittet, & omnibus opportunis alijs auxilijs proſequetur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXXI. nonis martij anno 1.*

Deſinat Vngaro bellum inferre.

31 Viciſſim etiam Matthiam Regem ſollicitauit a, vt concordiæ cum Polono vias conquireret, quo amborum arma in communem hoſtem verterentur. Ad remouendum autem facilius ab Hungarico bello Polonum, liberauit Sixtus cruciferos equites fœderis ſacramento, quo antea ſe ei deuinxerant, ac prouincias, quæ Polonico regno ex illius concordiæ legibus adiunctæ fuerant, ab eiuſdem Caſimiri imperio liberas eſſe renuntiauit b.

a Ib. pag. 69.

De conciliandis in Polonum cruciferis actum.

b Ib. pag. 62.

32 Reſcidit c etiam Sixtus ſacramenta fidei, quæ a Bohemis præſtita fuerant Vvladiſlao Regis Poloniæ filio; cum Bohemicum ſceptrum ad Matthiam Pannoniæ Regem, qui ſedis Apoſtolicæ conſilio ſacrum bellum pro redintegranda collapſa religione ſuſceperat, ſpectaret.

c Eod. pag.

Sacramenta a Bohemis præſtita Vuladiſlao reſciſſa.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sicut nobis (quod cum graui cordis amaritudine referimus) innotuit, & facti demonſtrat notorietas, Caſimirus Rex Poloniæ, ac eius primogenitus hæreticis ipſis fauere, nec non auxilium, conſilium, & fauorem præbere, eoſque receptare, & (quod deterius eſt) idem primogenitus dominia chariſſimi in Chriſto filij noſtri Matthiæ Hungariæ & Bohemiæ Regis illuſtris aduerſus eoſdem perfidos hæreticos, ac ipſorum receptatores, vt eos ad rectitudinis, & veræ catholicæ fidei tramitem reducat, vel illos antequam dominicum gregem magis ac magis inficiant, hæreſeſque ſuas protendant, aſſidue bella gerentis, inuadere & proſequi non eſt veritus in grauem Dei offenſam, fidei catholicæ detrimentum, ac perniciosum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, ad quos ex debito paſtoralis officij nobis ab alto, licet inſufficientibus meritis, commiſſi ſpectat ſuper præmiſſis prouidere, & ne Caſimirus & primogenitus prædicti nimirum aduerſus memoratum Matthiam Regem, cuius intereſt pro tutela fidei, pro defenſione reipublicæ, & pro communi periculo vitando contra perfidiſſimos, & truculentiſſimos Turcos bella gerere, inualeſcant, obuiare, omnes & ſingulos cuiuſcumque nobilitatis, etiam ducalis, comitalis, vel baronalis ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint iure

homagij, vaſſalagij, ac iuramento fidelitatis etiam ratione feudorum, vel alias quomodolibet Caſimiro ſeu primogenito præfatis, eorumque nunc & in poſterum forſan adhærentibus, & præſtantibus auxilium, conſilium, vel fauorem, aſtrictos, & obligatos ab huiuſmodi præſtatione homagij, vaſſalagij, & omni vinculo iuramenti tam reali quam perſonali, nec non a quacumq; pœnarum ſententia ex certa ſcientia auctoritate apoſtolica tenore præſentium abſoluimus, &c. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXI. *kal. martij pontificatus noſtri anno* 1.

a Ib. pag. 66.

Sileſij & Morauí intentato anathemate obſequi iuſſi Matthię

33 Editum etiam eſt a Sixto inſigne aliud diploma a, quo Bohemos, Sileſios, & Morauos Vladislai partium ſectatores intentato anathemate Matthiæ Regi iuſſit obſequi, docuitque, vt ille rite electus, eiuſdemque electio confirmata fuiſſet: contra vero Vladislaus ſuo iure excidiſſet, qui a catholicis primum deſignatus Rex, vt Bohemiam ex Georgij Podiebratij tyrannide liberaret, electionem non admiſiſſet.

Dilectis filijs nobilibus viris ducibus, baronibus, militibus, & alijs cuiuſuis ſtatus, ordinis, & conditionis fuerint regni Bohemiæ, ducatus Sleſiæ, & marchionatus Morauiæ perſonis chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Regem Hungariæ in Regem Bohemiæ, ducem Sleſiæ, & marchionem Morauiæ non recognoſcentibus ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Congregatis in vnum electoribus, ac votis eorum in primogenitum chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caſimiri Poloniæ Regis illuſtris, quem idoneum & aptum, nec non tantæ regalis dignitatis culminis benignum acceptorem arbitrabantur, concurrentibus, eundem primogenitum, dummodo ipſos ſine mora ab ipſius hæretici oppreſſione liberaret, elegerunt. Sed licet debite requiſitus vt electionem pro eo factam acceptaret, fideles & catholicos ab hæretico oppreſſos libertati traderet, hæreſes extirparet, ac ipſorum hæreticorum inſolentias reprimeret, & eos ad veræ fidei cultum reduceret, aut ipſos deleret, tamen idē primogenitus in grauem fidei læſionem, ac regnicolarum, & habitatorum iacturam, & diſpendium non modicum, electionem de eo, vt præfertur, factam acceptare, & in ſe ſponte ſuſcipere recuſauerat; tandem electores ipſi vlteriori dicti regni viduitati, ampliori regnicolarum prædictorū diſcrimini prouidere volentes, ac etiam vt facilius hæreſes, quæ in dies plus, & plus inibi pullulabāt, & diffundebantur, celerius exterminarentur, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Matthiam Hungariæ, & etiam nunc ipſius Bohemiæ Regem vnanimiter & concorditer in eorum, & regnicolarum, nec non vaſſallorum, & ſubditorum Regem elegerunt. Quæ quidem electio tanquam ſancte, iuſte, & canonice facta, per venerabilem fratrem noſtrum Laurentium epiſcopum Ferrarienſem Apoſtolicæ ſedis cum poteſtate legati de latere nuntium apoſtolica auctoritate extitit confirmata, ipſeque Matthias Rex tamquam catholicus athleta præmiſſis in ſe benigne ſuſceptis grandes exercitus gentemque belligeram, non ſine grauibus laboribus, & magna expenſarum mole, regnique ſui Hungariæ detrimento, in præfatum Bohemiæ regnum, eiuſque adiacentes partes traduxit, cauſam fidei egit, & indefeſſe tutatus eſt.

Elegerunt Matthiā Regem Vng

34 Et ſicut diſplicenter accepimus, licet idem Matthias Rex, vt præmittitur, in Regem Bohemiæ ſancte, iuſte, & canonice electus, ac electio ipſa confirmata fuerit, & pro fidei, patriæ, & perſonarum illarum partium tutela, ac communi periculo repellendo, hæreſum & hæreticorum ac reſtitudinis, & fidei catholicæ tramitem reductionem, aut alias eliminationem graues labores, & expenſarum onera pertulerit, ingenteſque exercitus in ipſum Bohemiæ regnum traduxerit, & indefeſſe perferre, & traducere, nec non bella gerere etiam in perſona non ceſſet, nihilominus vos eum in Regem, principem, marchionem, & dominum recognoſcere, ſibique fidelitatis debitæ iuramentum, & homagium præſtare, minime curatis.

Defendit ſtrenue res catholica contra Bohemos.

Nos igitur cupientes, vt memoratus Matthias Rex ab omnibus, & ſingulis ducibus, baronibus, militibus, & alijs cuiuſuis ſtatus dicti regni Bohemiæ, ducatus Sleſiæ, ac marchionatus huiuſmodi perſonis in Regem recognoſcatur, & habeatur, ac ſibi fidelitatis debitæ iuramentum, nec non homagium huiuſmodi præſtetur, vt hæreſes nec non hæreticos prædictos reducere aut exterminare, vt præmittitur, valeat; vos omnes & ſingulos quotquot eſtis hortamur, & in virtute ſanctæ obedientiæ, ac per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti requirimus, & monemus, ac ſub excommunicationis, nec non omnium, & ſingulorum feudorum, priuilegiorum, conceſſionum, & indultorum quorumcumque perditionis & amiſsionis pœnis mandamus, quatenus ipſum Matthiam Regem in veſtrum, & ipſius regni Bohemiæ Regem, nec non ducatus, marchionatus, & dominiorum, quibus ipſe hæreticus priuatus extitit, principem, & dominum ex nunc habeatis, nec non fidelitatis debitæ iuramentum, & homagium, ac vaſſallagium huiuſmodi omni mora, omni dilatione, & contradictione ſepoſitis, etiam omnium, & ſingulorum ſubditorum veſtrorum nomine præſtetis, nec non vt hæreſes, ac hæretici huiuſmodi, illorumque fautores, receptatores, adhærentes, & defenſores abſque alicuius moræ diſpendio exterminati poſsint, ipſeque Matthias pacifica regni Bohemiæ ducatus, marchionatus, & dominiorum prædictorum potiri poſsit, atque frui poſſeſsione, omne ipſi Matthiæ regia circa præmiſſa auxilium, conſilium, & fauorem adhibeatis, & impendatis, & ab alijs, quantum in vobis fuerit, impendi & præberi faciatis; ſic enim facientes vltra noſtram, & dicti Matthiæ Regis beniuolentiam, & gratiam, præmium æternæ retributionis conſequemini. Alioquin enim cogemur aduerſus vos ad grauiores ſententias, & pœnas procedere, quod nobis graue, & admodum moleſtum foret. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXI. *kal. martij pontificatus noſtri anno* 1.

Data Bohemis Sileſijs & Morauis Apoſt. imperia vt eum Regem colant.

Marci Card. legatio ad regna ſeptentrionalia exporrecta.

35 Miſſa quoque fuit ad legatum apoſtolica ſanctio, iam diu ante ſedente Paulo expetita, qua regnum Bohemiæ Sixtus Matthiæ aſſeruit a; porro Marci Cardinalis legatio non modo Germaniam, Poloniam, Hungariam, Bohemiam, ſed etiam Sueciam b, ac Noruuegiam complexa eſt, ad quam gerendam traditum illi ampliſsimum imperium eſt c, additaque mandata, vt omnes hæreſeon fibras in Bohemia, Morauia, Germaniaque euelleret d. Præiuiſſe legato Tilemannum Slectum canonicum Colonienſem Sixti IV. cubicularium, & internuncium tradunt Matthias Michouias e, & Martinus Cromerus f, qui ſubijcit: *Hortabatur Regem ad pacem*

a Ib. pag. 74.
b Ib. pag. 29.
c Ib. pag. 34. ad 57 & 69. 70. 71. 72.
d Ibid. pag. 40.
e Michou. ſup. c 63.
f Chrom. lib 27.

Digitized by Google

Internuncius Polonum monet vt pacem cum Vngaro ineat.

cem cum Hungaro faciendam id adeo, ſiue quod Matthiæ Pontifex conſultum ire cupiebat, ne regno excideret, ſiue quod eum a Turcico bello auerti moleſte ferebat, ad quod ſuſcipiendum Paulus II. eum incitarat, permotus amiſſione Eubeæ Tranſiluaniaque, & Hungariæ, Tranſiſtrana, Croatia, ſiue Liburnia, Carniola, Ciliæ, Illyrici & Iſtria vſque ad portas Labaci & Goritia, dira & miſerabili populatione, incendijs, & innumerabilium hominum in barbaricam ſeruitutem abductione, cui nullum neqoſ modum neque finem faciebat Iſaacus Turca Boſnæ præfectus. Subdit auctor Caſimirum Regem, cum videret rem ſuam male a filio Caſimiro geri in Hungaria, & a Matthia rebelles proteri, inclinaſſe ad pacem, ac Tilemannum adiuncto Joanne Vamropca canonico Cracouienſi in Pannoniam dimiſiſſe, vt de pace Hungarum appellaret, pactaſque fuiſſe inducias ad S. Ioannis Baptiſtæ natalitia, vt interim Olomucæ publici cœtus de Hungarica, & Bohemica controuerſijs ſedandis haberentur: eos tamen cœtus non habitos ob conſtituti temporis anguſtias; ſed in Poloniam Marcum Cardinalem legatum acceſsiſſe, quem magnifice exceptum a Caſimiro Rege Michouias a hiſce verbis deſcribit.

Actum de inducijs.

a Michou. l. 4. c. 63.

36 *In hoc anno Marcus natione Venetus tituli S. Marci presbyter Cardinalis patriarcha Aquileienſis ad Caſimirum Poloniæ Regem a Sixto Papa IV. miſſus Cracouiam die Saturni quarta menſis iulij aduenit. Caſimirus Poloniæ Rex obuiam illi perſonaliter Vieliczkam verſus cum Caſimiro filio in comitatu inſigni exiuit, & a proceſſionibus omnium eccleſiarum, ac vniuerſitatis magno honore a tribus tandem filijs regijs Alberto, Alexandro, & Caſimiro pulchre coram perorantibus exceptus fuit. Altera die ſplendido prandio refectus, & audientia illi die ſequenti conceſſa, commemoratis pernicioſis criminibus Turcæ, pacem cum Hungariæ Rege multipliciter perſuaſit, obſecrans Regem, vt quæ armis quæſiturus erat, per conditiones pacis ſuſciperet, & cum cæteris catholicis Regibus contra Turcam in arma prodiret.*

Legatus a Polono honorificentiſſime exceptus.

37 His conſentanea Cromerus tradit de legati ad Regem habita oratione, vt pacem & fœdus cum Hungaro Rege faceret, armaque in Turcas verteret, ad quod præſtandum illum Vſumcaſſanus miſsis oratoribus excitabat, confirmat etiam Caſimirum ad diutinas inducias pacemue fuiſſe pronum; Matthiam vero, quod pacem cum Frederico Imperatore conſtituiſſet, Caſimirum iuniorem & Polonicum exercitum ex Pannonia fugaſſet, tum etiam opes ex coniuratorum ſpolijs, qui hoſtem in Hungariam exciuerant, auxiſſet, difficiliorem ſeſe, ac duriorem ad pactiones fœderis oſtendiſſe, atque ideo re dilata legatum Vratiſlauiam abſceſsiſſe; decretum tamen a Polono in comitibus regni ordinum kal. nouembris habitis, vt Nyſſam ineunte februario anni proximi oratores mitterentur ad pacem cum Bohemis Hungariſque agitandam conciliandamque: quibus Sixti literæ b ad Marcum Cardinalem legatum conſentiunt; in ijs enim commendat ipſum de imperatis inducijs, deque ſolemni conuentu Nyſſæ indicto, in quo pacis firmandæ ratio ab Hungaris, Bohemis, Poloniſque oratoribus exquireretur; hortatuſque eſt, vt nihil de ſtudio, ac diligentia remitteret in tanta re ad exitum perducenda, ſed vehementius inſtaret.

Conuentus Nyſſæ indicti pro pace.

b Michou. l. 4. c. 63.

Dilecto filio noſtro Marco tit. S. Marci presbytero Cardinali in partibus Germaniæ, Hungariæ, & Poloniæ noſtro, & A. S. L. ſalutem, &c.

38 Te, dilectiſsime fili, in Domino benedicimus, & pro noſtro ardenti futuræ pacis deſiderio hortamur, vt toto pectore ad celebrandam dietam ac pacem conficiendam incumbas: nihil monendo, & ſuadendo omittas: pericula tum priuata tum publica ante oculos omnium ponas: quantum boni in pace, quantum in diſcordia mali ſit explices: obteſteris per Dei, & Apoſtolicæ ſedis reuerentiam, vt concordiam, ſepoſita omni contentione, ſectentur: maximum nobis ea pace gaudium, maximum emolumentum rebus ipſis, maxima Chriſtianitati vtilitas, non mediocris honos circumſpectioni tuæ accedit. Si vero, quod miſericors Deus ſua pietate auertat, tua opera effici pax non poſsit, volumus Reges eoſdem auctoritate noſtra moneas, vt ad nos ſuos oratores ſufficienti mandato ſuffultos intra trimeſtre a die mandati facti eis mittant, & vſque ad ipſorum oratorum reditum ab armis belloque ceſſent: in nullo enim, Domino auctore, deeſſe volumus Regum ipſorum tranquillitati, & reipublicæ Chriſtianæ ſaluti. His peractis poteris ad nos cum Dei, & noſtra benedictione redire, præſentia enim tua ſedi Apoſtolicæ vtilis, & neceſſaria eſt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXII. *pontificatus noſtri anno II.*

Mala ex bello oriunda proponere iuſſus.

39 Ne autem legato pro optatiſsima pace firmanda deeſſet auctoritas, cum eo rem verti poſſe perpenderet Pontifex, vt conuenirent Reges in eas leges fœderis, vt quiſque parta ditione regni Bohemici potiretur, legatum ampla poteſtate auxit a ad confirmandum ineundum fœdus, etiamſi ex illo Vladiſlaus integram Bohemiam, vel eius partem ſibi aſciſceret, Prouincias vero reliquas Hungarus ſibi vendicaret.

Ampliore inſtructus ad pacem conficiendam auctoritate.

a Ibid. pag. 71.

40 Profectus Nyſſam, in qua de pace habiti ſolemnes Hungarorum, Bohemorum, Polonorumque conuentus fuere, Cardinalis legatus proximo anno nihil omnino prætermiſit, quod redigendis illis in concordiam conducere potuit, ſed irrito conatu. Accuſant Poloni b Matthiam Regem, qui cum a Turcica graſſatione propter bellum, quod Vſumcaſſanus in Mahometem ſuſceperat, metu ſolutus eſſet, difficiliorem ſe præſtiterit; cum potius Turcici abolendi imperij occaſionem arripere debuiſſet, iunctoque cum Polono fœdere in Turcas Perſico bello turbatos incurrere: quippe Vſumcaſſanus, miſſo ſuperiori anno Ludouico Bononienſi Minorita, cum Pontifice antiquum fœdus inſtaurarat, vt Chriſtianos Reges principeſque ad Turcas in Europa debellandos concitaret, dum eoſdem in Aſia ipſe cum maximo & fortiſsimo exercitu edomaret; nec fidei præſtitæ barbarus defuit. Pontifex vero claſsi maritimæ in Turcas Oliuerium Cardinalem Caraſam Neapolitanum legatum præfeciſſe diximus, ſacroſque in eius profectione ſacros ritus ſeruatos deſcripſimus c.

Matthias Mahometis opprimendi occaſioni deeſt.

Vſumcaſſanus cũ Chriſtianis fœdus in Mahometem coit.

c Papien. ep. 449.

41 Diuexit vela verſus Rhodum pontificius legatus; ſumma enim inſtructus auctoritate eo proficiſci erat iuſſus, vt obortas inter Rhodium principem & equites operarij publici præfectos controuerſias ſedaret: vbi vero apoſtolica mandata expoſuit, litem omnem ſuſtulit d, contractaque ob publicam rem a magiſtro ordinis no-

Nauigat Rhodum legatus. Equitum cõtrouerſiam ſedat.

d Boſius p. 2. hiſt. equit. Hier. lib. 9.

Digitized by Google

mina a quæſtoribus diſſolui iuſsit: grauati autem erant admodum alieno ære ob præterita bella Rhodij, quare in ſolemnibus cœtibus ſuperiori anno dimidiam quinquennalium obuentionum partem equitibus ad reficiendum ærarium magiſter imperarat; cuius ſanctio hoc præfixa titulo: *Frater Baptiſta de Vrſinis ſacræ domus hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani magiſter humilis, pauperumque Ieſu Chriſti cuſtos*; licet acerbior multis videretur, a Sixto tamen Papa confirmata eſt a ob communem rem in diſcrimen adductam, quæ priuato damno ſuſtentanda erat.

a Lib. bull. 4. pag. 49.

Munita nouis propugnaculis Rhodus. Coniunctæ claſſi pontificiæ duæ triremes.

42 Muniiſſe Baptiſtam Vrſinum pluribus firmiſſimis propugnaculis aduerſus Turcicas graſſationes Rhodum, nec non duas triremes legati apoſtolici claſſi coniunxiſſe, refert Iacobus Boſius b: hanc vero ſolutis ex Rhodio portu anchoris vna cum Venetis & Neapolitanis triremibus Sataliæ portum diripuiſſe, ac deinde Smyrnam, a Tamerlane iam ante noſtris ereptam, recuperaſſe; quæ confirmat Bartholomæus Platina in m. s. vita Sixti IV. vbi de conſumptis opibus a Sixto in ſacra aduerſus Mahometem II. conficienda expeditione ita loquitur c: *Centum millia & eo amplius primo bello, dum claſſem in Turcos mittit legato & duce Oliuerio Carafa Cardinale Neapolitano: ſecundo autem LXV. millia expendit Laurentio patriarcha Antiocheno vna cum Ferdinando, & Venetis tantum bellum obeunte, nam cum Oliuerio pontificio nomine cum XXIV. triremibus bellum gerente quinquaginta Venetorum, Ferdinandi autem triremes XXIV. militarunt, nil tamen præclarum eo anno geſtum eſt, nuſquam prodeuntibus ex Boſphoro in Ægeum hoſtibus: Smyrnam tamen in Aſia cepere, abactis omnibus incolis.* Hæc Platina, & ex eo Panuinus d repetit: fuſius vero Coriolanus Cepio e Dalmata, qui triremis vnius præfectus ſub Petri Mocenici, qui Venetæ claſſi præerat cum imperio, auſpicijs pugnabat, deſcribit (vt qui omnibus interfuerit) factas in primis a Venera claſſe excurſiones in Aſiam, quod in ea populi Mahumetica ſuperſtitione infecti eſſent: parſum vero Græciæ, quod, præter præſidia locis munitiſſimis impoſita, reliqui Chriſtianæ legis cultores eſſent. Et quidem in Æoliam primos impetus conuerſos, agrumque Pergamenſem euaſtatum, plurimaque abacta præda, in Cariam deinde copias expediuiſſe: cum vero Petrus Mocenicus Peloponeſum repeteret, Rechaſenſium Ferdinandi Regis præfectum ſeptemdecim triremes claſſi Venetæ adiunxiſſe. Deinde in Cariam iterum itum, & agrum Halicarnaſſeum direptum; quo tempore pontificius legatus cum claſſe acceſſerit, cui Petrus Mocenicus cum tota claſſe, & feſto clamore occurrerit; eoque ſalutato ipſum ita ſit allocutus: *Audiſti forſitan, ac legiſti, optime pater, multa quæ ſenatus pro fide Chriſtiana ac libertate Eccleſiæ ſtrenue & magnifice geſſerit; nunc etiam vides; nonus enim iam annus voluitur, ex quo Veneti, cæteris principibus Chriſtianis torpentibus, præter Ferdinandum Regem graue & periculoſum bellum gerunt ac ſuſtinent, nec nos pœnitet laborum & impenſæ, modo reipublicæ Chriſtianæ profuturi ſimus: quoniam igitur his diebus Æoliam atque Cariam opulentiſſimas barbari hoſtis regiones omnia ferro igneque proſternendo, pecore ac colonis expoliaui; nunc quia ades tuo ductu atque auſpicijs cætera agentur.*

b Boſius p. 2. hiſt. Hier. l. 9. c Plat. m. ſ. Vat inſcriptum Miſcel. in vit Sixt. IV.

Veneta Pontificia & Neapolitana claſſes quales fuerint.

Littora Aſiæ a noſtris infeſtata.

d Coriolan. l. 1. Boſius hiſt. Hier. p. 2. lib. 9. Pet. Iuſtin. lib. 9.

43 Collato dein conſilio ad Samum inſulam, Attaliam vrbem Pamphiliæ principem, nobiliſſimum Ægyptiorum Syrorumque emporium, adoriri decreuerunt (claſſis erat, adiunctis duabus Rhodijs, nauium octuaginta quinque) primoque impetu refracta portus cathena, occupatæ turres, ſuburbanæ officinæ direptæ, primi vrbis muri admotis ſcalis a noſtris conſcenſi; vbi vero ad ſecundos ventum eſt, ſcalæ eorum altitudinem æquare non potuerunt, quare ad ſuffodiendos muros conuerſi impetus. Inſigne tum fuit fœminæ Chriſtianæ Illyricæ facinus, quæ noſtros ad expugnationem hortabatur, cumque videret ſe ab hoſte deprehenſam, vt barbaricam ſeruitutem effugeret, compoſita veſte, e muro deſilijt, quo caſu deinde inter Chriſtianorum manus expirauit. Cum ad noctem pugna extracta eſſet, & maioribus bellicis tormentis mœnia quati oporteret, eaque deeſſent, abducendæ inde claſſis poſt illatam regioni vaſtitatem ſumptum conſilium eſt, ac Rhodum adnauigatum; quo Vſumcaſſani orator acceſſit, qui narrauit Catherini Zeni Venetorum oratoris adhortationibus Vſumcaſſanum ad ipſum opprimendum Mahometem exercitum in expeditionem ducere, iamque eius duces minorem Armeniam Turcis obnoxiam inuaſiſſe, & Tocat vrbem validiſſimam, pluraque alia oppida expugnaſſe, atque addidit Perſas haſta, enſe, ſagittis egregie pugnare; at ſelopetorum ac bombardarum ignaros eſſe, proinde aditurum ſe Pontificem, Venetos, aliosque principes, vt tormenta ad vrbes expugnandas ab ipſis impetraret: quæ quidem illi poſtea cum viris librandarum machinarum peritis ſubmiſſa Venetijs refert.

Cur Attalia expugnata non fuerit.

Chriſtianæ Illyricæ inſigne facinus.

Vſumcaſſani in Mahometem expeditio.

De Smyrnæ vero inſignis Ioniæ emporij excidio exponit, vt claſſis Chriſtiana eo inuecta repente copias expoſuerit, quæ partim ſcalis in mœnia euaſere, partim per ruinas murorum penetrarint, ac vniuerſa gaza potitæ ſint. Afferebat Smyrnæis ſubſidiū præfectus vrbis Balabanus, qui ex agro redibat: ſed a noſtris trucidatus eſt, eiuſque ſocij proſtrati fugatiue. Eam porro vrbem, quam diu olim Chriſtiani tenuerant, Veneti muniendam non cenſuerunt, ſed opibus captiuiſque abductis incendio deleuerere, petitaque Peloponeſo Mocenicus Neapolim magnis firmare operibus eſt aggreſſus: Cardinalis vero legatus in Italiam vela dedit.

Capta Smyrna direptaq.

Veneti eā nō munivere ne iuris pontificij foret.

44 Tenues illi Chriſtianorum aduerſus Turcam apparatus fuere, atque ideo parum feliciter res geſta eſt: at Vſumcaſſanus plurimas de Turcis retulit victorias, vt qui maximis accinctus copijs venerat, ſexcenta enim millia hominum numerabat ſub ſignis, quibus & Trapezuntinum imperium ſibi peperit. Quos felices ſucceſſus relatos in ſacro ſenatu narrat Iacobus Cardinalis Papienſis a: *Hodie*, inquit, *recitatæ in collegio etiam ſunt literæ recentes ex Græcia, quibus ſecundæ res de Vſumcaſſano Pontifici ſignificantur, affirmant Trapeſundam expugnatam eſſe, cætera præter arcem non validam in ditionem eius veniſſe: exercitum eſſe ingentem pluſquam ſexcentorum millium, & peruagaturum mox reliquam Aſiam, ſi non obſiſtatur: Turcum non eo animo ſe expedire ad bellum, quo aliquando noſtros inuaſit; metuere multum, ægro animo eſſe & corpore, ac plurimum pedibus laborare. A Venetis magna ijs nuncijs fides habetur, præſertim quod conſtanti fama continuant, &c. Romæ XVII. iulij MCCCCLXXII.*

Sexcenta hominū millia educta ab Vſumcaſſano.

a Papien. ep. 455. Trapezus ab eo expugnata.

45 De Vſumcaſſani ſecundis rebus meminit etiam Raphael Volaterranus b, eoſque ex Venetorum literis recenſet accuratius ſic inquiens; *Vene-*

b Lib. 10 in fin.

Digitized by Google

Veneti anno MCCCCLXXII. *initio cum Caſano Perſia Rege fœdere littora Cilicia claſſe infeſtarunt, & vt ex literis, quæ ad Antonium Donatum oratorem apud Sixtum Pontificem miſerunt, apparet, cepere oppidaquædam, inter quæ Secbir appellatum, & Coricum antiquum, & munitiſſimum, quæ Caramanis, ac Caſano reſtituere. Teſtabantur quoque Caſanum cum maximis copijs Euphratem tranſmiſiſſe, veniſſeque in Cappadociam per eam partem, quæ patet a Syria; cepiſſeque ſimul, & diripuiſſe Cæſaream atque Sebaſtiam maximas vrbes, quarum altera Garamani erat, abeſtque a Corico iter quinque dierum, indeque iter conſtituiſſe ad Iconium, inde contra Othomannum. Caſtellum autem Bir, quod eſt in Syria, cum aliquandiu obſediſſet, fretus Soldani auxilijs, tandem pugna commiſſa Othomannus fugatur, tantoque in hac terrore repellitur, vt, Euphratis ponte impetum non ſuſtinendo dirupto, bona pars fugientium ſubmergeretur. Hæc ſumma epiſtolæ.* De hoc inter Mahumetum & Vſumcaſſanum conflato bello memorat Turcogræca hiſtoria [a], & Chazmuratem Turcici exercitus ducem in hoc prælio occubuiſſe ſcribit.

Inſignes vrbes a Caſſano captæ.

a Turcogr. lib. 1.

Sinope eidem dedita.

46 Non modo Trapezus belli cauſa olim Dauidis Comneni regia expugnata eſt ab Vſumcaſſano, verum Sinope quoque illius iugum admiſit; tunc etiam Mahometis Imperatoris Conſtantinopolitani exercitus ab eodem conciſus eſt, vt narrat accurate Matthias Michouias [b], qui addit Caſimirum Regem Poloniæ ab Vſumcaſſano miſſis oratoribus ſolicitatum fuiſſe, vt in Mahometem arma iungeret.

b Michou. l. 4. c. 69. Chron. l. 27 Bizar rer. Perſic. lib. 10.

De Vſumcaſſano a Venetis contra Mahometem, qui trinam excurſionem in Italiæ confinia fecerat, incitato, & præclare geſtis rebus Franciſcus Philelphus [c] Nicolao Trono duci Venetiarum hæc ſcripſit: *Hæc opportune numen inde vobis peruit auxilium, vnde ne cogitare quidem poteratis. Aſſam excitauit Hali filium, eundemque etiam Othomannum, qui Perſidis, ac Mediæ & Babylonis viribus fretus aduerſus nefarium, & perniciosiſſimum hoſtem veſtrum in extremo reipublicæ veſtræ diſcrimine cum militibus ſeptingentis millibus formidoloſus victorque deſcenderet, iam inter ipſa regnorum Turci agnati ſui præcordia vaſtare ferro omnia igneque nunciatur. Adſunt eius oratores in Italia, qui vos vltro inuitant ad tanti, & tam præclari belli victoriam, quid ergo vobis diutius differendum exiſtimetis? quid aliunde auxilia imploretis? ſatis vobis ſuppetiarum eſt: cum Ieſus ipſe dirigit greſſus veſtros. Ieſus, inquam, ſe vobis ducem, ſe Imperatorem, ſe vexilliferum offert. Num putetis vos potuiſſe nuper in tantis Turcarum viribus Smyrnæ potiri victoria, ni Chriſtus vobis tantæ vrbis aditum aperuiſſet? Ex Mediolano nonis decembris* MCCCCLXXII.

c Philelph. lib. 36.

Vſumcaſſanus fertur ſeptingenta millia bellatorũ eduxiſſe.

Smyrna excisa a Venetis.

47 His conſentiunt tradita a Bizarro [d]: qui addit Mahometem miſſo oratore annisum reuocare Vſumcaſſanum a fœdere, quod cum Chriſtianis percuſſerat, expoſtulaſſeque illum Mahumeticam religionem amplexum ſibi potius Mahometano ſtudere, neque ſe ab egregio delendi imperij Chriſtiani facinore auertere debuiſſe: his autem reſpondiſſe Perſam, inita fœdera ex Mahometana lege colenda, ſeruandamque fidem, cui prius data fuerit, iam vero fœdus cum Romano Pontifice Venetiſque ſe pepigiſſe, oſtenſurumque vniuerſis imperij viribus ſe fidem ſeruare, quam etiam alienæ genti obſtrinxiſſet. At pulcherrima gerendi belli ſacri occaſione vſi non ſunt Chriſtiani; non enim Polonus, non Hungarus, non Imperator copias in Turcam pararunt, quamobrem & inertis Frederici ditio, finitimæque prouinciæ a Turcis vaſtatæ fuerunt: quas clades ita deſcribit Michouias [a]: *Eiuſdem anni æſtate Turcarum exercitus ex Boſna egreſſus Illyricum, & Sclauoniam vaſtauit. In menſe ſeptembri terras patriarchatus Aquileienſis a Venetis occupatas deſcendens, &, vſque ad caſtellum S. Danielis excurſiones in Foroiulij faciens, citra duodecim millia hominum in ſeruitutem abegit. In menſe deinde nouembri apud Goritiam, & per totam Hiſtriam terribili clade in ſexum vtrumque ſæuiendo ferro, & igne omnia, nullo principe reſiſtentiam opponente, compleuit.*

d Bizar. rer. Perſic. lib. 10.

a Michou. l. 4. c. 69.

48 Aduerſus præpotentem hunc hoſtem noſtris Moſcouita acceſſit: Ioannes enim Baſilius, decreta ad Sixtum ampliſſima legatione, ſignificauit ſe Florentini concilij ſancita admiſiſſe: a Conſtantinopolitano patriarcha petere iura ſacra deſijſſe, ex quo barbarico iugo preſſus eſſet: Pontificem etiam, vt Chriſti vicarium veneratus, vt mitteretur legatus, qui in Moſcouia corruptelas, ſi quæ irrepſiſſent, tolleret, flagitauit: Zoem etiam ex Palæologorum ſtirpe imperatoria procreatam ſibi, conciliatore Sixto, procuratorum opera deſpondit, quemadmodum refert Volaterranus [b].

b M. ſ. arc. Vat.

Inſignis Moſcouię ducis ad Sixtum legatio.

XXII. maij vocati hodie ſunt in concilium patres. Vocationis cauſam præbuerunt oratores Ioannis ducis Albæ Ruſſiæ: ij venerunt, vt veneraretur primo Romanum Pontificem, inde deſponderent filiam Deſpoti olim Peloponeſi, quæ Romæ, vna cum duobus fr. tribus patria profugis, pietate ſedis Apoſtolicæ alebatur: iuſſi autem erant conſiſtere ad diuerſoria montis Marij, quæ prominent vrbi, vt de coniugio, & ratione honorandæ legationis interim poſſet decerni: veniebat enim nonnullis in dubium, quid in his eſſet noſtri officij, quando de fide Ruthenorum non ſatis conſtaret. Dicta ſententia ſunt: decretum coniugium: permiſſum quoque, vt ſponſalia, ſicut poſtulabatur, in baſilica SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli adhibitis prælatis ex ordine fierent: imperatum quoque, vt familia pontificis, & patrum obuiam illis procederent: Harum rerum allatæ rationes, quod Rutheni olim concilium Florentinum acceperint, & archiepiſcopum Latinum a ſede Romana habuerint; nam Græcis a patriarcha Conſtantinopolitano mos erat accipere, & oratorem ad ſe mitti nunc poſtulant, qui fide eorum omnium inſpecta, rebus etiam cognitis, ſi quid deuium eſt, in viam rectam reducat, & an ad profitendam etiam obedientiam acceſſerint, & denique ſi maxime heretici Rutheni ſint, non tamen ea iure pontificio irrita cum ijs coniugia habentur, & quod errantes filij alliciendi etiam honoribus, & benignitate ad gremium matris Eccleſiæ videantur.

XXV. maij introducti in conſiſtorium ſecretum ijdem oratores ducis, quem dixi, obtulerunt literas apertas in membranula cum bulla aurea pendenti, in quibus tantum erat lingua Rhutenica. Magno Xiſto Pontifici Romano inſtitutori Ioannes dux Albæ Ruſſiæ percuſſa manu fronte reuerentiam exhibet, idemque rogat oratoribus ſuis fidem præſtari. Laudauerunt igitur Pontificem, gratulati ſunt ſuo pontificatui, commendauerunt ducem, eiuſque nomine pedibus Apoſtolicis ſic N. dixerunt, reuerentiam perſoluerunt, obtulerunt denique munera Subagibellinam, & Gibellinas pelles ſexaginta. Laudatus a Pontifice eſt dux, quod Chriſtianus eſſet, quod adhæſiſſet concilio Florentino, quod a patriarchis Conſtantinopolitanis a Turcho inſtitutis nunquam paſſus eſſet: Grecum archie-

Significat concilio Florentino adhæreſcere.

Digitized by Google

archiepiſcopum peti, quod coniugium Chriſtiana ſponſa appeteret, & nutrita diu apud ſedem Apoſtolicam, quod demum veuerentiam ad Romanum præſulem miſiſſet, qua apud Rhutenos inſtar plena eſſet obedientia: eiſdem quoque habita pro muneribus gratia. Affuerunt his rebus oratores Regis Neapolitani, Venetorum, Mediolanenſis, Florentinorum, & ducis Ferrariæ, qui alijs de rebus aduocati ad Pontificem erant kal. iunij legato ducis Albæ Ruſſiæ in baſilica Petri nomine ducis deſponſa eſt deſpotorum ſoror Zoe vocata a vita: deduxerunt eam.

Deſponſa Moſcouitæ filia Imp. Conſtantinop.

a Plat. m. ſ. Vat.

49 Sophiam eam vocat Bartholomæus Platina a, ac Thomæ Palæologi deſpotæ filiam fuiſſe ait, dotemque aliaque ampliſſima munera a Sixto fuiſſe collata. Ex ijs porro nuptijs affulgebat aliqua ſpes, Ioannem Baſilium ad recuperandam Græciam conuerſurum impetus, & Græcos facile illi adhæſuros. De Tartaris etiam in Turcas concitandis agitatum; quippe duodecima iunij coacto Cardinalium conſiſtorio b, oratores ducis Albæ Ruſſiæ, iterum ingentes ſpes pro fide catholica ſe afferre affirmabant, aiebant enim priuatum Ruſſis cum Tartaris commercium eſſe, ac Tartaros in Turcas facile auerti poſſe, tantumque educendum exercitum, quem neque Europa neque Aſia ſuſtineret, modo in ſingulos menſes dena aureorum millia penderentur, & munera tanto digna principe mitterentur, viam autem per Albam Græcam ad fines Pannoniæ Tartaros facturos. Reiecta res eſt his potiſſimum de cauſis: *Quod inexploratum nobis eſſet, an Rex Hungariæ tutum ſibi putaret, tantam multitudinem regno ſuo iter habere: quod verendum eſſet, ne deficiente ſtipendio, etenim mendiciſſima gens eſt, in Chriſtianos bellum converterent, quod denique victoria Mahometani hominis tam nobis peſtifera quam Turco eſſe poſſet.* Vectigalis erat Tartarorum Moſcouita, quem incitante vxore ſocerrimum c iugum excuſſiſſe inferius dicetur d.

b M. ſ. Vat.

De Tartaris in Turcas concitandis proponunt Moſcouitæ. Exiſtimatum eſt Tartaros victores æque ac Turcas metuendos.

c Crol. 29. Sigiſm. Liber in comment. Moſcon.

d An. Chr. 1479.

50 Coniungendos autem potius arctiſſimo fœderis nexu Chriſtianos principes viſum eſt, quorum arma & domando hoſti paria eſſent, & victoriæ nullum nouum terrorem cladem ue allaturæ: atque in primis in Italicis inter ſe conciliandis, quorum oratores apud ſedem Apoſtolicam agebant, deſudatum eſt. Actum ea de re iam ante fuerat in Cardinalium conſiſtorio vigeſima quinta maij, in quo hæc geſta eſſe narrat Maffeus Volaterranus e: *In ſenatu de fœdere Italico acta hæc ſunt. Vocauerat ab initio pontificatus ſui Sixtus Italos oratores ad innouandum fœdus commune, quod olim ſedente Nicolao V. actum Neapoli eſt. Agitata res, & quamplures menſes in eo vertebatur difficultas omnis, quod Rex, dux Mediolani, & Florentini in eo innouando exprimi, & confirmari contendebant fœdus aliud ſedente Paulo ſecundo inter ſe tantum initum, quo eccleſia plurimum lædebatur. Veneti ab initio & huic poſtulationi aduerſi, tandem dederant manus, & ad arbitrium Pontificis cuncta referebant. Pontifex vero damnoſam ſentiebat, dignitatis etiam ſuæ non ſtatuens detrimentis proprijs aſſentiri. Dati Cardinales ſex erant ad hæc ipſa cum legatis tractanda ex conſuetudine noſtra: peruincere nunquam horum potuerant contumacias. Relata igitur re ad Pontificem, decretum eſt legatos dimitti. Dimiſſionis cauſa ſunt dicta, quod vocati illi eſſent ad innouandum commune tantum, non priuatum etiam fœdus: quod in priuato nulla eſſet vtilitas publica, quando non vna omnium, ſed ſeiuncta quadam a cæteris appareret voluntas: id acturum ſemper, vt minus Itali inuicem fiderent, minus fidei ſubnecterent, minus etiam nos timeret Turchus factionem hanc noſcens, quod nulla eſſet noſtra æſtimatio, quod tantum de nobis ijs cederemus, commiſſa in Eccleſiam arma hac innouatione, probantes eſſe in ea re damni plurimum, lucrique minimum. Quod ſi acquieuiſſe Paulum his difficultatibus dicant, non videri horum atque illorum temporum eandem rationem, illi Regem, ducem, & Florentinos fuiſſe infeſtos, Xyſto autem quemque horum fauere, quod metus cauſa nil damnoſum confirmare cogatur. Hæc in ſenatu conſenſu omnium probantur: illa tamen angebat res, quod non innouati fœderis culpa omnis apud ignaros noſtra videbatur futura, ſed hoc benignitas Dei in illo ipſo articulo reſponſi dandi oneris noſtri eſſe non voluit, in foueam incidere foſſores ipſos compulit.*

De inſtaurando fœdere Italico actum.

e M. ſ. arch. Vat.

Motæ circa illud aliquæ lites.

Fœdus Paulo ſedente initum a Sixto repudiatum.

51 Addit auctor, Anellum oratorem Ferdinandi Regis ex literis regijs accepiſſe, mitti a duce Mediolanenſi quindecim triremes inſtructas in Andegauenſium ſubſidium aduerſus Ioannem Aragonum Regem Ferdinandi patruum; propterea inſtaurandi fœderis conſilium, ſi ita fiat, a Ferdinando reuocatum: cuius rei hæc erat cauſa, Mediolanenſem & Florentinos a Cardinale Vrſino flexos, vt ex eo fœdere pactiones Eccleſiæ aduerſæ, de tuendis nimirum Vrbini comite & Roberto Malateſta demerentur, ac Ferdinandum ipſis fœdere iunctum veritum eſſe illorum amicitiam prodere, & perdere: parte etiam alia aperte noluiſſe diſſentire, ne ingrati in Eccleſiam animi notam inuidiamque fœderis in Turcas non initi contraheret, atque ideo ea prætexuiſſe de triremibus. De hiſce turbis, quæ rei Chriſtianæ afferebant exitium, hæc ad Cardinalem S. Marci ſcripſit Iacobus Cardinalis Papienſis a: *Italica, quantum video, nutant: conatus innouandi communis fœderis ad nihilum redijt: iam eſt diſſolutus omnis noſter atque oratorum tractatus: Volterra a Florentinis defecere. Miſſus illuc eſt cum exercitu raptim collecto Vrbinas, ad quem & noſtri equites quingenti mittuntur. Varius de his ceptis eſt hominum ſermo, omnium autem vnus conſenſus, futurum in Italia bellum ſi fautores Volaterrani inuenerint: adhuc tamen nemo ſe detegit: tantum Florentini exules neſcio quid pauxillum conantur: nihil in tot diſcriminibus fidei calamitoſius bello, &c. Romæ die* XXIX. *maij* MCCCCLXXII.

Nouæ obortæ turbæ in Italia.

a Card. Papien. ep. 449.

52 Quod ad Ferdinandum Regem Neapolitanum attinet, a quo inſtructam claſſem aduerſus Turcas immiſſamque, ſed nulla geſta re autumno rediiſſe, quo tempore pontificia Venetaque Aſiæ littora vexarunt, paulo ante meminimus; quamquam maximi illius referret, ingraueſcentem Turcicam potentiam, ne regnum Neapolitanum inuaderet, reprimere; is tamen cum damno Eccleſiæ, accepti in partu regno beneficij immemor, rem ſuam auxit; nactus enim Sixtum in aſſerendis iuribus eccleſiæ Paulo prædeceſſore inferiorem animis, cupidumque conſanguineos illuſtrandi atque augendi, de nepte regia pontificio nepoti matrimonio iungenda egit, petijtque vt vectigale aurum, ob quod non perſolutum beneficiario iure exciderat, ſibi condonaretur, tum in reliquam vitam pendendi cenſus onere liberaretur. Vt vero ea res ſplendide fieret, turpique pactioni pulcherrimus fucus allineretur, obtendit miſſam iam ante a ſe ſuperiori anno aduerſus barbaros claſſem, ſeque vna cum alijs principibus Chriſtianis in communem hoſtem vires

Ferdinandus poſcit a Sixto vectigalis pendendi onere liberari.

ſocia-

Digitized by Google

ſociaturum: tum duas triremes regio ſumptu egregie inſtructas ſuſtentaturum, quæ maris Tyrrheni oras, a monte Argentario ad Terracinam vſque, a piratarum Mahometanorumq; graſſationibus tuerentur, Anellumque arcanorum interpretem, vt de his cum Pontifice paciſceretur, ampliſſimis fretum mandatis mitit. Extant illa regijs conſignata literis in Vallicellana bibliotheca, in quibus Romanum Pontificem Chriſti vicarium agnoſcit, illique auxiliarem exercitum, ſi bello peteretur, ſpondet; tum ſe littus Romanum tutaturum.

Soran. comitatus a ditione eccleſiaſtica diuulſus.

53 Flexit facile ad vota ſua Sixtum Ferdinandus, qui nunquam Paulum, vt iura Eccleſiæ protereret, adducere potuerat, ac, ne ob negatum cenſum regno ab eo ſpoliaretur, in diſcrimen venerat. Immo impetrauit etiam, vt Soranus comitatus, quem Pius II, dum Gallos Ferdinandi hoſtes eiecit, compararat, eccleſiaſticæque adiunxerat ditioni, reſtitueretur Neapolitanæ coronæ: ad quæ ductum Sixtum Leonardi Rupetij nepotis ad opulentas nuptias euehendi, & rebus eccleſiaſticis ditandi illecebra, indicat Bartholomæus Platina [a] in m. s. vita Sixti Papæ.

a Plat. m. ſ. arch. Vat.

54 *Regis filiam* nempe nothi Regis notham filiam *Leonardo ex fratre nepoti, quam paulo ante præfectum vrbis creauerat, in matrimonium collocat. Vt vero omnis inter Reges deinceps & Pontifices controuerſia tolleretur, oppida quædam in Hernicis partim a Pontifice partim a Tognae comite poſſeſſa, puellæ in dotem aſcribuntur, Ioanni autem quinque millia nummum aureorum a Pontifice perſoluta ſunt, ne queri poſſet, illa loca vi ſibi adempta eſſe. Oppida autem fuere Sora, Arpinum, arx quædam muniſſima vltra Lyrim, atque alia caſtella non contemnenda, pro quibus tanta contentio inter Paulum, & Ferdinandum eſt orta, vt paulum abfuerit, quin bello decerneretur cuius eſſe deberent; nam Pius eo bello, quo Ferdinandum contra Gallos pugnantem iuuit, pulſo Sorano duce Ferdinandi hoſte, oppida illa ex fœdere cum Rege inito occupauit: verum poſtea mutata ſententia mortuo Pio hæc loca in regno poſita minus etiam habitis repetit.*

Cum eccleſiæ diſpendio ſuos promouet Sixtus.

55 *Petebat item, vt tributum, quod Eccleſiæ feudi nomine quotannis pendebat aliqua ex parte diminueretur, cum regnum tantummodo cis, non etiam vltra pharum poſſideret.* Et intra: *Xyſtus autem hac quoque in re Ferdinando ſatiſfacturus totum remiſit tributum Ferdinandi tantum vita durante, modo equum album quotannis ſenat nomine perſolueret, tueretur que oram maritimam a prædonibus, & milite ſi opus eſſet Pontificem iuuaret ſua impenſa quoque & ductu, vt in fœderibus legitur: hoc qui improbarent fuere multi.* De quibus Iacobus Cardinalis Papienſis in literis ad Angelum epiſcopum Tudertinum datis hæc habet [b].

Cardinales plures ipſi aduerſati

b Card. Papien. ep. 439.

56 *Peruenisse iam iſthuc puto rumoribus, quæ beneficio Ferdinandi Regis ſunt a nobis remiſſa: pauca ea numero, ipſa pondere magna æſtimantur. Redditus eſt ducatus Soranus, & condonatus regni cenſus tam qui debebatur, quam qui viuo illo poterat in futurum deberi; pro iis triremes duas ad cuſtodiam noſtri littoris continue exhibet, & Romanam eccleſiam ſuis temporibus tueri ſpondet omnibus tam ſtipendijs quam viribus, & exercitibus regni: fructuoſa admodum res, ſi dicto fides conſentiat. Addita illa cautio eſt, aſſentiente eodem ac recipiente, vt liberalitate omni noſtra cadat, ſi a promiſſis abierit. Deſpondebitur mox † neptis regia præfecto vrbis nepoti Pontificis, idemque ducatus dos erit. Romæ* XIII. *martij* MCCCCLXXII. Eadem in alijs literis [a] ad Marcum Cardinalem Aquilegienſem n. A. S. L. repetita ſunt.

Affinitas inter Ferd. & Sixtum cōtracta.

† filia

a Ib. pag. 440.

57 Editum etiam eſt a Sixto diploma [b] pridie kal. martij, quo annua octo millia vnciarum auri multorum annorum flexu non ſoluta, & quinquaginta millia nummum accepti regni beneficiarij ergo debita, pendendumq; viuo Ferdinando vectigal annuum remiſſa ſunt: quinetiam, adeo illi eſt blanditus Sixtus, vt, cum idem Ferdinandus parum honeſte cum Pio Pontifice, dein vero acerbiſſime aduerſus Paulum II. contendiſſet, cenſum annuum ob exhauſtas ſuperioribus bellis regni opes ad minorem vim auri redigendum, nouo diplomate [c] promulgarit, ſe ob illam remiſſi cenſus beneficentiam haud detraxiſſe iuri Ferdinandi cenſum annuum extenuandum diſceptantis: quamuis re ipſa id ius penitus fictitium eſſet, atque inſigne ingrati in eccleſiam Romanam animi argumentum. Omnia porro, quæ Auellus orator cum Pontifice pepigerat, Ferdinandus admiſit, habuitque rata, exaratis literis [d], quæ in m. s. Vallicellano extant, in quarum calce hæc addidit.

b Ext. in m. ſ. col. Vallicgn. lit. 8. n. 9 pag. 123.

c Ext. ibid. pag. 125.

d Extant. ibid pag. 128.

58 *Promitto, & ſub fide regia polliceor atque ſpondeo, taliter me, auctore Domino, ad omne grata apoſtolicis affectibus habiturum, quod de collatis a me gratitudo proueniat, & in conferendis affectus promptior excitatus exurgat, nec non etiam tenore præſentium de iam dicta mea ſententia ratifico, & accepto omnia & quæcumque, quæ per ipſum M. Anellum meum oratorem, & in hac parte procuratorem vigore mei mandati ipſi facti facta ſunt promiſſa veſtræ beatitudini, & ſedi Apoſtolicæ, confirmans, atque emologans, ac ſi per me promiſſa eſſent. In quorum fidem, & teſtimonium præſentes aureo pendenti ſigillo munitas fieri feci. Datum in Caſtello nouo Neapolis die* XVI. *menſis martij anno a natiuitate Domini* MCCCCLXXII. *Rex Ferdinandus.* Illuſiſſe poſtea ſedi Apoſtolicæ Ferdinandum, & larga promiſſa, ob quæ cenſus illi eſt remiſſus, contrarijs operibus labefactaſſe, videbitur inferius.

59 Ductus præterea humanis affectibus Sixtus Hieronymum Riarium, cui eccleſiaſtici exercitus ſupremum contulerat imperium, Imolæ & Foriliuij toparchia donauit: ſed male collatæ Eccleſiæ opes illi ac filijs exitium poſtea attulere; hæc enim de eo refert Petrus Iuſtinianus [e]: *In Italia Hieronymus Riarius Sixti Pontificis nepos, & Imolæ Forliuiique princeps, in cubiculo a ciuibus conſpiratione occulta occiſus, in forum de palatij feneſtra proijcitur*, ſubditque: *Galeottus quoque Manfredus Fauentiæ dominus vxoris inſidijs perijt.* Herculem etiam Ateſtinum Ferrarienſi principatu beneficiario, quinque millium aureorum cenſu imperato, induit [f], vt ex edito diplomate patet ita conſignato: *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXII. XIII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* I. Contulit etiam iure beneficiario eidem Herculi Ateſtino Sixtus Bagnacaualli, S. Agathæ, Cunij, & Zagonariæ oppida impoſito centum aureorum cenſu [g]; nec non Maſiam Lombardorum Roncadellum, & duo alia oppida in agris Imolenſi, & Fauentino, imperato vnius libræ argenteæ vectigali [h].

Imolæ & Foriliuij toparchia ab alienata a Sixto.

e Petr. Iuſt. hiſt. Ven. lib 9.

In cubiculo miſere cæſus.

f Sex. IV. lib. bullar. 104. pag. 38.

Alia oppida iure beneficiario tradita.

g Eod. lib. 104. pag. 93.

h Ib. pag. 96

60 Confirmauit hoc anno idem Sixtus [i] ſanctionem Pauli II, qua annus Iubileus a trigeſimo tertio anno ad vigeſimum quintum redactus fuerat, vberrimamque criminum veniam eccleſias

i Lib. breu. & bull. pag 49. ep. 32.

vrbis

Sanctio Pauli II. de iubilæo ad xxv. annum redacto cõfirmata.

vrbis rite luſtrantis attribuit : *Vniuerſorum fidelium animarum ſaluti pariformiter conſulere cupientes, eiuſdem prædeceſſoris præinſertas literas cum reductione eiuſdem anni trigeſimi tertij ad vigeſimum quintum annum, nec non ſtatuti, & ordinationis prædictarum, ac omnibus alijs in eis contentis clauſulis auctoritate præfati tenore præſentium de ſimili fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio innouamus, approbamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, & nihilominus annum iubilei prædictum a vigilia natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti anni eiuſdem milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi quarti quoad plenarias indulgentias antedictas ab ipſis fidelibus conſequendas incipere, & iuxta ipſarum literarum continentiam, & tenorem finire, ac reuolutis ſucceſſiue viginti quinque annis futuris temporibus ſucceſſiue vim vigoremque perpetuo obtinere, atque durare decernimus : ipſas quoque indulgentias, & peccatorum remiſſiones ad abundantem cautelam vtriuſque ſexus fidelibus prædictis iuxta ipſarum literarum modum etiam de nouo concedimus, & elargimur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXII, VII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* 1.

Lites ob pragmaticam ſanctionem ſublatæ.

61 Neque illud hoc loco prætermittendum eſt, ipſum ſuborta ex pragmatica ſanctione in Gallijs diſſidia ſedaſſe, ac ſex menſes conceſſiſſe præſulibus, quibus vacantium ſacerdotiorum ius conferrent : tum pro dirimendis inter clericos litibus plura ſanxiſſe, quæ in libro primo extrauagantium communium cupidus lector conſulet. Ad excindendam vero ſimoniacam peſtem, quæ in eccleſiaſtico ordine ſerpebat, ſanctionem a edidit in omnes, qui ſe eiuſmodi ſceleris conſcientia contaminarent. Hac temporis nota id diploma conſignatum eſt : *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXII. XI. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* 1.

a Lib. breu. & bullar. pag. 43. n. 34.

62 Puriſſimus erat ab ea labe Vvilhelmus Spoletanus Cardinalis, quem ob conditum ſacris opibus xenodochium cœnobiumque excitatum hoc elogio exornat Iacobus Cardinalis Papienſis b : *Non ſit dominationi veſtræ ad gloriæ inanis, nec mihi ad aſſentationis crimen, quod his literis addam : ſcit Dominus, quod a conſcientia os non diſſentit. Proximo februario cum iter Narnia agerem contemplatus ſum opus cœnobij veſtra cura erectum, fratrum frequentia, & ſtructura ipſa inſigne, benedixi nomini veſtro. Rurſum nunc per viciniam montis Roſuli tranſiens magno meo, & aliorum exemplo vidi ſacellum, coniunctumque xenodochium, quod impenſa veſtra a fundamentis erigitur, opus opportunum, & pium, tum profeſſioni noſtræ conueniens, deſcendi, ingreſſus ſum, luſtraui omnia. Inde vero egrediens tacitus dixi : Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem : in die mala liberabit eum Dominus. Porro autem felicem Eccleſiam ſuſpiraui, ſi illi multi Spoletani contingerent : qua in re venere in mentem patres nonnulli ordinis noſtri, qui in Domino dormierunt S. Crucis, Cæſarinus, Firmanus, de Cuſa, ac nuper S. Angeli Hiſpanus, per quorum ſanctas actiones commendatum eſt miniſterium noſtrum. Pientiæ* VII. *auguſti* MCCCCLXXII.

b Papien. ep. 404.

Xenodochium & cœnobiũ condita a Vuilhelm. Card. Spoletano

Ludouici Morbioli mors.

63 Migrauit in cœlum hoc anno Bononiæ Ludouicus Morbiolus c, qui pietatis miro delibutus ſtudio populum ad contemptum mundi virtuteſque in circulis hortari ſolebat, cuius vitam ex Baptiſta Mantuano, qui egregio carmine Innocentio VIII. inſcripto geſta illius proſecutus eſt deſcribit Carolus Sigonius a, ex quo pauca hæc decerpſimus : *Aut humi aut in duriſſimo ſtramento cubare aſſueuit, lapidem ſibi pro ceruicali ſternens, cibo delectatus eſt non ſolum tenui ſed etiam vili, eumque ſi delicatior videretur cinere ſæpe conſperſit, omnino carnibus abſtinuit, ficus, poma, nuces, atque olera frequentauit, quæ aut cruda ſumpſit, aut certe ſine oleo coxit : ita ex ſumma inedia maciem ſummam contraxit. Per noctem lacbrymans lapide pectus percutiebat, totus in meditatione paſſionis Chriſti defixus. Interdiu ne otio langueret ſacras ex oſſibus imagines ſculpere didicit, aut prædicationi ſe tradidit, homines ad cœleſtem gloriam conſectandam, & humanam contemnendam adhortans. v. kal. nouembris migrauit ad cælum, ſepultuſque eſt in cœmeterio baſilicæ S. Petri, & poſt ſex menſes, cum miraculis clarere cœpiſſet, in eccleſiam translatus eſt.*

c Mantua. in carm.

a Sigon. de epiſc. Bon. in Philippo Caland. Ferrar. in nouo catal. 28. octob.

Totus in Ieſu Crucifixi meditatione verſabatur.

64 Creatus b eſt hoc anno a Sixto Apoſtolicus internuntius Alfonſus de Bolano Franciſcanam diſciplinam profeſſus ad fidem Chriſti Canarijs, Guineis, & alijs Afris inſerendam, cui plures viri ſanctimonia illuſtres ſocios laborum ſe coniunxere, quos omnes Sixtus priuilegijs omnibus a prædeceſſoribus euangelij præconibus cõceſſis affecit, diplomate hac formula conſignato : *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXII. III. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* 1.

b Six. lib. bullar. 25. pag. 236.

Euangelij præcones ad Canarios & Guineos miſſi.

IESV CHRISTI

Annus 1473.

SIXTI PP. IV. annus 3.	FRIDERICI III. IMPERAT. 34.

1 ANnus redempti orbis milleſimus quadringenteſimus ſeptuageſimus tertius ſexta indictione excurrere cœperat, cum Oliuerius Cardinalis Caraſa Apoſtolicæ ſedis legatus claſſis pontificiæ præfectus in vrbem reuerſus, vt Stephanus Infiſſura c refert, viginti quinque camelos præda onuſtos, ac totidem Turcas per triumphi ſpeciem ſecum circumtulit; hoſtilia etiam complura ſigna attulit, & cathenæ in portu Attaliæ refractæ partem ante baſilicæ Vaticanæ fores ſuſpendit; ſed non tam glorioſum erat eam cathenam rapuiſſe, quam turpe ob non comparatas longiores ſcalas Attaliam non ſubegiſſe d. Abijt vero munere Oliuerius Caraſa, ac pontificiæ claſſis imperium Laurentius Zenus archiepiſcopus Spalatenſis, quem Bartholomæus Platina e patriarcham Antiochenum vocat, agebatque apud Rhodum, ſuſcepit : Petrus autem Mocenicus Venetæ claſſis præfectus plura Turcarum loca direptioni & incendijs tradidit, vt fuſe proſequitur Coriolanus Cepio f, qui res ab illo præclare geſtas tribus libris eleganter eſt complexus.

c Steph. Inſiſſ. cod. m. ſ. vat. ſign. n. 111. & m. ſ. Vallic. bibl.

Fruſtra ab Oliuerio Caraſſa Card. tentata Attalia.

d Petr. Iuſt. lib. 8.

e Plat. m. ſ. arch. Vat. inſcript. miſcellan.

f Cepio l. 2. Sabell. ennead. 10. l. 7. & alij.

Plura Turcarum oppida incendio tradita.

2 Narrat autem inter alia audax facinus Antonij Siculi, qui Turcarum Imperatoris naualia apud Callipolim medicato igne ſuccendere molitus ſit, mercatoriſque ſpecie ad poma diuendenda in portum inuectus, armamentario, in quo maxima ligni, funium, ac materiæ ad ædificandas inſtruendaſque naues copia erat, ignes noctu iniecerit : ſed erumpente citius flamma detectus a Turcis fugatuſque, centum triremes, vt fuerat meditatus, concremare non potuerit : tandem captus perductuſque ad Mahometem Imperatorem, illi factam in Chriſtianos carnificinam

Antonij Siculi audax facinus.

pro-

Illius in ferenda morte conſtantia. Orator Vſumcaſſani exceptus.

prouinciarum direptiones, regnorum excidia, principum cædes exprobrarit; conſtanter autem medio corpore diſſectus mortem pertulerit, ob cuius virtutem ſenatus Venetus illius fratri ſtipendium annuum, & ſorori dotem honeſtam conſtituit. Præterea recenſet idem auctor Vſumcaſſani oratorem exceptum magnifice Venetijs, ac plura tormenta bellica ænea Vſumcaſſano tradita, vti expetitum fuerat, ac miſſos centum fortiſſimos iuuenes, quibus Thomas Imolenſis præerat, tractandarum machinarum peritos: tum plura vaſa eximio artis lenocinio cælata, veſteſque pretioſas a Ioſepho Barbaro oratore offerenda Vſumcaſſano ad Pamphiliæ Ciliciæue oras acceſſuro. Inter quæ claſſis Venetæ præfectus Petrus Mocenicus ſociorum nauibus adiunctis, cum Aſiæ oras luſtraret, a Caramanni filio Caſſambecho Vſumcaſſani fœderato, qui Perſicis viribus patrium regnum a Mahomete repetere annitebatur, rogatus eſt, vt, cum vniuerſam Caramaniam, exceptis tribus vrbibus munitiſſimis Sichino, Seleucia, & Corico ſubegiſſet, quas in ſuam redigere poteſtatem non poſſet, eo quod tormentis bellicis ad diſijcienda mœnia careret, auxilio adiutor ſibi aduerſus Turcam eſſe vellet. Mocenicus itaque expoſitis in terram copijs cum æneis tormentis quatere hoſtiles munitiones cœpiſſet, eas tres vrbes expugnauit, compulitque ad deditionem faciendam, quæ reſtitutæ Caramano fuerunt.

Tormenta bellica miſſa ad ipſū.

Tres arces in Caramania turcis ereptæ.

3 De præclara geſtis a Petro Mocenico, & reportata ab Aſlano de Turcis victoria, meminit Philelphus a in literis ſcriptis IX. kal. auguſti ad comitem Vrbini. Cogitabat præterea Petrus egregium ingens aliquod facinus efficere in Turcas, cum illum Iacobi Regis Cypri mors, nouiq; in ea inſula motus a ſuſcepto conſilio reuocarunt. Refert vero Stephanus Liſinianus, Iacobum veneno fuiſſe interemptum ab vxoris patruo, & auunculo cum regni adminiſtrationem omnem in ſe transferre affectarent; ac Iacobum defunctum anathematis reum ſine regijs honoribus in ſepulchrum illatum fuiſſe, cum arcano Dei iudicio cera in vniuerſa inſula ad cohoneſtandum illius funus reperta non eſſet, idque teterrimo crimini, quo ex fœdere cum Saracenis ſe deuinxerat, aſcriptum.

a Philelph. l. 37. ep. vlt.

Carlota Regina poſcit a Veneto ſenatu regno Cyprio reſtitui.

4 Meditata eſt Carola Regina, quæ a Iacobo fratre notho ſultani Ægyptiaci viribus ſpoliata regno fuerat, amiſſum regnum recuperare; ſed cum Ludouicus Sabaudus eius vir bellicos auerſatus labores in Sabauda regia delitijs ſeſe dedidiſſet, Mocenicum miſſis oratoribus ſollicitauit b, vt eam e Cyprio regno iam ante expulſam in regiam ſuam dignitatem reſtitueret. Sed cum Catharina Marci Cornelij patritij Veneti filia a ſenatu Veneto in filiam cooptata fuiſſet quando Iacobus eam ſibi matrimonio iunxit, illaque grauida a viro relicta eſſet, & Venetæ clientelæ commendata, Carola a Mocenico repulſam paſſa eſt, vti Coriolanus Cepio his verbis deſcribit c: *Venerunt ad eum duo oratores miſſi a Carola Cypri Regis ſorore, quæ iam multis annis regno a fratre expulſa Rhodi morabatur. Hæc nupta eſt Ludouico ducis Allobrogum filio viro ignauo, qui relicta vxore domi inter concubinas luxurioſe vitam degit. Oratores Imperatori referunt Regem Cyprium mortuum eſſe, a quo Carola hereditario regno per iniuriam expoliata erat, proinde orant Imperatorem vti amici olim Regis Cyprij filiam, & fœderati Venetorum Allobrogum ducis nurum*

b Boſ. p. 2. lib. 9.

c Cepio l. 2.

ſuis opibus ad recuperandum hereditarium regnum iuuare velit, aſſerentes Carolam ex legitima vxore, fratrem ex concubina natum eſſe: tunc imperator reſpondit Iacobum Regem Cyprium ſocium & fœderatum Venetorum regnum legitime poſſediſſe, non enim legum formulis aut litium conteſtatione, ſed armis atque virtute regna in ius principum cedere. Non ſolum ab humanis, verum diuinis prorſus iuribus abhorret hæc politicorum illorum ſententia, qui principum magis vtilitatibus, quam officio & religioni ſeruire ſolent, eoque iacto fundamento ſimulatis cauſis varijs artibus ſubornatis aliena iura inuadunt. Addit Coriolanus Cepio ſuperioribus Mocenici verbis: *Regnum autem non tantum ſorori, verum etiam Genuenſibus, qui multo tempore meliorem partem inſulæ per tyrannidem occupatam tenebant, propria virtute recuperaſſe, ac iure poſſediſſe affirmat, nunc Reginam per adoptionem ſenatus Veneti filiam cum poſthumo, quoniam grauida erat, regni heredem relictam eſſe, quam & ſenatum Venetum, & ſe contra omnes, Reginæ aut regno iniuriam inferre volentes defenſurum affirmat. Oratores accepto reſponſo triſtes recedunt.*

Reſpondent Veneti regna non iure ſed armis poſſideri. Impium reſponſū ex quo omnia ſcelera ad regnādum honeſta ſore conſequitur.

5 . Confirmatæ fuerunt a Petro Catharinæ Iacobi Regis demortui vxoris, vti Veneti nominis filiæ ac ſociæ, partes, enixaque illa eſt filium, cui paternum nomen inditum eſt; ſed biennio tantum vixit. Cæterum turbidæ a admodum Cypriæ res fuerunt, cum alij ſtuderent Catharinæ, Carolæ alij, alij Hiſpano nomini, & Nicoſienſi archiepiſcopo, qui Neapoli reuerſus Reginam Ferdinando Regi & eius filio filiam Iacobi iungere, vt ſceptrum Cyprium transferretur in Hiſpanos, conabatur: ſed Venetorum opera Catharinæ partes vicere, ac demum Cyprus Venetæ ditioni adiuncta fuit, vti ſuo loco dicetur. Nunc de bello Mahometem inter & Vſumcaſſanum, cui Chriſtiana claſſis ferre ſuppetias nitebantur, geſto narrationem proſequamur. Circumferente latius victorias in Aſia Vſumcaſſano, Mahometem Imperatorem terror inuaſit, ne ipſum Chriſtiani coniunctis adorirentur viribus, acceptaſque vlciſcerentur iniurias, vtque Vſumcaſſanus Venetos ſibi conciliarat, ita ille Matthiam Regem Hungariæ delinire muneribus conſtituit, adhibuitque illius fœderis interpretem Nicolaum Varuedam e Vlach recenter Boſnæ Regem appellatum, plurima ei pollicitus, ſi rem perficeret. Matthias itaque, amplificandi Hungarici limitis occaſionem ſibi oblatam ratus, oratores ad Mahometem miſit, qui his legibus fœdus auxiliaque in Vſumcaſſanum paciſcerentur, ſi Boſnam Seruiamque aut harum alteram Hungaro permitteret. Quæ fama cum a viris fide dignis ad ſedem Apoſtolicam allata eſſet, Sixtus Matthiam ab his abducere grauiſſimis litteris niſus eſt, propoſuitque in primis Vſumcaſſanum ſedis Apoſtolicæ Venetique nominis ſocium eſſe, neque ipſum ſine Chriſtianæ rei damno fœdus cum Turca aduerſus illum ſancire poſſe; Imperatorem, finitimos principes, Hungaroſque ab ipſo abalienatum iri, plurimaque aditurum pericula, tum ſuperiorum facinorum gloriam obſcuraturum; nec Mahometis tutam firmamque futuram fidem, vt qui Seruiæ, ac Boſnæ principes, qui ſe eius fidei commiſerant, exitio dederit. Conceptæ ſunt eæ litteræ a Iacobo Cardinale Papienſi b pontificio nomine hiſce verbis:

a Ibid. & Boſ. p. 2. l. 9.

Cyprij in varias factiones diſcindi.

Metuit Mahometes ne Chriſtiani Vſumcaſſano iuncti illum euertant.

Vngarū ſibi conciliare annititur.

Poſtulat Hungarus Boſnam aut Seruiam in præmium ſibi dedi.

Ab eo Vngarū deterret Pontifex.

b Ibid. ep. 527.

Regi Hungariæ.

Monitus Matthias ne fallaciſſimo Mahometi fidat.

6 Matthia Rex glorioſe, [attende primum quæ fides eſſe tibi de fallaci homine poteſt; tu Chriſtum ſequeris, ille Mahometis inſaniam: tu pro euangelio contra eum in hunc diem pugnaſti, illius arma contra te tuendam dæmonum ſectam intenta ſemper fuere. Memento pugnarum a patre vaiuoda, & te toties commiſſarum, cædium quoque, quæ de Turcis multæ ſunt factæ: ſcit ille tua in primis virtute per hos annos obſtitum, quominus tantum imperio potuerit progredi, quantum optauit: vnum te odio habet, atque vnum te perditum cupit, quo ſublato nihil non de Chriſtianis ſperandum ſibi cognoſcit; ſi quid blandietur interim, aut ſi quid promittet tibi, non alia ratione id faciet, quam vt & conſulat ſibi, & in omnem occaſionem te opprimat. Exempla infidelitatis ſuæ non ſunt longe petenda, te tuum que regnum circumdant: recogita quæ noſtra memoria in Seruia, & Boſna ab eo ſunt geſta, quibuſque fallacijs miſeri Chriſtiani nimiæ pœnas fiduciæ vltimas dederint; videbis, ſi deſint cætera, hæc ſatis eſſe ad cæterorum documentum, & tuum: credendum illi non eſt, merces amicitiæ ab eo nulla quærenda. De religione contenditur: ille tuetur ſuam, tu tuam, diuerſitas hæc cauſæ conciliare animos veſtros nullis pactionibus poteſt: aut tibi dimittendus eſt Chriſtus; aut Turcus ſuſpectus ſemper habendus.

Agi de Chriſto & Mahomete impio.

7 Adde, quod negligendum non eſt, quo animo principes Hungari, quo etiam populi pacificationem hanc ſunt accepturi: fidelis Deo ſemper tua gens fuit, militauit nomini Altiſſimi, cupidiuſque ad pugnam, quam ad nuptias cæteris eſt ſemper profecta. Quid iudicaturos de te illos exiſtimas, inruentes nulla vrgente neceſſitate, ſola cupiditate aut Seruiæ, aut Boſnæ non modo cum execrando hoſte ſentire, ſed ad oppugnandos oppugnatores ſuos copias iungere. Non omnium intra Hungariã fortaſſe pacati tibi ſunt animi: ſunt facile multi, quos tua virtus offendat, multos etiam gloria vrat: danda non videtur occaſio, vt, qui de te ſentiunt bene, ſentire iam male incipiant; &, qui criminari opera optant, etiam exagitandi facultatem aperte accipiant. Religione, & conſtantia, & in periculis fide, quibus regnum paraſti, in poſterum tibi eſt retinendum. Proximam quoque Bohemiam tot iam annos a te oppugnatam, nonne dicturam agnoſcis: non pro iudicio Romanæ ſedis, tollendiſque erroribus, ſed ad ſolam ampliandæ poteſtatis curam tamdiu bellatum eſſe, tantamque rerum atque hominum editam ſtragem, quando pro Seruia & Boſna non cum hæreticis, ſed, quod fœdius eſt, pacem procuratam cum infidelibus inſpicient. Retinendum vbique etiam inter tuos eſt nomen bonum, fili chariſſime, idque non modo anteponendum cæteris rebus, ſed morte etiam, ſi expediat, redimendum. Qua in re animaduerti quoque oportet, quantum Cæſar, & circumſtantes Germaniæ principes improbaturi factum hoc ſint, quantumque miraturi mutationem hanc ſubitam, tantæque iacturæ creſcet haud dubie illis ſuſpicio, in re amor non creſcet; nouorum forte etiam conſiliorum cauſam præſtabis, quæ qualia futura ſint, arbitrari tu melius potes, cui nota ſunt propinqua.]

Si fidat Turcis, Hungaros ipſi fidos nõ futuros.

a Papien. ep. 526.

8 Moniti etiam Pannoniæ præſules fuere a, vt fœdus illud cum Mahomete coeundum prohiberent ſtuderent: quæ literæ, cum ſuperiores Laurentio Rouarellæ epiſcopo Ferrarienſi Apoſtolicæ ſedis nuntio tranſmiſſæ, vt accommodato tempori conſilio eas traderet retineretue. Vt vt res fuerit, ſeu vera ſeu conficta ad obtinendam a Pontifice pecuniam; queſtus enim erat acerbe Hungarus orator a, Regem ſuum a Sixto non iuuari ærario, vt ſuſcepta pro re Chriſtiana bella conficeret; initum non eſt a Matthia ipſo cum Turcarum Imperatore fœdus, ſiue quod Matthias pontificijs monitis morem geſſerit, ſiue Mahometes propulſato Vſumcaſſano Hungari amicitiam, vti haud amplius neceſſariam, contempſerit. Deſcribunt pluribus ingentia illa Mahometis & Vſumcaſſani prælia Coriolanus Cepio b ex literis Catherini Zeni oratoris Veneti, qui in caſtris Vſumcaſſani verſabatur, Sabellicus c, Bizarrus d, alijque: e quibus Sabellicus refert, vt Vſumcaſſanus, qui Pyrameti, Caramani, & Tartarorum Imperatoris ſubſidijs erat fultus, trecenta & quinquaginta millia armatorum in expeditionem eduxerit; Chriſtianorum autem auxilia, & tormenta bellica, quæ illi maxime erant neceſſaria, non acceperit, cum ad maritimam Aſiæ oram, vti promiſerat, ad conferenda de belli ſumma conſilia non acceſſiſſet; Mahometes autem Turcarum Imperator trecenta viginti millia militum ad ſigna coegerat. Et quidem illum, vt Perſis occurreret, omnes gerendis armis idoneos ex vniuerſis regnis contraxiſſe, & Conſtantinopolim maximis præſidijs relictoque minore filio communiuiſſe, ne illam Chriſtiani expugnarent, dum in Vſumcaſſanum moueret, narrat Michouias e.

Moniti præſules Vngari, vt fœdus cum Mahomete abrumpant.

a Ibid.

b Coriolan. Cepio l. 2.

c Sabellic. ennead. 10 lib. 7.

d Bizar. hiſt. rer. Perſic. lib.

Ad Aſiæ maritimam orã non accedit Vſumcaſſanus.

Trecenta millia bellatorum educta a Mahomete in Perſam.

e Michou. l. 4. c. 69.

9 Concurrere Turcicæ Perſicæque acies in Armenia, geminoque prælio decreta res f, in primo Vſumcaſſani filius triginta millibus equitum ſuccinctus præfectum Romaniæ, qui quadraginta millia Turcarum ductabat aſperrima clade deleuit. Quo ſucceſſu proſpero elatior Vſumcaſſanus vniuerſis viribus adniti Mahometem conſtituit: & prima quidem impreſſione Turcæ maxima ſtrage cæſi a Perſis fuere; ſed cum peruentum eſſet ad regiam munitionem, quæ de more in medijs caſtris excitata erat, & cathenis ferreis, curribus, tormentiſque diſpoſitis egregie communita, mox emiſſis e bellicis machinis globis laniati ſunt Perſæ, & horrifico illo ſtrepitu, cui non aſſueuerant, perterriti equi, ſeſſores inde abripuerunt; perijtque in eo congreſſu Vſumcaſſani filius: tum vero effuſus in Perſas turbatos Turcicus equitatus illos ad fugam compulit, adeo vt Vſumcaſſanus ad montana Armeniæ perfugerit: Mahometes vero Perſica gaza, & impedimentis potitus triumphantis inſtar Conſtantinopolim ſit reuerſus, quamuis multo plures in eo prælio amiſiſſet, decem enim millia Perſarum, quadraginta Turcarum tum cæſa feruntur.

In Armenia certarum.

f Coriolan Cepio Sabellic enn. 10. l. 7. Turcogr. l. 2. Bizar lib. 9.

Initio victores Perſæ.

Tormentis bellicis inferior Vſumcaſſanus.

Mahometes impedimentis & gaza perſica potitus.

10 Ea inde Chriſtianorum, qui ea occaſione ad recuperandam Conſtantinopolim vti potuerant, labefactatæ res in maius exitium inclinarunt: atque hoc ipſo anno Turcæ ex Boſna erumpentes Carinthiam Styriamque Auſtriacæ ſtirpis hereditarias prouincias late ſunt populati g, non audente Friderico Imperatore arma in eos vertere: quo cognito cum in Cardinalium conſiſtorio flagitaſſet, vt ad Auguſtenſes cœtus legatus pontificius decerneretur, obſtitit Franciſcus Cardinalis Senenſis, vt refert Volaterranus:

Amiſſa a Chriſtianis recuperandæ Conſtantinopolis ſpes.

Carinthia & Styria vexatæ a Turcis.

g Michou. ſup. c. 69.

Peten-

Petente, inquit, *Imperatore, vt ad conuentum Auguſtenſem legatus mitteretur, dixit in conſiſtorio Cardinalis Senenſis decem conuentus intra non multos annos habitos, eoſque irritos fuiſſe, proceres ad ingentes apparatus ornandos ſubditos onerare, reique inuidiam in Eccleſiam, cuius imperio fieri dicunt, deriuare.* Porro Fridericos in colloquium venit cum Carolo duce Burgundiæ apud Treuerim hoc anno, vt Belgici annales a tradunt, in quo Carolum ipſum adducere annitebatur, vt Mariam filiam plurimorum heredem peincipatuum Maximiliano filio deſponderet; Carolua veeo a Friderico regium nomen inſtaurato Burgundionum regno, tum imperij vicariatum in Gallieano ſolo, vt amiſſas prouincias repetendi, gerendique belli occaſionem capraret, eblandiri conabatur; tum etiam Cæſarem aduerſua Ludouicum Regem Francorum, quem pluribus onerabat criminibus, ac præcipue fratricidio, concitare. Agitatum etiam nonnihil eſt de bello ſacro ad Turcicas graſſationes arcendas ſuſcipiendo; petenti enim Friderico ſocialia Burgundi arma aduerſus Chriſtianæ fidei hoſtea, qui ipſius auitos principatus vaſtabant, reſpondir Caroli nomine ſcribarum princeps b: *Dolere principem ſuum communem vicem Chriſtiauorum, & recenti memoria acceptas clades ſe, ſi quem alium, grauiſſime ferre: quamquam autem ipſe id ſibi non ſumeret in ea Regum principumque magnitudine, & opibus, vt ſe eum eſſe putaret, qui vel auxilio vires firmare poſſet aliorum, vel auctoritate commouere mentes deberet; ſi tamen tuti populi ſui, ſalua res permittantur, effecturum ſe, vt nemo in ipſo quidquam, præter ſucceſſus felicitatemque, deſideret: intelligantque omnes ad hanc rem nec viro ſibi animos, nec principi opes, nec Chriſtiano religionem defuiſſe.* Hæc inaniter iactara; quiſque vero, vt rerum euentus oſtenderunt, ſuarum amplitudinem curabat, & Imperator prius affinitatem coniungi, contra Burgundus regium nomen prius ſibi conferri exambiebat.

a Arnold. Lolanus Rudolph. Agric to. 2. rer. Germ. Gaguin. in Lud. XI. Naucl. vol. 2. gen. 50. Chron. ma. bn. belg. Meyer. l. 17. Ægid. e Roy in anna. belg. Belcair. dec. 2. l. 2.

Treuerēſe colloquium inter Fred. & Burg. aduerſus Gallum.

b Apud Arnold. Lalann. to. 2. rer. Germ.

De Burgundico regno inſtituando agitatum

11 Eo iam res erat progreſſa, vt regiæ inaugurationi parandæ daretur opera, ſed extimuiſſe Fredericū ferunt ne Burgundus vtpote ambitione plenua parto regio nomine, etiā poſtea imperium ſibi potius, quam genero futuro Maximiliano arrogaret; atq; ita diſturbatus is congreſſus. Accepiſſe Carolum in eo conuentu e Friderici manu Gueldrenſem principatum, quem ipſum antea ſibi comparaſſe vidimus, graui ſin aſque iras eundem in Fridericum, a quo obtinendi regij nominis cupidine, deluſus fuerat, concepiſſe, immo ad eripiendum Romanū imperium Frederico conuertiſſe ſtudia ſua refert magni chronici c Belgici auctor his verbis: *Sereniſſimus Imperator Fredericus ducem Burgundiæ Carolum ſolemniter inueſtiuit de ducatu Gelriæ per vexillum cum cæteris conſuetis ceremonijs. Poſt hoc deſiderabat Carolus dux Burgundiæ coronari in Regem, in quem finem præſcriptam ambitioſam, & periculoſam illam oſtentationem inſtituerat; ſed Imperator reſpondit certum illi deeſſe numerum epiſcopatuum regiæ maieſtati debitum. Cum igitur rurſus Carolus dux Burgundiæ inueſtituram de cæteris epiſcopatibus ſibi vicinis peteret, & per vim illos ſe velle obtinere minaretur; reſpondit rurſus ſereniſſimus Imperator non eſſe intentionis ſuæ Romano imperio ſubtrahere velle dominia qualiacumque, & ipſi conferre. Itaque & ſic fruſtratus eſt dux Carolus a deſiderio ſuo: ſed Imperator clanculum diſceſſit, & dux non ſine magno diſpendio honoris, & facultatum rediit domum; unde irriſiones, & ſubſannationes maximæ in Francia fuerunt. Ex iſta confuſione dux Carolus offenſus in Imperatorem conſilia cogitabat praua.* Erupere illa proximo anno, Gueldria enim Zutphaniaque auctus terminos latius in Germaniam, Rhenoque perfuſas regiones proferre conſtituit: quæ res illi demum exitio fuit. Interea cum Ludouico Feancorum Rege diuturnum iam bellum geſſerat, habitiſque Siluanecti de pace conuentibus, pax confici non potuit, cum ſitas ad Somonam vrbes Carolus ſibi aſſerere vellet, Ludouicus autem non eſſe ſuæ dignitatis contenderet, eas illi permittere, quæ olim Philippo oppigneratæ, ac deinde auro redemptæ a Carolo Rege fuiſſent, atque ita diſturbatum fœdus, induciæ vero pactæ fuerunt.

c Chron. magn. Bel. auct.

Irriſa Burgundi ambitio.

Belli cauſa inter Burgundum & Ludon. Franc. Regem.

12 Neque hoc loco prætereundum videtur, datam fuiſſe Gallorum Regi noui belli occaſionem, cum Ioannes Rex Aragonum poſt diutina bella Baecinonenſes ad ſuum demum flexiſſet a obſequium, Ceritaniamque ac Ruſſinonenſem comitatum a Gallis recuperare aggreſſus eſſet, quem Elna Perpinianumque cupide exceperunt: at a Ludouico viginti millia militum duce Philippo Sabaudo ſubmiſſa ſunt, a quibus Ioannes Rex arctiſſima eſt obſidione cinctus, atque in diſcrimen addnctus; ſed demum a filio Ferdinando periculo & obſidione liberatus eſt. Sed a turbis Aragonicis ad Bohemicas ſermonem traducamus.

Ioannes Rex Arag. Gallo bellū infert.

a Surit. l. 18. c. 48. 53. Maria l. 23. c. 18.

Adduct' in graue diſcrimē a Gallis.

13 Fridericum Sixtus Pontifex ſollicitauit b, vt Matthiam Pannoniæ Regē in controuerſia Bohemica iuuarer, propoſitumque illi eſt, vti Matthias ipſum cum a Victorino Georgij Podiebratij filio grauiori bello vrgebatur, ab hoſte texiſſet, ciuſque cauſa periculoſo bello ſe implicuiſſet; tum ſubdidit, numquam Matthiæ ſedem Apoſtolicam defuturam.

Sollicitatus Fred. vt Matthiæ faueat in re Bohemica.

b Six. IV. reg. 1. leg. pag. 68.

Imperatori.

Oppugnabatur impiiſſimis armis hæreticorum celſitudo tua, & Victorinus, damnatæ memoriæ Georgij natus, inſolentiſſime tuo nomini inſultabat, cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Matthias Hungariæ Rex illuſtris pro tua defenſione fideique puritate arma ſuſcepit, tuamque iniuriam vltus Victorinum iuueniliter exultantem repreſſit, ſeque bello diuturno difficilique implicuit, hic igitur nunc ob has cauſaa in periculo conſtitutus, & bello magno vexatus deſerendus non eſt; ſed ab hac Apoſtolica ſancta ſede veritatis magiſtra, iuſtitiæque cultrice, & a tua potiſſimum celſitudine omni ope iuuandus; quocirca hortamur ipſam ſerenitatem tuam, vt opem ei ferre non differas. Apoſtolica quidem ſedea eum non deſeret.

Dat. Romæ apud S. Petrum MCCCCLXXII. *nonis martij.*

14 Gerebat tunc atrox bellum Matthias c, pro Bohemica corona cum Poloniæ Rege Caſimiro, ciuſque filio Vvladiſlao, qui partim ab hæreticis partim a catholicis ſceptro donatus fuerat: pro qua dirimenda lite Niſſam, vbi ſolemnes conuentus celebrandi erant, Marcus tit. S. Marci Cardinalis pontificius legatus profectus eſt, vt omnium arma in Turcaa auerterentur: ſed illius diligentiam odiorum pertinacia, partiumque aduerſarum, parta iura tuentium, cupiditas eluſere.

Nyſſenſis conuētus infectu pace diſſolutus

c Michou. l. 4. c 6. Crom. l. 27 & alij.

15 Hoc ineunte anno Iacobus Cardinalis Papienſis d iam ante in Etruriam miſſus a Sixto IV. ad componendam inter Foianenſes, ac Lucinia-

d Papien. ep. 106.

nenſes, qui de limitibus annis fere ducentis ferro, flamma, cædibus inter ſe decertarant, concordiam: fœliciter diuturnum bellum, imperata pace & fixis terminis, ſuſtulit. Ediderant illi in ſe mutuo inſignia crudelitatis exempla, ex quibus hæc ipſe refert: *Sic in ſe ſemper accenſi, ſic odijs acribus inſtigati, vt ſuper alia crudelitatis exempla apud alteros pugna quadam capita occiſorum relata ad ſuos venum in foro poſita ſint, emptoreſque ad paſcendam feritatem inuenerint apud alteros cum fundamenta portæ, quæ inimicum oppidum reſpicit, caſu aperirentur in eorum imo ſolo ad memoriam ſceleris pro cæmentis ſint collocata.* Vt vero truces animi ad manſuetudinem traducti ſint, narrat idem Papienſis in literis a ad Pontificem datis.

Pax inter Foyanenſes & Lucimanenſes renouata barbarũ ac ferinũ facinus.

a Ib. epiſt. 505.

16 *Benedictio tua, clementiſſime pater, quæ me venientem in Tuſciam eſt proſecuta, etiam inter hos populos non dereliquit: poſt diſceptationes aſſiduas, quæ de noſcendis finibus habitæ ſunt, poſt tædia innumera, quibus in perſuadendis, & molliendis agreſtium animis quinquaginta diebus elangui; poſt rem etiam ſæpius deſperatam, heri tandem Domino aſpirante manus extrema eſt operi impoſita. Conuenerunt ad me cum publicis ſuorum decretis Lucimanenſes, ac Foianenſes, atque ijs potiſſimum in locis, quæ tot iam mortibus ſunt decertata, latæ ſententiæ aſſenſerunt, & pacem non expectatam etiam ſuſcepere. Ante hunc vero aſſenſum, cum præfatus eſſem quanta fuiſſet pietas tua, qui Cardinalem Romanæ eccleſiæ ad ſaluandas res eorum atque animas permiſiſſet venire, multa inſuper de malis præteritis deploraſſem, recentia identidem ſuorum funera ante oculos poſuiſſem, dixiſſem denique, quod ſaluator noſter Ieſus Chriſtus in tanta odiorum acerbitate, ſi modo Chriſtiani eſſent, & memoriam baptiſmatis ſuſcepti tenerent, ab eis die illa atque hora rationem requireret, tanta cordium eſt conſequuta mutatio, ac tam prona ad pacificationem voluntas, vt cum temperare nemo a lacbrymis poſſet, me etiam flentem inſpicerent, illico in mutua oſcula, & complexus ſponte proceſſerint. Gratia Deo omnipotenti, qui per miniſterium ſacerdotis ſui locum illum pia diei illius lætitia expiauit, qui erat ante tot funeribus contaminatus. Hodie quoque precibus multis adductus ad illorum me contuli oppida, ante non adita, non minori animorum ſignificatione acceptus ſum, quam heri auditus; nullis, quod inter ruſticos ſolet, eſt parſum affectibus: omnis generis multitudo obuiam cum ramis oleaginis gratulatum effuſa magnis acclamationibus Xyſto reſtitutori pacis ſedulo benedicebant.*

Sacræ eloquentiæ vis mira.

Mutatis odijs flentes in mutua oſcula concurrerunt.

17 In conciliãda eorum populorum concordia oſtenſum cælo prodigium idem Iacobus, narrat b: *Egit*, inquit, *omnia virtute ſua Altiſſimus, qui in faciem Chriſti ſui reſpiciens ſigno etiam cæleſti oſtendit quem vellet finem pijs laboribus. Fiebat meo inſtituto quaque die in vicina eccleſia ſolemne Spiritus ſancti ſacrum, horis etiam omnibus ad quamq; actionem inuocabatur ille a me: mira res, & a fidelibus non irridenda! conuentu vno inter cæteros, qui in agris apud deſertam quandam B. Sabini eccleſiam a contendentibus me præſente eſt habitus, cum altercationibus multis eo proceſſum eſſet diſſidij, vt ad deſperationem vltimam res iam inclinaret, mœſtis omnibus, & ad diſceſſum paratis, lux Domini ſubito affulſit ſpem amiſſam reddentis clariſſimi diei, nullis ventis aut nubibus, columba candoris immenſi a ſeptentrionibus lapſa, deuolanſque ſupra ipſum conuentum, antequam terram attingeret in flammas eſt reſoluta, neque poſt amplius viſa admirationi omnibus fuit. Oſtenti huius teſtis eſt locuples Dominicus Lucenſis vir grauis, & verax, cuius primo initio concitatior vox quaſi indicantis rem alijs eſt intellecta. Redij domum lætus, affuturumque operi eum Spiritum ratus, qui in columbæ ſpeciem conuentui ſe obtuliſſet, incubui acrius, nec multos poſt dies illo duce & auſpice perfeci, quæ dico. Gloria igitur Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c. Ex Aſina longa xx. ianuarij MCCCCLXXIII.*

b Id. epiſt. 504.

Prodigiũ in ea tractanda concordia cœlitus oſtẽſum.

18 Minus feliciter geſta a Roderico Borgia Cardinale Hiſpanica legatio: is quidem ex Aragonia Matritum profectus honorificentiſſime ab Henrico Rege Caſtellæ exceptus eſt, ab eo enim incedente ad dexteram collocatus eſt, qui honos, vt obſeruat Mariana a, legatis apoſtolicis deferri erat ſolitus. Tum habito epiſcoporum & procerum conuentu decumas ex ſacerdotijs ad Turcicum bellum ſuſtinendum cogendas obtinuit: ſed poſtea cum huic decreto ſacerdotum ordo interceſſiſſet, res perfecta non eſt. Cum vero ad mutuam concordiam reducẽdos Hiſpanos pacandaſque Hiſpanias ſtudia conuertiſſet, Henricus Rex ponere arma recuſauit, nullaque in re legato morem geſſit: quin etiam ambiguam illius apud Pontificem fidem accuſauit. Et quidem illum Ferdinandi Ioannis Regis Aragonum filij, qui Iſabellæ Henrici ſorori coniungendi Aragonio Caſtellani ſceptri ſpe nupſerat, partibus ſe implicuiſſe ſcribit Mariana b, & confirmat Platina c his verbis: *Annixus eſt Rodericus, dum in prouincia eſſet, Reges Hiſpaniæ ad bellum ſpectantes ad pacem cohortari his rationibus, vt Regis Hiſpaniæ ſoror, qui Regi Siciliæ nupſerat, in regnum ſuccederet, quemadmodum multi barones volebant, ſi cum Rege bene ſentiret, eiuſque dicto obtemperaret; Regi enim in mentem venerat, cum ſtirpe virili careret, filiam heredem relinquere, ſed eam regni principes aſpernabantur, quia ſuſpicio inerat, puellam ex adulterio natam eſſe.* Eruptiſſe in atrox bellum eam diſcordiam, ſuo loco videbitur.

Matriti Caſtellæ Rex Rodericum excipit honorifice.

a Marian. l. 23. c. 18.

Negat tamen arma ponere.

b Id. ibid. cap. 19.
c Plat. in Sixt. IV. vita m. ſ. arch. Vat.

Filiæ fauet licet eius natales accuſentur.

19 Cum is multo improbo queſtu ex legatione parto rediret in Italiam, extremum naufragij diſcrimen adijt, quod diuinæ vindictæ tribuit Cardinalis Papienſis c in literis ad decanum Toletanum datis: *Nullo*, inquit, *eorum perfectio, quod ſibi ad nomen legationis prætenderat, odio principum, & populorum renauigat Romam. Ante oſtium Auſerici fluminis octobris die x. ingenti orta tempeſtate conflictatis diu quatriremibus duabus, in quibus ipſe & familia cum omni præda Hiſpanica vehebatur, altera lachrymabili damno ante oculos ſuos depreſſa eſt, altera, quæ ſua erat, diffracta iam puppe, cum haud procul exitio eſſet, remiſſis paululum ventis ægre in portum Liburnum lacera, ac vexata protruditur. Præter cæteram turbam quinque, & ſeptuaginta ex familia periere: in his epiſcopi tres Tharenſis, Aſſiſienſis, & Ortanus, iureconſulti amplius duodecim, equeſtris ordinis ſex: iactura autem rerum amplius triginta millium aureorum eſt æſtimata. Inania nunc appetamus, concedamus omnia gratiæ, negemuſque de erratis noſtris curam Deo non eſſe.*

Roderici reditus ex Hiſpania.

c Papien. ep. 544.

Naufragium in portu paſſus.

Male parte res amiſſæ.

20 Obſoleuiſſe his temporibus admodum in Caſtella diſciplinæ eccleſiaſticæ nitorem, pariterque in ſacerdotum ordinem graſſatam imperitiam, deplorat Mariana d, adeo vt etiam latinæ linguæ ignari eſſent, gulæ vero ſeruirent, alij vetitis ſeſe contaminarent delitijs, alij tractarent arma, alij ſimoniacam prauitatem compendij genus putarent; quare in eccleſiaſticorum conuentibus ſancitum, vt in canonicorum collegijs

d Marian. l. 23. c. 18.

In ſingulis collegijs canoniſtæ & theologo duo ſacerdotiũ attributa.

Digitized by Google

giis duo ſacerdotia alterum iuris pontificij docto-ri, alterum theologo attribuerentur: quod decre-tum Apoſtolicæ ſedis auctoritate firmatum eſt. Habitum a autem Arundæ eodem anno ab Al-fonſo Carillo Toletano archiepiſcopo concilium prouinciale, in quo conſtitutum, vt epiſcopi li-nea præſulari vterentur, ſacerdotes ter quaterue ad minimum ſingulis annis rem ſacram pera-gerent: veriti eccleſiaſtici cuiuſquam famula-tui ſe addicere, ſiue a quouis quam a Rege acci-pere ſtipendia: ſancitum ne ſacerdotia, quibus animarum cura adiuncta eſt, aut dignitates ſacræ cuipiam, niſi grammaticæ inſtitutionibus eſſet excultus, conferrentur.

a Ib. z. 20.

Arundẽ-ſe conci-lium pro uinc.

21 Celebrabatur in Hiſpania Darocenſis ec-cleſia magno piorum concurſu ob inſignis pro-digij, quo ſpecies ſacramentales in carnem & ſanguinem conuerſæ fuerant, monumenta, quæ in ea extabant, ac magna religione colebantur, ad quam augendam Sixtus veniam criminum eam ſacram ædem rite luſtraturis contulit, deque eodem prodigio hæc memorat: *Inter grandia miracula, quæ tempore recolendæ memoriæ Iacobi Aragonum Regis Chriſtifidelibus oſtenſa fuerunt, quin-que ſcilicet hoſtiæ in ſacratiſſimum corpus domini no-ſtri Ieſu Chriſti per quendam presbyterum tunc miſ-ſam in quodam colle Echiu nuncupato Valentinæ diœ-ceſis celebrantem pro nonnullis capitaneis exercitus Re-gis prædicti contra Saracenos directis communican-dis conſecratæ, dum exercitus ipſe contra huiuſmodi Saracenos bellum habiturus eſſet, ac ex tunc ante-quam hoſtiæ huiuſmodi, vt præmittitur, conſecratæ per dictos capitaneos ſumi potuiſſent in corporali-bus inuolutæ, & per dictum presbyterum ob me-tum, & inuaſionem ipſorum Saracenorum ſub quo-dam lapide repoſitæ viſibiliter in colore, & forma mundiſſimæ carnis, & puri ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti conuerſa fuerunt, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXIII. XII. *kalend. iu-lij pontificatus noſtri anno* II. In alia etiam Hiſpa-na eccleſia ſeruari diuinum cruorem, in quem ſa-cramentales ſpecies, ad ſacerdotis de tanto myſte-rio ambigentis fidem corroborandam, transmuta-tæ fuerant, inferius dicetur.

Tranſub-ſtantiatio inſigni miraculo confirma-ta.

22 Hoc anno nonis maij octo S.R.E. Cardi-nales Sixtus creauit. Suntque in pontificio regeſto plura diplomata b de his Cardinalibus creatis, quibus ipſe lactæ purpuræ, vtque priſtina ſacer-dotia retinere poſſent, ius confert: tum inter alios Petro c Saguntino tit. S. Mariæ in domi-nica, Apriæ d tit. S. Vitalis, Ioanni Noua-rienſi e tit. SS. Nerei & Achillei, Ioanni Ba-ptiſtæ Cybo Melphetenſi f tit. S. Balbinæ, ac dein defuncto Philippo epiſcopo Portuenſi tit. S. Laurentij in Lucina, Stephano g eccleſiam S. Hadriani diaconalem in titulum presbytera-lem erectam: alij alios titulos retulere nimirum Philippus de Lenis tit. SS. Petri, & Marcelli-ni, Antonius Iacobus Venereus tit SS. Viti & Modeſti in macello martyrum, Philibertus de Vgonettis epiſcopus Matiſconenſis tit. S. Luciæ in Silice presbyteri renuntiati fuere.

Auctus Cardina-lium ſe-natus.

b Lib. 7. pag. 225. 254.
c Ibid pag. 226.
d Ibid. pag 247.
e Ibid pag. 256.
f Lib 9. p 176. & 378.
g Lib. 25. pag. 248.
g Id. ibid.

23 Popoſcerat paulo ante nempe VII. aprilis die in Cardinalium conſiſtorio Cæſareus orator vt epiſcopus Brixienſis Cardinalium numero ag-gregaretur: cumque Fridericum imprudenter or-bis monarcham frequenter appellaret, hunc vocis faſtum non tuliſſe Rothomagenſem Cardinalem grauiterque refregiſſe, refert Iacobus Maffæus Volaterranus in diarijs h: *Thomas quidam*, inquit, *vir acris ingenij cum nomine Imperatoris Federici aſſumi ad dignitatem cardinalatus Domini-cum epiſcopum Brixienſem contenderet, eamque ob cauſam poſtulato ſenatu, ac dato, feruidius loque-retur, ſæpe inter agendum monarcham orbis Impe-ratorem appellabat. Tum Cardinalis Rothomagen-ſis, qui etiam cauſæ Dominici minus fauebat, pau-lo commotior factus; Male, inquit, agis Thoma: non tuus Imperator, ſed hic noſter Pontifex monar-cha eſt orbis: pati non poſſum Romanæ ampliſudini detrahi. Tum ille: Non omnium, inquit, monar-cham Imperatorem aio, temporalium tantum intelligo; & Rothomagenſis, Nec temporalium quoque illi eſt monarchia: iure diuino, & pontificio tota Romani eſt præſulis. Idem qui ex patribus ius dedicere, uno iudi-cio confirmarunt.*

h Extant in m. ſ. cod. Vat. arch.

Conten-tio an Im perator monar-cha or-bis dicen dus ſit.

24 Hoc etiam anno perlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam diſſeminatum a Bononiæ a nonnul-lis pſeudocarmelitis ingentem, ac turbulentum errorem, ex quo grauiſſimæ offenſiones obortæ eſſent: controuerſum enim his auctoribus fere-batur publicis concionibus diſceptationibuſque: *Non eſſe hæreticum, & a puritate fidei alienum dæmonum expectare reſponſa.* Cui malo Sixtus oc-currere feſtinans vicario Bononienſi partes de-dit, vt diligentiſſime inquireret an relata ve-ra eſſent, quiue eſſent aſſertores, ac rem totam Franciſco datario pontificio perſcriberet. Cum autem vlterius malum non ſit graſſatum, apoſtoli-ca diligentia extinctum fuiſſe colligitur.

a Direct. inquiſ. in append.

Magica ars a pſeudo-carmeli-tis Bono-niæ diſſe minata. Repreſſa ſtudio Pō tificis.

25 Coercuit etiam nonnullos, qui in academia Louanienſi nouarum opinionum virus diffundere iam ante Paulo II. Pontifice cœperant, quo-rum anteſignanus erat Petrus Thomas, qui au-cupandæ inanis gloriæ, & contentionis ſtudio ductus effutierat, propoſitiones de futuris con-tingentibus nec veras nec falſas, atque ita ſacra vaticinia explodebat impie. Cumque ea de re decima martij in Cardinalium ſenatu actum fuiſ-ſet, ſenſit Iacobus Papienſis controuerſiam vocato omnium præſulum, & theologorum conuentu, qui ex varijs nationibus Romæ tunc agebant, ob rei grauitatem dirimendam; cui conſenſit Iacobus Maffæus Volaterranus b. Scripſit vero eo argu-mento grauiſſime Sixtus IV. cuius eruditiſſima opuſcula lector conſulat.

Contro-uerſum an pro-poſitio-nes de futuris contingē tibus nec ſint veræ nec falſæ.

b Volater. vbi ſup.

26 Addit auctor in conſiſtorio quoque fuſas querelas in Venetos, quod Hadriatici maris im-perium ſibi arrogarent, atque Anconitanis ſe-dis Apoſtolicæ clientibus ſulcādi maris ius liber-tatemque adimerent; intentatas vero ijs, ſi eoſ-dem vexarent, cenſuras, ac decretum, vim vi re-pellendam.

Affecta-tum a Ve netis a-driatici maris im perium.

IESV CHRISTI

Annus 1474.

SIXTI PP. IV. annus 4. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 35.

1 ANno poſt Chriſtum natum ſeptuageſimo quarto poſt mille quadringentos indi-ctione ſeptima Chriſtiernus Danorum Rex vna cum Ioanne Saxoniæ inferioris duce, & ſplendida equitum auratorum caterua, peregrini cultu, vt refert Albertus Crantzius c, Romam verſus iter inſtituit d: in quo cum ad Fridericum Impera-torem deflexiſſet, ab illo regio more eſt acce-ptus, ac Thietmarſiæ, Holſatiæ, & Stormariæ ducatu indutus. Deinde Italicum iter proſe-cutus a Pontifice, qui ea de re certior erat fa-ctus,

c Plat. m ſ Vat. in vit. Six. IV.
d Crantz. Dan. l. 8. Sigon. de epiſc. Bon. in Philip. Calandri.

Dani Re gis pere-grinatio.

ctus, plenas officiorum literas accepit, quæ a Iacobo Cardinale Papienſi a his verbis conceptæ fuerunt:

a Papien. ep.637. ext. etiam in m.ſ.cod. Vallic.ſig. lit.B.n.19 pag. 220.

Regi Daciæ.

Cognouimus ex literis tuæ ſerenitatis in itinere te eſſe, vt ad ſancta Apoſtolorum limina venias, & ſucceſſorem Petri in terra hac vilites martyrum ſanguine conſecrata. Lætati eo nuncio plurimum ſumus, videntes peregrinationem tuam plenam eſſe propoſiti boni, ac fidelis, & de ſalute animæ non minus, quam rebus terrenis te cogitare: *Et infra*. Omnipotens Deus, cui labor hic ſeruit venientem te atque abeuntem incolumem ſeruet, angeliſque ſuis mandet de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Nos, qui tuam ſerenitatem comitatumque tuum omnem in tempore accipiant, & in vrbem vſque proſequantur, ad fines ditionis Eccleſiæ eſſe iubebimus. Sine incommodo venies, ſine incommodo abibis, diſcrimen nullum in domo patris tibi erit: timendum vbique ſi non pro meritis, at pro ſtudio noſtro præſto erit lætitia, & charitas. Ingreſſus vero vrbem accipieris obuijs manibus, & paterno ſinu fouebere, nullaque pietatis, & deuotionis officia, quæ præſtari catholicis Regibus ſoleant a nobis venerabilibuſque fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus] tibi benemerito deerunt. Veni ergo in benedictione patris fili chariſſime, & pium propoſitum feliciter imple.]

Excipitur Romæ honorificentiſſime.

2 Ingreſſus Romam Chriſtiernus honorificentiſſime a Pontifice exceptus eſt, ſummiſque affectus honoribus: atque ille viciſſim plura optimi principis, Chriſtianæ modeſtiæ, & ſingularis in ſacerdotalem ordinem obſeruantiæ exempla edidit; quorum nonnulla, tum officiorum geſta, quibus cultus eſt, narrat in literis ad amicum datis idem Cardinalis Papienſis b, qui ijs rebus interfuit, eiuſque interdum lateri hæſit: *Nos hic Dacorum Regem honoribus ſummis accepimus: turba omnis curialis egreſſa eſt obuiam: patres ad portam congreſſi medium illum per vrbem ad baſilicam Petri, inde ad Pontificem perduxerunt audiendo tunc publice præſidentem. Religio ſumma in ſummo Rege emicuit: procubuit in genua ante illius pedes, nec ante ſe eleuari eſt paſſus, quam ſermonibus ſuis eſſet reſponſum. Redeunti in cubiculum Xyſto, exeuntique ad diuina horum duorum gremia mas ſemper portauit: ſ manti manus peluim ſuſtinuit. Inter duos primos Cardinales ſeſſum receptus, non prius ſedere, non prius tegi voluit, quam vtrumque ab vtroque factum eſſet: me hodie alterum ex duobus illi aſſidentem rogari per interpretem fecit, vt pateremur poſt omnes Cardinales ad oſculum crucis eum aſcendere; eſt enim hoc dies paraſceue: cum rogarem cur ita depoſceret, vt habeatur, inquit, iuſtus honos ſummo ſenatui. Plura huiuſmodi hoc ſolo triduo ſunt ab eo præſtita Apoſtolicæ ſedi, in quibus trium magnorum regnorum Rex a ſeptentrionibus veniens nobis Italis, quo animo eſſe in ſummum ſacerdotium debeamus exemplo ſuo edocuit. Romæ xv. aprilis MCCCCLXXIV.*

b Papien. ep.566.

Religioſiſſime ante Pontificis pedes prouoluitur.

Recuſat niſi poſt Card. ad crucis oſculum accedere.

Scribit Crantzius c Chriſtiernum a Pontifice magnis muneribus cumulatum, ac nuncupatum iam ante ab illo de Ieroſolymitana profectione votum in amplam eleemoſynam in xenodochium ſancti Spiritus in Saxia conferendam commutaſſe. Donatum præterea roſa aurea narrat Nauclerus, ac tuliſſe famam illum Romam acceſſiſſe non modo, vt votum compleret, ſed etiam, vt Chriſtianos aduerſus Turcam ad ſacrum bellum concitaret. Digreſſus Roma, atque ab Italicis principibus magnifice cultus, vbi Germaniam attigit, exortum Coloniæ inter ciues, & Robertum archiepiſcopum Bauara ſtirpe oriundum, qui Carolum ducem Burgundiæ auxilio vocauerat, bellum ſedare ſtuduit, ſed eius pij conatus ad irritum eccidere.

c Crantz. Dan. l.8. c.37. Naucl. vol. 2. gen.50.

Hieroſol. profectionis votū permutatum.

Colonienſe diſſidium in ſedare ipſe ſtudet.

3 Hanc Caroli expeditionem ita deſcribit chronici Belgici auctor a: *Anno Domini* MCCCCLXXIV. *circa feſtum diuiſionis Apoſtolorum Carolus archidux princeps, & in bellis victoriosiſſimus triumphator, ducatuum & comitatuum, ac dominiorum plurimorum poſſeſſor, nam archidux extitit Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Gelriæ, Limburgiæ, & Luxemburgi. Similiter extitit comes Flandriæ, Hollandiæ, Arthesij, Hannoniæ, Zelandiæ, Zotphaniæ, & Boloniæ, fuit inſuper palatinus Burgondiæ inferioris, etiam dominus extitit Friſiæ, Salinaris, Picardiæ, & Mechliniæ, & princeps erat ſacri imperij marchio: & tantus, ac talis in quotidiana extitit ſumptuoſa, & magnifica curiali frequentia, vt nullus Alemannorum Regum, vel principum, immo nec Rex Regum Romanorum Imperator ipſi valuit comparari: qui etiam maximum poſt triumphum in Francia contra ipſum præcelſum Franciæ Regem in ipſius Regis patratum territorio, & Leodienſium poſt depopulationem, ac ciuitatum deſtructionem, & murorum deiectionem, in qua expeditione centum fertur habuiſſe millia pugnatorum pro maiori parte equeſtrium, & poſt ducatus Gelriæ inuaſionem Colonienſem deuaſtare aggreſſus eſt præſulatum: exercitum in Traiecto ſuper Moſam adunans, in terra Leodienſi ibi quatuor exercitus, & totidem linguarum ad ipſum ſtipendij gratia confluxerunt.*

Carolus Burg. in Germ. expeditionem ducit.

a Magni Chro. belg. auctor.

4 Diſcordiam hanc in dies ingraueſcentem his verbis deſcripſit Ioannes Petrus Arriuabenus b: *In Germania furor ille bellicus, qui Coloniam Agrippinam inuaſerat ſurgit in dies: pulſo antiſtite ex vrbe ad alteram ripam Rheni Burgundus inſultat: oppidum quoddam munitiſſimum obſidet. In altera eſt Lantgrauius Haſſiæ canonicis fauens ſuis, & totius fere nationis præſidijs potens. Creuit inter illos indignatio, neque legatus, qui eo acceſſerat, concordiæ ſpem vllam habet.* Conceperat c non dubias proferendi imperij ſpes Burgundus, ſi Robertum archiepiſcopum Coloniæ, vnde qua erat pulſus, reſtitueret; partis enim aliquot Colonienſis principatus ad Rhenum ſitis arcibus, Ferretanum comitatum, quem a Sigiſmundo Auſtriaco coemerat, reliquæ ditioni coniuncturū ſe ſperabat; quocirca ad Nuſſiæ oppugnationem animum obfirmauit, vt Caputaquenſis epiſcopus ad Cardinalem Papienſem e caſtris Burgundis ſcripſit d: *Hic princeps conſtituit ab hac obſidione non niſi victor recedere, nec etiam hoc oppido potitus militem ad hyberna lege militari remittet, hyematurus, vt dicit, in caſtris, non frigore, non glacie, non periculis deterretur. Nunc audito Imperatoris aduentu euocauit vndique auxilia: ſolo Flandria decem millia mittit: erunt hæc ſupplementa pluſquam quadraginta millia: in annum ſequentem bellum Gallicum parat ſocijs Britannis.* De Eduardi, quem Burgundus in Gallias pellexit, aduentu proximo anno dicetur.

b Apud Papien. ep.86.

c Philipp. Comin. in chron. l.4. cap.63.

d Apud Papien. ep. 604.

Nuſſia obſeſſa a Burgundo.

5 Porro belli Colonienſis, ſuſceptique a Friderico Imperatore in Burgundum belli cauſas referunt e, Robertum agros eccleſiaſticos cenſuſque antea oppigneratos repetere voluiſſe, ac propterea eiectum a ciuibus: illum vero acciuiſſe

Belli inter archiep. & ciues cauſæ.

e Naucl. gen.50. Meye. l.17 & alij.

Bur-

Digitized by Google

Germania in Burgundum concitata.

Burgundum, & archiepiſcopatum illius clientelæ commendaſſe, qui honos, cum ad Imperatorem ſpectet, excitatus eſt Fridericus, vniuerſaque commota Germania ad imperij iura tuenda: vt vero Nuiſſa propulſatus ſit Carolus, inferius narrabitur. Nunc de Marco Cardinale legato, a quo nauatam pro ſedando hoc bello operam indicatum eſt, addimus, ipſum hoc anno æſtate exacta e ſeptentrionali legatione reuerſum, cuius in ea geſta in purpuratorum ſenatu recenſita, vt nimirum Polonum Hungarumque Reges de Bohemia diſceptantes in concordiam redegiſſet, Auguſtenſes conuentus pro Turcica expeditione decernenda adiſſet, in quibus nullum principes de ſacro in Turcas bello fœdus ſanxiſſent: denique pro Colonienſi bello ſedando labores conſumpti eſſent, expoſuit a Iacobus Papienſis Theodoro Cardinali S. Theodori hiſce literis,

Marci Cardinalis e legatione reditus.

a Papien. ep 608.

Geſtorū ab eo narratio.

6 *Hodie Cardinalis S. Marci Marcus nomine, qui triginta menſibus legatus Apoſtolicæ ſedis abfuerat, in ſenatu de rebus in prouincia geſtis ex conſuetudine retulit: longa fuit diuturnæ peregrinationis oratio, horis ferme duabus ſine intermiſſione continuata; dixit enim qua die ab oſculo, & benedictione Pontificis Venetias perueniſſet, qua mox Cæſarem conueniſſet, qui cum illo habiti eſſent ſermones, quique ſermonum exitus: tranſiſſe inde ad Regem Hungariæ & Poloniæ, quodque fuiſſet legationis caput; conatum eſſe vtrumque ad pacem, vel inducias diuturnas inducere: habitas ea de re conuentus nonnullos, tractatus ductos varios: nunc ſperatum eſſe, nunc deſperatum: ſummis tandem laboribus pacem ſecutam: conſilia interim ſua, & aliena minutatim explicauit. Addidit qua mente fuiſſent ad pacificationem Reges, qui adiutores turbatoreſque rerum, denique qui animi in ſedem, quæue in regnis religio; ab iis porro deſcendiſſe ad conuentum, qui Auguſtæ a Germanis erat habendus, agitata in eo multa, nulla pene decreta. Dacorum tantum Regem, qui paulo ante Romæ fuiſſet, egregia de nobis aduerſus detractores noſtros teſtatum, qui palam ambitionem, rapinas, & corruptelas Romanæ curiæ in frequenti multitudine lamentabantur. Adiecit dediſſe operam, quam potuit, vt Cæſarem Palatino conciliaret, contentionem præſulis Colonienſis cum capitularibus conditione, vel ſententia tolleret, ducem Burgundorum ad deponenda arma induceret, qui præſuli adiutor venerat, Nuſſiamque oppidum Colonienſis eccleſiæ obſidebat: horum nullum cum ſucceſſiſſet, rediſſe in Italiam ad patrem, qui eum miſiſſet. Commemorauit quibus vbique honoribus eſſet acceptus: adiutores ſuos recenſuit, eoſque Pontifici commendauit. Poſtremo procumbens in genua veniam popoſcit, quod nec publicis neceſſitatibus, nec imperio Pontificis, nec patrum expectationi ſciret eſſe ſatisfactum: nihil tamen omiſſum affirmans, quod vel poteſtatis, vel diligentiæ, vel conſilij ſui fuiſſet. Laudatus a Pontifice eſt, ſimulque ab eo, & patribus gratiæ verbis honorificis habitæ. Vale xv. nouembris* MCCCCLXXIV.

Venia flagitata ſi publicæ expectationi non reſpōdiſſet.

7 Quod ad pacem inter Vvladislaum filium Regis Poloniæ, & Matthiam Hungariæ Reges confectam attinet; hæc de ipſa refert Michouias b: *Anno quo ſupra duodecima menſis februarij, conſentiente Rege Hungariæ & Bohemiæ, barones apud Pragam concluſerunt, vt Vvladiſlaus Bohemiæ Rex vniuerſam Bohemiam cum vtraque Luſatia, & duobus ducatibus Sueidnicenſi, & Iauuorienſi; Matthias vero Hungariæ Morauiam cum reſidua Sleſiæ parte habeant: quod ſi Hungarus prior obiret, non ſuſcepto pignore ad Regem Vvladiſlaum vniuerſa ſimpliciter deuoluerentur; ſi vero pignore ſuſcepto obiret, ducenta millia florenorum darentur filijs ſuis, & de omnibus excedere tenerentur, & eadem viciſſitudo in Rege Bohemiæ obſeruetur ſtante Caſimiro Rege Poloniæ in Lithuania.* Sed paulo poſt ejuſmodi pax violata eſt; eodem enim anno digreſſo legato Caſimirus ex Polonia exercitum ſexaginta millium armatorum, vocatis ad ſigna Lituanis Tartariſque, eduxit a menſe auguſto aduerſus Matthiam, irrupitque in Sileſiam, ac menſe octobri Vvladislaus alia viginti millia Bohemorum paterno exercitui coniunxit, a quibus copijs Vvratislauia obſidione cincta eſt: nulla tamen res geſta memorabilis, immo in pabulatione plures Poloni intercepti, adeo vt maximo eorum numero carceres Vvratiſlauienſes omnes referti eſſent: quin etiam ſubmiſſæ a Matthia Rege in Poloniam expeditæ copiæ regiones illas effuſa populatione vaſtarunt.

b Mich l 4 cap. 70.

Pax inter Polonum & Vngarum confecta & quibus legibus.

Violata a Polono.

a Id c.63. ſ buroz. in chro. c. vlt. Ranzan indic. 34.

Vvratiſlauia fruſtra tentata.

8 Accidit etiam in Polonico exercitu magnum incendium, quo plurimi abſumpti ſunt, perſequente diuina ira ſacrilegos, qui argenteas pyxides, quibus incluſa erat ſacra Euchariſtia, furto abſtulerant, vt narrat dictus auctor b: *Caſuali*, inquit, *exorto incendio, quod ventus augebat vehemens, multi mortales, equi plurimi, & currus cum victualibus quingenti tanto exercitu opem non ferente abſumpti ſunt, repertaque fuerunt, in ſemiuſtis quadrigis pixides diuiniſſimum ſacramentum Euchariſtiæ continentes, & intellectum eſt conflagrationem ignis plagam fuiſſe Dei.* Tribuit etiam idem incendium diuinæ vindictæ Cromerus c, additque Polonos ex Bohemorum coniunctione illam impietatem contraxiſſe. Affert pariter editum a Caſimiro ſeueritatis in ſacrilegos exemplum, illum enim juſſiſſe tres equeſtris ordinis armatos, qui Euchariſtiam cum vaſculo argenteo erant furati, viuos inſpectante exercitu concremari. Cæterum infractis Regis Poloniæ conatibus, de redintegranda pace actum eſt, habito a tribus Regibus in aperto campo colloquio vigeſima prima nouembris. Inclinabat Matthias, vt illa affinitate firmaretur: ſed obſtitit tanto bono vnius mulierculæ pertinax arrogantia, cui præter æquum indulſit Caſimirus, nimirum obijcienti, Matthiam non Regum ſed comitum genere procreatum, & fratri olim infenſum exitiſſe; quocirca non perpetua pax, ſed triginta menſium induciæ liberatis vtrinque captis bello, pactæ fuerunt, vt referunt Polonici d ſcriptores; Hungari e tamen non initas inducias, ſed ictum fuiſſe fœdus memorant. Quo bello ſedato Matthiæ aduerſus Turcos arma vertere licuit, cum jam illi ob Bohemicum bellum Sabatiam arcem ad Saui littora excitaſſent, ex qua Pannoniæ imminebant.

Vaſtata ab Vngaro Polonia.

b Michou. ſup. c.63.

Sacrilegi Poloni diuinitus exuſti.

c Crom. l. 28.

Caſimiri Regis iuſſu equeſtris ordinis ſacrilegi concremati.

Induciæ inter Reges pactæ.

d Id. ib. & Michou. ſup. c 63.

e I buro in chro c vlt. Ranzan. ind. 34. Bonfin dec 4. lib. 3.

Sabatia arx a Turc. condita.

9 Solicitatum illum fuiſſe ab Vſumcaſſano, vt fœdus cum ipſo aduerſus Mahometem ſanciret, refert Ioannes Petrus Arriuabenus in literis f ad Jacobum Cardinalem Papienſem: *Venit*, inquit, *cum Hungaro orator Vſſoncaſſam, qui ingentem exercitum pollicetur, modo Hungaro ad ſuſcipienda quoque arma pecuniæ hinc dentur: nil ſe velle præter dominium, quod vxori debetur, &c. Romæ* III. *ſeptembris* MCCCCLXXIV. De Iſaaco Trapezuntino ab Vſumcaſſano ad Poloniæ & Hungariæ Reges miſſo, iturοque ad Pontificem, & Venetos pro gerendo proximo vere cum alijs Regibus Chriſtianis in Turcam ſociali bello, Michouias g & Cromerus h meminere. Quin etiam

Vngarus ab Vſumcaſſ. excitatus ad arma in Turcas vertenda.

f Extant apud Papie. n. 586.

g Michou. l 4. c. 70.

h Cromer. hiſt. Polo. lib. 28.

etiam alia legatio a Catherino Zeno Veneto, qui apud Vſumcaſſanum pro Venetis oratorem egerat, geſta eſt apud Polonum, qua barbarus decies centena millia militum ad Mahometem obtuendum effundere pollicebatur: *Anno*, inquit a, *Domini* MCCCCLXXIV. *Catherinus Zeno Venetus vir nobilis, & induſtrius ad Caſimirum Regem Poloniæ ab Huſzacaſſom Rege Perſarum cum legatione, & literis in Chaldaica ſcriptis venit. Summa literarum, & legationis hæc erat, vt Caſimirus contra Mahumeth Turcam hoſtem fidei Chriſtianæ a ſe aliquoties victum cum cæteris ſimbolicis Regibus primo vere conſurgat, certus exiſtens ipſum Huſzacaſſon cum decem centenis millibus pugnatorum pro Turcæ exterminatione venturum.*

a Michou. ibi. Polonus ab eod. in fœdus a armorum fœdus. Decies centena millia pugnator. pollicitus Perſa.

10 Cæterum permouere Reges ad iungenda arma in Turcam non potuerunt, quamuis hinc Moldauus hinc Venetus ſocijs deſtituti duos maximos illius exercitus profligarunt. Et quidem prima a Stephano palatino Moldauiæ parta victoria inſignis fuit, qua centum viginti millia Turcarum diuina virtute deleta fuerunt, cuius narrationem ex Matthia Michouia b repetendam ducimus: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCCLXXIV. *die martis decima ſeptima ianuarij Stephanus Palatinus Moldauiæ exercitum Mahumeth Cæſaris Turcarum centum & viginti millia pugnatorum habentem, cui & Biſſerabi auxilia ferebant, Valachiam popalantem circa paludem Rokouieca, & fluuium Berlad proprio marte quinque tantummodo millibus Siculorum, quorum terram ab Hungariæ Rege abſtractam in ſuam ditionem redegerat, magna clade, ſed non incruenta ſuorum victoria, mirabili Dei potentia fudit vix quadraginta millia pugnatorum habens, in quibus maior pars agreſtium erat. Nec in ſuperbiam ex hac victoria elatus diebus quatuor continuis ieiunium in pane & aqua egit, per vniuerſam quoque terram ſuam bannum edixit, ne quis auderet ſibi, ſed ſoli Deo victoriam illam appropiare.*

b Michou. l. 4. c. 70.

Inſignis victoria a Palatino Moldauiæ de Turcis relata.

Eiuſdem Palatini pietas inſignis.

11 Eadem recenſet Cromerus c de Moldauiæ principis habitam victoriam diuino Numini aſcribentis pietate: profuit vero illi admodum exuſſiſſe omnes agros, per quos Turcicus exercitus irrumpere parabat, quamobrem pabulationis inopia eorum equi admodum fatigati erant, cum in ipſos ſigna extulit. Opprimebantur Chriſtiani hoſtium numero, cum ille inter primos procurrens labantes ſuos erexit confirmauitque: potitus porro plurimis barbarorum ſignis, ea partim ad Pontificem, partim ad Caſimirum, partim ad Matthiam Reges, vt illuſtria victoriæ argumenta miſit; multitudinem Turcarum maximam, quam ceperat, reſeruatis nobilioribus, palis ſuffixit, vt barbarus ſuorum calamitate ad humanitatem flecteret. Cum vero extimeret, ne ipſum Mahometes maioribus copijs laceſſeret, Caſimiri Regis Poloniæ clientelæ ſe commendauit, habitique d fuere ordinum regni Polonici conuentus de bello in Mahometem decernendo, a quo cum Caſimirus vehementer abhorreret, a nonnullis generoſis proceribus increpitus eſt; idque tantummodo conſtitutum, vt Conſtantinopolim mitterentur oratores, qui de Valachia Turcicis armis petita quererentur; cuius in defendendo nomine Chriſtiano ſocordiam principum pars maxima imitabatur, vt Iacobus Cardinalis Papienſis de Vſumcaſſano auxilia pollicente locutus conqueritur e.

c Cro. l. 28.

Hoſtilia plura ſigna tranſmiſſa ad Pontif.

d Cro. l. 18.

Caſimirus in tuenda re Chriſtiana ſocordem ſe præbet.

e Papien. ep. 608.

f Coriol. Cepio l. 3.

Scodra Turcis obſeſſa.

12 Illatum f parte alia bellum eſt Chriſtiano imperio a Mahomete, cuius tamen impetus feliciter fracti ſunt; proferendæ enim in Italiam tyrannidis cupidus Scodram Macedoniæ vrbem, ex qua in Neapolitanum regnum facilis traiectus erat, ſubmiſſo Solymano Europæ baſſa cum exercitu obſidione cinxit. Cuius oppugnationis accepta fama Iacobus Cardinalis Papienſis in literis ad Antonium Laurum ſcriptis Chriſtianorum ad commune incendium reſtinguendum non accurrentium miſeram ſortem ita deplorauit g: *Etſi anguſtiæ Chriſtianorum vulnera cordis mei ſunt, nec ſine gemitibus poſſim aliquid tale legere, non eſt tamen inutile illa a me noſci prudenter. Scribis, Antoni, dum Conſtantinopolim ſiuimus expugnari, dum Boſnam, & Seruiam opprimi, dum Chalcidem in poteſtatem ſæui hoſtis venire, dum non credimus longinquas clades ad nos peruenturas eſſe, iam ad primam Germaniam, & Italiam populationes, incendia, terror. Scutarum, circumſeſſum nunc atque oppugnatum, ſi in eandem itur fortunam, nil iam impedimenti hoſti ſupereſt, quin libere terra, & mari vagetur. Sentiet mox communem Italia negligentiam ora tota maritima, Neapolitani regni, & agri Piceni, & vrbes Lombardiæ populoſæ, ac diuites; arce plena, & clauſæ in culpa malorum horum ſunt: dicam verius: zelotypia non neceſſaria ab omni nos bono opere diſtinent, dum ab aliquo ſemper eſt metus, dum remetimur præterita, dum formidamus ventura cogimur in negligendis publicis ſalutem priuatorum reponere. Romæ* XX. *iulij* MCCCCLXXIV. Maximum ſane terrorem inijciebat Chriſtifidelibus Solymanus, qui octoginta millia militum, & quingentos camelos ad deuehendum æs, quo tormenta bellica conflarentur, adduxerat, vt narrat Coriolanus Cepio h; quamquam Bonfinius i etiam centum millibus armatorum Scodram oppugnatam refert. In qua trepidatione, & torpore principum Venetis opem non ferentium has querelas fudit Cardinalis Papienſis k: *Reſpiciat fidelem populum Deus, & oppidum ſeruet, in cuius ſalute non tanta pateat in hanc prouinciam ianua: eo etiam refracta clauſtra, quid reſtat amplius non apertum ad lugendam ruinam? O miſeram Italiam olim dominam orbis, cui tam impura, tam impia, & tanto tamque præſenti tumultu ſtrepens barbaries nec aures exciteat, nec oculos aperit: rapimur numine manifeſto ad extremum interitum, nobiſque haud dubie iratus eſt Deus, qui ijs potiſſimum conſilium eripit, a quibus eſt propter peccata auerſus, vt videntes non videant, & audientes non audiant. Sed facilius lamentari, quam perſuadere hæc poſſumus.*

g Papien. ep. 572.

Ignauia Chriſtianorum deploranda.

h Cepio ſup. lib. 3.

i Bonfin. dec. 4. l. 3.

k Papien. ep. 563.

Papienſis Card. querelæ.

13 Submiſiſſe Sixtum obſeſſis ſuppetias, refert Bartholomæus Platina l: *Dum Scodra, inquit, quod nunc Scutarum vocant, ditionis Venetæ oppidum a Turcis oppugnaretur, acriter qui in præſidio erant defendentibus, Xyſtus obſeſſos commeatu, & pecunia iuuit, ne Turci occupato loco arce illa munitiſſima ad occupandam Epirum deinceps Illyricumque vterentur.* Tandem miſertus eſt Deus populi ſui, & tantos infidelium conatus compreſſit; licet enim Scodrenſes muri tormentis bellicis concuſſi dehiſcerent, inſigni tamen Antonij Lauredani patricij Veneti arcis præfecti virtute Turcæ, qui iam antea ſubmiſſas a Petro Mocenico ſuppetias repulerant, & potiundæ vrbis ſpe muros aſcendebant, magna ſtrage propulſati fuere; ac dein morbis ex aeris, qui ex paludibus circumiectis teter fluebat, grauitate attriti, metuque maximi apparatus, qui fiebat Venetijs, fracti, obſidionem ſoluerunt. Qua læta recenti fama Atrinabenus Cardinalem Papien-
ſem

l Plat. in vit. Six. IV. m. ſ. arch. Vat.

Submiſſus obſeſſis commeatus a Sixto.

Turcæ magna ſtrage propulſati.

ſem a ſolatus eſt hiſce verbis: *Literis Venetorum nunciatum eſt ſolutam eſſe obſidionem Scutarenſem. Turcos omnes deſperatione victoria prouinciam ceſſiſſe, quod vniuerſo Chriſtiano nomini gratiſſimum eſſe debet. Roma* XXVII. *auguſti* MCCCCLXXIV. Eluxit in ea victoria diuina miſeratio, nam aquæ inopia in ſummas anguſtias adducti erant obſeſſi Chriſtiani, adeo vt mulierum, ſenum, puerorumque millia duo ſiti perijſſe referat Coriolanus Cepio, atque in dies tres tantummodo aquam militi ſuperfuiſſe, quæ virtim quotidie diſtribuebatur: qua exhauſta decreuerant Chriſtiani ſumptis armis erumpere in Turcas, ſuamque mortem egregie vlciſci. Porro ſoluta obſidione magna turba, quæ ad fluuium ad ſitim explendam accurrit, ſubito rigeſcentibus membris interijt.

a Apud Papien. ep. 584.

Magna turba victrix ob largiorē potum interijt.

His addit Petrus Iuſtinianus b Mocenicum Venetias reuerſum geſta ſua in Turcas in ſenatu ita retuliſſe: *Scodra ſeruata Mocenicus Venetias ſe contulit, atque ſenatum ingreſſus de rebus a ſe in maritimo imperio per biennium geſtis diſſeruit, in quibus explicandis tali oratione vſus eſt. Immortales, princeps inclyte, ac patres conſcripti, Deo optimo maximo gratias ago, qui me poſt varios pelagi errores, poſt acerbos belli caſus veſtro conſpectui incolumem victoremque reſtituit; multaque ſcitu digna mihi dicenda hoc in loco. Nam poſt Euboicam cladem cum demandato mihi maris imperio in Græciam veniſſem, res illius prouinciæ Turcarum metu non parum turbatas bellico apparatu recreaui. Methonum, Coronum, Naupactum, Nauplia, Epidaurus munitiſſima veſtra oppida Chalcidico excidio perterrita noua conſilia agitabant. Affui ſtatim cum claſſe, populiſque in ſpem erectis, omnia ſedaui: neque his contentus, vt aliqua ex parte Euboicam cladem reſarcirem, in hoſticum littus tranſgreſſus ſum, Aſia bello petita, nam Pergamenus Quidiuſque ager ferro igniique deuaſtatus: Lycia, Cariaque ora maritima cum inſulis Delo, Naxo, Samo claſſe vexata, Smyrna expugnata & incenſa, Attalia pene capta. Quid Sichinum, Corycum, Seleuciam commemorabo oppida Ciliciæ? quæ armis recepta Caramanis veſtro iuſſu, patres conſcripti, reſtitui: & cum Cyprus Iacobi Regis obitu inteſtinis ſeditionibus agitaretur, illuc cum claſſe nauigans nobiliſſimam inſulam in Reginæ Venetorumque fide continui, rebellium alios vltimo ſupplicio affeci, alij carcere exilioque damnati ſunt. Nouiſſima Scodra Othomannicis armis circumuallata plurimos labores pertuli, inſomnes noctes egi, omniaque extrema paſſus ſum, vt nobiliſſimum Macedoniæ oppidum Veneto ſeruaretur imperio: itaque Turca magna clade a mœnibus repulſi obſidionem ſoluerunt, clariſſimaque tunc Veneti nominis victoria parta eſt.*

b Pet. Iuſt. lib. 9.

14 Inter hæc, cum in Italia maritima auxilia compararentur, & Ferdinandus Rex Neapolitanus ex pacto antea cum reliquis Italis fœdere partem claſſis pararet, ex ſuo more ingentia præmia pro exiguis officijs extorquere ſolitus ab eccleſia Romana ſacerdotalis ordinis Neapolitani decumas popoſcit, quamuis ipſius res ageretur, opibuſque affluerer, nec ſocij pro conferendis auxilijs decumanum aurum expeterent. Quod cum eccleſiaſtico ordini iniquum videretur, Iacobus Papienſis illum per haſce literas hortatus c eſt, ne ſacerdotes ea de cauſa vexaret: *Erit tibi modeſtiæ tuæ digna a Domino merces intendente ſemper ſuper egenum & pauperem: claſſis pars, quæ a te eſt inſtruenda, etſi non contemnenda, non eſt attamen tanto Regi nimis: non eſt ſi cogitaris etiam quanta ſit, & ex quo genere hominum conſtet; quid etiam adiumenti ſege regni tui ad eam ſubditi conferant, facile intelliges, inopi ſacerdotum ſuffragio æquo animo carere te poſſe. Maiores ſæpe in armandis exercitibus pro ſæculari gloria ſine clero ſumptus ſubijſti, minores hos pro nomine Dei, & ſine clero non indignum eſt ſubeas: quam ad rem piam mentem tuam recordatio ſubeat catholici promiſſi Pontifici & Romanæ eccleſiæ facti, cum ſolemnibus documentis fidem dediſti, ſanctum Chriſti nomen pro viribus te defenſurum. Vide nunc ne tuis tantum viribus, an etiam noſtris facturus id ſis, ſi decimis, quæ primæ ſedis ſunt, & in noſtram neceſſitatem ſeruata, hanc partem claſſis cogitas adiuuare. Dei beneficio, præclariſſime Rex, tua etiam opera quieſcit Italia, tranquillum vndique eſt regnum, prouentus ampliſſimos poſſides, quid te ſumptibus diſtrahat nec vnde apparet, ad cauſam fidei integre es totus, ſi vis. Rogo propterea, & per charitatem, qua tuæ maieſtati aſtringor, etiam peto, vt cum aliunde abundes, parci interim mendicæ Eccleſiæ pattare, quæ cum egueſti ſibi pro te non pepercit; nec velis tanto detrimento hoc munus nobis imponi, vt quod tibi conceditur, alijs quoque exemplo tuo cogamur concedere: repete memoria beneficia Domini, quam pie te per Eccleſiam ne caderes ſuſtentauit. Roma* XV. *nouembris* MCCCCLXXIV.

Ferdinādus ex re eccleſiaſtica rem ſuam augere affectat.

Monitus officij a Papienſi Card.

15 Per idem tempus inſtauratum eſt fœdus nouum inter Italiæ principes de tuenda pace Italica, propulſandoque hoſte, ſi illi bellum inferretur: in cuius fœderis ſocietatem Ferdinandus Rex Neapolitanus vocatus eſt, idque potiſſimum eo fœdere conſtitutum, vt copiæ ſemper apparatæ in omnem euentum a ſocijs haberentur, & ſi in aliquam partem hoſtis irrumperet, eo ſociales turmæ mox ſubmitterentur, cuius fœderis monumenta publica a extant in m.s. Vallicellano, eiuſque pactiones præcipuæ hæ ſunt.

Nouum fœdus ſācitum inter Italiæ principes

a Extant in cod. m.ſ. Vallic. ſig. lit. B. n. 19. pag. 136.

16 Primum in vigintiquinque annos ac plures, ſi viſum ſit, aduerſus omnes ciſalpinos vel tranſalpinos nullo diſcrimine principum, Regumve, qui Italiam bello adorirentur turbarentue, ictum eſt; ſancitum etiam vt aliorum fœderum, quæ antea cum quibuſuis ſuſcepta eſſent, ius illibatum maneret: vt vnius menſis flexu Ferdinandus Siciliæ Rex in eiuſdem fœderis ſocietatem vocaretur: vt toto tempore, quo perſtaret fœdus, Veneta reſpublica ſex millia equitum peditum duo, totidem dux Mediolanenſis, Florentini equitum duo millia pediteſque mille egregie inſtructa tenerent; exorto vero bello Veneti equitum octo millia peditum quatuor, totidem Galeatius, Florentinus populus quinque millia equitum & peditum duo ſuis ſumptibus ſuſtentarent. Conſtitutum præterea vt ſi bellum gereretur nemo inconſultis ſocijs pacem conficeret cum aduerſario, ſibique mutuo omnes ferrent ſuppetias, & ſi claſſis inſtruenda foret, communi ſumptu appararetur. Reſeruatus etiam locus Herculi duci Ferrariæ, Mutinæ, & Rhegij, vt fœderi accederet: tum plures minores leges pro tuendis fœderatorum iuribus, & diſcordiarum ſeminibus opprimendis additæ ſunt.

Qui numerus copiarum parandus a ſingulis ad commune auxilium.

17 Verum in ditione eccleſiaſtica inteſtino bello data eſt occaſio; cum enim Nicolaus Vitellius b Tifernatem vrbem muniſſimam ſuæ tyrannidi ſubiecisſet, miſſuſque ad eam expugnandam eſſet Iulianus S. Petri ad vincula Cardinalis legatus obſidionem fixit: ac tum Ferdinandus Rex pro ea pontificio impe-

b Apud Papien. ep. 585. & ep. 588.

Tifernū a Vitellio ereptum eccleſiæ.

imperio reſtituenda interpretem ſucatæ concordiæ ſe exhibuit, ita vt Nicolaum in tyrannide confirmaret. Ferdinandi itaque nomine Federicus Vrbinas cum ad caſtra acceſſiſſet Vitellium adduxit, vt aliquam officij ſpeciem præſtaret legato; ita tamen compoſita res viſa eſt, vt in perniciem rei eccleſiaſticæ redundaret, de quo ita queritur Iacobus Cardinalis Papienſis a: *Ad rem Tifernatem abunde, quod lamenter, & ruſpondeam habeo. Heri ad me venit Bacius Vgolinus paulo ante Tiferno profectus, retulit in deditione ciuitatis ſe affuiſſe, nihil illa turpius potuiſſe fieri affirmat. Acceptas leges a noſtris, non datas, commemorat: non admiſſum legatum niſi quibus cuſtodibus Vitellio placuit; pedites tantum ducentos intus receptos, atque eoſdem ita per ciues diſpoſitos, vt non præſidere ipſi, ſed in aliena eſſe præſidio videantur; venientem Vitellium in conſpectum legati contumacis adhuc animi & victoris potius, quam victi, ſignum dediſſe; non cecidiſſe in genua, non ſupplici vſum oratione, non facinoris pœnitentiam oſtendiſſe: leni tantum deiectione capitis & colli inclinatione ad ſpeciem, non honorem, indicaſſe ibi eſſe Romanæ eccleſiæ Cardinalem. Senis IX. ſeptembris MCCCCLXXIV.*

Prodit ſe eccleſiaſticã Ferdinandus

a Papien. ep. 508.

Geſta hæc conſanguineorum pontificiorum gratia, vt idem Cardinalis queritur b: *Aut*, inquit, *cum Pontifice Vrbinas, aut cum Vrbinate Vitellius id forſan pepigit, quod timeo.*

b Ep. 587.

18 Compoſita re Tifernate, quam ægre tulere Florentini, fœdus inter Venetos, Mediolanenſem, & Florentinos inſtauratum eſt, cuius hanc cauſam affert Platina c: *Motos Venetos ad hanc ineundam pacem arbitror, ne eodem tempore hoſtes haberent, & ducem ob Famaguſtam & Regem, qui ægre ferebat, Cyprum inſulam a Venetis occupatam eſſe.*

c Plat. m.ſ. arch. Vat. Cypro Veneti potiti.

19 Quod vero ad Sixtum attinet; affinitatem eum Friderico Vrbinate iunxit, acceſſitque propterea Romam idem Vrbinas, ac XXVIII. maij in ſenatu quamuis Romanæ eccleſiæ cliens, quique quadriennio ante apud Ariminum pontificium exercitum profligaſſet, ad ſubſellia Cardinalium admiſſus vltimus, fruſtra Sixtum Rhotomagenſi & Mantuano monentibus, illum locum proprium eſſe primogenitorum Regum: *Agebatur d de deſpondenda filia Frederici Ioanni ex ſorore filio, & Senogallia Mundanioque illis tradendis; putatum eſt carnis, & ſanguinis id perniciosum exemplum fuiſſe.* Indignum viſum eſt, Sixtum, qui tot ante annis rerum humanarum contemptum inter Minoritas erat profeſſus, ex Eccleſiæ ſpolijs & opibus principatus ſuis condere. Quod ægre ferens Papienſis exclamabat: *O Paule II. vbi tua nunc eſt in parandis, & retinendis rebus Eccleſiæ laudata attentio!* Obſtitere quidem Sixto viſi Cardinales, qua de re Francisco Mantuano idem Papienſis eſt gratulatus: *Gaudeo*, inquit, *quod ſacerdotes vos, memineritis vnanimes, quantum intelligo, ad tuendam dignitatem ordinis noſtri, & ſeruandam hereditatem patrimi noſtrorum. Augeat Dominus, quod in vobis iam eſt operatus tam quidem laudandum, ac ſalutare, quod hactenus in patribus rarum.*

Ex ſpolijs eccleſiæ ſuos ditat Sixtus.

d M ſ. arc. Vatic.

Indigne ferunt aliqui Cardinales.

20 Deſciuiſſe ipſos ab ea conſtantia, atque Pontificis, & Iuliani Cardinalis gratia victos, ſcribit Bartholomæus Platina e: *Fredericus*, inquit, *dux filiam ſuam Ioanni adoleſcenti Iuliani Cardinalis fratri in matrimonium locat; verum ne puella ex principe nata principatu careret, Xyſtus nepotem Senogalliæ, & vicariatus Mondauij dominum creat, aduerſantibus primo Cardinalibus, qui poſtremo in Pontificis ſententiam venere, eius auctoritate, & precibus Iuliani Cardinalis permoti.* At has Eccleſiæ exuuias poſteris calamitates maximas attuliſſe, ac grauioribus bellis ditionem eccleſiaſticam fuiſſe attritam, magnaque populorum ſtrages editas, viſuri ſumus dum Pontifices in ſpurios, vel nepotes principatus transferre affectarent. Conqueritur Cardinalis Papienſis a miſeram ſortem Eccleſiæ, apud quam iam nemo creſcit niſi per ipſius detrimenta, atque a Frederico Vrbinate generi nomine plura alia ademptum iri. Porro Fridericus hoc anno comitis titulos cum ducalibus commutauit Sixti IV. liberalitate: rem geſtam ita narrauit Ioannes Petrus Arriuabenus b dicto Cardinali Papienſi.

e Plat. in vit. Six. IV. m.ſ. arch. Vat. Senogallia nepoti data a Sixto.

Eccleſiaſticę opes illi pepererę exitium.

a Ep. 538. & 189.

b Apud Papie. ep. 580 in vit. Six. IV. arch. Vat.

21 *Hodie comiti tuo Vrbinati magni honores impenſi ſunt. Egredientis Pontificis caudam ſuſtinuit, ad eius tribunalis pedes conſedit in capella maiore. In miſſa ante euangelium titulo ducatus, ac veſte aurea talari, pileoque quali & dux borſius, ac torque aureo decoratus donatuſque eſt.* Addit in alijs literis c: *Poſt tradita inſignia acceperunt eum medium duo diaconi, deduxeruntque ad ſuggeſtum diaconorum, vbi cum paulum ſtetiſſent illi, mox ad cathedram Pontificis redire: ipſe vero ad ſuggeſtum presbyterorum deductus poſtremus in eo conſedit, manſeruntque diaconorum ſubſellia vacua.* Et in ſuperioribus literis d: *Poſt miſſam*, inquit, *vexilla ſacris initiata, quorum alterum Eccleſiæ, alterum Pontificis gerebat inſigne. Reuerſo Pontifice in cubiculum ſuum mox omnes Cardinales egreſſi ſunt cum duce Vrbinate. Erat ad ſcalas equus ſerico rubeo paſſim tectus, donatus a Pontifice ſolemni pomp., præcedentibus vexillis comitante collegio, vt mos eſt, domum, quæ ei ad ſanctos Apoſtolos parata erat, deductus eſt, &c. Romæ XXI. auguſti MCCCCLXXIV.*

Vrbinas comes ducali titulo cohoneſtatus.

c Ep. 584.

d Ep. ſup. 580.

Nouus dux ſolẽni põpa deductus

22 Hoc ineunte anno obijt e Petrus Riarius tit. S. Sixti, in Franciſcana familia apud Sixtum, dum vitam religioſam ducebat, educatus, atque ab illo ad pontificatum euecto in collegium Cardinalium cooptatus: extinctum veneno Stephanus Infiſſura f refert: ſed nullum præſentius venenum voluptatibus fuit, quibus intabuiſſe diſerte narrat Raphael Volaterranus g, qui ipſum vocat virum natum perdendæ pecuniæ: *Nam biennio*, inquit, *quo tantum poſtea vixit*, nempe in cardinalatu, *ducenta aureorum millia in luxu victitando ſolum abſumpſit, ſexaginta millia æris alieni, argenteorum item trecentum pondo dimiſit. Deceſſit tabidus voluptate, annorum XXVIII. opificibus maxime deſideratus, quorum officinas nouis ſemper lucris, & operibus replebat.* Deſcribit graphice eiuſdem mores indignos ſacro Franciſcano nomine Iacobus Cardinalis Papienſis in literis h ad Franciſcum Gonzagam Cardinalem Mantuanum miſſis, illumque vt humanæ felicitatis fragile exemplum proponit: *Vidiſti*, inquit, *hunc quinto a Xyſti pontificatu menſe, cum ex Minorum eſſet ordine, iuuenis adhuc, nulla illuſtri re antea cognitus, graui Pontificis contentione creatum Cardinalem eſſe: ex illa die potuiſſe, quod voluit. Quantum autem nec credi facile eſt, nec auditum noſtro eſt, nec patrum maiorumque memoria. Euntem illum in curiam ac redeuntem ſcis quanta omnis ordinis ac dignitatis multitudo comitaretur: multitudini antecedenti, ac ſequenti iam via ſatis non erant; manentem quoque domi plures multo adiſſe negotij cauſa quam ipſum prope Pontificem; præſulibus, & legatis omnifariam-*

Petri Riarij Card. mors.

e Celſus Veronen. apud Pap. ep. 559. Brut. Flor. lib. 5.

f Inf. in chron. hoc ann. Plat. in vit. Six. IV.

g Volater. Antropol. lib. 22.

h Papien. ep. 558.

Sæculi pompam maxime ſectatus eſt.

Digitized by Google

ſariamque hominibus quaque dici hora ædes latiſſimas inundaſſe.

Conuiuia illius inſana.

23 *Etiam memor es conuiuij illius inauditi, quo Gallorum oratores anno ante accepit: ſolemnius aliquid vetuſtas tota, nec geniſitas quidem audiuit vnquam: molimen dierum plurimarum fuit. Tota etruſcorum induſtria coaquiſita eſt atque adhibita, vacuefacta caris pretioſiſque omnia; idque actum, vt euincendo conatui nulli ea poſterum ſupereſſet facultas. Apparatuum magnitudo, & varietas, miniſtrorum ordines, epularum numerus, rerum pretia appoſitis ſpeculatoribus notata ſunt literis, deſcripta verſibus, nec per vrbem modo vulgata paſſim, ſed per Italiam quoque, & trans alpes ſingulari ſtudio miſſa. Non multos ab eo conuiuio dies cum virgo regia (ea erat Leonora Ferdinandi Regis Neapolitani) ad ſponſum Ferrarienſem duceretur, audiſti quanta admiratio ſolemnis hoſpitij fuerit: ad eum enim diuertit, exceſſit honor non modo credendi fidem, ſed facultatem narrandi. Viſebantur ſtupore ingenti ædes non lapidea iam oculis, ſed quoquo te verteres magnis opibus locupletiſſime conueſtitæ, ac parietes, & pauimenta ſerico argento, & auro inſignes: culcitræ cubiculorum nullæ non ſericæ fuere, lectorum puluini chonopæa, & pallia nulla non auro intertexta: oſtiorum vela omnia exquiſitis operibus picta: ſellæ argenteis pedibus fultæ, plures textili auro contectæ, quæ etiam ad interius natura commodum habentur ex ſolido argento facta, culcitrulis mollibus ex ſerica ſuperimpoſitis: abaci aularum ad admirationem viſentium lati, editi & pleni: longiſſimam porticum continentis ædis ad conuiuij amplitudinem deiecto tecto conſtrauit, vt prandentes cœnanteſque inde cernerentur, pateretque omnis interior apparatus,* & infra.

Superbia imprudentiſſima.

24 *Poſtremo & admirati perniminum ſumus congeriem ſacerdotiorum ad hæc explenda creſcentem quotidie, nec vlli ſorti aut nationi parcentium: nam præter illuſtria cœnobia magna, & multa vbique gentium comparata, præter inferiora itaque dignitatis a... ſpreta, etiam ea ſupremæ ſedis in vnum ipſum etiam aggeſta patriarchalis Conſtantinopolitana, metropolis Hiſpalenſis, metropolis Florentina, & Mimatenſis Gallicana congerenda haud dubie plures, niſi vitæ, & cupiditati vna Dei diſpenſatione eſſet modus impoſitus. Biennio toto hic tantas fortunæ ſucceſſus fuit tam, vt apparet, feſtinatas, quam breui erat caſuras. Quid ergo ex tanta gloria reliquum nunc illo mortuo inſpicimus, quid ex tanto rerum faſtigio conſpicuum extat? Vidimus illum iuxta verbum Scripturæ exaltatum ſupra cedros libani, tranſiuimus nunc, & ecce non eſt; &c.*

Pluribus epiſcopatibus infœliciter onuſtus.

25 Eodem anno vndecima decembris die mortuum Henricum Caſtellæ Regem tradunt, ac diuturno morbo emarcuiſſe, cum rite omnibus ſacramentis procuratus fuiſſet: ex cuius morte maximi de regni ſucceſſione ſeditionum motus oborti, cum alij Ioannam filiam ad ſceptrum vocarent, alij ipſam ſuſceptam fuiſſe adulterio contenderent, atque Iſabellæ Henrici ſorori regiam hereditatem decernerent: vt vero ob id concitatum ſit bellum inter Regem Luſitanum, qui Ioannæ nupſit, ac Ferdinandum Aragonium Ioannis Regis filium, qui Iſabellam vxorem duxerat, proximo anno dicetur.

Henr. Caſtellæ Regis mors

De regni ſucceſſione certatum.

a Ext in bull. bulla in Six. IV conſt. 5.

26 Hoc eodem anno Sixtus religioſum ordinem Minimorum a Franciſco Paulano ſanctitate & miraculis clariſſimo inſtitutum ampliſſimo diplomate a VI. kal. iunij pontificatus anno III. conſignato confirmauit, multiſque immunitatibus, quibus religioſi ordines alij potiebantur, donauit. Promouerat naſcentis illius familiæ exordia Pyrrhus archiepiſcopus Cuſentinus viro ſancto addictiſſimus, iamque ante Sixtum Paulus II. inquiſiuerat de inſtituto ab eodem Franciſco vitæ genere, ac miraculis, vt narrat Leo decimus in diplomate, quo vita functum ſanctis annumerauit, vbi primitias eiuſdem S. Franciſci ita deſcribit: *A parentibus ſub Dei timore & amore educatus*, de Franciſco Paulano loquitur, *inſigne ſpecimen ſanctitatis futuræ præ ſe ferens, ſolitudinem & religionem diligere, ac orationibus, & ieiunijs aſſidue vacare cœpit. Quæ cum eius parentes animaduertiſſent, ipſum annum circiter decimum tertium agentem iuxta votum per eos emiſſum domui S. Franciſci ciuitatis S. Marci obtulerunt, in qua puer in ſortem Domini electus anno per eum exacto, nullaque profeſſione emiſſa, vocatis parentibus eos, vt ſe ad eccleſiam S. Franciſci de Aſſiſio, & S. Mariæ de Angelis deuotionis cauſa ducere vellent, enixe rogauit: qui pio eius deſiderio annuentes, ſeſe itineris comites præbuerunt.*

Minimorum ordo a Sixto confirmatus.

S. Franciſc Paulanus a parentibus Deo ſacratus.

27 *Quibus eccleſijs deuote viſitatis, in patriam reuerſus idem beatus, ſancto Spiritu inſpirante, ad eccleſiam conſtruendam animum addixit, ipſeque primus fundamenta iacere cœpit. Quæ inter vicinos diuulgato, vndique ad opus inuadendum concurritur; alij operi incumbebant, nonnulli calcem, lapides, cœmenta, & alia id genus futuro ædificio neceſſaria deportabant. Fertur etiam tunc fratrem quemdam S. Franciſci habitu indutum ex improuiſo B. Franciſcum de Paula increpaſſe, quod tam anguſtam ædem facere incœpiſſet, eandemque demoliri ſibi mandaſſe, ac aliam maiorem deſignaſſe, beatoque Franciſco de Paula aſſerenti ſibi vires ad tam ingens opus perficiendum non ſufficere, diuinitus reſpondiſſe, Deum omnipotentem et nullo pacto defuturum: e veſtigiaque dicentis muris euanuiſſe; vnde non immerito plerique illum B. Franciſcum fuiſſe exiſtimarunt. Poſtridie vero nobilis quidam Cuſentinus ſuperuenit, qui eidem beato pro ædificanda eccleſia magnum auri atque argenti pondus obtulit: vnde iuxta ſitus deſignationem eccleſiam notabili forma non paruo ſumptu conſtruere cœpit, neque vnquam a laboribus ceſſabat, niſi cum orationi diuiniſque rebus intendebat: qui etſi vigilijs, continuiſque ieiunijs maxime eſſet attritus, lapides tamen, calcem, & ligna, aliaque ad fabricam neceſſaria proprijs etiam humeris deferre non deſinebat.*

Eccleſiã extruit.

Iubetur diuinitus maiorẽ excitare.

Cœmentarij laborem tolerat.

28 *Erat adeo in loquendo humanus atque affabilis, vt nullus vnquam ad eum acceſſerit, quin melliflu is eius verbis delectatus, & incredibili quadam ſermonis dulcedine captus, & quaſi diuino ſpiritu repletus ab eo receſſerit: humilitatem eius etiam inſtituti per eum ordinis cognomentum oſtendit, quod vt is omnium minimus eſſe volebat, ita minimorum dici cenſuit, & inſtituit. Eiuſdem etiam ordinis inſtitutor, & generalis corrector exiſtens omnium ſe infimum quoad poterat exhibebat, & ad omnia etiam ſeruilia opera, vt & ceteris humilitatis præberet exemplum deſcendere non dedignabatur, quippe diſcipulis ſuis diſcumbentibus miniſtrabat, ſæpeque eccleſiam, & altaria verrebat, & mundabat, ac paramenta, & alia ad diuinum cultum neceſſaria componebat, aliorumque fratrum etiam nouitiorum indumenta proprijs manibus abluebat: & cum iuuenis adhuc eſſet, calabriamque incoleret, nunquam niſi nudis pedibus etiam per glacies, niues, montes, & aculeata ſaxa, vepres, ſpinaſque incedebat, nullamque ex eo etiam grauiſſimo ſæpe pondere preſſus læſionem in pedibus patiebatur, ipſum ſæpius ignem nudis pedibus conculcaſſe, ac ignitos candenteſque lapides manibus portaſſe liquido conſtat.* Et infra.

Humanitas eius ſingularis.

Ignẽ ſæpius nudis pedibus calcauit illæſus.

Digitized by Google

29 *Horum & pluriſſimorum aliorum ſanctorum operum ratione habita adeo ſancti Spiritus gratia hominem complexa eſt, vt pijs eius meritis, & precibus in Chriſti nomine dæmones a corporibus humanis ſæpius eiecti, pluresque infirmi diuerſis morborum generibus oppreſſi, & iam a medicis destituti ac morti propinqui priſtinæ ſanitati reſtituti fuerint; idemque beatus alijs compluribus, qui memoria, & ſenſibus capti, ſeu intelligentia debilitati erant, ſanitatem præſtiterit, ac multis claudis inceſſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, cæciſque lumen reſtituerit, & leproſos mundauerit, nonnulleſque mortuos, vel pro mortuis habitos ad vitam priſtinamque lucem reduxerit.*

Plures ab eo diuini ius ſanati.

30 *Quorum quidem miraculorum fama cum iam per totum fere orbem vagaretur, & ad aures fælicis recordationis Pauli II. prædeceſſoris noſtri perueniſſet, cubicularium quemdam ſuum ad bonæ memoriæ Pyrrhum archiepiſcopum Cuſentinenſem miſit, mandauitque, vt ipſe ſuper miraculis huiuſmodi ſe diligenter informaret, ac deinde ipſum de veritate certiorem efficeret: qui quidem archiepiſcopus Pontificis mandato parere deſiderans, ac neminem habens, qui talia melius, quam ipſe & cubicularius explorare, fideliuſque referre poſſet, eidem iuſsit, vt is cum ſocio, quem ei adiunxit, ad dictum beatum virum ſe conferret, ac de illius vita, miraculis, & fama huiuſmodi plenam informationem caperet. Cubicularius archiepiſcopi fretus conſilio hominem adijt: & cum inter ſalutandum dicti beati viri manum oſculari vellet, ille omnino renuit, cumque rogauit, vt ſibi potius manum deoſculandam porrigeret, aſſerens id multo iuſtius, & conuenientius fore, eo quod ipſe cubicularius triginta tres annos iam presbyter eſſet: quod cubicularius memoria repetens, vbi id verum eſſe cognouit, miratus eſt hominis ſpiritum, & cum eo ad colloquium in cameram conceſſit. Vbi cum primus ſermo de tam ardua difficilique vita fuiſſet, vt eam nulli niſi robuſto, ac valido tolerabilem fore cubicularius aſſeueraret, beatus pater, audito illius verbo, igni appropinquans, ardentes prunas abſque læſione manibus arripiens, dixit. Qui perfecto corde Domino ſeruiunt, omnia creata illis obtemperant. Exterritus ille eo miraculo veniam petijt: cumque eius pedes humiliter oſculari vellet, ipſe vir beatus id recuſaſſet, ains tunc veſtem manu apprehenſam deuote oſculans, & ab eo recedens, ad Pontificem redijt, eique miracula, quæ viderat, enarrauit.*

Paulus II. de eius miraculis inquirit.

Mittit cubicularium.

Coram eo illæſis manibus contrectatus ignis.

31 Confirmatus etiam eſt a Sixto, vt refert Auguſtinus Iuſtinianus epiſcopus Nepeſinus, ordo Auguſtinianorum diſcalceatorum adſtrictioris diſciplinæ, cuius conditor fuit Baptiſta Poggius Genuenſis doctrinæ fama, & pietatis opinione clariſſimus, multiſque a Deo muneribus ornatiſſimus, ordinis S. Auguſtini, cui plum hoc opus meditanti licet a ſodalibus multæ moleſtiæ exhibitæ fuerint, omnes tandem difficultates vicit, plura monaſteria in Liguria, Inſubria, & Sabaudia excitauit, atque magnam hominum multitudinem a ſæculi curis ad religioſa inſtituta traduxit virtutibuſque excoluit: populos etiam pietate euangelica e ſacro ſuggeſtu erudiuit, atque ob eximiam religionis famam Carolo Francorum Regi, & Galeacio duci Mediolanenſi acceptiſſimus pio fine quieuit.

a Aug. Iuſtin. hiſt. Genuen. lib. 5.

Auguſtinianorum diſcalceatorum initium.

IESV CHRISTI

Annus 1475.

SIXTVS PP. IV. 5. FRIDERICI III. IMPERAT. 36.

1 ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto octaua indictione, recurrente vigeſimoquinto anno Pauli II. decreto a Sixto IV. confirmato a celebrando, præter viros alios dignitate conſpicuos Ferdinandus Siciliæ Rex in vrbem ſe contulit, atque baſilicas Lateranenſem & Vaticanam intertextis auro periſtromatibus donauit b: quamuis alia ab ipſo cum Pontifice agitata conſilia tum creditum ſit. Cæterum cum magno comitatu venienti officia omnia regio apparatu præſtita referunt c: Carolam etiam Reginam olim Cypri Romam veniſſe, & a Pontifice ſumma exceptam beneuolentia ac liberalitate ſuſtentatam: tradit vero Sigonius d, paucis ob vehementes bellorum ſuſpiciones infeſtaque itinera religionis cauſa Romam contendentibus, Sixtum Pontificem, vt longinquarum nationum ſaluti conſuleret, iubileum Bononiæ inſtituiſſe ampliſſima noxarum propoſita venia ijs, qui expiata rite conſcientia a kal. maijs ad pridie kal. ſequentis anni decretas quattuor illius vrbis eccleſias fuſis ad Deum imperatis precibus pie luſtraſſent, ingenteſque adeo populorum concurſus eo factos, vt vulgò exiſtimatum ſit, Bononiam numquam tanta peregrinorum copia redundaſſe. Extant de eodem iubileo Bononiæ indicto pontificium diploma e, tum etiam aliud f rogatu Scotorum editum, vt in Scotia ſacro indulgentiarum beneficio potirentur; imperata tamen ijs aliqua pecuniæ ſumma, quæ in rei Chriſtianæ vſum aduerſus Turcas impendenda erat.

Celebratus annus iubilæus.

Ferdinandi in Vrbem aduentus.

a Six. IV. in reg. 11 legationū pag. 8.

b Steph. Infeſſ. in chro.

Regina Cypri pontificia liberalitate ſuſtentata.

c Onuphr. in Six. IV. d Bosſ. hiſt. eq. Hier. par. 2. l.

d Sigon. de epiſc. Bononien. lib. 4 ann. 1475

e Sixt. IV. l. 23 pag. 1

f Eod. lib. pag. 42.

2 Inter hæc ſedatum in Germania periculoſiſſimum bellum, quo flagrauit Colonienſis archiepiſcopatus. Premebatur longa obſidione Nuſſia a Carolo duce Burgundiæ proferendi imperij cupido, immo & eripiendi Romani imperij Frederico, a quo in Treuerenſi colloquio regium diadema nomenque ſe eblandiri non potuiſſe indignabatur, vt refert magni Chronici Belgici auctor g: *Ex iſta*, inquit, *confuſione dux Carolus offenſus in Imperatorem conſilia cogitabat praua, & anno ſalutis MCCCCLXXIV. cum maximo apparatu, & exercitibus quatuor idiomatum Colonienſem aggreſſus eſt epiſcopatum ſiue diœceſim, & Nuſſienſem ciuitatem per hebdomadas obſedit quadraginta ſex, vt Romanum occuparet imperium, quemadmodum inclamauerunt milites eius ad obſeſſos Nuſſienſes, non laborare principem ſuum pro iſta villa, ſed pro Romano imperio, vt ipſe Carolus in fine obſidionis congreſſionis tempore cum populo ſuo proteſtatus eſt, dicens. Hora nona Imperator ero vel mortuus: quod & factum fuiſſet, niſi ducis proditiorem diuina ordinatio detexiſſet, vt patet infra in hiſtoria obſidionis Nuſſienſis*. Fuſe eam texit auctor, qui aderat; ſed imperfectam reliquit.

g Chron. magn. belg.

Affectatū a Burgundo imperium.

3 Ambitioſa vero conſilia ingentibus viribus aggreſſus centum millia bellatorum h ex Gallis, Anglis, Germanis, Italiſque ob ſuas ingentes opes in caſtris continebat, qui ſi coniuncti Germania in Turcas vertiſſent arma, feliciſſimi de ijs triumphi ſperandi fuiſſent: at cum illi mutuas ſpirarent cædes, Turcæque noſtris diſſidijs elati

h Id. ibid.

Centum millia bellatorum ſub ſignis continuiſſe fertur.

Chri-

Chriſtianum euertere imperium molirentur, omniaque defendendæ religionis ſuſcepta in Auguſtenſi, Conſtantienſi, & alijs conuentibus conſilia euanescerent, Sixtus Pontifex ad tantum Chriſtianorum excidium auertendum Alexandrum epiſcopum Forouilienſem ad Fredericum Imperatorem & Carolum Burgundum conciliandos legauit in Germaniam, vt pontificium diploma a oſtendit, ex quo hæc deſcripſi: *Procurante ſatore zizania inter Imperatorem, & dilectos filius nobiles viros Carolum ducem Burgundiæ, ac Fredericum comitem Palatinum, nec non venerabilem fratrem noſtrum Robertum archiepiſcopum Colonienſem, cuius idem comes palatinus germanus exiſtit, nec non capitulum, clerum, & populum Colonienſem, eorumdemque fautores, & nonnullos prælatos eccleſiaſticos, & principes temporales, ac communia ciuitatum in eadem Germania conſiſtentium, quamplurimæ diſcordiæ, & diſſenſiones exortæ fuerunt; & in tantum in dies creuerunt, & creſcunt, vt exinde omnis Germania commoueatur, ciuitates, terræ, & loca plurima eius populorum cladibus vaſtitate, & depopulatione, ac innumeris alijs detrimentis, qualia ſiunt in rebelles, maxime inter potentes, affligantur, grauiaque ſcandala ex eis prouenerunt, & maiora, niſi eis occurratur, veriſimiliter, ſint prouentura in dies. Nos igitur, qui ad omnem Dei honorem, fidei catholicæ præfatæ defenſionem, & exaltationem, communemque totius populi Chriſtiani ſalutem, pacem, & quietem concernentia ſupremis aſpiramus affectibus, conſiderantes hos, & alios effectus peſtiferos, quos guerrarum furor producit, & fouet, ac inclytam, & potentiſſimam nationem Germanicam longe lateque diffuſam firmiſſima, & fortiſſima præſidia reipublicæ Chriſtianæ eſſe; & quod natione prædicta pacata, maximum exinde ac potentiſſimum adiamentum ſalutari expeditioni noſtræ in eoſdem Turcos comparabimus, ad ſedandum bella, diſcordias, & diſſenſiones huiuſmodi noſtros conuertimus cogitatus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXIV. prid. id. februarij pontificatus noſtri anno IV.*

Decretus a Sixto legatus ad pacandum Germaniam.
a Lib. breu. & bullar. pag. 90.
De conflato in Germania bello inteſtino.

4 Profecto in Germaniam apoſtolico internuntio trahebatur ex ſuperiori in hunc annum Nuſſienſis obſidio præſidiariorum virtute; atque interim in Carolum plura noua commota a ſunt bella b, nam & Ludouici Regis Francorum ſuaſu, & Imperatoris conſilio Renatus iunior Renati Regis ſenioris ex Iolanthide filia nepos dux Lotharingiæ, auiæ Iſabellæ iure, Burgundo bellum indixit, atque in Lucenbugenſem comitatum cum exercitu incurrit: Sigiſmundus Auſtriacus, percuſſo cum Heluetijs fœdere, Ferretanum comitatum antea pretio diſtractum repetijt c, captis noctu præſidiarijs Burgundionibus: Ludouicus Francorum Rex armorum ſocietatem inijt d cum Imperatore, atq; vbi induciæ, quas cum Burgundo pepigerat, hoc anno exiere, plures illi vrbes repentina irruptione eripuit, ac ſi exercitum cum Imperatore, vt conuentum erat e, coniunxiſſet magnum Burgundo imminebat periculum, ne ſub Germanorum Francorumque potentia ſuccumberet.

Plures hoſtes in Burgundum concitati.
b Philipp. Comin in chron. Lud XI. c.65. Meyer lib 17. Bucor. dec.1 l.2. & aly.
Burgundiones præſidiarij comitatus Ferretani capti.
c Comin. ſup. c.66.
d Id. c.67.
e Id. c.66. Belc. dec.1 l.3 n.6. Meyer. l.17.

5 Fridericus vero ad liberandam Nuſſiam ingentem ex Germania eduxit exercitum; ac primum aliquæ leues velitationes factæ; tum vero commeante vltro citroque Alexandro epiſcopo Foroliuienſi Apoſtolicæ ſedis legato diremipta lis eſt fœdere, non armis: de quo Franciſcus epiſcopus Caputaquenſis Ferdinandi Regis Neapolitani apud Burgundum orator, qui ijs interfuit, hæc ad Iacobum Cardinalem Papienſem ſcripſit a: *Cognoſcet reuerendiſſima dominatio veſtra literis, quæ ſanctiſſimi Pontifici ſcribuntur, vt ſe habeat res Germanicæ, quarum cauſa R. D. Foroliuienſem legauiſtis, cuius prudentia, induſtria, & conſtantia effectum eſt, vt duo validiſſimi, ac ferociſſimi exercitus vix mille paſſibus diſtantes intra paucos dies fuerint reconciliati maxima Apoſtolicæ ſedis gloria.* Et infra: *Imperator ſecum habet in caſtris marchionem Brandeburgenſem, ducem Saxoniæ, Lantgrauium illum fratrem huius, qui obſidionis tempora Nuſsiæ præfuit, æmulus archiepiſcopi; ſunt etiam prælati Treuerenſis, Moneſtenenſis, & Aſtetenſis, Maguntinus ægrotat Coloniæ. Credo Germanorum eſſe numerum quadraginta, aut quinquaginta millium, equitum habens ad XVI. millia, peditum & collectitiæ turbæ ſatis. Quo die ad propinquum oppidum venere, acceſſit ad eorum caſtra dux, vt illos ad pugnam adduceret; quam viſi ſunt detrectare. Cum ijdem proceſſiſſent, & caſtra, vbi nunc ſunt, locauiſſent, iterum inſtruxit acies princeps, tormenta eduxit: cum Burgundi Germanorum caſtris appropinquarent, emiſere illi equitum duo millia aut tria millia, & magnam peditatum. Cum intra horam bis conflixiſſent repulſi ab ijs, quos Italici generis dux præmiſerat, ſe intra munitiones receperunt occiſis eorum, vt accepi, LXX. pluribus vulneratis; Burgundi ſex tantum amiſere. Nox prælium diremit. Sunt qui dicant eo tempore in caſtris Germanicis ſatis fuiſſe trepidatum, & a pluribus de fuga cogitatum. Dei bonitate concordia facta, & Germanorum ad hæc caſtra Burgundorum ad illos impune conueniunt, vt etiam videantur caſtra; in quo magna eſt Dei gloria, & laus ſanctiſſimi Pontificis, &c. Ex caſtris Burgundis ad Nuſsiam VII. maij MCCCCLXXV.* Pridie kal. iunias ſancitum fœdus refert Meyerus b, ijs legibus, vt vniuerſa de Colonienſi archiepiſcopatu controuerſia Pontificis arbitrio permitteretur, eiuſdemque clientelæ Nuſſia commendaretur: quibus conſentit Belcairus his verbis: *A caſtris vel Imperatoris, vel Burgundionis nunquam legatus Romanus abſceſſerat, ſed pacem inter vtrumque inire cupiens ſemper huc illuc commeabat. Conuenit tandem, vt Nuſsia pontificio legato committeretur, de qua mox ſummus Pontifex pro ſua prudentia ſtatueret.* Eo vero fœdere nec Renatum ducem Lotaringiæ, qui imperiales partes erat amplexus, neque Heluetios, nec Sigiſmundum Auſtriacum comprehenſos, quibus Carolus Burgundus, dimiſſa Colonienſi controuerſia bellum intulit.

Friderici ad liberandam Nuſſiam expeditio.
a Apud Papien. ep 623
Contractus ab eo exercitus quantus fuerit.
Leues velitationes initæ.
Pax ſtudio legati pontificij compoſita.
Controuerſia permiſſa Pontifici.
b Meyer. lib. 17. Belca. dec. 1. l. 3. n. 6. & aly.

6 Cæterum obſidioni Nuſſiæ inſtabat adhuc Carolus cum Eduardum Anglorum Regem, quem ſolio reſtituerat, in Gallias exciuit, vt coniunctis armis Ludouicum Francorum Regem opprimerent. De ea Eduardi in Gallias expeditione, præter Gallos c, Anglos c, & Belgas d ſcriptores, agit Franciſcus epiſcopus Caputaquenſis in literis ad Iacobum Papienſem datis e: *In Gallia*, inquit, *apertum bellum eſt exactis inducijs: Galli fines ducis infeſtare cœperunt prius in Picardia, vbi quædam oppidula occupauerunt, deinde in Burgundia: tum cognito tranſitu Britannorum ſe, vt nunciatum eſt, intra Normanniam recepere: tranſmiſſa iam ex regno Britanniæ bellatorum pars in continentem. Rex ipſe ad XXVI. maij ad littus, vnde breuior eſt tranſmiſſio, copias recenſebat, vt paulo poſt Caleſiam traijceret, quo hic etiam princeps contendit, vt cum eo Rege loquatur, & bellum ſimul aggrediatur non iiſdem caſtris.*

Anglorum in Gallias expeditio
c Phil. Com. in chron. Lud. XI. c.96. Paul. Aemil. & Gaguin in eod. Lud.
d Polyd. Virg. l.24. Meye l.17 Aegid. e Roya in anna. Belc dec. 1. l.3 n.7. & aly
e Apud Papie ſup ep 624
Eduardus Rex Caletum nauigat.

Digitized by Google

caſtris, nec uno tantum latere, ſed Britanni ad eam Galliæ partem, quæ ſpectat ad inſulam, dux vero per Campaniam: quod conſilium vel rei frumentariæ, & pabuli cauſa, vel ad euitandos tumultus, qui facile in tanta hominum diverſi generis multitudine concitari potuiſſent, vtrique probatur.

Cum Gallo pacem percutit.

7 Euertit humana conſilia diuinum Numen, & Galliarum ſaluti conſuluit, qua enim re Burgundus Gallis ſe nocere poſſe ſperauerat, ea concordiæ lux affulſit; abalienatus enim a Burgundo Anglus cum graues difficultates pateretur, ac rerum viciſſitudines metueret neque ex feſſa Anglia opportuna auri militumque ſupplementa elicere poſſet, ſolicitatus a a Francorum Rege, qui duorum præpotentium hoſtium coniunctionem formidabat, de pace mox honeſtis illius legibus aſſenſit, habito cum Ludouico ipſe apud Pinquiniacum colloquio, ac ſeptuaginta quinque millium aureorum vectigali annuo donatus. Tulere ægre id fœdus Burgundio, & Ludouicus Lucemburgenſis comes ſani Pauli, qui Anglorum Regem literis ad inſtaurandum bellum pellicere pertentauit, ementitus Gallorum Regem nullas fœderis leges ſeruaturum: quæ proditio Lucemburgenſi exitium attulit, vt poſtea dicetur.

a Comi. in chron. Lud. XI. c. 74. 75. 76. 77. Polyd. Virg. l. 24. Paul. Aemil. in Lud. XI. Gaguin. in cod. Meye. l. 17. Belca. dec. 1 l. 3. n. 9. & alij

Septuaginta quinque millium aureorũ vectigal acc. pit. Burgundus ad pacem adactus.

8 At Burgundus Gallum ſibi conciliare coactus decima tertia ſeptembris die inducias in annos nouem pepigit. Extant eæ pactiones in ducis Burgundiæ literis, quæ in Italicum ſermonem, translatæ extant in m. s. codice Vallicellano b conſignatæ Latinis hiſce verbis. *Datum in Caſtello de Solemure gratia* XIII. *ſeptembris anno* MCCCCLXXIV. Sed hæc ſingula repetere noſtri inſtituti non eſt. Id dumtaxat non prætereunus ſilentio, eo nouennali fœdere contentos ex regia voluntate Caſtellæ & Legionis, Scotiæ, Pannoniæ, Renatum Ieruſalem & Siciliæ Reges, Lotaringiæ, & Sabaudiæ duces, Metenſem epiſcopum, Florentinos, & Bernenſes: affectos etiam viciſſim a Burgundo eiuſdem pacis beneficio Angliæ, Scotiæ, Luſitaniæ, Neapolis, Aragoniæ, Caſtellæ, & Ferdinandum Siciliæ, Daniæ, Hungariæ, Poloniæ Reges. Britannum, Sabaudum, Mediolanenſem, Venetum, Cliuenſem, Iuliacenſem duces, archiepiſcopum Colonienſem, Leodienſem, Traiectenſem, & Metenſem epiſcopos. Plura alia addita de fano Quintini, cuius arx euertenda erat, & ager in Burgundi ditione permanſurus. Hanc porro nouennalem pacem ſanctiſſimo iureiurando, cuius formula c Italicis in eodem m. s. concepta verbis religionem pietatemque redolet, confirmarunt per fidem dignam principe, per legem diuinam, per acceptum baptiſmi ſacramentum, per ſacros miſſæ canones, per ſancta euangelia, per crucem Chriſti religioſe contactam. Verum principes mox, quæ ſacramento ſanxerant, vnanimes violarunt d.

b M. s. al. lit. ed. lit. B. n. 19. pag. 184.

c Ext. ibid. pag. 189.

d Comin. in chro. Lud. XI. c. 81. 83.

Gallus & Burgundus ſocios mutuo produnt.

9 Stimulabat ira Ludouicum Francorum Regem in Ludouicum Lucemburgenſem magiſtrum equitum regni Gallici, qui pluries Gallicum nomen prodiderat, ac recenter Anglorum Regem ad bellum redintegrandum erat adhortatus: Carolus autem Burgundiæ dux vltionem de Renato duce Lotaringiæ, a quo in Colonienſi bello fuerat laceſſitus, expetebat, tum vt erat augendi imperij auidiſſimus Lotaringiam ſuæ ditioni adijcere, & inferioris Germaniæ prouincias cum Burgundia coniungere ambiebat, Burgundus itaque Lucemburgenſem, quem interceperat, mactandum Ludouico Regi prodidit, a quo Pariſijs de læſæ maieſtatis crimine poſtulatus carnificis manu publice cæſus a eſt: Rex vero Renatum ducem Lotaringiæ, qui eiuſdem Regis ſuaſu hoſtem Burgundi ſe profeſſus erat, ac recenti fœdere comprehendebatur b, principatu exuendum Burgundo permiſit: captum itaque Nanceium eſt a Burgundo contra ſuperioris fœderis pactiones, non prohibente Rege nec Friderico Imperatore, cuius partium erat principem beneficiarium tueri: immo dum ad Nancei obſidionem incumbebat Burgundus, nouas cum ipſo idem Fridericus concordiæ pactiones b firmauit, nulla Lotaringiæ facta mentione.

Lucemcemburgenſis comes a carnifice caſus.

a Sup. m. ſ. cod. Vallic. pag. 187.

Lotharingia ſubacta a Burgundo. Fridericus pacẽ cum Burgundi inſtaurat.

b Ext. in eod. pag. 190.

Caffa a Turcis expugnata.

10 Hæ vero prætextæ fœderi cauſæ: *Videntes: ijdem nimirum Imperator & dux, quo in periculo verſetur Chriſtiana religio, communi Chriſtiani nominis hoſte ſua tyrannidis fines latius quotidie propagante, & iam ſe ad ſeptentrionis latera validiora vertente, & Caffa ampliſſima, & opulentiſſima vrbe recentiſſime capta maximo Chriſtianorum detrimento: hoc & alia vertentes animo, ac ſpectantes magna multaque bona ex hac concordia profectura, exciſis & deletis funditus omnibus diſſidiorum cauſis, ſe inuicem colligauerunt, firmauerunt ac indiſſolubiliter vnierunt: fœdus, concordiam, pacem, ac vnionem pro ſe ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus, pro ſuis ſtatibus, & dominijs, tam præſentibus quam futuris concluſerunt.* Laudandum quidem fœdus, ſi labentis rei Chriſtianæ exitio permoti iunxiſſent arma, vt Turcicam contunderent tyrannidem: ſed illi, ea poſthabita cura, ſuis tantum commodis ex minorum principum excidio ſtuduerunt.

Fœderis leges in nulla commoveriæ.

11 Prima itaque pactio fuit alterum alterius dignitatem amplitudinemque prouecturum. Proxima conuentione ſancitum, vt ſi quis Friderico Imperatori bellum inferret, Carolus dux Burgundiæ aduerſus eundem ſigna attolleret: ac viciſſim ſi quis Burgundum bello peteret, mox Imperator cum eodem Burgundo in illum arma coniungeret, de contentionibus autem, quæ inter vtriuſque principis ſubditos oboriri poſſent, conſtitutum illas ex æquo & bono ab vtroque dirimendas; data eſt præterea poteſtas, vt Germani in Belgium, & Burgundiam; viciſſimque Belgæ & Burgundi tuto in Germaniam commearent merceſque inferrent. Addita nonnulla alia leuiora, tum vt fœderis leges Romano Pontifici apoſtolica auctoritate confirmandæ per communes oratores exponerentur; quibus hæc temporis nota appoſita. *Datum in felicibus caſtris præfati illuſtriſſimi domini ducis Burgundiæ contra Nanceium Tullenſis diœceſis die* XVII. *menſis nouembris* MCCCCLXXV. *pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini domini noſtri Sixti diuina prouidentia Papæ IV. anno* V. Subſcripta ſunt Alexandri epiſcopi Foroliuienſis legati apoſtolici dictum fœdus corroborantis, tum Franciſci epiſcopi Caputaquenſis, qui Burgundi procuratorem in his paciſcendis egit, nonullorumque Frederici oratorum nomina. Paucisque inde lapſis diebus Lotaringi, cum ſe Imperatoris præſidio ſpoliatos viderent, dedito Nanceio, Burgundi iugum ſubiere c. Vt porro Renatus Nanceium recuperarit, ac Burgundum aliena rapere ambientem in eiuſdem vrbis obſidione trucidarit, ſuo loco dicetur: nunc ad Hiſpanicas turbas migrat narratio.

Deditum Burgundo nanceium.

c Paul. Aem. in Lud. XI. Gaguin. in cod. Meye. l. 17. & alij

12 Deplorat ciuilia illa Hiſpanorum bella

Iaco-

Digitized by Google

Iacobus Cardinalis Papienſis a in literis ad Franciſcum Toletanum deſignatum epiſcopum Caurienſem, aitque: *Multos Aragonenſis cauſa aſſertores audiui, ac imprimis, & ſapius multos quoque repudiata filia legitimum ortum probantes, vtrinque argumenta atque ingentia, vtrinque auctores non contemnendi, magna ſe iudice quiſque tuetur: iudex autem non errans ſcrutans hominum renes, & corda inter hos verius iudicabit, in vtrumque vero opto & precor inclinet miſericordia ſua; in eum pracipue, cui pia ſunt arma. me quidem nil in his angit prater diſcißi regni maſtitia ſemper Apoſtolica ſedi fidelis, & ad magna idonei, &c.* XXII. *augusti* MCCCCLXXV.

a Papien. ep. 644.

Ius Aragonij & Luſitani admodū anceps.

13 Commouit eiuſmodi exitiabile & calamitoſum bellum, quo annis pluribus arſit Hiſpania, impudicitia vniusmulierculæ nuptæ Henrico Regi, quæ etiam poſtquam lis mota eſſet, an Ioanna ſuſcepta fuiſſet adulterio, an ab Henrico procreata; ſumma impudentia palam adulteros admiſerat, quocirca controuerſia magis aucta: cæterum Henricus Ioannam dum vixit, & morte imminente a ſe progenitam agnouit, heredemque teſtamento reliquit; atque ideo marchio Villenæ, ac plures principes, & præſules ipſam Reginam profeſſi Alfonſum Luſitaniæ Regem exciuere b, vt illam vxorem duceret, & Caſtellæ, ac legionis ſceptra Luſitano coniungeret.

Reginæ Caſtell. adulteria hæc bella pepererunt.

b Suril. 19 c. 18. 23.

Ioannæ iura quæ nam fuerint.

14 Ad collocandam vero in omnium luce partium ſuarum æquitatem ampliſſimas literas Ioanna promulgauit, in quibus præcipua cauſæ argumenta explicuit, vt coniugio legibus inito ab Henrico Rege ad progeniem ſuſcipiendam idoneo in lucem edita fuiſſet, atq; ab ipſo tum ab omnibus, vt de regio creata ſanguine, ſceptrorumque heres culta, obortoque inteſtino bello ſtatuiſſet idem Henricus ipſam Alfonſo patruo matrimonio iungere, atque deinde eodem extincto Iſabella amita regni hereditatem affectaſſet, fuiſſetque ob id ab Henrico reprehenſa, ac nuptui collocanda ſolemni iureiurando ſe deuinxiſſet, Caſtellanum ſceptrum Ioannæ nepti ſe non prærepturam. Addidit etiam quo tempore matrimonium inter ipſam & Carolum ducem Aquitaniæ celebratum fuerat, in publicis ordinum conuentibus ipſam regni heredem præſentibus Petro Gonſaluo e Mendoza & Albienſi Cardinalibus agnitam fuiſſe, atque omnia ſacramenta, quæ Iſabellæ dicta fuerant, reſciſſa atque irrita pronunciata: at Iſabellam dominandi ſpe ac deſiderio in Henricum coniuraſſe, cumque non valerent arma, venenum miſcuiſſe: porro Henricum, vbi finem vitæ adeſſe intellexit, quo tempore fingere non licet, poſt ſuſcepta rite ſacramenta profeſſum eſſe, Ioannam ab ipſo vere progenitam: cumque Caſtellani proceres iam diu ſibi, vt iuſtæ heredi, obſequium detulerint, deſciſcere a iureiurando non debere; niſi prius ab aduerſarijs probaretur ipſam ab Henrico genitam non fuiſſe, quibus literis appoſita erat hæc temporis nota, *Dat. Placentiæ* XXX. *maii* MCCCCLXXV. Hæc erant cauſæ Ioannæ monumenta, qua ſibi deſponſa Alfonſus Rex Luſitaniæ, illam in regnis Caſtellæ & Legionis conſtabilire niſus eſt, ac Ferdinandum æmulum prouocauit, vt legibus non armis controuerſiam dirimi vellet. At Ferdinandus & Iſabella Ioannæ obtrudentes matris impudicitiam, ſaltemque ambigua ſanguinis iura ſtrenue armis rem geſſere, ac theſauro regio, Toleto, pluribuſque inſignibus vrbibus, & prouincijs ſunt potiti c: Alfonſus autem Caſtellam igni & ferro partiebatur. Ad quæ ſedanda diſſidia Sixtus Papa Nicolaum Francum Apoſtolicæ ſedis notarium maximis fretum mandatis legauit, vt ex diplomatibus pontificijs a ad ipſum datis perſpicuum eſt, in quibus decreta legationis hanc cauſam exponit.

Vt agnita ſit regni heres cum duci Aquitaniæ deſpōſa eſt.

Ferdinandus & Iſabella econtra matris adulteria obiecere.

c Suri. c. 16

a Six. IV. reg. 2. legatior. pag 46.

15 *Conſiderantes peſtiferam diſſenſionem, atque diſcordiam exerrandam, diuiſionem procurante humani generis inimico in Caſtella & Legionis regnis exortam, vniuerſis regnicolis, & circumuicinis partibus mala quamplurima, & infinita damna attuliſſe, formidabiliora quoque ſecutura veriſimiliter eſſe, ſi eadem diſcordia vlterius procederet; & ad pacificandum huiuſmodi regna paternis ſtudijs intendentes; ac plenis deſiderantes affectibus, vt omnis ſcandalorum, & diſſenſionum materia inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Hiſpaniarum Reges illuſtres de Caſtella & Legionis regnis prædictis inuicem contendentes, & eorumdem regnorum barones, milites, communitates, vniuerſitates, & diuerſas alias perſonas tam eccleſiaſticas etiam militiarum, & aliorum ordinum quorumcumque religioſas quam ſeculares in eiſdem regnis conſiſtentes, nec non alios quoſcumque eis hinc inde adhærentes, & complices, ac ſequaces eorum, pacis auctore cælitus inſpirante, in bonum vnitatis, & concordia ſalutaris pacifice commutetur, &c.* Munitus eſt nuntius pluribus alijs ampliſſimis imperijs, vt demandatam prouinciam ſtrenue exerceret, pacemque inter diſſidentes conciliaret. Adiuncta eſt diplomati hæc temporis nota, *Dat. Roma apud S. Petrum anno incarnationis dominica* MCCCCLXXV. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* IV.

16 Dedit alijs literis mandata b Pontifex Franco, vt Ioannem Regem Aragonum adiret, illumque hortaretur ad pacem Caſtellæ reſtituendam; pariterque proceres conueniret ac principes, eoſdemque ad concordiæ ſtudia flectere niteretur: *Volumus*, inquit, *quod ipſum præſertim Regem Aragonum, quem ſcimus multa prouidentia circumſpectum, magni conſilij, & eximia probitatis, ac pacis amatorem, legeque natura, & ſui clari Hiſpaniarum regni contemplatione generis, ad pacem, & quietem Caſtella & Legionis regnorum aſpirare exhorteris, vt chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Siciliæ Regem illuſtrem, eius natum, principes, duces, marchiones, comites, barones, & alios Caſtella & Legionis regnorum prædictorum, eorumque confœderatos, & adhærentes pro ſua prouidentia inducere conetur, quatenus te tanquam pacis nuncium, & ſalutis eorundem indicem nedum omnino affectibus, & promptis conſenſibus admittant, &c. Dat. Roma apud S. Petrum anno incarnationis dominica* MCCCCLXXV. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* V.

b Ib. pag. 80.

Iuſſus hortari ad pacē Aragonū Rege & filiū Ferdinandū.

17 Contenderat c initio Ioannes Rex Aragonum Caſtellæ & Legionis ſceptra ſibi deferenda, ac fœminas ſolio excludendas: ſe itaque, vt proximum ſanguine Caſtellano ſatum principem, ad id regnum euocandum; ſed cum pluribus exemplis conuictus eſſet, fœminas Caſtellanum ſceptrum geſſiſſe, tuenda Ferdinando filio vxoris iura reliquit. Nec defuere illum inter & Iſabellam diſſidia, cum hæc Caſtellani regni apices cum ipſo partiri nollet, ac duarum Reginarum Neapolis exempla proferret: ſed ita eā lis compoſita eſt, vt in literis publicis ad ſeruandum viri decus Ferdinandi nomen Iſabellæ præferretur; in gentilitio autem ſtemmate Caſtellana inſignia, vt dignitate auguſtiora dextera parte, ſiniſtra Aragonia locarentur. Cæterum refert

Oborta inter Ferdinandū & Iſabellam diſſidia.

Qua lege compoſita,

Digitized by Google

a Surit. lib. annal. 19. cap. 38.

Ferdinandus & Iſabella deferunt Sixto obſequia.

fert Surita a, Ioannis Regis Aragonum, tum Ferdinandi, & Iſabellæ oratores ampliſſimos hoc anno Romam acceſſiſſe, vt Sixto IV. veluti ſummo Chriſtianorum antiſtiti fidem obligarent, ac primum quidem Luſitanum, Gallicum, Imperialemque oratores interceſſiſſe, ne Ferdinandi & Iſabellæ vt Regum Caſtellæ oratores admitterentur, ne inde Pontifex Ioannæ & Alfonſi iuri detraheret: ſed tunc a Sixto inſtauratam fuiſſe ſanctionem, quam auctor ait primum in concilio Viennenſi a Clemente V. conceptam, deinde a Pio II. in conuentu Mantuano promulgatam, qua ferebatur nullum iura Romanis Pontificibus nouum conferri principibus, ſi quos forte appellaſſent Reges controuerſi alicuius regni aut principatus, eorumue oratores vt regios excepiſſet. Eam nos ſanctionem editam a Ioanne XXII. cum inter Robertum Bruſium, qui Scoticum ſceptrum rapuerat, ac Regem Anglorum diuturnum bellum ſedandum ſuſcepiſſet ſuo loco annalibus inſeruimus b.

Inſtaurata conſtitutio nullum conferri iura Pont. ex titulo dato.

b Annal. to. 1320. n. 41.

18 Admiſſos porro a Sixto Ferdinandi & Iſabellæ oratores, ac magnifice habitos tradit idem Surita. Interea horum partes in Caſtella magis confirmatæ, ac Zamora Alfonſo erepta eſt c, tum ingens victoria de Luſitanis a Ferdinando ad Torum parta d, adeo vt Alfonſus ipſe, cum res ſuas acerbiores experiretur, in Gallias ad eliciendum a Ludouico Rege auxiliarem exercitum ſe contulerit e: ſed eo abſente res ipſius ad exitium proniores in dies fuerunt: petiiſſe vero Gallias temerariis oratorum ſuorum promiſſis eluſum refert Comineus f, cum ſperaret acceptis Francorum copiis per Nauarram irruptionem in Caſtellam moliri, cum aduerſa parte contiguas Luſitaniæ plures vrbes teneret. At de his hactenus, nunc reliqua ad Caſtellam ſpectantia adiungemus.

Luſitani a Ferdinando victi.

c Marian. l. 23. c. 9.

d Id. c. 10.

e Id. c. 12.

f Comin. in c. ro Lud. XI. c. 91.

Alfonſus Rex Luſit. vanis promiſſis a Gallo deluſus.

19 Conceſſerat Martinus V. Ioanni Caſtellæ Regi, ac ſucceſſoribus, vt bellum in Saracenos Granatenſes vrgeret, atque Hiſpanias Mahumetica lue vindicaret, tertiam obuentionum partem eccleſiarum parochialium Caſtellæ & Legionis, quæ iiſdem reficiendis ſacris ædibus addictæ erant: veritusque ne vlla alia in re, quam in amplificatione fidei collocarent, ac ne flexu temporum Caſtellæ Reges in eas tertias ius ſibi arrogarent, ſanxerat vt, recurrente quoque vigeſimo anno, partim in templorum ornatum ſartaque tecta, partim in ærarium pontificium deriuarentur: ſed cum Reges huiuſmodi eos eccleſiaſticos cenſus ad alienos vſus auerterent, atque etiam templa ſacra diruta in pluribus locis iacerent magno religionis damno, Sixtus Martini donationem reſcidit g hac de cauſa.

Martini donatio Caſtellæ Regibus facta reſciſſa a Sixto.

g Reg. 2. legationū pag. 74.

20 *Sixtus, &c.* Cum, ſicut facti euidentia manifeſtat, tam Ioannes quam eius heredes, & ſucceſſores Caſtellæ, & Legionis regnorum Reges, qui pro tempore fuerunt, quod dolenter referimus, cauſantibus guerris, quæ in regnis ipſis Caſtellæ & Legionis inter ipſos, heredes, & ſucceſſores, ac regnorum eorundem principes, & barones ab accepto laudabili opere lucrifactionis animarum infidelium, & dilatationis fidei, reductioniſque regni Granatæ ſub eorum ditione & obedientia, & ad Chriſtianæ religionis, & fidei cognitionem iamdiu deſtiterint, & huiuſmodi tertiarum prouentus in præmiſſam piam fidei cauſam integraliter conuertere, & in fine vigeſimi anni a die datarum literarum prædictarum vnam illarum partem eccleſiarum parochialium prædictarum rectoribus in earum fabricam, & reparationem per eos conuertendam, & reliquam cameræ præfatæ conſignare, vt tenebantur iuxta literarum prædictarum continentiam penitus omiſerint, &, quod deterius eſt & dicere pudet, in diuerſas perſonas ſæculares, & loca profana, & eccleſiaſtica per partes transferre, & perſonæ ipſæ penſiones illas etiam poſtmodum ſubdiuidere, & in alios alienare non formidarunt, non ſecus quam ſi prouentus prædicti patrimonialia Regum eorundem bona fuiſſent, contra literarum prædictarum continentiam & tenorem, & animarum ſuarum, fideique præfatæ præiudicium; cumque ex eccleſiis parochialibus Caſtellæ & Legionis regnorum prædictorum, ad quas prouentus huiuſmodi pertinent, nonnullæ ſtructuris, & ædificiis earum, pro quorum conſeruatione prouentus prædicti deputati fore noſcuntur, in terram proſtratis ſolo æquatæ exiſtant, ita vt vix earum veſtigia cernantur, & aliquæ adeo miſerabili ruinæ ſubiaceant, vt in eis nequeant diuina officia commode celebrari, reliquæ vero in ſe collapſæ ad manifeſtam ruinam tendere dignoſcantur, in diuinæ maieſtatis offenſam, animarum parrochianorum dictarum eccleſiarum non modicum præiudicium, pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum; &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXIII. *kal. decembris pontificatus noſtri anno* V. At media huius auri ex tertiis redigendi pars a Sixto in ſumptus belli ſacri aduerſus Turcos deriuata a eſt. Hæc de Caſtellanis rebus dixiſſe ſatis ſit.

Quæ cauſæ fuerint.

Sacra templorum vectigalia in alienos vſus auerſa.

Templa ruinis deformata.

a Ibid.

21 Nec quietæ erant Aragoniæ res, cum Galli Ruſſinonenſem comitatum repeterent, quos Perpinianum ſuæ ditioni reſtituiſſe, perdomitis iis, qui ad Ioannem Regem defecerant, narrat Hieronymus Surita b. Porro prædicto Franco nuntio data eſt a Sixto prouincia c, vt in Aragonia ſacerdotiorum decumas cogeret ad expeditionem in Turcas conficiendam, quæ hac verborum formula conſignatæ ſunt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXV. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* V.

b Surit. l. 19 cap. 20.

c Regeſt. 2. legationū pag. 78.

22 Conuenere d hoc anno Ioannis Regis Aragonum oratores cum aliis fœderatorum Italiæ principum oratoribus, vt de ſacro bello decernerent ad retundendam ingraueſcentem Mahometis tyrannidem, ferendaque auxilia Matthiæ Regi Hungariæ, qui centum militum millia in Turcas ducere ad Vvalachiam ſibi aſſerendam meditabatur, ne vlterius Mahometes proferret imperii Othomannici fines e. Miſerat f is ineunte anno ad Sixtum ampliſſimos oratores, qui ei regio regnique nomine obedientiam deferrent, ipſumque ad bellum ſacrum in Chriſti hoſtes decernendum incitarent, vt diaria conſiſtorialia referunt: *Datus eſt*, inquiunt, *hodie*, nimirum die XXIII. ianuarii MCCCCLXXV. *ſenatus Hungarorum legationi*. Mandatorum ſumma hæc fuit: *Obedientiam laudauerunt, quæ vicario Chriſti debetur: Matthiam Regem extulerunt, quod armis, & religione, & reuerentia Romanæ ſedis excelleret.* Et infra: *Regem & regnum in officio Romanæ ſedis dixere, obedientiamque ex conſuetudine obtulere: extrema orationis pars deplorationem habuit Chriſtianæ religionis, quæ hinc a Mauris, inde a Saracenis, ex ſeptentrione a Tartaris, multis ex locis a Turcis in anguſtum deducta ſit: quo loco contentiore voce, quæ exaudiri vndique poſſet,*

d Sur. l. 19 cap. 38.

e Franc. Caputaq. lit. in m. ſ. Vall. bibl. pag. 190.

f M. ſ. tern arch. Vat.

Mathiæ Regis ad Sixtum legatio.

his

his verbis ad eam tuendam exhortati ſunt Xyſtum, Imitare, imitare diuinum illum Pium II. fidei catholicæ vindicem. Et non multis intermiſſis, cum verba eadem repetijſſent, finem fecere. Fuerunt legati Veſprimienſis præſul, & Ioannes inter Sclauos banus.

23 Interea contigit inopinatum Theodoſiæ nobiliſſimæ Genuenſium in Taurica Cherſoneſo vrbis, quæ vulgo Caffa dicebatur, celebratiſſimumque erat omnium nationum emporium, excidium, de qua antea mentio facta eſt, quamque Laudiuius eques Rhodius certis acceptam nuntijs in literis ad Iacobum Cardinalem Papienſem datis his verbis deſcribit a: *Nuper in Tauricam Cherſoneſum ingenti claſſe comparata nauigauit, & cum legiones militum in terram expoſuiſſet, inſperato Scythas aggreſſus atque vrbem Theodoſiam, quæ nunc a barbaris Caffa appellatur, Ianuenſium coloniam, magna vi cœpit oppugnare: Rex ipſe vero Scytharum tanta belli mole oppreſſus, cum mille & quingentis equitibus in vrbem ſeſe recepit: cæteri vero, qui in aciem educti fuerant, militum proditione ad Turcum deſciuere. Itaque nulla pugnandi intermiſſione oppidanis facta diebus quatuor, & totidem continuis noctibus, exercitu propius admoto, pergit obſeſſos expugnare. Pars vero ciuium, qui ſeſe intra vrbis vallum, ac mœnia tutabantur, cum vim hoſtium ingruentem ferre diutius non poſſent, ab obſidione liberari apud magiſtratus ſuos flagitabant: reclamantibus illis: ſeditio orta eſt. Itaque oppidani proditione facta ſeſe mox hoſti dediderunt.*

a Apud Papie. ep. 654 Ang. Iuſtin. lib. 5. Bizar. hiſt. Genuen. lib. 14. Folie. l. 11 Michou. l. 4. c. 70. Crom. l. 28 Bonfin. l. 4 decad. III

Mahometis expeditio in Tauricã cherſoneſum.

24 *Turcus vero poſt vrbis captæ victoriam cum ingentia quadam militibus ſuis diuiſiſſet, mox ad omnia ſuppliciorum genera in captiuos animum conuertit: itaque impetu facto ex licentia ferro deſæuire barbari cœperunt; quotquot enim obuiam excepti, multum gladijs trucidabantur: nullus fuit in captiuos miſericordiæ locus, nulla in Deum pietas, & religio, nullum etiam crudelitatis genus omiſſum: alij quidem inexcogitata ſuppliciorum genere torquebantur, alij inter varios cruciatus miſerabili fato exanimati ſunt, nonnullos vero ad necem vſque verberibus cædi Rex ipſe imperauit: conſulem quoque ipſum, atque vrbis prætorem capite truncauit; patritios vero omnes, & vniuerſum quidem ſenatum ferro aggreſſus eſt, ciues etiam ex ſenioribus trecentos ad vnum interemit: mox in reliquam plebis multitudinem furore debacchatus audires teneros infantium vagitus, & triſtes parentum lachrymas, atque vrbe tota ſæuos paſſim matrum vlulatus. O quam triſte omnibus ſpectaculum fuit in tanta vrbis atque hominum ſtrage vbique morientium gemitus, & opem implorantium vota exaudire! Sed Turcus multo ferocior ad omnia ſtetit immobilis, nec vnquam oculos ad miſericordiam deflexit: ſed contempta Dei religione tam immane facinus aggreſſus, vt humana ſimul & diuina peruaſerit; non aris ille ſanctorum pepercit, non templis maiorum, non pueris denique, nec virginibus, quos ſatellitum manibus attractos in conſpectu parentum iuſſit occidi: matronas quoque nobiles, & iam ſenio confectas nullo ſexus diſcrimine habito trucidari imperauit: itaque nullus ſuæ crudelitati modus. Poſtea vero præſidijs militum in vrbe capta diſpoſitis, ipſe omnem Ponticæ maris oram claſſe depopulatus, hinc ad Getas, qui trans Danubium incolunt arma conuertit, vt arcem eorum munitiſſimam expugnaret, & iam caſtra admouit; huic tamen ab oppidanis in dies acrius reſiſtitur, vt incertum ſit ad quos potius victoria declinet.*

Caffenſes ſeſe hoſti prodidere.

In eos exercita omnis ſæuitia.

Aræ & ſacra omnia prophanata.

Pontici maris ora euaſtata.

25 *Habes igitur infelicis belli exitum, quod nuper in Taurica Cherſoneſo geſtum eſt; quid enim grauiora expectamus? quotidie maiora quidem Turcus in Chriſtianos molitur, & incredibili exercitu comparato bellum renouauit, vt in Italiam claſſe trajiciat, atque de inſulis Ægei omnibus actum, ſi vera ſunt, quæ nobis quotidie formidoloſa nunciantur. Quid facimus igitur Chriſtiani? quid in tanta belli mole dormitamus? tanquam nihil ad nos ſpectet? nemo eſt, qui tantæ cladis meminerit, quanta viginti fere ſuperioribus annis accepimus. Vbi vis illa animorum eſt, quæ olim maioribus noſtris fuit? vbi nominis Latini maieſtas? vbi denique bellica, &c. Rhodi kal. auguſti* MCCCCLXXV.

Sumpta a Mahomete debellandæ Italiæ conſilia.

Per tot clades excitari nequeunt Chriſtiani.

26 De Caffenſi clade meminit Turcogræca hiſtoria poſt Euboeam a Mahomete exciſam: *Haud multo poſt*, loquit, *expeditione ſuſcepta Caffam capit, Theodoros, & Gochiam, & omnem circa regionem ſine vlla dimicatione: inde colonos in vrbem deduxit, nullo modo enim iſte teter hoſtis quieſcebat: Chriſtiani generis depopulator, ſed ouium inſtar infelices Græcos annuatim agebat, alios vendens, alios cuiuis volenti donans: ea fuit tolerantia & permiſſio Dei.*

Gochia potitus Mahometes.

27 Effloruerat tot ac tantis opibus amplitudineque Caffa, vt Præcopenſes ſiue Tauricani Imperatores circumiectas Caffæ regiones a Genuenſi magiſtratu ius petere iuberet, nec ſatrapam iiſdem præficerent, ni Genuenſes illum communibus ſuffragijs deligerent. Cum vero Eminecus ſatrapa Tartarus agri Caffenſis imperium accepiſſet, alter ſatrapa nomine Seitac vrgente matre arrogantiſſima fœmina Genuenſem conſulem & reliquos magiſtratus auro ſubornauit a, vt illi Eminecum memoratum initi cum Turca fœderis confiſto crimine apud Præcopenſem imperatorem accerſerent, ac necandum expoſcerent: quibus calumnijs circumuentus Eminecus principatu deiectus, fuga vitæ conſuluit; Seitac vero Genuenſium, qui exquiſitiſſimis ſceleribus augebant opes, ſtudijs ad principatũ euectus eſt: ſed facinus haud diu impune manſit; Eminecus enim Aydar ſultani ope fretus aduerſus Caffenſes ſigna extulit, Turcarumq. Imperatorem ſpe ampliſſimæ prædæ allexit, vt Latinũ nomẽ ex Pontica ora excinderet. Miſſus itaque, eſt a Mahomete baſſa Achomat, qui inſtructa quadringentarum & octuaginta duarum nauium claſſe exercitum cum Tartaris coniuratis iunxit, tantiſque molitionibus die nocteque vrbem vrſit, vt Genuenſes magiſtratus exterriti claues vrbis voluntariam facturi deditionem barbaro tranſmiſerint: Vbertus vero Squarciaficus ſcelerum & Caffenſis excidij auctor adacto per gulam vnco ferreo ſtrangulatus eſt.

Ex flagitio Genuenſiũ magiſtratuum clades emerſit.

a Aug Iuſtinian. l. 5

Quanta claſſis cõflata a Turcis.

28 Ante hanc Caffenſem cladem Matthias Pannoniæ Rex Turcas, qui ad Saui ripas munitiſſimam arcem contruxerant Sabats nomine, ex qua in vniuerſum regnum excurrere parabant, repetitis pluribus impreſſionibus hoſtilibus expugnauit b, antequam Turca auxiliares copias ſubmittere poſſet. Partam etiam hoc anno ineunte a Stephano Palatino Moldauiæ pulcherrimam de Turca victoriam, narrant Cromerus c & Bonfinius d, quam ex Michouia ſuperiori anno retulimus. At licet ijs victorijs retardati ſint barbarorum conatus, haud tamen latius imperij Chriſtiani fines prolati ſunt.

Sabatia arx a Mathia expugnata.

b Michou. l. 4. c. 70. Bonfin. l. 4 dec. 3.

c Cromer. l. 28.

d Bonfin. l. 4. dec. 3.

29 Dum vero ob Chriſtianorum ſcelera infenſum diuinum Numen ipſos a Turcis deleri permittebat, parte alia gentes barbaræ euangelica luce piorum ſacerdotum opera colluſtra-

bantur; etenim miſſus erat a Sixto Papa amplìſſima inſtructus auctoritate Alfonſus Bolanus Minorita ex eorum familia, quos conuentuales vocant, ad religionem in Canarijs inſulis, & Africæ Aſiæque oris maritimis propagandam; cumque in dies amplior paganorum numerus ad ſacra baptiſmalia conflueret, ſanxit Pontifex, vt cum Franciſcanus ordo præcipue ad euangelium apud barbaros diſſeminandum conditus fuiſſet, Alfonſus ac ſucceſſores ſexdecim viros religioſos ex Franciſcana familia, quæ arctiorem diſciplinam profitebatur, in quatuor Hiſpaniæ prouincijs in laborum ſocietatem admittere poſſent, quamuis petita a præſulibus eundi ad gentes facultas denegaretur. Cum autem a Paulo II. edictum eſſet, ne ij, qui conuentuales dicuntur, alios, qui ad aſperioris vitæ normam ſe obſtrinxere, in ſuis ædibus exciperent, ne religioſæ diſciplinæ ſplendor in eo ordine defloreſceret, Pauli ſanctionem ob dictæ cauſæ æquitatem Sixtus irritam fecit; cui diplomati hæc temporis nota adiecta eſt. *Dat. MCCCCLXXV. III. non. ſeptembris pontificatus noſtri anno V.* Collectam ab illo vberem animarum meſſem proximo anno dicetur.

Religio apud Canarienſes propagata.

a l. ib. bull. 20 pag. 17

Miſſi ad eos Franciſcani.

30 Hoc anno intendit litem Venetis de Cyprio regno apud ſedem Apoſtolicam Ludouicus dux Sabaudiæ, ſed irrito euentu, cum illius cauſæ cognoſcendæ difficultatibus pontificius ſenatus ſe non implicuerit; de quo hæc leguntur in diarijs conſiſtorialibus b: *II. martij MCCCCLXXV. petierunt in ſenatu oratores ducis Sabaudiæ, vt inter Ludouicum Sabaudienſem Regem Cypri eiuſque vxorem, Venetoſque aduerſos id regnum tenentes iudicium inſtitueretur. Dati ſunt patres nonnulli, qui audirent plenius Sabaudienſes, & referrent ad ſenatum.* Poterant grauiſſima tum, vel ex cauſæ cognitione, vel ſententiæ in ea ferendæ occaſione in rem Chriſtianam mala redundare, ac periculum imminebat ne, dum Veneti & Sabaudi Cyprum armis ſibi vindicare niterentur, barbarus vtrumque Cypro depelleret.

b M. I. tom. arch. vat. de rebus geſtis Sixti IV. Pont.

31 Porro de Cyprijs rebus narrat Stephanus Luſinianus c, Iacobum Cypri tyrannum a Catharinæ Corneliæ Reginæ conſanguineis veneno ſublatum fuiſſe; quod ſupra indicatum eſt cumque Carola ad Sixtum IV. confugiſſet, ſcripſiſſe Sixtum ad Cyprios, mirari ſe pulſa Regina Carola iuſta herede, Iacobum veneno fuiſſe interemptum a Cornelio & Bembo, eoſque regno potitos, commotamque propterea ſeditionem, atque a Cyprijs coniuratis eos interfectos: verum Venetos in arcibus ſe continuiſſe, donec ſuppetiæ ipſis afferrentur. At Petrus Iuſtinianus d ſcriptarum a Sixto literarum non meminit: tradit vero Carolam rogaſſe Venetos oratorum opera, vt Cyprium regnum ſibi, vt iuſtæ heredi, vita functo Iacobo iniquo regni inuaſore, Venetis armis, veteris amicitiæ memores, reſtituerent: illos autem reſpondiſſe Catharinam defuncti Regis coniugem Veneti ſenatus per adoptionem filiam eſſe: gerentique vterum relictæ viduæ deeſſe non poſſe: tum vero Ferdinandum Neapolitanum Regem de Cypro comparanda clandeſtina conſilia agitaſſe dato filio e Iacobi defuncti tyranni filiæ, propterea que aduerſum Venetos ab Hiſpanis, qui inſulam incolebant, & Cyprijs coniurationem factam, atque Andream Cornelium & Marcum Bembum trucidatos, appellente vero Famaguſtam cum claſſe Mocenico de coniuratis ſumptum ſupplicium fuiſſe, alioſque in ſuſpicionem vocatos exilio damnatos: arcibus autem, delectis aduerſæ factionis præſidiarijs, Veneti nominis milites fuiſſe præpoſitos: Carolamque ad Ægypti ſultanum confugiſſe, vt ab eo in regnum reſtitueretur, ac ſpretas eius preces fuiſſe.

c Steph. Luſinian. hiſt. Cypr.

Cornariæ reginæ patrui interfecti a Cyprijs Veneti ſe in arcibus continent.

d Pet. Iuſtinian. l. 9.

Cyprus a Ferdin. Neap. affectata.

Veneti aduerſarios eijciunt.

Carola ad Ægyptium cõfugit ac ſpernitur

32 Cum vero plerumque Chriſtianos principes inter ſe de regnis, vel principatibus certare, eoſque ſedem Apoſtolicam adire, vel oratores ad eam mittere, titulisque controuerſis, ac honoribus affici contingat, inſtaurauit Sixtus Clementis V. Ioannis XXII. & Pij II. ſanctionem, qua ſtatutum fuerat, ne ex honorificis appellationibus, vel ampliori gradu ijs conceſſo a curia Romana quippiam alicui addatur, vel alteri detrahatur.

Ad perpetuam rei memoriam.

Hac in perpetuum valitura, & irrefragabili conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & ordinamus quod, ſi qui pro Regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, aut in aliqua alia ſimili, vel diſſimili dignitate conſtitutis a nobis, & Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris recepti, nominati, aut tractati fuerint verbo, facto, ſeu literis, in publicis, vel priuatis conſiſtorijs, aut alias tam per ſe, quam per eorum oratores, ſeu nuntios, vel procuratores, aut ipſimet ſe nominauerint, & ab alijs quibuslibet pro talibus nominati, recepti, vel tractati fuerint, ſi perſonaliter aut per eorum oratores, nuntios, vel procuratores in capella apoſtolica, eccleſijs, conſiſtorijs, conuentionibus, proceſſionibus, ſeſſionibus, vel alijs quibuslibet actibus collocati, vel ad præſtandum obedientiam admiſſi extiterint, etiam coram nobis, ex huiuſmodi receptione, obedientiæque exhibitione, & acceptatione illius, nominatione, tractatu, locorum aſſignatione, & ſimilibus actibus, nullum ipſis ſic receptis, nominatis, tractatis, & collectis, vel admiſſis, in regnis, ducatibus, principatibus, marchionatibus, comitatibus, & alijs dignitatibus huiuſmodi ius quomodolibet de nouo acquiratur, nec alijs ius habentibus præiudicium aliquod inferatur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXV. kal. februarij pontificatus noſtri anno IV.*

33 Inſignita hoc anno eſt Aucnionenſis eccleſia archiepiſcopalis dignitatis titulo, illiq; obnoxij eſſe iuſſi ſunt Cauaillicenſis, Carpenctoratenſis, & Vaiſonenſis epiſcopi, qua de re diploma a Sixto editum eſt a hac nota loci, ac temporis conſignatum. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXV. XI. kal. decembris pontificatus noſtri anno V.* Extant quoque de eodem condito archiepiſcopatu literæ b ad epiſcopos ipſos Cauallicenſem, Carpenctoratenſem, & Vaſionenſem, quibus ab archiepiſcopi Arelatenſis, cui etiam tum paruerant, imperio liberi, ac ſoluti renuntiantur, ab Aucnionenſi vero iura petere iuſſi ſunt.

Aucnio archiepiſcopali apice decorata.

a Sixt. reg. 1. legation. pag. 101.

b Ib. pag. 103.

34 Eodẽ anno Sixtus ad implorandam precibus beatiſſimæ Virginis diuinam opem aduerſus ingraueſcentem infidelium Eccleſiam opprimentium tyrannidem, inſtaurauit recolendum ſolemni celebritate ſacrum myſterium, quo illa poſt conceptum in virginali vtero Chriſtum, Numinis impulſu Elizabetam ſalutatura conuenit, de quo ad præſules datæ encyclicæ literæ c, in quibus inſignia Deiparæ encomia, & ſacri huius inſtituti cauſas delibabimus.

Fideles ad Virginis opem implorandam contra Turcas excitati.

c Sixt. IV. bulla, l. 16 pag. 293.

Vere-

Digitized by Google

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & alijs vbilibet conſtitutis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus quatenus feſtum viſitationis huiuſmodi cum ipſius octaua, officij ad ipſius laudem & gloriam nouiter inſtituti recitatione ſingulis annis ſexto nonas iulij deuote & ſolenniter celebretis, ac faciatis in ſingulis ciuitatum & diœceſum veſtrarum eccleſijs ab omnibus celebrari, & proprium ipſius diei officium antedictum de verbo ad verbum præſentibus myſterij deuotione, & attentione congruis decantari. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi vniuerſis, & ſingulis tam clericalis ordinis profeſſoribus feſtum huiuſmodi celebrantibus, atque nouum officium ipſum decantantibus ſeu recitantibus, quam alijs vtriuſque ſexus fidelibus horis canonicis feſtiuitatis, & octauæ prædictis intereſſentibus, tamen vere pœnitentibus, & confeſſis, pro ſpeciali remuneratione, & animarum ſalute indulgentias duximus concedendas.] Subiungit Sixtus precum horariarum in ea celebritate peragendarum formulam ſuis conceptam verbis, decretique illius in homilia [a], edita, rationem reddidit.]

Feſtum viſitationis inſtauratum.

a Eod.l.16

35 *Imminente tunc in Eccleſia Dei magna quadam ſciſſura, quæ Chriſti membra varijs ſub pontificibus, & longo quidem tempore vehementer afflixit, non ab omnibus vniuerſim ſuſcepta feſtiuitas eſt, nec potuit in eccleſiarum notitiam ſingularum tam ſancta atque ſalubris inſtitutio peruenire: neque officium fuit pſallendi in eccleſijs ordinatum, quod, vt par erat, tanta feſtiuitatis myſteria rationibus congruis, & verbis ſufficientibus explicaret. Quas ob res Sixtus huius nominis quartus Romanus Pontifex, cui ea vel maxime deuotio cordi eſt, inuiolatæ Virginis feſta ſacris condecorare muneribus, pietatemque fidelium ad ea celebranda indulgentiarum elargitione prouocare, ad exornandam feſtiuitatem iſtam pietate religionis accenſus ſedulo conuertit affectum: cogitauit namque quemadmodum Eccleſia Chriſti, quæ ſibi regenda credita eſt, & cuius typum gerebat Elizabeth, ſpiritu fœcundata diuino, vtero ſuo fideles omnes cultu paritura concipiat, quam proh dolor! in præſentiarum publicus, ac impiiſſimus hoſtis rabie immoderata deſæuiens a Chriſto prorſus auertere nititur, vel ſi auertere nequeat, extinctis in vtero fœtibus eius aut abortis, ferro atque igne populatam contendit delere de terra. Is enim tanquam vrſus inſidians factus eſt illi, ac ſicut aper qui de ſilua infidelitatis exiliens vineam Domini exterminare molitur: vinea autem Domini, ipſa inquam Eccleſia eſt, quam, propheta teſtante, ſuper filiu Dei homine facto altiſſimi dextera complantauit. Hanc igitur diro atque cruento ore, quoad poteſt, fera illa depaſcitur, nec ceſſat in dies pluri morum cæde filiorum quaſi nouis eam vulneribus ſauciare, cum vna ſola via ſalutis reliqua eſt vnicumque remedium vitæ, ſi videlicet ad hanc reuiſendam calcatis montibus, qui rabido furore tumentes nomini Chriſtiano infeſti ſunt, Maria vel iam euixa diuinum patrocinium nobis præbitura deſcenderit. Si enim vox ſalutationis ſuæ in aures Eccleſiæ perſonauerit, exultabunt profecto proles in vtero eius, & expiata peccatis præ gaudio ſalientes in occurſum Domini etiam obituri ſub hoſtibus mortem vltro cruentum currumpet. Mater vero ipſa toto orbe terrarum longe lateque diffuſa, Spiritu ſancto repleta, pro filiorum fide atque conſtantia in laudes Domini ſacrata ora reſoluet,*

Ope Virginis victæ omnes perſequutiones.

ſciens quoniam Chriſti militibus ipſum vinci vincere eſt, & cum videntur ſuccumbere, tunc maxime glorioſos reportant de hoſte triumphos.

36 *Hæc itaque Sixtus Pontifex maximus ſedulo animaduertens, omnium B. Virginis feſtiuitatem hanc vnam merito præcipuam exiſtimans, cui pro ratione myſterij, & ſignificatione Sacramenti ad implorandum eius auxilium imminentibus Eccleſiæ neceſſitatibus præ alijs conueniret. Quamobrem pia, ac religioſa deuotioni de filiorum ſalute ſolicitus auctoritate apoſtolica vniuerſis eam eccleſijs cenſuit inferendam, & omnibus, qui illam cum deuotione ſuſcipient, & quotannis Chriſtiana pietate celebrarint atque coluerint, ſi tamen primum lachrymis, ac pœnitentia ſalutari errata diluerint, de illius miſericordia & largitate confiſus, cuius vices in terris gerit, ſingulis intereſſentibus vtriſque veſperis matutiniſque, & miſſa diei ſolemni pro ſingulis prædictarum horarum quinque annos, & totidem quadragenas: centum vero dies pro vnaquaque reliquarum horarum de vna indulgentia, & peccatorum remiſſione conceſſit, & ne octaua fructu ſpiritualis commercij fraudarentur, dimidium earum indulgentiarum, quas in die conceſſerat, in ſingulis etiam octauarum diebus vberioris gratiæ largitate diſtribuit, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXIV. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno IV.*

37 Eodem anno ingens ſcelus Tridenti eſt patratum a perfidis Iudæis, qui puerum Chriſtianum nomine Simeonem furto ſublatum occulte, dum paſcha celebrabant, excarnificarunt, cuius martyrijs hiſtoriã Ioannes Tiberinus a eodem anno ſcripſit his verbis: *Circumfuſi omnes veſtem ei ad vmbilicum & cubitos vſque verſu ordine detraxerunt, colligenteſque fluentem tunicam ſuccinxerunt lateri, ita vt a femore vſque ad talos detractis caligis nudaretur, & apprehendens ſudarium Samuel, quod eius pendebat a cingulo, colloque circumuoluens comprimebat puerum, ne vagitus effunderet, alij vero manus pedeſque continebant. Tunc euaginatu Moyſes cultra ſummum virga perforauit infantis, correptaque forfice cæpit maxillam dextram iuxta mentum dilaniare, & particula carnis abſciſſa in patera ibi crateve repoſuit. Colligebant aſtantes ſacrum ſanguinem, & alterno ordine forfice porrecta quilibet ſibi fruſtulum viua carnis excindebat: ſic fecerunt omnes primi, donec vulnus oui rotunditatem multum excederet: & ſi quando, cedente laqueo, puer gutture perſtrepebat, admotis crebro manibus ad os illum crudeliter ſuffocabant. Hoc Moyſes ita peracto dexteram tibiam confeſtim eleuauit infantis, eamque ſuis ſuper genibus ſtatuens aggreditur exteriorem partem, quæ inter canillam, & cruris muſculum interiacet, ſimiliter eodem ferro conuellens, & capta forfice viciſſim carnem viuam vino cum ſanguine lacerabant. Poſtmodum ſæuiſſimus ſenex ille tanti ſceleris caput ſemimortuum erigens infantem petijt Samuelem a ſiniſtris pueri ſecum conſidere, & vterque ſanctiſſimi illius brachia inſtar crucifixi violenter extendentes hortabantur reliquos, vt ſacrum illud corpus duris acubus infoderent. Collecti ergo omnes circum, incipientes a vertice vſque ad plantas illum denſis ictibus perforabant, dicentes: Sicut Ieſum Deum Chriſtianorum, qui nihil eſt, trucidemus iſtum, ſic inimici noſtri confundantur in æternum. Iam pluſquam per horam miſerandus puer terribili durauerat in ſupplicio, & interdicto ſpiritu collapſis viribus deficiebat, attollens graues oculos in cælum, ſuperos aduocari videbatur in teſtes, & inclinato capite ſanctum Domino reddidit ſpiritum.* Et infra: *Tunc Moyſes, & omnes reliqui oculos, & palmas eleuantes in cælum egere gratias Deo, quod de Chri-*

Iudæorũ immane facinus in puero Chriſtiano.

a Apud Sur. mart. Sabel. l. 10 Enn. 7. Lang in chro. Citiz. Cauſ. antiq. lection to. 6. pag. 1283. Nauc. gen 50 Palme in chron. & alij.

ſtianis vindictam ſimul, & ſacrificium obtuliſſent, relictoque illic corpore cum plauſu, & clamore maximo ſumma per tecta diſcurrentes ineffabilem lætitiam percepiſſe demonſtrarunt.

Pateſfactum ab ipſis Iudæis.

38 Subdit auctor, vt recurrente proximo ſabbato martyris corpuſculum in menſa, ad quam ſuperſtitione Iudaica ſuas preces occinere conſueuerant, expoſuerint, deinde anxij de celando crimine ipſimet illud, dum auerre ſupprimere nitebantur, patefecerint: ſacræ autem reliquiæ in templum S. Petri delatæ ſint, ad quas venerandas populorum ingentes concurſus facti fuere, & miracula plurima teſtitutis ſanitati infirmis emicuerunt.

Martyris corpus miraculis inclareſcit.

Rei geſtæ tempus conſignat his verbis auctor: *Natus eſt Simeon, de quo agimus, die veneris VI. kal. decembris anno a partu Virginis ſalutifero LXXII. ſupra millenum quatercentenum ex Andrea & Maria parentibus pauperrimis domino Ioanne Hinderbach IV. pontifice, & domino Tridentino imperante feliciter. Ob quam rem Iudæi omnes a maiore vſque ad minorem in carceribus catenisque concluſi ſunt, non inde receſſuri prius, quam debitas pœnas luant, Tridenti II. non. aprilis MCCCCLXXV.*

Sumptũ de Iudæis ſuppliciũ

Fulſiſſe ipſum in eadem eccleſia Tridentina multis miraculis confirmat chronicon Salisburgenſe, ac Iudæos demum damnatos exuſtoſque fuiſſe.

IESV CHRISTI

Annus 1476.

SIXTI PP. IV. annus 6. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 37.

1 ANno humanæ ſalutis ſexto ac ſeptuageſimo poſt milleſimum quadringenteſimum nona indictione cum immaniſſimus Chriſtiani nominis hoſtis Mahometes capta, vt vidimus, Caffa Genuenſium vrbe opulentiſſima, alia cultorum Chriſti loca terra marique inuadere pararet, iamque infeſta ſigna Italiæ finibus inferret, Sixtus Papa curas apoſtolicas intendit, vt Chriſtianos principes ad illius conatus comprimendos concitaret: atque ideo vt antea, cum primum pontificatum iniit, legationes plures ad Reges miſerat; ita poſtea Iulianum Roboreum S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem ex fratre nepotem in Gallias legauit, vt Ludouicum Regem cunctoſque Gallicæ nationis duces, principes, ac populos, quorum maiores fidei Chriſtianæ tuendæ, ac propagandæ ſtudio plurima maximaque pericula adierant, ad religionis cautam aduerſus impios eius hoſtes propugnandam permoueret. Extat pontificium diploma a, quo Sixtus huiuſmodi prouinciam Iuliano dedit, cuius potior pars infra ſcripta eſt;

Iulianus Robore' Card. in Gallias legatus decernitur.

a Reg. leg. pag. 143.

Iuliano tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinali ad regnum Franciæ, ceteraſque Gallicanas, & illis adiacentes prouincias, & loca A. S. L.

2 Immaniſſimus Turcus nuper munitiſſima, & opulentiſſima ciuitate Caffa Iannenſium ditioni ſubiecta magna Chriſtianorum ſtrage, & bonorum omnimoda direptione occupata, non contentus eadem ciuitate, Hungariam & alia Chriſtianorum regna terra marique inuadere, & oppugnare ſatagit, ac maiora in dies Chriſtianis diſpendia, niſi quantocyus eius occurratur furori, inferre procurat; iamque illius copiæ in Italiæ faucibus videntur ingreſſæ, adeo vt iam amplius cunctandum non ſit, ſed nunc publico, & communi Chriſtianorum diſcrimini expergefactis ſenſibus occurrendum, ne quod parum ſupereſt Chriſtianitatis comparatione eorum, quæ ignauia, vel negligentia, aut verius diſſidentium principum catholicorum diſſimulatione amiſimus, in ſimilem, quod abſit, deueniat ſeruitutem, omnemque operam omnemque modum viribus humanis poſſibilem, per quem ipſius crudeliſſimi hoſtis conatus reprimi valeant, ſine Creatoris offenſa, pro modulo noſtrarum virium adhibere vltro appetimus: & attenta meditatione penſantes chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludouicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, & vniuerſos Gallicanæ nationis duces, principes, & incolas, quorum progenitores pro fidei præfatæ dilatatione, & ampliatione ſæpius elaboraſſe conſtat, inter cæteros credentium nationes ad rem hanc ſumme neceſſariam plurimum poſſe conferre; & quod tu in magnis expertus, & eximia probitate, fidelitate, & ſcientia conſpicuus, & in ardua comprobatus, inter cæteros, diuina tibi aſſiſtente gratia, tuis ſingularibus virtutibus, & ardentiſſimo deſiderio erga fidem præfatamque ſacroſanctam Romanam eccleſiam, omniaque pro tam ſancto tamque pio opere neceſſaria erunt, ſcies & poteris prouide & diligenter deducere, tractare, atque concludere cum eiſdem Rege, ducibus, principibus, & vniuerſa Gallicana potentiſſima natione prædicta, & quod nos circa regimen vniuerſalis Eccleſiæ ſupradictæ occupati per nos ipſos implere non poſſumus, aſſiſtente tibi diuina gratia, circumſpecte, fideliter, & prudenter exequeris, te, quamquam tua præſentia plurimum nobis opportunum exiſtat, de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu Apoſtolicæ ſedis legatum de latere pro huiuſmodi defenſionis orthodoxæ fidei negotio promouendo ad Regem, duces, principes, & barones, vniuerſamque Gallicanam nationem, & illi adiacentes prouincias atque loca auctoritate apoſtolica præſentium tenore creamus, conſtituimus, & deputamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXV. X. kal. martij pontificatus noſtri anno V.*

Expugnata Capha Turca reliqua regna exſcindere parat.

Cõceptæ meliores ſpes ſi Ludou. Franc Rex ſacram expeditionem ducat.

a Ib. pag. 145. ad 196. & a pag. 106. ad 142. b Ead. pag. 145. c Papien. ep. 662.

3 Hactenus Pontifex, qui etiam eundem Iulianum Cardinalem ampliſſimis mandatis inſtruxit a; tum Auenionenſi præfectura, qua iam ante Carolo Borbonio archiepiſcopo Lugdunenſi data fuerat, exornauit b. Obortæ inde aliquæ diſſenſiones cum Ludouico Rege Francorum prouinciam Phocenſem, quæ Renato parebat, affectante, periclitata eſt Auenio c adeo, vt illam culpa Iuliani legati amiſſam, atque in Gallorum ditionem redactam rumor tulerit; ſed ea poſtea de Auenione oborta controuerſia compoſita eſt, Gallique ab eccleſiæ iuribus occupandis ſibi temperarunt. Iulianus vero, præter in Gallijs acceptos honores, nullum eorum, ob quæ miſſus fuerat, ad votum perduxit.

Prouincia affectata a GalloRege. Aueniomenſis cõtrouerſia compoſita.

4 Cæterum ſimile, quod Iuliano in Gallis, onus a Sixto iniunctum eſt Dominico epiſcopo Reatino d in Germania, Hungaria, Polonia, ac Bohemia & circumiectis regionibus, vt nimirum Chriſtifideles earum partium ad expeditionem conficiendam in Turcas ſuis adhortationibus impelleret: quam etiam ob cauſam Lucam epiſcopum Sibinicenſem in Caroli ducis Burgundiæ principatu nuntium creauit, aurumque ſubſidiarium in ſacri belli ſumptus contrahere iuſſit e. At eæ etiam legationes irrito conatu geſtæ. Interim

Dominic Reatin. epiſc. in Germ. & Vng. & Pol. & Bohem. miſſus.

d Reg. a. leg. pag. 13

Promouere ſacrã expeditionẽ niſus.

e Ib. pag. 31.

Digitized by Google

ſim immaniſſimo fragore Turco quingenta militum millia in Moldauiam ſe miſſurum minitante; qua territus fama Iacobus Cardinalis Papienſis hæc ad Franciſcum Cardinalem Mantuanum ſcripſit a.

a Papien. ep.662.

Quingenta millia armatorũ in Moldauiam ducere increbreſcit.

5 *Amplior multo animi ſollicitudo de Turcorum in Moldauos deſcenſu eſt ſuſcipienda: tanta quingentorum millium multitudo, tamque immanis, quem iuſte non terreat? exercitata illa quidem ſic ad noſtra eſt bella, ac ſic flos eius ex noſtris transfugis conſtat, vt merito non manus noſtræ modo, ſed noſtra quoque in nos militaris ſimul pugnet induſtria. Quod moliti ſunt hactenus mari in metu non fuit: littora tantum, & littoribus proxima, claſſe vexantur: ſumma rerum in diſcrimen non veniebant timendum eſt extremum exitium, cum terreſtribus copiis petimur, vtræque certæ non dubio mari barbaræ vires creduntur. Galli, Afri, Gothi, Oſtrogothi, Hunni, & Vvandali, atque id omne genus externorum examinum terra, non mari ad nos irrupere, & miſeram Italiam oppreſſere. Nunquam, Mantuane pater, moueri in Hungaros hæc arma intelligo, vt non totus mente concutiar, atque ante oculos verſetur futura ſors noſtra. Diuino munere datum id regnum Chriſtianis reliquis eſt, vt pro omnibus pugnet, petenteſque nos tempeſtates virtute ſua diſtineat: ſi ſemel (quod Deus ſanctique prohibeant) cedat, plagamque accipiat, qualem inferre victrix barbaries ſolet, quid impediti, quid clauſi interim eſt, vt non illico intercluſi nos, atque ad præſidium ſeri, vel iugulum gladio præbeamus, vel iugo miſerrimæ ſeruitutis colla ſubdamus. Orandus eſt Deus, vt impietatum noſtrarum oblitus memor ſit miſericordiæ ſuæ, detque Chriſtiano nomini, quod ope a Chriſtiana minus ſunt merita. Ego quidem & pendere animo & angi & formidare ante non deſinam, quam intellexero conatus tantos aut fractos prælio eſſe, aut omni tempore diſſolutos.*

Vngaria Chriſtianis impetu propugnaculũ.

Moldan* auro ex indulgentijs redacto adiutus.

b Lib. bull. l.23. pag. 91.

6 Prænuntiata hæc Turcica tempeſtas fuerat Pontifici, qui ſacrum aurum, quod a Moldauis indulgentias lucraturis erogandum erat, Stephano vayuodæ tribuerat b: *Cum*, inquit, *ſicut cunctis palam eſt orbis nationibus, impia Tarcorum gens aduerſus orthodoxam fidem, & qui eam in ſacro regenerationis baptiſmate deuouerunt, & præſertim aduerſus dilectum filium nobilem virum Stephanum vaynodam ducem Moldauiæ, eiuſque dominia, quæ in finitimis ipſorum Turcorum oris ſita ſunt, vt tandem ipſis, ſuæ ſpurciſſimæ tyrannidi ſubiectis, facilior ſibi pateat ad cætera Chriſtianorum loca progreſſus, moliri non deſinunt; & quamuis præfatus Stephanus tanquam verus Chriſtianæ fidei athleta promptus ſit animi ad reſiſtendum ipſorum Turcorum & perfidiæ & incurſionibus, tamen ad tantam rem perficiendam, debitoque effectui mancipandam propriæ ad hoc non ſuppetunt facultates, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXVI. *idib. ianuarij pontificatus noſtri anno* VI.

Pabula a Steph. vuayuoda erepta hoſti.

Tartari ab eo cæſi.

Turcas tumultuario prælio fudit.

7 Non Turcæ modo, ſed etiam Tartari in hunc fidei pugilem coniurarunt, inuaſere enim priores Tartari Stephanum vuayuodam Moldauiæ, qui vt hoſti pabula eriperet illa igne exuſſit, deinde inſtructo exercitu adortus Tartaros eos primo impetu obtriuit, auertitque in fugam, in qua plures quam in pugna trucidauit. In Turcam deinde Danubium nauibus ſuperantem victricia conuertit ſigna, ſtragemque de barbaris edidit: haud tamen arcere traiectu potuit; tum etiam extrema incurſauit carpſitque eorum agmina, qui pabulatum ibant, & quos viuos cepit aut cute exuit, aut ſuffixit palis, vt crudelitatem Turcicam pari crudelitate plecteret. At demum cum illi Chriſtianorum principum deeſſent auxilia, vndique a Turcis circumfuſus, paucis e ſuis deſideratis, fuga ſe ſubduxit, cum tamen hoſtium prope triginta millia ferro deleuiſſet. Inde Turca libere in Vvalachiam peruagatus obuia quæque conſumpſit flammis; vnde cum barbaricus exercitus re frumentaria, & commeatuum inopia laboraret, abſcedere coactus eſt. Quo tempore Matthias Pannoniæ Rex conflato exercitu in eum ſigna extulit, qua re Turca Hungaricæ expeditionis metu fugam ex Moldauia arripuit: qua laude Matthiam commendat Thuroſius a, paucisque interiectis de eiuſdem Regis magnificentia, hiſtoriæ ſuæ finem imponit. Cum vero Matthias ingentes de barbaro triumphos ſponderet, ſi a Chriſtianis pecunia iuuaretur, Pontifex fœderatique Italiæ principes ad illum ducenta aureorum millia tranſmiſere b: ſed eæ ſpes breui euerſæ ſunt, Turcarum enim exercitus ex Boſna medio octobri repente in Chriſtianum irrupit imperium, & Carniolam, Carinthiam, partem Styriæ, Salsburgenſem & Bambergenſem epiſcopatus populatus ad finitimos Italiæ montes penetrauit, ingenteſque fidelium cateruas in ſeruitutem abduxit, Imperatore cæteriſque principibus ſtupentibus, veluti letargo percuſſis: quin etiam Turca quinque arcibus munitiſſimis, quas in Sinderouienſi regione inferiori ad littus Danubij Matthias excitarat, eſt potitus.

Crudelitatem in crudeles exercet. Vualachia ferro flammaq; vaſtata.

a Thuroſ. chron. c.67

Vngaro ſigna mouente diſcedit Turca.

Miſſa ad Matthiã ex Italia ſtipendia.

b Michou. ſup. c.71.

Irrũpunt in Germaniam Turcæ.

Sinderouienſis regio ablata Vngaro.

c Cromer. lib. 28.

d Bonfin. dec.4 l.4.

8 His conſentanea referuntur a Cromero c: Bonfinius d vero cæſos in ſuperiori Myſia ad Danubium Turcas affirmat; tentatam fruſtra a Matthia Rege Synderouiam: exercitata tamen circum fortiſſima propugnacula, dein Dalmatiam, Croatiam, Carniolamque a Turcis magnis cladibus attritas, dumque nuptiæ Beatricis Ferdinandi Regis filiæ maxima pompa procerumque concurſu celebrabantur, Turcam inſtructo triginta millium equitum exercitu concretum glacie Danubium traiecisse, ac Valachiam longe lateque ferro & flammis vaſtaſſe, atque ex omni ætate, & vtroque ſexu quadraginta hominum millia abduxiſſe; tanto autem timore affectum Matthiam ex Turcica potentia ferociaque, vt poſthac nihil in Turcam molitus ſit, ſed ſolum ad tuendum regnum incubuerit. Quod ad Beatricis nuptias attinet, miſſam a Pontifice ad illam fuiſſe coronam refert Cardinalis Papienſis e, ſolemnique pompa apud Albam Regalem illa redimitam tradunt f. Dimiſiſſe tunc Matthiam Draculam illum immanem principem, qui tantam de ſuis, deque Turcis carnificinam fecerat, refert Michouias: ſed cum in Beſſarabiam concitatis equis procurreret, a ſeruo per fraudem capite truncatus perijt.

Variæ Turcarũ excurſiones in Dalmatiam.

Quadraginta millia Chriſtianorũ ex Vualachia abducta.

e Papien. ep.660.

f Michou. l.4. c.71.

Dracula immanis a ſeruo trucidatus.

9 De prædicta Mahumetis in Valachiam irruptione meminit Phranzea, quam proxime poſt expugnatam Caffam anni æſtate contigiſſe conſignat g, menſeque ſeptembri e Valachia victum magis quam victorem diſceſſiſſe, addit, ipſumq; eadem æſtate in Peloponeſum exercitum alium ad Naupactum expugnandum immiſiſſe; *Verum*, inquit, *Deo nos adiuuante, neque Naupactum illo anno ſubegit, nec S. Maurum inuaſit; ſed deſiderio ſuo fruſtratus receſſit.* Quibus conſentit Sabellicus h, & Antonium Lauretanum, cui maris decretum erat imperium, aduerſus Solimanum barbarorum ducem egregiam virtutem explicuiſſe: tentatam inde a Turcis Lemnum, defenſamque vnius mulieris fortitudine, quæ

g Phranza. l.3. c.vlt.

Naupactum a Turca fruſtra tẽtatum.

h Sabellic. Ennea.10 lib.9.

con-

Defenſa Lemnos vnius viraginis virtute.

confoſſum patrem in oppidi porta intuita, iacentia audacter arma cepit, ac tandiu hoſtem ſubeuntem diſtinuit, donec auxiliaris manus illum ad naues multa cum ſtrage repulit, & paulo poſt Othomannica claſſis, imminente Laurentano, in altum nauigauit. Porro Phrantzes poſt Naupactiacam oppugnationem enarratam finem ſcribendi fecit his verbis: *Finis libri præſentis hiſtoriæ ſiue chronici, quem ego conſcripſi nobilibus quibuſdam Corcyræis rogantibus, ne quæ oculis vidiſſem, audiſſem, legiſſem ſilentio premenda exiſtimarem. Ita manu mea hæc conſcripſi, & in religioſiſſimi ſacerdotis Antonij manus tradidi. Lectores per Deum obſecro pro me precentur, ſi quid deeſt, ſenectus mea & corporis in valetudo non ſiuerunt, vt par erat, emendare.* Tuliſſe autem illum Chriſtiana conſtantia ſenij, valetudinis aduerſæ, & extremæ egeſtatis incommoda teſtatus eſt, dum pias haſce preces fudit: *Tempus pœnitentiæ da mihi hic non in futurum, vbi nullus finis, vbi nulla rerum reparatio. Hic igitur cum purgaueris me viſus omnibus hic pertinentibus, ſi me hinc tranſferre digneris, vt non excidam a tuis miſerationibus in ſecundo & horribili aduentu tuo.*

Phrantzis pia oratio.

Manuel Palæolog ad Mahometem transfugit.

10 Non ita diuinum timorem impreſſerat animo Manuel Palæologus minor natu Thomæ obitu Peloponeſi deſpotæ filius, qui cum benigne exceptus a Romana eccleſia, magnificeque cultus eſſet, inexplebili opum voluptatumque cupidine actus ad ſtirpis ſuæ carnificem Mahometem transfugit, de quo hæc Iacobus Cardinalis Papienſis a: *De minore deſpoto equidem, cum adhuc Romæ eſſem, & lamentantem illam audirem, quod ad arbitrium non paſceretur, de eius inertia plane ſum vaticinatus, quod accidit, abiturum illum ad Turcos, quo iamdudum infidelis natura, & inexhauſta cupiditas rapiebat.* De nefaria Manuelis ad Mahometem defectione conſentanea tradit Turcogræcæ hiſtoriæ auctor b, additque donatum a tyranno duabus ancillis elegantis formæ, ac famulis duobus, necnon tenui annuo vectigali, & toparchia ignobili.

a Papien. ep.662.

b Turcogr. hiſt. auct. lib. 1.

Burgundio regiū nomen iterum affectat.

11 Hoc anno Carolus dux Burgundiæ, aſſequendæ regiæ coronæ ambitione æſtuans, cum Maximiliano Friderici Imperatoris filio nuptias filiæ pactus eſt ea lege, vt genero Romanorum regnum decerneretur: ſibi vero ducales apices cum regijs mutare fas eſſet, qua de re conſultam fuiſſe Apoſtolicam ſedem Franciſcus Cardinalis Mantuanus certiorem fecit Cardinalem Papienſem, apud quem hæc extant c: *Fortunet Deus, quod vel ſponſum Cæſari eſt, vel certe a vobis decretum: accepturus æquo animo ſum, quod tibi cordi eſſe cognouero, cum ſine te triſtari, ſine te lætari, pater, non debeam. Grande eſt filiam ducis Burgundorum ipſius Cæſaris filio denupſiſſe, atque illi ſuorum hunc Romanorum regnum expoſci: primi conſilij iudicio meo magna facilitas, ſecundi difficultas non parua.* Contrarium obtigit Maximilianum enim regem Romanorum renuntiatum viſuri ſumus: Burgundus autem exambitum regium nomen aſſequi non potuit, cum illius cupiditati Belgæ auitæ libertatis tuendæ gratia non aſſenſerint. Adde quod plures illius prouinciæ Gallicæ coronæ erant fiduciariæ, atque ideo noua bellorum pericula impendebant.

c Papien. ep.662.

Filiam Maximiliano deſpondet. Belgæ obſiſtunt Burgundo ne regium nomen corripiat.

12 Porro Carolus cupiditate dominandi flagrans exercitum duxit in Heluetios, remque initio feliciter geſſit, & in tantum eſt efferatus, vt Granſonij quingentos milites præſidiarios ſtrangulari d iuſſerit: dein conuerſa rerum alea

d Comin. cap 85.

ab Heluetiorum fœderatorum exercitu fuſus eſt, exutuſque impedimentis, & theſauro pretioſiſſimo, cuius gazam mendiculi viliſſimo pretio diſtraxere: tum detractis e furcis Heluetiorum cadaueribus totidem Burgundi iiſdem locis in eaſdem furcas acti ſtrangulatique ſunt: quam ignominiam cum Burgundus nouo certamine delere niteretur, ferente opem duce Lotaringiæ Heluetijs maxima ſuorum internecione profligatus eſt ad Moratum oppidum vigeſima iunij. De qua clade hæc a Papienſi in literis ad Franciſcum Cardinalem Mantuanum datis referuntur a: *Altera iam Burgundi plaga audita tantum hic erat, ſed in hunc diem non credita, tua litera dubitationem omnem protinus ſuſtulere: non ſemper ſecunda res viri: quem aduerſa ſæpe prætereunt aliquando inueniunt, & cui in aperto ſubueniunt vires inter anguſta plerumque non adſunt: pugnaces ſemper Heluetij montanis incluſi per omnem vitam: victor Carolus dux pralijs campeſtribus aſſuetat: ſed operoſum valde eſt, procliueque ad perniciem alieno loco pugnare, non ſuo.* Recepit ſe in Burgundiam Carolus, ac poſt eam cladem principes, qui antea ob res præclare geſtas bellandique peritiam ipſius gratiam ambiebant, mox ab eo defecere, interque alios Galeatius dux Mediolanenſis, qui prius terrore repletus fuerat. Renatus etiam dux Lotaringiæ coacto apud Argentinam exercitu amiſſum principatum armis repetere ſtrenue cœpit, ipſumque Nanceium expugnauit a b cum Burgundus biduo poſt cum exercitu affuit, vrbemque cinxit obſidione, in qua proximo anno ineunte miſere perijt.

In Heluetios crudelitatē exercet. Albis profligatus. Recuperata a Renato ditio.

a Lerin. in chro. Lud. cap 90.

b Id c.90. & 91.

Burgundus ſuæ crudelitatis dat pœnas.

13 Dum eam obſidionem vrgebat Carolus, ad ipſum acceſſit Alfonſus Luſitaniæ Rex b, vt auxilia ab illo pro comparandis Caſtellæ & Legionis regnis eliceret, ac fœdus ipſum inter & Ludouicum Regem Francorum redintegraret: ſed permouere nunquam Carolum potuit, vt cœpto bello abſiſteret: cumque infectis rebus ſuſcepti inconſulte itineris ignominia oppletus eſſet, ipſiuſque res interea collapſæ eſſent in Hiſpania, tum vanos terrores de Ludouico concepiſſet, diſſimulato cultu fugam tentauit e Gallijs, e qua retractus cum honorifico comitatu in Luſitaniam inſtructa naue reuectus eſt: eius vero æmulus Ferdinandus Caſtellæ & Legionis regna ſibi aſſeruit. Miſerat iam ante Sixtus ad ſedandam eam controuerſiam Francum nuntium, quem hoc anno ineunte mandatis amplioribus inſtruxit c, cum in Aragonia ſubſtitiſſet.

Luſitanus Rex auxilij ſpe deluſus. Iterum extrema clade Burgundus affectus. Caſtella a Ferd. & Iſabella parta.

c Sixt. reg. pag. 22.

14 Hoc etiā anno Pontificem Campagnanum ſe recepiſſe, refert Stephanus Infiſſura d, cum lues oborta eſſet ex ingenti Tyberis eluuione, quæ ineunte anno eodem Romæ plana omnia loca merſerat, legatum vero Cardinalem Melphitenſem reliquiſſe in vrbe, in quam reuerſum epidemia ſedata, Deiparæ effigiem a S. Luca euangeliſta depictam, quæ in baſilica Liberiana recondita eſt, inſtructo religioſo agmine per vrbem circumtuliſſe, cum antea i e i. kal. martias ad inferendum Chriſtifidelibus pium in virginem Deiparam ſtudium ſanctionem edidiſſet e de recolenda eius ſine vlla noxæ a parentibus ſuſceptæ labe conceptæ celebritate, iiſdem propoſitis indulgentiarum præmijs, quæ ſanctiſſimi Chriſti corporis ſacrum diem agentes conſecuntur.

Ex Tyberis eluuione orta peſtis.

d Stef. Infiſſ. m. ſ. arch. Vat.

Effigies Virginis picta a S. Luca deportata ſolemni pompa a Sixto.

e Extrauagant. com. l. 3. tit. 12. de rel. & ven. SS. c. 1.

Eodem anno auctum collegium Cardinalium xvii. decembris narrat prædictus Infiſſura f quatuor viris ſacra purpura exornatis a Pontifice, quorum duos additq; Gallos patria fuiſſe ait tan-

Auctus Cardinalium ſenatus.

f Infiſſ. vbi ſup. Petr. Cuſt. Friz. in Gall. Sixt. lib. bull. pag. 34.

Digitized by Google

tantummodo nomina Caroli Borbonij archiepiſcopi Lugdunenſis & Ioannis Melini epiſcopi Vrbinatis: extant vero ad Georgium Coſtam archiepiſcopum Vliſſiponenſem Sixti literæ, quibus proximo anno kal. februarij illi titulum SS. Petri & Marcellini tradidit; item aliæ ad Petrum epiſcopum Tiraſonenſem, quibus ipſi tit. S. Sixti impertitæ ita conſignati, *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXVI. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* VI.

Dux Mediol. tyrānidis odio trucidatus.

15 His addit Stephanus Infiſſura aliquot poſt diebus, XXVI. nimirum decembris, triſtem famam Romæ increbuiſſe, Galeatium Mariam Sfortiam Mediolani ducem a coniuratis in eccleſia S. Stephani trucidatum eſſe, cum illi ex temerarij ludimagiſtri ſermonibus ea opinione imbuti eſſent, immortale nomen ſibi parituros, ſi patriam Galeatij tyrannide liberarent. Animo adeo alacri extitiſſe in tormentis Olliatum ex coniuratis vnum fertur, vt cum a carnifice laceraretur has voces emiſerit: *Collige te, Hieronyme, ſtabit vetus memoria facti: mors acerba: fama perpetua*. Infeliciſſimus proſus homo, qui pertinaciam conſtantiæ genus eſſe putauerit, neque admiſſum ſacrilegium & homicidium defleuerit, ac priuata auctoritate tyrannum interimere licitum, & glorioſum putauerit, atque inanis gloriolæ vmbra delusus veram ſanctorum gloriam non ſit conſectatus. Non ſucceſſit vero Mediolani in libertatem vindicandi conſilium a coniuratis initum, quamuis apud Ligures nonnullæ ſeditiones commotæ fuerint pro recuperanda libertate.

Impoſtor Germaniam turbat.

16 In Germania nouus impoſtor emerſit, qui ingentes turbas excitare molitus, cæteroqui rudis & hiſpidus pecorum paſtor, ementitis miraculis maximam populi multitudinem ad ſui admirationem venerationemque traduxit, ipſoſque libertatis hominibus innatæ tuendæ lenocinio ac illecebra docuit, epiſcoporum & ſacerdotum negligere imperia, decumas non perſoluere, vectigalia principibus non pendere, & id genus alia, quæ ad hierarchiam & politicam euertendas vergebant. Auteuertit imminens exitium Rodulphus epiſcopus Herbipolenſis, qui nebulonem capiendum flammiſque exurendum curauit; cuius exemplum ſi proximis temporibus Germani præſules & principes eſſent imitati, tot tantaque incendia, quibus Germania regnaque finitima conflagrarunt, vnius alteriuſue ſanguine reſtinxiſſent.

Ad libertatem populos vocat. Captus flammis concrematur, pari diligentia animaduertendi erat in nouatores.

Mors B. Iacobi Piceni.

17 Verum ab impoſtore ad celeberrimum fidei orthodoxæ præconem narrationem traducimus, quem diuinū Numen pluribus veris miraculis inſigniuit. Is fuit Iacobus cui vulgo e Marchia cognomē additum, arctioris Franciſcanæ diſciplinæ cultor eximius, euangelij præco, fidei ac pietatis propagator, hæreticorum hoſtis acerrimus, quem epoto veneno ab ijs propinato nil mali paſſum, viſoque miraculo magnam Huſſitarum Pragenſium multitudinem ad Chriſtum conuerſam tradit Zacharias Bouerius a: *Anno* MCCCCLXXVI. *in Bohemia in ciuitate Pragenſi cum B. Iacobus Picenus ordinis minorum S. Franciſci catholicæ religionis ibi fidem prædicaret, ac innumeris miraculis coruſcaret, hæretici, qui maximam illius vrbis partem occupabant, coram totius populi multitudine vas atrociſſimo veneno plenum illi bibendum obtulerunt, eo ſe teſtimonio credituros ſpondentes vera eſſe, quæ is de catholica fide doceret, ſi abſque læſione venenum illud hauriret, ille hac conditione acceptâ tetrum illud venenum hauſit innocuus, illi prius crucis ſigno adhibito: atque eo miraculo innumera fere hæreticorum multitudo ad catholicam fidem redijt*.

a Zachar. Bouer. to. 2. in demonſtr. ſeptem ſymb. ar. 6. in fin.

B. Iacobus Picenus venenum illæſus bibit.

Viſo miraculo plures ab hæreſi ad Eccleſiam traducti.

18 Porro B. Iacobum hoc anno XXVIII. nouembris Neapoli in cœlum migraſſe memorant; cuius elogium Paulus V. ſummus Pontifex his verbis perſtringit: *Viri huius, vt accepimus propter conciones, & vitæ auſteritatem, non in Italia ſolum vniuerſa, ſed in Auſtria, Croatia, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Polonia, Germania, & eis adiacentibus locis celeberrima fuit, cuiuſque opera in inquiſitionis officio, Eugenius IV. Martinus V. Nicolaus etiam V. Calliſtus III. aliique Romani Pontifices ad Fraticellorum, & aliarum tunc pullulantium hæreſum extirpationem vſi ſunt, quique Alberto, & Sigiſmundo Imperatoribus aliiſque ſecularibus, & eccleſiaſticis illarum partium præſulibus chariſſimus, & venerandus extitit*.

Cenſurā fidei in hæret. magno religionis æſtu geſſerat.

19 Prophetiæ dono clarus Sixto IV. aſcendendos ab eo honorum gradus, præfecturam nimirum ſui ordinis, cardinalatum, & pontificatum prædixit, vt etiam Mahometis II. mortem, cum Italiam foret inuaſurus. Effulſit quoque miraculis, inter quæ illud admodum inſigne & publicis monumentis a confirmatum, quod Brixiæ edidit, reuocato ad vitam puero ſexenni Conrado nomine Frederici Lauellongi filio, qui cum puerum alium Hebræum nomine Ioſephum deducere ad B. Iacobum ſoleret, a quo fide Chriſtiana informabatur, inflammatus Iudæus rabie Ioſephi pater nomine Salomon, interceptum Conradum contrucidauit, ac recondidit in camini poſtica parte intra craſſitiem parietis, quem obductum ſarmentitio fumo, ne facinoris nota extaret, obſuſcauit.

Prædixit Mahometem interiturum cum Italiam inuaſurus eſſet.

a Extant apud Octauium Rubeum in Brixienſi hiſt.

Puerum odio religionis trucidatū reuocat ad vitam

20 Occiſi pueri parens, cum apud B. Iacobum de filij iactura conqueſtus eſſet, ab eo diuinitus colluſtrato de Conradi filij cæde edoctus eſt, verum ab infanticida vllam vltionem repetere vetitus. Profectus vero ad domum Hebræi B. Iacobus præſente eo murum dirui iuſſit, ex quo puer viuidus, ac vegetus emerſit: quo perculſus prodigio Salomon vna cum Ioſepho filio Chriſtiana ſacra amplexus eſt. Recenſentur alia miracula ab ipſo dum vixit, ac poſt mortem edita a Venantio, qui tredecim annis ſocius eius extitit, tum a Luca Vvaddingho. Dein in eius honorem Leo X. nōnulla indulgentiarum præmia hymnum ac breuem quādam precationē repetituris impertijt, & Clemens VII. Caroli V. Cæſaris rogatu Clemēs VIII. & Paulus V. Philippi Hiſpaniarū & vtriuſq; Siciliæ Regis precibus permoti teſtiū dicta de admirandis beati viri rebus in publicas tabulas referri iuſſerunt c pro decernendis illi ſolemni ritu ſanctorum honoribus, ac demum Vrbanus VIII. ipſum beati titulo decorauit, permiſitque, vt inter diuina myſteria eius memoria recoleretur, de quo duo diplomata pontificatus anno II. conſignata extant d.

De eo inter ſanctos referendo actum.

c Bullar. in Vrb. conſt. 22. & 25.

d Afferunt hæc & alia Vvading. ſup. to. 7. an 1476. n. 45. & 46. Sixt. lib. bull. 25. pag. 118.

21 Propagata eſt hoc tempore Chriſtiana religio in Canarijs inſulis Alfonſi e Bolano Minoritæ conuentualis apoſtolici internuntij, ac ſociorum opera, a quibus barbari Chriſtiana pietate in dies exculti ad ſacrum baptiſma confluebant, vt Sixtus his verbis teſtatur e: *Percepimus quod iam diuina cooperante gratia ex ſeptem ipſarum Canariæ inſulis habitatores quatuor earundem inſularum ad fidem conuerſi ſunt; in alijs vero conuertendis tribus non pauca, ſed magna expectatur populorum, & gentium multitudo conuerti, nam qui Deum hactenus non nouerunt, modo cupiunt catholicam fidem*

e Sixt. lib. bull 25. pag. 118.

Fides propagata apud Canarienſes.

ſci-

Digitized by Google

ſuſtinere, ac ſacri baptiſmatis vnda renaſci, præſertim in inſula, quæ * *Teneriſe nuncupatur, ad quam, vt intellenimus, ipſe Alfonſus nuntius feruore Dei ſuccenſus, vt infidelium ibidem conuerſioni intenderet, transiens exemplari ordinatione ſua plurimos ad fidem Chriſti reduxit.* Ignari erant ij barbari artium, quarum vſu humana vita commodius ſuſtentari ſolet: ad quos erudiendos nonnulli pij artifices transfretandi laudāda conſilia ſuſceperunt, quos alij pietatis omnis expertes retardabant, nam & cæca auaritia perciti neophytos in ſeruitutem abducebant, ac fideles Europæos grauioribus iniurijs afficiebant: quos Pontifex anathemate perculit, cum ſe Chriſti eſſe cultores profiterentur, ac pontificium diploma a pridie nonis auguſti huius anni ad Alfonſum e Bolano tranſmiſit, vt illius auctoritate hoſce piratas coerceret.

* alias Teneriſe

Barbari artibus excoliti.

Abripi in ſeruitutē vetiti.

a Id. ibid.

22 Proferebatur quoque Chriſti cultus in occidentali Æthiopia ſiue Guinea, & alijs Africæ etiam incognitis oris, ac Sixtus eidem Alfonſo ac ſocijs, qui tam Canariarum inſulanis, quam Æthiopibus & alijs Afris euangelium inſerrent, omnes prærogatiuas a Martino V. Eugenio IV. Pio II. amplificandæ fidei gratia ſacris præconibus conceſſas, ampliſſimo diplomate confirmauit b.

In Guinea euangelium diſſeminatum.

b Ibid. pag. 236.

IESV CHRISTI

Annus 1477.

SIXTI PP. IV. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 7. 38.

1 SEruatoris anno ſeptuageſimo ſeptimo ſupra mille quadringentos indictione decima Sixtus apoſtolicas curas ad ſuſtentandam pacem Italicam conuertit, ne bellis ciuilibus turbatam Italiam Mahometes inuaderet: cumque ob cæſi extremo ſuperiori anno Galeatij Mariæ ducis Mediolanenſis necem graue periculum immineret, ne illius principatus populi in varias factiones diſcinderentur, legatum decreuit c Ioannem SS. Nerei & Achillei Cardinalem, ampliſſimiſque fulciuit mandatis f, vt eos omnes, qui res nouare molirentur anathemate percelleret, atque partis iuribus, ac dignitatibus detrabaret: quibus literis hæc temporis nota adiecta eſt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXVI. *XII. kal. martij pontificatus noſtri anno VI.*

Data a Sixto opera pacando Mediol principatu.

c Six. reg. 2. leg pag. 36. 71.

Ioann. Card. decretus legatus.

f Sup. pag. 36.

2 Commotæ g ſunt in Liguria aliquæ diſſenſiones; cum nonnulli contenderent, rempublicam Genuenſem, excuſſo Mediolanenſi iugo, priſtinæ reſtituendam libertati: ſed ea factio cum ſectatorum multitudine non polleret diſſipata eſt, ac Ioannes Galeatius puer parentis necati principatum retinuit regiæ procuratore Cicco Calabro, qui ex humili conditione ob eximiam ſolertiam fuerat ſummam conſecutus potentiam. Is, vt Galeatio imperium conſeruaret, ipſius patruos in exilium pepulit: verum poſtea Ludouicus Mediolanum reuocatus a populo, fallaci rerum humanarum vieiſſitudine illum capite plecti iuſſit, remque adminiſtrandam ſuſcepit.

Genua fluctuare viſa.

g Aug. Iuſt. l. 5. Foliet. l. 11. Bilz. Volater. lib. 4.

Retentus a Ioanne Galeatio principatus.

Vieiſſitudinis humanæ exemplū.

Sedaturus pariter aliud bellum, quod intentabatur Neapolitano regno, decreuit Pontifex aliam legationem; contendebant enim multi h, id regnum a Ferdinando Alfonſi Regis filio adultera matre genito iniuria teneri, atque ad Ioannem Regem Aragonum eiuſdem Alfonſi defuncti fratrem legibus deuolutum eſſe; Ferdinandum alium Ioannis filium pacatis Caſtellanis rebus ſua iura aliquando repetiturum ſuſpicio erat. Ad dirimendam itaque fœdere litem Ioanna Regis Aragonum filia Ferdinando Regi Neapolitano iuncta eſt matrimonio, ad cuius celebritatem ſacrandam Pontifex Rodericum Cardinalem Vicecancellarium epiſcopum Portuenſem Neapolim legauit a, eandemque auctoritatem ei tribuit, quam iam antea in Hiſpanica legatione dederat b.

Rex Aragonum iura in Neap regnum contendit.

h Plat. in ſ. Vat. arch. in vit. Six IV.

a Reg. 2. legat. pag. 102 103.

b Ead. pag.

3 Celebratæ aliæ clariſſimæ nuptiæ apoſtolica auctoritate inter Maximilianum Auſtriacum & Mariam Burgundam multorum principatuum heredem relictam a Carolo patre, qui cum improba propagandæ ditionis cupidine flagraret, atque ad aſſerendam ſibi Lotaringiam, quam Renatus iunior dux illius princeps legitimus armis repetierat, anhelaret, in Nancei obſidione ab eodem Renato Germanicis copijs ſuccincto, atque vrbi laboranti ſuppetias afferente, proditione comitis Campibaſſi Neapolitani profligatus, tribuſque confoſſus vulneribus nimiæ ambitionis, & barbaræ carnificinæ, quam exercere conſueuerat, pœnas dedit: qui ſi bellicum illum ardorem conuertiſſet in fidei hoſtes, ſummam gloriam conſequi potuiſſet: ſed dum aſſidue in Chriſtiano imperio inteſtina concitat bella, & Eccleſiæ ab impijs hominibus laniatæ excidia ſpernit, e ſummo rerum faſtigio in extremam calamitatem repente concidit; de quo hæc Magni Belgici auctor memoriæ tradidit c: *Dux Lotaringiæ in auxilio habens Suitenſes, diuerſis in congreſſibus, & prælijs ducem Carolum Burgundiæ non ſine magno populorum & rerum diſpendio frequenter ſuperauit, & ad tantam calamitatem perduxit, vt qui inclytus & glorioſus fuit in terra ſiuoan patria ſua, proprio literas ſcriberet ſanguine ad dominia & ſuos, vt inde violenter eduxerent eum, ſed fruſtra, quia iuſtum iudicium Dei ſuper ipſum venerat pro ſacrilegijs in locis ſacris, pro effuſione ſanguinis innumerabilium Chriſtianorum, pro prædationibus & oppreſſionibus ac exactionibus pauperum.*

Burgundus apud Nanceū caſus perit.

c Magni chro. Belgi.

Fuſi Chriſtiani ſanguinis pœnas dat.

4 Miſerum illius necis genus deſcribit hiſce verbis Belcairus d: *Fugiens, turma equitum inuadente, humi ſtratus nec cognitus, caſus atque ſpoliatus inter cæteros iacuit: Captiui e Burgundis nonnulli cadentem viderunt: poſtridie conquiſitum foſſæ haud admodum altæ iacens glacie ſuperinducta cadauer oſtenderunt. Tribus vulneribus petitus fuit, altero in caput caſim ad dentes vſque perueniente, altero punctim haſta in vtrumque femur, tertio in podicem adacta.* Contigit ea clades, vt refert Comineus e, huius anni quinta ianuarij die peruigilio epiphaniæ; qua audita mox Ludouicus Francorum Rex fiduciarias Gallicæ regiæ prouincias, quas patrijs legibus ad fœminei ſexus heredem deuolui non poſſe diſceptabat, inuaſit. Deliberaſſe f initio Ludouicum Mariam cum Carolo filio matrimonio iungere, vt ampliſſimas prouincias ſine vllo tumultu bellico Galliæ adijceret, ſed elatum ſuccedentium rerum felicitate, contempſiſſe illius orbitatem, ac ſpoliare vi, quam in nurum aſciſcere maluiſſe; vnde tot bella ad noſtra vſq; tēpora ingenti Chriſtiani imperij malo propagata tradit Belcairus: *Si ſuperiore, inquit, ſententia perſeueraſſet, melius nimirum & ſecum & cum Gallus vniuerſis & cum Burgundicis prouinciis actum eſſet.* Et infra: *At ille bellum exitiale orſus eſt, quod & ad poſteros velut hereditarium*

d Belcair. dec. 1. l. 3. n. 25.

Summa eius calamitas.

e Sup. c. 95 additionū ad Monſtr auctor.

Gallus Rex fiduciarias prouincias repetit.

f Belcair. dec. 1. l. 3. n. 27.

Ludouici error maximus.

Digitized by Google

tarium tranſmiſit, necdum conquieuit: & illam, vt patrimentum tueretur, ad viri alienigenæ, hoc eſt, Germani nuptias reſpicere coegit; ipſa enim a Gallis Regibus ab vtroque parente oriunda Gallo imprimis nubere cupiebat. Ea itaque de cauſa inter Ludouicum ac Maximilianum (cuius ille nuptias miſſis Gagnino a ſcriptore, de quo ſæpius memorauimus, in Germaniam, & Oliuerio in Belgium diſturbare niſus eſt) magnum periculoſumque bellum eſt eo ortum. Deſcribunt pluribus captas vrbes atque inita prælia hiſtorici b, quæ fuſe narrare noſtri non eſt inſtituti. Cum autem tertio conſanguinitatis gradu Maximilianus Mariæ iunctus eſſet, Lucas epiſcopus Sibinicenſis Apoſtolicæ ſedis nuntius id impedimentum remouit c, quam a canonica lege ſolutionem pontificio diplomate a Sixtus corroborauit d. Porro iunctis e matrimonio Gandaui Maximiliano & Maria magno apparatu menſe iulio, eiuſdem anni ſtatu Philippus Caroli V. & Ferdinandi Auguſtorum parens futurus Hiſpaniarum Rex ſuſceptus eſt.

a Gaguin. in Lud. XI chronicon vol. 2. Nauc. gen. 50. Paul. Aemil. in Lud. XI. c Regeſt. 2. ſeg. pag. 107. d Ib. pag. 106. e Crantz. l. 12. Saxon. c. 14. Nauc. vol. 2. gen. 50. & alij.

5 Ad augendum in Germania literarium ſplendorem hoc anno, ſanxit Sixtus f, vt in Ingolſtadienſi academia, quæ Ludouici Bauariæ ducis & comitis Palatini rogatu inſtituta fuerat duo treſue theologi, totidem medicinæ profeſſores, tum quatuor, vel quinque iuris pontificij, & imperialis doctores in ea publice docerent, ne res literaria in Bauaria deflorefceret. Conſignatum eſt hac temporis nota id diploma. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXVII. pridie kal. auguſti pontificatus noſtri anno VI.* Conditam etiam eodem anno Tubingenſem academiam, refert Nauclerus g his verbis: *Eodem anno ſalutis MCCCCLXXVII. ad inſtantiam incliti comitis Eberhardi de Vvittemberg, & Montiſpeligardi ſenioris, illuſtriſſimæque dominæ Mechtildis matris eiuſdem, auctoritate Apoſtolica vniuerſitas ſtudij generalis in hoc oppido Tubingen Conſtantienſis diœceſis, prouinciæ Moguntinæ, fuit erecta.*

Inſtaurata Ingolſtadienſis academia. *f Lib. in bulla ſecret. pag. 94.*

g Naucl. vol. 2. gen. 50. Tubingenſis academia excitata a Six. IV.

6 In Germania regniſque finitimis nata ſunt inter principes, qui mutuam armorum ſocietatem in Turcas inire debuiſſent, perniciaſia diſſidia Fredericus enim Imperator in Matthiam, cuius inhiabat regno, prolem in regno ſucceſſuram ſuſcipere ex noua coniuge ſperantem, coniurauit h; atq; Hungariam immiſſis aliquot copijs turbauit, & Caſimirum Regem Poloniæ ſibi fœdere iungere niſus eſt, illiuſque filio Vvladislao Bohemiæ Regi Viennam venienti ſolemni pompa fiduciarium ius regni Bohemici traditis vexillis, & pincernatus imperialis munere honorario contulit, Matthias vero Cruciferos ad recuperandos priſtinos principatus ſceptro Polonico coniunctos ſollicitauit, in Fredericum, omiſſoque bello Turcico, quamuis Hungari omnibus precibus ab ipſo peterent, ne arma a barbaris inferenda verteret aduerſus Chriſtianæ religionis cultores, fortiſſimorum militum ſtipatus exercitu in Auſtriam turbinis inſtar irrupit, totamque fere prouinciam peruagatus Viennam obſidione cinxit. Cum autem deeſſet Imperatori animus, vt cum Matthia prælio decertaret, nec obſeſſis annonæ caritate laborantibus inferre commeatus poſſet, omnia autem Hungaro victori proſpere ſuccederent; Matthiam de fœdere, ingraueſcente iam hyeme, poſtulauit acerbioribus hiſce legibus, vt Polonici ſcriptores referunt i, vt abrogatis geſtis cum Vvladiſlao Rege Bohemiæ iterum Matthiam inſignibus, ac fiduciario iure regni Bohemici indueret; de iure omni, quod in Pannoniam ex præterita electione ſe habere contenderat, decederet. adhuc enim nomen regium Hungaricum cæteris titulis adiecerat: tum ingentem vim auri pro ſumptibus bellicis ipſi Matthiæ refundendis penderet, quibus numeratis amiſſas vrbes arceſque reciperet.

Fredericus Vngariam anectat.

h Mechou. l. 4. c. 72. Crom. l. 28. Bonfin. dec. 4. lib. 5. Ranzan. ind. 36. Grauiſſimo a Matthia bello petitur.

Ad pacẽ legibus acerbiſſimis cogitur. *i Mechou. & Crom. vbi ſup.*

Vngaro nomine abſtinere iuſſus.

7 Ad hanc pacem conciliandam maximo ardore incubuere a Veneti, cum Turcæ ijs diſſenſionibus animis aucti imperium Chriſtianum dilaniarent. Et quidem circa ſacrum Michaelis archangeli diem triginta millia Turcarum irrupiſſe in Dalmatiam narrat Michouias b: ac præſidia Venetorum, qui in Alpium anguſtias excubabant, trucidaſſe: tum ingentes captiuorum Chriſtianorum veluti pecorum greges abduxiſſe, de qua clade ad Sontium ſiue Liſontium amnem in Italico limite, cui tuendo Hieronymus Nouellus præfectus erat, Cromerus c & alij meminere. Fuſius rem deſcribit Sabellius d, ac tradit noſtros tria millia equitum, pedites vero paucus fuiſſe, & a barbaris, qui decem millia numero erant, ſimulata fuga allectos in inſidias, & repente circumfuſos: poſtridie vero ab ea pugna Turcos quidquid inter Sontium, & Tiliauentum ſoli interiacet cæde incendioque cuncta compleſſe, ingentemq; auexiſſe prædam, eaque ad maiores, proximo anno clades Chriſtianis inferendas fuiſſe allectos: Paulo ante in Crotano etiam Albaniæ agro certatum e infeliciter, nam cum primo Veneti poſt ancipitem pugnam victoria potiti eſſent, & arces etiam, quas hoſtes circa vrbem erexerant, cepiſſent eodem impetu; tum milites, fugato hoſte, prædæ inhiarent, repente ſub noctem reuerſus hoſtis incautos oppreſſit, inter quos Franciſcus Contatenus exercitus dux, ac plerique viri illuſtres occubuere.

a Crom. ſup. l. 28. Turcarũ in Dalmatiam ſæua irruptio. *b Michou. l. 4. c. 72.*

c Cro l. 28. d Sabellic. ennea 10. lib. 7.

Itali ab ijs deleti

Vaſtata prouincia.

e Id. ibid. Turca victus a Venetis. Victor Venetus aſtu oppreſſus.

8 Graſſati etiam ſunt Chriſti hoſtes in Hiſpania hoc anno f Muley Albohaceno Rege Granatenſi irrumpente cum triginta millibus peditum & equitum quatuor millibus in Murciam violatis inducijs, quas cum Chriſtianis pepigerat: ac primo impetu in eos, quos reperit, nullo ætatis ſexuſue diſcrimine ſæuijt: imminente vero Chriſtiano exercitu præcipiti fuga in regnum ſe recepit, iterumque inducias triennales cum Ferdinando Rege, iam Hiſpali potito, redintegrauit. Proferebant in dies Ferdinandus & Elizabeth latius ditionem ſuam, populoſque ad ſuum obſequiũ traducebant, abſente Alfonſo Rege Luſitano: & quamquã is ob fœderatorum principum gratiã ineunte februario a ſede Apoſtolica diploma eliciuſſet g, quo ſolutis legibus canonicis Ioannam Caſtellani ſceptri controuerſam heredem matrimonio ſibi iungere poterat; ſuſceptæ tamen ignominiæ dolore ob non receptas auxiliares copias e Gallijs, cum mutatis rebus Francorum Rex ad reſtituendas Gallicæ coronæ prouincias vectigales, quæ Burgundo paruerant, incumberet, Ieroſolymam petere decreuerat diſſimulato cultu, quo circa cum non compareret affluxit in Luſitaniam fama, illum extinctum, vnde filius Luſitanum ſceptrum menſe nouembri ſolemni ritu accepit h; deinde vero cum a Gallo Rege interceptus honorificentiſſime dimiſſus eſſet in Luſitaniam, a filio magno apparatu exceptus eſt, regijs illi inſignibus reſtitutis.

f Surit. lib. annal. 20. c. 5. & 16. Marian. l. 24. c. 14. Granatẽſes in Murciam erumpũt

g Cap. 10. Ferdinandus in Caſtellam latius proferre imperium. Luſitanus fruſtra orat opẽ a Gallo. *h Surit. l. 20 c. 13 Marian. l. 24. c. 15.* Demum Luſitaniã repetit.

9 Hoc anno Sixtus IV, augendi promouendique cultus beatiſſimæ Virginis pio ſtudio incitatus, ſacratum precationum formulas opera

Fideles ad Virginis cultũ accenſi.

Leonardi Nogaroli compoſitas inter diuina myſteria, & preces horarias recurrente conceptionis Deiparæ feſto die repetendas inſtituit, ac fidelibus eas preces laudeſque diuinas celebraturis præmia indulgentiarum impertijt, quæ in feſto corporis Domini inſtitutas preces frequentantibus a prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa fuerunt.

Sixtus, &c. Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, auctoritate apoſtolica hac in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus & ordinamus, quod omnes & ſinguli Chriſti fideles vtriuſque ſexus, qui miſſam & officium conceptionis Virginis glorioſæ iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij magiſtri Leonardi de Nogarolis clerici Veronenſis notarij noſtri, & quæ deſuper a nobis emanauit, miſſæ & officij eiuſmodi inſtitutionem in die feſtiuitatis conceptionis eiuſdem virginis Mariæ & per octauas eius deuote celebrauerint & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorſus indulgentiam & peccatorum remiſſionem conſequantur, quam iuxta felicis recordationis Vrbani IV, in concilio Viennenſi ac Martini V. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones conſequuntur illi, qui miſſam & horas canonicas in feſto corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti a primis veſperis & per illius octauã iuxta Romanæ eccleſiæ conſtitutionem celebrant, dicunt, aut miſſæ officio, & horis huiuſmodi interſunt, præſentibus perpetuis temporibus valituris. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXVI. *Kal. martij pontificatus noſtri anno* VI. Celebratum exinde eſt maiori pompa feſtum immaculatæ conceptionis Deiparæ, concurrentibus ad ſacras illas pietatis illecebras Chriſtifidelibus, habitæque ſolemnes in templis conciones de B. Virginis, a peccati originalis macula liberatæ & exemptæ prærogatiua. At qui perperam de immaculata conceptione ſentiebant variorum ordinum religioſi pia huiuſmodi officia repetentes hæreſeos nota temere inuſſerunt, quorum oblocutiones a Sixto refractas inferius videbimus.

Inſtitutũ conceptionis B. Virg. officium.

Illud repetituris propoſitæ indulgentiæ.

De immaculata cõceptione agitata controuerſia.

10 Auctum fuiſſe x. decembris huius anni collegium Cardinalium a Sixto IV. memorat Stephanus Infiſſura a, atque nouorum purpuratorum patrum nomina paulo confuſius recenſet, quæ accuratius diſtinguit Felix Contelorius b. Fuere illi Chriſtophorus Roboreus Saonenſis archiepiſcopus Tarantaſienſis creatus presbyter tit. S. Vitalis, ſed is labente bimeſtri accepto in titulum ſepulchri cardinalatu obijt: Hieronymus Baſſus Roboreus ex ſorore Sixti nepos epiſcopus Recinetenſis & Maceratenſis renuntiatus presbyter tit. S. Balbinæ: Gabriel Rangonus ordinis Minorum epiſcopus Agrienſis, presbyter tit. SS. Sergij, & Bacchi: Petrus Foſcarus primicerius S. Marci iam ante a Paulo II. in Cardinalem adlectus, non tamen pro Cardinale habitus, quod promulgatus non fuiſſet, qui titulum S. Nicolai inter imagines accepit: Ioannes de Aragonia Ferdinandi Regis Siciliæ citerioris filius protonotarius apoſtolicus primum creatus diaconus S. Hadriani, deinde presbyter tit. S. Sabinæ: is inſigni labore monumenta præſtantiſſima Romanæ eccleſiæ collegit, cuius opus in conſcribendis annalibus tum Cardinali Baronio tum mihi magno vſui fuit: Raphael Galeottus Riarius protonotarius Apoſtolicus, is S. Georgij ad velum aureum diaconus creatus, qui varios poſtea titulos geſſit.

Auctus Cardinalium ſenatus.

a Infiſſ. m. ſ. arch. Vat. b Contel. in elench. Card.

11 In arcanis etiam comitijs alius renuntiatus Cardinalis ob ardentes & continuas Friderici Imperatoris preces, nimirum Heslerus, de quo apud Iacobum a Cardinalem Papienſem mentio fit; ſed preſſam ſilentio eam electionem conſtat ex Sixti literis ad ipſum datis b,

Ad Cæſareas preces Heſler purpura donatus.

a Papien. ep. 662. b Aſ ſ Val lit. ſign. lit. B n 19 pag. 193.

Dilecto filio Georgio Heſler tit. SS. Viti in Macello S.R.E. presbytero Cardinali, &c.

Eadem Apoſtolica auctoritate, & de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu ſtatuimus, decernimus, & declaramus quod, ſi ante publicationem aſſumptionis huiuſmodi tuæ mortis noſtræ caſus acciderit, cum in manu Dei ſit omnium vita, & mors, ipſi Cardinales prædicti ſub eiſdem, nec non ſub inhabilitatis pro illa vice ad electionem Romani Pontificis actiue, & paſſiue pœnis teneantur & debeant, immediate ſcilicet infra diem naturalem habita notitia obitus noſtri, prædicta omnia publicare, teque pro Cardinali publicato in fratrem, & collegam recipere, prout ex nunc receperunt, atque ad ipſam electionem Romani Pontificis actiuam, & paſſiuam admittere in omnibus, & per omnia, ac ſi publicatus iam per nos, & admiſſus per eoſdem fuiſſes; quodque tu ipſe capellum rubeum, & alia quæcumque cardinalatus inſignia geſtare & tenere, cæteraque officia, & exercitia aliorum Cardinalium obire, ac frequentare abſque ſucceſſoris noſtri noua conceſſione, aut alterius cuiuſcumque conditione libere, & licite valeas non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXVII. VII. *kal. iulij anno* VI. *Iacobus Cardinalis Papienſis de mandato ſanctiſſimi domini noſtri Sixti Papæ V, ſcripſi.*

Si Pontificis obitus contigerit in Card numero habendus pronuntiatur.

12 Miſertus Sixtus ægrotantium pauperum anguſtias, expoſitorumque infantium calamitates ad eos leuandos animum adiecit. Et quidem Bartholomæus Platina c & Panuinus d meminere inſtauratas ab illo, redactaſque in ampliorem ſplendidioremque formam xenodochij ſancti Spiritus ædes, quæ vetuſtate labebant, & non eas modo, disiectis veteribus, magnifice refeciſſe, verũ ad illius vectigalia annua, quæ diſſipata fuerant, reſtituenda augendaque, vt in eo infantes expoſiti alerentur, & ægri pauperes ſpe ſalutis corporeæ allecti ſacramentis rite procurarẽtur, incubuiſſe. Condidit propterea pium ſodalitium, cui ipſemet nomen dedit, in quod qui referri vellent ad eleemoſynam erogandam xenodochio obſtricti erant: ingentibus vero ſacris beneficijs pro obtinenda noxarum expiatione afficiebantur. Extat e de his inſigne diploma, quod lector cupidus conſulat; hac vero temporis nota conſignatum eſt. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXVII. XII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VII. *Ego Sixtus catholicæ Eccleſiæ epiſcopus intraui ſanctam confraternitatem hoſpitalis noſtri ſancti Spiritus die* XXI. *martij* MCCCCLXXVIII. *benedicens omnibus & ſingulis auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra omnibus & ſingulis, vt dictum eſt, qui eandem confraternitatem intrabunt, ſiue fuerint prælati ſiue clerici ſiue laici cuiuſcumque ſexus; concedimuſque eis, vt in mortis articulo poſſint, & valeant noſtra auctoritate plenarie abſolui*

Inſtauratum xenodochiũ S. Spiritus;

c Plat m ſ. arch Vat. in vit. Six. IV. d Panuin. in vita eiuſd.

e Ext. in bullar. in Sixt. IV. conſt. 14. & m ſ. Vall ſign. lit. B. n. 19 pag. 196.

Sixtus pio illi ſodalitio nomen dat.

ſolui ab eorum confeſſoribus pariformiter, & ſemel in vita, & eadem manu concedimus omnia, & ſingula in bullis noſtris contenta. Et ego Sixtus Papa IV. ſuprascripta propria manu ſcripſi, & eadem manu mea ſubſcripſi.

IESV CHRISTI

Annus 1478.

SIXTI PP. IV. 8. FRIDERICI III. IMPERAT. 39.

Ciuilia bella in Italia exorta.

1 EXcitatum eſt inopino caſu in Italia ciuilis belli incendium anno excurrentis ſæculi ſeptuageſimo octauo vndecima indictione, quo res Chriſtiana admodum labefactata eſt, ac tyrannis Turcica amplificata, hinc Polono & Veneto a Turcis pacem redimentibus: hinc Pontifice, Ferdinando Rege Neapolitano, & Senenſibus conſurgentibus in Florentinos; Francorum vero Rege, duce Mediolanenſi, ac Venetis Florentinorum cauſam tuentibus: quocirca ad maiora audenda adiecti Turcis animi, demumque apertus aditus vt Othomannica ſigna Italiæ inferrent, ſed prius funeſti belli ex nefaria in Mediceos coniuratione, qua hoſtium dira impietas ipſos, dum cœleſtis hoſtia immolabatur, pollutis aris mactare anniſa eſt, exordia repetenda ſunt. Narrat inter alios ſincere facinus Maffæus Volaterranus [a], *X. kalendas maij die dominico anno* MCCCCLXXVIII. *coniurati ſpecie rei diuinæ Florentiam veniunt ſimul cum Raphaele legato*, ſcilicet Cardinale Riario, *Hieronymi*, nempe Riarij propinquo, *qui vna ſeu forte ſeu conſilio aderat, e ſchola Piſana nuper factus Cardinalis: in ædem omnes Reparatæ mane ad ſacrificium conueniunt. Saluiatus interim cum ſuis clam armatis templo deſcendens in curiam, vt Cæſarem vexilliferum alloquatur alio ſimulato negotio proficiſcitur, eo tamen conſilio, vt orta cæde in templo, ipſe præſto eſſet, qui curiam ſimul cum magiſtratibus inuaderet. Igitur data ſigno cum Eucharistia attolleretur, Bernardus Bandinus primus Iulianum Laurentij fratrem confodit, Antonius Volaterranus, qui primas ſibi partes depopoſcerat odio ductus veteris in Volaterranos iniuriæ, Laurentium ex alia parte aggreditur poſt tergum, paululumque intra iugulum ferit, cum ille ſtatim ad clamorem conuerſus ictum vitaret, ac iterare vulnus volentem propere ſubterfugit in ædis ſacrarium proximum, vbi a ſuorum multitudine exceptus ac ſeruatus eſt.*

a Volater. geograph lib. 5.

Facta in Mediceos coniuratio.

2 *Fama interim cum eſſe viuum peruagante, animus Laurentianis additur: coniurati alij alio diffugiunt præter Iacobum Pactium equitem, qui equo vrbem percurrens ad libertatem populum excitabat, cumque neminem proſequentem videret: protinus egreſſus porta Faentina fugam arripuit. Legatus a templo a ciuibus in curiam ductus, ac cuſtodiæ traditus, tum pro veri dignitate tractatus eſt. Interea Saluiatus, qui cum vexillifero de induſtria ſermonem protrahebat, vt finem expectaret, ſtatim comprehenſus, & ipſe eodem die cum omnibus ſuis ſontibus, & inſontibus, ſimul & Franciſco Pactio, Iacobo Saluiato, ac Iacobo Poggij filio, qui & ipſi inter coniuratos erant, ad curiæ feneſtras ſuſpenſus fuit. Poſtridie vero eius diei Renatus Pactius, nam is tantum conſcius fuit, in villam abijt, ne rei, quam minime probarat, intereſſet: tantum ei nocuit ingenij opinio, quo cæteris gentilibus præſtabat,* *& quo potiſſimum formidatus erat. Sequenti vero die Iacobus Pactius ſimul cum Ioanne Baptiſta Monteſecio e fuga retractus eundem exitum habuere; is enim Ioannes Baptiſta miles erat Hieronymi, cui datum ab initio negotium Laurentium inuadendi: verum, qua mente aut conſilio neſcitur, rem eadem die detrectauit, eiuſque officio delegatus Antonius, quem ſupra nominaui; nec tamen propterea ſupplicium euaſit. Antonius vero octaua die in cœnobio prope poteſtatis ædes repertus ſimul cum Stephano idem ſubijt fatum: erat autem Stephanus Iacobi Pactij ſcriba, qui Antonium ſequi remque iuuare ſe receperat, ac minime præſtiterat. Adfuit eodem die e coniuratis Ioannes Franciſcus Talentinas ex agro Forocornelienſi cum peditibus mille, totidemque Laurentius Tifernas ex alia parte, qui vbi rem infectam viderunt, magna ſe periculo domum receperunt.*

Pactij Florentini ad libertatem a coniuratis vocati.

Coniurati affecti ſupplicio

Eorum ſubſidiarij re infecta reuerſi.

3 Tantum abfuit, vt ob eam coniurationem depreſſa ſit Mediceorum familia, vt potius maiori, quam antea, exiſtimatione atque auctoritate floruerit; nam & Iuliano cæſo natus eſt filius poſthumus nomine Iulius, qui ſummum pontificatum adeptus Clementis VII. nomen geſſit, auxitque familiam, vt exulem in Florentino principatu conſtabiliret; & Laurentius natu maior ſuperſtes publicos corporis ſtipatores accepit, liberaſque reipublicæ habenas. tum ærarij publici ad diſſoluendum æs alienum adminiſtrationem obtinuit. Cauſæ autem conflatæ conſpirationis pleræque ab auctoribus afferuntur, nimirum conceptum a Pactijs odium in Mediceos, qui omni arte æmulam imperij Pactiam ſtirpem opprimere nitebantur: paſſimque ab hiſtoricis [a], etiam pontificio nomini addictis [b], carpitur Sixtus, vt coitionis in Mediceos particeps, quamquam illum patrandi flagitij ratio vltimo a coniuratis concepta lateat, ſed quod Mediceos, quos ſæpius hoſtes ſenſerat, a reipublicæ Florentinæ gubernaculis depelli percuperet: nam & Laurentius, vt obſeruat Volaterranus [c], in Tiferni obſidione Nicolao Vitellio, auxilium clandeſtinum ferre contra Pontificem deprehenſus fuerat: propagarat etiam Florentinum dominatum in Æmiliam non ſine Romanæ eccleſiæ damno: obnixus erat contra decretum apoſtolicum, quo Franciſco Saluiato Piſanus archiepiſcopatus traditus fuerat, ac ne in agro Florentinorum vectigali in poſſeſſionem veniret diu obſtiterat: Hieronymo etiam Riario erat aduerſatus, ne Foricornelij principatu potiretur, pluraque alia ad elidendam pontificiam maieſtatem, tum Perufium, aliaque loca ab eccleſiæ Romanæ diuellenda imperio, ac nouis tyrannis ſubijcienda fuerat molitus: quare coniurationis periculo liberatum Laurentium, ac Florentinos illius ſtudioſiſſimos mox Sixtus anathematiſmis, indeque bello adortus eſt.

Mediceorum creuit auctoritas ex caſu funeſto.

a Ang. Poli Brut. l. 6. & 7. Machiau. hiſt. Fl. ver l. 8

b Volater. & Georg. l. 5. Antrop l. 22. Steph Infiſſ in chron. hoc ann Panuin. in vita Sixt. IV.

Cur adhæſerit Sixto criminis ſuſpicio.

c Volater. Georg l. 4.

Mediceii in pluribus illi aduerſati Ditionē eccleſiaſticam affectarant.

4 Ferendæ itaque ſententiæ, & incutiendi anathematis cauſa ex violata dignitate ordinis eccleſiaſtici petita eſt, præfatuſque Sixtus de cenſuris, quibus Ioannes XXII. ditionis eccleſiaſticæ inuaſores eorumque ſocios percuſſiſſet, in medium attulit facinora, quæ Laurentius eiuſque ſectatores, & Florentini ad pontificium principatum labefactandum patrarant: vt ad Nicolaum Vitellium in Tifernenſi tyrannide confirmandum ſuppetias ei tuliſſent: excitaſſent Carolum Montorium, vt Peruſium Pontifici eripere pertentaret, ac Senenſem agrum popularetur: Deiphebum Auerſi olim Anguillariæ comitis filium a

Anathemate defixi ob violatam eccleſiaſticam immunitatē

Digitized by Google

Paulo II. proſcriptum excepiſſent, fouiſſentque; Citernam ditioni pontificiæ obnoxiam oppugnaſſent: Etruſcum mare, ac littus Romanum infeſtaſſent: venientes ad ſedem Apoſtolicam cepiſſent: diu aduerſati eſſent ne Piſanus archiepiſcopus eccleſiam ſuam adiret, neue poſtea ſuam auctoritatem exerceret. Demum ob priuatas diſſenſiones immaniter ad prætorij feneſtras ſtrangulaſſent laqueo: cepiſſent Raphaelem Cardinalem, nec dum epiſcopi Modruſienſis a ſede Apoſtolica miſſi precibus ad illum dimittendũ adduci potuiſſent. Ob tot igitur tantaque facinora Laurentium, eique adiunctos Florentinos anathemate, interdicto, & alijs pœnis hoc edicto contentis perculit.

Ad futuram rei memoriam.

Fauerat Vitellio ad Tiphernum occupandum.

5 Iniquitatis filius, & perditionis alumnus Laurentius de Medicis, & nonnulli alij ciues Florentini, eius in hac parte complices, & fautores, ſuperioribus annis, reprobi ſenſus, ac peruerſæ & damnatæ conditionis filio Nicolao de Vitellis, vt eiuſdem Romanæ eccleſiæ ciuitatem caſtelli nobis rebellem faceret, eamque per tyrannidem occuparet, & detineret occupatam conſulere, fauere, & auxiliari, etiam poſtquam per literas, & nuncios noſtros Laurentium & complices prædictos paterne monueramus, atque, vt a præſtandis dicto Nicolao auxilijs huiuſmodi deſiſterent, charitatiue requiſiueramus, quibus potuere viribus non expauerunt, quinimmo tanquam aſpis ſurda noſtris huiuſmodi requiſitionibus aures claudentes pertinaces, etiam poſtquam dilectus filius noſter Iulianus tituli S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legatus, quem cum exercitu, vt ipſam ciuitatem caſtelli ad eiuſdem eccleſiæ obedientiam, & deuotionem reduceret, transmiſeramus, ſe illuc contuliſſet, ac exercitus huiuſmodi noſter apud ciuitatem antedictam caſtra metaretur, & illam teneret obſeſſam, Laurentius & complices prædicti, non ignari etiam grauium aliarum cenſurarum, & pœnarum, quas per certas alias noſtras ſpeciales literas publicatas, ipſo facto erant incurſuri quicunque dicto Nicolao, & eius gentibus auxilium darent, conſilium, vel fauorem, quodque omnes, & ſingulos, qui ipſi Nicolao quouis modo obligati ad eius defenſionem cenſeri poterant, quamquam contra dictam Romanam

Confirmata in perduellione.

eccleſiam ad eundem Nicolaum ipſius eccleſiæ ſubditum, & vaſallum, præſertim in huiuſmodi rebellione defendendum nemo potuit, vt notorium eſt, ſe obligare, ad cauthelam tamen ab omni fœderis, ligæ, & iuramenti vinculo quemcumque ad huiuſmodi effectum tendente abſolueramus, eidem Nicolao, quantum in eis per amplius fauere, & auxiliari non deſtiterunt, vſque adeo, vt cum Nicolaus antedictus, omnipotenti Deo cauſam Eccleſiæ ſuæ curante, a prædicta ciuitate eiectus extitiſſet, noſque in ea arcem pro potiori illius tutela conſtrui, & ædificari mandauiſſemus, idem Laurentius & complices prædicti Nicolao prædicto, vt, contra fidem per eum nobis datam, ciuitatem prænominatam per proditionem reingredi, & iterum occupare, prædictam Romanam eccleſiam ſpoliando, valeret, rurſus aſſiſtere, ac poſtmodum ipſe Nicolaus huiuſmodi perfido ſuo propoſito, obnitentibus in contrarium, & contra eos, qui dictæ arci per nos præpoſiti erant, deceptus remanſiſſet, eundem cum ſuis receptare, plerasque ſimultates, & conſpirationes cum eo aduerſus eandem Romanam eccleſiam facere, mala malis addendo, ſimiliter non formidauerint.

6 His quoque non contenti, cum dicta ciuitate ipſam Romanam eccleſiam, vt cupiebant, ſpoliare non poſſent, vt aduerſus eandem, a qua tot honores, & commoda, ac etiam in eorum opportunitatibus auxilia conſecuti eſſe dignoſcuntur, conceptum virus diffuſius euomerent ſuis prauis, & doloſis machinationibus, vt quidam Carolus de Montone Peruſinam etiam

Peruſij inuaſori ſtuduerat.

ciuitatem a noſtra & prædictæ Romanæ eccleſiæ obedientia & deuotione, quibus ſubeſt, ſubtraheret, ac ſuæ tyrannidi ſubijceret, ſollicitatis ad id etiam nonnullis dictæ ciuitatis ciuibus, procurarunt; propter quæ non minus graues impenſas ſubire, quam de aliquorum ſubditorum noſtrorum fide dubitare, & in nonnullos, qui culpabiles reperti fuerunt, animaduertere coacti ſumus. Quinimmo deinceps cum prædictum Carolum vana ſpe in huiuſmodi negocio, & tractatu illuſum videret, ne ab inceptis ob inopiam deſiſtere cogeretur, Laurentius antedictus, non aduertens, quod Italiæ pace turbata, & debilitatis dictæ eccleſiæ Romanæ viribus atrociſſimo Turcorum principi immaniſſimo fidei orthodoxæ hoſti, facilior ad Italiam ipſam aditus aperiebatur, prædictum Carolum, vt congregato facinoroſorum hominum

Turbas in Italia concitare niſus erat.

exercitu in Senenſem agrum incurſiones faceret, ipſumque depopularetur, & in prædam daret, ac plurima inibi nefanda perpetraret induxit, ad finem etiam, vt ſubſtentato pro tempore eius exercitu, nec intermiſſa interim proditione, ſollicitatione Peruſinam ciuitatem prædictam Carolus ipſe de improuiſo ingredi, & ea per fraudem potiri valeret. Quod quidem cum per Dei potentiam minus eis ad votum ſimiliter ſucceſſiſſet, & nos pro conſeruanda Italiæ pace caſtrum Montoni a dicto Carolo in territorio Peruſino per antea poſſeſſum, qui his ſcandalis occaſionem præbuerat, & in dies præbere poſſe videbatur, prout poterat veriſimiliter formidari, ad ius & proprietatem eiuſdem Romanæ eccleſiæ, data prius pro eo recompenſa, reduci curaremus, idem Laurentius & complices, & ſi nulla iniuria per nos, aut per noſtros laceſſiti fuiſſent, in ſuo prauo animo contra Romanam eccleſiam prædictam improbe perſeuerantes, ne huiuſmodi caſtrum ad eandem eccleſiam deueniret, neue ſcandalorum materia

Immiſera: milites ad caſtrum Mõtoni eccleſiæ eripiendum.

tolleretur, deſtinatis ad id armigeris, quorum nonnulli ductores a noſtris poſtea intercepti ſunt, exquiſitis & damnatis vijs impedire tentarunt.

7 Inſuper vt eandem Romanam eccleſiam, cumulatis contra eandem improbis fauoribus magis opprimere conarentur; Deiphebum de Anguillaria quondam Auerſi etiam de Anguillaria comitis filium, per felicis recordationis Paulum ſecundum prædeceſſorem noſtrum, exigentibus eius demeritis, olim a detentione terrarum, caſtrorum, & locorum, quæ in territorio ipſius Romanæ eccleſiæ per tyrannidem poſſidebat, amotum, & a terris eiuſdem Romanæ eccleſiæ exulem factum, vt ſe Carolo prædicto cum armata manu coniungeret, quo prædicta eccleſia Romana a duobus fortius laceſſeretur, euocari, venientemque in territorijs dominij Florentini recipi, ac per plures dies ibidem commorari procurarunt;

Perduelibus Anguillariæ opē porrexerat.

Præ-

Digitized by Google

8 Præterea ad caſtra eiuſdem Romanæ eccleſiæ anhelantes, & apertis faucibus inhiantes, caſtrum Citernæ ciuitatis caſtelli diœceſis, quod ad eandem eccleſiam pertinere dignoſcitur, per inſidias nocturnas, clam inuadere, & dato ad id nonnullis armigeris negocio, tyrannidi eorum ſubijcere, quamuis temerarijs eorum auſibus fidelium dicti caſtri cuſtodum opera, & diligentiâ obſtiterit, minime erubuerunt; nec minus ſententias, & cenſuras, per prædeceſſores noſtros, & nos ſucceſſiue in bulla, quæ in cœna Domini ſingulis annis legitur, & publicatur, in eos latas, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes, vel recedentes ab eadem, temeritate propriâ capiunt, detinent, aut talia fieri mandant; nec non qui Romipetas, & peregrinos ad vrbem cauſa peregrinationis, & deuotionis accedentes capiunt, detinent, ſeu deprędantur, aut alijs ſuper his auxilium præſtant, conſilium, & fauorem, pariformiter & per piratas, & latrunculos maritimos, & illos præcipue, qui mare noſtrum a monte Argentario vſque ad Terracinam diſcurrere, & nauigantes in illo deprædari, vulnerare, interficere, & rebus ac bonis ſuis ſpoliare præſumpſerint, receptant, aut eis auxilium dant, conſilium, vel fauorem. Simul etiam, qui victualia, vel alia ad vſum Romanæ curiæ neceſſaria deducentes, ne ad curiam ipſam deducantur, vel deferantur impediunt, inuadunt, ſeu perturbant, & qui talia facientes receptant, vel defendunt, idem Laurentius, & complices ſui prædicti paruipendentes, & eleuata ceruice atque animo more Pharaonis indurato contemnentes, & ſpernentes, multos ad ipſam curiam Romanam cauſa proſequendi negocia ſua venientes, & nouiſſime dilectos filios Bernardum Sculteti de Luniborgo, Thimoholui de Leytzehau, & Henricum Brandis clericum Lubicenſis Romipetas, & peregrinos, qui ad vrbem eandem cauſa deuotionis accedebant, capere, bonis ſpoliare, & carceri mancipare, nec non quaſdam triremes remigijs, & alijs naualibus inſtrumentis abunde munitas in mare noſtrum præfatum diſcurrentes, & nauigantes in illo deprædantes, boniſque & rebus eorum ſpoliantes, vulnerantes, & interficientes, nec non & victualia, quæ ad vſum dictæ curiæ Romanæ neceſſaria ad eandem pro tempore deferebantur, inuadentes, receptare, defendere, fauoribus proſequi, alimenta eiſdem non denegando, vt (quod deterius eſt) etiam ſtipendijs ordinarijs conducere, & adiuuare præſumpſerunt, contumaciter in huiuſmodi cenſuris & pœnis, etiam per diuturna tempora inſordeſcentes.

Cenſuris ſe deuinxerat.

Venientes ad curiam cepe rat.

8 Porro, ne quid ſceleris intentatum aut inauſum relinquerent, non immemores aut ignari cenſurarum & pœnarum in ſacris canonibus contra violatores eccleſiaſticæ libertatis, & dictæ ſedis auctoritatis per eoſdem prædeceſſores noſtros diuerſis temporibus ſucceſſiue promulgatarum, & contentarum, cum nos dudum eccleſiæ Piſanæ certo modo vacanti, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, de perſona bonæ memoriæ Franciſci archiepiſcopi Piſani, eundem illi in archiepiſcopum præficiendo prouidiſſemus, Laurentius & complices ſui prædicti, ne prouiſio huiuſmodi debitum ſortiretur effectum, per plura tempora prohibere mandatis noſtris palam reſiſtendo non formidarunt. Deindeque cum per omnipotentis Dei gratiam dictæ ſedis præualuiſſet auctoritas, idemque Franciſcus archiepiſcopus, qui etiam ex inſigni familia Saluiatorum optimorum ciuium Florentinorum exiſtebat, mandatorum noſtrorum vigore regiminis, & adminiſtrationis dictæ Piſanæ eccleſiæ pacificam poſſeſſionem conſequutus fuiſſet, idem Laurentius prauo & maligno animo, tam in eum, quam in multos alios dictæ ciuitatis Florentinæ etiam primarios & optimates ciues odia exercens continue, dicti archiepiſcopi auctoritatem conculcare, & in ijs, quæ ad eum ſpectabant, indebite ſe immiſcere, ac ipſius archiepiſcopi, ſicut & tyrannide quadam Florentini popoli, omnem auctoritatem ſibi vendicare, & vſurpare non ceſſauit.

Piſanum archiepiſ ab eccleſiæ poſſeſſione diu prohibuerat

Eccleſiaſticam auctoritatē calcarat.

9 Cum nos Saluatoris noſtri exemplo, cuius proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſperantes eoſdem Laurentium & complices tot, & tantorum exceſſuum per eos contra nos, & præfatam Romanam eccleſiam impie commiſſorum pœnitere, & illatas iniurias atque damna huiuſmodi bene operando in dies recompenſare debere hæc omnia pro Italiæ præſertim pace, & quiete æquo animo tolerare deuuiſſemus, eoſdemque Laurentium & complices paterna charitate, ac ſi nunquam talia commiſiſſent, proſequeremur, & pro poſſe non ceſſaremus in cunctis complacere eiſdem; contrarium ſpei noſtræ huiuſmodi nobis ex directo ſucceſſit; nam cum ex eo, quia Laurentius ipſe nouiſſime multos ex dictis ciuibus Florentinis primarijs partim relegare, partim de medio tollere, & occidere, ſicut fertur, intendens, vt latior ſibi ad vindictam, & crudelitatem huiuſmodi campus pateret, ſeſe in vnum ex octo ciuibus Florentinis, de balia nuncupatis, aſſumi & eligi procurauerat, ægre hoc ferentibus ciuibus, ad aliquas ciuiles, & priuatas inter eos diſſenſiones deuentum eſſet, Laurentius prædictus, & tunc priores libertatis, ac vexillifer iuſtitiæ dictæ ciuitatis Florentinæ, aſſiſtentibus eiſdem complicibus reliquis ex dictis octo de balia nuncupatis, & nonnullis alijs ciuibus dictæ ciuitatis, Dei timore penitus abiecto, furore ſuccenſi, & diabolica ſuggeſtione vexati, ac tanquam canes ad efferam rabiem ducti, vt tandem ſua libidine potiti, in eccleſiaſticas perſonas, quantum poſſent, ignominioſius ſæuirent (proh dolor, & inauditum ſcelus) in archiepiſcopum prædictum manus violentas iniicere, & captum per plures horas in publico palatio reſidentiæ eorundem priorum, & vexilliferi detinere, ac tandem communicato inuicem deſuper conſilio cum publice in feneſtris dicti palatij eminentibus coram populo, in die dominico laqueo turpiter ſuſpendi fecere: cumque vitam finiuiſſet, laqueum ſcindi, vt corpus ipſius in terram caderet, quemadmodum cecidit (quod ne dum referre, ſed meminiſſe horremus) procurare minime erubuerunt; multoſque deinde alios presbyteros, ac eccleſiaſticos viros bonæ conditionis, & famæ, quorum aliqui erant ex dilecti filij noſtri Raphaelis S. Georgij ad velum aureum diaconi Cardinalis in prouincia noſtra ducatus Spoletani, & nonnullis alijs ciuitatibus, terris, & locis prædictæ Romanæ eccleſiæ dictæ ſedis legati, & aliqui ex dictis archiepiſcopi familiaribus, partim ſuſpendi, partim gladijs, & fuſtibus confodi, & necari palam & publice in eccleſiaſticæ dignitatis opprobrium fecerint; & deterrima prioribus aggrediendo Raphae-

In ciues Florentinos vindictā exercuit.

Piſanum archiep. laqueo præfocatē publice iuſſit.

In plures ſacerdotes ſæuijt

Digitized by Google

Raphaelem Cardinalem & legatum prædictum, in dicta ciuitate Florentina in eccleſia cathedrali, cum ibidem diuinis officijs, & miſſarum ſolemnijs eadem die dominica intereſſet, capere & capi mandare, capturamque ipſam ratam habentes, eundem ſub fida cuſtodia in prædicto palatio teneri curarunt, & curant, & dum venerabilis frater Nicolaus epiſcopus Modruſienſis, noſter & eiuſdem ſedis nuncius ad hoc ſpecialiter deſtinatus prædictos Laurentium, priores, vexilliferum, ac complices, vt Raphaelem Cardinalem & legatum prælibatum in ſua libertate reponerent noſtro nomine requiſiuiſſet, illud negare, & ſe eundem Cardinalem dimittere nolle pertinaciter affirmare non dubitarunt, in clericalis ordinis, & paſtoralis officij vituperium, Quæ omnia in Raphaelem Cardinalem & legatum, ac archiepiſcopum, presbyteros, & clericos prædictos perpetrata, communi omnium de eis notitiam habentium iudicio damnata, publica omnium fama id atteſtante, & facti notorietate approbante, adeo referuntur, & eorundem de illis notitiam habentium animi in hoc ſuſpenſi, & oculi pendentes eſſe aſſerantur, & expectent, quod a nobis in tales pro tantorum ſcelerum victione ſtatuatur,

Raphaeſe Card. in tepio cepit.

Ad Pont monita dimittere negarunt.

10 Nos igitur præmiſſis omnibus debita meditatione penſatis, quamuis immenſa ſceleſtiſſimorum hominum crudelitatem teritatemque immaniſſimam, ac flagitioſiſſimum & ignominioſum vniuerſæ Eccleſiæ ſanctæ Dei dedecus turpiter illatum videamus, & a prædeceſſoribus noſtris in magnos principes ob minora facinora acriter ſæuitum eſſe cōſpiciamus, *& infra*, habito ſuper his cum eiſdem fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum vnanimi conſilio & aſſenſu auctoritate apoſtolica tenore præſentium declaramus iniquitatis filios Laurentium, priores, vexilliferum, octo de balia antedictos tunc, & qui illis in eorum prioratus, & vexilliferatus, ac octo de balia officijs ſucceſſerunt nunc exiſtētes, ac omnes & ſingulos eccleſiaſticos, & ſæculares, qui eis in præmiſſis in archiepiſcopum, & Raphaelem Cardinalem, presbyteros, & clericos præfatos commiſſis præſtiterunt, & præſtant auxilium, conſilium, vel fauorem, detentionemque Raphaelis Cardinalis præfati continuant, quorum nomina, & cognomina, ac ſi exprimerentur, volumus haberi pro expreſſis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, & quacumque eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fungantur, propter præmiſſa in Raphaelem Cardinalem, Franciſcum archiepiſcopum, presbyteros, & clericos præfatos commiſſa, iuxta bonæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui ſimiliter prædeceſſoris noſtri, & Viennenſis concilij, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, & decreta criminis læſæ maieſtatis reos, ſacrilegos, excommunicatos, anathematizatos, infames, diffidatos, inteſtabiles. Et vt publica repulſa confuſi nullum inueniant ſuæ malitiæ ſucceſſorem, cuiuslibet hereditatis eſſe ab inteſtato incapaces, feudis inſuper, ac locationibus, officijs, & bonis ſpiritualibus, & temporalibus, qui ſinguli eorum a præfatis Romana, & Piſana eccleſijs, nec non dictorum Laurentij, priorum, vexilliferi, octo de balia, & aliorum complicum filios, & nepotes per rectam lineam deſcendentes, quibuſcunque beneficijs deſcendentes Papa eccleſiaſticis, quæ quomodolibet tempore perpetrationis exceſſuum prædictorum obtinebant, qualiacunque forent, ſpe promotionis in futurum omnino ſublata, priuatos, nec non feuda ad bona locata huiuſmodi, ad eccleſias ipſas; ita vt ij, ad quos ſpectant, de illis pro ſua voluntate diſponant, reuerſa eſſe. Et cuncta eorundem Laurentij, priorum, vexilliferi, & octo de balia, ac auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantium, complicum & adhærentium huiuſmodi ædificia in ruinam dari debere, ita vt eorum habitationes deſertæ fiant, & non ſit, qui eas inhabitet impoſterum. Et vt perpetuam notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo vnquam tempore reparentur, nullum eis debita reddere, nullumue in iudicio reſpondere teneri: nulli quoque filiorum aut nepotum prædictorum, per virilem ſexum deſcendentium ab eiſdem, alicuius aperiri debere ianuam dignitatis aut honoris eccleſiaſtici, vel mundani, & ad alicuius loci regimen aſcendere omnino poſſe, poſtulandi facultatem eis negatam, notariatus, iudicatus, & quodlibet aliud officium, ſeu miniſterium publicum interdictum; ad ordinis aſcenſum inhibitum, ad beneficia, & officia eccleſiaſtica denegatum aſcenſum exiſtere. Et vt magis ſit famoſa eorum infamia, ad actus legitimos nullum eis aditum, nullamue portam patere. Quidquid in bonis tunc inueniebatur, eorundem fiſci, & Reipublicæ dominio applicatum fore, ita vt ex illis nil tranſmittatur ad poſteros, ſed potius cum eis & ſua damnata exiſtant. Florentinam præterea, & Feſulanam, ac Piſtorienſem illi propinquiores dominio ſubiectas ciuitates, & diœceſes eccleſiaſtico, & ſtrictiſſimo interdicto ſuppoſitas eſſe, & præter has pœnas, eoſdem Laurentium, priores, vexilliferum, octo de balia, auxiliatores, conſultores, fautores, complices, & adhærentes omnes, & ſingulas alias excommunicationis, anathematis, & æternæ maledictionis ſententias, cenſuras, & pœnas in tam grauia crimina, & exceſſus perpetrantes, tam a iure, quam per extrauagantes conſtitutiones, & literas prædeceſſorum prædictorum, & noſtras inflictas incurriſſe; ipſam quoque ciuitatem Florentinam, ſi infra menſem ei a iure ſtatutum Laurentium, priores, vexilliferum, octo, auxiliatores, conſultores, complices, fautores, & adherentes prædictos, prout tanti facinoris exigit enormitas, & ei facultas affuerit, non duxerit puniendos, pontificali, archiepiſcopali qua decoratur dignitate priuatam fore, & nihilominus interdictam remanere, &c. Denique Laurentium Mediceum ac magiſtratus ſolemni ritu diebus feſtis anathemate percelli iuſſit, atque cum ijs eorumque ſectatoribus, ac ſocijs quoduis genus commercij haberi vetuit. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo, kal. iunij pontificatus noſtri anno VII.*

Decretoria in eū & Florentinos magiſtrat. ſententia

Obiectis ciuibus pœnæ ni magiſtratus & Laurentium puniant.

11 Spreuere a pontificias cenſuras Laurentius Mediceus, ac Florentini tanquam exercendæ vindictæ cupidine latas nec Raphaelem Cardinalem ad Sixti imperia emiſerunt e carcere, ſed aliquandiu detinuere intentato illi capitis iudicio, impoſitoq; Pactiæ conſpirationis crimine: demum veriti ne ea res fœderatos ab ipſis alienaret, & fideles religionis ergo in Florentinam rempublicam conſpirarent tum etiam Raphaelis cognita innocentia, agebat b enim tantum decimom octauum ætatis annum, & recentiſſime e Piſana academia exierat,

Spretæ a Florent. cenſuræ vt iniquæ Poſt aliquod tēpus dimiſſus Card.

a Sixt. lib. breu. in bull. ep. 137. Brut. Flor. hiſt. l. 7. & alij b Volater. Georg. l. 5.

Digitized by Google

rat, neque in ſocietatem tantæ coniurationis aſcitus videri poterat, quamuis illius præſentia coniurati ad ſceleris capiandam occaſionem abuſi eſſent, incolumem dimiſere.

Bellum Florentinis indictum a Sixto.

12 At non propterea placatus eſt Sixtus, ſed eiuſdem Cardinalis carcerem, alioqui honeſtum, dictarumque cenſurarum contemptum vlturus, Laurentium ipſioſque ſectatores Florentinos x. kal. iulias nouo anathemate pœniſque grauioribus perculit a: tum fideles commercium cum Florentinis, habere ſeruareque fœdera, tum militibus ſtipendia ſub ijs facere vetuit: moxque in eoſdem fortiſſimum exercitum immiſit, inita belli ſocietate cum Ferdinando Rege Neapolitano, qui aſſurgentem in dies Florentinam potentiam tolerare non poterat, & Senenſibus, qui pariter finitimos depreſſos optabant; cuius belli ſeriem Florentini, ac Senenſes hiſtorici fuſius deſcribunt b. Acerbiora pleriſque viſa ſunt Sixti imperia, & doloris ob repreſſam coniurationem impatientia æquitatis metas egreſſa; vociferatum enim eſt oppreſſos iure ſacerdotes, qui aras principum ſanguine polluere fuerant meditati: Piſanum archiepiſcopum in flagranti ſcelere, cum trucidare magiſtratus vellet, comprehenſum, neque in tanto tumultu legum vocem audiri potuiſſe: tum indignum videri eos cenſuris armiſque obrui, quorum vita cum reipublicæ Florentinæ euerſione, facta nefaria coniuratione c, appetita ferro atque inſidijs fuiſſet.

a Ibid. ep. 117. pag. 10.

b Brut. l. 7. Malauolt a p. l. 8. & aly.

Diſceptatum an æqua foret Sixti ſententia

c Politian. Brutus, & Machiau. vbi ſup. Aug. I uſt. lib. 5

13 Laniata itaque a multis non Florentinis modo, ſed alijs etiam liberis populis Italis, & tranſalpinis pontificia exiſtimatio eſt, vt aduerſus Sixtum Ludouicus Francorum Rex, Ioannes Galeatius dux Mediolanenſis, Veneti, Hercules dux Ferrariæ, Robertus Malateſta Arimineniſis toparcha, Antonellus Foroliuienſis ad arma coiuerint, eidemque ad concilium œcumenicum iudicium intendere ſint moliti. Vrgere præcipue illum eo terrore aggreſſus eſt Ludouicus Rex Francorum: ac præſulum conuentu indicto d Aureliæ, nouaq; diſſidia ſerere pragmatica ſanctione reſtituta & eccleſiarum annatis abrogatis minitabatur, quaſi ea de cauſa ingens auri vis Romam exportaretur, quo ditatus Pontifex non Turcis, ſed finitimis Chriſtianis bella inferret; ſed cum ea magno ardore animorum agitarentur, regio iuſſu concio diſcuſſa eſt, ac res in alios cœtus Lugduni cogendos, qui poſtea habiti non ſunt, extracta; puduit enim Ludouicum abrogatam tanta religionis pompa pragmaticam inſtaurare.

Galloru Rex ac plures principes Sixto aduerſati.

Actum de reſtituenda pragmatica.

d Gaguin. in Lud. XI. Paul. Aemil. in eod.

14 Miſſi vero ab eo ſunt oratores tum ad Mediolanenſem principem, vt eum ad ferendas Florentinis ſuppetias excitaret, quo munere functus eſt Philippus Comineus e, qui Ludouici XI. & Caroli VIII. res geſtas Gallico ſermone nitide conſcripſit, tum ad Pontificem, vt illum a bello in ſocios Florentinos gerendo obiecta prouocatione ad concilium abſterreret, cumque Florentinum illud bellum plenum eſſet inuidia, & ex Gallica legatione alicuius ingentis mali periculum immineret, Iacobus Cardinalis Papienſis ſententiam ſuam hiſce literis Pontifici ſignificauit f.

e Philip. Comin. in chro. Lud. XI. c. 122. Belcar. dec 1. l. 3. n. 36.

De prouocatione ad Cõcil edenda.

f Papien. ep. 693

Xiſto IV. Pontifici maximo.

15 Videns ex breui beatitudinis veſtræ non ingrata fuiſſe, quæ nuper de rebus publicis ſcripſi, adeo rurſum de eiſdem aliquid ſcribere: ſed vt prima illa benigne a fideli ſeruo accepit, ita ſecunda precor patienter accipiat. Premit me omnis caſus Eccleſiæ, cogorque dies, ac noctes in tanta ſuſpicione rerum ſuſpenſo animo eſſe, & de exitu cogitare. Certior factus ſum a bono viro, & Deum timente, & non ignoto etiam beatitudini veſtræ, venire ad nos a Rege Francorum oratorem multæ æſtimationis in Gallijs, & ſuperba admodum mandata afferre: niſi reuocentur in Florentinos cenſuræ, niſi luant pœnas qui Iuliani cædem patrarunt, vel patratoribus aſſenſerunt, niſi etiam actutum a bello inchoato ceſſetur, magno animo præſtitam obedientiam tollat, & ad concilium vocet, prælatoſque & inferiores quoſque ad ſacerdotia reuocet: ad hanc denuntiationem conuenturos eſſe oratorem Venetum, & Mediolanenſem, conſenſuroſque ac idem petituros, & niſi impetrent iuſſos eſſe domum redire. *Et infra*: Anguſtiarum meo iudicio eſt plena reſponſio, ſi enim poſtulata repellimus, ſine mora illi minas implebunt, in tumultumque ſpiritualium adducent Eccleſiam. Quatuor tam grandes potentatus Rex maximus trans Alpes, in Italia inſignes tres ſtatus perfidia vna conſtricti grande in ſe habent momentum; & periculum eſt, ne in idem exemplum complures inducant, partim, qui Apoſtolicæ ſedi ſatis pacati non ſunt, partim qui de operibus noſtris bene non ſentiunt, partim quoque qui cupiditatibus eorum ſatisfactum non eſſe ſæpius doluerunt. His ſuperuacaneum eſt memorare: ſanctitas veſtra vno oculorum circuitu recenſere omnes facile poteſt. Vbi vero ruina hæc cœperit male ſuſtineri noſtris humeris poterit, lapis lapidem trahet, atque vna improbitate de bonis quoque eccleſiarum, &, quod dolentius refero, de integritate catholicæ fidei impie decernetur. Rurſum vero ſi illis conſentimus, ſi nondum ſiccato atramento tanta, & tam nota, & tam late vulgata decreta propter metum delemus, quid ignominioſius, & morti acerbæ ſimilius? plagam maiorem infligere rebus Romanis ſanctitas veſtra non poſſet: quod vnum flagellum ad nos ſeruandos conceſſit Deus, id caderet de manibus noſtris; nec apoſtolica virga ad confringenda inutilia vaſa ſuam vim poſthac obtineret: ad ſæcularem poteſtatem hoc exemplo eſſet contra cenſuras refugium, & quod languide permiſiſſemus, ſemel reſtituere fortiter nunquam poſſemus.

Card. Papien deeo ad Sixt. literæ.

Vndique impedire diſcrimina.

16 Occurrebat in hoc ancipiti conſilium medium non tam malum imminens ſanans, quam forte dilationem aliquam præbens ad parandum aliud ad noſtram ſalutem, vt videlicet oratore audito dolere ſe diceret ſanctitas veſtra, potuiſſe tantum apud ſapientem, & fidelem Regem falſa crimina impiorum, vt tam longinquam legationem ſuſceperit, tam ſine cauſa doluerit; contra conſuetudinem etiam maiorum ſuorum, Deo ingrata, & detrimentoſa Apoſtolicæ ſedi petierit, non quidem ſimilia cæteris operibus ſuis, nec digna meritis, quæ in eum ſanctitas veſtra aſſidua, & magna hactenus contulit. Deſcendendum inde paulatim eſſet in iuſtificationem vulgatæ ſententiæ, monſtrandumque quanta fuiſſet Florentinorum in ſacerdotes Dei crudelitas, quanta ſine cauſa, & ſine diſcrimine cædes, quantus in retinendo Cardinali contemptus, facinoris illius experte atque ignaro: quanta denique Apoſtolicæ ſedis ad hæc vlciſcenda neceſſitas: paratam nihilominus futuram fuiſſe beatitudinem veſtram ad paternam remiſſionem, ſi vel mediocre

Conſulet quid reſpondendum.

Exponenda Florẽtinorũ in ſacerdotes crudelitas.

ſignum

Digitized by Google

ſignum pœnitentiæ in peccatoribus cognouiſſet; ſed deſcendiſſe illos in profundum malorum, & in ſenſum reprobum datos, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Scire beatitudinem veſtram Venetos, Mediolanenſes, compluresque alios reipublicæ illius amicos ad petendam veniam eſſe illos hortatos, cognoſcendumque vicarium Christi, ſed non modo non aſſenſiſſe, verum quod ita ſuaderent moleſte tuliſſe, vt iam in apertæ hæreſis crimen incidere appareant; cum talibus autem & ſi regij officij eſſet communicationem nullam accipere, nec ad patrocinium tam grandis peccati accedere, tamen non negligere beatitudinem veſtram ſuæ celſitudinis poſtulata, ſicut & in hunc diem nunquam neglexit: videre tamen grauia illa eſſe, magnum in vtramque partem momentum afferre, aliudque pendendum magis, & diligentius conſulendum toto pontificatu veſtro non accidiſſe: neceſſarium propterea eſſe ad deliberationem ſumendam frequens collegium, ſine quo mediocria, nedum maxima decerni non ſolent; conuocari autem in præſentiarum Cardinales non poſſe, partim quod longe abſunt, partim quod anno peſtilenti ſine diſcrimine vitæ conuocari non poſſunt; partim quoque quod locus, in quem ſeceſſit ſanctitas veſtra, vix priuatæ familiæ eſt capax: proinde æquo animo ferat non longi temporis expectationem: legatos veſtros ad Regem ſuum non ſolitos eſſe admitti ſtatim, & reſponſum accipere, nonnunquam fuiſſe repulſos, quandoque etiam poſt annum auditos: in vicinum, ac ſalubre aliquod oppidum conferant ſe præbiturum † iuſſu veſtro; quæ illis ſint neceſſaria futurum autem Deo adiutore, vt citius opinione rediri in vrbem poſſit, quo tempore Cardinales aderunt: & ſi ita opportunum videbitur conuocari ad ſynodum ex curia, & circumſtanti prouincia prælati idonei in idem conſilium poterunt. Si huic reſponſo, quod probabile tempora indicant, acquieſcet Gallus, habet interim ſpatium ſanctitas veſtra ad multa cogitanda, & prouidenda, quæ ad declinanda, vel reijcienda tela inimici pertineant. Deus quoque ab excelſo multa ſæpe inexpectata demittit, tum miſericordiam faciens cum eſſe procul a miſericordia apparet. Sin moræ impatiens non acquieſcet, nil ei iam negatum eſſe videbitur; ſui criminis fiet quidquid per impatientiam fiet. Hoc autem lucro ſanctitati veſtræ accedet, quod iuſte lamentari iniurias regias poterit, non modo quod arroganter petierit, ſed quod breuem iuſtamque moram arrogantius ſpreuerit, arrogantiſſime autem ſedem Romanam de ſe benemeritam alieno fructu magis quam ſuo offenderit. Inde Deo totam ſe credat ſanctitas veſtra, & fortem animum præſtet. Maior eſt enim, qui in cælis regnat, quam qui in terra; & qui in grauioribus contentionibus ſuis ſacerdotibus aſſuit, in leuiore non deerit. Pugnant pro peccato illi, nos contra peccatum, atque illi perdere nos volunt, nos illos ſaluos fieri, & viuere. In tam diſſimili cauſa & iuſta, & Deo placente nimirum habenda eſt ſpes. Hæc cogitatio ſerui inutilis, ſi fructum aliquem habet, placet & lætor; ſin ex imbecillitate mentis, vel ignoratione rerum eſt, ridenda & vana, & opera quidem rideatur, fides vero boni Cardinalis in pretio ſit. Commendo me humiliter pedibus ſanctitatis veſtræ, quam Deus incolumem præſtare dignetur. *Ex S. Laurentio ad Cryptas* XVI, *iulij* MCCCCLXXVIII.

Et pertinacia in tuendis male geſtis.

Neceſſarij morarum cauſæ quæſitæ.

† præbiturum iri

17 Vti viſus eſt Iacobi Papienſis conſilio Sixtus, vt ex Maffæo Volaterrano, & pontificio reſponſo ad Gallicorum oratorum poſtulata conſtat; nam in primis Volaterranus in diarijs conſiſtorialibus eos proximo tantum anno exeunte ianuario in publico ſenatu auditos ait, atque habitæ ab illis orationis capita ita perſtringit a: MCCCCLXXIX. XXVII. *ianuarij: Hodie*, inquit, *datus eſt illis*, nempe Ludouici Regis oratoribus, *ſenatus frequens, in quo nixi genibus vſque in finem mandata regia ediderunt.* Et infra: *Addiderunt, quod idem Pontifex bellum in Italia alienis affectibus magis, quam ſuis ſeruiens ſuſcitaſſet, perniciosum fidei, & ſuæ ſedi periculoſum; multa etiam dura de eius operibus eſſent nunciata; indixiſſe Aureliani magnum conuentum prælatorum, ac procerum †; prælatos ac eccleſiaſticos conueniſſe; communi autem omnium ſententia tria iudicata ad communem ſalutem maxime neceſſaria; primum vt deponerentur arma a Pontifice, & pax Italiæ redderetur; proxime vt concilium generale congregaretur ad decernenda Chriſtianorum conſilia, quæ in Turcos viderentur vtilia; tertio loco niſi his aſſentiret, nullas vacationes, nullas pecunias ſineret amplius ad Apoſtolicam ſedem ex regno illo venire, non debere Pontificem ſe diſceptatorem recuſare inter Romanam eccleſiam, & hoſtes ſuos*, & infra: *eo cupidius his conſtituendis intendere, quod nec duces Mediolanenſes ſuos ex Genua & Sauona feudatarios erepto per vim feudo, nec Florentinos antiquo fœdere ſecum iunctos in tantis diſcriminibus poſſet relinquere, veniſſe ad ſe eorum, Venetorum quoque & Ferrarienſium ducis oratores, recenſuiſſe antiqua beneficia ſanguinis Gallici; premente eos nunc Pontifice, & Rege Ferdinando item, & Turco fores Italiæ quotidie pulſante, non habere ad quem confugerent, præterquam ad vetus ſui regni præſidium; oraſſe cum lachrymis, vt ſeſe non deſereret, congregaret concilium, & malis omnibus obuiam iret.*

Galli oratores de induſtria ſeruus auditi.

a Volaterr. l. 1. m. ſ. arch. Vat. ſig. n. 111.

† proceres

Eorum poſtulata

18 Porrectus etiam ab his fuit libellus b ſupplex, cuius formula concepta erat hiſce verbis, quibus acerrime inſtabant, vt niſi Florentini in gratiam reciperentur, ſolemnes epiſcoporum cœtus cogerentur: *Petunt*, nimirum Galli, *quod ſua ſanctitas de illis, qui aduerſus Iulianum atque Laurentium Medices conſpirarunt, iuſtitiam faciat: cenſuras in Laurentium ſuoſque fautores decretas ſuſpendat aut tollat, & arma, quæ aduerſus illum capi iuſſit, deponat. Quod ſi non fecerit, eo ipſo petit congregari generale concilium in aliqua ciuitate regni ſui, & illico pragmaticam reducit ſanctionem, quam ſeruari iubet in regno ſuo integerrime. Poſtremo prælatos, & quaſuis eccleſiaſticas perſonas in Romana curia degentes, & in regno ſuo habentes beneficia ad ipſa beneficia reuocat, & per ſubſtractionem fructuum redire compellit.*

Expetitum Concilium

b Ext. in m. ſ. arch. Vatic.

19 *Sixtus porro Pontifex ad hæc reſpondere iuſſit, primo ſi Rex Chriſtianiſſimus vt audiuit Laurentium mediantibus complicibus ſuis, ipſum quoque vel aliquem pro parte ſua audiuiſſet, nunquam eiuſmodi legationem deſtinaſſet: eſt enim Chriſtianiſſimus Rex, & amantiſſimus æqui & iuſti, &, quod magis ad rem facit, obſeruantiſſimus eccleſiaſticæ libertatis & totius religionis orthodoxæ; & ſi quidem pro principe ſemper præſumitur, quod quæcumque facit recte facit maxime vero ille princeps, qui non ab hominibus, ſed a Deo immediate obtinet principatum, quique non conſueuit aliquid agere ſine conſilio ſapientium, qui ad conſulendum etiam ſibi ſunt diuinitus inſtituti, ſuccedunt enim Cardinales ſacerdotibus leuitici generis, qui aſſiſtentes iudici, qui pro tempore eſt, diſcernere habent inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram*

Sixti ad legatos reſponſum

Spectare ad Pont. de peccato ferre ſententiam

& le-

Digitized by Google

& lepram; quando igitur ſanctiſſimus dominus noſter fretus conſilio pariter & aſſenſu eorum & ſententia fulminauit, & arma ſuſcepit, ſi hoc regiæ maieſtati innotuiſſet, nunquam ſic abſolute, vt ab oratoribus propoſitum eſt, dixiſſet: ſuſpende iſta tolle illa, quippe cum non conſueuit Chriſtianiſſimus ille Rex facile ſe committere iudicia Dei & pœnis, quas reſiſtentibus iudicio ſummi ſacerdotis & eorum, qui præſunt, loco, quem elegit Dominus: eſt autem locus ille Romana ſedes. Omnia decreuit lex, quæ ait: qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui pro tempore miniſtrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael; cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps tumeſcat ſuperbia.

Non licere Regi iudicio ſummi ſacerdotis reſiſtere.

20 Sereniſſimus dominus Rex Franciæ gloriatur ſe ex ſanguine magni Caroli deriuari & certe deriuatur ab illo, & iure poteſt de tanto genere gloriari: verum deberet in hac re, ſicut in alijs omnibus ſua ſerenitas conſueuit, eundem Carolum imitari (vt imitari non pigeat quod laudare mens approbat) Ille enim ſi quando a ſede Apoſtolica imponebatur ſibi iugum aliquod graue, non ſubinde mox reuocabat a curia Romana eccleſiaſticos regni ſui, non reſumebat pragmaticam, non denique requirebat generale concilium; ſed quid faceret? ipſe dicat, verba eius audiat regia maieſtas, nam digna ſunt. In memoria, inquit, B. Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam eccleſiam, & Apoſtolicam ſedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat eccleſiaſticæ magiſtra rationis: quare ſeruanda eſt cum omni manſuetudine humilitas: & licet vix ferendum ab illa ſancta ſede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Nunc autem ſanctiſſimus dominus noſter eidem regiæ maieſtati nullum iugum imponit, & ſi quod imponit Laurentio, quem ſuum cognatum appellat, non eſt importabile: ſuaue eſt enim, & leue iugum Eccleſiæ, quando quidem palam eſt eſſe medicinale: & ſi Laurentius ipſe de religione recte ſentiret, etiam ſi iugum a ſanctiſſimo domino noſtro ſibi impoſitum grauius videretur, cum manſuetudine ferre deberet tum exemplo præfati Caroli, tum quia, vt inquit B. Gregorius, contra morem eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſime a Papa toleratur, etiam ſi contingat iniuſta correctio.

Diſſentire ipſum a Caroli magni exemplis Propoſita Caroli magni ſententia.

21 Licet autem ſanctiſſimus dominus noſter de iudicijs ſuis nulli teneatur exhibere rationes, quoniam, vt beatus Symmachus ait, aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines iudicare, ſedis vero iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio, voluit beati Petri Apoſtoli ſucceſſores cælo tantum debere innocentiam; nihilominus beatitudo ſua exempla Leonis Papæ IV. prædeceſſoris ſui, qui ad Ludouicum Auguſtum ſic ſcripſiſſe comperitur: Nos ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non ſeruauimus, veſtro ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendari iudicio. Hoc inquam exemplo voluit regiæ maieſtati veſtræ de ſingulis reddere rationem, atque ad hoc miſit ad ſuam ſerenitatem nuntium, & oratorem dignum, qui eam informaret: ipſa quoque ſanctitas viuæ vocis oraculo informauit magnificos oratores, qui nunc venerunt: & ſi quos alios eccleſiaſticos, & viros doctos voluerit ſua ſerenitas deſtinare, maxime vero poſtquam ſacrum collegium fuerit recollectum, & ſanctitas ſua ad vrbem redierit, parata eſt eos rurſum informare, & cum ipſis examinare ſingula. Sed quod iſti dicunt. De iuſtitia cauſæ loqui non volumus, iuſtificationes, proceſſus audire non curamus: obſerata ſunt labia noſtra, non eſt fas nobis hos partes attingere: officij noſtri eſt, vt cenſuræ tollantur, arma deponantur: alioquin petimus hoc & illa. Quid aliud hoc eſt, niſi dicere domino noſtro: Quæ bene ante facta ſunt, & maturo conſilio fratrum digeſta & conſtituta ſine cauſa reuoca? & hoc rurſum quid aliud eſt quam dicere. Benedic domino & morere? Ait namque Beatus Gregorius: eccleſiaſticæ moderationi omnino conueniens eſt, vt quæ ordinata fuerint vel deciſa, nulla in poſterum debeant refragatione turbari.

Iure non teneri Pont. ad reddendam factorum rationem

Ex demiſſione pia redditã.

Inſtant oratores vt poſitis armis cēſuræ tollantur. Reſponſum Sixti

22 Ad petitionem autem concilij generalis ſingulariter reſpondendo: primo dicimus quod, ſi congregatio concilij generalis facile poſſet fieri, nihil conducibilius eſſet domino noſtro in præſenti cauſa; non enim in concilio generali Reges, & principes ſæculares præſidere debent, quos vt ſacri canones dicunt, manet ſemper laus obſequendi, non auctoritas imperandi: Papa enim ſolus eſt tanquam caput vniuerſalis Eccleſiæ, qui corpori congregato præſidere habeat. Præterea membra concilij, & qui de iure, & antiquiſſima conſuetudine intereſſe potiſſimum debent prælati eccleſiarum, & abbates, & ſacerdotes domini ſunt. Horum autem quis non dicet, quod libertas eccleſiaſtica conſeruetur, & ius fori, quod neque etiam ipſe Romanus Pontifex tollere ſacerdotibus poteſt, illibatum permaneat? Dicetne aliquis horum, quod liceat Laurentio, vel cuiuis alteri ſæculari, contra archiepiſcopum turpiſſimæ mortis ferre ſententiam? quis ſi ſanæ mentis ſit, non videat, quod ille debuit ſeruari iudicio iudicis ſui, vt degradatus, & traditus iuſtitiæ ſæculari iuſtiſſimam ſubiret ſui facinoris vltionem? hoc eſt quod vindicare quærit dominus noſter & debet, & tenetur: quod ſi non faceret, omnes eccleſiaſtici viri detraherent ſanctitati ſuæ. Plena eſt curia literis, quibus ſacerdotes toto orbe diſperſi clamore conqueruntur contra Papam, niſi vindicet Eccleſiæ iniuriam; vnuſquiſque enim timet ſibi ipſi: vnuſquiſque formidat quod ſiue cum cauſa, ſiue ſine cauſa ſæculares non aſſueſcant in Domini ſacerdotes ſacrilegas manus extendere, &, quod ſingulariter ſinguli dicunt, dicent omnes in concilio generali congregati, atque ita opportuniſſimum foret, ſi quo modo præſiſta re facile poſſet concilium congregari; doletque dominus noſter, quod non poſſit, quoniam oportet conſulere Imperatorem, & alios Reges Chriſtianos, deinde de tempore, & loco diſcernere, congregare prælatos, & alios, qui de iure intereſſe debent: & hæc quidem tempore indigent; nihilominus ſanctitas ſua proponet iſta fratribus congregatis, hoc eſt ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, & forte dominus Deus aperiet aliquam facilem viam.

Ad poſtulatum cõcilium quid ſit reſponſũ

Oſtenſũ debuiſſe archiep. eccleſiaſtico reſeruari iudicio.

Conciliũ omnino cauſam præſulũ defenſurum.

At celebrari nõ poſſe niſi Cæſare & alijs Regibus cõſultis.

23 Poteſtas autem congregandorum conciliorum eſt penes Romanum Pontificem, ita enim declarauit ſancta illa ſynodus Nicæna, cuius auctoritas par eſt euangelio, dicente beato Gregorio: Sicut ſancti euangelij quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere, & venerari me fateor, Nicænum ſcilicet, &c. & hoc ratio aperta demonſtrat. Nam ad quem alium pertinere poteſt membra corporis congregare, niſi ad caput, a quo in membris ipſius virtus, & motus deriuatur, caput autem militantis Eccleſiæ, miniſteriale dico, nemo fidelis negabit Papam eſſe. Porro ſi ſit expediens, vel non expediens congregare concilium Papa ſolus eſt, qui ex ſententia decernere habet, nam quis melius iudicare poteſt de domo atque familia, quam pater familias, & dominus? atqui paſtor vniuerſalis Eccleſiæ Papa eſt, ipſe ergo nouit melius quam omnes homines, vel noſſe præſumitur, quid expediat gregi ſuo. Errant ergo, qui in ſimplices,

Poteſtatem cõgregandi Concil. ſpectare ad Pont.

ces, & plenißimas aures Chriſtianißimi Regis Francorum inculcant, quod dicat, vel dici faciat in aures Pontificis. Volo concilium generale, cum velle & nolle concilium in ſolo ſit Romani Pontificis arbitrio conſtitutum.

Non pẽdere ex voluntate Gall. Regis vt fiat vel non fiat. Ob quas cauſas Concilia celebranda.

24 *Propter tria conſueuerunt concilia generalia celebrari, vt etiam in geſtis Conſtantienſis concilij definitum reperitur, videlicet propter extirpationem hæreſum, propter pacificationem principum, & propter reformationem morum. Hæreſes autem in præſentiarum per Dei miſericordiam nulla palam pullulare videntur, quæ per concilium extirpare neceſſe ſit: de pacificatione principum dubium eſt, ne per congregationem concilij maiora ſcandala inter eos orirentur, tum quoniam non poſſet ſanctitas ſua, ſalua honeſtate, diſſimulare quam multas ciuitates, & terras atque dominia eccleſiæ tam Romanæ quam aliarum vſurpata detinentur a nonnullis potentijs temporalibus; tum etiam quoniam ſunt aliqui principes, qui inter ſe contendunt de iure regnorum, ſunt & alij, qui licet ſubiecti ſint Regibus, & palam loqui non audeant, ſecreto tamen multo ſpargunt, plura ſuggerunt aduerſus Reges dominos ſuos, accuſantes eos de gubernatione tyrannica. Neque deſunt, qui dicunt de aliquibus, quod cum verbis tenere fidem videantur, operibus tamen comprobatur non ſatis eſſe catholicos. Si concilium congregaretur multa de his afferrentur in medium, quæ poſſent cedere in Chriſtianitatis incendium; exemplum enim habemus præ oculis, quia concilium Conſtantienſe Spiritu ſancto congregatum decreuit de pace tractare inter Chriſtianiſſimum dominum Carolum Regem Francorum, & illuſtrem dominum Philippum ducem Burgundiæ, & nõ modo pax ſequuta non eſt, ſed bellum multo atrocius atque cruentius: diuiſa eſt quippe in concilio illo Gallicana natio, quibuſdam dicentibus, licuiſſe Ioanni duci Burgundiæ interficere ducem Aurelianenſem: quibuſdam econtra accuſantibus illum de crimine læſæ maieſtatis: ſerpſit autem paulatim in concilio iſta contentio inter viros magna doctrina, quæ fuit maioris odij inter principes illos ſeminarium. Et propterea ſanctiſſimus dominus noſter a principio ſui pontificatus nihil magis deſiderare viſus eſt, quam celebrare concilium, & pro gloria Dei, & etiam pro claritate nominis ſui. Homo eſt etiam quoad celebrandum concilium neque doctior, neque omni ex parte poſſet magis idoneus reperiri, nec poſſet ſine perpetua gloria nominis ſui celebrare concilium; ſed tum propter prædicta, tum propter multa alia conſilio ſapientum ſanctitas ſua, licet inuita, diſtulit.*

Ad obiectioné de pragmatica dilemmate reſponſum.

25 *Quod sereniſſimus dominus Rex Franciæ velit repetere pragmaticam, non poteſt ſine maxima admiratione audiri; agitur enim hic de honore, & de conſcientia ſuæ maieſtatis. De honore quidem, quoniam aut pragmatica iuſta eſt, ſancta eſt, honeſta eſt, aut iniuſta, & inhoneſta: ſi iuſta quam ob rem reuocauit eam, & abnegauit cum tanto ſolemnitate maieſtas ſua? ſi verò iniuſta, & inhoneſta, cum quo honore ſuo poteſt eam reaſſumere? Agitur etiam hic de conſcientia ſua, quia non quiuis homo, ſed doctor gentium, & vas electionis beatus Paulus Apoſtolus eſt ille, qui dixit: Si quod probaui iterum reprobo; ac ſubinde: Si quod reprobaui iterum approbo, præuaricatorem me conſtituo; quod nomen abſit a fama, & reputatione tanti principis. In poteſtate ſerenitatis ſuæ eſt facere de facto, quod velit, ſicut in poteſtate Pontificis eſt factis proportionabiliter reſpondere de iure: ſed non ſperat Pontifex, neque poteſt ſibi perſuadere, quod Rex ille Chriſtianiſſimus tam grandem maculam velit inferre gloriæ ſuæ.*

De vocatione prælatorum reſponſum Regem non debere iudicare de eccleſiaſticis.

26 *De vocatione prælatorum quam ſit contra diſpoſitionem iuris diuini, & humani, quod velit regia maieſtas de viris eccleſiaſticis iudicare, nemo non nouit. Quid Dominus dicit in euangelio? Quis es tu, qui iudicas alienum ſeruum? qui domino ſuo ſtat aut cadit? eccleſiaſtici viri dominum & paſtorem habent Papam: quod velit eos a curia Papæ reuocare maieſtas veſtra regia, quod ſeipſum velit alienare a Romano Pontifice quantum ſuam celſitudinem decet, ipſe ſit iudex; ſed firmiter credendum eſt, quod ſi præfata ſerenitas fuiſſet vel mediocriter informata de rerum veritate, nihil horum ſuis oratoribus commiſiſſet, quin potius eis mandaſſet inducere Laurentium Medicem ad recognitionem erratorum, atque ad ſubeundam dignam ipſorum vltionem: nam quis non videat quod, etſi ſententiæ latæ a domino noſtro contra illum iniuſtæ forent, nihilominus eas teneretur obſeruare? Et quoniam res agitur inter filium & patrem, ſemper ille deberet humiliari; quanto igitur amplius ſententias obſeruare debet, humiliarique, offerens ſe ſatisfacturum quando conſtat eas eſſe iuſtiſſimas? Cor igitur illius, quod inſtar Pharaonis induratum eſt, ſaxeamque obduxit naturam, emollire regia maieſtas ſuis exhortationibus debet, vt lapidea duritie in carneam teneritudinem commutata inſtar prodigi filij dicat: Pater peccaui in cælum, & coram te. Hoc ſi Laurentius fecerit, & imponenda ſecundum canones pænitentiam contrito corde amaroque animo tulerit, reliqua facile componentur.*

Teneri ſubditum ad ſeruandam iniuſtam ſententiam multo magis ad iuſtam.

Pœnitenti Laurẽtio veniã datum iri.

27 *Nihilominus quoniam ſanctitas domini noſtri item oratorem ſuum ſuper his ad regiam celſitudinem deſtinabit, expectanda eſt reſponſio eius: nam forte, immo vero ſine forte Rex ille Chriſtianiſſimus veritate comperta ſententiam commutabit. Interea etiam miſerebitur Dominus vrbis Romæ, & tollet ab ea plagam iſtam peſtilentiæ: redibitque ſanctitas ſua, & reuerendiſſimi domini Cardinales congregabuntur, & tunc comperta poſt informationem intentione regia de conſilio fratrum multo exactius præfata ſanctitas prouidebit, & ita prouidebit, vt non ob re ſerenitas contentetur.*

28 Meminit de hoc pontificio reſponſo Raphael Volaterranus a aitque eam ad concilium prouocationem ita exceptam a Sixto, vt qui prouocarant pertimuerint, ne concilium cogeretur: *Tantum*, inquit, *narrabo Florentinos in hoc bello Galliæ Regem, Venetos, Ferrarienſes, Mediolanenſes habuiſſe fautores, & ab horum omnium legationibus huius occaſione controuerſiæ, quæ iniuſta videbatur, Xyſtum ad concilium citatum fuiſſe: illum autem ſumma conſtantia reſpondiſſe, ſe concilium libenter quidem admiſſurum, vbi ſperaret omnium illorum principum crimina patefacturum, reſque plurimas oblatas Eccleſiæ repetiturum: quapropter quem illi metu expugnare ſperabant, ab eodem perterrefacti diſceſſerunt.*

Qui petierant Conciliũ pertimuere ne fieret.

a Raphael Volater. antropogr. lib. 22.

29 Veniſſe præterea ad Sixtum ab Imperatore Friderico & Matthia Pannoniæ Rege oratores, vt illum ad pacem redintegrandam cum Florentinis, imminente Chriſtiani imperij excidio Mahomete II. commouerent, tradunt b. Tanta porro contentione ſuſcepta res Florentina eſt a Venetis, vt pacem, de cuius legibus dicetur inferius, a Turcis coemerint, quo Florentinis tuendis Othomannico bello liberi vacarent. Querebantur ij in difficillimum ſe bellum aduerſus Turcas a Romana eccleſia maximorum auxi-

Rogatus a Cæſare & Vngaro Sixtus vt pacem det.

b Brutus Flor. hiſt. l. 7. & Crom. l. 29 & alij.

Veneti emunt pacem a Turca vt Florentinæ reipub. opẽ ferant.

Digitized by Google

auxiliorum ſpe adductos fuiſſe, implicatos vario bello magnis quotidie atteri cladibus, dum Sixtus eorum calamitate, & re Chriſtiana neglectis in ſuorum augenda amplitudine, belloque ciuili eccleſiaſticas opes conſumeret: denuntiatum itaque fuit Sixto contractum a Venetis cum Turca pacis fœdus: quo audito vehementer obſtupuit, cum Ludouici Francorum Regis, Friderici Imperatoris, eiuſque filij Maximiliani ducis Burgundiæ oratorum a precibus permotus ad ſedandam Florentinam controuerſiam, vertendaſque aduerſus Turcas Chriſtianum laniantes imperium arma incumberet.

Grauate rem accipit Sixtus

a Sixt. lib. breu. & bull. ep. 119.

30 Vrgentibus porro Florentinorum fœderatis, vt octiduo ſtatim ſumpta in Florentinam rempublicam arma poneret, & cenſurarum in eos latarum vim omnem adimeret, dum pacis redintegrandæ ratio exquirebatur, aſſenſit Pontifex, ne rei Chriſtianæ deeſſet, ac Ludouicum Francorum & Eduardum Anglorum Reges vna cum Cardinale legato interpretes concordiæ deſignauit; in qua perficienda ſi diſſentirent, Fridericum Imperatorem & Maximilianum ducem Auſtriæ accedere voluit, quod compromiſſum eo tempore, quod ijdem principes ſtatuiſſent, teneret, eoque labente ab armis temperaretur. Sed huius compromiſſi pactiones Florentini eorumque ſocij non admiſere, exeuntibuſque prioribus inducijs, Peruſium ex inſidijs opprimere pertentarunt, propulſatique in circumiecto agro effuſe populationem fecerunt. Senenſium etiam Pontificis ſociorum nonnulla loca vi cepere, ac diripuere, qua iniuria exaſperatus Sixtus eos nouis edictis perculit b: cumque principes Pontificis odio mandata darent eccleſiaſticis, intentata vectigalium mulcta, vt ab apoſtolica aula diſcederent, tantum contemptum non tulit Sixtus, atque incuſſa cenſurarum religione ſcelati tanto eos temperare iuſſit c.

Sequeſtra pax admiſſa a Sixto cũ Florentinis.

Violata a Florentinis.

Pertentatam ab ijs Peruſium.

b Ibid.

Occupata nõnulla Senenſium loca

Ad futuram rei memoriam.

c Lib. breu. & bull. ep. 139.

31 Omnibus & ſingulis, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant ſub excommunicationis anathematizationis & maledictionis ſempiternæ pœnis apoſtolica auctoritate mandamus, ne ipſi vel eorum aliquis publice vel occulte, tacite vel expreſſe quemcumque ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis noſtris, & ſedis prædictæ officialibus aut familiaribus, alijſque perſonis eccleſiaſticis, & ſæcularibus, & cuiuſcumque dignitatis ſtatus gradus ordinis vel conditionis exiſtant, vt infra certum terminum ab eadem noſtra curia recedant, & ſe abſentare, ac ad ſua propria; vel aliena domicilia ſe transferre habeant, moneat, aut mandatum aliquod facere, cogere, vel compellere, neque alicui ex ſupradictis, ſeu quibuſuis alijs forſan per ſæculares perſonas ſupradictas, ſeu earum auctoritate iam monitis, coactis, compulſis, vel quibus ſimilia monitiones, & mandata facta reperiuntur, iniuriam, damnum, iacturam, aut præiudicium aliquod comminari inferre, aut ipſorum, vel beneficiorum aut officiorum ſuorum bona, fructus, redditus, prouentus, & emolumenta ſequeſtrare, ſubhaſtare, aut in ſuas vel aliorum manus ponere, capere, recipere, exigere, leuare, alienare, ſeu in ſuos aut alienos vſus conuertere, aut perſonas prædictas moleſtare, impedire, ſeu in rebus & bonis inquietare, aut interuerti, ſeu ſequeſtrari, ſubhaſtari, poni, capi, recipi, exigi, leuari, alienari, conuerti, & inquietari facere, vel procurare præſumant, &c. *Dat. Brachiani Sutrinæ diœceſis anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXVIII. IV. *idus auguſti pontificatus noſtri anno* VII.

Principes auſi eccleſiaſticos ex Apoſt. aula reuocare obiectis pœnis.

Intentato anathemate repreſſi.

32 Nec modo edictis, ſed ſuis etiam, ac fœderatorum armis aduerſariorum conatus comprimere niſus eſt Sixtus: nam ad diſtinendum ducem Mediolanenſem, ne Florentinis auxilia ſubmitteret, Heluetios in eum concitauit a, fauitque b Genuenſibus, qui Mediolanenſe iugum deiecere, ſeque priſtinæ libertati aſſeruerunt c Neapolitani Regis auxilijs fulti, tum ſua virtute, qua Ioannis Galeatij Mediolanenſium ducis exercitum inſtructa acie profligarunt: haud tamen Proſper Adurnius, qui huius conuerſionis auctor extitit, & Regis Ferdinandi ſubſidijs fretus Mediolanenſe iugum excutere molitus eſt, præturam Genuenſem diu tenere potuit, nouis enim inter Genuenſes commotis diſſenſionibus, ciuiumque ſuorum cruore imbuta vrbe, eiectus eſt a Baptiſta Fregoſio, qui mox ducales apices accepit.

Heluetij in Mediolanenſem concitati. Genua libertati reſtituta.

a Lud. Canitell in annal Cremonen.

a Aug. Iuſt l. 5. Folieſ. lib. 11.

c Id. ibid. Bizz. l. 15 Naucl. vol 2. gener. 50 & alij

33 Tulit vero ægerrime Mediolani dux Genuenſium defectionem, atque apud Ferdinandum queſtus eſt d, bellis inteſtinis ab ipſo implicari Italiam, quo tempore Turca illi opprimendæ inhiabat: *Proſper*, inquit; *Adurnus præſes noſtrorum Ianuenſium ſtudio tuo modo rebellauit: miſiſti eidem Proſpero ſubſidium triremes tuas, addita pecunia. Ardet itaque nunc ea ciuitas inteſtina diſcordia per te conflata, & tu auctor huius mali ex tua Neapoli quaſi alienum incendium ſpectare credis; quod te compulerit nihil eſt niſi, quod in periculo ſua Florentinos ſocios noſtros iuuamus, quamquam ijs ipſis ex fœdere mutuo tu quoque auxilia debes.* Et infra: *Niſi conſilium mutes, cogita nihil nos prætermiſſuros, vt incendium noſtrum mox quoque regnum tuum apprehendat, cum etiam ſi id volumus, metuere debeas quos terrores iuſtas ſit Ianua habiturus, ſi quando eam vrbem retinere non poſſemus, &c. Dat. Mediolani* XI. *Iulij* MCCCCLXXVIII.

d Extant eius lit. inter ep. pro c. r. mundi collect. ab Hier. Donzo pag. 334.

34 Pernicialia ſimiliter diſſidia nata erant in alijs regnis, Ludouicus enim Francorum Rex cum Maximiliano Auſtriaco de limite Belgico certabat e, a quo proximo anno ad vicum Guinegatam non longe a Ternana fugatus eſt ingenti vtriuſque partis ſtrage, quam ad ſexdecim cæſorum millia perueniſſe tradunt f. Anglia domeſticas luxit diſcordias, ac Georgium Clarentiæ ducem Regis fratrem crimine læſæ maieſtatis appetitum deligendi generis mortis ipſi facta poteſtate, in Cretenſis vini dolio præfocatum fuiſſe ferunt g.

Belgicũ bellum.

e Philipp. Comin. in chron. cap. 124 Beic. dec. 1. l. 3. nu. 55.

f Id. Belcanu 36.

Georgij ducis Clarentiæ mors.

g Polydor. Virg. l. 24 Belcair. ſup. n 36. Rem. Snoi l. 12.

35 Redintegratum quoque eſt inter Matthiam Hungariæ, & Vvladiſlaum Poloniæ ac Bohemiæ Reges prius bellum, quod male ſopitum fuerat, cum Matthias auctore Pontifice, aut legato eius confectam pacem dare negaret, quæ demum Olomucæ extremo anno, conuenientibus Matthiæ & Vvladiſlai Regum oratoribus, ampliſſima auctoritate ſubnixis, inſtaurata eſt; & communi conſilio de catholica religione in priſtinum reſtituenda ſplendorem, de conſtabilienda Pragenſis archiepiſcopatus dignitate, exorando Pontifice, vt Bohemos ſolueret cenſuris, quibus eos Paulus II. deuinxerat, deliberatum. Præcipua formulæ illius pacis capita ex m. s. codice Vallicellano h inſigni deprompta repetemus.

h Exta. in m. ſ. Vallic ſign. lit. B. n 19. pag. 171. Bonif dec 4 l. 5. Michou. l. 4. c. 72. Cromer. l. 19. & alij

Digitized by Google

Concordia Regum Hungariæ & Bohemiæ.

In primis concluſum eſt, quod vterque princeps in ſuo iure acquiſito permaneat tanquam dominus hereditarius, & quilibet eorum titulo Regis integro Bohemiæ, prout alij Reges Bohemiæ conſueuerunt, vtatur, ita vt dominus Rex Matthias dominum Regem Vvladiſlaum ſcribat Bohemiæ Regem, & dominus Rex Vvladiſlaus ipſum dominum Matthiam Regem ſimiliter nominet, & ſcribat Bohemiæ Regem: ſimiliter ſubditi vtriuſque Regis erga vtrumque facere debebunt. Item concluſum eſt, quod Rex Matthias condeſcendat Regi Vuladiſlao barones, militares, terras, ciuitates, & prouincias quaſcumque tenet in Bohemia: ſimiliter etiam Rex Vvladiſlaus omnes ciuitates, terras, prouincias, duces, barones, & militares quoſcumque tenet in Morauia, & vtraque Sileſia, Luſatia, & ſex ciuitatibus præfato Regi Matthiæ condeſcendat,

Pacis inter Vngarum & Polonum leges.

36 Item concluſum eſt, quod poſtquam Vvladiſlaus terras, ciuitates, caſtra, oppida, & prouincias, duces, barones, militares in prouincijs Morauia, vtraque Sleſia, Luſatia, & ſex ciuitatibus ſub ditione ſua exiſtentes præfato Regi Matthiæ condeſcendat, ſtatim & incontinenti omnes de Morauia, & vtraque Sleſia, Luſatia, ac ſex ciuitatibus teneantur communiter præſtare homagium Regi Matthiæ tanquam vero domino eorum, & hereditario Bohemiæ Regi, & barones, ac nobiles ſecundum conſuetudinem erga dominos ſuos, & Reges Bohemiæ ab antiquo obſeruatam, ipſum pro tali Rege ſuſcipiant, & teneant, ſibique & nulli alteri tanquam eorum vero, & hereditario Regi obediant; & poſtquam dominus Rex Matthias barones, militares, ciuitates, terras, & prouincias, quas in Bohemia tenet, præfato domino Vvladiſlao condeſcenderit, illi in terra, & corpore regni Bohemiæ, eundem dominum Vvladiſlaum Regem ſimiliter ſuſcipiant, eique promittant, & ſecundum conſuetudinem regni ab antiquo obſeruatam facere teneantur: ſibique & nulli alteri tanquam eorum vero, & hereditario Regi obediant. E conuerſo autem Reges dictos ſubditos conſeruare in iuribus regni, & illarum terrarum, & priuilegijs ab antiquo conſuetis promittent, in quantum præſenti diſpoſitioni non obſiſtant.

37 Item concluſum eſt, quod præfatus Rex Matthias durante vita ſua prouincias, & partes Morauiæ, vtriuſque Sleſiæ, Luſatiæ, & ſex ciuitatum cum omnibus pertinentijs libere, quiete, pacifice, & abſque omni impedimento, & conditione præfati Vvladiſlai Regis, & regni Bohemiæ, ac ſubditorum coronæ eiuſdem teneat, poſſideat, & vtatur tanquam eorum verus, & hæreditarius dominus; ſimiliter Rex Vladiſlaus prouincias, barones, militares, ciuitates, & loca in Bohemia libere, quiete, & pacifice, & abſque omni impedimento præfati Regis Matthiæ teneat, poſſideat, & vtatur tanquam eorum verus Rex & dominus hæreditarius.

38 Item concluſum eſt ad confirmandam pacem, & amicitiam vtrorumque Regum, & ne propter diuerſitatem ſucceſſorum diuerſa mala, & nouæ differentiæ oriantur, & quandocumque poſt obitum Regis Matthiæ dominus Rex Vvladiſlaus aut ſui ſucceſſores, ſeu regnum Bohemiæ præfatas terras, & prouincias Morauiæ, vtriuſque Sleſiæ, Luſatiæ, & ſex ciuitatum recipere, & reunire corpori Bohemiæ voluerint, illud facere poſſint libere, & ſine vllo impedimento Regis Hungariæ pro tempore exiſtente, vel regni Hungariæ, &c. [Adiectæ ſunt plures conditiones, quarum præcipua ea fuit, vt cum prouinciæ illæ ad coronam Bohemicam reuocarentur, quadraginta aureorum Hungaricorum millia Pannoniæ Regi penderentur: ſi vero Vvladiſlaum præmori contingeret, ac ſuperſtitem Matthiam a regni Bohemici ordinibus ad ſolium Bohemicum vocari, conuentum eſt Sileſiam, Luſatiam, Moraniam, & ſex alias vrbes cum reliquo Bohemiæ regno coaliturас. Sancitum etiam, vt ſi quis finitimorum Regum, ac principum alterum ipſorum iniuſto bello peteret, alterum mutuis opibus viribuſque alteri ſubſidio futurum. De redintegranda vero in Bohemia re catholica hoc decretum additum.]

39 Item concluſum eſt, quod ex parte differentiarum in ſedem Apoſtolicam, & Bohemos poſtquam maieſtates eorum conuenient, debebunt hoc negotium ſimiliter pertractare, & videre de modo, quo tales differentiæ poſſint complanari: ſimiliter & diligentiam facere, & ſollicitare, quod quidam archiepiſcopus in regno ordinetur, qui ab omnibus decenter, & honorifice honoretur, ſuſcipique debebit, & teneri, & vt ſententia excommunicationis per dominum Paulum Pontificem piæ memoriæ promulgatam tam a viuis, quam a mortuis auferatur, apud dominum Pontificem laboretur. [Conſtitutum etiam eſt, vt ſolemne Regum colloquium in agro inter Olomucium, quo Matthias accederet, & Vinzonum, quo Vvladiſlaus ſe conferret, celebraretur, in quo fœdus æternum Hungaros inter & Bohemos ſanciretur, deque reſarciendis damnis poſt inducias Vratislauiæ pactas illatis ageretur, ac vi occupata reſtituerentur, & capti liberarentur.] *Dat. in præfata ciuitate Olomucenſi die lunæ in octaua S. Andreæ Apoſtoli anno Domini* MCCCCLXXVIII.

40 Veteres etiam diſcordiæ, quæ repullulacant in Pruſſia, quaſque Matthias ſubmiſſo Cruciferis auxilio accenſurus erat, feliciter ſedatæ a Caſimiro Rege Poloniæ, a quo etiam cum Tartaris & Turcis pax redintegrata a eſt, quam pariter Veneti a Mahomete maximo damno redemere, indeque Chriſtianæ res ad exitium proniores fuere: alijs enim mutuis bellis ſeſe petentibus, alijs cum barbaro paciſcentibus, Mahometes profcendæ Chriſtianæ religionis euertendæque cupidiſſimus, liberius in Chriſtifideles graſſatus eſt, Charinthiam igni ferroque b vaſtauit, Croiam c Macedoniæ vrbem principem olim Scanderbegi victorijs nobilitatam, preſſam annua obſidione ob commeatuũ inopiam ad deditionem coegit: Scodram atrociori quam antea triennij oppugnatione adortus eſt: Driuaſtum cepit: Lyſſum ad Drymonis ripam eripuit, denique Venetos ad Scodram, Tænarum Laconiæ, & Lemnum inſulam ſibi dedenda exoratæ pacis cauſa adegit. Recenſet huiuſmodi leges, nonnullaque alia ſcitu digna Sabellicus d.

41 *Pax*, inquit, *his conditionibus facta eſt, vt Scodram Veneti, Tænarum Laconiæ, & Lemnum inſulam Turco relinquerent: ſoluerent ad id quotannis octona aureorum nummum millia, vt Pontica paterer nauigatio Venetis negotiatoribus. Alij centum millia dumtaxat intra biennium promiſſa aiunt, negotiatoreſque id aurum daturos ſe ob negotia, quæ in Pontico mari haberent, pollicitos: atque*

a Chromer. l.29.
b Id. eod. lib.
c Bonfi. dec 4.l.5. Sab. ennead.10 lib 7.
Mahometes in Chriſtianos graſſatur.
Croia expugnata.
Deditæ a Venetis arces fortiſſimæ pro impetranda pace a Turca.
d Sabellic. enn. 10. l.7. Bonfin vbi ſup. Boſius p.2. l.11. Chro. l.29 & alij.
Apertus Mahometi aditus ad inuadendam Italiam.

ita

ita magiſtratus, quem Veneti ad id tempus Byzantij habere conſueuerant, poſt pacem in eam vrbem reſtituitur. Vix tantum quietis, & otij attulit pax hac Venetis, quantum cætera Italia ſolicitudinis, & metus, omnibus vulgo prædicantibus futurum, vt Venetis quieſcentibus Italia pars, quæ Veneta non eſſet ditionis, multo infeſtior iam inde Othomanicis eſſet armis quam vllo vnquam tempore fuiſſet. Poſt pacem Mahometes Neritum, quæ nunc Maura eſt, Leonardo Tocio ademit, qui ea tenebat loca, Cephaleniam inde Zacynthumque ſuo imperio adiecit: ſoluerant ſe Veneti Othomanico bello anno ſextodecimo quam in Turcos arma induerant, fuitque annus ille ſalutis ſeptuageſimus octauus ſupra milleſimum ac quadringenteſimum. Pax hæc grauiſſima primum Rhodijs, deinde Appulis bella peperit, vt dicetur inferius.

Aliæ arces & inſulæ Chriſtianis ademptæ.

Diu a Venetis Mahometis diſtractæ vires ne Chriſtianum imperium obrueret.

Boſnæ Reginæ mors.

a Raphael Volat. l. 8.

Boſna hæreſi manichæa contaminata

42 Premebat tum ſua tyrannide Mahometes Boſnam, ex qua in Germaniæ limites maximæ excurſiones fiebant, cuius prouinciæ Regina Catharina religioſiſſima Thomæ olim Regis vxor diu Romæ Pauli II. & Sixti IV pontificum liberalitate ſuſtentata hoc anno extincta eſt, de qua hæc tradit Raphael Volaterranus a: *Mæſia ſuperior inter Danubium, & montes Macedonicos continetur, in quo ferme ſpatio tres nunc regiones ſunt Boſna, Raſcia, & Seruia, Boſna prope fluuium, qui Mæſus appellatur a Ptolomæo: apud hos Manichæorum ſecta colitur: duo rerum principia, alterum bonorum, alterum malorum dicunt:* paucisque interiectis verbis: *Cænobia in abditis montium conuallibus habent, vbi matronæ, quæ ex aliquo morbo euaſerunt, ſanctis viris certo tempore ex voto ſeruire ſe dicunt, atque ita inter monachos mixta vna viuunt: quæ quidem labes adhuc durat. Rex Stephanus, hoc enim nomine Reges eorum vocant, a Ioanne Cardinal S. Angeli Cardinale baptiſma de more accepit: is fuit Germanus Boſnæ Reginæ, quæ a Turcis expulſa Romæ noſtra memoria Pontificum miſericordia victitabat, & extincta eſt.*

43 Antequam illa extremum diem obiret teſtamento Boſnam Romanæ eccleſiæ legauit, eamque ob cauſam enſem & calcaria in Cardinalium ſenatu Pontifici oblata, ſcripſit ad Franciſcum Gonzagam Cardinalem Mantuanum Iacobus Cardinalis Papienſis b, cui codices m.s. Vaticani auctor accuratiſſimus, qui inſignia quæque tum in Cardinalium conſiſtorijs tum in vrbe geſta literis conſignauit c, hiſce verbis conſentit: *Profugerat ad nos pulſa regno Catharina Regina Boſniæ, quod iam ante occupauerat Turcus. Eius filius abnegata fide cum illo erat contra Chriſtianos militans. Cum autem annos circiter vndecim apud nos ea fuiſſet, noſtris pecuniis ſuſtentata, diem obiens heredem amiſſi regni Pontificem Romanum reliquit, addita conditione, ſi filius ad fidem rediret, vtique in paternum regnum rediret. Ad oſtendendum teſtamentum regnumque tradendum inſtitutus eſt vicecancellarius: hodie itaque, cæteris in ſenatu abſclutis, introductis nonnulli Reginæ domeſtici ſunt, qui & teſtamentum oſtenderent, enſemque & calcaria Pontifici traderent in poſſeſſionis aditæ ſignum. Laudauit Reginam Pontifex, teſtamentum accepit ſimul, & enſem prebendidit, prebendique a ſingulis patribus voluit, vt vnum cum illo corpus nos facere ſignificaret. Imperauit vicecancellario, vt documenta accepta hereditatis confecta in archiuiis Apoſtolicis condi curaret.* Extat in bibliotheca Vaticanæ tabulario id teſtamentum d, cuius formulam ad propagandam poſteritati inſignis facti memoriam hiſtoriæ inſerendam duximus.

b Papien. ep. 695.

c Id. ibi. in ſ arch. Vat. Volater. in diarijs.

Boſnæ iura eccleſiæ teſtamento relicta.

Admiſſa a Sixto ſolemni ritu,

d Ext. in cod. m. ſ. arch. Vat. ſign. varia circa med.

In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXVIII. indictione XI. die vero XX. menſis octobris pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri domini Sixti diuina prouidentia Papa IV.

44 In mei notarij, & teſtium infraſcriptorum, & ſubſcriptorum ad omnia, & ſingula infraſcripta vocatorum ſpecialiter, & rogatorum præſentia Illuſtriſſima domina Catherina quondam ducis Stephani filia Regina Boſnæ, nunc in alma vrbe in regione Pineæ in domo ſuæ ſolitæ habitationis prope eccleſiam S. Marci de vrbe conſtituta, ægra corpore, ſana tamen & compos mente, *& infra*, volens quod, licet per immaniſſimum Chriſtianæ religionis hoſtem Turcum retroactis temporibus de facto, & per tyrannidem prædicto regno Boſnæ pulſa, & ſpoliata ſit, propterea tamen ius regni præfati non amiſit, nec amittit, quod ſpectat ad eam, propter incapacitatem, & inhabilitatem filiorum ſuorum legitimorum, & naturalium, & illuſtriſſimi Regis Thomæ memorati regni Boſnæ ex profeſſione Mahometanæ ſectæ contractam, habenſque fiduciam in Domino, qui nullum violentum ſinit eſſe perpetuum, quod prædictum regnum aliquando de manu tyrannica, & hoſtili excidet, & euertetur ab ea, & Chriſtianæ ſubijcietur ditioni, volens propterea incolis regni prædicti, & regno conſulere, ne ad manus veniat aliquorum nullum habentium ius in regno, ſed ſuum iuridicum, & legitimum habeat Regem; præfata Regina ex præmiſſis, & quibuſdam alijs rationabilibus cauſis animum ſuum mouentibus, ac memor munificentiæ, gratiarum, & beneficiorum a ſancta Romana eccleſia, & Apoſtolica ſede a felice & ſancta memoria Pauli Papæ II. & ſanctiſſimo domino noſtro Sixto Papa IV. collatorum, qui eam gratiſſima hoſpitalitate ſunt ſemper proſecuti, ſubueniendo eidem ſecundum regiam dignitatem condigno annuali ſtipendio, & prouiſione, ſeu ſufficienti pro ſuis neceſſitatibus: in prædicto regno Boſnæ cum omnibus, & ſingulis iuribus, pertinentijs, dependentibus, connexis, & annexis præfati regni ciuitatibus, caſtris, terris, villis, iuribus, & iuriſdictionibus, ac vtili, & directo eiuſdem dominio ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & ſedem Apoſtolicam, ac prædictum ſanctiſſimum dominum noſtrum dominum Sixtum diuina prouidentia Papam IV. & ſuos ſucceſſores canonice electos, & intrantes vniuerſales heredes, ac ſucceſſores inſtituit.

Publica documenta de eo confecta.

45 Rngauitque & rogat per ſolemne fideicommiſſum dictam ſedem Apoſtolicam, ac prædictum ſanctiſſimum dominum noſtrum, & prædictos ſucceſſores, eiuſdemque prædictæ ſedis fidei commiſit, & committit, & ita voluit, & ordinauit, quod filio ſuo, & prædicti Regis Thomæ legitimo & naturali Sigiſmundo ſi (quod Deus per infinitam ſuam permittat clementiam) ex Mahometanorum vomitu, in quo degit de præſenti, ad veram Chriſti fidem realiter, & cum effectu reuertatur, prædictum regnum, & regni iura, dominia, & iuriſdictiones abſque detractione legis Trebellianicæ plene reſtituat, eumque Regem in prædicto regno nominet, intitulet, & inueſtiat quantum in prædicta ſede Apoſtolica fuerit. Si vero dictus Sigiſmundus eius filius ad Chriſtianam fidem non venerit, vt præfertur,

Si Reginæ filius e Mahumetiſmo reſipiſcat eidem regnum reſtituendũ

tunc

Digitized by Google

tunc illo caſu dicta illuſtriſſima domina Regina voluit dictum fideicommiſſum eſſe nullum, irritum, & inane, nulliuſque roboris, vel momenti, ac ſi factum non fuiſſet, ſed in tali caſu iterum rogauit, & rogat dictam ſedem Apoſtolicam, & ſanctiſſimum dominum noſtrum, & ſuos ſucceſſores præfatos, & eius ac prædictorum fidei committit, quod ſi filia eius Catherina, quæ ſimiliter de præſenti Mahometanorum vomitum ſequitur, reuertatur realiter, & cum effectu ad ſanctam Chriſtianam fidem, eidem filiæ ſuæ modo & forma præmiſſis regnum prædictum integraliter reſtituant, quantum fuerit in eiſdem; ambobus autem & filio & filia prænominatis in perfida Machomettana ſecta perſeuerantibus dictum fideicommiſſum prædicta Regina voluit ſimiliter eſſe nullum, irritum, & inane modo, quo ſupra eſt præmiſſum. Et interim dictam ſedem Apoſtolicam poſſe plene, & libere de prædicto regno eius iuribus, & titulo diſponere ad ſuam voluntatem, & beneplacitum tanquam de re, patrimonio, hereditate, ac bonis ſuis proprijs quibuſuis contradictionibus non obſtantibus, &c.]

Si filia Mahometem pariter deſerat eidē reddendum.

46 In ſenatu etiam Cardinalium agitata eſt hoc anno controuerſia de transferendo Nicolao epiſcopo Caminenſi ad Vuarmienſem eccleſiam, quamuis inſcio inuitoque. Re diu cõtrouerſa, cum opponeretur concilij Conſtantienſis canon, reſponſum fuit ea decreta, in quibus de fide non agitur, a Martino non fuiſſe confirmata, narrat m. s. Vaticani auctor a: *Et quoniam*, inquit, *decreto Conſtantienſis concilij cauebatur, ne quis transferretur inuitus niſi eo citato, & cauſa ante cognita, & additum eſt adiectam auctoritatem ei concilio non eſſe, cuius decreta Martinus eius nominis V. confirmare niſi in quibus de fide catholica ageretur protinus noluiſſet*. His addimus decima februarij Dominicum Robureum pontificium cubicularium creatum fuiſſe Cardinalem tit. S. Vitalis.

An inuitus epiſcopatus transferri poſſit.

a M. ſ. arc. Vat.

47 Hoc anno Sixtus ſolicitus in aſſerendis iuribus, quæ a prædeceſſoribus acceperat, prouinciam mandauit Bartholomæo Platinæ, vt inſignia quæque vetera monumenta ex autographis deſcripta in libros redigeret: quod ille egregie perfecit b, ac tria ingentia volumina, ex quibus nos plura maximi ponderis noſtris intulimus annalibus, congeſſit, quibus epiſtolam Sixto inſcriptam præfixit.

Datæ Platinæ partes vt illuſtriæ eccleſiæ monumēta colligat.

b Platin. in præfatione collect.

48 Præfectum fuiſſe iam triennio ante Vaticanæ bibliothecæ Bartholomæum Platinam, ac ſtipendium ipſi, atque eo in munere ſucceſſuris attributum; præterea ipſam bibliothecam magnificentius inſtauratam ornatamque ex pontificijs literis c conſtat, tum etiam ex alijs anno ſuperiori exaratis d curaſſe Sixtum impenſius bibliothecam, vt in ea literarum amantes ad adipiſcendam doctrinam ſtudioſius incumberent: *Ad decorem*, inquit, *militantis Eccleſiæ, fidei catholicæ augmentum, eruditioni quoque, ac litterarum ſtudijs inſiſtentium commodum & honorem Romanus Pontifex commendabilis cuiuſque exercitij adiutor, vt ſectatores liberalium artium eo facilius ad tam præcelſum humanæ conditionis faſtigium acquirendum, acquiſitum vero in alios effundendum inducat, paternis eos hortatur monitis, muneribus allicit, beneficijs iuuat, bibliothecas & loca eis accommoda præparat, ac ſparſa librorum volumina ad ipſorum profectum in vnum reducit*. Antea vero cum eiuſdem bibliothecæ nonnulla volumina alienata eſſent, intentatis cenſuris edixit a vniuerſis, vt ea reſtituerent.

Bibliotheca a Sixto congeſta.

c Lib. breu. & bullar. ep. 83.

d Extant inter Collect. Plat. 3. pag. 438

Doctorū vſui accommodata.

a Ibid. pag. 430.

49 Hoc anno Pontifex, cum graues eſſent inter clerum, & monachos in Germania controuerſiæ, eas hoc diplomate b diremit.

Compoſita controuerſia inter clerū & monachos.

Ad perpetuam rei memoriam.

Parochiani ſacerdotes de cætero non dicant a mendicantibus hæreſes proceſſiſſe, cum in veritate fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdem, & præſertim per ordinea Prædicatorum, & Minorum, vt iura teſtantur. Fratres mendicantes non prædicent populos parochianos non teneri audire miſſam in eorum parochijs diebus feſtiuis, & dominicis cum iure ſit cantum illis diebus parochianos teneri audire c miſſam in eorum parochiali eccleſia, niſi forſan ex honeſta cauſa ab ipſa eccleſia ſe abſentarent, quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum ſepulturam apud eos, & bene caueant propter pœnas, quas imponunt canones, cum ſit liberum.

b Extrauag. commun. de treuga & pace l. 1. c. 12.

De miſſa audienda

c Vid. Conc. Tri. ſeſſ. 22. in decr. de obſeruandis celebratione miſſarum §. ad ex.

De ſepulturis.

50 Etiam ipſi mendicantes deſiſtant prædicare, quod parochiani non ſint obligati, ſaltem in paſchate, proprio confiteri ſacerdoti, quia de iure tenetur parochianus ſaltem in paſchate proprio confiteri ſacerdoti; per hoc tamen ipſi fratres mendicantes non cenſeantur excluſi, quominus ſecundum iuris communis, & priuilegiorum eiſdem conceſſorum diſpoſitionem confeſſiones audire, & pœnitentias iniungere valeant. Etiam de cætero inter ipſos fratres mendicantes, & curatos quoad effectum prædicandi horas cantandi, & campanas pulſandi ſeruetur conſuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis ſeruata fuit in ipſo oppido Elingenſi, & caſu, quo veniat aliqua occaſio, ſiue neceſſitas non fiat commutatio temporis, vel horæ in ipſis prædicationibus fiendis, niſi de conſenſu partium. Etiam ipſi fratres in ſermonibus eorum non detrahant prælatis, & rectoribus parochialium eccleſiarum, nec etiam populos a ſuarum eccleſiarum parochialium frequentia, & acceſſu abſtrahant ſiue retrahant quoquo modo.]

De facienda exomologeſi.

De concionibus.

IESV CHRISTI

Annus 1479.

SIXTI PP. IV. annus 9. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 40.

1 AGgredimur annum a Virginis partu milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum nonum duodecima indictione, quo cum immaniſſimus Turcarum princeps relatis de Chriſtifidelibus plurimis victorijs lateque prolatis, innumeriſque in ſeruitutem adductis, ac fixis vbique ſæuitiæ ſuæ trophæis vniuerſum orbem Chriſtianum ſub iugum mittere meditaretur, Dei vicarius plures legationes ad Reges principeſque ad ſacrum bellum aduerſus communem hoſtem ſuſcipiendum concitandos, inflammandoſque populos ad nomen crucesignatæ militiæ dandum miſit: in primis enim Auſiam tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem ſumma inſtructum auctoritate in Germaniam legauit d: *Tibi*, inquit, *excitandi tam Imperatorem, quam omnes, & ſingulos catholicos principes, & populos, vt aduerſus infandiſſimum Turcorum principem pro defenſione*

Redintegrare in Turcas bellum nititur Sixtus.

Auſias Card. in Germ. decretus.

d Regeſt. 2 legation. pag. 104. ad pag. 172.

Digitized by Google

Solicitati Germani ad ſacrã in Turcas expeditionem

ſionis fidei, pro ſalute patriæ & propria, ac aliorum Chriſtianorum tuitione ſe ardenter opponant, ipſorumque reproboſ conatus reprimere ſtudeant: inſuper cruciatam contra eoſdem Turcos prædicandi, & cruceſignatis contra eoſdem Turcos pugnantibus, vel ad id contribuentibus non ſolum ſemel in vita, ſed etiam in mortis articulo, iuxta ordinationem tuæ circumſpectionis, vt indulgentiam plenariam conſequantur, concedendi, & infra, *auctoritatem concedimus & impartimur, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXIX. *nonis maij pontificatus noſtri anno* VIII.

Ioannes S. Adr. Card. in Bohem. Polon. & Vng. miſſus. a Ib. pag. 157. ad pag. 163. & pag. 182. &c.

2 Perſimilem prouinciam in Pannonia, Bohemia, ac Polonia gerendam Ioanni Aragonio S. Hadriani diacono Cardinali impoſuit a; tum vt ſubortas inter eos Reges de Bohemiæ regno controuerſias ſedaret, atque ideo ſi vſus poſcere videretur, inducias & colloquia impetraret, tum mutuo armorum fœdere aduerſus Turcas iungeret, necnon ſacrum bellum, ad eorum comprimendos impetus, fidemque tuendam promulgaret, ac militiam religioſam profeſſuros crucis ſymbolo inſigniret; quæ literæ his verbis conſignatæ ſunt: *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXIX. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* VIII.

3 Vt autem facilius ſacra in Turcas expeditio confici poſſet, non modo pacandis Germaniæ aliorumque regnorum borealium rebus, verum Italicis quoque operam dedit Pontifex: cumque accepiſſet ſublata eſſe diſſidia, quæ inter Bonam Mariam & Ioannem Galeatium eius filium, atque Aſcanium, & Ludouicum Octauianumque Sfortias ante interceſſerant, id Aſcanio adminiſtratori eccleſiæ Papienſis eadem progenie orto gratulatus, legationis munus in Inſubria, ac prouinciis adiacentibus obeundam ei decreuit b, vt nimirum tam illos, quam alios regionum illarum principes viros, ac populos arctiſſimo iungeret fœdere, quo argumento has ad eum literas dedit.

Aſcanio Card. In ſubriæ legatio demandata

b Reg. 2. de gation pag. 26.

4 *Intenti*, inquit, *ex ſaluberrimis monitis eiuſdem ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti ad pacem, & quietem ipſorum fidelium, ac conſeruationem huiuſmodi vnionis, & tranquillitatis, prout etiam naturali iure de tenemur, proprioque paternæ charitatis inuitamur officio, in quo omnem cogitatum noſtrum conuertimus, ac oculos noſtræ mentis ad perſonam tuam pro conſeruatione huiuſmodi vnionis, & tranquillitatis direximus, te ad ducatum prædictum, & ad partes Lombardiæ, & finitima, ac illi adiacentia tam citra, quam vltra montes dominia & loca cum plena, & omnimoda poteſtate legati de latere nuntium & oratorem noſtrum, ac angelum pacis deſtinare decernimus; &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXIX. X. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* IX.

Papien. Card. interẽptus helleboro. c Volater. in præfat. ad opera Card. Papien.

5 Succeſſerat Aſcanius in adminiſtranda eccleſia Ticinenſi Iacobo Cardinali Papienſi III. idus ſeptembris huius anni vita functo culpa ignobilis medici, qui helleborum male temperatum quartana laboranti propinarat, vt Iacobus Volaterranus c, qui tum ſummo Pontifici a ſecretis erat, in præfatione operum illius hoc anno conſignata teſtatur, eumque hoc exornat elogio: *Cenſus illi ſacerdotiorum fuit ad modeſtiam dignitatis, quorum aceruos non quæſiuit modo, ſed in aliis vehementer deteſtabatur. Vir certe fuit magni ingenij, ac ſi ei aliter mori contigiſſet, maioris conſilij habitus, manu dexter ad omnia, ad quæ inten-*

Illius elogium.

debat animo; elegantis & magnæ doctrinæ, atque in ſcriptis ſuis non minus ſententiarum grauitatem, quam ornatum oſtendens frequenter ſcripturæ ſanctæ verbis de induſtria vtebatur, vt pote quæ ſorti, & dignitati ſuæ conuenire plurimum exiſtimabat. Scripſit Pontificum vitas, quæ vel æmulorum malignitate deperditæ ſunt, vel forte (quod velit Deus) in aliud tempus ſeruatæ. Scripſit commentarios a Pij profectione Anconam, dum in Turcos expeditionem pararet, vſque ad obitum integerrimi patris Cardinalis Caruaialis, qui annorum fere quinque hiſtoriam continent, omnium videlicet, quæ vbique memoratu digna inciderunt. Scripſit epiſtolas multas tam otij ad alendum ingenium, quam negotij cauſa ad amicos, a me in hunc diem ſupra ſexcentas magno labore, & cura collectas. Biennio ante obitum Tuſculana eccleſiæ titulo honeſtatus eſt, cum prius inter presbyteros cooptatus S. Chryſogoni titulum habuiſſet.

Eius cõmentarij

6 Quamuis ille repentino mortis genere, lethargo nimirum oppreſſus obierit, non ea tamen illi fuit improuiſa; teſtamentum a enim iam ante condiderat, quod pietatem ſpirat, e quo hæc viſa ſunt decerpenda: *In primis*, inquit, *conuerſus in Deum auctorem, & redemptorem meum, cum anxius ſim futuri de me iudicij, & neſciens vtrum odio an acceptione ſim dignus, ſciens autem in manu eius vitam eſſe atque interitum, per viſcera miſericordiæ ſuæ, in quibus ex alto nos viſitauit, humiſtratus oro, vt fiant aures ſuæ intendentes in vocem deprecationis meæ: non intret in iudicio cum ſeruo ſuo: aduerſus folium, quod vento rapitur, non exerceat potentiam ſuam, nec ſiccam ſtipulam perſequatur, pœnitentis ſacerdotis animam non dedignetur.* Et infra: *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius: ſecundum ergo peccata mea non faciat mihi, neque ſecundum iniquitates meas retribuat mihi, quia non iuſtificabitur in conſpectu ſuo omnis viuens, ſed per ſanctam natiuitatem ſuam, paſſionem, & mortem & reſurrectionem, & aſcenſionem in cælum, & aduentum Spiritus ſancti paracliti ſaluet humiliatam animam cum beatis ſpiritibus in vitam æternam.*

a Ext. apud Card. Papiæ poſt ep. vlt.

Pii eiuſdem teſtamentum.

7 *Proxime autem ſi quid contra paſtorem principem meum Romanum Pontificem viuens peccaui (peccaſſe autem multa me puto) ſi quid dicto aut facto contumacius egi, ſi non ſum digne veneratus, ſi non parui, ſi contriſtaui, ſi carpſi pro ſuis in me meritis, ſi non digne retribui, ſupremam eius pietatem gemens imploro, vt mihi ignoſcat, & oblitus omnium, defuncti animæ benedicat.* Nonnulliſque interiectis de petenda a Cardinalibus venia: *Vt vero ad gloriam Dei, & integritatem communionis fidelium perſeuerantis, licet peccatoris, ſerui pateat fides, alta voce profiteor, tenuiſſe me a lauacro ſancti baptiſmatis vſque in diem præſentem ſanctam orthodoxam fidem catholicam, ſymbolum ab Apoſtolis conditum, expoſitionem fidei magni Nicæni concilij, anathematizaſſe etiam me & anathematizare omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus ſanctam, & immaculatam fidem, in qua, vt dictum eſt viuere, & mori intendo, hoc ſequens confeſſionis meæ chirographum omnipotenti Deo in extremo iudicio repræſentans. Credo, &c.* Hactenus de Iacobo Cardinale Papienſi: nunc ad inſtitutam de concilianda in Italia pace narrationem redeamus.

Et a Pont. & Card. ſenatu.

Profeſſio fidei.

8 Miſſi ſunt hoc anno ineunte Romam ex toto orbe Chriſtiano ad Sixtum oratores, ne conceptum in Florentinos ob eccleſiaſtici ordinis violatam maieſtatem dolorem vlciſceretur, belloque parceret, ne Chriſtiana reſpublica inteſtinis noſtro-

Miſſæ ad Sixtũ plures legationes vt bello in Florentinos abſtineat.

ſtrorum diſcordijs Turcico tyranno proderetur: queritutque Iacobus Antiquarius in literis a ad Iacobum Papienſem, tum adhuc ſuperſtitem, oratores infecto negotio domum rediiſſe: Sixtum eſſe ad vindictam quam ad quietem procliuiorem: poſtulare vt Laurentius Medices dedatur: vindictam expeti ob cæſum Saluiatum, qui ſi archiepiſcopus Piſanorum fuerit, eum prius ſacram dignitatem prodidiſſe, qui aras cruentare eſſet auſus: vrgeri bellum in Etruria aſcito a Sixto in ſocietatem Ferdinando Rege: incendi paſſim diripique oppida: nil flammis aut ferro intactum relinqui: Mediolanenſes principes iunxiſſe ſe fœdere Florentinis: Heluetios in Mediolanenſes ſolicitatos ab internuntijs pontificijs, cum in eorum fines irrupiſſent, in alpinas valles retrulos Genuenſes: Mediolanenſi iugo a ſuis ceruicibus deiecto, in libertatem ſe vindicaſſe.

a Apud Papien epiſt. 696.

Abæmulis in crimen adductus Sixtus.

9 Verum auctorem aduerſa factione implicitum immerito Pontificem perſtrinxiſſe conſtat, cum non perductæ ad optatum finem concordiæ culpam conijciendam conſtet in Florentinos, qui violatis conuentis Peruſium armis tentarunt, propulſatique mœnibus agros vaſtitarunt, ac plura oppida occupauere; atque adeo a pacis conſilijs ipſos prorſus abhorruiſſe re ipſa docuerunt, vt Sixtus publicis literis b apologeticis demonſtrat, quas ad rei geſtæ memoriam transfundendam in poſteros diuulgari iuſſit, quaſque ad delendam omnem ab aduerſarijs aſperſam Dei vicario labem afferendas potiori ex parte cenſemus.

Illud a ſe remouet.

b Sixt lib. bullar. 44 pag. 286. & lib bre. & bullar. pag. 172. & 119. & lib. priuil. Rom. eccl. to 3 pag. 443. & inter coll. lit. lat to. 3. pag 443. in j. arch. Vatic.

Ad futuram rei memoriam.

10 Cum oratores chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouici Francorum Regis illuſtris ad nos, & ſedem prædictam deſtinati pro cenſurarum & pœnarum huiuſmodi remiſſione, & Italiæ pace, cum honore tamen dictæ ſedis, & debita ſatisfactione nomine prædicti Regis nobis humiliter ſupplicaſſent, vt pace huiuſmodi facta, communibus viribus contra Turcos noſtræ religionis, & orthodoxæ fidei hoſtes ad Chriſtianæ reipublicæ defenſionem intendi poſſet; nos tam illis, quam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Frederici Romanorum Imperatoris ſemper Augusti, & dilecti filij noſtri nobilis viri Maximiliani Burgundiæ ducis oratoribus poſtmodum ſuperuenientibus, & pro parte Imperatoris, & ducis prædictorum, idem quod eiſdem Ludouici Regis oratores petierant, cum inſtantia humiliter petentibus affirmauimus, nos promptos & paratos ad pacem ſemper fuiſſe & eſſe, nec quicquam vllo tempore magis deſideraſſe, quam Italiæ, & vniuerſorum Chriſtianorum tranquillitatem, & expeditionem ipſam contra Turcos. Et cum eorundem Florentinorum, & confœderatorum cum eis, ſeu ligæ oratores paulo poſt aduenientes, eadem ferme, quæ alij oratores Imperatoris, Regis, & ducis prædictorum petierant, fieri inſtanter peterent, oſtendimus eis quantum & pacem & expeditionem ipſam in Turcos deſideraremus, quantumue ſollicite omnia noſtra ſtudia ad id ſemper contuliſſemus.

VtReges pacis interpretes egerunt.

Denũtiarunt Veneti pacẽ cum Turca pepigiſſe.

11 Cumque nos ad media ineundæ pacis deueniri ſperaremus, ligæ oratores prædicti, literas ducis, & dominij Venetorum, per quas eis ſignificabant pacem cum Turcis iniſſe, nobis oſtenderunt: quo audito vehementer admirati fuimus, & quamplurimum indoluimus, quia ex ea pace maximo in periculo reſpublica Chriſtiana conſtituebatur, & huius pacis Italicæ videbatur adimi fundamentum, ipſius ligæ dominijs, & eorum oratoribus prædictis de expeditione in Turcos amplius ſermonem non facientibus: immo (quod deterius eſt) nobis expeditionem ipſam commemorantibus, & dictos oratores ligæ exhortantibus; ducis, & dominij Venetorum orator publice & palam per ducem, & dominium prædictos pacem per eos cum Turco initam firmam, & illibatam ſeruare velle, in conſpectu noſtro & venerabilium fratrum noſtrorum, ac oratorum Imperatoris, Regis, ducis, & prælatorum, ac aliorum in multitudine ſatis grandi, affirmare non erubuit.

Ex ea in diſcrimẽ adductũ Chriſtianum imperium.

Monitis vt cæteris ſe cõiungerẽt renuerũt.

12 Nos autem cupientes Chriſtianæ religioni in tanto periculo conſtitutæ pro viribus cum alijs catholicis principibus ſuccurrere, ac proinde nihil omittere, quod ad Italicam pacem cum honore dictæ ſedis pertineret, de eorundem fratrum noſtrorum conſilio media ſine dilatione obtulimus iuſta, & ab animo paterno, & tranquillo profecta ad pacem ipſam conſtituendam pertinentia; nonnulloſque ex eiſdem fratribus, conſilio & integritate pollentes, ad pacem ipſam pertractandam deputauimus. Sed nec etiam poſt viginti duorum dierum ſpatium ad dicta media per illius ligæ dominia aliter reſponſum extitit, niſi quod per eorum literas nobis ſupplicarunt, vt arma deponi iuberemus, & cenſuras prædictas ſuſpenderemus: ſuper quo eorum oratores præfari terminum octo dierum ad expectandum deliberationem noſtram habere dixerunt, quod nobis admirationem præbuit, cum nos eis liberum tempus ad eorum conſilia dediſſemus; ipſi vero ad huiuſmodi temporis anguſtiam ſe arctaſſent: & licet poſtulata per eos adimplere, cum ad media per nos data minime reſpondiſſent, nec vllam conſequendæ pacis ſpem videremus, ad æſtimationem noſtram, & dignitatem dictæ ſedis, communeque reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem minime pertinere iudicaremus, & contemptus clauium nos ad aſperiora remedia declinare debere ſuaderet; tamen pacis, & expeditionis prædictæ cupidi, & vt Deo & hominibus conſtaret, pacem cordi nobis eſſe, noſque pacem cæteris omnibus anteferre, iuſtiſſimas cenſuras prædictas, temporalia quoque arma non ſolum iuſtiſſime, ſed neceſſario, vt in pace aliquando viueremus, ſuſcepta, de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio miſericorditer in Domino ſuſpendimus, quamdiu ipſorum de liga arma ſuſpenſa intelligerent. Monuimus tamen eoſdem oratores ligæ, vt eorum dominia ad maturandum reſponſum omni diligentia hortarentur; ita vt eorum dilationibus res noſtræ non deteriorarentur; etenim ſi ita non fieret, dilatum reſponſum neceſſitate magis, quam voluntate ad conſulendum rebus noſtris, omniaque in priſtinum ſtatum reponendum nos merito cogeret, vtque illorum tarditas reprehenſione digna foret, ſic noſtra neceſſitas culpa careret.

Ad pacẽ procliuẽ ſe oſtendit Sixtus.

Admiſit inducias.

13 Poſtmodum vero cum præfatus Francorum, & chariſſimus in Chriſto filius noſter Eduardus Angliæ Reges animaduertentes difficultatem compoſitionis circa media prædicta per nos oblata, per ipſorum Regum oratores nobis humiliter ſupplicaſſent, vt de his omnibus differentijs compromiſſum fieret in eos: nos qui ad pacem ſemper inclinauimus, nil omittere volentes, per quod ſalutares alios effectus conſtituendæ pacis, ſicut ſemper affectauimus,

ſub-

ſubſequeretur contentari diximus huiuſmodi differentias in dictæ ſedis legatum per nos mittendum, & prædictos Reges tanquam in arbitros, & arbitratores, & amicabiles compoſitores compromittere, ita tamen, vt ſi inuicem concordare non poſſent, in ipſo caſu diſcordiæ Imperator, & dux præfati addici intelligerentur. Quod quidem compromiſſum curare deberet per ſpatium temporis arbitrio legati, & prædictorum Regum ſtatuendi, & quod durante dicto compromiſſo, ceſſare deberent hinc inde offenſiones, & cenſuræ prædictæ intelligerentur eſſe ſuſpenſæ, dum tamen partes ipſæ firmarent compromiſſum infra quinque hebdomadas ex tunc computandas. Et inſtantibus eiuſdem ligæ oratoribus, quod ſi eorum dominia infra dictas quinque hebdomadas ceſſarent ab offenſis, nos quoque cum adiuuantibus ſimiliter ceſſaremus, & nihil ommitteremus, quod ad ſtudia pacis pertinere videretur, gratioſe conceſſimus.

Cæſarem & Burgũdum concordiæ arbitros dixit.

14 Et quamquam hæc omnia pro pace Italiæ & expeditione prædicta fecerimus, & ad alia quæcunque, quæ ad pacem ipſam conducerent, nos promptos & paratos ſemper exhibuerimus, nihilominus Florentini & eorum colligati & fautores prædicti compromiſſum prædictum firmare & ad pacem ipſam peruenire nullatenus curarunt, illorum ſententiam opere comprobantes, qui per præmiſſos tractatus & ſuſpenſiones exiſtimabant, nos in longum duci, immo dictis quinque hebdomadis vix decurſis pendente etiam tractatu treugæ, & ceſſationis ab offenſis inter eos, & communitatem ciuitatis noſtræ Peruſinæ, in ciuitatem ipſam gentium ſuarum armigerarum copias clam introducere tentarunt, & impediti fidelium cuſtodum prouidentia, Peruſinum agrum non inuenta reſiſtentia diſcurrerũt, caſtraque & loca plurima occuparunt, & inuenta in illis animalia & boua, quæ potuerunt, in prædam abduxerunt. Quo factum eſt, vt pro occupatorum caſtrorum & locorum prædictorum recuperatione, & propulſandis offenſionibus huiuſmodi, quas eorum gentes prædictæ tam in prædicto Peruſino, quam Senenſium agro, in quo oppidum Caſulanum vi expugnatum omnimodæ direptioni expoſuerunt, & igne illius ædificia concremarunt, inferebant, gentes noſtræ armigeræ amplius ab armis, vt vſque tunc de mandato noſtro fecerant, non ceſſarent, prout nec ceſſarunt, occupata fere omnia celeriter reparantes: ſicque ex huiuſmodi longæ pacis tractatu tantorum principum interuentione habito, nullus hactenus bonus ſucceſſit effectus.

At Florẽtini ſpreuere pacem.

Peruſiũ tentarũt.

Propulſati agrũ Peruſinũ vaſtarunt

Senenſẽ diripuere.

15 Nos igitur confidentes in illo, cuius vices gerimus in terris, cuique omnes cogitationes noſtras ad Italiæ pacem, & expeditionem huiuſmodi tendentes innoteſcunt, ſpiritualia, quæ nobis in perſona beati Petri Apoſtolorum principis dicens: *Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis*, tradidit ſuſpenſa, vt præfertur, arma reſumere, & illis, ob continuatam tanto tempore excommunicatorum prædictorum cordis duritiam, & iniquitatem vti, quamquam inuiti, compellimur; & quamquam ſuſpenſio ipſa, ob cauſam ineundæ pacis illius tractatu pendente facta, vt pote ad cauſam huiuſmodi relata pacis eiuſdem tractatu durante durare debuerit, idque oratorum prædictorum humilis ſupplicatio, dum de compromiſſo prædicto in legatum, & præfatos Reges ageretur, vt præfertur, ſuper vlteriori ſuſpenſionis iam factæ prorogatione, durantibus dictis quinque hebdomadis, manifeſte teſtetur, nihilominus ne excommunicati, anathematizati, diffidati, maledicti, & rebelles prædicti, exinde argumenta ſumant ſibi ipſis, & alijs perſuadendi ſuſpenſionem ipſam adhuc durare, habita ſuper hoc cum prædictis fratribus noſtris deliberatione, de illorum vnanimi conſilio, & aſſenſu omnem cenſurarum huiuſmodi ſuſpenſionem, quæ, ſicut præfertur, a nobis emanauit auctoritate apoſtolica præſentium tenore reuocamus, caſſamus, & irritamus, ac eoſdem excommunicatos, ſacrilegos, interdictos, maledictos, & diffidatos, quo ad prolatas in eos cenſuras, & pœnas prædictas, eorumque aggrauationem, & alia omnia in dictis alijs noſtris litteris contenta, in eodem ſtatu fore, in quo erant antequam ſuſpenſio prædicta a nobis emanaret, de eorundem fratrum conſilio, præfata auctoritate declaramus, & quatenus expediat, eos reintrudimus in eaſdem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXIX. XVI. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* VIII.

Nouis ob pertinaciam cenſuris deuincti.

16 Huius belli Florentini occaſione nonnulli principes etiam clientes Romanæ eccleſiæ, odij in Sixtum cauſa præſules in pontificia curia agentes, varijſque præfectos muneribus intentata vectigalium iactura reuocare ab eadem curia moliti ſunt, ad quos reprimendos multam tuendamque curiæ ipſius Romanæ dignitatem principatus principibus id auſuris atque anathema Sixtus iterum incuſſit a, iudiciarioque ordine Herculem Ateſtinum, qui Florentini exercitus imperium ſuſceperat, toparchatus Ferrarienſis iure deturbauit, ac Ferrarienſes excuſſo illius iugo in fidem Eccleſiæ redire iuſſit b.

Ferrariæ dux militare Florentini exercitus imperiũ ſuſcipit.

a Tom. 3. collectan. Plat pag. 442.

b Lib. breu & bullar. pag 228.

17 Perculit ſimilibus pœnis Pontifex c Robertum Malateſtam Ariminenſem, Conſtantium Manfredum Fauentinum, Alexandrum Sfortiam Piſaurienſem, & Galeottum Manfredum Fauentinum toparchas Apoſtolicæ ſedis beneficiarios, qui poſthabita clientelari ſponſione religioneque ſacramenti, quo Romanæ eccleſiæ erant deuincti, ad Florentinos defecerant, ac ditionis eccleſiaſticæ & Senenſium fœderatorum agros & oppida ſtant depopulati.

Alij proceres paribus affecti pœnis.

c Lib. bulla 45. pag. 141. & apud Plat. to. 3. collect. m ſ. arch. Vat. pag. 445.

18 Contra commendatus a Sixto d Ioannes Baptiſta Sabellus, cuius præcipua virtute ſeruatum fuerat Peruſium, paucis enim diebus poſtquam vrbis ac prouinciæ præfecturam accepiſſet, factam a nonnullis ciuibus coniurationem de Florentinorum copijs præſidiarijs in vrbem inducẽdis oppreſſit, aliorum ciuium cõſtantiam militari præſidio fultus cõfirmauit, hoſtemq; repulit, ita vt pontificius Regiſque Ferdinandi exercitus paulo poſt aduentans Florentinos occupata loca deſerere coegerit.

Virtute Io: Baptiſtæ Sabelli ſeruatũ Peruſium Florentini oppidis agri Peruſini pulſi.

d Regeſt a. legationũ pag. 164.

19 Meminit Iacobus Volaterranus coniunctis Pontificis, ac Ferdinandi Regis Neapolitani exercitibus acri bello Florentinos fuiſſe petitos, ac plures arces amiſiſſe, nimirum Montem Impertalem, Podium Bonizi, Ceſtaldum, pluraque vallium Elſæ & Ambræ oppida, victoreſque late finitima loca terruiſſe, ac de copiarum ducibus hæc addit e: *Exercitui Eccleſiæ præerant Fredericus Ferretranus Vrbinas, & Calabriæ dux Alfonſus regius primogenitus; nam Pontifex & Ferdinandus communi conſilio aduerſus Florentinos bellum gerebant: Florentinis vero Veneti fœdere adhærentes nonnullas in auxilium copias miſerunt, ſed ſero, & ad conferen-*

Florentini a Pont. & Ferd. in diſcrimen adducti.

e Iac Volat m ſ. Vatic arch ſign. n. 11 pag. 258 et. & in alio m. ſign n. 49. geſt. Sixt. IV. diar.

das manus parum idoneas. Tradit etiam idem auctor collabentibus Florentinorum rebus pacis colloquium inter Ferdinandum Regem & Laurentium Mediceum Neapoli habitum, quod etiam Raphael Volaterranus a confirmat, eaque arte Laurentium imminens exitium auertiſſe, cum Ferdinandus augendarum rerum ſuarum gratia pontificiam cauſam contempſerit: *Hoſtes*, inquit, *iam Caſtellana, Brolio, Cacciano, nonnulliſque circa caſtellis expugnatis hunc montem, nempe imperialem, petentes poſt dies aliquot ſuperauere. Inde ad oppidum collem caſtrametauere, quod etiam paucis diebus quanquam munitiſſimum, in poteſtatem receperunt, præter partem ſuperiorem, quæ reliquis ædificiis arcis modo ſupereminet, quam ſi expugnaſſent nihil erat reliquum, quam ad mœnia Florentina procedere: Laurentius vero cum iam periculum imminere conſpiceret, vltro decreuit ad Regis hoſtis miſericordiam confugere: itaque ad ſuos oratione habita, ac profeſſus ſe reipublicæ cauſa periculo obiecturum, itinere per mare Tirenum facto, Neapolim celeriter applicuit: vbi humaniter exceptus ſupplex veniam petijt, ac cum Rege annui cenſus pactione tranſegit: paucisque poſt diebus incolumis ad ſuos regreſſus eſt, ac bellum diſſolutum. Quod factum Pontifex quanquam grauiter tulit, quod ſe neglectum præteritumque viderit, auxilijs tamen deſtitutus pacem coactus eſt facere: quamobrem oratores duodecim ad eum miſſi, qui veniam præteritorum peterent, ac populum Florentinum communi cauſa expiarent.* Ingratas fuiſſe Sixto eas concordiæ leges tradunt diaria: *Pacis*, inquiunt b, *Florentinis a Rege datas conditiones non ſatis probauit Pontifex, cui parum ex ſua, & ſedis dignitate ſunt viſæ, eis tamen acquieſcere melius exiſtimauit, quam nouis malis rurſus inuolui.* Et infra: *Eæ conditiones eiuſmodi fuere, vt ex dignitate Pontificis, & ſedis minime ſint extimatæ: tractatæ, & firmatæ Neapoli fuerant apud Ferdinandum, qui ſua magis, quam quæ ad Romanam ſedem ſpectarent reſpexit; vnde noueri motu ſuſpicio cæpta eſt: & ex eo tempore Pontifex vlterior factus perſpicue ad Venetorum partes iam ſe conuertit.* Nec iuſta abalienatæ voluntatis aberat cauſa, cum Ferdinandus ita cum Florentinis fœdus pepigiſſet c, vt mutuis opibus auxilijſque vndecumque bellum ingrueret ſe iuuarent.

a Raphael Volat. l. 5. & Panuin. in Six. IV

Ad Florentia cõſpectum promotus exercitus.

Laurentius Medices ſibi Ferdinandum conciliat. Vectigal illi pendit.

Sixtus ad pacem ad mittendã adactus. Spreta a Ferd. eccleſiæ dignitas.

b Sup. m.ſ. pag. n. 111 pag. 279.

c Panuin. in Six. IV

20 Ineunte hoc anno obijt Ioannes Rex Aragonum octogenario maior, vt Surita d, & Mariana e, alijque teſtantur; Ferdinandum vero patri ſucceſſiſſe in regno Aragonum: Elionoram Ferdinandi ex patre ſororem Gaſtonis comitis olim Fuxenſis vxorem materno iure regno Nauarræ potitam, eamque haud ita multo poſt vita functam Franciſcum nepotem ſucceſſorem habuiſſe f. Quod vero ad Ferdinandum attinet; coniunctis ille cum Caſtella Aragonijs viribus Mauros poſtea euertit: hoc autem anno claſſem ad reprimendas Mahometis Turcarum principis victorias inſtruxit, popoſcitque a Sixto, vt ijs, qui in ſacrum illud bellum vires, opes, vel induſtriam conferrent, ſacra indulgentiarum præmia largiretur: qui apoſtolicæ beneficientiæ compos factus fuit diplomate ampliſſimo, quo decernit Pontifex, vt Rex ac Regina & alij, qui bellatores ſuis ſumptibus tranſmiſerint, aut arma geſſerint octo menſium flexu, interfuerintque exercitui ſacerdotem ad expiandam conſcientiam deligere poſſint, a quo ampliſſimam noxarum veniam acciperent.

Ioannis Regis Arag. mors.

d Surit. l. 20 c. 17.

e Marian. l. 18 in fin.

Vxaſe in Nauarra ſucceſſiones.

f Id c. 19.

Inſtructa a Ferd. Arag. Rege & Iſabella Caſtellæ Regina claſſis in Turcas.

21 Inijciebat omnibus terrorem Mahometea, cumque ingentem pararet claſſem Ferdinandus in iuſtas adductus fuerat ſuſpiciones, ne ille in Siciliam impetus conuerteret, ad quam tuendam ſe comparabat. Nec minus Rhodij, cum vectigal ſuperbo tyranno, qui duo imperia, regna duodecim, innumeras prouincias vrbeſque ferro ſubegerat, pendere negarent, contra illius vim, Petro Aubuſſonio principe, ſtrenue Rhodũ muniebãt: ac Sixtus ad Rhodiam militiam maioribus firmandam præſidijs S. Lazari & S. Sepulchri equeſtres ordines extinxit, equiteſque vna cum omnibus vectigalibus opibuſque Hoſpitalario ordini coniunxit. Porro Mahometis cum fallaci pacis oſtentatæ lenocinio Rhodios deludere niſus eſſet, ne ad bellum ſe accingerent, demum menſe decembri immiſſa centum & quinquaginta nauium claſſe Rhodum oppugnauit: vt vero ab ea diuinitus propulſatus ſit, proximo anno dicetur. Dum vero eiuſmodi maritimum exercitum conflabat, terreſtri alio Hungariam improuiſa irruptione vaſtauit a: quo tempore Matthias celeberrimum faciebat colloquium cum Vvladislao Bohemiæ Rege Olomucij pro confirmanda pace, quam ab vtriuſq; oratoribus ampliſſimis ſuperiori vergente anno conciliatam vidimus.

Trepidatum ne Siciliam inuaderet Mahometes.

Equeſtres militiæ S. Lazari & S. Sepulchri coniunctæ Rhodiæ.

Turcarũ in Vngariam irruptio.

a Bonfin. dec. 4. l. 5.

22 Meminere de ijſdem inſignibus Regum conuentibus auctores: qui propterea pacem Bohemiæ hoc anno reſtitutam tradunt, ex quibus Bonfinius b accuratiſſime ſeruatum in eo colloquio ordinem deſcribit, tum ſubdit: *Inito colloquio tres circiter horas de communi concordia, de redintegrando fœdere verba fecere. Deinum fœdus arctius reuinciendum eſſe rati, inter ſe iterum ſanctiſſime percuſſere, fraternoque obſtrinxere vinculo, ne facile violari poſſet: & accitis deinde vtrinſque pontificibus proceribuſque arbitris ſacroſanctum id eſſe iuſſere. Soluto deinde colloquio alter in caſtra, alter in vrbem ſe recepit. Tertio vero die Rex inermis cum vniuerſis principum ordinibus ex vrbe digreditur, atque verſus Bohemi caſtra agmen intendit, & occurrit e caſtris ille; comprehenſiſque ad congreſſum dextris ſocia vtrinque agmina iunxere, in vrbemque peruenere.*

b Bonfin. vbi ſup. Crõ. l. 29. Michou. l. 4. c. 72. Dubrau. l. 31. & alij.

23 Sancitum in ijs conuentibus erat reſtituendum in Bohemia catholicæ fidei ſplendorem, mutuiſque auxilijs Turcicos impetus propulſandos: ſed eodem momento & Turcæ, & hæretici improuiſo caſu ad religionem euertendam in vtrumque Regem coniurarunt: atque in primis, quod ad Bohemos hæreticos attinet; illi commota ſeditione Pragæ catholicos religioſos viros partim trucidarunt, partim diſpulerunt, ac monaſteria ſpoliarunt ob retentam veteris religionis ſanctitatem, ac multorum ſenatorum, qui regio iuſſu eos patrocinio ſuo tegebant ſanguinem effudere. Tam dirum facinus Vvladislaum Pragam ex dicto conuentu redeuntem ad lachrymas coegit, parantemque iuſtam vltionem Georgij Podiebratij filij permulſerant, vt leui impoſita mulcta crimen diſſimulatione obliteraret: verum inde aucta eſt magis hæreticorum inſolentia, adeo vt Regem ipſum multis congeſtis probris calicis oſorem appellarent, eiuſque vitam ferro, inſidijs, ac veneno Pragæ apperierint.

Fœdus armorum in Turcas & hæreticos sãcitum.

Huſſitæ rebellãt.

Habiti clementius inſoleſcunt.

Regi ſtruunt inſidias.

24 Quod vero ad Matthiã ſpectat; interiectis pluribus de magnificentia, conuiuijs, ac luſibus apparatiſſimis, quibus Hungarus Bohemo opes, rerumque effluentiam oſtentabat, ſubiungit Bonfinius; *Sed quis mortalium vitam aliquid ſolidæ felicitatis habere arbitretur? dum conuentum feliciſſimum ad Olmucium haberi Turcus accipit, præter omnium*

opi-

Digitized by Google

opinionem ingentem expeditiſſimumque exercitum in Hungariam excurſare iubet, vt eam a Rege dieta gratia, quæ auguſto menſe eſt habita, deſtitutam, furtim inuaderet, diriperet, & , quod nunquam antea auſus fuerat, igne ferroque vaſtaret. Et infra: *Drauus ſemper, ac vbique nauigabilis eo anno pedibus traiici paſſus eſt. In cauſa fuit inſolentiſſima ſiccitas, cum fluuij tres vbique nauigarentur Turcæ vadi exploratorem inuenit ad Drauum, quem multa mercede conduxerat, tranſmiſſo iam Sauo triginta Turcarum millia in Draui repente ripa conſederant. Ij tutum vadum edocti ſuperato amne Pannonias inundant in pagos, in homines, ac pecora iuxta deſæuiunt, ferro igneque vſquequaque debacchantur ad caſtrum vſque ferreum, & ad Styriam Rathoſpurgumque decurſant: triginta hominum millia cum ingenti præda, incenſa vaſtataque non parua ex parte prouincia, ſecum abducunt, iterque remenſi in Boſnam ſe recipiunt. Quod vbi Regi ſaluta dieta nuntiatum eſt, omnes proceres alarumque præfectos tumultuario Turcos exercitu inſequi iubet.*

Triginta Chriſtianorũ millia adducta in ſeruitutem.

25 Cum hi ea parte ſigna attollerent in recedentes Turcas, prædamque reperirent, parte alia menſe octobri quadraginta tria Turcarum millia cum ingenti Valachorum multitudine in Tranſiluaniam irruperunt a. Auxit ea mala peſtis, quæ Pannoniæ maximam cladem intulit; necnon Friderici Imperatoris cum Matthia diſcordia; ſed ob communes acceptas a Turca calamitates pactis cum Friderico inducijs aduerſus Turcarum Imperatorem ſe accinxit, parteſque nobili victoria ſuperiores graſſationes cruento prælio vltus eſt b.

Alia Turcarum in Tranſyluaniam excurſio.
a To. 2. rer. Germ. ex edit. Freti pag. 168.
b Ilhorator Hunga. in dieta German. Bonf. dec. 4. l. 5.

26 Deleto Turcico exercitu Matthias, qui Mahometis diram extinguendi Chriſtiani nominis cupidinem norat, cenſuit illum maiori apparatu ad obruendam Pannoniam vires conuerſurum: ad cuius reprimendos impetus, mox a comparata victoria maiorem militum delectum inſtituit in Hungaria, mittitque ſuos in Germaniam oratores, vt Germanos ad iungenda in Turcas ſocialia arma concitaret, exponique Cæſari, ac principibus iuſſit, vt ex Chriſtianorum diſſentionibus ſumpta audacia Turcæ late tyrannidis ſuæ fines protuliſſent, anniterentur orbis vniuerſi dominationem ſibi comparare, Chriſtique nomen excindere molirentur: vti ſæpius Hungaros de fœdere poſtulaſſent, quo impetus in Germanos verterent: repulſaſque eorum preces, pollicitationeſque: poſtremo addidit ſi principes imperij Germanica arma cum Hungaricis ſociarint, non modo imperium ab eorum populationibus vindicatum iri, verum plures prouincias ex hoſte eripiendas. Extatque ea oratio ſuis verbis concepta.

Comparatus a Matthia maior exercitus. Monitis Germani vt iungãt arma.
c To. 2. rer. germ. ex editione Freher. pag. 166.

Matthiæ Coruini Hungariæ & Bohemiæ Regis oratorum ad principes imperij pro auxilio contra Turcos ferendo imploratio.

Sereniſſimus Rex noſter, vt Chriſtianiſſimus princeps, toti Chriſtianitati, cuius ruinam, cuiuſque deſtructionem totalem mentis oculo proſpicit, ex cordis viſceribus compatitur; nam contra tantam Mahometis potentiam ſua maieſtas, quæ olim ſocios habebat, nunc ſola relicta eſt, nec aliunde niſi a principibus imperij auxilium expectare poteſt; quod ſi in ea re deficient imperij principes, credant, immo certi ſint, quod Turcorum aduentum in laribus proprijs citius videbunt, quam audiant. Veneti nulla ratione conſtricti ſola inuidia moti, vt ſuam voluntatem prauam, & rebellionem contra ſanctam ſedem Apoſtolicam magis firmarent, quam potius, vt veri filij communis matris contra rebelles iuuare debuiſſent, cum Turco peſſimis conditionibus, & multum iniurioſis, immo toti Chriſtianitati periculoſis pacem inierunt, dederunt Turco munitiſſima caſtra, loca, & ciuitates, immo prouincias, quas Turci decem aut quindecim annis expugnare non potuiſſent, obligarunt ſe, quod Turci per terras & maria abſque eorum impedimento tute tranſire poſſent, portus eorum Turcis apertos tenere promiſerunt, & victualia eis dare, ac plura alia, quæ in totalem Chriſtianitatis ruinam vergunt, niſi ſubito prouiſum fuerit.

Querũtur Vngari ſe a reliquis Chriſtianis deſertos.
Venetos ex inuidia in ſedẽ Apoſt. pacẽ cũ Turca percuſſiſſe.
Arces munitiſſimas hoſti prodidiſſe.
Plura cũ rei Chriſtianæ dãnõ ſpopõdiſſe.

27 Ecce Veneti regiam maieſtatem ſolam reliquerunt, & (quod peius eſt) creditur, quod ſocios in ea re habeant. Pacem cum Turco ſi regia maieſtas voluiſſet priuſquam Veneti aut alius habere potuiſſet, & eam cum vtilitate ſuæ maieſtatis, & non ſicut Veneti, qui ſua bona, vt pacem haberent, a ſe alienarunt: Turcus enim per triennium magna cum inſtantia a ſua maieſtate pacem quæſiuit, & vſque Budam pro ea extorquenda ſolemnes oratores miſit, regiæ maieſtati regnum Boſnæ, & alia multa offerendo, ſubſidioque etiam de propria perſona, vbi opus fuiſſet, Turcus pollicebatur, dummodo ſua maieſtas eidem, & ſuis ſine ſuæ maieſtatis, & ſuorum damno tranſitum per regnum ſuum ad alios Chriſtianos permitteret. Hæc omnia regia maieſtas recuſauit exiſtimans, vt bonus Chriſtianus alios ſimiliter facturos. Sed, proh dolor! Veneti a Turcis, vt diximus, turpiſſimis conditionibus, & cum Chriſtianorum iactura pacem extorſerunt; quæ res valde aduertenda atque conſideranda eſt; Turcus enim facta prædicta turpiſſima cum Venetis pace non ignorat, quod ſereniſſimus Rex Hungariæ contra eum ſolus relictus eſt, quem credit celerius deglutire, quam a Chriſtifidelibus ſuę maieſtati auxilia nõ præbeantur, & expugnato Hungariæ regno totius occidentis, & ſeptentrionis monarchiam Turcus ſibi abſque dubio pollicetur; ipſe enim Turcus poſt prædictam cum Venetis turpiſſimam pacem Hungariæ regnum armis infeſtare non ceſſauit, & vt de alijs primi anni incurſionibus pluribus Turcorum in Hungariæ regnum taceamus, duas tantum notabiles referemus. Inuaſit enim Turcarum gens de menſe auguſto fimbrias ſuperioris partis regni ad ea loca, per Stiriam in Hungariam intrando, de quibus nunquam aliquis cogitauit, & inde, vt communis fama eſt, vltra viginti millia captiuorum abduxit. Sequenti vero menſe octobris maximo cum exercitu electorum hominum quadraginta trium millium, & Valachorum numero maximo Tranſiluaniam, vbi nerui regij fiſci, ſalis ſcilicet, & auri, & argenti fodinarum, exiſtunt, Turcæ intrarunt, magnaque cum præda ad propria redeuntes ab exercitibus regiæ maieſtatis, Dei gratia, non ſine magna ipſorum cæde proſtrati fuerunt, & omnes capitanei ſiue primarij partim occiſi, partim capti apud regiam maieſtatem exiſtunt: ipſorum vero ex minoribus pauci euaſerunt.

Exponit Matthias pacem repudiaſſe licet Boſna ipſi offeretur.
Mahometem pace percuſſa cum Venetis Vngariam opprimẽdam ſuſcepiſſe:
Geminũ in Vngariam & Tranſyluaniam exercitũ immiſiſſe
Etſi cæſi ſint maiores exercitus eſſuſum iri

28 Manifeſte igitur apparet, & cum lachrymis referendum eſt, quod Turcus, qui ſolicitiſſimus eſt, vt pluribus ſuis geſtis comprobari poteſt, Hungariæ regnum totis viribus inuadere cito conabitur, vt & ignominiam, quam in regno Hungariæ nuper accepit, a ſe aboleat, ſuæ ditioni dictum regnum ſubiugando; ſperat

enim a nullo Chriſtianorum auxilia ſuæ maieſtati præberi. Regia ergo maieſtas regni ſui deſtructionem videns, & totius Chriſtianitatis, cum ſua maieſtas ſuumque Hungariæ regnum vltra centum annos a Turcis conquaſſatum ipſorum potentiæ ſic fortiter, vt prius, reſiſtere non valeat, nos ad imperij partes miſit, vt & prædicta pericula ſignificaremus, & vnde auxilia celeriter ſperare poterat ea peteremus. A nulla enim orbis parte hac tempeſtate, niſi a principibus imperij, auxilia ſperat. Italia enim, & Hiſpania, & Francia cum dominijs ducis Burgundiæ bellis ardent. Sperat tamen ſua maieſtas quod, quamuis Veneti, & ſi qui ſunt ſequaces cum Turco pacem turpiſſimam inierint, ſi imperij principes cum effectu ſubito auxilia ſuæ maieſtati præbeant, prout per nos, qui hic ſumus cum plenisſima poteſtate, declarabitur, quod regnum ſuum retinebit, & partes imperij illæſæ ſeruabuntur, &c.]

Si deſint Germani extremũ exitium immineret.

29 Defuere Germani Hungariæ Regi, qui eorum auxiliaribus copijs proſequi victoriam, inque mediam Turciam irrumpere potuiſſet, ac Mahometem obterere, ne Rhodum, & Italiam affectaret: ſed Fridericus Imperator gerebat cum Matthia ſimultates, pactaque centum quinquaginta aureorum millia pendere denegabat, pactoremque armis ea repetere Hungarum ipſum implicare bello in ſuperiori Pannonia Stiriaque molitus erat. Ita amplificandæ rei Chriſtianæ optatiſſima amiſſa fuit occaſio, vt refert a Bonfinius, qui vbi Hungaricum exercitum in Boſna vltra Iaiczam trium dierum itinere irrumpentem, Burboſigniam vaſtatam, Verbos oppidum direptum exciſumque, fugatum baſſam, & poſtea contractis nouis copiis irruentem in Pannones onuſtos præda, ſed trecentorum Coruatiorum equitum, qui e latere facta impreſſione turbarunt aduerſariorum ordines, virtute cæſum deſcripſit, ſubijcit: *In Illyrico quatuorque ditionis Turcorum caſtris per triginta millia paſſuum finitima fuere paſſim igni ferroque vaſtarunt. Hac tempeſtate ſi Romanus Imperator inducias, & vetera pacta ſeruaſſet, neque violatis inducijs Iauvienſem agrum, inſtaurato bello inuaſiſſet. Matthias ad aſſerendum e Turcorum manibus Illyricum tempus profecto nullus erat nimis idoneum: ſed pertinacis Cæſaris irritatus, reuocatis copijs, in Auſtrale bellum ſe ad mortem vſque conuertit, & eo quidem animo, vt aut Hungariam amitteret, aut vniuerſo Imperatoris patrimonio potiretur. Itaque Cæſaris inconſtantiam ſecum reputans, compoſitis in Boſna rebus, cum exercitu ea hyeme Zagrabiam venit, vt quid in Stiria vel Auſtria ſibi cum Imperatore agendum eſſet, ibi cum proceribus rite decerneret. Hæc igitur omnia hoc anno geſta ſunt, quem ſeptuageſimum nonum ſupra milleſimum, & quadringenteſimum numeramus.* Hæc Bonfinius. Vt vero Germanis Hungariſque mutuis implicitis diſſenſionibus Mahometes nouis cladibus rem Chriſtianam affixerit, proximo anno dicetur. Infeliciſſime vero iniquum hoc bellum geſtum a Friderico, quod ſex annos tenuit, oſtendit Matthias Rex in legum præfatione b, quas anno MCCCCLXXXVI, tulit.

Sprett a Germ. Vngari. Fridericus odia exercet cum Vngaro.

a Bonfin. dec. 4 l. 5.

In Boſna Turcæ propulſati.

Illyricũ vaſtatum

In Fridericum auerſa Matthiæ arma.

Ex Vngarorum & German. diſſidijs Turca efferatior fit.

b Ext. in append. Bonfin. pag. 88.

30 Addimus nunc Ioannem Baſilium ducem Moſcouitarum, quem ad coniunctionem cum Romana eccleſia reductum vidimus c, Nouogardienſem florentiſſimam in Ruſſia rempublicam, quæ ampliſſimos ad orientem principatus obtinebat, oppreſſiſſe, ſuoque adiecisſe imperio, cum eam Lituanici principatus vectigalem Poloniæ Rex Pruſſicis rebus diſtrictus non adiuuiſſet, vt refert Matthias Michouias his verbis: *Anno prædicto, nempe* MCCCCLXXIX. *Iuuan, quod ſonat Ioannes, dux Moſquæ vir ſingularis fuſius ciuitatem ampliſſimam Nowogrod a Caſimiro Rege Poloniæ neglectam in ſuam redegit ditionem, omnibuſque ciuibus ſpoliatis, tertia tantummodo parte cuilibet relicta (quod dictu apud poſteros forſan erit parum credibile) trecentos currus auro dumtaxat, & argento, margaritis, & lapidibus pretioſis vſque ad ſummam refertos ante ſe de ſpolijs Nowogrodenſium egit, de ſupellectili vero nobiliſſima ſine numero.* Eadem hiſtoriæ mandauit Cromerus a, additque Ioannem Baſilium ea elatum victoria Ruſſiam Lituaniamque vniuerſam animo complexum eſſe: Caſimirum vero Poloniæ Regem ad illius progreſſus abrumpendos diutius in Lituania hæſiſſe, ſenſiſſeque Lituanos Nouogardiam amiſſam armis repetendam, ſed Caſimirum cum Baſilij florentiſſimas vires perpenderet inducias in annos aliquot paciſci maluiſſe. Agit de Nouogardia fuſius Sigiſmundus Liber b Herberſtenij dynaſta in rerum Moſcouiticarum commentarijs, quos, cum oratorem Caroli V. apud Moſcouitam ageret, conſcripſit, obſeruatque iam ante biennio Nouogardenſibus prælio victis leges dediſſe; ſed cum libero in eos imperio ſe non potiri putaret, religionis ſpecie Nouogardiam acceſſiſſe, quaſi a Græcanico ritu ad Romanum deficere meditantes in patrijs inſtitutis continere moliretur, atque ita Theophili archiepiſcopi ſchiſmatici proditione deluſos libertate ac bonis ſpoliaſſe, archiepiſcopum magnateſque omnes abduxiſſe in Moſcouiam, & colonias Moſcouiticas eo traduxiſſe, archiepiſcopatus cenſus inuaſiſſe, atque epiſcopo... attributa ei tantum vectigalium tenui portione, conſtituiſſe.

c An. Chr. 1473. n.

Nouogardia a Moſcouita expugnata.

Spolia ex ea capta.

a Cromer. lib. 29.

Inter Moſchum & Polonum pactæ induciæ.

b Sigiſm. Liber. Herberſten. in comm. pag. 51. & 74.

31 Cæterum vna cum Nouogardia etiam Tueriam a Ioanne Baſilio occupatam tradit idem Sigiſmundus, neque vlli vnquam alteri expeditioni interfuiſſe, quamuis victoriam ſemper reportaret, adeo vt Stephanus Moldauus diceret, Baſilium ſedendo & dormitando augere imperium, cum ipſe quotidie pugnando vix limites tueretur: tum ſubijcit illum omnium primum Tartariæ tyrannidis iugum Moſcouiticæ genti impoſitum ob continuas Sophiæ vxoris, quam illi a Sixto IV. Romano Pontifice deſponſam vidimus e, irritamenta ac preces excuſſiſſe.

Tueria a Ioanne Baſil. occupata.

e An. 1472. nu.

32 Hoc anno Sixtus Petri Oſmani hæreſes atque opiniones erroneas, quibus Salmaticenſem academiam infecerat, ab Alfonſo archiepiſcopo Toletano apoſtolicis ſuffulto mandatis damnatas pontificia cenſura proſcripſit, ac Petrum ipſum eiuſque ſectatores, niſi hæreſes publice execrarentur conſtitutis in hæreticos pœnis affici iuſſit d. De lata enim Compluti ab archiepiſcopo iudiciaria ſententia hæc habet:

Petrus Oſma hæreſiarcha

d Lib. bull. 44. pag. 317. & bullar. in Sixt. IV. conſt. 17.

Declarauit illas propoſitiones, per quas Petrus de Oſma & eius ſequaces prædicti pertinaciter affirmare non verebantur, confeſſionem peccatorum in ſpecie ex vniuerſalis Eccleſiæ ſtatuto non diuino iure compertam fore; & peccata mortalia quoad culpam & pœnam alterius ſæculi abſque confeſſione, ſola cordis contritione, prauas vero cogitationes ſola diſplicentia deleri: &, quod confeſſio ſecreta ſit, neceſſario non exigi, & non peracta pœnitentia confitentes abſolui non debere: & Romanum Pontificem purgatorij pœnam remittere &

Hæretica Petri Oſma dogmata. Aduerſus indulgentias declamat. Negat concilium ſuperiorẽ Pontificẽ

ſuper

Digitized by Google

ſuper his, quæ vniverſalis Eccleſia ſtatuit diſpenſare non poſſe. Sacramentum quoque pænitentiæ quantum ad collationem gratiæ, naturæ, non autem inſtitutionis noui aut veteris teſtamenti exiſtere: & alias, quas propter earum enormitatem (vt illi, qui de eis notitiam habent obliviſcantur earum; & qui de eis notitiam non habent ex præſentibus non inſtruantur in eis) ſilentio prætereundas ducimus, falſas, ſanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas & ſcandaloſas, ac a fidei veritate alienas, ac ſanctorum patrum decretis & apoſtolicis conſtitutionibus contrarias fore, manifeſtam hæreſim continere dictarum literarum, & per illas ſibi conceſſæ facultatis vigore declarauit & pro talibus haberi & reputari debere decreuit, prout in quibuſdam authenticis ſcripturis, deſuper confectis plenius continetur. Et infra: *Et nihilominus pro potioris cautela ſuffragio omnes & ſingulas propoſitiones prædictas falſas, ſanctæ catholicæ fidei contrarias, erroneas, & ſcandaloſas, & ab euangelica veritate penitus alienas; ſanctorum quoque patrum decretis & alijs apoſtolicis conſtitutionibus fore, ac manifeſtam hæreſim continere dicta auctoritate declaramus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXXIX. V. auguſti pontificatus noſtri anno VIII.* Extincta eſt Toletani archiepiſcopi & Ferdinandi Regis pio ſtudio peſtifera hæreſis, atque ita Hiſpania maximis imminentibus malis liberata eſt, quibus poſtea obruta fuit Germania, cum Carolus V. præſuleſque Germaniæ ea virtute non valuiſſent, vt Lutherum ad hæreſim recenter effuſam improbandam cogerent, vel flammis cremarent.

Hiſpania maximis hæreſeos periculis liberata.

33 Damnatum eodem anno Moguntiæ hæreſiarcham, quem nouatores inter ſuos antecesſores collocant, nimirum Ioannem Ruchardum narrat Trithemius, eiuſque errores partim e Vvaldenſibus, partim e Begardis, partim e Marſilio Patauino nouorum impiorum dogmatum adiectione conſarcinatos publice euomuit, recenſet a; *Anno, inquit, Ioannis Kolnhauſen abbatis noſtri x. condemnatus fuit apud Moguntiam Ioannes Ruchard de Vveſalia ſuperiore ſacra theologiæ doctor, & ad reuocationem quorundam articulorum, quos in eccleſia Vvormatienſi publice prædicaſſe ferebatur, per doctorem, & inquiſitorem coactus; cuius volumina ipſo inſpectante omnia igni tradita & combuſta ſunt, & ipſe pro pœnitentia peragenda ad conuentum fratrum Auguſtinenſium ibidem relegatus mærore conſumptus breui obijt. Primus articulus, quem prædicaſſe ferebatur, fuit. Quod prælati eccleſiæ non haberent auctoritatem condendi, vel aliquid addendi ad ea, quæ Chriſtus & Apoſtoli dixere nec ſummi Pontifices talem poteſtatem a Chriſto acceperunt. Secundus articulus. Nulli hominum, quantumcumque ſancto, docto, vel erudito licet verba Chriſti & euangelium exponere, & quod ſacra Scriptura non ſit per ſanctos patres eo ſpiritu interpretata quo primitus tradita fuit, & inſtituta. Tertius articulus fuit contra Papam, & auctoritatem clauium ſanctæ matris Eccleſiæ, quia dixit. Indulgentias nihil aliud eſſe quam pias fraudes, & deceptiones Chriſtianorum, eoſque ſtultos eſſe, & fatuos, qui pro indulgentijs Romam pergerent, quas domi, modo ſi eſſent vere contriti ac peccatis ſuis cum emendandi propoſito inuenire potuiſſent. Quartus articulus ex primo, quod mandata Eccleſiæ, Papæ, & aliorum prælatorum non obligent ad mortale peccatum, pro eo quod non habeant auctoritatem legis condendæ. Quintus articulus, quod non ſit nec vnquam fuerit originale peccatum, nec paruulos in originali concipi, neque propterea damnari ſe quoque nunquam originali ſubiacuiſſe peccato. Sextus articulus, fuit quod omnes presbyteri realiter ſint epiſcopi, & Papæ, ſoloque nomine, & hominum inſtitutione differant; quodque Papæ, epiſcopi, ſacerdotes nihil hominibus conferant ad ſalutem; ſed fide, concordia, & pace ſaluari poſſe ſine ſacerdotibus. Septimus articulus ieiunium, cum non ſit a Chriſto inſtitutum, non obligat nos ad ieiunandum. Eccleſia enim obligare non poteſt volentem in eo, quod Chriſtus non præcepit, cum non habeat auctoritatem canones & leges condendi, vt in primo articulo. Octauus articulus, quod extrema vnctio non ſit ſacramentum, quia non per Chriſtum, ſed per homines ſit inſtituta, ſed ſit oleum, & manet oleum, ſicut antea fuit. Nonus articulus fuit: cum nuſquam legatur, quod Spiritus ſanctus procedat a Filio in ſacra Scriptura, ſed potius contrarium, potius eſt credere cum Græcis ſapientibus Spiritum ſanctum a Patre tantum, & non a Filio procedere, quia Filius hoc dixit. Alios quoque plures articulos erroneos prædicaſſe perhibetur, ſicut de horis canonicis non dicendis, de non ſeruandis feſtis, de continentia clericorum non ſeruanda, de benedictionibus rerum inanimatarum in Eccleſia, herbarum, luminum, aquæ, vaſorum, veſtium, & ſimilium non curandis, & alios multos, quos tamen omnes anno præſcripto in dominica Eſto mihi publice reuocauit.* Felix ſæculum, quo tot monſtra præſulum cenſorumque fidei diligentia eliſa ſunt, quorum plura nouatores, eiuſque perfidi diſcipuli magno Germaniæ dedecore proxima ætate ab inferis reuocarunt.

a Trithemi chron. Spōdan ad ann. 1479

Ioannes Ruchard hæreſiarcha in German.

Negata ab eo eccleſiæ auctoritas in condēdis decretis. Et ſcripturis interpretādis. Indulgentiæ ſpretæ.

Spretæ præſulū imperia.

Negatū peccatū originale

Negatū ordinis Sacramētum.

Contempta ieiunia.

Extrema vnctio derisa.

Negata proceſſio Spiritus S. a filio.

Sacramētalia repudiata.

34 Extremo hoc anno conſignatum eſt diploma pontificium a, quo Sixtus ampliſſima indulgentiarum præmia iis propoſuit, qui Deiparæ conceptionis immaculatæ, de qua ante pontificatum commentarium ediderat b, ac SS. Franciſci & Antonij Patauini, quibus partos pontificatus apices referebat, feſtis diebus adiiſſent amplum ſacellum ab ipſo conditum, in quo ſepulchro poſt obitum corpus ſuum reddi iuſſit.

a Ext. in lib. breu. & bullar. pag 232. b Ciaccon. in vit. IV.

IESV CHRISTI

Annus 1480.

SIXTI PP. IV. 10. FRIDERICI III. IMPERAT. 41.

1 ANno humanæ ſalutis octogeſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum decimatertia indictione Mahometes Turcarum princeps Chriſtianum imperium euertere annisus eſt, captata occaſione ex Chriſtianorum diſſidijs, quæ his verbis Belcairus c deſcribit: *Anno huius ſæculi LXXX. dum Fredericus imperator auaritia tabeſcens domi deſidet, nihil magnum conatur. Ludouicus Gallorum Rex de Burgundicis prouincijs cum Maximiliano Frederici filio decertat, Ferdinandus Tarraconenſis Caſtulonenſi regno per vim occupato, Caſtulonenſes principes vondum ſatis conciliatos, populumque ſibi obnoxium reddere nititur; dum Sixtus Pontifex maximus adiuncto Alfonſo Calabriæ regulo Ferdinandi Neapolitani Regis filio aduerſus Senenſes* * *bellum gerit, Veneti Coritiæ Mathiam Pannoniæ Regem propemodum potitum deturbant; Mahometes Turcarum Imperator baſſas Meſithum e Palæologis Græcis Rhodum, Achomatem ex Albania oriundum Hydruntum Apuliæ oppidum mittit.* Comparata igitur ille ingenti claſſe, eique præfecto Melete, quem alij Miſacum appellant, baſſa Palæo-

c Belcair. dec. 1. l. 3. nu. 38.

Maxima Chriſtianorum diſſidia.

* Florentinos

Ex iis Chriſtianos Turca opprimit.

Digitized by Google

Rhodus a Turca tentata.

Isologa ſtirpe græca progenito Rhodum quã tormentorum ſumma vi, qua inſidijs tentauit: ſed vigilantia Petri Albuſſoni ſupremi equitum Ieroſolimitanorum magiſtri, eximiaque rei militaris peritia, ac diuina potiſſimum ope omnes barbarici conatus compreſſi, fractique fuerunt, adeo vt Meſites diris affectus cladibus inſulam deſerere ſit compulſus. Narrant hæc pluribus Iacobus Boſius & alij inter quos Iacobus Maffæus Volaterranus,[a] in diarijs hæc refert.

a Volat m. ſ. arch. Vatic ſign. n. 49. & 112. lib. 2.

2 *Per idem tempus, nempe menſe maio anni huius, vt eſt poſtea ad verum cognitum, Mahumetus Turcarum Rex potentiſſimus & toti Chriſtianæ reipublicæ tam formidandus, claſſe centum velorum in Rhodum inſulam traiectis ciuitatem eius nominis die XXIII. maij obſidere cœpit. Eam obſidionem Rhodij maximo animo & ſummis laboribus tres fere continuos menſes pertulere; nonnumquam cum illis pugnatum ſit, vt non de expellendo a mœnibus hoſte, ſed iam de ciuitate ipſa eijciendo ſit laboratum, adeo vt non tantum virtuti equitum, quæ proculdubio maxima eſt, quantum Dei beneficio & D. Ioannis interceſſioni, in cuius protectione ciuitas eſt & religio, tribuendum quod impijſſimi tyranni manus euaſerint. Pontifex naues duas magnas a Genuenſibus acceptas in ſubſidium obſeſſis miſit omni genere commeatuum & inſtrumentorum pro ferenda obſidione egregie oneratas: tandem etiam Ferdinandus Rex paulo ante tranſmiſerat, quæ opportuno tempore nauigantes in portum ipſum inuitis hoſtibus delatæ obſeſſis animum addiderunt, & neceſſaria ſubminiſtrarunt: quæ vero a Pontifice mittebantur, vel quod longior a Genua nauigatio eſſet, vel quod venti non inſeruirent ſoluta iam obſidione venere, non minus tamen, quam regiæ, Rhodijs vtiles & grata, tam quod bonum Pontificis, & Romanæ ſedis animum erga ſe viderent, quam quod multa, quæ vecta ſunt, maximo vſui refrigerio & ſolatio miſeris fuere.* Bellica Petri Albuſſonij virtute, quam diuinum Numen confirmauit fracti ſunt Turcarum impetus, qui nullis humanis viribus a Rhodijs ſuſtineri poſſe videbantur, vt ex eiuſdem ſupremi equitum magiſtri literis ad Fridericum Imperatorem datis conſtat b.

Submiſſa Rhodij equitibus auxilia a Pont. Et a Ferd Rege.

b Extant to. 2. rer. Germanic. ex editione Freher

Sereniſſimo, & Inuictiſſimo principi, ac domino noſtro domino Frederico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto domino nobis obſeruandiſſimo.

Turci vbi circa vrbem caſtra metati ſunt, oppugnationis loca diligentius explorant, ciuitatem quoque omni ex parte bombardis quatere, & eruere proponunt, & quod mente concipiunt opere demonſtrant. Ad id quoque exequendum bombardis, & mortarijs vrbem circumdant, verberant, diruunt turres nouem, & Boluuardon magiſtratuſque palatia concutiunt, & proſternunt: tribus tamen ex partibus commodiſſimum ſibi videtur ciuitatem oppugnare, & aggredi. Potiſſime ad rem conficiendam pertinere videtur turris molis S. Nicolai expugnatio, ex qua vrbem in ſuam poteſtatem facile tranſituram arbitrantur: eſt enim arx in vertice molis ſita, quæ verſus ſeptentrionem in mari prominet vſque ad portum conſpicit, & aditum nauigantibus, qui eam tenet, ſi libet, facile prohibet. Ad occidentem oratorium S. Antonij ſitum eſt fere ducentis paſſibus a turri diſtans mari interiecto. Conſpecta igitur loci opportunitate hoſtis turris potiundæ auidus omni conatu incumbit, vt eam in ſuam redigat poteſtatem.

3 Ad turrim itaque diruendam tres ingentes bombardas æneas deuehunt, quarum magnitudo, & vehementia incredibilis erat: ſaxa quoque ſphærica nouem palmarum torquebant, eaſque apud ſacellum S. Antonij collocant, mirabile dictu, calamitoſum viſu; opus quidem percelebre, & quod ſtabiliſſimum videbatur ſex diebus aſſiduis trecentorum lapidum ictibus turris pro potiori parte diruitur, proſternitur, laceratur. Hoſtis quidem ruinam conſpiciens exultat, plauſibus quoque aera complet, quæ vana gaudia in luctum ſunt conuerſa. Nos vero de tuitione turris ſolliciti, grandem horrendamque ruinam conſpicientes, quod ſupererat, munitione opplere iuſſimus: &, quod id quoque parum viſum eſt propter ipſius magnum lapſum, conſtituimus nedum arcem tutari, ſed molem ipſam S. Nicolsi defendere. Omni igitur vigilantia, cura, ingenio, operarijs fere mille diu noctuque adhibitis, totis diebus foſſa non incaſſum exciſa, propugnaculis quoque ex lignis ædificatis in vertice ipſius molis circa turrim, in medio quoque eius & in radice turrim & molem inexpugnabilem, non ſine paruo ſumptu, reclusimus. Tum præſidium quoque fortiſſimorum commilitonum in ruinas molis, & munitionibus & propugnaculis circa eam confectis: in radice quod ad pedes eius altera præſidia ad orientem & occidentem collocamus, nam illic radix muro clauditur, & mare vadoſum eſt, quare obſeruatur defenditurq; ne Turci illuc tranſeant, & noſtros a tergo adoriantur. In mœnibus vrbis bombardas diſponi iubemus, quæ ad tempus pugnæ officio fungantur, ignes quoque cum ſcaphis parantur, quæ in claſſem mittantur. Turci ædificij ruina allecti vno & demum altero prælio turrim inuadunt, primum cum ipſam facile expugnare putarent mediocribus viribus aggrediuntur ante auroram, luce adhuc dubia, triremibus ad hoc paratis arcem oppugnant, præliantur que: noſtri quidem tuitioni intenti locum conſtanter tutantur. Sic hoſtis victus diſcedit: ea in pugna fere ſeptingenti Turci, prout profugi ſignificauere, cecidere.

Turris portui imminẽs euerſa tormẽtis a Turcis.

Plures ad eam pugnæ cõmiſſæ.

4 Interiectis autem diebus accenſi priori repulſa turrim mari potentia, arte, & ingenio oppugnant, & reparamenta, ac propugnacula iactu bombardarum quatiunt, nonnullaque conterunt: nos quoque reficimus ſumma celeritate, quod obteritur. Parant ad hæc conficienda triremes bene munitas, & ingenioſe ad prælium ornatas: adijciunt & nauigia quædam oneraria parendarias vulgo dictas, quarum quædam onuſtæ bombardis, & ſaxis erant, vt locum turris, & molis, qua ſe potituros credebant, munirent, & ex his vrbem laceſſerent, diruerent, expugnarentque; Cymbas præterea quaſdam diſponunt, ex quibus quique Turcorum ſtrenuiſſimi facile in molem deſcendant, & pontem miro artificio ædificant: qui ex eccleſia S. Antonij turris in molem tranſitum præbeat. Nos enim ſuſpicati, quod euenit, poſt primam pugnam abundantius dies noctesque circa turris, & molis tutamenta vires, & ingenium adhibemus, munimenta ampliamus, præſidia augemus, grauiſsimis impenſis non parcimus, nam & in ea ſalutem vrbis conſtitutam conijciebamus. Media igitur nocte, grandiori accenſi ardore Turci XIII. kal. iulij arcem ſummo ſilentio aggrediuntur, omnique parte magno impetu inuaduant: erectæ enim erant noſtrorum aures, nec dormitabant, vbi autem adeſſe inimicos comperitur, machinæ ſaxa iaciunt, milites gladios ſtringunt, baliſtis, fundis,

dis, & ſaxorum iactu ex turri, & mole hoſtem deturbant, & propellunt. Pugnatum eſt ſumma vi a media nocte vſque ad horam decimam; Turci vero complures, qui ex cymbis, & triremibus in molem deſcenderant, trucidantur; pons natans Turcis onuſtus machinarum iactu frangitur: qui ſupererant Turci merguntur. Quatuor quoque triremes, & ea nauigia, quæ bombardis, & lapidibus onuſta erant, ſaxorum iactu ex tormentis perfringuntur, & vndis obruuntur. Ignis quoque in claſſem mittitur, qui eam retrocedere compulit: ſic diſcedunt victi Turci. Inſignis quidem hæc pugna fuit morte clarorum virorum, qui Turcis præerant, quorum interitus luctum exercitui præbuit. Profugi quoque poſt pugnam introducti affirmant, Turcos in hac pugna magnam ſtragem accepiſſe, ex eis quoque duo millia ac quingentos cecidiſſe.

Turcarũ ſtrages multa edita.

5 Cum autem Turci ſpem turris expugnandæ perdidiſſent, induſtriam, ingenium, vires, & omnem conatum ad vrbem expugnandam conuertunt: & licet tota ciuitas machinis concuteretur, & laceraretur, vt vix forma prioris vrbis remanſerit, tamen potiſſime murorum partem oppugnare intendunt, qui Iudæorum domos claudunt orientemque ſpectant, eamque etiam partem, quæ ad turrim Italiæ ducitur. Ad hæc igitur mœnia diruenda, & dilaceranda octo ingentes grandiſſimaſque bombardas comportant, ſaxa circuitus palmarum nouem torquentes, quæ aſſiduo die noctuque muros verberant, nec ceſſant bombardæ, & mortaria circa ciuitatem locata ſimiles lapides torquere; quinimmo ad terrorem, & detrimentum ictus multiplicant. Nos ad iactum mortariorum vitandum imbecillem ætatem, ac mulieres ſub fornicibus, & valuis, & plurimis locis pomærij cohabitare ſtatuimus; quo effectum eſt, vt pauci hoc tormento interierint. Vſi quoque alio tormenti genere, quo igneas pilas proijciebant, ac ſagittas ignitas ex baliſtis catapultis torquent, quo ignem in ædificia iacerent: nos vero indemnitati vrbis conſulentes peritos artis delegimus, qui poſt caſum pilarum magna ſolertia ignem extinguerent. His remedijs Rhodij a magnis incommodis ſeruati ſunt. Excogitant inſuper impij ad vrbem ingenio occulto appropinquare: foſſas itaque tortuoſas effodiunt, quas partim lignis, & terra operiunt, vt latenter ad foſſas vrbis accedant: propugnacula quoque multis in locis ædificant, ex quibus aſſiduo ſagittant colubrinis, ac ſerpentinis bombardis noſtros deturbant fatigantque. Penſitant quoque eis eſſe commodam aliquam partem ciuitatis, quæ muro ſperonis adiacet complere: opera igitur ab hoſte adhibita lapides congerere non ceſſant, & occulto in foſſam iaciunt, aſſiduitate pars foſſæ oppletur, antemurali quoque æquatur, ex quo & ruina in formam dorſi redacta facillimus conſcenſus in mœnia efficitur.

Bellicis tormẽtis concuſſa a Turcis mœnia.

6 Nos autem inimici conatum conſpicientes tuitioni vrbis inuigilamus, totaque vrbe, & caſtello reparatis, & munitis foſſis quoque quam diligenter intendimus; quod Turci conſpectantes deſperati ad muros Iudæorum, & alio ſe conuertunt: & nos munimentis, ac reparis validiſſimis ruinam Turcorum firmamus, palis lignorum viuaciſſimorum infixis, ac terra ſalicibus arbuſtorum, & ramorum interiectis, quæ inuicem ſubtiliſſime firmiſſimeque cohærentes vim machinarum ſuſtinebant, & ruinam protegebant, ne muri collapſi intra vrbem facilem deſcenſum præberent. Etiam loco propugnaculorum palos, & vegetes terra oppletas ſtatuimus, quæ noſtros tutarentur, & conſcendentibus Turcis impedimento eſſent: ignes quoque artificioſos, & alia ingenia parauimus, quæ ad propulſandam Turcorum vim conducere videbantur.

7 Excogitatum quoque eſt eam partem foſſæ, quæ lapidibus a Turcis opplera erat, euacuare: ſed cum id palam effici non poſſet, cuniculo latentique foſſa in pomœrio ædificata, exitum ſub lapidibus noſtri habent, & occulto lapides in vrbem comportant. Sentiunt profecto Turci, qui foſſæ propinqui erant, lapidum congeriem minui, & aſcenſus opportunitatem adimi, niſi quantocyus, quod cupiunt, efficiant. Itaque in his operibus XXXVIII. diebus conſumptis, quo tempore tria millia quingenta vel circiter ingentium ſaxorum in mœnia & in vrbem iacta ſunt, Turci ſcilicet occaſione inuadendæ vrbis conſpecta, ne aſcenſus commoditas auferretur, accelerant propoſitum conficere, pridieque quam bellum iniretur, ac ſequenti nocte, & diluculo, quod mane, quo pugnatum eſt, præceſſerat, octo bombardæ dictis muris obiectæ abſque intermiſſione ſaxa ingentia torquent, quod loco propugnaculorum adhibitum erat dilacerant, diruunt, vigiles, & cuſtodes, & mœnium præſidia pro parte potiori occidunt, vt quiſquam vix muris ſuperſtare poſſet, niſi ſummo aſtu occultaretur, & ſcala ad ſignum campanæ paululum deſcenderent & demum conſcenderent, nec tempus datum eſt propugnacula denuo inſtaurandi, cum ſemper ictus bombardarum augerentur, vt eo pauco tempore trecenta vel circiter ſaxa iacta ſint.

Foſſas lapidibus æquare Turcæ nituntur.

Deluſi eorũ conatus.

8 Turci vero, iactu bombardarum finito, ad ſignum iactus mortarij, quod quidem in eo loco conſtituerant, confertiſſimi magno impetu quam celerrime VII. kal. auguſti conſcendunt: erat namque facilis, vt diximus, eius conſcenſus, facilior quam noſtris per ſcalas. Superiora quoque murorum loca, eradicato noſtro, quod erat illic, præſidio, quod primum tanto impetu reſiſtere nequiuit, antequam ſubſidia noſtra ſcalas conſcenderent, occupant, & illic vexilla ſua ſtatuunt. Idem quoque faciunt ad turrim Italiæ, cuius verticem oppugnant: clamor vndique oritur, manus quoque viriliter conſeruntur, magnaque vi pugnatur, repente noſtris hoſtibus ſe obijcientibus: dextera læuaque murorum ſuperioribus locis noſtri hoſtem oppugnant, & valide deturbant, ne mœnia diſcurrerent; ſcalis quoque, quæ quatuor erant, quibus in vicum Iudæorum deſcendebatur, vna iuſſu noſtro perfractis, conſcenſis hoſtibus nos opponimus, tutamur, & defendimus.

Irrumpunt Turcæ impetu in Rhodiam vrbem.

9 Turci vero perpulchre armati duo millia ſupra muros erant confertiſſimi de noſtris ſecum manus conſerentes, qui armorum vim propellere, & loco expellere nitebantur. Sed noſtrorum virtus firma perſiſtens, nequaquam loco ceſſit. Sequebatur vero Turcos, qui muris potiti erant, ingens multitudo Turcorum, quæ totum campum adiacentem ruinam, vallum, & foſſam oppleuerat, vt terra vix conſpici poſſet. Affirmarunt profugæ * MMMM. Turcorum inuaſioni adeſſe: noſtri ex Turcis, qui ſuper muro erant CCC. vel circiter in vi-

+ XLM. Iudæi occiſi a Turcis.

cum

cum Iudæorum propellunt, qui ad vnum occiſi ſunt.

Eductum in Turcas vexillum Chriſti. Propulſati Turcæ cæſique.

10 Eo in conflictu vexillum ſacratiſſimæ imaginis domini noſtri Ieſu Chriſti, & religionis noſtræ ante hoſtis conſpectum ereximus: ſumma itaque vi horis duabus pugnatum eſt. Tandem Turci preſſi, fatigati, perterriti, vulneribus quoque feſſi terga vertunt, & fugam tanto impetu arripiunt, vt ſibi ipſis impedimento eſſent, & perniciem afferrent. Cecidere ea in pugna Turci tria millia quingenti, vel circiter, quorum cadauera intra vrbem, & ſupra mœnia, & in foſſa & munitionibus hoſtium, & mari reperta ſunt, & poſtmodum ad luem vitandam combuſta, quorum ſpolijs noſtri potiti fuere, qui fugientes Turcos vſque ad campi planitiem magno animo ſecuti eos, trucidantes tandem incolumes regreſſi ſunt. In prælio quidam ex noſtris militibus, & balliuis inter confertiſſimos hoſtes conſtanter pugnantes occubuere: nos noſtrique commilitones, pluribus vulneribus acceptis, Deo gratias acturi præſidio valido muris impoſito domum reuertimur. Nec id profecto ſine diuino auxilio contigit, qui tantam cladem auertit; miſit enim Deus (non ambigimus) de cælo auxilium, ne plebecula Chriſtum colens Mahometis ſpurcitijs inficeretur.

a Boſius lib. eq. Hier. 2. p. lib. 12. & Guillelm Caturcen vicecanc. & alij.

Prodigio cæleſti defenſa Rhodus, ex Turcarum relatu.

11 Retulere a poſt partam victoriam transfugæ, qui e Turcicis caſtris ad Chriſtiana ſe contulere, potiſſimam cauſam, cur tanta barbarorum multitudo, ad quadraginta enim millia impetum per muros euerſos impreſſerunt, cui ſuſtinendo exigua equitum manus par eſſe non poterat, in fœdiſſimam fugam ſit conuerſa, hanc fuiſſe, oſtenſum nimirum e cælo prodigium, quo tempore ſigna Saluatoris noſtri, B. Virginis, & S. Ioannis Baptiſtæ equeſtris ordinis Ieroſolymitani patroni in mœnium ruinis defixa ſunt, atque a Turcico exercitu ſplendidiſſimam crucem aurei coloris in aere conſpectam, viſamque Virginem candidiſſimo amictu indutam, quæ ſiniſtra intendebat clypeum, dextra lanceam vibrabat, virumque pone lacera veſte, & cameli pelle coopertum, hoſque innumeram militum cœleſtium aciem ſequi, atque vrbis obſeſſæ auxilio procurrere: cuius oſtenti tanto terrore ſunt capti Chriſti hoſtes, vt ipſis irruptionis in vrbem vrgendæ defuerit animus.

12 [Prodidit literis huius prodigij hiſtoriam Guillelmus Caturcenſis vicecancellarius, qui interfuit, tum hiſtorici plures, qui de ea Rhodi oppugnatione ſcripſerunt, meminere. Et ſane non ſine diuino miraculo mœnium ruinis propulſatos infideles teſtatur Pontifex b: *Tanquam*, inquit, *Chriſti pugiles, & fortiſſimi athletæ*, de Rhodijs equitibus loquitur, *pro fidei defenſione, ſe & ſua exponere non formidant, vt dextera Domini eis aſſiſtente, illam*, nimirum Rhodi vrbem, *ab eorumdem Turcorum oppugnatione tutari miraculoſe potuerint*. Pergunt magiſtri Rhodiorum equitum literæ.]

b Lib. breu. & bullar. pag. 240. & 242.

13 Parauerant Turcæ ſpe potiundæ vrbis ſibi funes ad captiuos alligandos, & palorum ingentem magnitudinem ad viuos cruciandos, decreuerant enim omnes mortales mares, & fœminas ſupra decem annorum ætatem trucidare, & palis ſuffigere, teneriorisque ætatis mortales in captiuitatem ducere, & ad fidem abnegandam compellere, & omnem ſupellectilem in prædam conuertere, vrbis ditione Turco reſeruata: ſeu fruſtrati ſuo nefando optatu tanquam pecudes cæduntur. [Paucisque interiectis verbis:] Vt perfugæ diuulgauerunt, Turcorum nouem millia occiſa ſunt; ingens quidem multitudo vulnerata, inter quos quidam capitanei, ac Germanus baſſæ, & quidam Turci gener occubuere. Pugna commiſſa munimentis prius exuſtis ad primum lapidem caſtra Turci locarunt, vbi ſupellectili, impedimentis, ac machinis onerandis, ac Turcis in Lyciam reuehendis nonnullis diebus conſumptis, Rhodiorum littore ſoluentes Fiſcum continentis vrbem antiquam nauigant; ſic quoque victi cum ignominia recedunt. Omnipotens Deus veſtram imperialem maieſtatem feliciter conſeruet ad vota. *Datum Rhodi die XIII. ſeptembris anno Redemptoris noſtri incarnationis MCCCCLXXX.*

Cæſa in obſidioni Turcarú nouem millia.

Soluta obſidio.

E.V. imper.M.

Humiles ſeruitores Petrus Daubuſſon magiſter hoſpitalis Ieroſolymitani, & conſules.

14 Ob partam diuinitus hanc victoriam magnifica illius trophæa Virgini fixit Petrus Aubuſſonius, de quo paulo ante memoraui, ac Rhodiam eccleſiam, aucto ſacerdotiorum numero, eximijs ornamentis decorauit, atque hiſce literis relatæ de Mahomete diuina ope victoriæ memoriam poſteritati commendauit: *Quæ*, inquit, *vidimus, & ſumus experti teſtamur. Anno octuageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum vrbs Rhodia arcta, eademque ſæuiſſima a Turcis terra marique vallabatur obſidione, ac multis locis mœnia a plaga orientali bellicorum tormentorum ingentium quidem, & innumerorum ictibus ſolo æquata erant: in quorum ruina cum poſt ſexageſimum, & quintum diem ſexto kal. auguſti in ortu ſolis Rhodijs contrario hinc inde ad manus ventum eſſet, hoſtiſque nefandus numero ſuperior, cæſis cuſtodibus, muros præſidio nudatos iam teneret, itaque manu valida nonnullos vrbis aditus occupaſſet, vt flumen hyemalibus pluuijs auctum eſſ aliis obicibus, diſiectis munitionibus, ac ſuperato alueo repentino in eius in campum ſe effundere, omniaque ſecum trahere anniteus, interiora vrbis penetrare totis viribus conaretur, illuc vndique a noſtris ſubſidiarijs concurſum, & ad multam diem haſta gladioque cominus certatum eſt atrociter in neutram partem victoria declinante. Nos vero tunc, vt in omnibus noſtris conſueuimus neceſſitatibus, inter pugnandum nonnullis acceptis vulneribus cernentes nos noſtros contra tantam multitudinem belli pondus non poſſe ſuſtinere, mentis oculos, & intima cordis ad beatam Dei genitricem Mariam, gratiarum fontem vnicum, humani generis aduocatam, ac patronum noſtrum nempe D. Ioannem Baptiſtam direximus, orantes vt pro Chriſti fidelibus, in catholicæ fidei exaltationem, contra Mahumeticam ſpurcitiam pugnantibus, apud Regem, quem genuit altera, & alter baptizauit, in tanta rerum anguſtia, & diſcrimine dignarentur intercedere.*

Quanto tempore obſeſſa ſit Rhodus.

In ancipiti prælio imploratum Virginis & S.Ioãnis auxilium

15 *Nec mora: ſenſimus in ipſa ſanguinolento congreſſu, & bellico ardore diuinum auxilium affuiſſe, validumque ſuperne noſtrorum animis robur infuſum, & corporis vires adeo auctas fuiſſe, vt pauciores primo innumeram multitudinem formidantes, ipſamque vix in anguſtioribus aditibus reprimentes, infeſtis telis inuadere, & vrbe pellere non detrectarent: hoſtium autem oculos caligantes, & ita hallucinatos, ac mentem tanta pauore perterritam ex inſperato corporaque tam languida, & fluxa deueniſſe re ipſa perſpeximus, vt quo ſe verterent, quidne agerent poſſent nequaquam intelligere. Quare noſtri occaſionem rei bene gerendæ cælitus datam*

Rhodij diuinitus confirmati.

Turcæ perturbati cœlitus.

non

Per ruinas murorum præcipites deiecti.

non poſtponentes, inſtaurato agmine tanto impetu ſtructa acie irruerunt, vt vrbem ſemicaptam ſtatim recuperauerint, & tandem hoſtes per murorum ruinas e loco ſuperiori præcipites ſeſe deijcere, & turpiter terga dare compulerint, quos ad laſſitudinem cadendo pene vſque intra caſtrorum munitiones proſecuti ſunt, & glorioſam victoriam a diuina clementia datam ad Chriſtiani nominis exaltationem reportauimus.

16 *Quamobrem prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſequentes, ſatagentes vbique pro viribus diuinum cultum, ad Dei laudem, & ipſius patroni noſtri præconium augere, & eiuſdem ſanctiſſimi corporis reliquias venerari, vt de ſuſceptis beneficijs grati ſimus, & in futurum eius interuenientibus precibus cæleſte auxilium conſequi mereamur, inter alia, quæ executioni demandauimus ſuperiori tempore a Bagiaſit Turcorum tyranno, tunc nobis annuum tributum pendente, dexteram ipſius præcurſoris manum, quæ generis humani Saluatorem mundo oſtendit dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: multis retroactis ſæculis Conſtantinopoli ante & poſt Turcenſem tyrannidem in quodam Græcorum monaſterio religioſiſſime ſeruatam omni conatu euellere, & ex eiuſdem ditione extrahere, in Chriſtianorumque poteſtatem, & ſpiritualem ſolamen reducere anniſi ſumus, quod tandem Deo inſpirante & auxiliante compleuimus, votique compotes euaſimus, quandoquidem ipſam eum nonnullis ornamentis argenteis, & literarum documentis accepimus, eandemque a ſacra ſede Apoſtolica approbata, & noſtris ſumptibus obrizo auro denuo ornata S. Ioannis Colachi noſtri conuentus Rhodi eccleſiam decorauimus donauimuſque, & ſacerdotum numerum ibidem ad diuina celebranda ampliauimus, atque ſacella quædam eccleſiæ contigua verſus meridiem a fundamentis ereximus, & ornauimus, quæ cum vndique & ad vnguem noſtræ deuotionis mentem non impleant, & maiora, quantum in nobis eſt, exequi ſatagamus, ſcientes in inclyta vrbis Ianua cathedrali eccleſia S. Laurentij reliquum corporis ipſius præcurſoris cineres, quos diuina maieſtas innumeris dignatur in dies inſignire miraculis, ſumma cum veneratione in capace ſaneq; ſumptuoſa ibidem ad hoc nuper erecta capella cuſtodiri; voluntatem in eodem, & noſtros affectus executioni demandare cupientes, ipſiſque vt deditis clientes obtemperantes dignum arbitramur, & noſtras eſſe partes ducimus in eiuſdem laudem aliquam diuinorum celebrem inſtitutionem per noſtrum ordinem profeſſos ſacerdotes complendam in loco, quo ad fieri poterit propinquiori, & nobis aſſignato ordinare, chorum inſtituere, & ædificia paulo poſt enarranda hinc noſtro conceptu opportuna facere atque celebrantibus commoda erigere noſtriſque ſumptibus aptare, &c.* Hæc accuratius recenſenda viſa ſunt, vt diuinæ beneficentiæ, ac miraculi in liberata Rhodo editi impreſſa altius veſtigia extarent; nunc reliqua proſequamur.

a M. ſ. expedition. Sixt. IV. bibl. Vatic. n. 4155. Volat. ſig. n. 111. Steph. Infiſſ. m. ſ. ſign. n. 111. Turcogr. lib. 1.

Eodem tempore inuaſa a Turcis Italia.

17 Dum vero Rhodus a baſſa Palæologo obſidione premebatur, Mahometes in Italiam cum magna claſſe ire iuſſit viſirem baſſam alium, nimirum Gedunem Achmetem rei militaris peritiſſimum, qui ex Velona Epiri oppido proximam extremæ Italiæ littoralem oram ex improuiſo adortus Hydrunto præcipuo Calabriæ oppido ingenti omnium terrore potitus eſt, cirſſimaque ciuium edita ſtrage non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercit, quam funeſtam cladem inter cæteros a Volaterranus ita narrat b: *Turcorum claſſis nauigiorum diuerſi generis circiter centum ex Apollinia, quam Velonam opinor nunc dicimus, die XXVIII. menſis Iulij, quæ veneris fuit, ex improuiſo in Italiam traiecit: tranſmiſſo freto, quod interiacet, paſſuum circiter quinquaginta millibus Hydruntum ciuitatem Apuliæ, ſub Ferdinandi Aragonenſis ditione poſitam, eo quod primo impetu capere nequiuit, ciuibus ſeſe defendentibus, obſidere cœpit & oppugnare: eius namque præfectus Acchinetius, quem ſua lingua baſſam vocant, eo animo venerat, vt ſi ex improuiſo vrbe potiri non poſſet, machinis & tormentis adhibitis, quorum magnam copiam ſecum adduxerat, omnino illam expugnare conaretur. Itaque illis interim expoſitis, occupato portu & vrbe circumdata, quæ parui admodum eſt circuitus, magna vi omni genere tormentorum illam adoriri cœpit, ita vt dies noctéſque nulla quies oppidanis daretur: qui cum imparati eſſent, fruſtra alias Regem deprecantibus, vt ſubſidium ad eos mitteret, nulliſque ſubſidijs comparentibus, tandem victi in poteſtatem hoſtium die XI. Auguſti menſis deuenere. Vrbs tota direpta eſt, cæſi fere ciues omnes, & indigenæ, imbellis ætas in ſeruitutem acta eſt, præter ſenes vtriuſque ſexus, qui pene cuncti interempti fuere. Sacerdotes omnes, & ipſe in primis Hydruntinus antiſtes, ætate & vita ſanctimoniæ venerandus, crudeliter occiſi, templa Deo dicata funditus diruta, vel in prophanos, & turpiſſimos vſus conuerſa, ſanctorum reliquiæ canibus obiectæ; virgines raptæ, & ad ſtuprum deductæ, ac ſuper ſanctiſſimas aras violatæ, nihil crudelitatis aut impietatis omiſſum eſt; ſenique nobili caput abſciſſum, & affixum lanceis tota vrbe ad ſpectaculum deferebatur. Dies hic magni mali initium eſt, & incendium toti Italiæ formidandum.*

b Volaterr. diar. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111 pag. 280.

Hydruntum obſeſſum a Turc.

Nulla auxilia a Ferd. Rege ſubmiſſa.

Horrenda Hydrunti excidio.

18 Sectus a fuit ſerra lignea archiepiſcopus cum crucem teneret manibus, ac fideles ad obeundam pro Chriſto mortem cohortaretur, octingenti circiter oppido educti nudi cum fidem Chriſti damnare reſpuerent, ſeque ad conſtantiam cohortarentur a Turcis in parua valle, quæ vallis martyrum dicta eſt, contrucidati ſunt. Dum ita Calabriam Turca inuadebat, Calabriæ princeps alienis rapiendis inhiabat, oppreſſiſque auxilij ſpecie Senis in ſpem Etruriæ ſibi ſubijciendæ veniebat, de quo deque Senenſium conuerſionibus hæc tradit Volaterranus b: *Senis tunc agebat Alfonſus Calabriæ princeps, vt ſupra monſtratum eſt, ciuitatis decreta omnia nutu ſuo fiebant, nec de re aliqua iam ad ſenatum referebatur, quin prius Calaber illam probaſſet, adeoque creuerat eius auctoritas, vt niſi compulſus fuiſſet in Apuliam proficiſci ad obuiandum Turcis, qui in Italiam traiecerant, & Hydruntum occupauerant, eius ciuitatis imperio procul dubio potitus eſſet ſic quod actum erat de totius Etruriæ libertate. Dictum eſt ingentem e ciuitate abiſſe. Itaque debent plurimum Etruſci Turco, qui ab eorum ceruicibus iugum ſeruitutis amouit, ſed in primis debent Senenſes, qui iam primi tyranno paruiſſent.*

Archiep. Serra ſectus.

a Leand. Albert. in deſcript. Salent. regn. Ital. 4.

Octingenti ciues affecti martyrio

b Volaterr. m. ſ. Vat. ſign. n. 111

Diuulſus ex Hetr. Alphonſus.

19 Implicitus etiam tum erat bello cum Florentinis geſto Pontifex, aduerſum quos comitem Hieronymum Riarium ducem exercitus creaſſe refert Stephanus Infiſſura c. Vt vero anno exeunte eos conciliarit Eccleſiæ, dicetur inferius; Hydrunti enim expugnatio grauem iniecerat terrorem. Nec deſunt, qui dicant d, Sixtum vbi captam Hydruntum percrebuit, territum atque animo conſternatum de vrbe deſerenda, ac petendis Gallijs conſilium agitaſſe: verum poſtea metu poſito, mutatoque conſilio ad paranda auxilia, defendendas generoſi paſtoris

c Infiſſur. ſ. Vat. arc. ſign. n. 111 d M. ſ. Vat. expedit. Sixt. Raph. Volat. l. 7. Brut. hiſt. Flor. lib. 7.

Sixtus de Italia deferenda conſilium agitat.

more oues a Deo ſibi concreditas, propulſandoſque Chriſtiani hoſtes nominis curas intendiſſe. Imperauit itaque omnibus Italiæ principibus inducias, vt omnium arma aduerſus communem hoſtem verterentur; cum Venetis die aſcenſionis Saluatoris ſacto armorum in Turcas fœdus pegigit a: Gabrielem Rangonum Cardinalem in Neapolitanum regnum legauit b, vt crucis ſymbolo fideles inſigniret: Tranſalpinorum Regũ opem per ſacroſancta quæque implorauit, veniæque criminum ſpe propoſita ad nomen Chriſtianum defendendum concitauit: tum de ſubſidiarijs nauibus a ſe tranſmiſſis Rhodum, cuius nondum erat ſoluta obſidio, edocuit.

Ad defendendam Italiam obfirmat animum.

a Lat. Volat. in diarys m. ſ. Vallic ſig. lit. B. n. 19 pag. 205. &c.

Ad futuram rei memoriam.

20 Non ſolum Italis, ſed etiam extra Italiam degentibus vltramontanis iam innoteſcere non ambigimus, Turcos crucis Chriſti, & eiuſdem fidei cultorum ſæuiſſimos hoſtes inſulam Rhodi hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani cum ingenti gentium multitudine terra marique obſediſſe, & vno eodemque tempore ex Velona cum validiſſima claſſe in Apuliam deſcendiſſe, ac Hydruntinam ciuitatem ſedem metropolitanam poſt aliquot dierum obſidionem, & murorum illius machinarum impetu euerſionem, tandem, heu rem miſeram atque afflictam hoc calamitoſo tempore! crudeliſſimo bello viris partim cæſis, partim acerbiſſimæ ſeruitutis iugo ſubiectis, matronis ſtupratis, virginibus raptis, ſanctimonialibus fœdatis, adoleſcentulis immaniter trucidatis, ſenibus hominum & equorum calcibus dilaniatis, prægnantibus cum ſemiuiuis corpuſculis, o crudelitas inaudita! diuiſis, vi & armis expugnaſſe, & ad metropolitanam eccleſiam accedentes bonæ memoriæ Stephanum archiepiſcopum Hydruntinum, ſenem decrepitum, & plenum dierum, qui in apparatu pontificali corpus domini noſtri Ieſu Chriſti deferendo per eandem eccleſiam cum ſuis canonicis, & alijs presbyteris, ac clericis proceſſionaliter pro ciuitatis defenſione, & incolarum eius ſalute humiles preces effundebat, non ſecus atque impius Manaſſes Iſaiam ſerra lignea per medium ſecaſſe, & eos, quos ſecum habebat, canonicos, & presbyteros prædictos Deum laudantes, & miſericordiam ab eo alta voce expoſcentes, crudeliter iuxta eccleſiam ipſam trucidaſſe, & interemiſſe, ac omnia, quæ in eadem ciuitate eiuſque territorio erant mobilia bona diripuiſſe, & huiuſmodi victoria elatos contra Caſtrenſem, Licienſem, Nerotinen, Orgentinen, & Leocaden, aliaſque maritimis oris propinquas Hydruntinæ, & Brunduſienſis prouinciarum ciuitates, territoria, & loca earum, ac illarum incolas victoriam proſequi, eorumque exercitum, & victoriam in dies continuo augeri: & dicti hoſpitalis fratrum, & incolarum inſulæ prædictæ eorundem Turcorum impetu varijs crudeliſſimis prælijs, quæ cum illis habuerunt, non paruam multitudinem perijſſe; Rhodianorum muros pro magna parte ſolo æquatos fore, & inibi degentes arctiſſima obſidione teneri, ac in grauiſſimo periculo conſtitutos eſſe, & niſi potentatus Italiæ in vnum conuenientes prompta auxilia celeriter conferant, nemo eſt qui ambigat, Turcos ipſos tandem, qua voluerint in his partibus victoria potituros fore; [Nondum liberatæ Rhodi fama ad Sixtum peruenerat.]

Expoſita Turcarũ crudelitas.

Et continua graſſatio.

21 Quam igitur periculoſum ſit modo Chriſtianis omnibus, & præſertim Italiæ potentatibus in armorum aſſumptione contra Turcos diſſimulare, quamuè damnoſum vltra differre, quiſque intelligit, illis iam Italiam, & Siciliæ regnum, quod de B. Petri patrimonio fore dignoſcitur, pro ſua voluntate calcantibus: vnde ſi Chriſti fideles, & præſertim Itali præfati agros, ſi domos, ſi vxores, ſi liberos, ſi libertatem, ſi fidem denique ipſam, in qua baptizati, & renati ſumus, retinere volunt, credant nobis eos arma ſumere, & bellum gerere oportet. Nec confidant ſe tutos eſſe, qui præ cæteris a regno prædicto diſtare noſcantur, quia niſi obuiam veniant Turchis, & ipſi tandem illorum ditioni parebunt, nec ab huiuſmodi defenſione ſe retrahant inanes diuinæ maieſtatis conſiliorum perſcrutatores, dicentes forſitan intra ſe: nonne Deus omnipotens, qui docet manus ad prælium & digitos mouet ad bellum, ciuitatem Hydruntinam Pontificem, Chriſtos, & fideles ſuos ſi voluiſſet, ne in manus traderentur impiorum, poterat omnino tueri. Poterat quidem, & poſſet illam, ſi vellet de manibus hoſtium facile liberare, cum in ditione eius cuncta ſint poſita, & nihil eſt, quod ipſius poſſit reſiſtere voluntati: ſed cum reſrigeſcente charitate multorum iniquitas abundaſſet, & fideles ſuos a mortis ſomno ad perennis vitæ ſtudium excitaret, certamen huiuſmodi eis propoſuit glorioſum, in quo fidem velut aurum in fornace probaret ſaluationis cauſam præſtando, viamque eis oſtendendo ſalutis, vt qui fideliter pro ipſo certarent, velut eius athletæ ab ipſo feliciter coronarentur, & qui ſegnes in tantæ neceſſitatis articulo forent, in nouiſſimo iudicij ſtrictique examinis die in tenebras miſſi exteriores iuſtam mererentur damnationis ſententiam ſuſtinere.

Iungenda ſint Chriſtianorum arma in communem hoſtem.

Probari a Deo tot aduerſis Chriſtianos.

22 Non eſt itaque de diuina clementia vllo modo deſperandum, ſed noſtram potius negligentiam arguamus, qui culpis & peccatis exigentibus noſtris miſerationes Domini retardamus, ſicut filij Iſrael, qui murmurauerunt in caſtris, nec exaudierunt vocem Domini quadraginta dies, quibus potuiſſent terram repromiſſionis intrare, in annos totidem conuerterunt. Sic etiam populus Iſrael, cum ad bellandum tribum Beniamin prius Domino conſulto, deinde ipſo vt iterum aſcenderet iniungente, non antea de ipſis victoriam eſt adeptus, quam ſemel, & ſecundo conuerſus in fugam culpas ſuas hoſtili gladio expiaret: ſi enim populus Chriſtianus in lege Domini ambulaſſet, ſi eius crucem tolleret, vt ipſius vindicaret iniuriam, vnus ex eis mille, & duo decem millia effugaſſent, & ſicut deficit fumus, & fluit cera a facie ignis, ſic inimici crucis ab eorum præſentia defeciſſent: & quamquam contrarium delicta noſtra meruerunt, quoniam per peccata, quæ iugiter facimus ad duriora Dominum prouocamus, quia tamen miſerationes illius ſuper omnia opera eius, & cum iratus fuerit miſericordiæ recordatur, ſi conuerſi fuerimus, adijciet miſereri Deus, & non continebit modo in ira miſericordiam ſuam, nec dabit hæreditatem ſuam in opprobrium, vt dominentur ei de cætero nationes, ne forte conſentiant aduerſarij noſtri, & dicant: *Manus noſtra excelſa, & non Deus fecit hæc omnia.*

Licet ex exceantur cladibus fideles victoriam relaturos.

23 Omnes igitur Chriſtifideles, præſertim Italiæ potentatus, & incolas, quibus maius de proximo periculum imminet, per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, per paſſionem

Solicitat fideles per ſanctiſſima quæque vt arma in Turcas expediãt.

nem eius, qua ſumus redempti; per iudicium extremum, in quo ſtabunt ante tribunal eius, ac recepturi vnuſquiſque ſecundum opera ſua, det ſpem vitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, obnixe hortamur, requirimus, & monemus; vt diſſentiones, & æmulationes fraternas in pacis, & dilectionis fœdera conuertentes, apprehendant arma, & ſcutum, & exurgant in adiutorium Ieſu Chriſti, infirmi robore accingantur, vt arcum fortium ſuperent, & ſuperbiam illorum humilient, qui non in Deo, ſed in ſua feritate confidunt, firmiter ſperantes in eo, qui conterit bella, qui currum Pharaonis deiecit in mare, quod ipſe mittet eis auxilium de ſancto, & de Syon tuebitur eos. Nos enim intellecto Turcorum apparatu ad expugnandum inſulam, vt magiſter & fratres inſulam, & loca eorum munire, & ad defenſionem illius ſe parare commodius poſſent, ei in non modica pecuniarum ſumma ſubuenimus, ac Chriſtifideles partium Gallicanarum primo per anni iubilei, & deinde per vniuerſum orbem ad impendendum eis ad præmiſſa pia ſuffragia per indulgentiæ plenariæ conceſſionem inducere noſtris literis curauimus, & demum magnam nauem frumento oneratam ad inſulam ipſam tranſmiſimus, quæ diuino quodam miraculo vix triduo, antequam Turchi inſulam ipſam obſidere cœperant, ad illam peruenerat; ſine enim frumento prædicto inſula tam arctam obſidionem longo tempore nullo pacto perferre potuiſſet.

De ſubſidijs tranſmiſſis Rhodijs.

24 Intellecta poſtmodum obſidione prædicta maritimam claſſem duarum maximarum nauium armis, & bellatorum numero munitam ex Ianua non ſine maximo ſumptu ad eandem inſulam iam tranſmiſimus, & vt, quæ per eoſdem magiſtrum & fratres in prouincia parabatur claſſis celerius parari, & ad inſulam ipſam tranſmitti poſſet, aliam longe maiorem pecuniarum ſummam eis condonauimus; nec omiſimus literis noſtris ſolicitare Chriſtianiſſimos Imperatorem, & Reges, ac alios vniuerſos Chriſtifideles ad defenſionem inſulæ memoratæ, ipſorumque Turcorum ex Apulia expulſionem, & poſtremo miſimus dilectum filium noſtrum Gabrielem tit. SS. Sergij & Bacchi presbyterum Cardinalem ad regnum ipſum Siciliæ A. S. L. pecunijs, quibus potuimus, munitum, qui Turcorum eorundem impetus vna cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Siciliæ Rege illuſtri reprimeret, & illos terra marique expugnare curaret, nec tamen vſque modo Turci ipſi his noſtris prouiſionibus ab obſidione inſulæ prædictæ ceſſarunt; nec ex Apulia receſſerunt, imo vt nouiter relatum exiſtit, ciuitatem Veſtanenſem in prouincia Sypontina occuparunt, nos enim auxilia, & præſidia pro facultatibus noſtris continuo impendere non ceſſabimus, & alios, vt id ſimiliter faciant exhortari non deſiſtemus. [Indixit propterea Sixtus inducias Italis dum Turca hæreret in Italia fœdifragis cenſuras incuſſit, tum cruceſignatos in clientelam accepit.] *Dat.* MCCCCLXXX.

Vt Gabriel Card. SS. Serg. & Pauli legatus in Sicil. decretus ſit

Graſſari in Sypontino agro non deſinant Turcæ.

Iterum noui ſtimuli addita Chriſtianis vt conſurgant in arma.

a Lib. breu. & bullar. pag. 236.

25 Extant quoque aliæ Apoſtolicæ literæ a, quibus deplorat Pontifex ingentia mala a ſæuiſſimo Turca Hydrunto atque finitimo agro illata, tantamque eum dominandi & extinguendæ fidei Chriſtianæ cupidine flagrare, vt Romam in Turcicam ſeruitutem redigere, templaque eius ſacratiſſima funeſtare moliretur: eius tamen infringendos conatus ſubiicit, ſi Chriſtiani Reges, principes, ac populi fidem Chriſtianam tuendam ſuſciperent: non ſua virtute Turcas; ſed Chriſtianorum inertia & diſcordijs proceſſiſſe auxiſſeque imperium: bellum itaque ſtrenue pro Chriſto ſuſciperent, pugnaturum cum ipſis militiæ cœleſtis principem Apuliæque tutelarem archangelum Michaelem, nec defuturam diuinam opem, qua confirmati Dauid, Gedeon, Machabæi præclariſſimas de Dei hoſtibus victorias retulere, denique ampliſſimam criminum veniam conſequuturos.

Ad futuram rei memoriam;

26 Tanta eſt Turcorum rabies, & dominandi libido, ac extinguendæ fidei catholicæ ardor, vt nil aliud cogitent, nil dies noctesque moliantur, niſi vt ad hanc almam vrbem Apoſtolorum Petri, & Pauli glorioſo martyrij cruore Domino noſtro Ieſu Chriſto conſecratam, in qua Altiſſimus ſacerdotij principatum, & Chriſtianæ religionis caput inſtituit, ſe conferant, & illius ſacratiſſima templa, &, quæ in eis conſeruantur Chriſti, ac ſanctorum eius, reliquias polluant, & tandem vniuerſam Italiam, cæteraſque Chriſtianorum prouincias eorum ſpurciſſimæ ſectæ ſubijciant: ſed eorum perfidia, & iniqua intentione fruſtrabuntur omnino, ſi Chriſtianiſſimi Reges, & principes, ac alij ſacro baptiſmatis fonte renati, & Chriſti ſaluatoris noſtri nomine inſigniti, pro quorum ſalute pretioſum ſanguinem ſuum ſaluator ipſe noſter effudit, eiuſdem fidei defenſionem vltra præſtolando, & cunctando non negligant, ſed inſurgant contra eius inimicos, & hoſtes, neque dubitent, etiam ſi oporteret pro eo vitam exponere, qui pro nobis mori non abnuit; præſertim cum etſi magna, & ardua res videatur huiuſmodi defenſio, nihilominus volentibus Chriſtianis facilis erit eorundem infidelium expugnatio, neque enim ſua virtute, & induſtria Turci præfati eorum auxere tyrannidem, ſed Chriſtianorum inertia, deſidia, negligentia, & diſcordia, ita vt paulatim deuictis vicinis eorum tolerantia, qui ob priuatas inimicitias eos perire ſinebant, eo vſque peſtis ipſa creuit, vt cæteros ſocijs nudatos tandem ſubiugauerint, & vſque in Pannoniæ fines ex vno latere progreſſi, ex alio iam Italiam ingredi non formidauerint.

Vt Turcæ Romam expugnare meditentur.

Ex priuatis inimicitijs diſſolutam Chriſtianam potentiam.

27 Heu quæ qualiſue gens, quam vilis, quam fœda, quam ſordida contra Chriſtianum populum ſapientiſſimum, nobiliſſimam, potentiſſimamque Italiam ingredi audent, omnis enim exercitus conſtat ex hominibus partim leuis partim nullius armaturæ, & vt plurimum peditibus ſine ſtipendio publico, præda dumtaxat viuentibus, nullum ordinem ſeruare aſſuetis, in quorum arbitrio eſt manere, & fugere, & hos eis Chriſtifideles imperare permittunt eorum deſidia: nonne ſola Italia, nec illa tota perſæpe ſexaginta millia militum armatorum in re militari fortitudine, ac robore præſtantiſſimorum contra ſe inuicem ſuſtentauit, qui ad repellendam huiuſmodi gentem non ſolum ex Italia, ſed ex Europa vſque in Aſiam ſufficerent? Animus igitur & voluntas, non vires & facultates deeſſe videntur, illorum enim temeritas, & perſeuerantia, ac Chriſtifidelium negligentia, & tolerantia eos, qui fugientes inſequuntur, hactenus victores effecit, quod profecto ceſſaret, ſi huiuſmodi negligentia, & tolerantia depoſita ortho-

Italia ſæpe ſexaginta millia hominum in mutuas clades armauit. Domandis Turcis pares illi eſſe poſſent.

dorę fidei cultores eorum vires contra eos exercere voluerint. Omnes itaque præfatos chariſſimos in Chriſto filios noſtros ſereniſſimos, Imperatorem & Reges potentiſſimos principes, ac Chriſtianiſſimos populos in Domino exhortamur, vt huiuſmodi fidei defenſionem adeo ſanctam, adeoque neceſſariam aggredi vltra non ceſſent magno ac fortiſſimo animo, non rebus, non bonis, non perſonis, non vitæ parcentes, pugnabitque cum eis archangelus Michael princeps exercitus cœleſtis militiæ, qui prædictæ Apuliæ eſt protector, & cuſtos, etiam ſpe, & fiducia in Deum ſaluatorem noſtrum præcipue muniti, quod ipſe propugnatores ſuos ab eorumdem Turcorum defendet periculis, & eis victoriam præſtabit, &c. [Propoſitum etiam eſt indulgentiarum beneficium iis, qui inſtructos armis milites ad hoc gerendum bellum miſerent, & decreti ſacerdotes quæſtores ad ſtipem a fidelibus erogatam colligendam.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXX. *v. idus augusti pontificatus noſtri anno 12.*

Moniti fideles vt Michaelis Archangeli ope confidant.

28 Imperauit præterea Sixtus biennales decimas eccleſiaſticorum vectigalium, quæ in locis ditionis eccleſiaſticæ colligerentur, tum ad reficienda euerſa Rhodi propugnacula, tum ad Hydruntum, quod Turcæ magnis molibus muniuerant, expugnandum.

Imperatę in ſupetus belli decimæ a Lib. breu. & bullar. pag. 242.

Ad futuram rei memoriam.

Cum Turci crucis Chriſti atrociſſimi hoſtes curſu victoriarum elati ciuitatem Colocenſem inſulæ Rhodi, tutum fortitudinis, & validiſſimum fidei præfatæ in partibus illis aduerſus eos eorumque & aliorum infidelium impetum propugnaculum hoc anno arcta obſidione tenuerint, & illius muros machinis, & alijs bellicis inſtrumentis pro magna parte ſolo æquauerint, eamque occupare pro poſſe conati fuerint adeo, vt vix dilecti filij magiſter, & fratres hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani inibi degentes, qui tanquam Chriſti pugiles, & fortiſſimi athletæ pro fidei defenſione ſe & ſua exponere non formidant, dextera Domini eis aſſiſtente, illam ab eorumdem Turcorum occupatione tutari miraculoſe potuerint, & huiuſmodi obſidione durante, quod vſque modo inauditum extitit Italiæ oras attingere, & ciuitatem Hydruntinam inter alias prouinciæ Apuliæ regni noſtri Siciliæ metropolitanas ciuitates inſignem obſidere, ac vi & armis expugnare cum illius incolarum crudeliſſima ſtrage non omiſerint, illamque ſic occupatam hominibus vacuam victualibus, machinis, & alijs propugnaculis adeo munierint, vt recuperari ſine maxima difficultate, & gentium & armorum terra marique adducendorum multitudine non poſſint, pariterque Turci præfati continuo validiſſimam claſſem, cum qua ad ciuitatem ipſam Hydruntinam ſe conferant, & illi vicinas, & tandem ſucceſſiue reliquas Italiæ ciuitates occupent, ac eorum ſpurciſſimæ ſectæ caſis Chriſtifidelibus illarum incolis ſubijciant, & adueniente vere inſulam prædictam Rhodi denuo inuadant, præfatamque Colocenſem ciuitatem, præterita obſidione plurimum debilitatam, iterum cum potentiori exercitu obſideant, ac eorum formidabili potentia trucidatis magiſtro, & fratribus aliiſque habitatoribus eius viuificæ crucis Chriſti vexillum, quod magiſter, & fratres prædicti in veſtibus, & cordibus eorum deferunt, conculcent, ac ſacra ibidem exiſtentia Dei templa reliquaque illius ædificia ſubuertant in Chriſtianæ religionis opprobrium, Nos igitur intendentes eorumdem Turcorum conatibus, & furori huiuſmodi pro poſſe reſiſtere, & recuperationi dictæ ciuitatis Hydruntinæ quanto celerius fieri poterit vacare, cum omnis mora plurimum periculoſa fore noſcatur, & ad perferendas expenſas propterea opportunas Romanæ eccleſiæ non ſuppetant facultates, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura ſubſidium vnius integræ, & veræ decimæ omnium, & ſingulorum fructuum, redditum, & prouentuum cathedralium aliarumque eccleſiarum, nec non monaſteriorum, prioratuum, & infra in alma vrbe aliiſque ciuitatibus, terris, & locis temporali dominio præfatæ Romanæ eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis vbilibet conſiſtentium, & infra anno quolibet vſque ad triennium proxime exigendum, & infra imponimus, &c. Imperata præterea eſt decima omnium obuentionum ex muneribus publicis Cardinalibus, legatis, præfectis vrbium arcium locorumue, magiſtratibus vrbanis, tum alijs quæuis munera publica gerentibus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXX. *v. kal. decembris pontificatus noſtri anno 2.*

29 In hoc labantis Chriſtianæ rei diſcrimine Sixtus, cum Dei Eccleſiam aduerſa ſæuaque tempeſtate quaſſatam lugeret, quam inde Turcæ continuis efferati victorijs delendæ religionis Chriſtianæ cupidiſſimi: hinc Chriſtifideles eiuſdē religionis, ac diuini Numinis obliti acerrime ac pertinaciſſime inter ſeſe diſſidentes concitabant; veteri more inſtitutoque ſanctiſſimorum pontificum ſuffragia cœlitum imploranda ad diuinam leniendam iram decreuit, eamque ob cauſam octauam a feſto omnium Sanctorum recurrentem diem ſacram conſtituit, atque ab omnibus eccleſijs vbique coli, & celebrari iuſſit hoc diplomate a: *Cum plurium ſanctorum ſolemnes octaua conſueuerint celebrari, vt ſicut primus eorum obitus dies ipſorum in cœlo natiuitatem, & in angelorum, & ſanctorum patrum conſortio aſſumptionem ſignificat, ita in octaua reſurrectionem corporum recolentes ipſorum duplici ſtola animæ videlicet, & glorificati corporis congratulamur: octauus, inquit Dominus in leuitico, dies vobis celeberrimus, & ſanctiſſimus erit; & octaua die reſurrexit dominus noſter Ieſus Chriſtus, & in octaua huius ſæculi ætate cum eodem reſurgere firmiter expectamus, conſonum quoque eſt vt feſtiuitatem ſanctorum omnium per octo continuos dies ſolemniter celebremus; nos qui, licet immeriti, illius, qui cœlum terramque regit, vices gerimus in terris, cupientes Chriſtifideles quoslibet, quorum nobis eſt cœlitus cura commiſſa, ad venerationem omnium ſanctorum, & ſanctarum Dei, & ingem erga eos deuotionem quantum poſſumus excitare, vt per eorum patrocinia noſtrum ſuppleatur imperfectum; de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio ſtatuimus, & ordinamus, quod feſtiuitas omnium ſanctorum huiuſmodi per octo continuo dies prima ſcilicet, & octaua cum maiori cæterorum dierum ſolemnitate annis ſingulis, & laudum cantico, lætitia iubilo, cordiſque tripudio, ſub duplici officio, vt in alijs ſanctorum, & ſanctarum feſtiuitatibus ſolemnibus, earumdemque octauis obſeruatur, per vniuerſum orbem perpetuis futuris temporibus deinceps celebrari, & obſeruari debeat, ita quod de feſtiuitatibus, quæ in prædictas octauas euenire contigerint, tunc nulla commemoratio habeatur, ſed illa poſt eaſdem octauas celebrentur, &c.*

Publicæ preces imperatæ pro diuina ope imploranda.

a Lib. breu. & bullar. pag. 240.

Feſtiuitas omnium Sanctorū diebus octo celebranda.

Dat.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXX. pridie kal. nouembris pontificatus noſtri anno X.

30 Cæterum ſpopondit Sixtus claſſem viginti quinque triremium ſe inſtructurum, ac Neapolitanæ, quæ ex quadraginta conſtanda erat, coniuncturum, vti refert Iacobus Volaterranus a. Legatum præterea fuiſſe ad Genuenſes Cardinalem Sabellum addit auctor, vt claſſem parandam curaret, atque inteſtinas ciuium diſſenſiones ſedaret.

a Iac. Volaterr. m. ſ. arch. Vat. ſig. n. 111. l. 2. Aug. Iuſtiſ. l. 5. Sicul. l. 15

Card. Sabellus ad Genuenſes legatus decernitur, Inter Fregoſios & Adurnios pacem componere iuſſus,

31 *Decembris*, inquit, XIX. *Cardinalis Sabellus, qui ſuperiori menſe cum eſſet adminiſtrator prouinciæ Vmbriæ, legatus ad Ligures fuerat deſignatus, mane & ipſe abijt.* Et infra: *Legationis huius cauſæ duæ præcipuæ afferuntur, altera vt ſedaret ciuiles motus per eos dies Genuæ exortos inter Fregoſos, & Adornos; altera vt triremes pararet pro Pontifice ad traijciendum in Turcos venturo vere, vel potius ad obſiſtendum illis, ne in Italiam ipſi maiore conatu, & claſſe, quam præterita æſtate traijcerent.* Et infra: *Fuerat hic a Pontifice Paulo II. multos iam annos propter magna merita tam ſua, quam familiæ ſuæ, ad ordinem cardinalatus aſſumptus; ſed interueniente inopinato Pontificis obitu, nec publice pronuntiatus fuit, nec data ei de more inſignia; at aſſumpto inde Pontifice Xiſto tantum valuit contrariæ factionis auctoritas, vt vſque ad hoc tempus ea ſi dignitate fraudatus fuerit: Ioannes Baptiſta ſibi eſt nomen.*

32 Cum porro Turcæ ex Hydruntina vrbe veluti ex arce munitiſsima in Salentinum agrum, ſuperique maris littoreas oras excurrerent, & omnia ferro flammaque miſcerent, iamque celeberrimæ ædi Lauretanæ eam opibus ſpoliaturi imminerent, Recinetenſes patriæ immemores Lauretanam domum ſummo conatu propugnare decreuerunt, præſidioque impoſito excubias agere die noctuque conſtituerunt, donis a Chriſtiana pietate collatis in tutum receptis, quæ relata in tabulas ſunt. At ſapiens Recinetenſium conſilium ſubducto iam ſacro auro argentoque, haudquaquam barbaros a nefario ſcelere reuocauit. Verum nec virginis Deiparæ præſidium aduerſus barbaricam claſſem populabundam ſuæ domui auguſtiſsimæ defuit, vt narrat Lauretanæ hiſtoriæ ſcriptor his verbis b: *Turcæ populabundi ad caſtrum portus Recinetenſis claſſe delati, omiſſa minorum prædarum cura, ad Lauretanam prædam, quam opulentiſſimam ferebant eſſe, ac aſportatam alio neſciebant, iter intendunt. Tuebantur Lauretanam ædem Recinetenſes, leue aduerſus barbarorum exercitum inſolentem victoria præſidium, niſi ipſa loci præſes ſuæ domui præſidio foret; itaque ad ſacræ domus conſpectum ingens repente terror totam Turcarum peruaſit mentem, cunctoſque e veſtigio inuitiſſimis animis referre coegit pedem ſtupore attonitos, & Deum profecto pro illa æde ſtare memorantes.* Subdit auctor Cardinalem Ruboreum Laureti patronum eo admonitum periculo templum excitatis propugnaculis aduerſus repentinos hoſtium incurſus communiuiſſe. Erat is Iulianus epiſcopus Sabinenſis Cardinalis S. Petri ad vincula nuncupatus Sixti IV. ex fratre nepos, qui ei poſt Pium III. accepto Iulij II. nomine in pontificatu ſucceſsit, vt diximus ſupra.

b Turſ. hiſt. Laur. l. 2. cap. 4.

33 Interea hic ad pacandos principes, ne ab arcendis communibus hoſtibus retardarentur in Gallias miſſus eſt, cuius legationis obeundæ prouinciam hoc diplomate ſuſcepit c,

c Six. IV. reg. 1 legationum pag. 78.

Iuliano epiſcopo Sabinenſi Cardinali S. Petri ad vincula nuncupato maiori pænitentiario noſtro A. S. L.

Cum pacis æmulo, & humani generis inimico ſuperſeminante zizania exortis dudum peſtiferis, ac dolendis diſſenſionibus inter chariſsimum in Chriſto filium noſtrum Ludouicum Francorum Regem illuſtrem, & dilectum filium nobilem virum Maximilianum ducem Auſtriæ, nonnulloſque alios hinc inde adhærentes etiam varijs reſpectibus, & occaſionibus dira guerrarum commotio quamplurimas prouincias, ciuitates, villas, terras, oppida, dominia, caſtra, & loca, ac illorum incolas diutius afflixerit, & exinde agrorum depopulationes, incendia, hominum cædes, ſtrages, captiuationes villarum, terrarum, & prouinciarum direptiones, euerſiones, & vaſtationes aliaque quamplurima, & innumerabilia damna non ſine magna etiam eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum piorum locorum in eiſdem prouincijs, & dominijs conſiſtentium iactura ſucceſſerunt: diuiſiones etiam, factiones, ſimultates, rancores, & odia inter quamplurimos principes barones, milites, vaſallos, ſubditos, & incolas exorta fuerint, & maiora, ac grauiora pericula irreparabiliaque ſcandala, & damna ex earumdem guerrarum vlteriori proſequutione procul dubio ſequutura fore non immerito formidentur, per quæ viribus eorumdem principum attritis, iiſdem diſſenſionibus manentibus, debiliores Chriſtianorum manus indubitanter efficiuntur ad dictorum Turcorum immaniſsimorum hoſtium Chriſtiani nominis impetus contundendos, & coercendos, nos infra mentis noſtræ arcana reuoluentes, & diligenti conſideratione penſantes ſynceræ deuotionis affectum, & fidei zelum, quibus Rex, & dux præfati nos, & Romanam eccleſiam reuerentur, quodque hoc tempore valde expediat, vt inter eos pacis vinculum vigeret ad pacificandum prouincias, dominia, & loca alia, quæ reipublicæ, & fidei Chriſtianæ firmiſsima ſunt præſidia, conuertimus omnes ſenſus.

Bellum inter Lud. Regem Franc. & Maximilian. accenſum.

Ambo ſollicitati vt arma in Turcas vertant.

34 Animaduertentes itaque ad nos præcipue ſpectare huiuſmodi imminentibus periculis diſſenſionibus, & ſcandalis occurrere, & ad pacem omni ſtudio diſsidentes coniungere, habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura ad te litterarum ſcientia præditum, potentem opere pariter & ſermone, in magnis expertum, & in arduis comprobatum direximus oculos noſtræ mentis, ac de tuæ circumſpectionis induſtria, eximia probitate, fidei zelo, maturitate conſilij, morum elegantia, alijſque innumerabilium virtutum donis, quibus perſonam tuam illarum largitor decorauit Altiſsimus, in cuius affectu geritur, prout indubitanter tenemus, fluctuantes turbines, & omnium ſcandalorum, & guerrarum materiam ſedare, & diſsidentia quæque in pacis & concordiæ dulcedinem commutare, ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, quod ea, quæ circumſpectioni tuæ, cuius præſentia nobis, & Eccleſiæ præfatæ ſumme perutili, pro tam neceſſariæ tamque vtilis, & Deo gratæ pacis, & reconciliationis conſequendo votiuo effectu, in præſentiarum carere compellimur, committenda duximus, cura exactiſsima, & peruigili induſtria tuo ſolito more adimplere curabis, te tanquam pacis Angelum ad regnum Franciæ, nec non vniuerſas prouincias, dominia, ciuitates, terras, & loca Regi,

Iulianus Card. ampliſſima ad id poteſtate fultus.

by Google

Regi, & duci præfatis mediate, vel immediate quocumque titulo, iure, prætextu, occaſione, vel cauſa ſubiecta, aliaque a Rheno flumine vſque ad Garumnam flumen, & mare Prouinciæ ſeu meridionale, & ab Oceano vſque ad Alpes Italiæ imminentes conſilientia noſtro, & præfatæ Romanæ eccleſiæ nominibus Apoſtolicæ ſedis legatum de latere noſtro duximus deſtinandum, & deputandum, ac deſtinamus, ac deputamus. Ampliſsimis ad rem gerendam mandatis inſtruit, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXX. *IV. kal. maij pontificatus noſtri anno* X.

In quibus prouinciis legatio illi demandata ſit.

35 De legationis munere iniuncto Iuliano, deque alijs Cardinalibus in alia regna miſsis meminit Iacobus Volaterranus a, qui ex eccleſiæ Volaterranæ archidiacono in ſcribarum pontificiorum numerum ſuperiori anno aſcitus fuerat, ac inſignes de rebus a Sixto IV. geſtis commentarios, qui nondum typis cuſi in tabulario Vaticano reconditi ſeruantur, edidit atq; illuſtres viros Marcellum Ruſticum Romanum, Gaſparem Blondum Forliuienſem hiſtoriarum ſcriptorem, Andream Trapezuntinum, Matthiam Paluiccinum, Franciſcum Noxetanum collegas habuit, is itaque in ſuis accuratiſsimis diarijs hæc prodit. *Ad nonum menſis iunij, qua veneris dies fuit, abiit in legationem Gallicanam Iulianus epiſcopus Sabinenſis*, & infra: *fuit hic primis menſibus pontificatus Sixti ab epiſcopatus ordine ad cardinalatum aſſumptus vna cum Petro ex ordine Minorum, qui poſtea Cardinalis S. Sixti dictus eſt. Hi autem primi fuere a Sixto Pontifice Cardinales creati. Quo die quatuor legationes in eodem ſenatu decretæ fuere, Nicæno Gallicana, vicecancellario Hiſpana, Neapolitano orientalis maritima, Aquileienſi Germanica, in qua Nicænus defunctus eſt; ex ea omnium iam rediens Rauennæ occubuit: tres reliqui incolumes Romam redière. Præſentis legationis (nempe ſuſcepta a Sabinenſi) cauſa ea eſt præcipua, vt Gallum & Burgundum longo tempore diſſidentes conciliet, & conciliatos ad ferenda auxilia in bellum contra Turcos hortetur, & impellat. Det ei dominus Deus gratiam in conſpectu Regum & principum, vt ioctis bonis ſeminibus colligatur is fructus, qui non tam ſperatur quam deſideratur*.

a Volaterr. lib. 1. tabularii Vat. ſign. n. 111.

36 Neque in Gallijs modo, ſed etiam in Anglia & Scotia legationis munus Iuliano demandatum eſt, vt inter Gallos Angloſque pacem ad vertenda in communes hoſtes arma conciliaret, vt hoc docet diploma b.

b Reg. legationum 1 & 9.

Venerabili fratri Iuliano epiſcopo Sabinenſi Cardinali S. Petri ad vincula nuncupato, maiori pœnitentiario noſtro in Franciæ, Angliæ, & Scotiæ regnis, ac vniuerſis Galliarum prouinciis, nec non ſingulis dominijs dilecti filij nobilis viri Maximiliani ducis Auſtriæ quouis reſpectu, vel cauſa ſibi ſubiectis, & nonnullis alijs prouincijs ciuitatibus terris, & locis Apoſtolicæ ſedis legato, &c.

Conſiderantes, quod vrgens & euidens multorum, & magnorum negotiorum, ac pacis primo, & quietis regnorum, prouinciarum, & locorum prædictorum præſertim Angliæ regni, & aliorum dominiorum, prouinciarum, insularum, & locorum quorumcumque chariſſimo in Chriſto filio noſtro Eduardo, & regni eiuſdem Regi illuſtri ſubiectorum neceſſitas vrget illuc a nobis deſtinari legatum, & tantum negotium talem perſonam exigit, quæ ſua inſtanti diligentia & prouidentia eximia, ſummaque inſuper experientia illius magnitudini congruat, te, de cuius circumſpectione, induſtria, & conſilij maturitate inter cæteros plenam & firmã obtinemus fiduciam, qui, potens & opere ſermone, magnum & inſigne Eccleſię Dei membrum exiſtis, plene tibi conceſſo legationis officio ad partes illas de fratrum noſtrum S. R. E. Cardinalium conſilio prouidimus de latere noſtro deſtinandum, vt dirigas indirecta, & aſpera conuertas in plana, & iuxta datam tibi a Domino prudentiam velut columba oliuam ex ore deferens, & pacis ſignum in oliua prætendens pacem prædices, & Chriſti fideles illarum partium ad pacem vnitatem & concordiam moneas, & quæcumque alia circa executionem commiſſi tibi legationis officij exequaris, prout videris expedire, quietem in nationibus, & tranquillitatem in populo poſſe tenus procurando & ſicut tibi Dominus miniſtrabit.

Paratu Iuliano Card. inter Gallum & Anglum pacis cõciliandæ prouincia.

Columbę oleæ folia præferentis munere ſuſus fungi.

37 Licet autem Saluatoris exemplo, quod vni ex minimis noſtris fit, fieri nobis reputamus, quia tamẽ illos in primis propenſius honorari cõuenit, qui ex ſic honorabiles in partem ſolicitudinis aſſumpti honorant in nobis plenitudinem poteſtatis; ſerenitatem eiuſdem Regis rogamus monemus, & hortamur attente quatenus te Apoſtolicæ ſedis legatum, vel potius nos in te benigne recipiens, & deuote pertractans, ſic te fauore beneuolo in omnibus proſequatur, exhortationibuſque tuis ad pacem tendentibus ſe facilem præbeat, ut præſentia tua nobis, & vniuerſali Eccleſiæ multipliciter fructuoſa diutius careamus, & ſuper ijs, quæ ſibi ex parte noſtra per te, vel alium ſeu alios a te forſan deputandos retuleris fidem indubiam adhibeat, tanquam nobis, ſicque in ſingulis tibi per nos conceſsis facultatibus omnem aſsiſtentiam præſtet, ac modis omnibus faueat, quod tu ad laudem Dei & ſui honoris augmentum, omniumque Chriſti fidelium commodum, & ſalutem iniunctum tibi miniſterium laudabiliter exequaris, & nos excellentiam regiam exinde dignis in Domino præconijs, & laudibus commendemus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXX. *IV. kal. maij pontificatus noſtri anno* IX. Hunc vero menſe ſeptembri Pariſios acceſsiſſe, honorificeque exceptum tradunt a, inde Peronam profectum, cumque fidem publicam, vt pergeret ad Maximilianum elicere non potuiſſet, Lutetiam extremo decembris menſe reueſum. Cæterum legati diligentia colloquium inter Ludouici Regis, & Maximiliani Auſtriaci oratores habitum eſt. Extantque in m.s. codice Vallicellano b capita controuerſiarum, quæ vtrinque in eo colloquio agitatæ fuerunt. Poſcebat imprimis Maximilianus, vt vrbes & oppida vxori adempta a Ludouico reſtituerentur, reſponſumque eſt a Gallorum Regis oratoribus, Burgundiæ fiduciarium principatum ſalica lege ad ius regium fuiſſe deuolutum, nullo maſculo herede ſuperſtite, ac Bituricenſis, & Pictauenſis principatum, qui ob eam cauſam in regiam ditionem conceſſerant, exempla adducta, confirmataque Normanniæ, Campaniæ, & Occitaniæ exemplis; ac ſi fœminæ, vt in Attrebatenſi comitatu, aliquando ſucceſſerint, id non iure, ſed temporum iniquitate contigiſſe. Certatum deinde de Peronæ montiſque Deſiderij, & Royæ ditione, atque oratores Galli contendere Carolum ducem inique bellum intuliſſe Ludouico, fidei ſacramentum poſt Philippi patris obitum non præſtitiſſe, debita vectigalia

a Chron. Lud. XI.

Negatus illi commeatus liber ad Maximilianum.

b M. ſ. Vallic. ſign. lit. B. n. 10 pag. 163.

Quo iure niteretur Ludouicus XI.

Digitized by Google

lia Regi non perſoluiſſe, præterea ex veteri pactione Belgij partem ad ius Gallicum reuocaram. Tum Maximiliani oratores diſceptarunt in Burgundiæ principatu fœminas ſuccedere conſueuiſſe, parcmque eſſe comitatus Atrebatenſis rationem. Soluto conuentu ſopitæ fuere ad aliquod tempus hæ lites, quæ poſtea inter Carolum V. Maximiliani nepotem, & Franciſcum I. funeſtiſſima bella accenderunt.

Quid Maximiliani oratores contenderint.

38. Reſtinctæ ſunt hoc anno reliquæ ciuilium Caſtellæ & Legionis bellorum, quæ diu arſerant fauillæ Ioanna, de cuius iuſtis natalibus controuerſum fuerat, quæque ſe, vt Henrici Regis vnigenitam ac regnorum heredem gerebat, Clariſſarum ſacta inſtituta Coimbricæ amplectente, ac XV. nouembris huius anni vota religioſa nuncupante, de quo extant a acta publica. Poſt hæc Ioanna aliquorum ſubornata conſilijs, qui Caſtellæ & Legionis regna bellis ciuilibus miſcere ſui commodi ſpe atque illecebra meditari ſunt, priſtinos Caſtellæ & Legionis regios titulos recepit, atque ad reſcindendam religioſæ vitæ profeſſionem editam, metum, ac neceſſitatem ob pacem inter Alfonſum & Fernandum Reges conciliatam obtendit. Verum Innocentius VIII. cum ingentia inde oboritura bella, ac Luſitana & Caſtellana arma ab Afris & Granatenſibus in ipſa fidelium viſcera vertenda, ac religioni exitium parari præuideret, apoſtolico diplomate Ioannam monaſtica inſtituta deſerere vetuit b, vt ſuo loco dicetur.

Ioanna Caſtellana fit monacha.
a Extant apud Innoc. VIII ſign. n. 5909 ſetr. pag. 576.
b Innoc. 8. lib. ſignat. n. 1909.

39 Hoc anno c Florentini ſiue feſſi malis, ſiue auxiliorum ſpe deluſi, ſiue ad meliorem mentem reuerſi in Eccleſiæ gratiam a Romano Pontifice recipi flagitarunt. Honorificentiſſimã itaque duodecim ciuium legationem ad Apoſtolicam ſedem miſere; ſubituros ſe demiſſe qualeſcumque illius leges profeſſi. Oratoribus igitur in vrbem venientibus nulli officij cauſa obuiam prodiere, neque coram Pontifice admiſsi, niſi prius imperatas ab illo concordiæ leges recepturos ſe ſponderent. Demum prima aduentus dominica die in porticum baſilicæ Vaticanæ conuenere, Pontificem & Cardinales præſtolantes, vbi Sixtus pro foribus templi genibus nixos virga leniter diuerberatos ſolemni ritu expiauit, atque adeo Florentinos omnes ſacræ fidelium communioni reſtituit. Ingreſsi deinde baſilicam oratores rei ſacræ interfuere: qua peracta domum aulicis Cardinalium eos comitantibus perducti ſunt, poſteaque oppida reipublicæ Florentinæ erepta reſtituta. Hæc pluribus rerum Florentinarum ſcriptores, omnium autem accuratiſsime Iacobus Volaterranus d horum ſpectator deſcribit in Sixti rebus geſtis. *Die dominico III. decembris in hunc modum, qui ſequitur, acta eſt cærimonia. Sedebat Pontifex auerſus a templo in ſella ſerica purpurea ſuper limine portæ æneæ, quæ media eſt, clauſis nihilominus valuis, circumſtantibus in corona Cardinalibus, & prælatis, & qui muneribus curiæ fungebantur in maximo populi frequentia, qui viſendi ſtudio accurrerant. Oratores autem omnes, Florentinorum ſcilicet, demiſſis deiectiſque capitibus coram Pontifice venientes primum ad terram ſe proiecerunt, cumque cum humilitate venerantes, pedes ipſius deoſculati ſunt. Omnes inde procumbentes in genua errores contra matrem Eccleſiam & Pontificem ſunt confeſſi, & miſereri ſibi, & populo, a quo eſſent miſſi, humiliter petiere. Locutus eſt pro omnibus vnus ſpectatus eques Aloiſius Guicciardinus vir iam ſeptuagenarius, & magna apud ſuos auctoritatis, maturis tamen verbis, & breuibus, atque a paucis propter ſtrepitum exauditis.*

c Iac. Volater in m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111. Brut. hiſt. Floren. l. 7 & alij.
Florentini veniã a Pont. poſcunt.
d M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.

40 Piam eorum orationem ſuis conceptam verbis affert Brutus a, ac reſponſum acerbe a Pontifice queritur, cumque in vniuerſam rempublicam inuectum commemorando vniuerſa, quæ ciuitas aduerſus pontificiam maieſtatem commiſiſſe argueretur, vt conſtaret reditum in gratiam tempori non hominibus datum: verum ex Iacobo Volaterrano, qui pontificium reſponſum affert, conſtat nihil iracunde geſtum ſed ex ſolita b Eccleſiæ dignitate benignitateque expiatum crimen: *Eo*, inquit, *ſilente*, nimirum oratore Florentino, *iuſſit Pontifex alta voce recitari formulam initarum conditionum, & confeſſiones exceſſuum per Philippum Curneñſem vnum ex notarijs apoſtolicæ cameræ aſſiſtentibus aduocato, & procuratore fiſcalibus, qui vnum, vel plura, ſi opus eſſet, ad perpetuam rei geſtæ memoriam documenta conficerent: ſumma vero conditionum paulo inferius adijcitur. Formula lecta, oratores ipſi, iureiurando in ſanctis Pontificis manibus præſtito, obligauerunt ſe ipſos, & Florentinum populum cuncta inuiolabiliter ſeruaturos. Tunc Pontifex indicto ſilentio: Peccaſtis, inquit filij multum primum in dominum Deum Saluatorem noſtrum, occidentes crudeliter, & nefarie Piſanæ ſedis archiepiſcopum, & ſacerdotes Dei; ſcriptum eſt enim: Nolite tangere Chriſtos meos. Peccaſtis in Romanum Pontificem, qui vicem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti gerit in terris, diffamantes eum per vniuerſum terrarum orbem. Peccaſtis in ſacroſanctum ordinem Cardinalium, retinentes inuitum S. R. E. Cardinalem ſedis Apoſtolicæ legatum. Peccaſtis in omnem ordinem clericalem, auferentes a clero ditionis veſtræ tributa, & ea quidem admodum grauia contra voluntatem ipſius, & Romano Pontifice minime permittente: rapinarum, incendiorum, direptionum, & malorum multorum cauſa fuiſtis, non obedientes monitis noſtris apoſtolicis, qui vtinam a principio veniſſetis ad nos, patrem animarum veſtrarum, procul dubio non fuiſſet opus experiri armis ad vlciſcendas iniurias illatas Eccleſiæ. Nos certe inuiti egimus quidquid egimus; ſed tamen pro miniſterio apoſtolatus noſtri ita fuit agendum. Nunc vero filij, ad nos in humilitate venientes, in gremium gratiæ vos recipimus, fatentes errores, & exceſſus abſoluimus. Nolite peccare amplius, filij, nolite vt canes redire ad vomitum: ſatis ſuperque experti eſtis quantum valeant arma Eccleſiæ, quam durum ſit obiectare capita ſcuto Domini, & eius loricam velle confringere. Et in hanc ſententiam pluribus dictis non minus paterne & pie, quam conſtanter & fortiter capiens manu virgulas, quæ de more geſtari manibus a pœnitentiarijs ſolent, leniter percutiebat humeros cuiuſque oratoris ad quemcumque ictum caput humiliter inclinantis, dicens ſedulo pœnitentiæ pſalmum qui incipit: Miſerere mei Deus; Cardinalibus ſemper ad vocem Pontificis ſequentem verſiculum reſpondentibus. His peractis iterum ad ſancti pedis oſculum ſunt admiſſi, & manu a Pontifice benedicti ſunt, eleuatuſque cum ſella ſtatim eſt Pontifex, patefacta quoque valua baſilicæ, & ad maiorem aram templi ab omnibus itum eſt, oratoribus ipſis, & cæteris ſuo ordine præcedentibus. Acta ibi diuina res fuit.* Et infra.

a Brutus hiſt. Flor. lib. 7.
b Volater. vbi ſup.
Repente ex ſcripto publicæ cauſæ contorti anathematis.
Pōtificis ad Florẽtines oratio.
Arguuntur admiſſi in clerum ſceleris.
Pertinaciæ in principio oſtenſæ. Ex Apoſt officio correpta in eos fuiſſe arma.
Virgis humeri oratorum percuſſi.
Inducti poſtmodum in eccleſiã.

41 *Formulæ obligationis hæc eſt ſumma, videlicet primum erratorum veniam petent, eccleſiaſticam libertatem aliquo tempore non impedient: promiſſio-*

Regi, & duci præfatis mediate, vel immediate quocumque titulo, iure, prætextu, occaſione, vel cauſa ſubiecta, aliaque a Rheno flumine vſque ad Garumnam flumen, & mare Prouinciæ ſeu meridionale, & ab Oceano vſque ad Alpes Italiæ imminentes, conſilientia noſtro, & præfatæ Romanæ eccleſiæ nominibus Apoſtolicæ ſedis legatum de latere noſtro duximus deſtinandum, & deputandum, ac deſtinamus, ac deputamus. Ampliſsimis ad rem gerendam mandatis inſtruit, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXX. IV. *kal. maij pontificatus noſtri anno* X.

In quibus prouinciis legatio illi demandata ſit.

35 De legationis munere iniuncto Iuliano, deque alijs Cardinalibus in alia regna miſsis meminit Iacobus Volaterranus a, qui ex eccleſiæ Volaterranæ archidiacono in ſcribarum pontificiorum numerum ſuperiori anno aſcitus fuerat, ac inſignes de rebus a Sixto IV. geſtis commentarios, qui nondum typis cuſi in tabulario Vaticano reconditi ſeruantur, edidit atq; illuſtres viros Marcellum Ruſticum Romanum, Gaſparem Blondum Forliuienſem hiſtoriarum ſcriptorem, Andream Trapezuntinum, Matthiam Palmicerium, Franciſcum Noxetanum collegas habuit: ſicque in ſuis accuratiſsimis diarijs hæc prodidit: *Ad nonum menſis iunij, qua veneris dies fuit, abiit in legationem Gallicanam Iulianus epiſcopus Sabinenſis, & infra: fuit hic primis menſibus pontificatus Sixti ab epiſcopatus ordine ad cardinalatum aſſumptus vna cum Petro ex ordine Minorum, qui poſtea Cardinalis S. Sixti dictus eſt. Hi autem primi fuere a Sixto Pontifice Cardinales creati. Vno die quatuor legationes in eodem ſenatu decretæ fuere Nicæno Gallicana, vicecancellario Hiſpana, Neapolitano orientalis maritima, Aquileienſi Germanica, in qua Nicænus defunctus eſt; ex eo enim iam rediens Rauennæ occubuit: tres reliqui incolumes Romam rediere. Præſentis legationis (nempe ſuſceptæ a Sabinenſi) cauſa ea eſt præcipua, vt Gallum & Burgundum longo tempore diſsidentes conciliet, & conciliatos ad ferenda auxilia in bellum contra Turcos hortetur, & impellat. Det ei dominus Deus gratiam in conſpectu Regum & principum, vt iactis bonis ſeminibus colligatur is fructus, qui non tam ſperatur quam deſideratur.*

a Volaterr. lib. 1. m. ſ. arch. Vat. ſig. n. 111.

36 Neque in Gallijs modo, ſed etiam in Anglia & Scotia legationis munus Iuliano demandatum eſt, vt inter Gallos Angloſque pacem ad vertenda in communes hoſtes arma conciliaret, vt hoc docet diploma b.

b Reg. legationum p. 602.

Venerabili fratri Iuliano epiſcopo Sabinenſi Cardinali S. Petri ad vincula nuncupato, maiori pœnitentiario noſtro in Franciæ, Angliæ, & Scotiæ regnis, ac vniuerſis Galliarum prouincijs, nec non ſingulis dominijs dilecti filij nobilis viri Maximiliani ducis Auſtriæ quouis reſpectu, vel cauſa ſibi ſubiectis, & nonnullis alijs prouincijs ciuitatibus terris, & locis Apoſtolicæ ſedis legato, &c.

Conſiderantes, quod vrgens & euidens multorum, & magnorum negotiorum, ac pacis primo, & quietis regnorum, prouinciarum, & locorum prædictorum præſertim Angliæ regni, & aliorum dominiorum, prouinciarum, inſularum, & locorum quorumcumque chariſſimo in Chriſto filio noſtro Eduardo, & regni eiuſdem Regi illuſtri ſubiectorum neceſſitas vrget illuc a nobis deſtinari legatum, & tantum negotium talem perſonam exigit, quæ ſua inſtanti diligentia & prouidentia eximia, ſummaque inſuper experientia illius magnitudini congruat, te, de cuius circumſpectione, induſtria, & conſilij maturitate inter cæteros plenam & firmã obtinemus fiduciam, qui, potens & opere ſermone, magnum & inſigne Eccleſię Dei membrum exiſtis, plene tibi conceſſo legationis officio ad partes illas de fratrum noſtrum S. R. E. Cardinalium conſilio prouidimus de latere noſtro deſtinandum, vt dirigas indirecta, & aſpera conuertas in plana, & iuxta datam tibi a Domino prudentiam velut columba oliuam ex ore deferens, & pacis ſignum in oliua prætendens pacem prædices, & Chriſti fideles illarum partium ad pacem vnitatem & concordiam moneas, & quæcumque alia circa executionem commiſſi tibi legationis officij exequaris, prout videris expedire, quietem in nationibus, & tranquillitatem in populo poſſe tenus procurando & ſicut tibi Dominus miniſtrabit.

Para Iuliano Card. inter Gallum & Anglum pacis conciliandæ prouincia.

Columbę oleæ folia præferentis munere iuſſus fungi.

37 Licet autem Saluatoris exemplo, quod vni ex minimis noſtris fit, fieri nobis reputamus, quia tamẽ illos in primis propenſius honorari cõuenit, qui ex ſe honorabiles in partem ſolicitudinis aſſumpti honorant in nobis plenitudinem poteſtatis; ſerenitatem eiuſdem Regis rogamus monemus, & hortamur attente quatenus te Apoſtolicæ ſedis legatum, vel potius nos in te benigne recipiens, & deuote pertractans, ſic te fauore beneuolo in omnibus proſequatur, exhortationibuſque tuis ad pacem tendentibus ſe facilem præbeat, ne præſentia tua nobis, & vniuerſali Eccleſiæ multipliciter fructuoſa diutius careamus, & ſuper ijs, quæ ſibi ex parte noſtra per te, vel alium ſeu alios a te forſan deputandos retuleris fidem indubiam adhibeat, tanquam nobis, ſicque in ſingulis tibi per nos conceſsis facultatibus omnem aſsiſtentiam præſtet, ac modis omnibus faueat, quod tu ad laudem Dei & ſui honoris augmentum, omniumque Chriſti fidelium commodum, & ſalutem iniunctum tibi miniſterium laudabiliter exequaris, & nos excellentiam regiam exinde dignis in Domino præconijs, & laudibus commendemus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXX. IV. *kal. maij pontificatus noſtri anno* IX. Hunc vero menſe ſeptembri Pariſios acceſsiſſe, honorificeque exceptum tradunt a, inde Peronam profectum, cumque fidem publicam, vt pergeret ad Maximilianum elicere non potuiſſet, Luteriam extremo decembris menſe reuerſum. Cæterum legati diligentia colloquium inter Ludouici Regis, & Maximiliani Auſtriaci oratores habitum eſt. Extantque in m.s. codice Vallicelliano b capita controuerſiarum, quæ vtrinque in eo colloquio agitatæ fuerunt. Poſcebat in primis Maximilianus, vt vrbes & oppida vxori adempta a Ludouico reſtituerentur, reſponſum que eſt a Gallorum Regis oratoribus, Burgundiæ fiduciarium principatum ſalica lege ad ius regium fuiſſe deuolutum, nullo maſculo herede ſuperſtite, ac Bituricenſis, & Pictauenſis principatum, qui ob eam cauſam in regiam ditionem conceſſerant, exempla adducta, confirmataque Normanniæ, Campaniæ, & Occitaniæ exemplis; ac ſi fœminæ, vt in Arrebatenſi comitatu, aliquando ſucceſſerint, id non iure, ſed temporum iniquitate contigiſſe. Certatum deinde de Peronæ montiſque Deſiderij, & Royæ ditione, atque oratores Galli contendere Carolum ducem inique bellum intuliſſe Ludouico, fidei ſacramentum poſt Philippi patris obitum non præſtitiſſe, debita vectigalia

a Chron. Lud. XI.

Negatus illi commeatus liber ad Maximilianum.

b M. ſ. Vallic. ſign. lit. B. n. 10 pag. 163.

Quo iure niteretur Ludouicus XI.

lia Regi non perſoluiſſe, præterea ex veteri pactione Belgij partem ad ius Gallicum reuocatam. Tum Maximiliani oratores diſceptarunt in Burgundiæ principatu fœminas ſuccedere conſueuiſſe, paremque eſſe comitatus Atrebatenſis rationem. Soluto conuentu ſopitæ fuere ad aliquod tempus hæ lites, quæ poſtea inter Carolum V. Maximiliani nepotem, & Franciſcum I. funeſtiſſima bella accenderunt.

Quid Maximilianus contenderit.

38. Reſtinctæ ſunt hoc anno reliquiæ ciuilium Caſtellæ & Legionis bellorum, quæ diu arſerant fauillæ Ioanna, de cuius iuſtis natalibus controuerſum fuerat, quæque ſe, vt Henrici Regis vnigenitam ac regnorum heredem gerebat, Clariſſarum ſacra inſtituta Coimbricæ ampl ctente, ac xv. nouembris huius anni vota religioſa nuncupante, de quo extant a acta publica. Poſt hæc Ioanna aliquorum ſubornata conſilijs, qui Caſtellæ & Legionis regna bellis ciuilibus miſcere ſui commodi ſpe atque illecebra meditati ſunt, priſtinos Caſtellæ & Legionis regios titulos recepit, atque ad reſcindendam religioſæ vitæ profeſſionem editam, metum, ac neceſſitatem ob pacem inter Alfonſum & Fernandum Reges conciliatam obtendit. Verum Innocentius VIII. cum ingentia inde obotitura bella, ac Luſitana & Caſtellana arma ab Afris & Granatenſibus in ipſa fidelium viſcera vertenda, ac religioni exitium parari præuideret, apoſtolico diplomate Ioannam monaſtica inſtituta deſerere vetuit b, vt ſuo loco dicetur.

Ioanna Caſtellana fit monacha.

a Extant apud Innoc. VIII ſig. n. 1909 ſecr. pag. 376.

b Innoc. 8. lib. ſignat. n. 1909.

39 Hoc anno c Florentini ſiue feſſi malis, ſiue auxiliorum ſpe deluſi, ſiue ad meliorem mentem reuerſi in Eccleſiæ gratiam a Romano Pontifice recipi flagitarunt. Honorificentiſsimà itaque duodecim ciuium legationem ad Apoſtolicam ſedem miſere; ſubituros ſe demiſſe qualeſcumque illius leges profeſſi. Oratoribus igitur in vrbem venientibus nulli officij cauſa obuiam prodiere, neque coram Pontifice admiſsi, niſi prius imperatas ab illo concordiæ leges recepturos ſe ſponderent. Demum prima aduentus dominica die in porticum baſilicæ Vaticanæ conuenere, Pontificem & Cardinales præſtolantes, vbi Sixtus pro foribus templi genibus nixos virga leniter diuerberatos ſolemni ritu expiauit, atque adeo Florentinos omnes ſacræ fidelium communioni reſtituit. Ingreſsi deinde baſilicam oratores rei ſacræ interfuere: qua peracta domum aulicis Cardinalium eos comitantibus perducti ſunt, poſteaque oppida reipublicæ Florentinæ erepta reſtituta. Hæc pluribus rerum Florentinarum ſcriptores, omnium autem accuratiſsime Iacobus Volaterranus d horum ſpectator deſcribit in Sixti rebus geſtis. *Die dominico III. decembris in hunc modum, qui ſequitur, acta eſt ceremonia. Sedebat Pontifex auerſus a templo in ſella ſerica purpurea ſuper limine portæ æneæ, quæ media eſt, clauſis nihilominus valuis, circumſtantibus in corona Cardinalibus, & prælatis, & qui muneribus curiæ fungebantur in maxima populi frequentia, qui viſendi ſtudio accurrerant. Oratores autem omnes, Florentinorum ſcilicet, demiſſis detectiſque capitibus coram Pontifice venientes primum ad terram ſe proſtrauerunt, cumque cum humilitate venerantes, pedes ipſius deoſculati ſunt. Omnes inde procumbentes in genua errores contra matrem Eccleſiam & Pontificem ſunt confeſſi, & misereri ſibi, & populo, a quo eſſent miſſi, humiliter petiere. Locutus eſt pro omnibus vnus ſpectatus eques Aloiſius Guicciardinus vir iam ſeptuagenarius, & magnæ apud ſuos auctoritatis, maturis tamen verbis, & breuibus, atque a paucis propter ſtrepitum exauditis.*

c Iac. Volaterr. in m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111. Brut. hiſt. Florent. l. 7 & aly.

Florentini veniã a Pont. poſcunt.

d M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.

40 Piam eorum orationem ſuis conceptam verbis affert Brutus a, ac reſponſum acerbe a Pontifice queritur; eumque in vniuerſam rempublicam inuectum commemorando vniuerſa, quæ ciuitas aduerſus pontificiam maieſtatem commiſiſſe argueretur, vt conſtaret reditum in gratiam tempori non hominibus datum: verum ex Iacobo Volaterrano, qui pontificium reſponſum affert, conſtat nihil iracunde geſtum ſed ex ſolita b Eccleſiæ dignitate benignitateque expiatum crimen: *Eo*, inquit, *ſilente*, nimirum oratore Florentino, *iuſſit Pontifex alta voce recitari formulam initarum conditionum, & confeſſiones exceſſuum per Philippum Curuenſem vnum ex notarijs apoſtolicæ cameræ aſſiſtentibus aduocato, & procuratore fiſcalibus, qui vnum, vel plura, ſi opus eſſet, ad perpetuam rei geſtæ memoriam documenta conficerent: ſumma vero conditionum paulo inferius adijcietur. Formula lecta, oratores ipſi, iureiurando in ſanctis Pontificis manibus præſtito, obligauerunt ſe ipſos, & Florentinum populum cuncta inuiolabiliter ſeruaturos. Tunc Pontifex indicto ſilentio: Peccaſtis, inquit filij multum primum in dominum Deum Saluatorem noſtrum, occidentes crudeliter, & nefarie Piſanæ ſedis archiepiſcopum, & ſacerdotes Dei; ſcriptum eſt enim: Nolite tangere Chriſtos meos. Peccaſtis in Romanum Pontificem, qui vicem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti gerit in terris, diffamantes eum per vniuerſum terrarum orbem. Peccaſtis in ſacroſanctum ordinem Cardinalium, retinentes inuitum S. R. E. Cardinalem ſedis Apoſtolicæ legatum. Peccaſtis in omnem ordinem clericalem, auferentes a clero ditionis veſtræ tributa, & ea quidem admodum grauia contra voluntatem ipſius, & Romano Pontifice minime permittente: rapinarum, incendiorum, direptionum, & malorum multorum cauſa fuiſtis, non obedientes monitis noſtris apoſtolicis, qui vtinam a principio veniſſetis ad nos, patrem animarum veſtrarum, procul dubio non fuiſſet opus experiri armis ad vlciſcendas iniurias illatas Eccleſiæ. Nos certe inuiti egimus quidquid egimus; ſed tamen pro miniſterio apoſtolatus noſtri ita fuit agendum. Nunc vero filij, ad nos in humilitate venientes, in gremium gratiæ vos recipimus, fatentes errores, & exceſſus abſoluimus. Nolite peccare amplius, filij, nolite vt canes redire ad vomitum: ſatis ſuperque experti eſtis quantum valeant arma Eccleſiæ, quam durum ſit obiectare capita ſcuto Domini, & eius loricam velle confringere. Et in hanc ſententiam pluribus dictis non minus paterne & pie, quam conſtanter & fortiter capiens manu virgulas, quæ de more geſtari manibus a pœnitentiarijs ſolent, leniter percutiebat humeros cuiuſque oratoris ad quemcumque ictum caput humiliter inclinantis, dicens ſedulo pœnitentiæ pſalmum qui incipit: Miſerere mei Deus; Cardinalibus ſemper ad vocem Pontificis ſequentem verſiculum reſpondentibus. His peractis iterum ad ſancti pedis oſculum ſunt admiſſi, & manu a Pontifice benedicti ſunt, eleuatuſque cum ſella ſtatim eſt Pontifex, patefacta quoque valua baſilicæ, & ad maiorem aram templi ab omnibus itum eſt, oratoribus ipſis, & cæteris ſuo ordine præcedentibus. Acta ibi diuina res fuit.* Et infra.

a Brutus hiſt. Flor. lib. 7.

b Volater. vbi ſup.

Repente ex ſcripto publicæ cauſæ contorta anathematis.

Pōtificis ad Florētinos oratio.

Arguntur admiſſi in clerum ſceleris.

Peruicacia in principio oſtenſa. Ex Apoſt. officio correpta in eos fuiſſe arma.

Virgis humeri oratorum percuſſi.

Inducti poſtmodum in eccleſiã.

41 *Formula obligationis hæc eſt ſumma, videlicet primum erratorum veniam petent, eccleſiaſticam libertatem aliquo tempore non impedient: promiſſio-*

Digitized by Google

Quæ pol liciti ſint ſacramento Flagẽtini.

miſſiones apoſtolicas ſeruabunt tam factas quam fiendas: non inferent arma, vel bellum Eccleſiæ, vel eius ſubdito mediate, vel immediate: parebunt omni tempore mandatis apoſtolicis: non imponent tributa clero, nec impoſita exigent præter quæ iam ſunt indulta ad tempus pro Piſano gymnaſio. Proteſtati ſunt ex his non præiudicari ſibi, ſi quod ius habent in iis, quæ ante cœptum bellum poſſidebant: agent quod populus infra menſem cum dimidio rata habebit hæc omnia. Pontifex pro pœnitentia mandat armari triremes quindecim eorum impenſa in bellum, quod parat aduerſus Turcum: indicit quoque, niſi omnia ad vnguem ſeruent, reincidere illos in priores cenſuras. Ita promiſerunt, & ſtipulati ſunt.

Nicolaus Eremita Heluetius.

42 Hoc anno apud Heluetios migrauit in cælum Nicolaus ſanctitate inſignis eremita, qui annis viginti non alio cibo quam ſacra Euchariſtia vitam ſuſtentauit, de quo hæc tradit Nauclerus a: *Apud Suitenſes montanos in Alemannia, haud longe a finibus Lucernenſium in loco vaſtæ ſolitudinis homo ſenex ſolitariam vitam & abſtinentiſſimam hoc tempore degebat, qui per annos viginti ſine corporali cibo vixit, quem fratrem Nicolaum appellabant. Habebat vxorem, & liberos, a quibus ſecedens ob frugem melioris vitæ: vir corpore aridus, & exhauſtus ſola cute neruiſque, & oſſibus compactus. Hic homo quaſi cœleſtem vitam egit in terris immaculatam abſque ſorde, quamuis nonnulli iniqui iudices alior ſum, ac deceat interpretati fuerint. Sed cur virum calumnientur, qui longam vitam in arctiſſima paupertate, & ſolitudine duxit, in abſtinentia extrema, & humilitate perſeuerans, qui nihil appetiuit, qui nulli iniurius, qui auaritiam calcauit, honores ſæculi ſpreuit, nullum ſuperbiæ fomitem oſtendit, optime de fide ſentiens, paucorumque verborum cum eſſet, ad interrogata tamen ſalubria ſemper, & conſolatoria reſpondit, ita quod raro quiſquam ab eo non ædificatus abſceſſit? Is igitur bonus, iuſtus, ac ſanctus a bonis ſemper eſt habitus: indicauit hoc perpetua hominis alacritas atque lætitia, quam nemo mœſtum vidit, ſed vultu ſemper eodem: ſciebat ſe mortali culpa liberum, bonis operibus, ac contemplationibus intentum: per antiſtitem quoque Conſtantienſem approbatus, ad cuius præceptum tres particulas panis tanquam obedientiæ filius comedit, quas cum difficultate deglutiuit. Tandem ſenio, & viribus deficiens eius ſenilem animam mollis diſſoluit ſopor. Sepultus eſt in eccleſia ſui paſtoris cum opinione ſanctitatis.* Meminit de eo Albertus Crantzius b, ac fulſiſſe miraculis, nonnullaque ſuæ genti, quæ euenerunt prædixiſſe refert. Conſentit etiam appendicis ad chronicon Sponhimenſe Ioannis Trithemij auctor, ſeque teſtimonio epiſcopi Conſtantienſis, in cuius diœceſi verſabatur, compertum habere teſtatur, illum viginti annos ante mortem ſine cibo vitam tranſegiſſe, tunc addit: *Hic homo Dei nobis ſuo tempore miraculum fuit, qui cum eſſet omnium literarum penitus ignarus, intellectu tamen ſcripturarum mirabili ſubtilitate vigebat, dabatque ad interrogata quorumlibet eruditorum reſponſa non ſecus, ac ſanctus ille Antonius Eremita philoſophis doctiſſimis quondam ſine literis reddidiſſe fertur, quamquam non omnes paſſim ad colloquium ſuum admittebat, niſi quos cognouiſſet diuino ſpiritu ad loquendum concitari. Miraculis fertur coruſcaſſe.*

a Naucler vol. 2 gen. 50.

Acerbiſſimam & piam vitã ducit.

Sola eucharistia ſuſtentari ſolitus ter bucellas ad epiſc. imperiũ diſſicilli me ſumpſit.

Gẽtis ſuæ euentura prædixit.

b Crantz. Metrop. 12. c. 25. Chr. Spon ad ann. 1487.

Viginti annos ſine cibo tranſegit Licet expers literarũ diffi cillimas quæſtiones theologicas ſoluit.

c Steph. Inf. MS. m. ſ. Vat. ſign. n. 111. hoc ann.

43 Auxiſſe eodem anno Sixtum Cardinalium collegium refert Stephanus Infiſſura, & conſentit Iacobus Volaterranus, qui hæc habet a: *Idibus maij, quæ die lunæ euenerunt, Cardinales quinque in ſecreto ſenatu deſignati ſunt, qui nihilominus ante aliquot menſes creati dicebantur, ſed ad eam diem ſecreto habiti non abſque cauſa eſt credendum. Eorum nomina hæc ſunt: Paulus Fregoſius archiepiſcopus Genuenſis presbyter tit. S. Anaſtaſiæ: Coſmus Vrſinus monachus ordinis S. Benedicti abbas Farfenſis, & Tranenſis archiepiſcopus presbyter tit. SS. Nerei, & Achillei: Ferricus de Cluniaco Burgundus epiſcopus Tornacenſis tit. S. Clementis: Ioannes Baptiſta Sabellus protonotarius diaconus S. Viti in Macello: Ioannes Columna diaconus S. Mariæ in Aquiro.*

a Iac. Vol. l. 2. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 5 III & Felix Contel. in elench.

Cardinales noui in ſenatũ adlecti.

44 Oborta b eſt controuerſia ingens hoc anno de ſacro annulo pronubo ſanctiſſimæ Virginis e Senenſium ditione Peruſium allato, indeque accenſum eſt bellum Senenſes inter & Peruſinos: ad quod extinguendum Pontifex literis, & Ioannis Baptiſtæ Cardinalis Sabelli A.S.L. opera incubuit. Rem geſtam fuſe deſcripſit Ioannes Baptiſta Laurus Peruſinus protonotarius apoſtolicus, ac repetita altius hiſtoria: Hugone Etruriæ marchione VI. ducta in vxorem Iuditta Ottonis nepte, Ranerium Cluſinum ciuem Romam miſſum ad gemmas conquirendas, eumque a gemmario, qui Ieroſolyma venerat, plures ingentis pretij lapillos comparaſſe, diſceſſumque parantem amicitiæ ſanciendæ ergo Deiparæ pronubo annulo donatũ. Porro Ranerium, cum haud ita de dicti fide illi conſtaret, eum annulum inter alias gemmas reconditum tenuiſſe, donec filius vnicus decennis extinctus eſt: qui cum ad ſepulchrum deferretur reuocatus ad vitam accuſauit patrem, quod pronubum Deiparæ annulum inter profanas gemmas occuleret: quem ad ſe deferri iuſſit, eumque inter alios plures, etſi ſpeciei vilioris, ſelectum parocho ſacerdoti dedit religioſe aſſeruandum, vetuitque ab impuris fœminis contrectari, cuius imperij vim experta Vualdrada, quæ mox digitum, cui annulum inducere auſa erat, areſactum ſenſit. Edita etiam plura miracula annuli illius vi feruntur, quem cum magiſtratus Cluſinus ex templo S. Muſthiolæ martyris vetuſtate temporum collabente in Minoritarum ædes ſacras comportari iuſſiſſet, eum dolo Vvinterius Germanus Minorita ſubripuit Sixto Pontifice, & Petro Riario Cardinale in Peruſina prouincia A. S. L. cumque Clanium fluuium ſuperaſſet, tenebroſa nube a tergo ingruente Peruſium adire coactus eſt, ex qua vrbe quoties iter in Germaniam inire aggreſſus eſt, toties tenebris circumfuſus coactus fuit ſubſiſtere: neque illius modo oculis tenebræ offuſæ, ſed totis viginti diebus nebuloſus aer media æſtate Peruſinis ſolis & lunæ aſpectum ademit: quo prodigio territus Vvinterius, patrata Cluſij cum Luca Iordano communicauit: qui magiſtratum adiens narrauit ſingula, nec celauit de concepta ſpe lucis per annulum in ædem ſacram inferendum recuperandæ. Res in publica acta relata, monituſque Iacobus Vannutius epiſcopus, tertio nonas ſextiles e Iordani domo cœleſte donum, decreta ſolemni ſupplicatione, in prætorij ſacellum tranſtulit; ac mox tenebræ offuſæ aeri diſcuſſæ fuerunt. Repetiere deinde Senenſes & Cluſini ſacrum pignus indigne furto ſublatum: diſceptarunt contra Peruſini illud religioſius apud ſe habitum iri, diuinoque prodigio ad ſe delatum. Aucta contentione atque in bellum eruptura, Pontifex annuli in Vrbem communem omnium patriam transferendi

Mota lis de annulo Virginis pronubo.

b Io. Bapt. Laurus in libell.

Infertus impuræ fœminæ digito illum areſecit.

A Germano furto ſublatus diuino prodigio reſtituitur.

Deportatur Peruſium.

pio

pio flagrauit deſiderio, ac Peruſinos ad id ſtuduit flectere literis hac nota conſignatis. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XVIII. decembris MCCCCLXXX. pontificatus noſtri anno X.*

Reluctantibus Peruſinis aſſeruatus Peruſij.

Obluctata eſt petitis pontificijs Peruſinorum erga Deiparam pietas; ac licet in Pontificem eſſent obſequentiſsimi, iacturam tamen cœleſtis doni ferre non poterant, quare abſceſsit a poſtulatis Sixtus, ac dein, concordia retento a Peruſinis annulo, inter ipſos & Senenſes conſecuta eſt. Aſſeruatur a etiamnum Peruſij is Deiparæ pronubus annulus magna religione, viuique diuinam, illius ope Chriſtifideles, in conciliandis præſertim alienatis coniugum animis, experti ſunt.

a Io. Bapt. Laurus in libell. de annulo pronubo.

Editum Vtini inſigne miraculum.

45 Hoc anno Vtini inſigne miraculum B. Bertrandi olim patriarchæ Aquileienſis apud Deum ſuffragijs editum eſt, quo fœminæ honeſtæ quatuor dæmonum maleficijs irretitæ, quæ veterum bacchanalium more miſerandas choreas præſtigiatrice vi incitatæ ducebant, liberatæ ſunt maxima omnium admiratione, qui antea diuexatas viderant, vt publica ea de re monumenta b fide digniſsima teſtantur. Subiecta nomina ſunt teſtium, qui de viſo a ſe miraculo fidem faciunt.

b M. ſ. Vallic. bibl. de vit. & mirac. B. Ber tr pag. 24.

c Michou. l. 4 c. 72.

Dlugoſki hiſt. obitus.

De eiuſdem ſcriptis.

Obijt eodem anno c Ioannes Dlugoſcus canonicus Cracouienſis, qui ad hunc vſque annũ Polonorum geſta hiſtoriæ mãdauit Pij II. Pontificis cõmendatione ornatus, cuius laboribus ſæpius in annalibus vſi ſumus: de quo hæc Michouias: *Anno Domini MCCCCLXXX. vita & chronica ipſius finitur. Præterea ſcripſit diſerto ſtylo legendam beatiſſimi Staniſlai præſulis Cracouienſis, & patroni Polonorum glorioſi, vitamque B. Kunegundis coniugis, & perpetuo virginis Boleſlai Pudici ducis, ac monarchæ Polonorum in Sandecenſi cœnobio vita functæ, & ſepultæ. Scripſit & geographiam, immo verius, & chorographiam regni Poloniæ vrbes, caſtra, oppida, flumina, montes, atque villagia, eaius ſitus, & diſpoſitiones ſint. Scripſit*, & infra, *& alia opera regno Poloniæ frugem, & decorem æternum paritura ſuperioribus*. Michouias, addit illum excolendis Caſimiri III. Regis filiorum moribus præfectum fuiſſe, & deſignatum archiepiſcopum Leopolienſem, verum antequam ſacris pontificalibus initiaretur obijſſe, ſeque honorifico eius funeri interfuiſſe.

Deſignatus arch. Leopolie ante conſecratione obijt.

IESV CHRISTI

Annus 1481.

SIXTI PP. IV. 11. — FRIDERICI III. IMPERAT. 42.

Inſignes res hoc anno geſtæ.

1 ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo octogeſimo primo indictione XIV. attulit vniuerſo Chriſtiano orbi felicem rerum conuerſionem repentinus interitus Mahometis II. hoſtis Chriſti cultorum acerbiſsimi; qui Rhodios iterum bello petere decreuerat; namque inſula ab imminente pernicie liberata eſt, atque Hydruntum pulſis Turcis fuit receptum: de quibus actiſ, quæ ordine temporum geſta ſunt, tum ex Iacobi Maffei Volaterrani diarijs, tum ex pontificijs litteris eiuſque temporis hiſtoricis afferemus. Cum in Germania ordinum imperij ſolemnes conuentus celebrandi eſſent ad conficiendam contra Turcicas graſſationes expeditionem, ac Fridericus Cæſar & Matthias Hungarus ob id in concordiam redigendi eſſent, decretum eſt in ſacro purpuratorum ſenatu, vt Cardinali Melphetenſi, qui poſtea accepto Innocentij VIII. nomine Sixto in pontificatu ſucceſsit, ea prouincia daretur, quod idem Volaterranus a ſuis ita monumentis conſignat: *Senatus hodiernus habitus die veneris XIX. ianuarij peperit nobis legatum ad Germanos. Deſignatus eſt Cardinalis Melfetenſis. Legationis cauſa, quæ efferatur in vulgus eſt ea potiſſimum, vt Fredericum Cæſarem & Regem Hungarorum Matthiam, multos iam annos inuicem contendentes, ſimul conciliet: eo autem maturius credunt profecturum, vt concilio Germanorum Pontificis nomine interſit, quod apud Norimbergam Germaniæ nobile oppidum indictum eſt ad ſecundam diem venturæ quadrageſimæ celebrandum*. Et infra: *Ioannes Baptiſta ei eſt nomen Genuæ oriundus*. Addit ipſum proximo menſe legationem depoſuiſſe, atque ſubrogatum Vrſinum Theanenſem epiſcopum in eius locum eſſe.

Card. Melphetenſis legatus in Germ. decernitur.

a Volat. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111. l. 2.

Conciliãdis Cæſari & Vngaro operam nauare iuſſus.

2 Fundere plura contra Turcas verba inania Germani Imperatore Frederico, cui non modo imperij Chriſtiani defendendi Mahumetanique inuadendi deerat animus, ſed ne quidem hereditarias prouincias a Turcicis irruptionibus tutari poterat: cum vero barbari retundendi ſpecie expeditionem confeciſſet, & poſt Mahometis II. mortem ampliſſima recuperandæ ditionis amiſſæ affulgeret occaſio, non cum Matthia iunxit arma in Turcas, ſed veteri occupandæ Hungariæ ambitione percitus, regnum Hungaricum euaſtauit, atque ita Matthiam a perſequendo Baiazete Mahometis ſucceſſore, ac redintegranda in pluribus prouincijs religionis maieſtate reuocauit, vt Nauclerus Germanus auctor eius temporis obſeruat ſic inquiens b: *Matthias Hungarorum Rex eidem*, nimirum Baiazeti, *maximum bellum indixit, & prorſus illum ex Danubij finibus eieciſſet, niſi Frederici Imperatoris exercitus ductor Pannoniam igni, & ferro, ac depopulationibus vaſtare cœpiſſet. Verumtamen Stephanus Valachiæ epiſcopus acceptis a Matthia Rege copijs hunc Valachia, id eſt, Myſia ſuperiori vi & armis expoliauit*. At de Mahometis morte repentina, deque Baiazete ſucceſſore inferius: nunc inſtitutam de bellico apparatu ad frangendos ſuperſtitis adhuc tyranni impetus narrationem repetamus.

Cæſar in tuenda re Chriſtiana ignauus. Vngariæ vaſtandæ intentus eſt.

b Naucl. vol. 2. gen. 50.

Reuocat Matthii ex Vngarico bello.

Valachia ab Vngaro recepta.

3 Celebrati fuere Romæ a Sixto Pontifice vna cum Regum, ac principum oratoribus conuentus ſolemnes, vt vniuerſi ad ſuſtentandam labantem Chriſtianam rempublicam conſurgerent, factumque eſt Ludouico XI. Francorum Rege vrgente, vt ad ſacrum bellum gerendum in Turcas, eoſque Italia pellendos fœdus ſanxerint, ſumptuumque bellicorum onera ad ſuppeditanda militi ſtipendia conſtandamque claſſem inter ſe partiti fuerint: qua de re extant in m. s. codice Vallicellano c publicæ tabulæ tunc confectæ; ex quibus hiſtoriæ veritas potius haurienda eſt, quam ex ijs ſcriptoribus, qui ex ſparſa rerum geſtarum fama, vel ex narrationibus aliorum haud ita exploratis hiſtorias ſuas texere conſueuerunt.

Interprete Gallo fœdus initum ad Turcas pellẽdos Italia.

c M. ſ. Val ſign. lit. B. n. 19 pag. 242.

Contractus obligationis contributionis, & taxationis triennalis potentatuum contra Turcum.

4 In nomine Domini Amen. Anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXXI. indictione XIV. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini domini Sixti diuina prouidentia Papæ IV. anno X. Pateat omnibus euidenter præſens pu-

Publicatæ pactiones ſancitæ.

blicum inſtrumentum inſpecturis, qualiter cum proxima ſuperiori æſtate, dum Turci Chriſtianæ religionis, & orthodoxæ fidei, ac profitentium eam atrociſſimi hoſtes inſulam Rhodi arcta obſidione tenerent, & in Apulia Hydruntinam ciuitatem cum miſerabili incolarum illius clade, & horrenda crudelitate occupaſſent, præfatus ſanctiſſimus dominus noſter, qui cum sereniſſimo Ferdinando Rege Siciliæ illuſtri, & nonnullis alijs Italiæ potentatibus pro inſulæ defenſione, & Hydruntinæ ciuitatis recuperatione poſſibilia remedia ex tempore adhibuit, & pro ſedandis, & ſubmouendis non ſine labore grandi per ſanctitatem ſuam potentatuum Italiæ diſſenſionibus, in quibus plurimum Turci confidebant, inter eoſdem potentatus treuguas, & ſufferentias ad certum tunc tempus expreſſum indixit; proinde attendens rempublicam Chriſtianorum, Turcis iam Italiam calcantibus, quod antea inauditum fuerat, in longe majori periculo conſtitutam fore, quam vnquam retroactis temporibus fuiſſet, & eius defenſionem etiam Romanorum Imperatori, ac vniuerſis catholicis Regibus, & potentatibus fidelium incumbere; ex parte domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius vices gerit in terris, eoſdem Imperatorem, Reges, principes, & potentatus Chriſtianorum vbilibet exiſtentes, tam intra quam extra Italiam per legatos, nuntios, & literas cum inſtantia requiſiuit, vt per eorum oratores inſtructos cum opportunis mandatis in alma vrbe coram ſanctitate ſua certo & determinato tempore conuenirent ad conſultandum, deliberandum, & concludendum cum eadem ſanctitate, & reuerendiſſimis in Chriſto patribus ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ſuper huiuſmodi imminenti grauiſſimo fidei periculo, & Chriſtianæ religionis defenſione; conuenerint quoque ad hanc dietam oratores habentes ad infraſcripta plenum, & ſufficiens mandatum per illorum authenticas literas, & inſtrumenta per eos exhibita, & penes ſanctiſſimum dominum noſtrum, & cameram apoſtolicam exiſtentia, & in diuerſis, ac repetitis conuentionibus, & tractatibus ſuper defenſione prædicta habitis inter eos, vt dixerunt, quampluríma ſalubria, & vtilia, ac pernecesſaria ad defenſionem eandem remedia propoſita, diſcuſſa, & mature examinata fuerint, & præſertim ſalubre conſilium prædicti Chriſtianiſſimi Francorum Regis conſulentis, & ſuadentis, quod præfato ſanctiſſimo domino noſtro, vt pote capiti Chriſtianæ religionis & fidei vniuerſa Chriſtianorum, Imperator, Reges, principes, & alij potentatus debeant ſeipſos eorumque ampliſſimas vires ad profugandos fidei hoſtes propugnatores adjungere, & vnire, & ad hoc faciendum juxta ſuarum virium facultates ſe ſuæ ſanctitati obligare, & voam ſanctiſſimam vnionem animorum, & virium eorumdem cum ſua ſanctitate inire,

Vt induciæ inter Italos imperatæ fuerint.

Salubre conſiliũ Pontifici a Gallo Rege ſuggeſtum.

5 Quod non immerito fuit a ſanctiſſimo domino noſtro & reuerendiſſimis dominis Cardinalibus & oratoribus præfatis collaudatum, cum nihil conſultius, nihil ſalubrius, & ad expellendos a finibus Chriſtianorum Redemptoris noſtri immaniſſimos hoſtes efficacius, quam vt ij, qui militiæ Chriſtianæ ſtipendijs ſunt aſtricti, quique vnum Deum colunt, vnam fidem, vnum profitentur baptiſma, eidem omnipotenti Deo, eiuſque vicario tanquam capiti adhæreant, confirmentur, vniantur, omnes ſicut vir vnus eadem mente vnoque conſilio in id ipſum conueniant, vt quorum vnum eſt myſticum Chriſti corpus, vnus ad bene operandum, & expugnandum communes hoſtes ſit animus, & ſicut vna fides, vna etiam ſit pietas actionum. Ideirco præfatus ſanctiſſimus dominus noſter, ad quem vt Ieſu Chriſti vicarium huiuſmodi orthodoxæ fidei, & euangelicæ veritatis illiuſque cultorum, quorum pater eſt, defenſio principaliter pertinet: quique dum aduentus prædictorum oratorum vltra quam rei magnitudo, & imminens periculum exigeret, differre videretur, cum prædicto sereniſſimo Rege Ferdinando defenſioni huiuſmodi intendere ſub certis tunc expreſſis modo, & forma conuenit; & deinde triennales inducias inter vniuerſos Imperatorem, Reges, & alios diſſidentes per totum orbem conſtitutos nouiter indixit, hos continuatos labores ad effectum deducere cupiens; ſuadente præſertim hoc, vt præfertur, Chriſtianiſſimo Francorum Rege, qui inter alios catholicos Reges, & principes ſpontaneus ad hoc opus adiutor, & cooperator accedit, & tantæ expeditionis molem amplecti, & cum ſuo potentiſſimo exercitu prædeceſſorum ſuorum Regum Francorum ſequendo veſtigia, hoſtis eiuſdem infeſtiſsimi atroces iniurias vlciſci tota mente affectat, cum præfatis reuerendiſsimis dominis S. R. F. Cardinalibus in conſiſtorio ſuo ſecreto congregatis vice, & nomine Romanæ eccleſiæ, & oratores præfati agentes omnia, & ſingula infraſcripta vice, & nomine eorum potentatuum, a quibus reſpectiue ad dictam dietam miſsi ſunt volentes conſulta, diſcuſſa, examinata, tractata, & concluſa inter eos ad optatum finem perducere, coram nobis notarijs, & teſtibus intraſcriptis deuenerunt ad huiuſmodi ſanctam, & vnanimem, ac laudabilem conuenientem concordiam, ac animorum, & virium cuiuslibet eorundem Regum, principum, & potentatuum cum præfato ſanctiſsimo domino noſtro, Romana eccleſia, & ſede Apoſtolica illiuſque potentia, & viribus vnionem ſolemni ſtipulatione interueniente vallatam, per quam voluerunt quod præfatus ſanctiſſimus dominus noſter, vt caput Chriſtianæ religionis & fidei, huiuſmodi ſanctiſſimæ vnionis ad huiuſmodi fidei confeſſionem caput ductor & director exiſteret, & vna cum collegio præfatorum reuerendiſſimorum S. R. E. Cardinalium pro eiuſdem fidei defenſione & hoſtium profligatione viginti quinque triremes inſtruere & armare annis ſingulis teneatur, sereniſſimo Rege Ferdinando prædicto quadraginta triremes ſecundum conuentionem inter eundem, & ipſum Regem alias vnitam inſtruente & armante, ac alijs potentatibus Italiæ ſummas & quantitates infraſcriptas juxta taxas eis per ſanctiſſimum dominum noſtrum alias proinde moderatas modo & forma in præſentibus capitulis expreſſa ſoluentibus, & cum per præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum & alios incorporatos ſeu incorporandos fuerit deliberatum, quod sereniſſimus dominus Rex Hungariæ contra Turcum bellum gerat, eadem ſanctitas quinquaginta millia florenorum auri de camera & Rex Ferdinandus prædictus centum millia, & alij potentatus taxam eis conuenientem prædicto Regi Hungariæ dare, & ſoluere teneantur, modo & forma per præfatum ſanctiſsimum dominum noſtrum ac incorporatos prædictos ſtatuendis, & ordinandis.

Gallicus acies in Turcas educere pollicetur Ludouicus Rex.

Fœdus ſacrum inter Italos percuſſum.

Pontifex ad triremes xxv, inſtruendas ſe obſtringit. Neapolitanus Rex ad quadraginta ornandas.

Quinquaginta millia aureorum ſtipendium Regi Vngaro promiſſum.

Item

Galloru͂ Rex eodem fœdere comprehẽſus

6 Item voluerunt, quod præfatus Chriſtianiſsimus Francorum Rex cum ſua potentia ex nunc præfato ſanctiſsimo domino, Romanæ eccleſiæ, & ſedi Apoſtolicæ, illiuſque potentiæ, & viribus ad eiuſdem fidei defenſionem vnitus ſit, & in vnione huiuſmodi, vt vna ex principalioribus eiuſdem ſanctiſsimæ vnionis, eo laudante initæ, columnis interueniat, & pro eiuſdem fidei defenſione, ac illius perſecutoris extermi natione, eam quantitatem dumtaxat, ad quam Rex ipſe ſeipſum in pecunia, vel in claſſe taxabit anno quolibet, ſimiliter ſtatutis temporibus ad pernecesſarium opus defenſionis huiuſmodi perſoluere debeat; ſperantes quod Rex ipſe more ſuorum prædeceſſorum Chriſtianiſsimorum Francorum Regum, qui pro fide præfata, & Apoſtolica ſede ſe, & ſua exponere ſæpenumero non formidarunt, ſe ipſum tali ſolutionis onere prægrauabit, quale recognoſcet rei magnitudinem exigere, & ſuæ regiæ celſitudini in tanta catholicæ fidei neceſsitate conuenire.

Principes Itali ad illius Societatem vocati.

7 Item ſimiliter voluerunt, quod ſinguli alij potentatus prædicti, pro quibus oratores præfati reſpectiue, vt præfertur, interuenerunt, ex nunc cum omni eorum potentia ſanctiſsimæ dominæ noſtræ Romanæ eccleſiæ, & ſedi Apoſtolicæ præfatis cenſeantur vniti, & in huiuſmodi ſanctiſsima, & apud Deum meritoria, ac commendabili animorum, & virium vnione, ad fidei præfatæ defenſionem ordinata, recepti & incorporati, vt præfatæ vnionis honorabilia, & principalia membra, teneantur ad opus defenſionis, & expugnationis perſecutorum fidei memoratæ ſoluere annis ſingulis ſummas, & quantitates infraſcriptas, iuxta taxas per præfatum ſanctiſsimum dominum noſtrum alias prouide moderatas.

Data Cęſari & Regibus Chriſtianis poteſtas vt ſacro fœderi accedant.

8 Item voluerunt, quod ſereniſsimus Imperator, & omnes ſinguli alij catholici Reges, principes, & potentatus Chriſtianorum cuiuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, & quacumque eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant poſsint ſeipſos, & eorum vices, & potentiam in fidei fauorem præfato ſanctiſsimo domino noſtro vnire, & adiungere, prout pro eorum zelo fidei, & religionis indubitanter eos facturos eſſe ſperatur: debeantque ſuper hoc per præfatum ſanctiſsimum dominum noſtrum ſollicitari, & eis, de quibus ſanctitati ſuæ videbitur, medijs induci ad intrandum, & ſe incorporandum huiuſmodi vnioni, & contribuendum pro eorum virili ad fidei memoratæ defenſionem.

De numerario vectigali parando

9 Item quod omnes, & ſinguli incorporati, & quos incorporari contingat in vnione, & ſanctiſsima concordia præfata debeant quantitates, ad quas taxæ eorum aſcendunt, promptas & paratas tenere quolibet anno, & dum deſuper requiſiti per præfatum ſanctiſsimum dominum noſtrum fuerint, illas in aliquo loco certo, & tuto deponere ad opus ipſum pernecesſarium defenſionis fidei, & non in alios vſus exponendas iuxta declarationem præfatorum ſanctiſsimi domini noſtri, & collegij reuerendiſsimorum dominorum Cardinalium, ac potentatuum vnioni huiuſmodi incorporatorum, & deinde incorporandorum in locis, & cauſis, quæ expoſitionem huiuſmodi, & ſubuentionem celerius indigere, & maiori periculo ſubijci videbuntur: nec in huiuſmodi taxis, & quantitatibus poſsint aut debeant computari illæ quantitates, quas vnus potentatuum prædictorum virtute particularium confœderationum earundem perſoluere teneretur, & ſolueret etiam in defenſionem eius, cui ſolueret ab infidelibus memoratis.

10 Item quod præfata ſanctiſsima vnio, & concordia ad hoſtium fidei exterminationem duret, & durare debeat per triennium, a die ſtipulationis præſentis contractus computanda, & vltra ad ſanctiſsimi domini noſtri, & Regum, ac potentatuum vnioni huiuſmodi incorporatorum, & deinceps incorporandorum, vel maioris partis ipſorum beneplacitum.

Definitũ tempus in quo ſtipendiorũ ratio deſcribẽda ſit.

11 Item voluerunt, & conuenerunt, quod omnes & ſinguli Reges, principes, & potentatus, qui in hac vnione, vt præfertur, incorporati ſunt, & vniti, ad maioris roboris firmitatem teneantur & debeant, omni excuſatione ſemota, vltramontani videlicet infra tres, citramontani vero infra vnum menſes in forma de iure valida omnia & ſingula in præſenti ſanctiſsimæ vnionis, & concordiæ fidelium in Turcos inſtrumento contenta ratificare; & idem Chriſtianiſsimus Rex Francorum infra trimeſtre taxam ſuam declarare, & per publica deſuper confecta inſtrumenta, aut literas authenticas cum inſertione tenoris præſentis inſtrumenti de ratificatione, & taxatione huiuſmodi præfatum ſanctiſsimum noſtrum, vel reuerendiſsimum Cardinalem Sabinenſem ſedis Apoſtolicæ legatum nomine, & vice ſuæ ſanctitatis certificare, qui vt eiuſdem vnionis caput huiuſmodi ratificationes, & taxationes ad ſingulorum eiuſdem vnionis membrorum, & potentatuum notitiam deducere non poſtponet.

Conſtituta fœdifragis pœna.

12 Item voluerunt, & conuenerunt, quod omnia, & ſingula præmiſſa bona fide efficaciter adimplere debeant ſub pœna mille marcarum argenti per illos, qui non adimplerent, eo ipſo incurrenda, medietate videlicet ad opus huiuſmodi defenſionis, & expugnationis præfatæ, & reliqua alijs adimplentibus applicanda: quam pœnam ſanctiſsimus dominus noſter, & ſingulorum potentatuum oratores præfati dare, & ſoluere promiſerunt toties, quoties fuerit contrafactum, volentes quod pœna huiuſmodi commiſſa exacta, vel non exacta nihilominus præmiſſa omnia in ſua firmitate remaneant, & obſeruentur. Pro quibus omnibus adimplendis, & obſeruandis, ac iam dicta pœna præfatus ſanctiſsimus dominus noſter ſe, & omnia bona Romanæ eccleſiæ, oratores vero præfati eorum potentatus prædictos, & cuiuſque illorum bona præſentia, & futura ſolemniter inuicem reſpectiue obligarunt, &c.

Quæ ſint a ſingulis fœderatis pendẽda in ſumptus bellicos.

13 Quantitates autem, quas ſoluere tenentur potentatus prædicti taxati præfatæ ſanctiſsimæ vnioni incorporati ſunt infraſcriptæ, videlicet: ſereniſsimus Rex Ferdinandus quadraginta triremes, & ſereniſsimo Regi Hungariæ, vt præfertur, centum millia ducatorum: dux Mediolanis triginta millia ducatorum: Ianuenſes quinque triremes annis ſingulis dicto durante triennio. Florentini viginti millia ducatorum: dux Ferrariæ quatuor triremes: Senenſes quatuor triremes: Lucenſes vnam triremem: marchio Mantuanus, & Montisferrati vnam triremem: Bononienſes duas triremes.] Contulerunt a etiam ſe in illius ſacri belli ſocietatem, Alfonſus Rex

Luſitanus accedit fœderi.

a Vol. l. 3. arch. Vat. ſign. ...

Luſitaniæ, quem egregie inſtructam claſſem ſubmiſiſſe viſuri ſumus, quæ tamen tardius re iam confecta Neapolim appulit; ac Ferdinandus Rex Aragonum, qui viginti octo naues maioris alueì, minoris vero alias duodecim comparauit a ſed de eo iterum inferius. Nunc reliqua, quæ ſub anni initio geſta ſint, proſequamur.

a Id. ibid.

Turcarũ horrẽda graſſatio.

14 Dum Italia, exceptis Venetis, qui antea deſerti a cæteris Chriſtianis pacem a Mahomete II. redemerant, bellum parabat in Turcas, ij in finitimos Hydruntino agros factis excurſionibus omnia vaſtabant, tantuſque Calabros terror inuaſerat b, vt ex Italia in Hiſpanias abiectis omnibus fortunis vitæ ſeruandæ cupiditate aufugerent: qui vero ceperant arma Turcici furoris formidine pauidi, abiectis in prælio armis, vitam ignaue orarent mox a barbaris immaniter contrucidabantur: quam ob cauſam Iulius Aquauiua, cum a copiarum parte deſertus fuiſſet, vna cum alijs a Turcis cæſus perijt, de quo agit Volaterranus c, meminitque Ioannes Albinus, & fugam, vt vitæ conſuleret, capere detrectaſſe narrat; atque ex noſtris mille quingentos cecidiſſe, neq; incruentam fuiſſe victoriam Turcis, qui paulo poſt Alfonſi aduentum non tam temere diſcurrere auſi ſunt, compoſitis tamen ordinibus, quo prædæ ſpes trahebat irrupere omni calamitatum genere Chriſtianis inſultantes.

b Io. Albin. de bello Hydrunt.

c Volat. vbi ſup.

Inſtructa Genuæ claſſis.

15 Dum late ferrum flammaſque circumferebant Turcæ, inſtruebantur claſſes Genuæ, & Anconæ pontificio ſumptu ad infringendos Turcicos conatus, cui Cardinalẽ Genuenſem die vigeſima februarij cum ampliſſima legati apoſtolici poteſtate præfectum narrat Iacopus Volaterranus d; qui etiam tradit Iulianum Robertum Cardinalẽ in Gallijs legatũ adeo nauiter ad elicienda auxilia incubuiſſe, vt Gallus ſubſidiariã auri vim in belli Turcici ſumptus ſuppeditandam decreuerit; de illius enim oratoribus in ſacro ſenatu auditis hæc prodit: *Prima dominica quadrageſimæ, quæ venit ad XI. menſis martij, & infra, vocati a Pontifice Gallorum oratores die mercurij XIV. martij in ſecreta ſenatu auditi ſunt. Obtulerunt in ſubſidium belli aduerſus Turcos aureorum trecenta millia, ducenta videlicet a clericali poteſtate exigenda, cætera a ſæculari, ſub conditionibus tamen, quæ mihi adhuc penitus ſunt ignota. Poſtulauerant & alia a Pontifice & ſenatu ad conſequendam pacem cum Burgundo.*

d Iac. Vol. to. 23. mſ. arch. Vat. ſig. n. 111.

Galli trecenta aureorum millia pollicitj contra Turcas.

16 Impetrauit etiam idem Iulianus legatus, vt Cardinalis Balua, quem poſtulatum de læſæ maieſtatis crimine vidimus, coniectumque in carcerem, eccleſiaſticæ poteſtati traderetur. Conſultum itaque a legato Pontificem exeunte ianuario narrat prædictus Volaterranus, quis ordo iudiciarius in ea cauſa conſtituendus eſſet: *XXX. ianuarij delectus patrum nonnullarum apud Neapolitanum*, nempe Cardinalem, *eſt habitus, actum eſt de Cardinali Andegauenſi, qui annos circiter duodecim a Rege Francorum Ludouico carceri fuerat mancipatus ob ſuſpicionem læſæ maieſtatis, qui videlicet cum Carolo Burgundorum principe in necem ſuam machinatus eſſet. Nunc vero ſtudio apoſtolici legati Iuliani Cardinalis S. Petri ad vincula eſt cuſtodia eductus, & ipſi legato a Rege iudicandus traditus: ſed legatus abſque decreto Pontificis, & ſenatus iudicium eiuſmodi ſumendum non putauit, ideo a Pontifice dicitur petiiſſe quid agendum.*

Balua Card. eccleſiaſticæ poteſtati permiſſus.

17 Subdit auctor de oratoribus ad Pontificem miſſis a Carolo Andegauenſi comite Prouinciæ, qui patrui Renati Regis Siciliæ controuerſia iura ad ſe deuoluta contendebat: *Quarta dominica quadrageſimæ, quæ euenit kalendis aprilis oratores Caroli Andegauenſis Prouinciæ comitis, qui ſe Regem Siciliæ nominat, mortuo Renato patruo ſuo cuius relictus eſt heres, vrbem ingreſſi ſunt. Hi dies aliquot Narniæ reſtiterunt, eo quod Pontifici, & patribus non placeret ingredi eos tamquam regios oratores; qui titulus ſuſpicionem daturus videbatur Ferdinando Aragonenſi; tempora vero minime pati, vt ſuſpicionibus nouis augerentur mala præſentia.*

Caroli Prouinciæ comitis legatio.

Mota lis an vt regij excipiendi forent.

18 Operam nauabat egregiam Sixtus ne bellum accenderetur, annoque ſuperiori triennales omnibus Chriſtifidelibus inducias imperarat, ne Chriſtianum imperium opprimeretur a Turcis, atque octauo aprilis huius anni die ſacros ſolemnes cœtus in baſilica Vaticana celebrauit, atque inter diuina myſteria, quæ auguſtiori pompa peracta ſunt, encyclicas datas ad omnes Chriſtifideles literas legi iuſſit, quibus per baptiſmalia ſacra, perque fuſum a Chriſto in cruce cruorem ſolicitati ſunt, vt pacta inter ſe ſequeſtra pace innexis animis armiſque in ferocientem communem hoſtem proſilirent, qua de re memorabili hæc Iacobus Volaterranus ſcriptis mandauit.

Promulgata in Turcas ſacra militia.

19 MCCCCLXXXI. *V. id. aprilis, qui dies dominicus eſt de paſſione nuncupatus, itum eſt de more a patribus ad rem diuinam: quæ quidem acta fuit in baſilica principis apoſtolorum: ſacris autem eſt operatus Baptiſta Cardinalis S. Cæciliæ Melfitenſis nuncupatus. Intra diuina rei ſolemnia iuſſit Pontifex in throno ſedens circumſtantibus ad ſubſellia Cardinalibus, præſulibus, oratoribus, & totius curiæ, ac Romani populi, & cleri proceribus recitari a latere ſuo diplomata, quæ de patrum conſenſu edita erant. Eorum ſeries admodum longa fuit, ſed hæc, quæ ſequuntur expoſuit. Primo Eccleſiæ naſcentis initia, & felices eius per tempora longa ſucceſſus in eadem poſtea decrementa delapſus eſt. Hoſtium deinde Chriſti nominis victorias, & triumphos, & ruinas noſtras, & clades enumerat. Ac nunc tandem poſitis ante oculos periculis, & diſcriminibus, in quibus adducta eſt Chriſtiana reſpublica, monſtratiſque ingentiſſimis apparatibus Turcarum Regis aduerſus Chriſtianos omnes, nouiſſime contra Italiam, in quam proxima æſtate, cuius Imperator, baſſam vocant, magna claſſe traiecit, & Hydruntinam ciuitatem occupauit, hortatur, admonet, & obſecrat Reges, principes, & potentatus omnes fidei orthodoxæ, vt qui bello laborant, pacem inter ſe agant: qui ſi minus ratione aliqua pacem agere vel nolunt, vel non poſſunt, inducias ſaltem per triennium paciſcantur in proximis kal. iunijs incipiendum: conuertantque quaque eorum arma in bellum Turcorum, quilibet iuxta vires ſuas; qui ſi ipſimet ire in bellum nequeant, ſuo nomine, & ſumptu alium mittant, vel tantum pecunia miniſtrent, quantum ipſi toto triennio eſſent expoſituri. Recipit idem Pontifex in ſuam, & Romanæ ſedis protectionem omnes euntes, vel mittentes in bellum durante toto triennio, & tota ſemeſtri ſecutaro, poſtquam a bello redierint domum, promittens ſe defenſurum ſtatum omnem illorum aduerſus quoſcumque interim offendentes. Proponit cæleſtia præmia, monita, Dei, ſua, & obſecrationes recipienti: negligenti vero æternam damnationem, & maledictionem ſuam enuntiat. Quia vero diplomata ipſa paſſim habentur, non inſiſtam in his pluribus verbis. Recitauit ea altiori voce a Pontificis latere, vt di-*

Qui ſolẽnes ritus ſeruati.

Expoſitæ belli gerendi cauſæ.

XI.

Digitized by Google

ri, ampliſſimus nater Franciſcus diaconus S. Euſtachij Cardinalis Senenſis primum inter diaconos Cardinales locum tenens, non quidem in ſacra veſte conſtitutus, vt aliqs ipſe idem ſedente Paulo II. in æde capitolina in ſimili fere cerimonia, ſed in quotidiana ſenatoria, quam capam vocant. Is nepos fuit Pij II. Pontificis maximi pontificatus ſui anno 31. ad cardinalatum euectus. Quæ peruulgata erant Volaterrani temporibus nunc vetuſtate & obliuione ſepulta ſunt magna ex parte, nec regeſtum pontificium huius anni reperimus encyclicæ tamen literæ, de quibus memorat, extant in a m. s. codice tabularij Vaticani, nec non in alio b Vallicellanæ noſtræ bibliothecæ nobis a Cardinale Baronio vna cum alijs inſignibus monumentis relicto, ex quo pauca hæc ad illuſtrandam hiſtoriam decerpſimus.

a M. ſ. perg. arch. Vat. inſcrip. liber bacu ſeu bull. ſiuer pag. 244. bulla 158
b M. ſ. Vallic. bibl. ſig. n. 19. pag. 208. et 10. 2. rer. ger. ex Freher. edition. pag. 162.

Ad futuram rei memoriam.

50 Nos, qui dum Turci inſulam Rhodi ſuperiore anno arcta obſidione tenerent, & eodem tempore Hydruntinam ciuitatem occupaſſent, quamplurima poſſibilia nobis auxilia pro inſulæ liberatione & Hydruntinæ ciuitatis earundem recuperatione terra marique adhibuimus; & cum ciuitas ipſa Hydruntina recuperari non potuiſſet, prout nec adhuc potuit, licet inſula prædicta ab huiuſmodi obſidione fuerit liberata, vniuerſos Italiæ potentatus pacare, & vt inuicem pacifice viuentes contra eoſdem Turcos arma ſumerent, & ad illorum ex Italia expulſionem vacarent, efficacem operam adhibere curauimus, ſperantes ipſorum potentatuũ facultates & vires ad id ſufficere. Cum autem nuper intellexerimus eoſdem Turcos maximam claſſem parare, & omnibus alijs curis omiſſis ad inſulæ prædictæ Italiæ, & Pannoniæ & Auſtriæ occupationem, & fidei catholicæ omnimodam conculcationem omnes ſuos diuertiſſent cogitatus, & aperte cognoſcamus ipſius ſæuiſſimi hoſtis vires adeo auctas eſſe, & in immenſum creuiſſe, vt omnibus Christianis principibus merito formidandæ videantur, neque eas poſſe cohiberi, niſi a pluribus & diuerſis locis diſtrahantur, atque Italiam, Germaniam, Hungariam imprimis vt hoſtibus viciniores in manifeſto periculo verſari, quæ profecto ſi ſingulariter & ſeparatim inuaderentur tantis viribus ſufficientes eſſe non poſſent, more pij patris pro filiorum ſalute ſemper anxij atque ſoliciti de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, *& infra*, per triennium a die kal. menſis iunij proxime ſequentis inchoandum treuguas, inducias, ſeu belli moram, quas tenore præſentium auctoritate omnipotentis Dei, & pro defenſione & ſecuritate dominici gregis, quem Saluator noſter paſcendum tuendum atque curandum nobis commiſit, indicimus: tum nonnullis interiectis ſubijcit. Pro libertate igitur pro liberis, pro patria, pro ipſa vita, pro religione & fide Chriſtiana, pro ſalute æterna ſumantur arma, cum talis immineat neceſſitatis articulus, a quo ſe valeat legitime nullus excuſare, & in hoſtes, antequam interius penetrent, forti animo proficiſcantur; ſeque & ſuos vlciſcantur a tantis fœdiſſimi huius hoſtis iniurijs, atque imminentem ſibi ſuorumque ceruicibus gladium auertant.

Plura regna vno impetu ſtrata a Mahomete.

Non ferri poterāt eius vires ſi cōiunctas in vnum effudiſſet.

51 Non impoſſibilia, vel nimis ardua eis iniungimus, aut minus vtilia: neceſſitas ipſa vtilitatem arguit, cum niſi defenſioni ſe accingant, manus dare & in ſeruitutem venire, atque ea pati, quæ victoribus libuerint, ſit neceſſe: quæ quidem qualia ſint, aliorum exempla nos docent: Imperator Conſtantinopolitanus, dum regia vrbs expugnatur, prælio cadens etiam mortuus capite truncatur; Græcorum proceres, atque omnis nobilitas, depoſitis armis trucidantur: Raſciæ deſpotis in poteſtatem redactis eruti ſunt oculi: Trapezuntinorum Imperator contra datam fidem occiditur: Rex Boſniæ in fidem ſuſceptus inter vina mactatur. Verum eſt, quod ille ait: *Regnum non capit duos.*

Ablatam ſalutis ſpem niſi armis cōparetur probatur exemplis.

52 Nolint igitur ſperare Chriſtiani principes, & populi, vt libertatem victore Turco retinere poſſint: nolint multum in ſuis fictis blanditijs, & falſis pollicitationibus confidere. Quem ex deuictis regulis vel cum toleranda conditione ſeruatum videmus? Cui fidem vnquam ſeruauit Turcus? Abijciant hanc falſam & inanem ſpem Chriſtiani proceres, & in Deo ſolum, atque in eorum dexteris ſalutem reponant: ſi enim viriliter pugnauerint, non ſolum propria defendent, ſed ab alijs iam deperdita recuperabunt: ſin vero, quod Deus auertat, in ſolita negligentia atque deſidia perſeuerauerint, ſeipſos & rempublicam Chriſtianam perdent. Quid enim Chriſtianis deeſt, quod ad victoriam conſequendam deſiderari poſſit? eis viri fortes, equi, arma, pecuniæ, commeatus abunde ſuppetunt; adſit tantum voluntas pugnandi, adſit & vera religio, & ad Deum redemptorem noſtrum, a cuius vijs declinauimus, humilis, & deuota conuerſio: adſit & Petri, quæ nunquam deficiet, fides, Pauli conſtantia, zelus Phinees, & Mathathiæ, ac fortiſſimi Machabæi animus, & certa proculdubio de cælo promittitur ac indubitata victoria; præcedet enim angelus Domini exercitum eius, & vnicæ crucis, ac Ieſu Chriſti in ea pendentis vexillum, quod humiliter intuentes, & defixis in ſublime oculis victoriam ſperantes de cælo: exurget omnipotens, & miſericors Deus, & miſertus eorum, quos plaſmauit, regenerauit, redemit, exurget, & diſſipabuntur inimici eius, & fugient qui oderunt eum a facie eius.

Infidas eſſe Turcarum blanditias.

Si non deſuerint ſibi Chriſtiani certam ſperandam victoriā.

53 Et vt principes ipſi, & alij Chriſtifideles ſic per nos vice Dei moniti & requiſiti contra eoſdem Turcos arma ſumere, & Chriſtianæ religionis, & fidei defenſioni vacare eo liberius ac ſecurius poſſint, quo intelligetur illas, quæ viguerunt, & vigent inter eos diſſenſiones guerrarum, & offenſionum quarumlibet ſuſpiciones fore ſublatas, eiſque licere per ſeipſos militare, & eos atque illorum ſtipendijs militantes extra territorium ſuorum fines abſque vlla ſuſpicione, ad eorundem Turcorum expugnationem progredi, & mittere, & ad id pecunias erogare, claſſemque inſtruere, & parare, vniuerſos & ſingulos Chriſtianorum principes, & potentatus eccleſiaſticos, vel ſæculares, & omnes Chriſtifideles cuiuſcumque præeminentiæ, ac poteſtatis exiſtant, etiam imperiali, pontificali, regali, reginali, ducali, vel alia quacumque dignitate eccleſiaſtica, vel mundana fungentes, ac in terris Chriſtianorum temporale dominium quomodolibet obtinentes, qui per ſupradicti triennij tempus per ſeipſos, vel eis legitime impeditis per eorum capitaneos, ſeu duces, pro ſua virili, & cum notabili parte ſuæ potentiæ ibunt, vel mittent, vt præfertur, exponent, aut alias ſecundum eorum facultates in tam ſanctam, & per neceſſariam expeditionem

per

Digitized by Google

per ſingulos dicti triennij annos erogabunt, a die arrepti itineris, vel quam pecuniam huiuſmodi pro primo anno erogauerint, & quoad in his perſeuerauerint, ac deinde poſt ipſorum videlicet reditum, vel auxilij ceſſationem ad ſex menſes cum eorum ſtatu, ciuitatibus, terris, dominijs, ſubditis, territorijs, ac bonis omnibus, ſicut ea nunc tenent, & poſſident; ſub beatorum Petri & Pauli, & Romanæ eccleſiæ protectione recipimus atque noſtra: [imperatæ ſunt a Sixto præterea triennales induciæ, atque anathematis pœna eas violaturis intentata.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXI. VI. *id. aprilis pontificatus noſtri anno* X.

Cruceſignati in Apoſt. clientelã accepti.

Exorta, in Germania turbæ. a M.ſ. Vat. arch.

24 Oborti tum erant in Germania non leues motus, quorum cauſa deſcribitur in m.ſ. tabularij Vaticani, nimirum Fridericum Palatinum Rheni Philippum ex fratre Ludouico nepotem ad quem ſeptemuiratus ius ſpectabat, filium ſibi adoptaſſe, ac debitam illi dignitatem in ſe deriuaſſe, ipſique ea in re cæteros principes electores aſſenſiſſe: at Fredericum Imperatorem obluctatum: ad ſedandam vero controuerſiam, ne bellum pareret, Sixtus proximo a promulgato ſuperiori diplomate die Philippum Palatinum monuit a, vt imperatas Chriſtianis principibus inducias religioſe ſeruaret.

a Extant eius lit. to. 2. rer. Germ. ex edit. Freher.

Dilecto filio nobili viro Philippo comiti Palatino Rheni ſacri Romani imperij principi electori.

Philippus comes Palatinus de pace ſeruanda admonetus.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem animaduertentes Chriſtianorum principum diſcordias truculento hoſti ad communem perniciem viam in dies magis aperire, volenteſque pro paſtorali officio noſtro his tot incommodis, & periculis obuiare, ne in deterius ſerpant, poſtquam eo iam deductæ ſunt res noſtræ, vt minime cunctandum ſit cum perfidiſſimus, & vigilantiſſimus hoſtis apparatum maximum aduerſus Italiam, Germaniam, & Rhodum indefeſſo ſtudio, vt ex pluribus locis compertum habemus, inſtruat, triennales inter omnes Chriſtianos principes, & potentatus inducias indiximus; ad defenſionem catholicæ fidei paterna charitate omnes hortati ſumus venientes, aut mittentes ad tam piam, & neceſſariam expeditionem ſub noſtra, & Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcepimus: eis bella aut impedimenta quomodolibet inferentes ſub ſpiritualis, & temporalis gladij pœna, vt abſtineant commonuimus, prout in literis noſtris deſuper confectis, quas, & in tuis, & in reliquorum omnium principum, & potentatuum Chriſtianorum regnis, prouincijs, & dominijs publicari mandauimus, latius continetur. Volentes igitur literas ipſas plenum ſortiri effectum, & debitæ omnino executioni demandari, nobilitatem tuam in Domino hortamur, & per religionem, quam profiteris, per paſſionem Saluatoris noſtri, quam vt nos ab æterna morte redimeret ſubire dignatus eſt, per tot fideles populos, qui in teterrimam ducti ſeruitutem præſidium tuum implorant, per miſeram ſtragem, quæ tot præclaris ciuitatibus tot nationibus imminet niſi quam primum occurratur, per gloriam, & ſplendorem Chriſtiani nominis, quod a ſpurciſſimis hoſtibus totum conculcatur niſi noſmetipſos excitauerimus, te obteſtamur, & apoſtolica auctoritate tibi mandamus, vt literarum ipſarum tenorem, & continentiam in omnibus, & per omnia ſerues, & cum effectu adimpleas, ſicuti pro catholico animo tuo te facturum confidimus, ne in extremo iudicio apud tribunal Dei reus ſis effuſi Chriſtiani ſanguinis, qui e manibus tuis requiratur; alioquin contra obedientes, & contumaces ita vrgente communi periculo, & neceſſitate ad executionem contentorum in literis ipſis procedemus. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XII. *aprilis anno* MCCCCLXXXI. *pontificatus noſtri anno* X.

Mahometes vi tutæ crucis extinctus

25 Non ſuffeciſſent hæc pontificia ad frænandos Turcicos impetus, liberandamque ab eorum tyrannide Italiam adhibita ſtudia, niſi diuina prouidentia Mahometem II. crudeliſſimum Chriſtianorum hoſtem repentina morte ſuſtuliſſet. Contigit eius obitus tertia die menſis maij ſanctæ crucis inuentioni ſacra, vt hoſtem crucis virtute crucis triumphatricis extinctum conſtaret, inquit Boſius, vt ſecunda iunij die illius famam increbuiſſe Romæ ex literis Nicolai Crucei Veneti apud Conſtantinopolim oratoris tradit Iacobus Maffæus Volaterranus a: *Literarum*, inquit, *ſumma hæc erat, Regem obijſſe tertio die menſis maij duabus ferme horis ante ſolis occaſum, cum prope Conſtantinopolim eſſet in caſtris.* Addit Stephanus Infiſſura b, Pontificem de Mahometis morte certiorem factum ſolemnes ſupplicationes decreuiſſe, inſtructoque agmine religioſo die quarta, quinta, & ſexta iunij in ſuburbanis S. Petri vna cum Cardinalibus de depulſa effera peſte Deo gratias egiſſe, quod Raphael Volaterranus c his verbis confirmat: *Hydrunto capto, in quo bella per triennium geſto flos omnis Italiæ abſumptus eſt, benigne nobiſcum egit Dei prouidentia, auctore inter hæc de medio ſublato, ad cuius nuncium mortis Sixtus Pontifex, qui iam de fuga in Galliam, & alma vrbe beatis Apoſtolis, qui eam tuerentur, relinquenda cogitauerat, cum patribus, ac plebe Deo gratias agens tabernas claudi, iuſtitium, ac triduale ſacrum indici iubet.* Interemptum veneno nonnullos ſuſpicatos refert NaucleruS, qui tyranni immaniſſimi præcipuas res geſtas perſtringit d. Ipſum interijſſe in procinctu expeditionis Syriacæ (potius Italicæ quã vis Syriacam fingeret) trigeſimo ſecundo anno regni refert Turcogræcæ hiſtoriæ auctor e, additque eo imperante nouem patriarchas ſediſſe Conſtantinopoli: *Regnauit*, inquit, *iſte Mechemeta triginta duos annos, quo regnante fuere patriarchæ hi, quorum nomina ſubijcimus: I. Gennadius ſcholarius ille doctiſſimus: II. Iſidorus a confeſſionibus: III. Ioſephus Guſas, cui barbam præcidi Sultanus iuſſit: IV. Marcus Xylocarabes: V. Simeon Trapezuntius, ſub quo initium Peſceſeij in eccleſiam introductum eſt: VI. Dionyſius metropolita Philippopoleos: VII. Iterum Simeon Trapezuntinus: VIII. Raphael Seruius Charazij auctor: IX. Maximus vir doctiſſimus, in cuius patriarchatu Sultanum mortuum eſſe diximus.* Ex ijs quatuor primos liberis ſuffragijs electos a clero vidimus, comprimente Deo effrenatam tyranni ferociam, adeo vt Chriſtianos frequentare eccleſias, & patriarcham ſibi præficere permiſerit, quorum primus Gennadius catholicus Græcos a veteribus erroribus abducere, Romanæque coniungere eccleſiæ ſtuduit, rogatuſque a Mahomete ipſo Chriſtianæ fidei myſteria, vt ſuo loco vidimus f, illi expoſuit, potitaque eſſet Conſtantinopolitana eccleſia ſua libertate, ni ſchiſmatici Mahometem corrupiſſent g muneribus, vt præficiendi deijciendique patriarchæ, prout ab impijs maior auri vis illi offerretur, poteſtatem ſibi arrogaret: quæ infanda ſeruitus ad ſucceſſores

a Iac. Vol. l. 2. m.ſ. arch. Vat. ſig. n. 111. & alij.
b Steph. Infiſſ m. ſ. Vat. ſign. n. 111.
Actæ numini deo ſublato gratiæ
c Raphael Volat l. 7.

Mahometus mors

Raphael Volat. elegantius de Mahomete.
d Naucl. vol. 2. gen. 50.
e Turcogr. lib. 2.
Patriarcharum Græcorũ ſucceſſio.

f An. Chri
g Turcogr. auct. eod. lib. 2.

res hactenus propagata eſt: porro Mahometem e Chriſtiana matre natum Mahumetica deliramenta flocciteciſſe tradunt a, atque de Chriſtiana religione plura percontatum, ad quem Pij II. de ſacrorum illius myſteriorum veritate extant literæ b, quinetiam paulo ante mortem a Maximo patriarcha ſacri ſymboli intrepretationem popoſciſſe addit Turcogræca hiſtoria, (ni forte aſcribat Maximo, quod de Gennadio conſtat) pluresque libros de rebus fidei noſtræ e Græca in Arabicam linguam traductos perlegiſſe, ſed vitiorum dulcedine corruptum in Mahumeticæ impietatis cœno hæſiſſe, quamquam religionis Chriſtianæ myſteria ſuſpiciebat: quem etiam prodigio, quo eccleſiaſticarum cenſurarum in nefarios Chriſtianos vis diuinitus patebat, vehementer perculſum narrat.

Chriſtiana matre ſatus fuit Mahometes.

a Bzar. lib. 9

b An. 1461 n. 44.

De Chriſtianæ religionis myſterijs doceri aliquando voluit.

26 *Summa, inquit, rerum ſacrarum ad virum eruditum Maximum relata, totus Eccleſiæ ſtatus pacatus cernebatur, omnibus diſſidijs e medio ſublatis. Paſcebat is populum Dei erudiendo, & ad pietatem animos informando, docens ex ſuggeſto patriarchali, templiſque alijs verbum Dei liberrime, nemine impediente, ſingulis dominicis, & feſtis diebus concionans. Erat diſciplinis philoſophicis perpolitus, & profluente quadam orationis copia ſupra quam quiſquam alius illis temporibus præditus. At tantum percrebuit fama eruditionis ipſius, & ſapientiæ, vt ad aures etiam Agareni Regis peruenerit. Accitum itaque rogauit vt ſcriberet explicationem ſancti ſymboli fidei Chriſtianæ, ſibique daret. Paruit hic commentario cum omni libertate e ſacra theologorum diſciplina optime ſapientiſſimeque confecta, ſicut res ipſa in multis loquitur, atque ſultano obtulit: quem librum per omnia bene in Arabicam linguam conuerſum ipſe diligenter legit clementer accipiens, & reuerenter. Ad id faciendum cum ab aliquot palatij ſui aulicis iuuenibus (Chriſtianæ enim adhuc ibi religionis nonnulli erant) adductus, tum in primis a filio Amerutzæ, qui par erat in vtriuſque linguæ facultate Græcæ, & Arabicæ, impulſus. Multos hic vir rogatu, & iuſſu Regis noſtrorum librorum in Turcicam tranſtulit linguam, amoia quidem acta, & tabulas publicas, codices Imperatorios, alia vtilia nonnulla etiam religionis noſtræ: non ceſſabat enim ſciſcitari ſultanus identidem aliquid cognoſcere, & certior fieri de fide Chriſtiana ſtudens. At nihil ad ſalutem profecit, non enim Deus in ſtolidi corde locum habet. Inter alia, quæ interrogans diſcebat etiam de anathemate, ſeu excommunicatione audiuit, videlicet quicumque a pontificibus, & ſacerdotibus Chriſtianis iuſta de cauſa ob peccatum aut ſcelus e ſacro cœtu expellatur, hunc talem humatum non diſſolui in terram, ſed manere corpus eius indiſſolutum, & integrum in terra, conſpicique, ſepulchro talis hominis aperto, cadauer inſtar tympani inflatum, & nigrum nullo membro amiſſo, ne ipſo quidem capillo. Rurſus ſi veniam precibus, & inuocatione Numinis diuini ei impetrent, diſſolutionem cadaueris in cinerem fieri. Acciuit his auditis patriarcham, vt eius rei ſibi ab eo fides fieret: qui veniens audita ſultani poſtulatione, ſe planum ei facturum promiſit vbi primum aliquis ſuccurreret anathematis oneri immortuus. Reuerſo in domicilium ſuum patriarchæ cogitatione, & diſpicientia, ſi quis præteritis temporibus ea mole preſſus obijſſet ſuſtepta, patribus in mentem venit mulieris cuiuſdam libidinoſæ, quæ de quodam patriarcha hunc ipſi conſueuiſſe famam ſparſerat, cui famæ a nemine fuerat habita fides: is vero improbitate cognita anathemati illam quodam die feſto ſubiecerat. Quæ mulier, cum longo ante tempore e viuis exceſſiſſet, patriarcha exiſtimans eam, quia tantum virum infamaſſet, adhuc anathemate conſtrictam teneri, ſepulchrum eius aperiendum curauit. Tunc illi, o miraculum Dei! in eo ſtatu, quo depoſita reperta fuit tumida turgidaque tantum, & nigra, nondum etiam crinibus de capite amiſſis. Re ad ſultanum allata, miſit is ad contemplandam illam certas homines, qui contemplati admiratione obſtupuerunt: cadauere deinde in arca poſito, hanc ſigillo regio muniuerunt: diem dixerunt, qua die ad videndum reuerterentur. Reuerſis, rem diuinam patriarcha fecit, recitata precatione, qua crimen illius aboleretur, quam vt ſancte nec ſine lachrymis recitauit: en miraculum, articuli manuum pedumque diſiungi, vincula ſolui, ita vt ab aſtantibus etiam oſſium crepitus audiretur. Repoſito cadauere, & rurſus obſignata, cuius tantum nexus omnes diſſoluti fuerunt, obſignatam arcam, quæ id continebat, in ſacello patriarchico depoſuerunt. Poſt triduum reuerſis regijs miniſtris, arcaque reſignata, & aperta, apparuit corpus illud iam diſſolutum, de quo nihil reſtans niſi cinis homines in admirationem adduxit: abeunt ad Regem, quæ ſuis oculis viderint renuntiant. Admirari ille, ſtupeſcere religionem Chriſtianorum, veram & admirandam confiteri.* Hæc Turcogræcæ hiſtoriæ auctor, cuius rei fides ſit penes auctorem. Non abſimile vero prodigium de Luſitano milite, qui cenſuris conſtrictus obierat, cuiuſque corpus terram eijciebat ex Indiarum annalibus inferius afferemus.

Plures libri e Græca lingua in Arabicā tranſlati.

Prodigiū in fœmina anathemate percuſſa.

27 De ſecuta porro inter Turcas inteſtina diſſenſione poſt Mahometis mortem conſentiunt vniuerſi hiſtorici, & Volaterranus ex Veneti oratoris literis confirmat, ac Ianiſſaros abſente apud Trapezum Baiazethe, ne Zizimus imperium corriperet, Baiazethis loco, Iſacio baſſa præcipuo auctore, illius filium donec Conſtantinopolim reuerſus eſſet ad ſolium extuliſſe. Sublato itaque tyranno, & Turcis interſe digladiantibus, de recuperando Hydrunto vrgeri magis cœpta ſunt conſilia, antequam nouus tyrannus ſubſidiariam ſuis claſſem ſubmitteret. Miſſus porro ſuperiori anno Genuam Cardinalis Sabellus legatus Apoſtolicæ ſedis, honorificeque exceptus a ciuibus obtinuerat a vnam & viginti triremes ſumptu pontificio inſtruendas, tres vero aliæ Anconæ parabantur; nec leues in ædificanda, & ornanda eadem claſſe, cuius imperium ſummum Paulo Fregoſo Cardinali & archiepiſcopo Genuenſi delatum eſt, interceſſere difficultates; Ibletus enim Fliſcus, ſiue Turcicis ſtipendijs conductus, ſiue veſano liuore incitatus, illum apparatum diſturbare anniſus, ac Genuam proditione adortus, ſubmiſſos a Pontifice ad claſſem commeatus ſuorum opera intercepit, clientes ſuos a ſacra militia abduxit, piraticam aduerſus Luſitanos, qui Rhodo obſeſſæ arma & annonam inferebant, exercuit, quamuis eius ſatelles Montenegro a Luſitanis egregie ſuperatus ſit: ipſum ergo Chriſtiani nominis proditorem Sixtus perculit anathemate, atque omnibus honoribus exuit b.

Certatū de imperio inter filios.

a Aug. Iuſtiſſ l. 5 & Ezra l. 19

Claſſis Genuæ comparata in Turcas.

Ibleti Fliſci ad eā diſturbandam conatus impij.

b Sixt. IV ſub bullar. 62. pag. 225.

Ad futuram rei memoriam.

Nouit vniuerſus orbis quanto enim deſiderio, & noſtræ mentis affectu, ac ſtudio, vigilantia, & ſolicitudine pro defenſione populi Chriſtiani hoc præſertim tempore, quo furor hoſtium cru-

Sixti in eum ſententia.

Digitized by Google

crucis, & acrius ſolito in ſanguine Chriſtiano debacchatur, pacem inter principes Chriſtianos, & maxime Italiæ potentatus, in qua, quod ſine lachrymis referre non poſſumus, iam hoſtes memorati dominium occuparunt, conciliare conati fuerimus, vt exinde collectis viribus tantis periculis imminentibus obuiare liceret, ad quod tam præclarum, tamque ſalutiferum opus peragendum cum ciuitatem Ianuenſem, quæ ingenti nauium copia hominum ad rem maritimam exercitatiſſimorum multitudine, & cæterarum rerum, quæ ad huiuſmodi negotium fœliciter peragendum conducere videbantur, oportunitate abundat, in primis pacare, & ſeditiones, quæ in ea vigere conſueuerunt vel tollere, vel ſaltem ad tempus ſedare, opportunum factu fore exiſtimauiſſemus dilectum filium noſtrum Ioannem Baptiſtam S. Viti in Macello diaconum Cardinalem, quem alias in ardua Romanæ eccleſiæ rebus prudenter fortiterque verſatum noueramus de fratrum noſtrorum conſilio legatum de latere ad ipſam ciuitatem Ianuenſem pro parauda claſſe contra Turcos, qui, vt omnibus notum eſt, ciuitatem Hydruntinam occupauerant, prout occupant de præſenti, tranſmiſimus, eidemque Cardinali inter alia iniunximus, vt literis, vel nuntijs proprijs ſeu alias, prout ſibi melius videretur, potentatus Italiæ prædictos, & maxime dictæ ciuitatis diſſenſionum, & perturbationum auctores ad pacem intra ſe habendam, vel diſcordiarum huiuſmodi intermiſſionibus faciendam pro tanta fidei Chriſtianæ neceſſitate exhortaretur, eaſque ſub excommunicationis, & interdicti ſententijs, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis etiam formidabilibus moneret, vt ab armis, & controuerſijs huiuſmodi deſiſterent; quibus per præfatum Cardinalem diligenter peractis, iniquitatis filius Ibletus de Fiſco clericus Ianuenſis, & tunc noſter, & Apoſtolicæ ſedis notarius, qui nonnulla caſtra in locis Ianuæ circumuicinis detinet, præmiſſarum exhortationis, & monitionis non ignarus, ſpiritu tentationis elatus, exhortatione, monitionibus, ac cenſuris, & pœnis huiuſmodi ſpretis tam ſanctum opus atque neceſſarium omnimode perturbare conatus, ſemel noctis tempore cum quingentis fere hominibus armatis diuerſis generibus armorum, appoſitis ſcalis ad mœnia dictæ ciuitatis, & perforatis moenibus eiuſdem, ipſam hoſtiliter ingreſſus fuit cum ingenti perturbatione ipſius legati, & apparatus dictæ claſſis, & nihilominus interim ſemper retinuit apud ſe publicum piratam vocatum Montenegro, qui non ſolum alios deprædatus fuit, verum etiam cum nos certam quantitatem grani pro expeditione dictæ claſſis ad dictam ciuitatem Ianuenſem mitteremus ſub fide, & ſaluo conductu dicti Ibleti de grano huiuſmodi ſecure transportando; attamen præfatus Ibletus animo, & intentione diſturbandi dictam claſſem contra ſuum ſaluum conductum huiuſmodi perfidiose veniendo granum prædictum per piratam memoratum ſurripi fecit, illudque in ſuum vſum conuertit, & licet requiſitus pluries reſtituere promiſerit, tamen id facere recuſauit, prout recuſat de præſenti, in contemptum, & vilipendium ſedis, & graue præiudicium claſſis prædictarum, nec non peiora malis accumulando ad impediendam dictam claſſem remos, & armamenta, ac homines ſub eius iuriſdictione conſtitutos, qui pretio ad negotium ipſius claſſis conducti fuerant, ne obligationi, qua aſtricti erant, ſatisfacerent, & in claſſem ſe conferrent, multipliciter impediuit. Porro cum duæ naues carauellæ nuncupatæ, vt dicitur ex regno Portugalliæ venirent armatæ pro præſtando ſubſidio inſulæ Rhodi, quæ tunc obſidione Turcorum cingebatur, dictus Montenegro gente ipſius Ibleti, ipſiuſque fauore ſuffultus, animo illas expugnandi & capiendi eas hoſtiliter inuaſit, verum ſicut Deo placuit per virtutem Portugalenſium virorum fortium ipſe Montenegro pirata vulneratus vnam ex triremibus ſuis amiſit. Inſuper cum nos per breue propter tantum facinus dicto Cardinali legato mandauiſſemus, vt ipſum Ibletum excommunicatum publice declararet, prout etiam declarauit, Ibletus ipſe contemptis clauibus, & cenſuris huiuſmodi non ſolum a diuinis abſtinere contempſit, verum etiam ne ſibi ſubditi, & ſubiecti abſtinerent prohibuit. De quibus omnibus partim ex proceſſibus rite, & ſolemniter per dictum Cardinalem agitatis, & vt depoſitione fideli plurimorum teſtium, ac facti euidentia notorie nobis conſtat prout, & præfatus Cardinalis in conciſtorio ſecreto coram nobis, & fratribus noſtris de præmiſſis relationem fecit fidelem, Nos igitur attendentes, quod præfatus Ibletus claſſem huiuſmodi, immo negocium fidei, defenſionem populi Chriſtiani, expugnationem infidelium, ſalutem Italiæ, & commune bonum Chriſtianitatis quantum in eo fuit impediuit, & proſequens quaſi ſtipendiatus ab eis fauorem Turcorum hoſtium nominis Chriſtiani etiam quantum in eo fuit procurauit, quodque nobis ad culpam potius, quam ad clementiam aſcribi poſſet, ſi tam graues exceſſus, & enormia facinora conniuentibus oculis tranſiremus; ex præmiſſis, & ex certis alijs cauſis nobis notis, quas hic pro expreſſis haberi volumus, ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti nomine inuocato de fratrum prædictorum conſilio pariter & aſſenſu, præfatum Ibletum tanquam rebellem mandatorum apoſtolicorum, & contemptorem clauium, ac perturbatorem defenſionis Chriſtianorum, & fautorem infidelium, nec non excommunicatum, & pro tali publice denuntiatum ordine, & priuilegio clericali, ac prothonotariatus officio, honore, inſignijs, nec non prærogatiuis quibuſcumque, ac omni eccleſiaſtica, & mundana dignitate, nec non feudis, & bonis, quæ tam a Romana, quam alijs eccleſijs, & monaſterijs obtinet, & infra ſententialiter priuamus, & tanquam membrum putridum ab eccleſia ſeparamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXI. *IV. non. Iulij pontificatus noſtri anno X.*

28. Repreſſa ſunt impia Ibleti molimina a Genuenſibus, ſiquidem tradit Iacobus Volaterranus a in diarijs ſuis, exeunte iunio pontificiam claſſem, quæ Genuæ comparata fuerat, per Tyberis alueum ad vrbem appuliſſe, additque ſolemni ritu ſacra prece, vt feliciter in hoſtem contenderet, luſtratam: *Ad vltimam*, inquit, *menſis iunij, quæ fuit dies ſabbati, in quo commemoratio Apoſtoli Pauli celebratur, cum nuntiatum iam eſſet claſſem per Tyberim aduentare, mane ſummus Pontifex ſub ortum ſolis ex Vaticano, patribus aliquibus comitantibus, & ad eiuſdem Apoſtoli baſilicam eſt profectus.* Et infra: *Peracta diuina re, benedixit Pontifex ex cerimonialibus libris vexilla duo, quæ eodem die ſolemni pompa data fuere Cardinali Genuenſi legato claſſis.* Nonnullis interpoſitis

Propoſitæ rei ſumma indignitas.

Genua ab ipſo tentata, hæc conatu irrito.

Inſignis eiuſdem perfidia in claſſico commeatu intercipiendo.

Cruceſignati ab eodem oppugnati.

Turcarũ ſtipendiarius viſus

Deſixus anathemate.

Pontificia claſſis appulſa ad Tyberim

a *Volat. in m. ſ. arc Vat. ſign. n. 111. Aug. Iuſtinian. lib. 5 & alij.*

Solemnis ritus ſeruatus pro ea ſacra prece luſtranda.

Pontificia ad legatum oratio.

poſitis verbis ritum ita deſcribit. *Pontifex ad illum ſe conuertens ait. Venerabilis frater, ſuperioribus menſibus benignitate Apoſtolicæ ſedis, & meritis tuis exigentibus eum & rectum Apoſtolicæ ſedi eſſe arbitraremur, te tit. S. Anaſtaſiæ presbyterum Cardinalem creauimus, ſperantes dignitatem hanc tuam orthodoxæ fidei, & ſedi apoſtolicæ profuturam, & quæ tibi pro illius honore etiam commoda eſſet iniungenda prompto, & indefeſſo animo eſſes impleturus, etiam cum capitis ſui certo diſcrimine; euenit vt paulo poſt hoſtes fidei noſtræ Turci in Italiam traycientes Hydruntum ciuitatem Apuliæ occuparint, quod ſine ſuſpiriis referre vix poſſumus, nunc etiam occupant: eam ob rem nos paratam claſſem decreuimus, atque illi hominem præficere cupientes, qui ſanctum opus conſilio regere, auctoritate ſuſtinere, laboreque exequi ſciret & poſſet, occurriſti in oculis mentis noſtræ, qui inter cæteros tui ordinis duram hanc, nec minus neceſſariam prouinciam obedienter ſubiturus eſſes. Itaque de conſilio, & aſſenſu huius ſacri apoſtolici ſenatus legatum te claſſis apoſtolicæ deſignauimus. Veniſti nunc Deo duce, paratam claſſem tecum adduxiſti, fidelibus & ſtrenuis viris inſtructam, eam ante oculos habemus, præfectos vniuſcuiuſque triremis & intuemur. & noſcimus, ſpem eam victoriæ præferentes, quam & nos auſpicati animo ſumus, & tu ipſa ante alios tanta videus alacritate polliceris. Hortamur te, frater & fili, ita te geras, vt ex legatione hac tua ij proueniant fructus, quos in mente concepimus, & procuidubio Domino etiam adiuuante ſperamus: dominum Ieſum Chriſtum redemptorem noſtrum, cuius cauſam agis, propitium tibi eſſe confide: nos & ſenatum noſtrum nullo vel loco, vel tempore defuturos tibi perſuadeas. Magno animo rem aggredere, & in domino Deo noſtro ſpem pone, qui non ſinet Petri nauiculam mergi, nec fideliter in vinea ſua operantes vel deſeret, vel mercede fraudabit. Accede ad nos, fili, cape annulum dignitatis, & de manibus noſtris phrygiata ad ſanctum opus vexilla prompto animo, & obuijs manibus apprehende. His præcedentibus conſtanter diſperde eos ante faciem tuam, & vt ſtipulam ſiccam perſequere, ac victoriam ad ſanctam ſedem hanc reporta: manet te certe de crudeli & impio hoſte inſignis triumphus. His dictis annuloque & vexillis legato traditis, præfectis omnibus ad oſculum pedis admiſſis, cruceque in eorum pectore fixa, dimiſſus ſenatus eſt. Pontifex cum patribus, & frequentibus prælatis, & cuiuſcumque dignitatis, & ordinis hominibus, qui viſendi ſtudia frequentes venerant, ad vicinum ſanctæ baſilicæ flumen, vbi ad ripam triremes conſiſtebant deuenit, allatus lecticariorum humeris, triremes ſingulas ex ipſo littore perluſtrans, ſingulaſque benedixit.*

Submiſſa etiã claſſes a Rege Luſitano in Turcas.

29 Pluribus interiectis addit Raphael Volaterranus claſſem Alfonſi Regis Luſitaniæ vigeſima octaua auguſti die per amnem Tyberim in vrbem veniſſe, vt nimirum pontificia prece ſacraretur, in Turcos vela factura. Vrgebatur vero tum acerrime terra marique Hydrunti obſidio: & quidem mari ab Alfonſo duce Calabriæ plures hoſtium naues captas refert Stephanus Infiſſura a, præliumque illud nauale pluribus deſcribit Ioannes Albinus b, additque præda Italica fuiſſe onuſtas, atque nauem prætoriam, qua Admetes baſſa vehebatur, ſingulari prodigio e noſtrorum manibus euaſiſſe. Commiſſæ etiam fuere terra plures pugnæ, & cuniculis, & impreſſionibus oppugnati Turcæ, neque illi minus audacter miſſilibus olliſque ſulphure oppletis

Hidruntum terra & mari obſeſſum

a Steph. Infiſſ. m. ſ. Vat. ſign. n. 111.
b Io. Albin de bello Hydrunt.

flammas euomentibus ſubmouere noſtros, ac mœnia intrepida tueri annitebantur; & vbi plurimum periculi oſtendebatur, ibi vi maiori obſiſtebant: cumque in omnes vrbis partes impetus factus eſſet, ſuperataque aſcenſu mœnia, neque ob ſubiectam foſſam in vrbem miles poſſet penetrare, plures e noſtris telorum tempeſtate diſcerpti ſunt, & datum receptui ſignum; conqueſti a vero ſunt Ligures primum pugnæ ineundæ ordinem ipſis non fuiſſe datum. Demum barbari nouarum impreſſionum metu concuſſi, cum auxiliorum expectatione languerent, ac Selimus eunuchus, qui Ablonem Macedoniæ portum maritimamque oram præſidio tuebatur, dum Ceraunys populis, quos Chriſtiana claſſis premebat, ſuppetias ferre nitebatur, inito cum Illyrijs certamine ad Saxa acroceraunia fugatus captuſque eſſet, & Mahumetem Imperatorem obijſſe, nec ſubmitti a Baiazethe auxilia accepiſſent, animo conſternati incolumitatem pacti Hydruntum dediderunt. Comportarant iam ſua in naues, cum viſæ ſunt in ijs puellulæ Appulæ barbarico cultu indutæ, quas ſecum abducebant, quare ad inſtam indignationẽ adducti Chriſtiani in illos, vt in fœdifragos impetum feciſſent, eoſque gladio concidiſſent, niſi Alfonſus ipſos vitæ ſeruaſſet, quibus poſtea in bellis Italicis vſus eſt: pars Pontifici vt belli ſocio in prædam ceſſit.

Turcarũ in defendendo Hydrunto pertinacia.

a Io. Albin. de bello Hydrunt. Volater. vbi ſup. Io. Albin. vbi ſup.

Selymes baſſa ab Illyrijs victus.

Demum Hydrantum reſtitutũ Chriſtianis Turcæ ob fractam fidem capti.

30 Receptum porro Hydruntum eſt decimo ſeptembris die, vt Iacobus Maffeus Volaterranus ſuis conſignat monumentis b, ac laureatas Ferdinandi Regis ad Sixtum datas literas adducit: *Hodie*, inquit, *x. ſeptembris recuperatum eſt Hydruntum ab exercitu regio & Xyſti. Vidi ego literas c regias Ferdinandi ad Pontificem, eam victoriam nunciantis.*

b Volat. l. 3 m. ſ. arch. Vat ſign. eod. num.

Sanctiſſimo & beatiſſimo domino noſtro Papæ.

Sanctiſſime & beatiſſime pater, & domine poſt humilem filialem commendationem, & pedum oſcula beatorum, Illuxit tandem dies illa, quam diutiſſime vehementiſſimeque optauimus. Receptum eſt Hydruntũ decima menſis huius die ſiuſque hora fere tertia, & quidem cum ſummo ſanctitatis veſtræ meoque honore, incredibilique vtriuſque gloria: dediderunt enim id nobis hoſtes cum iam tueri id diutius non poſſent, poſſideturque ab Alfonſo primogenito meo, hoſtibus ipſis cedentibus: recipientibuſque ſeſe in triremes, quas veriti ne quid per militum noſtrorum impetum trucidationis acciperent, paulo ante hoc ipſo propoſito in mare deduxerant. Gaudeo itaque ego, incedoque adeo omnibus lætitijs, vt ijs pene occupatus ne ſcribere quidem ad ſanctitatem veſtram poſſim, vt par eſſet, latius; tamen ſcribam mox etiam latiſſime, remque omnem quo geſta eſt ordine referam. Lætitiarum autem harum cauſa eſt illa potiſſimum, quod poſt illud idem oppidum receptum regnum meum, Italiaque, & vniuerſus orbis Chriſtianus a præſentiſſimo periculo videntur iam liberati, videlicet veſtræ vnius velut ducis meaque velut miniſtri opera. Gaudendum lætandumque veſtræ ſanctitati perinde ac mihi ipſi iure cenſeo, quod ſimul nomen ſuo vno hoc beneficio reddiderit iam æternum: ſimul apud Deum immortalem ſit gratiam conſequutura, quæ & ſit perpetuæ & in hac & in altera vita voluptati. *Dat. Baroli* XI. *ſeptembris* MCCCCLXXXI. *Eiuſdem ſanctitatis veſtræ deuotiſſimus filius Ferdinandus Rex Siciliæ.*

c Ferd. Regis ad Pont literæ de Hydrunto recuperato.

31 In eo bello abſumpta, in ſeruitutemue ad-

Digitized by Google

ducta ad viginti quinque Chriſtianorum millia teſtatur Ioannes Albinus a, ac Ferdinandum ad ſumptus in rem militarem faciendos non modo decimas e ſacerdotijs collegiſſe, verum pontificio permiſſu vaſa quoque ſacra & donaria conflaſſe tradunt, Regemque Matthiam Hungariæ duo delectorum equitum millia Turcicis prælijs aſſueta ſubſidio miſiſſe b. Interea idem Matthias, cui Ferdinandus fœdere centum millia aureorum dare obſtrictus erat, ad diſtrahendas vires Turcicas in prouincias Hungariæ finitimas incurrebat, eumque Valachiam ſuperiorem Stephano Valachiæ epiſcopo duce recuperaſſe diximus, pluresque alias retuliſſet victorias, niſi Fridericus Imperator illum bello petijſſet: addit Naucterus alias prouincias e Mahumetica ſeruitute ad Chriſtianum imperium redactas: *Nicolaus Macedoniæ olim dux mortuo Mahumeto ſtatim amiſſam ditionem cum ingenti Turcarum cæde recuperauit, nec diſſimilia egit Ioannes Cernoæchius*. Inferre quoque Turcico imperio arma capto Hydrunto meditatum Alfonſum ducem Calabriæ refert Ioannes Albinus cum maxima populorum pars militeſque omnes Byzantium prouolaſſent; vbi Mahometis morte cognita inter fratres certamen exarſit; ſed Cardinalem Ligurem, nimirum Paulum Fregoſum, qui pontificiæ claſſi præerat, libertatis Italiæ contemnum gloria, Sixti mandato viginti triremes Liguſticas ad oſtia Tyberina reduxiſſe: tum inique perſtringit Pontificem abiectas ideo vrgendæ in Turcam victoriæ curas, quod concepta bello Etruſco in Ferdinandum odia nondum eiuraſſet. Sed ad rei veritatem collocandam in luce, & aſperſam inique Sixto labem eluendam digniſſima fide monimenta producemus, atque in primis repetenda altius eſt rerum geſtarum memoria, vt Ferdinandus ſedi Apoſtolicæ iniurias pro accepta illius beneficio Neapolitana corona intulerit, inito cum Florentinis fœdere omnia ad ſuam dignitatem pontificiumque dedecus retulerit, non ſeruatis confectis cum Romana eccleſia pactionibus: Turcarum tyranno inuadendi regni Neapolitani occaſionem dederit, miſſa illi Genuenſi & pontificia claſſe ſubſidiaria adeo ſocios ſpreuerit, vt annona laborantibus commeatu aureorum modicis ſuppeditare turpiſſime recuſauerit, nec permiſerit ab ijs primam impreſſionem in Hydruntum fieri, quibus exulcerati Ligures bellicos labores ſuſcipere dedignati ſunt ad amplificandum illius imperium, qui egentibus cibarijs illa crudeliter & auare ſubduxiſſet,

a Albin. de bello Hydrunt.

b Bonfin. 4. dec. l. 5. Valac. hiſt. l. 8 n. 18 pag. 212. Naucler. vol. 2. gen. 50.

Macedoniæ pars recepta ex Turca

Inuidia belli in Turciam non tranſlati inique Pontifici aſperſa.

Ferdinandus fœderatis malam gratiam reponit.

Cum itaque ad Romana littora applicuiſſent, & Ferdinandus Rex miſſo oratore Sixtum deprecaretur, vt claſſem contra Turcas dimitteret, & illi ſæuientem epidemiam, inopiam commeatuum, lapſum opportunum ſulcandi maris tempus, hyememque ingruentem prætexerent; Sixtus vero ad faciendos bellicos ſumptus argenteam ſupellectilem & ſacra vaſa conflare, nec non thyaram diſtinctam gemmis oppignerare paratus eſſet, re demum infecta ob aduerſam tempeſtatem, detrectantibus Liguribus nouæ expeditionis labores ſuſcipere, Ferdinandi Regis conſilia fracta ſunt vt refert Iacobus Volaterranus a, qui habitas ea de re concertationes accurate deſcribit a: *Capto Hydrunto pontificia claſſis abſceſſit; Ferdinandus qui Velonam, olim Apolloniam, Turcis eripere meditabatur Anellum oratorem miſit, qui a Pontifice flagitaret, vt eam redire ad bellum iuberet. Excuſauit legatus Paulus Fregoſus tit. S. Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis nauicularios lue laborare: tum inopia rerum, vt quadraginta quinque millia aureorum claſſi reficiendæ non ſufficerent; cumque remiſſius ageret Iulianus Stella Genuenſis, poſtulata venia, ita apud Pontificem perorauit.*

32 *Vt primum in conſpectum Hydrunti appulit claſſis tua, expoſitis in terra nonnullis noſtris regio filio imperatori exercitus operam, & ſtudium noſtrum obtulimus. Quam amanter illi ſint habiti ſciunt ipſi, & nos non vtique ignoramus: tamen officij, & fidei noſtræ memores mille & quingentos ſagittarios in terram expoſuimus, a quibus tali artificio ſagittæ in hoſtes emittebantur, vt quicumque partem aliquam corporis e muris proferret illico transfixus cadebat: tantuſque inde timor a noſtris Turcos inuaſerat, vt non modo erumpere, vt conſueuerant, ſed ne oſtendere quidem ſe aliquo in loco poſtea auſi ſint. Atque hoc non modo velim exiſtimes, quod toti orbi notum cupio, niſi hæc tua claſſis illuc acceſſiſſet, Hydruntum hoc anno nequaquam in ditiones Regis rediſſet: id fatentur ingenue, qui veritati non gratiæ ſeruiunt. Tibi ante alios debet Rex, pater ſancte, & Chriſtiana reſpublica, quod Genuenſes tuos illuc miſeris. Dicant, quod velint alij, loco moueri ſuo veritas non debet, nec poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: futura tempora de his iudicium dabunt: ſed nunc miſſa hæc facio. Audientes præterea imperatorem ipſum inſtructis aciebus muros aggredi, & omni conatu hoſtem inuadere, vt (ſi daret Deus) vrbe tunc potiretur, vbi eum acceſſimus, rogauimus primas partes vt nobis concederet, qui eius generis belli non eramus ignari, & quibus quotidie erant cum noſtris certamina: accedebat agilitas noſtrorum hominum, qui in montibus, & ſcopulis nati & educati ita muros vt ſcalas aſcendunt. Pollicebamur ei, pater ſancte, certam victoriam, & annuiſſet proculdubio Deus nobis, & petitionibus noſtris, ſi ille annuiſſet: ſed quod inuideret gloriæ tuæ, & noſtræ, vel auaritia ductus, quod in vrbis direptione primæ eſſent ſuæ non noſtræ copiæ, negauit id velle, cauſatus nonnulla parui momenti admodum: ſed voluit Deus, quod in intimis affectibus doluimus, & dolemus, quod in contrarium cuncta reciderent. Initium a ſuis prælium eſt ad muros, & magno impetu concurſum: tormenta a noſtris pluribus in locis emiſſa vno momento, & vires omnes exercitus in vnum adducta, valide hoſtes conatus omnis exercitus ſuſtinentes, & ipſi ex ſuperioribus tormenta emittunt tanto impetu & frequentia, vt noſtris pedem referre neceſſarium fuerit, ac tanta cædes in noſtros edita eſt, in eos præcipue, qui primas partes ſumpſerunt, vt miſerabile ſit non vidiſſe modo, ſed referre etiam, & audire*, & infra: *Sub conditionibus tandem paulo poſt cladem acceptam recuperata vrbecula eſt, vt audiſti, & opinor x. ſeptembris menſis; ſinguli cum ſingulis veſtibus, & ſignata pecunia abire permiſſi ſunt: cætera in poteſtatem ducis peruenere. Inſtrumenta bellica multa, & mira; tormentorum, quæ bombardas dicimus, capita ſeptingenta ibi inuenta ſunt, res certe æſtimationis maximæ, ſed quid ad Genuenſes tuos relatum, quid claſſi tuæ conceſſum, pater ſancte, nihil per immortalem Deum ne ſagittæ quidem vlla de nobis, vel potius de te habita ratio, tui præcipue, vt dixi, habenda ſunt gratiæ.* Alijſque interiectis.

Indignati ſunt nõ ſibi permiſſum in Hydruntin. muros aſſilire.

Quam male cõmiſſa ſit pugna a Ferd.

Sed poſterum hoc accipe beatiſſime Pontifex, idque vel malignitati, vel auaritiæ adſcribe, vt videtur. Laborabat claſſis tua annona, quæ tamen non in dies, ſed in horas ſubminiſtrari debeat a noſtris, petiuimus dari nobis ab imperatore mutuos aureos ducentos in paucos admodum dies, vt quouſque adueheretur annona pecunia nobis conſuleremus; il-

Obiecta auaritia in negando commeatu.

lud

ſed id non poſſe dixit. O impietatem omni tempore referendam! ſalutem ſibi, patriæ, & liberis, ac toti regno, ne dicam Italiæ, & Chriſtiano orbi exhibebamus cum vitæ diſcrimine, & nobis vnius, vel duorum dierum panis negatus eſt. Vnde quid ſpei in cæteris ponendum erat. Conſidera ergo, quo in eum animo ſimus omnes, & ſi qui ſit, vel eſſe poſſit redeundi deſiderium. In calamitate, & rerum ſuarum diſcrimine poſitus nos deſpexit, quid nunc agendum putamus, cui iam fortuna arridet, & Apuliæ toto etiam? Tandem deuictis hoſtibus triumphum Romano more apud Neapolitanos ſuos parari ſibi intelligo. Refert Anellus orator commoda Chriſtianis, & incommoda hoſtibus, plurima prouenire poſſe ſi redeamus: non video ego iam vrgente hyeme quæ poſſint commoda noſtris aut hoſtibus incommoda prouenire. Inſtat octobris menſis, iam dies tertius, parari neceſſaria paucis diebus non poſſunt. Et infra: Dicit, nempe Anellus Ferdinandi Rex, Velonæ expugnationem facilem fore: ego difficilem puto, & dierum multorum, imo opus exiſtimo. Mitto faciles portus qui opportuno tempore anni occupari non poſſunt: ſed arcis in montibus poſitæ natura loci, & humana ope munitæ, quis hoc anni tempore ſibi victoriam tam facile polliceri poteſt? Hydruntum ſolum ſit nobis exemplo, quod in terra, qua poſitum vix ſexto menſe, quo obſidere cæptum eſt, in regiam poteſtatem deuenit.

Propoſita difficultas expugnandæ Apolloniæ.

33. His omnibus nequaquam obſtantibus, inſtabat orator, de reditu cum Pontifice: iniquis illum conditionibus vrgens, ferocia eius verba magnifica magis quam vera non debere ſanctum opus impedire, & in hac præſenti occaſione omitti damnoſum eſſe toti orbi Chriſtiano, & ignominioſum valde: raro autem vno in ſæculo. Videri tot claſſes adeo inſtructas in bellum aduerſus Turcas: adeſt enim hæc tua, pater ſancte, triremibus quinque & viginti: a Genuenſibus naues quatuor magnæ: ab Hiſpanorum Rege Ferdinando naues itidem magnæ octo, & viginti, ac duodecim alia nauigia, quæ carauellas appellant: Luſitanorum vero Rege eiuſdem generis nauigia quatuor viginti, quæ tu beatiſſime pater, ſuperioribus diebus propriis oculis ſupra Tyberim autem perſpexiſti. Sunt & Regis mei naues decem magnæ, triremes triginta, & alia diuerſi generis nauigia decem. Quis vnquam noſtris temporibus tot ſimul vel audiuit, vel vidit? quis negat hanc occaſionem rei bene gerendæ omitti non debere? Propterea neſcio, quæ magis tumultuarie dicta, quam vere. Certe, pater ſancte, dolebimus aliquando fuiſſe hæc per negligentiam labi, & plorabimus plenis oculis nec proderit pænitentia vlla.

Quanta claſſis inſtructa foret in Turcas.

34. Sed clementiſſimus Pontifex cum videret ſibi vndique eſſe anguſtias, nec tamen vellet verbo ſuo aliquem contriſtari, ad oratorem conuerſus: Vera proculdubio recenſes, Anelle, ſpei plurimum ponendum eſſe in tam valida claſſe quis neget? ac raro tot & tantos conatus vident tempora noſtra, quamuis opportuna nauigationis tempus noſtris, ne dicam veſtris cunctationibus lapſum ſit: ſed quod ex conuentis, dilecte fili, nos vrges, nonnihil miramur; memores enim ſumus ad quæ tenemur ex fœdere, quæ nihilominus cuncta a nobis impleta ſunt hactenus: ac voluiſſet Deus ita nobis ſeruata promiſſa per alios fuiſſent, forte præſenti diſputatione opus non fuiſſet, quandoquidem Turci traiicere in Italiam auſi non eſſent: ſed hæc in præſentia miſſa faciemus. Fidei noſtræ, vt diximus, ſumus admodum memores, & cumulate ſatis omnibus ſatisfecimus: ſed ex parte alia, Anelle, impoſſibilium, vt eſt in ciuili lege, nulla eſt obligatio: Audiſti quas difficultates præfecti claſſis cum legato ſuo proponant: nam de cæteris videat dominus Deus, cordium ſcrutator & renum. Anni tempus eiuſmodi eſt, vt omnes videtis, pauci admodum dies idonei ad nauigationem: accedit peſtilentia morbus fere ineuitabilis, & præcipue nauigantibus, qui non habent, quo poſſint diuertere. His duabus difficultatibus, niſi Deus mederi non poteſt. Mitto pecuniam neceſſitatem, aureorum videlicet quadraginta millium, cuius etiam quid minimum in noſtra poteſtate non eſt: exhauſtum eſt ærarium noſtrum, vectigalia huius ſedis fere cuncta pignori data, & Eccleſiæ fideles filii ita emuncti tributis imperatis, vt ſæpe numero illis iam computiamur. Attamen ſi mederi poteſt primis difficultatibus, pecuniam ſubminiſtrabit de cælo Deus, qui nunquam non deſeruit fideliter pro ſua cauſa operantes. Eſt adhuc nobis mithra pontificia, eſt etiam argenti reliquum, quo noſtra quotidiana vtimur menſa: in opus Dei ſanctum cuncta conflabimus, damaſcenam mithram geſtabimus, ſi auream gemmatamque non habebimus, quæ minus etiam pondere nos grauabit, vitro vtemur: ſi aurea pocula in Dei miniſterium erunt conuerſa, fictilibus cœnare non dedignabimur, quod Pontifices Romani multi, & ſanctiſſimi patres turpe non putarunt. Reſpiciet nos poſtea de excelſo ſuo ſancto Pater omnipotens, & vicarium ſuum non ſinet inhonoratum in terris, quem tam fideliter communi Chriſtianorum cauſa ſubueniſſe conſpexerit, & vt poteſtate ſupremum eſſe voluit, ita ornamentis etiam ſuper cunctos excellere faciat; circumdabit colla noſtra torque pretioſiſſimi honoris, gloriæ, capiti noſtro imponetur diadema, quod non conflabitur ab igne, & pluuiali veſtiemur, quod non comedetur a tinea. Itaque, dilecte fili Apoſtolicæ ſedis legate, & pontificiæ claſſis præfecti, precamur vos, & oramus, per viſcera matris Domini rogamus, vt noſtras & regias preces audientes vtriuſque pium deſiderium impleatis: aderit nobis Deus, qui medicam manum ſuper ægrotantes imponet, non ſinet quemquam deinceps tangi peſtilentia, & fidelibus commilitonibus ſuis mare tranquillum faciet, & autumnum in æſtatem conuertet: nobis erit cura pecuniæ, ne quid ad belli neruos deficiat. Si quid autem, quod non credimus, acceptum vtrinque iniuriarum eſſet, id totum Deo condonetis, qui pro nobis pepercit crucifixoribus ſuis, & Eccleſia ſancta communis mater iubet pro inimicis, & perſequentibus exorare. Benedicat vos Deus, & corda veſtra molliat, & in verba oris noſtri humiliter. His dictis cum quieuiſſet Pontifex, legatus & præfecti, veniam precati, reſponderunt impoſſibile eſſe mutare ſententiam, quandoquidem eis impoſſibilia mandarentur; ſancta tamen ſuæ beatitudinis verba, & monita ad intima ipſorum corda penetraſſe, quæ nullo vnquam tempore obliuioni mandarent: ſicque aſſurrexerunt omnes, & conſeſſus dimiſſus eſt. At de his hactenus.

Sixti ad oratorem Neap. oratio.

Offert Sixtus mithram ditiſſimã pro ſtipẽdio militari. Et argenteam ſupellectilem vſurus fictilibus.

Legatus & cæteræ claſſis ſollicitati vt nauigent in Græciam.

Negant ligures aduerſo tempore bellum geri poſſe.

35 Ita confracta ſunt conſilia conficiendæ in Turcas expeditionis, dumque Chriſtiana religio in Græcia ſenſim aboletur ob ſchiſmaticorum ſcelera, ea auctore diuino Numine apud incognitas incultaſque gentes propagata eſt; ſubactæque a a Ferdinando Caſtellæ Rege plures Canariæ inſulæ, ac barbari ad humanitatem Chriſtique cultum traducti fuere. Cum autem Luſitani etiam earum inſularum imperium ſibi vendicarent, ne ex diſſenſione bellum oriretur, eaſdem inſulas cum Ferdinando & Elizabetha partitus

a Sur. l. 28. n. 39. Marinaus l. 19.

Canariæ inſulæ plures parte a Caſtellæ Rege.

eſt Alfonſus Rex ijs legibus, vt nunquam a Ferdinando eiuſue heredibus de Azoribus inſulis, nec de Guinea, ſiue Æthiopia occidua, nec Phutenſi regno ad Luſitanicum imperium a Saracenorum tyrannide reuocato lis Luſitanis inferretur qua de re publica acta his concepta verbis ſunt edita a.

Luſitani de ijs certant.

a Ext. apud Sixt. l. 60. pag. 30.

Concordia quibus legibus inita.

36 *Voluerunt præfati Rex & Regina Caſtellæ, Aragoniæ, & Siciliæ, & illis placuit, vt iſta pax ſit firma, & ſtabilis, & ſemper duratura, promiſerunt ex nunc & in futurum, quod nec per ſe, nec per alium ſecrete ſeu publice, nec per ſuos heredes, & ſucceſſores turbabunt, moleſtabunt, aut inquietabunt de facto, vel de iure in iudicio, vel extra iudicium dominos Regem, & principem Portugalliæ, nec Reges, qui in futurum in dicto regno Portugalliæ regnabunt, nec ſua regna ſuper poſſeſſione, & quaſi poſſeſſione, in qua ſunt, in omnibus commercijs terris, & permutationibus ſiue reſgatis Guinea cum ſuis mineris ſiue aurifodinis, & quibuſcumque alijs inſulis, littoribus, ſeu caſtris maris, terris detectis, ſeu detegendis, inuentis inſulis de Matera, de Portuſancto, & inſula deſerta, & omnibus inſulis dictis de los Açores, id eſt accipitrum, & in ſilues florum, & etiam in inſulis de Caboverder, id eſt promontorio viridi, & inſulis, quas nunc inuenit, & quibuſcumque inſulis, quæ deinceps inuenientur, aut acquirentur ab inſulis de Canaria vltra, & circa in conſpectu Guineæ, ita quod quidquid eſt inuentum, vel inuenietur, & acquiretur vltra in dictis terminis, id quod eſt inuentum, & detectum remaneat dictis Regi, & principi de Portugallia, & ſuis regnis, exceptis dumtaxat inſulis Canariæ, Lanzarata, Palma, Forteuentura, la Gomera, Hoſiero, Hagratioſa, Hagran, Canaria, Canariſe, & omnibus alijs inſulis de Canaria acquiſitis aut acquirendis, quæ remanent regnis Caſtellæ, & ita non turbabunt, nec moleſtabunt, nec inquietabunt quaſcumque perſonas, quoad dicta mercimonia, & contratas Guineæ, ac dictas terras, & littora, aut contratas inuentas, & inueniendas nomine, aut potentia, & manu dictorum dominorum Regis, & principis Portugalliæ*, nonnulliſque in eam ſententiam adiectis de Phutenſis regni iure additum eſt.

Inſulæ capitis viridis & Azores Luſitano permiſſæ. Cedunt Caſtellani iure detegendarum in poſterũ. Quæ inſulæ aſſerta Caſtellanis.

37 *Præterea Rex, & Regina Caſtellæ, & Legionis promiſerunt, & conceſſerunt modo ſupradicto pro ſe, & ſucceſſoribus, vt ſe non intromittant ad inquirendum, & intendendum aliquo modo in conqueſta regni de Fez, ſicuti ſe non intromiſerunt Reges anteceſſores ſui præteriti Caſtellæ; immo libenter dicti domini Rex, & principes Portugalliæ, & ſua regna, & ſui ſucceſſores poterunt proſequi dictam conqueſtam, &c.* Confirmatæ fuere a Sixto auctoritate apoſtolica hæ pactiones, necnon iura a Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. conceſſa Henrico principi, atque Eduardo, & Alfonſo Regibus inſtaurata fuere ampliſſimo diplomate, hac loci, & temporis nota conſignato, *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXI. XI. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* X.

Phutenſis regni conquiſtio permiſſa Luſitano.

Concordia confirmata a Sixto.

38 Non deſtitere cœptis egregijs Luſitani, ac nouas in dies incognitas oras, quæ euangelicæ legis expertes erant, patefecerunt; Alfonſus enim eo nomine V. Fernando Gomeſio munus impoſuit, vt ab vltimo detecto portu quingentas oræ maritimæ ad orientem meridiemque pertinentis leucas luſtraret; itaque ita nautæ Luſitani longius prætervecti ad Manicongi regnum peruenerunt. Nauigationes Raphael Volaterranus ex Cardinalis Vliſſiponenſis a ore exceptas hiſtoriæ mandauit his verbis: *Viſum, inquit, mihi ea loca commemorare, quæ Luſitanorum inclyti Reges in Heſperio mari ad Æthiopas Heſperios pertinentia, poſtremo in indico reperta adſecuti ſunt, quemadmodum mihi pater ampliſsimus Cardinalis Vlyſſiponenſis, qui Regibus familiariſsimus fuit, retulit ſcripſoque tradidit.* Interiectis nonnullis de Fortunatis inſulis, & alijs capitis viridis, nec non littore Æthiopiæ occiduæ inuento ſubijcit: *Poſtremo vaſto in pelago nauigantes contigere ciuitatem, quam Manigongum nominant, vallo pro mœnibus circumdatam, quæ viros ad centum millia procreat. Huic Rex præſidet, qui aduenientes Luſitanos comiter inuitauit: ſeptemque atris ex eo loco viris donauit, qui ſeſe coram honoris gratia ſponte interemere, quorum capita deinde cæſa iuſſu Regis, reſpuentibus Luſitanis, oppidani depaſti ſunt. Veſcentem Regem magna miniſtrorum mulierumque tum canentium atque ſaltantium multitudo circumſiſtebat, ſpectaculo etiam multis millibus conuenientibus. Mos etiam illis extinctum Regem chariores vna omnes miniſtros morte ſibi conſcita conſequi putantes hoc amoris, & meriti gratiam. Has igitur omnes Gymnea terras appellant, quod nudi forte ex magna temporis parte in eis agant.* Ab vrbe principe, cui Genne nomen eſt, Guineæ nomen potius deductum vult Maffeius, qui de Alfonſi V. in patefaciendis Africæ meridionalibus regionibus proſperis ſucceſſibus hæc refert b: *Alfonſus V. vt primum regni potens fuit (nam Eduardus pater ei mature deceſſerat, fuitque ſub tutoribus ad ſeptimum vſque decimum ætatis annum) quamquam finitimis, & domeſticis implicitus bellis, in eandem tamen laudem acerrime incubuit, perque ſtrenuos duces, & gubernatores ab Leonis monte ad Aſinarium (quod recentiores viride caput vocarunt) atque inde vſque ad D. Catharinæ promontorium (is locus eſt vltra æquatorem gradus parteſue duas, & ſemis, hoc eſt leucas circiter duas, & quadraginta) crucis trophæum, & arma Luſitanica protulit. Multæ etiam inſulæ per idem tempus inuentæ, quas commemorare hoc loco non eſt operæ pretium, & commercia varijs cum nationibus inſtituta, ſed cum Æthiopibus præcipue occiduis, quam regionem hodie Guineam vulgus appellat, ducto nomine ab vrbe celeberrima Genne, ad quam ingenti fluuio Zanagæ impoſitam loci opportunitate illecti, olim negotiatores vndique confluebant: patet autem Guinea latiſsime, & quamquam zonæ mediæ ferme ſubiecta flagrantiſsimo ſole torretur, non tamen idcirco (vt falſo priſci putarunt ab incolis eſt deſerta, quinimmo plurimos numerat populos, e quibus maritimi piſce, mediterranei, partim lacertis, & immundis animalibus, partim vbi cælum ſinit nonnullis frugibus & lacte veſcuntur, mutantque ſubinde loca non per vicos, aut oppida, ſed per familias vbique diſperſi, eæque familiæ ſæpe inter ſe propter inopiam de aquatione, & paſtione decertant: infœlix genus hominum, ac ſeruituti natum, & cum alijs nominibus, tum vnius veri Dei præſertim ignoratione miſerandum.*

Luſitani ad regnum Manicongi perueniunt.

a In Barros dec. 1. Aſiæ l. 3. Raphael Vola. l. 12.

De Manicongi regno.

Guinea vnde dicta.

b Maffeius hiſt. rer. indic. l. 1.

Æthiopia eſt occidua.

Zona torrida non deſerta.

39 Obijt porro hoc anno Alfonſus Luſitaniæ Rex virtutibus principe dignis ornatiſſimus, quem ad ſubmittendas in Turcas victrices claſſes paratiſſimum vidimus, de quo hæc habet Iacobus Volaterranus: *Mortuus eſt Alfonſus ætatis ſuæ anno quinquageſimo ſecundo die* XXVIII. *auguſti apud Sintram oppidum Vlixponenſis diœceſis eo ipſo die, quo claſsis ſua per amnem Tyberim trahebatur.* Præter naualem exercitum, de quo paulo ante memorauimus, etiam aliquas naues ad ferendam

Alph. Regis Luſit. mors.

Rho-

Digitized by Google

Rhodijs opem miſit, quas duæ triremes Ibleti Fliſci oppugnarunt; ſed non impune latum ſacinus, altera enim capta, altera in fugam verſa a. Summæ illi datur laudi auxiſſe rem Chriſtianam in occidua Æthiopia, cui Guineæ nomen inditum, vt referunt b auctores, qui de regione illa tunc recens detecta ſcripſere. Prouexiſſe etiam ipſum literarum ſtudia ferunt, inque regijs ædibus inſignem bibliothecam condidiſſe, denique in redimendis captiuis tanta liberalitatis laude floruiſſe, vt redemptoris captiuorum cognomen retulerit. Perlata eius mortis fama Luſitana claſſis, quæ ex viginti tribus nauibus in Italiæ ſubſidium præfecto Garſia Elborenſi antiſtite regio ſanguine procreato conflata erat, Luſitaniam repetijt, noui Regis mandata acceptura. Succeſſit in paternum regnum Ioannes virtutum ornamentis excultiſſimus, de quo hæc tradit Iacobus Volaterranus c: *Succeſſit ei, nimirum Alfonſo, Ioannes maior natu filius nouem & viginti annos natus, quinto poſt patris obitum die, in ipſa Vlyſſiponenſi vrbe communi ſuorum lætitia ſceptra, & inſignia regni ſuſcipiens.*

a Volat. l. 3 m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111.

Auctum eſt ab eo Chriſtianum imperium.

b Io. Barros in Aſia dec. 1. l. 2. Ant. Vaſconcel. in Alfonſ. V.

Ioannes filius illi ſuccedit.

c Volat. l. 3 m. ſ. arch. Vati. ſign. n. 111.

40 Amplificatam admodum ſub Ioannis II. Regis auſpicijs rem Chriſtianam in Æthiopia occidua, necnon inuentam pixidem nauticam ad ſulcãdum certo duce Oceanum narrat Maffeius d, additque: Iacobi Cani virtute ſuperiores metas Alfonſi Regis auſpicijs ſuperatas fuiſſe, penetratumque ad ingens flumen, cui Zaires nomen eſt, quod e Nili fontibus originem trahit, munitumque euangelio latius circumferendo apud Æthiopas iter. Cæterum antequam circumducta Africa ad orientales Æthiopas ſiue Abyſſinos peruenirent Luſitani, excepta eſt hoc anno Romæ a Sixto Æthiopum legatio pro inſtauranda vetere cum Romana eccleſia coniunctione, vt refert in diarijs Volaterranus.

d Maff. l. 1.

41 *India Regis*, ita loquitur auctor veteri more eorum, qui Preſtoiannem in India collocabant. *oratores per hos dies vrbem ingreſſi ſunt habitu, & pallio toti orbi ob nouitatem conſpicuo. Eis comes erat Ioannes Baptiſta Imolenſis magnæ paulo ante apud Pontificem, & comitem auctoritate, nunc nulla. Hos ego non ab eorum Rege deſtinatos audio, ſed ab ipſius ſecretario viro primario regni illius, cui deſiderium eſt fœdus, & amicitiam inire cum Pontifice; & ritibus Latinorum Chriſtianorum; at veri Chriſtiani tamen ſunt quibus Rex ille imperitat, quem nos Preſtoiannem vulgo dicimus, ſed eorum ritus a noſtris admodum differunt. Id fuit præcipuum petitionum ſuarum, vt cum eis Latina legis, & linguæ epiſcopus mitteretur, qui & ſacra noſtra illis oſtenderet, & Chriſtianam doctrinam in eorum terris ſeminaret. Non inuentus eſt, qui ſe illis voluerit credere: tamen religioſe admoniti ſunt Pontificis nomine: illis quoque ſpes data petitionum ſuarum. Quouſque autem Romæ fuerunt Pontificis liberalitate ſunt aliti, & donati muneribus quibuſdam: actis quoque publicis honorati; pluries etiam per interpretem ab eodem pie, & amanter auditi.*

42 Hoc anno Sixtus ſanctorum martyrum cultum honoremque decreuit minoritis quinque, qui anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo, Honorij III. anno IV. XVI. kal. februarij Marrochij a tyranno Mahometano, quem euangelij luce colluſtrare annitebantur, trucidati fuerant e, pluribuſque editis miraculis poſt mortem effulſerant: quorum ſacra pignora Conimbricam delata, magnaque religione culta a fidelibus, qui eorum precibus ingentia beneficia retulerunt. Inſigne illud eſt, quod decimoquinto ante anno apud Ioannẽ Bollandum ex Marco Vlyſſiponenſi narratur; *Anno MCCCCLXXVI. XVI. Ianuarij cum eſſet Conimbricenſis epiſcopus in ſanctorum ſacello, confluxit eo vis ingens hominum ad vota ſoluenda, orantque complures ſanandi. Sciſcitatur epiſcopus, qua quemque cauſa ad vota, & illum ſupplicandi ritum impuliſſet; alij ſe hernia, alij ſurditate, aliaue infirmitate ſimul, ac ſe eiuſmodi peregrinationis voto obſtrinxerant, liberatos prædicabant. Adſtabat epiſcopi nepos annos vndecim natus, ita moleſta conflictatus hernia, vt negarent medici arte vlla curari poſſe. Hunc iubet antiſtes in ſacrarium ſecedere, poſitiſque veſtibus cæterorum ritu nudum ſupplicare martyribus. Paruit adoleſcens: ipſe quoque cum adſtantibus preces dedit epiſcopus. Dum ergo nudus, fixis humi genibus manu cereum geſtans precatur ſanctos (mira res!) ita ſanus continuo euaſit, ac ſi nihil vnquam paſſus eſſet aduerſi: antiſtes gaudio exiliens, & qui ſpectare vellent ſint teſtes miraculi fieri, & Deo ſanctiſque martyribus gratias egit.* Referuntur plura alia miracula eorundem ſanctorum martyrum precibus a Deo patrata, quibus permotus Sixtus hanc ſanctionem a edidit.

Martyres Marrochitani in ſanctorum albo repoſiti.

e Sur. to. 1. die 16 ianuar. Boll. tom. 2 16. ian.

Conimbricæ pluſa edita miracula.

Nepos epiſcopi Coimb. Sanctorũ Martyrũ ope liberatus.

a Ext. autograph in archiu. S. Mariæ de Araceli.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis fratribus ordinis Minorum dilectis filijs vbicumque morantibus, ſeu moraturis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

43 Cum alias animo reuolueremus merita beatorum martyrum Berardi, Petri, Othonis, Accurſij, & Adiuti, qui ex ordine fratrum minorum, ſub quo & nos coaluimus, fuerunt, qui poſt multa tormenta ſub Rege Marochiorum, pro Chriſto mortem ſubierunt, & martyrij palmam glorioſe promerentes plurimis miraculis in ipſa morte & poſt claruerunt, ex quo incenſus B. Antonius de Padua ex ordine canonicorum regularium, in quo tunc erat, ad ordinem ipſum fratrum Minorum ſe legitur tranſtuliſſe, conceſſimus ex auctoritate apoſtolica & benignitate viuæ vocis oraculo, vt fratres prædicti ordinis Minorum poſſint publice & ſolemniter celebrare in ſuis eccleſijs miſſam & horarum officium de ſupra memoratis ſanctis martyribus. Verum cum frequenter aduerſarius humani generis nitatur bona & ſancta opera perturbare, ne tam diuinum & pium opus poſſit aliquis in poſterum impedire tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia auctoritate apoſtolica concedimus, quod prædicti fratres minores vbique ſolemniter & publice officium plurimorum martyrum pro ipſis Berardo Petro, Accurſio, Adiuto, & Othone, ſub officio duplici maiore, ac etiam XVI. ianuarij, qua die ab hoc ſæculo per martyrium deceſſerunt, ac cum ſana & ſerena conſcientia dicere ac celebrare poſſint, inhibentes præfata apoſtolica auctoritate, ne quis huic noſtræ conceſſioni audeat ſe opponere, non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumque &c. *Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die VII. auguſti anno Domini MCCCCLXXXI. pontificatus noſtri anno X.*

Decretũ Sixti vt ipſi Martyres officio eccleſiaſtico colantur.

Digitized by Google

IESV CHRISTI

Annus 1482.

Sixti PP. IV. Annus 12. Friderici III. Imperat. Annus 43.

Obortũ inter Sixtũ & Ferd. bellum.

1 ANno excurrentis ſæculi octuageſimo ſecundo indictione decimaquinta Sixtum Pontificem vrbemque ipſam, ac totam fere Romanæ eccleſiæ ditionem in ſummas anguſtias adduxere Ferdinandus Rex Neapolitanus beneficiorum ab Apoſtolica ſede, cuius vectigalis erat, acceptorum immemor, eiuſque filius Alfonſus Calabriæ dux occaſione diſſenſionis Venetos inter & Herculem Ferrariæ ducem ob Rhodiginum agrum ortæ: Ferdinandus enim Herculi genero, cui Elionoram filiam matrimonio iunxerat, laturus ſuppetias præmiſit Alfonſum filium quatuor millibus militum ſuccinctum, quem Sixtus, (qui animaduerſa Ferdinandi in ſedem Apoſtolicam perfidia fœdus cum Venetis pepigerat) aditu in pontificiam ditionem prohibuit: tum vt ducem Ferrarienſem eccleſiaſtici imperij beneficiarium, qui contra ſedem Apoſtolicam Florentinis antea ſubſidio adfuerat, iuſta pœna percelleret. Offenderunt quoque Pontificem recentæ ab Ferdinando Turcarum cohortes, quæ Hydrunto capto in noſtrorum poteſtatem venerant, vt eas aduerſus Chriſti cultores immitteret, nouumque ab ipſo cum Florentinis Romanæ eccleſiæ hoſtibus ſancitum fœdus: nec modo vectigal eidem eccleſiæ debitum non penſum, ſed pontificium etiam in regno Neapolitano ius labefactatum.

Alfonſo aditu in pontificiam ditionem prohibitus.

Agitatũ de pace.

2 Mollire iuſtas Sixti iras velle præ ſe tulit Ferdinandus, miſſiſque ſuis & fœderatorum, videlicet Mediolanenſium, Florentinorum, ac Ferrarienſium oratoribus pacem cum eo conficere, vel ipſum a Venetorum ſocietate dimouere niſus eſt, illos vero diu apud Pontificem moratos refert Iacobus Maffeus Volaterranus a: cumque nihil proficere potuiſſent, communi conſilio eadem die, & hora rebus deſperatis vrbe abijſſe. Verum regios adminiſtros eam cauſam obtendiſſe, vt culpæ omnis inuidia in Pontificem verteretur, inde colligitur, quod iam ante Ferdinandus in Sixtum coniuraſſet, iamque ſuperiori menſe Columnenſes omnes, exceptis ijs, qui Præneſtinam toparchiam tenebant, ac Sabellæ ſtirpis proceres ſubornatos in ſuas partes perduellionemque pellexiſſet, narrat idem auctor: *Hoc*, inquit, *tempore*, nimirum menſe aprili, *Columnenſes omnes præter eos, qui Præneſte dominantur, & Sabelli communi conſilio relictis Pontificis partibus, qui cum Venetis ſentiebant, Neapolitano Regi adhæſerunt, cui Mediolanenſes, Florentini, Ferrarienſes iuncta ſunt fœdera, ac paulo poſt intra Marinum oppidum vrbi propinquum, & alia ditionis ſuæ loca regium præſidium receperunt: poſt etiam ducem Calabrorum Alfonſum intra ſuum dominatum vocauerunt. Defectio hæc initio celabatur, & propterea a pleriſque non credita, tamen nonnulli ex patribus diſſidium formidantes, quod maximi incendij fomentum eſſe videbant, Marinum & Genatianum quoque ſe contulerunt, vt Columnenſes a ſententia dimouerent, & Pontifici reconciliarent, tandem ſemper infectis rebus Romam redierunt*, paucique interiectis hæc habet ad diem ſecundam iunij.

a Volater. l. 3. m.ſ. arch Vat. ſign. n. 49. & 111.

Subornati a Ferd. clientes pontificij

Columnenſes & Sabelli rebellant Sixto.

Vrſini tuentur partes pōtificias

3 Comes, nempe Hieronymus, *& Vrſini, quorum magna nunc eſt auctoritas, & poteſtas, de Columnenſibus, & Sabellis in ſenatu conqueruntur, vereri ſe dicunt ne malum omne a capitibus eorum proueniat, Sabellum & Columnenſem Cardinales in ſenatu præſentes verbis deſignantes. Ij autem vel pertinacia, vel innocentia moti magno animo ſe purgare conantur, gentilium ſuorum errorem potius reprehendentes, quam illos excuſantes; & contra illi culpam omnem in eos reijciunt; ſicque magnis contentionibus ſenatus protrahitur quaſi ad vltimam diei horam. Tandem nouo exemplo placuit Pontifici ad euitandum maius malum, quod imminere videbatur, vt duo ij Cardinales quaſi obſides in pontificia poteſtate remanerent, et cum his etiam Marianus Sabelli Germanus frater: quamuis vulgatum fuerit ad id eos etiam ſe obtuliſſe.*

Columna & Sabellus Cardinales vt obſides detenti a Sixto.

4 Addit recurrente ſacro inſtitutæ a Chriſto Euchariſtiæ die, qui in quintam iunij eo anno incidit, Calabriæ ducem Alfonſum in ditionem Columnenſium vrbi propinquam veniſſe, atque in cliuo Marini oppidi, qui Romam ſpectat, caſtra poſuiſſe: tum duodecima iunij ad veteres aquæductus duxiſſe exercitum, ſed Romanis obuiam venientibus receſſiſſe. Hæc fuere infidi Regis in ſedem Apoſtolicam officia, a qua ſceptrum indignus acceperat, & contra Turcicam tyrannidem tectus fuerat. Tum adulto iunio Nicolaus Vitellius Tifernas pluribus ante annis in exilium pulſus cohortium præſidio munitus facta cum ſuæ factionis hominibus coniuratione Tifernum occupauit, arciumque cuſtodes ad proditionem auro pellexit. Hunc nouum motum fœderatos de induſtria excitaſſe, refert Iacobus Volaterranus, ne Venetæ copiæ pontificijs iungerentur; ſed præter expectationem contrarium accidiſſe, euaſtato enim Tifernate agro Robertum Malateſtam Sigiſmundum Ariminenſis filium militia clarum, & Tolentinatem, duces in vrbem excitos, vt Romanam rem in periculum a Calabro adductam tuerentur. Medio iulio aliquot pontificiarum vrbium defectiones ſecutæ ſunt; Beneuentum enim in Ferdinandi partes conceſſit; expugnata etiam Lauinia; Romanus ager excurſionibus hoſtilibus vaſtatus; tum mari intercluſi ſunt ijs commeatus immiſſa ad Oſtiam ſeptendecim triremium & nauium duarum claſſe a Ferdinando Rege. Ioannes a Galeatius Mediolanenſium dux ac Florentini hoſti ſe coniunxerunt, ac fideles aditu ad ſedem Apoſtolicam prohibuere; qui cum anathemate iure percelli poſſent ex edicto, quod ſacra cœnæ dominicæ die recurrente promulgari conſueuit, Pontifex tamen illos paternis monitis blande ad ſaniora ſuſcipienda conſilia pellicere maluit b: Tum Gallorum Regem orauit c, vt regiam auctoritatem apud Mediolanenſem ad dandos aditus liberos adhiberet, cui demum x. decembris de re impetrata actæ gratiæ.

Ad Marinũ defixa a Ferd. caſtra.

Ferdinandi inſignis perfidia in eccleſiā.

Tifernũ a Vitellio occupatū

Veneti auxilia Sixto ſubmittunt.

Claſſis Neapol. ad oſtia Tyberina immiſſa.

a Steph. Inffſſ.

b Bern. Corius hiſt. Mediol. par. 6.

c Sixt. lib. breu. pag. 80.

d Ibid. pag. 79.

e Ibid. pag 237.

5 At Genuenſes in hoc bello pontificiam fidem ſecuti ad reprimendas Ferdinandi maritimas excurſiones claſſem adornare conſtituerunt, quorum libertatis dignitatiſque aſſertorem ſe futurum Sixtus hiſce literis pollicitus eſt d: *Nos vna cum inclyto Venetiarum dominio vobis nequaquam defuturi ſumus iuxta fœderis noſtri conuentiones; quin omnibus viribus noſtris conſeruationi libertatis veſtræ conſulemus, futurum enim confidimus, Deo auxiliante, vt & virtute veſtra & mutuo præſidio nihil hoſtile timere poſſitis, atque ea de cauſa commendamus eam demonſtrationem inſtruendæ claſſis, quam ſcribitis. Dat. die* XXVII. *octobris* MCCCCLXXXII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Genuenſes claſſē pro Pont. parant.

pag. 156.

e Lib. breu.

Actæ illis gratiæ

Cæte-

Prophanata a militibus eccleſia Lateran.

a Infiſſ. vbi ſup.

Cæterum inſultãte portis vrbis Calabro Roma militibus completa eſt, atque ad Lateranenſem baſilicam caſtra defixa ſunt eumque ſacræ ab illis ædes prophanarentur, ac ſuper capſas ſacris reliquijs refertas luderetur, cœleſtis iræ ſigna in eoſdem oſtenſa refert Stephanus Infiſſura a: *Tertia decima*, inquit, *die iulij in die dominica hora miſſarum non ſuis paſſus Deus omnipotens, beatuſque Ioannes Baptiſta, & Euangeliſta, ac Apoſtoli protectores vrbis Petrus & Paulus, & alij ſancti, quorum corpora in eccleſia Lateranenſi requieſcunt, ſcelera & vitam militarem agitari in dicta eccleſia Lateranenſi, voluitque Deus omnipotens oſtendere ſe cuncta videre; nam dicta hora ſignum cæleſte oſtendit; ortuſque fuit ventus repentinus, & aer turbatus eſt valde; & adeo impetuoſa tempeſtas orta eſt, vt vix dici poſſet arbores quidem vinearum concuſſæ ad terram vſque, ac inclinatæ ſunt: demum ignis quidam exortus eſt apud tentoria exiſtentia apud S. Ioannem, & portam aſinariam, arſiſque tentoria omnia, & loca militum vna cum eorum bonis; & equis, & aliquos ex his ibi infirmos exiſtentes, extenditque ſe dictus ignis de loco ad locum vſque ad illos, qui in Merulana via, & prope eccleſiam S. Matthæi morabantur, tantumque incommodum illis intulit; vt communi omnium exiſtimatione ad ſex millia ducatorum; & vltra damnum aſcendiſſe fertur de eo, quod æſtimari poterat. Eadem hora Terracina ciuitas ab hominibus Regis Ferdinandi capta eſt, excepta arce.* Ac hæc quoque paulo poſt præfecto corrupto auro in hoſtis poteſtatem redacta fuit.

Diuinæ vindictæ ſigna cœlitus data

Ignis per tentoria graſſatus

Immiſſus in regnũ Neapol. exercitus

6 Inclinatis pontificijs rebus, Veneti ad Ferdinandum bello diſtrahendum claſſem nauigiorum centum impoſitis octingentis equitibus Illyricis; præfecto Iordano, in littoreas Aprutij & Apuliæ oras immiſere, factaque excurſione, & mira equorum velocitate longis ſpatijs emenſis obuia quæque ferro & flamma vaſtarunt: tum portum S. Viti, Piſcariæ arcem, nonnullaque alia loca occuparunt. Exercitum etiam terreſtrem ſubſidiarium; cui Robertus Malateſta præerat, ad Pontificem miſere, qui ſacro aſſumptæ Virgini die vrbem ingreſſus eſt. Paucis poſt diebus facta ex vrbe eruptio, atque inſignis victoria de hoſte reportata, de qua hæc tradit Iacobus Volaterranus b: *Congreſſus copiarum Eccleſiæ, & Calabri die XXI. auguſti menſis campo, quem mortuum dicunt, ad B. Petri baſilicam pertinente prope veliteas oppidum, in quo profligatus eſt Calabri exercitus, ipſe fugam arripuit, plerique ex ſuis capti Romam poſt duos dies ducti ſunt. Enituit in eo bello Roberti Malateſtæ ducis exercitus virtus, quem dicunt opera imperatoris, & militis ſtrenue vſum eſſe, pugnatum acriter ab hora XVI. diei vſque ad XXIII. Marinum oppidum Columnenſium, & nonnulla alia oppida a Columnenſibus, & Calabro Pontifici ſe dedunt, ſeque ad Eccleſiæ partes conuertunt.* Deſcribit luſius hanc victoriam Stephanus Infiſſura c, ac ſingulas circumſtantias accurate recenſet obſoletiore ac minus terſo ſtylo, ex quo præcipua capita repetemus.

Auxiliaris exercitus in vrbẽ admiſſus.

Profligatæ Ferdinandi copiæ.

b Vola. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 49. & 111.

Alphonſus in fugam auerſus.

Oppida Columnẽſium in deditionem accepta.

c Infiſſ. m. ſ. Vat. ſign. n. 111. & alind m. ſ. arch Vat. ſign. eod. n. Surit. l. 20

7 Refert ergo decima quinta die auguſti egreſſum vrbe eccleſiaſticum exercitum cum auxiliari Veneto egregie inſtructum duce Roberto Ariminenſi ad propulſandum hoſtem, qui in Velitrenſi agro inſederat, atque in loco munito arte, ac natura, cui S. Petri in forma nomen eſt, caſtra fixerat, diſpoſitis ingentibus tormentis bellicis ad ſubmouendos pontificios: habita vero colloquia fuiſſe inter Alfonſum ducem Calabriæ & Robertum de vniuerſali pugna conferenda, condictamque diem fuiſſe, ſed cum Iacobus de Comitibus cum nouis copijs ſuppetias Roberto laturus acceſſiſſet, Alfonſum animo conſternatum in munitiorem locum ſe ſubduxiſſe, quem pontificij inſecuti ſunt: diſploſis vero ab hoſte tormentis bellicis plures ferreis globis miſere diſcerptos fuiſſe.

Adductus in diſcrimen exercitus pontificius.

8 Adductus erat in extremum diſcrimen eccleſiaſticus exercitus, cum cælum tulit opem, addit enim auctor crebro imbre effuſo puluerem tormentarium madefactum adhibitum ab hoſtibus ignem concipere non potuiſſe, atque ita pontificios milites in caſtra inimica irrupiſſe, atque tum Alfonſum veritum, ne ab ijs circumfunderetur, fuga Terracinam verſus ſe proripuiſſe, cum ſuis dediſſet imperia, vt prælij molem ſuſtinerent. Tenuit pugna horas ſex: direpta ſunt a victore omnia illius impedimenta, & capta tormenta bellica: ingens deditiorum numerus fuit; qui in vincula abducti fuere: cuius victoriæ fama Romam perlata vigeſima ſecunda auguſti die feſti ignes publice accenſi ſunt, & actæ Deo gratiæ, ac poſtridie caſtrum Marini deditionem fecit.

Diuina ope parta victoria.

9 De hac victoria Pontifex Fridericum Imperatorem certiorem fecit a, vt ipſe inique petitus bello fuiſſet a Ferdinando, demumque vim vi repuliſſet: tum diuini Numinis allato teſtimonio profeſſus eſt, nihil ſe antiquius, quam pacem habuiſſe, ac laceſſitum inuitumque imperaſſe arma nullam aliam ob cauſam, niſi vt dignitatem ſedis Apoſtolicæ tueretur.

a Lib. breu. an. 12 pag. 1.

Profitetur victor Sixtus ſe pacem exambire

Imperatori.

Nouit Deus, qui eſt cordium omnium ſcrutator, nihil nos magis appetijſſe, quam pacem, quam Chriſtianorum omnium vnitatem, quo fidelium populorum ſaluti perpetuo conſuleretur. Ad hoc ſtudia noſtra, curas, cogitatus, facultates libenter contulimus: & ſi quando aliquorum iniuria ab hoc ſanctiſſimo opere nos retraxit, laceſſitoſque coegit arma ſuſcipere, inuiti quidem, nec niſi pro conſeruando Apoſtolicæ ſedis honore ea ſuſcepimus, pro qua & facultates, & vitam ipſam effundere debemus in officio paſtorali, prout decet, volumus ſatisfacere. Erant in Ferdinandum Regem ea ex nobis beneficia, is amor, ea charitas, ipſius autem erga nos, & Romanam eccleſiam ea obligatio tum promiſſionis, tum inueſtituræ, vt præſidium potius ab eo ſperare, quam iniuriam timere deberemus. Quid enim nos bello inuadi conueniebat, ſi Veneti ad mutuam ſtatuum defenſionem nobiſcum coniuncti cum Ferrarienſi principe de finibus contendebant, quibus nullum ſubminiſtrauimus ſubſidium? Verum cum nihilominus res in ſuſpicionem belli verteretur, ne vis in nos tentaretur, atque ideo ad propulſandam vim comparatus a nobis eſſet exercitus, neminem quidem offenſurus, niſi prius laceſſeretur, inuaſit nos de improuiſo Rex miſſo cum magna militum manu primogenito, recepti in protectionem rebelles noſtri, eorum oppida, quæ vrbi imminerent, & ad excurſiones in agrum Romanum faciendas accommoda eſſent aduerſus nos munita, ſolicitati ad defectionem populi Romani magiſtratus, caſtra ante vrbem poſita, prædæ quotidie abactæ, Tifernum Terracinaque inſignes Romanæ eccleſiæ ciuitates interceptæ, littora noſtra numeroſa claſſe aſſidue infeſtata, & (quod damnabilius eſt) Turcorum gens immaniſſima communis Chriſtiani nomi-

De ea re ad Cæſarem lit.

Vt belli culpa a Ferdinando ſuſcepta ſit.

Inuaſa ſit ab eodẽ ditio eccleſiaſt.

Digitized by Google

nominis hoſtis, a cuius feritate Regem ipſum ſuperiore anno ſumptibus noſtris liberauimus, contra nos armata.

Propulſatus demũ a ſuis impius exercitus.

Tolerauimus hæc, quouſque placuit Altiſſimo iuſtitiam noſtram omnibus notam facere, qui ſperantes in ſe non deſerit, qui fluctuantem olim Petri nauiculam perire non patitur, & Eccleſiam ſuam ſanctam opprimere conantes erroris ſui admonet. Siquidem collectis tandem in vnum tum noſtris tum aliorum præſidijs, qui eximia ſunt in Apoſtolicam ſedem pietate, collatiſque cum hoſte ſignis, tantus fuit militibus noſtris pugnandi ardor, tanta animorum alacritas, & inuicta ducum virtus, vt vno prælio fuſus fugatuſque ſit hoſtilis exercitus, captique fere omnes exercitus principes cum vexillis, & magna militum multitudine, ſicuti ex inſerto literarum exemplo diffuſius videre poteris. Quæ ideo tibi ſignificare voluimus, non vt exiſtimes electione gloriæ ax re bene geſta nos moueri, inuiti enim ad hoc deſcendimus, & Deus iis ignoſcat, qui effundendi ſanguinis Chriſtiani cauſam dederunt. Verum vt intelligas cauſæ noſtræ iuſtitiam, quam diuina maieſtas auxilio ſuo proſequi dignata eſt, a qua inſignem hanc victoriam, & liberationem Eccleſiæ a perſequentibus eam recognoſcimus, perſuadeaſque tibi nos ad vnitatem Chriſtianorum principum, & ad ſalutem dominici gregis aduerſus communem fidei hoſtem ex priſco deſiderio noſtro ita eſſe intentos, vt nihil ſit, quod magis exoptemus, hortantes maieſtatem tuam, vt ad hoc ſanctiſſimum, & neceſſarium opus, quod diu deſiderauimus, non ſolum promptum ſeſe velit exhibere, ſed etiam nobis, & Apoſtolicæ ſedi, cuius protector exiſtis, adeſſe aduerſus eius inimicos, & rebelles, qui in cauſa ſunt, ne tam ſalutaris prouincia ad optatum finem perducatur. *Dat. Romæ, &c.* XXV. *augusti* MCCCCLXXXII. *pontificatus noſtri anno* XII. Conceptas a iiſdem ferme verbis literas ad alios Chriſtiani orbis Reges ac principes dedit, ad illuſtrandam ſuæ cauſæ æquitatem Sixtus.

Rogatus Cæſar vt concordiæ agat interpretem.

a Regeſt. eand. p.

10 At contra Ferdinandus Neapolitanus varijs fucis, & conquiſitis coloribus perfidiam ſuam ſubornare nitebatur, miſſiſque oratoribus iuſuſurrabat Luſitano Regi iuſtis de cauſis Pontifici illatum bellum, cuius dolos confutauit Sixtus, miſsis ad epiſcopum Elborenſem, qui ſuperiori anno pontificio rogatu Luſitanam claſſem ad pellendos Italia Turcas adduxerat, literis b.

Ferdinandus perfidiam ſubornare niſus.

b Ibid. pag. 115.

Quod vero attinet ad Robertum Malateſtam, quo duce hoſtis profligatus fuerat, eius laureæ breui in funereas cupreſſos verſæ, illæque triumphales laudes in titulum ſepulchri abierunt; cum enim reuerſus Romam magnificentiſsime a Sixto fuiſſet exceptus cultuſque, paulo poſt ex caſtrenſi labore, & æſtu pugnæ correptus febre obijt, cuius funeri ingentem a Pontifice honorem habitum refert Stephanus Infiſſura c, & equeſtrem ſtatuam marmoream eius ſepulchro impoſitam, cui ſubiectam hanc inſcriptionem refert Sabellicus d: *Veni vidi vici, lauream Pontifici retuli, mors ſecundis rebus inuidit*; quæ in e funereis inſignibus exarata fuerat. Ornat ipſum Iacobus Maffeus Volaterranus f hoc elogio: *Id nemini*, inquit, *dubium eſſe poteſt, quin terrorem maximum a ceruicibus noſtris depulerit: inſtabat quotidie Calaber portis vrbis, & tanquam nouus Hannibal plurics & Romanos, & curiales non parum formidare coegerat*. Cum ita Robertus meritis præmijs defuiſſet, Sixtus eius filios illegitimo thoro procreatos iuſtorum natalium dignitate ornauit a, atque Venetis & Ariminenſibus conceptum ex eiuſdem morte dolorem ſignificauit. Contuliſſe Sixtum illi morituro extremæ vnctionis ſacramentum, atque vna cum Cardinalibus defuncto funebria ſacra peregiſſe, narrat vetus ciuis Romani m. s. b. Mirum autem eſt, quod de alterius viri inſignis Roberti affinis morte obſeruat his verbis Volaterranus c: *Eodem die, quo Romæ Robertus, Fredericus quoque Feretranus dux Vrbinas Ferrariæ moritur hic ſocer, ille gener, ambo vt locis diuerſi, ita inimicorum exercituum imperatores*.

c Infiſſ. m. ſ. Vat. ſign. n. 111.
d Sabell. Enn. 10. lib. 7.
e M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.
f Volat. m. ſ. arch. Vatic. ſign. n. 49. & 111.
Roberti Malateſtæ mors.

a Sixt. vbi ſup.
b M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.
c Volat. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 49. & 111. Sabellic. Enn. 10. l. 6.

11 E bellicis laboribus breui pacis fructus collecti fuere, victus enim Ferdinandus, occupatiſque a Veneto pluribus maritimis arcibus timebat, ne pro demeritis regno deturbaretur a Sixto, Galluſque in veterum iurium recuperandorum ſpem vocaretur; officijs itaque mox demulcere ſtatuit, quem armis opprimere non potuerat. Miſſum ab eo Anellum oratorem ad Pontificem, qui puram chartam detulerit, in qua Pontifex ipſe quas vellet leges præſcriberet, refert dictum vetus Romani ciuis m. s. d, concordiam a pacis percupido facillime immeritus elicuit, de qua hæc enarrat Stephanus Infiſſura: *Inde ad paucos dies facta fuit pax inter eccleſiam, & præfatum Regem, & Columnenſes redacti ſunt in gratiam cum certis pactis, & capitulis inter alia, quod terra hinc inde reſtituerentur accepta, & quod Cardinales, qui carcerati erant dimitterentur, & terra Terracina cum eius arce reddi ad eccleſiam, & Marinum cum reliquis ad Columnenſes Cardinales*. De Terracinenſibus, ac Beneuentanis ad pontificium obſequium reductis extant apoſtolicæ literæ die VII. ianuarij proximi anni exaratæ, quibus perduellionis crimine abſoluti e ſunt. Pergit auctor: *Tamen qui carcerati erant non fuerunt dimiſſi, & incontinenti vigeſimo ſeptimo ſeptembris dux Calabriæ venit ad vrbem dimiſſis captiuis, permanſitque in palatio Papæ per aliquot dies*. Acceſſit poſtea Regum Hiſpanorum legatio, cuius princeps erat Gerundenſis epiſcopus, qui die XVI. octobris vrbem ingreſſus f eſt; ſignificabat autem Hiſpanus g impacatæ ſe Italiæ ſortis miſereri, cupereque omnes mutuo amicitiæ nexu ad infringendas vires Turcicas conſtringere.

d M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.
Pertimeſcit Ferd. ne Gallus ipſi opponatur.
e Sixt. lib. breu. an. 12. pag. 300.
f Volat. m. ſ. arch. Vat ſign. n. 49. & 111.
g Surit. l. 20. c. 44.
Pacem efflagitat.

12 Victus igitur eſt ſua ſponte precibus, & officijs Sixtus, qui vi & armis vinci non potuerat, atque trophæum reportatæ victoriæ B. Virgini poſuit, nempe templum, cui pacis nomen inditum eſt, excitauit, in quo imaginem Deiparæ miraculis claram collocauit.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum nuper ſuffragante diuina gratia maiorem, & ſaniorem partem principum, & dominorum Italiæ, inter quos magnum diſſidium cruentaque bella vigebant, ad mutuam concordiam, & pacis deſiderium per interceſſionem eiuſdem excellentiſſimæ Virginis, & opem Altiſſimi ad noſtras preces aſſidue propitiantis cum magna fere totius Italiæ lætitia & conſolatione perduxiſſemus, & reliquos adducere cogitaremus ante quandam imaginem beatæ Virginis, quæ nonnullis miraculis de nouo coruſcare cœperat, & a fidelibus frequentabatur eſſemus adorantes, & genibus flexis conſtituti, inſpirante (vt pie credimus) diuina gratia nobis viſum fuit incongruum, quod imago ipſa in quodam

Imago Virginis clara miraculis.

paruo

Digitized by Google

Ad eam conceptū a Sixto votum pro pace.

paruo tabernaculo conſiſteret, prout tunc ad parietem eiuſdem eccleſiæ extabat. Itaque in eodem loco templum ad honorem Altiſſimi, & beatæ Virginis ædificandum ſtatuimus, illudque ad perpetuam tam grandis muneris, nobis non humano conſilio, ſed diuina prouidentia magna in parte conceſſi, ſub celebri forma miroque ædificio fabricari fecimus, ac ipſum in honorem Virginis prælibatæ noſtris ſumptibus a fundamentis erectum deo dicauimus, & in memoriam huius pacis, & concordiæ templum pacis nuncupari voluimus, ſperantes quod per hæc & alia quamplura præclara templa, & pia loca, quæ in alma Vrbe, & extra a fundamentis proprijs expenſis noſtris, & quidem magnis fundari, & inſtaurari facimus, & vita nobis comite, cum alijs bonis operibus omnino perſeuerare intendimus, Italia ipſa dulcedine pacis fruetur, & in ea lætabitur, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIII. XVII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* XIII. Sequenti nimirum; verum ne eadē repeteremus, diploma ſuperius hic inſeruimus.

Templū pacis ædificatum a Sixto.

13 Pacis vero beneficio Italos omnes potiri voluit, qui ad id fœdus admitti vellent, profeſſus nullum animo altius quam pacis Italicæ deſiderium infixum animo ſuo hærere, qua de re Ferdinandum ipſum, & Iſabellam Hiſpaniarum Regem, ac Reginam fecit certiores a, rogauitque vt leges, quæ interpretibus ipſorum oratoribus compoſitæ fuerant, ſeruandas curarent, ſedisque Apoſtolicæ dignitatem commendatam haberent: *Reliquum eſt*, inquit, *vt poſtquam pium hoc inſtitutum veſtrum procurandæ pacis ab omnibus ſumma cum gloria commendatum eſt, veluti a catholicis, & religioſiſſimis Regibus profectum, ita etiam omni ſtudio, omni conatu efficiatis, vt conditiones paci ipſi appoſitæ, & per partes acceptatæ in omnibus obſeruentur, quemadmodum & oratores ipſi veſtri nomine veſtro in ſe receperunt, & vos facturos non dubitamus, præcipue cum perſuadeamus nobis honorem ſedis Apoſtolicæ vobis fore commendatiſſimum: cuius rei non obſcura argumenta & antea ſæpe oſtendiſtis, & in futurum quoque ſemper, vt ſperamus oſtendetis: aliter enim nihil aliud eſſet, quam immortalem laudem veſtram, quam ex hoc conſequuti eſtis, labefactare, non ſine magna honoris noſtri, & S.R.E. diminutione, rerumque non modo Italicarum, ſed etiam totius Chriſtianæ religionis perturbatione ſicuti pro ſingulari prudentia veſtra facile conſiderare poteſtis. Dat. Romæ die* XXI. *decembris* MCCCCLXXXII. *anno* XII.

a Lib. breu an. 12 pag. 291.

14 Recenſet b Iacobus Volaterranus præcipuas illius concordiæ pactiones, quarum formulam, recurrente natalitio Domini, e ſacro ſuggeſtu promulgari iuſſam ait: tum addit reconciliandi Nicolai Vitellij Tifernatis prouinciam ſuſcepiſſe Hiſpanos oratores: Columnenſium cauſam permiſſam arbitrio pontificio: Calabriæ ducem illatæ a ſe Chriſti vicario iniuriæ veniam petijſſe, atque enſe ſolemni ritu ſacrato donatum, quæ ex m. s. c codice tabularij Vaticani reperimus: *Profeſto natiuitatis domini Saluatoris iuſſit Pontifex recitari ex pulpito pacis nuper initæ conditiones. Pacis conditiones non omnes, ſed quæ memoria retineri potuerunt, hæ ſunt. Pax perpetua. Ita eſt fœdus dictum in annos viginti ab armis diſceſſus repentinus. Venetis honorificus locus ſeruatus, ſi & ipſi fœdus ingredi voluerint, & triginta dies ad id conceſſi. Totidem dies potentatibus cæteris dati in idem fœdus venire volentibus. Rata ac firma ſint apoſtolicæ promiſſiones hactenus factæ, facienda vero nullo modo aut colore impugnanda. Defenſio Ferrariæ. Stipendium Hieronymo comiti in annos tres quadraginta aureorum millia pro rata ab vnoquoque potentatuum. Equites numer... &c. Pedites numero ... equitum ſtipendium pro rata. Defenſio mutua. Sublata in præſenti bello reſtituenda. Ante omnia Nicolai Vitellij Tifernatis oratoribus Regis Hiſpaniæ poteſtas omnis tributa ad menſes quatuor. Columnenſium, & Sabellorum ſtatus omnis poteſtati, & arbitrio ſolius Pontificis. Dimiſſus Cardinalis Columnenſis, & Sabellus. Itidem Cardinali Mantuano legato in omnes fœderatorum copias imperium tributum.*

b Volat. m. s. vbi ſup.

Præcipuæ pacis leges.

c Id. ibid.

Promulgatæ pacis Italicæ leges.

15 Quod ad Tifernum pertinet; illud in pontificiam poteſtatem reuocatum memorat Bartholomæus Platina a a Iuliano Cardinale tit. S. Petri ad vincula, cuius geſta in Vmbriæ legatione recenſet in vita m. s. Sixti IV. vt magna ſeditione fluctuantem prouinciam in officio continuerit. Tuderti enim principe Gabriele Gatellano Guelphæ factionis cæſo, Iordanus Vrſinus, & comes Pitiliani eo concurrere, vt Canalem cum Gibellinis pellerent, & cædibus ac rapinis miſera vrbs fœdata eſt; quos tumultus adiuncto ſibi Iulio Camertinorum domino ſedauit Iulianus, ac ſeditioſos diſpulit. Inde Spoletum, quod Vrſinæ potius factioni quam Pontifici parebat, profectus inſtructo exercitu eam vrbem ſub eiuſdem Pontificis imperium redegit, quamuis dum militum licentiam in ciuium domos ad prædas agendas irruentium comprimere niteretur, periclitatus ſit. Inde in Tifernum mouens illud e Nicolai Vitellij tyrannide vindicauit: *In itinere*, inquit Platina, *multæ ciuitates gratulabundæ ob victoriam adeptam obuiam factæ munera, & quidem præclara, ei obtulere, quæ Iulianus non ſuperbia motus, ſed quod virum eccleſiaſticum minime decerent vel conſtanter reiecit, vel ad pios vſus tranſtulit, vtpote ad templa cœnobiaque reſtituenda.*

a Plat. m. s. Vat. in vit. Sixt. IV.

Tudertinæ res compoſitæ a Iuliano Card.

Tifernū ex Vitellio receptum.

16 Reuerſum ante ex Gallicana legatione IV. ianuarij die huius anni Iulianum, & ſecum Baluam Cardinalem, qui tot annis iuſſu Ludouici Regis in carcere proditionis reus fuerat reſeruatus, adduxiſſe refert m. s. diarium Romanum b. Quod vero ad præcipuum illius legationis caput attinet, nimirum de Ludouico & Maximiliano in concordiam reuocandis, ita demum pactum fœdus tradunt c, vt Margarita Maximiliani filia cum Burgundiæ Caroleſij, Attrebati, Barri, & alijs nonnullis dotalibus principatibus Carulo ſceptri Gallici heredi deſponderetur, at de his poſtea. Nunc ad res Italicas redimus.

Balua Card. gallico carcere liberatus.

Inter Lud. & Maximilian. pax confecta.

a M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.

b Lib. expedit. Six. IV. Gaguin. in Lud.

c Sabell. Enn 10. lib. 6.

17 Cultum magnis honoribus Alfonſum Calabrum dum amicitiam præ ſe ferret, qui armatus antea contuſus fuerat, vixque a Ianiſſaris ſuis a morte ereptus, vt refert Volaterranus; *Dominico die infra octauam natiuitatis extra ordinem celebrata ſunt ſacra in pontificia aula conſueta. Pontifex, & patres interfuere. Calabro inter primos patrum datus eſt locus, & honore eodem, quo Regis filius habitus. Tradidit illi Pontifex enſem proxima natali die benedictum, præcedentibus paternis, & ſanctiſſimis monitis, recitatiſque ex libris ceremonialibus nonnullis, & alijs, quæ ſua ſanctitas ad idem miniſterium ſcripſerat. Dux ſacra dona recipiens, præteritorum erratorum ſuppliciter petita venia, permittens deinceps obedientiam Eccleſiæ, & Pontificis, redijt ad cubicula ſua enſem manu geſtans medius inter duos patrum, qui in ordine poſtremi*

Habiti honores Calabriæ duci.

ſtem, cunctis alijs de more præcedentibus, ac longa poſt eum prælatorum tum procerum turba, xxx. decembris Ferrariam verſus iter cœpit, vt ſororio ſuo paternam fidem ſecuto opem ferat, Venetorum obſidione laboranti; nongentos equites ſecum duxiſſe fertur.

a M ſcrc. Vat ſign. n. 111.

Confirmat hæc poſtrema Stephanus Infiſſura a, qui addit Pontificem a fœdere Veneto diſceſſiſſe, armorumque ſocietatem cum Ferdinando Neapolitano in Venetos iniuiſſe; *Ipſe, nimirum Calabriæ dux, vna cum Virgineo, & alijs Vrſinis cum bona gratia a Papa diſceſſit xxx. decembris, & Ferrariam profectus eſt, facta confœderatione inter Papam, & Regem contra Venetos.* Inconſtantis ingenij rem leuiter perpendentis notatur Sixtus, qui cum hoſte Neapolitano ſibi extremum intentante exitium aduerſus fœderatum Venetum, cuius ope impendentem perniciem auerterat, conſpirarit; ſed altius momenta rerum penetrando, illum Eccleſiæ dignitatem, iuris æquitatem, Dei gloriam aſſeruiſſe conſtabit. Iam Veneti Herculem, Ferraria terra, & aquis obſidione cincta b, in extremum diſcrimen adduxerant c, cum Sixtus, qui illum caſtigatum non perditum voluerat d, Veneta arma ab illius pernicie reuocare tentauit: cum legatum Cardinalem ſubſidiarijs ſuccinctum copijs ſubmiſit, qua de re ducem ipſum Ferrarienſem, quem in gratiam receperat, fecit e certiorem.

Sixtus fœdus armorum iungit cum Neapolitano in Venetos.

b Sixt. lib. breu an. 12 pag. 240.
c Sabell. en nead. 10. lib. 7.
d Sixt. in monitor. ad Venet.
e Lib. breu pag. 246.

Mittit exercitus ad ferendam Ferrarienſi opem.

Duci Ferrariæ.

Et nobilitati tuæ, quam paterna gratia beneuole proſequimur, & ciuitati noſtræ Ferrarienſi bella, deuaſtationes, ac nouiſſimam obſidionem ab hoſtibus tuis illatam moleſto animo perferimus, & ſicut, pacatis iam alijs Italiæ potentatibus, & nobis ſanctæ pacis vinculo vnitis, de neceſſarijs tibi auxilijs prouidere cogitauimus, ita etiam dilectum filium nobilem virum Ioannem Mocenigo ducem Venetiarum per literas noſtras hortati ſumus, vt ob noſtram, & ſedis Apoſtolicæ reuerentiam, cuius loca læduntur, & impugnantur, ab armis deſiſtat, ac pacem ipſam nobiſcum, reſtitutis hinc inde ablatis, amplectatur, neue tibi, ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ de cætero infeſtus ſit, in quo deſideramus eius prudentiam iuſtitiæ, & honeſtati acquieſcere. Vt autem interim ſalubrius, & firmioribus præſidijs tibi conſulatur, dilectum filium noſtrum F. S. Mariæ nouæ diaconum Cardinalem legatum noſtrum ad partes iſtas duximus deſtinandum, vt te & populos noſtros præſentia ſua conſolari, ac ſpiritualibus, & temporalibus fauoribus, ſicuti rei neceſſitas exegerit, promptius iuuare, & reintegrationi ſtatus tui intendere poſſit, &c. *Dat. Romæ die* XIII. *decembris* MCCCCLXXXII. *anno* XII.

Rogatus Mocenicus dux vt abſtineat a Ferrarienſ.

18 Hortatus eſt etiam Sixtus Ferrarienſes f, vt Venetum fortiter propulſarent: tum Bononienſes g ad ferendas obſeſſis ſuppetias excitauit, qua de re etiam ad Ioannem Bentiuolium extant literæ h: dumque pontificius, & Neapolitanus exercitus inſtruebantur, Iacobum Triuultium Mediolanenſis ducis copiarum præfectum rogauit i, vt Bondenum interea ab hoſtium vi tueretur. Narrat Sabellicus l Sixtum conatum precibus Venetos ab eo bello reuocare, quod eo auctore indictum eſſet: quæ autem cauſa Sixti animum mutauerit difficile dictu ait. Sed ea ex hortatiuis ad Venetos, vt arma ponerent, nec inſignem vrbem pontificij imperij occuparent, literis a conſtabit, quibus ſignificatum eſt conſulendum Italiæ ſaluti, quæ bello inteſtino, quo plura ditionis eccleſiaſticæ loca amiſſa, Romam obſidione cinctam, mari hoſtili claſſe obſeſſo commeatus fuiſſe interclusos, Florentinos, & Inſubres aditus ad ſedem Apoſtolicam obſepſiſſe; interea periculoſiſſimum ſchiſma conflari a ſeditioſis, Turcas in imperij Chriſtiani excidium allici, ad quæ ſedanda mala nil fore vtilius, nil Veneti nominis gloria dignius, quam ſi Ferrariam, ad pontificiam ditionem ſpectantem, oppugnare deſiſterent, communique fœderi accederent.

Ferrarienſes excitati ad conſtantiam.

f Ib. pag. 146
g Ib pag. 244.
h Pag. 248
i Pag. 279.
l Sabellic. enn. 10. lib. 7.

a Breu. an. 12. pag. 259.

Duci Venetiarum.

19 Dilecte fili, &c. Vt primum ad apicem ſummi apoſtolatus, diuina ita diſponente clementia, meritis licet inſufficientibus, fuimus euecti, nihil præſtabilius duximus, quam omni cura, omni ingenio, & induſtria procurare ea, quæ pacis eſſent, tum quod nihil magis officio noſtro conuenire arbitrabamur, qui Regis pacifici vicem gereremus; tum quod reipublicæ Chriſtianæ a crudeliſſimis barbaris violenter impetitæ, maximiſque & diuturnis cladibus afflictæ, nihil ſalutarius videbamus. Hoc incenſi ſtudio non ſolum Italiam, accerſitis ad nos ſæpius potentatuum oratoribus, ad mutuam animorum coniunctionem excitauimus, ſed & tranſalpinos principes, & remotiſſimas nationes, miſſis ad id legatis, & nuntijs noſtris monuimus, & iterum atque iterum ſumus obteſtati, quod ſi aliquando aliquorum iniuria nos impulit, vt præter inſtitutum noſtrum arma ſumeremus, non niſi inuiti, & laceſſiti, vbi ſpiritualia non proficiſſent, id fecimus, & pro libertatis eccleſiaſticæ conſeruatione, pro qua, ſi opus ſit, vitam effundere debemus: atque hoc quidem eo conſilio geſtum eſt, vt rebus bello compoſitis pax optata ſequeretur, quam ſemper animo noſtro propoſuimus, intimo affectu concupiuimus. Cum autem præter eiuſmodi deſiderium noſtrum ſuperioribus menſibus Italia, ita cooperante humanæ pacis inimico, in periculoſum, & graue bellum inciderit, eoque proceſſerit furor bellicus, vt nos quoque immerito cauſa tua laceſſiti, pluribus damnis, & incommodis affecti fuerimus, pleraſque ciuitates noſtras, & oppida amiſerimus, vrbem Romanam obſidione cinctam viderimus, agrum fere omnem depopulatum, ciues aduerſus nos ad ſeditionem inſtigatos, littora noſtra infeſta claſſe exagitata, interclusam commeatibus ciuitatem, prohibitos tranſitu eos, qui Romam ex omni orbis terrarum natione accedere conſueuerunt, quo Romana curia diſſolueretur, interceptos tam venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quam aliorum oratorum eccleſiaſticos prouentus, domicellos pleroſque noſtros aperta rebellione hoſtilia omnia in nos perpetrare, Ferrariam inſignem eccleſiæ ciuitatem in manifeſto periculo conſtitutam, vniuerſam Italiam inteſtino inter ſe bello conflagrantem: atque hæc omnia chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandus, & Elizabeth ſapientiſſimi, ac pientiſſimi Caſtellæ Reges conſiderantes, animoque metientes, quam luctuoſæ rebus Chriſtianis, quam pernicioſæ Apoſtolicæ ſedi, quam periculoſæ fidei catholicæ eſſent huiuſmodi perturbationes, maxime propter ſchiſma, quod in Eccleſia Dei a nonnullis iam procurabatur, pro zelo ducti vniuerſalis concordiæ miſerint ad nos humiliter

De ſtudijs a Sixto pro pace tuenda adhibitis.

Propoſita incommoda, quæ ex bello ſit paſſus.

Vt Hiſpani Reges pacem neceſſariam eſſe rei Chriſtianæ demonſtrarunt.

pro

Digitized by Google

pro pace ſupplicatum : idem & venerabiles ip-
ſi fratres noſtri, idem populus Romanus, idem
aliæ eccleſiæ, ciuitates, idem reliqui Italiæ po-
tentatus ſummis precibus poſtulauerint rogaue-
rintque, duximus eorum honeſtiſſimo deſiderio
annuendum, præcipue cum ad priſcum inſtitu-
tum, & naturam noſtram parandæ conſeruan-
dæque pacis hoc accedat, atque in ea incideri-
mus tempora, in quibus nihil magis expeten-
dum, nihil magis neceſſarium ſit, quam Italiam
inter ſe conſentientem habere, ab armis diſce-
dere, capta hinc inde reſtituere, odia & ſimulta-
tes deponere, in mutua tranquillitate conquieſce-
re; ſi vere Chriſtiani eſſe volumus, ſi liberta-
tem, ſi fortunas noſtras, ſi Dei cultum & religio-
nem, qua nihil nobis charius eſſe debet, aduer-
ſus immaniſſimam Turcorum gentem excidio
Italiæ imminentem tueri, & protegere de-
ſideramus.

Vertenda neceſſario arma in Turcas.

20 Quamobrem cum perſuadeamus nobis,
& te & inclytam rempublicam tuam ab hoc com-
muni bono non abhorrere, quippequæ omni
tempore pacem dilexerit, & omnes diſcordia-
rum cauſas de medio tollere ſtuduerit, horta-
mur te paterno affectu, vt poſtquam reliqui om-
nes in mutua quiete nobiſcum coniungi cupiunt,
& poſtulant, velis & tu ad hanc ſanctam, &
optabilem vnitatem accedere, ab armis diſcede-
re, capta reſtituere, res Ferrarienſes omittere,
neque amplius bello, & obſidione ciuitatem il-
lam noſtram vrgere; quod profecto non ſolum
ſumma ſapientia tua dignum erit, qui conſidera-
re potes, quo in diſcrimine Italia omnis verſe-
tur, ſed tibi ita erit honorificum, & glorioſum,
vt immortalem laudem apud omnes ſis conſecu-
turus: ſiquidem offerimus nos excellentiæ tuæ in
iuſtitia prompte, & expedite non defuturos, ſi
quid habes, quod de duce illo conquераris. *Dat.
die* XI. *decembris* MCCCCLXXXII. *pontificatus noſtri
anno* XII.

Porrectæ Venetis preces vt capta reſtituant.

Commota ob Ferrariam obſeſſam vniuerſa Italia.

21 Flectere Venetos non potuit Sixtus, vt
cœpto deſiſterent, quos proximo anno interdictis
eccleſiaſticis pœnis obſidionem Ferrarienſem
ſoluere iuſſit, omniaq; Italica arma in hoc bellum
incubuiſſe proximo anno viſuri ſumus: neque
enim Mediolanenſis & Mantuanus duces æquo
animo ferre potuerunt Ferrarienſem ſpoliari prin-
cipatu, ne Venetus potentia auctior in ipſos
poſtea conſurgeret: ſua porro culpa ſuiſque in
ſedem Apoſtolicam demeritis Hercules Ferra-
rienſis tantum ſibimet conflauerat periculum,
vt duci Mediolanenſi Pontifex ſignificauit [a] hi-
ſce verbis: *Quod attinet ad res Ferrarienſes; ſane
neque tuo neque aliorum ſubſidio indigerent. ſi princeps
ille paternis noſtris exhortationibus, & monitis auſcul-
taſſet, otio & quiete ſua Italia frueretur, quod omni
cura, & ſtudio ſemper procurauimus, neque nos bel-
lum, quod immerito nobis illatum eſt, laceſſiti propul-
ſare coacti fuiſſemus.* Dat. *Romæ die* XXVII. *octobris*
MCCCCLXXII. *anno* XII.

[a] *Sixt. lib. breu. an. 12. pag. 158.*

Turbandi auctor ex titit Ferrarienſis.

22 Eidem porro Ioanni Galeatio Mariæ du-
ci Mediolanenſi Sixtus paternæ beneuolentiæ ſi-
gna explicuit: ſignificauit non ob præteritam
cum hoſte coniunctionem ipſi infenſum, culpam
illius ſenatoribus aſcribere; monuit denique ne
eccleſiaſticos Cardinalium cenſus inuaderet.

Duci Mediolani.

Quid illi ita de te male meriti ſunt, aut
quid commiſerunt, vt prouentibus eccleſiarum,
& beneficiorum ſuorum priuarentur: membra
noſtra ſunt, & ſine capitis læſione offendi non
poſſunt, proinde nobilitas tua ſi ſibi adiutorem
Deum conſeruare vult, ſi ſedem Apoſtolicam ſibi
propitiam optat, debito pietatis officio matrem
ſuam Romanam eccleſiam recognoſcat, quæ fi-
lij ſui ſaluti non minori ſtudio ſemper intendit. &
vt deuoti animi ſui indicia præ ſe ferat illam hor-
tamur, ac monemus, & in verbo Saluatoris di-
centis; *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ
ſunt Dei Deo*; ex paterno officio, & zelo ſalu-
tis ſuæ mandamus, vt liberos redditus beneficio-
rum eccleſiaſticorum huiuſmodi ad dominos ſuos
peruenire patiatur, &c. *Dat. Romæ die* VII. *no-
uembris* MCCCCLXXXII. *pontificatus noſtri anno* XII.
Paruit Mediolanenſis Siato, & cum ipſo fœdus
redintegrauit.

Commendata viciſſim immunitas eccleſiaſtica.

23 Quod autem antea querentem Pontificem
audiuimus, nonnullos ſchiſmatis conflandi neſa-
ria agitare conſilia; non præterimus fuiſſe hoc
tempore in Germania nequiſſimum nouatorem
pſeudominicanum Andream nomine, archiepi-
ſcopum Craianenſem ac Friderici Imperatoris
legatum, qui quod dignitatem cardinalitiam
non adeptus eſſet, ira furens aduerſus maie-
ſtatem pontificiam coniurauit, ac Baſileæ conci-
liabulum, vt factionis ſocios ſibi aſciſceret, co-
gere annixus eſt, de quo hæc tradit Iacobus Vo-
laterranus [a]: *Hoc tempore*, nempe iunio ineun-
te, *vulgatum eſt Romæ quemadmodum Andreas ar-
chipræſul Craianenſis pro Cardinali in Baſilea ſe ge-
rit, ibique concilium inchoat contra Pontificem.
Dicitur Fredericus Imperator ſecreto illi aſſiſtere,
Baſileenſes illi aperte fauere, vt frequens ibi conci-
lium congregetur, non tam Pontificis odio, quam
propria vtilitate.* Agitabantur nimirum Baſileen-
ſes auaritiæ ſtimulis, ſcilicet conficiendi plurimi
auri ſpe, ſi epiſcoporum ſolemnes cœtus in ea
vrbe celebrarentur: aſperſiſſe autem Andream
Pontifici & ſacerdotali ordini graues calumnias,
ſimulato reuocandæ in Eccleſiam primæuæ ſancti-
tatis ſtudio, memorat Stephanus Infiſſura [b], eum-
que poſtea cum Romam acceſſiſſet, coniectum in
vincula, atque dignitate archiepiſcopali exutum.

Andreas archiep. Craiau. ſchiſma molitus.

[a] *Volat. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 49. & 111.*

Indictum ab eo Baſileæ conciliabulũ

[b] *M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.*

24 Eo prorupit improbiſſimi hominis impu-
dentia, vt Pontificem in ius vocare apud conci-
lium auſus ſit. Miſſam vero ad Cæſarem lega-
tionem addit auctor, ne cauillis impoſtorum
ſubornari ſe pateretur, doceretur que pontificiam
maieſtatem nullum in terris iudicem agnoſcere,
indicendorum conciliorum ius ad eam ſpectare,
neque vlla valitura, quæ illius auctoritate non ful-
ciantur. Perfunctus eſt e eo munere epiſcopus
Sueſſanus.

Monitus Cæſar ne Concilio cogendo immiſcere ſe audeat.

[c] *Ibid.*

24 Monitus de iis Imperator, atque aduer-
ſus noua molientium ſuſurros præmunitus am-
pliſſimis literis omni officiorum genere refertis
ſedis Apoſtolicæ ſupremam auctoritatem dignita-
temque profeſſus eſt, pollicitus ſe nouatorem
Craianenſem nulla interpoſita mora coerciturum,
quæ literæ in publico Cardinalium ſenatu magna
omnium commendatione perlectæ: eumdem vero
Siatus hortatus eſt, vt egregia cœpta ad exitum
perduceret.

Imperatori.

Quoniam opinioni omnium abunde ſa-
tisfeciſti, digniſſimamque operam nauaſti, iure
ipſo ingentes tibi, quod certe facimus, haben-
dæ ſunt gratiæ. Reliquum eſt, fili chariſſime,
vt eodem, quo cœpiſti, animo auctoritatem,
dignitatem, & honorem ſanctæ ſedis ſemper pro-
tegas, & tuearis, præſens vero negotium ita pro-
ſequaris, vt deſideratus effectus ſubſequatur, &

Actæ Cæſari gratia quod ſedis Apoſt honorem tueatur.

Digitized by Google

ſceleſtus ille, [nimirum archiepiſcopus Craianenſis,] pœnas ſuæ temeritatis, & audaciæ luat, ne tanta petra ſcandali in Eccleſia Dei cum perturbatione, &. ſeductione fidelium populorum diutius maneat: ex hoc enim augebitur in dies magis cumulus beniuolentiæ & charitatis, quam ex tuis pluribus meritis præfata ſedes erga te gerit, & ab vniuerſo orbe vberius commendaberis, ac denique apud ipſum Deum æternum præmium conſequeris. *Dat. Romæ* XXIX. *decembris* MCCCCLXXXII. *pontificatus noſtri anno* XCI.

Libertati reſtitutus Andreas ad vomitũ redit.

25 Emiſſus e carcere Friderici Imperatoris rogatu fuerat Andreas, cum cæſarei oratoris partes egiſſet reuocaſſetq; errores, ac rurſum poſtea de recta rationis via deflectens plura in ſedis Apoſtolicæ dignitatem euomuit, ac nouos motus apud Baſileenſes excitauit: de quo Sixtus apud Albertum Saxonicæ ſtirpis principem eccleſiæ Moguntinæ adminiſtratorem XIX. ſeptembris die eſt conqueſtus a, addiditque illum ob ſcelera necis reum fuiſſe; ex apoſtolica autem manſuetudine vita donatum, meritas tamen illi pœnas, cum de pontificia dignitate obloqui pergat, non dufuturas. Damnauit porro eundem nouatorem Pontifex b ſchiſmatis, & hæreſeos, & comiti Thierſtenb munus impoſuit, vt Baſileam ſe conferret, iudiciariaque illum acerbitate coerceret. Perfecta fuere ſedulo mandata pontificia, ad calcem enim rerum hoc anno geſtarum hæc in ſuis diarijs habet Volaterranus c: *Poſt hos dies nunciata Craianenſis captiuitas apud Baſileam Germaniæ ciuitatem: captum fuiſſe dicunt in ſenatu ciuitatis, Cæſaris mandato, & Pontifice petente.*

a Lib. breu. an. 12 pag. 58.

b Ib. pag. 238.

c Volat. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 49. & 111.

Cæſareo mandato iterum captus Baſileæ.

d Lib. breu. pag. 300. & 313.

26 Egit Sixtus d proximo ineunte anno Friderico Imperatori, eiuſque filio Maximiliano gratias de nauato pio, & religioſo ſtudio in capiendo nouatore; cum ſe in vincula coniectum pontificioque ſatellitio tradendum expaueſceret, vt iuſtas hæreticorum pœnas lueret, ad declinandam eccleſiaſticam ſeueritatem a pontificio ad imperiale tribunal prouocauit, ſubornauitque Baſileenſes, vt ipſius clientelam ſuſciperent, ſicet itaque eum Pontifex internuntio apoſtolico dedi, pluribus Imperatorem, ducem Auſtriæ, ducem Sabaudiæ literis contenderit e, extracta tamen res eſt, cum de iudice idoneo orta lis eſſet. Porro epiſcopus Sueſſanus internuntius Baſileenſes, qui obſtabant, ne ex eorum vrbe ad pontificia ſubſellia abduceretur, interdicto eccleſiaſtico perculit, ac Sixtus hiſce literis Fredericum conuicit f, vt ad ſedem Apoſtolicam illius cauſæ cognitio ſpectaret.

e Ibid. pag. 470

Obſtant Baſileenſes ne dedatur Pontifici.

f Sixt. lib. breu. an. 13. inter lit. mens. april.

Imperatori.

27 Maieſtas tua nos faciles ad brachij inuocationem in literis ſuis appellat ita, vt ea de cauſa plura mala reipublicæ Chriſtianæ eueniſſe commemoraret Cæſarea maieſtas tua, id tantum reſpondebimus, quod ſi maieſtas tua ſemota omni affectione animi mature cogitare voluerit, quam vrgenti neceſſitate compellenti, vtpote cum de ſumma rerum extremaque maieſtatis apoſtolicæ euerſione ageretur, iuſta arma propulſandæ iniuriæ gratia moueri fecerimus, cum præſertim nobis ſublata ſpes eſſet defenſionis maieſtatis tuæ, quæ alias raro aut nunquam beatæ memoriæ prædeceſſoribus noſtris per claræ itidem memoriæ prædeceſſores maieſtatis tuæ deeſſe conſueuit, vnde aduocatiæ defenſioniſque, ac cæterorum ornamentorum præconnia clariſſima ſacro Romano imperio conceſſa fuere, re ipſa cognoſcere poterit de nobis mirandum non eſſe, ſed potius eſſe vnde merito huius ſacroſanctæ ſedis boni, & æqui ſemper cupidæ vexatoribus, ac perturbatoribus quiuis iuſtus æſtimator ſuccenſere poſſit, & debeat: cum enim pontificale faſtigium, & imperialis dignitas a Deo ita diſpoſita, & ordinata ſint, vt mutuis hinc inde officijs Deo ipſo auctore conglutinentur, de tua ſapientia, & religione confiſi nunquam adduci potuiſſemus ad credendum maieſtatem tuam de cauſa ad ſolam ſanctam Apoſtolicam ſedem, quæ poteſtate a Deo tributa ſpiritualis omnium mater eſt, & magiſtra, & nulli omnino alteri hominum pertinente ſe impedituram fuiſſe, cum, vt ait in decretis Nicolaus prædeceſſor noſter, imperiali iudicio non poſſint iura eccleſiaſtica diſſolui. & idem: *Imperium*, inquit, *veſtrum reipublicæ quotidianis adminiſtrationibus debet eſſe contentum, non vſurpare, quæ ſacerdotibus Domini ſolum conueniunt*: & præſertim cum a nobis, & hac ſancta ſede nihil vnquam prætermiſſum fuerit quominus, quantum cum Deo licuit, imperialem maieſtatem tuam omni gratia & ſpirituali & temporali proſequeremur, &c. *Dat. Romæ die vltima aprilis* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* XIII. Hæc licet varijs annis diſtincta duximus coniungenda, ne eadem repetere cogeremur. Cæterum hunc nouatorem merita affectum pœna vrgente Sixto male periſſe refert Stephanus Infiſſura a; nunc ad alia orationem traducimus.

Monitus ne ſibi arroget munera ſacerdotis.

a Steph. Inffſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 49. & 111.

Poloni ad cruceata ſigna in Tartaros vocati.

b Crom. l. 29.

28 Implicito difficili, & diuturno cum infidelibus, & Tartaris bello Caſimiro III. Poloniæ Rege, Chriſti vicarius ſacro crucis ſymbolo fideles diſtingui iuſſit, præmijſque indulgentiarum arma in hoſtem expedituros, ſtipemue in bellicos ſumptus collaturos affecit: qua de re extant ad Regem ipſum datæ literæ b. Graues controuerſias habuiſſe Caſimirum cum Ioanne Moſchouiæ duce, qui Nouogrodo magno oppido potitus Lituaniam omnem Ruſſiamque ſibi ſubijcere affectabat, ac late protulerat occidentem verſus imperium ſuum, vt refert Cromerus c; additque eundem principatum ampliſſimum Tartarici vectigalem imperij trans Rha ſiue Volgam obtinuiſſe, atque, incitante vxore Græca Palæologina ſtirpe ſata, iugum Tartaricum a ſe depuliſſe, de quo ſuperius dictum eſt. Non Polonum modo petierat bello Moſcouita, verum cruciferos etiam equites, inque Liuoniam infeſtas excurſiones fecerat: ad quas prohibendas Sixtus Stephanum archiepiſcopum Rigenſem eiuſdem equeſtris ordinis legati apoſtolici auctoritate ornauit d, vt Chriſti cultores fœdere in communem hoſtem iungeret, exortaſque inter eos controuerſias ſedaret.

Principatus ampliſſimus vltra Volgam a Moſcho partus.

c Lib. bull. 70. pag. 112.

In Liuoniam excurſiones actæ a Rhutenis

29 Hoc anno e centum Turcarum millia a Baiazethe eorum principe immiſſa in Tranſiluaniam irruperunt: qui tamen a Stephano Bathoro Pauli Knes præcipua virtute deleti ſunt, de qua inſigni victoria hæc tradit Cromerus f: *Per id tempus autumni Turcarum centum millia cum quinque ducibus, quos ipſi baſſas vocant, deductis ſecum tranſalpinorum auxilijs Tranſiluaniam ingreſſa ad Sabinouiam, ſiue Cibinium vrbem caſtra poſuere. Præſenſerant eorum aduentum Hungari, & ad defendenda ſua tripartito cum totidem ducibus accurrerant. Forte in vnum agmen, cui Stephanus Bathorus præerat, Turca incidere: Stephanus vbi ſe in arcto poſitum pugnam detrectare, & cum reliquis duobus ſuorum agminibus coniungere ſe non poſſe animaduertit, factis tamen eos certiores de neceſſitate dimicandi ſibi obiecta, & militibus*

e Sixt. lib. breu. an. 12. pag. 209. Bonf. dec. 4. l. 6. Crom. l. 29 & alij

f Id. ibid.

Turcarũ in Tranſyluaniã irruptio.

Digitized by Google

bus ſuis voluntario iureiurando ſeſe obſtringentibus, quod morituri potius quam fugituri eſſent, arma expedit. Committitur acre prælium tribus fermè horis; iamque Hungari prægrauante Turcarum multitudine referre pedem cœperant, & ægre eos ſiſtebat Bathorus obteſtans pariter & obiurgans, & recentis iuriſiurandi admonens, cum orte duo reliqua agmina, in quibus erant aulici regij, & Raſcij, citato curſu inuecta in latus hoſtium impetum fecerunt. At illi re improuiſa conſternati aliquandiu tamen conuerſis equis reſtiterunt; ad extremum vero conturbati & impulſi fugam fecerunt.

Turcæ profligati.

30 *Ibi tunc magna fugientium ſtrages edita, neminem enim præter quinquaginta inſigniores captiuos Hungari viuum ſeruabant; nec tamen incruenta ceſſit eis victoria: cecidere multi fortes viri, in quibus nobiles in primis Paulus Knes, quo nomine Slaui ducem, & ſacerdotem appellant, & Laxitius Raſcius ductores agminum, quorum opera maxime victoriam illam tam præclaram, & omni æuo memorabilem Bathorus, quamquam & ipſe Sanctus Matthiæ retulit, ille enim graui pedum dolore impeditus in Hungaria decumbebat.*

a Bonfin. dec. 4. l. 6. Significata ab Vngaro Pontifici victoria. *b Lib. breu an. 72. pag. 209.*

31 Commiſſum prope Synderouium prælium narrat Bonfinius a, & cæſa in acie barbarorum tria millia ait. Certiorem fecit Pontificem medio ſeptembris de præclaro triumpho de Turcis deportato Matthias Rex, cuius gloriam militari Pauli Kneſij virtuti aſcripſit, de quo Sixtus ingenti affectus gaudio hiſce literis b gratulatus, ſolicitauit eundem vt pernicioſo bello, quod cum Frederico Imperatore victor gerebat, finem imponeret, vt coniuncti Germani Hungaricique exercitus occupatas a barbaris prouincias recuperarent.

Chariſſimo in Chriſto filio Matthiæ Hungariæ Regi illuſtri.

Paulus Knes dux Vng. exercitus

Chariſſime in Chriſto fili noſter. Gratæ fuerunt nobis admodum literæ tuæ maieſtatis datæ ad xv. ſeptembris diem, quibus ſignificas recentem victoriam ſub Paulo Kneſio copiarum tuarum præfecto cum tanta eorum ſtrage & internecione partam. Sane, chariſſime fili, cum ob virtutem, & magnitudinem animi tui multa ex te præclara quotidie audire poſſemus, nihil eſt tamen, quod nos magis delectet, quam cade te ſignificari, quæ aduerſos impuriſſimam Turcorum gentem & ſtrenue & feliciter geſſeris: neque enim quidquam eſt, in quo tua laus illuſtrior aut diuturnior eſſe poſſit, quam benemereri de Chriſtiana religione: quod ſicut hactenus cum immortali gloria tua præſtitiſti, ita hortamur, vt in futurum non intermittas ſtudium, & curam omnem in hoc colloces, pulcherrimamque hanc prouinciam toto pectore complectaris, qua nulla rebus tuis commodior, vniuerſis fidelibus ſalutarior, apud Deum maioris meriti, apud homines celebrioris famæ eſſe poteſt; ſperamus enim diuinam pietatem ſicuti te pluribus victorijs ex immaniſſimo hoſte partis inſignem reddidit, ita etiam conceſſuram, vt, longe maiori clade a te afflictus laudem, quam præclaram ex hoc tibi peperiſti, multo illuſtriorem efficiat.

Monitus Matthias vt in Turcas arma vertat.

32 Quæ autem per incluſam literis tuis cedulam nobis ſignificaſti de obſidione oppidi Hamburg, & qualem te erga imperiales copias, aliaque ſacri Romani imperij principum præſidia exhibueris, gratiora profecto ea nobis fuiſſent, ſi pacis ſpem aliquam potius, quam noui belli manifeſtum periculum intellexiſſemus, prout erat, & eſt deſiderij noſtri pro noſtra erga vos charitate, & publico fidelium commodo. Quid enim rebus Chriſtianis, hoc tempore præſertim, pernicioſius eſſe poteſt, quam duos potentiſſimos exercitus inteſtino inter ſe bello decertare, vireſque, quas aduerſus communem hoſtem locis iſtis imminentem effundere æquius erat, inter ſe cum magna Chriſtiani ſanguinis effuſione, quod Deus auertat, abſumere?

Bellum cum Friderico exitiale eſſe.

33 Quare etſi omni ſtudio, & cura, & literis, & nuntijs, & legatis elaborauerimus, vt diſcordiæ iſtæ inter vos componerentur, parumque vigiliæ, & conatus noſtri, vt videmus, ita cooperante humani generis inimico, perfecerint, tamen non deſiſtemus iterum & hortari, & monere, & obteſtari, vt reiecta penitus omni ſimulatione, amputatiſque diſſenſionibus omnibus, mutua pax inter vos conſtituatur, vel ſi id fieri ad præſens non poſſit, induciæ aliquæ ad longum tempus indicantur, quibus mediantibus ad pacem tandem valeat perueniri: quod non ſolum nobis & reipublicæ Chriſtianæ ſalutare erit, quandoquidem coniunctis viribus poterit immaniſſimus hoſtis facilius debellari, ſed etiam ita glorioſum, vt nihil futurum ſit, quod ad æternam hanc laudem veſtram poſſit comparari. *Dat. Romæ die xx. nouembris MCCCCLXXXII. pontificatus noſtri anno XII.*

a Bonfin. dec. 4. l. 6. Hamburgum a Matthia captum. *b Cromer. lib. 29.*

34 Agit pluribus Bonfinius a de eiuſmodi bello, ſubditque Matthiam Hamburgum Auſtriæ munitiſſimum propugnaculum eripuiſſe Friderico, atque in Viennenſem agrum, vbi Imperator ipſe morabatur, excurriſſe: tum ſequenti anno Pruckhum expugnaſſe; cuius belli cauſam hanc increbuiſſe ait Cromerus b, quod Matthias Hungaricam coronã, quam Bernardus archiepiſcopus Strigonienſis vna cum theſauro regio in Germaniam aſportarat, repeteret; maxima autem ex hoc bello damna rei Chriſtianæ euenere, cum Matthia ſuperiori anno victoriam in Turcicas prouincias proferente, Fridericus Hungariam populatus a cœptis eum, vt ſupra indicauimus, reuocarit c. Hoc vero anno Auſtriam populantibus Hungaris Turcæ Pannoniam penetrarint, harumque occaſione turbarum Riſanum Chriſtiano imperio a Baiazete ereptum fuerit.

Fridericus Cæſar Matthiæ hoſtis perpetuus. *c Sabell. enn. 10. l. 8. Bonfin. vbi ſup.*

35 Gerendæ autem in Turcam rei præclara affulgebat occaſio, Ziaimus enim Baiazeris frater Aſia minori cruento prælio eiectus in Ægyptum profugerat, ac dein inito cũ Ciliciæ Rege fœdere, Aſiaque fruſtra tentata, cum a Baiazete vrgeretur, e Cilicia naui conſcenſa Rhodum ſe receperat d, vt Chriſtianorum principum arma ad paternum imperium recuperandum ſibi compararet; pollicitus eorundem Chriſtianorum principum amicitiam ſemper ſe culturum, ſi eorum ope ſaltem regni partem reciperet: cauſam vero ſuam hoc argumento fulciebat, quod ipſe patre Imperium iam adepto, frater vero ex patre priuatam tum vitam agente genitus eſſet. Porro Baiazete promiſſis minisque inſtante, vt ſibi Zizimus dederetur, viſum eſt eum in Gallias auehendum, qua de re factus certior Pontifex Rhodiorum conſilium collaudauit hiſce literis e.

Zizimus Baiazethis frater profugit ad Chriſtianos. *d Sabellic. enn. 10. l. 8*

Magiſtro & conuentui Rhodi.

e Lib. breu. an. 12. pag. 193.

36 Dilecte fili, &c. Accepimus literas veſtras datas xxx. die auguſti proxime elapſi, quibus ſignificatis, Zizimũ germanum Turci natu minorem, quem alias ſub fide, & ſaluo conductu veſtro in inſulam illam, ſicuti tunc ad nos ſcripſiſtis, receperatis, diſceſſiſſe nuper, & in Gallias

lias

ſias nauigaſſe. Laudamus in primis diligentiam veſtram in his perſcribendis, quæ magni ſunt momenti, & cauſam Chriſtianæ reipublicæ etiam concernunt, placetque nobis, quod ex inſula ipſa cum integra fide veſtra receſſerit. In Galliis autem comperiet Regem Chriſtianiſſimum, quem ſperamus pro ſingulari ſua ſapientia, & in orthodoxam fidem zelo aliquod ſalubre conſilium ſumpturum: nos vero ad omnia, quæ boni paſtoris officij ſunt, ſemper prompti reperiemur. *Dat. Romæ die IX. nouembris MCCCCLXXXII. pontificatus noſtri anno XII.* Proximo anno Sixtus Ludouicum Gallorum Regem, vt eum exciperet eſt adhortatus, cum ipſum plures varijs illecti præmijs rapere pertentarent a.

Decernunt Rhodij in Gallias Zizimum amandare.

a Six. IV. breu. pag. 643.

Regi Franciæ.

Chariſſime, &c. Eſt in manibus, & cuſtodia dilecti filij magiſtri Rhodi hoſpitalis Ieroſolymitani, ſicut maieſtas tua ſcit, frater Germanus magni Turci Chriſtiani nominis inimiciſſimi, quem magiſter ipſe pro maiori ſecuritate, & cuſtodiæ huiuſmodi cautela duci facit ad partes tui regni, vt ibi in caſtris dicti hoſpitalis maneat, & aſſeruetur; verum quoniam intelleximus eſſe aliquos, qui peruerſo ſpiritu ducti ſtudent omnibus vijs ipſum Germanum Turci e manibus dicti magiſtri eripere, & in alienam poteſtatem tradere, nos conſiderantes quanti momenti res ipſa ſit, & quantum ſcandali turbationiſue religioni Chriſtianæ poſſit afferre, ſi ij tales voto ſuo potirentur, cum non bono zelo ducantur; ſed ſolum quærant zizanias, & confuſiones diſſeminare, duximus ad celſitudinem tuam ſcribendum, hortantes, & omni affectu requirentes, vt tamquam Rex Chriſtianiſſimus velis magiſtrum præfatum, & illos quos ad huiuſmodi cuſtodiam deputabit ſuſcipere commendatos, ac permittere, immo etiam fauere, vt ipſum Germanum Turci in loca tuæ ditionis ducere, & intromittere in caſtris & domibus eiuſdem hoſpitalis inibi cuſtodire, & retinere libere valeant; id enim conducet honori, & vtilitati ipſius Chriſtianæ religionis, & nobis erit vehementer acceptum; tua vero maieſtas plurimum commendationis reportabit. *Dat. Romæ die XXVIII. iunij MCCCCLXXXII. anno XII.*

De Zizimo in Gallias perducendo.

Rogatus Lud. Rex & rei aſſentitur.

Perductus ita eſt in Gallias Zizimus. Inſtitit a vero vehementer Matthias Hungariæ Rex, vt ſibi Zizimus crederetur; victoriam enim eius ope certam de Turcis, quos in varias diſtraheret factiones, ſe conſecuturum ſperabat. Vt vero fuerit illo demum Innocentio VIII. traditus, & amiſſa diſcindendi Turcici imperij occaſio, ſuo loco dicetur. Addimus nunc ex Iacobo Boſio b Zizimi patruum Amuratis Turcarum olim Imperatoris filium, Chriſtiana lege & Latinis excultum literis, qui tum in Hungarica aula agebat, Chriſtianos principes ſolicitaſſe, vt ipſum Turcico reſtituerent imperio, legitimo enim ſe thoro procreatum, Mahometem vero Baiazethis & Zizimi parentem, adulterino ſanguine natum eſſe. At de Zizimo rurſum inferius: nunc quod ad Mahometanos Granatenſes attinet procuratio.

A Matthia expetitur. a Sabellic. ennea. 10. lib. 6.

Baiazethis patruus aſſectat imperium. b Boſ. p. 2. lib. 13.

37 Hoc anno iniecta c eſt fax poſtremi Granatenſis belli, quo demum Granata Maurorum in occidente regia aliquot poſt annis arſit, Mahumeticæque ſuperſtitionis ſordibus Hiſpania expiata eſt. Memorabile certe eſt, quod Iacobi Regis oratores in Viennenſi concilio Clementi V. de Granata retulere, in ea tum ducenta millia capita reperiri, neque ex ijs quingenta eſſe, quæ gente Maurica ſata eſſent, nec auos, aut patrem matremue Chriſtianos nacta eſſent, Chriſtianæ legis deſertores ad quinquaginta millia in ea verſari, mancipiorumque Chriſtianorum numerum ad triginta millia, & eo amplius. Indignum itaque erat tandiu regnum illud Mauricum ſtare, in quod veluti in ſentinam noſtri apoſtatæ confluebant. Commendauit Ferdinandum & Eliſabeth Aragoniæ, & Caſtellæ Reges ipſos de tam felici bello hoc anno cœpto orator Romanus in panegyrica oratione ſeptimo poſt anno Romæ habita, cum ob partam de Granatenſibus apud Bacam inſignem victoriam, de qua agetur ſuo loco, ſolemnis ſupplicatio decreta eſſet, necnon de exciſis ex Hiſpania vitijs, deq; militari diſciplina adeo bene notata, vt cruceſignatorum militum caſtra religioſorum conuentus viderentur, quos celebrat his verbis.

Poſtremũ Granatẽſe bellum c ſurit. annal. to. 4. l. 20. c. 42.

Granata apoſtatarum ſentina.

38 *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra: cuius ſententiæ non immemores Chriſtianiſſimi principes Ferdinandus V. Rex & Elizabeth Regina Hiſpaniarum illuſtriſſimi inter alias virtutes, quas ſibi peculiariter elegerant, fidei & religionis munus præ cæteris amplexi ſunt.* Et infra: *Hiſpaniam mille olim bacchantem criminibus ſua religione excelſa purgarunt, blaſphemia, & periurium, vulgaria quondam Hiſpanorum crimina, ſola iuſtitia, & religionis Ferdinandi, & Elizabeth aduentante ab vniuerſa prouincia defecerunt: furta, rapinæ, violentiæ, ſcorta, lenocinia, ſortium & taxillorum publica ſpectacula ab Hiſpania, quibus abundabat plurimum, fugata ſunt. Hæreſis iterum crucifigentium Chriſtum circumciſione & ſabbato caſtigata & punita eſt, ac reliqua crimina indifferenter meritas exactiſſime pœnas luunt, adeo vt exemplo & imitatione religionis principum educatus Hiſpanus exercitus non exercitum videre modo militum, verum potius quaſi religioſorum conuentum inſpicere gloria Dei magna ſit. Armauit fide & religione exercitum ſuum catholicus Ferdinandus, quo hoſtilia omnia facile ſuperauit, nempe vt dicam armatis contra inermes eſt vſus. Fides profecto in ſacris literis armatura, ſcutum, & galea prædicatur, vnde illud eſt Apoſtoli: Induite vos armaturam fidei, & alibi: Galeam fidei aſſumite, & ephesiorum VI, inquit Apoſtolus. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, & 1. Petri v. Cui reſiſtite fortes in fide. His igitur fœliciſſimis fidei armis inſignitus Hiſpanus exercitus tanquam fortis armatus cuſtodiens atrium ſuum, & in pace ſunt omnia, quæ poſſidet, & iniuſte poſſeſſa per paganos his armis carentes facile victoria de cælo præſtita ſuperauit. Anno igitur ſalutis dominicæ LXXXII. ſupra milleſimum quadringenteſimum, tyrannis ac criminibus ab Hiſpania pulſis, aduerſus Mauros Granatenſes Bæticæ inſignem partem a ſeptingentis, & vltra annis cum magna ignominia Crucifixi occupantes, Chriſtianiſſimi principes Ferdinandus, & Elizabeth tum religionis augendæ tum auitæ poſſeſſionis recuperandæ gratia expeditionem feliciſſimam mouere cœperunt.*

a Sixt. appẽdix. cuius inter orationes ad Pontif. ccc habetur.

Omnium ſceleratorum aſylum.

39 Expugnatam ab eorum ducibus improuiſo impetu, admotis nimirum antequam fulgeret aurora ſcalis, vigeſima ſeptima februarij die Alhamam arcem munitiſſimam, cæſoſque Saracenos, refert Surita a, prouolaſſeque mox Albohacenum Granatæ Regem tribus equitum, & quinquaginta peditum millibus ad obruendos noſtros antequam ſubſidiariæ ad illos copiæ accurrerent ſuccinctum; ſed Chriſtiano exercitu veniente obſidionem ſoluere coactum, variaſque in Bæticam excurſiones, ac iterum nouas in Alhamæ

Alhama arx expugnata.

a Surit. to. 4. lib. 20. c. 42.

Albohacenus Rex propulſatus.

mœnia

Digitized by Google

mœnia hoſtiles impreſſiones infelici exitu egiſſe: Ferdinandum vero ad vrgendam victoriam conſcripto nouo exercitu menſe iulio caſtra Loxæ admouiſſe, ſed a barbaris non leui accepta clade propulſatum; quocirca ad reficiendas vires, tantique belli ſuſtinendam molem apoſtolica præſidia implorauit a Sixto Pontifice: qui hoc diplomate a Chriſtifideles ad religioſam profitendam militiam, & Ferdinandi ſigna ſequenda, atque ad conferenda pecuniaria ſubſidia propoſitis indulgentiarum præmijs pellexit.

a Lib. 72. bullar. pag. 3.

Ad futuram rei memoriam.

40 Auctoritate Dei omnipotentis, cuius vices quamuis immeriti gerimus in terris, hortamur, requirimus, & monemus vniuerſos Chriſtifideles præſertim nationis prædictæ Hiſpaniæ, vt eiſdem Regi & Reginæ ad expugnationem Saracenorum prædictorum, & acquiſitionem dicti regni Granatæ, ac fidei præfatæ exaltationem cum bonis, & perſonis ſuis pro ſua poſſibilitate viriliter, & indeſinenter aſſiſtant, & illius exemplo, qui pro nobis mortem non abnuit, tollant in cordibus ſuis crucem ſuam, & illi ex eiſdem fidelibus, qui adhoc idonei ſunt dictos Regem, & Reginam immo verius Saluatorem noſtrum præfatum ſequantur, & pro illius nominis gloria, & Saracenorum prædictorum fidei hoſtium expugnatione mortis periculo ſe exponere non formident, memores verbi eius, qui dixit, qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: pariter & confidentes in eo, qui dixit. *Ecce ego vobiſcum ſum vſque in conſummationem ſæculi*; & qui vna nocte per Angelum ſuum centum octuaginta quinque millia hominum ex exercitu Sennacherib interemit: & qui alias eccleſiam ſuam in magnis periculis non dereliquit, nec permiſit inimicos eius eorum impunitate gloriari, pro illius nominis gloria, & eorundem Saracenorum expugnatione mortis periculis ſe exponere iuxta ipſorum Regis, & Reginæ ordinationem non formident, recepturi exinde præmia fœlicitatis æternæ, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXII. IV. *id. auguſti pontificatus noſtri anno* XII.

41 Cœleſtis gloriæ ſpe confirmati fideles intrepido animo partim crucefignatæ militiæ ſe addixere b, partim tanta ſuppeditarunt Ferdinando nummaria ſubſidia, vt plures deinde victoriæ de Mauris reportatæ ſint: cæterum Granatenſibus a finitimis ob agreſtes graſſationes grauibus affectis incommodis, Mauricæ res inclinarunt, expugnandæque deinde Granatæ iter paratum eſt; de quibus admonitum a Ferdinando c Sixtum facilem ſe in redintegrando cum Rege Neapolitano fœdere præbuiſſe antea indicatum eſt; ardenter enim cupiebat, vt Chriſtiani omnes mutuo amicitiæ nexu coniuncti eſſent ad arma aduerſus dominicæ crucis hoſtes ſumenda, id quod diſerte profeſſus eſt alijs literis ad Eduardum Anglorum Regem datis, in quibus etiam eundem ob partam de Scotis victoriam Richardi fratris ducis Gloceſtriæ opera triumphantem cohortatus eſt d, vt concordiam cum Scoto inſtaurare vellet.

b Surit. annal. to. 4. l. 20. c. 43.

Inclinata res maurica.

c Id c. 44.

Parta ab Anglis de Scotis victoria.

d Six. lib. bre. an. 12. pag. 7.

Regi Angliæ.

42 Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Perlegimus nuper literas tuas datas Londini VIII. kal. ſeptembris, quibus maieſtas tua nobis ſignificat de rebus paulo antea per dilectum filium fratrem ſuum Richardum ducem Gloceſtriæ in Scotia geſtis, in quibus illud iucundum nobis fuit, quod dux ipſe, ac victor exercitus, cum cædes, rapinas, incendia, aliaque hoſtilia edere potuiſſent, vt ſcribis, ab ijs tamen ſibi mirifice temperantes ſupplicibus hoſtibus pepercerunt. Sane, chariſſime fili, licet magna gloria ex potentia bellicaque virtute maieſtatis tuæ euenire ſoleat, multa tamen maiora ex clementia aduerſuſque hoſtes oſtenſa pietate aſſequuta eſt. Quod autem ipſa maieſtas tua, vti ſcribit, ad fœdus cum Scotis ineundum pacemque ſeruandum, dummodo ab illis expetatur, paratiſſima ſit, ipſam maieſtatem tuam valde laudamus, & ei magnopere gratulamur, eamque hortamur in Domino, vt in hac perſeueret optima atque digna Chriſtiano principe voluntate: Quod ſi, vti confidimus, factura eſt, & ſibi ipſi liberiſque, ac poſteris ſuis firmius imperium diuturniuſque efficiet, & plurimum quoque conducet reipublicæ Chriſtianæ. Nos autem, etſi improbitate impietateque hoſtium ad tuendum noſtra, & propulſandum iniuriam bello, proh dolor! implicamur, quæ res a natura, a moribus noſtris alieniſſima eſt, nihil tamen magis optamus: quam vniuerſalem pacem fieri inter omnes vbilibet principes, ac populos Chriſtianos, qua oblata tandem aliquando, ſicuti fore ſperamus, rei bene gerendæ idonea occaſione, tot terras recuperare de manibus infidelium, tot Chriſtianos de miſera ſeruitute liberare, ac ipſam denique catholicam fidem ad priſtinos vſque limites propagare poſſimus. *Dat. Romæ die* VIII. *nouembris* MCCCCLXXXII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Solicitatur vt pacem firmet cum Scoto.

Gratulatoriæ ad Eduard. literæ.

43 Ornauit eundem Regem Sixtus myſtico munere, nimirum enſe & galero veteri more & inſtituto, recurrente natalitiorum Domini feſto die, ſacratis a Pontifice, quibus ſignificabat Sixtus conceptam de eo ſpem, vt Eccleſiam regio ſtudio patrociniſque protecturus eſſet, atque in hoſtes fidei enſe fulminaturus. Quod ſacrum donum cum Anglus Londini in æde S. Pauli, recurrente celeberrimo in Anglia feſto S. Georgij, honorifice pieque accepiſſet, iterum illum Pontifex ad prouehendam rem Chriſtianam excitauit a. Ex his conſtat quanto cum ſtudio veteres Angliæ Reges ſedem Apoſtolicam proſequi conſueuerint, quantoque recentiores Anglici ſceptri heredes poſt hauſta hæreſeos venena, diſpendio regiæ dignitatis, quin etiam & vitæ, a maiorum virtute pietateque deflexerint.

Munera a Sixto ad Anglum tráſmiſſa.

a Lib. breu. an. 12. pag. 7.

44 Tranſmiſit hoc anno ad Pontificem Ludouicus Francorum Rex ingentis pretij calicem in Lateranenſi æde collocandum, futurumque vſui in diuinis myſterijs, de quo Sixtus ipſi gratias his verbis egit b: *Accepimus lætiſſimo animo calicem, quem tua celſitudo ad baſilicam S. Ioannis Lateranenſis de vrbe nuper miſit, qui ei eccleſiæ magna cum ſolemnitate dedicatus eſt, & ingenti lætitia omnium receptus ad perpetuum nominis tui decus, & ornamentum, ex quo religio, & pia mens tua multis ante argumentis cognita, & perſpecta multum aducta eſt, & præſertim a nobis laudata, &c. Dat. Romæ die* XVI. *ſeptembris* MCCCCLXXXII. *anno* XII. Erogati præterea fuere ab eodem Rege mille nummi aurei pro ornanda S. Petri baſilica, tum reficienda alia æde in monte aureo ſita S. Petro ſacra vbi cruci affixus fuit. Cæterum graui morbo contracto Ludouicus diu elanguit, ac ſanctorum piorumque ſuffragia anxie ad recuperandam valetudinem expetiuit; de cuius obitu proximo anno agetur.

b Ib. pag. 53.

Calix a Gallo Rege eccl. Later. oblatus.

Præ-

45 Præterea Gallias hoc anno acerba inſolitaque inceſſiſſe peſtis, ex qua ægri furore perciti efferatique ſibi necem conciſcebant, refert Belcairus a his verbis: *Peſtis tota fere Gallia graſſata eſt, quæ non multum ab illa Athenienſium, cuius meminit Thucidides, diuerſa videri poteſt, non ex fame, qua laborauerat, ſuperiori anno, ſed ex aeris intemperie manaſſe illud ſcribitur, quod opulentos iuxta atque inopes, nobiles pariter & ignobiles, viri ac fœminæ ea lue corripiebantur. Incendebat cerebrum phreneſis ardens, miſeriſque furorem rabioſum inuchebat; alij truculentos clamores, alij miſerabiles eiulatus edebant, alij canum more horrendum quiddam ac terrificum vlulabant, in fluuios alij, alij in puteos, alij ſe ex tectis præcipites dabant. Eo morbo periere Bituricenſis, Narbonenſis, Lemouicenſis pontifices, Carolus Gaucurtius Luteiæ prætor, Ioannes Bolengerius Pariſienſis ſenatus princeps*, & infra, *aliique fere innumerabiles*.

a Belcair. l. 4. c. 16.

Horrendæ peſtis epidem. genus.

46 Decreuit b ſolemni ritu hoc anno Sixtus ſanctorum cultum B. Bonauenturæ epiſcopo Cardinali, & inſigni Eccleſiæ doctori, de quo antea a nobis in concilij Lugdunenſis hiſtoria mentio honorifica facta eſt. Singulos ritus in ea religioſa celebritate ſeruatos deſcribit accurate Iacobus Volaterranus, qui conſentiunt ijs, quæ a nobis alibi in conſecranda alicuius viri ſancti viri memoria allata fuerunt: *Die*, inquit, *mercurij poſt feſta paſchalia, qui fuit decimus eiuſdem menſis nempe aprilis, vocati ſunt patres in publicum ſenatum, qui coactus fuit in anteriori maiori aula pontificia. Relatum eſt in eo de moribus, & vitæ ſanctimonia viri, & patris beatiſſimi Bonauenturæ, quem inter ſanctorum cætum plures Reges, nationes, & populi referendum eſſe ſummis precibus a Pontifice, & ſacro patrum ſenatu efflagitabant. Orationem vero habuit de ea re clariſſimus iureconſultus, & ſenatorius aduocatus Octauianus, quæ etſi propter ſtrepitum frequentiſſimi ſenatus audiri vix potuit, mirifice tamen commendata fuit ab ijs, qui illam audierunt. Paucis quum reſpondiſſet Pontifex commiſit prælatis omnibus in Romana curia exiſtentibus, vt & ipſi de meritis beati patris edocti in primo ſenatu ea tantum cauſa cogendo ſententiam dicerent. Die igitur veneris, qui ſecutus eſt, fuit enim duodecima menſis aprilis, vocati in conſilium fuere non Cardinales modo, ſed epiſcopi omnes, abbates, & iudices rotæ palatinæ, religionum quarumdam prælati, & procuratores earumdem generales. Conſilij locus fuit maior aula ſupra primam palatij portam, quæ in S. Petri aream ſpectat. In ſenatu iterum orauit Octauianus, quem dixi, & quia priori ſenatu a paucis fuerat per ſtrepitum auditus, eandem, vt audio, orationem recitauit cum ſumma attentione, & commendatione. Rogati poſtmodum epiſcopi, & cæteri ſententiam dicere, Cardinalibus ſilentibus, præſulum quiſque, prout loco præerat, ita ſententiam dixit. Cenſuit maior pars Bonauenturam referendum eſſe inter ſanctos, quos colit Eccleſia, quando quidem ea non poſſet errare, credere enim Pontificem diligentiſſime beati viri merita, & miracula perſcrutatum eſſe, & per ſe ipſum, & per eos Cardinales, quos ad id multo ante tempore delegiſſet. Fuere ex prælatis nonnulli, qui eorum ſententiam ad Pontificis iudicium retulerunt; nonnulli etiam, qui ſub conditione cenſebant inter ſanctos referendum, videlicet ſi vera eſſent, quæ ab oratore Octauiano de meritis & miraculis recitata fuerant. Tandem communi vota ventum in cauſa ſententiam, quæ fuit, vt proximo die iuxta conſuetudinem cæremonia fieret, quæ in canonizandis ſeruari conſueuit. Itaque mandatum a clericis cæremoniarum, vt ad eamdiem cuncta parata eſſent.*

Sanctorũ catalogo B. Bonauentura aſcriptus. b Volater. de Pap. l. 2. n. 111.

Qui ſeruati fint ritus in decernendis illi Sanctorũ honoribus.

Recenſita in publico ſenatu ſancti viri merita.

47 *Die vero dominico mane hora, qua conſueuit agi diuina res, conuenere Cardinales, & prælati omnes in pontificia aula, magiſtratus quoque omnes tam vrbani quam curiales, & proceres oratores, & nobiles; in eccleſia autem conuenerat ingens multitudo vtriuſque ſexus præ ſtudio rem nouam, & religioſam videndi. Erant in eccleſia medio recta tabulata ſupra ſtaturam hominis, vnde cæremonia ab omnibus circumſtantibus facile videri poteſt, ac ſine impedimento ſpectari. Diſpoſita quoque ibi erant ſubſellia omnia Cardinalium, & epiſcoporum, aliorumque prælatorum, & primatum tam clericalis, quam ſæcularis poteſtatis. Ante vero omnia ſedes Pontificis digniori loco ſupereminebat, humilior tantum aliquantulum quam altare, ſuper quo diuina res erat agenda. Aſcenſus in ea tabulata erat ſatis arctus, & per gradus, nec patebat niſi Cardinalibus, epiſcopis, & prælatis, ac magiſtratibus in curia, & in vrbe degentibus; oratoribus etiam, proceribus, & nobilibus, & viris dignitate aliqua præditis. Pontifex omnibus ita diſpoſitis e cubiculo manet cum pluuiali, & mitra præcedentibus Cardinalibus, epiſcopis, & prælatis in veſte ſacra: in ſupplicatione autem ipſe ſub vmbracula, & tam ipſe quam Cardinales, & prælati cereum manu geſtabant, vt operantes inſtruerent: qui quidem ordo talis eſt, videlicet.*

Apparatus pro conſecranda illius memoria.

48 *Pontifex exit de cubiculo ſuo Cardinalibus, prælatis, & officialibus ſuis curiæ proceſſionaliter cum cruce, ceroferarijs, & thure: omnes vero veſtiti paramentis albis ſibi conuenientibus. Pontifici exiſtenti in anticamera dantur duo magni cerei albi ponderis librarum decem pro quolibet, quas duo nobiles portant, prout Pontifex mandat: Cardinalibus quoque dantur cerei albi librarum quatuor, alijs vero prælatis, oratoribus, baronibus, & magnis nobilibus duarum librorum ceræ communis; ſeruientibus armorum, & alijs minoribus officialibus, item capellanis ſcutiferis, cantoribus media libra, cæteris vero vt placuit. Septem præterea facula pro proceſſione libræ vnius pro qualibet de cera communi, ſeptem alia alba duarum librarum pro quolibet altari, duo ſimiles pro credentia, ſeptem præterea intortitia magna pro eleuatione corporis Chriſti ſex librarum pro quolibet. Tum Papa deſcendit in baſilicam proceſſionaliter cum baldachino: in porticu ei obuiam ierunt religioſi vrbis, & clerus ipſius eccleſiæ S. Petri Papa autem intra eccleſiam aſcendit palcum, & facta oratione ante altare, vt moris eſt, aſcendit ſedem eminentem in ſiniſtro cornu altaris ſitam, ibique accipit reuerentiam a Cardinalibus, & prælatis paratis. Facta reuerentia ponitur alia ſedes ante altare, ita vt Papa vertat renes ad altare, & ibi ſedet, & facit ſermonem, referens quæ geſta ſunt, & vitam ac miracula canonizandi ſummarie, & in fine hortatur omnes, vt orent Deum ne permittat errare Eccleſiam ſuam in hoc negotio, ipſe quoque identidem dicit ſe oraturum. Deſcendit, deinde tollitur ſedes, & propterea genuflectit ante altare ſuper faldiſtorio, & cantantur Litaniæ a Cardinalibus, in quibus fit nulla mentio de ſancto canonizando. Illis finitis diaconus a dextris dicit alta voce verſus ad populum: Orate & omnes ſecrete prolixius orant. Tunc diaconus a ſiniſtris dicit eodem tenore: leuate, & omnes ſurgunt. Papa eleuatis manibus ſtans ſine mitra incipit hymnum Veni creator Spiritus, deinde genuflectit: cantores proſecuntur. Finito primo verſu Papa ſurgit, & cum mithra vadit ad ſedem eminentem, & detracta mithra*

expe-

Digitized by Google

expectat finem hymni. Quo completo cantores cantant verſus. Emittes ſpiritum tuum, &c. Reſp. Et renouabis faciem terræ: & Pontifex: Oremus. Deus, qui corda fidelium, &c. per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

His peractis procurator canonizationis petijt inſtanter a Pontifice pronuntiari, & canonizari beatum Bonauenturam his verbis videlicet.

Oratio habita a Minoritarum procuratore.

49 *Beatiſſime pater ſcriptum eſt prima epiſt. Ioannis cap. 3. quod tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in cælo Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres teſtimonium dederunt, quod B. Bonauentura de Balneoregio quondam ordinis fratrum Minorum generalis, ac poſtmodum S. R. E. Cardinalis, & epiſcopus Albanenſis veniat canonizandus, vt patet per proceſſus commiſſione ſanctitatis veſtræ auctoritate apoſtolica ſuper inde confectos. Ego frater Petrus de Rodulphis de Vilgenano prædicti ordinis Minorum in alma curia veſtra procurator meo vt procuratorio ordinis prædicti nominibus ſereniſſimi Romanorum Imperatoris, & Chriſtianiſſimi Francorum Regis, aliorumque Regum, ducum, & principum, marchionum, & magnificarum communitatum ſpiritualium, & temporalium dominorum quorumcumque. qui ſanctitatis veſtræ, & reuerendiſſimorum Cardinalium collegio ſuper canonizatione prædicti B. Bonauenturæ ſæpius ſcripſerunt, & ex parte ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, qui, vt præfatum eſt, de ipſius gloria teſtificati fuerunt inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime requiro ſupplex, & adſtringo ſanctitatem veſtram, non de gratia, ſed de debito, ac iuſtitia, quatenus nunc de præſenti ad canonizationem B. Bonauenturæ, ſecundum quod in publicis conſiſtorijs decretum fuit, ne beatus ſuo fraudetur honore, procedere debeatis, ad orthodoxæ fidei, & ſanctæ Eccleſiæ exaltationem: & ad laudem omnipotentis Dei, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.*

Sixti de ea re decretum.

Cum is perorasſet, & Sixtus vna cum cæteris flexis genibus precatus eſſet, ne Deus Eccleſiam in ea re labi errore pateretur, demum B. Bonauenturam, conſultis Cardinalibus, & præſulibus in Romana curia tum agentibus ſanctorum numero aſcripſit hoc ritu deſcripto in promulgato diplomate a.

a Ext. in bullar. in Sixt. IV. conſt. 25.

Ad perpetuam rei memoriam.

50 Exaltet pontificem cœtus beatorum, & ſacra doctorum concio, qui fulgent in cælo tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates, quos inter ſanctus Bonauentura, tanquam nouum ſydus ex hac lachrymarum valle ad cœleſtem, quæ ſurſum eſt, Hieruſalem vocante eum Domino migrare promeruit. Nos autem, qui diſponente Altiſſimo ad culmen apoſtolatus euecti Chriſtiani gregis curam gerimus, quem pro debito paſtoralis officij iucundo ſanctorum collegio conformare, vt debemus intenſis deſiderijs affectamus, Eccleſiæ militanti, pro cuius ædificatione, & incremento ipſum Bonauenturam in catalogum ſanctorum referendum duximus, haud incongrue dicere poſſumus. Exulta hodie, & lauda habitatio Syon, id eſt, Chriſtiana religio, in qua tanquam in monte Syon per veram fidem habitat verus Deus, quoniam magnus in medio tui ſanctus, quippe in medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, & ſtolam gloriæ induit eum, & coronauit ad portas paradiſi, in qua vna cum Angelis gloria, & fœlicitate lætatur. Lætemur itaque & exultemus, quia cœleſtis illa curia ex nobis habet, cui ſit cura de nobis, qui ſuis nos protegat meritis, quos informauit exemplis, illuminauit doctrinis, & miraculis confirmauit, quem Deus dedit cunctis populis in gloriam, & honorem, cuius memoria in benedictione eſt. Ea namque de diuinis rebus ſcripſit, vt in eo Spiritus ſanctus loquutus videatur: ita pie religioſe & ſancte vixit, vt ſcriptis vita congrueret, & quod ſcribebat doceret exemplo, in quo morum virtus, & ſignorum claritas ita comperta eſt, vt congruentibus maximis meritis, ac miraculis veræ ſanctitatis teſtimonium a militante Eccleſia debeatur eidem, nam eum in flore virente iuuentutis, humanis abiectis illecebris, diuino ſe addixiſſet ſeruitio, religionem B. Franciſci, quæ per ardua tendit, ingreſſus, tantum ſedula lectione, & aſſidua oratione profecit, vt cum ſapiente merito dicere poſſet. *Optaui & datus eſt mihi ſenſus.* Illuminatus enim ab eo, qui illuminat omnem ſenſum, qui lux via veritas eſt & vita, paucorum annorum ſpatio incredibilem eſt ſcientiam conſequutus, nec talentum ſibi a Domino creditum ſudario alligauit, aut terræ infodit, ſed vt ſapientiſſimus diſpenſator in communem vtilitatem conuertit. In celebri enim Pariſienſi gymnaſio cathedram rexit, vbi abſcondita ſcripturarum enucleans non ſolum viua voce profuit multis, ſed etiam plurima librorum optimorum tum in ſacris literis, tum in maioribus ſcientijs monumenta reliquit, quæ eſſent omni tempore poſteris profutura. Magnus doctrina non minor humilitate, & vitæ meritis, quem Alexander de Ales doctor clariſſimus, cui ſe in diſciplina ſanctus Bonauentura tradiderat, tantæ innocentiæ, ac columbinæ ſimplicitatis expertus eſt eſſe, vt dicere ſolitus fuerit ſibi videri, quod in eo Adam nunquam peccaſſet. Magnus etiam in ordine fratrum Minorum, cui vnus poſt B. Franciſcum plurimum profuit, ad eius enim gubernacula vocatus, & generalis miniſter Domino inſpirante creatus, talem ſe ſuis præbuit ſubditis, vt in illo dominicum illum verbum videretur impletum, qui maior eſt veſtrum ſit miniſter veſter. Nam ſapientia, & morum integritate maior prælationis officium cum tanta exercuit charitate, quod ſponte humilis nunc doctrina, nunc monitionibus, nunc exhortatione fraterna, nunc etiam corporali ſeruitio ſatagebat, vt bonus Chriſti miles inferioribus miniſtrare, nec ſolum quæ ab ipſo B. Franciſco pie & ſancte fuerant inſtituta diligentiſſime cuſtodiuit, ſed multa etiam adinuenta, quæ creſcente fratrum numero neceſſaria videbantur, adiecit, ordinem quoque ipſum in prouincias cuſtodiaſque diuiſit.

De B. Bonauenturæ ſcriptis.

Vt theologiā publice profeſſus ſit Pariſijs.

51 Magnus etiam in dignitate in Romana fuit eccleſia, increbeſcente enim fama innocentiæ, doctrinæ, ac prudentiæ eius a fœlicis recordationis Gregorio Papa X. prædeceſſore noſtro ad cardinalatus eſt vocatus honorem, vt eius opera in maximis, & difficillimis rebus, quæ temporibus illis inciderant, vteretur, in quem Gregorius ipſe ob ingētia viri merita nouo eſt vſus exemplo, ſtatim enim illi Albanenſem commiſit eccleſiam, quæ non niſi vetuſtioribus Cardinalibus ſolet committi. Non feſellit expectationem ſummi Pontificis, ac ſacri ſenatus optimus, ac Deo amiciſſimus vir, ſed in concilio Lugdunenſi præſidens, omniaque ad Dei laudem dirigens, ſedatis diſcordijs, difficultatibuſque ſublatis ipſi Eccleſiæ maximo vſui fuit, & ornamento, quibus rebus aperte cognoſcitur, quod ſtatuit illi Dominus teſtamentum pacis, & principem fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum, quem inanis gloriæ non

Cardinalatum ſācte geſſerit.

non inſtauit, non diuitiæ ſiniſtrorſum egerunt, ſed in fide lenitateque perſeuerans, pius in Deum, in pauperes miſericors, iuſtus in omnes, ita hoc corruptibile corpus exuit, vt eum Apoſtolo dicere poſſet, bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Qui etſi ex ſola perſeuerantia poterat ſanctus cenſeri, iuxta illud eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, ſubſequuta ſunt tamen poſt vitam multa miracula, quæ certum eius ſanctitatis probent indicium, & nos ad ipſius venerationem inducant, quod Deus meritis præcedentibus venerandum oſtendat, ipſe enim Deus omnipotens, vt ſuæ virtutis potentiam manifeſtet, & noſtræ ſalutis cauſam pandat, fideles electos ſuos, quos coronat in cælis, ſæpe etiam honorat in mundo, ad eorum memoriam ſigna faciens, & prodigia, quo hæretica prauitas confundatur, & fides orthodoxa ſeruetur.

52 Agimus igitur ipſi Deo quantum poſſumus gratias, quod nos dignos duxerit, per quos hæc canonizatio celebraretur, quæ licet diuinis literarum monumentis extantibus, coruſcantibuſque miraculis iam pridem potuerit rite fieri, nunquam tamẽ antehac vel a principibus vel ab alijs tanta diligentia fuit petita, ſicuti noſtro tempore chariſſimi in Chriſto filij noſtri Fredericus Romanorum Imperator ſemper auguſtus, Ludouicus Francorum Chriſtianiſſimus, Ferdinandus Siciliæ, Matthias Hungariæ Reges illuſtres, dilecti quoque filij nobiles viri Alphonſus Calabriæ, Ioannes Moccenico Venetiarum, Ioannes Galeaz Mediolani, & Ioannes Burbon duces inſignes, prætcrea ciuitates Florentinorum, Senenſium, Lugdunenſium, Peruſinorum, &, quod tale iubar tulit, Balneoregium tanto ſtudio tantaque perſeuerantia petierunt a nobis, vt durum & impium putaremus eis in re tam pia reſiſtere, quam etiam Dei monitu petere videbantur. Accellerunt aſſiduæ venerabilis fratris noſtri Iuliani epiſcopi Sabinenſis ipſius ordinis protectoris, dilectorum quoque filiorum Franciſci Samſonis generalis miniſtri, & Petri de Rodulphis procuratoris dicti ordinis ſacræ theologiæ profeſſoris preces, qui nomine generalis eorum capituli id tanquam iuſtum & debitum repoſcebant. Legeramus ſtudioſiſſime ſancti huius diuina ſcripta, quibus, poſtquam per ætatem aliquid ſapere licuit, ſemper fuimus delectati: audieramus quoque ab antiquioribus religionis præfatæ fratribus, & grauibus quidem viris, quod & ipſi a maioribus natu acceperant, de ſanctimonia vitæ eius conſtantem famam eſſe ſciebamus de multis maximiſque miraculis, nec erat propterea apud nos dubium quin in triumphanti Eccleſia triumpharet in cœlo & venerationem mereretur in terris. Sed memores nos eundem minorum ordinem ex voto ingreſſos, in quo diuina aſſiſtente gratia in ſacris literis & religioſis moribus vtcumque profecimus, eademque miniſteriatus officia exercuimus, atque inde ad cardinalatus dignitatem, ita vt per conſimiles gradus ad pontificatus culmen ſubleuatos nos fuiſſe diſponente Domino cognoſcamus, per quos ipſe Bonauẽtura ſanctus ad triumphãtis Eccleſiæ immarceſcibilem gloriam euectus eſt, ne ad id videremur potius affectione propria, quam debita deuotione moueri, tam adhibuimus diligentiam ac grauitatem, quam rei magnitudo poſcebat. Commiſimus enim tribus ex venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, vt de veritate miraculorum mandarent inquiri, cumque vnus ex eis inchoato proceſſu, vt Deo placuit, ab hac luce migraſſet, alium in locum defuncti ſubrogauimus Cardinalem, quo etiam decedente alium ſubſtituimus. Cum iam proceſſus ipſe pene perfectus eſſet, & hi qui delegati erant fideliſſime retuliſſent, tamen quia non videbatur in procedendo tanta, quanta requiritur obſeruata ſolemnitas, illum reiterari iuſſimus. Demum cum ex vberiori relatione & fidedignorum teſtium ſuper hoc receptione compertum fuiſſet, multa & magna a Deo per ipſum ſanctum miracula fieri, quæ in conſpectu multitudinis cernebantur, nos, ne Spiritui ſancto reſiſtere videremur, qui per os prophetæ laudare Deum in ſanctis ſuis iubet, in conſiſtorio noſtro ſecreto, huius rei cauſa habito, eorundem venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium vota ſuper huiuſmodi canonizatione ſumus ſcrutati; cumque omnium vna eademque fuiſſet ſententia, videlicet vt in ſanctorum numero referri deberet, conſiſtorium publicum deinde habuimus, in quo magna multitudine aſtante, & in triduum orationes ieiuniaque indiximus, vt Deus omnipotens nobis quod factu optimum in hac re eſſet oſtendere dignaretur, nec pateretur Eccleſiam ſuam militantem errare, quæ ſe triumphanti conformare ſtudet. Triduo deinde elapſo omnes, qui in Romana curia erant, prælatos iuſſimus conuenire, qui ad vnum interrogati, quid faciendum videretur, in eandem ſententiam conuenerunt, beatumque Bonauenturam canonizandum cenſuerunt.

53 Nos ergo Dei nutum & voluntatem ſequentes, attendenteſque iuſtum ac debitum eſſe, vt quos Deus honorat in cœlis, venerationis officio laudemus & glorificemus in terris, cum ipſe potius laudetur & glorificetur in illis, qui eſt laudabilis & glorioſus in ſæcula, hunc diem canonizationis ipſius ſancti Bonauenturæ in medio baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe, quo maxima omnis generis ordiniſque multitudo confluxerat, celebrandum ſtatuimus, ibi reliquis omnibus legitime peractis, ordinis minorum procurator in medio ſtans dictum illud B. Ioannis Apoſtoli clara voce proponens, videlicet. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, probauit etiam habito ſuper præmiſſis proceſſu ipſas beatiſſimæ Trinitatis perſonas teſtimonium, quod B. Bonauentura in cœlo ſit, præſtitiſſe, patrem videlicet in miraculorum potentia, filiũ in doctrina & ſapientia, & Spiritum ſanctum in vitæ ipſius bonitate: & propterea non ſolum nominibus omnium, qui hanc ipſam canonizationem fieri ſupplicarunt, ſed etiam ex parte indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus ſancti, vt ipſum Bonauenturam ſanctum pronuntiare dignaremur, inſtanter inſtantius & inſtantiſſime requiſiuit. Confidentes igitur quod in hac canonizatione non permittat nos Deus errare, qui omnia in ea quomodolibet requiſita etiam ſuperabundanter obſeruari fecimus & obſeruauimus, de eorundem fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, omniumque prælatorum in Romana curia exiſtentium vnanimi conſenſu & maturo conſilio, de omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi beatæ memoriæ Bonauenturam Balneoregienſem ſacræ theologiæ profeſſorem, ex gremio ſacri ordinis minorum, & ex officio generalatus in epiſcopum Cardinalem aſſumptum, ſanctum eſſe ac aliorum ſanctorum Dei catalogo aſcribendum adij-

Qui principes decernendi illi cultꝰ promotores extiterint.

Vt proprio affectu ſe nõ duci fuerit Sixtus

Data ſit tribus Cardinalibus de miraculis inquirendi prouincia.

Rogata ſint præſulum ſẽtentiæ.

Decretoria Sixti ſententia

adijciendum, ac aggregandum fore: ad fideliter firmiterque teneri debere decernimus, ipſumque ſanctorum confeſſorum pontificum & doctorum, quos ſancta Dei veneratur Eccleſia, conſortio ſolemniter in præſentiarum aſcribimus aggregamuſque per præſentes: ſtatuentes etiam & mandantes venerabilibus fratribus noſtris patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, ac dilectis filijs dictorum ac patriarchalium metropolitanorum & cathedralium eccleſiarum capitulis, & quorumuis ordinum tam mendicantium quam non mendicantium profeſſoribus, nec non quibuſcumque eccleſiaſticis perſonis, vt feſtum ipſius S. Bonauenturæ ſecunda dominica menſis iulij ſingulis annis ſolemniter & deuote celebrent: diuinum officium veluti pro vno confeſſore, pontifice, & doctore tam publice quam priuatim contigerit perſoluentes, &c. propoſuit nonnulla indulgentiarum præmia ijs, qui ſacras illius reliquias pie venerarentur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXII. XVIII. *kal. maij pontificatus noſtri anno* XII.

IESV CHRISTI

Annus 1483.

SIXTI PP. IV. annus 13. FRIDERICI III. IMPERAT. annus 44.

1 ITalicis turbis inquietus extitit excurrentis ſæculi annus octuageſimus tertius indictione prima, quo cum ſacræ in Turcas expeditionis, coniungendarumque cum cæteris principibus virium deſiderio flagraret Sixtus, Venetos vero nec prece nec promiſſis ab oppugnanda Ferrariæ Romanæ eccleſiæ vectigali poſſet dimouere iudiciario ordine in eos agere conſtituit. De quibus acturi ſubijciemus primum apoſtolicas ad Fridericum III. Imperatorem miſſas literas, quibus Pontifex expoſuit a, quanto ſtudio pacem inter principes Italos conciliaſſet, preceſque addidit: vt Ioannem Mocenicum Venetæ reipublicæ principem a ſuſcepto opprimendæ Ferrariæ conſilio reuocaret.

Suſcepti in Venetos belli cauſa.

a Lib. breu. an. 12. pag. 301.

Imperatori.

2 Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Vt nihil omitteretur, quod ad communem omnium quietem pertineret, pacem cum Italicis potentatibus conſtituimus, in quo Deo immortali gratias agimus, quod priſco deſiderio noſtro eſt ſatisfactum, inter enim multiplices pontificatus curas, in quibus animus noſter aſſidue verſatur, illa ſemper præcipua fuit, vt ſublatis de medio diſcordiarum omnium fomitibus inter catholicos principes mutuam beneuolentiam pararemus, ea maxime ratione, quod ita poſtulare videbatur rerum Chriſtianarum neceſſitas: de qua quidem ſanctiſſima re, & apud te, & alios principes nuntijs, & literis ſæpius nos egiſſe meminimus. Si autem vnquam menti noſtræ is ardor fuit, profecto nunc potiſſimum eſt, vt communi fidelium populorum periculo, quod ab immaniſſimis Turcorum gentibus imminere videmus, poſſit occurri. Quæ res effecit, vt iniuriarum omnium obliti publicæ cauſæ condonaremus, ſi quid offenſionis a quoquam laceſſiti ſuſcepimus, priuata noſtra publicis commodis poſtponentes, quo pacem hanc, hanc ſalutarem omnibus vnitatem toto pectore, totis charitatis viſceribus complecteremur, cum magna populorum omnium lætitia, qui ex diuturnis laboribus, & incommodis, quæ bello impliciti hactenus paſſi ſunt, reſpirare cœperunt.

Sixti ad Imp. lit.

De propulſanda tyrannide turcica.

Vnum ſolum, chariſſime fili, ſupereſt, quod ad perficiendam ex omni parte Italicæ tranquillitatis vnitatem valde eſt neceſſarium, acceſſio videlicet dilecti filij nobilis viri Ioannis Mocenici ducis Venetiarum, & inclytæ illius reipublicæ, qui niſi ab armis diſcedat, Ferrariamque nobilem & inſignem Romanæ eccleſiæ ciuitatem, aliaque finitima loca oppugnare deſinat, non poteſt Italica quies ſolido fundamento conſiſtere, cum neceſſe ſit ad ferendum obſeſſis ſubſidium armis iterum Italiam exagitare, & oppreſſos bello protegere, & ſic nunquam inteſtinis diſcordijs, & Chriſtiani ſanguinis effuſioni finis erit. Hortati tamen ſumus ducem ipſum, vt ab huiuſmodi impugnationibus abſtineat, reliquæ totius Italiæ conſilium, & vnitatem ſequatur, nolit ſolus a tam communi, & ſalutari bono diſſentire, ſicuti per exemplum his incluſum videre poteris. Hortamur etiam maieſtatem tuam, vt ad eum aut ſcribat aut mittat, ſtudeatque omni ratione ad pacem eum traducere, & ſuadere vt arma deponat, ab impugnatione rerum alienarum abſtineat, nobiſcum & cum reliquis Italiæ potentatibus hanc optabilem & neceſſariam pacem complectatur, aliter alia prouiſione opus eſſet, cum nemo catholicus princeps pati debeat tantam Italiæ perturbationem, & diſcordiam in præiudicium totius Chriſtianæ religionis. *Dat. Romæ die* X. *ianuarij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Coniungendis mutua pace Italis

Venetis a bello Ferrarienſi reuocandis.

3 Sunt ea de re ad ducem Saxoniæ literæ a, quibus edoctus eſt, vt iam antea arctiſſimum a Sixto fœdus cum Venetis initum fuiſſet pro Italica pace alenda: ſed cum a Venetis bellum Ferrarienſi duci illatum fuiſſet, & cæteri principes Itali ſubſidio illi acceſſiſſent, eaque de cauſa Ferdinandus atroci bello eccleſiaſticam ditionem inuaſiſſet, neque ad retundendam illius vim idonea a Venetis auxilia ſubmiſſa eſſent, atque interea Ferraria ſedis Apoſtolicæ fiduciaria vrbs a Venetis in diſcrimen extremum conijceretur, adhibitam omnem operam fuiſſe, vt permulcerentur Veneti, atque arma in religionis Chriſtianæ hoſtem conuerterent, conceptumque animo pacis ab omnibus fidelibus colendæ pium ardorem explicuit b.

a Pag. 362

Ferraria cincta obſidione a Venetis.

b Ibid.

Duci Saxoniæ.

Dilecte fili, &c. Scripſimus ſuperioribus diebus ad nobilitatem tuam cauſas, quibus moti eramus ad nouam cum Italiæ potentatibus ligam ineundum: ſed quoniam breue noſtrum ſicut ex relatione dilecti filij noſtri Franciſci Cardinalis Senenſis didicimus adhuc perlatum non erat, iterum ea paucis repetemus. Nos antea cum Venetis pro pace Italiæ conſeruanda, quam ſemper deſiderauimus, & procurauimus, & pro mutua ſtatuum defenſione confœderationem feceramus; verum cum Veneti ipſi duci Ferrarienſi bellum intuliſſent, & ea de cauſa Ferdinandus Rex contra nos arma mouiſſet, cæterique Italiæ principes contra Venetos auxilio Ferrarienſi duci venirent, occupatis nonnullis ciuitatibus, & oppidis noſtris, neque auxilia a Venetis, ad quæ ex forma capitulorum, ſicuti ex copia hic incluſa videbis obligabantur, præſtarentur nobis, ciuitaſque noſtra Ferrarienſis ab ipſis oppugnaretur coacti

De diſcordia cum Venetis Saxo fit certior.

Vt ij Ferrariam inique oppugnent.

 fui-

fuimus in tot difficultatibus nouam cum ipſis Italiæ potentatibus inire ligam, & , quod ſemper deſiderauimus, pacem cum omnibus amplecti ſupplicantibus nobis de hoc Regibus Caſtellæ, qui dedita opera oratores pro huiuſmodi pace ad nos miſerant ſacroque collegio, & omnibus fere ciuitatibus Italiæ, cum aperte videremus ex huiuſmodi Venetorum confœderatione contrarium ſubſequutum effectum, & perturbationem inde potius exortam, quam pacem & quietem partam, in qua noua liga etiam Venetis ipſis locum reſeruauimus, eoſque hortati ſumus, & continue hortamur, vt omiſſa obſidione ciuitatis Ferrarienſis, quæ noſtræ, & S. R. E. iuriſdictionis eſt, pacem ipſam vna cum reliquis ingrediantur ad vniuerſalem Italiæ quietem, cui nos totis ſtudijs incumbimus, accedant, neue ſoli in causa ſint, quin ex omni parte pax Italiæ conſtituatur, ſicuti ex exemplo literarum noſtrarum ad ipſos Venetos, quod tibi his incluſum mittimus videre poteris, voluimus hæc repetere, vt cognoſcat nobilitas tua nos ſtudio pacis, & quietis huiuſmodi ad ineundum ligam motos, & vt vnanimi conſenſu, & communibus viribus contra infideles hoſtes decerni aliquid poſſet, ſimul vt habeas quid reſpondeas his, qui noſtris actionibus refragari, & conſilia noſtra ad quietem vniuerſalem ſpectantia carpere, & in peiorem vertere partem non ceſſant, *Dat. Romæ die* II. *februarij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Solicitati ſunt ad pacem.

Vertendaque in Turcas arma.

Eademque literarum a conſcripta formula ſuum pacis amplectendæ flagrans ſtudium in luce & oculis Galliæ, Caſtellæ & Aragoniæ, Luſitaniæ, Hungariæ, Poloniæ, Daniæ, Angliæ, Scotiæ Regum, necnon Burgundiæ, Britanniæ, Lotaringiæ ducum, archiducum Auſtriæ, & Imperij ſeptemuirum, qui mutuo iuncti erant fœdere, conſtituit, iterumque eoſdem principes martio ineunte fecit certiores b, vt Venetos de pace poſtulaſſet, quam ab ipſis repudiatam eſſe conqueſtus eſt, in literis ad epiſcopum Conſtantienſem ſcriptis c.

a Reg. poſt cand. ep.

b Ibid. pag. 393.

Pax repudiata a Venetis.

c Ibid. pag. 468.

4 Cum nil preces profuiſſent, ad Ferdinandum Regem Neapolitanum, Ioannem Galeatium Mariam ducem Mediolani, Florentinos, Fridericum marchionem Mantuanum, Herculem Ferrarienſem ducem ad propulſandam vim Venetam, quæ ijs omnibus terrorem afferebat, ſibi fœdere iunxit interprete Franciſco S. Mariæ nouæ diacono Cardinale, ſocialiaque cum ijs conuenta, aſſentiente Cardinalium ſenatu, edicto diplomate firmauit, in quo rem geſtam ita promulgauit d: *Comparuerunt ſtatuto tempore ad dictam coram legato dilecti filij nobiles viri Alfonſus dux Calabriæ nomine prædicti Regis*, nimirum Ferdinandi, *& Ludouicus Sfortia locumtenens ducis Mediolanenſis, ac Laurentius de Medicis tunc orator Florentinorum, prædictus dux Ferrarienſis*, nempe Hercules, *ac marchio Mantuanus, ac poſt habita ſuper his, quæ ad conſequendam dictæ ciuitatis Ferrarienſis defenſionem, & votiuam Italia perpetuam pacem plurima colloquia, tandem nominibus, quibus interueniebant in dicta die vndecima proxime præteriti menſis maij quamplurima vtilia, & ſalubria ad præmiſſum effectum per nos, & Regem, ac Mediolanenſem ducem, & Florentinos, ipſoſque Ferrarienſem ducem, & marchionem Mantuanum fieri debere ordinarunt, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIII. *pridie kal. maij pontificatus noſtri anno* XII.

d Lib. bull. 104. pag. 31.

5 Venetos igitur armis compreſſurus Pontifex, præmiſſo Franciſco Cardinale Gonzaga, cui quod fuiſſet honorifice exceptus decima ianuarij die gratulatus eſt a, pollicituſq; b Ferrarienſibus, ſe ipſis ope non defuturum, Alfonſum Ferdinandi Regis Neapolitani filium Calabriæ ducem ſuum in exercitu vicarium deſignauit c, ac duci Mediolani fœderato ob impenſum in tuenda Ferraria aurum ſubſidiarium permiſſe, vt nouum Inſubribus vectigalia imponeret d. Interea pars Venetæ claſſis a pontificijs capta eſt, acceptiſque Sixtus ea de re a Cardinale Gonzaga Apoſtolicæ ſedis legato laureatis literis, ac diuino Numini pro collato beneficio gratijs actis, hæc ei reſcripſit e: *Reddita ſunt nobis literæ tuæ data Ferrariæ* XXIV. *martij. Intelleximus ex illis partem claſſis hoſtium captam a noſtris eſſe, quod nobis gaudio fuit, ſperamuſque pro iuſtitia noſtra cauſa lætiora in dies nos audituros, &c. Dat. Romæ die* I. *aprilis* MCCCCLXXXIII. *anno* XII.

a Pag. 312

b Pag. 313

c Pag. 287.

d Pag. 397

Pars Venetæ claſſis capta ab exerc. Pont.

e Ibid. pag. 459.

6 De eadem victoria memorat in apoſtolicis literis mox datis ad Ferdinandum Regem Neapolitanum, cui ſignificauit f, quibus auxilijs exercitus pontificius ad victricia ſigna prouehenda indigeret, eamque ob cauſam exemplum literarũ Cardinalis legati ad eum ſe tranſmittere: tum Deum hominesque obteſtatus eſt, ſi quid aduerſi accideret, culpam Regi ipſi, qui ſuis partibus deeſſet, aſcribendam,

f Pag. 459

Regi Ferdinando,

Chariſſime in Chriſto fili noſter, &c. Credimus maieſtatem tuam intellexiſſe partam nuperrime a noſtris victoriam, & confidimus te conſiderare, quo præſidio exercitus noſter indigeat ad proſequendam hanc glorioſam, & neceſſariam prouinciam, vt poſtquam Deus viam iuſtitiæ noſtræ aperuit, nolimus nobis ipſis deeſſe in tanta occaſione rei bene gerendæ, aliter loco perficiendæ victoriæ tanta poſſent ſubſequi infortunia, ſi negligentes nos præſtiterimus, vt cum vellemus poſtea reparare nequaquam poſſemus, vt autem clarius intelligat maieſtas tua, quid opus ſit, mittimus ad te his incluſum exemplum literarum legati noſtri Cardinalis Mantuani, quibus facile cognoſces quid expediat, & quam propere id fieri conueniat. Quare hortamur te, & rogamus & obteſtamur eo animi affectu, quo magis poſſumus, & proteſtamur coram Deo, & hominibus, ſi quid ſiniſtri eueniat, quod Deus ipſe pro ſua clementia auertat, non culpa noſtra id euenturum, omnes id maieſtati tuæ imputabunt. *Et infra*, ſi compertum hoc prius habuiſſemus, certe hanc prouinciam nunquam fuiſſemus ingreſſi, quia apertiſſimam videmus Italiæ ruinam, niſi quamprimum copias tuas mittas, &c. *Dat. Romæ die* XVII. *martij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Neapolitanus excitatus ad vrgendam in aduerſario victoriam.

Et mittendas auxiliares copias.

7 Parte alia Veneti conſurgente in eos vniuerſa Italia, tranſalpina auxilia acceſſiuerunt, ac Renatum ducem Lotaringiæ Renati olim regis Neapolitani ex filia nepotem in ſpem auiti regni euocarunt, cum plures iam arces in Apulia expugnatæ eſſent, ingenteſque motus excitandi viderentur: venientem tranſitu prohibuit archidux Auſtriæ Ferdinando fœdere iunctus, cui Sixtus grates egit g. Penetrauit h tamen in Venetam ditionem dux, ſed exiguis ſuccinctus copijs, ducentis nimirum equitibus, ac peditibus mille, neque conceptam ſuæ bellicæ peritiæ expectationem ſuſtinuit, atque a Ludouico Rege Caroli filij tutor relictus in Gallias redire compulſus eſt. Extracto Ferrarienſi bello habitum eſt Cre-

Renatus dux Lothar. a Venetis aduerſus Ferdin. excitus.

g Lib. breu. an. 11 pag. 197.

h Sabellic. enn. 10, l. 7. Brut.

In Gallias redire cogitur.

monæ

monæ concilium de eo ſedando, pacandaque Italia, ac decretum Venetos anathemate percellendos, ni bello abſiſterent; quod deinde in Cardinalium ſenatu a Sixto confirmatum eſt, de quo hæc tradit Iacobus Volaterranus a: *In priuato ſenatu diei vltimi aprilis confirmata fuere literis apoſtolicis plumbeo ſigno quæ paulo ante decreta fuerant in concilio Cremonenſi: diploma a patribus ſcripta proprijs manibus referuntur; Veneti tamen Cardinales S. Mariæ in porticu & S. Angeli ægre impetrauerunt ad ſubſcriptionem non cogi. Adducta in exemplum Pij tempora, quibus in decreto contra Andegauenſes bello*, Galli Cardinales videlicet, *Rothomagenſis & Auinionenſis ad ſubſcribendum non ſunt coacti XXIV. maij extra ordinem vocati ſunt in conſiſtorium patres, & actum eſt de publicandis cenſuris contra Venetos propter obſidionem Ferrariæ.*

Venetis anathema intentatum.

a Volater. diar. m. ſ. arch. Vat. l. 4. ſign. n. 111.

8 His ſancitis diploma de ea re confectum, conceptumque hac verborum formula promulgatum eſt b,

b Ext. in ar b. typis cuſo Romæ ann. 1607 ſign. lit. C, 111, n. 43.

Sixtus, &c. ad futuram rei memoriam.

Ad bonorum tutelam, & malorum perniciem, & vindictam iuſtitia cœlitus emanauit, vt qui virtutis amore ad ea, quæ ſua non ſunt manus extendere non formidant ſaltem pœnæ formidine arceantur. Dudum ſiquidem dum ad apicem ſummi apoſtolatus fuimus diuina diſponente clementia, meritis licet inſufficientibus, aſſumpti mente reuoluentes calamitates, quas Chriſti fideles pertulerant cauſantibus guerris, & diſſenſionibus eorumdem, & quod dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, cuius vices gerimus in terris, poſt peractum inter homines noſtræ redemptionis ſalutiferum curſum cum ex hoc mundo ad patrem aſcenſurus eſſet, pretioſum ſuis diſcipulis, & perpetuo obſeruandum iocale reliquerat in diſceſſu, pacem videlicet, qua nihil dulcius nihilque deſiderabilius eſt. Eius ſaluberrimo exemplo edocti ad pacem & concordiam procurandam inter vniuerſos Chriſtianæ religionis profeſſores omnes noſtros conuertimus cogitatus. Et hoc incenſi ſtudio non ſolum Italiam, accerſitis ad nos ſæpius illius potentatuum oratoribus, ad mutuam animorum coniunctionem excitauimus, ſed etiam transalpinos principes, & remotiſſimas nationes, miſſis ad id legatis, & nuntijs noſtris, monuimus, & tandem pro inſtanti temporis neceſſitate omnes Chriſtianorum principes, & potentatus ac vniuerſos Chriſtifideles eccleſiaſticos, & ſæculares, cuiuſcumque præeminentiæ, & dignitatis exiſterent, per alias noſtras literas monuimus, & mandauimus eiſdem, vt mutuam inter ſe charitatem, & pacem ac concordiam, vel ſaltem per triennium, infra quod adhuc ſumus, treuguas inducias ſeu belli motam, quas per eaſdem literas auctoritate omnipotentis Dei pro defenſione, & ſecuritate dominici gregis, quem Saluator noſter paſcendum tuendum atque curandum nobis commiſerat, indiximus, & per vniuerſos Chriſtianos ſeruari voluimus, obſeruarent, arma deponerent, & priuatarum iniuriarum obliti Chriſti redemptoris noſtri iniurias, offenſiones, & opprobria vlciſcerentur, ac in infideles, qui Chriſtianorum omnium ſanguinem ſitiebant, & euangelicam legem delere conabantur, arma ſumerent. Et vt id liberius facere poſſent eos cum eorum ſtatu ciuitatibus terris dominijs ſubditis territorijs, ac bonis omnibus, ſicut ea tunc tenebant & poſſidebant, ſub beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ac Romani Pontificis protectione recepimus atque noſtra; ita vt, eis per ſe ipſos, vel alios, qui mandabantur, ad nos implentibus, plena ſecuritate, & quiete gauderent.

Sixti ſtudia pro concordia promouenda

9 Omnibus quoque cuiuſcumque ſtatus, & conditionis exiſterent, ac quacumque dignitate præfulgerent auctoritate Dei omnipotentis diſtricte præcipiendo mandauimus, ne durante dicto triennio quouis quæſito colore, directe vel indirecte, palam vel occulte quemquam ex eiſdem principibus aut perſonis prædictis offenderent, aut offendentibus præſtarent auxilium, conſilium, vel fauorem, ſeu vt ciuitates terræ & loca vni principi ſubiecta ab illius, cui ſuberant, obedientia quomodolibet ſe ſubtraherent, vel ab alijs ſubtraherentur, aut alias illa obtinentes in illorum regimine perturbarentur, ſeu quod in eis, aliquid innouaretur, procurarent; affirmauimus quoque quod nos contra omnes & ſingulos, quos arma ſumere, & indictas per nos auctoritate Dei omnipotentis inducias huiuſmodi violare, ac noſtris inhibitionibus, & mandatis prædictis contrauenire contingeret, per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris remedia, quauis appellatione remota, vſque ad ſatisfactionem condignam omnino procederemus, eoſque perſequi, & ad eorum perſequutionem alios inducere non ceſſaremus, vt illos, in quorum præiudicium aliquid foret attentatum, pro poſſe indemnes conſeruaremus, non ſecus quam ſi talia contra nos, & ſedem Apoſtolicam, ac loca ditioni dictæ ſedis ſubiecta attentata forent, prout in eiſdem literis plenius continetur, & quamquam iure optimo poſſemus nonnullos ſubditos noſtros, qui contra nos grauiter deliquerant punire, tamen, ne vlla pacis turbandæ occaſio daretur, omnium iniuriarum obliuiſci, & illis parcere maluimus. Denique hæc omnia pro pace ordinaueramus, ſed inimico humani generis & ſatore zizaniæ procurante, dilecti filij nobilis vir Ioannes Mocenico dux, ac conſilium & commune Venetiarum, quibus nulla gerendi belli occaſio antea data fuerat, propugnacula quædam erigendo, primi contra mandata noſtra prædicta venire, & pacem in Italia turbare cœperunt: & cum dilectus filius nobilis vir Hercules dux Ferrarienſis propugnacula huiuſmodi intra Ferrarienſis territorij fines ad quintum ferme milliare conſtructa fuiſſe conquereretur, nos qui adduci non poteramus ad credendum eoſdem Venetos, quos noſtrarum rerum, atque honoris noſtri, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ defenſores, non offenſores reputabamus, præmiſſa in noſtrum contemptum, & pœnarum apoſtolicarum eluſionem feciſſe, eos ad remouendum propugnacula prædicta enixe hortati fuimus. Qui intra ſuos fines, & terminos illa conſtituiſſe, & Ferrarienſem ducem præfatum pacta a maioribus ſuis ſeruata violare & ſeruare nolle reſponderunt, nobiſque ſuaſerunt nulla ratione in bellum, aut in Ferrariam occupandam, ſed in fines ſuos, & iura tutanda animum habere: quamobrem cum propter ipſorum propugnaculorum conſtructionem innouatum fuiſſe diffiteri non poſſet, quamuis ad cenſurarum, & pœnarum in literis noſtris præfatis contentarum promulgationem procedere potuiſſemus, & vt id per nos fieret pro parte eiuſdem ducis Ferrarienſis cum inſtantia requiſiti fuiſſemus; tamen cupientes huiuſmodi diſcordias paterna charitate ſopire, & ignem extinguere, non augere, exhortati fuimus ipſum ducem Ferrarienſem ad pactorum, ſicuti maiores

Imperatæ ab eo induciæ inter Italos.

Vt Ioannes Mocenicus dux arces in agro Ferrarienſi excitarit.

Monitus fit ne quid nouaret.

ſui

[illegible] fecerant obſeruationem, qui eadem illa ſe obſeruaturum Venetis præfatis obtuliſſe reſcripſit. Et cum ipſi Veneti non eo modo ducem ipſum Ferrarienſem eis obtuliſſe nobis ſignificaſſent, ne quid ad compoſitionem inter eos faciendam deeſſet, miſimus eiſdem Venetis verborum formam in ſcriptis, quam ipſe dux Ferrarienſis obſeruaſſe, & obſeruare velle nobis ſcripſerat, quod ab eiſdem Venetis denegabatur, & ob id ipſius ducis Ferrarienſis, & potentatuum Italiæ, cum quibus confœderatus erat, oratores ad nos, & ſedem Apoſtolicam deſtinati promiſſionem huiuſmodi ſub eorundem verborum formula in conſiſtorio noſtro ſe facturos obtulerunt, literaſque eorundem potentatuum Italiæ, & ducis Ferrarienſis confœderatorum attulerunt, qui ad nos ſacrumque collegium venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium omnes huiuſmodi controuerſias retulerunt, pollicentes quidquid a nobis deciſum ſuper his fuiſſet ducem ipſum Ferrarienſem expleturum.

Queſiti ſunt omnes concordiæ modi.

10 Veneti vero ſæpius a nobis rogati, vt idem facerent, quod ſane omni ratione facere debuiſſent, facere noluerunt, affirmantes ſe in rebus Ferrarienſibus nullum recognoſcere ſuperiorem: quod tametſi contra honeſtatem, contra iura, & ſanctorum patrum decreta in noſtrum contemptum, ac noſtræ auctoritatis, & iuriſdictionis diminutionem plane eſſet; quia tamen ipſi Veneti inde nullum bellum, ſed concordiam ſequi nobis perſuadebant, tolerauimus, atque eos quantum potuimus hortari non ceſſauimus ad beneuolentiam reintegrandam cum duce ipſo Ferrarienſi, ad quam ipſe dux ſe offerebat.

11 Et vt nihil omitteremus, quod eorundem honori, & quieti Italiæ expediret, noluimus ad cenſuras, & executionem literarum prædictarum progredi, quoniam concordiæ, & belli minime faciendi Veneti præfati nobis ſpem certam dabant: in qua cum eſſemus, & eoſdem Venetos ad mittendum nobis iura ſua in præmiſſis hortaremur, contra eundem ducem Ferrariæ, contra iuſtitiam, contra nos, quos bellum abhorrere ſciebant, contra Romanam eccleſiam, cuius iuris ciuitas Ferrarienſis exiſtit, nobis penitus inſcijs aperto marte impia arma mouerunt, dilectus vero filius nobilis vir Alfonſus dux Calabriæ dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Elionoræ duciſſæ Ferrarienſis frater pro liberatione cognati, ſororis, & filiorum eorundem ab ipſorum Venetorum oppreſſione ad territorium Ferrarienſe cum ſuis gentibus, & armigeris ſe transferre volens, a nobis tranſitum petijt per terras præfatæ eccleſiæ. Poteramus ei ad propulſandam iniuriam, per eoſdem Venetos eidem duci Ferrarienſi illatam, proficiſcenti iure optimo per vrbes agroſque noſtros tranſitum dare; non fecimus tamen, immo tranſitum ei penitus denegauimus, quia dilectus filius Franciſcus Diedus ciuis Venetiarum orator, ad nos, & ſedem prædictam deſtinatus, eorundem Venetorum nomine nobis perſuaſit, concordiam cito prouenturam inter eos, quodque ipſi Veneti præmiſſa contra eundem ducem Ferrarienſem attentauerunt, vt ducem ipſum Ferrarienſem facilius ad concordiam adducerent, non vt bellum excitarent, ac Italicam quietem, & pacem perturbarent; ſed compoſitio aliqua ſecuta non fuit: immo ſubito Veneti præfati per eorum terreſtrem exercitum, & naualem claſſem cœptum per eos bellum contra ciuitatem Ferrarienſem, & illius ducem præfatos acerrime proſequi, pleraque oppida ipſius ducis expugnare, & multa ferro & igni vſque ad mœnia eiuſdem ciuitatis depopulari, conflammare, ac denique ciuitatem eandem obſideri fecerunt, noſque pro eo, quia Venetis fauere dicebamur, in noſtris ciuitatibus, terris, & locis grauia, & intolerabilia damna, etiam occupationes ciuitatum, & terrarum noſtrarum pertulimus, nec tamen vnquam ceſſauimus omni nobis poſſibili via eoſdem Venetos, alios Italiæ potentatus ad communem intelligentiam, pacem, & mutuam charitatem pro poſſe inducere, & exquirere media, per quæ pax concludi poſſet: nec quanto magis Venetos præfatos omnia eorum ſtudia omnemque conatum non, vt a principio dicebant, ob ſuorum finium conſeruationem, ſed ad Ferrariam, & reliqua loca dominij eiuſdem Herculis ducis diripienda, conferre maniſeſte videbamus, tanto plus reliquos potentatus ad optatam per nos vniuerſalem Italiæ pacem inducere, & eiuſdem pacis concluſionem accelerare conabamur.

Motum aduerſus Ferrariã bellum.

Fallaci concordiæ ſpe iniecta, extremos impetus effundunt.

12 Cumque tandem, Deo auxiliante, reliquos Italiæ potentatus ad conuenientia media pacis huiuſmodi induxiſſemus, Venetis præfatis, de quibus ſperabamus quoties vellemus, prout ſæpius per eorum oratorem præfatum obtulerant, pro communi Italiæ, & reipublicæ Chriſtianæ bono, vt de filijs obſequentibus decernere poſſe, ita vt quando cæteris Italiæ potentatibus pacem ipſam ſocietatemque conficiendam perſuaſiſſemus videremur ſic omnia conſequuti, vt ad eandem ipſam præclariſſimam rem conficiendam nihil nobis relinqueretur difficultatis, nihilque negotij, vt media honeſta pacis huiuſmodi amplecterentur, perſuadere nequiuimus, proceſſimuſque tandem ad eiuſdem pacis concluſionem, locum relinquentes eiſdem Venetis, vt ſi vellent poſſent pacem ipſam honeſtis conditionibus amplecti, eiſque ſcripſimus paterna charitate cauſas non minus iuſtas, quam neceſſarias, quæ nos pro totius Italiæ, reique publicæ Chriſtianæ incolumitate ad pacem componendam impellebant, hortantes eos, vt eandem ſuſciperent, & a bello abſtinerent, ac occupata reſtituerent, obtulimuſque eis omnem illorum, & ducis Ferrarienſis controuerſiam, iuſtitia mediante, ſopire: ipſi vero reſponſiuas literas dederunt longe aliter ſcriptas, quam legere ſperaremus, Ferrarienſe bellum varijs fucantes coloribus, quæ ideo nos moleſtia doloreque ſummo affecerunt, quia mentem animumque eorum a pace ac ſocietate, quam publicam in Italia conficere ſtatueramus, alienum eſſe, eoſque vehementer id abhorrere ſignificarunt.

Fœdus inter Italos initũ.

Veneti, vt illi accederent ſolicitati.

13 Et quamquam ſtatuiſſe bellum proſequi velle ſic aperte nobis ſcripſiſſent, decreuimus eos adhuc alijs noſtris literis ad pacem amplectendam, bellumque Ferrarienſe deſerendum inuitare, aſſumptos per eos colores in id negando confutare, eoſque paterna, vt ſemper fecimus, charitate monuimus, vt accuratius ad ea omnia, quæ ſcribebamus, animum ex religione conuerterent, nec eos dominandi libido e ratione deduceret: nam etſi victoriam in manibus haberent, vt eorum ad nos literis affirmabant, eo maior honor, & laus eis foret, ſi communem pacem omnibus alijs poſtpoſitis amplecterentur; contra vero, ſi bellum proſequerentur, vti decreuiſſe ſtatuiſſeque affirmabant,

eos

eos ſcire debere, ſe bellum gerere cum Chriſto Ieſu Deo noſtro, & eius ſancta Eccleſia, pro cuius honore, & defenſione Ferrariæ rebus omnibus diuinis, & humanis adeſſe curaremus, gerentque bellum etiam cum reliquis Italiæ potentatibus, qui Eccleſiam Dei, & Italiam ipſam per eoſdem labefactare non ſinerent, haberentque quoque cauſam iniuſtam, & bellum illicitum, nos vere contra iuſtitiam foueremus. & eum totam Italiam contra ſe accenſam prouocaſſent, niſi a tanto facinore deſiſterent, & occupata reſtituerent, prout eis perſuadebamus, eſſent Chriſtianis omnibus deriſui pariter, & odio; omnes enim eos alienarum rerum occupatores, non ſuarum defenſores, vere dicerent. Suadebamus præterea eis, vt memores eſſent, luciferum perfectionem, ſublimitatem, dignitatem, ac excellentiam ſuper omnes angelos ante lapſum habuiſſe, & cum ſuperbia elatus voluiſſet exaltari, humiliatum, ac depreſſum fuiſſe vſque in profundum abyſſi, & vt in mente haberent verbum Saluatoris noſtri: *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*; quodque in die cœnæ Domini omnes, qui ciuitatem noſtram Ferrarienſem prædictam occupare niterentur, per nos ac prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices excommunicati, & anathematizati fuerant. Suadebamus etiam eis, ne iactabunde dicerent victoriam in manibus habere, nam hanc dabat adimebatque ſolus Deus immortalis, cuius cauſa agebatur; ex quo facile fieri poſſe videbatur, vt & ipſi, qui viciſſe aſſerebant, breui tempore amiſiſſe viderentur, & quantum progreſſi vltra forent, tanto regredi cogerentur.

Admoniti bellum iniquum aduerſus eccleſiam ſuſcipi.

Intentatæ iiſdem cenſuræ.

14 Denique hortati fuimus eos, & requiſiuimus, ac monuimus in Domino, vt cogitationes iſtas inanes deponerent, cupiditates eſtrænas compeſcerent, arma reuocarent, Ferrariam dimitterent, caſtella per eos capta reſtituerent, quod ſuum eſt poſſidendum cuique tranquille relinquerent, & pacem Italiæ amplecterentur, ſicque rei ſuæ totiuſque Italiæ quieti conſulerent, alioquin non diſſimularemus amplius ſpiritualibus, & temporalibus armis procedere contra eos, vti nobis expediens videretur, & iuſtitia ſuaderet, quia iſta eorum dominandi libido inhumana nimium, & a Chriſtiana religione aliena ferenda non erat, noſque pacem publicam in Italia vigere omnino volebamus, vt ſimul bellorum iniurias caueremus, ſimul quieti reſtitueremus omnes, & reipublicæ Chriſtianæ vnitis viribus contra immaniſſimos hoſtes conſuleremus. Veneti vero præfati in eorum propoſito perſeuerantes noſtris perſuaſionibus huiuſmodi annuere nullatenus voluerunt, & immemores, quod ſancta Romana eccleſia eos ſemper dilexit vt filios, ac multis priuilegijs, & gratijs inſigniuit, cœptum per eos bellum contra Ferrariam, immo contra nos, & præfatam Eccleſiam, cuius nomen in omni prouincia, in qua apoſtolicæ prædicationis ſonus exiuit, celeberrimum habetur, adeo vt etiam barbaris gentibus ſit terrori, proſequi non ceſſarunt nec ceſſant.

Obiectus armorũ põtificiorum terror.

15 Nos igitur præmiſſis omnibus debita meditatione penſatis, non valentes vlterius eorundem ducis, conſilij, & communis Venetiarum auſus huiuſmodi, & tam manifeſtum eccleſiæ præfatæ, ac totius Italiæ præiudicium ſub diſſimulatione tranſire, ac inhærentes veſtigijs felicis recordationis Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, qui contra eoſdem Venetos pro eo, quia præfatam Romanam eccleſiam poſſeſſione ciuitatis prædictæ Ferrarienſis ſpoliauerant, & ciuitatem ipſam occupauerant, atque occupabant, excommunicationis, interdicti, & anathematis, ac æternæ maledictionis, nec non priuationis, & inhabilitationis eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas apud Auinionem in cœna Domini promulgauit, & brachium ſæculare inuocauit, eorum bona omnia capientibus in prædam conceſsit, ac voluit eos fieri ſeruos capientium eoſdem; prout in eiuſdem prædeceſſoris literis plenius continetur, licet abſque alia monitione, & vlteriori dilatione iuſte poſsimus animaduertere in eoſdem Venetos, qui Italicam pacem violare, & Ferrariam noſtram inuadere contra priores, & in cœna Domini publicatas alias noſtras literas prædictas præſumpſerunt, & repetitis literis noſtris moniti, & requiſiti, vt deſiſtant, id facere aperte denegarunt, & denegant, bellumque ipſum, prout ex decreto, ac ſtatuto proſequendum eſſe ſcripſerunt, proſecuntur; nihilominus volentes de ſolitæ ſedis apoſtolicæ benignitatis affectu adhuc experiri, ſi aliqua in eis ſcintilla deuotionis, & obedientiæ remanſerit, & eos, vt oues errantes, ad ouile humilitatis humeris reportare ac ſummi Dei exemplo in benigniorem partem inclinare, habita ſuper his cum præfatis fratribus noſtris deliberatione matura, de illorum conſilio præfatũ Ioannem Mocenico ducem, & iam rogatorum, quam generalis nuncupati conſilij conſiliarios, ac commune Venetiarum vniuerſaliter, & ſingulariter ſingulos eorundem conſiliorum, & communis ciues, ac qui exercitus eorum contra ciuitatem præfatam Ferrarienſem, immo contra nos, & præfatam eccleſiam prouiditores exiſtunt, & quorum nomina, & cognomina, ac deſignationes opportunas pro expreſsis habemus, ciues Venetiarum, nec non qui eiuſdem exercitus ductor, & capitaneus fuit, & eſt, Robertum de S. Seuerino, omneſque & ſingulos, qui in locis ditionis dicti Herculis ducis aliquod gerunt officium, ſeu immorantur nomine eorundem Venetorum, & quoſcumque alios, qui eiſdem duci, conſiliarijs, & communi ad huiuſmodi belli proſequtionem præſtant quomodolibet auxilium, conſilium, vel fauorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, eorumque complices, & adhærentes exiſtunt, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ ſint, ac quacumque dignitate, & auctoritate præfulgeant, præfata auctoritate hortamur in Domino, requirimus, & monemus, ac ipſis, & cuilibet eorum per hæc apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus infra quindecim dies poſt affixionem præſentium in valuis baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe immediate ſequentes, quorum quinque pro primo, quinque pro ſecundo, & reliquos quinque pro vltimo, & peremptorio termino canonica monitione præmiſſa eis, & cuilibet eorum aſſignamus, dux, conſiliarij, commune, prouiditores, capitaneus, & alij, qui pro eis in dictis locis immorantur a belli huiuſmodi vlteriore proſecutione, & omni hoſtili incurſu in locis ditionis dicti Herculis deſiſtant, occupata per eos dicti ducis caſtra, terras, & loca quæcumque cum ſuis iuribus, & pertinentijs, & quæcumque alia bona, & iura, quæ dictum Herculem, ducem, & loca ſuæ ditionis contingere quomodolibet dignoſcuntur, præfato Herculi duci plene, & inte-

Clementis V. edicta in eos inſtaurata.

Monita duci & ſingulis magiſtratibus data.

Digitized by Google

Ferrarienſis agri libera poſſeſſio Herculi duci reſtitui iuſſa.

integre reſtituant, ac reuocatis exinde, & excluſis eorum gentibus & armigeris, ac cunctis, per quos infeſtantur, & detinentur, ea omnia dimittant & dimitti faciant vacua & libera, & penitus expedita, ita vt Hercules dux præfatus quocumque eorumdem Venetorum impedimento ſublato comitatum, diſtrictum, caſtra, & loca ipſa poſſidere valeat libere, pacifice, & quiete, prout facere ſolitus erat ante propugnaculorum erectionem prædictam, nullam ſuper illis, vel eorum aliquo præfato Herculi duci moleſtiam ſeu violentiam illaturi deinceps: conſultores vero, auxiliatores, adhærentes, complices & ſequaces a præſtatione auxilij, conſilij, vel fauoris huiuſmodi omnino ceſſent.

16 Et ſi dux, conſiliarij, commune, prouiditores, capitaneus, immorantes, conſultores monitioni, & mandato noſtris huiuſmodi infra dictos quindecim dies non paruerint cum effectu, in eoſdem Ioannem Moceoigo ducem rogatorum, & generalis conſilij conſiliarios, ac alias ſingulares perſonas communis præfati Venetiarum, nec non prouiditores, capitaneum, immorantes, fautores, conſultores, adhærentes, complices, & ſequaces, ac quemlibet eorum, qui ſic non paruerint, aut vt non pareatur ſeu pareri differatur conſuluerint, ſuaſerint, fecerint, dixerint, vel procurauerint, ſeu aliae qualitercumque in hoc culpabiles fuerint directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, ex nunc prout ex tunc de eorumdem fratrum conſilio maioris excommunicationis ſententiam promulgamus, & eos illam incurrere volumus eo ipſo, a qua, præterquam in mortis articulo conſtituti, ab alio quam Romano Pontifice, etiam prætextu cuiuslibet facultatis cuicumque pro tempore deſuper conceſſæ, nequeant abſolutionis beneficium obtinere, ita vt ſi quem eorum, tanquam in tali articulo conſtitutum, abſolui contingat, qui poſtmodum conualuerit, in eandem excommunicationis ſententiam reincidat ipſo facto, niſi poſt conualeſcentiam monitioni, & mandato noſtris prædictis paruerit cum effectu: & ſi moniti, & excommunicati præfati. dictam excommunicationis ſententiam per alios tres dies dictos quindecim dies immediate ſequentes animo, quod abſit, ſuſtinuerint indurato, ſententiam ipſam aggrauamus, & ex nunc prout ex tunc Venetiarum, Paduanam, Veronenſem, Vicentinam, Brixienſem, Taruiſinenſem, Pergamenſem, reliquaſque a Venetis præfatis tentas, & poſſeſſas ciuitates, terras, caſtra, & loca quæcumque citra, & vltra mare, ac in maritimis inſulis conſiſtentia, & generaliter loca quæcumque, etiam ab eiſdem Venetis non poſſeſſa, ad quæ aliquem eorumdem excommunicatorum declinare contigerit, quandiu in illis permanſerit, & triduo poſt receſſum eiuſdem, ac, quæ in illis ſunt, eccleſias, & monaſteria, ac religioſa, & pia loca quæcumque de eorumdem fratrum conſilio præfata auctoritate eccleſiaſtico ſubijcimus interdicto: ita vt illo durante in illis, etiam prætextu cuiuſuis etiam apoſtolici indulti, perſonis, ordinibus, vel locis conceſſi, præterquam in caſibus a iure permiſſis, & etiam in illis alias quam clauſis ianuis, ac excommunicatis, & interdictis excluſis, nequeant miſſæ, & alia diuina officia celebrari. Si vero moniti excommunicati, & interdicti præfati per alios tres dies dictos vltimos tres dies immediate ſequentes ad cor reuerti, occupata reſtituere, & a bello deſiſtere, ac noſtris monitioni, & mandatis prædictis obtemperare diſtulerint, & in ſua voluerint cordis duritia, & peruerſa obſtinatione permanere, eos & quemlibet eorum reaggrauationis, anathematizationis, & æternæ maledictionis, ac perpetuæ damnationis cum Dathan, & Abiron, quos viuos terra abſorbuit mucrone ligamus, & irretitos eſſe decernimus ipſo facto, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIII. X. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* XII.

Expiandi criminis poteſtas in re Ferrarienſi reſeruata Pontifici.

Dictio Veneta eccleſiaſtico interdicto mulctata.

17 Tranſmiſit a iudiciarium hoc edictum in Venetos Sixtus ad Fridericum Imperatorem, ad Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Pannoniæ, Angliæ, & Luſitaniæ, ad ſeptemuiros Germaniæ, alioſque principes, vt illud promulgandum in ſua ditione curarent: tum eos adhortatus b eſt, ne præſidio Romanæ eccleſiæ deeſſent, conqueſtus c grauiſſime Venetos, Cardinales & præſules ſuæ nationis a Romana curia reuocaſſe, quo argumento extant hæ ad Maximilianum archiducem Auſtriæ miſſæ literæ.

Implorata aduerſus Venetos Regũ auxilia.

a Lib. breu. ann. 12. pag. 197. b Ib. pag. 617. 620. 622. 623. c Sup. pag. 617.

Maximiliano.

Dilecte fili ſalutem, &c. Intellexiſſe debet nobilitas tua, quo ſtudio, quibus perſuaſionibus inſtiterimus apud Venetos, vt nobiſcum, & cum reliquis Italiæ potentatibus conſentire vellent in mutuam pacem ob publicam Chriſtiani nominis vtilitatem, vellentque deſiſtere ab iniqua ciuitatis noſtræ Ferrarienſis oppugnatione, qua in re cum nihil profecerimus, ſed tumida, & ſuperba ab eis reſponſa acceperimus, vt, quod animo conceperunt, non ſolum Ferrariam, ſed etiam alias Italiæ partes occuparent deuenimus ad ea remedia, ad quæ felicis recordationis Clemens prædeceſſor noſter in eo ipſo caſu aduerſus Venetos deuenit, vt intelligas non incipere nunc immoderatam Ferrariæ ſubiugandæ Venetorum libidinem. Itaque de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium bullam cenſurarum aduerſus Venetos ipſos edidimus, quam ad nobilitatem tuam mittimus hortantes, vt per omnia dominij tui loca publicari, & obſeruari eam facias, niſi enim tantæ audaciæ, & ſuperbiæ occurratur verendum eſt, ne ex Ferraria ad cæteras Italiæ ciuitates, & demum ex Italia ad tranſalpinas nationes virus hoc ſerpat, neque ſolum temporaliter eccleſiam offendere non vereantur, ſed etiam ſpiritualiter, quandoquidem graui edicto omnes eorum Cardinales prælatos, cæteroſque eccleſiaſticos ditionis ſuæ homines ex Romana curia ad ſe reuocarunt inſorgentes aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Erit igitur officij tui, qui de Eccleſia Dei tamquam catholicus princeps benemeritus es, ambitioſæ huic dominandi cupiditati reſiſtere, repellere fictas eorum obloquutiones, adeſſe ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ totis viribus tuis, & præſidio, ſicuti ſane confidimus, quod non ſolum tibi immortalem apud omnes gloriam, ſed etiam apud Deum meritum allaturum eſt. *Dat. Romæ die* XIII. *iunij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Veneti occupandæ Ferrariæ inhiant.

Diſtrictæ in eos cenſuræ.

Vt iniqui eccleſiaſticos e Rom. curia ad ſe reuocent. Concitatus in ipſos Maximilianus.

18 Moniti porro officij Veneti abiecta cenſurarum religione, aliarumque pœnarum acerbitate cœpto non deſiſtere, ſed a Pontifice ad concilium œcumenicum prouocarunt: quo acerrimo telo plures principes vſos alias vidimus ad defugiendam eccleſiaſticam ſeueritatem, ad quos coercendos auſus, cum flexu iniquorum temporum magis ingraneſcerent, ſediſque Apoſtolicæ maieſtas obſoleſcere videretur, Pius II. in con-

Non abſiſtunt a cœptis Veneti.

tientu

Digitized by Google

uentu Mantuano tantum facinus auſuros anathematè iam ante perculſerat : cuius veſtigia ſectatus Sixtus accepto de eiuſmodi Venetorum appellatione nuntio, edito diplomate a demonſtrauit, Apoſtolicam ſedem, & in ea ſedentem vniuerſis concilijs auctoritate antecellere.

a Ext. in dict. lib. typis cuſo Romæ an. 1607. & ap. Raynal. c. 111. n. 43.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Cum ſuperiori anno Veneti noſtrum Ferrarienſe territorium hoſtiliter inuaſiſſent, & a nobis, vt deſiſterent, moniti & inſtantiſſime ſæpius requiſiti, ſe id non belli gerendi, ſed pacis habendæ cauſa, & pro iurium ſuorum conſeruatione agere affirmarent, ac bellum continue acrius proſequerentur, & adeo vltra proceſſiſſent, vt de Ferrarienſis ciuitatis occupatione in breui dubitaretur; ne tam longa mora noſtra, qui in illorum verbis confidebamus, Romanæ eccleſiæ damnoſa foret, ipſique eorum voti compotes fierent, Ferrarienſi ciuitati prædictæ, ne occuparetur ab eis, occurrere etiam cum gentibus noſtris armigeris, & alias, prout fas & poſſibile fuit, ac tenebamur, curauimus, & vniuerſali in Italia pace inter aliquos illius potentatus per nos compoſita, eiſdem Venetis, vt a bello prædicto Ferrarienſi deſiſterent, & pacem ipſam, quam nos vt inæſtimabile bonum fidei catholicæ ardenti deſiderio ad effectum deducere curaueramus, amplecterentur, conditionibus eorum & ſtatui, & potentatui conuenientibus, repetitis nuntijs, & literis perſuadere, & eos ſaluberrimis paternis monitis ab eorum belli propoſito ad tramitem rectitudinis reuocare ardentius non ceſſauimus. Cumque expectatis pluribus menſibus noſtris perſuaſionibus obtemperare nullatenus velle, & bellum ipſum Ferrarienſe contra nos & Romanam eccleſiam omnino proſequi decreuiſſe reſponderent, ne quid omitteremus de ijs, quæ noſtro incumbunt officio, eoſdem Venetos, quos ob inuaſum Ferrarienſe territorium prolatas in id facientes, nominatim in cœna Domini, per nos, & prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas incurriſſe notorie conſtabat, vt iure optimo facere potuiſſemus, cenſuras ipſas incurriſſe minime declarauimus; ſed vt mitius ageremus cum eiſdem noſtris patentibus literis eos, vt a bello prædicto tam iniuſto deſiſterent, & occupata reſtituerent denuo monuimus, & requiſiuimus, eccleſiaſticas, quas facti qualitas exigebat, ſententias, cenſuras, & pœnas proferentes in eos ſi noſtris, vt debebant, tam ſanctis tamque iuſtis non obtemperarent mandatis.

Commoniti iterũ officij.

19 Ipſi vero quanto mitius proceſſimus contra eos, tanto magis excedere non formidarunt, nam non ſolum monitionibus, & mandatis prædictis obtemperare, aut præfixi eis ad id termini prorogationem petere, & de parendo ſpem dare non curarunt; immo ſpiritu rebellionis aſſumpto, accerſitis in eorum ducali palatio nonnullis prælatis eccleſiaſticis tunc Venetijs commorantibus, coram eis, vt honeſtis perſonis a monitionibus, & mandatis huiuſmodi noſtris ad tribunal omnipotentis Dei, & ad id, quod de proximo celebrari debere temere affirmare non erubuerunt, futurum generale concilium appellare, & vt appellatio ipſa per eoſdem prælatos reciperetur, laudaretur, & admitteretur, ac tandem ad noſtram deduceretur notitiam procurare, & Chriſtifidelibus clero, & populo cuiuslibet ciuitatum, terrarum, & locorum eorum ditioni obtemperantium, quod prætextu appellationis huiuſmodi monitionibus, & mandatis noſtris obtemperare non tenerentur, nihilque contra eos huiuſmodi prætenſa eorum appellatione pendente poſſe aut debere innouari perſuadere, & eorum animas huiuſmodi falſis perſuaſionibus illaqueare non formidarunt in huius ſanctæ ſedis Apoſtolicæ auctoritatis contemptum, pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum. A quibus omnibus Veneti prædicti profecto, vt credimus, abſtinuiſſent, ſi conſideraſſent attente eam, quæ apud nos in B. Petro a Domino nobis conceſſa ligandi atque ſoluendi iuxta meritorum exigentiam plenitudo reſidet poteſtatis, qua non extollimur ad ſuperbiam, ſed ad prouidentiam excitamur: & illius exemplo, qui omnes ſaluat, & neminem vult perire, libentius vtimur ad ſoluendum quam ligandum; & voluiſſent diligentius intueri qua facta noſtra proſequi perfectione velimus, quodque eos, vt peculiares Romanæ eccleſiæ filios ſemper geſſimus in viſceribus charitatis, & gratijs, ac fauoribus proſequi non ceſſauimus.

Prouocationis ad Concilium diffugia iniqua capiant.

20 Nos igitur, qui diſponente Domino, qui nos vnxit oleo lætitiæ præ conſortibus noſtris, in eo ſumus officio conſtituti, vt ſingularum animarum ſaluti conſulere, iuſtitiam colere & iniquitatem odire debeamus, attendentes quod de minoribus ad maiores iudices dumtaxat appellare legalis permittit auctoritas, & propterea inhibet ab imperiali, & præfato prætorio iudicio appellari, & quod non homo, ſed is dumtaxat, qui ſolo verbo fecit cælum & terram, Apoſtolicam ſedem, & in ea ſedentem prætulit vniuerſis etiam concilijs, quæ ab ea robur accepiſſe ſanctorum patrum decreta teſtantur, & etiam Gelaſius Papa contra Acacium Fauſto legato ſcribens, dum ait: *Ipſi ſunt canones, qui appellationes totius Eccleſiæ ad huius ſedis examen voluere deferri, ab ipſa autem nunquam appellari debere, & ipſam de tota Eccleſia iudicare; de ipſius autem iudicio nunquam iudicari ſenſerunt.* Et dum ſcribit ad orientales epiſcopos dicens: ſedem prædictam nulla ſynodo præcedente ſoluendi quos ſynodus inique damnauerat, & damnandi quos oportuit nulla exiſtente ſynodo habuiſſe facultatem. Teſtantur etiam quamplurimorum antiquorum conciliorum epiſtolæ, in quibus verba illa apponuntur: *Salua in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate*; & quod de ijs, & quamplurimis alijs iuribus, & canonibus, ac auctoritatibus piæ memoriæ Pius Papa II. prædeceſſor noſter dudum de fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium, & prælatorum, ac iuriſperitorum tunc Romanam curiam ſequentium conſilio in conuentu Mantuano auctoritate apoſtolica in perpetuum valitura conſtitutione: omnes qualitercumque appellantes a Romano Pontifice canonum tranſgreſſores, & illos ex eis, qui ad non indictum nec congregatum concilium appellare præſumerent, aliud caput in Eccleſia Dei, ac imaginarium maius, & ſublimius tribunal confingentes contra Apoſtolum dicentem: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod Chriſtus inſtituit*, huius ſanctæ ſedis primatum negare; Eccleſiæ, vnitatem diuidere, non vnum ſolum priuilegium eidem Eccleſiæ adimere, ſed præcipuam & principalem dictæ ſedis auctoritatem, quam & vox Chriſti & maiorum traditio, & canonum fulcit auctoritas, penitus ſubuertere non verentur, præ cæteris deteſtabiliores eſſe,

Appellationis iniquitas demonſtrata.

Digitized by Google

eſſe, & eorum appellationes huiuſmodi, quacumque occaſione interponerentur non ſolum irritas, & inanes, ſed fraudoloſas & ſacrilegas, & hæreticas eſſe declarauit; ac ſtatuit nulli cuiuſcumque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſteret, licere deinceps pro quacumque cauſa a ſede Apoſtolica, præſertim ſub hoc prætextu nominis futuri concilij, appellare, aut huius appellatione vti, & inniti ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, a qua a nemine abſolui poſſit, præter quam a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo conſtitutus: & voluit omnes adhærentes appellationibus eiſdem, procuratores quoque, ſindicos, & alios quoſlibet alio nomine appellantes ſimili ſententiæ ſubiacere: notarios vero, & ſcribentes, dictantes, & teſtificantes in eis, aut conſilium præſtantes, vel fauorem, vltra anathematis pœnam, perpetua notari infamia, & aduncationis, procurationis, & notariatus officijs fore priuatos; & ſi in huiuſmodi excommunicationis ſententia per annum perſiſterent tanquam de hæreſi, & ſchiſmate ſuſpectos ab omnibus haberi, & reputari; & contra eos vt tales iuxta canonum præcepta procedi, prout in eadem conſtitutione latius continetur.

Vt eam eduuris inflictum ſit anathema.

Suſpecti ſunt ydē ſchiſmatis & hæreſeos.

21 Ex quibus manifeſte infertur, quod huiuſmodi eorundem Venetorum appellatio ex eo quia a Romano Pontifice non appellatur eſt ipſo facto nulla: & quia ad fictum, & imaginarium concilium interpoſita fuit ſacrilega, & abhorrenda extitit, & vt ad tribunal omnipotentis Dei interpoſita per eos ſuſtineri non poteſt, niſi alterum de duobus aſſerant, videlicet vel omnipotentem ipſum B. Petro Apoſtolorum principi, & per eum eius ſucceſſoribus omnimodam poteſtatem in terris non tradidiſſe, & aliquid de ea retinuiſſe; vel quod a vicario ad eum, cuius vices gerit, cuiuſque vnum & idem eſt tribunal, valeat appellari, quorum primum hæreticum, aliud vero a ſacris canonibus alienum eſſe nemo ambiget. Et non minus conſiderantes, quod ſi Veneti præfati non appellaſſent, ſed concessa gratis a Romano Pontifice via nos ſupplicandi, aut in integrum reſtitutionem a nobis petendi vſi fuiſſent, nihilominus ex ſex cauſis in eorum prætenſa appellatione prædicta deductis, quæ ſi recte procederetur ad vnum reducuntur, videlicet quod ob pacta eis non ſeruata a duce Ferrarienſi nobis conſentientibus bellum ei indixerunt, & quæſita in eo bello, vt pote licito ad eos pertinent exaudiri nullatenus deberent, cum cauſæ ipſæ a facti veritate, & iuris diſpoſitione ſint penitus alienæ: nam vt ex noſtrarum literarum, per quas moniti fuere, lectura euidenter apparet, dux ipſe Ferrarienſis pacta ſeruare, & noſtræ ordinationi deſuper parere ſæpius obtulit, & ad bellum ipſum penitus nobis inſcijs deuentum extitit, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIII. *id. iulij pontificatus noſtri anno* XII.

a Lib. breu. an. 12. pag. 739. & an. 13. pag. 2.
b Lib. breu. ann. 12. pag. 738.

Veneti trahere nituntur Gallos vt valere appellationem ad Concilium côtendât Gall. Rex Pontificijs decretis parendum decernit.

22 Obfirmati contra hæc imperia Veneti, miſſis in Gallias & Hiſpanias oratoribus, Reges aduerſus Sixtum incitare pertentarunt a, vt ad regiam auctoritatem confirmandam pontificiam eliderent, prouocationique ab ſede Apoſtolica ad concilium aſſentirentur: ſed eorum conatus non profuere: immo Ludouicus Francorum Rex eam a Sixto in Venetos ſententiam in ſolemni hominum frequentia promulgari iuſſit: quo nomine plurimas illi Pontifex per apoſtolicas literas gratias egit b, perque ſanctiſſimum virum Franciſcum Paulanum ſacri Minimorum ordinis conditorem, cui etiam prouinciam dedit a, vt Regem hortaretur, ne venientem ad ſe Venetum oratorem audiret, donec pontificij & fœderatorum principum oratores ad aulam regiam perueniſſent.

a Ibid. pag. 739.

Fratri Franciſco de Paula.

Dilecte fili ſalutem, &c. Agimus maieſtati regiæ gratias, quod bullam cenſurarum contra Venetos editam tam benigne in regnis ſuis publicari mandauit, ſuper quo etiam volumus, vt tu noſtro nomine, quando cum illius maieſtate eris, itidem facias, & gratias illi agas, eamque horteris, vt ſi orator Venetorum, qui iſtuc venturus dicitur, iuſtificationes noſtras mendacijs, & obiocutionibus refellere volet, ne audiatur, aut fides ei adhibeatur, vel ſaltem nulla capiatur deliberatio, donec noſtri, & confœderatorum noſtrorum oratores, quos miſſuri propediem ſumus, iſtuc perueniant, qui etiam iuſtitiam noſtram aperient, & maieſtatem regiam plenius informabunt: conſtitutiones vero tuas confirmabimus, & de hoc bono ſis animo. Proſequere modo; & Deum pro incolumitate eiuſdem Regis ora, ſicuti nos hic fieri facimus, & ad venerabilem fratrem archiepiſcopum Turonenſem ſcripſimus, vt per totum Franciæ regnum idem fieri faciat. *Dat. Romæ die* XVI. *auguſti* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

S. Franciſcus da Paula rogatus vt Gallo Regi pontificiam cauſam contra Venetos exponat.

Indictæ pro regia ſalute in Gallijs preces.

23 Hiſpaniarum etiam Reges præmonuit b Sixtus, vt aduerſariorum obtrectationibus aures clauderent, tum apud plures principes de illata Romanæ eccleſiæ vi atque iniuria grauiſſimas querelas fudit c: *Nemo eſt*, inquit, *qui non cognoſcat illos*, id eſt Venetos, *miſerabili libidine trahi ad occupandum Italiæ dominatum, & iniuſta nefariaque arma moviſſe contra Ferrariam Romanæ eccleſiæ ciuitatem propria auctoritate, ſpreto omnino iudicio, quod illis offerebatur ad dicendum ſi quid eſſet differentiæ inter eos, & ducem ipſum Ferrariæ: quæ quoniam ita aperta ſunt, vt nulla poſſint tergiuerſatione celari, ſuperfluum eſt nos in hoc eſſe longiores. Dat.* XXX. *octobris anno* MCCCCLXXXIII. Hæc Sixtus d: cum Veneti non modo Ferrariam oppugnarent, verum immiſſa claſſe Gallipolim aliaſque arces in regno Neapolitano in poteſtatem ſuam redegiſſent, iunctiſque e ſibi fœdere Genuenſibus etiam aduerſus Inſubrem maiora molirentur: ad quorum infringendos conatus de comparanda omnium fœderatorum ſumptibus ingenti claſſe actum eſt f.

b Lib. breu. an. 13. pag. 8.
c Lib. breu. an. 12. pag. 756. & lib. bre. an. 13. menſ. oct.

Iniqua arma a Venetis mota demonſtratum.

d Sabellic. enn. 10. l. 7.

Neapolitana littora infeſtata a Venetis.

e Lib. breu. ann. 12. pag. 678.
f Ibid. pag. 461. & pag. 1.

24 Inſtructam aliam habebat Ferdinandus Rex Neapolitanus claſſem triremium quinquaginta, cui Fredericum filium præfecerat: is vero cum Anconitanum portum inſediſſet, atque Venetis metu attuliſſet, ne ex ea ſtatione infeſtiora omnia Venetis redderet, ille in Dalmatiæ oras irrupit, ac Lyſſam inſulam ferro populatus eſt & igni: ſed cum illo procul agente ditio pontificia Apuliaque hoſtium excurſionibus maritimis pateret, Sixtus Ferdinandum monuit g, vt claſſem e Dalmatia ad Piceni & Apuliæ oras tuendas reuocaret; Mediolanenſem vrſit h, vt in Inſubria Venetos adoriretur: Panormitanos etiam adhortatus eſt, vt eoſdem mari oppugnarent i; denique Venetorum mercatorum bona prædæ expoſuit l. Inter quæ hoſtilia agitata ſunt plura de pace concilianda colloquia, pioque componendæ pacis deſiderio permotus acceſſit ad Sixtum Antibarenſis archiepiſcopus, ac menſe nouembri ad Venetos dimiſſus m, vt paci redintegran-

Claſſis a Ferdin. inſtructa in Venetos.

g Sabell. en. 10. l. 7.
h Sixt. lib. bre. an. 12. pag. 683.
i Ib. pag. 675. & 581.

Plura hoſtilia in eos exercita.

i Pag. 594.
l Pag. 652.
m Six. lib. bre. an. 13. menſ. nouemb.

tegrandæ operam nauaret: quem exeunte hoc anno Pontifex ad ſtudium omne in perficienda concordiæ reconciliatione collocandum adhortatus a eſt. Vt vero Sixtus ſat tolerabiles & honeſtas pacis leges a Venetis oblatas aſpernatus ſit fœderatorum ſpe fultus; fœderati autem eo inconſulto ingratas ac turpes ipſi ſanxerint, proximo anno dicetur: ſed a Ferrarienſi bello ad Senenſium ciuiles tumultus digredimur.

a Ibid. 30. decemb.

25 Nullius principis ſubditi imperio Senenſes vrbis principatum, & honorum faſces ſinguli exambiebant, hinc inter æmulos accenſæ iræ; & factiones libertatis imperijq; cupidos in tetrum ſeruitutis genus, quo miſera vrbs partim ſuis orbata ciuibus in exilium pulſis, partim aliorum ſanguine fœdata eſt, coniecerunt. Decretum ad concordiam Senis reſtituendam Cardinalem tituli S. Cæciliæ refert Iacobus Maffeus Volaterranus b: *Ad diem inquit* XIV. nempe februarij huius anni; *legatus ad comprimendos Senenſes motus deſignatur Cardinalis Melphitenſis*, Confugiſſe eos ad Pontificem, ac præſulem ab eo mitti flagitaſſe, qui pontificio nomine diſcordias compeſceret, enſeſque ſtrictos a miſerorum ceruicibus auerteret, narrat Sixtus in literis ad eundem Cardinalem datis c die ſexta martij.

Senis grauiſſimæ factiones ortæ.

b Volaterr. diar. m. ſ. arch Vat. ſign n. 39. & 111.

26 Profectus Senas legatus ardentem odijs populum mitigare non potuit, concitataque ſeditione in eius conſpectu nonnulli ciues contrucidati ſunt; ex quo magno dolore affectus abſceſſit. At Pontifex tollendi mali cupidus legatum redire Senas iuſſit; nec abnuit ille, modo cruori parceretur, quare Sixtus paternis literis d Senenſes monuit, ne ſæuirent in proximos præſente legato, qui vrbis ſtatum compoſiturus eſſet.

c Lib. breu. an. 12. pag 406.

Ciuium ſanguis immaniter fuſus. Legatus ad ciues concilian dos decretus.

Senenſibus.

d Ibid. pag. 476.

27 Diſceſſit legatus iuſto percitus dolore, cum videret neque exhortationibus, neque precibus, neque proteſtationibus vllum apud vos locum eſſe: tamen tanta eſt charitas noſtra erga populum Senenſem & libertatis, & quietis illius conſeruandæ deſiderium, vt ijs non obſtantibus legato ſtatim mandauerimus ad vos reuerteretur, qui nullum laborem recuſans mandatis noſtris obtemperare perſeuerauit, modo promitteretis in nullum ciuem amplius ſæuire, aut pati vt ſæuiretur, vt dignitati Apoſtolicæ ſedis conſuleretur; quæ legatos huiuſmodi tanquam pacis angelos non ad crudelitatem, ſed conſeruationem ciuium, & concordiam mittere ſolet. Reſcripſiſtis autem ipſi, non poſſe vos hoc promittere, vt qui popularem tumultum continere poſſe diffidatis, ſi quid plebei furoris excitaretur: quod certe nobis ſummo dolori fuit, conſiderantes imminentem ciuitati illi calamitatem, & ruinam, niſi prudentia & ſapientia veſtra occurratur, quos hortamur, vt conſeruationi veſtræ diligenter inuigilantes velitis procurare ea, quæ pacis ſunt, non quæ maiora diſcordiæ alimenta præbere poſſunt. Si cautionem præſtiteritis legatoque, an aliquos ſæuiatur libere reuerteretur, ea perfecturus, quæ feliciter, & pacifice incœpit. Si vero animus vobis eſt effundendi ciuilem ſanguinem, non patitur Apoſtolicæ ſedis dignitas, vt tanquam ſpeculatores, & inſpectores cædis cuiuſquam legatos mittat, eritiſque apud Deum, & homines excuſati per nos non ſtetiſſe, quin omnia malis veſtris adhiberimus remedia, &c. *Dat. Romæ die* XI. *aprilis* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII. Hactenus de rebus Italicis.

Redire iuſſus a Pont.

Senenſes ad mutuā ſolicitati pacem.

28 Nunc ad S. Franciſcum Paulanum Italiæ lumen, a quo digreſſa eſt narratio redeamus. Eſſloreſcebat hoc tempore eius ſanctitatis gloria, nec modo Calabriam omnem, in qua nouæ religioſæ familiæ fundamenta iecerat, verum & Gallias ingentium ab eo editorum miraculorum fama peruaſerat, qua Ludouicus Francorum Rex, qui diuturno ingraueſcenteq; morbo lãguebat horrebatq; metu mortis, recreatus erectuſque in ſpem recuperandæ cœleſti ope valetudinis, Pontificem interpretem adhibuit, vt virum ſanctum in Gallias alliceret. Sixti igitur hortatu & imperio longinquum iter ſanctus ſenex hoc anno ingreſſus eſt, Gallias ſanctimoniæ ſuæ radijs colluſtraturus, nouoque religioſo ordine decoraturus: quem a Ludouico Rege nixo genibus, & venerabundo exceptum, refert Philippus Comineus a, de cuius ad Regem acceſſu eidem viro ſancto Pontifex gratulatus eſt b, ipſumque adhortatus, vt pro impetranda illi a diuino Numine ſanitate preces funderet.

B. Franc. Paulanus miraculorum fama clariſſimus.

Gall. Rex pro eo in Gallias pelliciendo interpretē Pont. adhibet.

a Comin. l. 6. c. 9.

b Lib. breu. an. 12. pag. 594.

Franciſco de Paula.

Dilecte fili ſalutem, &c. Intelleximus te perueniſſe incolumem ad regiam maieſtatem, quod nobis ſummopere placet: & quoniam vehementer deſideramus, vt eius ſerenitas eum fructum, quem ſperauit, de tuo illuc aduentu ſentiat, volumus ac tibi in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictiſſime præcipiendo mandamus, vt omni cura, ſtudio, & diligentia intendas ad recuperationem incolumitatis maieſtatis ſuæ, & nihil in hoc prætermittas Deum rogando, & omnia alia remedia adhibendo, quæ ad proſperam illius valetudinem pertinere quoquo modo poſſint, non obſtantibus quibuſcumque perſuaſionibus, quæ tibi forſan ab alijs factæ eſſent in contrarium. Nos quoque non deſinimus ad ipſum Deum crebras preces effundere, vt celſitudinem ſuam mediantibus orationibus tuis in bona diſpoſitione, & incolumitate conſeruet, quam nos pro noſtra in eum beneuolentia maxime optamus. *Dat. Romæ die* 13. *iunij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Sixti ad S. Franciſcum de Paula lit.

Iuſſus pro Galli Regis valetudine Deum orare.

29 Non hæc modo Sixtus ſancto ſeni dedit mandata, ſed etiam anathematis terrore obiecto illum ad orandum Deum pro Gallo Rege obſtrinxit, de quibus Gallum valetudinis cupidiſſimum exaratis eodem die literis c fecit certiorem.

Ni Deū oraret obiectum viro ſancto anathema.

c Ibid. pag. 594.

Regi Franciæ.

Chariſſime in Chriſto fili noſter. Quoniam celſitudinis tuæ incolumitatem, & felicem ſtatum ſemper optauimus, & optamus, mandamus dilecto filio Franciſco de Paula, quem ad te venire iuſſimus per duo breuia allegata, in altero in virtute ſanctæ obedientiæ, in altero ſub excommunicationis pœna, vt omni cura ſtudio, & diligentia Deum orare non deſinas pro bona diſpoſitione, & optimo ſtatu celſitudinis tuæ non obſtantibus quibuſcumque perſuaſionibus, quæ forſan ei in contrarium ab alijs factæ eſſent. Itaque poterit maieſtas tua alterum ex ipſis breuibus, quod ſibi magis videbitur, ipſi fratri Franciſco reddere. Nos quoque non omittimus ipſi Deo ſupplicare, vt celſitudinem tuam in ea, quam deſiderat, valitudine & felici regimine conſeruet, & manuteneat, etiam ſi aliud per nos contra hoc tibi faciendum videbitur.

30 Concredideat animam viro ſanctiſſimo Ludouicus Rex, atque vniuerſos illi conſcientiæ ſinus expandebat, queruntur que Galli politici

eſſe, & eorum appellationes huiuſmodi quacumque occaſione interponerentur non ſolum irritas, & inanes, ſed fraudoloſas & ſacrilegas, & hæreticas eſſe declarauit; ac ſtatuit nulli cuiuſcumque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſteret, licere deinceps pro quacumque cauſa a ſede Apoſtolica, præſertim ſub hoc prætextu nominis futuri concilii, appellare; aut huius appellatione vti, & inniti ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, a qua a nemine abſolui poſſit, præter quam a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo conſtitutus: & voluit omnes adhærentes appellationibus eiſdem, procuratores quoque, ſindicos, & alios quoslibet alio nomine appellantes ſimili ſententiæ ſubiacere: notarios vero, & ſcribentes, dictantes, & teſtificantes in eis, aut conſilium præſtantes, vel fauorem, vltra anathematis pœnam, perpetua notari infamia, & aduocationis, procurationis, & notariatus officijs fore priuatos; & ſi in huiuſmodi excommunicationis ſententia per annum perſiſterent tanquam de hæreſi, & ſchiſmate ſuſpectos ab omnibus haberi, & reputari; & contra eos vt tales iuxta canonum præcepta procedi, prout in eadem conſtitutione latius continetur.

Vt eam edituris inflictum ſit anathema.

Suſpecti ſint vt de ſchiſmate & hæreſi.

21 Ex quibus manifeſte infertur, quod huiuſmodi eorundem Venetorum appellatio ex eo quia a Romano Pontifice non appellatur eſt ipſo facto nulla: & quia ad fictum, & imaginarium concilium interpoſita fuit ſacrilega, & abhorrenda extitit, & vt ad tribunal omnipotentis Dei interpoſita per eos ſuſtineri non poteſt, niſi alterum de duobus affirment, videlicet vel omnipotentem ipſum B. Petro Apoſtolorum principi, & per eum eius ſucceſſoribus omnimodam poteſtatem in terris non tradidiſſe, & aliquid de ea retinuiſſe, vel quod a vicario ad eum, cuius vices gerit, cuiuſque vnum & idem eſt tribunal, valeat appellari, quorum primum hæreticum, aliud vero a ſacris canonibus alienum eſſe nemo ambiget. Et non minus conſiderantes, quod ſi Veneti præfati non appellaſſent, ſed conceſſa gratiæ a Romano Pontifice via nos ſupplicandi, aut in integrum reſtitutionem a nobis petendi vſi fuiſſent, nihilominus ex ſex cauſis in eorum prætenſa appellatione prædicta deductis, quæ ſi recte procederetur ad vnum reducuntur, videlicet quod ob pacta eis non ſeruata a duce Ferrarienſi nobis conſentientibus bellum ei indixerunt, & quæſita in eo bello, vt pote licito ad eos pertinent exaudiri nullatenus debebant, cum cauſæ ipſæ a facti veritate, & iuris diſpoſitione ſint penitus alienæ: nam vt ex noſtrarum literarum, per quas moniti fuere, lectura euidenter apparet, dux ipſe Ferrarienſis pacta ſeruare, & noſtræ ordinationi deſuper parere ſæpius obtulit, & ad bellum ipſum penitus nobis inſcijs deuentum extitit, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIII. *id. Iulij pontificatus noſtri anno* XII.

a Lib. breu an. 12 pag. 739. & an 13 pag. 2. b Lib. breu ann. 12. pag. 738.

22 Obfirmati contra hæc imperia Veneti, miſſis in Gallias & Hiſpanias oratoribus, Reges aduerſus Sixtum incitare pertentarunt a, vt ad regiam auctoritatem confirmandam pontificiam eliderent, prouocationique ab ſede Apoſtolica ad concilium aſſentirentur: ſed eorum conatus non profuere: immo Ludouicus Francorum Rex eam a Sixto in Venetos ſententiam in ſolemni hominum frequentia promulgari iuſſit: quo nomine plurimas illi Pontifex per apoſtolicas literas gratias egit b, perque ſanctiſſimum virum Franciſcum Paulanum ſacri Minimorum ordinis conditorem, cui etiam prouinciam dedit a, vt Regem hortaretur, ne venientem ad ſe Venetum oratorem audiret, donec pontificij & fœderatorum principum oratores ad aulam regiam perueniſſent.

Veneti trahere nituntur Gallos vt velint appellationem ad Conciliũ cõtendãt Gall. Reſponſo his ijſdem ereus pænendum decernit.

a Ibid. pag. 739.

Fratri Franciſco de Paula.

Dilecte fili ſalutem, &c. Agimus maieſtati regiæ gratias, quod nullam cenſurarum contra Venetos editam tam benigne in regnis ſuis publicari mandauit, ſuper quo etiam volumus, vt tu noſtro nomine, quando cum illius maieſtate eris, itidem facias, & gratias illi agas, eamque horteris, vt ſi orator Venetorum, qui iſtuc venturus dicitur, iuſtificationes noſtras mendacijs, & obiectionibus refellere volet, ne audiatur, aut fides ei adhibeatur, vel ſaltem nulla capiatur deliberatio, donec noſtri, & confœderatorum noſtrorum oratores, quos miſſuri propediem ſumus, iſtuc perueniant, qui etiam iuſtitiam noſtram aperient, & maieſtatem regiam plenius informabunt: conſtitutiones vero tuas confirmabimus, & de hoc bono ſis animo. Proſequere modo; & Deum pro incolumitate eiuſdem Regis ora, ſicuti nos hic fieri facimus, & ad venerabilem fratrem archiepiſcopum Turonenſem ſcripſimus, vt per totum Franciæ regnum idem fieri faciat. *Dat. Romæ die* XVI. *auguſti* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

S. Franciſcus de Paula rogatus vt Gallo Regi pontificiam cauſam contra Venetos exponat. Indictæ pro regia ſalute in Galliis preces.

23 Hiſpaniarum etiam Reges præmonuit b Sixtus, vt aduerſariorum obtrectationibus aures clauderent, tum apud plures principes de illata Romanæ eccleſiæ vi atque iniuria grauiſſimas querelas fudit c: *Nemo eſt*, inquit, *qui non cognoſcat illos*, id eſt Venetos, *miſerabili libidine trahi ad occupandum Italiæ dominatum, & iniuſta nefariaque arma moniſſe contra Ferrariam Romanæ eccleſiæ ciuitatem propria auctoritate, ſpreto omnino iudicio, quod illis offerebatur ad dicendum ſi quid eſſet differentiæ inter eos, & ducem ipſum Ferrariæ i quæ quoniam ita aperta ſunt, vt nulla poſſint tergiuerſatione celari, ſuperfluum eſt nos in hoc eſſe longiores.* *Dat.* XXX. *octobris anno* MCCCCLXXXIII. Hæc Sixtus d: cum Veneti non modo Ferrariam oppugnarent, verum immiſſa claſſe Gallipolim aliaſque arces in regno Neapolitano in poteſtatem ſuam redegiſſent, iunctiſque e ſibi fœdere Genuenſibus etiam aduerſus Inſubrem maiora molirentur: ad quorum infringendos conatus de comparanda omnium fœderatorum ſumptibus ingenti claſſe actum eſt f.

b Lib. breu an. 13. pag. 8. c Lib. breu an. 12 pag 756. & lib bre. an. 13 menſ. oct. Iniqua arma a Venetia mota demonſtratum. d Sabellic. enn. 10 l. 7. Neapolitana litora infeſtata a Venetis. e Lib breu ann. 12. pag. 678. f Ibid. pag 461. & pag 1.

24 Inſtructam aliam habebat Ferdinandus Rex Neapolitanus claſſem triremium quinquaginta, cui Fredericum filium præfecerat; is vero cum Anconitanum portum ingreſſus eſſet, atque Venetis metũ attuliſſet, ne ex ea ſtatione infeſtiora omnia Venetis redderet, ille in Dalmatiæ oras irrupit, ac Lyſſam inſulam ferro populatus eſt & igni: ſed cum illo procul agente ditio pontificia Appuliaque hoſtium excurſionibus maritimis pateret, Sixtus Ferdinandum monuit g, vt claſſem e Dalmatia ad Piceni & Apuliæ oras tuendas reuocaret; Mediolanenſem vero h, vt in Inſubria Venetos adoriretur: Panormitanos etiam adhortatus eſt, vt eoſdem mari oppugnarent i, denique Venetorum mercatorum bona prædæ expoſuit l. Inter quæ hoſtilia agitata ſunt plura de pace conciliandæ colloquia, pioque componendæ pacis deſiderio permotus acceſſit ad Statum Antibarenſis archiepiſcopus, ac menſe nouembri ad Venetos dimiſſus m, vt paci redintegran-

Claſſis a Ferdin. inſtructa in Venetos. g Sabell. en 10 l. 7. h Sixt lib. bre. an. 12. pag. 683. i Ib. pag. 678. & 581. Plura hoſtilia in eos exercita. i Pag. 590. l Pag. 652. m Sixt lib. bre. an. 13 menſ. nouemb.

Digitized by Google

tegrandæ operam nauaret: quem exeunte hoc anno Pontifex ad ſtudium omne in perficiendæ concordiæ reconciliatione collocandum adhortatus a eſt. Vt vero Sixtus ſat tolerabiles & honeſtas pacis leges a Venetis oblatas aſpernatus ſit fœderatorum ſpe fultus; fœderati autem eo inconſulto ingratas ac turpes ipſi ſanxerint, proximo anno dicetur: ſed a Ferrarienſi bello ad Senenſium ciuiles tumultus digredimur.

a Ibid. 30. decemb.

25 Nullius principis ſubditi imperio Senenſes vrbis principatum, & honorum faſces ſinguli exambiebant, hinc inter æmulos accenſæ iræ, & factiones libertatis imperijq; cupidos in tetrum ſeruitutis genua, quo miſera vrbs partim ſuis orbata ciuibus in exilium pulſis, partim aliorum ſanguine fœdata eſt, coniecerunt. Decretum ad concordiam Senis reſtituendam Cardinalem tituli S. Cæciliæ refert Iacobus Maffeus Volaterranus b: *Ad diem inquit* XIV. nempe februarij huius anni, *legatus ad comprimendos Senenſes motus deſignatur Cardinalis Melphitenſis*, Conſugiſſe eos ad Pontificem, ac præſulem ab eo mitti flagitaſſe, qui pontificio nomine diſcordias compeſceret, enſeſque ſtrictos a miſerorum ceruicibus auerteret, narrat Sixtus in literis ad eundem Cardinalem datis c die ſexta martij.

Senis grauiſſimæ factiones ortæ.

b Volater. diar. m.ſ. arch Vat. ſign. n. 19. & 111.

26 Profectus Senas legatus ardentem odijs populum mitigare non potuit, concitataque ſeditione in eius conſpectu nonnulli ciues contrucidati ſunt: ex quo magno dolore affectus abſceſſit. At Pontifex tollendi mali cupidus legatum redire Senas iuſſit: nec abnuit ille, modo cruori parceretur, quare Sixtus paternis literis d Senenſes monuit, ne ſæuirent in proximos præſente legato, qui vrbis ſtatum compoſiturus eſſet;

c Lib. breu. an. 12. pag. 406.

Ciuium ſanguis inhumaniter fuſus.

Legatus ad ciues conciliandos decretus.

d Ibid. pag. 476.

Senenſibus.

27 Diſceſſit legatus iuſto perculſus dolore, cum videret neque exhortationibus, neque precibus, neque proteſtationibus vllum apud vos locum eſſe: tamen tanta eſt charitas noſtra erga populum Senenſem & libertatis, & quietis illius conſeruandæ deſiderium, vt ijs non obſtantibus legato ſtatim mandauerimus ad vos reuerteretur, qui nullum laborem recuſans mandatis noſtris obtemperare perſeuerauit; modo promitteretis in nullum ciuem amplius ſæuire, aut pari vt ſæuiretur, vt dignitati Apoſtolicæ ſedis conſuleretur; quæ legatos huiuſmodi tanquam pacis angelos non ad crudelitatem, ſed conſeruationem ciuium, & concordiam mittere ſolet. Reſcripſiſtis autem ipſi non poſſe vos hoc promittere, vt qui popularem tumultum continere poſſe diffidatis, ſi quid plebei furoris excitaretur: quod certe nobis ſummo dolori fuit, conſiderantes imminentem ciuitati illi calamitatem, & ruinam, niſi prudentia & ſapientia veſtra occurratur, quos hortamur, vt conſeruationi veſtræ diligenter inuigilantes veliſis procurare ea, quæ pacis ſunt, non quæ maiora diſcordiæ alimenta præbere poſſunt. Si cautionem præſtiteritis legato, ne in aliquos ſæuiatur, libere reuerteretur ea perfecturus, quæ feliciter, & pacifice incœpit. Si vero animus vobis eſt effundendi ciuilem ſanguinem, non patitur Apoſtolicæ ſedis dignitas, vt tanquam ſpeculatores, & inſpectores cædis cuiuſquam legatos mittat, ετimulque apud Deum, & homines excuſati per nos non ſtetiſſe, quin omnia malis veſtris adhibuerimus remedia, &c. *Dat. Romæ die* XI. *aprilis* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII. Hactenus de rebus Italicis.

Redire iuſſus a Pont.

Senenſes ad mutuā ſolicitati pacem.

28 Nunc ad S. Franciſcum Paulanum Italiæ lumen, a quo digreſſa eſt narratio redeamus. Efflorescebat hoc tempore eius ſanctitatis gloria, nec modo Calabriam omnem, in qua nouæ religioſæ familiæ fundamenta iecerat, verum & Gallias ingentium ab eo editorum miraculorum fama peruaſerat, qua Ludouicus Francorum Rex, qui diuturno ingraueſcenteq; morbo languebat horrebatq; metu mortis, recreatus erectuſque in ſpem recuperandæ cœleſti ope valetudinis, Pontificem interpretem adhibuit, vt virum ſanctum in Gallias alliceret. Sixti igitur hortatu & imperio longinquum iter ſanctus ſenex hoc anno ingreſſus eſt, Gallias ſanctimoniæ ſuæ radijs colluſtraturus, nouoque religioſo ordine decoraturus: quem a Ludouico Rege nixo genibus, & venerabundo exceptum, refert Philippus Comineus a, de cuius ad Regem acceſſu eidem viro ſancto Pontifex gratulatus eſt b, ipſumque adhortatus, vt pro impetranda illi a diuino Numine ſanitate preces funderet.

B. Franc. Paulanus miraculorum fama clariſſimus.

Gall. Rex pro eo in Gallias pelliciendo interpretē Pont. adhibet.

a Comin. l. 6. c. 9.

b Lib. breu. an. 12. pag. 594.

Franciſco de Paula.

Dilecte fili ſalutem, &c. Intelleximus te perueniſſe incolumem ad regiam maieſtatem, quod nobis ſummopere placet: & quoniam vehementer deſideramus, vt eius ſerenitas eum fructum, quem ſperauit, de tuo illuc aduentu ſentiat, volumus ac tibi in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictiſſime præcipiendo mandamus, vt omni cura, ſtudio, & diligentia intendas ad recuperationem incolumitatis maieſtatis ſuæ, & nihil in hoc prætermittas Deum rogando, & omnia alia remedia adhibendo, quæ ad proſperam illius valetudinem pertinere quoquo modo poſſint, non obſtantibus quibuſcumque perſuaſionibus, quæ tibi forſan ab alijs factæ eſſent in contrarium. Nos quoque non deſinimus ad ipſum Deum crebras preces effundere, vt celſitudinem ſuam mediantibus orationibus tuis in bona diſpoſitione, & incolumitate conſeruet, quam nos pro noſtra in eum beneuolentia maxime optamus. *Dat. Romæ die* 13 *iunij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Sixti ad S. Franciſcum de Paula lit.

Iuſſus pro Galli Regis valetudine Deum orare.

29 Non hæc modo Sixtus ſancto ſeni dedit mandata, ſed etiam anathematis terrore obiecto illum ad orandum Deum pro Gallo Rege obſtrinxit, de quibus Gallum valetudinis cupidiſſimum exaratis eodem die literis c fecit certiorem.

Ni Deū oraret obiectum viro ſancto anathema.

c Ibid. pag. 594.

Regi Franciæ.

Chariſſime in Chriſto fili noſter. Quoniam celſitudinis tuæ incolumitatem, & felicem ſtatum ſemper optauimus, & optamus, mandamus dilecto filio Franciſco de Paula, quem ad te venire iuſſimus per duo breuia allegata, in altero in virtute ſanctæ obedientiæ, in altero ſub excommunicationis pœna, vt omni cura ſtudio, & diligentia Deum orare non deſinat pro bona diſpoſitione, & optimo ſtatu celſitudinis tuæ non obſtantibus quibuſcumque perſuaſionibus, quæ forſan ei in contrarium ab alijs factæ eſſent. Itaque poterit maieſtas tua alterum ex ipſis breuibus, quod ſibi magis videbitur, ipſi fratri Franciſco reddere. Nos quoque non omittimus ipſi Deo ſupplicare, vt celſitudinem tuam in ea, quam deſiderat, valitudine & felici regimine conſeruet, & manuteneat, etiam ſi aliud per nos contra hoc tibi faciendum videbitur.]

30 Concrediderat animam viro ſanctiſſimo Ludouicus Rex, atque vniuerſos illi conſcientiæ ſinus expandebat, queruntùrque Galli politici

Ccc 2 inte-

Digitized by Google

ſubiecta nimia religione a S. Franceſco Hiſpanis artibus ſubornato comitatum Ruſcinonenſem Aragonio reſtituiſſe a. Reſtituit quoque Romanæ eccleſiæ Dienſem & Valentinenſem comitatus, atque in Hieronymum comitem Riarium nepotem pontificium transfundendos decreuit, qua de re actæ illi a Sixto b gratiæ.

a Arnold. Ferronus lib. 1.

b Lib. breu. an. 13. Indecemb.

31 Cum etiam Ludouicus Rex nonnulla vota nuncupaſſet, quæ facile complere non poterat, ea Sixtus in alia pia opera commutauit, quare a Ludouico ad ornandas vrbis eccleſias nonnulla ſacra munera tranſmiſſa fuere, ob quæ a Sixto commendatus eſt c.

c Lib. breu. an. 13. pag. 404.

Regi Franciæ.

Chariſſime in Chriſto fili noſter. Gratiſſimæ fuerunt nobis tuæ maieſtatis literæ, quibus gratias agit nobis de votorum ſuorum commutatione, & tuæ deuotionis feruorem magnopere laudamus, quia iam ea, in quæ vota commutauimus, diligenter, & cumulate iuſſis executus, miſſis quingentis ſcutis ad baſilicam principis Apoſtolorum de vrbe pro illius reſtorum, & eccleſiæ reparatione, & totidem in ſupplementum fabricæ S. Mariæ in monte aureo, quæ per dilectum filium noſtrum Philippum tit. SS. Ioannis & Pauli presbyterum Cardinalem Matiſconenſem fecimus tuo nomine præſentari, eidemque ordinauimus, vt curet ipſam pecuniam quam vtiliime expendi. conſpicuum quoque & liberaliſſima deuotione tua dignum calicis aurei donum, per te nuper ad ſacroſanctam Lateranenſem eccleſiam miſſum tanto libentius vidimus, quanto cognoſcimus non ſolum tuam deuotionem mirifice in dies augeri, ſed continuis tuæ erga Deum, & ſanctos pientiſſimæ liberalitatis exemplis cæteros ad diuinum excitari cultum, & maiorem deuotionem accendi, ex quo tanto maioris id tibi apud Deum meriti eſt, & apud mortales laudis, & honoris. *Dat. Romæ die v. martij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Galli Regis vota in pia opera commutata.

Calix aureus ab eodem donatus eccleſiæ Lateran.

32 Nonnullis etiam conſcientiæ aculeis Lancinatum ipſum fuiſſe eccleſiaſticarum decumarum cauſa, oſtendunt pontificiæ literæ datæ tum ad eundem Regem d, qui ea de re Sixtum conſuluerat; tum ad S. Franciſcum e, quem eos motus concitare vetuit. Proximo menſe eundem ſanctum virum vrſit, vt Regiam valetudinem a Deo poſceret, deque conſtitutis ab eo pro ſanciendæ ſodalitij ſui religioſa diſciplina legibus confirmandis ſpem auxit. Præterea obtinendæ a Deo Ludouico Regi ſanitatis deſiderio incenſus Pontifex, piiſque eius votis obſecutus, ſacras ad eundem reliquias miſit die feſto principum Apoſtolorum, quas religioſe a Rege cultas refert Iacobus Volaterranus f: haud tamen reſtitutum valetudini. De iiſdem meminit Cominæus, atque inter alia tranſmiſſum g linteum euchariſticum, in quo olim S. Petrus inter diuina myſteria Chriſti corpus reponere conſueuerat, idque poſtea Romam reuectum.

d Lib. breu. an. 12. pag. 660.

e Ib. pag. 661.

Sacræ reliquiæ ad Gall. Regem tranſmiſſæ.

f Volater. m. ſ. arch. vat. ſign. n. 49. & 111.

g Comin. l. 6. c. 10. Belcar. dec. 1. l. 4. n. 23

33 Licet vero ad ſanctorum virorum repetitas preces optata ſanitas arcano Dei conſilio Regi reddita non ſit, animæ tamen eius ſaluti ſummo emolumento extitit conſuetudo operaque B. Franciſci, adeo vt qui ad mortis mentionem inhorreſcere conſueuerat, denuntiationem illius conſtantiſſime exceperit, & ſacris omnibus, quæ ad animam expiandam ſpectabant rite procuratis, editaque pietatis inſigni ſignificatione ſanus mente, & libera locutione animam Deo reddidit die ſabbati vti expetierat Deiparæ, cuius cultui addictiſſimus fuerat, ſacro, in eiuſque templo, Cleriaci a ſe magnificentiſſime conſtructo, ſepeliri voluit. Peracta Romæ ſacra a Pontifice & Cardinalibus pro Rege Francorum XIII. ſeptembris refert Volaterranus a.

S. Franc. Paul opera Lud. Rex pie vitam claudit.

a Volat. l. ſ. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 49. & 111.

34 Succeſſit Ludouico Carolus filius eius nominis octauus, quem ante obitum inunctum, Regemque ſalutatum videre optauerat b; ſed cum allatum Rhemenſe ſimpulum eſt iam animam agebat. Tyrannidis illum pleriqne inſimulant, e quibus Belcairus c obſeruat noui carceris auctorem eo maceratum fuiſſe: *Ferreas*, inquit, *ſuppliciorum ligneaſque arculas hominis, & nonnihil amplius capaces extruendas curauerat, quarum architectus, aut certe inuentor Virdunenſis pontifex Perilli exemplo in primam coniectus continuos quatuordecim annos ibidem exegit.* At ſub mortem errores ſuos agnouiſſe, atque hiſce monitis Carolum filium ſucceſſorem informaſſe narrat idem auctor: *Illis*, nimirum aulicis, *non nimis largiendo, & ab iſtis*, nempe plebeis, *non nimis exigendo te pariter omnibus æquum præſtabis: æquitate regna creſcunt atque confirmantur, tyrannica imperia cito dilabuntur, ac ruunt: Regem ex bono, & æquo imperantem non ſolum ſui, vt communem parentem, amant, colunt, venerantur, ſed finitimi quoque ſibi aſciſcere cupiunt, ſeque ſponte ſubdunt; tyrannum vt communem hoſtem, etſi metu interdum diſſimulant, omnes pariter execrantur. Scio me & hic grauiter deliquiſſe, atque ingentem in bella pecuniam præter ius, & æquum ſæpenumero, & non conſultis tribus ordinibus paterna licentia indixiſſe: verum ſi me ſuperſtitem aliquot adhuc menſes Deus optimus maximus conſeruabit, huic malo etiam mederi, tributaque ex equitum ſtipendijs metiri, atque vtraque veteri more exæquare: ne quidquam amplius exigatur deſtinaui, idque me facturum recipio, ac coram te, omnibuſque quotquot hic adſunt, perſancte profiteor. Liberorum autem eſt parentum virtutes æmulari, peccata ſempiterna obliuione ſepelire, vt finitimorum, Maximiliani vero in primis, quo cum mihi continua prope bella fuerunt, amicitiam ſeruaris.* Laudat d eum idem Belcairus, quod Chriſtiana conſtantia Baiazetis legatos, qui ingentia munera deferebant, modo fratrem Ziziminum diligenti cuſtodia obſeruaret, repulerit: *Turcicam legationem*, inquit, *in prouinciam Narbonenſem appulſam haud vltra pregredi, ſed Gallia ſtatim excedere animo vere Chriſtiano iuſſit, atque inauditam dimiſit, nihil ſibi cum immani tyranno Chriſtiani nominis acerrimo hoſte commune habendum ratus, quem vtinam deinceps cæteri Galliarum Reges imitati fuiſſent, nec ipſa communicatione barbaros mores imitari, aut poſteris ſuis imitandos proponere didiciſſent.*

Succedit Ludouico Carolus filius.

b Paul. Aem. in Lud. X.

c Belcair. dec. 1. l. 4. n. 17.

Monita a Ludouico data Carolo filio.

d Id n. 23

Repudiata a Lud. Turcaris amicitia & munera.

35 De Ludouici morte certior factus Sixtus maximo ex eo ſe dolore affectum eſſe Delphino ſignificauit e; æquo tamen animo ferenda quæcumque diuino fierent conſilio; tum pontificia pollicitus ſtudia e ſacro purpuratorum ſenatu legatum in Gallias mittendum decretum fuiſſe addidit, necnon præceptis ſalubribus ad ſectandas virtutes regias erudiuit.

e Lib. breu. an. 13. pag. 2.

Delphino.

Dilecte fili ſalutem, &c. Auditus eſt a nobis claræ memoriæ genitoris tui Ludouici Chriſtianiſſimi Regis obitus magno dolore, quod cognoſcimus quantum in eo iacturæ fecerit reſpublica Chriſtiana, & nos præcipue, qui ſingulariter illum diligebamus, & ex cuius præclaris virtutibus magnum Apoſtolica ſedes ornamentum ſuſcipiebat, quæ tali orbata præſidio non poteſt

Conſolatoriæ ad Carol. VIII. de patris obitu litt.

niſi

Digitized by Google

niſi cum lachrymis tanti principis mortem proſequi: verum vt cogitationes noſtras ad Deum erigamus, a quo omnia procedunt, neque poſſumus neque velle debemus ab illius voluntate diſſentire, qui nos in hunc mundum deduxit, vt aliquando ab eo reuocaret; quamobrem oportet nos moderato animo ferre quæcumque diuinæ maieſtati placuerint, præſertim cum apertiſſime habeamus in quo merito poſſimus ægritudinem animi noſtri conſolari, quam ex illius obitu ſuſcepimus. Mortuus eſt glorioſiſſimus princeps pater tuus ea laude, his rebus geſtis, ea religione, ea pietate, vt de illius felicitate potius nobis ſit lætandum, quam de morte contriſtandum: non enim ſolum tuos progenitores factis illuſtribus æquauit, ſed etiam longe ſuperauit, ita vt in vita hac nihil potuerit habere præſtantius, in morte autem, vt accepimus, ita migrauit ad creatorem ſuum, vt nihil fieri potuerit religioſius, quæ potius hortari omnes debent ad admirãdum præclara illius veſtigia, quam ad dolendum quod a nobis ſit ſublatus. Et vt ex latere noſtro eam tibi conſolationem afferamus, quam poſſimus, cum te in filium noſtrum iamdiu ſuſceperimus, ex patris tui commendatione, qui viuens protectioni noſtræ te dedit, perſuadeas tibi nos omnia promptiſſimo ſtudio facturos, quæ ſpectent ad quietem, & ſtabilimentum regni tui, ita vt patris officia in nobis deſiderare non poſſis, Iam ex ſacro collegio legatum aliquem deſignabimus ad te profecturum cum opportuna facultate, qui noſtro nomine omnia peragat, quæ ad commodum, honorem, & conſeruationem tuam, & regnorum tuorum pertinere quoquo modo poſſunt, & ſi quid aliud ſupererit faciendum, non deerimus neceſſario præſidio, vt facile perſpicere poſſis remanſiſſe in filio, quam in patre habuimus dilectionem. Supereſt autem, vt te hortemur, & amanter moneamus, vt Deum ante omnia timeas, religionem colas, Apoſtolicam ſedem precipuo cultu venereris, ab oppreſſoribus eam tuearis, illius mandata reuerenter ſuſcipias, & exequaris; quod ſi facias, vt ſperamus, res tuæ ſemper proſperabuntur, & a veſtigijs maiorum tuorum, qui ex hoc Chriſtianiſſimum nomen conſecuti ſunt, non degenerabis. *Dat. Romæ die* XI. *ſep.* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Ludouici XI. elogium.

Salubria præcepta nouo Regi data.

Turbida fuiſſe eius regni initia tradunt auctores a, ac plures in querelas ob impoſita a patre onera ſoluiſſe ora, quæ metus ante compreſſerat. Principes etiam, cum decimumtertium tantum ætatis ſuæ annum Carolus ageret, rerumque vſu parum exercitus, de regni procuratione capeſſenda inter ſeſe contenderunt. Ad quos motus ſedandos Sixtus octauo octobris die Carolo ſignificauit b legari in Gallias Ioannem tit. S. Suſannæ presbyterum Cardinalem, (qui paulo poſt epiſcopus Albanenſis renuntiatus eſt) eodemque argumento datis literis c Britaniæ, Borbonij, Aureliani duces & Engoliſmæ comitem ad promouendos pios legati conatus eſt adhortatus.

Turbida Caroli VIII. regni principia.

a Paul. Aemil. in Car. VIII & alij. b Lib. breu. an. 13. menſ. oct. Volat. l. 5. c Reg. poſt eund. ep.

36 Obſoleuerat porro in Gallia vitio temporum eccleſiaſtica diſciplina: nam & præſules, abbates, ac ſacerdotes licentiæ fræna laxauerant, venatui litibuſque vacabant, immo & clericalem abijciebant cultum, vel deformabant: de ſacerdotijs orta cõtrouerſia ad profana tribunalia prouocabant; nec deerant, qui perperam de Apoſtolicæ ſedis in conferendis ſacerdotijs & dignitatibus auctoritati detrahere non verebantur: aliaque irrepſerant corruptelæ: ad quas tollendas, eccleſiaſticæque dignitatis ſplendorem reſtituendum Sixtus Cardinalem legatum ampliſſima auctoritate hoc diplomate muniuit a.

Eccleſiaſtica libertas in Gallijs labefactata.

a Lib. bull. 95. pag. 313.

Venerabili fratri Ioanni epiſcopo Albanenſi ad regnum Franciæ & vniuerſas Galliarum partes Apoſtolicæ ſedis legato.

Fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus quatenus ſolum Deum præ oculis habens omnia, & ſingula præmiſſa, quæ reformationis, & correctionis miniſterio, prout clare patet, indigere noſcuntur ſecundum Deum, & canonicas ſanctiones corrigere, reformare, & emendare auctoritate noſtra procures, monendo omnes, & ſingulos tam archiepiſcopos, quam epiſcopos, & alios prælatos, ac eccleſiaſticos, & laicos prædictos, exemptos & non exemptos, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac etiam ſuarum dignitatum, & beneficiorum quorumlibet, quæ obtinent, priuationis, & alijs formidabilioribus, de quibus tibi expediens videbitur, ſententijs, cenſuris, & pœnis, vt de cætero a præmiſſis omnibus, & ſingulis debeant abſtinere, ac ſecundum canonicas ſanctiones tam in habitu, quam in eorum vita, & moribus viuere, fugiendo venationes, & occupationes, deferendo in eccleſijs, & locis publicis roquetos, & mantellum, ſiue clocam, prout prælatos decet, deuitando breues veſtes cum corneciis, quæ habitus ſunt laicorum, non incedendo cum roquetis diſcoopertis in præſentia ſuperiorum ſuorum, & Cardinalium prædictorum, cauſas eorum in foro ſeculari non tractando, de ſede prædicta. & membris non obloquendo, nec de ſedis Apoſtolicæ poteſtate iudicando, neque confirmationes electionum ad cathedrales, vel metropolitanas eccleſias, ac monaſteria, & alias dignitates electiuas huiuſmodi contra reſeruationes apoſtolicas reſeruando, & alia, quæ iuxta ſacrorum canonum inſtituta ad honorem Dei, & ordinis clericalis augmentum, animarum ſalutem, & bonum exemplum Chriſtifidelium neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna tibi videbuntur, gerendo, ſtatuendo, faciendo, diſponendo, & exequendo, *& infra*, plenam liberam, & omnimodam auctoritate apoſtolica tenore præſentium tibi concedimus facultatem, &c. Addita ſunt ampliſſima mandata, vt obnitentes contra cenſuris percelleret, regiaque vi implorata coerceret. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIII. VI. *id. octobris pontificatus noſtri anno* XIII.

Obiectũ anathema clericis decus clericale abijcientibus.

37 Einſdem legati mittendi alia ſuberat cauſa, extinguendorum b nimirum Gallos inter & Hiſpanos diſſidiorum, inſtaurandiq; veteris fœderis, quo ea regna olim iuncta fuerant. Geminam earum diſſenſionum occaſionem attingit Elias Antonius Nebriſſenſis c: nimirum Ludouicum XI. Regem, cum moreretur teſtamento iuſſiſſe Ruſſinonis, & Ceretaniæ comitatus a Ioanne Aragonenſium Rege acceptos illius heredibus reſtitui, fidemque publicam ſoluiſſe miſſis literis ad arcium præfectos, vt earum poſſeſſionem in eos, quos Ferdinandus deſignaſſet transferrent, non tamen a Gallis paritum extincto Ludouico, ſed conſultum Carolum: a Ferdinando vero & Iſabella poſtulatum de fœdere, reſpondiſſe ſibi non conſtare quo iure poſſideret, atque an e poſſeſſione ſibi cedendum foret, miſſurumque legum iuriſque peritos, qui cauſam omnem cum Hiſpanis

b Surit. reg. 1. legation pag. 197.

Gallos inter & Hiſpanos exorta diſſidia.

c Nebriſſe. l. 3. c. 1 & 2.

Digitized by Google

nis Iureconſultis diſceptarent dirimerentque : at Hiſpanum extrahi rem non ferentem, exercitum in Ruſſinonem immiſiſſe : parte alia ad Nauarram occupandam ſigna extuliſſe, ac Tutelam nonnullaſque arces firmiſſimo præſidio muniuiſſe a. Obierat b enim ante Ludouicum Gallorum Regem Franciſcus Phoebus illius nepos Rex Nauarræ in ipſo adoleſcentiæ flore non ſine ſuſpicione veneni, cui Catharina ſoror ſucceſſerat, nuptatque Ioanni Lebretenſium principis filio : quod ægerrime ferebant c Ferdinandus, & Iſabella, qui illam Ioanni primogenito iungi optauerant, vt regnum illud Caſtellæ adiungerent : temperarunt tamen poſtea ab hoc bello Hiſpani Reges, qui vires in Granatenſe regnum eluderunt d ſtudio & hortatu Pontificis, qui Ioannem Cardinalem Albanenſem non modo in Gallias, ſed etiam in Caſtellæ & Legionis regna legauit e hoc alio ad eum dato diplomate, vt emergentia diſſidia comprimeret.

Nauarra a Ferdinando afiectata.
a Id. c. 2. & Mariana l. 24. c. 22. & l. 25. c. 3. & 5.
b Nebriſ. ſup. c. 2.
d Nebriſ. l. 3. c. 3.
Concordiæ inter preces agit Sixtus.
e Sixt reg. 3. legat. 297.

38 *Fraternitati*, inquit, *tuæ principes tam ſpirituales quam temporales cuiuſcumque dignitatis, & excellentiæ, ac communitates, & ſingulares perſonas tuæ legationis huiuſmodi, ſi opus fuerit, & vt præmiſſa perfectius ſubſequi valeant, ad pacem inuicem, & mutuam charitatem inducendi, ac omnia, quæ propterea tibi neceſſaria videbuntur, noſtro & præfatæ eccleſiæ*, nimirum Romanæ, *nomine promittendi, noſque & eccleſiam præfatam obligandi, ſecuritates opportunas præſtandi, & quæ propterea firmata & concluſa fuerint ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis obſeruari mandandi, ac omnia & ſingula alia quæ in præmiſſis neceſſaria erunt, ſeu quomodolibet opportuna, iuxta traditam tibi a Domino prudentiam faciendi, ordinandi, & exequendi eadem auctoritate concedimus facultatem. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ VIII. id. octobris MCCCCLXXXIII. pontificatus noſtri anno XIII.*

Ampliſſimis ob id mandatis fultus legatus.

39 Licet ampliſſimis hiſce imperijs a Sixto legatus fultus eſſet, tum ad quoſuis ſedandos motus, tum ad eccleſiaſticam diſciplinam ſuo reſtituendam nitori, nouæ tamen turbæ excitatæ in Gallijs a quibuſdam eccleſiaſticis cœtibus, in quibus decreti ſunt nonnulli præſules, qui ordinis ſacerdotalis clientelam gererent, eccleſiæque Gallicanæ mores perpoliendos, & corruptelas abolendas curarent : in quo licet pietatis aliqua affulgeret ſpecies, altius tamen rem penetranti Pontifici indignum viſum eſt, alios tuendæ eccleſiaſticæ immunitati, vel diſciplinæ præfici in Gallijs, cum id munus ad ſedem Apoſtolicam ſpectaret : atque ideo ducem Borbonij, qui regni procurationem a Ludouico moriente commendatam refert Comineus f, rogauit g ne quid nouari permitteret, neque enim Gallicano clero pontificiam curam defuturam.

Orti in Gallia noui motus aduerſus pontificiam auctoritatẽ.

f Comin. l. 7. c. 41.
g Lib. breu. an. 13. 24. decem.

Duci Borbonij.

Intelligimus electos eſſe nonnullos prælatos in defenſores, & reformatores eccleſiæ Gallicanæ : quod cum ſit abſurdum, & ſacris canonibus, bonæque conſuetudini repugnans, poſſitque ea res motus, & perturbationes excitare, & peſſimo exemplo eſſe, hortamur nobilitatem tuam, vt ſuam in hoc pietatem, quemadmodum in alijs fecit & facturá eſſe videtur, erga hanc ſedem oſtendere velit, & huic rei, & incœpto maxime improbando obuiare, ne locum habeat : ad nos enim ſpectat, ſi quid eccleſiæ Gallicanæ deeſt, prouidere, qui & poſſemus, & volumus opportune procurare, & agere, quæ neceſſaria ad illius defenſionem eſſent, &c. *Dat. Romæ die XXIV. decembris MCCCCLXXXIII. pontificatus noſtri anno XIII.*

Defenſores & reformatores eccleſiæ Gall. creati.

Id munus ſolũ ad ſedem Ap. ſpectare cõtendit Sixtus.

40 Præterea a cum Dienſem & Valentinenſem comitatus Ludouicus, vt religionis aculeos ex animo ſuo remoueret, Sixto, vt paulo ante meminimus, reſtituiſſet, Delphinates ſenatusconſulto eos principatus ad Gallicam coronam contra fas reduxerunt : quos cum cenſuris poſſet Sixtus iuſte percellere, clementia tamen vſus ducem Borbonium rogauit, vt Romanæ eccleſiæ ſua iura aſſereret.

a Lib. breu. an. 13. 1. decemb.

Duci Borbonij.

Hortamur nobilitatem tuam, vt pro ſolita tua, & prædeceſſorum ad nos, & Eccleſiam deuotione, & pro iuſtitiæ debito, omnem tibi poſſibilem operam abhibere procures per noſtrorum officialium, & caſtellanorum ad ſua ſolita officia reſtitutionem, nec permittas tam grauem iniuriam nobis, & præfatæ eccleſiæ illatam in regno Franciæ, cuius Reges, & incolæ huius ſanctæ ſedis, & ſedentes in ea cultores, & fautores ſemper fuere, impunitam tranſire : diſtulimus vſque modo publicare quibus cenſuris eccleſiaſticis qui talia fecerint, & eis ad id auxilium, conſilium, vel fauorem directe vel indirecte, tacite vel expreſſe præſtiterunt, eorumque deſcendentes vſque in tertiam generationem, ac loca dominij eorum cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis irretiti ſunt iuxta apoſtolicas conſtitutiones, non dubitantes Regem ipſum re hac intellecta, eos, qui talia perpetrarunt, condigna animaduerſione puniturum in aliorum exemplum, & miſſurum ad Apoſtolicam ſedem a cenſuris prædictis, iniuncta eis pœnitentia, abſoluendos. Alioquin expediens foret pro iuris dictæ eccleſiæ tuitione ad opportuna a iure & conſtitutionibus prædictis data remedia recurrere contra eos, qui talia fecerunt, & alios, qui cum poſſint, illa negligant emendare : quod tandem faciemus, quamquam non libenter, ſed neceſſitate compulſi, ne nos præfatæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ iura negligere videamur, qui alios in ſua iuſtitia confouemus. *Dat. Romæ die 1. decembris MCCCCLXXXIII. pontificatus noſtri anno XIII.*

Rogatus Borbonius ius eccleſiæ tueatur.

41 Eodem anno quo Gallus, & Nauarræus Reges obiere, vita functus b eſt Angliæ Rex Eduardus V. Vualliæ principe ac Richardo filijs impuberibus ſuperſtitibus relictis, quos fratri ſuo Richardo duce Gloceſtriæ teſtamento commendaſſe tradunt. Qua de re factus certior Pontifex mœrentem defuncti Regis matrem hiſce literis ſolatus eſt c : *Non eſt*, inquit, *vſque adeo ingemiſcendum, vt vel omnipotentis Dei voluntati reſiſtere, vel humanæ conditionis immemores eſſe videamur, quod diuina clementia placet, id graue videri non debet. Acquieſce igitur æquo animo, & acerbitatem doloris prudentia, & ratione, quæ in te magna eſt, moderare : nos autem cum te propter virtutem, & laudatiſſimam vitam tuam paterna charitate proſequimur, ſtudebimus nihil paterni officij prætermittere, ſed ad omnia, quæ cum Deo pro honore, & commodo tuo, ac tuorum, & præſertim ſuperſtitis nepotis tui Eduardi, fieri poterunt, ſemper prompti & bene diſpoſiti reperiemur. Dat. Romæ die XV. maij MCCCCLXXXII. pontificatus noſtri anno XII.*

Eduardi Regis Angl. obitus.
b Polydor. Virg. l. 24. in fine. Philipp. Comin. l. 6. c. 9. Belcair. dec. l. 4. n. 19. & alij.
c Lib. breu. an. 12. pag. 541.

42 Cumulatum eſt paulo poſt Eduardi funus filiorum cruentis funeribus; Richardus enim dux (cui Pontifex, nondum cognita eius ſæuitia, de ſuſceptis regni gubernaculis, donec pupillus Rex adoleuiſſet, ineunte iulio gratulatus erat d) poſtquam

Richardi ducis in nepotem Regem ſæuitia.
d Ibid. pag. 653.

Digitized by Google

quam nepoti, vt Regi iuſto fidem addixit, eum, ac fratrem, quos in ſuam varijs artibus poteſtatem redegerat, interfecit: vtque flagitium aliquo fuco coloraret, non in vulgus ſolum, verum e ſacro ſuggeſtu per nefarium eccleſiaſtē promulgari iuſſit Eduardi fratris demortui filios non iuſtis nuptijs procreatos de quibus Cominius a, Polydorus Virgilius & Thomas Morus b agunt. Tot ſcelerum auctorem Richardo fuiſſe ait Belcairus c epiſcopum Baſſenſum, qui cum viginti ante annis ab Eduardo in carcere tentus fuiſſet, ea, quo magno pretio redimere ſe coactus fuerat vlciſcendi cupidine commentus eſt: Eduardum adoleſcentem virginis cuiuſdam amore captum eam clandeſtino matrimonio ſe teſte ſibi iunxiſſe, eaque deinde potitum contempſiſſe, induxiſſeque aliam vxorem, ex qua prolem ſuſceperat. Addit Belcairus eundem facinoroſum epiſcopum filium habuiſſe, cui Richardus in paterni ſceleris præmium alteram exheredatarum regiarum virginum coniugem ſpoponderit: *Verum*, inquit, *impijs pœnas fere ſemper diuina prouidentia reſeruat: qui modo regias virgines ambiebat, & auguſtius ſua ſorte matrimonium ſibi deſpondebat, paucis poſt menſibus captiuus Lutetiam deductus, atque in carcerem detruſus pudore, mœrore, ſame conſumptus eſt.* Vt vero tyrannus ab Henrico, qui in Britannico exilio degebat, Gallorum ope, regno vitaque priuatus fuerit, ſuo loco dicetur. Nunc ad Hiſpanicas res narrationem conuertimus.

a Comin. l.6.c.9.
b Polyd. Virg. hiſt. lib.25.
c Thomas Morus Belcair. dec. 1. l.4. n.19.
Inanes cauſæ protouēd tyranno quæſitæ.

Caſtellæ Regis irruptio in Granatēſes.
d Aelius Ant. Nebr. de reb. Hiſp. dec. 2. l.2. c.3. 3.4.5.

43 Peruaſerat in ipſa Granatenſis regni penetralia Caſtellanus victor exercitus, atque Alhamam ſuperiori anno impetu ceperat, quam Maurorum Rex vehementiſſime oppugnauit d: ſed Henricus de Methyma Aſidica, qui diu ante cum marchione Gaditano, a quo parta fuerat Alhama inimicitias geſſerat, religionem vindictæ prætulit, & contractis raptim copijs ad ferendas æmulo ſuppetias prouolauit, iunctiſque illi arctiſſimo fœdere hoſtem ſtrenue retudit. Tum Mauro iterum Alhamæ obſidionem repetente magno apparatu in barbaros bellum inſtauratum eſt, cui duo Cardinales Petrus Mendoza, & Iacobus Furtatus interfuere e: ac licet plures Alhamam euertendam cenſerent, decretum tamen fuit non eſſe deſerendam, ſed ad eam tutandam vicinas expugnandas arces. Vt vero expiata ſint Saracenica templa, & Chriſto conſecrata, nec non ſuæ pietatis monumenta in ijs Regina Eliſabetha reliquerit, deſcribit Nebriſſenſis f: *Erant*, inquit, *in ea vrbe tria Maurorum fana, meſquitas illi vocant; quæ ex profano ritu expiatas Cardinalis Hiſpanus Regis, & Reginæ iuſſu Chriſtianæ religioni dedicauit primam dominicæ incarnationis nomine, alteram diui Iacobi Hiſpanorum patroni, tertiam Michaelis archangeli: has Regina vaſis aureis argenteiſque veſtibus, & aulæis libris, cymbalis, tintinnabulis, & omnibus, quæ ad cultum diuinum neceſſaria ſunt, adornauit. Ipſa quoque religionis ardore commota ſuis digitis textilia quædam velamina laborauit, quæ adhuc in templo illo primæ manuum ſuarum monumenta extant.*

e Id. c.5.
f Id. ibid.
Prophana Mahometis tēpla Chriſto conſecrata.

44 Vaſtatus deinde eſt a Ferdinando Rege Granatenſis ager: tum maritima claſſe inſtructa Mauritaniæ infeſtata obſeſſaque littora, ne ex Africa auxilia ab hoſte peterentur. Quibus de rebus Pontifex factus certior hiſce literis ad Ferdinandum, & Eliſabetham g ad vrgendam proferendamque victoriam incitauit.

g Id. c.7.

Regibus Hiſpaniæ.

Accepimus literas veſtras, quibus nobis ſignificatis partam de Mauris hoſtibus victoriam, quæ nobis magnæ lætitiæ, & iucunditati fuit: iuſſimus literas ipſas in conſiſtorio recitari, vt omnes huius gaudij participes faceremus, egimuſque Deo gratias, cuius ductu, & auſpicio eam victoriam eſtis conſequuti, quam hortamur, vt magno, & inuicto animo proſequamini: confidimus enim Deum ipſum, pro cuius etiam honore id agitis, pio veſtro incœpto fauturum: felicem vobis huius belli exitum de ſui nominis contemptoribus, & inimicis daturum. *Dat. Romæ die* VII. *iunij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII. Conſenſere pontificijs votis felices exitus, deque exciſis Maurorum in Hiſpania reliquijs dicetur poſtea.

Mauri ab Hiſp. victi.

45 Addimus nunc Ferdinandum magna laude imperaſſe, ne Mahometis nomen a Saracenis ex turrium faſtigio inclamaretur, ac Viennenſis concilij ea in re mandatum perfeciſſe: Babylonium vero ſultanum: cuius viribus opibuſque diutius Granatenſe regnum ſtetit, a Saracenis fuiſſe aduerſus Chriſtianos incitatum, & queſtum grauiſſime apud Pontificem, cuius iras Sixtus ſuis literis lenire conatus eſt a, illique Chriſtianos commendauit.

Mahometis nomē inclamari vetitū in ditione Chriſtiana.
a Lib. breu. pag. 472.

Magno ſoldano Babyloniæ.

Magne, & potens domine. Acceptis literis tuis ſuper meſchitarum demolitione, quam fieri a chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando Aragonum Rege in ſuis regnis aſſerebas, ſcripſimus ad illum opportune, vt ſi vera eſſent, quæ ad nos ſcripſeras, debitis remedijs prohiberemus. Inuenimus falſo ad te rumore delata eſſe omnia, nam neque meſchitarum vlla demolita eſt, & tui omnes in illis regionibus Saraceni exiſtentes in ſua pace, & quiete viuunt, nulla iniuria, nulla moleſtia laceſſiti. Verum eſt quod, cum illi præter antiquos vſus turres, & ſummitates quaſdam meſchitis ipſis valde eminentiores, quas ipſi comas vocant, conſtruxiſſent, & in altiori illarum parte Mahumetem alta, & humana voce inuocarent, religioſus ille Rex non iniuria prohibuit id quod præter morem in populo Chriſtiano non ſine ſcandalo fieret. Itaque eiuſmodi comas æquari meſchitis, & dictam inuocationem non niſi cum voce tubæ corneæ iuxta vetus inſtitutum fieri iuſſit: quod ſi recte meritis minime te commouere debet cum ob cauſas prædictas, tum quia pari vice & tu ipſe in eccleſijs noſtris, quæ ſub ditione tua ſunt, & campanilia, & campanarum ſonum prohibes. Hortamur te, vt æquo animo feras, quod nullo contemptu, nulla tuorum iactura factum eſt. Noli malorum hominum mēdacia, & eorum præſertim, qui diſſidium, & ſimultates optant apud te quam ratione, & æquitate, & tua modeſtia præualere, noſtros vero religioſos, & Chriſtianos omnes, qui in terris tuis moram faciunt, tibi enixe commendamus, gratiſſimum habituri quidquid commodi, & officij eiſdem præſtiteris. *Dat. Romæ die* VIII. *aprilis* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XII.

Soldanus Babylonius templa Saracenica in Hiſpaniis euerſa queritur.
Docetur prohibitum tantum palam inclamari Mahometem.
Commendati illi Chriſtiani.

46 Nec modo Mahumetica ſuperſtitio coercita eſt, ſed iudaica etiam repreſſa perfidia a Caſtellæ & Aragoniæ Regibus: plures enim reperti b ſunt, qui cum ſacris Chriſtianis initiati fuiſſent, clam veterem ſuperſtitionem repetentes ſabbatarios ritus, cæteraſque Iudaicas ceremonias obſeruabant, noctuque ſynagogam ingrediebantur:

Iudaica impietas in Hiſpania.
b Lucius Marin. Sic. de reb. Hiſp. l.19. cap.22.

cum-

cumque eorum numerus adeo excreuiſſet, vt religioni ab ijs magnum diſcrimen impenderet, pijs viris re cum Gonſaluo Mendozio & Hiſpalenſi archiepiſcopo & S. R. E. Cardinale communicata, eam detulere ad Reges, ac Pontificem Romanum, cuius in petio conſtituta ſunt ſacra tribunalia in eos, qui in flagitio obdureſcerent; ijs vero, qui perfidiam damnarent, venia propoſita: vt vero acerbe de ſontibus ſumptum ſit ſupplicium, ac reſipiſcentibus venia data fuerit, ita deſcribit Marinaus a.

a Ibidi.

47 *Renelauit tempus, vel potius inſtitla Dei catholicis principibus Marrhanos in tenebris noctis, & occulto delinquentes, nec impune diutius peccare permiſit, quorum maleficus, & erroribus catholici principes obuiantes conſilio Cardinalis, quem ſupra memorauimus, primum ſacerdotibus, & viris religioſis in omnibus ciuitatibus, & populis iniſerunt, vt omnes, qui nuper ad religionem Chriſtianam conuerſi fuiſſent, tum contionibus publicis, tum priuatis ſermonibus diligenter admonerent, inſtruerent in omnibus Eccleſiæ ſacramentis, & in catholica fide retinerent, & confirmarent. Deinde vero cum hoc parum, vel nihil profuiſſe cognouiſſent, hanc ob cauſam Romam legatos miſerunt ad ſummum Pontificem, qui cum cauſam legationis audiuiſſet admiratus nouam hæreſim, & moleſtiſſime ferens dedecus, & ignominiam, quam Chriſti cultoribus impium hominum genus inferebat, literas ſuas bullatas, & apoſtolico ſigillo ſignatas ad principes catholicos deſtinauit, quibus in eos inquiſitionem fieri diligenter, & animaduerti iubebat, qui Chriſtianæ religioni fideique catholicæ quocumque modo detraherent aut detraxiſſent. Rex igitur & Regina literis acceptis auctoritate iuſſuque Pontificis inquiſitoribus, quos ad hanc rem exquirendam ex omnibus ſacerdotibus regnorum ſuorum moribus, & doctrina probatiſſimos delegerant, hunc ordinem, & hanc legem ſtatuerunt, vt in omnibus citerioris, & vlterioris Hiſpaniæ ciuitatibus, & populis literas ſuas, & edicta publicarent pontificio iure compoſita, quibus publicatis, & inſpectis omnes, qui crimen hæreticæ prauitatis incurriſſent, infra certum temporis ſpatium ſuos errores inquiſitoribus, qui patres appellantur, confidenter reuelarent, veniam ſuppliciter deprecantes, Eccleſiæ reconciliari, ſcelerum, quibus Chriſti nomen abnegaſſent, iniunctas ſibi pœnitentias agerent. Ad quod iudicium priuſquam terminus temporis conceſſus præteriret, hominum millia circiter ſeptendecim vtriuſque ſexus conuenerant: quibus Eccleſia, quæ fons eſt miſericordiæ magnæque pietatis contenta, pœnitentijs vnicuique pro qualitate criminis impoſitis, vitam, qua fortaſſe digni non erant, clementer indulſit. Multi autem, qui literis, & edicto parere noluerunt in ſua hæreſi perſeuerantes, habita probatorum teſtium relatione, capti fuerunt, & tormentis affecti ſua crimina confitentes in ignem coniecti, vitam cum morte commutarunt: quorum alij ſua crimina flebant Chriſtum recognoſcentes: alij pertinaces in erroribus, Moſis nomen inuocabant, quorum paucis annis vtriuſque ſexus millia duo combuſta fuerunt. Multis præterea, quos delictorum ſuorum pœnituit, quamuis grauiter peccauiſſent, conceſſum eſt, vt in carcere pœnitentias agentes vitam finirent. Alijs quoque, qui morte liberati carcereque ſoluti fuerunt, hoc pœnæ genus datum eſt, vt ſcilicet infames eſſent & priuati officijs, auro, & omni genere ſerici, duabus crucibus coloris ignei ſignarentur, quarum alteram in pectore, alteram a tergo ſuper exteriorem veſtem, quæ viderentur ab omnibus, geſtarent & ipſi cognoſcerentur.*

Cenſura fidei inſtituta.

Marrani ad duo millia exuſti.

48 *Animaduerſum eſt etiam in mortuos, quos in vita deliquiſſe conſtabat, quorum oſſa, quæ plurima fuere, publicatis bonis, filijſque priuatis honoribus, & officijs, e ſepulturis extracta publice cremata fuerunt. Hoc iuſtitiæ genus homines quamplurimi de ſtirpe Iudaica ſuorum criminum conſcij pertimeſcentes, patria ſua domoque relicta, & multis magniſque rebus ex catholicorum principum regnis aufugerunt, multi ſiquidem in Portugalliam, multi in Nauarram, alij in Italiam, alij in Galliam, alij in alias regiones, vbi ſe tutos fore putabant, migrauerunt, quorum res, & bona tam mobilia, quam ſtantia catholici principes in bello, quod aduerſus Mauros, & barbaras alios gerebant, diſtribuenda cenſuere, quarum rerum omnium ſumma fuit ingens: in Bætica namque prouincia dumtaxat eorum, qui cum filijs, & vxoribus fugerant inanium, & vacuarum domuum millia quinque reperta fuere. Et quoniam, vt ſupra diximus, Iudæorum conſuetudo nuper ad Chriſtianam religionem conuerſis pernicioſa videbatur, propterea quod occaſionem peccandi ſine dubio præbebat, catholici principes Iudæos omnes a regnorum ſuorum finibus in perpetuum depulerunt, & exterminarunt: qui cum per edictum moniti neque vendere ſuas domos, neque ſecum transferre pecunias poſſent, eorum nonnulli deprehenſi fuere, qui nummos in aſinorum clitellis, & auribus deferebant.*

In mortuos diſtricta ſeueritas.

Pulſi Iudæi Hiſpania.

49 Ea in plectendis apoſtatis neophytis Iudaici generis acerbitas ſummam apud pios laudem, apud nonnullos vero inuidiam Eliſabethæ Reginæ Caſtellæ peperit; ſparſus enim rumor eſt, non ad vindicandam læſi Numinis iniuriam, ſed ad cogendum aurum prædamque cumulandam adhibitam illam iudiciorum ſeueritatem: cumque eadem Regina ſe ambigere ſignificaſſet, ne apud Pontificem ea ſuſpicione aſpergeretur, Sixtus eam hiſce literis ambiguitatem omnem ex eius animo depulit a, collaudauitque eius pietatem: monuit tamen, ne immunitatem ordinis eccleſiaſtici labefactari, neue imperia apoſtolica adminiſtrorum fraude impietateque eludi pateretur.

Calumniæ in Reges catholicos diffuſæ.

a Lib. breu. an. 12. pag. 380.

Reginæ Caſtellæ.

50 Quantum attinet ad negotium neophytorum, *& infra*, conati ſemper fuimus, miſerti illorum inſaniæ, tam peſtifero morbo opportuna remedia adhibere. *Et infra*: Nunc vero perſpecta optima, ac perpenſa voluntate tua gratiſſimum nobis eſt, quod in illis regnis tuis in vindicanda diuinæ maieſtatis offenſa tanto ſtudio, ac deuotione deſiderio noſtro ſatisfacias. Equidem, filia chariſſima, cum multis regijs virtutibus perſonam tuam diuino munere inſignitam cognoſcamus, nullam tamen magis quam iſtam in Deum religionem, ac in fide orthodoxa affectum, atque conſtantiam tuam commendauerimus; proinde ſanctum iſtud propoſitum tuum in Domino probantes, ac benedicentes, ſerenitatem tuam attente hortamur, atque oramus, ne tanta labes diutius per illa regna ſerpat ſimili ſtudio huic negotio intendas, & iuxta prouiſiones noſtras deſuper editas, & edendas, in quibus fauor tuus præcipuus requiritur, cauſam Dei amplectaris, cui vlla in re alia magis placere non potes. Quod autem dubitare videris nos forſan exiſtimare, quod in perfidos illos, qui Chriſtianum nomen ementiti Chriſtum blaſphemant, & Iudaica perfidia crucifigunt, quin ad ſanitatem redigi nequeant, tam ſeuere animaduertere cures, ambitione potius, & bonorum temporalium cupiditate, quam zelo fidei, & catholicæ veritatis, vel Dei timore certo ſcias, ne vllam quidem

Laudati a Sixto.

De relapſis puniendis.

dem apud nos eius rei fuiſſe ſuſpicionem, &c. *Dat. Romæ die xxv februarij MCCCCLXXXIII. pontificatus noſtri anno XIII.*

51 Quod vero queritur Sixtus multa nouata in Caſtella, & ab adminiſtris regijs falcem in meſſem alienam immiſſam: id propterea dictum videtur, quod ij emendandorum ſacerdotum, ac religioſorum virorum auctoritatem ſibi arrogarent, cum id munus ad Pontificem, & epiſcopos ſpectaret. Nauatam autem a Ferdinando, & Elizabetha operam ſanciendæ religioſorum diſciplinæ memorat a Marinæus dum ait: *Cum vidiſſent religioſos omnium ordinum, & præcipue Minores & Prædicatores alios honeſtius, & præcepta ſuæ religionis obſeruantes, alios liberius ac diſſolutius viuentes, nec ordini ſuæ profeſſionis, nec ſuperioribus obſequentes, omnes qui clauſtrales dicuntur, & libere vagabantur ad obſeruantiæ normam, & honeſtiorem vitam compulere. Etiam ſacras virgines, quas moniales appellant, quæ licentius vagari conſueuerant a virorum, qui ſuſpecti videbantur, conſuetudine, ſecreto colloquio, & monaſteriorum ſuorum exitu prohibuere. Præterea iuuenibus adoleſcentulis alijs cunctis, & qui literorum ſtudijs, & bonis artibus operam dabant, vſum longarum ſericarum veſtium, promiſſorumque capillorum, quibus nonnulli maxime ſtudebant, ademerunt. His rebus & a ſtudioſis omnibus colebantur, & a virtutibus alienis timebantur. Prohibuerunt & ludos aleæ præcipue atque chartarum, ex quibus multa quotidie malorum genera naſcebantur: ſunt enim ludi, de quibus alibi plene ſcripſimus, perſimiles meretricibus, quæ voluptate quadam non ſolum vulgares homines, & inſipientes, ſed etiam nobiles equites viroſque primarios fallunt, literatos ſacerdotes, atque pontifices.* De egregijs alijs horum Regum geſtis dicetur ſuis locis; nunc ad res boreales digredimur.

Religioſi ad primæuam ſanctitatem adacti.

a Lucius Marinæ Sicul. l. 19 de reb. Hiſp.

Sublatus aleæ ludus.

52 Inuaſit b ſeptentrionem grauiſſima peſtis, eamque calamitatem Bohemicæ ſeditiones, ac funebre bellum inter Imperatorem, & Hungarum geſtum auxere. Affectarat nimirum Hungaricam coronam Fridericus Auſtriacus, atque ingentes regno clades, & ſibi curas, & ignominiam peperit; laceſſitus enim Matthias bellica laude viribuſque præſtantior illum Auſtriaca ditione exuere conſtituit intermiſſa Turcica expeditione, a qua intempeſtiue reuocatus a Frederico fuerat, potituſque c anno ſuperiori Hamburgo magnis molitionibus bellum vrſit, quo territus Fridericus, in bello pacem, & in pace bellum quærere aſſuetus, pontificium oratorem ad Matthiam miſit, vt eum de fœdere poſtularet: quo nuntio recreatus Sixtus, atque in ſpem conficiendæ, pacatis Chriſtianorum bellis, inſignis in Turcam expeditionis, excitatis ineunte anno literis Fridericum ad prouehenda pacis conſilia incitauit d: *Cum nuper audiamus ſerenitatem tuam miſiſſe venerabilem fratrem Alfonſum epiſcopum Forliuienſem oratorem ad illuſtrem Hungariæ Regem pro pace tractanda, gauiſi admodum ſumus Deumque oramus, vt illa confici poſſit, quo auctore, & epiſcopi ipſius prudentia accedente, ſperamus pacem ipſam eſſe ſecuturam; nos etiam, & vt concordibus animis, & vnitis viribus aliquid contra ipſos hoſtes Turcos Chriſtiano nomine dignum poſſet decerni, pacem fecimus, & publicauimus, prout ex capitulis, quæ ad tuam celſitudinem alligata tranſmittimus, videre poteris. Dat. Romæ die x. ianuarij MCCCCLXXXIII. pontificatus noſtri anno XII.*

b Cromer. lib. 29.

Fridericus Cæſar Vngarum in ſe efferat.

c Bonf. rer. Hung. dec 4. l. 6.

Petitus bello pacem ambit.

d Lib. breu an 12. pag 503.

Inter Cæſarem & Vngarū agitata pax.

Sixtus in Turcos arma vertere decernit.

53 Non fuit conciliata pax, quandoquidem Matthias, cum bello ſuperior eſſet, victoriæ curſum tenere ſtatuit, & Prucchum arcem Auſtriæ munitiſſimam crebris impreſſionibus, quamuis multo cruore fuſo, in ſuam poteſtatem redegit hoc anno, ac deinde Viennæ maximum terrorem intulit. Ex quo bello Baiazetes intentus in omnes occaſiones amplificandi imperij ad nouas res excitatus eſt & Bohemi hæretici concitandarum in catholicos magnas turbas occaſionem ſumpſerunt. ex quibus catholica res adm odum depreſſa eſt, eo procedente hæreticorum furore, vt cum primum in Pontificem & Cardinales conceptum animis virus effudiſſent, in Vuladislaum Poloniæ primogenitum, & Bohemiæ Regem probra iactarint, ac demum ſenatum catholicum, & viros religioſos contrucidarint: de quibus Cromerus b hæc hiſtoriæ mandauit: *Nec Bohemia interim, & Praga præſertim a domeſticis motibus quieta fuit, ſchiſmaticis, & profligatis ſacerdotibus, atque concionatoribus in abſentes epiſcopos, Cardinales, & Pontificem maximum, mox in præſentes monachos, & magiſtratus vrbanos, ac in Regem denique populum concitantibus; nec profuit indulgentia, & patientia Regis, ac ne coercitio quidem ſeditioſorum, quo minus probra, & contumelia in eum iactarentur, ac de vita is quoque Pragæ, & apud Cutbnos montes, quo ſeceſſerat, periclitaretur. Senatus quidem veteris, & nouæ Pragæ a furente multitudine contrucidatus eſt, & monaſteria direpta.* Agit de ijs fuſius Dubrauius c, de quibus admonitus Pontifex Matthiam Pannoniæ Regem, cui iam ante ab Apoſtolica ſede Bohemia, vt eam hæreticæ ſuperſtitione expiaret, attributa fuerat, ac poſt geſta varia prælia cum Vuladislao Rege Bohemiæ conuenerat d, vt Morauiam, Sileſiam, & Luſatiam Hungarus teneret, rogauit e vt hæreticos catholicorum ſanguine perfuſos edomaret.

Auſtria ab Vngaro vexata.

a Bonfin. dec. 4. l. 6.

Turcæ in Beſſarabiam irrumpunt

b Cromer. lib. 29.

In Bohemia tumultuantur hæretici.

c Dubrau hiſt. Bohem lib. 31.

d Id. ibid.

e Lib. breu ann. 13. 4. decemb.

Regi Hungariæ,

54 Innotuiſſe credimus maieſtati tuæ, quod nuper etiam nobis triſti nuntio relatum eſt, hæreticos ſcilicet ciuitatis Pragenſis proxime facto tumultu inſurrexiſſe contra catholicos noſtros, & rabiem ſuam crudeliter exercentes eos, quotquot in prætorijs, in ſacris ædibus, in priuatis denique domibus inuenti ſunt, varie trucidaſſe. Quæ res ſicuti enormis in conſpectu Dei, & hominum extitit, ita nos, quibus curæ eſt ſemper cauſa catholicæ fidei, affecit incredibili dolore. Timentes itaque plurimum niſi ſtatim de remedijs opportunis prouideatur, ne longius ſerpat hic morbus, ac maiorem in partibus illis producat infectionem, maieſtati tuæ ſcribendum duximus, non quia putemus neceſſarium eſſe verbis excitare te, qui ſemper malleus infidelium, & hæreticorum fuiſti, & cui regnum illud Bohemiæ exiſtens etiam tuæ maieſtati ſubiectum conſeruare, ac defendere ab huiuſmodi oppreſſionibus expedit, ſed pro debito noſtri paſtoralis officij non omittendum omnino cenſuimus te, chariſſime fili, hortari, ſicut per præſentes affectuoſe facimus, vt ſaluti catholicorum hoc tempore velis conſulere, & opem ferre, ne ab impijs hæreticis tam fœde lanientur, omne enim malum naſcens facile opprimitur, inueteratum fit plerumque robuſtius; facile tamen erit ſi manum tuam, ſemper a Chriſto iuuari ſolitam, appoſueris, priuſquam magis abundet ſanies, & hæc ſanentur vulnera: faciet maieſtas tua ſanctum, ac pium opus dignum laude apud homines, ac meritis perpetuis apud Altiſſimum. Nos quæcumque in hac cauſa intelligemus fore pro conſeruatione fidelium, & op-

Pragæ cæſi catholici ab hæreticis.

Vngarus ad eos comprimendos excitatur

D D D preſ-

preſſione hæreticæ prauitatis accommoda, modo reddamur de ſtatu ipſius rei certiores, non omittemus efficere. Scripſimus de hoc etiam venerabili epiſcopo ciuitatis Caſtelli nuntio, & oratori noſtro, eique commiſimus, vt cum eadem tua maieſtate latius nomine noſtro loquatur. *Dat. Romæ die xv. decembris* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Polonus germanusq; in eoſdem ſollicitati.

55 Accendere etiam pio ſtudio Caſimirum Poloniæ Regem eiuſque filium Vladislaum Regem Bohemiæ niſus eſt Sixtus ad aſſerendam in Bohemia religionem, cui etiam ſignificauit non modo Hungariæ Regem, verum etiam Fredericum Imperatorem, finitimoſque principes ſollicitatos ad exoriens malum comprimendum, ſubditque: *Credimus non defuturum huic negotio quemquam pro virili parte, cum & etiam de communi re omnium catholicorum agatur, maieſtati tuæ non propterea ſcribimus, quia putemus in eadem cauſa neceſſarium eſſe te Chriſtianiſſimum Regem excitare verbis; præſertim cum & ibi habeas pignus chariſſimum, ad quod iuuandum ſatis maieſtatem tuam excitat paterna charitas, verum has breues dedimus, vt ſcires cauſam hanc nobis eſſe vehementer cordi, & nihilominus te, ſicut facimus, hortamur ad prouiſiones, & remedia neceſſaria adhibenda, ne iſthac hæreticorum oppreſſio atque iniuria magis contra catholicos inualeſcant, &c. Dat. Romæ die* XV. *decembris* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XIII. Miſſæ eodem argumento ad internuntium literæ [a], vt Imperatorem accenderet in hæreticos, concitatique [b] præcipue in arma ſacra Sigiſmundus archidux Auſtriæ, Albertus, Georgius, Fridericus, Otho Bauariæ, Erneſtus & Albertus Saxoniæ duces, ac Brandeburgenſis marchio, nec non epiſcopi Ratiſponenſis, Patauienſis, Bambergenſis, Herbipolenſis aduerſus hæreticos Pragenſes, quorum immanitatem ita deplorat: *Indigne quidem illa velati tormenta noſtri cordis audiuimus patritios ſcilicet in prætoriis apprehenſos, & ex feneſtris præcipitatos, religioſos viros trucidatos eſſe, in eccleſiis direpta ſacra domos Chriſtianorum tam priuatas quam publicas cruore ac cæde reſperſas.*

a Reg. poſt cand. ep. b Ibid.

Crudelia hæreticorum facinora.

56 Inſtructas etiam Vladislao Regi Bohemiæ Poloni primogenito ſæuas inſidias a Pragenſibus, ac feliciter diſcuſſas fuiſſe refert Dubrauius [c], nec tamen Polonus, non Germanus, non Hungarus, vt erant a Pontifice ſollicitati, in hæreticos ipſius conſurrexerunt; ſed catholica poſthabita cauſa, exitialia inter ſe bella geſſerunt, de quibus anno ſequenti. Porro fuſi catholici ſanguinis crimen hæreticis condonatum ſcribit Cromerus [d] interpretibus concordiæ Georgii Podiebratii filiis, qui præcipui ſeditionum auctores erant adeo, vt proditores & coniurati, cum raperentur ad ſupplicium, conſpectis Henrico & Hincone Podiebratiis ad regium latus, exclamarint [e]: *Vide, o Rex, quam caute agas, qui diſcipulos proditionis punis, magiſtros autem honoras.* Fluctuauit deinde Bohemia aliquot annis motibus, quæ ſanguine maduit, quarum turbarum principes erant nonnulli impii ſacerdotes [f], qui calicis vſum ab omnibus vſurpandum, & concilii Baſileenſis conuenta violari contendebant. Vt vero Lutherus ſopitum ignem accenderit, ſuo loco dicetur; nunc reliqua perſequamur.

Oppreſſæ eorum in ſidiæ.
c Dubrau. lib. 31.
d Cromer. l. 29.
e Dubrau. lib. 31.
Inſtaurate lites de calice.
f Id. ibid.

57 Inter ſuperiores principum ſeptentrionalium motus Kiouiam in Ruſſia vrbem inſignem proditione captam Moſcouitæ ac Tartari populati erant; ad quam inſtaurandam validiſque munitionibus firmandam, vt poſthac barbaricos impetus reprimeret, vires conuertere decreuiſſet, Caſimirus a Sixto apoſtolica præſidia flagitauit; qui indulgentiarum præmia iis, qui pro ſacra in infideles expeditione conficienda ſtipem erogarent, impertiit [a], ac pia Regis Poloniæ ſtudia expoſuit.

Kiouiam inſtaurare Polonus meditatur.
a Lib. bull. 91. pag. 304.

Sixtus, &c. Chariſſimus in Chriſto filius noſter Caſimirus Rex Poloniæ illuſtris prouide conſiderans, quod proximis annis Turci vna cum Tartaris eiuſdem perditionis alumnis quandam dicti Regis ciuitatem ſatis amplam & populoſam in partibus Ruſſiæ conſiſtentem nomine Kiouiam dolo & fraude, prout ipſorũ peſſima conditio ſolet, crudeliter inuaſerunt, diripuerunt, & incendio conſumpſerunt, multis ex Chriſtianis interfectis necatis & excruciatis, liberis vtriuſque ſexus ſtupratis, & in miſeram captiuitatem abductis, templis profanatis, & epiſcopo dictæ ciuitatis & ſacerdotibus partim vna cum aliis oppreſſis & in miſerabilem captiuitatem abductis, bonis omnibus denudatis, ac cupidus Rex præfatus, cuius pietate ſingulari epiſcopus & alii captiui complures redempti fuere, ciuitatem ipſam reſtaurare, &, ne de cætero ſimilia contingãt, obuiare, exercitum & alia bello neceſſaria pro tantæ rei expeditione parare intendit, cuius pium ac ſanctum deſiderium plurimum in Domino commendantes, eius conatus ſalutiferos, quantum cum Deo poſſumus, confouere æquum neceſſariumq; exiſtimamus. [ſubdit deinde vt opem ad ſacrum bellum collaturis indulgentias propoſuerit,] &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXIII. *kal. maris pontificatus noſtri anno* XIII. Non ita in bellum ſacrum vires opeſque contulere Poloni, quin proximo anno Beſſarabia a Turcis vaſtata fuerit.

Indulgẽtiæ operã ad id daturis propoſitæ.

58 Efflorebat in Auſtria B. Leopoldi olim Auſtriæ ducis gloria ob res mirabiles eius precibus a Deo patratas, de quibus cũ Fridericus Imperator ad Pontificem retuliſſet, de conſecranda illius memoria actum eſt, ac demum anno proximo ea de re decretum editum, de quo Fridericus hiſce literis certior factus eſt [b]: *Quod ſæpe per literas & oratores maieſtas tua petiit de canonizatione beati Leopoldi decretum tandem eſt, & vota venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium in conſiſtorio ſecreto recepta ſunt, declaratumque per nos ipſis fratribus noſtris aſſentientibus, ipſum beatum Leopoldum fore canonizandum, &c. Dat. Romæ die* XIV. *februarii* MCCCCLXXXIIII. *pontificatus noſtri anno* XIII. Decretos poſtea ab Innocentio VIII. eidem B. Leopoldo olim duci ſanctorum honores ſuo loco dicetur [c].

B. Leopoldus clarus miraculis.
b Lib. breu. an. 14. 14 febr.
c Naucler. vol. 2. gener. 50.

59 Migrauit hoc anno in Polonia magna ſanctitatis opinione Simon Lipnicenſis Minorita, de quo miraculorum gloria conſpicuo hæc memoriæ tradidit Cromerus [d]: *Inſignis fuit Simon Lipnicenſis eccleſiaſtes diſertus Bernardiniani ſodalitii ad meridianam portam Cracouiæ degentis, homo plebeius quidem & obſcuro loco natus, ſed probitate & ſanctimonia vitæ clarus, ita vt ægroti complures ad ſepulchrum priſtinæ ſanitati reſtituti eſſe memorentur.* Illum claruiſſe poſt mortem ingentibus miraculis confirmat Michouias [e], quæ Vuadingus annalium ſuorum monumentis mandauit.

B. Simon ſanctitate illuſtris.
d Cromer. vbi ſup.
e Michou. l. 4. c. 73. Vuadding. in annal. to. 7. an. 1482. n. 1[?]

60 Illuſtrem etiam ſanctitatis fama Hugonem Piſanum archiepiſcopum hoc anno obiiſſe teſtatur Raphael Volaterranus [f] his verbis: *Ornauit eam cathedram poſt Iuſium Vgo præſul ſanctiſſimus. Hic ex Agnanæ vicini caſtri nobili Saladinorum fami-*

Hugonis Piſan. archiep. obitus.
f Raphael Volater. Geogr. l. 5.

Digitized by Google

familia quamuis Volaterranus ſimul, & Paduanus eſſet canonicus, ob vitæ modeſtiam, ac iuris pontificij ſcientiam promotur, varios labores, ac ærumnas ab infeſtis ciuibus ob Eccleſiæ libertatem, & res conſeruandas eſt paſſus: quæ omnia patientia ſuperando ad ſenectutem ſine querela peruenit. Deceſſit anno MCCCCLXXXIII. *inhumatus diebus* x. *a populoque adoratus ob viſa ex eo prodigia, deinde conditus in eius vrbis baſilica fuit.*

Eius elogium.

Card. Eſtoteuillæ mors.

61 Obiere hoc etiam anno præſtantes aliquot Cardinales, inter quos fuit Cardinalis Eſtoteuilla, cuius nomen relicta Romæ ab eo auguſta monumenta poſteris tranſmittunt, de quo hæc ſcribit Iacobus Maffeus Volaterranus a: *Camerariatum defuncto Latino Vrſino adeptus eſt, cœnobia multa, quibus præfuit præcipue extra Italiam ornauit, & ampliauit, & ſacris veſtibus decorauit: Romæ teſtimonium perhibent baſilica B. Mariæ maioris cultu præcipuo, & religione ſemper a ſe habita, & templum Auguſtinienſium paulo ante obitum a fundamentis inſtauratum.* Conſecuti ſunt eum menſe ſeptembri presbyteri Cardinales Auxias tit. S. Sabinæ, ac Ferricus Cluniacus tit. S. Vitalis, qui repente intercluſo ſpiritu interijt; vigeſimo ſecundo autem octobris Franciſcus Gonzaga diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ Bononiæ legatus b.

a Volater. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 49. & 111.

Eccleſia Auguſtiniana ab eo condita.

b Idibid.

Suffecit autem proximo menſe Sixtus in eorum locum quinque viros inſignes, de quibus hæc tradit idem Iacobus Volaterranus c: *Ad* XV. *nouembris vocauit Pontifex extra ordinem patres in ſenatum, in quem ex Hadriana mole per murum ad Pontificem peruenientem Sabellus, & Columna venerea collega Cardinale S. Georgij deducti ad Pontificis gratiam recepti: quo in ſenatu vel creati, vel publicati fuere quinque Cardinales, Ioannes archiepiſcopus Conſanus ex comitibus Romanis proceribus pater fere octogenarius, epiſcopus Turonenſis natione Gallus ex ordine Minorum vir ſanctitate clarus, tunc abſens: Ioannes epiſcopus Gerundenſis orator Regis Hiſpaniæ vir ſenio confectus, ſed auctoritatis maximæ, & virtutis magnæ, & curialis antiquus: Ioannes Iacobus epiſcopus Parmenſis vir mediocri litteratura maxima humanitate, & dexteritate præditus: Baptiſta prothonotarius ex Vrſina familia vir ſumma induſtria, & peritia legum admodum clarus.*

c Lib. breu. an. 13. menſ. oct.

Cardinalicius ſenatus auctus.

62 Quod ad Turonenſem archiepiſcopum attinet, quem ſanctitatis opinione claruiſſe retulit Volaterranus; is erat Elias vicecomitum de Bourdeille nobiliſſima ſtirpe ſatus, qui mortalibus humanis rebus valere iuſſis, Franciſcanis inſtitutis mores excoluerat, & theologicæ ſcientiæ laude florens de pontificia auctoritate, deque abroganda pragmatica ſanctione elucubrationes edidit, Nicolai V. imperio Petragoricenſem primum epiſcopatum ſuſcepit, deinde ad Turonenſem traductus archiepiſcopatum a Sixto presbyter Cardinalis tit. S. Luciæ in Silice renuntiatus, oblato ſibi dignitatis inſigni nullum lætitiæ ſignum edidit; proximo vero anno e mortali vita migrauit, ac miraculis poſt mortem effulſiſſe refertur, de quibus Ioannem e Planis epiſcopum Petragoricenſem acta publica inſtrui curaſſe anno MDXXVI. vt illius memoria conſecraretur, refert Lucas Vvadinghus d.

Inſignis humanar. rerum cōtemptus in archiepiſ. Tur.

d Vvaddin. in annal. to. 7. ann. 1483. nu. 35 & in catal. Scriptor. ord. Min. Petr. Bouſmorin in eius vit. Petr. Friz. in Gall. purpur.

63 Addit ſuperioribus Iacobus Maffeus Volaterranus: XXIII. *nouembris Regina Cypri Carola cum a Pontifice per interpretem audiretur, non ignobiliori, nec inferiori ſede ſedebat Pontificis ſellæ; quod ab aliquibus probatum non fuit.* Plura de ea narrat Raphael Volaterranus e, vt regno ad Venetos tranſlato confugerit ad Sixtum, deinde ad ſultanum Ægyptium, iterumque ad Sixtum Pontificem, cuius liberalitate vitam reliquam ſuſtentarit, viro Ludouico in ſolitudine Ripalienſi agente.

De Regina Cypri

e Volater. lib. 9.

64 Agitabatur hoc tempore grauis inter theologos controuerſia de beatæ virginis immaculata conceptione, cum eam aſſererent alij, atque in ſacris ſuggeſtibus celebrarent, alij non immunem labe originali conceptam, ſed diuino mox beneficio ab ea macula liberatam contenderent pertinaciſſimis animis, adeo vt alterius opinionis ſectatores de hæreſi criminarentur, & peccato lethali eos, qui immaculatæ conceptionis feſtum celebrarent, ſacraſque de ea conciones audirent deuinciri effutirent, eaque de re libros ederent; quos Sixtus intentata anathematis pœna compreſſit, cumque in ea controuerſia nulla ab Eccleſia decretoria fidei ſententia lata fuiſſet, ad ſedandas eiuſmodi turbas eandem anathematis pœnam impoſuit ijs, qui perſtringerent hæreſeos crimine eos qui labis originalis immunem fuiſſe Deiparam negarent a.

Controuerſia de immaculata Conceptione.

a Extrau. lat. in append. to. 4. concil. p. 1. pag. 148.

Sixtus, &c. Aſſertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent eos, qui crederent aut tenerent, eandem Dei genetricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiuſmodi officium conceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſermones audientes alicuius peccati reatum incurrere, vtpote falſas, & erroneas, & a veritate penitus alienas, editoſque deſuper libros id continentes quo ad hoc auctoritate apoſtolica tenore præſentium reprobamus, & damnamus, ac motu ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuimus, & ordinauimus, quod prædicatores verbi Dei, & quicumque alij cuiuſcumque ſtatus, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populum, ſeu alias quomodolibet affirmare huiuſmodi, ſic per nos improbatas, & damnatas, aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtquam de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, a qua alio quam a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus ſimili pœnæ, ac cenſuræ ſubijcientes eos, qui auſi fuerint aſſerere contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum ſit a Romana eccleſia, & Apoſtolica ſede deciſum, non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIII. *non. ſeptembris pontificatus noſtri anno* XIII.

Damnati pariter qui aiunt hæreticū eſſe aſſerere cum originali peccato conceptā.

IESV CHRISTI

Annus 1484.

SIXTI PP. IV. annus VLTIMVS.	FRIDERICI III. IMPERAT. annus 45.

1 ANno a virgineo partu milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto ſecunda indictione Sixtus IV. egregia pontificij in tuenda eccleſiaſtica libertate, conciliandaque princi-

pum,

pum ac populorum concordiæ ſtudij documenta edidit. Nouatum in Luſitania fuerat aduerſus iura pontificia, ac præter intermiſſam ſolutionem annuij vectigalis, quod Luſitani Reges, vt ſedis Apoſtolicæ beneficiarij, pendere debent, decretum erat, ne quis Apoſtolicæ ſedis literas atque imperia, niſi prius facta a regij ſigilli præfecto poteſtate, exciperet, ac plura alia immunitati eccleſiaſticæ aduerſantia fiebant; quibus vt occurreret Pontifex, Ioannem Regem ſuperiori anno literis apoſtolicis reuocare a cœptis annisus erat a; cumque nondum ſublatum id vitium eſſet, grauiſſimis iterum ſententijs eundem Regem edicta eccleſiaſticæ libertati contraria reſcindere, annuumque cenſum ſoluere iuſſit, tendentique contra apoſtolicam ſeueritatem intentauit b.

Immunitati eccleſiaſt. aſſerendæ data a Sixto opera.

a Lib. breu. an. 12. pag. 571.

b Lib. breu. an. 13. 5. febr.

Regi Portugalliæ.

2 Vt ſaluti tuæ conſulas, & honori, & nos ac Eccleſiam de violationis eccleſiaſticæ libertatis tolerantia non parum notatos a lingua liberes detractrice, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem Reges regnant, & domini dominantur, & quem hactenus eius, quam fundauit, Eccleſiæ ſuæ libertatem violando coram te prouocaſti, tibi reddas propitium, ſerenitatem tuam regiam requirimus, monemus, & hortamur in Domino, & in remiſſionem iniungimus peccatorum per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, vt in te ipſum aciem tuæ conſiderationis reflectens, ſic tuos actus diiudices, vt ab alijs non debeas iudicari, & memor ſis conditionis tuæ, ac nouiſſima iuxta verbum ſapientis attendens, quod ſcandalum in Eccleſia parit, quod nobis detractionem de tolerantia generat, quod in perniciem tuæ ſalutis vertitur, & alios corrumpit exemplo, corrigens per te ipſum, & ſtatutum prædictum, ſi quod ſit, felicis recordationis Honorij Papæ III. prædeceſſoris noſtri, & imperialibus deſuper editis parendo ſanctionibus de capitularibus ſtatutis tui regni deleri facias, & ab omni eccleſiaſticæ libertatis violatione prorſus abſtineas, ac mandes & facias tibi ſubditos abſtinere, teque vt catholicum Regem decet iuſtum, & grauem exhibens omni creaturæ, ac præfatæ Eccleſiæ, a qua regiæ dignitatis culmen accepiſti, cuique annuum cenſum debes a memoratæ libertatis eccleſiaſticæ violatione prorſus abſtineas, nec permittas illam per alios vllatenus violari.

Contraria illi edicta reuocet.

3 Sin autem, quod non credimus, nec famæ tuæ, nec honori conſuleres, nec mandatis noſtris, & monitionibus obedires, quantumcumque moleſtum nobis exiſteret, te in aliquo moleſtare, tanto amplius contra te moueremur, & manum curaremus apoſtolicam aggrauare, quanto ſerenitatem tuam ſinceriori diligimus in Domino charitate, & quos amamus ſeuerius arguere intendimus, & durius caſtigare: nec poteris quantacumque potentia ante faciem (non dicimus noſtram) ſed Dei, cuius licet immeriti vices gerimus in terris, diuinæ ac æternæ repugnare omnipotentiæ maieſtatis. Facias igitur, fili chariſſime, de neceſſitate virtutem, & noſtris, immo illius, cuius vices gerimus, & per quem viuis, & regnas, ſtudeas obtemperare mandatis, ſicque Altiſſimum tibi reddas propitium, & nos tibi conſtituas noſtris iuſtis obtemperando mandatis in tuis opportunitatibus debitores. Sciturus pro certo quod, niſi mandatum noſtrum curaueris publice adimplere, & de impedimento nobis intra duos menſes a præſentatione præſentium tibi facta reddere certiores, non differemus vlterius, quin officij noſtri debitum exequamur, procedendo contra te tamquam contra violatorem eccleſiaſticæ libertatis. *Dat. Romæ die v. februarij* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Ni pareat minæ obiectæ.

4 Grauiter etiam queſtus eſt de eodem Rege, mulctatum fuiſſe exilio ab eo epiſcopum Siluenſem, quod ad regium arbitrium nutumque dignitate epiſcopali ſe abdicare abnuiſſet; ob quod facinus illum pœnas in Viennenſi concilio decretas contraxiſſe pronuntiauit a. Prodebant eccleſiaſtici ordinis dignitatem nonnulli præſules acceptorum a ſede Apoſtolica beneficiorum immemores, inter quos Ioannes epiſcopus Conimbricenſis, cum ad archiepiſcopatum Bracarenſem traductus Pontificis & ſacri ſenatus ſententia fuiſſet, nondum diplomate nec pallio receptis, ſe archiepiſcopali muneri ingeſſit, occupauit vectigalia, & cum adminiſtris regijs ad eccleſiaſticam immunitatem opprimendam conſpirauit: de quibus factus certior Sixtus illi diem dixit b, qua ſententia de abrogata ei dignitate ab eadem Apoſtolica ſede eſſet ferenda.

Siluenſis epiſc. indigne eiectus in exilium.

a Reg. poſt cand. ep.

b Ead. lib. breu. an. 13. 6. febr.

Ioanni epiſcopo olim Conimbricenſi.

5 Venerabilis frater. Sæpenumero & a multis viris grauibus, & fidelibus nobis extitit relatum, quod tu, quem reuoluto iam anno & vltra a vinculo, quo eccleſiæ Conimbricenſi, cui tunc præeras, tenebaris, de fratrum noſtrorum conſilio, & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes, ad eccleſiam Bracarenſem tunc vacantem tranſtulimus, præficiendo te eidem Bracharenſi eccleſiæ in archiepiſcopum, & paſtorem, minus quæ honori tuo expediret attendens, literis ſuper tua tranſlatione huiuſmodi minime expeditis, immo plumbo per nos a iam confectis propter tua demerita remoto, regimini, & adminiſtrationi eiuſdem Bracarenſis eccleſiæ propria temeritate te ingeſſiſti, & illius menſæ archiepiſcopalis fructus percepiſti, ac te archiepiſcopum Bracharenſem archiepiſcopali pallio non obtento nominare, ac ad ea, quæ pallio non obtento facere non poteras, manum extendere de facto præſumpſiſti, & (quod deterius eſt) ſæculari poteſtati illarum partium, & illius miniſtris, quæ eis viſa fuere in præiudicium eccleſiaſticæ libertatis auxilium, conſilium, & fauorem præſtare non erubuiſti, quæ omnia non ſine grandi animi moleſtia intelleximus. Et quamquam præmiſſa notoria eſſe aſſerantur, propter quæ tuis exigentibus demeritis a iure priuatus es ipſa eccleſia, cæteriſque beneficijs; nos tamen, vt via regia, & exemplo Saluatoris noſtri incedamus, tenore præſentium te requirimus, & monemus, vt infra tres menſes poſt receptionem præſentium coram nobis perſonaliter compareas ad videndum te declarari priuatum, & allegandum cauſas, quare ad prædicta procedi non debeat, intendentes termino prædicto effluxo, teque non comparente, iuxta ſanctorum patrum decreta te punire, prout iuſtitia ſuadebit. *Dat. Romæ die* VI. *februarij* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Intentatum Conimbricenſi epiſcopo iudicium

6 Vt vero eccleſiaſticum ius ab Rege in Luſitania labefactari paſſus non eſt Sixtus, ita nec regia iura ab eccleſiaſticis in Scotia infringi permiſit, ediditque Iacobi Regis rogatu decretum c, quo præſules iuſtis illius imperijs parere iuſſit.

c Lib. breu. an. 13. 6. maij.

Iaco-

Digitized by Google

Iacobo Regi Scotorum.

Datum abhinc poſtſede imperium & præſules proceresq; Scoto Regi pareant.

Literas maieſtatis tuæ accepimus, & dilectum filium Robertum Belmma oratorem tuum pro paterna, & ſingulari noſtra erga te beneuolentia benigne audiuimus, qui omnia per celſitudinem tuam ſibi commiſſa prudenter accurateque expoſuit. Quantum ſpectat ad bullam illam, quod prælati, & proceres regni obedientes ſint coronæ tuæ, conceſſimus eam in ampla forma, ita vt tuo in hoc deſiderio plene ſatisfactum exiſtimemus, ſicuti ex eius tenore latius videbis. Circa vero eſum carnium, quem tibi ex rationibus adductis cupis concedi, contentamur, & ita maieſtati tuæ præſentium tenore apoſtolica auctoritate indulgemus, vt de conſilio confeſſoris poſſis diebus, quibus eſus huiuſmodi ab Eccleſia eſt prohibitus, libere & licite, ac ſine alicuius eccleſiaſticæ cenſuræ incurſu, vel conſcientiæ, quoad vixeris, carnibus, & lacticinijs veſci, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, &c. *Dat. Romæ die* V. *maij* MCCCCLXXXIII. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Permiſſus eidē Carnium eſus diebus prohibitis.

7 Vrgebat inter hæc magno rei Chriſtianæ damno bellum Matthias Hungariæ Rex aduerſus Fridericum Imperatorem, dumque victricia ſigna latius circumferebat in Auſtria, finitimas Turcico limiti prouincias ſuas barbarico furori relinquebat expoſitas: quos, vt in concordiam adduceret a Chriſti vicarius nullas, apoſtolici muneris partes prætermiſerat: ſed odiorum pertinacia omnia eius ſtudia reſpuerat, cū Imperator ſua recuperare niteretur, Hungarus vero ad eum obterendum vires omnes intenderet; hoc vero anno apoſtolicus internuntius b epiſcopus plurima de pace colloquia fecit. Porrexit etiam in Pannoniam, vt refert Bonfinius c, Ioannes Cardinalis Aragonius, quem ad prouehenda pacis conſilia multum operam contuliſſe dubium non eſt, Denique Pontifex Matthiam victorem nomine totius Eccleſiæ obſecrauit, vt pacem Frederico daret.

Auſtriacus ab Vngaro bello grauiter petitus.

a Ibid. inter lit. martij.

b Id inter lit. febb.

c Bonfi. dec. 4. l. 6 & alij. Breu. an. 13. 10. marf.

Regi Hungariæ,

8 Quam vehementi ſemper deſiderio cupierimus pro bono reipublicæ Chriſtianæ, partiumque illarum Germaniæ, & regni tui Hungariæ, quibus maxime afficimur, inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fredericum Imperatorem, & maieſtatem tuam, veſtraque dominia ſublatis diſcordijs pacem, & tranquillitatem eſſe tam maieſtas imperialis, quam tua plene cognouiſſe potuerunt: nunquam enim literis, nuntijs, & oratoribos noſtris vtrumque veſtrum hortari, admonere, & rogare ceſſauimus, vt pacem ampleċti velletis, miſimuſque illuc propterea etiam S. R. E. Cardinales legatos noſtros, nec quidquam omiſimus faciendum, quod ad huiuſmodi rem conducere arbitraremur. Verum cum videamus, humani generis hoſtis præualente malitia, in longum nimis huiuſmodi rem pertrahi, cruciamur animo continue, nec quidquam dulce aut iucundum nobis eſſe poteſt, conſiderantibus inter vos potentiſſimos principes, veſtraque dominia Chriſtianitatis propugnacula, tam diutina bella diſcordiaſque vigere: dolemus rempublicam Chriſtianam noſtram tam grauiſſimo detrimento ex bellis veſtris affici. Compatimur ſubditis veſtris, qui tot cædes, rapinas, incendia, & cætera bellorum mala patiuntur. Deum rogare non deſiſtimus, vt vos ad pacem concordiamque reducat pro ſua pietate, & requirimus, ac per viſcera domini noſtri Ieſu Chriſti rogamus, vt ſe paci accomodare velit: & ſi quid ſupereſt impedimenti, illud cauſa, & contemplatione noſtra, & huius ſanctæ ſedis remouere velit, Petimus hoc a maieſtate tua in munus ſingulare: petit hoc vniuerſa Chriſtianitas, & ſancta mater Eccleſia, Noli hoc nobis denegare, quod vnicum conſolationis noſtræ culmen futurum eſt: ſi vnquam nos, & hanc ſanctam ſedem tibi obligare cupis, amplectere hoc tempore ſine vlteriori dilatione pacem cum imperiali maieſtate. Habes illic venerabilem fratrem epiſcopum Caſtelli oratorem noſtrum, qui imperiali maieſtati, & tuæ affectiſſimus eſt, & per cuius manus non niſi optime, & cum laude pax fieri poteſt: faciet maieſtas tua rem vniuerſæ Chriſtianitati acceptiſſimam, Deo gratiſſimam & nobis eam dabit animi conſolationem & quietem, quam ſuper omnia deſideramus & optamus. *Dat. Romæ die* X. *martij* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Pontificium ſtudium pro Vngaro & Auſtriaco conciliandis.

Propoſita ex bello mala ingentia.

9 Poſcebat res catholica, vt pax Germanum inter Hungarumque fieret non modo vt arma verterentur aduerſus Turcas, ſed vt etiam expeditio ſacra ad Pragenſes fuſo catholicorum ſanguine infectos puniendos conficeretur: ad quam ducendam epiſcopus Caſtellanus internuntius incumbere iuſſus a eſt. Affulgebat b etiam ſpes, Friderico & Matthia conciliatis, eorum auctoritate Venetos, quorum dominatus amplificatio ijs erat inuiſa, ad officium pacemque conficiendam coactum iri: ſed Matthias pontificijs precibus non aſſenſit, atque in expugnandis Auſtriæ arcibus arma exercuit, interque alias Cornamburgum aſperrimo bello ſub imperium ſuum redegit, finitimiſque Viennæ oppidis potitus caſtra apud Viennam poſuit, quam ab eo ſubactam, in eaque ipſum demum extinctum viſuri ſumus c, Interea euanuere conſilia de expeditione in Pragenſes conficienda, Turcæque in Hungariam incurrerſit, de quibus inferius agetur, atque Achileiam & Neſtoralbam ad Iſtri oſtia ſitas barbaricæ adjunxerunt d tyrannidi, tanta celeritate confecto bello, vt cum Matthias delectus nouos imperaſſet, antequam Varadinum exercitus Stephani Valachiæ principis Hungaricæ regiæ clientis rogatu conſcriptus perueniret, iam de Achileia & Neſtoralba actum triſtis nuntius perueniret. Cum vero Matthias incumbere in ſacrum bellum, & caſtra ad recuperandas eas vrbes mouere debuiſſet, ſigna reflecti in Auſtriam iuſſit, iiſque copijs Fridericum Imperatorem appetiuit. Neque Hungariæ modo fiduciarias terras, ſed eiuſdem Friderici etiam prouincias vaſtabat Turca, ſeptem enim barbarorum equitum millia per Coruatiam in Carinthiam & Carniolam excurrerunt: ſed cum præda inde ingenti onuſti incederent, ac decem captiuorum millia abducerent, contractis raptim Chriſtianorum copijs a deſpota Lupo Garaij, & Matthiæ bano, comite Berardino, cæteriſque prouinciæ regulis cæſi ſunt, amiſſaque omnia recuperata: in quo bello Berardini Frangepanis virtus admodum enituit. Neque ea clade deterriti non ſunt Turcæ, quin nouas in Chriſtianos irruptiones aucta ex Matthiæ & Friderici diſſenſionibus audacia moliti ſunt.

a Inter lit. menſ. iul.

b Inter lit. menſ. febr.

Repudiata pax a Matthia Rege.

c Bonfi. dec. 4. lib. 6.

d Bonfi. dec. 4. lib. 6.

Achileia & Neſtoralba erepta Vngaro a Turcis.

Coruatia, Charintia & Carniola direptæ.

10 Implicitus æque ac Fredericus erat bello Maximilianus illius filius Belgarum Burgundorumque princeps, qui a ferendis parenti ſuppetijs diſtractus erat: potiri ille Belgicarum rerum ambiebat, ac Philippi filij principatus materno

Inter Maximilianum & Belgas de Philippi educatione certatum.

iure partos moderari. At contra Belgæ Philippi principis aulæ procurationem educationemque ſibi arrogabant, ac ſuperiori a anno Margaritam ipſius filiam Gallico Delphino, freinente Maximiliano, deſponderant, adduxerantque in Gallias, tum Gandaui Philippum tenebant; cum vero leges poſcerent, vt filius in patria aſſet poteſtate, illiuſque educandi cura ad Maximilianum ſpectaret, controuerſiæ ſedandæ ſtudio Pontifex vniuerſos Belgij ordines apoſtolicis literis b inflectere ad æquitatem eniſus eſt, vt filium patri alendum permitterent.

a Philipp. Comm. l. 6. cap. 9.

b Lib. breu. an. 13. inter litt. miſſ. ... ſol.

Tribus ſtatibus Flandriæ.

11 Dilecti filij, &c. Audiueramus iam diu inter dilectum filium nobilem virum Maximilianum Auſtriæ & Burgundiæ ducem & vos aliquas eſſe diſcordias & tumultates, pro quibus ſedandis hactenus diſtulimus, quod ſperabamus ducem ipſum & vos pro prudentia & probitate, quas ſemper in illo & vobis cognouimus, abſque alicuius medio & exhortatione inuicem reconciliaturos & ad vnionem redituros; cognito poſtmodum id factum adhuc nõ eſſe, & vos natum ducis ipſius, inuito patre & renuente, retinere, aſſerereq; illum apud vos debere educari, exiſtimauimus ad paterni amoris noſtri erga vos officium pertinere, vt partes noſtras pro vtriuſque veſtrum pacis & quietis bono interponeremus, & quoniam diſcordiæ ipſæ præcipue ſuper alendo puero ducis ipſius nato verti videntur, inde ordiemur, & ibi commorabimur, vt hac ſi fieri poſſit diſſenſionis amputata cauſa, facilius cætera reſecentur. Non poſſumus cogitare quonam pacto iuſte aut honeſte filium, recuſante patre, retinere valeatis. Natura & nobiſcum genita ratio expoſcit vt pater in educandis liberis omnibus præferatur; quis enim aut ad amorem aut ad curam erga illos propenſior eſſe poteſt? quis diuino & humano iure patribus liberorum regimen & alendi ſtudium præ cæteris omnibus non tribuat? quæ maior eſſe charitas, quod vinculum charitatis arctius reperiri poteſt? iam illud quis non videt ducem illum ſingulari ſapientia magnanimitate & probitate præditum non modo patrem, ſed optimum præſtantiſſimumque patrem & eſſe & cenſeri? Non poteſt niſi ægre ferre & indignari pater filiũ a ſe eripi, & tanquam ablegatum apud alios detineri, & nos nulla ratione adduci poſſumus, vt credamus id vobis licere fieri, & ſi vlla ſubeſſet cauſa, non poteſt tamen non eſſe multo minor ea, quam natura & pietas præſcribit. Itaque ſtudioſi pacis & quietis omnium veſtrum paterno affectu hortamur, monemus & requirimus pro noſtra erga vos charitate, proque item veſtra erga nos & hanc ſanctam ſedem apoſtolicam obſeruantia, velitis duci præfato natum reſtituere, & illi alendum tradere, vt omnis inter illum & vos ſcandalorum, quæ oriri ex eo forſan poſſent, amputetur materia, & ea, quæ inter vos iure debetur, vnionis & pacis amœnitas conſeruetur, in quo nobis commodorum veſtrorum ſtudioſis rem facietis gratiſſimam, & vos veſtræ quieti, & honori conſuletis. *Dat. Romæ die* IX. *Iulij* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Belgæ ſollicitati ad concordiam.

Concedendus apud eos educandum filium.

Monentur id æquum non eſſe.

Italiæ inteſtinis bellis cruentata

c Sabell. Ennead. 10. l. 7. Brut. hiſt. flor. l. 8. & alij.

12 Cruentata c eſt inter hæc varijs in prouincijs ſuorum indigenarum ſanguine Italia, neque enim modo ad Ferrariæ mœnia, ſed etiam in Bergomenſi, Brixienſi, & Veronenſi agris, in maritima Apuliæ & Calabriæ ora, tum in vrbe d concitatæ ſeditiones, ac demum ad Pallianum, Canium, nonnullaque alia oppida bellicus fragor ob Columnenſium Vrſinorumque diſſidia intonuit, vtque a poſtremo ducamus initium, deſcribunt fuſius Stephanus Infiſſura a & alij vetuſtiorum diariorum auctores, excitatos Romæ exeunte maio ingentes motus, in quibus Columnenſium ædes ſociorumque ab Vrſinis expugnatæ exciſæque ſunt iuſſu pontificio, captuſque vi Laurentius Columna prothonotarius, adductuſque in pontificium conſpectum, ad quem iuſſus non venerat, deinde in carcerem incluſus, ac demum vltima iunij vt perduellionis reus cum aliquot ſocijs capitali ſupplicio affectus eſt. Mota deinde caſtra in Columnenſium oppida, & Canium ijs duce comite Hieronymo Riario ereptum, de qua victoria eidem nepoti Sixtus eſt gratulatus b, quod eam ſanguine & rapinis non fœdaſſet.

Bellum in Columnenſes.

d Steph. Inf. diarium m. s. arch. Vat. ſign. n. 111.

a Id ibid. & aliud diar. ſing. cod. n. Iacobus Volaterr. m. s. arch. Vat. ſign. n. 49. & 111. & Raphael Volaterr. anthropol. lib. 22 in Sixt.

b Sixt. lib. 13. breu. menſ. iul.

Comiti Hieronymo.

13 Dilecte fili magna cum animi iucunditate audiuimus, nobilitatem tuam oppido Cauenſi potitum eſſe, quod fuit virtuti tuæ conueniens, & ab omnibus ſummopere commendatum, neque tantum delectat victoria ipſa ſumma cum gloria & laude tua parta, quantum clementia, qua vſus es in medio curſu victoriæ, nam cum oppidum ipſum nobis rebelle, & contumax obſidione cinctum eſſet, ita omnium vndique tormentorum vi, & frequentia, ita anguſtijs circumſeptum, vt nullam amplius ſalutem oppidani ſupereſſe viderent, quin omnia ferro, & igni, ac militari licentiæ iam expoſita eſſent, tantam habuiſti manſuetudinis tuæ rationem, vt ad gratiam & miſericordiam omnes receperis, incenſos iratoſque militum animos cõtinueris, pulcherrimam iudicauetis eam victoriam eſſe, quæ ſine cæde, rapinis, & hoſtili ſanguine haberi poſſit, in quo quidem plurimum animo noſtro ſatisfeciſti, qui non deſideramus populorum deſolationem, ſed vt viuant, & conuertantur ad gremium S. R. E. matris ſuæ, quam iniuſte offenderunt, &c. *Dat. Romæ die* XXVIII. *Iulij* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Caua expugnata a pontificijs.

14 Expugnatæ c etiam plures Columnenſium arces in agro Romano, & Pallianum cinctum obſidione, quæ poſtea ob Pontificis obitus famã, caſtris amiſſis, ſoluta eſt, cuius belli cauſa ex Bruto cæteroqui Sixto parum æquo petenda viſa eſt, cum Stephanus Infiſſura maledicendi libidine percitus in his narrandis Sixtum turpiter traducat, proſcindatque. Narrat itaque Brutus d ſuperiori bello, quod Ferdinandum Pontifici intuliſſe vidimus, Taliacotium ademptum Vrſinis fuiſſe, quod pontificias partes propugnarent, transfuſumque in Columnenſes, quos a fide pontificia ad Neapolitanum contra fas deſciuiſſe, ac Romam in magnum diſcrimen adduxiſſe diximus ſupra: deleto autem ingenti prælio Alfonſo Calabro ictum fœdus põtificia indulgentia ijs legibus, vt capta vtrinq; pari fide reſtituerentur: at Columnenſes partum ſcelere Tagliacotium pertinaciſſime retinuiſſe, commotum itaque pontificem in tanta ſui contemptione leges tuendas armis cenſuiſſe. Pari etiam æquitatis tuendique iuris pontificij ſtudio bellum geſſit cum Venetis, nilque intentatum reliquit, vt honorificas ſacroſanctæ maieſtati leges ferret; ac propterea legatum ab eo ad Venetum principem, ac ſenatum Cardinalem Vliſſiponenſem XIX. martij die refert manuſcriptum diarium vetus a, confirmantque Iacobus Mapheus Volaterranus f, & Ioannes Burchardus g. Is erat Georgius tit. SS. Marcellini & Petri presbyter Cardinalis theologicæ ſcientiæ laude clariſſimus, qui ſumma ad compo-

c Iac. Maſ... vir ſupr.

d Brut. lib. 8 hiſt. flor.

Belli cauſæ datæ a Columnenſibus.

e M. s. diar. arch. vatic. ſign. n. 118

f Iacob. Volater. m. s. arch. Vat. ſign. n. 49. & 111.

g Io. Burch. m. s. arch. Vatic. ſign. n. XXXVII

ponen.

pimendas diſcordias poteſtate inſtructus eſt hoc diplomate a.

a Reg. 1. legation. pag 327.

Fr. Georgio Card. demandata.

15 *Te tanquam pacis angelum noſtro & eccleſiæ Romanæ nominibus ad pacificandam Italiam Apoſtolicæ ſedis legatum de latere noſtro de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, comitante pacis angelo, prouide duximus deſtinandum, indubitabili ratione tenentes, quod inſpirante pacifico regum Rege, qui pacem iure hereditario tranſiturus de mundo ad patrem ſuis reliquit diſcipulis, in diſceſſu ſemina diſcordiarum quæcumque mota ſubmouere, & ſalutaris concordiæ & inæſtimabile pacis bonum perducere modis omnibus ſatages, tibique propterea inter potentatus inuicem diſſidentes, ac illis adhærentes, complices & ſequaces eorundem de & ſuper quibuſcumque diſcordijs, differentijs, atque guerris vigentibus, & quæ eſſe poſſunt inter eos ac quibuſcumque iuribus, actionibus, occaſionibus ſeu modis quomodocumque & qualitercumque noſtro & dictæ eccleſiæ tractandi & componendi, ac indicendi ſub ſpe pacis treguas, & inducias quaslibet temporales*, & infra, *plenam & liberam præſentium tenore concedimus facultatem*, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIV. XV. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* XIII. extant eodem argumento datæ ad ducem Venetorum hortatoriæ ad pacem literæ b.

Induciarum imperandarum collata auctoritas.

b Sixti lib. bre. an 13 28. mart.

16 Decreta porro hæc legatio fuit, cum Ioannes Mocenicus Venetæ reipublicæ princeps cenſurarum laqueis irretitus ea religione ſolui flagitaret, controuerſiamque de Ferrarienſis agri limite, tum de Roberto Sanſeuerinate, & Guidone Rubeo Parmenſi in priſtinibus principatus reſtituendis pontificio arbitrio ſe permiſſurum ſignificaſſet: quam cauſam Ferdinando, & Eliſabethæ Caſtellæ & Aragoniæ Regibus Pontifex expoſuit c, cum pacis interpretes ſe fore eſſent polliciti.

c Ibid. 23. martij.

Regibus Hiſpaniæ.

Cum ex inſperato res ſe obtulerit, viſum eſt nobis, & venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus eam amplecti, & non permittere tantam occaſionem conficiendæ pacis, quam nos ſemper deſiderauimus, maxime cum Veneti ipſi libere omnia in pectore noſtro remittere velle ſcribant, non enim honeſtum nobis fuiſſet, ſi tantam liberalitatem, & reuerentiam fuiſſemus aſpernati, præcipue vbi ſperamus ſecuturum eſſe tantum commoditatis, & boni toti Italiæ, & per conſequens vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ. Itaque legatum creauimus, qui ſtatim verſus partes illas proficiſcetur, recepturus nomine noſtro in manibus ſuis omnia loca in præſenti bello capta iuxta eorum oblationes, & alia facere curabit, quæ expedire videbuntur huic ſanctiſſimo operi ad optatum effectum deducendo. *Dat. Romæ die* XXIII. *martij* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* XIII.

Cardinalis Olyſſippon. illius interpres.

17 Deluſum ſe ſpe & expectatione pacis fuiſſe queſtus eſt d Sixtus, Venetoſque pronos ſe ad concordiam fallaci ſpecie præbuiſſe, vt tutius inſtruendo bellico apparatui vacarent: eumq; Reges grauate accepiſſent, Luſitanum Cardinalem ad ineunda concordiæ colloquia adhibitum, cum ipſi facilius rem ad optatum exitum ſe adducturos præfiderent, Sixtus hæc ijs reſcripſit.

d Sixti lib. breu mens iul.

Regi Hiſpaniæ.

Expoſuit nobis dilectus filius noſter Cardinalis Gerundenſis, maieſtatem tuam admirari, & dolere quod pacem, de qua ſuperioribus diebus cum Venetis actum eſt, non per manus tuas, ſed per dilectum filium noſtrum Cardinalem Vliſſiponenſem tractari voluerimus, & multa in hanc ſententiam loquutus eſt, quæ non parum animi tui dolorem præ ſe ferebant. Non eſt, chariſſime fili, quod ex hoc vlla afficiaris moleſtia, ſi enim rei neceſſitatem conſideraueris intelliges aliter fieri non potuiſſe; ſcis enim quantum honori tuo ſemper tribuerimus, prout tributuri ſemper ſumus [Pergit narrare Venetos controuerſiam Pontificio arbitrio permittendam præ ſe tuliſſe, ac omnia eccleſiæ erepta reſtituturos ſpopondiſſe, ad quæ recipienda miſſum prædictum Cardinalem Vliſſiponenſem, ſed vana ſpecie expectationem deluſiſſe tum addit:] Quomodo res ſucceſſerit, credimus maieſtatem tuam ex literis Cardinalis Gerundenſis iam cognouiſſe. Veneti ſicut occulta fraude illa tentarunt, vt commodius, & liberius præparamentis futuri belli, quod in animo habebant, vacare poſſent, ita rem ex die in diem doloſe protrahentes, cum fere ſingula eis conceſſiſſemus, quæ poſtulaſſent, & quæ concedi non debebant: cupidi enim Italicæ quietis eorum petitionibus ſatisfacere ſtudebamus, ne quam detrectandæ pacis occaſionem haberent. Cum crederemus eſſe concluſum, actualem tandem depoſitionem impudenter facere negauerunt, quam per literas ſuas polliciti erant, & ob quam præcipue legatum miſeramus. Ita apertam eorum fraudem animaduertentes reuocauimus ad nos Vliſſiponenſem, ne fruſtra diutius illic tempus contereret, non ſine magna honoris noſtri, & confœderatorum noſtrorum diminutione. Habes nunc rei ſeriem; & intelligis quo ordine ſit proceſſum: noli dubitare magnam auctoritatis tuæ rationem a nobis haberi, &c. *Dat. Romæ die* XV. *iuly* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* XIII. Flagitabant continentibus votis Caſtellæ Reges Italicam pacem, cum ipſi Granatenſis belli molem verſarent, optarentque piorum arma in infideles verti; ad quorum promouenda pia conſilia Sixtus bellum ſacrum in Mauros obituris criminum veniam propoſuit: *Indulgentias*, inquit, *ſanctæ cruciatæ contra Mauros ad ſupplicationem maieſtatum veſtrarum conceſſimus.*

Dolo oſtenſa a Venetis pacis ſpecies.

Promiſſi fides ab ijs violata.

18 Non admiſiſſe porro Sixtum tolerabiles pacis cum Venetis leges memorat Iacobus Maffeus Volaterranus a ex dictis pontificijs paulo poſt afferendis, quas legato apoſtolico Cæſenæ agenti obtulerant; ſed dum ſui iuris tenax Sixtus plura poſceret, paucioribus contentus eſſe coactus eſt, cuius ignominiæ dolorem illi mortem accerſiuiſſe creditum fuit: Ferdinandus enim Rex Neapolitanus, cuius conſilio Sixtus bellum ſuſceperat in Venetos, & reliqui ſocij principes pontificiam cauſam prodiderunt, ſuiſque commodis inſeruientes eccleſiaſtico nomini parum detulere. Vrgebat etiam eos imminentium extracti belli malorum timor: nam Ferdinandus, Venetis Calliopoli, Nerito, Recaliſca, & alijs locis in Calabriæ ora potitis b, nouos motus in regno metuebat, ne veteres in eo factiones recrudeſcerent, extantque Ferdinandi literæ hoc anno datæ ad Cardinalem Fregoſium Genuæ principem, quibus illum rogat, vt arma aduerſus Venetos Italiæ imperium affectantes coniungat.

a Volater. ubi ſup.

Proditus a fœderatis Sixtus.

b An 13. 18 febr.

19 At Veneti continuis Mediolanenſis ducis in Brixienſi, & Veronenſi agris excurſionibus vexabantur c: tum apud Ferrariam non paruam cladem pluribus captis cæſiſque acceperant, impendebatque metus, ne Matthias Pannoniæ Rex, qui

Veneti Ferdinandi res in diſcrimen adducunt.

c Sabell. en. 10. l. 2.

qui duci Ferrarienſi affinitate erat iunctus, & quem Sixtus ad inferendum ipſis bellum incitabat a, quaſi Veneti totius Italiæ dominatum affectarent, repente exercitus in eos immitteret. Ludouicus vero Sfortia, qui Mediolanenſis rei adminiſtrationem capeſſiuerat, curarum expers non erat, ne Ludouicus Aurelianenſis ad auita iura repetenda e Gallijs euocaretur b, neue Bona ducissa nouos motus excitaret, quo filio principatus habenæ reſtituerentur. Inconſulto itaque ſummo Pontifice, qui plura cum Venetis irrito exitu colloquia de pace agitarat, apud Balneolum Brixienſis agri oppidum inter ſocios principes, ac Venetos fœdus ſancitum eſt c, de quo Marcus Antonius Sabellicus horum, vt ipſe teſtatur, inſpector hæc prodidit d.

a Id ibid.

b Ext. ea de re ad Mantuam litt. bre an. 13. 10 mart.

Mediolanenſis maximis curis æſtuat.

c Io brem an. 13. 13 iul. di'catttt. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 40. & 111. Sabel. en. 10 l. 7. in fin. Brutus hiſt. Flor. l. 8. Italy. Sabellic. vbi ſup.

Foederati principes de pace agunt.

20 *Concidit Ferdinandi animus vbi recepta vidit ſuis finibus, nempe in Calabria, Veneta omnia mox alia atque alia appetendo pluſquam ſibi tutum eſſet inualeſcere, nec iam inde deſtitit, priuſquam id incendium latius ſerperet, de pace cogitare, quo non multo poſt ſecuto eſt: eoimuero Aragonius dux cum centum viginti turmis equitum poſt Seuerinatem in apertum egreſſus apud Balneolum, vbi ſuperiore anno fecit caſtra, Seuerinas, cui tres circuiter & nonaginta oderant equitum turmæ, peditumque ingens numerus ad Zenetem medios inter Brixiam conſedit, & hoſtium caſtra, atque hic demum de pace actum: de qua cum adhuc ageretur, Venetus circa Ferrariam parum proſpere dimicauit; quadringenti circiter capti ſunt, multi etiam interfecti; eratque iam pax ad exitum propemodum perducta, cum ex Verona Brixiam contuli me Venetis caſtra viſurus. Erant tunc in his legati Nicolaus Piſaurius & Lucas Piſanus, a quibus perhumane acceptus, cum per eorum omnia luſtraſſem, facta eſt mihi copia ex illorum auctoritate ad hoſtes ſub publica fide penetrandi. Hic cum ad Alfonſi tabernaculum perueniſſem, obſeruata ſunt mihi principum fere omnium, & populorum Italiæ ſigna ante veſtibulum fixa: qua rei demonſtrare viſa eſt quantam belli molem Veneti iam biennio, & amplius pertuliſſent: nec ita multo poſt pax ſancita eſt anno humanæ ſalutis MCCCCLXXXIII.* † deeſt vnus apex huius enim ſæculi octuageſimo quarto pacem firmatam conſtat ex dictis dicendiſque: *In pace ſanciendo hæc ſunt conditionibus aſcripta, vt Venetus Galliopolim, & oppida in Calabria bello capta Ferdinando reſtitueret, vt præſidia ex circumpadanis locis educeret, & quæ Ferrarienſi bello occupaſſet: ipſi Rhodigianum, Poleſinum haberent Aſulam, & quidquid in Brixiano agro aut Bergomati hoſtis cepiſſet, reciperent. Fuit ea pax, vt Veneto honeſta, ita vniuerſæ ciuitati pergrata.*

† MCCCCLXXXIIII.

Quæ leges dictæ.

Meminere de eadem pace hiſtorici e, quorum nonnulli Sixtum carpunt f lethiferum ex ea traxiſſe dolorem, quod ardente Italia bello conſanguineos ſuos in ſupremo gradu collocare non potuiſſet, cuius calumniæ labem detergit Raphael Volaterranus, verumque concepti doloris cauſam demonſtrat, non quod honeſtandi ſuos prærepta foret occaſio, ſed quod, cum iuris pontificij vindex eſſet acerrimus, detractum Eccleſiæ iuri & honori doleret, atque ira ingraueſcente, quo iam laborabat, morbo arthritico confectum obijſſe; *Rem*, inquit g, *Romanam ſediſque Apoſtolicæ dignitatem ita tuebatur, vt non facile cuiquam quamuis maximo peſſundari poteretur; quod cum in cæteris ſupradictis, tum in vltimo oſtendit bello pro Hercule Eſtenſi cum pacem a ſocijs præter eius voluntatem, & conſenſum fieri conſpiceret, ex animi vti putatur dolore, podagra inſuper aggrauante, qua in vltimis annis maxime laborabat, in quintum diem expirauit, qui fuit pridie idus auguſti anno ſalutis* MCCCCLXXXIV. *pontificatus* XIII. Nimirum abſoluto ineuntis decimiquarti die quarta, ſedit enim annis tredecim diebus tribus, cum ex Paulo Benedicto Nicolao a, & Bartholomæo Platina b creatum Pontificem nona auguſti anno MCCCCLXXI, viderimus. De tempore obitus conſentit Ioannes Burchardus c ceremoniarum magiſter in ſuis diarijs: *Obitus*, inquit, *eo Sixti Papæ IV feria* V, XII. *menſis auguſti inter horam quartam noctis, vel circa*,

e Raph. Volat. lib. 4. Brutus hiſt. Flor. lib. 3.

f Id. ibid.

g Raph. Volat. l. 22.

Sixtus animi dolore & podagra extinguitur.

a Paul. Bened. Nicol. m. ſ. arch. Vat ſign. n. 110.

b Bar. Plat. m. ſ. arch. Vat.

c Io. Burch m. ſ. arch. Vat ſign. n. 37.

21 His addemus Iacobum Maffeum Volaterranum d, qui cauſam acceſſitæ mortis a Raphaele Volaterrano deſignatam accuratius deſcribit, neque enim pacis odio, quam ſummis ſtudijs conſectatum ſemper vidimus, ſed ſpretæ in illius formulis ſacroſanctæ maieſtatis dolore nimio morbum auxit: *Moritur*, inquit, *Xyſtus IV. Pontifex maximus die iouis, quo celebratur ſolemnitas B. Claræ inter quartam & quintam horam noctis, cum paucis ante diebus languiſſet, Poſt veſperas*, nempe diei mercurij XI. auguſti die, *cum iam concluſa eſſet pax in Longobardia apud Bagnolum, ita enim illi vico eſt nomen agri Brixienſis venientes legatos fœderis Italici pacem nunciaturos intromitti iuſſit, atque in nouis ſuperioribus cubiculis eos audiuit: quibus auditis indoluit non pacis nuntio, vt diſtitunt maledici, & illius gloriæ æmuli, ſed iniquis pacis conditionibus intellectis, atque in hæc verba prorupit: Bellum geſſimus periculoſum & graue, vt parta victoria honorificam pacem cum ſecuritate Romanæ ſedis, & honore noſtri huius fœderis conſequeremur: & cum iam, vt ſcitis, volente Deo, eſſet in manibus, conditiones pacis adfertis (venia veſtro ſit dictum) victis quoque, quam victoribus conuenientiores. Obtulerunt Veneti alias legato noſtro apoſtolico, ac Caſenæ agonie multo æquiores, tam nobis quam veſtris principibus vtiliores: honor dabatur huic ſedi, qui nunc adimitur: capta bello hinc inde oppida noſtræ fidei mandabantur: obſides nobilitatis illius primates ad nos mittebantur, expectatur iudicium noſtrum: de peninſula Ferrarienſi nulla ſiebat tunc mentio: horum aliquid non adfertis modo, ſed contra ignominiæ, & dedecoris pacem nunciatis plenam confuſionum, & opprobriorum, & quæ plus mali, quam boni cum tempore ſit paritura. Eam, dilecti in Chriſto filij, commendare aut probare non poſſumus. Legati videntes ſanctum ſenem præſenti nuntio affligi, & languores eius incrementa ſuſcipere, linguam quoque loquendo hebetiorem fieri, conabantur bonis verbis illum ſolari, medicis etiam adiuuantibus: & ijdem conſilium abeundi capientes dixerunt ſe alias ad eius beatitudinem quietiorem, vt ſperabant, reuerſuros, ſupplicantes nihilominus placeret benignitati ſuæ paci iam dictæ benedictionem ſuam adijcere, quandoquidem eorum potentatus nihil ab illa diuerſum petitori eſſent, Pontifex mota paululum manu, vel paci, vel illis iam a ſe abeuntibus benedixit. Cubicularij vero ſenem labore, & dolore confectum in lectulo collocarunt, & quibus poſſunt medicamentis & pio & amanti miniſterio illum conſolantur, & adiuuant: ſed ea nocte, & die iouis ſequenti ſemper in horas auctus eſt languor, & dolor adeo, vt adueniente hora, quam dixi, ſpiritum creatori ſuo reddiderit, nullis non modo ambagibus obuerſantibus, ſed multa certe quiete. Communicauerat quatriduo ante per manus Ceruienſis epiſcopi, octo prius per eum diuina re, Iterum* hoc

d Iac. Vol. m. ſ. arch. Vat ſign. n. 49. & 111.

Ægre tulit inhoneſtas eccleſiæ pactiones ſancitas;

Sacramentis rite procuratus obijt.

Digitized by Google

hoc etiam die, ſed paulo ante obitum, cum adhuc eſſent integri ſenſus a præſulibus Palatinis Deo, & B. Virgini eius eſt anima commendata. Mortuum minores pœnitentiarij lauerunt, & veſte ſacra ex eorum munere ornauerunt, & in feretro collocantes ſpectandum publice ſtatuerunt.

22 Sepultus eſt in ſacello Vaticanæ baſilicæ, quod viuus extruxerat, eiuſque ſepulchrum viſitur hodie ornatum hoc epitaphio: *Sixto IV. Pontifici maximo ex ordine Minorum doctrina, & magnitudine animi omnis memoriæ principi: Turcis Italia ſubmotis, auctoritate ſedis aucta, vrbe instaurata, templis, ponte, foro, vijs, bibliotheca in vaticano publicata, iubilæo celebrato, Liguria ſeruitute liberata, cum modice ac plano ſolo condi ſe mandauiſſet, Iulianus Cardinalis patruo bene merenti, maiore pietate quam impenſa faciendum curauit. Obijt idibus ſextilis hora ab occaſu quinta anno Chriſti* MCCCCLXXXIV. *vixit annos* LXXX. *dies* XXII. *horas* XII. Emblemate hoc ſacro in pontificio ſigillo vti erat ſolitus: *Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum, & terram.*

Epitaphium illius.

23 Plura de inſignibus eius operum molitionibus referunt auctores, atque inter alios Bartholomæus Platina a hæc tradit: *Xyſtus recepto honorifice Marco Barbo S. Marci presbytero Cardinale e Pannonia redeunte, vt pacem inter Pannoniæ Poloniæque Reges de regno Bohemiæ contendentes componeret, ad vrbem Romam exornandam omnino conuerſus pontem, iam pridem diſiectum, quemque Romani ciues merito ruptum vocabant magna cura & impenſa a fundamentis ex Tyburtino lapide reſtituit ad vtilitatem populi Romani peregrinæque multitudinis ad iubileum ventura, ſuoque de nomine Xyſtum merito appellari voluit. Aggreſſus ſane opus, vt cernere licet, principe dignum, quod certe nulli Pontificum antea contigit vnquam. Hoc ideo potiſſimum ab eo factum exiſtimo, ne peregrini euntium ac redeuntium multitudine obtriti perirent, quemadmodum Nicolai V. tempore, vt diximus, in Adriani porte contigit. Præterea vero vtilitati vrbanæ conſulens ductus aquæ virginis pene amiſſa elimatos prius perpetuo fornice a monte quirinali ad Triuij fontem ſua impenſa perduxit.* Et infra: *Diuina quoque templa exornare aggreſſus D. Petri in Vaticano baſilicam repurgatam prius marmoreis & vitreis feneſtris templo accomodatis dilucidiorem reddidit, appendicem quoque mira profunditatis & altitudinis ad ſiniſtram eiuſdem templi, qua non longe ab obeliſco ducit, ne paries ille a reliquo corpore parumper ſeiunctus ponderi aliquando cederet. Sternit & latera Conſtantiniana baſilicæ, repurgata prius & in meliorem formam redacta. Ædificatur præterea apud ſanctos Apoſtolos ſua impenſa fornix maior, quam tribunam vocant mirè faſtigiatus ad templi caput ducitur tanta cum arte, vt nulla baſilica Romæ pro magnitudine futura ſit anguſtior, ſi quod Iulianus nepos mente concepit, & iam inchoauit, tandem perficiet.* Nonnullis interiectis: *Portum a regione Oſtia vltra Tyberim a Claudio inchoatum, a Traiano perfectum, repurgare inſtituit, ac nauigiorum, vt antea fuit, capacem reddere, opus ſane regium & pontificio nomine dignum. Hoſpitale item ſancti Spiritus, ſepulchrum potius ob ſitum & incommoditatem loci, pauperum & ægrotantium hoſpitium reſtituere adorſus; magna iecit fundamenta, tum ad ornatum vrbis, tum vel maxime ad peregrinorum & ægrotantium commoditatem. Magna quoque impenſa Aſſiſij S. Franciſci ædes illas egregias & multorum fratrum capaces iam collabentes ob rimoſos parietes & fundamenta ſubſidentia, reſtituit, ducta ingenti appendice, qua totum cœnobium ſuſtineret:* Hactenus Bartholomæus Platina, cuius commentarium, ne cætera Sixti geſta recenſeret, mors abrupit.

a Plat. m.ſ. arch. Vat.

Pons ab eo Tyberi impoſitus qui Sixtinus dictus.

Reſtituti aquæductus aquæ virginis.

Ornata baſilica Vaticana

Inſtaurata baſilica XII. Apoſt.

Portum Tyburinum pro naualibus reſtituere anniſus.

Refecta eccleſia Aſſiſij S. Franc.

24 Scripſit reliquas eiuſdem Pontificis res geſtas Raphael Volaterranus a, qui ſimulandi neſcius nonnullos eiuſdem pontificis næuos perſtringit, tum eiuſdem virtutes in luce collocat. Suorum in primis ipſum fuiſſe amantiſſimum, nimiſque in eos indulgentem, quorum cauſa magnam ſibi creauit inuidiam. Petrum Riarium Franciſcani ordinis cardinalitia dignitate donauit, iuuenem luxui deditiſſimum vbi ex mendicitate emerſit, quique tabidus voluptate deceſſit: Hieronymum autem Foriliuij Foriconelijque principem creaſſe virum ſæuiorem ingenio, non ſine rei eccleſiaſticæ damno. Tum de Cardinalibus ab eo renuntiatis ſubdit: *Xyſtus poſt hos fratrum ſororumque filios extulit, neque enim alter propinquis fœcundior fuit: inter quos Iulianum S. Petri ad vincula Cardinalem eiuſque fratrem Ioannem vrbis præfectum, Soraque, ac Senogalliæ principem fecit: deinde Chriſtophorum & Dominicum de Ruuere fratres patria Taurinenſes ex ſucceſſione in patrum etiam collegium cooptauit, ab his enim, & nomen olim familia ſumpſerat, & plura vitæ commoda: præter autem ſupradictos, & alios diuerſis temporibus creauit Ioannem Columnenſem, & Ioannem Baptiſtam Sabellum, quos, poſtea quam ſuſpectos haberet, poſt conſiſtorium die quadam in molem Hadriani coniecit, vnde poſt annum incolumes dimiſit. Præterea Georgium Vlyſſipponenſem, Stephanum Nardinum Mediolanenſem præſules, Raphaelem Sauonenſem Hieronymi comitis ſupradicti ex ſorore nepotem ætate annorum* XVII. *Aſcanium Mariam ducis Franciſci filium, qui ambo nunc, & gratia, & auctoritate pars maxima ſenatus ſunt.* Donatum hoc anno ſacra purpura Aſcanium refert Iacobus Volaterranus b ſic inquiens: *Aſcanius Maria Sfortia Vicecomes Ioannis Galeatij ducis auunculus hodie mercurij decima ſeptima martij in ſecreto ſenatu Cardinalis deſignatus eſt viginti patrum, qui ſenatui interfuere, concordantibus ſuffragijs.* Confirmat hæc Ioannes Burchardus c, atq; Aſcanium renunciatum diaconum, & eccleſiam S. Viti in macello illius curæ commendatam ait. Pergit Raphael Volaterranus: *Poſtrema Ioannem Iacobum patria Mediolanenſem Parmenſem præſulem cubicularium ſuum, quem ſeruitio tantum acceptum ex humili loco promouit.*

a Volater. in antrop.

Suorum amori nimium indulſit.

Quinam ab eo Cardinales creati ſint.

b Iac. Maph. Volat. m.ſ. arch. Vat ſign. n. 49. & 111.

c Burch m.ſ. arch. Vat ſign. n. 37.

25 Interiectis nonnullis de bellis a Sixto geſtis in Nicolaum Vitellium Tifernatem, in Laurentium Mediceum Florentinum, in Ferdinandum Regem Neapolitanum, in Venetos, in Columnenſes queritur, illum viam induſtriæ præcluſiſſe, muneribus Romanæ curiæ turpiſſime auro diuenditis, non ſuo, ſed adminiſtrorum vitio: *Cum*, inquit, *tot tumultibus abſumpta pecunia indigeret, noua collegia primus excogitauit, quæ liceretur. Dato itaque negotio Sinolpho protonotario e caſtro Octerio viro ſolerti breuiatores minoris præſidentiæ inſtituit, quondam a Pio creatos, deinde a Paulo ſucceſſore ſublatos, quorum loca quingentis: poſtea ſollicitatores, quorum trecentis veniere, deinde adſtipulatores certos, ſine quibus nullæ poſſent confici tabulæ: ſed hi per ſucceſſorem antiquati: poſtremo apoſtolici fiſci nouem notarios, quibus emolumenta vnius adſignauit, quia antea cunctis præerat; is fuit ætate noſtra Gerardus Maffeus Volaterranus, qui ob egregium bonitatis, ac prudentiæ nomen ei muneri gratuito a Ludouico patriarcha, ac camerario delegatus fuerat, ac Gaſparem Blondum ſucceſſorem habuerat: atque hoc modo curiæ Romanæ libertas in compedes quaſi coniecta, vt nulla induſtriæ via ſperari poſſit.*

Inſtituta ab eo noua collegia pro cogendo auro.

Seruiſſe tum neceſſitati, ſeu veriùs proximis ac miniſtris.

Verum hæc ſeu neceſſitati, ſeu veriùs proximis, ac miniſtris tribuenda, nam eo Pontificum nullus nec animo munificentior, nec in dando hilarior, nec in promouendis hominibus promptior repertus fuit; miſeros enim atque a Turcis eiectos principes, Boſnæ Cyprique Reginas, poſterea Andream Paleologum Peloponeſi, & Leonardum Toccum Epiri deſpotos aluit; Saxoniæ ducem, Chriſtiernum Daciæ, deinde Moeſiæ, nouiſſime Ferdinandum Siciliæ Reges Apoſtolorum limina ſalutatum venientes magnificentiſſimis ſumptibus excepit. In operibus publicis æquè maximus vrbem a ſitu ac cœno vindicauit, vias primum muniuit, porticibus quoque eiectis, quæ vias occupabant, vicorumque magiſtros, ac curatoribus inſtituendis. Templa inſuper vetuſtate obſita omnia reſtituit: xenodochium S. Spiritus pulcherrimis ædificijs ampliauit; templum pacis de nouo conſtituit, vbi canonicos regulares a baſilica Lateranenſi eiectos repoſuit: pontem Aurelium penitus collapſum ſuo nomine refecit, ædes in Vaticano pontificias refecit, prætorianis excubitoribus magiſtratibus, muneraque obeuntibus loca commoda obſignauit, cum prius præter dignitatem in cellis fere pennarijs ſeu ſqualentibus habitarent: Romam denique ex luteâ latericiam, ſicut olim Auguſtus ex lateritia marmoream reliquit: annum iubileum ad XXV. reduxit primaſque celebrauit.

Ornauit Romam.

26 Addimus cæteris elogijs Sixtum de Moſcouia ad Romanæ eccleſiæ obſequium reuocanda egiſſe [a], ac Ioannem Baſilium ducem popoſciſſe ab eo vt Chriſti vicario regium vel imperiale nomen: cui aduerſari viſus eſt Caſimirus Rex Poloniæ, cum de Ruſſia cum Moſcouita, quem Nouogardiam magnam menſe nou. anni MCCCCLXXVII. Poloniæ eripuiſſe tradunt Moſcouitici commentarij [b]. Sixtus vero Polono reſcripſit ſe illius conſulturum iuribus, nec eo inconſulto Moſcouitam totius Ruſſiæ Regem Imperatoremve ſe dicturũ. Non perfecta eſt [c] ea Moſcouitica eccleſiæ cum Romana coniunctio, quæ ad augendas Chriſtianas vires Mahumeticamque ſuperſtitionem obtendendam admodum erat neceſſaria: Moſcouitas autem olim Romanæ eccleſiæ paruiſſe vidimus, deque redintegrando eccleſiarum fœdere cum Clemente VII. egiſſe inferius dicemus. Porro Ioannem Baſilium regium titulum ſibi arrogaſſe narrat Sigiſmundus Liber baro [d] in commentarijs Moſcouiticis, quos dum Maximiliani Cæſaris in Moſcouia legationem agebat, conſcripſit: *A tempore,* inquit, *Ruriki vſque ad hunc præſentem principem non alio titulo vſi ſunt principes illi, quam magnorum ducum, aut Vuolodimeriæ, aut Moſcouiæ, aut Nouogardiæ, &c. præter Ioannem Baſilium, qui ſe dominum totius Ruſſiæ, & magnum ducem Vuolodimeriæ, &c. appellat. Hic vero Baſilius Ioannes ſibi vendicat & titulum, & nomen regium in hunc modum. Magnus dominus Baſilius Dei gratia Rex, & dominus totius Ruſſiæ, & magnus dux Vuolodimeriæ, Moſcouiæ, Nouogardiæ, Pleſcouiæ, Smolenskæ, Tuueriæ, Iugariæ, Permiæ, Viatkiæ, Bulgariæ, &c. Dominus, & magnus dux Nouogardiæ terræ inferioris, & Czernigouiæ, Rezaniæ, Vuolokiæ, Reſchouiæ, Beloiæ, Roſtouiæ, Iaroslauiæ, Bielozeriæ, Vdoriæ, Obdoriæ, Condiniæ, &c.*

De Moſcouia ad Romanæ eccleſiæ communionem reuocanda egit.

a Sixt. lib. bre. an. 13. 7. f. 9.

b Sigiſm. lib. comment. Moſch. pag. 74.

Curl'aſſilum Regem non dixerit.

c Stat. vbi ſup.

d Sigiſm. lib. pag. 85.

Moſchi principis titulo.

27 Addit auctor eundem Moſcouitam Album Regem appellari, & cauſam a proceribus ſciſcitatum, non aliam comperiſſe, quam quod albis tegumentis vtebatur, vt Perſam propter rubea capitis tegumenta Kiſilpaſſa, id eſt, rubrum caput vocant. Licet vero is regio titulo vtatur in literis ad Romanum Pontificem, Imperatorem, Sueciæ & Daniæ Reges, magiſtrum Pruſſiæ, nec non ad Turcam datis; a nemine tamen, niſi forte a Liuonibus, Regem appellari. Tum de inſigni Chriſtiano emblemate titulis inſcribi ſolito meminit: *Titulus,* inquit, *antiquitus tribus circulis triangulo incluſis vti ſolebant, quorum primus in ſupremo circulo hiſce verbis continebatur: Deus noſter Trinitas, quæ fuis ante omnia ſæcula Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus; non tamen tres dij, ſed vnus Deus in ſubſtantia. In ſecundo titulus Imperatoris Turcarum erat particula adiecta. Fratri noſtro dilecto. In tertio titulus magni ducis Moſcouiæ, quo ſe Regem, ac dominum totius Ruſſiæ orientalis, & meridionalis fatebatur.* Hactenus de Sixti IV. pontificatu, nunc de eius ſucceſſore agendum eſt.

Eximia de Trinitate profeſſio publica.

28 Peractis demortuo Pontifici nouem dierũ ſpatio funebribus ſacris, cum purpurati patres cõclaue ingrederẽtur ſuffragia de nouo pontifice renuntiado laturi, reuocatũ eſt in dubium, an Aſcanius Sforza Cardinalium ſenatui antea aſcriptus, in quo ſacer ritus de aperiendo ore nondum perfectus fuerat, ſuffragium conferre ad creandum nouum Pontificem poſſet, tãdemq; patrum ſententia decretum eſt poſſe petito ex veteribus exemplo, cuius nos in Vrbano V. meminimus [a]; in illius enim creatione Androinus abbas Cluniacẽſis, cui os nondum clauſum apertumque veteri inſtituto fuerat, vna cum cæteris ſententiam tulit. At antequam rogarentur de noui Pontificis creatione ſententiæ, Cardinales nonnullas leges partim ad ſua augenda commoda, partim ad rem eccleſiaſticam temperandam condidere, quibus nouum Pontificem conſtrictum voluere, quamuis iam ante ab Innocentio VI. ſancitum viderimus [b] nulla humana arte pontificiam auctoritatem contrahi poſſe, neque Cardinales, Romana eccleſia ſuo viduata paſtore, vlla alia poteſtate quam ad dandum orbi antiſtitem pollere.

Controuerſum an Aſcanius Card. admittendus ad conclaue.

a Id. ibid.

Condita in conclaui leges a Cardinalibus.

b annal. to. 16. an. Chriſt. 1353. n. 29.

Quæ vero leges inuentæ ſint a Cardinalibus refert accuratiſſime prædictus Ioannes Burchardus Argentinenſis clericus [c], ſacris ceremonijs præfectus in manuſcripto codice tabularij Vaticani, quarum priores ſcriptæ fuere ad dignitatis cardinalitiæ augendam amplitudinem, in primis nimirum, vt centum aurei menſtrui ex pontificio ærario ſuppeditarentur Cardinalibus, qui annua quatuor millia aureorum ex ſacerdotiorum vectigalibus non haberent; vt libertas omnis in conſilijs dandis permitteretur; vt in nullum iudiciarius ordo inſtitueretur, niſi conſentientibus tribus Cardinalibus ex quolibet ordine ſingulis delectis, neque in eum ferretur ſententia, niſi ex conſtitutione Silueſtri immunitas pendendi vectigalis ſancita a omnium ſacerdotiorum in eccleſijs, quibus præſunt, conferendorum ius datum. Conſtitutum etiam cenſuras cuipiam Cardinali non incuſſum iri, niſi iuris canonici leges ita ſanxerint; quæ omnia ſinguli Cardinales, ſi ad pontificatum eueherentur, ſacramento confirmarunt.

c Io. Burch. m. ſ arch. Vat. ſign. n. 37. pag. 75.

Tenor capitulorum prædictorum.

In primis de cameræ apoſtolicæ prouentibus dare & ſoluere, ſeu dari & ſolui facere centum florenos auri de camera omni menſe cuilibet Cardinali non habenti integre de prouentibus eccleſiaſticis quatuor millia florenorum annuatim, quouſque ei prouiſum ſit de dicta ſumma in redditibus, & Cardinales omnes habentes quæcumque beneficia eccleſiaſtica, etiam incompatibilia in titulum, vel commendam, manutenebo, & defendam in perceptione eorumdem

Vectigal pro ſuſtentandis Cardd. conſtitutum.

dem. Item, vt mihi ab eiſdem Cardinalibus libera proueniant conſilia, non opponam, nec per quempiam apponi permittam manum in perſona, vel bonis alicuius ex eis, nec aliquid in eorum ſtatu, & prouiſione mutabo quacumque ratione, cauſa, vel auctoritate, vel occaſione ſine expreſſo conſilio, & conſenſu duarum partium dominorum Cardinalium, nec aliquo modo procedam, aut procedi mandabo, vel permittam contra aliquem ex eis, niſi aſſiſtentibus, & conſentientibus tribus Cardinalibus, vno videlicet ex quolibet ordine eorum per ipſos Cardinales, aut maiorem partem eorum ad id deputandis: nec damnabo aliquem ex eis, niſi conuictum numero teſtium expreſſe ex conſtitutione Silueſtri Papæ facta in ſynodo, quæ incipit: *Præſul non damnabatur*, ſeruaboque eos liberos, & exemptos ex omni datio, & gabella, prout tempore felicis recordationis Nicolai V. & Sixti Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum factum fuit, nec eis eccleſijs, monaſterijs, & alijs beneficijs eccleſiaſticis per eos pro tempore obtentis vllum decimæ ſubſidij, aut alterius nominis quocumque nomine nuncupati grauamen quacumque ratione, vel cauſa imponam, vel ab iiſdem Cardinalibus pro eccleſijs, monaſterijs, quibus eos præfici, & beneficijs quibuslibet eccleſijs, de quibus eis pro tempore prouideri in titulum, vel commendam continget, ſub annatorum, ſeu mediorum fructuum minutorum ſeruitiorum, ſeu alio quocumque nomine penitus exigam, aut ab eis ſponte offerentibus, & ſoluentibus recipi ſeu exigi faciam, vel permittam quoquomodo, directe vel indirecte, priuilegiaque eorum omnia, & ſingula illæſa, qualiacumque ſint, conſeruabo: & ſi aliquæ obligationes in camera apoſtolica ratione prædictarum annatarum reperiantur, eas in totum aboleri faciam, & caſſari.

Aſſerta eorum libertas.

Reſtituta priuilegia.

Item cum Cardinales S. R. E. aſſidue aſſiſtant ſummo Pontifici, & proinde debeant ſpecialibus prærogatiuis, & priuilegiis gaudere, ex nunc concedo ipſis Cardinalibus plenariam, & liberam diſpoſitionem omnium, & ſingulorum monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & officiorum, canonicatuum, & præbendarum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, confirmationem eorumdem ratione eccleſiarum, & titulorum Cardinalium, & etiam eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & officiorum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum, quibus præſunt, & quæ obtinent, eoſque præeſſe, & pro tempore obtinere continget in titulum, vel commendam: *Et infra*.

Collatio ſacerdotiorum permiſſa in eccleſijs quibus præſunt.

29 Item quod omnes, & ſinguli Cardinales in electione mea præſentes, quos pro tempore, & qui pro tempore fuerint, quacumque de cauſa a Romana curia ſe abſentare contigerit ad eccleſias ſuas, vel quæcumque loca, etiam remota, & extra Italiam cum licentia mea vel verbo, vel in ſcriptis, gaudeant omnibus, & ſingulis priuilegijs conſuetis, ac ſi præſentes exiſterent, in omnibus, & per omnia pleniſſime abſque alia interpretatione, vel tergiuerſatione. Item omnes, & ſingulas abſoluendi diſpenſandi, & alia faciendi facultates, priuilegia, conceſſiones, & indulta, quæ a felicis recordationis Sixto Papa IV. & quocumque alio prædeceſſore meo in fauorem Cardinalium eorundem in genere, vel in ſpecie quomodolibet hactenus emanarunt, approbabo, & confirmabo. *Et infra*: Præterea cum periculoſum ſit, quod ij, qui ſummo Pontifici in executione paſtoralis officij frequenter aſſiſtunt, ne in aliquo caſu excommunicationis, interdicti, vel ſuſpenſionis ſententiam incurrant, ſtatuo, decerno, & declaro, quod Cardinales præfati, etſi contingat eos aliquibus conſtitutionibus, ordinationibus, ſententijs, præceptis, mandatis, quæ a prædeceſſoribus meis hactenus emanaſſent, aut in futurum emanarent in genere, vel in ſpecie, in quibus etiam de ipſorum Cardinalium perſonis expreſſa mentio fieret; directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, palam aut occulte, de cætero quomodolibet contrauenire cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aut alia in talia facientes in eiſdem conſtitutionibus, & ordinationibus, ſententijs, præceptis, & mandatis forſitan fulminatis, etiam per literas, quæ leguntur in cœna Domini, minime incurrant, niſi ſolum dumtaxat pro huiuſmodi contrauentione ex aliqua conſtitutione in corpore iuris inſerta conſtaret, quod talis pœna in eoſdem Cardinales ſpecialiter ſit inflicta, & non alias, nec alio modo. Et non fulminabo aliquas cenſuras aduerſus aliquem, vel aliquos Cardinales, niſi de conſenſu duarum partium eorundem, & tunc tantum in caſibus expreſſis in iure, &c.]

Abſentes immunitatibus gaudeant.

De cenſuris non incutiendis ipſis niſi ius canonicum iuſſerit.

30 Editæ etiam fuere aliæ leges, quæ ad rei Chriſtianæ amplificationem defenſionemque pertinebant, quibus hic titulus præfixus eſt.

Tenor aliorum capitulorum, vt ſupra Batauorum.

Nos omnes, & ſinguli S. R. E. Cardinales ſupraſcripti pro bono, & fœlici regimine, atque modo ratione ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ iuramus atque vouemus Deo omnipotenti, SS. Apoſtolis Petro & Paulo, & omnibus ſanctis Eccleſiæ ſuæ ſanctæ promittimus, quod ſi aliquis ex nobis electus fuerit in Papam, poſt celebrationem de ſe factam ſtatim iurabit, & vouebit pure, ſimpliciter, & bona fide ſeruare, & ſeruare facere, ac cum effectu adimplere omnia, & ſingula capitula infraſcripta, nec non infra tres dies poſt coronationem ſuam dare tres bullas eiuſdem tenoris ſecundum capitula infraſcripta ad perpetuam rei memoriam, habentes vim decretalis, & conſtitutionis perpetuæ, inuiolabiliter obſeruandæ cum decreto irritante, ſi quidquam ſecus factum fuerit, vel in aliquo contrauenire, vel diſpenſare, niſi prout infra in ſingulis capitibus exprimetur, & hoc cum conſilio, & aſſenſu maioris partis dominorum Cardinalium, eaſque bullas præfatas tenere, & conſeruare apud ſe debeant tres Cardinales cuiuslibet ordinis priores ad petitionem ſacri collegij, nulli vnquam eas aſſignare ſine omnium Cardinalium expreſſo conſenſu.

Paciſcitur vt qui creatus fuerit Pont. rata habeat conuenta.

31 In primis iurabit, & promittet, quod adueniente caſu neceſſitatis ſubueniendi fidelibus Chriſtianis ad eorum defenſionem contra perfidos Turcas, idem ſanctiſſimus dominus noſter Pontifex omnes aluminis, ſeu apud Tolpham redditus cauſa talis ſubuentionis exponet ad vſum ſubuentionis præfatæ, qui ſi ad ſummam quinquaginta millia ducatorum non attingent, idem Pontifex tantum de alijs redditibus eccleſiæ Romanæ dabit, & exponet vſque ad dictam ſummam,

De vectigale aluminis collocando in belli ſacri ſumptibus.

mam, in qua tamen computari debent prouiſiones nobilium profugorum, & expulſorum ab infidelibus, quæ tamen octo millia excedere non debeant, ita vt nunquam de dictis aluminis redditibus diſpenſari, aut aliter, & in alios vſus exponi poſſit ſub pœna intermiſſionis, & anathematis, & ſacrilegij; quodque redditus prædicti per clericos cameræ apoſtolicæ, & ſacri collegij inſimul ſcribantur, & computentur, & computa eorum videantur, deputanduſque depoſitarius teneatur prædictas pecunias exponere de mandato communi clericorum cameræ collegij ſecundum determinationem ſummi Pontificis & trium Cardinalium priorum de quolibet ordine: & in tali caſu Cardinales de ipſorum pecunijs offerunt dare, & ſoluere pro tali auxilio decem millia ducatorum ſoluendorum pro quolibet ſecundum ratam, & proportionem redditunm ſuorum quorumcumque. Cum vero Deus conceſſerit generalem expeditionem validam & ſufficientem concurſu ſanioris partis potentatuum, principum, & populorum Chriſtianorum ad offenſionem ipſorum perfidorum Turcarum fidei vltra aluminis redditus offert bona fide, & corde puro ducatos centum millia, modo quo ſupra:

Decumis & vigeſimis coerntandis.

omnes inſuper eccleſiarum decimas, prout videbitur expedire, indulgentias omnes, nempe auri vim ex iis redigendam, vigeſimas, & trigeſimas, & alias quaſcumque impoſitiones, quæ vtiles, neceſſariæ, & ſupportabiles videantur, Cardinaleſque ipſi xx. millia ducarorum cauſa expeditionis generalis ſponte offerunt, promittentes efficaciter pro rata, vt ſupra, realiter & cum effectu ſoluere. Item quod curiam Romanam in capite, & membris reformabit immediate poſt tres menſes poſt ſuam coronationem ſecundum conſilium maioris partis dominorū Cardinalium, & deinde continuabit vſque ad plenam ſatisfactionem.

De curia non transferenda niſi certis legibus.

Item quod dictam curiam non educet de vrbe Romana nec transferet de loco in locum, de prouincia in prouinciam, & de patria in patriam, intra Italiam quidem ſine conſenſu & conſilio maioris partis Cardinalium, extra vero Italiam ſine conſenſu duarum partium, de quo quidem conſenſu debeat conſtare per ſubſcriptionem eorum, vt euitentur ſcandala, & pericula omnia.

Item quod cum primum commode fieri poſſe videbitur concilium generale celebrabit, aut celebrari faciet ſolemniter ſecundum formam antiquorum conciliorum in loco tuto, & commodo, prout ei iuſtum videbitur, & conſultum fuerit per maiorem partem Cardinalium ad concitandos principes Chriſtianos ad defenſionem fidei, & generalem contra infideles expeditionem, & ad reformandum vniuerſam Eccleſiam circa vitam, & mores tam reſpectu clericorum ſæcularium, & regularium, quam religioſorum militantium, & tam reſpectu principum, quam communitatum, & ſuper eo, quod pertinebit ad iudicium, & prouiſionem Romanæ eccleſiæ.

Quæ dotes exigende in Cardinalibus creandis.

Item quod non creabit nec aſſumet aliquem Cardinalem etiam precibus quorumcumque Imperatoris, Regum, ducum, & principum, niſi excedat trigeſimum annum, ſitque doctor vel in ſacra pagina, vel in altero iurium, vel ad minus quoad filios, & nepotes Regum, ſit competentis literaturæ, & id de conſilio duarum partium Cardinalium. De parentela & conſanguinitate ſua non plures quam vnum dumtaxat qualificatum, vt ſupra, promouebit, nec vnquam excedet numerum viginti quatuor Cardinalium

E propinquis vnus tantum creari poſſit.

vbicumque, & quandocumque, & vndecumque conſiſtentium, & aliter vel alio modo creati poſt mortem Pontificis, etiamſi interim exercuerint officium, ſint inhabiles in electione Pontificis actiue, & paſſiue, nec in poſterum habeantur pro Cardinalibus: non creabit vnquam aliquem, niſi prius reducatur collegium ad minorem numerum viginti quatuor, & cum non excedant, vt prædictum eſt, ipſoſque creandos ſubito publicabit, nec eos tenebit ſecreto; inque creatione eorum conuocabit dominos Cardinales, omneſque, qui commode venire poterunt exiſtentes in Italia, Bononia, vel Florentia, citra quoque exquiſitio dominorum Cardinalium fiet conſiſtorialiter, & non auricolariter, & hoc intelligatur in creatione Cardinalium tantum.

Definitus num. Card.

32 Item quod nullam prouiſionem, ſiue permutationem faciet de eccleſijs cathedralibus, abbatijs, prioratibus, magiſtratibus, aut alijs quibuſcumque in camera apoſtolica taxatis, & non taxatis, etiam ſub titulo commendæ, adminiſtrationis, vel alio quocumque titulo ſiue modo, niſi conſiſtorialiter, aut interueniente conſenſu ſaltem maioris partis Cardinalium, præterquam de ijs, quæ conferet dominis Cardinalibus, & præterquam de abbatijs, quæ non excedunt valorem ducentorum ducatorum, & nihil vltra taxam recipiat. Item quod nullam facultatem præſentandi aut nominandi ad eccleſias cathedrales, & monaſteria concedet principibus ſæcularibus, aut prælatis eccleſiaſticis cuiuſcumque conditionis, ſtatus, aut qualitatis exiſtant, ſiue imperialis, regalis, ducalis, archiepiſcopalis, epiſcopalis, vel cuiuſcumque alterius præeminentiæ, niſi de expreſſo conſilio, & aſſenſu maioris partis Cardinalium.

Circa eccleſiarum principū collationes nonnulla ſtatuta.

33 Item quod nullam bullam vnquam expediri permittet, ſeu alicui concedet, per quam ſe aſtringat principibus, vel alicui ipſorum, aut eos certificet, quod nullas eccleſias cathedrales, & monaſteria conſeret niſi de ipſorum beneplacito aut voluntate. Item quod non deponet aut priuabit aliquem ad petitionem alicuius principis, niſi iuridice ſe inſtruat, vel crimina ſint notoria, & in Romana curia, partibus hinc inde auditis, plenarie comprobata, nec eoſdem prælatos inuitos transferet, niſi ex eiſdem cauſis, & propter illa crimina notoria, propter quæ venirent deponendi: & ſi ex aliqua neceſſitate ſecundum conſtitutiones canonicas dandus fuerit alicui archiepiſcopo, epiſcopo, abbati coadiutor, non dabit niſi in forma iuris, omni penitus ſucceſſione remota.

De nemine exauctorando niſi conſtiterit de crimine.

34 Item quod bona Cardinalium, & religioſorum, aliorumque prælatorum, nec non omnium Cardinalium, ſeu curtiſanorum in Romana curia decedentium nullo modo occupabit, vel occupari faciet quacumque ratione, vel cauſa, ſed permittet iuxta iuris diſpoſitionem, vel conſuetudinem, & conceſſam facultatem, & priuilegia, ac voluntatem decedentium, vt ijdem decedentes de bonis ad eos quomodocumque pertinentibus, prout eis placuerit, diſponant, liceatque eis abſque alia legitima obtenta condere teſtamentum libere & explicite, non obſtante bulla alias ſuper hoc in fauorem cruciatæ edita; alijs religioſis vero non Cardinalibus, qui propriam facultatem a ſe abdicauerunt tantummodo exceptis, quorum bona deuolui permittet ad illum, vel illos, ad quem, vel ad quos pertinent

de

de iure, conſuetudine, vel priuilegio, nec de prouentibus, & iuribus capelli Cardinalium decedentium aliquid occupabit, vel occupari faciet, aut permittet, immo volet vt ſit liberum eiſdem Cardinalibus, etiam religioſis de iiſdem prouentibus, & iuribus teſtari, & diſponere, ac facere, prout eis videbitur; & ſi eos inteſtatos decedere contingat, permittet quod iura, & prouentus huiuſmodi eiſdem decedentibus debita tranſeant ad heredes eorundem, ad quos de iure, vel de conſuetudine ſpectant, ſublatis controuerſijs omnibus, & abuſibus quibuſcumque.

Libera teſtandi facultas relicta Cardinalibus.

35 Item quod nullam infeudationem de regnis, ciuitatibus, terris, & caſtris inſignibus, etiam de rebus, quæ conſueuerunt infeudari; ſeu alienationem ſub quocumque titulo etiam vicariatus, pignoris, emphiteoſis, vel alterius contractus faciet in quamcumque perſonam eccleſiaſticam, vel ſæcularem, aut communitatem de rebus, & iuribus, & bonis ſpectantibus ad patrimonium Eccleſiæ, aut ad diminutionem, vel remiſſionem cenſus terrarum Eccleſiæ faciet niſi deliberatione prius habita conſiſtoriali, & conſentientibus duabus partibus Cardinalium cum eorundem ſubſcriptionibus: & ita eodem modo de nouiter acquiſitis in Tuſcia, Marchia, & Romandiola.

De non abalienandis eccleſiæ iuribus.

36 Item quod nulli Regi, duci, principi, domino aut communitati non ſubditæ ſibi mouebit guerram, aut cum eis ligam faciet ad inferendum alicui guerram ſine expreſſo conſenſu duarum partium reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium.

37 Item quod feudatarios regnorum, & alios vicarios, quos de nouo inueſtiet, capitaneos, gubernatores, caſtellanos, omneſque alios, & ſingulos officiales huiuſmodi de vrbe Romana faciet iurare in eorum inſtitutione obedientiam, & fidelitatem Romanæ eccleſiæ, videlicet ſibi, & ſucceſſoribus. Faciet inſuper iurare ſupradictos feudatarios, & officiales, cæteroſque in hoc capitulo nominatos, quod ſede vacante ad mandatum ipſorum dominorum Cardinalium ciuitates, terras, loca, arces, fortalitia, & caſtra eccleſiæ Romanæ immediate tradent cœtui ipſorum Cardinalium, & expedient libere ſine vlla contradictione; & de hoc dabunt cautionem, & fideiuſſionem ſufficientem.

Vacuo ſolio ad Card. ditionis eccl. iura deuoluenda.

38 Item quod arces S. Angeli; ciuitatis veteris, Tyburis, Spoleti, & Cæſenæ non concedet alicui de parentela ſua nec prælato nec ſæculari; ſed alijs prælatis, & eccleſiaſticis perſonis, illiſque non in longum tempus duorum annorum, niſi de conſilio duarum partium Cardinalium aliter fieri videatur, neque faciet eundem Caſtellanum & gubernatorem alicuius ciuitatis, gubernatoreſque ciuitatum maioris importantiæ, vtpote Spoleti, & aliarum ciuitatum ſimilium, erunt prælati, & eccleſiaſticæ perſonæ, nec capitaneatum generalem eccleſiæ nepoti, nec alicui conſanguineo ſuo concedet.

39 Item quod ſuper omnibus, & ſingulis ſupradictis, & dependentibus ex eis, & alijs, in quibus conſilium dominorum Cardinalium requiratur, promotionibus ad prælaturas dumtaxat exceptis, nullam bullam vnquam expediri conſentiet, in qua inſit clauſula; videlicet: *De conſilio fratrum noſtrorum*; niſi prius realiter, & cum effectu conſiſtorialiter vota fratrum ſuper contentis in ea ſint exquiſita, & maior pars conſenſerit, & hoc ſubſcriptione trium Cardinalium ex quolibet ordine cõſtet, &c.]

Clauſula de conſilio Card. vt ſeruanda ſit.

INNOCENTIVS VIII.

40 His conuentis, cum Cardinales numero viginti quinque vota explicuiſſent, vndecim ſuffragijs ornatum Cardinalem S. Marci ferunt, virum præſtanti pietate, qui religionem pontificatui prætulerit, vt refert Infiſſura a, verum mutatis animis omnium conſentientibus b ſuffragijs Ioannes Baptiſta Cybo patria Genuenſis presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ, idemque epiſcopus Amalphitanus xv. kal. ſeptembris Pontifex renuntiatus eſt, & Innocentij VIII. nomen accepit. Addit Infiſſura c: *Rite & recte & abſque aliqua calumnia creatus fuit, & bonus in ſe fuit, & ſemper iuſtitiam in propoſito habuit, & niſi fuiſſet impeditus a ſuis æmulis & inimicis, certe oſtendiſſet qualitatem animi ſui erga Eccleſiam. Sed eius æmuli & inimici, qui volebant in eorum iniquo propoſito perſeuerare, ſemper detraxerunt ſanctitati ſuæ & literis & voces.* Mox illi Cardinales ſuperiorum in conclaui confectarum pactionum tabulas ſacramento confirmandas exhibuere; neque ipſe abnuit, a quo iuriſiurandi nuncupati formulam conceptam hiſce verbis refert Burchardus d.

Integritas ſingularis Card. S. Marci.

a Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111. b Lilio. Collen. epiſc. in vita. apud Maſſon. c Steph. Inf. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111. d Id ibid. Volater. l. 22. & alij.

41 *Ego Innocentius electus, & aſſumptus in ſummum Pontificem præmiſſa omnia, & ſingula promitto, voueo, & iuro obſeruare, & adimplere in omnibus, & per omnia pure, ſimpliciter, & bona fide, realiter, & cum effectu ſub pœna periurii, & anathematis, a quibus nec me ipſum abſoluam, nec abſolutionem alicui committam. Ita me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei euangelia.* Nonnulla ex iis, vt vidimus, quæ pollicitus ſacramento eſt, ſpectabant ad retinendam imperij eccleſiaſtici maieſtatem, alia ad tuendam religionem, veluti de ſacro in Turcas decernendo bello, reſtituendoque non modo inferiori, verum etiam celſiori, atque adeo cardinalitio & pontificali ordine in primæuũ ſanctitatis nitorẽ. Alia vero ab Innocẽtio promiſſa ad Cardinalium commodum detorta erant, quæ cum contra fas conuenta eſſent, in aliquibus infringendis religione ſe minime teneri putauit, vel videbimus nonnulla autem tenuit; quamobrem Cardinales ampliſſima bona eccleſiaſtica, nec non munera publica tum in vrbe, tum extra vrbem inter ſe ſe partitos queritur Stephanus Infiſſura.

d Burchar. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 104. pag. 144.

Conuenta iureiurando ab eo confirmata.

42 Nec ſolum Cardinales leges nouo Pontifici dicere conſpirarant, verum etiam magiſtratus vrbis idem pro Romanis pertentarunt, quorum deluſas ſpes refert idem Infiſſura: *Egomet*, inquit, *vidi in palatio conſeruatorum certa capitula, & promiſſiones factas per præfatum Innocentium in manibus conſeruatorum, intra quæ erat verbum huius tenoris, vel ſubſtancia: Promitto & iuro ego Innocentius Papa octauus in præſentia omnium dictorum Cardinalium, me daturum, & conceſſurum ciuibus Romanis omnia officia, & beneficia vrbis, prioratus, abbatias, & alia; & non conſentire neque auctoritatem præſtare alicui alteri perſonæ, vt promiſſa officia ſeu beneficia alteri contribuantur, niſi ſolum & dumtaxat ipſis ſolis ciuibus Romanis idoneis. Et, quod plus eſt, de promiſſis promiſit facere vnam bullam plumbatam, & ſubſcriptam ab omnibus Cardinalibus.* Et infra: *Tandem bullam his intiſam dedit conſeruatoribus cum hac diminutione, videlicet, quod reſeruabat ſibi poteſtatem concedendi abbatias vrbis ad ſuum placitum. Item poneri fecit: ſilios Romanorum, per quæ verba intelligebat conferre talia beneficia etiam non ciuibus, dummodo acceptarentur pro ciuibus, & ſic facta eſt fraus legi. Item in eâ bulla voluit habere pro ciuibus ſeipſum, & futuros*

Quæ ab ipſo Romanis promiſſa ſint.

Pon-

Pontifices, & omnes Cardinales ita, quod dicti Cardinales eligerentur ad talia officia, & iſto modo executus eſt promiſſionem dicta gratia. At non iure conqueritur ſcuidem ita iactam ab Innocentio legi; ſed animaduertere debuit auctor non eam legem fuiſſe, ſed corruptelam inductam ad pontificiam poteſtatem labefactandam, temerariorumque hominum audaciam vel eludendam arte, vel potius apoſtolica conſtantia infringendam: quandoquidem nec Regibus, nec Cæſaribus, multo minus vrbanis magiſtratibus licet Eccleſia gubernacula accepturo ſummo Pontifici leges de conferendis ſacerdotiis imponere. Numquid enim eccleſiaſticum ordinem, ac pontificatum Romæ intulit Romanus ciuis? quinimmo vt Græci, Hebræi, vel Romani apud Deum diſcrimen nullum eſt, ita illius vices in terris gerens, omnium gentium abſciſſo reſpectu, dignis quibuslibet ſacerdotia conferre poteſt. Ita Clemens VI. Alfonſi Caſtellæ & Legionis Regis iniquas de extero homine ad Caurienſem epiſcopatum euecto querelas refregit a: *Numquid, fili chariſſime, Apoſtoli Domini, quarum doctrina fulget Eccleſia, & Chriſtiana fides incrementa ſuſcepit, immo in quibus iacta ſunt fidei fundamenta, & quorum ſunt epiſcopi ſucceſſores, extra proprias nationes, & gentes prouincias alias atque regna in ſortem prædicationis diſponente Domino non ſuſceperunt? Numquid B. Iacobus, per quem Hiſpaniis euangelica veritatis lumen reſplenduit, & ſacri baptiſmatis innotuit ſacramentum, in Hiſpaniis ortus eſt? Quid igitur mirum ſi Romanus Pontifex ad exequendum miniſterium ſeruitutis iniuncta illius, cuius vices gerit in terris, & apud quem non eſt Iudæi Græcique diſtinctio, neque acceptio perſonarum, inſtructus exempla perſonas idoneas elegit, & quanquam alienigenas vacantium eccleſiarum regimini præficit, deputatque paſtores ad dominici gregis curam.* Hactenus de conuentis, & legibus partim æquis, partim iniquis, quibus Cardinales, & Romani nouum Pontificem aſtrictum eſſe contenderunt. Nunc aliqua de eius primordiis adiungemus ex Leonello epiſcopo Concordienſi in funebri oratione b, qua Innocentium coram Cardinalibus laudauit.

Qui temere aucta.

a Annal. to. 16. ann. Chr. 1348. n. 14. epiſt. ſecr. 335. ann. 7. Clem.

Innocentij patria & genus.

b Ext. apud Maſſon. in Innoc. VIII.

43 *Patria*, inquit, *ortus Genua Ligurum metropoli, terra marique potentiſſima.* Et infra: *familia Cyborum vetuſta nobilitate, apud Neapolitanos quoque ſub Thomacellorum cognomine inſigni, ex qua & Romanus Pontifex Bonifacius eius nominis nonus, & Cardinales, & epiſcopi complures prodiere: parentibus honeſtiſſimis, ex bonis enim, vt Plato ait, boni naſcuntur, & bona arbor, vt Seruator noſter affirmat, bonos fructus producit. Aaron ſiquidem pater equeſtris ordinis vir probatiſſimus, & in regenda Neapoli, & in prætura vrbana, quem nunc ſenatum appellant, adminiſtranda mirifice claruit. Liberalibus, cum primum per ætatem licuit, a parentibus traditus diſciplinis ad eruditionem magis quam oſtentationem profecit. Initiatus eccleſiaſticis ſacris Romam veniens in clientelam Philippi Cardinalis Bononienſis Nicolai V. primæ ſedis antiſtitis germani ſe contulit, qui eius virtutis tantum tribuit, vt ipſius fidei, ac diligentia proprij corporis, ac rerum ſuarum curam crediderit, & per omnes eum gradus ad epiſcopatum vſque prouexerit. Qui in ſtatu tantum omnium ſuauiſſimis moribus beneuolentiam ſibi conciliauit, vt aſſumptus ad ſupremam cathedram Xyſtus eius nominis IV. quem prius ob eius ingenij amœnitatem, dexteritatem, atque modeſtiam maiorem in modum dilexerat, in domeſticum, & datarium, quod eſt, vt noſtis, non paruæ exiſtimationis officium, aſciuit: in quo ita ſe induſtrium, fidum, vigilantem, & integrum geſſit, vt creſcente in dies magis magiſque ipſius apud Sixtum gratia, & auctoritate, non ſolum ex Saonenſi eccleſia ad Melphitenſem translatus, verum etiam ſecundis Cardinalium comitiis in ampliſſimum ordinem veſtrum ſummo omnium conſenſu, nec minori gratulatione fuerit cooptatus.*

Antiqua Cyborũ familia.

Primitiæ Innocentij.

44 Paucis interiectis addit, vt in cardinalatu gradibus virtutis ad pontificatum aſcenderit: *Vidiſtis quam crebro, quod eſt optimi ſenatoris, in ſenatum ventitabat, quam graues, quam liberas, quam opportunas de rebus magnis, & arduis ſententias dicebat. Aderat aſſiduus publicis ſolemnitatibus cei diuinæ, & præter ſuam, quam promptiſſime obibat, aliorum quoque deſidentium vicem hilari, & deuota mente ſupplebat. Alebat præterea vir doctiſſimæ paupertatis multam honeſtamque familiam tanta moderatione, vt in recta priuatæ domus gubernatione iuxta ſcitam diui Apoſtoli traductionem, optimum ſe vniuerſalis Eccleſiæ rectorem futurum demonſtrarit. Præbuit tamen prius maius de ſe ſpecimen probitatis; demandatam ſiquidem turbulentiſſima peſtilentiæ tempeſtate legationem Romanam, Sixto Pontifice maximo cum tota curia vrbem Romam deſerente, ſancte, integre, ac etiam pacatiſſime adminiſtrauit. Senenſem quoque difficillimis temporibus tanta prudentia, & magnitudine animi geſſit, vt ex ea ſplendidiſſimam laudem reportarit. Deſignatus eſt deinde in Germaniam legatus, cum in cunctis ad Eccleſiæ dignitatem proſperitatemque ſpectantibus ſe obſequentiſſimum, omni labore poſtpoſito, ſummo Pontifici exhiberet: ſed viſum eſt poſtea Sixto per inferiorem minore incommoda rem peragi poſſe.* Subdit Leonellus meritis aſcendiſſe pontificatum: at orator panegyricorũ more illius næuos prætermittit, iuueniles etiam maculas eluere lachrymis ita potuit, vt ſanctiſſimum munus caſte ſuſciperet.

Vt ſe geſſerit in Cardinalatu.

Legationes ab eo geſtæ.

45 Denuntiatam populo noui Pontificis creationem a Franciſco Picolominæo Cardinale Senenſi, ſeruatoſque de more ſacros ritus accuratiſſime ita deſcribit Bruchardus a, de quo ſupra memoraui: *Reuerendiſſimus dominus Cardinalis Senenſis*, & infra, *voce potenti exclamauit, Annuntio vobis gaudium magnum: Papam habemus. Reuerendiſſimus dominus Cardinalis Melphitenſis electus eſt in ſummum Pontificem, & elegit ſibi nomen Innocentius VIII. His dictis omnis populus acclamauit.* [Nonnullis interiectis ſubdit:] *Cum eſſemus ante portam aulæ conclauis, quidam ex ſubdiaconis apoſtolicis accepit crucem, & eam portauit ante altare maius baſilicæ S. Petri. Electus Pontifex genuflexus in faldiſtorio aliquantulum orauit, tum detecto capite ſtans incœpit in cantu: Te Deum Laudamus, & cantores ſunt vſque ad finem proſecuti. Incœpto carmine poſitus fuit electus ad ſedendum ſuper altari prædicto, & acceſſerunt ſinguli Cardinales, primo Vicecancellarius, deinde alij omnes, & oſculati ſunt pedem, manum, & os electi cum conſueta reuerentia: deinde plures alij pedem ſunt oſculati. Quo facto, & hymno finito electus deſcendit de altari, & ſtans verſus ad illud, dixit verſiculum. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur. Reſp. Et renouabis faciem terræ. Oremus. Deus qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum, &c. Cantores autem dixerunt. Benedicamus Domino. Reſp. Deo gratias.* Et infra: *His dictis electus ſedit in ſede particulari, quæ interim parata eſt, in qua præcedentibus cruce, & Cardinalibus portatus eſt ad palatium.*

a Bruchardus m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 104. pag. 144.

Sacri ritus in creatione ſeruati.

Pere-

Digitized by Google

a M. ſ arc. Vat. ſign. n. 111.

46 Peracta a hæc die vigeſima nona auguſti refert manuſcripti tabularij Vaticani auctor, qui ceremonijs conſuetis ſe interfuiſſe ait. Poſtridie eius diei Innocentius de inito a ſe pontificatu certiorem fecit Paulum Cardinalem Fulgoſiū, qui Genuenſem rempublicam dignitate abire iuſſo b anno ſuperiori Baptiſta Fulgoſio nepote ſuo, qui acerbioribus imperijs ſæuoque, & arroganti ingenio Genuenſes exaſperarat, vrbemque Cæſari ſubijcere meditatum accuſatus fuerat, adminiſtrabat, obtuleratque, Romana eccleſia ſuo Pontifice orbata, Cardinalium ſenatui auxiliarem claſſem, aliaque ſubſidia bellica ob tumultus, qui ſuborti fuerant: de quo egregio ſtudio commendauit cum Pontifex, atque apoſtolica officia Genuenſibus, cum poſceret occaſio, eſt pollicitus c.

b Brut. hiſt. Flor. l. 8. Bizar Genuen hiſt. lib. 15. Aug. Iuſt. hiſt. Gen. l. 5. Foliet. lib. 11.

Oblata claſſis a Card. fulgos.

c Lib. 1. bre. pag. 1.

Cardinali Ianuenſi.

Dilecte fili noſter ſalutem, &c. Sublato nuper, ſicut Deo placuit, e medio felicis recordationis Sixto IV. prædeceſſore noſtro, fuerunt allatæ literæ circumſpectionis tuæ, quibus ſacro Cardinalium collegio pro Apoſtolica ſede tunc vacante, & naues, & omnia, quæ pro ea poſſes, offerebas. Feciſti rem pluſima laude, & commendatione dignam, & quæ æque omnibus grata fuit. Cum vero paulo poſt nos, meritis licet imparibus, diuina fauente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus fuerimus euocati, volumus id tibi ſignificare, vt qui non dubitamus te pro ea, qua nos ſemper proſecutus es, beneuolentia voluptatem, & conſolationem eſſe capturum, vt ſcias nos omnia, quæ pro tuis, & iſtius noſtræ patriæ amantiſſimæ commodis agere poſſumus, libenter (quantum cum Deo licuerit) eſſe facturos. *Dat. Romæ die vltima auguſti* MCCCCLXXXIV. *ante coronationem.*

Actæ illi ab Innocentio gratiæ.

47 Conſignatæ ſunt eodem die aliæ ad Genuenſes literæ paterni amoris, & beneuolentiæ ſignificationibus refertæ d. Cepiſſe inter alios de Innocentij pontificatu ingentem lætitiam viſus eſt Ferdinandus Neapolitanus Rex, cum Innocentius adoleſcens inter Alfonſi Regis familiares e fuiſſet, ac Ferdinandi opera Amalphitenſi epiſcopatu donatus f fuiſſet, viciſſimque illum Innocentius ante pontificatum amore & obſeruantia, vt ſuæ dignitatis auctorem maximum, complectebatur, quem amore cum dignitate auctum eidem reſcripſit d.

d Ib. pag. 2

e Raph. Volat. l. 22.

f Brut. hiſt. Flor. l. 8.

Pôtificia ſtudia Ferdinando promiſſa.

d Lib. 5. bre. pag. 6

Regi Ferdinando.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Non erat nobis dubium, quin maieſtas tua plurima iucunditate afficeretur ob noſtram ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumptionem. Præceſſerunt iamdiu per multa, & magna beneuolentiæ tuæ in nos argumenta, quibus iudicare facile poſſumus gratam maieſtati tuæ merito eſſe debere omnem noſtræ dignitatis acceſſionem, quod literæ ipſæ tuæ plenæ intimi affectus, plenæ amoris aperte declarant, & orator tuus Anellus Archamonus viuo ſermone teſtatus eſt. Gratulationem tuam iſtam acceptiſſimam habemus, quæ profecto ex animo beneuolenti, & optime conſtituto proficiſcitur. Amauimus te ſemper in minoribus agentes beneuolentia non vulgari, quod vnice quoque a te amari ſentiebamus, idque plurimis in rebus cognouimus; nunc autem perſuadeas tibi cum dignitate quoque auctam eſſe beneuolentiam: ita vt ſperare poſſis a nobis omnia paterna officia, quæ cum Deo præſtari poterunt: quandoquidem & nos confidimus te talem nobis, & huic ſanctæ ſedi exhibiturum more catholici Regis, qualem te ſemper præſtitiſti, vt de promptitudine animi tui fide, dilectione, & obſeruantia maximam ſimus voluptatem ſuſcepturi. *Dat. Romæ die* III. *ſeptembris* MCCCCLXXXIV. *ante coronationem.*

Innoc de ea re literæ.

48 Non vſus eſt ea gratia, qua pollebat apud Innocentium, Ferdinandus, ſed ea abuti voluit, indeque exercendæ in ſuos tyrannidis, infringendi iuris eccleſiaſtici, auertendi vectigalis Romanæ eccleſiæ pendi ſoliti occaſionem ſumpſit, quaſi Romanus Pontifex iniuſtarum eius voluntatum mancipium eſſe debuiſſet: quare poſtea Innocentius ad eum redigendum ad officium arma ſumere, & cum Gallis de Ferdinando deturbando e ſolio conſilia agitare coactus eſt, non defuiſſe autem illi in iuſtis rebus, atque hoc ipſo anno de inſtruendo bellico apparatu ad illius regnum a Turcica irruptione vindicandum agitaſſe poſtea videbimus. Cæterum Innocentius antequam inſigne pontificium acciperet plures officiorum plenas literas dedit ad alios etiam principes, ad Laurentium Mediceum a Florentinum, tum ad Mediolani ducem b, quæ hac temporis nota conſignatæ ſunt. *Dat. Romæ die* XI. *ſeptembris ante coronationem.*

Pôtificis beneuolentia inique vſus Ferdinandus.

a Ium. reg. pag. 8.

b Ib. pag. 9

Poſtridie eius diei impoſitam illi ſolemni ritu thyaram pontificiam memorat oculatus teſtis manuſcripti Vaticani auctor c, qui etiam tradit factionum, quæ vrbem extremo Sixti pontificatu & interpontificij tempore ſeditionibus vexarant, principes vrbe iuſſos excedere, ne celebritas aliquo tumultu diſturbaretur; ritus vero in ea ſeruatos cerimoniarum magiſter accurate deſcribit d, non diſcrepantes ab ijs, quos Baronius e ex Centio Camerario in Cœleſtino III. recenſet, & nos in Bonifacio VIII. ex Iacobo Cardinale repetijmus f.

Seditionum vrbanarum auctores pulſi.

c M. ſ arc. Vat. ſign. n. 111

d Burchar. m. ſ arch. Vat. ſign. n 27. pag. 229.

e Bar. ann. to. 13. ann. 1191. n. 2. & ſeq.

f To. 14. an. 1295. n. 2. & ſeq.

49 *Dominica* XII. *ſeptembris* MCCCCLXXXIV. *Quamprimum Papa fuit extra capellam S. Georgij impoſui paruū manipulum ſtuppæ in ſummitate cannæ, & genu flexi cannam ipſam dextera manu erectam tenens, quam ſocius meus accendit, me interim ad Pontificem verſo, & alta voce dicente; Pater ſancte, ſic tranſit gloria mundi. Idem factum eſt, & dixi ſecundo cum eſſemus ante .... cum Papa veniſſet extra nauem Vaticani prædictam, & eſſet circa medium altare maius tranſuerſalis eccleſiæ, occurrerunt ei tres iuniores presbyteri Cardinales videlicet de comitibus, Gerundenſis, Parmenſis, qui derectis capitibus Papæ reuerentiam fecerunt, oſculantes eum primo in ore, deinde in pectore iuxta crucem pallij, incipiente Cardinale de comitibus, & alijs duobus idem poſt ipſum facientibus: qui omnes Pontifice hoc modo recepto ipſum vſque ad altare maius aſſociarunt; immediate ante Cardinales diaconos incedentes. Papa ante maius altare conſtituto redierunt ad ſua loca domini tres presbyteri Cardinales, & Papa depoſita mithra, & in altari poſita fecit reuerentiam deinde confeſſionem ordine conſueto dixit. Facta confeſſione Papa non aſcendit ad altare, ſed ad ſedem in plano ſibi paratam inter eminentem, & altare iuxta infimum gradum ſolij, vbi ad altare verſus ſedit mithram in capite tenens, quam recepit facta confeſſione antequam de loco confeſſionis recederet, & cum ea ante conſpectum crucis prædictæ in altari fecit reuerentiam, Papa ſic in dicta ſede ſedente acceſſerunt ante eum tres primi epiſcopi Cardinales, videlicet Vicecancellarius epiſcopus Portuenſis collegij decanus, Neapolitanus epiſcopus Sabinenſis, S. Marci epiſcopus Prœneſtinus, omnibus prælatis, ac alijs in ſuis locis remanentibus. Hi*

Ritus in coronatione Innocentij ſeruati.

tres

Digitized by Google

tres ante Pontificem inter ſedem præfatam, & altare, iuxta tamen infimum gradum altaris ad ipſum Pontificem verſi ſe locarunt: quiſque eorum capellanum ſuum de mithra ſibi ſeruientem poſt ſe habens. Omnes etiam alij Cardinales, videlicet epiſcopi, & presbyteri ad dexteram, diaconi vero ad ſiniſtram Papæ acceſſerunt inter ſolium, & altare ſtantes capellanos ſuos de mithra eis ſeruientes poſt ſe habentes.

50 Omnibus ſic ſtantibus, depoſitis a Papa ac omnibus mithris, ſurrexit Pontifex, & Cardinales S. Marci tertius, & vltimus ex prædictis tribus ſtans in medio ante dictum gradum altaris facie ad Pontificem verſa, ad dexteram ſuam habens Vicecancellarium & ad ſiniſtram habens Neapolitanum Cardinalem, qui quaſi ſibi ipſis facies vertebant, ſicuti aſſiſtentes epiſcopi in conſecrationibus epiſcoporum ſtare ſolent, magis tamen ad Pontificem tendentes, dixit hanc orationem, nullum verſiculum præmittens, neque Dominus vobiſcum, abſolute incæpit dicens in tono orationum ſolemnium feſtiuitatum conſueto: Oremus. Deus, qui adeſſe non dedignaris vbicumque deuota mente inuocaris, adeſto quæſumus inuocationibus noſtris, & huic famulo tuo Innocentio, quem ad culmen apoſtolicum commune iudicium ſuæ plebis elegit, vbertatem ſupernæ benedictionis infunde, vt ſentiat ſe tuo munere ad hunc apicem perueniſſe per Chriſtum dominum noſtrum. Cardinales responderunt Amen. Ego tenui librum præfato Cardinali orationem dicenti ſtans ad eius ſiniſtram; lecta oratione prædicta per Illuſtriſſimum dominum S. Marci, Neapolitanus venit ad locum, in quo ſterit dominus S. Marci, qui acceſſit ad locum, in quo ſteterat Neapolitanus. Papa & alij omnes, vt prius, ſtabant ſine mithris manentibus, & ipſe Neapolitanus, me librum iuxta eius ſiniſtram tenente, ſimiliter abſolute incipiens dixit in tono prædicto: Oremus. Deus, qui Apoſtolum tuum Petrum inter cæteros coapoſtolos primatum tenere voluiſti, eique vniuerſæ Chriſtianitatis molem ſuperimpoſuiſti, reſpice propitius, quæſumus, hunc famulum tuum Innocentium, quem ex humili cathedra violenter ſublatum in nouum eiuſdem Apoſtolorum principis locum ſublimamus, vt ſicut profectibus tantæ dignitatis augetur, ita virtutum meritis cumuletur, quatenus Eccleſiæ vniuerſitatis onus te adiuuante ferat, & a te, qui es beatitudo tuorum, meritam vicem recipiat: qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia, &c. cantores reſponderunt. Amen. Interim cum orationes præfatæ dicerentur dominus Vgo Bencius loco prioris ſui ſubdiaconorum poſuit pallium Pontifici imponendum ſuper altare, & illud ibidem aptauit more conſueto.

Precum formulæ.

51 Finitis orationibus ſupradictis amota fuit ſedes Papæ in plano, vt ſupradictum eſt, poſita, & omnes Cardinales demptis aſſiſtentibus ad ſua loca ſunt reuerſi. Papa vero cum birreto ſine mithra acceſſit ad inferiorem gradum altaris: quo ibidem conſtituto domini Senenſis, & S. Georgij ſeniores diaconi Cardinales aſcenderunt ad altare, & pallium recipientes, illud Senenſis ad dexteram, & S. Georgij ad ſiniſtram Papæ coram eo elcoatum tenuerunt, quod Senenſis prior diaconorum ſolus in ambas manus apertum recipiens Papæ illud impoſuit, dicens. Accipe pallium, plenitudinem ſcilicet pontificalis officij ad honorem omnipotentis Dei, glorioſæ virginis Mariæ eius genitricis, BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Et infra: Cantores incæperunt introitum pro miſſa, & Kyrie eleiſon, Papa aſcendit ad altare, & illud detecto capite in medio oſculatus eſt. Deinde & librum euangeliorum per ſubdiaconum more ſolito ſibi oblatum. Tum idem impoſuit incenſum priore diaconorum Cardinalium euangelium dicturo nauiculam miniſtrante, & incenſauit altare: deinde per eundem priorem incenſatus fuit ibidem ipſe Papa in cornu epiſtolæ cum mithra ſtans. Qua incenſato non accepit diacones aſſiſtentes ad oſculum, vt moris eſt; ſed aſcendit ad ſedem eminentem: vbi Cardinales & prælatos paratos omnes ad reuerentiam venientes accepit, Cardinales ad pedis, manus, & oris, prælatos vero ad pedis, & manus oſculum.

Quo ritu pallium illi datũ.

52 Facta reuerentia ſurgit Pontifex depoſita mithra, & cum aſſiſtentibus tantum Cardinalibus dicit introitum, & Kyrie eleiſon, cantoribus interim continuo kyrie eleiſon decantantibus. Miſſa dicta eſt de octaua natiuitatis B. Mariæ virginis. Dictis per Pontificem kyrie eleiſon, ceſſarunt cantores, & Papa dixit. Gloria in excelſis Deo; quod cum ſuis aſſiſtentibus compleuit more ſolito. Tum in dicta ſede dixit aliam orationem etiam alta voce dicens. Deus qui corda fidelium; ea completa interim, quod cantores reſponderent. Amen. Dixit ſecreto aliam per ſe ſtans, vt prius videlicet: Adeſto ſupplicationibus omnipotens Deus, & quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu, per Chriſtum, &c.

53 Finitis, vt ſupra orationibus præfatis Papa ſedit in ſede eminenti prædicta, impoſita ſibi mithra, & prior diaconorum Cardinalium, videlicet Cardinalis Senenſis, ferulam in manu accipiens & portans, ſequentibus ipſum ſubdiaconis, auditoribus, ſecretarijs, vt ſupra dictum eſt, indutus deſcendit ad portam caſtelli, vbi in plano ibidem inter altare, & portam fecit duas lineas ab altare ad portam, ad dexteram, & ſiniſtram, in qualibet linea de qualibet ex dictis tribus ordinibus officiales collocans: primus verſus ad altare ſubdiaconos: tum auditores, & ſecretarios, ita quod de linea ad lineam ſibi inuicem facies vertant. Quibus ſic ordinatis, & omnibus detectis capitibus exiſtentibus, Cardinalis Senenſis ſtans & ipſe capite detecto medius inter primos duos ſubdiaconos ad altare verſus dixit alta voce quaſi legendo: Exaudi Chriſte; Reſponderunt auditores, & ſecretarij ſimili voce quaſi dicenda ſuo ordine ſtantes: Domino noſtro Innocentio a Deo decreto ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ vita; quod tertio dictum eſt per Cardinalem præfatum, & toties ab alijs prædictis reſponſum. Deinde Cardinalis Senenſis dixit reſponſorium: Saluator mundi; reſponderunt alij prædicti: Tu illum adiuua; quod ſimiliter tertio per priorem prædictum dictum eſt, & toties per illum reſponſum ſubiunxit. Poſt hæc prior: S. Michael; & reſponderunt: Tu illum adiuua; & id ſemel per priorem eſt dictum, & ſemel per illos reſponſum, ſicque laudes continuatæ prout infra: S. Gabriel, S. Raphael, S. Ioannes Baptiſta, S. Petre, S. Paule, S. Andrea, S. Stephane, S. Laurenti. S. Leo, S. Gregori, S. Nicolae, S. Benedicte, S. Baſili, S. Saba, S. Agnes, S. Cæcilia, S. Lucia. Deinde dixit idem prior eadem voce: Kyrie eleiſon; & illi reſponderunt: kyrie eleiſon. Subiunxit prior: Kyrie eleiſon, & illi reſponderunt Chriſte eleiſon. Tandem omnes, & prior, & etiam alij prædicti inſimul eadem voce dixerunt: kyrie eleiſon. Laudibus ſic expletis, quæ dum dicerentur Papa ſedit in ſolio ſuo, & Cardinales, ac prælati in ſuis locis cum mithris ſedebant.

Forlix vita publice clamore illi a Chriſto expetita.

54 Prior deinde, & alij prædicti redierunt ad loca ſua, videlicet prior ad cornu epiſtolæ altaris in ſcabello ſuo ſedit, alij in terra; & ſubdiaconus in loco ſolito dixit epiſtolam, & poſt eum alius Græcam

eius, & continuata eſt miſſa ordine conſueto Papa celebrante nihil penitus immutato. Qua finita Papa in altari ſine mithra dedit benedictionem, & non indulgentiam. Data in altari benedictione, Papa retento pallio, ac omnibus alijs paramentis accepit ipſe mithram pretioſam, chirothecas, & annulum pontificalem, & alios annulos, & aceeſſit ſella portatus ſub baldachino ad ſuggeſtum in loco benedictionis præparatum, præcedentibus omnibus ipſum Cardinalibus, prælatis, & alijs paratis in ſuis paramentis ſeu habitibus, prout miſſæ interfuerunt, proceſſionaliter, ſine tamen luminaribus, & incenſo. Papa in ſuggeſto conſtituto ſedit in ſede eminenti ibidem parata, vbi expectato, quoad populus ab eccleſia exiret, & in platea congregaretur extra per Cardinalem S. Georgij. Interea Cardinalis Senenſis prior prædictus impoſuit Papæ regnum, nobis circumſtantibus acclamantibus: Kyrie eleiſon, alta voce ſemel tantum, Papa ſic coronato idem Senenſis renunciauit populo plenarias indulgentias conceſſas verbis Latinis: & poſt eum Cardinalis S. Georgij verbis vulgaribus.

Pontificium diadema ſolemni pópa illi impoſitum.

55 Deſcribit idem auctor fuſo ſtylo pompam, quam Lateranenſis eccleſiæ poſſeſſionem proximo a ſuſcepta ſacri imperij thyara temporis interuallo initurus nouus Pontifex duxit; ex quo nonnullos præcipuos ritus deſcribemus, qui illis conſentiunt, quæ in XIV. tomo ex carmine Iacobi Cardinalis S. Georgij ad velum aureum attulimus: *Cum Papa perueniſſet prope caſtrum S. Angeli, ſe firmauit, & Iudæi, qui ad inferiores merulas in angulo dicti caſtri verſus plateam ſe cum ornatu, & lege ſua receperant, obtulerant Papæ legem adorandam, & honorandam verbis Hebraicis in hanc ferme ſententiam Papam acclamantes: Beatiſſime pater. Nos viri Hebrei nomine ſynagogæ noſtræ ſupplicamus ſanctitati veſtræ, vt legem Moſaycam, ab omnipotenti Deo in monte Sinai paſtori noſtro traditam nobis, confirmare, & approbare dignemini, quemadmodum alij ſummi Pontifices ſanctitatis veſtræ prædeceſſores illam confirmarunt, & approbarunt. Quibus reſpondit Pontifex: Commendamus legem; veſtram autem obſeruantiam, & intellectum condemnamus, quia quem venturum dicitis Eccleſia docet & prædicat veniſſe dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Et infra: *Peruento ad altare maius,* nempe baſilicæ Lateranenſis, *Papa deſcendit de ſede, quam ſoldati irrumpentes, & lacerantes ſibi vendicarunt, & genuflexus in faldiſtorio depoſito regno orauit.*

Equeſtris pompa agitata ad Later. baſilicam

Vetuſtus Hebræorum Pontifici occurrentiũ ritus.

Quid ad ipſos reſponſum.

56 *Facta oratione accepta mithra aſcendit ad ſedem eminentem marmoream a tribuno ſolito paratam, vbi prior, & canonici Lateranenſes Papam ſedere fecerunt, quod facere videbantur, quo ſic ſedente, Cardinales omnes eleuarunt vocem dicentes: Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore erigit pauperem, vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Quo facto Pontifex accepit de gremio domini Falconis theſaurarij ſui tres pugillatas quatrenorum, & denariorum minutorum ſucceſſiue, & inter populum proiecit: Argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi do. Accepit deinde priorem, & canonicos præfatos tantum, & non alios, ad pedes oſculandum, & non alios beneficiatos. Stans depoſita mithra prope crucem ſuam, quæ per ſubdiaconum more ſolito coram eo retinebatur, populo ſolemniter benedixit dicens: Sit nomen Domini, &c. Erat autem ordinatum, quod Papa ad Lateranum peruento per ſcalam ſuam, quæ ibi parata erat, de equo deſcenderet, & priores canonici Lateranenſes qui proceſſionaliter ibidem aderant, cum ſuperpelicijs, & almucijs ipſum reciperent, & in ſede marmorea ſtercoraria nuncupata collocarent, vt iacere potius, quam ſedere videretur, ac deinde Cardinales ipſum eleuarent dicentes: Sicut de puluere, &c. Argentum & aurum, &c. Tum prior prædictus crucem, quam manu geſtabat, Cardinali Mediolanenſi archipresbytero Lateranenſi, ſi intereſſet, alioquin priori diaconorum Cardinalium offerret, qui eam Pontifici porrigeret oſculandam, & inde eam ipſi priori reſtitueret.*

Sedes marmorea.

Miſſilia dona populo data.

57 *Poſt hæc prior ipſe, & canonici dicunt: Ecce ſacerdos magnus, &c. Benedictione per Pontificem, vt ſupra, data aſcendit per baſilicam prædictam ad palatium Lateranenſe, & cum perueniſſet ad primam aulam magnam, quæ aula concilij nuncupatur, poſitum fuit faldiſtorium ante gradus lapidis, ſuper quatuor columnas poſiti, qui menſura Chriſti dicitur, vbi Papa ſedit renibus ad dictum lapidem verſis.*

58 *Interim reuerendiſſimus dominus Cardinalis Nouarienſis ſubprior presbyterorum,* & infra, *ad Pontificem verſus fecit laudem alta voce, quaſi legendo: dicens: Exaudi Chriſte; illis reſpondentibus: Domino noſtro Innocentio, &c. tot vicibus & eo ordine, ac de verbo ad verbum voce & tono, prout prior decanorum ſupradictus in dicta baſilica S. Petri fecerat. Laudibus finitis Papa ductus eſt ad portam capellæ S. Silueſtri, iuxta quam poſitæ ſunt duæ ſedes porphyreæ unda, ad quarum primam a dextris portæ poſitam Papa ſedit, quaſi iaceret, quo ſic ſedente, prior Lateranenſis prædictus dedit Papæ ferulam in manu in ſignum regiminis, & correctionis, & claues ipſius baſilicæ, & Lateranenſis palatij in ſignificationem poteſtatis claudendi, & aperiendi, ligandi, & ſoluendi. Pontifex receptis, vt ſupra, ferula & clauibus ſurrexit de ſede præfata, & acceſſit ad aliam a ſiniſtris dictæ portæ, in qua ſimiliter ſedit quaſi iaceret, ſicque ſedens ferulam & claues priori præfato reſtituit. Qui prior deinde Pontifici adhuc, vt præfertur, ſedenti ſupra planetam cinxit zonam de ſerico rubeo cum burſa purpurea illi appendeat, in qua erant duodecim lapides pretioſi modici valoris cum vndecim ſigillis, & muſcho: licet antiqui libri ponant prædicta fieri debere per priorem baſilicæ S. Laurentij, quæ ſancta ſanctarum dicitur: tamen quia illa hodie, & Lateranenſis baſilica idem ſunt, & illa nullum priorem habet, præfata fiunt per priorem Lateranenſem. Papa ſedens amictus, vt præfertur, accepit de gremio domini Falconis de Sinibaldis protonotarij theſaurarij ſui tres pugillatos carlenorum, & alterius monetæ argenteæ, quas populo proiecit, dicens. Diſperſit dedit pauperibus, &c.*

Zona myſtica e qua pendet marſubium cum duodecim lapillis pretioſis.

59 *Surgens deinde Papa adhuc cinctus ductus fuit ad baſilicam S. Laurentij ſancta ſanctorum appellatam, in qua coram altari genuflexus ſine mithra orauit in faldiſtorio. Finita oratione voluit offerre ſuper altare, & nullus de ſuis cubiculari js pecunias ſecum habentibus aderat, neque theſaurarius. Mutuaui Pontifici florenos Rhenenſes duos, & vnum ducatum e plures mecum non habui, quos Pontifex poſuit ſuper altare. Redijt Pontifex ad capellam S. Silueſtri, in qua depoſita ſibi mithra, zona, pallio, planeta, annulis, & chirothecis, recepto pluuiali, & mithra, ac annulis reaſſumptis ſedit in ſede eminenti ibidem in medio capellæ ſibi parata verſus ad oſtium illius: quo ſic ſedente acceſſerunt ſinguli Cardinales mithras ante ſe in manibus portantes, & poſt eos eodem modo omnes prælati parati: quibus ſingulariter coram Papa conſtitutis, Papa presbyterium dedit ſingulo Cardinali duos ducatos, & duos carlenos, & cuilibet prælato ducatum vnum, & vnum carlenum; totidem etiam*

Datũ ab Innocentio presbyteriũ.

dabat cuilibet ex aliis officialibus, ſubdiaconis, auditorious, clericis cameræ, auditoribus rotæ, acolythis, &c. quos Papa prius recipiebat de gremio præfati theſaurarii ſui. Cardinales recepto presbyterio oſculabantur manum Papæ capite inclinato ſtantes, prælati vero genuflexi oſculabantur pedem Papæ poſt ſubdiaconos inter auditores, quia magna conculcatio fuit: acceſſi & ego ad Pontificem, qui mihi dedit ducatum vnum, & carlenum vnum. Dato presbyterio Papa ſic paratus aſcendit ad palatium Lateranenſe.

a Ex ta. lib. bullar 40. pag. 308. & ſ.

Cæterum ipſum pontificio ſigillo ſententiam hanc inſculpi voluiſſe: *Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum, redime me, & miſerere mei;* oſtendunt ipſius diplomata a.

Quæ ſententia vſurpata ab Inn.

60. Salutatus b eſt nouus Pontifex ab Alfonſo duce Calabriæ, a Ferrarienſi bello reuerſo, die vigeſima octobris, quem honorificentiſſime exceptum refert m. s. Vaticani auctor c. Admonitus d autem eſt a Ferdinando, qui poſt Mahometis II. mortem Macedoniæ littora infeſtarat e, Bajazethem maximam inſtruere claſſem, vt Italiam inuaderet: quamobrem Innocentius encyclicis literis f principes omnes ad conferenda in communem hoſtem ſubſidia, ne imparatos aggreſſus ipſos opprimeret, perque obtritos Italos ad cæterarum gentium euerſionem proſiliret: ipſoſque eam ob cauſam oratores ſuos ampliſſimis fretos mandatis ad ſedem Apoſtolicam mittere juſſit g.

Defendere rem Chriſtianam nititur Innoc aduerſus Turcas.

b M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111. c Ibid. d Ibid. e Sabel. dec. 10. lib. 7. f Inn. lib. breu. an. 1. pag. 59. g Ib. pag. 63. & reg. poſt eand. eand. ep.

Ad potentatus Italiæ, & ad omnes principes Chriſtianos.

61. Dilecte fili, &c. Ex incluſis his literarum exemplis tam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Siciliæ Regis illuſtris, quam magni Rhodianorum magiſtri, quod nuncium exitiale ex alijs quoque pluribus locis accepimus, videre poterit nobilitas tua; quam magnum ab immaniſſimis Turcis periculum modo aduerſus Chriſtianos, præſertim Italos, immineat, quodque inſatiabilis ſit illorum barbarorum perpetuo in ſanguinem fidelium noſtrorum ſitis; cui rei ſi non per illos in quorum facultate eſt prouidere, ſtatim occurratur, paulo poſt periculum erit, ne inſanabile vulnus illud fiat. Cenſemus igitur, vt quanto celerius fieri poſſit, ex quo de re communi totius Chriſtianitatis agitur, etiam communiter hoc negotium ſuſcipiatur, & mox remedia quæque opportuna adhibeantur: quod facere nobis quanto maiore ſtudio poterimus in animo eſt pro officio paſtorali, & cura Chriſtiani gregis nobis injuncta, paratique ſumus pro executione ſancti ipſius operis nihil, quod per nos fieri poſſit, omittere. Scripſimus hoc eodem tenore ad reliquos Chriſtianos potentatus ac principes, hortando eos in Domino, vt vnuſquiſque pro virili parte eſſe huius propoſiti velit, vna conſulere, & ad effectum rei denique procedere, ita quod rabies huius immaniſſimi Turci confundatur & comprimatur. Tempus eſt enim, dilecte fili, vt non moremur diutius, ne idem hoſtis adueniens incautos & imparatos nos opprimat, quod ideo dicimus per præſentes nobilitati tuæ, hortantes ipſam enixius, & requirentes in Domino, vt, quod facere continuo Chriſtianum principem decet, ſaluti ſcilicet populorum, & fidei rebus inſiſtere, nunc maxime neceſſario tempore eadem faciat, diſponatque ſe alacriter vna cum alijs ad ſanctum iſtud opus ſtrenue proſequendum. Quocirca vt melius ac citius poſſit hoc fieri, & neceſſaria abs re quoque ſubſidia ſimul conferantur, oratores ad nos dedita opera mittas cum pleno & ſufficienti mandato, oratoribus proxime ad nos venturis tuo nomine ſpecialiter, ac plene committas, vt ſine vlteriori dilatione concludere ſuper præmiſſis valeant, & concluſa firmare, ne tu in præſenti neceſſitate minus circa rem fidei feruens, vel erga ſanctam hanc ſedem obſequens videare, quam hactenus fueris. Interim quoque nobilitas tua ſtudium omne velit adiungere, vt, quantum in ſe eſt, ſublatis quibuſcumque priuatis odijs & diſcordijs, populi inter ſe pace fruantur, quo liberius & vnitius præmiſſa exequi omnes pariter valeamus. *Dat. Romæ die XXI. nouembris MCCCCLXXXIV. pontificatus noſtri anno I.*

Moniti principes de claſſe inſtructa a Bajazethe.

Rogati vt oratores mittant pro conferendis conſilijs.

62. Præter has encyclicas ad vniuerſos principes miſſas literas, alijs eodem die exaratis Matthiam Hungariæ Regem ſolicitauit, vt omiſſo bello Auſtriaco victricia in Turcas ſigna conuerteret ad diſtrahendas eorum vires, pergeretque agere fortiſſimum defenſorem Chriſtiani imperij, religioniſque athletam inuictiſſimum.

Monitus Rex Vngar. vt arma in Turcas vertat.

Regi Hungariæ.

Chariſſime in Chriſto fili ſalutem, &c. Poſteaquam Altiſſimo ita diſponente ad pontificale faſtigium, licet meritis minus ſufficientes, aſcendimus pro veteri inſtitutione noſtra zelo ac religione, paterno deniq; quod nobis præcipue nunc incumbit, officio nihil magis animo noſtro inſidet, nihil magis inhæret cordi, nihilque aliud potius dies noctéſque nobiſcum cogitamus, quam vt pro catholicæ fidei & reipublicæ Chriſtianæ ſalute, iuxta ſanctæ memoriæ prædeceſſorum noſtrorum inſtituta, opitulante glorioſo Deo, nefarium hoc & iampridem ab omnibus deploratum, iam iamque ceruicibus noſtris, quod ſine cordis amaritudine exprimere non poſſumus, imminens excidij & ſeruitutis Chriſtianorum periculum, a ſæuiſſimis fidei communibus hoſtibus tot per annos maximis Chriſtianorum cladibus intentatum excutere valeamus. Id autem vt aſſequi poſſimus, quantum in hoc pontificatus noſtri primordio licet, nihil intentatum relinquimus, nec in futurum relinquemus vnquam, quo minus hæc ignominia & labes a Chriſtiana republica deleatur. Pij huius propoſiti ac deſiderij noſtri ardentiſſimi, quo etiam in minoribus conſtituti per omnes ætatis noſtræ gradus imbuti fuimus ſemper, locupletiſſimi teſtes nobis eſſe poſſunt cum plures alij, tum præcipue, ac maxime excellentiæ tuæ oratores plerique, cum quibus Chriſtianorum præteritas calamitates, & niſi mature occurreretur, impendentia pericula, quaſi id tibi peculiariter pertineret, ſæpenumero defleuimus; ita enim & opinio quædam noſtra iampridem inueterata, & rerum vſus experientiaque ipſa quodammodo edocti exiſtimauimus, ſemper inclytum Hungariæ regnum, quaſi obicem quemdam murumque, vt ita loquamur, a diuina prouidentia ad crudeliſſimorum hoſtium impetus cum ipſorum cædibus, & clade retardandos reprimendoſque fuiſſe diſpoſitum. Quod cum ita eſſe omni tempore vſu ipſo probatum ſit, maxime te principe, ac Rege illi præſidente, rerum omnium magiſtra experientia ipſa nos docuit: nam cum exemplo clariſſimæ, ac ſingularis memoriæ parentis tui, cum etiam præclara animi tui indole, ac zelo fidei concitatus, ſtatim a regni tui primordio bellum pro regno, patria, & vniuerſa fide Chriſtiana, partim contra fidei hoſtes hæreticos, partim contra infideles magno animo ſuſceptum vſque ad hæc tempora cum hoſtium calamitate, ſummaque

Expoſita imminentia a Turca pericula.

Commendatus Matthias de præteritis rebus geſtis

que

Digitized by Google

que cum gloria tua, & inclyti Hungariæ regni exiſtimatione geſſiſti adeò, vt quocumque terrarum Chriſtianæ reipublicæ nomen peruagetur, te quoque pro eius ſalute tanquam inuictum pugilem & excubaſſe contra, & in præſenti excubare omnes intelligant.

63 Quapropter te quia ſemper in minoribus & corde, & animo geſſimus, in præſentiarum pro paſtoralis officij noſtri debito facere non potuimus, quo minus paternam hanc noſtram beneuolentiam erga te, huiuſque ſanctæ ſedis, tibi ſæpe alias perſpectam, & cognitam per literas huiuſcemodi ſignificaremus excellentiæ tuæ: quam hortamur, rogamus, & per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti obſecramus, & obteſtamur in Domino, vt quod ab ineunte ætate cum ſumma, & immortali laude in perſequendis hoſtibus, & tutanda religione hactenus fecit excellentia tua, nunc cum & gloria, & rebus geſtis, ac exiſtimatione, ætatiſque maturiori acceſſione vniuerſæ Chriſtianæ reipublicæ iudicio floreat, in religioſo, ac ſancto propoſito ſuo maiore, quam vnquam antea, deſiderio perſeueret, pluriſque facere velit periclitantis fidei catholicæ cauſam, quam quaſcumque alias a nequiſſimo ipſius fidei hoſte conditiones forſan oblatas, quamquam enim & inuictum animi tui robur, & conſtantia ſingularis, fideique tuendæ, quo ſemper flagraſti ardor ac prudentia excellentiæ tuæ nobis iam pridem perſpecta ſint; tamen propter ea, quæ de expugnationibus quorumdam Valachiæ ſuper Danubium, noua allata proxime fuerunt, & quæ idem Rhodiani ſcribunt ſe a Turco literas recepiſſe, quibus expreſſe affirmat, ſe iturum in expeditionem, non tamen ad eorum damna, & chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Rex Siciliæ de illius apparatu, qui fit apud Apollonam ſignificat, atque idem Raguſæi affirmant, cogimur etiam in tuto timere, atque proſpicere, ne perfidiſſimi hoſtes re ipſa, id quod omnes iampridem ſciunt, experti, excellentiam ſcilicet tuam ad eorum impetus reprimendos plurimum omnium poſſe, conſuetis artibus, & innata calliditate aliquid moliri conentur, quod ſanctum iſtud propoſitum tuum aliqua ex parte retardari per ipſorum falſas pollicitationes valeat. Confidas autem in Domino, & Altiſſimi dextera, quod quemadmodum ante hoc tẽpus felix ſucceſſus ex ſpurciſſimorum hoſtium clade excellentiam tuam apud omnes nationes claram fecit & glorioſam, ita in poſterum omni felicitate auctam clariorem glorioſioremque quotidie efficiet. Nos autem pro fidei orthodoxæ, quod videmus, periculo, & officij noſtri paſtoralis ratione vna cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus interea dabimus omnem operam, vt Italiæ, ac finitimarum prouinciarum primum, deinde cæterorum potentatuũ rebus in tranquilliore ſtatu diſpoſitis, ante omnia de ratione fidei catholicæ tutandæ, ac defendendæ aliqua opportuna media, fauente inceptis noſtris glorioſo Deo, inueniri poſſint: quod vt aſſequi poſſimus, quantum erit in nobis, nunquam deerimus. *Dat. Romæ die* XXI. *nouembris* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* 2.

Pactiones a Turc. oblatas repudiet.

Significatum Apolloniæ portu claſſe inſtrui.

64 Quod ſpectat ad Turcicas in Valachiam ac Moldauiam irruptiones, ſubactaſque bello vrbes, de quibus memorat Pontifex, refert Michouias a Baiazethem, dum voluptatibus indulgebat, a ſuis excitatum exercitum duxiſſe in Beſſarabiam, & Kiliam Bialogrodumque vrbes expugnaſſe: additque Cromerus b, Stephanum palatinum impatem viribus ad aſpera montibus ſilniſque obſita loca ſe ſubduxiſſe, omnemque regionem late hoc & proximo anno enaſtatam, cuius belli cauſas affert Turcogræcæ hiſtoriæ auctor, nimirum illatas antea a Stephano Turcis clades Baiazethem vlciſci voluiſſe c: *Altero*, inquit, *anno imperij in Moldouallachiam copias ſultanus duxit: cepit oppida Ciliam, Aſprocaſtrum, & alia: inde quidquid virorum fœminarumque cepit in vrbem traduxit. Cauſa huius expeditionis erat, quod ſuperior Moldauiæ princeps ſultano Mechmetæ bellum fecerat, in quo victoria potitus magnum Turcarum numerum deleuerat. Hinc cauſa accepta Baiazethes ab vrbe contra eum mouit, huiuſmodique maleficia regioni intulit.* Sed ad Pannoniæ Regem redeamus, quem Bonfinius d ait, iam ante cum Turca inducias, nulla ſocij Myſiæ inferioris dynaſtæ mentione facta, pepigiſſe; rogatumque vt Achilliæ vulgo Cheliæ dictæ, & Neſtoralbæ obſidione preſſis opem ferret, comparaſſe exercitum, ſed ita lente, vt antequam Varadinum verſus caſtra mouerentur de Achilleia & Neſtoralba iam actum nuntiatum ſit. Non ille vltra progreſſus eſt; vt amiſſas vrbes ex Mahumetica tyrannide erutas Chriſtiano reſtitueret imperio; ſed maiori in conſortem Chriſtianæ fidei, quam Turcam ardens odio, bellum Auſtriacum, quod ob Turcicam irruptionem intermittere, motis Cornamburgo caſtris, noluit, maiori molitione vrſit, nec pontificiæ preces ſuperioribus fuſæ literis illum ad recuperanda amiſſa permouere potuerunt; quinimmo in Viennenſes impetus vertit: quod bellum deſcribit pluribus Bonfinius.

Expeditio Baiazethis in Valachiã a Michou. l. 4. c. 73.

a Cromer. lib. 29.

b Turcogr. lib. 1.

Capta ab eo arces.

c Bonfin. dec. 4. l. 6.

Omiſſis Turcis aueſſa arma in Auſtriacum.

65 At Stephanus Valachiæ princeps fide & clientela regiæ Hungaricæ deſtitutus, cum furentes Turcas ſolus retundere non poſſet, ad Caſimirum Poloniæ Regem confugit d, illique clientelarem fidem addixit, vt Polonicis armis principatum recuperaret, de quo proximo anno dicetur. Quamuis vero Turcas ex agris diſpulerit, Kiliam tamen, & Bialogrodum recuperare nunquam potuit, quibus vrbibus Baiazethem etiam tum potitum ſcribit Michouias e. Significare porro hanc Moldanicam cladem ſedi Apoſtolicæ principe Rhodiorum equitum, admonenteque præter terreſtrem exercitum, etiam validiſſimam claſſem a Baiazete inſtrui, reſcripſit Innocentius incumbere ſe ad decernendam in ſæuum hoſtem ſacram expeditionem: interea conſuluit Rhodio, vt aduerſus Turcicos dolos ingentibus præſidijs ſe communiret, neque enim fidendum hoſti, qui Chriſtiano cruore expleri non poſſet; dum enim hos armis opprimebat, alios circumuenire dolo nitebatur, Rhodiorumque equitum, a quibus Zizimus frater in cuſtodia tenebatur in Gallijs, magiſtrum varijs lenocinijs ſibi deuincire conabatur, ne a Zizimo Chriſtianorum principum ſubſidijs imperio euerteretur.

Valachus ad Caſimirum confugit. d Cromer. lib. 29.

e Michou. ſup. c. 73.

Rhodius vt vires comparet admonitus.

Magiſtro Rhodi.

66 Dilecte fili ſalutem, &c. Graue ac moleſtum nuncium nobis tulerunt eæ literæ, quas nuper de victoria contra Moldauos habita per immaniſſimum Turchum, & de nouiſſimis illius apparatibus abs te miſſas vidimus, quæ vera eſſe credimus, quoniam ex alijs tam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Siciliæ, &c. Regis, quam plurimorum ex eadem modo ſimili nunciata per-

Innoc. ad eum lit.

percepimus, nec dubitamus quin idem tyrannus ſuperbia victoriæ huius inflatus maiora concipiat animo, crudelitatemque paternam apud immanes illas ferasque gentes velit æquare: ſolliciti propterea ſumus vehementer, totiſque diebus angimur cogitantes, quo pacto conatibus rabidi canis ipſius poſſimus obſiſtere. Scripſimus iis ſtatim auditis nuncijs ad Italiæ, & Chriſtianorum exteros principes, monentes eos quam graue periculum imminea, quamque celeriter opus ſit huic malo, antequam fiat robuſtius, prouidere, communiter hortati denique ſumus vnumquemque, vt oratores mittere cum plenis mandatis velint, cum quibus de ſumma totius negotij poſſit concludi, & ab ipſius ſultani impetu ſaluari Chriſtiana reſpublica. Speramus eorum quemlibet pro virili parte non defuturum tam ſancto negotio, quod ideo ſignificandum duximus tibi, vt intelligas rem fidei, & Chriſtianorum ſalutem, ſicut debet, nobis maxime eſſe cordi, denique vt te paterne moneamus diligenter cauere vicini ſerpentis inſidias, qui licet muneribus literis ac nuncijs aſſidue blandiatur tibi, & ſui dominij aliquando patrem, aliquando amicum te appellet, tamen nulla alia de cauſa fidem ſibi in paruis huiuſmodi quærit adſtruere, niſi vt cum operæ pretium ſit cum mercede magna fallat. Potes cognoſcere quanta ſit eiuſdem ſummi rabies aduerſus Chriſtianos, cum vix vno confecto bello adeo ſit in ſanguinem fidelium noſtrorum debacchatus: aliud quoque maius feſtinet parare, nec credas vicinitatem iſtius inſulæ, religioniſque huius aſpectum parua illi eſſe incitamenta, quare cogiter omnibus, quibus poſſit, modis decipere, in prouiſumque opprimere, idcirco prudenter feceris, ſi vacaris circa defenſionem iſtius inſulæ, ciuitatem illam Rhodi bene munieris, & inſuper omne ſtudium adhibueris ne ſub amicitiæ, & blanditiarum ſpecie incautus opprimare. *Dat. Romæ die xxx. nouembris* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* I.

Caueat ab inſidijs barbaricis.

Periclitata Sicilia

alib. pag. 64

67 Inuaſit etiam Turcicus terror Siciliæ inſulam, cujus imperium tenebat Ferdinandus Aragonum & Caſtellæ Rex, quem de tanto diſcrimine certiorem fecit Innocentius: e potitum Aſia & Græcia barbarum iam vires in Siciliam atque Italiam effundere meditari: elatum reportata ex Hungaris, quibus Achileiam & Neſtoralbam, vti ante diximus, eripuerat, victoria magis inſoleſcere, neque eccleſiaſticas vires tantæ Mahometanorum potentiæ pares eſſe poſſe, niſi arma Regis ſociarint: vrgeri porro a Mauris Baiazethem ad inuadendam Siciliam duce, milite, armiſque imparatam.

Regibus Hiſpaniæ.

Chariſſimi in Chriſto filij noſtri ſalutem, &c. Ex harum exemplis, quæ his incluſa mittimus, intelligent maieſtates veſtræ, quo in periculo ſit res Chriſtiana, niſi celeriter, & opportune magnis Turcorum apparatibus occurratur. Multa hactenus fortaſſe Chriſtianorum principum animos retardare potuerunt, quod immaniſſimus hoſtis cum remotis nationibus bellum gerebat, quod militem claſſi, & terreſtri exercitui non ita idoneum habebat, quod ex regno Hungariæ magnum fere quotannis illi vulnus infligebatur, quæ omnia faciebant, vt illius impetus minus fortaſſe, quã æquum erat, æſtimaretur, ſperareturque futurum aliquando, vt truculentiſſimi hoſtis temeritas publico Chriſtianorum bello reprimeretur, ne maioribus auctus viribus maiora in dies auderet; at longe aliter eueniſſe videmus. Occupatis immaniſſimus hoſtis Aſiæ, & Græciæ ciuitatibus, quæ nobis aduerſus eum antea propugnacula fuerant, Chriſtianiſque inter ſe diſſidentibus, & alienam calamitatem non curantibus, iam propiora inuadere meditatur. Italiam Siciliamque animo verſat: huc omnes illius tendunt cogitatus apparatuſque, robuſtiorem, quam nunquam habuerit, exercitum poſſidet ſcientia rei militaris, & longo bellandi vſu peritiſſimum. Accedit, quod parta nuper aduerſus Hungaros victoria maiores illi animos præſtat ad omnia quæque aggrediendum. Itaque, filij, non eſt par temporum cum hoſte conditio, quæ prius; quotidie labitur Chriſtiana religio, quotidie augetur illius potentia: videmus periculum appropinquare, & ex diuturno ſomno non excitamur: Deum teſtamur in his pontificatus noſtri primordijs, ad quem, meritis licet inſufficientibus, placuit diuinæ pietati nos prouehere, nihil aliud nos dies noctéſque cogitare, quam quomodo immaniſſimo barbarorum furori in tempore reſiſtatur. Hæc nos perpetuo angit ſollicitudo, hæc cura aſſidue nobis inſidet: ſed quam opem præſtare poſſit in tanto rerum diſcrimine Apoſtolica ſedes, quæ vix littora terrarum ſuarum communi huic periculo expoſita tutari poteſt, credimus vnumquemque conſiderare. Opus eſt Chriſtianorum principum præſidio & conſilio: ad omnes ſcribimus, imminentia pericula proponimus, niſi quam primum ſubueniatur de catholica fide actum eſſe edocemus.

Ex victoria recenti hoſtem inſoleſcere.

68 Verum ad vos præcipue viſum eſt orationem noſtram conuertere, quibus a natura inſitum eſt pro gloria Dei aduerſus infideles fortiter pugnare: claſſe & armis viriſque admodum præſtatis: & monere vos debet plurimum nobiliſſima Siciliæ inſula manifeſtis periculis expoſita, qua ſi barbarus hoſtis (quod Deus auertat) potiatur, quid de reliquis regnis veſtris futurum ſit, conſiderate: hanc illum inuadere ſtatuiſſe ex pluribus locis compertum habemus. Ducitur ea opportunitate, quod inſulam intelligit armis machiniſque nudatam, pecunijs exhauſtam, ciuitates & loca maritima ſine munitionibus incuſtodita; deinde, ea in poteſtatem redacta, videt faciliorem ſibi futurã eſſe Italiæ oppugnationem. Rogamus vos, chariſſimi filij, vt hæc diligenter conſideretis: non loquimur temere: habet ad hæc ſollicitatores Mauros, qui æquo animo pati non poſſunt maieſtates veſtras eorum gentem bello perſequi. [Bellica aduerſus Mauros Granatenſes Ferdinandi facinora pluribus deſcribit Mariana a.] Aduertite ad inſulam illam animum; cogitate quanti momenti ſit & vobis, & Italiæ. Curate, vt quamprimum opportuna loca muniantur, arma ſubminiſtrentur, præſidia diſponantur, educite claſſem, quam maxime poteſtis, numeroſam, qua Dei gratia plurimum valetis, ex qua fiet, vt ne dum damna inferre, ſed ne quidem progredi audebit: non eſt amplius cunctandum: potuimus hactenus impune deſides eſſe, quod periculum longius erat, non poterimus amplius cum hoſtem in foribus habeamus; ad radicem ſecuris poſita eſt, incauti opprimemur niſi in tempore noſmet excitauerimus. Vt id faciatis, filij, non ſolum immortalis gloria, quæ vos animo excelſos, ætate florentes, imperio potentiſſimos ſequutura eſt, debet vos monere, ſed rerum veſtrarum ſalus, & neceſſitas ipſa, quæ, vt videtis, eo iam in loco eſt, vt euitari non poſſit. Super his venerabilis frater Angelus

Hiſpaniæ Rex certior factus de apparatu belli turcici.

Sicilia expugnata expugnandis alijs regnis aditum datum iri.

a Marian. hiſt. rer. lib. 25.

Non licere deſidem impune eſſe

gelus epiſcopus Sueſſanus nuncius, & orator noſter erit cum maieſtatibus veſtris, quem placeat benigne audire, & iuxta rei neceſſitatem, quæ vt videtis maior eſſe non poſſet, expeditionem ordinare. *Dat. Romæ die* XXI. *nouembris* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* 1.

Tolet. Card. de imminenti diſcrimen edoctus. *a Innoc. lib. breu. ann. 1. pag. 56.*

69 Neque his contentus Innocentius Cardinalem Toletanum, qui ſumma in Caſtellana aula gratia pollebat, cuiuſque conſilijs Chriſtiana res in Hiſpania amplificabatur, dare operam iuſſit a, vt ad infringendos Turcarum conatus Hiſpanus Rex Siciliæ inſulam fortiſſimis præſidijs muniret.

Cardinali Toletano.

Difficile eſt præparationis huius nouæ conſilium poſſe diſcernere, quoniam Turci in ſuis rebus callidiſſimi ſunt, & ſimulare adeo norunt, vt ſæpius vnam in partem minantes, in alteram feriant, improuiſoſque ſemper adoriantur, quos quærunt opprimere: ſed parare hæc ipſum maxime dubitamus contra Italiam, quod & illi perpetuo magis infenſa extitit, & magis eſt ad petendum vicina. Præterea ſunt eius quoque naturæ Turci, vt ſemel victos non ceſſent laceſſere, quos vero fuiſſe ſenſerint aliquando victores, non ſinant quieſcere. Tranſitum iſtum Italiæ, quem pater ille perfidus olim fecit, hic filius forſan tentare conabitur; vt æquaſſe paternam apud immanes illas gentes videatur audaciam: quæ res quanto illi potiſſime animato & armato facilior eſſet, tanto magis remedio celeriori præſentique indiget, ne per ſocordiam aut ignauiam maiora illi commoda, occaſioneſque malefaciendi præſtentur.

Vt Turci victos nó ceſſent laceſſere victores quieſcere non ſinãt

70 Scripſimus ad Italiæ Chriſtianorumque cæteros principes, hortantes eos, vt commune Chriſtianitatis opus ac defenſionem velint vnanimi voto ſuſcipere, & ſuis ad nos venturis oratoribus pro concluſione deſuper neceſſaria facienda mandata tradere: ſperamus vnumquemque tam ſancto ac neceſſario negotio pro viribus non defuturum. Monuimus inſuper præfatum chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum, vt, quod facere ad ipſum pertinet, regnum ſcilicet illud tutari Turcis oppoſitum diligenter efficiat; ad retardandos enim ipſius impij canis rabidos impetus nulla maior eſt ratio, quam ſi ſenſerit Chriſtianos communiter & priuatim ad ſe tuendos paratos eſſe, remque fortiter ac prudenter obſiſtendo gerere. Sed cum de partibus totius Italiæ non inferior nec ignobilior ſit Siciliæ inſula, quam ſi forte idem Turcus, ſicuti ad explorandum quæque ſolicitus eſt, ſciens eſſe præſidijs & armis nudatam inuaderet, ſedemq; ibi ad maria infeſtanda percommodam claſſe firmaret, illinc non ſine magno totius Chriſtianitatis labore poſſet expelli: circumſpectionem tuam hortamur in Domino, vt cum chariſſimis iſtis in Chriſto filijs noſtris Regibus ſerioſius loqui debeat, magnitudinemque periculi huius exponens, inſtanter hortetur & moneat nomine noſtro, vt conſiderare illa maturius velint, & quanto citius fieri poſſit circa prouiſionem Siciliæ ipſius incumbere, huic denique maiori incendio præcauendo, antequam propius fiat, diligenter occurrant: vnum enim quodq; malum naſcens facile opprimitur, inueteratum vero fit plerumque robuſtius: non erit certe minor Regibus ipſis laus & gloria per defenſionem Siciliæ ſecura maria portuſque tot Chriſtianorum ſaluos reddere, quam quod nunc laboribus tantis conantur, Bæticorum ſcilicet bellum conficere, in quo quidem licet ſuorum prædeceſſorum gloriam exceſſerint, ad ea loca penetrantes, quæ nulli ipſorum principum inſpicere prius licuerit, tamen tanto feruentiores in fidei rebus athletæ videbuntur, ſi illud bellum proſequentes, huic quoque maiori vt decet, proſpexerint; non enim ſine diminutione æſtimationis ipſorum Regum fieret, ſi in vno loco acquirentes alibi perderent; debilitatem namque ipſius inſulæ Siciliæ, & facilem ad eam aditum non ſine cauſa veremur. Quare in exponendis præmiſſis efficaciterq; ſuadendis abs te fieri diligẽtiam exactam requirimus. Nos quod ad negotium fidei & defenſionem Chriſtianorum bene gerendam pertinet, parati erimus ſemper totis viribus noſtris efficere. *Dat. Romæ die* XX. *nouembris* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* 1.

Capta Sicilia ex ea ad reliqua regna decurſus.

Commendati Hiſp. Reges de bello Granatæ illato.

71 Inſequenti die incitauit a ſimiliter Neapolitanum Regem, a quo de Turcarum in Apolloniæ portu, alijſque oris maritimo apparatu edoctus fuerat, vt eo maiori contentione ad tuendum regnum, communiendaſq; arces littoreas incumberet, nec facilem in Italiam aditum barbaris patere poſſe, ſi neceſſaria ad comprimendos eorum impetus pararentur: *Non diffidimus, quod ſi eadem apud omnes circa rem fidei ſolicitudo fuerit, quæ eſſe deberet, quin ab ipſius Turci conatibus reſpublica Chriſtiana, & Italia defendi poſſint, id quoque per præſentes dicimus maieſtati tuæ, quam licet non dubitemus pro ſua ſingulari prudentia conſiderare, contra quos potiſſimum hæc Turcus paret, & nihil omittere, quod ad defenſionem iſtius regni pertineat; tamen quia maieſtatem tuam præcipuo cordis affectu proſequimur, quam paterne monemus, vt tanto magis neceſſarijs prouiſionibus inuigilet, quanto regnum iſtud ipſius hoſtis inuaſionibus, & periculis expoſitum eſt, non erit illi tam facilis ad Italiam petendam aditus; ſi ſenſerit maieſtatem tuam, quæ illi oppoſita eſt, opportunis in locis præmunitam eſſe, ac præſidia debita paraſſe: quod & nobis in locis noſtris maritimis facere conuenit, vt nihil omittamus, quod ad propulſandum immaniſſimi hoſtis impetum poſſit pertinere. Dat. Romæ die* XXI. *nouembris* MCCCCLXXXIV. *pontificatus noſtri anno* 1.

a Ib. pag. 59. De ſtatu rei Chriſtianæ edoctus Rex Neap.

72 Dum ita de inſtruendo bellico apparatu vrgebantur cõſilia, tentatum eſt an Baiazethes deliniri, atque a bello retardari poſſet: Innocentius namque, ac Ferdinandus Neapolitanus Rex Petrum Ambuſſonium Rhodiorum equitum ſupremum magiſtrum, non minus prudentiæ laude, quam rei militaris gloria præſtantem rogarunt, vt ſuam apud illum ea in re auctoritatem adhiberet: qui iam ante miſſo oratore Turcicæ linguæ peritiſſimo Baiazethem monuerat, Chriſtianos principes in eum armorum fœdere coniunctum iri, atque illius fratrem Zizimum vi & armis in imperium Turcicum inuecturos, ſi cuipiam Chriſtiano principi bellum inferret; tum profeſſus erat, ſancitas antea cum ipſo concordiæ leges violari, ſi claſſem ex Helleſponto educeret. Quibus auditis Baiazethes damnauit belli conſilia, ne Chriſtianos Reges ad opponendum ſibi Zizimum æmulum imperij incitaret, ac Petro ipſi ſignificauit, ſe eius precibus adductum bellum intermiſiſſe; quin etiam ornare illum muneribus conſtituit, cumque nullum dignius haberet quam dexteram S. Ioannis Baptiſtæ, qua Chriſtus baptiſmo ablutus fuerat, quamque Mahometes Turcarum princeps ex ſacrario Conſtantinopolitanæ baſilicæ in theſaurum regium intulerat, ipſam dono eidem equitum magiſtro miſit. Inſtitutum deinde de veritate ſacri pignoris examen fuit, ac maiorum traditione fideque di-

Monitus Baiazethes Chriſtianos coniunctum iri ſi bellum alicui inferat.

Dextera S. Ioãnis Bapt. dono miſſa ab eo Rhodiorum principi.

gniſ-

gniſſimorum teſtimonio, veritas comprobata atque illuſtrata eſt, cuius hiſtoriam Guillelmus Gaturcenſis eques latino ſermone conſcripſit, quæ paucis delibanda viſa eſt.

73 Narrat itaque ſacroſanctam illam manum in templo Conſtantinopolitano S. Ioanni ſacro a Iuſtiniano Imperatore ædificato annis quingentis, & eo amplius aſſeruatam, cultamque fuiſſe, a Græcis autem ſcriptoribus, nec non traditione confirmari, S. Lucam euangeliſtam, S. Ioannis Baptiſtæ reliquiarum cupidum, illam ex reliquo corpore auulſiſſe, quod Sebaſtiæ inter Hely & Abdiam a diſcipulis ſepulchro conditum fuerat, deinde Antiochiam tranſtuliſſe: habitam autem a Chriſtifidelibus magna in veneratione, ingentiaque ab illa patrata miracula, atque in primis draconem immanem, cui puella Chriſtiana deuoranda obiecta fuerat, particula digiti præcurſoris in os iniecta repente extinctum corruiſſe: conſueuiſſe etiam ſacram manum ſingulis annis oſtendi a patriarcha, ac ſi fœcundus annus futurus eſſet, exporrectam videri; ſi vero ſterilis, in pugnum contractam; quo miraculo Chriſtiana religio in iis oris confirmata effloruit. Eius vero fama permotus Conſtantinus II. orientis Imperator, ſacrique pignoris habendi cupidus, Iobi diaconi Antiocheni aſtu & opera Conſtantinopolim deferendum curauit, atque in monaſterio S. Ioannis ſolemni pompa collocauit, cuius tranſlationis feſtiuitas in ea eccleſia annis ſingulis celebrabatur. Potitus dominum Mahometes II. Conſtantinopoli, arcano Numinis conſilio eandem S. Ioannis Baptiſtæ manum, tum aliqua dominicæ paſſionis inſtrumenta, nimirum ſpongiam, arundinem, & ferrum lanceæ ex eodem templo vna cum ſacris aliis reliquiis & ornamentis in regium theſaurum afferri iuſſerat. Vt vero ferrum lanceæ Baiazethes Innocentio VIII. tranſmiſerit, ſuo loco dicetur, nunc reliqua huius anni proſequamur.

Miraculũ annuum dexteræ S. Ioan.

A Conſtantino II. deportata erat Conſtantinop.

Sacræ reliquiæ relatæ a Turcis inter theſaurum.

Faſcinanorum ſecta graſſatur

74 Non modo palam Chriſtiana religio a Turcis oppugnata eſt, ſed etiam dæmonum inſidiis a magis, quorum ingens numerus pullularat in Germania, fœdaque adeo erant illorum opera, vt ad eorum mentionem animus perhorreſcat; ac licet incredibilia videantur, tamen Innocentii teſtimonio ſunt perſpicua: hiſque ſimilia iam ante ſæpius detecta, atque animaduerſum in tantorum flagitiorum patratores vidimus: ad quæ excindenda Pontifex fidei cenſores ampliſſima auctoritate, quam nonnulli labefactare niſi erant, fulciuit a.

a Lib. bull. to. 1. an. 1. ſign. num. 1918 pag. 465.

ad futuram rei memoriam.

Nuper ad noſtrum, non ſine ingenti moleſtia, peruenit auditum, quod in nonnullis partibus Alemaniæ ſuperioris, nec non in Maguntina, Colonienſi, Treuirenſi, Salzeburgenſi, & Bremenſi prouinciis, ciuitatibus, terris, locis, & diœceſibus quamplures vtriuſque ſexus perſonæ, propriæ ſalutis immemores, & a fide catholica deuiantes, cum dæmonibus incubis, & ſuccubis abuti, ac ſuis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, aliiſque nefandis ſuperſtitiis, & ſortilegiis, exceſſibus, criminibus, & delictis, multorum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vuas, & arborum fructus; nec non homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & alia diuerſorum generum animalia, vineas quoque, pomaria, prata, paſcua, blada, frumenta, & alia terræ legumina perire, ſuffocari, & extingui facere, & procurare, ipſaque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & animalia diris tam intrinſecis quam extrinſecis doloribus, & tormentis afficere, & excruciare; ac eoſdem homines, ne gignere, & mulieres ne concipere, viroſque ne vxoribus, & mulieres ne viris actus coniugales reddere valeant, impedire; fidem præterea ipſam, quam in ſacri ſuſceptione baptiſmi ſuſceperunt, ore ſacrilego abnegare, aliaque quamplurima nefanda, exceſſus, & crimina, inſtigante humani generis inimico, committere, & perpetrare non verentur, in animarum ſuarum periculum, diuinæ maieſtatis offenſam; ac pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum, &c. data imperia Henrico Inſtitori, & Iacobo Sprengero, vt Germaniam ab ea peſte vindicarent. [Addit Innocentius Henricum Inſtitoris ordinis Prædicatorum in ſuperiori Alemannia ſacræ fidei cenſorem, necnon Iacobum Sprenger in Rhenanis prouinciis, dum aduerſus eiuſmodi peſtilentes homines iudiciariam ſeueritatem adhibebant, a nonnullis fuiſſe impeditos eo colore, & fuco, quod loca expreſſis nominibus non deſignarentur, in quibus ea auctoritate iudiciaria valerent: Pontifex vero, vt ſuo munere defungi pergerent edixit, atque epiſcopo Argentinenſi dedit mandata, vt omnes, qui peragendæ in magos cenſuræ obſiſterent, nullo diſcrimine auctoritate apoſtolica reprimeret ſubdens:] Ne labes hæreticæ prauitatis, aliorumque exceſſuum huiuſmodi in perniciem aliorum innocentium ſua venena diffundat. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIV. IV. *non. decembris pontificatus noſtri anno I.* Exercuere Henricus Inſtitor ac Iacobus Sprengerus magno pietatis ardore cenſuram fidei, ac doctrinæ eximia monumenta reliquere.

Cenſor fidei in eos ſeueritatem exercere iuſſus.

75 Nec vana narrari a Pontifice de incubis & ſuccubis dæmonibus magos fœda illuſione contaminantibus, demonſtrant quæ biennio proxime euoluto in Scotia contigiſſe ſcribit Hector Boethius a hiſce verbis: *Anno Chriſtianæ ſalutis ſexto ſupra octogeſimum milleſimum, & quadringenteſimum nauigantibus cohortea æſtuario negotiationis cauſa in Flandriam tanta ventorum oborta eſt vis, vt velis, malo, armamentiſque ruptis, nauique fœde inter tumentes vndas iactata, certiſſimam mortem cuncti expectarent, nauicularius tantam atque inſolitam aeris inclementiam eo tempore demiratus (ſuberat enim ſolſtitium æſtiuum) cum id non ſyderi, ſed malorum dæmonum, qui hominibus ſemper ſunt infeſti, inſidiis magnis tribueret, clamoribus reddita eſt vox ex ima naui mulieris ſe miſere incuſantis, quod incubo dæmoni humana ſub effigie, qui cum per multos ante actos annos habuiſſet conſuetudinem, iam tum fuiſſet commixta, & ab eo ſubacta: mari ergo celerius ſe tradendam, vt ipſa periret, quæ tanti mali imminentis cauſam præſtitiſſet, cæteri Dei benignitate permanerent incolumes. Accedens ad lachrymantem fœminam, iubente nauicolario, ſacerdos, eius atque cæterorum ſaluti conſulendi cauſa, crimen tam palam fatentem, horrentem ſcelus, vehementer alto e pectore ſuſpiriis indicibus pœnitentem facti, ipſe eſt hortatus, ne ſibi deeſſet, cui certo cognoſceret Numinis fauorem adeſſe: crimina lachrymis, ac animi pœnitudine deleri; tantam miſerentis Dei clementiam eſſe erga mortales, vt altius vel in malorum profundum lapſos reſipiſcentes nonnunquam ad maiorem longe, quam vnquam antea habuiſſent, gratiam recipiat. Medio pii ſacerdotis adhortatione cum multis ſuſpiriis afflicta mulier admiſſum facinus deploraret, cunctis viſa eſt atra nubes e nauis ſentina proſiluiſſe, ingentique ſono, flamma, fumo, atque fœtore ſeſe deiiciſſe in mare. Sedatum eſt inde cælum, pacatumque mare, & negotiatores*

a Boeth. hiſt. Scotor. lib. 8.

Tempeſtas in mari concitata a dæmonibus. Miſera mulercula incuſat ſe oppreſſam a dæmone incubo.

Solicitata ad veniam a Deo flagitandam Dæmon e naui cũ flamma & fumo exilit.

Digitized by Google

ſores cum naui cunctis ſuis rebus ſaluis in optatum portum abiere.

Adoleſcens a dæmone ſuccuba deluſus.

76 *Haud multis annis, quam hæc facta fuerant, in Garioth regione vico quatuordecim vix paſſuum millibus ab Aberdonia, adoleſcens multa formoſitate coram Aberdonenſi antiſtite queſtus eſt palam, ſeſe a dæmone ſuccuba, vt dicunt, gratiſſima omnium, quæ vidiſſet, forma, multos ante menſes infeſtatum, eandem occluſis foribus noctu ad ſe ingredi, blanditijs in ſui amplexus compellere, dubia luce abire ſine ſtrepitu; pene nullo ſe poſſe modo, cum plurima id tentaſſet, a tanta, ac tam turpi veſania liberari. Iubet continuo optimus epiſcopus adoleſcentem alio ſe conferre, & vt Chriſtiana religione magis laudatis ieiunijs, & orationibus plus ſolito accommodaret animum, fore vt pijs operibus intento victus cacodæmon tandem terga eſſet daturus. Euenit adoleſcenti ſalubre conſilium religioſe executo paucos poſt dies vti venerandus antiſtes erat profatus. Idem pene ſub tempus accidit & aliud haud diſſimile miraculum, malo dæmone illudente mortalibus, haud reticendum. In Marrea regione, vti ex ijs, qui fœdiſſimam rem conſpexerant, accepimus. Puella natalibus altis, forma conſpicua, complurium nobilium aueſſata connubium, in infandam cum cacodæmone incidit conſuetudinem: quæ cum vterum tumidum ferret parentum rigore coacta edere ſtupratorem, adoleſcentem mira pulchritudine frequentius ſecum noctu, interdiu nonnunquam conueniſſe: vnde veniſſet quoue abijſſet neſcire ſe reſpondit. Parentes tametſi filiæ parum crederent, accuratius rem aduertentes conſilio quis eſſet, qui gnatæ expugnaſſet pudicitiam explorandi, cognito poſt tertia die indice ancilla ſtupratorem adeſſe, recluſis foribus accenſo tædarum ingenti numero cubiculum ingreſſi, horrendum monſtrum figura ſupra humanam exiſtimationem terribili in filiæ amplexibus ſunt conſpicati. Concurrere ocyus complures ad fœdum accita ſpectaculum, inter eos ſacerdos probatæ vitæ, ſacræ diſciplinæ haud ignarus, cæteris aut trepide abeuntibus, aut pauore terra illiſis, cum Chriſti Apoſtoli Ioannis Euangelij initium recitare orſus ad eum locum, Verbum caro factum eſt, perduxiſſet, malus dæmon horrendo ſublato clamore, cubiculi tectum ſecum aſportans omni ſupellectili incenſa abijt. Fœmina periculo ſeruata poſt triduum enixa eſt monſtrum vndequaque fœdum aſpectu, quale nuſquam antea (vt ferunt) inter noſtrates viſum. Id obſtetrices, ne ſeruatum in contumeliam eſſet familiæ, accenſa ingenti pyra citiſſime concremarunt. Hæc de incubis noſtris diebus conſpecta placuit paucis hiſtoriæ inſerere, (& ſi plura ſimiliaque haud ſine multorum admiratione prioribus ſæculis eueniſſe accepimus) vt legentes dignoſcerent haud prorſus eſſe ficititia, quæ de malorum dæmonum cum hominibus conſuetudine feruntur.* Ab impuriſſimis illis impudicitiæ monſtris ad puritatis nitidum ſydus digrediamur.

Liberatus epiſcopi Aberdonen conſilio.

Puella nobilis illuſa a dæmone incubo.

A monſtro horrendo iuſtrati viſa.

Fugatus dæmon euangelio S. Ioãnis repetito. Monſtrũ horridũ profuſum partu.

Nõ ſunt figmenta quæ de dæmonibus ferũtur.

77 Hoc anno a Vilnæ in Luſitania S. Caſimirus Caſimiri Regis Poloniæ & Eliſabethæ filiæ Alberti Cæſaris Hungariæ & Bohemiæ Regis filius, ac Ioannis Alberti, Alexandri, & Sigiſmundi poſtea Regum, & Friderici S. Luciæ in ſeptem ſolijs diaconi Cardinalis frater in cælum abijt, cum ſpretis nefarijs hortatibus mori quam fœdari maluiſſet; cuius vitam ſanctiſſimam, & glorioſiſſimam mortem conſecutis cœleſtibus miraculis clariſſimam deſcribit hiſce verbis Zacharias Ferrerius, Gardenſis epiſcopus b in Polonia, & Lithuania legatus apoſtolicus: *Animo adeo erat deſponſata virginitas, vt carnales nuptiæ ſine a parentibus, ſine ab amicis et nuſquam perſuaderi potuerint, nec caro, nec ſanguis, nec blanditiæ, nec titillationes vllæ venereæ inficere, aut ab arrepto pudicitiæ inſtituto dimouere aliquando valuere: virginem enim ad finem vſque vixiſſe, virginemque poſtremum diem clauſiſſe omnes & a cubiculo, & a ſecretis eius viri maximi, & optimi, quorum adhuc nonnulli ſuperſunt, quibuſue intus & in cute agnita illius conuerſatio fuerat, aſſeuerent, & atteſtantur: quod cum ex pluribus euidentibus argumentis ſatis ſuperque liqueat, ex eo potiſſimum, quod potius mori elegit quam fœdari, manifeſtiſſime compertum habemus: cum enim medio florentiſſimæ iuuentutis in morbum quendam chronicum incidiſſet, cui medela alia nulla occurri poſſe, quam puellari concubitu medici iudicabant, illumque parentes neceſſarijque plurimi, vt virginem ſpecioſiſſimam, quam e multis delegerant, vna in lecto cubare, & pro ſeruanda vita in amplexus & copulam ire permitteret enixiſſime ſuaderent, rogarent, efflagitarent, ille ſapientiſſime (vt ſemper ſolebat) reſpondit, ſe temporalem hanc, & momentaneam vitam malle amittere, quam æterna, & immarceſcibili in cœlo carere; obiurgabatque eos omnes, quod rem ſibi ſuggerere illicitam non erubeſcerent: cumque adhuc, vt florida iuuentuti vitæ ac ſaluti conſuleret magis ac magis adhortarentur, & importunis etiam precibus obteſtarentur domeſtici, reſpondit ille ſalutem vitamque aliam neſcire, quam Chriſtum dominum, cum quo vt eſſet cupiebat diſſolui a, & ad quem iam ſe ex ea valetudine breui profecturum eſſe perſpiciebat: quod & ita factum eſt. Nam ingraueſcente morbo, cum naturali robore deſtitui cœpiſſet, eccleſiaſticis ſacramentis veluti ſpiritualibus quibuſdam contra aereas poteſtates, & tenebrarum harum rectores munitus armis, inter aſſiduas orationes, & ſancta colloquia, adſtantibus ſacerdotibus, & viris religioſis, animam illam candidiſſimam, & Chriſto amabilem, vt prædixerat perendie carnis vinculo ſolutam omnipotenti Deo reddidit.*

a Michou. l. 4. c. 73. Crom. l. 29. Zachar. Ferrer. Gar. epiſc. S. Caſimiri obitus.

b Apud Gallen. m. ſ. Vall. bibl. ſign. L. pag. 160.

Caſtitas eius inſignis.

Mori maluit quã fœdari.

a Philip. 1.

78 *Obijt autem apud Velliam ſiue Vilnam Lituaniæ ſeu Litaluanæ primariam ciuitatem in Grodno oppido anno a virgineo, & ſalutifero partu* MCCCCLXXXIV. *die* IV. *martij illuceſcente aurora, annoque vltimo Sixti IV. Pontificis maximi. Vixit annos viginti tres menſes ſex, ſepultuſque eſt collacrymantibus cunctis apud arcem, vbi ſedes pontificia Vilnenſis ſita eſt in diui Stanislai martyris, ac pontificis æde ſub ſacello almæ genitricis Mariæ, cui & mentem omnem, & pudiciſſimum corpus addixerat. Erat autem pius adoleſcens, & famulus Dei Caſimirus mediocris ſtaturæ, cæſariem muſtellini vel ſubnigri coloris habens ſubnigris oculis, & naſo æquali, ac temperati ruboris, facie eleganti, formoſa, & venerabili, vt qualis intrinſecus eſſet ex ipſa effigie exiſtimari poſſet; aſpectu profecto pulcher, ſed longe pulchrior religione diuina, vtpote moribus ornatus angelicis, cuius mentem atque regium pectus nihil fœdi, nihil turpis, nihil obſcœni vnquam tetigerat, quod poſt eius obitum luculenter oſtenſum eſt. Nam omnipotens auctor, vt indicaret quanta meritorum celſitudine virtutumque ſublimitate apud ſe Caſimirus magnus extiterit, mox ex eius ſepulchro tot tantaque ſigna, ac miracula patefacere dignatus eſt, in dieſque magis oſtendit, vt heſitare nemo debeat, quin æterna cum Chriſto felicitate in cœlo fruatur: hi enim, qui ſine ſpe humani auxilij morbis incurabilibus grauiſſimiſque valetudinibus laborant, ſurdi, muti, claudi, aridi, cæcique, vt primum eius mauſoleo ſe deuouerint, auditum, loquelam, inceſſum, viſum, priſtinamque incolumitatem recuperant, quodque longe admirabilius, ac pene incredibilius eſt, reuiuiſcunt mortui,*

Mortis ſuæ tempus prædicit.

Miraculis inclareſcit.

aliar.

Digitized by Google

aliaque quotidie obſtupeſcenda fiunt miracula, &c. Cum eorum fama late increbuiſſet, Zacharias Ferrerius epiſcopus Gardienſis in Polonia, Lituania, & Moſcouia legatus apoſtolicus de ijs inquirere iuſſus eccleſiaſticum officium, quo illius memoria recoleretur, inſtituit, ac poſtea Leo X. eum ſolemni ritu in ſanctorum albo collocauit. Si vero Michouias a ad ſuperiorem annum B. Caſimiri obitum retuliſſe videatur, id ideo contigit, quia annos ab Incarnatione Verbi numerat, Chrometus vero ad præſentem annum eius obitum refert, dum ait, Caſimirum intra vertentem annum poſt Simonis Lipnicenſis miraculis celebris mortem obijſſe. Ex dictis emendes errorem, qui in notis Baronianis ad martyrologium Romanum ad IV. martij irrepſit, dum anno MCCCCLXXXIX. obijſſe dicitur.

a Michou. l. 4. c. 74.

Ioannes e Ducla Minor celebris miraculis

79 Obijt hoc anno Leopoli in Ruſſia acerrimus hæreticorum, & ſchiſmaticorum impugnator Ioannes e Ducla B. Ioannis Capiſtranenſis diſcipulus, qui S. Bernardini Franciſcanæ diſciplinæ inſtauratoris inſtituta in Poloniam inuexit, & quamuis cæcitate percuſſus in errorum tamen tenebris iacentes meliori luce colluſtrare non deſtitit. Ipſum ingentibus poſt mortem miraculis coruſcaſſe, refert Lucas Vvaddingus b, ob quorum ſplendorem Sigiſmundus Poloniæ Rex profeſſus regnum Polonicum barbaris cinctum ſanctorum tutelarium patrocinio ſtare, a Paulo V. primum tum ab Vrbano VIII. expetijt c, vt Ioannem ipſum e Ducla in ſanctorum numerum referret.

b Vvadding in annal. Minorit. to. 7. an. 1484. n. 25.
c Extant eius lit. n. 31-32.

80 Nauata hoc anno eſt ab Innocentio opera, vt fœneratores & Marrhani d in iudaicam ſuperſtitionem relapſi in Hiſpania coercerentur, ac ſanctio nefaria, qua fœneratoria fraus in Aragoniæ regno permittebatur, ſublata e eſt ab Innocentio,

d Innoc. VIII lib. ſign. nu. 1909. pag. 49.
e Pag. 46.

Ad perpetuam rei memoriam.

Non ſine grandi diſplicentia nuper accepimus, quod vix credere poſſumus, in Aragonum regno vigere conſtitutionem, per quam vſurarij puniri prohibentur, & quod deterius exiſtit, chariſſimum in Chriſto filium Ferdinandum dicti regni Regem circa regni ſui initia iuramento promiſiſſe per ſe vel alium, publice vel occulte, directe vel indirecte non impetrare, vel impetrari facere commiſſionem vel reſcriptum aliquod, vel aliam quamuis prouiſionem a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, nec ab altero iudice eccleſiaſtico, vel perſona eccleſiaſtica, per quem ſeu quos poſſet fieri inquiſitio, aut procedi contra aliquam perſonam dicti regni de & ſuper crimine vſuræ, & impetratis ſeu aliter obtentis non vti nec vti facere, quinimmo ſi quid horum teneret, vel ad ſuas manus, & poſſe ſuum perueniret, illas vel illud reſtituere deputatis dicti regni, & non facere aut fieri permittere ſeu procurare, quod inquiſitiones fierent, vel iam inceptæ ad finem deducerentur per iudices aut commiſſarios, vel alios quoslibet ſuper crimine vſuræ contra perſonas dicti regni, aut aliquam earum, & non iubere nec procurare ſibi dari, & etiamſi libere ſibi daretur non recipere, nec per aliquem aut aliquos ſuo nomine, vel ad vtilitatem ſuam recipi facere pecuniam, aut aliam quamlibet rem quocumque quæſito colore ex emolumentis, & obuentionibus, quæ ex cauſa dictorum proceſſuum, & ſententiarum ſuper dicto crimine vſuræ factorum, datorum, & dandorum, aut alicuius eorum aut eorum peruenirent, vel peruenire poſſent, & directe vel indirecte non impetrare aut impetrari facere relaxationem aut abſolutionem huiuſmodi iuramenti, ſtatuiſſeque propterea de voluntate curiæ, quod ſimile iuramentum tenerentur præſtare ſui ſucceſſores, & omnes locumtenentes generales, & primogeniti dicti regni, priuſquam poſſent vti aliqua iuriſdictione, prout in ſcriptura authentica deſuper confecta plenius dicitur contineri.

81 Cum autem præmiſſa cedant in diuinæ maieſtatis offenſam, & proximi læſionem, ipſeque Rex per illa contra diuina, & humana iura approbaſſe quodammodo videatur vſurariam prauitatem, nec facile excuſari valeat ab incurſu cenſurarum, quas Viennenſe concilium protulit in prohibentes per eorum ſtatuta repetitionem vſurarum. Nos, qui ſalutem quærimus ſingulorum, & ob fauorem puræ deuotionis, & fidei, quam Rex ipſe ad nos & Romanam gerit eccleſiam, Regem ipſum ſincero corde diligimus, & gerimus in viſceribus charitatis, motu proprio, non ad eiuſdem Regis, vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, auctoritate apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus Regem præfatum, (nimirum Ferdinandum,) & quoſcumque alios ad præſtiti per eos contra bonos mores iuramenti prædicti obſeruantiam minime obligari; immo Regem ipſum ad extirpandum de prædicto, & alijs regnis ſuis vſurariam prauitatem opportunos debere præſtare fauores, quod vſurarij puniantur, & citra animæ ſuæ præiudicium abſtinere non poſſe a præſtando opem, & operam efficaces, vt eiuſcemodi conditionis homines Deo, & mundo exoſi ſuorum condignas perferant pœnas delictorum, vt & ipſi debita pœna puniti, & alij eorum exemplo a ſimilibus ſtudeant in poſterum abſtinere, & ne quidquam ſcrupuli eiuſdem Regis, & aliorum conſcientiæ in ijs remaneat, legem ipſam ſeu forum, tanquam bonis moribus, & diuinis præceptis ſacriſque canonibus contrariam, eiſdem motu, ſcientia, & auctoritate abrogamus caſſamus, & caſſamus, annullamus, & damnamus, ac Regem ipſum, & omnes regnicolas, nec non magiſtratus, & officiales ſuos, qui contra illam legem, & forum ſenſerunt, aut proceſſerunt, ab eiuſdem iuramenti obſeruatione, quatenus Rex præfatus, vel illi dubitarent, ſe illo ligari, & a cenſuris præfati Viennenſis concilij ſe ob præſtitum per eos iuramentum prædictum illas incurriſſe abſoluimus, & præfato Regi in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, vt circa eorumdem vſurariorum punitionem eas, quas præſtare tenetur, ſuæ ſolicitudinis partes interponere merito non omittat, ita, vt dici poſſit Rex ipſe ſuam purgaſſe negligentiam; nec non regnicolis ipſis, vt eidem Regi in hoc nulla parte reſiſtant, aut eum ab huiuſmodi propoſito retrahere tentent ſub pœnis concilij memorati. Et nihilominus venerabili fratri Angelo epiſcopo Sueſſano ad prædictum Aragonum, & alia Hiſpaniarum regna noſtro, & Apoſtolicæ ſedis nuntio, oratori, & commiſſario, & dilectis filijs Cæſarauguſtano, & Oſcenſi, & Tarraconenſi officialibus committimus, & mandamus, quatenus ipſe epiſcopus, quandiu in regnis, & dominijs dicti Regis proſequendo ſibi factas commiſſiones permanſerit, per ſe, vel alium ſeu alios, & finita ipſius epiſcopi commiſſione, ipſi officiales præfati, vel duo aut vnus eorum contra huiuſmodi locis eiuſdem degen-

Digitized by Google

degentes per accuſationem denuntiationem, & etiam ex eorum mero officio inſtituendam inquiſitionem procedant, & compertos punibiles prout iuris fuerit punire, & condemnationes, quas tulerint, exequi procurent ea, qua decet, diligentia vtentes in præmiſſis, &c. mulctas pecuniarias in bellicos ſumptus partim contra Granatenſes Mauros, partim contra Turcas, & alios fidei hoſtes deriuandas decernit. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIV. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* 1.

a Oſor. l. 3. & Maff. lib. 3.

Congi regnum inuentum a Iacobo Cano.

82 Inuentum hoc anno a eſt ſub Ioannis Regis Luſitaniæ auſpicijs a Iacobo Cano regiæ claſſis præfecto Congi regnum ampliſſimum, in quo religionem Chriſtianam feliciter propagatam, exciſumque idolorum cultum inferius viſuri ſumus. Narrat vero accurate Oſorius quanta prudentia Canus, cum in fauces altiſſimi fluminis perueniſſet, coniecerit multis gentibus illius ripas incolis, prouectuſque viderit Æthiopas, quos humaniter ad ſe pellexerit, muneraque tranſmiſerit ad Regem, & quatuor nobiles adoleſcentes in Luſitaniam aduexerit, vt Luſitanica lingua & Chriſtianis ſacris erudirentur, vt quo pro euangelio Congitanis inferendo munere interpretum fungerentur. Propagato ita in dies latius Luſitano imperio, Innocentius regijs permotus precibus confirmauit iura in Guineam, & alia Saracenorum & cæterorum infidelium loca, quæ ſubijci contingeret Luſitano Regi a Nicolao V. Calliſto III. & Sixto IV. conceſſa. Aſcripta eſt pontificio diplomati hæc loci, & temporis nota. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIV. *pridie idus ſept. pontific. noſtri anno* 1.

Guinea & infidelium inuenta loca conceſſa Luſitano.

IESV CHRISTI

Annus 1485.

INNOCENTII PP. VIII. annus 1. | FRIDERICI III. IMP. annus 46.

1 INeunte anno humanæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto indictione tertia Innocentius conceptas iam vna cum pontificatu ſalutares de retundenda Turcica tyrannide curas intendit: ferebat enim rumor ingentem haberi a Baiazethe militum delectũ, claſſemque inſtrui & ornari in portubus Macedoniæ, ex qua in Italiam priore concuſſam bello ſumma vi inuecturus eſſet. Fauebat barbarorum audaciæ Chriſtianorum mutuis ſe ſe bellis petentium furor: quamobrem Pontifex vniuerſos principes ad tuendam Chriſti cauſam excitaturus imminentis diſcriminis admonitos hortatus eſt, vt ſacrum armorum fœdus ſancirent, communeque ſumptus ad ſuſtentandum militem ſuppeditarent, cuius eximium ſtudium non præterit ſilentio Panuinus b: *Pacis*, inquit, *atque otij ſtudioſiſſimus*, nimirum Innocentius, *omnes Chriſtianos principes frequentibus nuntijs hortabatur, vt mutuis diſſenſionibus & bellis compoſitis fœderibus iuncti, Turcarum vires, toto iam terrarum orbe formidabiles, retunderent*.

Obiectus Italiæ a Baiaz. grauis terror.

b Onuphr. Panuin. in Innoc. VIII.

Principes iungere fœdere nititur Innoc.

2 Teſtes ſunt illius pij laboris literæ ineunte februario ad Ferdinandum Regem Neapolitanum datæ c, quibus ſignificat ſe crebris orientalium nũtijs de formidando Baiazethis maritimo apparatu permotum Cardinalium & oratorum principum cœtus habuiſſe, communique conſilio decretum, comparandam triremium ſexaginta & viginti nauium maioris alnei claſſem ad tutanda Italiæ littora arcendumque hoſtem, ne quem portum vel munitum locum occuparet: tum de ſumptuum, qui a ſingulis fœderatis principibus Italis conferendi erant æqua & rata portione certiorem fecit, ſuoque exemplo, vt pote qui non aurum modo, ſed cruorem pro tam iuſta cauſa alacriter profuſurus eſſet, ad contrahenda vndique valida in barbarum auxilia ſolicitauit.

c Lib. 1. breu. pag. 14.

Regi Ferdinando.

3 Claſſem conſtare oportet ex ſexaginta triremibus & viginti nauibus onerarijs ad defenſionem tantum, non autem ad offenſionem, nam maiore numero opus eſſet: quingenti vero aurei pro ſingulis triremibus, mille autem pro ſingulis nauibus ſingulo menſe neceſſarij ſunt, qui pro quatuor menſibus ſummam conficiunt ducentorum millium aureorum. Adduntur deinde viginti millia pro viginti corporibus triremium comparandis, cum ex ſexaginta, quas neceſſarias duximus, non niſi quadraginta in promptu ſint: itaque erit omnis ſumma ducẽtorum & viginti millium ducatorum. Quomodo autem huiuſmodi impenſa proportionaliter inter omnes diuidenda ſit, nullum alium ordinem melius & clarius ſeruari poſſe iudicatum eſt, quam eum, qui in Cremonenſi dieta eſt ſeruatus, ita vt qui ad impenſam octingentorum equorum illic taxati ſumus, reducenda ad calculum manutenendæ huius claſſis quadraginta millium ducatorum ſummam ſubituri ſimus: maieſtas tua pro mille & quingentis equis ſeptuaginta quinque millia ducatorum, idem dux Mediolanenſis, Florentini pro ſexcentis triginta millia, ſicuti latius & diſtinctius ab eodem oratore tuo intelliges. Hortamur igitur te per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt portionem ipſam te tangentem exponere quamprimum non differas, ſi te & reliquos Italiæ potentatus ſaluos eſſe velis: idem cæteris ſcribimus. Non eſt tale onus, quod pro communi ſalute ab vno quoque veſtrum facile fieri non poſſit: nos & ſi pontificatum facultatibus fere omnibus deſtitutum, & maximis debitis grauatum inuenimus, tamen, conſiderata rei neceſſitate, etiamſi omnia noſtra æri alieno ſubijcere deberemus, partem noſtram in prompta habebimus, neque proprio ſanguini & vitæ parcemus, ſi opus erit. *Dat. Romæ die* 11. *februarij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* 1.

Deliberatum claſſem inſtruendã ſexaginta triremiũ & viginti nauiũ. Qui ſumptus ſint neceſſarij.

Vt onus pro rata portione diuiſum.

4 Admoniti etiam alij Italiæ principes a fœderati, vt decreta in Romanis conuentibus auxilia aurumque ſubſidiarium conferrent, nempe Hercules dux Ferrariæ octo millia ducalium aureorum, totidem Senenſes, marchio Mantuanus ſex millia, Montisferratenſis duo millia, Lucenſes totidem, Plumbini regulus mille in claſſiariorum ſtipendia ſuppeditare iuſſi. Imperata pariter alijs ſocijs erant nummaria ſubſidia, e quibus Florentini impoſitum triginta ſex millium aureorum repræſentandorum onus excutere annisi, inanes prætexuere cauſas, exhauſtam nimirum ærario in Genuenſi bello rempublicam: quibus Innocentius impendentia grauiora pericula propoſuit b, ſedandum æquitate illud bellum, adhibendos concordiæ interpretes amicos communes, eorumque arbitrio, ac poteſtati controuerſiam permittendam: non iam de exiguo limite ignobilique oppido, ſed de totius Italiæ ſalute, de religione agi; pares enim caſus, ni mature barbari propulſentur, cum alijs Italis ipſos ſubituros: *Potens eſt*, inquit, *reſpublica veſtra: hoc onus perferre*

a Ib. ep. 46 & poſt 1 conſ. ep.

Florentini illud detrectãt Moniti officij.

b Ib. pag. 132.

ferre pro gloria Dei, pro Chriſtiano nomine, pro
Concordia cum Genuen. quæſita, ſtuo. *conſeruatione rerum veſtrarum, etiamſi alieno bello occupati ſitis, quamquam nihil prætermittitur, quin diſſenſiones eæ de medio tollantur; ad quod celerius faciendum opportunum indicamus, vt vos Petramſanctam, &c. Iannenſes Sarzanam deponant apud quos conuentum erit inter partes: quo facto ceteræ erunt ad ineundam concordiam faciliora: ad hoc hortamur ex latere veſtro promptos velitis vos reddere, &c. Dat. Romæ die XXIII februarij MCCCCLXXXV. pontificatus noſtri anno I.*

5 Agunt de ea inter Florentinos & Ligures
a Aug. Iuſt. l. 5. Senar. l. 25. Folieta lib. 11. b Innoc. l. 1. breu. pag. 131. de limitibus controuerſia, ac bello hiſtorici a: ad quod ſedandum Pontifex ducem Mediolani interpretem admonuit b, vt vniuerſæ Italiæ vires ad communis hoſtis impetum propellendos inogerentur. Diremptam autem tradunt proximo ſecunte anno controuerſiam illam iis pactionibus, vt Petraſancta Florentino imperio adijceretur, Serezanellum vero Genuenſibus reſtitueretur, quamquam mox violato fœdere lis recruduit c. Intendebatur
c Id. lib. 2. breu. pag. 111. etiam vlteriori Siciliæ eiuſdem Turcici apparatus militaris terror: quare Innocentius Ferdinandum Siciliæ, Aragoniæ, & Caſtellæ Regem admonuit d, vt validam claſſem ad Siciliam contra barbaricas graſſationes irruptioneſque communiendam mitteret: ac Toletanum Cardinalem, gratia, & auctoritate, vt dixi, pollentem in Hiſpania, vt Regem ad id permoueret ſolicitauit e.
Monitus Hiſp. Rex vt Siciliæ conſulat. d Lib. 1. breu pag. 111. e Ibid.
Dum autem ita cæteros principes ad tutanda ſua prouocaret, pontificiæ oræ muniendæ non defuit, deditque f mandata Baptiſtæ Vrſino Apoſtolicæ ſedis legato, vt Anconam Picenaque littora præſidijs fortiſſimis inſtrueret: ad barbaricam vim comprimendam: tum Aſculanos & Firmanos in priſtinam concordiam reuocaret g.
f Ibid. pag. 105. & 163.

g Lib. 2. breu pag. 27. Interea laceſſiti crebris Turcarum graſſationibus miniſque Chienſes auxilia ab Innocentio poſtularunt, qui cum ad defendendam Italiam aduerſus imminentes Dei hoſtes incumbere cogeretur, indoluit ferendæ ope ſe parem non eſſe, præſertim ærario ob contracta nomina exhauſto: ſe tamen non defuturum rei Chriſtianæ pollicitus eſt h; & cum primum poſſet opitulaturum: egit autem apud Rhodiorum equitum principem, vt Chienſium ſuſcepto patrocinio Baiazethem, cum quo fœdus erat pactus i, ab ijs graſſationibus ſua auctoritate reuocaret.
Chienſes vexati a Turcis. h Lib. 1. pag. 168. i Boſius hiſt. equit. Hieroſ. l. 14.

Abſtinet a Chieu. vexand. Baiaz. l Boſius p. 2 l. 14. 6 Adhibuit Rhodius ipſe ſuam auctoritatem, vt C hi Turcicis vexationibus liberarentur, idque illius precibus datum refert Iacobus Boſius l: cuius beneficij memores ei vas ingens argenteum politiſſimo artis lenocinio elaboratum miſere, in quo ſculptæ erant hæ voces: *Domnorum Chij reuerendiſſimo Petro Daubuſſon magiſtro Rhodi de ſe optime merito donum.* Cæterum agitabat ille ob partam iam ante de Mahomete II. victoriã, & cohibitã ſuperiori anno Baiazethis II. claſſem, ne ex Helleſpontiaco freto in excidium Italiæ erumperet clariſſimus, conſilia de diſtrahendis viribus Turcarum, ne cœptam ante Italicam expeditionem inſtauraret: de quibus miſſo Guilelmo Caturcenſi equite oratorum principe Innocentium certiorem fecit. Exceptus ille honorifice in Cardinalium conſiſtorio orationem m elegantem habuit, qua Pontificem ad Chriſtianos in arma pro delenda Mahumetica ſuperſtitione concitandos ſolicitauit, commiſſaque feliciter a Rhodijs cum Turcis poſt captam Conſtantinopolim prælia commemorauit, ad Narangiam nimirum in inſula Lango fuſos fidei hoſtes, Antimachiæ obſidione depulſos, inſulam Simiarum eorum aſſultibus liberatam, defenſam Tilon, Turcicas naues ſæpius captas merſaſue, Ægyptios Rhodo propulſatos, Mahometis II. exercitum maritimum propugnaculis maxima ſtrage deiectum, obſeſſas anno ſuperiori Helleſponti anguſtias, fractoſque de Italia inuadenda conatus deſcripſit. Addidit Achmetem baſſam Hydrunti expugnatorem e viuis ſublatum, cuius morte pluribus ſalutem peperere. Denique commendata Innocentio Rhodo, quæ patrem eius genuiſſet, ambitemque ſeruaret, obedientiam detulit. Admiſit officia hæc Pontifex datis ad Rhodium litteris a Guilelmum oratorem commendauit: meditata de Baiazethe nouis bellis implicando, ne Italicam expeditionem cogitaret, conſilia extulit.
m Boſius p. 2. l. 14.
Rhodij principis legatio ad Pont.
a Innoc. l. 1. breu. pag. 163.

Magiſtro & conuentui Rhodi,

7 Venerunt ad nos, *& infra* oratores veſtri ad ſedem Apoſtolicam deſtinati, qui plenam, & debitam eidem ſedi obedientiam veſtro, & religionis nomine præſtiterunt, multaque, & accurate, & eleganter retulerunt de ſingulari veſtra erga ſacroſanctum hoc Romanum ſolium, & ſedentem in eo deuotione, & fide quod etſi nouum non fuit, vtpote qui cognoſcimus bonum zelum & ſynceritatem animi veſtri, iucundiſſimum tamen extitit tale, quid de vobis audire. Enarrarunt oratores ipſi eleganti terſaque oratione egregia facinora inſignis veſtræ religionis, præcipue vero recentem victoriam de Turcis habitam, & opportunum remedium ad cohibendos ipſorum Turcorum conatus, qui claſſem in Apulos pridem extruxiſſe feruntur. Hæc quidem, vt laude digna ſunt, ita omnibus placuerunt, vobiſque plurimum commendationis, & gloriæ attulerunt; nos vero ante alios mirifice ſumus oblectati, & propterea noſtra erga vos dilectio propenſior quodammodo eſt effecta. Reliquum eſt hortari vos, vt pro innata virtute animi, & præcipua in orthodoxam fidem affectione velitis, quod digne cœptum eſt, viriliter proſequi, & rempublicam Chriſtianam, hoc eſt Dei & creatoris noſtri cauſam toto animo, toto ſtudio, & toto fauore amplecti, cum de nulla alia re glorioſius ſit benemereri. Nos autem, & præfatam ſedem ſemper vobis benignos propitioſque in omnibus, quæ cum Deo poterimus, ſentietis. *Dat. Romæ die XXII. aprilis MCCCCLXXXV. pontificatus noſtri anno I.*
Equitum Rhod. elogium.
Commonitit vt rempubl. Chriſtianam tueãtur.

8 Non modo Rhodios hoc anno ritu ſolemni Innocentio, vt Chriſti vicario, obedientiam detuliſſe, verum etiam Angliæ b, Galliæ c, & Daniæ d Reges; Mediolani e, & Britanniæ f duces, Bertholdum Moguntinum, Ioannem Treuerenſem archiepiſcopos g imperij electores, nec non Genuenſes h ad eam præſtandam ampliſſimos oratores decreuiſſe ex regeſto pontificio conſtat; cum ijs vero egiſſe Innocentium de pacandis bellis ciuilibus refert Panuinus i: *Cum ſingulis*, inquit, *principum Chriſtianorum, & rerum publicarum oratoribus, qui ad eum plurimi honoris cauſa veniebant, de pace communique concordia diligenter agebat, cum enumeraret bellorum incommoda, violari templa, ſummi Dei cultum intermitti, vrbes diripi, virgines inceſtari: hæc, & huiuſmodi ſæpe repetebat.* Arctiſſimo nimirum fœdere coniungi fideles cupiebat, vt ſacra crucis dominica ſigna in religionis hoſtes attolli & circumferri poſſent, vt iam ante indicatum eſt.
b Lib. 4. bre. pag. 95. c Ib. pag. 164. d Ib. pag. 219. e Ib pag. 207. f Pag. 215 g Pag. 170. h Pag. 173. i Onuphr. Panuin. in Innoc. VIII.
Principes ab Innoc cõmoniti vt pacem inter ſe cõcilient. Germania bellis laniata.

9 Obſtabant vero bella, quæ præcipue inter

Mat-

Matthiam Hungariæ Regem, & Fridericum Imperatorem, tum inter Albertum Brandeburgenſem & Othonem Bauarum erant oborta, quorum arma ſi in Turcas iuncta fuiſſent, ampliſſima illis regna eripi potuiſſent. Cum autem Georgius vtriuſque Bauariæ dux, ſe pacis inter eos interpretem futurum exhiberet, pia illius ſtudia laudauit Innocentius, & vt ſtrenuam cœptis daret operam eſt adhortatus a.

a Innoc. l. 1 breu. pag. 6.

Georgio inferioris ſuperioriſque Bauariæ duci.

Georgius Bauar. dux pacis interpretem agit.

Dilecte fili ſalutem, &c. Quoniam ex fructu teſte Saluatore noſtro agnoſcitur arbor de zelo diuini honoris, & animarum ſalutis, quem aſſidue geris, & de tua erga ſedem Apoſtolicam reuerentia in Domino ſpem concepimus ex ijs, quæ nuper cum non mediocri venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ædificatione, noſtrique cordis gaudio ingenti a nobis requiſiſti, vt vere, qualem tuis literis polliceris nobis, appellare te ſanctæ huius ſedis, & noſtrum obedientiſſimum filium non immerito poſſimus, ea ratione cum aduerterimus te in pleriſque licet magnis, quoniam Dei honorem concernunt, eorum tamen, quæ proponuntur comparatione multum exiguis pro viribus curare diuerſis modis animas pereuntium de manu ſathanæ eripere, ſitque nobis compertum multa & naturalia, & temporalia bona, quibus te ad laudem, & gloriam nominis ſui ditauit Altiſſimus, te accommodatiſſimum eſſe, in cuius manu repoſita ſit magna ſpes pacis, & concordiæ inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Fredericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Matthiam Hungariæ Regem illuſtrem, ac inter dilectos filios nobiles viros Albertum marchionem Brandeburgenſem, & Othonem Bauariæ ducem, cum propter ſanguinis propinquitatem, qua nobilitas tua hos omnes diuerſis generis gradibus attingit, tum ex ſitu, & regione dominiorum tuorum, tum vero ex omni rerum ingenti copia, & maximis theſauris, quibus omnibus tecum, & cum patribus tuis benedixit, ac iterum tecum, & cum poſteris tuis, vt ſperamus, benedicet omnipotens.

Animat ad proſequenda egregie cœpta.

10 Lætati ſumus magnopere viſis petitionibus tuis, ac ex tuæ in Deum fidei, & affectus ſinceritate maiora concipientes in turbine tantarum rerum paſtorale onus, ad quod immeriti, Domino diſponente, vocati ſumus, ob tuæ deuotionis fiduciam ſenſimus maxime ſubleuari; ſperamus enim ſi tu, quemadmodum credimus fore vt cupias, & ad id te in Domino, quantum poſſumus, adhortamur, volueris partes vtraſque ad concordiam, & pacem hortari, quibus rationibus facile poteris, oſtenderiſque eos in tanto periculo patriæ illius, & reipublicæ Chriſtianæ debere in ſuis controuerſijs Apoſtolicæ ſedis iudicium, aut amicorum arbitrium non omnino contemnere, ipſiſque in diſcordiam perſeuerantibus parti æquiori adhæſurum te pollicitus fueris, non fore quemquam expectaturum, vt te contrariæ parti cum auctoritate Apoſtolicæ ſedis, & iuſtitiæ fauore, pro bono Chriſtianæ pacis coniungas. Quantum autem exinde bonum, & patriæ illi, & toti Eccleſiæ Dei, cuius de vniuerſali pace tractanda ex hoc principio ordimur, prouentum ſperare poſſimus, ſanguinis Chriſtiani a paucis annis ab illis, & ab alijs principibus Chriſtianis in Germania, Francia, & alijs partibus, maximeque a Turcis effuſus, & qui effundi paulo poſt, niſi Dominus prouiderit, formidatur, ſatis docere poſſent, niſi plurima alia omnibus nota bona inde prouentura, & mala euitanda conſpicerentur. Aggredere igitur, dilectiſſime fili, aggredere paterno ſine mandato, ſine monitu, ſine hortatu, ſine etiam precibus Chriſtianæ pacis initia, non enim dedignantur pro tam ſancto opere preces etiam filijs fundere, pro quo non poſſumus corporeis oculis, quales cuperemus, Domino lachrymas offerre. Memento, fili, effuſi ſanguinis, & Saluatoris noſtri primum, & deinde tot miſerabilium perſonarum, eiuſdem pretioſo ſanguine redemptorum, proſpice aut potius aſpice imminentem vndique Chriſtianis ceruicibus fidei hoſtem crudeliſſimum, & pariter potentiſſimum, teque magnum a Domino præparatum obicem tantis malis oppone, nec de ſucceſſu timeas, Dominus enim erit tecum, & noſtra tibi, toto corde benedicens, & ſemper felicia quoque precans aderit auctoritas vice illius, cui confidimus fore, vt ſtrenue, ac feliciter milites; iuuabimus enim te quibus rebus poterimus. Tantum aggredere cum Dei benedictione ſanctorumque omnium & noſtra diuinum hoc mediatoris & pacifici officium, quod tibi ex multa fiducia in vim obedientiæ Deo auctore imponimus feliciter adimplendum, vt ad maiora ac fortiora Dei munere brachium extendere, & gloriam tuam augere poſſis. *Dat. Romæ die* XXVIII. *ſeptembris* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* I.

Propoſitum imminens a Turca bellum.

11 Sedatum quidem bellum Bauaricum eſt, Auſtriacum vero magis accenſum, quippe Vienna a Matthia Pannoniæ Rege, qui vt pernicioſum hoc bellum cum Friderico gereret, pepigerat a cum Turca inducias, poſt ſex menſium arctiſſimam obſidionem, ingraueſcente annona, ad deditionem compulſa b eſt, quam Matthias pridie feſti corporis Chriſti pompa triumphali ingreſſus ad Neapolim vulgo Neuſtat nuncupatum debellandum exercitum immiſit. Ita vniuerſa pene Auſtria exutus Fridericus, quem Hungariã affectaſſe vidimus, per Germaniã oberrans, dolorem amiſſi auiti principatus ſe lenire nitebatur, atq; in hoſpitiorum muris hęc verba exaraſſe ferunt: *Rerum irrecuperabilium obliuio ſumma felicitas*. Vt vero Maximilianus poſt Matthiæ mortem Viennam recuperarit, dicetur inferius. Præſignatam autem fuiſſe Matthiæ mortem inſtabilemque felicitatem, refert Bonfinius c, cum eodem die, quo de Vienna ſubacta triumphum egit, maximus terræ exciterit motus. Melius conſuluiſſet ipſe & gloriæ ſuæ, & Hungariæ ſaluti, ſi aduerſus Turcas arma, vti facturum ſe iactabat, vertiſſet; ſed dum Germanico bello ſe implicat, Turcæ Valachiam, in quam ſupremum tenebat imperium, euaſtarunt; vnde vayuodam Polono ſe addixiſſe viſuri ſumus. Petierat vero ſuperiori anno Zizimum, vt memorati Baiazetis fratrem ſibi tradi d, vt eum illi opponeret, ac regiam Othomannicam ciuilibus bellis implicaret, ex quibus res Chriſtiana aſſurgere corroborarique poſſet. Eundem etiam a Rhodio principe popoſcerant Ferdinandus e Caſtellæ, Aragoniæ, & Siciliæ inſulæ Rex, tum alter Ferdinandus f Neapolitanus, qui exaratis XV. iunij die literis, eaſdem preces repetijt, vt eo ſibi coniuncto inferret Baiazeti bellum; Turcaſque diſſidio confunderet: popoſcit etiam eundem Ægypti ſultanus g, cum enim Baiazethem Caramano bellum indixiſſet, metuebat ſubacta Caramania in ſe Turcicos impetus verſum iri.

Vienna ab Vngaro obſeſſa.

Accepta in deditionem.

a Throſ.

b Bonf. dec. 4 lib. 6. Nauc. vol. 2. gen. 50. lib. 26.

Fredericus auito principatu pulſus

c Bonf. vbi ſup. Paulo Lang. chrõ Citiz. & alij.

Zizimus a multis principibus poſtulatus.

d Bonf. ut ſup. lib. 13.

e Id. ibid.

f Extant apud Bonf. lib. 14.

g Id. ibid.

Digitized by Google

12 Petierat etiam eundem Innocentius a, vt inſtruendæ expeditioni adiungeretur. Quibus Regum poſtulatis pulſatus Rhodiorum equitum magiſter adhibito ſuorum maturo conſilio ſoldano Ægyptio reſpondit, ſibi integrum non eſſe Zizimum illi tradere, cum Pontifex Romanus Chriſtianorum omnium ſupremus princeps illum ſibi dedi iuſſiſſet, nec ſine eius aſſenſu quidquam a ſe decerni poſſe: Chriſtianos vero Reges ſingulos hortatus eſt, vt ſociali fœderi a Pontifice ſanciendo accederent, quippe ſecum ipſe reputabat imbecilles eſſe vel Pontificis, vel Ferdinandi Neapolitani, & aliorum ſingulorum principum vires ad Turcicum euertendum imperium, atque ideo omnium coniungendas vires, qua de re arcana cum eodem Pontifice conſilia agitauit, ſenſitque b, Zizimum nulli dedendum principi, neque ex Gallijs euocandum, antequam communi principum decreto crucesignata expeditio conficeretur, ne quam Baiazethes ſuſpicionem conciperet; irritoque exacerbatus conato pactum cum Rhodijs fœdus infringeret, Chriſtianaſque prouincias magnis calamitatibus afficeret. Optabat porro Innocentius ſocialem illam expeditionem confici, inſtabatque vt ſibi Zizimus traderetur, vtque optatis potiretur, ducem Borbonium auctoritate in aula Gallica florentiſsimum velit c, vt ille ſibi dederetur, quo veluti idoneo inſtrumẽto ad magnas res pro Chriſtiana religione gerendas vſurus eſſet: *Hortamur*, inquit, *nobilitatem tuam, & quanto poſſumus ſtudio per Redemptoris noſtri ſanctiſſimam paſſionem requirimus, vt pro religione animi tui, & pro communi omnium ſalute, noſtraque contemplatione nobis aliquo modo permittere, aut quantum in te erit, pati, vt idem Turci frater ad alias quam noſtras manus † deueniat: nam ſi in noſtra fuerit poteſtate, modum & viam adinuenimus, quibus illo tanquam inſtrumento ad res magnas pro religione Chriſtiana, & Dei laude gerendas vti poſſimus. Itaque omni conatu ad id intendat nobilitas tua; nullam enim rem aut laudabiliorem aut vtiliorem communi ſaluti, & magis meritoriam apud Deum facere hoc tempore potes. Dat. Romæ die VII. decembris MCCCCLXXXV. pontificatus noſtri anno II.*

a Ibid.

Nulli dedendum cenſet Innocentius.

b Id. ibid.

c Lib. 1. breu. pag. 75.

A duce Borbonio illum repetit.

† non

Iniectæ ſpes de expeditione vniuerſali conficienda.

13 Gelsiſſe morem Gallos Rodioſque equites Innocentio tradito d illi Zizimo, nec tamen ob nouas inter Chriſtianos commotas diſſenſiones, quæ Pontificem ipſum exercuere, ſacrum decerni in Baiazetem bellum potuiſſe, ſuo loco dicetur. Interea ob Chriſtianorum in ſuſcipiendo pro Numine pio bello ſegnitiem, & ſæuum in hauriendo mutuo cruore ardorem furoremque Turca maximum, & firmiſsimum collegit exercitum quem effudit e in Valachiam aduerſus Carabogdanum principem, eaque expeditione Chilium vaſtatis late agris captum refert Boſius: deinde coniunctis Tartaris Moncaſtrum ad deditionem certis pactionibus adactum; mox tamen violata fide direptas fortunas, ciues in ſeruitutem abductos, eorumque coloniam deductam Conſtantinopolim.

d Boſ. p. 2. lib. 14.

Irrito exitu diſſolutæ.

e Id. ibid.

14 Meminere de Turcica per Valachiam graſſatione Michouias f, & Cromerus g, aduntque Stephanum Valachiæ Palatinum Turcarum imparem potentiæ tutioribus & munitioribus locis ſe continuiſſe, Caſimirique Regis Poloniæ opem imploraſſe, pollicitum ſe in auctoritate eius futurum. Polonus itaque cum perpenderet Turcas ſubacta Valachia iter ſibi ad Poloniam inuadendam munituros, ac ſatius fore ſocios ſibi iungere Valachos in Turcas, quam coniunctos Turcis hoſtes experiri, tum magnæ gloriæ amplificationique Polonicæ rei verſum iri, ſi Valachus, qui antea Turcas, Tartaros, Hungaroſque vicerat, & Polonico parere imperio recuſarat, ſe illi ſponte pro aſſerendo contra Turcas principatu ſubdidiſſet, exercitum in expeditionem ad illum in ditionem ſuam reſtituendum duxit, ſolemnique ritu in clientelam ſuſcepit, vt refert Cromerus a pluribus verbis, quem auidus lector conſulat.

f Michou. l. 4. c. 64.

g Cro. l. 29.

a Id. ibid.

15 Addit auctor Caſimirum tria millia lectiſſimorum equitum auxiliaria illi adiunxiſſe, quibus palantes, & populabundos Turcas Stephanus coercuerit, varijs etiam tumultuarijs prælijs atriuerit, cum Valachi leuiori armatura vti ſoliti procurrerent in Turcas, ab ijſque petiti mox ſe reciperent ad Polonicum agmen extremum, a quo grauiori armatura inſtructo Turcicus equitatus reprimebatur, agriſque ceſsit. Interea Caſimirus ingentem crucesignatam expeditionem aduerſus Turcas Tartaroſque conficere meditatus Innocentium proximo anno decreta ampliſsima legatione orauit, vt Chriſtifideles ad dandum ſacræ militiæ nomen mittendaque ſubſidia pro tuendo Chriſtiano imperio, quod Turcæ effrenato præcipitique furore euertere nitebantur, permoueret, cum pro certo haberetur, Turcas per calcatos Polonos ad aliarum finitimarum gentium excidium irrupturos eſſe, de quo inferius agetur.

Repreſſi Turcæ Polonorum ope.

Polonos in Turcas ſacrum bellum meditatus.

16 Neque a Turcis & Tartaris modo, verum a ſchiſmaticis vexata eſt catholica reſpublica. Ioannes enim Baſilius Moſcouitarum dux in Liuoniam incurrit; lateque ad Tarbatenſem vſque principatum effecta vaſtitas, ac prædæ auerſæ fuerunt: de quibus certior factus Innocentius ducem ipſum increpuit b, peſſimam gratiam ab eo Romanæ eccleſiæ referri, cum ob traditam ſibi Sophiam Palæologam coniugem futurum ſe Apoſtolicæ ſedi obſtrictum, & amicum ſpopondiſſet.

Moſcouita in Liuoniam excurrit.

b Lib. 1. breu. pag. 182.

Ioanni principi Moſcouiæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. Non ſine admiratione, & moleſtia intelleximus quoſdam ex tuis prouincijs inquietos homines ſiue iuſſu tuo, ſiue temere, & inſolenter, vt plerumque fit, prouinciam noſtram Liuoniæ ingreſſos, illamque ad Tarbatenſem vſque ditionem pluribus in locis depopulatos eſſe, nec adhuc illos quieſcere audimus, ſed quotidie magis, ac magis conari circa illius prouinciæ depopulationem, non ſine noſtra, & eccleſiæ Romanæ ſumma ignominia. Et cum ad nos tum ob fidem Chriſti, tum etiam quia nobis immediate ſubijcitur, tutela eius prouinciæ pertineat, non poſſumus profecto non ægerrime ferre huiuſmodi inſolentias, maxime cum cogitamus eas inferri ab eo principe, a quo nos, & Romana ſedes plurimum gratificationis, & humanitatis expectare videbamur: & ne Romanorum Pontificum in te, & tua cumulata beneficia exprobrare tibi videamur, vnum tamen commemorabimus, quod tuæ nobilitati felicis recordationis Sixtus IV. prædeceſſor noſter perhumaniter exhibuit, quando eius cauſa illi te cum tuis omnibus facultatibus obtuliſti, & futurum obnoxium perpetuo deuinxiſti. Non ſunt hæc promiſſa tua, non noſtra, & eccleſiæ Romanæ in te beneficia, ſi pietatis prædeceſſoris noſtri in te, & promiſsionis tuæ in eum tam cito obliuiſceris, quid deinceps te facturum

Rogatus ab Innoc. vt bello abſtineat.

Commonitus beneficij a Sixt. IV. accepti.

putas

Digitized by Google

putas nos arbitrari? Proinde cogita quantum ſit alienum ab humanitate nos lædere ſine cauſa, & quam inhumanum principi fidem promiſſionemque fallere. Sed dices fortaſſe tuorum inſolentia, non tua cauſa id eſſe factum: profecto niſi crederemus hoc ipſum, non poſſemus tibi non multum ſuccenſere, prouidereque remedijs opportunioribus vt prouincia noſtra Liuoniæ tutior eſſet. Verum quoniam non poſſumus non arbitrari, te obnoxium Romanæ eccleſiæ huiuſmodi inſolentias nobiſcum pariter, qui illi præſumus, ferre moleſte, atque pro tua virili illis obſiſtere, & maxime obuiare. Idcirco hortamur te per pignus fidei tuæ, vt velis, non modo tu deſiſtere ab ijs vexationibus, verumetiam ſubditis, & vaſſallis tuis, vt deſiſtant omnino interdicere, & prohibere, ne deinceps prouincia noſtra Liuoniæ de te, vel tuis apud nos iure conqueri poſſit: quod plane nobis, & collegio noſtro gratiſſimum erit, & in futurum aliquando, ſi deſiſtes, & tibi, & tuis propenſiores eſſe poterimus. *Dat. Romæ die* XXI. *maij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* 1.

Liuonia iuris ſedis Apoſt.

Iniit conſilia cum proceribus de ſuſcipiendo in Moſcouitam bello ſacro Ioannes Daniæ, Noruuegiæ, & Sueciæ Rex a, quem ad glorioſum id facinus Innocentius ab Vpſalenſi archiepiſcopo excitari iuſſit b.

Danus in Moſcum ſolicitatus.

a Ibid. pag. 122. b Ibid.

17 Gerebat tum in Germania, Hungaria, Bohemia alijſque finitimis prouincijs epiſcopus Tifernas legationis apoſtolicæ munus, ipſi iam ante a Sixto IV. impoſitum, permiſeratque ad ſedandos religionis ſtimulos nonnullis populis, apud quos lacticiniorum vſus diebus ab Eccleſia vetitis inoleſcebat, vt ijs veſci poſſent, modo ſedis Apoſtolicæ auctoritas accederet; cum vero ea indulgentia adeo generalis ab eccleſiaſticis inſtitutis abhorreret, ita illa ab Innocentio temperata eſt c, vt proximo quinquennio elapſo irrita prorſus eſſet.

Lacticinia Vngaris permittit Inn. quadrageſima.

c Lib. 2. bre. pag. 7

18 In Bohemia recruderat Huſſitarum hæreſis ſuperioreque anno magnæ cruentæque catholicorum ſtrages editæ fuerant: quorum malorum auctor extiterat Auguſtinus olim epiſcopus Sanctarienſis natione Italus, qui inanis gloriolæ titillatione commotus ſepultos iam Conſtantienſis, & Baſilienſis conciliorum auctoritate errores inſtaurarat: cumque ementita ſe poteſtate inſtructum iactaret, nec non a Romana eccleſia ſacris pontificalibus initiatum, tum plures Bohemos ſacerdotio inſigniuiſſet, ſectam ampliſſimum conſtarat, ac rudes populos hypocriſis pompa allectos erroneis opinionibus irretierat. Qui poſtea cum tot ſcelerum conſcientia agitaretur ad ſaniorem mentem deſignati epiſcopi Patauienſis coſilijs reuocari viſus eſt. Qua de re factus certior Pontifex clementia vſus veniam eſt pollicitus, modo ex Bohemia, ne eam vlterius inficere pergeret; exceſſurus eſſet: eo enim ad Romanæ eccleſiæ caſtra traducto ſubornatos populos facilius catholicam veritatem amplexuros, cum ducem ac ſigniferum factionis ſuæ, dogmatumque impiorum aſſertorem amiſiſſent, proinde Patauienſi præſuli dedit mandata d, vt illum omni ſtudio ad Eccleſiæ gremium allicere niteretur.

Auguſtin pſeudoep Sanctarien. hæreſeos Huſſit. inſtaurator

Ad ſaniorem mentem redire viſus.

d Lib. 1. breu. pag. 204.

Electo Patauienſi.

19 Intelleximus, quæ nuper venerabili fratri & dilecto filio noſtris Marco epiſcopo Præneſtino S. Marci, & Franciſco S. Euſtachij Senenſi Cardinalibus ſerioſe ſcripſiſti ſuper negotio illius filij iniquitatis Auguſtini olim epiſcopi Sanctuarienſis. Laudamus prudentiam tuam, & pietatem reuerentiam, ac obſeruantiam, quibus hanc ſanctam ſedem in hac re proſequi videris: pluſimum commendamus, & in primis probamus, quod literas, & nuncios eiuſdem olim epiſcopi admiſeris, & eis prudenter reſponderis. Placet, vt in tractatu ſecum perſeueres, forte quod Deus, qui Paulum ex Saulo fecit, nunc tetigit cor illius, & ab eius oculis erroris ſui ſquammas miſericorditer remouebit. Magna ſunt, vt noſti, quæ hic vir in Eccleſia Dei mala perpetrauit: plus valuit hic fouendo hæreſes ſolo anno, quam duo generalia concilia, & multi Romani Pontifices per multa ſæcula ad eiuſmodi incendia extinguendum, Huſſitas pene eliminatos ſuis machinationibus inſtaurauit, conſulendo, hortando, monendo ſua ementita auctoritate in damnata opinione confirmauit, & (quod pernicioſius eſt) multos in ſacris ordinibus profanando Bohemiæ eccleſiam mirabiliter afflixit. Non poſſumus non vehementer dolere, cum illatam miſerabilibus catholicis anno ſuperiori cladem memoria repetimus, poteſt tamen Deus, vt dicit ſcriptura, ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, vt medelam ferat inde hoſtis, vnde læſerat, Cenſemus publicæ vtilitati expedire, vt hic homo ex regno illo extrahatur, nam per eum hæreticorum conſilia, & machinationes cognoſci poterunt, & ſi aliud nihil erit, non erit parum ducem, & aſſertorem dogmatum ſuorum illis abſtuliſſe. Multum enim indoctum vulgus mouet, & quod epiſcopus eſt, & quod Italus, & a Romana eccleſia conſecratus a nobis exiuit, non putant idiotæ, & qui magiſtrum auribus ſuis prurientem nacti ſunt ab huiuſmodi homine quidquam afferri poſſe non verum: qui cum illum ad orthodoxos defeciſſe videbunt, ad percipiendam veritatem magis reddentur idonei, & ſaltem duce priuati plurimum ex conſueta ferocia dimittent; quare deuotionem tuam monemus atque hortamur in Domino, vt Auguſtinum præfatum omni ſtudio ad te allicias, & ſi ad te venerit benigne ſuſpicias, &c. *Dat. Romæ die* XXIX. *ianuarij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* 1.

Maxima ab eo Bohemiæ mala inflicta.

Paratum ſe ad illũ in gratiã admittendum oſtendit Innoc.

20 Pullulabant in reliqua Germania nonnullæ aliæ hæreſes, arteſque magicæ, ad quas excindendas cum cenſores fidei conſtituti eſſent, Innocentius archiducem Auſtriæ a, vt eos ſua auctoritate fulciret: tum aduerſus magicarum ſuperſtitionum reos daret operam, ne candentis ferri illæſo contactu innocentiam probare niterentur, cum reprobum eſſet illud probationis genus, quo ſontes dæmonum opera ex ſeueritate iudicum euolare, & inſontes opprimi poſſent; ſed vt legum pontificiarum & cæſarearum ordo in eos ſeruaretur.

a Lib. 1. breu. pag. 204.

Vſus candentis ferri reprobatur probationis genus.

Archiduci Auſtriæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. Ex fidedignis relatibus accepimus, & te etiam ipſa compertum habemus quantus, & quam feruens ſit zelus tuus erga fidem orthodoxam, illiuſque ſumendam protectionem aduerſus hæreticorum, & maleficorum ſectam, in quo vere oſtendis te eſſe principem catholicum, & Deum timentem, quod de te ſemper omnino opinati ſumus; vnde nobilitatem tuam plurimum commendamus hortantes paterno affectu, vt in bono opere, & ſancto inſtituto animoſius in dies perſeueres, ſicuti te facturum non dubitamus. Cum autem officium inquiſitionis

in

in hac re ſit valde opportunum, eandem tuam nobilitatem pari modo hortamur, vt inquiſitoribus per ſedem Apoſtolicam, vel ex eius commiſſione deputatis aut deputandis omni auxilio, & fauore aſſiſtas; & tamquam archidux alios quoque inducas, & excites ad fauorem ſimiliter ſuum præſtandum; maxime vero contra reprimendos maleficos vtriuſque ſexus, ne aliquo pacto ad iudicium candentis ferri admittantur, prout iure cautum habetur, ſed iuxta ſanctorum canonum inſtituta, & leges imperiales pro qualitate ſcelerum debitis pœnis afficiantur. *Dat. Romæ die* XVIII. *iunij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* I.

Vetitum magos eo tentari.

21 Inter cæteros principes explicuere in Hiſpania eximium tuendæ pietatis incorruptæque religionis aſſerendæ ſtudium Ferdinandus & Eliſabetha Reges, quorum opera hæreſeō ſentes euulſæ, ſuperſtitioneſque exciſæ; tum ſeueritas animaduerſionis in neophytos in Iudaicam ſuperſtitionem relapſos Toleti adhibita eſt a. Cum autem nonnulli impijs opinionibus irretiti in gratiam cum Eccleſia redire cuperent, ſed palam damnare errorem erubeſcerent, cum nobilitate conſpicui eſſent, aſſenſit Innocentius, vt clam id præſtarent, præſentibus tamen Rege ac Regina, vt eo metu frænati priſtinos errores non repeterent.

a Marian. l. 25. c. 7. Marrhani nonnulli hæreſim eiurant.

Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in regno Hiſpaniæ.

Dilecte fili ſalutem, &c. Accepimus eſſe nonnullos in regno iſto hæreticos, non tamen publicos, qui libenter ad catholicæ fidei gremium redirent, ſi hæreticæ eorum prauitatis abiuratio ſecrete admitteretur, cum ſint viri ſatis honorabiles, & non paruæ exiſtimationis, itaque deſiderantes cunctorum animas omnipotenti Dei lucrifacere, vobis per præſentes committimus, & facultatem deſuper concedimus, vt cuiuſmodi conditionis hæreticos, qui nunc illic reperiuntur, vel in poſterum reperientur ad occultam, & ſecretam abiurationem admittere, & ad catholicæ fidei veritatem, & reconcilationem reducere valeatis; ita tamen, quod abiuratio ipſa fiat præſentibus, & audientibus chariſſimis in Chriſto filijs noſtris Rege, & Regina Caſtellæ, Legionis, & Aragonum illuſtribus, ne illi ſi forſan, quod abſit, in priſtinum errorem reinciderent pœnam relapſorum poſſint aliquo prætextu ſubterfugere. &c. Non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum die* XV. *iulij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* I.

Permiſſa illis ex arcano eiuratio.

Conſtitutum porro fuerat in Hiſpania ſacrum cenſuræ fidei tribunal ad Marranicæ hæreſis, qua opibus etiam, & dignitatibus profanis, & eccleſiaſticis conſpicui non pauci infecti erant, infandas propagines late pullulantes excindendas, cuius metu adeo inhorruere impij, vt in Aragoniæ regno ſeditionem concitatam maxime a neophytis ex ſuperſtitione & ſtirpe Iudaica ad Chriſti cultum adiunctis refert Surita b, addatque non defuiſſe viros primarios, qui his ſe coniunxerint, contenderintque indici nouas leges contra Aragoniam libertatem, cum non modo hæreſeos rei exuerentur bonis, ſed ne quidem teſtium contra reos nomina producerentur, tantam enim acerbitatem ab antiquis abhorrere inſtitutis, regnoque exitium allaturam querebantur.

Cenſura fidei conſtituta in Hiſp.

Mota a nonnullis ſeditio in Aragoniam.

b Surit. to. 4. annal. l. 20. c. 65. & Mariã. l. 25. c. 8.

25 Poſt varias concertationes Aragoniæ libertatis aſſerendæ ſpecie Ferdinandum ordinum regni conuentus oratorum opera rogarunt, vt proſcriptionibus bonorum inflictam hæreticis pœnam abrogaret: quod vt facilius eblandirentur neophyti Iudaici generis, corrogata pecunia tum Romanæ tum regiæ curiæ adminiſtros corrumpere pertentarunt, ſperabant enim fore, vt mulcta bonorum abolita, deinde cenſura ſacra conſeneſceret: cumque iam plures magnates in ſuas partes traduxiſſent, qui ab ſæuiore inquiſitorum imperio indici ſeruitutem publicamque libertatem labefactatum iri verebantur, audacia & furore perciti in fidei cenſorum capita coniurarunt, ijs enim ſublatis neminem id munus ſuſcepturum præfidebant. Struxerunt itaque vitæ eorum, qui de religione quæſtiones habere cœperant, inſidias; cumque eos deſignatis locis opprimere non potuiſſent, Petrum Arbueſium fidei cenſorem apoſtolicum, dum ad nocturnas preces in eccleſiam progreſſus ante aram nixis genibus orabat decimaquinta ſeptembris die vulneribus confodere, nec inter lethales ictus aliæ ab ipſo expreſſæ voces, quam laudes & grates actæ Chriſto, qui illum pro fide mori vellet; diffugientibus autem ſacrilegis ſicarijs clerus, qui ſacras laudes Deiparæ occinebat, Arbueſium in ſuo volutatum cruore, piaſque preces interciſis vocibus repetentem exiuicrunt. Vixit biduo integro, totoque eo ſpatio nihil præter diuinas laudes locutus. Quo atroci caſu commoti Cæſarauguſtani mox arma ſumpſerunt quaſi extrema immineret clades, ac niſi Alfonſus eorum archiepiſcopus inuectus equo per vicos prouolans furentem plebem cohibuiſſet, neophyti ſontes inſonteſue crudeliter cæſi fuiſſent ſine vllo iudiciario ordine; eo autem mox inſtituto de ſæuiſſimis interfectoribus ſumpta ſunt iuſta ſupplicia. Id porro mirum accidit, vt cum martyris corpus ſepulchro ritu eccleſiaſtico redderetur, eius cruor ab impijs ſolo ſparſus feruere viſus ſit: qua de re publicas tabulas tunc confectas refert Surita a, quarum præcipua pars decerpenda viſa eſt, cum auctorum de tempore cædis, & rei veritate controuerſias omnes dirimant.

Prætexta flagitio libertas.

Petrus Arbueſius cenſor martyrio affectus.

Catholici in arma coorti.

a Surit. to. 4. annal. l. 20. c. 65. Marian. l. 25. c. 8. & alij. b Extat in archi. eccl. Cæſaraug.

In Dei nomine. Amen.

23 Nouerint vniuerſi quod anno a natiuitate Domini MCCCCLXXXV. die videlicet intitulata XVII. menſis ſeptembris apud ciuitatem Cæſarauguſtæ in ſede (id eſt eccleſia principe) eiuſdem ciuitatis Cæſarauguſtanæ inter altare & chorum dictæ ſedis, vbi reuerendus magiſter Petrus Arbues, alias Epila, quondam ſacræ theologiæ profeſſor, inquiſitor quondam ſanctæ fidei a ſancta ſede Apoſtolica ſpecialiter deputatus fuerat vulneratus ceciderit ex ictibus & vulneribus ſibi decimo quinto die prædictorum menſis & anni hora matutinarum illatis; de quibus vulneribus die præſenti decimaſeptima ab hac luce tranſmigrauit & obdormiuit in Domino: in quo loco ex dictis vulneribus effuderat ſanguinem, *& infra*, tam dicta decima quinta die quam decima ſexta, *&* præſenti, die prædictorum menſis & anni dictus locus, vbi dictus ſanguis fuerat effuſus, fuit per quampluri mas & diuerſas perſonas eccleſiaſticas & laicas viſus, perſpectus, & valde bene recognitus, qualiter vix poterat cognoſci, quod eſſet ſignum ſanguinis, & ſi aliquid videbatur de dicto ſanguine erat quaſi nihil, & deperdito quaſi in totum colore dicti ſanguinis, & erat adeo deſiccatum, quod erat impoſſibile cum aliqua papyro aut panno lini, neque lanæ, nec alia quauis re aliquid ex dicto ſanguine accipi: & ſic de prædictis multi & diuerſi Chriſti fideles fidem & tela-

relationem faciebant, & fecerunt publice. Et quia tunc dicta decima ſeptima die domino Deo altiſſimo diſponente, vt maior memoria de dicto reuerendo patre domino magiſtro Petro de Arbues alias epila inquiſitore ſanctæ fidei haberetur, qui pro exaltatione ſanctæ fidei, & pro extirpatione hæreticæ prauitatis, fama publice referente, per totam dictam ciuitatem mortem paſſus eſt, ſanguis in dicto loco ante chorum dictæ ſedis, vbi effuſus fuerat reuenerat, & effuebat tanquam ſi de recenti ſparſus fuiſſet, vbi totus populus velociter currebat ad accipiendum ex dicto ſanguine, quidam cum papyro, & alij cum panno lini, & alijs diuerſis modis, & erat tam magna velocitas, & decurſus gentium ad leuandum prædicta, & accipiendum ex dicto ſanguine, quod vix homo poterat inter gentes, niſi cum magna vi, & cum magno exercitio accedere, & intrare ad dictum locum, & ad dictum ſanguinem, tali modo, quod apud omnem populum communiter illud pro euidentiſſimo miraculo reputabatur.

Diuino miraculo ſanguis martyris viſus efferueſcere.

24 Ideo cum prædicta euidentiſſime viderentur eſſe in exaltationem ſanctæ fidei Chriſtianæ, & in honorem & gloriam fidelium Chriſtianorum, defenſionem fidei Chriſtianæ, & confuſionem proſecutorum illius, & aliorum hominum malorum, & quia memoria eſt labilis, vt de prædictis in futurum de tam magno, & maximo actu perpetuo memoria habeatur, reuerendus magiſter Martinus Garſia ſacræ theologiæ profeſſor dictæ ſedis Cæſarauguſtanæ canonicus tanquam procurator multum venerabilis capituli canonicorum dictæ ſedis, requiſiuit per me notarium, & teſtes infraſcriptos fieri ocularem inſpectionem, & recognoſcere dictum ſanguinem, & de prædictis facere publicum inſtrumentum, &c.)

Ebulliit iterum ſacer ille cruor, quem innumera Cæſarauguſtanorum multitudo vaſijs pannis exterſerat, decimo quinto (ex quo effuſus fuerat) die, vt alia publica documenta teſtantur ſuis concepta verbis, atq; anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quinto die vigeſima nona ſeptembris conſignata.

Iterum decimoquinto die a cæde ebulliit.

25 Hoc prodigio orthodoxa fides aduerſus Marranos corroborata eſt; tantum enim abfuit a, vt ſacrum tribunal habendarum de religione quæſtionum euerſum fuerit cæde Arbueſij, vt multo magis ea firmatum ſit, atque in neophytos, qui in Iudaicas ſuperſtitiones relapſi erant, quorum in Hiſpania excreuerat immanis multitudo, acriter fuerit animaduerſum, fideique catholicæ cenſoribus præſidij cauſa datum fuerit, vt in arce, cui Algiaferia nomen eſt, habitarent. Cæterum vertente anno Cæſarauguſtani funebres honores Petro Arbueſio celeberrimo ritu quaſi conſecrato martyri perſoluerunt, ac deinde excurrentis ſæculi anno nonageſimo communi voto lampadem ſepulchro appendere, eiuſque veluti aliorum ſanctorum martyrum Cæſarauguſtanorum numero additi memoriam coluere, flexoque temporis ob editas eius precibus cœleſtes virtutes Paulum III. Caroli V. rogatu decreuiſſe, vt anniuerſaria eiuſdem martyris memoria ritu ſolemni celebraretur vt tradit Ioannes Mariana b, quem emendes ex allatis publicis monumentis, dum Petri martyrium in ſequentem annum refert, atque efferueſcentia cruoris miraculorum ludibria fuiſſe oculorum ſuſpicatur.

a Surita l. 20. c. 65. Marian. vbi ſup.

Martyrii honores Petro Arbueſio habiti.

Mariana impie diuinum miraculum eleuat.

b Marian. l. 25. c. 8.

26 Cæterum nō modo de excindendis hæreſibus, verum perpoliendis etiā eccleſiaſticorum moribus, atque eccleſiaſticæ diſciplinæ in priſtinum ſtatum reſtituendæ a Ferdinando & Eliſabeth Regibus nauata eſt opera: Innocentium enim Pontificem excitarunt, vt ſacerdotum vitia libidineſque apoſtolica falce amputaret, qui licet iuuentutem ipſe idem vitijs contaminaſſet, vtpote quem nothos palam ſuſceptos eccleſiaſticis opibus auxiſſe ferunt: tamen illius, cuius vices gerebat, memor encyclicis literis Hiſpaniarum archiepiſcopos cōmunicato cum ſuffraganeis conſilio clericorum vitijs caſtigandis, ac diſciplinæ ex canonicis inſtitutis ſanciendæ operam nauare iuſſit a, ac ſi defuiſſent officio pontificiam ſeueritatem intentauit: *Hortamur fraternitatem tuam, vt clerum tuum, & alias religioſas perſonas, quæ tuæ curæ ſubſunt commonefacias, & reformes, & ita agas, vt ab his abſtineant, & quæ ſacri canones præcipiunt in habitu moribus, & vita ſeruent, & ſe emendent hoc idem & his ſuffraganeis præcipere poteris circa correctionem reformationem, & emendationem cleri ſui, & aliarum regularium perſonarum, quæ ſubſunt eorum curæ, vt in tota tua prouincia nulli cuiquam iuſta querela detur de immoderata, & diſſoluta eorum vita; nam ſi id, quod tuo potiſſimum incumbit officio negligeres aut poſtponeres, facere cogeremur ex iniuncta nobis vniuerſali cura huic reformationi manum apponere, quod tibi, & alijs ad honorem non cederet quandoquidem, vt diximus, & regia maieſtas, & regni ſolicit effiagitare a nobis non ceſſant, ſed confidimus te pro tua prudentia, & probitate opportune deſuper prouiſurum, quod vt facias, iterum atque iterum hortamur, & monemus. Dat. Romæ apud S. Petrum die XI. iulij MCCCCLXXXV. pontificatus noſtri anno I.*

a Lib. 1. breu. & pag. 218. & regeſt. poſt eand. ep.

Ad horū preces data præſulibus impeſia vt vitium excindāt.

27 Emicuit præterea Ferdinandi & Eliſabeth Regum pietas in circumferenda amplificandaque Chriſtiana religione, gerendoque aduerſus Granatenſes Mauros bella ad impiam ſuperſtitionem in Hiſpania delendam: quos pios conatus licet antea adhibuiſſent, hoc tamen anno maiori contentione vrſere. Accenderat primam belli Maurici, quo Granatenſe regnum conflagrauit, ſordibuſque Mahumeticis expurgatum eſt, facem Maurorum Rex Hali Abenhaſan bellicis artibus exercitus, nouarumque rerum cupidus violatis inducijs, captaque quadriennio ante Zahara omnibuſque Chriſtianis incredibili ſæuitia trucidatis. Verſa autem res eſt contrario, quam Maurus putarat, exitu; quippe ea perfidia & crudelitas totius Maurici generis excidio vindicata b eſt virtute Ferdinandi Regis.

Bellum Granat. magno ardore geſtum.

28 Petiiſſe illum iam a Sixto IV, impetraſſeque auxiliaria ſubſidia ad tuendam contra barbaros religionem, refert Ælius Antonius Nebriſſenſis c his verbis: *Ad ſupplendos hos ſumptus miſſa eſt a Pontifice ſummo cum ſenatus apoſtolici aſſenſu facultas diſtribuendi centum millia ducatorum aureorum per vectigalium eccleſiaſticorum claſſes, vt his redditibus onerandis ex iuſtitia diſtributiua nemini fieret iniuria: Ex Eccleſiæ quoque theſauro bullas mittit, quæ cruciferis in Chriſtianorum hoſtes euntibus concedi ſolent ea lege, vt ſtipes ex fidelibus emendicata non alia in re, quam in ipſo bello cum hoſtibus gerendo inſumerentur.* Hac liberalitate apoſtolica ſuſtentatum in Mauros bellum fuerat: cum vero Innocentius ineunte pontificatu Sixti de decumis diplomata abrogaſſet, Ferdinandus decumanum ius ſibi prorogari ab Innocentio flagitauit; cui humaniter aſſenſit.

b Aelius Ant. Nebriſſ. dec. 2. lib. 1. Lucius Marinæ. lib. 20. Mariana l. 25. c. 1. & alij. c Nebriſſ. dec. 2. l. 1. cap. 1.

Ea indulgentija redactū aurum ſubſidiarium.

29 *Nos, inquit, attendentes quā ſit dignū, & quam lauda-*

Digitized by Google

laudabile, ac Deo immortali acceptum, & omnibus Chriſtifidelibus commune bonum huiuſmodi ſanctiſſimum opus, ac propterea volentes Regem & Reginam, quoad poſſumus, prout ſemper ab intimis deſiderauimus, in eorum ſancto propoſito, & eiuſmodi communi bono omnibus vijs atque remedijs opportunis conſeruare, & nedum de noſtris & ſanctæ Romanæ eccleſiæ facultatibus, ſed etiam proprium, ſi neceſſe fuerit, ſanguinem effundendo iuuare exemplo illius, qui pro ſalute gregis dominici mortem ſubire non abnuit, & cuius auxilio non dubitamus prouinciam huiuſmodi feliciſſimum exitum, prout iam optima principia indicant, conſecuturam, & tandem Regem & Reginam præfatas, ac Chriſti cultores, de huiuſmodi ſpurciſſimis Saracenis, qui tot opprobria fidei noſtræ, & Chriſtianæ religioni continue inferre non ceſſant triumphaturos, & propterea æquum, & rationabile cenſentes, vt & alij Chriſtifideles, & præſertim eccleſiaſticæ, & religioſæ perſonæ regnorum, inſularum, terrarum, locorum, atque dominiorum eiſdem Regi & Reginæ ſubiectorum, de quorum gloria, laude, honore, commodo, & vtilitate perpetuis in primis agitur, huic ſanctiſſimo operi a' imo ſubueniant, prout eos pro ſua in fidem Chriſtianam maxima deuotione, & religione etiam libenter attenta rei neceſſitate, quæ non dilationem, non moram, ſed maximam celeritatem exigit, facturos non dubitamus, matura ſuper hoc deliberatione præhabita cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus vnam veram, & integram decimam, nempe vectigalium eccleſiaſticorum, *in omnibus regnis, inſulis, terris, locis atque dominijs prædictis eiſdem Regi, & Reginæ mediate, vel immediate ſubiectis, & infra pro vno integro anno, & infra, in præmiſſum fidei opus tam commune, tam ſanctum, tamque perneceſſarium videlicet contra ipſos Granatæ Saracenos per Regem, & Reginam præfatos, & non in alios vſus omnino conuertendum de fratrum prædictorum conſilio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium imponimus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXXV. VII. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* I.

30 De propoſitis ſacris indulgentijs ijs, qui ſubſidiariam ſtipem proficiendis in rem militarem ſumptibus, extant etiam literæ ad Ferdinandum, & Eliſabetham miſſæ a.

Regibus Hiſpaniæ.

Venit ad nos dilectus filius Franciſcus de Roias, *& infra*, quod de reſtitutione cruciatæ per ſanctæ memoriæ Sixtum prædeceſſorem noſtrum vobis conceſſæ ſupplicauit, conſiderantes rei magnitudinem, quam inuicto animo cum ſumma gloria veſtra aggreſſi eſtis, & periculum, quod imminet niſi hoc ſalutare, & glorioſum opus proſequeremini [nempe contra Granatenſes] contenti fuimus deſiderijs veſtris, & ita cruciatam ipſam cum omnibus facultatibus, & in ea contentis clauſulis in eum ſtatum, in quo erat antequam reuocationes vllæ a nobis emanarent, ad annum, & deinde ad beneplacitum noſtrum reſtituimus ita, vt publicari, & executioni demandari in omnibus, & per omnia poſſit, perinde ac ſi reuocationes, quæ in primordijs pontificatus ab omnibus ſummis Pontificibus circa huiuſmodi facultates fieri conſueuerunt a nobis non emanaſſent, vt intelligatis nos magnifacere maieſtates veſtras, & ſincero animi affectu eas diligere, &c. Addit, tertiam obuentionum partem pecuniarum ex indulgentijs redigendarum concedere non poſſe, quam ad tuendam Italiam claſſemque in Turcas inſtruendam deriuare decreuerit. *Dat. Romæ die XXX. ianuarij MCCCCLXXXV. pontificatus noſtri anno* I. Geſtum vero hoc anno maximo apparatu bellum Mauricum narrat Ælius Antonius Nebriſſenſis a, atque luſtratum exercitum crucis ſymbolo inſignitum Cordubæ fuiſſe idibus aprilis, in eamque vrbem ex vniuerſa Hiſpania celeberrimos concurſus factos Rege ac Regina præſentibus. Cum vero certarent in ijs ornatiſſimis conuentibus proceres luxus magnificentia, opumque oſtentatione, Ferdinandus & Eliſabeth ad diuini Numinis gloriam omnia referentes adhibuere ſtudia, vt illæ opes non in epulis, vitiorumque irritamentis, ſed in milite neceſſarijs ad obterendos Mauros inſtruendo, parandiſque armis collocarentur, quod ipſos exemplo ſuo egregie perfeciſſe refert idem auctor.

31 *Exercitu*, inquit, *in vnum locum congregato, in tanta procerum totius Hiſpaniæ celebritate maius certamen erat de oſtentandis opibus, & potentia in corporis cultu, & ſumptu quotidiano, in culina, & penu, omnium generum epulis vndecumque petitis, vt conuiuia ſumptuoſiora pararent, quam de armorum cura, quis pulchrior in armis appareret, quis equum mollius agitaret, quis curſu pedeſtri reliquis præſtaret. Rex & Regina per honeſtos, & religioſos viros procerum principes rogarunt atque obteſtati ſunt, vt ab eiuſmodi inordinatis ſumptibus temperarent, potiuſque intra modum, & parcius, quam ſumptuariæ permittunt leges, ſe gererent, ne eos, qui dignitate inferiores erant, malo exemplo corrumperent. Hoc principes ipſi faciunt in primis vno aut duobus ferculis in cœna contenti, hos reliqui proceres imitantur, aut ſi affluentius conuiuium exercere volebant, luxuriæ ſuæ pudebat plures adhibere teſtes. Mirum dictu! omnes certatim frugalitati operam dare, modeſtius menſas ſtruere, minores abacos apponere, exoletorum numerum minorem menſæ adhibere, eorum qui funalia per noctis tenebras præferrent longus ille ordo ad duos aut tres, vt multum, reductus.*

32 Subdit auctor e tentato fruſtra Montis frigidi caſtro in Coinum & Cartimam verſum crueeſignatum exercitum; Benamaxicum in fidem receptum b, quod poſtea, cum rebellaſſet, expugnatum diruptumque eſt, primores oppidani octo ſupra centum patibulis affixi, reliqua multitudo ex omni ætate & ſexu ſub haſta diuendita, addictaque in ſeruitutem. Non mouit finitimos ea calamitas, ſed Gomeritanorum, qui ex Africa tuendæ Mahometicæ ſectæ furore traiecerant in Hiſpanias, ſuppetijs confirmati c in perfidia obduruere: noſtros per murorum ruinas Coinum ingreſſos, cæſis Petro Alarconio, & Tellio Aquilario, oppido ſubmouere: poſtea tamen ſubacti d fuerunt: æquatum itaque eſt ſolo Coinum. Mox Cartima ad deditionem compulſa, præſidioque cruceſignato communita e. Ad Arundam deinde incubuit belli ſacri moles itinerum anguſtijs occupatis; ita continuis oppugnationibus feſſa vrbs x. kal. iunij deditionem fecit. Inuaſit vero finitimos cruceſignatorum terror, vt Caſarabonela ac Marbella ad mare ſitæ illis ſimiliter ſe dediderint. Granatenſes metu pariter perculſi Albohaceno deiecto, ad ſolium extulere Muleum Abohardillem, qui fratris Albohaceni cruore mox purpuram tinxit. Medio æſtatis ardore noſtri bello temperauere; ſeptembri ineunte excurſiones factæ; noſtri tamen duce Cabræ comite ab hoſte oppreſſi, ſed ea ignominia maiori barbarorum clade deleta f, geminæ enim arces, & oppida ad IX. kal. octobris Chriſtianis adiuncta g ſunt

Maximis animis & conſtantia adminiſtratũ bellum.

a Lib. 1. breu pag. 108.

Cruceata expeditio in Granatẽſes indicta.

a Nebriſſe l. 4. c. 1. Marian. l. 26. c. 6. Proceres de caſtigando luxu poſtulati.

Benamaxicani rebelles affixi patibulis.

b Id. cap. 2.

c Id. c. 3.

d Suri l. 20 c. 62. Marian. l. 25 c. 6.

e Ibid.

Arunda ad deditionem coacta.

Alboacenus Rex deiectus.

f Suri l. 20 c. 64. Marian. l. 25. cap. 7.

g Id. ibid.

Digitized by Google

ſunt imperio Ferdinandique Regis nomen Mauricæ genti ingentem pauorem iniecit. Vt vero hæ victoriæ alijs victorijs cumulatæ fuerint proximo anno dicetur.

Africana expeditio ſuſcepta a Luſit.

53 Dum ita Mauri in Bætica conterebantur a Ferdinando & Eliſabetha Caſtellæ Regibus, Ioannes Rex Luſitaniæ, qui Phutenſis regni debellandi gloriam Luſitanis reſeruatam Regibus ſibi aſſerere nitebatur; necnon incognita Africæ regna athlantico oceano perſuſa crebris expeditionibus maritimis luſtrari curabat, ſedatis inteſtinis regni motibus, crucesignatum exercitum in Africam pro reſtituendo illi Chriſtiano cultu, ac infidelibus luce euangelica illuſtrandis ducere meditatus ab Innocentio VIII. ſubiectum diploma a promeruit, quo ampliſſima indulgentiarum præmia ijs proponuntur, qui vel arma in fidei hoſtes gererent, vel operam in caſtris crucesignatis nauarent, vel ſtipem in militarem apparatum conferrent.

a Bullar. l. 16. pag. 244.

Innocentius, &c. ad futuram rei memoriam.

De varijs in Phutenſe regnum impreſſionibus.

34 Chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Portugalliæ modernus Rex illuſtris, aliorum Regum prædictorum ſucceſſorum veſtigia volens imitari, nec minus Chriſtianæ religionis ſtudioſus defenſor, & zelator, quam ipſi progenitores fuerint, cum maximo animi feruore omnino decreuit, gratia ſibi aſſiſtente diuina, prouinciam per ipſos progenitores iam cœptam proſequi, nec deſiſtere, donec eam ad optatum finem perduxerit, etiam proprium ſanguinem ſuum effundendo, & ſe perſonaliter in Africam transferendo: quod iam forſan facere tentauiſſet, niſi ſeditiones, ac diſſenſiones, & alia quamplurima diſcrimina, quæ humani generis hoſte procurante in ipſo regno Portugaliæ poſt ſuſceptum per ipſum dominium viguerunt, id prohibuiſſent: vnde nos attendentes quam ſit dignum atque laudabile, ac immortali Deo acceptum, ac omnibus Chriſtifidelibus commune bonum huiuſmodi ſanctiſſimum opus, quodque ad ipſius Africæ expugnationem, & tantam fidei præfatæ exaltationem dicti Regis non ſuppetunt facultates, ſed expedit tam ab ipſa Portugallia, quæ fortiſſima, & deuotiſſima exiſtit, quam ab alijs fidelium nationibus propugnatores, & bellatores aliaque auxilia exquirere, vt Rex præfatus, fauente Altiſſimo, pium & laudabile propoſitum huiuſmodi ad effectum perducere valeat, Chriſtifidelium eorundem innocato auxilio, quantum in nobis eſt, operari volentes, auctoritate omnipotentis Dei, cuius vices, quamuis immeriti, tenemus in terris, vniuerſos Chriſtifideles, præſertim nationis eiuſdem regni Portugalliæ, hortamur, requirimus, & monemus, vt eidem Regi ad expugnationem ipſius Africæ, & illius acquiſitionem, ac fidei præfatæ exaltationem cum bonis, & perſonis ſuis pro eorum poſſibilitate viriliter, & indeſinenter aſſiſtant, & illius exemplo, qui pro ſalute gregis dominici mortem non abnuit, tollant in cordibus ſuis crucem ſuam, & illi ex eiſdem fidelibus, qui ad hoc idonei ſunt eundem Regum, immo verius Saluatorem noſtrum præfatum ſequantur, & pro illius nominis gloria, & infidelium prædictorum fidei hoſtium propugnatione mortis periculo ſe exponere non formident: memores verbi eius, qui dixit: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*; pariter & confidentes in eo, qui dicit Eccleſiæ: *Ego vobiſcum ſum vſque in conſummationem ſæculi*; & qui vna nocte per angelum ſuum centum, & octuaginta quinque millia hominum ex exercitu Sennacherib interemit, & qui alias Eccleſiam ſuam in magnis periculis non dereliquit, neque permiſit inimicos eius de eorum impietate gloriari, recepturi exinde præmium fœlicitatis æternæ.

Fideles ad ſequẽdu. Lu... in ſigna ſolicitati.

35 Et vt fideles ipſi eidem Regi in proſecutione tam ſancti operis eo propitius aſſiſtere, & ſibi poſſibilia auxilia exhibere ſtudeant, quo exinde maiora animarum ſuarum commoda cognouerint adipiſci, vt eis pro tam ſalubri bono portas paradiſi ad perennem gloriam cum ſanctis Apoſtolis, & glorioſis martyribus reuerſari, vniuerſis fidelibus eiſdem, qui ad bellandum contra eoſdem infideles pro conſequutione dictæ Africæ in eiuſdem Regis exercitu in perſonis proprijs ſe contulerint, & per tempus, quod theſaurarij prouentuum huius ſanctæ expeditionis, qui pro tempore fuerint deputati, ordinauerint, in illo permanſerint, confiſi de ipſius omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate, ac verbi eius, qui eſt via, veritas, & vita, ac nobis, qui in perſona eiuſdem beati Petri, cuius pari auctoritate, meritis licet imparibus, ſucceſſores ſumus, dixit: *Quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis*, & etiam de poteſtatis plenitudine nobis cœlitus tradita, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & indulgentiam, qualis per prædeceſſores noſtros dari conſueuit proficiſcentibus in ſubſidium terræ ſanctæ, & qualis in anno iubileo per eoſdem prædeceſſores conceſſa fuit concedimus pariter, & donamus, ac eorumdem omnium, quos in hanc ſanctam expeditionem proficiſci contigerit, animas ſanctorum angelorum conſortio in cœleſtibus, & æterna fœlicitate permanſuras perpetuo decernimus collocandas ita, vt ſi forſan deſignato tempore non expleto ipſorum aliquos, poſtquam iter pro proſequutione tam ſancti operis arripuerint, ex hac luce migrare contingat, indulgentiam huiuſmodi omnino conſequantur. [Interiectis nonnullis de ijs, qui ſuo ſumptu milites in ſacra militia ſuſtentarint, vel pro opum tenuitate, vel amplitudine ſtipem ob ſumptus bellicos contulerint, ac ſacra exomologeſi noxas expiauerint, Luſitanos ad mutuam animorum concordiam, vt omnium arma in hoſtes fidei iungantur, hortatur, ſubdens:] Vt expeditio, huiuſmodi tanto maiorem fructum reddere poſſit, quanto in dictis regno, & dominijs omnes diſſenſiones ceſſauerint, ac pax, & concordia vigebit, vniuerſos Chriſtifideles regni, & dominiorum prædictorum incolas, & habitatores, dominos, duces, principes, comites, & barones, ac cuiuſcumque præeminentiæ, dignitatis, & excellentiæ fuerint per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per acerbiſſimam eius paſſionem, quam immaculatus, & innocens agnus, vt nos miſeros peccatores ab æterna morte redimeret, dignatus eſt pati, per iudicium extremum, in quo ante eius tribunal conſtituti quiſque ſecundum opera ſua mercedem ſuſcipiet, per ſpem vitæ æternæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, harum ſerie enixe monemus atque requirimus, eis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandantes, vt mutuam inter ſe charitatem, ac pacem, & concordiam, vel ſaltem tempore, quo expeditio prædicta durabit treuguas, inducias, ſeu belli moram,

Propoſitæ indulgentiæ.

Digitized by Google

(Pax inter Luſitanos imperata) quas tenore præſentium auctoritate omnipotentis Dei, & pro ſecuritate huius ſanctæ, & laudabilis expeditionis indicimus, ac per vniuerſa regnum, & dominia prædicta inter incolas, & habitatores illorum ſeruari volumus, & obſeruent, arma deponant, & priuatarum iniuriarum ac offenſionum obliti Chriſti redemptoris noſtri iniurias offenſiones, & opprobria vlciſcantur in hoſtes, qui Chriſtianorum omnium ſanguinem ſitiunt, & euangelicam lectionem delere conantur, arma ſumant, nec dicta expeditione durante quouis quæſito colore directe vel indirecte, palam & occulte ſe offendant, aut offendentibus præſtent auxilium, conſilium, vel fauorem: nos enim omnes, & ſingulos, quos arma ſumere, & indictas per nos auctoritate omnipotentis Dei inducias huiuſmodi violare, & noſtris mandato, monitioni, & requiſitioni contrauenire continget, excommunicationis ſententiam, à qua non niſi à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, præter quam in mortis articulo conſtituti, & debita ſatisfactione præmiſſa abſolui poſſint, incurrere volumus, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXV. XII. *kal. martij. pontificatus noſtri anno* I.

36 Hactenus de Africanis & Luſitanis rebus; nunc ad Gallicas digredimur. Tenebat tum Francorum ſceptra Carolus VIII. qui cum Ioannem Baluam epiſcopum Cardinalem Albanenſem, quem diu à Ludouico XI. ob proditionis conſilia cum Burgundo agitata, fuiſſe aſſeruatum cuſtodijs vidimus, alioſque ampliſſimos oratores ad deferenda Innocentio veluti Chriſti in terris vicario obſequia miſiſſet, Pontifex etiam ad ornandum regijs virtutibus animum ſectanda præclara maiorum ſuorum exempla, ſtudioque hereditario complectendam Romanam eccleſiam hortatus eſt: ijs enim officijs & diuinam gratiam, & ſecundos rerum ſucceſſus ipſum promeriturum: *Venerabilis, inquit, frater noſter Ioannes epiſcopus Albanenſis Cardinalis Andegauenſis & nobilis vir comes Delphinus reliquique oratores tui qui ad præſtandam obedientiam nobis à maieſtate tua miſſi ſunt ſumma cum omnium commendatione munus per te eis demandatum adimpleuerint in quo non ſolum tua celſitudo magnis laudibus decorata eſt quod vetuſtiſſimam progenitorum ſuorum religionem & innatam erga Apoſtolicam ſedem pietatem confirmauit, ſed etiam quod tales viros miſerit prudentia & integritate inſignes qui tibi ornamento & vſui poſſunt eſſe omnibus in rebus, affectum animi noſtri erga maieſtatem tuam aperte potuerunt cognoſcere quam amamus ſingulari beneuolentia cui fœliciter & proſpere omnia euenire optamus, quod facile ſuccedat, ſi Deum ante omnia timueris, ſi mandata illius obſeruaueris religionem & iuſtitiam toto pectore amplectendo, ſi apoſtolicam ſedem pio cultu fueris proſequutus, & illius auctoritatem & dignitatem conſeruaueris & protexeris, ex quo maiores tui nobiliſſimum illud nomen Chriſtianiſſimæ domus tuæ tradiderunt, ab Apoſtolica ipſa ſede in memoriam meritorum ſuorum receptum. Perſuademus nobis non ſolum te benefacta & obſeruantiam in Romanam eccleſiam maiorum tuorum æquaturum, ſed & ſuperaturum &c. Dat. Romæ die* XVIIII. *aprilis* MCCCCLXXXV. *pontific. noſtri anno* I.

(*a Lib.* 1. *brem pag.* 104.)

(Delata Innocentio a Gallo Rege obſequia)

(Salubria monita Gallo Regi ſuggeſta.)

37 Queſtus eſt apud eundem Regem Innocentius *b* in Prouincia, quæ recenter Francorum imperio adiuncta fuerat, ius eccleſiaſticum infringi à magiſtratibus, qui ſuis commodis varijs artibus tuendæ regiæ auctoritatis ſpecie inſeruiebant, eumque adhortatus eſt, vt corruptelas huiuſmodi excinderet: *Eccleſia, inquit, eccleſiarumque perſonarum, præſertim epiſcoporum, atque S.R.E. Cardinalium illa in patria prouiſorum Cardinalium nulla vlterius dicatur eſſe conſideratio: ita quod niſi eorum calliditati obuietur, futurum ſit, vt apud eos libertas eccleſiaſtica omnino confundatur, & noſtra atque ſedis Apoſtolicæ auctoritas non mediocriter lædatur: ex quo etiam à noſtro paſtoralis officij debito excitati vlterius hæc diſſimulare non valemus. Veruntamen quia indubie credimus præmiſſa tuam maieſtatem latere, decreuimus eandem his noſtris literis facere certiorem, vt pro ſui nominis gloria, ſuorum progenitorum veſtigia ſectando, huic tam perhorrendo abuſui obuiare; & cum effectu occurrere velit aut ſaltem patienter ferat, ſi huiuſmodi abuſus, & illorum fautores iuxta decreta ſanctorum patrum compeſci mandauerimus. Dat. Romæ die* XVIII. *iunij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* I.

(Prouincia Galliæ regno adiuncta.)

(*b Lib.* 1. *brem. pag.* 105.)

Cum etiam celeberrimi cœtus cleri Gallicani ad kalend. auguſti Pariſijs indicti eſſent, atque non de cauſa leui ſuſpicaretur Innocentius, in ijs pontificiæ in conferendis ſacerdotijs auctoritati detractum iri, plures enim abolitam à Ludouico XI. pragmaticam ſanctionem inſtaurari cupiebant, Carolum monuit *c*, ne acceptam à maioribus defenſæ ſedis Apoſtolicæ, aſſertique iuris eccleſiaſtici gloriam aliqua labe fœdari, nec improbis inſidiantium Eccleſiæ maieſtati politicorum conſilijs ſe irretiri pateretur.

(Cleri Gallicani cœtus indicti, auſpicijs.)

(*c Ib. pag.* 131.)

Carolo Francorum Regi Chriſtianiſſimo.

Chariſſime, &c. Intelleximus indictum eſſe quemdam prælatorum, & aliorum eccleſiaſticorum conuentum, qui ex omnibus prouincijs regni tui ad kal. auguſtas proxime futuras in ciuitate Pariſienſi congregari debent ob nonnulla tractanda, quæ tendunt in diminutionem auctoritatis huius ſanctæ ſedis, quæ apud maieſtatem tuam, & omnes Chriſtianos principes magno in honore, & veneratione ſemper habita fuit. Dolemus, chariſſime fili, in tenera tua ætate, & in primordijs regni tui ea perſuaderi tibi, quæ aliena ſunt à ſanctiſſimis progenitorum tuorum veſtigijs, qui ob benemerita erga Apoſtolicam ſedem magnam gloriam apud omnes nationes conſequuti ſunt, non enim illi veriti ſunt copias, facultates, & ſanguinem proprium pro conſeruanda S. R. E. auctoritate effundere, cum nihil pulchrius duxiſſent, quam benemereri de vicario Ieſu Chriſti: neque eos fefellit tam præclarum & laudabile propoſitum. Auxit illis Deus fœlicitatem & gloriam, & pulcherrimo imperio quantum nunc inclyta tua domus poſſidet decorauit. A ſede quoque Apoſtolica magnam & priuilegiorum & Chriſtianiſſimi nominis gratitudinem receperunt. In memoriam pie & magnanime factorum erga ſe, quod contra cernere licuit in ijs, qui à ſolita deuotione deficientes aliquid attentare conati ſunt in præiudicium pontificiæ maieſtatis, qui deſerti à ſuis magna parte regni ſpoliati in mœrore, & infelicitate vitam finierunt. Hortamur te, vt eorum imiteris exempla, qui benefaciendo & Romanis Pontificibus obſequendo, & præſenti vitæ & futuræ digne & præclare ſibi conſuluerunt; non autem illorum, qui peruerſis ducti conſilijs, & ſibi & alijs perniicioſi eſſe voluerunt: habes enim ante oculos exempla domeſtica: ſingularis amor, quo te proſequimur, hortatur nos vt libere & amanter te alloquamur, veluti chariſſimum filium, cuius felicitatem non ſolum augeri, ſed etiam perpetuo conſer-

(De veterum Franc. Regum obſeruantia in Rom. eccleſ.)

(Admonitus Carolus ne quid noceat cum damno eccleſiæ.)

uari

uari deſideramus: Caue profecto, ſi te ipſum & ſalutem tuam amas, ne patiaris conuentus iſtos fieri in detrimẽtum ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, neque aliud ſtatui aut decerni, quod pertineat ad auctoritatem Romanæ eccleſiæ nobis inconſultis: reſcinde omnino & diſſipa malas huiuſmodi hominum praue ſentientium voluntates, qui te in offenſam Dei niſi obuiamieris, facile poſſent inducere: petant a nobis, ſi quid volunt, & honeſta eis non denegabimus: non eſt tam dura, tam inexorabilis Apoſtolica ſedes, quæ recurrentibus ad ſe cum humilitate filijs ſatisfacere non conſueuerit in his, quæ cũ Deo & honore liceat cõcedere. Rogamus diligenter animum ad hoc aduertas, chariſſime fili: agitur non minus de re Apoſtolicæ ſedis, quã de te, ſi diuina maieſtas ad indignationẽ fuerit prouocata: non enim præſenti gloriæ tuæ tantum conſules; ſi maiorum tuorum exempla imitatus Romanæ eccleſiæ auctoritatem conſeruaueris, & auxeris, ſed etiam æternæ ſaluti tuæ proſpicies; & tantam apud omnes commendationem reportabis, vt, merito te Chriſtianiſſimum illud nomen decere, poſſint agnoſcere. Super his autem reſponſum a te expectamus. *Dat. Romæ die* XXV. *iulij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* I.

Neapolitani oppreſſi a Ferd.

38 Præbuit ſe Innocentius eccleſiaſtici iuris aſſertorem vindicemque iuſtitiæ, vt refert m. s. Vaticani auctor a, adeo, vt in Ferdinandum Regem Neapolitanum pontificium ius proterentem, inque ſuos tyrannidem exercentem bellum ſuſceperit b: cuius exordia inde erupiſſe tradunt c, Alfonſum nimirum Calabriæ ducem Ferrarienſi perfunctum bello potentiam opeſque metiri iuſtitia abnuentem, *in quo nec luxuria crudelitati obſtabat, neque crudelitas luxuria*, vt ait Mariana d, cum ſæpius ſudores pauperum impune ſuxiſſet, procerum diuitias vi ac dolo inuadere meditatum e, cumque ex Aquilano agro croci ferace ingentes opes ſe cumulaturum ſperaret, comitem Montorij officij cauſa ad ſe venientem cum vxore circumuentum calumnijs Neapolim rapi vinctum iuſſiſſe f. Percrebuit mox rumor illum capitali ſententia damnatum, quem verum m. s. Vaticani auctor g, putauit, qui ſubdit: *Propter quod omnis populus Aquilanæ ciuitatis turbatus inſurrexit contra Regem, vocauitque Eccleſiam dominam, miſitque ad Pontificem noſtrum, vt dominium caperet, rogauitque eum, vt ſi ad dictum locum mitti contigerit gentes aliquas, non niſi Columnenſes mitteret: & ita factum fuit.*

a Inn. l. 2. breu. pag. 57. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111.
b Volaterr. antropol. lib. 25.
d Marian. l. 25. c. 7.
e Cominaeu l. 7. c. 2.
Montorij comes indigne circumuentus.
f Surit. l. 20. c. 66. Brutus l. 8. Sabellicus l. 8.
g M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.
Pannin. in Innocent. VIII.
Aquilani pontificiam clientelam in iniquum implorãt.

39 Accuſant nonnulli Innocentium ſuſcepti Aquilanorum patrocinij aduerſus Ferdinandum, in cuius ipſe aula fuiſſet educatus: ſed illi parum pontificalis officij religionem maieſtatemque ſe attendiſſe oſtendunt; nunquid enim propterea nefaria in clientes Romanæ eccleſiæ agitari latrocinia; & iura pontificia conculcari a Ferdinando pati debuit? præſertim cum adeo efferatus referatur h, vt inde collegerit crudelitatis inuidiam hanc, ipſum omnes regni proceres ad ſolemnes Neapolitanus cœtus conuocaſſe, vt redactos in ſuam poteſtatem contrucidaret; quo metu ij perculſi accedere detrectarunt, vt dictus Infiſſura refert. *Conuocauit*, inquit, *omnes dominos regni ſui, vocauitque illos, vt venirent ad dictum locum, a quibus nullam obedientiam habuit ex eo quia, vt dicebatur, intendebat eos omnes, cum haberet in ſuo dominio, decapitare, ex quo omnes domini regni ſui inſurrexerunt contra eum, vocaueruntque eccleſiam, & implorauerunt auxilium Venetorum,*

h M. ſ. Vat. vbi ſup.
Sæua Ferdin. de trucidandis proceribus conſilia.

& obtulerunt dictas terras Eccleſiæ, & Romano Pontifici, vbi erant prius cum ſalutione cenſus conſueti, minantes, quod ſi Papa eos non adiuuaret, ſeu promiſſis non attenderet, ſeſe alijs daturos: & fuerunt omnes principes, & domini, exceptis tribus, videlicet comite fundorum, duce Melphi, qui fuit nepos Pij, & principe Tarenti, qui ſeruant fidelitatem Regi ipſi. Addit auctor Pontificem ſæpius Cardinalium ſenatum ad expedienda in re ancipiti optima conſilia conuocaſſe: ex quo non cupiditate alieni imperij illectum, ſed ductum officij iuſtitiæque religione conſtat. Vt vero ſuſcepti pro inſontibus a tyranni potentia vindicandis conſilij, tutandoque iure pontificio belli æquitatem omnibus perſpicuam faceret, publica diplomata edidit, in quibus ſingulæ cauſæ deſcriptæ fuere, eaque ad Ferdinandum, & Eliſabeth inſulæ Siciliæ, Aragoniæ, & Caſtellæ Reges tranſmiſit, de quibus in litteris menſe nouembri datis ad Cardinalem Toletanum meminit a: *Copiam*, inquit, *bullæ per nos editæ ad eas maieſtates tranſmittimus, vt aperte videant legitimas, & neceſſarias cauſas, quæ ad hoc nos induxerunt.* Carolum etiam VIII. Francorum Regem, quem inſignes ſtudij in Eccleſiam eximij notas oſtendiſſe vidimus, ad tutandas contra Ferdinandum eccleſiæ partes ſollicitauit, præfectumque Meldenſem menſe nouembri rogauit b, vt cauſæ pontificiæ in bello Neapolitano æquitatem Carolo exponeret.

In eum proceres arma expediunt.
a Lib. 2. breu. pag. 50.
Gallorũ Rex in Ferd ſollicitatus.
b Ibid. pag. 57.

40 Deſierat c nimirum Ferdinandus, qui ob impuros natales regio apice erat indignus, inque pacto vi & iniuria regno parenti ſucceſſerat, pendere nummarium vectigal, quod Gallicæ ſtirpis Reges inferre Romanæ eccleſiæ ærario conſueuerant, ac ſplendide fiduciaria officia ſe exhibuiſſe putabat, ſi phaleratum equum obtuliſſet. Immunitatem etiam ſacerdotalis ordinis turpiter labefactabat: tum clientes eccleſiæ ſæua tyrannide, vt antea dictum eſt, premebat: ob quas cauſas ſuſcepto bello Innocentius Roberto d Sanſeuerinati pontificij exercitus militare imperium detulit, ac præmiſſis Proſpero & Fabritio Columnenſibus Aquilam in Romanæ eccleſiæ poteſtatem accepit, vt teſtatur m. s. Vaticani auctor hiſce verbis e: *Die* XVI. *octobris ciuitas Aquilæ cum omni ſuo comitatu erexit vexillum eccleſiæ, & ita fertur feciſſe multas terras, & caſtra regni prædicti, & dux Oliueti fertur veniſſe ad obedientiam Papæ, & dixiſſe ſe nolle habere, & recognoſcere alium in dominum niſi Papam.* Plures etiam alij proceres excuſſo Ferdinandi iugo in pontificiam clientelam ſe contulere, quos excepit Innocentius, ipſoſque ſacramenti fidei Ferdinando præſtitæ religione imperioque illius ſoluit; qua de re extant datæ ad principem Biſinianí litteræ f.

c Pannin. in Innoc. VIII.
Iura eccleſiæ a Ferd. perſumdata.
d M ſ arc. Vat. ſign. n. 111.
Raph. Vol. l. 6. & l. 22.
e M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.
Suſceptũ ab Innoc. bellum in Ferdin.

41 At Ferdinandus cum proceres in ſe coniuratos vidiſſet (quorũ ſigniferum fuiſſe Antonellũ Salernitanum principẽ memorant g) ad remouendam a ſe inuidiam ex comitis Montorij iniquis vinculis in ſe concitatam, illum vxoremque liberos dimiſit, quibus Aquilam redeuntibus Pontifex datis XVI. nouembris literis gratulatus eſt h.

f Lib. 2. breu. pag. 69.
Comes Montorij liber dimiſſus a Ferdin.
g Raph. Volat. l. 6.
h Lib. 2. breu. pag. 49.

Comiti & comitiſſæ Montorij.

Dilecti filij ſalutem, &c. non mediocriter doluimus de incommodis, & iacturis, quas paſſi fuiſtis ſuperioribus menſibus, quas vitare potuiſſetis, ſi paternis noſtris monitis obtẽperauiſſetis, admonentes ne aliquam fidem duci Calabriæ adhiberetis; nuper autem cum intellexerimus nobilita-

tes veſtras in patriam rediiſſe incolumes, & liberos euaſiſſe lætari plurimum ſumus, vobiſque gratulamur præſertim, quod vos bona ciuium illorum [nempe Aquilanorum] qui nobis, & S. R. E. adhæſerunt gratia exceptos audiuerimus, quod, vt noſtis, ſemper procurauimus; dileximus enim vos ſemper paterno amore, &c. *Dat. Romæ die xvi. nouembris MCCCCLXXXV. pontificatus noſtri anno I.* Placato ob liberatos hoſce inſontes populorum odio, Ferdinandus coniuratos proceres deliniuit, diſſociatoſque deinde inſigni perfidia oppreſſit a, vtque Pontificem interino bello implicaret, Virginium Vrſinum, quantumuis Innocentius illum continere in officio ampliſſimis pollicitationibus anniteretur, in ſuas partes pellexit, militariſque imperij ſummam illi obtulit; abductæ ab hoc ingentes Romanorum prædæ fuerunt, atq; excurſiones ad portas vrbis factæ. Nauatam autem tum a Iuliano Robureo Cardinale, poſtea Pontifice, vna cum Cardinalibus Sabello, & Columna diligentem operam ad propulſandos perduelles, narrat Stephanus Infiſſura b: *Quintadecima, inquit, die dicti menſis, nempe decembris, multi armati tentauerunt capere portam populi, ſed vigiles, qui ibi erant defenderunt. De noſtris cuſtodibus vnus tantum in facie ibi vulneratus fuit, & illa, & alijs noctibus Cardinalis S. Petri ad vincula, & aliquando Sabellus, & Cardinalis Columna perſonaliter armati cum ſatellitibus portas omnes vrbis, & muros, & cuſtodes ibi exiſtentes viſitauerunt ſimul, & muniuerunt.*

Illarum a Ferd. Pontifici bellum.
a Marian. l. 25. c. 7. ms. arch. Vat. ſign. n. 111. Infeſſura in Inn. VIII.
b M. ſ. arch. Vat. vbi ſup.
Facta ad portas vrbis impetu.

42 Deluſus Virginius Vrſinus opprimendæ vrbis ſpe, dolo ac fraude Romanos in Innocentium & Cardinales illi addictiſſimos concitare aggreſſus eſt: ſpargere enim ſchedulas curauit, quibus Pontificem legitime creatum non fuiſſe iactabat, nonnulloſque Cardinales ſacram purpuram ſine iure circumferre; tum ad creandum alium Pontificem factioſis opem promittebat. Quod attinet ad ipſum Iulianum Cardinalem S. Petri in illius belli ardore ad deturbandum regno Neapolitano Ferdinandum omnem nauaſſe operam, vt Renatus dux Lotaringiæ Renati ſenioris Regis Neapolitani ex Ioannis filij nata pronepos ad ſolium hereditarium euocaretur, narrat Comineus c: illum autem tardius ad tantam expeditionem conficiendam ſe comparaſſe dicetur interius. Cingebatur interea vndique periculis pontifex, quippe hoſtes Nomentano ponte occupato, impoſitoque ei agmine præſidiario circum mœnia graſſabantur: ad quas excurſiones prohibendas vigeſimo octauo decembris die Robertus Sanſeuerinas eduxit exercitum, hoſtemq; occupato ponte depulit, dedititioſque vindicandi filij ſauciati cauſa omnes trucidari iuſſit d.

Conflare ſchiſma annitur frustra.
Renatus dux Lotharing. excitus.
c Comin. l. 7. c. 1.
Tardius expeditionem ſuſcipit.
d M. ſ. arc. Vat. vbi ſup. Panui. in Innoc. VIII.

43 Sparſæ huius belli faces vniuerſam Italiam inflammarunt, nam Ferdinandus Rex Florentinorum Laurentij Medicei opes, tum Sfortiæ ducis Mediolanenſis auxilia ſibi aſciuit e: Pontifex vero non Venetos modo, verum & Genuenſes ſibi fœdere coniunxit, pactionum interprete Lazaro Auria, quas a ſe ſeruatum iri, datis ad magiſtratus hiſce literis, pollicitus eſt f.

Italia bello correpta.
e Id. ibid. & Bruttus l. 8.
f Lib. 4. breu. pag. 65. Aug. Iuſt. l. 5.

Cardinali & duci, ac officio balia ciuitatis Ianuæ.

Dilecti filij ſalutem, &c. Cum pro noſtra in patriam charitate, & boni paſtoris officio, tum pro eo amore, quo ſemper vos proſequuti ſumus, ea cum iſta ciuitate fœdera iniuimus, quæ non ſolum honeſta, ſed etiã neceſſaria ſumus arbitrati, ad quod præſtantiſſimi viri dilecti filij Lazari oratoris veſtri multum profuit auctoritas, quo potiſſimum medio hoc negotium ad exitum peroptatum ductum fuiſſe gaudemus, & vt de noſtra voluntate nunc clarius certiores fieri poſſitis, harum literarum rigore vobis conſtanter affirmamus quantum ad nos ſpectat, & ex latere noſtro fœdera inter nos inita ſeruaturos eſſe, ac in fide data diligenter perſeueraturos: hortamur vos, vt idem erga nos præſtare velitis, & id efficiatis, quod ciuitati iſti decorum & vtile, vobis autem glorioſum & honorificum erit, &c. preces addit, vt quatuor triremes, quarum duæ ſunt pontificiæ, inſtructas mittant. *Dat. Romæ die xxix. nouembris MCCCCLXXXV. pontificatus noſtri anno II.*

Inita inter Pontif. & Genuenſes fœdera.

44 Habita porro fuit a Genuenſi oratore inſignis oratio, in qua, cum de ſuſcepto pontificatu gratulatus eſſet, Genuenſis nationis elogium ampliſſimis verbis celebrauit. Comparata a eſt proximo anno in Genuenſi portu claſſis ad Renatum ducem Lotaringiæ, de quo paulo ante memoraui, cum Gallico exercitu in Neapolitanum regnum transportandum: quare Ferdinandus maximis curis torqueri cœpit. Cæterum in iis Italicis tumultibus, cum populi fluctuarent, quas potiſſimum partes ſequerentur, Senenſes, de ſuæ libertatis aſſerendæ ſolliciti, cum plurimis officijs ſuum in eccleſiam ſtudium, de quo non immerito Innocentius ambigebat, deprompſiſſent, Pontificem, quem hoſtes in inuidiam ſuſcepti opprimendæ Italicæ libertatis conſilij vocabant, pertentarunt quo tandem animo in Senenſem remp. affectus eſſet; quos Innocentius paterno ipſos ſtudio ſe complecti certiores fecit, inque priſtina dignitate tutaturum, eum hortatus b eſt, vt in fide Romanæ eccleſiæ permanerent.

a Comin. l. 7. c. 1.
Senenſes falſis ſuſpicionibus deluſi.
Synceri animi certiores facti ab Innoc.
b Lib. 2. breu. pag. 49.

45 Hoc anno Veneti, cum diutinum bellum cum Hercule Aceſtino duce Ferrariæ geſſiſſent, atque a Sixto cenſuris perculſi eſſent, quod vrbem pontificiæ ditionis adorirentur, quantumuis iuſto bello Aceſtinum petijſſent, illi demum iura ſedis Apoſtolicæ veriti, cœptis deſtitere, atque in gratiam Eccleſiæ ab Innocentio c reſtituti fuere.

c Lib. ſign. nu. 1909. pag. 291.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum felicis recordationis Sixtus Papa IV, prædeceſſor noſter dilectos filios nobilem virum Ioannem Mocenigo ducem, & ciues Venetiarum, qui ciuitatem noſtram Ferrarienſem tunc arcta obſidione premebant, vt ab obſidione huiuſmodi deſiſterent, diuerſimode, & poſtremo per quaſdam ſuas literas monuit, & requiſiuit, ac in eos, ſi prædictis eorumque fautores, conſultores, & adhærentes in Venetiarum, & alijs tunc expreſſis ciuitatibus, terris, & locis eorum ditioni ſubiectis degentes, & eccleſiaſticas perſonas, & ſæculares, ſi nonnullis alijs tunc expreſſis monitionibus, requiſitionibus, & mandatis eiuſdem prædeceſſoris circa præmiſſa, infra certos eis ad id præfixos terminos, non parerent, excommunicationis, ſuſpenſionis, priuationis, & inhabilitatis, & interdicti, ac æternæ maledictionis, aliaſque tunc expreſſas formidabiles eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pœnas promulgauit, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem poſtmodum, licet longe poſt decurſos terminos prædictos, dux & Veneti præfati ab obſidione prædicta circa ipſius prædeceſſoris obitum ceſſauerint, ac poſt noſtram ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptionem per nonnullos ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales origine Venetos pro cenſurarum earumdem ſublatione humiliter ſupp-

Vt moniti ſint Veneti abſiſtere, a bello Ferrarienſi.
Percuſſi ſint cenſuris.
Demum cœptus deſtiterunt.

pli-

plicari fecerint, & nobis reſpondentibus, nos propter pontificatus noſtri nouitatem velle deſuper aliquantulum cogitare, nuper iterato eorumdem Cardinalium eorum nomine ſupplicationem noſtramque reſponſionem commemorantes, nobis per eorum literas ſumma cum humilitate, & inſtantia ſupplicauerint pro ſummotione cenſurarum, & pœnarum earumdem; nos huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, pij patris, & boni paſtoris vices implere volentes, ducem, ciues, fautores, conſultores, adhærentes, ac omnes, & ſingulos alios eccleſiaſticos & ſæculares, quotquot ſint, & quacumque eccleſiaſtica etiam patriarchali, & mundana dignitate præfulgeant, quorum omnium nomina, & cognomina, dignitates conditioneſque haberi volumus pro expreſſis, prolatis per eaſdem literas, aut alijs quibuslibet præmiſſorum occaſione eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis auctoritate apoſtolica præſentium tenore abſoluimus, & totaliter liberamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIV. *pridie kal. martij pontificatus noſtri anno* I.

Interpretibus aliquibus Card. veniam popoſcerint.

Soluitur cenſuris.

46 In Scotia cum ingentes tumultus concitati eſſent, regnique ordines in Regem coniurationes varias fecijſſent, Innocentius ad publicam pacem reſtituendam has leges tulit a.

a Lib. bull. ann. 1. to 2. pag. 448. ſignat. rec. nu. 1902.

Venerabili fratri Iacobo epiſcopo Imolenſi ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Iacobum Scotorum Regem illuſtrem, illiuſque regnum, prouincias, villas, ciuitates, & dominia noſtra, & Apoſtolicæ ſedis cum plenaria poteſtate legato de latere, commiſſario, & oratori ſalutem.

Illius, qui pacis eſt auctor, & per quem Reges regnant, vices, meritis licet inſufficientibus, gerentes in terris, illa, quæ ad pacem, & obedientiam ſunt præcipue inter catholicos Reges & ſubditos ſupremis deſiderijs amplectimur, & paterna charitate, vt perpetuo peruſtant, fauorabiliter proſequimur, ac illis apoſtolici muniminis robur efficaciter, & libenter apponimus: turbatores vero pacis, & obedientiæ, cuius poſſeſſione nil ſuauius, nihilque dulcius eſſe poteſt, ne impium eorum propoſitum nimium inualeſcat, ſed ab illo, ſi non virtutis amore, metu tamen pœnæ retrahantur, eccleſiaſtico mucrone percellimus, vt etiam cæteri, eorum exemplo perterriti, a pernicioſis actubus abſtineant, & ad inobedientiam in ſuos principes non audeant proſilire, ſed & ſi in aliqua parte orbis terrarum pacem, & obedientiam vigere, ac turbationum, & diſſidiorum fomenta euelli deſideremus, id profecto in regno Scotiæ eo feruentius fore exoptamus, quo Reges illius, & etiam regnicolæ, poſtquam vbera ſanctæ matris eccleſiæ ſugere inceperunt, in ipſius obedientiæ conſtantia firmius perſeuerarunt, nec a catholicæ fidei rectitudine aliquo tempore deuiarunt.

Ex ſacerdotiorum diſtributione ortæ lites in Scotia

Sane dudum, dum in minoribus conſtituti eſſemus, & etiam poſtquam diuina fauente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti fuimus, probata experientia cognouimus, modernas prouiſiones eccleſiarum etiam cathedralium dicti regni non cum ea quiete & concordia proceſſiſſe, prout antiquis temporibus proceſſerant, admirantes vnde iſta ita Eccleſiæ & regno damnoſa prouenire poſſent: nam ſic ad eccleſias ipſas promoti & promouendi, vel alij pro eis, cum in Romana curia præſentes ſunt, aſſerunt chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Iacobum Scotorum Regem illuſtrem cuiuslibet eorum promotionem affectare, ac ſibi fauores ſuos impendere; cum id impoſſibile ſit, & quandoque contrarium experientia edocuit, & perquirentes more boni patris, qui filiorum diſcordias omni ſtudio extirpare deſiderat, ac periti medici, qui, vt infirmitati congruentem medelam adhibere poſſit, infirmitatis originem, & qualitatem perquirit, reperimus per relationem fidedignorum, quod ea occaſione præcipue eueniunt, quod nonnulli regnicolæ in Regem, & ſtatum eius ceruicem erigere non erubuerunt, ac etiam ex multis inter regnicolas initis conſpirationibus, & confœderationibus, ex quibus bella, ſeditiones, turbationes, homicidia, agrorum depopulationes, hominum captiuitates, & alia mala innumera exorta fuere, & non ſolum Eccleſia laniatur, Dei cultus diminuitur & contemnitur, ſed iuſtitia non miniſtratur, totumque regnum depauperatur, & deſtruitur, de quibus ſumme & ex intimis, & non abſque magna noſtræ mentis amaritudine condoluimus; & præcipue, quod in tantum Regem, ac nobiliſſimæ & antiquiſſimæ familiæ regiæ domus Scotorum, quæ plura tempora, etiam ante Chriſti aduentum, ibidem dominata eſt, talia hoc tempore a quibuſdam ſubditis ſuis perpetrata exiſtunt: nihilominus intelleximus, quod operante diuina clementia, præmiſſa omnia quaſi ſedata ſunt bonitate Regis, qui a Deo, & piiſſima matre Maria ſemper virgine a tot malis liberationem recognoſcens more veri Chriſtiani, ac ſua innata benignitate, præfatis offenſionibus ſuis indulſit, ac libere & ſponte tales illatas iniurias condonauit, & remiſit, ac de illis oblitus eſt; atque ita tales offenſores amore, & affectione proſequatur, ac ſi nunquam talia contra ipſum perpetrata fuiſſent, illius veſtigia imitatus, qui etiam pro ſuis perſecutoribus exorauit: quam remiſſionem plurimum in Domino commendamus, illamque approbamus, & paterna charitate amplectimur obſecrantes per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti Regem ipſum, ac regni prælatos, & principes, ac alios omnes regnicolas, quocumque nomine nuncupatos, pacem & concordiam amplecti, & obſeruare, ac a diſcordijs, & diſſidijs, quæ mala omnia parturiunt, totis conatibus abſtinere ſtudeant, ac laudabiles, & ſuauiſſimos fructus, quos parturit concordiæ, & obedientiæ dulcedo, ſuis animis guſtent; quod ſi guſtauerint nunquam ad diſſidia proſilient.

Tumultus orti in Scotia

Stirps regia in ijs afflicta.

Regia venia deletum crimen.

Et quia Romanus Pontifex totius gregis dominici paſtor vniuerſalis de Regibus, & principibus legitimis debitus ex debito paſtoralis officij ſpecialem curam habere, ac auctoritatem apoſtolicam pro eis penitus exercere, & maxime pro dicto Rege & eius ſtirpe, quæ Chriſto redemptori noſtro, & ſedi Apoſtolicæ ſemper fideliſſima fuit, vt eo facilius Rex ipſe ſuo regno ſubuenire, illiuſque vniuerſali Eccleſiæ, ſicut ſolitus eſt, ac ex celſitudine regia tueri valeat, & eius in dicto regno legitimi ſucceſſores pro tempore ſimiliter valeant, & vt Dei cultus manuteneatur, & augeatur, animarum periculis obuietur, & bonum totius regni reparetur, & procuretur, necnon conſpirationibus, confœderationibus, alijſque præmiſſis opportune prouideatur, & obuietur, motu proprio, & ex certa ſcientia, non ad ipſius Regis, vel alterius pro eo deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra mere, & libera voluntate, ac de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu vnanimi, ſacroſanctæ Romanæ eccle-

Digitized by Google

Monitus Rex vt amniſtiã ſeruet.

cleſiæ Cardinalium, hortamur in Chriſto, & rogamus præfatum Iacobum Regem Scotorum illuſtrem filium chariſſimum per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, vt tales conceſſas indulgentias more regio ratas habeat, atque gratas, nunquam contraueniat aliquo quæſito colore, vel cauſa.

47 Hortamur etiam, & monemus omnes, & ſingulos eccleſiaſticos, & prælatos etiam archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, ſiue regulares, ſiue ſæculares, exemptos & non exemptos, cuiuſcumque gradus, duces, comites, barones, nobiles, dominos quocumque nomine nuncupatos, ciues, Burgenſes, vniuerſitates quaſcumque, & vniuerſaliter omnes, & ſingulos ſubditos, & regnicolas, vt ſub dicti Regis obedientia, & fidelitate, ac ſucceſſorum ſuorum legitimorum iuxta dictum Apoſtoli: *Regibus obedite*; maneant, nunquamque contraueniant aliquo quæſito colore, vel cauſa, ac, vt ex fidelitatis debito tenentur, fideliter perſeuerent, & quod ſe, vt homines, & veri fideles emendent, & non perſeuerent vt dæmones, ſed ab omni conſpiratione, ac confœderatione, & inobedientia in ſtatum regium penitus deſiſtant, ita quod quemadmodum Rex Scotorum hominum, & non terræ vt alij ſpecialiter nominantur, ita per ſubditorum veram obedientiam, & fidelitatem in veritate, & in facto eorum Rex præfulgeat, & ſit, quodque tales perſeuerando in malis nõ velint hoc tempore nomen infidelitatis adipiſci, cum eorum maiores, & ipſi ſemper fuerint fideliſſimi, & ita fuiſſe hactenus merito glorientur.

Scoti cõmonitı vt in Regis obſequio perſiſtãt.

48 Præterea de fratrum prædictorum conſilio, & aſſenſu conſtituimus, & ordinamus, ne quis regnicola ex prædictis audeat in poſterum contra Regem, vel eius ſtatum verbo aut facto rebellionem quouis tempore facere, vel tractare, vel aliquid contra inferre, vel inferri facere, vel manus in perſonam ipſius Regis, vel ſuorum familiarium, aut eius ſucceſſorum legitimorum in regno mittere per ſe, vel per quoſcumque alios etiam extraneos, vel contrafacientes quoquo modo manutenere, & adiuuare, vel ſe eis aſſociare, aut cum eis publice, vel occulte participare, vel ipſos aut eorum bona ad dictorum malignantium vtilitatem receptare, vel eis panem, vina, ceruiſiam, blada, carnes, piſces, vel alia ad victum facientia, aut equos, homines, currus, arma quæcumque, nauigia, pecunias, merces, vel alias res quaſcumque, quæ ad ipſorum commodum cedant, eis quoquomodo concedere, vel quod alij concedant permittere non audeat nec præſumat, immo debeat prohibere iuxta poſſe, nec in prædictis vel aliquo prædictorum, & infraſcriptorum præſtent auxilium, conſilium, vel fauorem tacite vel expreſſe, directe vel indirecte, quodque aliqui ex regnicolis nullas conſpirationes, confœderationes, vel conuentiones inter ſe ipſos, vel cũ alijs extra regnum, cum ſint omni iure prohibitæ, & in animarum ſuarum periculum, ac Dei, & regiæ maieſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorum fiant, nec exercitus, vel conuenticula facere, vel arma aſſumare, niſi de mandato Regis expreſſo; nos enim tales coniurationes, confœderationes, conſpirationes, & pacta facta & facienda, facta & facienda ex quibuſcumque coloribus, & cauſis, pœnis, quibuſcumque iuramentis, & vinculis roboratas, & roborata ex nunc, prout ex tunc, diſſoluimus, irritamus, &

Vetiti fœdera cum externis inire.

annullamus, & ita eſſe nullas, & nulla ipſo iure decernimus, declaramus, & definimus. Et ne aliquis regnicola ex prædictis, ſpretis dictis noſtris exhortationibus, monitionibus, conſtitutionibus, ac ordinationibus audeat aliquo tempore contrauenire in prædictis, vel aliquo prædictorum, aut aliquid contra ea, vel eorum aliquod, temerarie attentare, vel innouare, ſed timore pœnarum abſtineat, & retrahatur, quicumque de prædictis in aliquo prædictorum contrauenerit omnibus infraſcriptis ipſo iure ſubiaceant pœnis, nam ſi ſit ciuitas aliqua, villa, vel burgus, aut aliqua alia vniuerſitas, vel collegium, quocumque nomine nuncupatum fuerit, ipſo iure eccleſiaſtico ſupponimus interdicto cum omnibus locis ſibi ſubditis, vel adhærentibus; & nihilominus priuetur ipſo iure, & ipſo facto omnibus libertatibus, priuilegijs, immunitatibus realibus, & perſonalibus ſub quacumque verborum forma conceſſis a ſede Apoſtolica, vel regali celſitudine, vel alijs quibuſcumque, & ipſius ſubditos, & obligatos ipſo iure ſolutos eſſe decernimus, & ex nunc, prout ex tunc, abſoluimus, & liberamus ab huiuſmodi fidelitatibus, obligationibus, & iuramentis: principales vero factioſi in dicta vniuerſitate, vel vniuerſitatibus, & eorum deſcendentes infraſcriptis ſubiaceant pœnis. Si archiepiſcopus, epiſcopus, abbas, vel quiuis alius eccleſiaſticus regularis, vel ſæcularis, exemptus, & non exemptus, ſit iure excommunicatus, & a regimine, & adminiſtratione eccleſiæ ſuæ ſeu monaſterij remotus, & priuatus: dux, comes, baro, vel quiuis dominus, vel priuatus, vel quiuis alius regnicola, illius villas, loca, & dominia ſimiliter eccleſiaſtico ſupponimus interdicto ſtrictiſſime obſeruando. Et nihilominus ducatu, comitatu, baronia, quouis dominio, & bonis ipſo facto, & ipſo iure priuentur, & ſine aliqua alia declaratione priuatus exiſtat, & in ſententiam excommunicationis ipſo facto incidat. Cæterum ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquis ita innodatus in mortis articulo a dicta fuerit ſententia abſolutus, licet ſuper hoc ſit ſatis de iure prouiſum, ne autem aliquis prætextu iuris ignorantiæ ſe valeat excuſare, volumus & declaramus, quod taliter abſolutus, niſi, poſtquam ad conualeſcentiam peruenerit, de iniurijs & alijs illatis damnis ipſi Regi, vel alijs pro eius regia maieſtate interuenientibus, reſtitutionem & ſatisfactionem fecerit, in eandem excommunicationis ſententiam ipſo facto incidat: communionem cum tali contrafaciente, & participationem quamlibet omnibus Chriſtifidelibus ex nunc, prout ex tunc, ſub ſimili excommunicationis pœna interdicimus, & omnino prohibemus, ita quod nullus eiſdem pactis, confœderationibus, conſilijs, fauoribus, vel quouis alio modo eis aſſiſtere ſeu aſſiſtentibus conſilium, vel fauorem dare præſumat: & qui contrafecerit ipſum infamem, & inhabilem perpetuo eſſe, & remanere decernimus, ita quod non poſſit condere teſtamentum, vel aliquam aliam vltimam voluntatem, nec aliquis valeat ei ex teſtamento, vel ab inteſtato, neque ipſe alijs quouis modo ſuccedere: inſuper nullus ei teneatur, vel cogatur in aliquo negotio, vel cauſa, ſed ipſe alijs reſpondere, nulluſque ei in aliquibus negotijs patrocinetur, vel poſſit procurare, neque ipſe ad patrocinandum alijs admittatur, nec ad deponendum teſtimonium quouis negotio contra aliquos, vel ad alios legitimos actus; ſed alij bene contra eum admittantur.

Reſciſſa cõtraria ſacramenta.

Intentatæ contra tendentibus pœnæ.

Volu-

Digitized by Google

49 Volumus etiam, & decernimus, quod ſi tabellio fuerit, vel alius, cui de iure, vel alias daretur fides, nullo modo ei de cætero, vel eius ſcripturis credatur, ſed cum auctore ſuo damnato damnatæ reputentur; ſi vero iudex fuerit nulla cauſa ad eius auditorium deferatur, neque ſententiæ eius valeant, vel proceſſus, & ſi aliqua priuilegia, immunitates, libertates reales, & perſonales, ſub quacumque forma verborum, vel quæuis alia habeant, vel tenere noſcatur, ex nunc, prout ex tunc, ipſo iure priuetur; & ſi in feudum, vel emphitheoſim, vel aliquo quocumque titulo aliqua dominia, terras, domos, vel quæcumque alia bona habeat, vel beneficia, aut officia, ſeu dignitates eccleſiaſticas, vel mundanas ſub quocumque nomine nuncupatas obtineat, ipſo iure ſit eis penitus priuatus, poſſintque ex tunc ipſa dignitates, officia, & beneficia tanquam per priuationem huiuſmodi vacantia, a te ſeu quocumque alio ad id poteſtatem habente, libere & licite impetrari, & ipſe & ſui deſcendentes vſque ad tertium gradum incluſiue ad omnes dignitates, adminiſtrationes, officia, & beneficia eccleſiaſtica, vel mundana, ſub quouis nomine habita, & habenda, ipſo iure reddantur inhabiles, & priuentur, concedentes liberam facultatem, & poteſtatem illis, ad quos dicta feuda, & alia bona prædicta quouis iure pertinent, propria auctoritate, ac ſine aliqua alia auctoritate, & ſolemnitate capiendi, & de eis diſponendi, ſecundum quod eis melius magis expediens videbitur faciendum, & ſi infra terminum vnius menſis a die declarati delicti inchoandum de dictis bonis ſeu rebus non diſpoſuerit ille, cui pertinent, de illis pro illa vice tantum amplius diſponere poſſit, ſed reſeruentur diſpoſitioni ſuperioris laici, ſi eccleſiaſticus fuerit diſpoſitioni Apoſtolicæ ſedis.

50 Et nihilominus a dictis pœnis tales ita inuoluti, & puniti, præterquam a Romano Pontifice, non poſſint abſolui nec liberari, nec aliqualiter ab aliquo alio cum eis diſpenſari, & quidquid contra prædicta, vel aliqua prædictorum attentabitur, ipſo iure nullius ſint roboris, vel momenti, & careant omnino robore firmitatis. Demum quia prædictis delictis condigna pœna reperiri non poteſt, bona mobilia ipſorum delinquentium occupantibus, fidelibus dumtaxat, ex nunc prout ex tunc concedimus pleno iure: immobilia vero eorum ſuperioribus eodem iure confiſcamus, perſonas vero ipſorum capientibus damus in perpetuam ſeruitutem, fiant eorum domus deſertæ, & non ſint, qui habitent in eis; dentur cuncta eorum ædificia in ruinam, & vt perpetuam eorum delinquentium notam infamiæ ædificiorum perpetua ruina teſtetur, nullo vnquam tempore reparentur. Obedientes vero, & fideles regiæ coronæ, & ſi obedientia talis, & fidelitas ad cumulum bonorum temporalium, gloriæque æternæ meritum eis valeant, nos tamen auctoritate Dei omnipotentis, cuius vices gerimus in terris, benedicimus, & nos, & hanc ſedem offerimus eis fore liberales, & gratioſos.

Proſcripta eorũ bona.

Ædes euerti iuſſæ.

51 Porro cum nos pro pace Regis, & regni archiepiſcoporum, epiſcoporum, & aliorum eccleſiaſticorum, ducum, baronum, aliorumque regnicolarum prædictorum præmiſſa omnia fecerimus, ſtatuerimus, & ordinauerimus, & has noſtras præſentes literas deſuper conceſſerimus, de fraternitatis tuæ probitate, integritate, prudentia, & bonitate aliiſque virtutum meritis, quibus perſonam tuam Altiſſimus illuſtrauit, gratiarum muneribus plurimum in Domino confidentes, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod tu a Deo tibi conceſſa induſtria eiſdem Regi, & regno illiuſque archiepiſcopis, epiſcopis, ducibus, baronibus, aliiſque regnicolis prædictis valde perutilis eris, & etiam fructuoſus, matura deliberatione cum eiſdem fratribus præhabita, fraternitatem eamdem de fratrum eorumdem conſilio vnanimi ad dictum Iacobum Regem illuſtrem, illiuſque regni prouincias, ciuitates, villas, & dominia pro pace, & quiete Regis, & regnicolarum prædictorum noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis commiſſarium, & oratorem cum plena poteſtate legati de latere præſentialiter duximus deſtinandum. Et vt in præmiſſis per te exequendis dirigendis, & ſedandis negotiis optima adſit facultas tibi per te, vel alium, ſeu alios præmiſſa omnia, & ſingula, prout ſuperius enarrantur, ac literas huiuſmodi, ne de ipſorum aliquo valeat aliquis ignorantiam allegare, in aliqua, quam malueris, cathedrali eccleſia dicti regni auctoritate apoſtolica vice noſtra publicandi, intimandi, inſinuandi, & notificandi, nec non pœnas prædictas, & earum quamlibet, prout melius in Domino expediens fraternitati tuæ videbitur, mutandi, moderandi, augendi, & corrigendi, ac in quibuſcumque articulis præmiſſis aliter ſtatuendi, & ordinandi, deformata reformandi, indirecta dirigendi, & nihilominus contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas, & alias cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, & quæcumque alia iuris, & iuſtitiæ remedia dicta auctoritate compellendi, omniaque alia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, quibuslibet priuilegiis, indultis, exemptionibus, & literis apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, ſub quacumque verborum forma, vel expreſſione conceſſis, quæ nulli cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, præeminentiæ, vel ordinis exiſtant in hac parte volumus ſuffragari, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, plenam & liberam auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem pariter, & auctoritatem. Nos enim ex nunc prout ex tunc omnes, & ſingulas ſententias, cenſuras, & pœnas, quas rite tuleris in contradictores quoslibet, & rebelles, nec non quæcumque omnia, & ſingula, quæ per te in præmiſſis, & circa, & ac eorum quolibet, & alias vltra facultatem tibi conceſſam, ſuper quibus tibi plenarie committimus vices noſtras, fieri & exequi contingeret, ratas & rata, atque gratas, & grata habebimus, ac faciemus ex eorumdem fratrum vnanimi aſſenſu, ac ſi conſiſtorialiter factæ, & facta forent, Deo propitio auctore, inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non priuilegiis, indultis, conceſſionibus, & literis tam Regi quam archiepiſcopis, epiſcopis, prælatis, ducibus, baronibus, dominis, communitatibus, vniuerſitatibus, & aliis perſonis per ſedem Apoſtolicam, vel alias ſub quibuſuis formis, & expreſſionibus verborum, etiam motu, & ſcientia ſimilibus hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, quæ etiam eis, quo ad hoc, prout ſupra, in aliquo nolumus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi Regi, archiepiſcopis, epiſcopis, prælatis, ducibus, baronibus, dominis temporalibus, communitatibus, vniuerſitatibus, aliiſque regnicolis prædictis, vel quibuſuis aliis communiter

Miſſus pro aſſerenda cõcordia internuntius.

Ampliſſima poteſtate inſtructus.

Digitized by Google

niter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum; quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem: & inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane ſi ſecus ſuper ijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXV. *non. auguſti pontificatus noſtri anno* I.

Decernitur internuntius ad Leodienſes.

In Germania inferiori grauiſſimi tumultus hoc tempore fuere concitati, cum Ludouicus epiſcopus Leodienſis ab aduerſarijs, quorum odia contraxerat, cæſus fuiſſet; atque ciuilis inde diſſenſio conflata eſſet, in qua ſceleris auctores contrucidati fuere: ſerpenteque latius belli incendio, grauiſſima calamitas prouinciæ impendebat, cum Innocentius Leodienſis eccleſiæ & clientum populorum miſertus internuntium decreuit Philippum præpoſitum Argentinenſem nobiliſſima Cliuenſium ducum proſapia ſatum, vt ad diſſidentes inter ſe conciliandos incumberet.

Dilecto filio magiſtro Philippo ex ducibus Cliuenſibus præpoſito eccleſiæ Argentinenſis notario noſtro, & ad dominia & diœceſim Leodienſem ac dominia nobilium ducum Cliuenſium ſedis Apoſtolicæ nuntio & commiſſario ſalutem, &c.

Ludouicus epiſc. Leod. occiſus.

Sicut iam dudum nobis innotuit poſt obitum bonæ memoriæ Ludouici epiſcopi Leodienſis, qui a nonnullis iniquitatis filijs, & perditionis alumnis inhumaniter interfectus erat in ciuitate, & diœceſi Leodienſi, occaſione obitus dicti epiſcopi, nec nõ nonnullorum ex eis poſtmodum, ſicut iuſtitia diuina permiſit, ſuis exigentibus demeritis interfectorum quamplurima damna homicidia, ſacrilegia, exceſſus, & depopulationes eccleſiarum, ac eccleſiaſticorum locorum prophanationes, deuaſtationes, & ruinæ, ac totius illius patriæ deſtructio, proh dolor! ſequuta fuerunt, nec adhuc ceſſarunt; quinimmo continue magis, & magis inualeſcunt, etiam tot annis viguerunt, vt niſi de celeri remedio prouideatur ſit breui de maioribus periculis, & ſcandalis, & totali deſolatione Leodienſis eccleſiæ veriſimiliter formidandum, quæ omnia cum in diuinæ maieſtatis offenſam, eccleſiaſticæ libertatis præiudicium, & auctoritatis Apoſtolicæ contemptum, ac pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum tendant, non poſſumus vlterius ſub diſſimulatione præterire, nec abſque maxima animi amaritudine reminiſci. Et cum ad nos ſuper ijs ſpectet prouidere, & cognoſcamus te pluribus reſpectibus nobis notis, & præſertim ob tui præclari generis nobilitatẽ, ac in partibus illis potentiam, & quia etiam vtrique partium neceſſitudine coniunctus exiſtis, ad prouidendum in præmiſſis admodum aptum, & idoneum, ad te direximus oculos noſtræ mentis, &c. [Ampliſſimis internuntium mãdatis inſtruit Pontifex, vt diſſidẽtibus inducias imperet, de pace colloquia ineat, cenſuris aduerſantes compeſcat, dirimat lites, iura priſtina eccleſiæ reſtituat, ac ſi opus ſit, pontificio nomine Maximiliani archiducis Auſtriæ opẽ imploret] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXVI. *pridie kal. iulij pontificatus noſtri anno* III.

Sequuta inde bella.

Leodienſis eccleſia miſere laniata.

Creatus internuntius pro adducenda pace.

a Annal. l. 5. c. vlt. Volat. l. 3. pag. 78. Polyd. Virgil. l. 25. Surii l. 29. c. 64. Harpsfeld hiſt. eccl. Angl. ſæ. 1. 15. c. 7. Marian. l. 23. c. 17.

Henricus Richem. Angliam potitus.

52 Hoc anno Henricus Richemundiæ comes in Britannia minori exul nullis fretus opibus ingentis flagitij commiſſi a Richardo Rege, a quo fratris filios interfectos fuiſſe vidimus odio, occulteque a matris & vitrici propinquis excitus accepto a Galliarum Rege auxiliari exercitu exiguo, in Vualliam traiecit concurrentibus ad eum Anglis: quem in littus aſcenſione facta crucem in arena digito effinxiſſe tradunt a, libatoque illi pio oſculo, Dauidica illa verba repetijſſe: *Diſcerne Deus cauſam meam*. Commiſſa autem cum Richardo pugna illum diuino humanoque patrocinio deſtitutum vicit, ferroque confecit regia corona redimitum, quippe cum victoriam ad hoſtem inclinare videret, ea ambitione æſtuauit b, vt corona cinctus occumberet; ita qui eam nepotum ſanguine tinxerat, etiam ſuo miſer cruentauit. Victorem vero vniuerſa Anglia tyrannide liberata Regem ſalutauit. Partam hanc victoriam XI. kal. ſeptembris anni ſequentis refert Polydorus Virgilius c, additque d illum omnibus hoſtibus, qui dierum quadraginta ſpatio in fidem eius, ac poteſtatem venirent, pepercisse regio diplomate; quo promulgato plures proceres Richardi partes antea ſecuti mox ipſi adhæſerint. Verum huiuſmodi rerum Anglicarum conuerſionem hoc anno contigiſſe patet ex literis e pontificijs proximo ad Henricum datis, quibus illum Innocentius explicitæ in hoſtes clementiæ laude decorauit, atq; epiſcopum Dunelmenſem, qui pro Richardo legationis munere functus fuerat, commendauit.

a Harpsfel. vbi ſup. 1486. t. kal. ſept. b Volater. vbi ſup.

Richardus tyrãnidis pœnas dat.

c Polydor. Virg. l. 25 in fine. d Id. l. 26.

e Lib. 2. breu. pag. 170.

Henric. VII. a Clementia regnũ auſpicatus.

Regi Angliæ.

53 Ex literis tuæ maieſtatis nuper accepimus, te eos, qui fidem aduerſario tuo, quamdiu regnum iſtud tuũ Angliæ occupauerat ſeruauerint, eiuſque partes ſecuti fuerint, modo reſipiſcant tandem, atque ab errore deſiſtant, non ſolum odio aut indignatione non proſequi, verum etiam velle, & de eorum erga te fidelitate confidere, & ipſos tibi etiam charos habere. Delectamur, chariſſime fili, non modo aliorum fide dignorum teſtimonio, qui tuas apud nos laudes prædicant, ſed tuis etiam literis intelligere, quam ſis facilis in parcendo, pius atque miſericors: id enim maieſtatem tuam maxime decet, ſapientiſsimo Rege dicente: *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius.*

Gratulatoriæ ad eũ Innoc. literæ.

Subiungis etiam te venerabilem fratrem Ioannem Dunelmenſem epiſcopum, qui aliquantulo tempore præfati aduerſarij tui fidelis (vt eſſe ſolet) ijs, qui de ſe confidunt precator oratorque fuit, gratia ac fauoribus proſequi. Tuam magnopere celſitudinem collaudamus: eſt enim ille, vt verbis tuis vtamur, doctrinæ vir, vitæque quantum accepimus integerrimæ, & cuius fama, hic ſcimus, & in Angliæ ita credimus celeberrima eſt, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum die* XXIX. *martij* MCCCCLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II.

54 Hoc anno ineunte, die epiphaniæ ſacro, ſolemni ritu conſecrata eſt ab Innocentio memoria Leopoldi, ob relicta ſanctitatis exempla veſtigia Pij nuncupati, olim Marchionis Auſtriæ, qui in cælum migrauerat anno Chriſtianæ ſalutis MCXXXI. de quo in ſanctorum numerum referendo iam ante Pontifices ſacram actionem internuntijs ea de cauſa in Germaniam miſsis, inſtituerãt, quæ a Sixto IV. reperita promotaque eſt opera Cardinalis S. Marci, cui in Pannonias legato vitam Leopoldi, mores, ac miracula inſpiciendi diſcutiendiq; prouincia data eſt. Adhibiti demum Rodericus Portuenſis epiſcopus S. R. E. Vicecancellerius, Marcus epiſcopus Præneſtinus, Franciſcus S. Euſtachij diaconus, vt B. Leopoldi geſta dictaque teſtium in diſquiſitionem vocarent: quo ſacro iudiciario ordine ſeruato, Innocentius de more Cardinalium, epiſcoporum, ac præſulum

De Leopoldo ſanctis adſcribendo geſta.

cœtus

Digitized by Google

cœtus percelebres vergente ſuperiori anno coegerat, vt ab ijs conſilium exquireret, an Leopoldo ſanctorum honores decernendi viderentur: habitaque propterea eſt oratio a Franciſco Patauo cauſarum conſiſtorialium actore ex publicis actis coram prædictis Cardinalibus, qui religioſæ actioni præfecti fuerant, productis decerpta, in qua celebratæ laudes diuinæ maieſtatis, quæ Leopoldum inter ſæculi, coniugis, & liberorum curas tantis gratiæ & ſanctitatis ornamentis cumulaſſet a: *Alios*, inquit, *ad beatam vitam liberius euexit ſolitudo, atque ab humanis negotijs ſeparatio, remotaque vita, & a ſæculi curis penitus expeditas: vnum hunc, inter pauciſſimos mortales, humanis implicitum rebus humana contempſiſſe, & inter ipſarum humanarum rerum impedimenta ſemper diuinis inhæſiſſe conſtat: rarum profecto, & memorabile ſanctitatis exemplum, qui dum in ſæculo vixerit, humanarum minime curarum expers, inter diuina adeo ſit verſatus, quod non niſi arbitrandum ſit ipſum cæleſtem gloriam conſecutum; & cum hic maxime ſtatus ea vitæ conditio diſtrahere ſoleat, in eo potiſſimum ſanctitas quæſita, & inuenta ſit: nam & ſi plurima ſit dignum laude, tamen perdifficile maiores noſtri iudicarunt, in magna videlicet peccandi licentia iuſte vixiſſe. Accedit & rei vxoriæ & liberorum cura, quod quidem vt cum Apoſtolo dicam a cæleſtium cogitatione maxime diuidit.*

a M.ſ. arc. Vat ſign. n. 111. Burchard. in diarijs m.ſ. arch. Vat. ſign. n. 320. Franc. Patauin. in eius oratione. Io. Fran. de Papinis. Baron. in not. ad martyrol. 15. nouem Sur. to. 6. die & alij.

In coniugali ſtatu diuinis rebus maxime addictus.

55 Suſcepit ex coniuge Agnete Imperatoris filia virtutibus non diſpare duodeuiginti filios, quos veluti diuinæ liberalitatis pignora dilexit, educauitque in cultu diuino adeo, vt neque inter infantiæ ludibria adoleſcientiæue faces vlla impudicitiæ ſcintilla inarſerit: *Hic*, inquit idem Franciſcus, *ab infantia non ſe delitijs aut voluptatibus, quibus ætas illa permaxime irretiri ſolet, neque ijs, quæ omnes faciunt pueri ſe accommodauit, aut vllaqua ex parte corrupit inter regios luxus, opeſque innumeras, ab omnibus enim huiuſmodi ſe abdicauit, & quod iam Dei nutu fas eſt credi, inter tot rerum omnium delitias ſobrium, continentem, abſtemium, & in carne quodammodo viuentem præter carnem cerneres, & eo vſque, vt qui illius temporis res geſtas, & huius incorrupti viri vitam conſcribunt, qui quidem plurimi ſunt digniſſimi ſcriptores, vnum hunc pleno commendant ore, admirantur, extollunt, ſolumque adoleſcentem dicunt earum rerum expertem, quas fert adoleſcentia. Huic non equi, non canes præcipuum fuere ſtudium, ſed diuina eloquia, veraque fidei cultus aſſiduus, cognitioque ſtudioſiſſima placuere: ſæpius enim ſacros codices intentum eras videre, nec a diuinarum rerum contemplatione ſeu operatione vacuum inuenire facile fuiſſet. Genitore vita functo regni habenis hereditario iure ſuſceptis: populos natura feroces ea moderatione animi gubernauit, vt eis non preeſſe, ſed prodeſſe curaret, & ſe rectorem, & exemplum ad bene beateque viuendum ſubditis præberet, quippe qui non eorum opibus (vt nonnullis regnantium mos erat) inhiaret, ſed populum ſibi a Deo commiſſum recte, quiete, ſancte, ac æqua lance conſeruare ſtuderet, horumque animas vna cum ſua innoxias, mundas, & Deo gratas reddere, bonos propoſitis præmijs meliores efficere, ſummiſque honoribus afficere gauderet. In iure erga ſontes adminiſtrando ita ſe habuit, vt nunquam miſericordiæ fuerit immemor, iuxta illud: Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat; ita vt ſcelera coerceret, a tormentis aut cæde ſemper abſtineret, vt verus imitator Saluatoris haberetur.*

In adoleſcentia caſtitatẽ eximie coluit.

In principatu adminiſtrãdo emicuit eius virtus.

56 Cum ille vna cum vxore Deiparæ templum, in quo diuino cultui daretur opera, ponere meditaretur, deque loco ambigeret, diuino miraculo accidit, vt ventus flammeum Agnetis e capite ſublatum procul in remota loca detulerit, ac nono poſt anno, cum relaxandi animi gratia deambularet, ſuper frutice in ripa Danubij illæſum illibatumque repererit, vbi veluti volente Deo nobile & opulentum templum octauo a Vienna lapide Clauſtriburgum nuncupatum condidit, vbi canonicos ſæculares præeſſe iuſſit voluit; ſed cum ſegnius pietati vacarent, in locum eorum alios e B. Auguſtini diſciplina vitæ ſanctimonia præditos ſubſtituit. Interiectis pluribus de fide digniſſimis monumentis, quæ de ſanctitate Leopoldi ſcripta extant, miraculorum, quæ ipſius precibus a diuino Numine edita ſunt, prolixum numerum affert, in veteribus quidem monumẽtis hæc extabãt.

Templũ ab eo Virgini poſitum.

Mulier quædam Charinthia immundo vexata ſpiritu Leopoldi ope liberatur.

Puer mutus nouem annis ex Herzogemburga vocalis fit. Alios captus manibus, & pedibus conualuit. Presbyter Herbipolenſis cæcus relictis tenebris diem vidit. Virgo icta fulmine reuixit. Altera lapillo obcæcata Leopoldi tumulo porrectis precibus recuperat viſum. Puer chiragra laborans, & officio manuum penitus carens eiuſdem ope ſalutem recipit. Sic & mulier podagra vno pede, & alter duobus eiuſdem ope liberi fiunt. Eques quidam gutture tumefacto oſſibus creſcentibus ita eius miraculo liberatur, vt ſine cicatrice, vel alio ſigno liber factus fuerit. Alia mulier ære alieno grauis cum a creditoribus vehementiſſime vrgeretur deſtituta ſoluendi ſpe Leopoldi tumulum adijt, ibique non ſine magno dolore ingemuit nomini ſe commendans. Auditæ fuerunt preces, & vox auribus quieſcentis intonuit, vt domum repeteret, & ſcrinium aperiret, quo inuentura erat ſatisfactionis debiti cedulas, quod vbi inuenit domos creditorum, qui & Chriſtiani, & Iudæi erant petijt, vt chartas obligationis redderent, qui reſponderunt ſe dediſſe cuidam veſtibus cæleſtinis induto, & qui debita ſoluerit, tunc ſtatim exhilarata mulier apertiſſime intellexit Leopoldum fuiſſe, a quo mortales plurima miraculorum beneficia aſſidue accipiunt.

Edita ei⁹ ope miracula.

Diuino miraculo inops debita perſoluit.

57 Addidit Franciſcus Patauus plura alia miracula fuiſſe conſignata publicis literis, quæ incendio cum monaſterio Nouumburgenſi conflagrarint. Ad alia vero recentiora ob fidem, ob grauitatem, ob conſtantiam, ob concordiam teſtium, quæ accurate diligenterque diſcuſſa fuerant, & ab hominibus grauitate & integritate conſpicuis comprobata, digreſſus eſt. Fuere illa centum, & nonaginta Cardinali S. Marci, tũ in Germania legato, expoſita teſtibuſq; confirmata: quorum præclariora percurrit, quibus varia inſanabilium morborum genera, implorata B. Leopoldi ope diuina vi depulſa fuerunt adeo, vt paralytici contractique membrorum vſum, cœci viſum, ſurdi auditum, muti vocem, debiles robur, diſcruciati doloribus valetudinem, vincti cathenis libertatem, naufragi portum, leproſi ambuſtique carnis nitorem, parturientes deploratæ leuamen, epileptici, moribundi vitam receperint; tũ ſubiũgit.

Paralytici diuinitus curati.

58 *Sed quid de morituris dicam, quando etiam defuncti vita raro mirabilique Dei optimi maximi experimenta poſitis Leopoldo votis reſtituuntur?*

Elizabeth LXXXI. *teſtis ſuper* XIX. *articulo, quo quæritur quid de Leopoldi miraculis noſcatur ſe vidiſſe affirmat, puerum ſuper altare poſitum ante monumentum Leopoldi, vbi aderat magnus gentium tumultus nigrum, & omnium iudicio exanguem, exanimemque, & precibus porrectis a nonnullis numini*

viuum vidiſſe hoc & alij ſex eiuſdem loci indigenæ addentes, cum vidiſſe dum puteo extraheretur nigrum, vt ſupra, & in eccleſia etſi diuerſis verbis eadem tamen ſententia confirmarunt, teſtes in hoc depoſuerunt omni exceptione maiores. Puer alius trimus Volfgangus nomine eiuſdem loci in flumen lapſus, vbi aderant molenæ, perquiſitus inuentus eſt ſemotus a loco, vnde ceciderat, quantum bis emiſſa valido arcu ſagitta ſpatij complet, nullo viuacitatis in eo apparente ſigno. Mater verſa ad Leopoldum benemerita nuncupatis votis reſtitutum puerum ad primam vitam conſpexit. Hiſtoria hæc non caret teſtibus, nam & pueri parens Fredericus ſuper dicto articulo ſe vidiſſe teſtatur, & interfuiſſe dum rueret, multis & clericis, & laicis videntibus, prout ſupra, & hæc anno milleno quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptembri menſe. Sic & alij duo ſuper circumſtantijs, & interrogatorijs legitime reſponderunt. Puer pro mortuo habitus cum ad ſepulchrum B. Leopoldi delatus eſſet ſubito miraculo vitam recepit. Hoc barbara quinquaginta annos nata fœmina grauis teſtatur. Alius puer trimus Fredericus nomine cum in puteum decidiſſet, ac per horam prope mediam manſiſſet ſub aquis eductus e puteo frigidus, & niger, nullumque indicium vitæ toto corpore præ ſe ferens, tandem effuſis a matre precibus ad omnipotentem Deum, beatumque Leopoldum priſtinæ ſaluti reſtitutus eſt. Bonuerſer vxor Ioannis, & altera vxor Laurentij Saltzburgenſis diœceſis hoc fuiſſe, & vidiſſe teſtantur.

Puer ad vitam reuocatus.

59 Addita alia infantium, qui vel aquis ſuffocati, vel in vtero materno extincti eiectique, ad vitam precibus ſancti viri reuocati cœleſti virtute fuerunt, monumenta: ob quæ conſiſtorialis patronus Friderici Imperatoris, & Maximiliani eius filij, qui genus ex Leopoldo ducebant, necnon Matthiæ Regis Pannoniæ, aliorumque principum Germanorum nomine ab Innocentio flagitauit, vt Leopoldo ſanctorum honor cultuſque decerneretur. Habitam autem hanc orationem ſuperiori anno XII. kal. decembris conſignat Surius a, qui eam tomo VI. inſerit, additque editum fuiſſe alium librum de miraculis, & conſecrata memoria S. Leopoldi a Ioanne Franciſco de Pauinis. Rogatis autem a Pontifice Cardinalium, epiſcoporum, aliorumque præſulum ſententijs, ſancitum eſt Leopoldum in ſanctorum ordinem ritu ſolemni aſcribendum.

a Sur. to. 6. 15 nouem.

Diſcuſſa ſumma maturitate ſancti miracula.

60 Promulgatum itaque ab Innocentio eſt inſigne diploma b de ſanctorum honoribus B. Leopoldo duci, qui ob ſingularem in Romanum Pontificem obſeruantiam peculiaris ſancti Petri filius dici erat ſolitus ab Innocentio II. decretis, deque miraculis illius precibus diuinitus editis, cuius diplomatis extremam tantum partem ſubijcimus, cum typis ſit excuſum.

b Ext. in bull. in Innoc. VIII. conſt. 19. ext. apud BelIar. l. 3. de offic. princip. Chriſtiani.

Innocentius, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Inter alia ſaluberrima ſanctitatis exempla diuina miſericordia ſydus quoddam mundo fulgere dedit beatum Leopoldum Auſtriæ principem, pium marchionem cognomento appellatum, innocentiæ, ſapientiæ, & iuſtitiæ veſtimentis, quibus veſtiri Eccleſiam prædiximus, decorum bonitate, manſuetudine atque clementia conſpicuum, ſimplicitate continentia & munificentia præclarum, cuius integritas vitæ ſãctimonia, humilitas, pietas, fides adeo apud Chriſti fideles inualnerunt, vt vna omnium Chriſtianorum voce pro ſancto hactenus celebratus fuerit, Chriſtianæ religionis cultum, & eius liberalitatem nonnulla monaſteria & quidem celeberrima ab eo cum ampliſſimis cenſibus conſtructa, alia etiam magno ſumptu illuſtrata abunde teſtantur. Hic princeps optimus ſacerdotes & viros religioſos admodum coluit, ſummoſque Pontifices tanta veneratione proſequutus fuit, vt ab Innocentio II Romano Pontifice prædeceſſore noſtro peculiaris S. Petri filius appellaretur, & Apoſtolica commendatione, atque ea plenaria, quam vulgo dicunt, abſolutione dignus ab eodem Innocentio etiam mortuus iudicatus fuerit. Hic vir Dei in ſummis opibus educatus, in magna peccandi licentia conſtitutus, coniugalibus curis implicitus, principatus regimine impeditus, ſedulo tamen pietatis & miſericordiæ munera ſubibat, laſſos roborans, vacillantes confirmans, oppreſſos ſubleuans, inopes fouens, inter curas domus, inter coniugales anxietates, inter affectus pignorum, inter multiplices principatus ſolicitudines, inter ſtudia tot laborum immaculatum ſeſe ab hoc ſæculo cuſtodiuit, & temporalia tractando æterna diſpoſuit: quadraginta annis principatum Auſtriæ regens, &, quod maius eſt, illis præcipue temporibus, quibus propter Henricorum patris & filij mutuas concertationes, & poſtea propter Henrici IV. cum Lothario acerrimas contentiones in Germania bellis, incendijs, & agrorum vaſtationibus tumultuatum eſt. Summa cum iuſtitia, humilitate & tranquillitate cuncta adminiſtrauit, alijs cæde & ſanguine madentibus: creditam ſibi Auſtriæ prouinciam in diuturna pace continuit, quibus ex meritis æternæ retributionis & pacis præmia a Deo optimo Maximo, qui centuplicato fœnore munera hominum penſat, eſt conſequutus. Prætendant nunc huius ſæculi amatores ad peccata excuſanda coniugales, familiares, ciuiles, ſeu regalis ſolij moleſtias, ſæculi illecebras aut tentationes, Leopoldi exemplo diuina eos prouidentia circumſcripſit. excuſationes omnes circumuenit, aditum humanæ tergiuerſationis concluſit, & quaſi aranearum telas commenta humanæ fragilitatis diſrupit: a Deo creati & redempti Deum debitis honoribus non colimus, & quod ex intimis referimus, illum non tantum negligimus, ſed blaſphemamus ſæpenumero. Adhibita ſunt præcepta, diuinæ, & humanæ legis præceptis obtemperare tergiuerſamur: addita ſunt cœleſtis præmia gloriæ, indicta pœnarum diuerſa genera, cenſura correctionis inuenta, ab illis faciem quaſi rebelles auertimus: ſanctorum varia exempla ante oculos noſtros propoſita, ipſa quoque imitari contumaciter recuſamus, imbecillitatem noſtram, ſæculi ſolicitudines, cum de ſalute noſtra agitur, cauſamur, Leopoldi nobilis principis coniugati, ac multorum filiorum, ac ſubditorum cura irretiti, clariſſimo exemplo admonemur, vt omni excuſatione ſemota per hæc temporalia ita caute ambulemus, ita ſancte nos exerceamus, vt æterna non amittamus, allecti ſpe momentaneæ huius proſperitatis perpetuitate gloriæ cœleſtis non fraudemur, ſed mundi moleſtias, illecebras, aut dignitates contemnendo ad cœleſtem patriam totis viribus contendamus. Huius beati Leopoldi ſanctimoniam Deus omnipotens innumerabilibus miraculis ad eius inuocationem editis comprobauit. Miraculis profecto, quæ tum in facti ſubſtantia, tum & ordine vim & poteſtatem totius naturæ excellerunt. Quis enim non miretur cum audiat per Dei miſericordiam, implorato Leopoldi auxilio, paraliticos, arthriticos, febricitantem, podagra laborantem priſtinæ valetudini illico reſtitutos? quis non magnalia Dei in hoc ſancto agnoſcat cum videat interceſſioni.

Diploma promulgatum ab Innoc.

Vt Auſtriam B. Leopold⁹ in pace continuerit.

Ingrata humana mens in conditorem ſuũ.

Quanta miraculo ſum genera per B. Leopoldum edita.

Digitized by Google

ſionibus eius claudos recte ambulaſſe, apoſtematibus mortiferis infectos liberatos, in carceribus conſtitutum pedicis manicisque vinctum per foramen, vnde impoſſibilis hominis exitus erat, eductum euaſiſſe, in varijs vitæ periculis poſitos illæſos ſeruatos eſſe, quis non tota mente obſtupeſcat, & Deo optimo maximoque præconia manifeſta dicat, cum liquido deprehendat meritis, ac precibus huius ſancti viri mortuos ſuſcitatos, mutos loquendi facultatem adeptos, cæcos illuminatos, ſurdis auditum reſtitutum eſſe? maxima ſunt hæc ſanctitatis, & diuinæ approbationis ſigna humanam expectationem, ac ſpem excedentia, & tamen clariſſimis documentis comprobata ſunt. Quinimmo ab anno Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto, quo Leopoldus vita functus ex terris ad cœleſtem Ieruſalem tranſiuit, in noſtra vſque tempora, & præſentem diem magis atque magis manifeſta mira de illo ex mentibus hominum, in Auſtria præcipue & per omnem Danubij ripam, deuotio cœlitus infunditur: incredibile dictu quanta cum veneratione eius corpus, quod in monaſterio ſemper virginis & matris Dei Mariæ ab eo condito in loco, quod nouum Clauſtroburgum appellatur Patauienſis diœceſeos ſepultum eſt, a Chriſtifidelibus viſitetur, quibus votis celebretur pia eius memoria. Memoratu difficile eſſet quot & quanta tabellis, & imaginibus illi dicatis exornetur, quanta luminarium copia perluſtretur. Procumbit ſupplex ante tumulum languentium, & rogantium turba, opem Leopoldi implorans, nec expectatione irrita diſcedit. Huius veneratione, & permultorũ populorũ ſalute Rodulphus Auſtriæ dux impulſus eſt, vt Innocentio VI. huic S. ſedi ea tempeſtate præſidenti, ſupplicaret, quatenus Leopoldum ſanctorum cathalogo adſcribere dignaretur, qui re perſpecta quam ſapientiſſime de vita, & miraculis, ac fama eiuſdem Leopoldi ex more inſtitutoque maiorum cum conſilio ſacri ſenatus inquiſitionem tunc archiepiſcopo Pragenſi, & alijs collegis delegauit. Verum, cum ea de re agi cœptum eſſet, morte Innocentij, ſurgentibusque inter Auſtrales & Pannonios diuerſis turbinibus, immenſiſque procellis in eccleſia Dei exortis, vſque ad tempora Pauli II. prædeceſſoris noſtri, inquiſitio intermiſſa eſt. Chariſſimo autem in Chriſto filio Friderico Romanorum Imperatore auguſto, prælatis, & principibus Germaniæ apud eundem Paulum multis precibus tam ſancti viri canonizationem abſolui petentibus, tribus ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus de fratrum ſuorum conſilio demandatum eſt a Pontifice præfato, vt ſolemnem inquiſitionem ea de re adhiberent, & proceſſus conſuetos tum per ſe, tum per ſubdelegatos facerent; quod magna ex parte confectum erat, cum euocato ad Dominum Paulo, ſanctæ memoriæ Sixtus IV. prædeceſſor noſter in hac ſancta ſede diuina prouidentia conſtitutus eſt. Iterandas ergo preces, & vehementius agendum apud Sixtum imperator, præfati, ac principes prædicti duxerunt, vt tam ſanctum opus canonizationis cœptæ perficeret. Is vt certiori fide, quæ de miraculis, & vita Leopoldi aſſerebantur, perciperet, venerabili fratri noſtro Marco epiſcopo Præneſtinenſi tunc tit. S. Marci presbytero, Cardinali, & in Germania legato, vt præmiſſa percunctaretur iniunxit, qui locupletiſſimam de illis omnibus relationem per publica acta, & legitimos proceſſus eidem attulit. Dehinc proceſſibus, & actis publicis magna

Apud quos Pontifices exculla fit de illius ſanctitate actio.

cum diligentia per venerabiles epiſcopum Portuenſem Marcum prædictum, Præneſtinenſem illo tempore epiſcopum aſſumptum, ac Franciſcum S. Euſtachij diaconum Cardinalem commiſſarios diſcuſſis, priuata primo relatione eidem Sixto facta, poſtmodum in ſacro ſenatu referente prædicto venerabili fratre epiſcopo Portuenſi, dilucide re examinata, & ex illorum ſententia canonizatione concluſa, ſicut Domino placuit, Sixto vita functo, nobis, qui eidem in onere, & honore per diuinam miſericordiam, licet indigni, ſucceſſimus, reſeruatum eſt, vt ſupremam manum tam ſanctæ approbationi apponeremus. Conſilio itaque habito rurſus venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium in publica concione omnia, prout geſta erant, Leopoldique vitam, miracula, & reliqua merita per aduocatum conſiſtorialem proponi curauimus. Demum vocatis omnibus, qui in Romana curia degunt prælatis, in frequenti eorum conſeſſu, aſſiſtentibus nobis eiſdem venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, ſingulorum vota prælatorum ſcrutati ſumus, quibus Spiritus ſancti gratia cooperante manibus pedibuſque, vt aiunt, in eam ſententiam deuenientibus, quod Leopoldus merito ſanctus a nobis canonizandus eſſet; hunc in locum, & publicum ſuggeſtum hac ipſa die conſcendere decernimus, vt opitulante Domino, votis precibuſque fidelium adiuuantibus, ipſum Leopoldum ſanctum definiremus, & pro ſancto venerari debere ab vniuerſis, & ſingulis Chriſtianis mandaremus, ſicque hodie ſermone per nos habito, re diuina peracta, & reliquis ſolemnitatibus adhibitis, ad hanc ſanctiſſimam canonizationem procedendum duximus. Cum autem verbo ſapientiæ Dominus affirmet homini, qui cum laudauerit, & dilexerit Deum, qui fecit illum, quod in medio populi ſui exaltabitur, in plenitudine ſancta admirabitur, in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur; mirumque in modum Leopoldus in medio populorum exaltatus ſit, plenitudine cæleſtis gratiæ admirabilis refulgeat, reſtat, vt noſtra approbatione inter electos, & ſanctos Dei laudetur, inter benedictos benedicatur, quæ illi abunde impartiemur, ſi eum inter ſanctos Eccleſiæ annumerandum, pro ſancto venerandum, atque publicis, & ſolemnibus ſupplicationibus votiſque in miſſarum celebrationibus, alijſque diuinis officijs inuocandum, apoſtolica auctoritate iudicauerimus. Ad laudem æterni Dei indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ad fidei catholicæ robur, & ornamentum, ad religionis Chriſtianæ cultum augendum, auctoritate domini noſtri Ieſu Chriſti, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, & noſtra de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio ſtatuimus, definimus, & pronuntiamus ſanctum Leopoldum Auſtriæ marchionem ſanctorum catalogo adſcribendum, & publica veneratione pro ſancto obſeruandum, ſicut & nos illum in præſentiarum manifeſta voce ſanctorum cathalogo annectimus, ac confeſſorum numero adiungimus, publice ſanctum definimus, profitemur, & veneramur, ſtatuentes feſtum eiuſdem die XVII. kal. decembris debere celebrari, & ipſo feſto eius ſepulchrum, quod in prædicto monaſterio exiſtit, viſitantibus, & pro manutentione dicti monaſterij manus porrigentibus adiutrices, ſeptem annos, & totidem quadragenas indulgentiæ in forma Eccleſiæ miſericorditer perpetuis temporibus concedimus. Nulli er-

Promota apud Sixtum IV.

Decretoria de Sanctorum cultu exhibendo B. Leop. ſententia.

go, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* 1.

Actum eſt proximo anno de ſacris B. Leopoldi reliquijs in locum honorificentiorem tranſferendis, atque ab Innocentio poſtulata poteſtas, quam hoc diplomate conceſſit a.

a Lib. 2. breu. pag. 256.

Præpoſito & conuentui monaſterij clauſtri Neumburgenſis ordinis S. Auguſtini Pataujenſis diœceſis.

Transferendarũ B. Leopoldi reliquiarũ data mãdata.

Dilecti filij ſalutem, &c. Deſideratis, vt accepimus, corpus S. Leopoldi in ſanctorum numerum in primordio aſſumptionis noſtræ per nos relati ad honorabiliorem locum pro veſtra, & populi deuotione transferre, cui deſiderio, vtpote pio, & laudabili paterne annuentes ſupplicationibuſque veſtro nomine nobis porrectis inclinati tenore præſentium licentiam vobis Apoſtolica auctoritate concedimus, vt corpus ipſum e loco, vbi nunc eſt, exhumare, & ad principalem eccleſiam, ſeu aliam veſtri monaſterij decentiorem locum transferre, adhibitis ſolemnitatibus, & ceremonijs requiſitis, libere, & licite valeatis, &c. *Datum Romæ die* IX. *martij* MCCCCLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II. Hactenus de B. Leopoldo, cuius gloria flexu temporum magis propagata eſt.

B. Catharina Suecica clara miraculis.

61 Efflorescebat quoque tum in Suecia B. Catharinæ filiæ S. Birgittæ ſanctitatis fama, ac plures illius precibus cœleſtes virtutes editæ circumferebantur: quibus permoti Iacobus archiepiſcopus Vpſalenſis, alijque Sueciæ antiſtites vna cum Ioanne Daniæ, Noruuegiæ, & Sueciæ Rege ab Innocentio poſtularunt, vt ipſam ſanctis Virginibus annumeraret: at Innocentius extrahendam in aliud tempus religioſam eam actionem, ſummaque conſilij maturitate expendendam archiepiſcopo Vpſalenſi reſcripſit b: tum eum hortari iuſſit, Ioannem Regem Daniæ vt Ioannem Baſilium Moſcouiæ ducem Sueciam infeſtantem bello peteret.

b Lib. 1. breu. pag. 122.

Iacobo epiſcopo Vpſalenſi.

De ea inter ſanctas virgines referenda actum.

Venerabilis frater ſalutem, &c. Accepimus litteras tuas, & aliorum ſuper canonizatione B. Catherinæ natæ S. Brigittæ de Suecia, quam & regia maieſtas, & prælati regnorum Daciæ, Sueciæ, & Noruuegiæ fieri cuperent. Satisfaceremus libenter tam pio deſiderio Regis ipſius, & aliorum, niſi nos reſpectus alterius nuper factæ canonizationis de ſancto Leopoldo teneret. Nam cum res hæc magni ſit momenti, non niſi rariſſime fieri conſueuit: aliter tantum myſterium quantum illud eſt vileſceret. Præterea varijs in his noſtri pontificatus primordijs curis, & negotijs impedimur: vnde fit, vt pro nunc commode intendere huiuſmodi canonizationi non valeamus: tempore procedente, & data meliori occaſione ſtudebimus quantum cum Deo licebit præfato Regi, & nationibus iſtis ſatisfacere. Interim hortaberis noſtro nomine regiam maieſtatem, & alios, vt conſilium per eos initum de pugnando contra Ruthenos, & infideles pro Dei gloria, & Chriſtifidelium defenſione magno animo proſequatur, nam & ab ipſo Deo præmium poterunt expectare, & magnam apud omnes commendationem. Præterea etiam nobis & alijs meliorem dabit occaſionem ad complacendum ei de canonizatione ipſa. Hanc noſtram bonam diſpoſitionem, & paternam admonitionem poteris & ipſi Regi, & cæteris notam facere. *Dat. Romæ die* XI. *februarij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* I.

62 Hoc anno cum veteres inter parochos, & religioſos ordines recrudeſcerent diſcordiæ de ſepulturis & ſacramentorum adminiſtratione, Innocentius ſancita a Sixto confirmauit a.

a Innoc. VIII bul. an. 1 to 2. ſign. recen. n. 1918. pag. 166.

Ad perpetuam rei memoriam.

Orta lis inter clerum & monach.

Dudum felicis recordationis Sixtus Papa IV. prædeceſſor noſter cum intellexiſſet ab oratoribus per clerum nationis Germaniæ ad ipſum prædeceſſorem deſtinatis, quæ inter eos, & mendicantium ordinum profeſſores controuerſia foret ſuper ſolutione decimarum, a qua mendicantes præfati ſe penitus dicebant fore exemptos, & de latione corporum decedentium ad eorum parrochiales eccleſias pro vltimo, vt vulgo dicitur, vale, priuſquam ad eccleſias mendicantium tumulanda deferantur, & ſuper Euchariſtiæ, ac extremæ vnctionis ſacramentis, quæ mendicantes ipſi miniſtrare dicebant illis, quorum confeſſiones audiuiſſent, dum & quoties parochialium eccleſiarum rectores illa propterea miniſtrare denegarent eiſdem, idem prædeceſſor nonnullis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus commiſit, vt quæ oratores præfati, ac dictorum ordinum in Romana curia procuratores ſuper præmiſſis ad iurium eorumdem hinc inde corroborationem allegare volebant diligenter audirent, eaque eidem prædeceſſori referrent. Cumque Cardinales præfati eiuſdem prædeceſſoris parendo mandatis omnia, quæ hinc inde allegabantur iteratis vicibus intellexiſſent, & intellecta eidem prædeceſſori fideliter retuliſſent, idem prædeceſſor volens his controuerſijs finem imponere, viuæ vocis oraculo præſentibus omnibus, & procuratoribus præfatis declarauit, mendicantes præfatos quoad decimas prædictas remanere in eo ſtatu, in quo tempore prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum fuerant, & contentos eſſe debere eo iure, quod in huiuſmodi decimis habuerant: in ſepulturis vero, & vltimo vale conſuetudinem vbi illa vigeret ſtare, & obſeruari debere, videlicet, quod corpora ad parochiales eccleſias deferrentur, & alia conſueta ſeruarentur; ita tamen, quod ſpoliatio corporum, extorſiones, & pacta illicita, & iure reprobata, ob quæ ſuper hoc diſcordia orta eſſe dicebatur, penitus ceſſarent ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna: quoad vero adminiſtrationem ſacramentorum prædictorum voluit, quod rectores parochialium eccleſiarum illa miniſtrare negantes eaſdem excommunicationis ſententiam, & pœnam incurrerent, quam de iure incurrebant mendicantes præfati illa miniſtrantes in caſibus eis non permiſſis, ſicque voluit, & mandauit perpetuo de cætero obſeruari, &c.

Lata a Sixto ſententia decretoria.

confirmata hæc ab Innocentio fuere, nec non conuenta, quæ Hamburgenſes magiſtratus inter clerum, ac religioſos viros pacis ſtudio ſanxerant. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIV. XV. *non. martij pontificatus noſtri anno* I.

IESV CHRISTI

Annus 1486.

INNOCENTII PP. VIII. 2. | FRIDERICI III. IMP. 47.

1 ARdente circa vrbem bello excurrentis ſæculi octogeſimo ſexto anno, indictione quar-

Digitized by Google

quarta, Innocentius cum ſe periculis cinctum Virginij Vrſini perduellione, aſſiduiſque graſſationibus videret, non expectato auxiliari Gallorum exercitu, pacem Italiæ repoſuit, confectis cum Ferdinando Rege Neapolitano æquis pactionibus; ſi quæ tamen iuſtæ cum infido principe promiſſa violaturo, oppreſſuroque Romanæ eccleſiæ fœderatos, mox atque ſæuire poſſet, fieri potuerunt. Promota ea concordia fuit a Ferdinando Siciliæ vlterioris, & Aragoniæ, & Caſtellæ Rege, metuente ne, Gallis ad Neapolitanum ſolium euocatis, adiungendi aliquando Aragonio Neapolitani regni ſpes euaneſceret; tum ne nouis ijs rerum conuerſionibus veteres de Siciliæ inſula, Apulo ſceptro coniungenda, controuerſiæ reuiuiſcerent. Motus itaque commodo tum priuatæ rei, tum etiam publicæ, ne ſcilicet inteſtino hæc ardente bello ſuſceptum ab eo Mauticum conſeneſceret, vel ne Baiazethes Turcarum princeps Italiam Chriſtianis laniatam armis, exhauſtamque viribus tumultuario impetu inuaderet, Ouetenſem epiſcopum & Franciſcum e Royas oratores miſit, pollicitus ſe Tendillæ comitem legatorum, rerum gerendarum peritia inſiguem, ad componendas omnes lites, quæ Pontificem inter & Neapolitanũ Regem intercedebant. Excepit eos honorifice Innocentius, reſpondit que a Ferdinando & Elizabeth, ſe neceſſitate ductum arma regno Neapolitano inieciſſe, vt ex publicis edictis a Ioanne Balua Cardinale Andegauenſi tranſmiſsis conſtabat, nec pacis æquas rationes vnquam reiecturum,

Promota inter Neapol & Pont concordia ab Hiſp.

a Lib. 2. breu. pag. 178.

Regibus Hiſpaniarum.

2 Laudamus in primis piam mentem veſtram & bonã diſpoſitionem erga nos & ſanctam Apoſtolicam ſedem. De cauſis vero, & rationibus, quæ nos ad ſuſcipiendum hoc bellum neceſſario impulerunt maieſtates veſtræ ex exemplo bullæ, de conſilio, & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium editæ, per Cardinalem Andegauenſem tranſmiſſo edoceri potuerunt, quæ tales, & tantæ ſunt, vt mirum cuiquam videri non debeat, ſi ad id deſcendimus. Conſilia, & exhortationes veſtræ ad pacem placent nobis, nihil enim magis deſideramus, quam pacem, & quietem Chriſtianorum omnium: quod ſi Neapolitanus Rex, quod ad ſe ſpectat, & facere debet egerit, non inuenier nos ab æquitate alienos, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum die x. februarij* MCDLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II.

Expoſitæ Hiſpano ſuſcepti Neap. belli cauſæ.

Si Neapolitanus redeat ad officium omnia compoſitum iri.

3 Roganti etiam duci Britaniæ Pontificem, vt pacem cum Ferdinando Neapolitano redintegraret, expoſuit, Ferdinandum nullis apoſtolicis monitis ad æquitatem flecti potuiſſe, regnique proceres ob ſæuam eius tyrannidem in tantam deſperationem veniſſe, vt niſi ab Apoſtolica ſede excepti fuiſſent ad Turcarum tyrannum defectionem molituri eſſent. Ex quo non impetu, ſed iuſtitiæ, & religionis cauſa ſuſceptum in Ferdinandum bellum conſtat: *Spretis*, inquit b, *monitis noſtris, in pertinacia perſeuerans ad eam deſperationem barones ſuos adduxit, vt ad nos ſuppliciter confugientes, ſe externa atque etiam infidelium auxilia petituros oſtenderint, ſi a nobis denegata fuiſſent.* Nonnullis interiectis de illius immanitate in perſequenda Romana eccleſia, ſubijcit: *Vt cætera omittamus, vt vrbem hanc magis affligeret: ſubditos ac ſtipendiarios noſtros ſibi copulauit, quibus miniſtris, & vrbem incendere, ciues trucidare, domos diripere, in corpora libera ſæuire poſſet. Dat. vlt. februarij* MCCCCLXXXVI.

Si ſuſcepti in clientelã nõ fuiſſet Neapolitani defecturi erãt ad Turcam.

b Ib. pag. 108.

Sæua Ferdinandi de Vrbe perdenda conſilia.

4 Coactum fuiſſe Innocentium ad ſuſcipiendum Neapolitanorum patrocinium aduerſus Ferdinandum, cum ob immanem illius tyrannidẽ in deſperationẽ adducti proceres defectionẽ, vt dicebamus ad Baiazethem Turcarũ Imperatorem agitarent, iterũ confirmat Innocentius in diplomate a, quo Thomam epiſcopum Ceruienſem internuntium amplisſima auctoritate ad ſedandos concitatos motus inſtruxit: atque inter alia mandata dedit b, vt cum plures præſules ſui immemores officij Ferdinando aduerſus pontificias partes adhæſiſſent, eorum vectigalia eccleſiaſtica interciperet in ijs terris, quarum reguli nomen pontificium tuerentur. Tum duobus Cardinalibus prouinciam impoſuit c, vt clientum aduerſus Ferdinandum querulas criminationes exciperent, leuandiſque oneribus acerbioribus idonea remedia adhiberent. Tum exercitum eccleſiaſticum comparatum miſit ad Turcas exſcenſione in littus prohibendos, atque ad auxiliares Heluetiorum Germanorumque copias conſcribendas Simonem Taſsinum clericum Ferrarienſem Apoſtolicæ ſedis notarium in Germaniam decreuit.

a Lib. ſign. nu. 1907. pag. 144. Ceruienſis epiſc. miſſus in regnum Neap.

b Ibid. pag. 121.

c Ibid. pag. 191. Decreto duo Card pro audiendis criminationibus in Ferd. Miſſus exercitus in regn. Neapol. Roman. ager cædibus & rapinis fœdatur.

5 Significauit præterea Innocentius Friderico Imperatori, vti neceſsitate ad capienda in Neapolitanum Regem arma adactus fuiſſet, vti Virginius Vrſinus ab eo ſubornatus omnia circa vrbem loca cædibus, ac rapinis miſceret; vti dux Mediolanenſis, ac Florentini in eccleſiam iunxiſſent arma; vti deniq; Chriſtifideles ad luſtranda Apoſtolorum limina confluentes ſpoliarentur: ad quas propulſandas iniurias Fridericum, vt laboranti eccleſiæ opem ferret, eſt adhortatus d. Conceptæ ſunt iiſdem ferme verbis ad ſeptemuiros imperij principes, tum ad antiſtites Germaniæ, nec non ad Heluetios fœderatoſque populos, quorum extat catalogus e, tum ad Renatum ducem Lotaringiæ. Hunc vero cum ampliſsima iura ad Neapolitanũ regnum obtineret (quippe qui ex Iolanta filia Ioannis olim ducis Calabriæ, quem cum Ferdinando bellum graue vidimus Renato ſeniori Regi Neapolitano Ioannis parenti) genus referret, ad auitum ſolium euehere in animum induxit f, ratus nimirum Italiam ſtante Ferdinando nunquam pacatam futuram, cum ille aſsidua bella ſereret: atque adeo ad publicam Italiæ reſtituendam pacem illum regno euertendum cenſuit, deditq; Taruiſino epiſcopo mandata g, vt Venetum ducem, ac ſenatum de fœdere poſtularet: *Dabis*, inquit, *operam quam coniunctiſſimam nobis iſtam rempublicam reddere, vt vna mente, & animo perennem Italiæ pacem comparemus, quæ certe haberi non poteſt incolumi Rege Ferdinando, qui diſcordiarum ſator, bellique Italici nutritor habetur.* Et infra: *De beneficijs per intruſos occupatis fac prudentia tua ſolita ita agas, vt eccleſiaſticæ libertatis iura ſalua ſint, quandoquidem nulla res nos magis offendat, quam hæc a qua conſcientia noſtra ſummopere oneratur. Dat. Romæ apud S. Petrum die* XII. *februarij* MCCCCLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II.

d Lib. 2. breu pag. 152.

e Rege poſt eand. ep.

Renatus iunior in Ferdin. concitatus.

f Ibid. pag. 241.

g Ibid. pag. 180. Demandata Taruiſino epiſc ea prouincia.

h Lib. 2. breu pag. 240.

i Steph Infiſſ. m ſ. arch. Vat. ſign n 111 Alterius m ſ. auct. ſign. eo. l. num.

6 Poſcebat etiam Innocentius h tranſalpina auxilia ad prohibendas hoſtiles graſſationes, quas Stephanus Infiſſura, & alius m. s Vaticani auctor i in ſuis diarijs fuſius deſcribunt: paratumque ſe exhibuit ad ſuſcipiendam Eccleſiæ clientelam Carolus VIII. Francorum Rex, pollicitus expeditionem a Renato duce Lotaringiæ conficiendam ſe promoturum: qua de re Innocentius eidem Carolo grates egit l. Miſſos porro fuiſſe a Carolo Rege ad Pontificem ampliſsimos oratores narrat Stephanus Infiſſura m, eoſque cum per Flo-

Gallorũ Rex ſpõdet Renato in Ferdin auxilia.

l Ead. l. 2. breu pag. 240. Decreta ad Innoc. legatio a Carolo.

m Steph. Infiſſ. vbi ſup.

Digitized by Google

Florentiam iter agerent, Laurentium Mediceum, qui Florentinos in Ferdinandi Neapolitani partes traduxerat, increpuiſſe, quod aduerſus eccleſiam Romanam Ferdinandi Regis Alfonſi nothi filij ſuaſu arma vertiſſent. Virginium etiam Vrſinum apud eos geſta in Pontificem excuſare conatum eſſe: cumque ad vrbem accederent, hoſtes in eos impetum facientes fortiter propulſaſſe, pluteſque ex ijs vinctos Romam perduxiſſe. At dum varia agitantur cum Gallis conſilia, ſumma vi tum ab hoſte in ditione eccleſiaſtica præcipueque in agro Romano, tum a Pontifice in Neapolitano regno bellum vrgebatur, graues ab Vrſinis veteris cum Romana eccleſia coniunctionis, & officij oblitis iniurias eccleſiæ repolitas conqueritur Pontifex a. Ad repellendam itaque Vrſinorum vim Innocentius cum exercitu egregie inſtructo Robertum e S. Seuerino immittere decreuit, ac Viterbienſes cum eo arma coniungere iuſſit b, Appuloſque ſolicitauit, vt impigre libertatem nomenque pontificium tuerentur.

a Lib. ſign. nu. 1909. P. ſecret. pag. 209. b pag. 317

Pontificius exercitus in Apuliam irrumpit. c Innoc. pag. 239.

7 Strenue aduerſus Ferdinandum rem gerebat vir nobilis Petrus Gueuarra, quem ſuas copias cum Ioanne Robureo, qui in exercitu pontificio militare gerebat imperium, atque ad fœderatos principes tuendos in Apuliam irrupe rat, coniungere, victoriamque in trepidantem hoſtem vrgere iuſſit Innocentius c, ac parte alia comes Montorij & Aquilani finitimas vrbes, quæ Ferdinando parebant, acri bello petiere; ſed cum ad ciuitatem ducalem admotis caſtris facta hoſtium eruptione cladem accepiſſent, graues inter Aquilanos tumultus facti ſunt, cum Montorij comes Ferdinandi pollicitationibus victus in regias partes inclinaret. Quo tempore Ferdinandus Gallica arma veritus, cum aperto bello ſuccubiturum ſe timeret, ad fictæ pacis ludibria confugit, adhibuitque inter alios Fundorum comitem ſermonum adminiſtrum apud Innocentium; qui, cum Ferdinandi artes doloſque non perciperet reſpondit paratum ſe ad amplectendam pacem, modo illius leges honeſtæ fuiſſent, atque Eccleſiæ dignitati, fœderatorumque ſaluti conſuleretur: *Nobilitatem tuam ſummopere in Domino commendamus, quæ ab officio Chriſtiani hominis, & principis non diſcedit, quæ ſi hominem illum ſuum ad nos mittet, vt ſcribit, audiemus libentiſſime; & ſi quas pacis conditiones pro ſancta Apoſtolica ſede honeſtas afferet, teſtatum apud omnes faciemus, nihil magis cordi nobis eſſe, quam communem pacem, atque tranquillitatem reipublicæ Chriſtianæ, vt communi icto fœdere, atque vnanimi voto contra infideles expeditionem ſanctiſſimam indicere valeamus, quam rem maxime optamus, & cordi habemus. Dat. Romæ apud S. Petrum die XVI. aprilis MCDLXXXVI. pontificatus noſtri anno II.* Profuſa etiam in eccleſiam ſtudia politicenti fundano actæ d gratiæ.

Comes Montorij prodit cauſam pontificiā. Mota a Ferd. de pace colloquia.

Ad pacis leges honeſtas audiendas paratum ſe exhibet Inn.

d Ibid. ep. 342.

8 Facta autem ſubdole a Ferdinando pacis mentio erat, neque clandeſtinis in Pontificem inſidijs graſſari deſinebat: tentata eſt e proditione Terracina, ſed patefactæ inſidiæ diſcuſſæ diligentia fuerunt: ſparſit etiam rumorem de pacta pace, vt trepidos incautoſque opprimeret, ſuiſue partibus irretiret. Quos vt tranſgeret dolos Innocentius, menſe iunij fœderatos Neapolitanos principes publicis literis f admonuit, ne hoſti fiderent, facta quidem inter copiarum aduerſarum duces de pace colloquia, ſed ea, cum honeſta concordiæ ratio nulla eſſet propoſita, diſſoluta fuiſſe, publicamque iuſtitiam armis ſe tutaturum eſt pollicitus g.

Graſſatus dolis interea Ferdinandus.
e Ibid. pag. Terracinam ſruſtra tentat.
f Pag. 415
g Ibid.

Extant quoque aliæ ad Aprutinos datæ literæ, quibus eos cohortatur, vt Romanæ eccleſiæ hoſtes forti animo inſectarentur a. Circumferendi prætetea vexilli Romanæ eccleſiæ data b poteſtas eſt Altamuræ principi: *Licentiam, inquit, tibi concedimus, & impartimur, vt illud (nempe vexillum eccleſiæ) deferre, & incedere cum inſignibus, & ſolemnitatibus conſuetis, tanquam magnus regni Siciliæ comeſtabulus, ſicuti ante hoc bellum facere, & incedere poteras.* Cui etiam Biſiniani Salerni, & Therami principibus ſignificauit c, ſocialia cum Francorum Rege & duce Lotaringiæ promouiſſe conſilia: miſerat vero ad Renatum Iacobum Andream, qui a ſecretis ſibi erat, a quo viciſſim, & a Gallo oratores menſe maio exceperat d, de quibus memorat Stephanus Infeſſura e, pactumque cum ijs armorum fœdus indicat, ac Pontificem de redigendo ad officium Gallicis armis Virginio Vrſino, a quo bello inſidijſque petebatur, ſpes concepiſſe. Tum addit eadem die, nimirum maij penultima detectam fuiſſe proditionem, quam Iulius Vrſinus cum duce Calabriæ conflarat, de eo in caſtra pontificia noctu inducendo ſubornatis excubitoribus, vt exercitum opprimeret, indeque ad diripiendam Romam excurreret: *Intendebat*, inquit, *ad vrbem Romam dictus dux Calabriæ cum gentibus prædictis venire, ibique totam vrbem deprædari.* Illum vero antea prælio fuſum vix capitis diſcrimini ſe ſubduxiſſe, meminit Brutus f: cumque ad Montempolitianum aufugiſſet, a Laurentio Mediceo recreatum, omnibuſque neceſſarijs ad redintegrandum bellum inſtructum.

a Ibid. pag. 360. b Ibid. pag. 1378.

c Ibid. pag. 281. d Lib. 2. breu. pag. 387.

e M. ſcare Vat. ſign. n. 111. Patefacta Calabri de vrbe diripienda conſilia.

f Brutus hiſt. Flor. lib. 8.

9 Ineunte Iulio inſtaurata ſunt pacis colloquia, cum Ferdinandus Rex quæcumque expoſcere Innocentius poſſet, effuſe offerret, vt ea arte ab impendenti exitio ſe eximeret, ortaſque ob eam cauſam in ſacro ſenatu ingentes contentiones memorat Infeſſura: *Primo, inquit, hebdomada iulij die veneris factum fuit conſiſtorium in palatio S. Petri, vbi fuerunt omnes Cardinales, & ibi palam omnibus Cardinales Senenſis, Vicecancellarius, Sabellus, & nonnulli alij petierunt a ſummo Pontifice pacem; quod deberet facere pacem cum Rege Neapolitano & cum inimicis ſuis, & aſſerebant Regem Ferdinandum velle concedere eccleſiæ ciuitatem Aquilæ & totum Aprutium cum omnibus baronibus & dominis, qui vocauerunt eccleſiam, & inſuper ſe daturum tributum eccleſiæ conſuetum, & illud, quod tenebatur dare in tempore præterito cum aliquali temporis dilatione ſe ſoluturum, & multi Cardinales etiam affirmabant. Tunc erexit ſe Abaly † Cardinalis Francigena, & dixit contrarium, videlicet pacem non poſſe fieri cum honore eccleſiæ, ex quo tota Francia ſeu Gallia fuerat commota cum duce Rheni, vt venirent & magnæ ſuper hoc expenſæ & preparamenta facta erant, & quod non videbatur conueniens quod eccleſia tam ipſum ducem & Regem Franciæ cum reliqua Gallia, quam etiam barones & dominos, qui ſeſe eccleſiæ ſponte dederunt, illuderentur pro tali re conſequenda; allegabatque magnam in hoc eccleſiam feciſſe impenſam, quod ſi talem pacem feciſſent, certe nihil acquiſiuiſſent, ſed potius bona & pecunias ſuas perdidiſſent. Contra quem inſurrexerunt præfatus dominus vicecancellarius & Cardinalis Senenſis, &c.*

Inſtaurata a Ferd. pacis actio.

g Infeſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111

Ampliſſimæ leges ab eo oblatæ.

† Balua Negat Card. Balua initā cum Gallo fœdera infringenda.

10 Non contemnenda erat Cardinalis Baluæ opinio; cum Ferdinandus ſplendidas illas pollicitationes, poſt ſedatam imminentem Gallicam tempeſtatem, violaturus eſſet, principeſque fœderatos clientes Eccleſiæ oppreſſurus. Extractum ita-

Ex ea pace eccleſiam paſſurā damna. Reſtitere ipſi duo futuri Pontifices.

itaque cœptum de concilianda pace colloquium, iterumque Innocentius cum Galli & Lotharingi oratoribus iulio menſe de expeditione Neapolitana conficienda egit a, idque Carolo Regi ſignificauit, adiecta hac commonitione: *Celſitudo tua, quam hortamur ſolitam pietatem & obſeruantiam erga ſanctam Apoſtolicam ſedem ferat, & ſuorum, vt facit, progenitorum veſtigia etiam in hac parte imitetur, vt tibi omnia, Deo fauente, proſpera cedant.*

a Lib. 2. brau pag. 453-458.

Promiſſa a Gallo, Pontifici ingentia auxilia.

11 Percrebuiſſe iiſdem diebus Carolum Regem pollicitum pontifici ſubſidiarium exercitum, vimque auri ingentem in ſumptus bellicos, narrat Infiſſura b: *Fertur*, inquit, *ad Papam fuiſſe tranſmiſſas literas Regis Franciæ, quibus continebatur, præfatum Regem in auxilium Eccleſiæ præparaſſe ducem Rheni pugnaturam cum dicto Rege Ferdinando, ac dediſſe, & ſe miſſurum 40000. ſcutos Franciæ, item centum lanceas more antiquo, quarum vnaquæque dicitur habere quinque milites, vel homines, & vltra quatuor millia peditum Souetenſes †, & alios, & illos obtulit ſe ſuis expenſis daturum vſque ad finitam guerram, hoc videlicet intellecto, quod dominus Papa nullo modo pacem cum dicto Rege faceret, aliequin proteſtabatur de expenſa facta iam, & fienda contra ipſum Pontificem, & totam Eccleſiam: quæ litera ab aliquibus ſimulatæ creditæ ſunt, & facta hic Roma a Cardinali Abalij, qui ſolus voluntatem Cardinalis S. Petri ad vincula ſuſtentare conatur. Sed futuras hæc indicabit euentus.* Vera hæc fuiſſe docet Philippus Cominæus c.

b Infiſſ. vbi ſup.

† id eſt Heluetios

c Comin. l. 7. c. 1.

Inſtructa Genuæ a Card. Iuliano claſſis.

12 Porro de Iuliano Cardinale ait, illum Genuæ claſſem inſtruxiſſe, vt opem Pontifici oppreſſo afferret, ac tum maxime expectatum iſtinc aduentum, cum pax, vti mox dicetur, inter Innocentium & Ferdinandum toties agitata firmata eſt, extant vero plures, ab eo enim datæ a pontifice literæ d, quibus laudatur ſtrenuæ nauatæ operæ in comparanda Genuenſi claſſe, eximioque Genuenſium in eccleſiam ſtudio. De inſtructa in Genuenſi portu claſſe ad Renatum ducem Lotaringiæ cum exercitu in Neapolitanum regnum traijciendum meminit Philippus Comineus e, traditque Carolum Francorum Regem ad Neapolitanum regnum aſpiraſſe, idque ad ſe iure hereditario ſpectare contendiſſe, cum Ludouicus parens a Renato ſeniore Siciliæ Rege heres inſtitutus fuiſſet, ac propterea de comparando Renato Neapolitano regno colloquia prorogata fuiſſe, demumque Renatum, cum ad regiam Gallicam ſe contuliſſet, poſt diutinas moras elicuiſſe auxilia, de quibus memorat Stephanus Infiſſura; cumque bellico apparatu facto Lugdunum contenderet, de pace Pontificem inter, ac Ferdinandum redintegrata nuncium accepiſſe, atque ita Gallorum in Neapolitanum regnum expeditionem fuiſſe diſſolutam.

d Lib. 2. breu. pag. 374. 376. 382.

e Comin. lib. 7. c. 1.

Contendit Carolus Rex ad ſe ſpectare regni Neap. iura.

Renati profectio

Sancit Ferdinandus pacē cum Pontif.

13 Pactam autem pacem vndecima augusti die non ſine maximis difficultatibus, & controuerſijs, ac modo ferme compoſitam, modo diſturbatam, ac demum prorogato in plurimam noctem colloquio concordiæ formulas compoſitas f Cardinale g S. Angeli, qui in pontificio exercitu apoſtolicus legatus de latere fuerat, ac ſæpius ad hoſtium caſtra, in Monte rotundo poſita, vt cum Calabro iniret colloquia, cōmearat necnon Cardinale Aſcanio, & Iacobo Triuultio, qui Mediolanenſium copiarum militare imperium gerebat interpretibus: proximo autem die promulgatam pacem, ac ſingulas pactiones commemorat Stephanus Infiſſura: *XII.*, inquit, *auguſti dictum eſt in vrbe pacem fuiſſe compoſitam, ac infraſcriptis capitulis concluſam, videlicet. Quod Rex Ferdinandus reſpondeat cenſum debitum Eccleſiæ pro conſueto. Quod barones, qui Eccleſiæ ſe dederunt, reſpondeant cenſum Eccleſiæ, & quod id quod ſoluunt Eccleſiæ computetur de eo, quod ſoluere tenebatur Rex quando . . . regnum poſſidebat; & quod deinceps dicti barones recognoſcant Papam, & eccleſiam immediate. Item quod de abbatia montis Caſini, & de eius terris, & caſtris diſponatur per Pontificis voluntatem.*

f M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 11.

g Infiſſ. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111. & aliud m. ſ. ſign. eod. nu. Brut. l. 8. Comin. l. 7. c. 1. Surit. lib. ann. 20. c. 66. Marian. l. 25. c. 7. & alij.

Quæ fuerunt illius leges.

14 *Item quod epiſcopatus, & beneficia regni Neapolitani diſtribuantur per Papam. Item ciuitas Aquilæ ſtet in libertate ſua: ſi vult eſſe Papæ, ſit: alioquin ſi vult eſſe Regis, ſit Regis, & quod dux Renatus, & Francigenæ, volentes venire contra Regem, non poſſint impediri a ſubditis Eccleſiæ, immo Papa, & eius terræ poſſint dare eis paſſum, & vectigalia. Item quod Virginius Vrſinus veniat ad miſericordiam Papæ cum pedibus nudis, & corrigia in gula, & capite nudo genuflexus petat veniam amore Dei a ſummo Pontifice. Item quod Cardinalis Vrſinus, & cæteri Vrſini ſtent, & ſubiaceant arbitrio Pontificis vtrum & quantum pœnam mereantur. Item quod terræ captæ hinc inde & eorum reſtitutio repoſita eſt in pectore Regis Hiſpaniæ.*

Vrſini Pontificis arbitrio permiſſi.

15 Conſentiunt cæteri hiſtorici a, qui paucioribus verbis has pactiones perſtringunt, aiuntque nonnulli b hanc pacem neceſſariam magis quam decoram fuiſſe: obſeruatque Infiſſura c illius leges ex Cardinalium ſenatus conſilio ſancitas diſcuſſaſue non fuiſſe, adeo vt nec primis a confirmata pace diebus illis patefactæ fuerint, ex quo complures valde indignati ſint: *Decimaquarta*, inquit, *die eiuſdem menſis Cardinales omnes acceſſerunt ad palatium orto iam ſole cauſa faciēdi commemorationem, & annualia Sixti, & audiendi miſſam vna cum Pontifice: & cum intraſſent ad Papam cauſa perſcrutandi, & ſciendi conditiones pacis diu ibi permanentes, nihil egerunt, quia (vt fertur) nullum verbum habuerunt a Pontifice, niſi quod pax compoſita erat; propter quod multi Cardinales irati, & inflati ex dicto loco exiuerunt, ideoque illa die cærimoniæ paratæ pro Sixto celebratæ minime fuerunt.*

a Volat. l. 22. Brut. l. 8. Surit. l. 20. c. 66. Marian. l. 25. c. 7. Panuin. in Inn. VIII.

b Id. ibid.

c Infiſſ. vbi ſup.

16 Ex quibus his patet Innocentium putaſſe eas Cardinalibus ingratas futuras: quas quidem dolo & arte Laurentij Medicei extortas fuiſſe tradit Brutus d, nempe illum confinxiſſe literas nomine Roberti Sanſeuerinatis, qui eccleſiaſtico exercitui cum imperio præerat, quaſi is prodere hoſti Pontificem meditaretur, quæ cum in pontificias manus eodem dolo veniſſent, ipſum varijs ſuſpicionibus ſuffundi, anguique cœpiſſe adeo, vt pacis conſilia clam Cardinalibus ac principibus fœderatis inconſultis inierit, moxque abrogato Sanſeuerinati militari imperio illum a ſe dimiſerit e. Erant quidem honeſtæ pacis leges externa ſpecie, re autem vera non niſi ludibria; quare Infiſſura ijs recenſitis ſubiecit: *Sed de his conditionibus pacis nihil aliud viſum fuit, niſi quod Vrſini ſteterant in domibus eorum, & dominus Robertus receſſit & pax vt ſequitur.*

Laurētij Medicæi dolo Sanſeuerinas redditus ſuſpectus Pontifici.

d Brut. ſup. lib. 8.

e Id. ibid.

17 Promulgatam eam pacem ſolemni ritu fuiſſe interiectis aliquot diebus memorat Burchardus f in diarijs ſuis: *Feria*, inquit, *tertia xii. ſeptembris anniuerſariam coronationis ſanctiſſimi domini noſtri Innocentij Papæ VIII. dies pontificatus ſui anno iii.* Et infra: *Finita miſſa antequam Papa daret benedictionem reuerendus in Chriſto pater dominus Laurentij epiſcopus Araguriensſi plani-*

Promulgata pax ſolemni ritu.

f Burchar. m. ſ. arch. Vat. pag. 515.

li

Digitized by Google

li rubeo indutus cum mithra ſimplici oſculatus eſt genu, & non petita benedictione aſcendit ad pulpitum, & paucis ſeu breuibus verbis publicauit pacem inter ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam, & Ferdinandum Siciliæ, &c. Regem & alios. Erat autem ordinatum quod capitula pacis deberet legiſſe, tamen quia dux Ianuenſis illa nondum ratificauerat, fuit mutata ſententia, & capitulorum lectio omiſſa. Cæterum addit Stephanus Infiſſura mox eam pacem violatam ab Vrſinis, factaſque hoſtiles excurſiones: *Quamuis*, inquit, *de pace prædicta habita eſſet fides per os Pontificis, qui dixit pluries conſeruatoribus, & aliis pacem præfatam fuiſſe compoſitam, & licentiatus eſſet dominus Robertus de S. Seuerino cum gentibus ſuis, non propterea deſtiterunt Vrſinæ gentes deprædari, & graſſari in gentes Columnenſium, & dominus Proſper Columna incitatus primo viciſſitudinem reddidit prædictis Vrſinis.* Miſſus eſt Tybur peruigilio S. Bartholomæi Paulus internūtius inſtructus mandatis pontificijs ad dirimenda ea certamina, ſed quantumuis confectæ pacis verba nuncuparet, pontificiumq; diploma oſtenderet, ab Vrſinæ factionis militibus contrucidatus eſt, nuduſque abiectus.

VrſiniColumnenſes perſequi non deſinunt.

18 Violata deinde longe atrocius pax eſt a Ferdinando Rege Neapolitano: quippe cum Gallicam expeditionem, cuius terrore quaſcumque pacis leges a Pontifice imperandas exambiuerat, diſcuſſam ſolo pacis tumore accepiſſet, tum Gallus non niſi inuidiam ſumptuumque damna ex inſtructo bellico apparatu retuliſſe, ſolutus metu, ſæuire decreuit in omnes, qui in patrocinium apoſtolicum ſe contulerant: ac primum Aquilanos, nil tale metuentes oppreſſit, cæſo archidiacono, qui eos in Innocentij fide & clientela continuerat.

Violata pax a Ferdinando.

19 *Menſe ſeptembri*, inquit Infiſſura a, *tumultus maximus factus eſt in ciuitate Aquilana, vbi tandem archidiaconus, qui pro Papa, & libertate Aquilana erat, fuit interfectus, intrauitque comes Montorij cum gentibus Regis, & eccleſiaſtici aut cæſi, aut expulſi fuerunt.* Vertit b deinde Ferdinandus iras in proceres, qui illum ſacramenti religione ab exercenda crudelitate reuocatum iri putarunt (nam prudentiores voluntarium exilium crudeli letho prætulere.)

Exercita ab eo ſæuitia in Pontificios fœderatos.
a Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111 & aliud m. ſ. ſign. eod. num.
b Comin. l. 7. c. 1.

20 Nil profuit Innocentio pacis vades accepiſſe c Ferdinandum Regem Hiſpaniarum, Ludouicum Sfortiam ducem Mediolanenſium, vel Laurentium Mediceum, vindictæ enim furore ardentem coniuere non potuerunt. Accuſant ob id etiam Ferdinandum Neapolitanum Hiſpani d, illum indigne in Ferdinandum Hiſpaniarum Regem ſe geſſiſſe, cuius maxime gratia, & auctoritate putans ſolium confirmatum illum enim ab eo fuiſſe Eneccum Mendozam Tendillæ comitem ad conciliandū Pontifici Neapolitanum. Detuliſſe autem pluriſmum Innocentiū Hiſpaniarum Regum auctoritati in ea conſtituenda pace, tum ex allatis ad Ferdinādum & Eliſabetham Caſtellæ Reges tum ex hac literarum e particula conſtat: *De Rege Neapolitano id tantum ſcribimus, quod aliquam conſilij adinuenire viam, & eum modum tenere ſtudeamus, vt cognoſcat quanto affectu maieſtates veſtras proſequamur, & quo erga vos animo ſimus.*

Proceres ab eodem oppreſſi.
c Volater. lib. 22. Panuin. in Inn. VIII.
d Surit. l. 20. c. 66. Marian. l. 25. c. 7.
e Lib. 2. breu. pag. 172.
Plurimū ab Innoc. Hiſp. Regibus delatum.

21 Dum ita abſeiſſo vadium reſpectu Neapolitanus fœderis religionem obterebat, Innocentius miſſis internuntijs illum de ſeruanda fide poſtulauit, ſed irrito ſucceſſu, vt narrat Raphael Volaterranus f: *Pacem*, inquit, *fecit his conditionibus, vt Pontifici cenſus debitus penderetur, & rebelles ſeruarentur incolumes Rege Hiſpaniæ, Ludouico Sfortia, ac Laurentio Medice vadibus acceptis, quorum neutrum Ferdinandus cum minime præſtaret, miſſus Petrus Vincentius cameræ auditor audaciſſimus vna ſimul cum Iacobo Volaterrano ſecretario Apoſtolico, ac cubiculario viro prudente ad res repetendas re infecta reuertit.* Ob hanc Ferdinandi perfidiam turpem, indecorā pacem cum eo initam creditum eſt, atq; a pluribus Innocentius, quem antea principibus ſcripſiſſe, incolumi Ferdinando Rege, pacem ſtare non poſſe vidimus, in inuidiam mollis, & timidi animi, abiectique clientum ad eum tranſfugientium patrocinij, tyrannique ſæuitiæ expoſitorum adductus eſt; quem Stephanus Infiſſura, cæteroqui eius aliorumque Pontificum næuos acerrima cenſura percellere ſolitus, ita excuſat a: *Quamuis multi multa dixerint de Papa Innocentio, quod dictam pacem fecerat in aliquod dedecus Eccleſiæ, attamen reuera in aliquo accuſari, aut aliter reprehendi non poteſt, immo laudandus eſt ab omnibus, eo quod ad inſtar domini noſtri Ieſu Chriſti, qui voluit in perſona ſua acerrimas pati iniurias pro ſalute populi ſui, fecit. Nam poſito, quod dicta pax fuerit cum detrimento Eccleſiæ, & ſuo vilipendio, voluit tamen ipſe citius Eccleſiam Dei, cuius ipſe caput eſt, iniuriam pati, quam videre mortem, & exterminium populi ſui, idque bonum, quod ex eo ſecutum eſt, oſtendit, nam incontinenti in vrbe abundantia omnium rerum, & iuſtitia, quæ tandem exulauerat, rediit.*

Monitus fruſtra Ferd. vt pacem coleret.
f Volater lib. 22.
Perſtrictus Inn. de expoſitis tyranno ſocijs.
a Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111
Quæ cauſa Innoc. ad turpē pacem adegerit.

22 Nec Gallus Lotaringuſue de eo iure queri potuere, cum longiores moras in comparando exercitu auxiliari traxerint, Renatumque a Cardinale S. Petri, & Genuenſi claſſe diu fruſtra expectatum fuiſſe ex Comineo b ſignificauerimus, cum nimirum regij aſſentatores eam expeditionem retardarent, dum inſuſurrabant Carolo, non Renato, ſed ipſi regnum Neapolitanum legibus debitum, teſtaturque idem Comineus iam tū proceres Neapolitanos attritos a Ferdinando, & Innocentium diutina expectatione fatigatos.

b Comin. l. 7. c. 1.
Retardata nimis a Gallis expeditio.

23 Et quidem Infiſſura & alius m. ſ. Vaticani auctor teſtes oculati, qui ſingulis diebus eo bello geſta in commentarios retulerunt accuratiſſime, tradunt c, Innocentium maximis periculis fuiſſe circumfuſum, excurrente circū ad vrbis mœnia hoſte, ita vt vigeſima prima ianuarij die, cum palatini milites ad graſſatores propulſandos erupiſſent, ingentes tumultus facti, omniaq; terrore cōpleta ſint, ſparſa fallaci fama, Pontificem a Virginio Vrſino proditione obtruncatum, & Cardinales S. Petri, & Andegauenſis concitatiſſimis equis fugam corripuiſſe ex vrbe, quæ præterea ſicarijs exulibus completa erat, mileſque armatus licentiæ fræna laxabat adeo, vt nuptæ iuuenculæ noctu vi raptæ fuerint: ex quibus facinoribus maxima inuidia eſt conflata Innocentio, quamuis æqui amantiſſimo: parabantur etiam clandeſtinæ inſidiæ, conſiliaque de prodenda, ac diripienda vrbe agitabantur.

c M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.
Grauiſſimi tumultus Romæ coorti in hoc bello
Structæ ſæpius inſidiæ.

24 Præterea non leue diſcrimen aderat Gallorum aduentu non tam hæc mala tollenda, quam augenda, quippe Matthias Hungariæ Rex Ferdinandi gener ſolicitabatur, vt Pontifici bellum inferret, ne illum regno pelleret, pertimuitque Innocentius, ne ille in Picenum irrumperet: atque ideo prouinciæ præſidi dedit mandata d menſe aprili, vt Anconam aduerſus Hungaricos impetus milite communiret: quæ imperia ſuſpicione crebeſcente poſtea repetita e. Neque inanem fuiſſe metum confirmat Bonfinius f, qui

Trepidatum ne Vngarus in Picenum irrumperet.
d Lib. 2. breu. pag. 317.
e Ib. pag. 350
f Bonfin. dec. 4. l. 8.

Anco-

Anconitanos ad Pannoniæ Regem defectionem molitos, pontificiaque diligentia coercitos indicat.

25 Et quidem Matthiam Hungariæ Regem Ferdinandi Regis Neapolitani, cuius filiam vxorem duxerat, aduerſus Pontificem partes ſuſcepiſſe, docent apoſtolicæ literæ; quippe affinitatis tuendæ gratia in id crimen ſe abripi paſſus eſt, vt a pontificia in Ferdinandum ſententia, quam latam putabat, prouocare auſus ſit, quaſi aliquod tribunal pontificio auguſtius dari poſſit. At Chriſti vicarius amantiſſimis literis Matthiam certiorem fecit nullo edicto Ferdinandum adhuc perculſum fuiſſe: ſed cum Ferdinandus regni proceres acerbiore iugo premeret, tantas exarſiſſe vtrinque iras, vt mutuo de Turcis in Italiam euocandis minæ intentatæ fuerint; atque ideo a Pontifice arreptam iuſtiſſime regni clientelam, prouocationem vero inique factam docuit, & clientum cauſas iure cognoſci poſſe, ac ſi quid nouaret cenſuras Matthiæ intentauit.

a Innoc. VIII. ſig. n. 1909. ſecr. 210.

Chariſſimo in Chriſto filio Matthiæ Hungariæ Regi illuſtri ſalutem, &c.

Appellatio ab Vngaro aduerſus Pont. pro Ferd. edita.

Scribis nobis te breue noſtrum cum certis proceſſibus contra chariſsimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Siciliæ Regem illuſtrem ſocerum tuum recepiſſe, & illorum intellecto tenore neceſsitate compulſum publice appellationem quondam tuo nomine contentis in eis interponi feciſſe, quam nobis in publicam formam deſtinare curaſti, humiliter poſtulans, vt ſi quid in hac appellatione contra nos egiſſe videreris, id affinitatis neceſsitudini aſcriberemus, & hoc idem continebant literæ tuæ ad ſacrum collegium venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, quos rogas, vt nobis ſuadeant, quod potius communi paci vtilitatique, & commodo publico, quam diſſenſioni intenderemus. Ex quibus deprehendimus maieſtatem tuam eorum, quæ geſta ſunt, plenam notitiam non habere: nullus enim per nos habitus eſt proceſſus contra Regem præfatum vſque modo, ſed dumtaxat, quia conquerentibus iteratis vicibus eiuſdem regni proceribus apud felicis recordationis Sixtum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum, & ſucceſſiue apud nos de nouorum onerum eis, & vniuerſis dicti regni incolis per ipſum Regem facta impoſitione, & alijs grauaminibus, quæ eis a Rege ipſo inferri aſſerebant, Rex ipſe ſæpius monitus ab eodem prædeceſſore, & a nobis, qui eumdem Regem, vt pote peculiarem Romanæ eccleſiæ filium ſemper dileximus, & diligimus, paterna in Domino charitate, quod a nouorum per eum indictorum onerum huiuſmodi exactione, ab alijſque grauaminibus deſiſteret, & illorum impoſitionem reuocaret, id facere procraſtinando differebat, & exortæ exinde inter eum, & proceres prædictos controuerſiæ quotidie inualeſcere cernebantur, iamq; Rex ipſe ad aliquorum ex eiſdem proceribus perſonalem detentionem proceſſerat. Recurrentibus poſtremo proceribus ipſis ad nos, dicti regni directum dominum habentes, & aſſerentibus, quod niſi occurreremus, cogebantur aduerſus eiuſdem Regis ſæuitiam ſe externis munire præſidijs; nos autem ne, cum ſimus omnibus præſertim temporali dominio præfatæ eccleſiæ ſubditis in adminiſtranda iuſtitia debitores, videremur toties repetitas eorum querelas negligere, cauſas omnes, quas ipſi proceres contra Regem, & Rex contra eos habebant, & mone te vellent nonnullis ex Cardinalibus præfatis audiendas, & nobis in conſiſtorio referendas commiſimus: & interim ne Rex, proceres, aut ipſi Regem, externis præſertim infidelium præſidijs, vt minabantur, opprimerent, neue exinde præfatæ eccleſiæ, & fidei catholicæ detrimenta aliqua prouenirent decreuimus, iuris neceſsitate compulſi, ad fines regni eiuſdem cuſtodiendos, & vtriuſque partis ab oppreſsionibus indebitis tutelam intra regnum ipſum noſtrarum armigerarum gentium præſidium introducere, idque tibi eiuſdem Regis genero, & vniuerſis alijs Regibus, principibus, & potentatibus noſtris literis ſignificare curauimus, & per illas tibi & illis inhibere, ne cuiquam eorum diſsidentium ſubditorum noſtrorum præſidia aliqua ſine noſtra licentia miniſtrare præſumeretis.

Mathiæ propoſita rei veritas.

Vt conquæſti ſint de Ferdin. tyrannide populi.

Exortis diſſidijs aliqui proceres capti ſint.

Iactæ ... ſint verum que de euocandis infidelibus minæ. Sumptū ſit a Pont. regni patrocinū. Monitus Matthias de rei ſucceſſu.

Hæc ſunt, quæ vſque modo fecimus in præmiſsis, pro quo tibi aut Regi præfato, ſeu alteri non credimus vllius querelæ cauſam vllam penitus præſtitiſſe, nec diſſenſiones, ſed pacem & quietem, ac commune bonum diſsidentium eorumdem procuraſſe. Qua igitur de cauſa tu, qui ignorare non debes vtriuſque iuris cenſura caueri nemini, etiam vere grauato per ſententiam, vel alias a Romano Pontifice, qui in terris ſuperiorem non habet, licere in vocem appellationis prorumpere, & ab eo etiam vt male informato ad eum bene informandum appellare; ſed dumtaxat pro illati grauaminis ſummotione humiliter ſupplicare, aut aduerſus grauamen ipſum in integrum reſtitutionem petere, a contentis in noſtris literis prædictis duxeris appellandum, profecto non intelligimus, credimuſque tenorem literarum noſtrarum prædictarum tibi fideliter relatum non fore: ac te hortamur, vt cogites te non minori fidei, & deuotionis præfatæ eccleſiæ, & ſedi Apoſtolicæ, quæ tuis exigentibus meritis ſingulari ſemper beniuolentia, & charitate proſequi curauit, quam ſocero tuo præfato affinitatis vinculo obligari, nec nobis inter ſubditos noſtros diſsidentes cognoſcere, & iudicare volentes, vt debemus, affinitatis præmiſſæ, aut quouis alio reſpectu te opponas: nam ſi ſecus ageres, nobis conquerendi de te, & contra te ad opportuna remedia procedendi, quod non libenter faceremus, occaſionem præſtares. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIV. *kal. martij pontificatus noſtri anno II.*

Prouocationem contra iura ab ipſo factam.

Subditorum cauſas iure a Pont cognoſci.

Ne deſiſterit in Matthiā cenſuras diſtrictū iri.

26 Cum vero Matthias plures æmulos atque aduerſarios ob petitam armis Auſtriam in ſe concitaſſet, eiuſmodi diſsidij occaſione fama ab ijs ſparſa eſt, ipſum ob Ferdinandi ſuſceptas partes cenſuris deuinctum fuiſſe, adeo vt eiuſdem Matthiæ orator grauiter ea de re queſtus fuerit, atque etiam addiderit pro tuendo Ferdinando vitam opeſque a Matthia profuſum iri: pariterque expoſtulauit Moldauiæ, quæ Hungarici regni vectigalis erat, prouincia ſuſceptam a Polono Rege clientelam. At Innocentius paterno ſtudio Matthiam Regem admonuit a, pontificia iudicia ſumma æquitate exerceri, ac merito in Ferdinandum arma conuerſa fuiſſe, debuiſſeque eum potius conſilia optima Ferdinando ſuggerere, vt iuri ſtaret, cum nouis quotidie flagitijs vetera cumularet.

a Lib ſign. n. 1909. p. ſecret. pag. 433.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Matthiæ Hungariæ & Bohemiæ Regi illuſtri.

27 Hortamur in primis maieſtatem tuam, chariſſime fili, quoties aliqnid de nobis vel Apoſtolica ſede ad eam perfertur, quod indignum

Digitized by Google

vel minus rationabile videatur ſiue per eos, qui tuæ gloriæ inuident, ſiue per vulgus ignauum perferatur, grauiori iudicio illud examinare velit, & priuſquam in ſententiam veniat, quanto conſilio & maturitate omnia, quæ hinc exeunt, digeſta egrediantur conſideratc; ita namque ſi feceris, & animus tuus turbationes indignas non ſubibit, & apoſtolici culminis ſublimitatem maiori, vt catholicum principem decet, reuerentia proſequeris: deinde vero (quod magno deſiderio optamus) ita gloriam tuam & acquiſitum glorioſiſſimi principis nomen conſeruabis, vt ſolius inuidiæ locus æmulis & detractoribus tuis relinquatur, nam cum ea, quæ per nos tanta mentis tuæ inflamatione decreta eſſe ſignificas, neque vnquam cogitata extiterint, iudicare nunc poteris an ſine cauſa & abſque ratione tu fueris iratus & nobis, qui tuam maieſtatem inter Chriſtianos Reges præcipuo ſemper amore proſecuti fuimus & proſequimur de præſenti merito ſuccenſueris. Nos enim vt tuam maieſtatem, ſicut reliquos principes, & præcipue dicto Regi Ferdinando confœderatos, præueniremus, ipſaque maieſtas tua quot quantæque rationabiles & neceſſariæ cauſæ nos contra ipſum Regem cogerent intelligeret literas apoſtolicas, quas contra ipſum de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium decreueramus, ſimul cum alijs literis noſtris in forma breuis, ne tu vel alij dicto Regi ſubſidia præſtarent, requirenti ipſi oratori tuo, quemadmodum & alijs dari fecimus, mandantes eidem, vt illas ad te quantocius deferri curaret; quamuis tu ſimul cum cæteris principibus Chriſtianis cognoſceretis nos rite & iuſte in cunctis procedere: quas quidem literas noſtras, ſicut nec cæteri fecerunt, opus non fuerat vt extra conſilium tuum manifeſtares, cum nihil præter iuſti & honeſti requiſitionem in ſe continerent. Quod ſi ex huiuſmodi literarum publicatione aut æmuli tui contra te glorientur, aut quidquam murmuris, & acerbis dicti oratoris tui ... ac cenſurarum ſuſpicionis apud ſubditos tuos ortum ... certe iam non nobis, ſed conſilio tuo id merito attribuere debueras; qui ea non tantum ... ſeo ſuo, ſed ... animiſque nota facere compulit; quæ nos ad tuam ſuper noſtris proceſſibus inſtructionem tuæ maieſtati tranſmitti dederamus. ſperantes quod tu pro tua ſapientia & conſueta deuotione, poſtquam intelligeres ipſos proceſſus noſtros omni ex parte iuſtiſſimos, quod ſaluo honore noſtro ſaluaque conſcientia ſecus facere non poteramus, tu quanto maiori amore Regem ipſum Ferdinandum complecteretis, tanto maiori ſtudio ipſum, cum ſit immediatus ſubditus & vaſallus noſter & Apoſtolicæ ſedis ad obedientiam nobis & debitam iuſtitiam ſubeundam induceres; ita namque & vtilitati dicti Regis, & ei, quam debes, erga hanc ſanctam ſedem deuotioni rectius conſuluiſſes, quam ipſum ex tuis promiſſis ſubſidijs duriorem in ſua pertinacia conſeruando; attento maxime, quod non ſemper parati fuimus, & hodie eſſemus, quando id debita cum humilitate & conuenientibus medijs poſtularent, pro noſtro curæ paſtoralis officio, omne iuſtitiæ & pietatis genus erga ipſum impendere.

Monitus Matthias vt expendat iudicia pontificia æquitate ferri.

Et cauſas ob quas in Ferdinandum ſumpta ſunt arma.

Debuiſſe ipſū permouere Ferdinādum vt iuri ſtaret.

28. Cum autem (quod dolenter referimus) Rex ipſe diuerſis exquiſitis modis manſuetudinem Apoſtolicæ ſedis in dies magis irritare, & nouis iniurijs afficere baculo arundineo innixus, & nos qui eum ſemper dileximus, & , quantum ex nobis eſt, diligere in Domino cupimus, prouocare non ceſſet, cogimur quod, vti diximus, iuſtitia ac etiam maximis totius religionis Chriſtianæ periculis cogentibus, cœpimus proſequi, & adiutore Deo, qui Eccleſiam ſanctam ſuam nunquam derelinquet, niſi Rex ipſe aliter reſipiſcat, ad debitum finem perducere.

Vt Ferdinand vetera flagitia nouis cumularit.

29 Quantum vero ad negotium Moldauiæ attinet; referentes ad eum, quem nos aduerſus eos, qui de ſubditis noſtris ſe intromittent, & illos contra nos erigunt concepimus, iuſto dolori tuæ maieſtatis compatimur: verum quia per oratores præfati Regis Poloniæ, qui his diebus, ſicut & cæteri Chriſtiani Reges & principes, fecerunt debitam reuerentiam, & obedientiam nobis præſtiterunt, nec dum mentio aliqua facta eſt, aliud in præſentiarum reſpondere non poſſumus, niſi quod gratum habemus rem illam intellexiſſe, & ſi apud nos mouebitur ſic iuſtitiam tuam quemadmodum & in alijs negotijs maioribus etiam non requiſiti hactenus fecimus, fouebimus, quod tua maieſtas intelliget a nobis non diligi modo, ſed etiam vehementer amari, in qua ſententia tanto nos firmius perſiſtemus, quanto maieſtatem tuam erga hanc ſanctam ſedem, aduerſus quam nemini Chriſtiano quauis ex cauſa fœdere ſeu vinculo inſurgere licet, deuotionem experiemur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno &c.* MCCCCLXXXVI. VII. *id. iunii pontificatus noſtri anno* II. Augebant formidinem Piceni motus inteſtini, quippe Æſium in diſcrimen a proditoribus adductum eſt, atque Aſculani & Firmani inter ſe diſſidia aluere: ad quos tumultus ſedandos prouinciæ præſes incumbere iuſſus eſt a.

Circa Moldauiam captum iure Matthiæ.

30. Ferdinandus etiam inſulæ Siciliæ, Aragoniæ, & Caſtellæ Rex, quantumuis Innocentius cauſæ eccleſiaſticæ æquitatem illi exponeret b, inculcarique a Cardinale c Tolesano & Bernardino d Caruaiale internuntio apoſtolico iuberet, pati non poterat Neapolitanum regnum a ſtirpe Aragonia ad Gallicam traduci; atque ideo Tendillæ comitem Innocentium, niſi firmata prius cum Neapolitano pace, adire vetuerat e; quamobrem illum Florentiæ ſubſtitiſſe tradunt f. Licet vero Gallicæ vires in Pontificis opem cooſurgerent, eas tamen Maximilianus, qui Belgij vrbes plures repetebat, diſtracturus g erat, adeo vt iuſius impenderet terror, ne belli Neapolitani faces trans alpes delatæ Chriſtianum imperium incenderent. Et quidem Turcas belli huius occaſione ſumpſiſſe ad maritimam ditionem pontificiam inuadendā traiecto Adriatico mari audaciam, oſtendunt pontificiæ ad Piceni præſidem datæ literæ h.

a Lib. 1. breu pag. 416

Hiſpanus Gallis maxime aduerſatus.

b Ib. pag. 1-8. 427.

c Ib. pag. 428.

d Ead. pag.

e Steph. Inf. diſſ. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111

f Surit. l. 20 c. 66.

g Crantz. Saxo. l. 13

31. *Poſt ſcripta*, inquit, *intelleximus ex vltimis literis tuis præter alia nonnullas Turcorum fuſtas in iſto mari Adriatico apparuiſſe, quare operam dabis, vt omnes terræ ac loca maritima intenta ſint ſtudioſiſſime ad circumſpectandum vndique, ſi quod Turcorum nauigium ſe oſtendet, quo propere quiſque vicinis ſigno aliquo manifeſtet vt omnes in tempore conuenire poſſint ad ſubueniendum vbi opus erit. Datum Romæ apud S. Petrum die* XIS. *iunij* MCDLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II. Exſcenſionem in terram varijs in locis fecere Turcæ, prædaſque egere: quinetiam tentarunt Fanum, ſed feliciter virtute Stephani Corſi propulſati fuere: cui de re præclare geſta Innocentius gratulatus eſt.

h Lib. 2. breu. pag. 416.

Turcæ graſſantur mari. Fanum tentat.

Stephano Corſo comeſtabili noſtro.

Intelleximus ex plurimorum verbis, ac literis

ris diligentiam tuam in cuſtodienda ciuitate noſtra Fani, aliiſque circumuicinis locis, & in repellendis Turcis, qui regionem iſtam infeſtabant, laudamus ſummopere prudentiam & diligentiam tuam. *Dat. XXV. maij MCDLXXXVI. pontificatus noſtri anno II.*

32 Turcas porro in Picenum vocatos ab impio Auximano tyranno indicat Stephanus Infiſſura a, ſic: *Interea quidam*, inquit; *Bucolinus priuatus ciuis de Oſima in Picene contra ecclesiam inſurrexit ſubtraxitque dictam ciuitatem Oſimi eccleſia, & ipſam fortificauit foſſatis, & muris, & quoſdam ciues decapitauit, & aliquos exulare iuſſit, fuitque dictum in vrbe intelligentiam habuiſſe cum Turcis, qui promiſit ei per totum menſem maij MCCCCLXXXVII. mittere in eius auxilium multa millia Turcarum, quos nunquam miſit, ſed tantum eſt, quod Cardinalis S. Petri ad vincula prothonotarius Angeli cum multis millibus militum eccleſia in obſidione dicti loci diu ſteterunt.* Ex quibus omnibus perſpicuum fit iure confectam fuiſſe pacem neceſſariam, vt referunt auctores b; quod vero Ferdinandus violata turpiter fide deluſerit Pontificem, illum ſuis poſteris ingentes calamitates intuliſſe, filiumque eius Alfonſum ſolio euerſum a Carolo VIII. viſuri ſumus.

a M.ſ. arc vat. ſign. nu. 111.
Bucolinus tyrannidem vſurpat in Auximanos.

Oppreſſus antequã Turcas exciret.
b Volater. lib. 22. Panuin. in Inn. VIII & alij.

33 Cæterum, fine Neapolitano bello impoſito, Innocentium ſtudia ad renocandas pacis artes, reſtituendas leges, comprimendamque ſicariorum, ac reliquorum improborum hominum licentiam conuertiſſe, inter alios c prodit Stephanus Infiſſura d accurata, quamuis impolita & minus terſa oratione: *Ipſe*, inquit, *iam Innocentius circa ciuitatem Romanam, & eius ſalutem incumbens in continenti bullas Pij, Pauli, & Sixti de brigis & inimicitijs, ac de homicidijs, & malefactoribus loquentes excitauit, miſitque bis, & ter proclamatum per vrbem, vt homicidæ, & facinoroſi homines ab vrbe recederent, impoſuitque pœnam pecuniariam grauiſſimam: & vltra illam anathematis baronibus, qui in eorum locis, & caſtris proximis per quinquaginta milliaria Roma, vel terris eccleſia retinerent.* Addit e Innocentium ſingulari laude tollendis priuatorum hominũ inimicitijs operam nauaſſe, ſublataque ita mala, quæ ex ijs pullulare conſueuerant: *Ipſe etiam*, inquit, *Pontifex interea pacem inter ciues componere conatus eſt, nam factis paceriis omnigenum pœnarum induxit contra inimicatos, qui in præfatos compromiſſum de pace fienda non facerent: aptauitque etiam ipſemet multa negotia, & inter alia brigam Stephani Margani, Proſperi, & domini Georgij de S. Cruce, & Philippi Franciſci, qui ſunt de primatibus vrbis ad pacem certo modo reduxit, propter quod fuit ſanctitas ſua ſummopere laudata potiſſime cum iuſtitia ipſa per ſuam ſanctitatem promiſſa in principio aſſumptionis ad pontificatum, & per dictas guerras diſturbata, & in vrbe, & extra obſeruata fuit.* Quibus conſentanea tradit Panuinus f: ſubdit denique Infiſſura, cum nonnullæ adhuc vigerent lites inter Columnenſes & Vrſinos, pontificio ſtudio compoſitas fuiſſe, vetereſque poſſeſſiones ſingulis reſtitutas.

c Volater. lib. 22. Panuin in Inn. VIII
d Steph. Infiſſ. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111
Compreſſi Sicarij ab Innoc

e Id. ibid. Panuin. in Innoc. VIII.
Priuatorum factiones abolitæ.

f Panuin. in Innoc. VIII.

34 Intendit etiam apoſtolicas curas ad ſedandas reliquas Italicas turbas, atque huius anni menſe ianuario Lautus Auria Genuenſium, Guidantonius Veſputius Florentinorum nomine apud ſubſellia pontificia concordiam pacti veteres de limitibus controuerſias dirimere g. Verum Florentini promiſſis mox viſi ſunt diſcedere, atque Serzanellam, vti conceptis verbis publiciſque monumentis pacti erant, reſtituere Genuenſibus diſtulerunt: quos cunctantes Innocentius ſuis vrſit literis a, vt fidem pacemque colerent. Extant eodem argumento literæ ad Guidantonium Veſputium datæ b, vt promiſſa a Florentinis ipſo ſermonum adminiſtro complenda curet, & cauſas non reſtituendæ Serzanellæ non æquas prætexi queritur. Rupiſſe denique menſe aprili Florentinos pacem, ac Serzanellam reddere detrectaſſe tradunt c. Cæterum graue bellum proximo anno conſurrexit, ſub cuius demum mole Genuenſis reſpublica ſuccubuit, quam inito inter omnes Italiæ principes fœdere excluſam memorat Brutus d, auerſo nempe abalienatoque recenter a Genuenſibus Innocentij animo, cuius rei varias cauſas afferunt e ſcriptores.

Compoſita pax inter Ligurea & Florentinos.
g Aug. Iuſt. l. 7. Bizar. l. 15. Folie l. 22. & alij

a Lib. 2. breu. pag. 186.
b Ead. pag.

c Aug. Iuſt. Bizar Foliet vbi ſup.

d Brut hiſt lib. 8.

35 Eodem anno cum Florentini magiſtratus temere clero noua vectigalia imperarent, Innocentius eos literis increpuit f, adiditque: *Pro paſtorali*, inquit, *officio noſtro, & paterna charitate, qua vos proſecuti fuimus ſemper, & in præſentiarum in Domino proſequimur, rogamus, & per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti obteſtamur in Domino, vt eius intuitu ab huiuſmodi exactione deſiſtere velitis: quod ſi, vt de religione, ac pietate veſtra omnino confidimus feceritis, nobis ſupra quam dici poteſt gratiſſimum erit; ſi vero, quod nullo modo adduci poſſumus, vt credamus: paternæ admonitiones noſtræ locum non habuerint, iuxta ſanctorum patrum & Pontificum, qui nos præceſſerunt decreta, & ſanctiones pro religionis, ac libertatis eccleſiaſticæ conſeruando iure opportune conſulere neceſſario cogemur. Dat. Romæ die XIV. iunij MCDLXXXVI. pontificatus noſtri anno II.*

Violata a Flor. immunitas eccleſ
e Aug. Iuſtinian l. 5
f Lib. 2. breu. pag. 444.

Intentatæ cenſuræ.

36 Cum detraherent etiam iuri pontificio Veneti, dum epiſcopum cardinalitia inſignem dignitate præfectum eccleſiæ Patauinæ nollent in poſſeſſionem admittere, poſcerentq; importune, vt alteri, quem commendabant Patauini, epiſcopatus gubernacula conferret, ipſos ad officij religionem excitauit hiſce g monitis internuntio datis.

Veneti obſiſtunt decretis Innoc. in Patau. epiſcopatus collatione.
g Lib. 8. breu. pag. 348.

Ioanni Sacco de Ancona cubiculario, & notario noſtro.

Ex literis tuis nuperrime redditis compertum habemus nihil in re eccleſiæ Paduanæ actum eſſe: miramur profecto ducem hunc inclytum, & ſenatum neque breuibus neque literis vllis noſtris flecti potuiſſe. Petunt, vt ſcribis, alium in eccleſiam Patauinam, iam in ſponſam Cardinali dicatam, promoueri; noſti, vt atteſtantur ſacri canones, huiuſmodi matrimonij ſpiritualis vinculum, quod eſt inter epiſcopum, & eccleſiam, fortioribus innixam viribus quam carnale, non niſi diuino iudicio diſſolui poſſe. *Et infra*: Dicunt ſe filios Eccleſiæ obſequentiſſimos, & obſeruantiſſimos eſſe: aduertant ne, dum pro alio inſtare nituntur ordinationi noſtræ, immo illius, cui data eſt omnis poteſtas in cælo, & in terra, & cuius vices, licet immeriti, gerimus, reſiſtere velle videantur. Meminerint illud Gregorij, ſacerdotes Chriſti Regum, & principum, omniumque fidelium patres, & magiſtros cenſeri, indignumque fore, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum, & a quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cælis ligari poſſe, & ſolui ſubiugare conetur: vt enim ſacris canonibus cautum eſt, Deus quæ ab Eccleſia diſponenda ſunt non ad ſæculi poteſtates, quas Eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas; ſed ad ſacerdotes pertinere voluit. Caueant ne contra eum pugnare dicantur, a quo propriam conſecuti ſunt poteſta-

Demonſtrata Pontificia auctoritas in regendis eccleſijs.

tem, Scriptum eſt: *Per me Reges regnant, & potentes decernunt iuſtitiam*. Hæc commemoraſſe volumus veluti huius inclyti ſenatus famæ, ac ſui glorioſiſſimi nominis ſtudioſiſſimi zelatores: abſit enim, vt in eos aliquam inobedientiæ maculam impingere velimus: ſed noſtrum eſſe duximus, ne ab eorum æmulis mordeantur, eos cautiores reddere. *Et infra*: Non eos pœniteat obedientiæ ſuæ, quæ melior eſt quam victimæ, incedant de virtute in virtutẽ; hoc enim pacto a mortalibus Deum videri poſſe iuxta prophetam conceſſum eſt, &c. *Dat. Romæ die* IV. *maij* MCDLXXXVI, *pontificatus noſtri anno* II.

37 Aberrant ſæpe a recto æquitatis tramite principum voluntates, apoſtolicaque conſtantia infringendæ ſunt, dum importunis precibus aſſentationibuſue deliniti eccleſias ampliſſimas veluti profana munera indignis deferri poſtulant. Ea imbutus corruptela Matthias Hungariæ Rex ab Innocentio contendit, vt puerum vix egreſſum infantia, Hippolytum ſcilicet Herculis Aeſtini ducis Ferrariæ filium ad Strigonienſem archiepiſcopatum efferret: quod cum indignum eſſet, Pontifex ab ea mente Matthiam abduxit, hortatuſque eſt a, vt virum meritis inſignem, qui eccleſiæ Hungaricæ virtutum exemplo cæteris præluceret, ac promouendæ animarum ſaluti idoneum deſignaret. Deſtitit Matthias Rex indignas vrgere preces. Vt vero Hippolytus Aeſtinus auctus ætate cardinalitia purpura donatus fuerit, dicetur inferius.

Indignæ Vngari Regis preces.

a Lib. 2. breu. pag. 407.

38 Læſerat porro grauiter Matthias ius eccleſiaſticum coniecto in vincula Petro archiepiſcopo Colocenſi, quem Bonfinius ait b fuiſſe virum: *Libero acrique ingenio & animo pro aſſerenda ſæpe veritate, & vtilitate publica vſque adeo vehementi, ac intrepido, vt formidoloſam Regis iracundiam quandoque non expauerit*; addit etiam literarum ſtudijs clarum, quibus in Italia operam dediſſet. Cum itaque indignum eſſet tantum metropolitam teneri in vinculis, Innocentius Matthiam monuit c, vt eum in libertatem reuocaret, & ſi ab eo læſus eſſet, magnitudinem animi, quam toties egregijs clementiæ exemplis oſtenderat, explicaret; vel ſi læſæ maieſtatis reum ſeueritati legum ſubijci vellet, illius cauſam ad apoſtolicum tribunal reijceret, cum nefas eſſet apud laicum iudicem archiepiſcopum iudicio poſtulari.

Archiep. Colocenſis tentus in vinculis.

b Bonfin. dec. 4. l. 5. in fin.

c Lib. 2. breu. pag. 321.

Regi Hungariæ.

Quoniam mora temporis non parua hac in re iam interceſſit, & archiepiſcopus ipſe carcere detinetur, cum nonnulla honoris Apoſtolicæ ſedis noſtrique, ac tui ſugillatione, & Dei offenſione, duximus eſſe officij noſtri has literas maieſtati tuæ ſcribere, quam hortamur, rogamus, & per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti obteſtamur in Domino, vt eundem archiepiſcopum priſtinæ libertati ad paternas preces noſtras reſtituere velit, cum præſertim iam ceſſare potuerit omnis de illo homine concepta ſuſpicio, vt ſi (quod abſit) aliquid contra maieſtatem tuam molitus fuiſſet, ita ſit & Dei auxilio ſapientia ſua præmunita, vt nihil tibi detrimenti afferre poſſit amplius homo miſer, & imbecillis, quem clementia tua regia ex carceris ſqualore cum ſumma, vt ſæpe in alijs, ſua laude experta eſt liberauerit. Ea in re maieſtas tua tem Deo placitam, nobis ac venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, ſupra quam dici poſſit, gratiſſimã faciet, ſi vero ipſe archiepiſcopus aliquid contra perſonam tuam, ac ſtatum inclytorum regnorum tuorum machinatus fuiſſet, ſi ita opus fuerit, pro maiori cauſæ cognitione ipſum archiepiſcopum vſque ad nos etiam ſub fidis cuſtodibus euocari faciemus, tale adhibituri temperamentum, quod celſitudini tuæ ſatisfiet, & archiepiſcopus, ſi qua demerita commiſerit, pœnas luet. *Dat. Romæ apud S. Petrum die* VI. *martij* MCCCCLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II.

39 Obduruit ad pontificias preces Matthias, ad quem emolliendum reducendumque ad officij religionem poſtea ab Innocentio Angelum Hortanum epiſcopum internuntium apoſtolicum miſſum teſtatur Bonfinius a, demum vero Petrum fuiſſe carcere ſexto poſt anno vrgente legato apoſtolico liberatum a Ioanne Coruino, fremente licet Regina Beatrice, qua inſtigante in cuſtodiam fuerat traditus b, ob correptum exercitæ in Hungaros tyrannidis Regem aſſentatorum lenocinia, non aſpera & veracia monita excipere volentem. Eundemq; præſulem Bonfinius hoc exornat c elogio: *Primus hic erat principis ſecretarius, qui ſolus dicendi libertate apud eum omnia libere loquebatur; damnabat inſolentia palam tributa, quæ ter quaterue quotannis ob ingentia diuerſaque bella a Rege imponebantur, quas dicas appellant, quibus non modo demeſticatim, ſed viritim aureum quiſque nummum pendere cogebatur; id vulgo, & apud principem ſæpius improbauit, præter linguæ libertatem, qua maximi quandoque viri ſe tangi ſentiebant. Factioſa quædam acceſſit æmulatio huius gratia inter principes exorta, qua regius animus vſcerebatur, quamuis enim alioqui diligeret, & obſecraret. Commotus tandem Rex animaduertenda libertatis gratia, cum vti dilectiſsimi exemplo amici cæterorum audaciam procerum deterreret, hunc præter ſacroſanctam metropolitæ dignitatem in carcerem ſane coniecit, ſed honeſtiſsime per arces regias aſſeruatus annos ſex circiter linguæ ſuæ pœnas luit.*

Reprehẽderat is Matthiã tyrannidis.

a Bonfin. dec. 4. l. 8.

b Id dec. lib. 9.

c Bonfin. dec. 4. l. 6.

Indignũ vectigal Turcico more impoſitum Vngaris.

40 Porro hoc anno celebratos a Matthia Rege ſolemnes conuentus Budæ ad temperandam optimis inſtitutis Hungariam, atque in iis ſaluberrimas leges latas, narrat Bonfinius c. Ad intercipienda in primis litigantium ſubterfugia, tollendamque litium æternitatem decretum, vt ex certo temporis & prorogationum numero definirentur. Vetita etiam monomachia, cum barbarico more deficientibus teſtimoniorum probationibus ſingulari certamine cauſa definiri ſoleret. Reliquas ſanctiones proſequitur Bonfinius, atque hæc humanitatis exempla a Matthia edita, quibus mirificam omnium fidem ſibi comparabat, commemorat: *Non ſolum*, inquit, *proceres nobileſue milites officij gratia, ſed gregarios quoque viſitauit. In caſtris ægrorum charitate contubernia luſtrauit, ſæpe languentes propria manu panis, ientaculaque porrexit, hortabatur ad conualeſcendum, increpitabat puſillanimes, & deſperatos conſolabatur, ſæpe in acie vulnera obligauit.*

c Bonfin. dec. 4. l. 7.

Vetita ſingularia certamina.

Per humanniſſimus in milites Matthias

41 Cum is vlteriorem quoque Auſtriam ſibi ſubijcere meditaretur, conuentu Iglauiæ in Morauia acto amicitiam cum Vladislao Bohemiæ Rege confirmauit. Tum in Auſtriacum vertit impetus, ac triplice Hungarorum, Bohemorum Raſcianorumque ſuccinctus exercitu, Frederico Imperatori plures muniſſimas vrbes ademit d, Lauam nimirum, Rhecz, Egnburgum, Nouam ciuitatem, quæ vnius anni flexu continuam oppugnationem ſuſtinuit. In Styriam etiam eruptione facta vicina oppidula ſubegit: denique vt Germanicas vires magis diſtraheret, cum Carolo

Fredericum Imp. deturbat Auſtria.

d Id ibid. Abraham. Bzkychay in chron. Vngar.

lo

io VIII. Francorum Rege Maximiliani ducis Borgundiæ Frederici filij hoſte armorum fœdus ſanciuit, vt ſimul in Belgio a Gallis & in Auſtria ab Hungaris Auſtriacos vexarentur: atque ita Chriſtiana reſpublica in perniciem ſuam ruebat, cum longe melius & Pannoniæ ſaluti, ſuoque honori Matthias conſuluiſſet, ſi pontificijs monitis obſequutus, redintegrata cum Germano concordia arma aduerſus Turcas vertiſſet, cum poſt varias procellas bellicas demum Hungaria a Turcis & Auſtriacis ferro flammaque diuiſa fuerit.

Maximilianus creatus Rom. Rex.

42 Dum vero in Germaniam proferre victorias Hungarus annitebatur, Germani ineunte anno habitis Francofurti comitijs ad confirmandum labantem pene Auſtricam potentiam ſuperſtite Cæſare eius filium Maximilianum Regem Romanorum creauerunt, de quo hæc refert Burchardus a in diarijs ceremonialibus: *Die XVI. menſis februarij præteriti ſereniſſimus & inuictiſſimus princeps Federicus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus obtinuit ab electoribus ſex imperij; videlicet Reuerendiſſimis dominis Maguntino, Colonienſi, & Treuirenſi archiepiſcopis, comite Palatino, duce Saxoniæ & marchione de Brandeburg, Rege Bohemiæ, vt dicitur, non vocato & abſente, in oppido Francfordienſi eligi in Romanorum Regem illuſtriſſimum principem Maximilianum archiducem Auſtriæ, &c. filium ſuum, cuius orator tunc in vrbe Romana erat: qui audita domini ſui promotione voluit aliorum Regum oratores in vrbe aſſiſtentes præcedere, ſed illi non permiſerunt. Fuit res in conſiſtorio propoſita & agitata: tandem concluſum fuit quod deberet expectari quouſque mitteretur ad Pontificem, & peteretur, Maximilianum pro electo & Rege haberi ad inſtar Caroli IV. cuius literæ cum pendenti imperiali ſigillo fuerunt adductæ ad inſtar Clem. de iureî. & tunc daretur locus petitus.* His conſentiunt reliqui ſcriptores b, inter quos Trithemius principum electorum nomina recenſet: *Electus eſt, inquit, annum agens ætatis XXVIII: electores autem fuerunt Bertholdus archiepiſcopus Moguntinus, Ioannes archiepiſcopus Treuirenſis, Hermannus archiepiſcopus Colonienſis, Philippus comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, Erneſtus dux Saxoniæ, & Albertus marchio Brandeburgenſis.*

a Burchar. in diar. ceremon. m. ſ. arch. Vat. pag. 489.

Maximilianus creatus Rex Romanorũ.

b Trithem. in chron. Spanhei. Naucler. Naucl. vol. 2. gen. 50. Langius in chron. Mo.hen. l. 4. c. 73. Crom. l. 29 Serrar. Mogunt. rer. l. 5. in Bertholdo & alij.

43 Abfuit ab his comitijs Vvladislaus Rex Bohemiæ Polonus genere, cum ille Regi Hungaro fœdere iunctus eſſet, traducitque Bonfinius b Friderici auaritiam, qui Bohemos aduerſus Hungarum ſtipendio non conduxerit, nec Vvladislaum ſibi deuinxerit, cum Bohemicis armis fultus nunquam Auſtria pulſus fuiſſet. Cæterum Vvladislaum Regem Bohemiæ miſſo ad Innocentium oratore grauiſſime conqueſtum, ſe ad comitia Francofurtenſia pro creando Rege Romanorum Maximiliano vocatum non fuiſſe, tradit Burchardus c, additque contendiſſe ab Innocentio, vt principibus ſcriberet, ne illum ſeptemuiratus iure defraudarent. Deſcripſit d metro Francofurtenſium comitiorum celebritatem egregio carmine Quintus Æmilianus, qui de diuinis myſterijs poſt creatum Cæſarem ſolemni pompa peractis hæc cecinit.

c Bonfin. dec. 4 l. 7. Queritur Bohem. non fuiſſe vocatũ ad comitia.

d Burchar. in diar. m. ſ. arc. Vat. pag. 673. d Æmil. in Encom. ad Frider. & Maximil. to. 2 rer. Germ. & editione Freher.

Non hic taurorum placatur ſanguine fuſo;
Non poſitis holocauſta ſacris altaribus ardent.
Sed qui panis erat verum fit corpus, & vnda
Fit ſanguis, Chriſtuſque pias offertur ad aras.

44 Vbi porro fama de Maximiliano ad Germanicum regnum euecto percrebuit, Innocentius ingenti lætitia affectus feſtinas ad eum literas miſit e. Gratulatus etiam eſt Frederico Imperatori, eique de ipſius oratore hæc reſcripſit a: *De noſtra optima erga te voluntate nonnulla referet aperietque ſerenitati tuæ, nos magnopere lætari, audientes a nonnullis te regno in perſonam nati tui nobis dilectiſſimi ceſſiſſe, quod nobis gratiſſimum fuit audire.* Ita ceſſit Fredericus Germanico regno, vt tamen dum ſuperſtes fuit illius adminiſtrationem geſſerit: ad imperialia vero inſignia corripienda Maximilianum varias in Italiam expeditiones tentaſſe viſuri ſumus. Paulo autem poſt ſignificauit Bertholdus archiepiſcopus Moguntinus Pontifici, quo tandem ordine ſceptrum Germanicum Maximiliano decretum fuiſſet, cui Innocentius de nauata in ea re opera gratias egit b, quibus literis prima aprilis dies ita aſcripta eſt. *Dat. Romæ apud S. Petrum die I aprilis MCCCCLXXXVI. pontificatus noſtri anno II.* Lapſis aliquot diebus redimitus eſt die nona aprilis Maximilianus Aquiſgrani Germanica corona ſolemni ritu, qui in publicis monumentis c tunc editis deſcribitur in hiſtoria Germanica ex editione Freheri, quem lector cupidus conſulat; ſufficit nobis ſacramenti ab eo tunc nuncupati formulam, & pauca alia decerpere, hæc enim referunt acta: *Ductus eſt Rex ad altare per archiepiſcopos Moguntinenſem, & Treuirenſem: ibi ponens ambas manus ſuper altare, fecit hanc profeſſionem in vulgari. Profiteor, & promitto coram Deo, & angelis eius amodo, & deinceps legem, & iuſtitiam pacemque ſanctæ Dei Eccleſiæ ſeruare, populoque mihi ſubiecto prodeſſe, & iuſtitiam facere, & conſeruare iura regni, ſaluo condigno diuinæ miſericordiæ reſpectu, ſicut cum conſilio principum, & fidelium regni atque meorum melius inuenire potero. Sanctiſſimo Romano Pontifici, & eccleſiæ Romanæ cæteriſque pontificibus, & eccleſijs Dei condignum, & canonicum honorem volo exhibere. Ea etiam, quæ ab Imperatoribus, & Regibus eccleſijs ſeu eccleſiaſticis perſonis collata ſunt, & erogata, inuiolabiliter ipſis conſeruabo, & faciam conſeruari: abbatibus, & ordinibus vaſallis regni honorem congruum volo portare, & exhibere, domino noſtro Ieſu Chriſto mihi præſtante auxilium, fortitudinem, & decorem.*

e Ead. pag. 237.

b Lib. 2. breu. pag. 282.

Ritus in Maximiliani Cæſaris creatione ſeruati.

c Extat to. 3. rer. Germaniæ ex editione Freheri pag. 27.

Iuſiurandum a Maximiliano conceptum.

Qua profeſſione facta ductus eſt Rex per dominos archiepiſcopos Moguntinenſem, & Treuirenſem ad ſolium ſuum, ſeu ſedem regiam, quæ eſt ſuperius ſuper altum monaſterium ante altare Apoſtolorum Simonis & Iudæ, clero cantante reſponſorium iſtud: Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine, & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Verſus: Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Et dominus archiepiſcopus Colonienſis ſequebatur eum cum ſuis miniſtris Regem cum cæteris principibus, ponentes eum ad eamdem ſedem regiam S. Caroli lapideam. Ibi dominus Colonienſis dixit: Ita retine amodo locum regium, quem non iure hereditario, neque paterna ſucceſſione, ſed principum ſeu electorum in regno Alemaniæ tibi noſcas delegatum, maxime per auctoritatem Dei omnipotentis, & traditionem noſtram præſentem, & omnium epiſcoporum, cæterorumque ſeruorum Dei: & quanto clerum ſacris altaribus propinquiorem proſpicis, tanto ei potiorem in locis congruis honorem impendere memineris, quatenus mediator Dei, & hominum te mediatorem cleri, & plebis in hoc regni ſolio confirmet, & in regno æterno ſecum regnare faciat Ieſus Chriſtus dominus noſter Rex Regum, & Dominus dominantium, qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, &c. Commendat Nauclerus d Maximilianum hoc elogio: *Fuit vir ſumma virtute, rei militari ſcientia inſignis, in qua*

d Naucl. vol. 2. gen. 50.

rela-

Digitized by Google

Maximiliani elogium.

relucebat iuſtitia feruor, ac zelus ſingularis, benignitas atque clementia cum vitæ, ac morum obſeruantia; quibus regijs virtutibus ornatus ex regia domo nulla ex parte maiorum ſuorum laudibus inferior euaſit. Primam illum legem de pace publica colenda tuliſſe idem auctor refert a, ne quis ſcilicet ius ferro, ſed legibus diſceptaret, paciſque violatoribus cæſaream iram vltionemque intentaſſe, eaque aſſerendæ maieſtatis cæſareæ occaſione Sueuos fœdus inter ſeſe pepigiſſe, ad quod præpotentes etiam principes acceſſerint. At Galliæ Pannoniæque Reges Maximiliani æmuli ægre tulere, ipſum ad cæſareum faſtigium fuiſſe euectum, ſcribitque Krantzius b ei a Francis literas aculeatas remiſſas, quibus ipſum hoc ſcommate pupugere, ſe Regem Romanorum iactare, cum Romæ nihil poteſtatis aut opum haberet. Maximilianum vero ad repetendas amiſſas Belgij vrbes exercitum comparaſſe, pluresque, nimirum S. Audomari, Fanum, Morinum, Atrebatum aliaſque arces in ſuam poteſtatem redegiſſe; de quibus etiam meminit Comineus c.

a Id. ibid.

b Crantz. Saxo. l. 13 cap. 2.

Plures vrbes in Belgio ereptæ Gallo.

c Crom. l. 7. cap. 3.

45 Oborta etiam in Gallijs tum inteſtina bella d, quod proceres nonnulli iniquo animo paterentur regni gubernacula ab Anna Caroli amita teneri: Ludouicus vero Aurelianenſis regiæ procurationem ſibi arrogaret, iungeretque cum Maximiliano arma e: captum porro in pugna Britannica Ludouicum, ac Maximilianum inter & Carolum redintegratam f pacem poſtea videbimus. Ad aſſerenda porro eccleſiæ Romanæ iura hoc anno Innocentius repetijt a Carolo Rege Valentinenſem & Dienſem comitatus, quos a Ludouico XI. eius parente Pio II. reſtitutos vidimus, ac dein poſt Ludouici obitum iniuria occupati fuerant: cui cum reſpondiſſet Carolus controuerſiam ex æquo & bono conſtitutis arbitris diremptum iri, inſtitit Innocentius g, vt viros probitate conſpicuos ad cognoſcendum cauſam deſignaret. Extracta ea lis eſt, ijque comitatus poſtea ab Alexandro VI. qui ad magnas opes & ampliſſimos principatus nothos filios euehere, atque Gallum Regem ſibi deuincire annitebatur, abalienati fuerunt a ditione pontificia.

d Crantz. vbi ſup. Maſſonus Car. VIII

e Crantz. vbi ſup.

f Comin. ſup. c. 3.

De Valētinenſi & Dienſi comitibus lis exorta

g Lib. breu. pag. 457.

46 Hoc anno Innocentius ad ſedenda eiſtina Anglorum bella, quæ ob veteres controuerſias de ſceptri Anglici ſucceſſione inter Leceſtrienſem, & Eboracenſem regias ſtirpes iamdiu exarſerant, Leceſtrienſi familiæ regnandi iura aſſeruit, atque inter Henricum, & Elizabetham Eboracenſem initum coniugium ſolutis contrarijs legibus confirmauit, præcepitque Anglis h apoſtolico pro imperio, ne vnquam poſthac de ſucceſſionis iuribus nouas lites, quæ tantum cruoris ſuderant, mouere auderent.

Abalienatus poſtea is principatus ab Alex VI.

h Lib. ſign. nu. 1900. P. ſecret. pag. 413.

Ad perpetuam rei memoriam,

Romanus Pontifex, in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit, inter curas multiplices, quibus rerum negotiorumque varietatibus continue premitur, ad ea ex debito paſtoralis officij ſibi commiſſi ſolicite intendere debet, per quæ inter catholicos principes eorumque vaſallos, & ſubditos pacis, & quietis, quo adiuuante Domino conſeruetur amœnitas, & quæ ijs contraria ſunt, ac ſcandala producunt, per ſuæ vigilantiæ ſtudium radicitus extirpentur, prout, perſonarum, locorum, & temporum qualitate penſata, id in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Nuper pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici VII. Angliæ Regis illuſtris, & dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Elizabeth claræ memoriæ Eduardi IV. dicti regni olim Regis primogenitæ nobis expoſito, quod ipſi ad ſubmouendum contentiones, quæ de regno ipſo fuerant inter eorum prædeceſſores de Lancaſtriæ, de qua ipſe Rex Henricus, & Eboracenſis inclytis domibus, & familijs dicti regni, de qua Elizabeth præfati originem trahebant, quarum occaſione in regno ipſo grauia ſcandala retroactis temporibus exorta fuerant, deſiderabant inuicem matrimonium contrahere, ſed quia quarto, & quarto conſanguinitatis, & forſan affinitatis gradibus inuicem coniuncti erant eorum deſiderium huiuſmodi in ea parte adimplere non poterant diſpenſatione apoſtolica deſuper non obtenta. Nos tunc cupientes perpetuæ tranquillitati, paci, & quieti dicti regni, quemadmodum decet pium & communem patrem & paſtorem omnium Chriſtianorum, prouidere, ac diſcordijs, quæ in eo regno diu inter deſcendentes ex domibus prædictis cum maximo ipſius regni detrimento viguerunt finem imponere, illudque futuris diſſenſionibus occurrendo pacatum, & quietum perpetuis temporibus reddere, ac Chriſtiani ſanguinis effuſionem euitare, cum eiſdem Henrico Rege, & Elizabeth, vt huiuſmodi conſanguinitatis, & forſan affinitatis impedimentis non obſtantibus, matrimonium inter ſe contrahere, & in eo poſtquam contractum fuerit remanere libere, & licite poſſent, per alias noſtras literas gratioſe diſpenſauimus, ſuſcipiendam ex huiuſmodi matrimonio prolem legitimam nuntiando.

Pro reſtituenda Angliæ pace actum de matrim. inter Lanclaſt. & Eboracenſem ſtirpes.

47 Cum, ſicut accepimus, Henricus Rex, quamquam non modo iure belli, ac notorio, & indubitato proximo ſucceſſionis titulo, verum etiam omnium prælatorum, procerum, magnatum, nobilium, totiuſque eiuſdem regni Angliæ plebis electione, & voto; nec non decreto, ſtatuto, & ordinatione ipſius Angliæ regni trium ſtatuum in ipſorum conuentu, parlamento nuncupato, propter hoc publice, & generaliter celebrato, ius ipſius regni Angliæ ad ipſum Henricum VII. Angliæ Regem, ſuoſque heredes ſuo ex corpore procreandos indubitanter, & de iure pertineret, eidemque delatum foret: ad omnes tamen diſcordias, & diſſenſiones, quæ olim inter illuſtres Lancaſtriæ, & Eboracenſem domos prædictas viguerant, tollendas, atque in perpetuum abolendas, ac pro firma, & perpetua pace in eodem regno obſeruanda, ad præcipuam, & ſpecialem ipſorum trium ſtatuum dicti regni requiſitionem aſſenſerit eandem Eliſabeth principiſſam immortalis famæ Regis Eduardi præfati primogenitam, & veram heredem ducere, habereque in vxorem, dummodo primitus a nobis opportuna diſpenſatio ſuper impedimentis prædictis obtineretur: nos, qui vna cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus omnia, & ſingula ſupradicta paterna charitate conſiderantes, non ſolum ſuper matrimonio huiuſmodi inter Henricum Regem, & Elizabeth principiſſam præfatos, vt præfertur, contrahendo ex cauſis ſupradictis per dictas noſtras literas diſpenſauimus, ſed etiam prolem ſuſcipiendam ex eo ad ſuccedendum eiſdem Regi, & Elizabeth legitimam nuntiauimus, prout in eiſdem ipſius diſpenſationis literis plenius continetur, motu proprio non ad Henrici Regis aut Elizabeth prædictorum, aut alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa noſtra

Ius regni Angl. Henric. VII. ſpectare pronuntiatū.

Eboracēſium heres fuit Eliſabetha.

ſcien-

ſcientia huiuſmodi diſpenſationem, nec non matrimonium vigore illius contrahendum, ſeu cuiuſuis alterius diſpenſationis deſuper a ſede Apoſtolica, vel illius pœnitentiaria, aut legatis, ſiue nuntijs ad id facultatem ab eadem ſede habentibus forſan obtenta pro tempore contractum, quorum quidem noſtrarum literarum, & aliarum prædictarum diſpenſationum tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum infererentur haberi volumus pro expreſſis, legitimamque liberorum ſucceſſionem, & etiam declarationem, pronuntiationem, & decretum parlamenti tam ſuper titulo ipſius Henrici Regis, quam ſuper ſucceſſione liberorum, ac heredum ſuorum, nec non omnia alia, & ſingula præmiſſa auctoritate apoſtolica præſentium tenore confirmamus, & approbamus, ac robur perpetuæ, & inuiolabilis veræ firmitatis obtinere eadem auctoritate pronuntiamus, decernimus, atque declaramus, ſupplemuſque omnes, & ſingulos defectus tam iuris quam facti, ſi qui forſan interuenerunt in eiſdem, aut aliquo præmiſſorum, monemuſque, & requirimus motu, ſcientia, & auctoritate prædictis omnes, & ſingulos dicti regni incolas, & eiuſdem Henrici Regis ſubditos, cuiuſcumque gradus, ſtatus, ſeu conditionis exiſtant, etiamſi ducali, vel maiori dignitate præfulgeant, eiſque & cuilibet eorum diſtincte præcipiendo inhibemus, ne ipſi aut aliquis eorum nouos tumultus occaſione iuris ſuccedendi huiuſmodi, vel quocumque, vel quouis quæſito colore, aut quacumque alia cauſa in eodem regno per ſe, vel alium ſeu alios monere, ſeu moueri facere diſpenſationi, declarationi, & decreto huiuſmodi, aut paci tranquillitatiue ipſius Angliæ regni contrauenienda quouis modo præſumant ſub excommunicationis, & maioris anathematis pœna, quam omnes, & ſinguli huiuſmodi tumultus nouos excitantes, vel excitari facientes, atque pacem, & regni præfati tanquillitatem poſthac nequiter deturbantes, aut prædictis contrauenientes ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, cuiuſcumque, vt præfertur, dignitatis, ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſtant, etiam ſi ducali aut maiori præfulgeant dignitate, eo ipſo incurrant, eoſque incurrere, & illius vinculo innodatos, & inuolutos ipſo facto eſſe eiſdem motu, ſcientia, & auctoritate volumus, ſtatuimus, decernimus, atque declaramus, a quo quidem excommunicationis, & anathematis vinculo ab alio quam a ſede Apoſtolica præfata, aut cui ipſa ſedes id ſpecialiter, & ſpecifice commiſerit, præterquam in mortis articulo conſtituti, nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Etſi, quod Deus auertat, contingat ipſam Elizabeth prole ex dicto Henrico Rege non ſuſcepta, vel ſuſcepta non tamen tunc ſuperſtite, decedere ante ipſum Regem, eo caſu prolem ex ipſo Rege Henrico, & alia quacumque eius legitima vxore ab eo ſuperinducenda in omni iure hereditario regni huiuſmodi iuxta antedictum ipſius parlamenti decretum, & huiuſmodi noſtram illius approbationem, & confirmationem ſuper huiuſmodi decreto, & alijs prædictis, vt præmittitur, factam ſuccedere debere ſimilibus motu, ſcientia, & auctoritate etiam decernimus, & declaramus. Et ne in huiuſmodi euentum quiſpiam proles præfatæ ſucceſſionem huiuſmodi quouis colore impedire, aut ad impediendum nouos tumultus in eodem regno per ſe, vel alios excitare aut excitari facere, vel procurare præſumat, ſub præfatis cenſuris, & pœnis, quas omnes, & ſinguli nouos tumultus, vt præfertur, ex quacumque cauſa in contrarium excitantes, aut excitari facientes, eo ipſo incurrant, & a quibus ab alio quam ſede prædicta, & cui ſedes ipſa id ſpecialiter commiſerit, abſolui nequeant, præterquam in mortis articulo conſtituti. Pari motu, ſcientia, & auctoritate prohibemus, & quoſcumque tam principes exteros, quam dicti regni incolas præſtantes opem, & ſuccurſum eidem Henrico Regi, eiuſque deſcendentibus in eodem regno ſucceſſoribus Angliæ Regibus contra eorum rebelles, aut aliqua contra præmiſſa quouis pacto molientes eiſdem motu, ſcientia, & auctoritate benedicimus, & illis quos ſic faciendo in tam iuſta cauſa decedere contingeret plenariam omnium ſuorum peccatorum indulgentiam, & remiſſionem elargimur.

Sublatæ leges contrariæ vt connubio iungi poſſit.

Vetiti Angli de ſucceſſionis iure nouas lites mouere.

Obiectæ contendentibus cenſuræ.

48 Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis epiſcopis, monaſteriorum abbatibus, metropolitanis, & aliarum cathedralium, & collegiatarum decanis, archidiaconis, canonicis, parochialium & aliarum eccleſiarum rectoribus, ſiue vicarijs perpetuis, prioratuum, & domorum cuiuſuis etiam mendicantium ordinum prioribus, & guardianis, & quibuſcumque alijs eccleſiaſticis perſonis exemptis, & non exemptis ſimilibus motu, ſcientia, & auctoritate ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ in epiſcopos, & ſuperiores, ac excommunicationis latæ ſententiæ pœna in inferiores ab eis eo ipſo per eos, ſi non paruerint, incurrenda mandamus, quatenus ipſi, & quilibet eorum, cum pro parte præfati Henrici Regis heredum, & ſucceſſorum ſuorum huiuſmodi quotieſcumque fuerint deſuper requiſiti, contrauenientes huiuſmodi, & nouos tumultus excitantes, in eccleſijs ſuis, & alijs locis publicis inter miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum ſolemnia, nec non alijs temporibus congruis toties quoties requiſiti fuerint, excommunicatos, & anathematizatos eſſe, & huiuſmodi ſententias, & cenſuras incurriſſe publice nuntient, faciantque ab alijs nuntiari, & ab omnibus arctius euitari, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus cenſuras, & pœnas huiuſmodi iteratis vicibus aggrauent, contradictores, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXVI. VI. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* II. Paruere Angli Romano Pontifici, atque ex hoc matrimonio Henricus VIII. ſuſceptus eſt, qui poſtea ſæuæ libidinis furijs agitatus Anglos a Romanæ eccleſiæ obſequio diuulſit, vt ſuo loco dicetur.

Iuſſi eccleſiaſtici cenſuras in aduerſarios diſtinguere.

49 Vexata quoque fuerat Scotia ciuili bello, cuius dirimendi cupidus Innocentius Carolum Francorum Regem ſollicitauit a, vt regiam auctoritatem, quâ plurimum poterat apud Regem Scotiæ, ad conciliandum cum eo fratrem Alexandrum olim Albaniæ principem adhiberet. Tranſmiſerat ad eundem Regem Carolum paulo ante candelas religioſa precatione beatiſſimæ Virgini purificatæ feſto die ſacratas; ad Scotum vero roſam auream recurrente prima quadrageſimæ dominica vetere ritu ſimiliter ſacratam, cuius myſtici muneris ſignificationes arcanas hiſce literis aperuit b.

Pro Albaniæ principe concordiæ interpretẽ agit Inn. *a In l. lib. a breu. pag.* 304.

Miſſa ſacramenta ad Gallum & Scotũ Reges. *b Ibid. pag.* 310. *Ibid. pag.* 344 & 304.

Regi Scotorum,

Suſcipe, chariſſime fili, roſam hanc lætiſſimo corde monimentum, & pignus noſtræ in te paternæ beniuolentiæ, in qua non muneris æſtimanda eſt quantitas, ſed altioris ſignificationis qualitas interpretanda, nec te auri fulgor,

ſed

Digitized by Google

ſed contemplatio diuinæ ſignificationis teneat: ſancta enim Eccleſia hoc donum per manus ſummi Pontificis ordinauit ad declarandam lætitiam, & gaudium ex humani generis liberatione ſuſceptum, roſa enim ipſa corpori glorioſiſſimo Ieſu Christi, qui nos pretioſo ſanguine ſuo redemit comparata eſt, flos enim ille omnium eſt florum, & aſpectu iucundior, & odoris ſuauitate fragrantior. Penetret igitur in tuos ſenſus diuinus odor, vt eo repletus generoſitatem animi tui, & catholicam mentem in dies magis explices, & augeas, deque ipſa republica Chriſtiana ſanctaque Apoſtolica ſede benemereri ſtudeas. *Dat. Romæ apud S. Petrum die* XII. *martij* MCDLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II. Data eſt Imolenſi pontificio internuntio prouincia, vt eam Scotiæ Regi ſua manu porrigeret: *Tanquam*, inquit a Innocentius, *noſtri amoris in eum, & ſuæ virtutis eximiæ pignus.* Ornati etiam ſacris muneribus alij nonnulli principes ab eodem Pontifice fuerunt, icunculas enim cereas cœleſtis agni typo impreſſas, deuotaſque ſacra prece ad ducem Britanniæ ob eximium illius in ſedem Apoſtolicam ſtudium tranſmiſit b, pollicitus alias etiam erogaturum, geliturumque morem eius pietati, ſi Britonius proceribus plures elargiri vellet.

Quid myſtice ſignificet.

a Ib. pag. 105.

b Ib. pag. 335.

Icunculæ agni cheree impreſſæ ad Briton. miſſæ.

50 Eodem pio dono affecit c Ferdinandum vlterioris Siciliæ, Aragoniæ, & Caſtellæ Regem, vtque in Saluatoris memoriam recurrente primo a reſurrectione dominica ſabbatho ſacrari ſoleant ſignificauit. Decorata eſt iiſdem ſacris muneribus Eliſabetha Regina eius vxor, ad quam conceptæ iiſdem ferme verbis extant datæ literæ d. Miſerant vero antea iidem Reges ad Innocentium Neapolitani belli ſumptu exhauſtum liberalis obſeruantiæ ergo decem aureorum millia, de quibus actæ gratiæ a Pontifice ipſo e, tum addita adhortatio, vt Mauricam gentem ſuperſtitioni Mahumeticæ deditam excinderent, qua exciſa cæteris principibus ad Turcicum euertendum imperium arma coniungere poſſent: *Occurrit nunc vos hortari, vt bellum contra Mauros ſuſceptum magno, vt facitis, animo proſequamini, quod cum iuſte, & pro Dei gloria geratis, non poteſtis niſi felicem illius exitum ſperare, quem Deus ipſe, cuius cauſa agitur & dedit hactenus, & dabit. Nos quoque, quoad poterimus, tam pio veſtro incepto non deerimus: ex quo ſperamus cum veſtra immortali laude, & gloria multa Chriſtiano nomini bona prouentura, debellatis enim Mauris, & ad diuinum cultum gente illa redacta, florentes vires veſtras contra Chriſtiani nominis hoſtem Turcam conuertere poteritis, & cum cæteris Chriſtianis principibus vna bellum capeſſentibus, nobis in primis iuuantibus, & Deo duce, victoriam ex truculento illo hoſte reportare, quod vtinam cito liceat, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die* VIII. *februarij* MCDLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II.

c Ib. pag. 399.

Lit. ad Regem Hiſpaniæ.

d Ib. poſt epiſt.

e Ib. pag. 174.

Adhort. iis ſtimuli vt Mauros debellent.

51 Incendebat tum Ferdinandum & Eliſabetham ad Mauricos triumphos Hurtadus Mendoza Hiſpaniarum primas, idemque Cardinalis, quem Innocentius de præclaris illius conſiliis & facinoribus, quibus Cardinalitiam purpuram decorabat, commendauit, pollicitus apoſtolica ſe ope illis non defuturum: *Quid dicemus de illuſtribus Regibus iſtis, quaue laude eos proſequemur? certe magna commendatione digni ſunt pro ſincero animo, & catholica mente, quam omnibus in rebus ad dignitatem, & honorem noſtrum, & huius ſanctæ ſedis pertinentibus oſtendunt. Non minor laus eos ſequitur pro iis, quæ contra Mauros in Dei laudem gerunt, a quibus breui Deo duce ſperamus eos victoriam ſumma cum gloria reportaturos, & Chriſtianæ reipublicæ, quod eorum inuicta virtus polliceri videtur, multum profuturos. Nos vero eis non deerimus in iis, quæ poterimus pro tam pio proſequendo incepto, & ad exitum perducendo, neque vllo tempore ceſſabimus paterna illis officia procurare. Dat. Romæ apud S. Petrum die* VIII. *februarij* MCDLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II. Addixerant vero ſeſe Ferdinandus & Eliſabetha prouehendæ diuinæ gloriæ aſſerendæque religioni, ac veluti ſydera cæteris Regibus iter ad gloriam & immortalitatem monſtrabant, tum ad cæptum opus de excindendis Marrhanis hæreticis, Mauriſque ex Hiſpania pellendis perficiendum alacriter incumbebant: quibus pontificiam opem implorantibus Innocentius non defuit, data enim apoſtolica diplomata a eorum oratori fuerunt, tum de vocatis ad crucis dominicæ ſigna fidelibus, tum de conſtitutis ſacris tribunalibus: de quibus apoſtolicis literis facti ſunt certiores.

Hurtad. Mẽdoza Card. belli maurici promotor.

e Lib. 3. breu. pag. 172.

Commendati Reges Hiſp. ob præclare geſta.

a Ib. pag. 194.

52 De ſacra in hæreticos cenſura poſtea dicetur: quod vero ad Mauricum bellum attinet; non fefellit Pontificem concepta ſpes; cum enim Hiſpani ſacro crucis ſymbolo inſigniti pro religione pugnaturi in Mauros erupiſſent, glorioſiſſimas de iis victorias retulere b: fauit autem noſtris Maurorum diſcordia, quippe Abohardilles & Boabdilles de regno inuicem diſceptabant, illudque diſciderant, vt Granata quidem Almeria, & Malaca Bohardilli conceſſæ eſſent; reliqua ditione Maurica Boabdilles potiretur. Verſus eſt primus impetus in Loxam, quæ ſe Boabdilli dediderat, impetus, quamque magnis animis propugnauit Rex barbarus, factiſque eruptionibus noſtros ad pugnam laceſſiuit: ſed a Chriſtianis diuina ope retuſus eſt, contortæ in Maurica propugnacula æneæ machinæ latam muris ſtragem dedere, adeo vt Boabdilles Rex facta prius cum Ferdinando pactione Loxam dediderit, ſeque ad illius pedes victus proiecerit. Cuius victoriæ fama late increbuit, deque ea mox Eliſabeth Regina laureatas literas ad Tendillæ comitem miſit Pontifici perferendas; quas cum accepiſſet Innocentius ingenti delibutus gaudio comiti, quem Florentiæ ſubſtitiſſe diximus, ſtatim reſcripſit c, publica a ſe lætitiæ ſigna de Mauris domitis editum iri.

b Suri l. 20 c. 68. Mariana l. 25. cap. 9.

Mauri diſcordiis laborant.

Loxa Ferdinando Regi dedita.

c Eod. l. 2. breu. pag. 439.

53 Actas ſolemni ritu ab Innocentio diuino Numini gratias de conceſſa Ferdinando Loxenſi victoria, refert Burchardus d in rituum diariis: *Dominica*, inquit, 12. *iulij Romæ in eccleſia S. Iacobi de Gallicia R. D. P. Petrus epiſcopus Vſſellenſis celebrauit miſſam ſolemnem de octaua viſitationis B. Mariæ virginis propter victoriam, quam habuit illuſtriſſimus dominus Ferdinandus Rex Hiſpaniæ contra Regem Granatæ infidelem. Poſt orationem diei dixit orationem pro Rege, &c.* De perſolutis Deo ob Loxenſem victoriam laudibus quarto poſt die Innocentius ipſe Eliſabetham Reginam fecit e certiorem, ipſamque ad inclinatas Maurorum res proſternendas incendit.

d Burchard. in diar. in arch. Vat. pag. 506.

e Lib. 2. breu. de cur. pag. 469.

Reginæ Hiſpaniæ.

Cum in ea re maieſtates veſtras ſummo ſtudio elaboraſſe certo ſciamus zelo, & ardore catholicæ fidei, non poſſumus vos non maxime commendare, ac præcipua laude dignos iudicare, quod tam benemereri de fide Chriſtiana ſtudeatis. Hortamur idem in poſterum faciatis, & Deo adiuuante perfidam illam barbarorum gentem extirpare nitamini, de qua glorioſam victoriam merito ſperare poteſtis, & debetis. Nos vero hoc felici nuntio contineri non potui-

Solicitata Regina Eliſab. vt victoriam vrgeat.

Digitized by Google

potuimus, quin publicæ huiuſmodi victoriam celebraremus in commendationem maieſtatum veſtrarum, & quo ſtudio poſſemus laudem veſtram proſequeremur, ſperamus ſæpius hoc nos facturos præbita materia a ſerenitatibus veſtris, quæ huiuſmodi victorias continuando famam, & gloriam apud omne Chriſtianorum genus ſibi irrogabunt. *Datum Romæ, &c. die* XIII. *iulij* MCDXXXVI. *pontificatus noſtri anno* II.

Plures arces ereptæ Granatenſibus.

a Surit. l. 20 cap 68. Marian. l. 25. c. 9.

53 Cæterum Ferdinandus Rex impoſito Loxæ crucesignatorum præſidio, iiſque præfecto Aluaro Luna, ad illorum ſitu arcem munitiſſimam, e qua in Granatam proſpectus patet, quam barbari dextrum regni, & vrbis oculum appellitabant, caſtra poſuit: cum timore perterriti barbari ſupplices mox deditionem octaua die iunij fecerunt; pronaque tum fuere ad victorem finitima Loxæ, & Alamæ oppida, nimirum Zagra, Galate, Zagadixium, ac Balnea, quibus Ferdinandus potitus crucesignata caſtra ad Moclinum oppidum arte & natura ad excipiendos propulſandoſque hoſtiles impetus inſtructum & apparatiſſimum, quod Granatenſis regni clypeum Mauri vocabant, metatus eſt, cum itinera Chriſtianis intercluderet, ne ad Granatenſem agrum euaſtandum excurrerent. Ac licet nullis humanis viribus ea arx expugnari poſſe crederetur, omnia tamen militi Chriſtiano triumphalia crucis ſigna præferenti peruia fuere: atque ita decima ſeptima iunij die militari fœdere Moechlinum in noſtrorum poteſtatem venit: eodemque victoriæ impetu Culomera & Mons frigidus Ferdinandi pariter imperium accepit, effuſæque deinde in Granatenſem agrum copiæ cladem barbaris longe lateque intulerunt. Interea continebat ſe intra Granatæ mœnia hoſtis ad ſexaginta millia peditum, equitum duo millia accinctus, ac pugnæ conferendæ in aſperrimis anguſtijs loci occaſionem quærebat: demumque in poſtremam noſtrorum aciem incurrit Mauricus equitatus, initoque tumultuario certamine propulſatus eſt, vicini vero agri igni ferroque vaſtati fuerunt: quod ſacrum bellum quinquaginta dies tenuit: attritiſque ita Mauris Ferdinandus ad inſtaurandas vires, reficiendumq; militem, fortiſſimis in arcibus impoſitis præſidijs, Cordubam reuerſus eſt.

Moclinū Granatæ clypeus.

Ferdinando deditur.

Quantus fuerit Maurorū exercitus

Vaſtatus ager Granatenſis.

54 Hi Maurici triumphi a Ferdinando Canariarum inſularum, quas fidei Chriſtianæ hoſtes occuparant, expugnatione, propagatæque pietatis gloria cumulati fuerunt: in oppidis enim, & vrbibus e Maurica tyrannide ereptis, nec non in Canarijs inſulis excitari eccleſias, condi monaſteria, abbatias inſtitui, ac vectigalibus locupletari curauit, flagitauitque vna cum Eliſabetha Regina ab Innocentio, vt viros morum nitore, doctrinæ ſplendore, religionis proferendæ ſacro ardore inſignes ijs eccleſijs præficeret; ob quæ præclara facinora Pontifex vtrumque eximio elogio exornauit apoſtolico diplomate, quo ipſos, & ſucceſſores iure patronatus in Granatenſis regni, Canariarum inſularum, aliorumque locorum, quæ infidelibus eriperentur, conſtitutis conſtituendiſue eccleſijs affecit, ornauitque hoc encomio.

In Canarijs inſulis propagata pietas.

55 *Chariſſimus in Chriſto filius noſter Fernandus Rex & chariſſima in Chriſto filia noſtra Elizabeth Regina Caſtellæ & legionis illuſtres, inter alios Chriſtianorum Reges & Reginas ſummi rerum opificis & conditoris, cunctorumque bonorum auctoris, & omnipotentis gratia ampliſſimorum regnorum de ſuſiſſimo imperio, & aliarum diuerſarum prouinciarum dominio ſubditorum obedientia, deuotione, & obſeruantia, facultatem quoque omnium, quæ ſummis Regibus neceſſaria fore noſcuntur, affluentia, & vbertate, ætate florida, & animo ad omnia præclara facinora parato, in conſilijs prudentia, & in adminiſtranda iuſtitia conſtantia, & multarum præclariſſimarum rerum ab eis geſtarum gloria, & in re militari peritia, fortitudine, & audacia decorati, vt tantorum bonorum auctori gratias referrent, & aliquid præclarum ad eiuſdem omnipotentis Dei honorem, & imperij Chriſtianorum propagationem aggrederentur, non ſolum cœptum opus expugnationis infidelium inſularum Canariæ proſequi & continuare curarunt, ſed etiam regnum Granatæ ante eorum oculos conſiſtens proſapia Regum Hiſpaniarum debitum de ſpurciſſimis Saracenis Chriſti nominis hoſtibus detentum ſuperioribus annis expugnare, & eorum ditioni ſubijcere, ac in locis ab eiſdem Saracenis acquiſiti & acquirendis eccleſias, monaſteria, & beneficia eccleſiaſtica erigi, eiſque, certam partem decimarum ac fructuum, redditumm, & prouentuū eccleſiaſticorum dictorum locorum applicari, & ex eis dotari facere decreuerunt, & non in propria, ſed eiuſdem omnipotentis Dei fortitudine & prouidentia confidentes opus ipſum omni ex parte difficillimum proſequendo, illius ciuitates, caſtra, oppida, & alia loca plurima fere tertiam eiuſdem regni Granatæ partem, vti accepimus, conſtituentia, diuina fauente clementia, eorumque ditioni ſubiugauerunt, & tam in regno Granatæ, quam inſulis prædictis proſperitatis votiuis ſucceſſibus ſubiugare non ceſſant in dies &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXVI. *idibus decembris pontificatus noſtri anno* III. Fulciuit quoque alijs ſubſidijs eoſdem Reges Innocentius, vt etiam in Aragonenſi regno ſubſidiarium aurum libere cogere Ferdinandus poſſet, cum vetuſta lege prohibitum eſſet, ne Rex inconſultis regni ordinibus noua vectigalia populis imperaret, Innocentius eam legem ob præſentem neceſſitatem apoſtolica auctoritate ita temperauit a.

De eccleſijs in Mauricis vrbibus condendis actum a Ferd.

a To. 3. ſign. recen nu. 1093. pag. 424.

Ad futuram rei memoriam.

Sicut recepimus inter alias conſtitutiones, ordinationes, leges, & iura regni Aragonum, quas ipſi foros vocant, eſt conſtitutio & ordinatio, forus ſeu lex per Reges dicti regni, qui fuerunt hactenus, & per barones aliosque principes & primates, ciuitates, & vniuerſitates eiuſdem regni facta & approbata, ac iuramento, & excommunicationis & interdicti ſententijs pœniſque roborata, qua cauetur quod Rex pro tempore exiſtens in præfatis regnis non poſſit vectigal, impoſitionem, exactionem, aut ſubſidium, vel gabellam, vel, vt ipſi loquuntur, ſiſam imponere in dictorum regnorum regnicolis & ſubditis abſque curiæ generalis, hoc eſt, regni conuocatione & congregatione atque conſenſu, & chariſſimus in Chriſto filius noſter Fernandus Rex Caſtellæ illuſtris in ſua ad regnum Aragonum promotione promiſerit, & iuramento ac ſub pœnis ſupradictis ad obſeruationem dicti fori & conſtitutionis ſe obligauerit, contingeretque poſſet talis neceſſitas, quod ſine ſiſæ & vectigalis impoſitione paci & tranquillitati illius regni conſulere non poſſet, eſſetque difficillimum & laborioſiſſimum totius curiæ & regni expectare & habere conſenſum, nos qui illius vices gerimus in terris, qui eſt Rex Regum & dominus dominantium, ac Regis & regni prædictorum ſpecialem curam gerimus, attendentes quod pro Chriſtiani nominis propagatione atrox aduerſus Mauros bellum aſſidue gerat, ac propterea Regi & Reginæ prædictis, ne propterea detrimenta perferant, ac communi vtilitati dicti regni prouidere volentes motu proprio, non ad ip-

Lex apud Arag. ne vectigalia ſine publico ordinum conſenſu imperentur.

Ob bellū Granat. ſolutus ea Ferdinandus.

ſius Regis, vel cuiuſuis alterius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate & certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis præſentium tenore indulgemus, quod cum talis euidens neceſſitas Regi vel Reginæ superuenerit, cui neceſſitati iuxta ſuam & eorum, quos pro rebus prædicti & aliorum regnorum ſuæ ditioni ſubiectorum in ſuos pro tempore aſſumpſerit conſiliarios iudicium & conſilium mederi, ac commodius ſuccurri, quam per ſiſæ impoſitionem nequiret, quod liceat præfato Regi & omnibus, qui ſimile iuramentum præſtiterunt ſiſas, adiuuamenta, ſubſidia, & onera quæcumque rationabilia & honeſta indicere regnicolis prædictis, & indicta exigi facere ab eiſdem, vt huiuſmodi maximis regni neceſſitatibus occurrat, & quod ſic indicendo & exigi faciendo nullum periurij reatum, & illa exigentes, & ad id fauorem, aſſenſum, conſiliumque præſtantes nullam exinde pœnam incurrant. Volumus tamen quod quotieſcumque eam ſiſam, impoſitionem, exactionem, aut ſubſidium huiuſmodi imponere toti regno contigerit, cum maioris partis dicti regni conſenſu illam imponere teneatur, ita tamen quod maior pars regni nō ex maiori parte eorum, qui in curia fuerint congregati, nec ex numeroſitate particulari votorum numero, nec ex pluralitate brachiorum curiæ, ſed ex vera maioritate partium & vaſſallorum dicti regni cenſeatur; quod ſi generalis ſiſa imponenda non videbitur, indulgemus, vt in caſu neceſſitatis prædictæ poſſit ipſe Rex illis ciuitatibus, vniuerſitatibus, locis, & hominibus ſiſam imponere, quæ ciuitates, vniuerſitates, loca, & homines illam acceptare voluerint, & ad in poſitionem illius ſuum præſtiterint aſſenſum, proque conſcientiæ Regis & aliorum, qui ad id præſtarent conſilium, aſſenſum, auxilium, vel fauorem ſerenitate & puritate eundem Regem Aragonum, & quoſcumque alios primates regni, vniuerſitates, loca, homines, ad dictæ conſtitutionis obſeruationem iuramento, excommunicationis ſententia, interdicti pœna, & quauis alia obligatione aſtrictos in huiuſmodi neceſſitatis euentibus ab eiuſdem iuramenti obſeruatione, excommunicatione, interdicto & alijs pœnis, & cenſuris abſoluimus, illud & illas eis remittimus, & volumus eos ad iuramentum, interdictum, & forum obſeruandum nō teneri, non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis &c. [Adiecta eſt ſanctionum Aragonicarum anno MCCVIII. editarum in ſolemnibus regni comitijs feriis, quibus vis præſcripto pontificio adempta eſt.] *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXVI. VI. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* III.

56 Partas reliquas duas regni Granatenſis partes exciſa Maurica tyrannide a Ferdinando & Eliſabetha, nec nō ex Canarijs inſulis ad alias noui orbis inſulas, atque in ipſum poſtea vaſtiſſimum continentem incognitum, vbi noui epiſcopatus innumeræque eccleſiæ a ſucceſſoribus conditæ fuerunt, imperium Chriſtianum protuliſſe viſuri ſumus. Hæc vero amplificati diuini cultus trophæa Ferdinandus eximia in perſequendis hæreticis diligentia cumulauit. Is antea ſacra tribunalia ab Innocentio, vti meminimus, ad exercendam fidei cenſuram excitari obtinuerat: vtque reos clementia ad deponendos errores magis pelliceret, ijs qui certo temporis interuallo ſe os damnaſſent, conſtitutam de publicandis reorum bonis pœnam remiſit: qua illecebra multi deliniti ex hæreſeos cœno emerſere, ſeſeque in

E Canarijs inſulis ad Americæ continentem prolata religio.

Eccleſiæ caſtra receperunt. Iiſtamen poſtea eccleſiaſtici plures eorum fortunas affectantes litem intendere, conſultuſque a Ferdinando Innocentius ſilentium eccleſiaſticis imponendum ſanxit a.

a *Lib. 2. breu. pag. 484.*

57 Confirmata eſt hoc anno ſanctione apoſtolica cenſorum fidei auctoritas, quam magiſtratus laici infringere moliebantur, latas enim ab illis ſententias exequi detrectabant, ni prius iudiciaria acta excuſſiſſent, atque ita vis ſacri iudicij obſoleſcebat. Edixit b itaque Chriſti vicarius ad tollendam eam corruptelam, vt eiuſmodi magiſtratus percellerentur anathemate, niſi ſex dierum interuallo inquiſitorum decreta exequerentur.

Sæculares magiſtratus cauſas de hæreſi cognoſcere affectant.

b *Bullar. in Inn. VIII conſt. 10. & in append. tom. in Innoc. VIII.*

Venerabili fratri noſtro epiſcopo Brixienſi, & dilecto filio inquiſitori in partibus Lombardiæ.

Dilectus filius frater Antonius de Brixia ordinis Prædicatorum in partibus Lombardiæ inquiſitor hæreticæ prauitatis vna cum venerabili fratre epiſcopo Brixienſi, ſeu eius vicario generali, ſicuti nobis nuper fecit exponi contra nonnullos vtriuſque ſexus hæreticos, vt accepimus, quos culpabiles, vt hæreticos impœnitentes, repertos pœna debita iuris puniendos condemnauit, ac officiales ciuitatis Brixienſis, vt iniunctam executionem adimplerent requiſiuit, qui officiales iuſtitiam miniſtrare, & dictas ſententias exequi, niſi prius proceſſus per epiſcopum, & inquiſitorem agitatos non viderent, in non paruum orthodoxæ fidei ſcandalum recuſarunt. At cum huiuſmodi crimen hæreſis ſit mere eccleſiaſticum, & delicta nullo pacto impunita remanere debeant, tenore præſentium vobis committimus atque mandamus, vt, ſi eſt ita, eiſdem officialibus ſecularibus ciuitatis Brixienſis ſub excommunicationis pœna, & alijs cenſuris eccleſiaſticis præcipiatis atque mandetis, vt infra ſex dies, poſtquam legitime fuerint requiſiti, ſine aliqua dictorum proceſſuum per vos agitatorum viſione, ſententias per vos latas contra huiuſmodi hæreticos prompte exequantur, appellatione remota: quam excommunicationis pœnam ipſo facto volumus & tenore præſentium declaramus incurriſſe, ſi quod mandatum fuerit intra dictum ſex dierum ſpatium, ceſſante legitimo impedimento, cum effectu non impleuerint, &c. *Dat Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XXX. *ſeptembris* MCDLXXXVI. *pontificatus noſtri anno* III.

Recuſant cenſorum ſententias exequi.

Incurſiæ ijs ſi abnuant cēſuræ.

58 In Bohemia recruduerat vetus Huſſitarum hæreſis flagitio & opera Auguſtini Luciani olim epiſcopi Sanctuarienſis, qui ad ipſos iamdiu defecerat, innumeraque perpetrarat mala, quem promiſſa venia in Eccleſiæ gremium reuocare annitebatur Innocentius: ſuperiori enim anno Patauienſem epiſcopum ad tam pium opus incumbere iuſſerat, cenſueratque illum ex Bohemia educendum, vt miſeris hæreſeos tenebris inuolutis magiſter errorum adimeretur: cumque videretur nōnullis tot ſcelerum reum, vt qui ſepultam nefariam ſectam ab inferis reuocauerat, venia nō donandum, iterum menſe martio huius anni eidem epiſcopo Patauienſi ita reſpondit Pontifex c: *Cum dilectus filius noſter Ioannes tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis Mediolanenſis illum ad cor reuerſum, & ad gremium præfatæ matris Eccleſiæ redire cupientem nobis ſignificauerit, non poſſumus more pii patris calamitati ſuæ miſericorditer non compati.* Denique cum Caſimirus Poloniæ, & Vladiſlaus Bohemiæ Reges, qui Huſſiticam hæreſim in Bohemia penitus excindi exoptabant

Huſſitica hæreſis confirmata ab epiſcopo trāſfuga.

c *Lib. 2. breu pag. 251.*

Reuertēti apoſtatæ pandit ſinum Pont.

ad

Digitized by Google

ad ſimplices, & ineruditos ab errorum deuio abducendos Auguſtini epiſcopi publicam damnatæ hæreſeos profeſſionem magnum momentum allaturam arbitrabantur, contenderent vt in gratiam cum eccleſia reſtitueretur, Pontifex archiepiſcopatus Pragenſis adminiſtratori patres dedit a, vt illum damnata rite hæreſi donaret venia ea lege, vt ad ſedem Apoſtolicam ſe conferret. Extincta deinde ſenſim eſt Huſſitarum hæreſis, donec Lutherus eam hydram pluribus horrentem capitibus in Chriſtianorum exitium ſuſcitauit.

a Ib. pag. 438.

59 Inſigne miraculum hoc anno editum Craconiæ narrat Langius b meritis B. Barbaræ, cui feriendus carnificis ferro reus ſe commendarat: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCCLXXXVI, *cum eſſem Craconiæ metropoli Poloniæ literarum vacans ſtudio conſulatus quatuor vigiles viros robuſtos, & eiuſdem concives vrbis, quia noctu furem deprehenſum accepta mercede abire permiſerant, decollari fecit in foro, primo, tertio, & quarto viriliter a ſpiculatore decollatis, ſecundum in ordine lædere nequiuit, ſed leni ictu tactum parumper ſauciauit, meritis enim diuæ Barbaræ ſe in ipſa hora, vt poſt retulit, deuouerat: & ita eius patrocinio mortis diſcrimen euaſit, & diu ſuperuixit, & huic quidem ſpectaculo cruento curioſus ſpectator interfui.*

b Langius in chron. Citiz.

Miraculum inſigne diuæ Barbaræ ope editum.

60 Flagitauit hoc anno Caſimirus Poloniæ Rex opem a Chriſti vicario aduerſus Turcas & Tartaros, qui Lithuaniam & Ruſſiam infeſtis excurſionibus vexarant, miſitque oratores ampliſſimos, qui nouo Pontifici obedientiam deferrent: iuſtiſque precibus flexus Innocentius ſacrum in barbaros bellum indixit c. Nec modo Polonos, Lituanos, Maſouios, Ruſſos, verum etiam Pruſſos, Liuones, Germanos, Bohemos, propoſita noxarum venia, immortalitatiſque ſpe, cohortatus eſt, vt ſacram militiam profeſſi Caſimirum Regem pro tuendo nomine Chriſtiano, ac religione amplificanda in ſanctiſſima illa expeditione ſequerentur.

c Lib. 18. bull. pag. 8. & in lib. ſign. 1909. pag 298.

Ad futuram rei memoriam.

Vt præfatus Rex, [nempe Caſimirus,] ſe, regnum, & dominia ſua, immo rempublicam Chriſtianam a perfidis Turcis & Tartaris, fauente Altiſſimo, defendere poſſit, Chriſtifidelium conuocato auxilio, auctoritate omnipotentis Dei, cuius vices gerimus immeriti in terris, hortamur, requirimus, & monemus vniuerſos Chriſtifideles, præſertim eiuſdem Poloniæ, ducatus Lituaniæ, terrarum Pruſſiæ, Maſſouiæ, Ruſſiæ, Liuoniæ, totiuſque Germaniæ, & regni Bohemiæ, vt eidem Regi ad huiuſmodi publicam defenſionem, ac fidei noſtræ exaltationem cum bonis, & perſonis ſuis pro ſua poſſibilitate viriliter, & indeſinenter aſſiſtant, & illius exemplo, qui pro nobis mortem non abnuit, tollant in cordibus ſuis crucem ſuam, & illi ex eiſdem fidelibus, qui ad hoc idonei ſunt dictum Regem, immo verius Saluatorem noſtrum ſequantur, & pro illius nominis gloria, ac Turcorum, Tartarorum, & infidelium prædictorum fidei hoſtium depreſſione mortis periculo ſe exponere non formident, memores verbi eius, qui dixit: *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me, &c.* [Ne vero ampliſſima Polonus alio quouis bello diſtrahatur a ſacra expeditione conficiendo, Reges ac principes Polonico imperio finitimos, vel illi obnoxios proceres obſecrat per fuſum Chriſti cruorem, pro animarum ſalute, per extremi iudicij, in quo omnium cauſa dicenda eſt, terrorem; per æternæ felicitatis ſpem, ne ipſum clam palamue bello petant, dum aduerſus fidei hoſtes arma vertet, quamuis cum illo ſimultates gerant: clientes autem Polonici imperij, vt inter ſeſe pacem conficiant, obteſtatur. Denique apoſtolica auctoritate inducias imperat atque anathemate percellit, qui decretum hoc violauerint, ſubdit enim:] Nos enim omnes, & ſingulos, quos arma ſumere, dictumque Regem in expeditione per ſe aut per ſuos contra Turcos & Tartaros prædictos cum notabiliori exercitus ſui parte exiſtente, & indictas per nos auctoritate omnipotentis Dei inducias huiuſmodi violare, & noſtris mandato, monitioni, & requiſitioni contrauenire contigerit, excommunicationis ſententiam, a qua non niſi a nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, præter quam in mortis articulo conſtituti, & debita ſatisfactione præmiſſa, abſolui poſſint, incurrere volumus eo ipſo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXVI. III. *non. iulij pontificatus noſtri anno* II.

Fideles ad cruceata ſigna vocati.

Propoſita ſequuturis noxarum venia.

Imperatæ inter Polonos induciæ.

Intentatum anathema moturis arma in Polonum

61 Abduxere varij caſus Caſimirum Regem, ne vniuerſalem crucesignatorum expeditionem in Turcas conficeret, pollicitus ſiquidem fuerat Stephano Valachiæ dynaſtæ, dum Poloniæ clientelæ ſe ſubiecerat a ſuperiori anno, e Turcarum manibus illius principatum vindicaturum; ſed licet Valachia Turcas pepulerit, haud tamen Kiliam & Bialogrodum reſtituit: *Exceſſere*, inquit Cromerus b, *Turcæ Valachia, Kiliam tamen, & Bialogrodum præſidijs firmarunt, tractumque illum maritimum, quem Beſſarabiam vocant, in poteſtatem ſuam redactum in hanc vſque diem obtinent.* Ad has porro arces Turcis eripiendas Ioannem Albertum Caſimiri Regis filium fortiſſimorum militum exercitum duxiſſe, verum excitata ipſum inter & Valachos rixa, bellum infeliciter geſſiſſe ſuo loco dicetur. Cæterum Tartaros, qui Ruſſiam ac Lituaniam crebris irruptionibus vexabant ab eodem Ioanne Alberto, quem exercitui Caſimirus præfecerat, liberatam fuiſſe, narrat Michouias c.

a Michou. l. 4. c. 64.

Pulſæ Valachia Turcæ copiæ.

b Cromer. l. 29.

c Michou. ſup. c. 64.

62 In Lithuania & Ruſſia præſules Poloni catholici non raro alios Ruthenorum præſules ſchiſmaticos vexabant, vt eos ad ſinum Romanæ eccleſiæ traducerent, quare Ioſephus metropolita Kyouenſium Niphonem patriarcham Conſtantinopolitanum conſuluit, quid de Florentino concilio ſentiendum eſſet. At Nipho catholicum dogma complexus eundem metropolitam docuit, Florentinam ſynodum ſanctam & œcumenicam extitiſſe, atque in ea orientalem eccleſiam latinæ fuiſſe coniunctam communi præſulum conſenſu; ſed minoris ordinis ſacerdotes in eos conſurrexiſſe, coniunctionemque diſſoluiſſe, atque ob id Græcos a Latinis ſpretos in Turcarum ſeruitutem addictos fuiſſe: hortatuſque eſt Ruthenos, vt Latinis, ſeruato ritu Græco, adhærerent.

d Ex in annal Ruthen Leonis Creuſa archiman. Vilnenſ. Ext apud Leonem Mammio in lib. ae-ſenſ eccl. vnione,

Nipho Dei miſeratione archiepiſcopus Conſtantinopolitanus nouæ Romæ œcumenicus patriarcha pijſſimo, & Deo dilecto Ioſepho fratri & conſeruo Metropolitæ Kyouenſium, & totius Ruſſiæ ſalutem, &c.

Accepimus literas dilectionis ſuæ ſcriptas humilitati noſtræ, quibus ſignificas Romanorum eccleſiæ epiſcopos Ruthenos, & Lituanos vobis moleſtos eſſe, voſque compellere ad vnitatem eccleſiaſticam Florentiæ decretam, vnde metuis

Digitized by Google

Ingentia pericula, amiſſionem priuilegiorum, & libertatis, quæ illo tempore, quando vnio decreta eſt, a Regibus Poloniæ vobis conceſſa ſunt. Poſtulas itaque a nobis auxilium, & ad veſtrum potentiſſimum Regem commendatorias: deſideras inſuper ſcire de hac ſynodo, quomodo fuerit tranſacta, vt poſſis reddere rationem omnibus perſequentibus, & compellentibus ad vnionem. Scias igitur eam ſynodum legitime fuiſſe congregatam, & magnifice totius orbis lætitia & conſenſu comprobatam, idque præſentibus illuſtri Imperatore noſtro Ioanne Palæologo, & ſanctiſſimo patriarcha Conſtantinopoleos beatæ memoriæ Ioſepho, non ita pridem ante nos ſedente, & vicarijs ſeu legatis fratrum noſtrorum patriarcharum, archiepiſcoporum, & principum orientalem eccleſiam repræſentantium, præſente quoque epiſcopo Romano vna cum ſuis. Cæterum cum nonnulli gentis noſtræ, qui domi remanſerant, noluiſſent decretam amplecti vnionem forte ex odio in Latinos, ideo apud nos confuſio, & nullus ordo, quando oues nobis concreditæ imperium, & arbitrium in nos ſibi vſurpant, quorum peruicaciæ reſiſtere non poſſumus. At quis ſcit ſi non ideo diuinæ iracundiæ furor in nos deſæuit, & in dies deſæuire non intermittit, quod ſanctam vnitatem reſpuerimus? vt prætercam, quod ſubſidia Latinorum non tantum amiſerimus, ſed etiam eos offenderimus: quamobrem neque mirari oportet, ſi etiam vobis ſunt difficiles, quamuis non iniuſtam excuſationem habeas, dum inſcio patriarcha Conſtantinopolitano quidquam tibi licere dicis. Nos certe quamquam maxime cuperemus, nihil facere poſſumus eorum, quæ nobis expediunt. Ergo illi minime de nobis conquerantur, ſed potius calamitatibus noſtris compatientes, Deum nobis propitium reddant, vt a tyrannica ſeruitute liberati denuo vniamur, diuina fauente clementia. Tu vero ne nimium reluctaueris, ſed amice cum Latinis verſare, nam & noſtris ſacerdotibus in dominio Veneto degentibus nos vtique iniunximus, vt vna cum iiſdem Latinis, ſeruato tamen eccleſiæ orientalis ritu, ſimul orent, & congregentur: ſed ritus patrios obſerua: namque non prius maiores noſtri in vnionem Florentinam conſenſerunt, quam priuilegia noſtra fuiſſent confirmata. Scripſimus principibus, & antiſtibus Ruthenis, ac Lituanis noſtri ritus, vt tibi in omnibus ad nutum ſint. *Anno ſepties milleſimo*, nempe a creatione orbis, *die v. aprilis indictione* XI.

Florentina ſynodus a Niphone patr. Conſt. commendata.

Exortum diſſidium cum inferiores cõſurrexiſſent in præſules.

63 Quod ad tyrannum Conſtantinopolitanum attinet a; proferebat latius Turcicum imperium, potitus enim Baiazethes ſuperiori anno Valachiæ parte, hoc anno Caramaniam olim Ciliciam dictam inuaſit: qua oppreſſa ſigna in Caitbeum Ægypti ſultanum extulit, cum is Zizimi vxorem & filios ſultanicæ commiſſos cuſtodiæ prodere detrectaret. Cum vero ingentes apparatus bellici terra marique a Baiazethe fierent, Rhodiorum equitum magiſter Rhodum contra Turcicas inſidias communiuit b, atque Innocentium admonuit, vt coniunctis mutuo fœdere Chriſtianis Regibus Zizimo ad obterendam Othomannicam potentiam vteretur, neque idoneam occaſionem amitti pateretur.

a Boſius p. 2. l. 14. Bizar. hiſt. rer. Perſic. l. 10. & alij.

b Poſius vbi ſup.

64 Hoc anno a Mahometanis diabolico ſpiritu furentibus in Chriſtianos Circaſſios, & Caſpiorum montium accolas ſæuiſſima perſecutio concitata eſt; donec alij populi prudentiores ſumptis armis, diuinoque implorato auxilio, barbaros Chriſtiano madentes ſanguine ad internecionem deleuerunt; vt narrat in ſuo itinerario Ioſeph Barbarus a: *Montis radices aqua alluit, vbi Derbenthum eſt poſitum littus, illico ante, & valde parum terra eſt, & arctum: hoc ad ſexaginta millia ad equitandum aliquo modo conueniens ibi. Dein a tergo ſeſe ad ſiniſtram vertendo mons rotatur, & conſcendi idem poteſt, qui more antiquo Caſpij nomen obtinuit: ad quem etiam monachi ordinis S. Franciſci habitant, & ſacerdos quidam Latinus noſter. Populi, qui loca illa inhabitant Caitacchi vocantur, vt dictum ſupra eſt, idiomate diuerſo ab alijs vtuntur, atque multi eorum ſunt Chriſtiani quorum aliqui ritū Græcum in ſacris adminiſtrandis, Armenum aliqui; Latinum reliqui catholicumue morem obſeruant. Ad mare ab illo ipſo latere alia quædam ciuitas eſt, quæ Caſpia appellatur, a qua Caſpium primum nominari mare cœpit.* Et infra: *Non extra propoſitum eſſe viſum eſt (cum de Caſpio monte eiuſdemque circum incolis quædam diximus) referre hic hiſtoriam quandam, quam recens a monacho quodam ordinis S. Dominici nomine Vincentio audiui, qui miſſus certi expediendi negotij cauſa, illic erat, atque decem ſpatio menſium diſceſſerat, ad religionem enim noſtram pertinere quodammodo puto. Monachus hic ergo dicebat, e ſoldani olim regione certam Mahometanorum ſectam produiſſe ingentem, religionis zelum ſpirantium, mortemque Chriſtianorum ſitientium, atque hos quanto plus itineris confeciſſent in tanto ſemper maiorem numerum, & multitudinem creuiſſe. Facinoroſi iſti homines iter ſuum Caſpium verſus mare direxerunt, Sammachiamque aduenerant, ac Derbentum poſtea, atque illac Demonum diſceſſerunt, & ex his armis deſtituti plerique erant: ad flumen quoddam vocabulo Tereb ſeſe poſuerunt: id in Tezechy prouincia eſt, ac circum Caſpium montem, ad quem plurimi Chriſtiani incolunt. Hi tunc vbi aliquibus in locis Chriſtianos ſuboluerunt nullo habito ſexus ætatiſue reſpectu fœminas, mares, iuuenes, ſenes inuicem omnes trucidarunt. Poſt hæc in Gogi Magogique regionem nebulones illi excurrerunt, quas itidem Chriſtiani incolunt, verum ritibus in ſacris faciendis Græcis vtuntur, atque cum his haud modo alio omnibus occiſis peregerunt. Dein Circaſſiam verſus iuerunt, & Chipiche Charbatumque, quarum vtraque cis magnum poſita mare eſt, abierunt abſque ratione eadem cum illarum incolis Chriſtianis quoque proceſſerunt vſque dum Didarcoſſan Cremucbumque peruenerint: vbi armata incolarum obuiatum manu eſt, tanta cum illorum contuſione, & ſtrage, vt vix viginti, & centum ſuperſtites euaſerint, e regioneque profugerint.* Atque hinc perſpici poteſt quam male Chriſtiani circum ibi degentes habeantur: atque accidiſſe id quidem MCCCCLXXXVI. Chriſti anno ait.

a Ioſeph Barbar. itinerar.

Caſpij montes monachis culti.

Mahometani in cædibus Chriſtianorum graſſati.

Maxima demum deleti ſtrage.

65 Interiectis nonnullis addit de Chriſtianorum in ijs oris reliquiis, Georgianos Chriſtum colere, tum in Armenia maiori catholicos reperiri: *Maiori in Armenia*, inquit, *trium procul dierum itinere*, in reditu nimirum ex Georgiania, *caſtellum Lorum reperimus ab eodem quatuor rurſum dierum itinere mons Noæ diſtat, is, in quo primum remittente diluuio quieuiſſe arcam dicunt. Hic mons altiſſimus eſt, planitiemque habet ſpatioſam, duorumue dierum iter complectitur, & veris aſſiduo æſtatiſque temporibus niuibus coopertus eſt. Ante hunc mons alius paruus niuibus itidem onuſtus reperitur: duorum dein dierum itinere procul caſtellum eſt quoddam vocabulo Cagri, & hoc circum Armenij incolunt, qui catholici ſunt, duoque monaſteria habent, prima-*

In Armenia maiore ſuperſtites Chriſtianorũ reliquiæ.

Digitized by Google

primarium quorum alcugiam vocant: in eodemque monachos quinquaginta regulam D. Benedicti obſeruantes alunt: miſſam illi modo noſtro in lingua ſua canunt, præpoſito poſt meum Venetias reditum carebant, & ex his tum vnus venit, qui Venetijs antehac ad D. Pauli & Ioannis in monaſterijs vixit, idque propterea vt domi meæ conueniret iſque a me commendatus ſereniſſimo ſenatui noſtro ſummoque Pontifici fuit, quo in præpoſiti iam defuncti fratris ſui locum ſufficeretur.

66 Hoc anno cum valde propagaretur apud occiduos Æthiopas Chriſtiana religio, ac nominis Luſitani apud barbaras eas nationes ſuperſtitionibus gentilitijs irretitas fama increbreſceret, Benij Rex mitti ad ſe euangelij præcones popoſcit a: an pietate, an vero priuati commodi illecebra duceretur, in dubium reuocatum eſt, viſumque dolo religionem ſimulaſſe, vt ex Chriſtiana ſocietate finitimis maiorem ſui terrorem inijceret, etenim idolorum cultui addictus erat. Cum autem ex legatis Benij regni de rebus Africæ, & illius Regibus varia quærerentur, retulere, vt refert Ioannes Baroſius b, Regem florentiſſimum nomine Ogane in interiori Africa imperare, cuius regnum ampliſſimum ad Caput bonæ ſpei excurreret, a quo plures beneficiarij regnandi iura Reges peterent, quibus inter inſignia regia crucem auream, vt rem ſanctitate auguſtiſſimam mittere ſolebat; tum etiam aliam crucem oratori, qui precarium inſigne regium poſtulaturus acceſſerat, dari conſuetam, vt religioſe collo aptaretur. Addit auctor anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, ſe Benij Regis oratorem ſeptuagenarium in Luſitanica aula vidiſſe, qui huiuſmodi crucem collo pendentem præferebat.

a Barros dec 1. l. 3. c. 3.

In Benij regno propagari cœpta

b Id. c 4.

Per crucem inaugurati Reges in Africa.

67 His vero de Æthiopum Imperatore, quem ſæpius a Romanis Pontificibus, maximeque ab Eugenio IV. ad coniunctionem cum Romana eccleſia redintegrandam ſolicitatum vidimus, auditis, Ioannes Luſitaniæ Rex mira cupiditate eſt incenſus, vt oras, in quibus imperabat, perueſtigaret: iuncta enim cum eo amicitia armorumue ſocietate in ſpem circumferendæ latius Chriſtianæ religionis adducebatur, nam & gentes veteribus ſuperſtitionibus inuolutas ad Chriſtum adiunctum iri, vel etiam Mahometicam peſtem facilius depellendam; eamque ob cauſam duos internuntios ad perueſtigandas orientalem Æthiopiam Indiamq; miſit, de quibus hæc tradit Oſorius c: *Ioannes*, nempe eius nominis II. Rex Luſitaniæ, *cum de presbytero Ioanne multa percepiſſet, exiſtimauit ſibi vel ad nominis decus, vel ad religionis fructum, vel ad India perueſtiganda facilitatem nihil optatius cadere poſſe, quam cum hoc Chriſtiano principe fœdere coniungi: idcirco varijs temporibus homines Arabicæ linguæ peritiſſimos magnis præmijs inuitauit, vt eas regiones perluſtrarent. Inter hos extitit quidam nomine Alfonſus Paiua, & alter, cui nomen erat Ioannes Petreius: ij profecti e Luſitania anno ſalutis* MCCCCLXXXVI, *Ægyptum mercatorum habitu peragrarunt, atque inde Adenam peruenerunt. Ibi cum intellexiſſent in ea Æthiopiæ parte, quæ ſub Ægypto eſt, eſſe ſummum quendam principem Chriſtianum, cuius imperium eſſet latiſſimum, & cui multi principes obtemperarent, ſuſpicati ſunt illum eundem eſſe, cuius cognoſcendi gratia miſſi a Ioanne fuerant, ſed eos India nomen interturbabat, miſſi namque fuerant, vt Chriſtianum Indiæ Imperatorem nomine presbyterum Ioannem conuenirent. At nec imperium, neque nomen, neque ſacerdotij dignitas in Æthiopiæ Regem conueniebat. Cum igitur inter ſe quid optimum eſſet deliberarent, viſum eſt, vt Ioannes Petreius in Indiam nauigaret, & videret, num quæ mentio in oris illis Presbyteri Ioannis exiſteret: Paiua in Ægypto Thebis Petreium præſtolaretur. At verum fuerat Chriſtianum quendam principem nominis eiuſdem ſecta Neſtorianum in mediterraneis Indiæ locis ampliſſimum imperium tenuiſſe; qui tamen fuerat Scytharum armis oppreſſus, & regnum illius occupatum, cuius iam nomen erat obliuione ſepultum, Chriſtiani tamen non pauci in locis illis reſederant Neſtorij tabe contaminati.*

Quæſiti ad Æthiopũ imp. aditus.

c Oſor. l. 9.

Miſſi exploratores in Æthiopiam.

Miſſi & in Indiã.

Compertum olim fuiſſe Chriſtianum Imperatorẽ in Indiæ ſed a Tartaris exciſum. Pepererat illi exitium hæreſis Neſtorij.

68 Idem etiam Rex Luſitaniæ pietate conſpicuus ſanctiſſimam legem edidit a, ne Æthiopes, qui ſacro baptiſmo luſtrati eſſent, Mauris venderentur: quippe Luſitani in Congenſi regno & Guinea plura mancipia emebant, quæ poſtea diſtrahebant Mauris, cum maximum ex eo commercio quæſtum facerent: neque eos mouebat religio, adeo auaritia pietatem omnem extinxerat: ſiquidem miſeri fide Chriſtiana leuiter tincti in Maurorum redacti poteſtatem Chriſtum deſerere, & Mahometem colere cogebantur: tantuſque horum erat numerus, vt ad mille ſingulis annis aſcenderet. Cum vero religionem nefario quæſtui Luſitanus prætuliſſet, mox aurifodinas diuina liberalitas illi aperuit, ex quibus longe maiora lucra, quam ex mancipiorum diſtractione fuerunt.

Mancipia Chriſtiana Mauris vendi vetita.

a Barros ſup. c 3.

Quæſtui religionem præferenti Luſitano aurifodinæ datæ

69 Non prætermittemus etiam rem de Ioanne Rege memoratu dignam; is enim cum illud ingens Africæ promontorium, quod verſus polum antarcticum in Oceanum excurrit a Bartholomæo Diazio, qui illud circumflexerat, tormentoſum vocatum ob ingentes procellas, quæ in eo furentium ventorum imperio ſæuiunt, accepiſſet in maximarum rerum ſpem excitatus, veluti diuino afflatu, quæ euentura erant, præſagiens, Caput bonæ ſpei appellandum decreuit b: neque enim conceptæ fefellere ſpes, quandoquidem Luſitani poſt ſuperatum illud promontorium & Indicum & Braſilianum imperia ſibi peperere, & (quod maius eſt) religionem veri Numinis, pulſo dæmonum cultu, in ampliſſima regna diffudere, de quibus ſuis locis agetur.

Caput bonę ſpei circumactum & cur ita vocatum

b Ib. c. 4.

IESV CHRISTI

Annus 1487.

INNOCENTII PP. VIII. annus 3. FRIDERICI III. IMP. annus 48.

1 ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo indictione quinta pactum antea inter Marcum Barbadicum ducem Venetorum, & Romanam eccleſiam fœdus ab Auguſtino Barbadico eius fratre ducalis faſtigij ſucceſſore, c cum Innocentio, Turcici apparatus, impiorumque & improbiſſimorum hominum Baiazethem in Italiæ excidium euocantium formidine, inſtauratum eſt, de quo hæc refert Stephanus Infiſſura d: *Facta fuit confœderatio inter eccleſiam, & Venetos cum quibuſdam capitulis, vt tenerentur Veneti præbere auxilium eccleſiæ quando opus eſſet.* Promulgatum illud ſolemni ritu fuiſſet hiſce verbis meminit Ioannes Burchardus e ineunte februario, ac ſolemni ritu actas Deo gratias: *Feria v. prima menſis februarij* MCCCCLXXXVII, *per vrbem tubis reſonantibus* pro-

c Petrus Iuſtinian. Raph. Volat. l. 4.

d Infiſſ. m. ſ. arc Vat. ſign. n. 111 & aliud m ſ. ſign. n. d num.

e Burchar m ſ. arch. Vat. pag. 609.

Digitized by Google

Fœdus inter Venetos & Pontif. promulgatum.

a Inſiſ. vbi ſup. to. 2. rer. Germ. ex bibliot. Marq. Frecher. Raph. Vol. l. 4. Naucl. vol. 2. gen. 50. Paul. Lang. in chro. Citiz. Brut. l. 8. Sabel. enn. 10. l. 8. & alij.

b Inſiſ. vbi ſup.

Illatum Venetis ab Auſtriaco bellum. Pontifex pacis interpretē agit.

c Sabel. vbi ſup.

d Vvenger vbi ſup.

e Sabel. ib.

proclamata eſt confœderatio inter ſummum Pontificem, & dominos Venetiarum, & eorum cohærentes, ſubditos, &c. ad XXV. annos, & deinde quandiu partibus placebit.

2 Impliciti tum erant bello Veneti a cum Sigiſmundo archiduce Auſtriæ, deque finibus certabant duorum procerum occaſione, quorum alter Venetæ reipublicæ, alter Sigiſmundi cliens erat, quique commiſſa rixa belli faces late circumtulerant, in quo Fridericum Sanſeuerinatem bellicis artibus clariſſimum ducem, de quo ſuperiori anno meminimus, ad flumen Atheſim facta Tridentinorum eruptione cum Veneto exercitu cæſum occubuiſſe ferunt, de quo bello meminit Stephanus Infiſſura b ſic inquiens: *Eodem tempore*, nempe mense iunio anni MCCCCLXXXVII. *fertur ducem Auſtria cum multis Theutonicis veniſſe, & inſurrexiſſe contra Venetos in partibus Tridenti, & Verona, & excurriſſe vſque in Veronam, & magno cum impetu nonnulla loca Venetorum fortiſſima magna cum ſtrage cepiſſe, ac tenere, bellumque maximum inter eos eſſe.* Deſcribit fuſius illius belli cauſas, reſque in eo geſtas Marcus Antonius Coccius Sabellicus c.

3 At Pontifex ſedandi eiuſmodi belli, ne latius ſerperet, cupidus Taruiſinum epiſcopum legatum deſignauit, viciſſimque Fridericus III. Imperator oratorem Venetias legauit, quibus adminiſtris idibus nouembris pax confecta eſt, delectique arbitri fuere, qui de limitibus cognoſcerent, ac duo caſtra controuerſa Innocentij fidei permiſſa fuerunt, vt Conradus Vvengerus d conſcripto proximo anno libello, & Sabellicus e accurate deſcribunt. Coniuncta porro eſt tum a Pontifice tum a Cæſare mutua opera ad Chriſtianorum bella ciuilia componenda, cum facti a Baiazete Turcarum tyranno bellici apparatus occidentem æque & orientem terrore percellerent: Celebratos propterea ſolemnes a Friderico ordinum imperij conuentus ita narrat Paulus Langius f: *Eodem anno*, quo nimirum circa Atheſim bellum geſtum eſt, *Fridericus Imperator conuentum magnum principum habuit Nuremberga pro auxilio contra Turcas, in quo de vnione, ac pace principum multa tractata fuere, & vltimate, vt omnia bella inducias haberent, concluſum.* Conſentit Nauclerus g, ſed decreto ſaluberrimo obtemperatum non fuiſſe addit, tanto furore infelices Chriſtiani inflammati erant.

f Paul. Lang. in chron. Citiz.

In conuētu Neurembergen. actū de bello Turcico.

g Naucl. vbi ſup.

4 Interea Innocentius cum Turcicam tyrannidem ingraueſcere, ac modo crebras in Germaniam excurſiones agi, modo Italiæ littora infeſtari, ſæuaque de excindendo imperio Chriſtiano vrgeri conſilia doleret, expeditionem aduerſus Turcas indixit, cuius conficiendæ Friderico Imperatori prouinciam dedit: tum ſacerdotiorum decumas pro faciendis in rem militarem ſumptibus clero imperauit hac de cauſa h: *Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, inter alios catholicos principes huic noſtro deſiderio ſpontaneus adiutor, & cooperator accedat, qui etſi tanta expeditionis molem in ſe vno ſuſcipere, & hoſtis infeſtiſſimi atroces iniurias omni ſuo diſponendo quamprimum Chriſtianiſſimo exercitu vlciſci tota mente affectet, tamen propter temporis conditiones, & varietates, vbi vnanimes cuncti Chriſticolæ aduerſus crucis æmulos deberent arma conuertere, nequit hoc intimum ſuæ mentis deſiderium adimplere, ac cum ipſius adiutorio, cuius cauſa agitur, & ijs atque alijs aliorum catholicorum Regum, principum, & populorum fidelium*

h Lib. 8. ſignat. n. 1909. P. ſecr. pag. 538.

Fredericus Imp. in eos expeditionem meditatus.

freti præſidijs opus defenſionis fidei huiuſmodi continuare non ceſſabimus, deputauimuſque iam ad id omnes Romanæ eccleſiæ redditus, vix tenui parte pro noſtræ familiæ ſuſtentatione retenta, & præter illos portionem, quam venerabiles fratres noſtri ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales de eorum eccleſiaſticis prouentibus longe maiorem, quam decimam, ſponte obtulerunt, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCLXXXVII. XI. *kal. maij pontificatus noſtri anno* III.

Innocentius in eoſdem bellum decernit.

5 Implicitus erat exitiali bello Fridericus aduerſus Hungaros, ingentiaque auxilia ex Germania accerſere annitebatur, vt Auſtriam ſibi a Matthia Rege ereptam recuperaret; ſed infelici exitu conſerta pugna, & regulis ad defectionem temere ſolicitatis. Demum ne grauiora in ſe traheret exitia, cum eodem Hungariæ Rege acto ad oppidum, cui S. Hippolyti nomen eſt, conuentu, inducias pepigit, vt referunt ſcriptores Hungari a. Quod vero ad Turcicos terrores attinet; non ſine cauſa illis repletus fuit Chriſtianus orbis; nā in primis, quantumuis ſæuiſſimus tyrannus noſtros pacis illecebra demulceret, fidendum non erat, ac licet bellum in ſultanum Ægyptium, qui Zizimo auxiliarem exercitum præbuerat, decerneret, metuebant tamen Chriſtiani, ne illi litem fœdere dirimerent, armaque iungerent ad tuendos maxime Granatenſes Mauros, quos Ferdinandus Rex oppugnabat atterebatque: atque ideo trepidatum ait Bōfinius b, ne Baiazethes inſulam Siciliæ inuaderet.

Induciæ inter Frederic. Imp. & Matthiam pactæ.

a Bonfin. l. 1. dec. 4. l. 8. Abraham Bzkay in chronol. Ung. hoc ann. & alij.

Trepidatum ne Mahometani Mauris ſuccurrant.

b Sunt annal. l. 20. c. 79.

6 Præterea maximus Pontificem timor inceſſit, ne in Picenum irrumperet, indeque ad conuellendum Chriſtiani imperij caput irrueret: Bucolinus enim perditiſſimus homo inita cū Turcis ſocietate Auximum occupauerat, auxiliaque ab ijs valida maio appetente præſtolabatur c: ſpondebat d autem hoſti religionis, ſe vnius ſemeſtris flexu vniuerſum Picenum Othomannico ſubactūrum imperio, ſi Turcarum decem millia ipſi mitterentur, atque ex ea prouincia facile ad vniuerſam Italiam in Baiazethis poteſtatem redigendā exercitus effundi poſſe; neque eam diu Turcicos laturam impetus, cum in varios principatus diſciſſa eſſet: Procurſum eſt magno ardore ad cooriẽtis incendij primas faces extinguendas, & Iulianus Cardinalis S. Petri pontificio exercitu Auximum cinxit, ſubmiſit etiam duce Iacobo Triuultio mille equites: ſubſidiarios Ludouicus Sfortia: Ioannes quoq; Balua Cardinalis Gallicæ militiæ florem eo adduxit. Datam quippe illi fuiſſe legationem Picenam, ac decretum in exercitu pontificio imperium aduerſus Bucolinum, oſtendit pontificium diploma e kal. iulij huius anni conſignatum.

c Infiſſ. m. ſcr. Vat. ſign. n. 111 hoc ann. Viald. in vit. Innoc. VIII.

Quæ promiſſa Turcis a Bucolino.

d Vialard. in vita In. VIII. Sabel. enn. 10. l. 8.

7 Facta etiam eſt eidem legato poteſtas f æquandi ſolo Auximi poſtquam expugnatum eſſet, illinſque agri inter milites diuidendi, pretioue diſtrahendi ad efferatam perduellium, qui damna intoleranda eccleſiæ intulerant, plectendam pertinaciam. Ad comparanda vero in hoſtem ſubſidia nummaria pro ſuppeditandis militi ſtipendijs noxarum veniam ſtipem pro fide contra Turcas, qui in Apolloniæ portu claſſem inſtruebant, tuenda propoſuit Innocentius, ac de ea re in Dania, Suecia, & Noruuegia vulgata ſunt diplomata g, quibus eorumdē Turcarum graſſationes deſcriptæ ſunt hiſq; verbis cōſignata. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLXXXVII. VIII. *idus aprilis pont. noſtri anno* III. Cæterum quamuis

e Lib. ſign. nu. 1909. P. ſecr. pag. 527.

f Ib. pag. 530.

g Lib. bull. 25 pag. 262.

omni

omni oppugnationum genere Auximum peteretur; perfidus tamen Bucolinus ſpe Turcici auxilij noſtrorum impreſſiones ſumma audacia eludebat. Cum autē increbeſceret fama maximos Apolloniæ apparatus a Turcis fieri, ad artes confugiendum fuit. Itaque Laurentius Mediceus Florentinorum princeps miſſo Gentili epiſcopo Aretino, Bucolino, ſuaſionibus, ac promiſſis auctor fuit, vt ille acceptis ſeptem aureorum millibus, vt refert Stephanus Infiſſura a, Auximum Romanæ eccleſiæ militari pactione reſtitueret, diſcederetque a Turcarum fœdere: quibus delinitus illecebris tyrānus ad Laurentium Florentiam pertexit, vbi laute habitus eſt, a Mediolanenſi vero duce accitus, cum ſe flagitio famam peperiſſe putaret, eo contendit, vbi iuſto ſcelerum contra ſpes ſuas præmio, nimirum ſuſpendio, affectus b eſt. De hoc impio Chriſtiani nominis proditore queſtus erat Innocentius ad Petrum Aubuſſonium Rhodiorum equitum magiſtrum decimatertia martij die ſcribens c, factam cum Turca coniurationem interceptis perduellium literis fuiſſe detectam, rogantique Rhodio, vt apoſtolica ſtudia ad iungendos fœdere Europæos Reges ac decernendam communibus conſilijs viribuſque ſacram expeditionem intenderet, ne tam præclara occaſio inferendæ Zizimi opera inſignis alicuius Turcico imperio cladis conſeneſceret, reſpondit, ſtrenuam ſe iam ante ad id nauaſſe operam, diligentioremque in poſterum daturum, cum Batazethes iam in eccleſiaſtico ſolo bellum accenderet, iuſſitque illum florentiſſimos arte militari equites ad ſe mittere, quorum peritia ad reprimendos tyranni impetus debilitandaſque vires vteretur.

Victus blanditijs perfidus.

a Infiſſ. m. arc Vat. ſig. n. 111.

Necatus Mediolani ſuſpendio.

b Violard. vbi ſup.

Perditi homines in Italiā euocant Turcas.

c Boſius p. 2. l. 14.

De bello Batazethi inferendo agit Inn.

8 Interea diſtractis mutuis diſſenſionibus Chriſtianis principibus, gerendæ rei ſpreta eſt occaſio, nam præter Sigiſmundi Auſtriaci, & Venetorum circa alpes Rhœticas bella, pontificia cæſareaque opera diremptà, in Italia Florentini in Genuenſes, Belgæ in Gallos incurrere, nouaque Pontificem inter, ac Ferdinandum Regem Neapolitanum diſſidiorum ſemina repullularunt. Et quidem in Etruriæ Liguriæque limite cruentam commiſſam pugnam, partaque a Laurentio Mediceo victoria de Genuenſibus, & Seresanam in Florentinorum poteſtatem redactam, referunt Stephani Infiſſuræ d diaria, cui reliqui hiſtorici e conſentiunt. Quo caſu conſternata Genua f, quæ antea Pauli Cardinalis Fregoſij, eiuſdemque ducis auctoritatem creatis decem magiſtratibus eliſerat, in Ioannis Galeacij ducis Mediolanenſis poteſtatem redacta eſt Pauli Fregoſij factione, quē nimiæ ambitionis inuidiæque in Liguſticum nomen perſtringunt auctores f; factos vero ob Genuenſium rerum inclinationem in Mediolanenſes, Romæ XII. iulij feſtos ignes ab Aſcanio Cardinale Sfortia refert m. s. Vaticani auctor g, quamquam haud diu poſt Genuenſes Mediolanenſe iugum, vt dicetur, excuſſere. In Corſica etiam excitati fuere motus h, mox que a Genuenſibus compreſſi.

Italorum varia diſſidia.

Genua in ſeruitutem Mediol. relapſa.

d Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſig. n. 111. & aliud m. ſ. Ital. ſign. eod. num.

e Brutus l. 8 Aug. Iuſtinian. l. 5. Bizar. l. 13 Folie l. 11. & alij. Corius par. 7.

f Bizar. ſup. l. 13.

g M. ſ. arc Vat. ſign. n. 111.

9 Quod vero ad recrudeſcentes inter Pontificem Regemque Neapolitanum diſcordias attinet, exortas illas ob violatas a Ferdinando confectas ſuperiori anno fœderis pactiones refert Stephanus Infiſſura i, deſcribuntque accurate Surita l, & vitæ Innocentii auctor, vt Ferdinandus inſigni perfidia proceres Romanæ eccleſiæ in ſuperiori bello fœderatos ad conuiuia & choreas excitos interceperit, ſæuitiamque ſuam expleuerit. Audita ſceleris fama Innocentius Ferdinandum paternis literis monuit a, ne quid grauius aduerſus proceres iracundiæ impetu præter fas ſtatueret: *Maieſtatem tuam monemus, vt quemadmodum decet in procedendo contra illos ſuperſedeas; rei enim grauitas, & pondus omnino exigere, & poſtulare videntur; vt re bene matureque intellecta ei finis grauiſsimus imponatur, quod vt commodum fieri poſsit propediem nuntium noſtrum hac cauſa tantum ad te mittemus, interim, vt dictum eſt, omnino ſuperſedeas, quia hoc mentis intentioniſque noſtræ eſt. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die VIII. iulij MCCCCLXXXVII. pontificatus noſtri anno III.*

Inter Pont. & Ferd. diſcordiæ recrudeſcit.

h Bizar. Aug. Iuſt. Foliet. vbi ſup.

i Infiſſ. vbi ſup. & tota in vita Inn VIII

l Surit. l. 20 c. 65.

a Lib. bull. ext. apud Bzouium. pag. 288.

Monitus vt ma ure agat.

10 Proiecerat b iam Ferdinandus procerum, quos proditione ceperat, truncos artus in mare; ne tamen populorum odia, ac Pontificis ſeueritatem in ſe concitaret, inferri illis quotidie cibos fingebat: cum Innocentius factæ carnificinæ inſcius decreuit c internuntium Petrum epiſcopum Cæſenatem, vt proceres, quos indicum poteſtati fuiſſe permiſſos arbitrabatur, in libertatem vindicaret: acta omnia iudiciaria contra eos edita reſcinderet: tum regios magiſtratus ad cœpta reuocanda intentatis grauioribus pœnis adigeret.

b Surit. l. 20 c. 66.

c Lib ſign. n. 1909. pag. 584.

Venerabili fratri Petro epiſcopo Ceſenatenſi ad regnum Siciliæ citra pharum noſtro & Apoſtolicæ ſedis nuntio & oratori ſalutem, &c.

Cum noſte, qui cauſarum curiæ cameræ Apoſtolicæ generalis auditor exiſtis, ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Siciliæ Regem illuſtrem noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis nuntium, & oratorem pro nonnullis noſtris, & Romanæ eccleſiæ negotijs de fratrum noſtrorum conſilio prouide duxerimus deſtinandum, & inter alia committendum, quod noſtro nomine Regem ipſum cum inſtantia moneas, & requiras, vt ex certis rationabilibus cauſis in tibi facta commiſſione expreſſis ab vlteriori proceſſu, & inquiſitione exceſſuum quorumcumq; commiſſorum, vt aſſeritur, per barones dicti regni de ſuo aut ſuorum in dicto regno officialium mandato detentos deſiſtat, & per ſuos officiales quoſcumque ordinarios, & delegatos deſiſti faciat atque mandet, ac omnium exceſſuum huiuſmodi cognitionem, & punitionem nobis, & cui nos id committendum duxerimus dimittat, nos ne ſi forſan Rex ipſe monitioni & requiſitioni huiuſmodi annuere, & quod eorundem baronum errata, ſi qua ſint, in loco, & coram iudice non ſuſpecto examinentur, cognoſcantur, & terminentur, vt noſtro, & eiuſdem Regis, ac eorum, qui pro eo de pacis ſecum initæ ſuperiori anno, & contentorum in illa præſertim ſecuritate baronum concernentium expromiſſores extiterunt honori, & iuſtitiæ debito expedire putamus, conſentire recuſaret, fraternitati tuæ pro iuſtitiæ debito, ne barones ipſi indebite opprimantur prouidendi iuſtitia mediante deſit opportuna poteſtas prouidere volentes, ac inſtitutorum forſan contra eoſdem barones proceſſuum tenores, & illorum ſtatum contentorumque in illis exceſſuum, & criminum grauitatem, nec non quas ipſi barones incurriſſe propterea prætenduntur pœnas præſentibus pro expreſſis habentes fraternitati tuæ, dum & quoties expedire cognoueris, Regi præfato, & quibuſuis iudicibus quouis nomine nuncupatis, qui aliquam iuriſdictionem in eoſdem barones ordinariam, vel delegatam haberent, vel habere

Proceres Neap a Ferd. oppreſſi.

Ni pactis ſtete rit iure in eum agere iuſſus internuntius.

præ-

Digitized by Google

Iudices cœptis in proceres abſiſtere iuſſi.

prætenderentur, etiam ſi ad inquiſitionem deſcendiſſent, contra eos, & ſuper inſtitutis per eos proceſſibus, & criminibus contentis in eis, quæ barones ipſi perpetraſſe quomodocumque, etiam poſt pacem prædictam vſque ad concluſionem, & etiam ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiuiſſe prætenderentur, incluſiue proceſſum foret, ſuperſedeant, & vltra procedere aut ſententias ipſas exequi non attentent ſub cenſuris, pœnis pecuniarijs, ac alijs formidabilioribus, de quibus tibi videbitur, eo ipſo, ſi non paruerint, incutiendis noſtro nomine inhibendi, & prohibendi, cenſuraſque ipſas toties quoties expedire putabis iteratis vicibus aggrauandi facultatem, & poteſtatem omnimodam apoſtolica auctoritate concedimus per præſentes, decernentes Regem ipſum, & quoſcumque alios, qui inhibitioni tuæ, immo noſtræ huiuſmodi non paruerint cenſuras, & pœnas ipſas eo ipſo incurrere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper ijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXVII. IX. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* III.

Intentatæ Ferdinando cenſuræ.

11 Negarat etiam Ferdinandus Rex pendere annuũ vectigal Eccleſiæ, cuius exigendi prouinciã internuntio tradita eſt. At quam indigne a tyranno habitus ſit internũtius apoſtolicus, narrat hiſce verbis Stephanus Inſiſura a: *Vigeſimo quinto*, nimirum auguſti, *reuerſus fuit epiſcopus Caſenatenſis, quem Papa miſerat ad Regem Ferdinandum, & aiunt reſpondiſſe Pontifici ex parte Regis hoc modo, videlicet primo, quod nunquam potuit alloqui Regem in domo ſua, & tum captaſſet dictus epiſcopus occaſionem loquendi quadam die, qua paruerat ire venatum, poſuit ſe iuxta certum oſtium vnde dictus Rex exiturus erat, quod cum ſciuit Rex iuſſit eum venire: & cum veniſſet dictus ambaſciator, dixit ſe breuibus verbis tria dicturum ex parte Pontificis, & cum data eſſet ei dicendi facultas, ait primo qualiter ſanctiſſimus dominus noſter petebat ab eo cenſum promiſſum, & conuentum in capitulis pacis, & quod mirabatur, quod de eo non ſatisfeciſſet in tempore ſtatuto. Cui reſpondit debitum eſſe ſe debere reſpondere cenſum Eccleſiæ: quod verbum cum pluries repetiſſet, ait ſe non habere pecuniam, immo ſe expoſuiſſe pro eccleſia tot pecunias, quod non eſſet inconueniens ſi Papa per quatuor annos futuros dictum cenſum remitteret, & ita iuſſit referri Pontifici. Demum expoſuit dictus epiſcopus qualiter Papa cum tota curia mirabatur, quod ipſe, qui eſt dominus temporalis, haberet conferre beneficia in regno ſuo, & quod illa, quæ Papa contuliſſet, non acceptaſſet, & quod de cætero abſtineret. Ad quod reſpondit homines ſui regni eſſe ſibi bene notos, & Pontifici & curiæ ignotos, & propterea ſe velle dare beneficia illis, quos cognoſcebat eſſe dignos: & quod Papa neque curia poterit illos melius quam ipſe cognoſcere, & ideo intendebat illos eligere, & quod contentabatur, quod poſtea Papa illos taliter eccleſiaſticos confirmaret. Deinde dixit: Veni ad aliud; & epiſcopus dixit, quod Papa mirabatur, quod contra promiſſa, & capitula cepiſſet barones regni, qui ſub fide ipſius Pontificis remanſerunt, & quod deberet illos relaxare. At ille in continenti ait, quod Cardinales de Columna & de Sabellis fecerunt, aut facere tentauerunt prodimentum Sixto prædeceſſori ſuo, Xyſtus fecit ipſos capere carceratos, & caſtigauit eos, & quando ſibi placuit eos poſtea dimiſit, ſeque velle ita facere, caſtigare dictos barones, qui fecerant prodimentum, deinde quando ſibi placuerit, eos dimittere; & in continenti receſſit ante epiſcopum prædictum non expectata alia, mandauitque ſonari cornu, fugitque ante oculos dicti epiſcopi, & ad dictam venationem contulit ſe ibi eo dimiſſo, putans Deum non poſſe ſibi plus nocere.*

a Inſiſſ. vit. Innoc. VIII. auctor. vbi ſup. Panuin. in eod.

Internuntius pontificius male exceptus a Ferd.

Impie arrogata a Ferd. ſacerdotiorum collatio.

De proceribus oppreſſis quid reſponderit.

12 Indigno adeo reſponſo perculſum Innocentium tradit Vialardus a in eius rebus geſtis de bello in Ferdinandum decernendo, & Gallis apoſtolicæ maieſtatis acerrimis vindicibus in Neapolitanum regnum euocandis agitaſſe conſilia; additque Panuinus b, illum iudiciario ordine abrogaſſe Ferdinando regium ius: *Haud*, inquit, *ita multa poſt*, reuerſum nimirum internuntium apoſtolicum, *Regem ob non ſolutum vectigal anathemate notatum Francorum Regi in primis litoris concitatus Neapolitano regno priuauit, Gallus enim id ad ſe ex legitima ſucceſſione, & hereditate pertinere affirmabat.* Euerti haud poterat Ferdinandus Rex, ni forte totius Italiæ, immo & rei Chriſtianæ ruinam ſecum traheret; non enim periculum aberat, ne qui religioni vindictam præferre conſueuerat, Turcam exciret; quem etiam Mauris Granatenſibus clam tuliſſe ſuppetias narrat vitæ Innocentij ſcriptor c, vt ſcilicet Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, qui ſe vadem præſtiterat, eo diſtractus bello iura pontificia armis tueri prætermitteret: neque Carolus Francorum Rex tam cito expedire arma poterat, quem a Maximiliano Belgij & Burgundiæ principe, Cæſareque deſignato cladem accepiſſe memorat Inſiſſura d: *Die*, inquit, XVIII. *auguſti noua dicta ſunt in Vrbe*, & infra, *quod Maximilianum Franciæ Regis gentes ſuperauit mirum in modum.* Attritæ vero iam erant ſuperiori bello eccleſiaſticæ vires, principibuſque Neapolitanis fœderatis obtruncatis, Aquilaque oppreſſa pari atque antea terrore bellico Ferdinandum Innocentius adoriri non poterat. Cenſuit itaque vltionem de fœdifrago in aliud tempus differendam, quam Neapolitani exules, qui ad Gallicam aulam transfugerant, nimirum Salerni princeps, & Biſiniani reguli cæſi a Ferdinando filij, vrgere non deſtiterunt e.

a Vialard. in vita Inn. VIII.

b Panuin. in Innoc. VIII.

Percuſſus anathemate Ferdin.

c Vialard. in vita Inn. VIII.

Gallus a Maximiliano fuſus.

d M. Iarc. Vat ſign. n. III. Crantz. Saxo. l. 13 c. 7.

Illata vltio in Ferdin.

e Comin. lib. 7. c. 3.

13 Quod ad Ferdinandum Regem Hiſpaniarum attinet; illum Mauricum bellum indictum pro fide amplificanda ab Innocentio vrſiſſe, comparato exercitu duodecim millium equitum, & quadraginta millium peditum, qui ſacro crucis ſymbolo inſigniti ſanguinem pro Chriſto fundere paratiſſimi ad expiandam Mahumeticæ ſuperſtitionis ſordibus Hiſpaniam læti prouolabant, referunt ſcriptores f, extantque Innocentij literæ g de adminiſtrando feliciter bello Maurico, quibus indulgentiarum præmia ſacram militiam in Dei hoſtes profeſſuris propoſita fuere hac de cauſa: *Cum ſicut euidentia rei demonſtrat præfati Rex, & Regina continue omni conatu ad expeditionem huiuſmodi intendant, tumque fauente Altiſſimo non paruam dicti regni partem, loca etiam munitiſſima, non ſine tamen magna Chriſtiani ſanguinis effuſione ſuæ ditioni ſubiecerint, nec ab incœpta deſiſtere intendant, donec opus ipſum ad optatum finem perduxerint, progenitorum ſuorum veſtigia ſequuti, qui quamplurima regna, & dominia per Saracenos, & alios infideles detenta ab earum manibus eripuerunt, & ad Chriſtianam fidem reduxerunt, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, &c.* MCCCCLXXXVII. IV. *kal. martij pontificatus noſtri anno* III.

f Surit. l. 20. c. 70. Marian l. 25. c. 10. & aly.

g Lib. ſign. n. 1909. pag. 503. Parta plura ab eo loca.

14 Tradunt hiſtorici h in hoc bello ſacro crucis ſtemmate inſignitos milites non iam militari licentia incolas, qua pergerent, oppreſſiſſe; ſed excitaſſe ad religionem, adeo vt pueri, fœminæ, ſenes illis

h Surit. l. 20. c. 70. Marian l. 25. c. 10.

Digitized by Google

illis obuij occurrerent, feliceſque de hoſtibus fidei triumphos precarentur; de quo ſacro bello hæc narrat Ioannes Mariana a: *Cordubæ deliberatione ſuſcepta de belli Maurici ratione, cum ſententia variarent alij Baſtam, alijs Guadixium petendas primo confirmantibus, Malacam Rex cenſuit auxilijs, quæ ex Africa tranſmittebantur, haud inualida excipiendis idoneam anguſto mari, breuique traiectu: conſilio tamen occultato Corduba proficiſcitur ad ſeptimum idus aprilis. Sequebantur equitum duodecim millia, peditum quadraginta.* Et infra: *Quæcumque iuerant viri, pueri, mulieres vndique ex agris effuſi in vota, ac preces conuerſi illos reipublicæ columen, vindices Chriſtianæ religionis; imperiique vocare, in eorum dextris communem ſalutem, ac libertatem eſſe repoſitam: fauſtum iter felixque: maturam ex hoſtibus victoriam comprecari, votaque ſuſcipere: mutare pro ſe quiſque, vt quibus opus haberent ab ſe potiſſimum ſumerent: modeſtia certare milites, nihil morari, nec ab ſignis diſcedere maiori animi alacritateque, poſtquam Regis conſilium cognouere, quo vellet ducere, aiunt ipſius auſpiciis ductuque nullum periculum aut laborem recuſaturos profitentur. Motis caſtris, Velis, quod oppidum prope Malacam ſitum eſt, primo impugnare conſtituunt.*

Malaca obſeſſa.

15 Poſitis ad Malacam cruceſignatis caſtris Abohardilles Granatenſis Rex Rodoanum ducem ſuum cum copijs ad propugnandam Malacam ſubmiſit b, ac deinde ipſe viginti millibus peditum equitumque mille ſuccinctus ſubſecutus eſt, multo maiori exercitu aduerſus Boabdillem æmulum relicto: at cum noſtri in eum erupiſſent, diſſipatis mox caſtris Granatam aufugit, qui a ſuis contemptus excipi non potuit, Boabdille communi iam conſenſu Granatenſium rerum potito. Caſura iam tum erat in Ferdinandi poteſtatem Malaca, cum Gomeritarum, qui ex Africa antea traiecerant, dux arcem occupauit, ſtrenueque diu cruceſignatorum ſuſtinuit impetus, donec Malacenſes ſalutem pacti VIII. auguſti ſe dediderunt, arciſque præſidiarij fame perdomiti ſunt, atque in ſeruitutem addicti. Clariſſima fuit ea victoria, cum e Tunetano, Tripolitano, Phutenſi, & Tremiſeno regnis auxilia ad Granatam confluere c in Malacenſem portum, ac barbari ſolerent, ad Mahumeticam ſuperſtitionem in Hiſpania aſſerendam, ex vniuerſa Africa corrogatam ſtipem eo tranſmittere. Percrebuiſſe Romæ decima octobris die Malacitani triumphi famam, publicoque edicto feſtos ignes excitatos, campanarumque læta claſſica tota vrbe perſonuiſſe refert m. s. Vaticani auctor d: die vero proximo Innocentium ad eccleſiam S. Mariæ de populo nuncupatam perrexiſſe, ac diuinam rem ritu ſolemni ad agendas nimirũ Deo de amplificato Chriſtiano imperio grates celebraſſe: tum tertia februarij die ſequentis anni teſtes victoriæ tranſmiſſos a Ferdinando Rege centum Mauros ferrea vinctos cathena ſimilique cultu indutos vrbem ingreſſos, dieque inſequenti dono traditos Pontifici, qui eoſdem partim Cardinalibus partim Romanis proceribus diſtribuerit. Cumularunt Malacitanæ victoriæ gloriam Oſſuna & Mija captæ; tum de fidei Chriſtianæ defectoribus, qui ad Mauros transfugerant, ſumpta ſupplicia.

b Surit. vbi ſup.

Deditione recepta.

c Surit. l. 20. cap. 71.

d M. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.

Celebrata Romæ publica lætitia.

Marrani relapſi concremati.

16 Aufugerant iam ante Malacam plures neophyri in Iudaicam ſuperſtitionem relapſi, vt cenſorum fidei ſeueritatem eluderent, quos incendio abſumptos fuiſſe refert Surita e. Ob id vero Ferdinandi Regis in perfidos odium plurimos Hiſpanum ſolum vertere, atque in varias regiones longinquas ſe contulere a, ex quibus nonnulli etiam Romam Chriſtianæ religionis arcem, ſedemque fidei inficere non perhorruerunt: in quos promulgatum ab Innocentio fuiſſe edictum, & duos Cardinales, qui de iis inquirerent, deſignatos refert Stephanus Infiſſura b: *Dicto*, inquit, *menſe*, nimirum iulio, *dominus noſter Innocentius traxit vnam bullam contra quoſdam Hiſpanos Iudæos, vel hæreticos, vulgariter dictos Marranos lingua Hiſpanica, vbi electi fuerunt duo Cardinales vicecancellarius & Salua ad inquirendum contra eos, & dictum fuit Regem Hiſpaniæ inſecutum fuiſſe eos, & pluſquam duo millia combuſſiſſe in Valentia & Hiſpania, ideoque huc ad vrbem veniſſe, & in Eccleſia Dei cepiſſe multa officia, prout vidi aliquos protonotarios, ſcriptores, ianiſſeros, & ſimilia officia habentes, contra quos Papa non multum feruenter, vti res ipſa poſtularet, proceſſit.* Haud falſæ fuere hæ querelæ, quippe profani homines Iudaica lepra infecti ſacerdotium & epiſcopatum artis genus ad cumulandas opes, gradumque ad honores rati, ſimulata religione ſacerdotalibus & epiſcopalibus ſacris inſigniri exambierunt, pro iurata caſtimonia vagis ſcortationibus contaminatiſſimi adeo, vt pontificiæ regiæ magiſtrum epiſcopatu inſignem, eiuſque ſpurium curiæ officialem, nec non monaſticæ diſciplinæ profeſſores Chriſtianæ fidei deſertæ conuictos viſuri ſimus. Huius autem Marranicæ peſtis exordium hoc fuiſſe memorat Raphael Volaterranus c: *Vincentio ordinis Prædicatorum, qui poſtea inter ſanctos relatus fuit*, & infra, *impulſore Ioannes ipſe*, nimirum Rex Caſtellæ, *Iudæos omnes relictis bonis ex Hiſpania diſcedere iuſſit, niſi qui Chriſtiani fieri mallent. Bona igitur pars metu amittendæ rei ſacro fonte abluti, clam vero paternis legibus inuigilantes, peſſimum genus hominum euaſere, hi ſunt, quos Marranos hodie vulgus appellat.*

e Surit. ſup. c. 71.

a Vialand in vit. Innoc. VIII.

Marrani vrbem inficiunt.

b Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111 & ex eo Vialand.

In eos cenſura fidei exercita.

Epiſcop. Marranica peſte infectus.

Marrani auctore B. Vincẽtio exagitati.

c Volater. Geograph. lib. 2.

17 Pullulabant in Caſtella ingentium bellorum ſemina, quæ Innocentij diligentia præfocata fuere: Ioanna enim, quæ ſe Caſtellani ſceptri heredem a patre Henrico Rege fuiſſe inſtitutam contendebat, e monaſterio, in quo religioſam vitam erat profeſſa, erumpere molita eſt, cuius iura Luſitani tuebantur. At Innocentius, cum ex ciuili bello grauiora in rem Chriſtianam damna redundatura, atque a Mauris arma Ferdinandi Regis Aragonum & Eliſabetha eius vxoris Reginæ Caſtellæ diſtrahenda forent, intentato anathemate præſulibus, ac proceribus præcepit d, ne Ioannæ ſtuderent, quam in ſeptis monaſterij contineri iuſſit.

d Lib. ſignatu 1900. P. ſecret. pag. 573.

Ad futuram rei memoriam.

18 Cum, ſicut nuper accepimus, nonnulli iniquitatis filij prædictam pacem perturbare cupientes, Ioannæ nempe Henrici Regis controuerſæ filiæ, ac hæredi, vt dimiſſo religionis aſſumpto habitu prædicto, monaſterium exeat, & ad ſæculum reuertatur, emiſſamque per eam profeſſionem prædictam tam ſolemniter confictis coloribus metus, & proteſtationum, quas deſuper contra priorem aſſertionem prædictam veniendo feciſſe affirmet, dictorum regnorum Reginam ſe nominet, ac faciat & velit ab alijs nominari, perſuadere, & vt eam ad id alliciant, Reginæ nomine euocare & nominare non vereantur. Quorum crebris & continuatis perſuaſionibus huiuſmodi præfata Ioanna nonnunquam importuna inſtantia deuinci, & ſiue, vt ſuadentibus ipſis complaceat, & quæ dicunt & in mente eius imprimere nituntur credere videatur, ſeu alias aſſumptum

Egreſſa e monaſt. dicit ſe Reginã Caſtellæ.

velum nigrum, cum quo Chriſto Ieſu, qui ſpecioſus eſt præ filijs hominum, tam patenter, & publice deſponſata, & Domino conſecrata extitit tam intra quã extra monaſterium, in quo degebat, dimittere, & ſe Reginam dictorum regnorum, vt ſuadebant, nominari facere & nominare non perta extitit in animarum Ioannæ & perſuadentium prædictorum periculum, pernicioſumque exemplum & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, qui inter prædictos Reges (ſcilicet Luſitanum & Caſtellanum) catholicæ fidei in partibus illis inuictos propugnatores, diuina cooperante clementia, initam & firmatam pacem prædictam vigere & conſeruari perpetuis futuris temporibus intenſis deſideramus affectibus ad fidei catholicæ incrementum, pro cuius exaltatione vnus in Granatæ regnum, & alius, catholicorum Regum progenitorum more, cum ſubditis in Africæ partibus tranſiretando, cum infidelibus manus conferere, & fidem ipſam dilatare indefeſſo ſtudio procurant, ne, ſi forte inter Reges ipſos exortæ iam controuerſiæ prædictæ ſuſcitari contingeret, Reges ipſi a cœptis per eos reſpectiue impugnationibus infidelium, & ſalutifero opere deſiſtere, & infidelibus ipſis acquiſita iam loca eorum per præfatos Reges recuperandi, & præterea alia etiam, quæ fideles incolunt, illis propinqua hoſtiliter inuadendi, depopulandi, & cum magna Chriſtianorum cæde, & iactura eorum ſpurciſſimæ ſectæ ſubijciendi occaſio & commoditas præbeatur; motu proprio, non ad Ferdinandi Regis & Elizabeth reginæ prædictorum, aut alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione emiſſam a prædicta Ioanna tam ſolemnem profeſſionem prædictam, & prout illam concernunt omnia & ſingula in dictis inſtrumentis contenta, ac inde ſecuta quæcumque auctoritate apoſtolica, ſi & in quantum legitime facta ſunt, confirmamus & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplemuſque omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan circa huiuſmodi actus ſolemnitates interuenerunt, ac eidem Ioannæ, ne contra dictam tam ſolenniter per eam emiſſam profeſſionem ad ſæculum remeando de facto venire, neue monaſterium monialium S. Areni dicti ordinis, ad quod poſtremo ſe tranſtulit, etiam ad modicum tempus aliter, quam ex cauſis, propter quas ordinem prædictum profeſſis monialibus dicti ordinis regularia inſtituta id permittant, exire, illis ceſſantibus in illo reuerſura, aut intra, vel extra ſuum monaſterium aſſumptum dictæ religionis velum & habitum dimittere, & ſe Reginam nominare, aut ab alijs nominari facere, vel permittere. Ac vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis exiſtant, & quacumque eccleſiaſtica etiam epiſcopali, archiepiſcopali, & cardinalatus, vel mundana etiam regali, ac reginali dignitate præfulgeant, ne quouis quæſito colore publice vel occulte, directe vel indirecte, per ſe vel alium ſeu alios eidem Ioannæ, quod monaſterium & ordinem prædictum exeat, & ad ſæculum reuertatur, & ſe pro ſæculari gerat, emiſſamque per eam profeſſionem impugnet, perſuadere, & ad ea auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtare, aut eam Reginam nominare, & nominari facere verbo, vel ſcripto quoquo modo præſumant, ſub interdicti, ingreſſus eccleſiæ, ac ſuſpenſionis a diuinis, eccleſiarumque ſuarum regiminibus, ſi epiſcopi & ſuperiores, & ſi inferiores ab eis, etiam militiarum, & ordinum quorumcumque exemptorum, & non exemptorum religioſi fuerint eccleſiaſtici & ſæculares excommunicationis latæ ſententiæ, nec non priuationis eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, præceptoriarum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, vel officiorum, & infra, ſententijs, cenſuris, & pœnis incurrendis, a quibus non, niſi in mortis articulo conſtituti & debita ſatisfactione præmiſſa, abſolui poſſint, motu & auctoritate prædictis diſtrictius inhibemus, &c. [Adiecta ſunt publica monumenta xv. nouembris anno MCCCCLXXX. confecta de votis a Ioanna nuncupatis, quibus etiam ſacri ritus tum ſeruati deſcribuntur.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCDLXXXVII. *x. kal. iulij pontificatus noſtri anno* III.

Naſcitura bella ſtudet præſcaſe Ioannæ.

Monaſterio recludi iubet.

Percuſſit anathemate qui contrarium ſuaſerint.

19 Nec modo in Mauros Ferdinandus & Eliſabetha, vel in hæreticos ſeueritatem legum exercuere verum in antiquũ ac florentem ſtatum monaſticã diſciplinam, quæ in pluribus Galliciæ monaſterijs collapſa erat redintegrari curarunt, atq; Innocentio etiam auctores fuere, vt reſtituendæ illius prouinciam nonnullis præſulibus daret, quod munus Abulenſi, Cordubenſi, Segobienſi, & Legionenſi epiſcopis iniunctum eſt a.

a Bullar. lib. 30. pag. 249.

Venerabilibus fratribus Abulenſi, Cordubenſi, Segobienſi, & Legionenſi epiſcopis ſalutem, &c.

Fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos tres, aut duo, vel vnus veſtrum ad omnia & ſingula monaſteria & religioſa loca prædicta perſonaliter accedentes, & ſolum Deum ac ſalutem animarum præ oculis habentes, illas in capitibus & membris ac ſpiritualibus & temporalibus auctoritate noſtra viſitetis, & quæ in eis correctione, reformatione, punitione, & emendatione indigere cognoueritis, eadem auctoritate corrigatis, reformetis, puniatis, & emendetis, quodque de cætero perpetuis futuris temporibus in eis vigere debeat ſuorum ordinum obſeruantia regularis, & illi ijdem prorſus laudabiles ritus & mores in illorum regimine cura & directione monachorum miniſtrorumque, ac in eis præſidentium deputatione & conſtitutione penitus & omnino obſeruentur, qui obſeruari ſoliti ſunt in monaſterijs & prioratibus eorum ordinum in Caſtellæ & Legionis regnis, vel alijs proximis locis conſiſtentium, reformatorum nuncupatorum, in quibus viget regularis obſeruantia ordinum eorundem, vel aliorum, eadem auctoritate ſtatuatis & ordinetis, &c. [Inſtruit eoſdem epiſcopos ampliſſimis alijs mandatis ad collapſam diſciplinam monaſticam in Gallæcia inſtaurandam. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c.* MCCCCLXXXVII. III. *id. decembris pontificatus noſtri anno* IV.

De reſtituenda diſciplina monaſtica data imperia.

20 Animaduerterant quoque ijdem Reges a laicis plurium ſacerdotiorum vectigalia occupata, ac ſordidos ſacerdotes, quos corozos vocitabant, flagitij conſcios ab ijs intrudi, vt tanquam inania ſimulachra dignitatum nomina ſine re præferrent, quam corruptelam, vt extingueret Pontifex hæc dedit mandata b.

b Lib. bull. 38. pag. 315.

Venerabilibus fratribus Toletano & Hiſpalenſi archiepiſcopis, ac Abulenſi & Ciuitatenſi epiſcopis ſalutem, &c.

Nos, ad quos ex paſtoralis officij debito pertinet, ne beneficia eccleſiaſtica ſine canonica inſtitutione cum periculo animarum detineantur,

eorum-

eorumque bona deperєant, alienentur, & indebite occupentur, ac in profanos vſus conuertantur, prouidere & fraudibus viam præcludere, omnes & ſingulas excommunicationis, anathematis, priuationis, inhabilitationis, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas innouantes & approbantes, confidentes quoque tam abuſiuam corruptelam ex regno prædicto Gallæciæ diligentia veſtra radicitus extirpari, inſtantibus etiam ſuper hoc Rege & Regina præfatis, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel tres, aut duo, vel vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios de præmiſſis [nempe ſacerdotiorum vectigalibus indigne occupatis a laicis, & miſeris ſacerdotibus flagitij ſocijs,] omnibus & ſingulis ſummarie, ſimpliciter, & de plano, abſque ſtrepitu & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, auctoritate noſtra vos diligenter informetis, & ſi per informationem eandem ita eſſe reperietis, omnes & ſingulos de beneficijs huiuſmodi taliter prouiſos dictis beneficijs fuiſſe & eſſe priuatos, eoſque ac laicos prædictos & alios quoſcumque, qui in præmiſſis interuenerint & dictas pœnas & cenſuras incurriſſe conſtiterit, cuiuſcumque eccleſiaſticæ vel mundanæ dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas eadem auctoritate incurriſſe declaretis, ipſoſque ſic prouiſos ab ipſorum beneficiorum detentionibus realiter amoueatis, nos enim ſi priuationem, declarationem, & amotionem huiuſmodi per vos vigore præſentium fieri contigerit, vt præfertur, & vt in præmiſſis melius & facilius iuxta exigentiam huiuſmodi beneficiorum prouidere poſſitis, vobis & cuilibet veſtrum ac deputandis a vobis vel altero veſtrum de beneficijs huiuſmodi quæcumque, quotacumque & qualiacumque cum cura & ſine cura, etiam ſi præſtimonia ſeu præſtimoniales portiones, aut quæuis alia beneficia, ac cuiuſcumque taxæ ſeu annui valoris illorum fructus, redditus, & prouentus fuerint, etiam ſi de iure patronatus laicorum, vel eccleſiaſticorum, aut eccleſiarum & laicorum ſimul fuerint, perſonis idoneis etiam quæcumque, quotcumque & qualiacumque beneficia eccleſiaſtica obtinentibus & ſpectantibus, hac vice dumtaxat, prouidendi, &, ſi vobis videbitur, eorum aliqua, etiam ſi parochiales eccleſiæ, vel etiam perpetuæ vicariæ, aut præſtimonia, ſeu præſtimoniales portiones, aut ſimplicia beneficia fuerint inuicem, aut alterum alteri perpetuo vel ad tempus vniendi, annectendi, & incorporandi, ita tamen quod fructus redditus & prouentus vniendi beneficij vigintiquatuor libras Turonenſes paruas ſecundum communem extimationem valoris annui non excedant, vnitaque & annexa & incorporata, quorum fructus, redditus, & prouentus per ſe pingues fuerint, demembrandi & ſeparandi, ac etiam ex fructibus ſic demembratorum beneficiorum, vel eorum parte, alia beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura de nouo erigendi, creandi, & inſtituendi, partem quoque decimarum, & poſſeſſionum beneficiorum prædictorum eccleſiarum, in quibus conſtitutæ fuerint fabricæ, iuxta illarum neceſſitates perpetuo vel ad tempus applicandi, vel appropriandi, ac œconomos fabricarum inſtituendi, ſtatuta quoque & ordinationes pro directione & conſeruatione eccleſiarum regni prædicti Gallæciæ, & diuini inibi cultus augmento, rationabilia & honeſta, ac ſacris canonibus non contraria, condendi, ac de feudis, locationibus, conceſſionibus huiuſmodi cognoſcendi, nec non contra eccleſiaſticas religioſas & ſingulares perſonas, ac quoslibet alios contradictores & rebelles, & bonorum huiuſmodi occupatores & detentores cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, nobilitatis, vel conditionis fuerint ſuper præmiſſis per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris opportuna remedia, cum cenſurarum prædictarum aggrauatione & reaggrauatione, appellatione remota, procedendi, brachium quoque ſæculare quoties expedierit inuocandi.

Excindi corrupte là Reges expetunt

Data interuibitis ſacerdotiorum coniungẽdorũ poteſtas.

Quod vt vobis, cum opus fuerit præſtetur eoſdem Regem, & Reginam, ac alios duces, comites, marchiones, barones eorum locatenentes, & officiales eorumdem regnorum pro ſua in hanc ſanctam ſedem Apoſtolicam reuerentia & deuotione, ac iuſtitiæ debito, & tam bono & laudabili opere enixe rogamus, & plurimum hortamur in Domino, nec non quoſcumque tam eccleſiaſticos quam ſæculares ſententijs, cenſuris, & pœnis prædictis innodatos, ſi hoc humiliter petierint, ab illis abſoluendi, iniunctis inde eis & cuilibet eorum ſub virtute per eos præſtandi iuramenti, quod deinceps talia non committent, nec ea committentibus præſtabunt auxilium, conſilium, vel fauorem, pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & alijs quæ de iure fuerint iniungenda, ac cum eis ſuper irregularitate, ſi quam eiſdem ſententijs, cenſuris, & pœnis, vel earum aliqua ligati miſſas & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium, celebrando, ſeu illis ſe immiſcendo contraxerint, diſpenſandi, omnem quoque inhabilitatis & infamiæ maculam ſiue notam per eos præmiſſorum occaſione contractam abolendi, ac cum eis, poſtquam huiuſmodi beneficia illorumque prædia & bona libere dimiſerint, ſuper fructibus per eos inde male perceptis in pecunia numerata, vel alias componendi, quam quidem compoſitionem eiſdem Regi & Reginæ in expeditione regni Granatæ, & non in alios vſus omnino conuertendi liberaliter & gratioſe donamus; tertiam tamen partem dictæ compoſitionis cameræ apoſtolicæ reſeruando, quam diſtricte præcipiendo mandamus cameræ apoſtolicæ in illis regnis collectori aut collectoribus realiter & cum effectu conſignari, omniaque alia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria quomolibet exequendi, & opportuna faciendi, gerendi, exequendi & diſponendi, plenam, liberam, & omnimodam tenore earundem præſentium concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXVII. VIII. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* IV.

Abſoluẽdi ad officium redituros.

Male percepta deriuari iuſſa in ſumptus belli Maurici.

22 Cum Gallæciam ſuſcepta Compoſtellana peregrinatione peruſtrarent Ferdinandus & Eliſabetha Reges ad monaſterium, cui B. Mariæ de zebrero nomen erat, in quo inſignis miraculi monumenta ſeruabantur, peruenere; nam dum inter ſacra de veritate Euchariſtiæ ſacramenti anceps hærebat ſacerdos, vini ſpecies in ſanguinem verſæ fuerunt, cuius miraculi memoriam ſuis literis recolit Innocentius a.

Innocentius, &c. Abulenſi & Legionenſi epiſcopis ſalutem, &c.

a Lib. bull. 30. pag. 232.

23 Expoſuit nobis nuper dilectus filius nobilis vir Enecus Lopez de Mendoza comes de Tendilla pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Elizabeth Reginæ Caſtellæ & Legionis illu-

Digitized by Google

illuſtris orator ad nos deſtinatus eorundem Regis & Reginæ nominibus, quod cum olim quampluribus annis elapſis quidam presbyter in eccleſia monaſterij beatæ Mariæ del Zebrero vnum per priorem ſolita gubernari ordinis S. Benedicti Lucenſis diœceſis miſſam celebraſſet, & poſt conſecrationem corporis domini noſtri Ieſu Chriſti an ex vino in calice conſecrato verus ſanguis Chriſti conficeretur dubitaſſet, idem dominus noſter Ieſus Chriſtus, volens dubietatem huiuſmodi ab eius corde euellere, & veritatem huius ſacratiſſimi Sacramenti magis patefacere, ſubito in dicto calice miraculoſe verus ſanguis oculis corporeis viſibilis apparuit, eiuſque pars ex dicto calice in corporalibus ſuper altare exiſtentibus effuſus eſt, atque idem ſanguis ita viſibilis manſit, & hodie pro reliquijs reſeruatus conſpicitur, vt ſanguis hominis vel hœdi recenter effuſus, coagulatus tamen videatur, cumque Rex & Regina præfati ad S. Iacobum in Compoſtella anno proxime elapſo pergerent, & dictum monaſterium, quod in via publica euntibus ad dictum ſanctum Iacobum exiſtit, viſitarent, & ſanguinem prædictum miraculoſum viderent, maxima deuotione accenſi, iuxta dictum monaſterium vnum ſolemne hoſpitale pro pauperibus & peregrinis ad dictum S. Iacobum peregrinantibus ædificari ſeu reædificari facere propoſuerunt, illudque magnis ſumptibus & expenſis ſuis perficere & dotare intendunt, & magno affectu deſiderant, vt in dicto monaſterio, in quo raro monachi ſeu presbyteri ſæculares, qui diuinum officium & horas canonicas celebrent commorantur, quodque deſtructum & diſſipatum exiſtit, cultus diuinus augmentetur, illudque inſtauretur, & in eo diuinus cultus accreſcat, &c. [Propoſitæ ab Innocentio ſacræ indulgentiæ ijs, qui ad ornandam eandem ſacram ædem ſtipem conferrent.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXVII. V. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* III.

Species vini in ſanguinē verſæ.

Peregrinatio Regis & Reginæ Caſt. ad S. Iacob. Compoſtell.

Xenodochiū pro peregrinis ab ijs excitatum.

24 Hærebant adhuc in Bohemia Huſſitarum ſectæ reliquiæ adeo, vt inſignes etiam eccleſias ij occuparent, neque catholicis ſacerdotibus earum adminiſtrationem permitterēt, de quo apud ſedem Apoſtolicam querelæ allatæ a. Relatum etiam Pontifici eſt a Ioanne Haſſeſteino Vladislai Regis Bohemiæ oratore, qui ad ſedem Apoſtolicam pro deferenda illi de more regio obedientia acceſſerat, plures hæreticos & ſchiſmaticos in Pragenſi diœceſi prope oppidum Cadenſe, cuius dominatum tenebat, graſſari, ac ſuis erroribus implicare catholicos anniti: multos etiam ex ijs agnitis erroribus facile ad gremium catholicæ Eccleſiæ redituros, ſi qui auctoritate ad ipſos expiandos pollerent, inopia autem ac longinquitate itineris, ne ad ſedem Apoſtolicam accedant, deterreri: quorum miſertus Innocentius Cadenſem ſacerdotem ad hæreticos & ſchiſmaticos damnantes errores eidem conciliandos Eccleſiæ auctoritate inſtruxit: quam etiam abbati monaſterij S. Ægydij tribuit, vt ex pontificio diplomate b patet.

Graſſantur Huſſitæ in Bohem.

a Lib. bull. 26 pag. 290.

b Lib. bull. 27. pag. 78

25 In Ebredunenſi pariter archiepiſcopatu veteres Vvaldenſium hæreticorum fibræ repullulaurant: ad quas excindendas, cum de more cenſor fidei decretus eſſet, hæretici in ipſum ſumptis armis conſurrexere, eiuſdemque famulum contrucidarunt: qua indignitate permotus Innocentius Gallos, Sabaudos, ac Germanos, in quorum limitibus impietas defixa hærebat, ad hæreticos delendos expedire arma iuſſit c, & grauibus pœnis hæreticorum fautores perculit: tum Albertum de Capitaneis archidiaconum Cremonenſem ampliſſimis inſtructum mandatis decreuit, vt religioſam crucis militiam ad Vvaldenſes excindendos promulgaret, ac principes & epiſcopos in eoſdem concitaret, quibus literis hæc temporis nota adiecta eſt. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXVII. V. *kal. maij pontificatus noſtri anno* III.

c Lib. ſign. n. 1909 p. ſecr. pag. 142.

26 In Scotia Regina Margareta ſanctitatis fama & miraculorum gloria adeo effloruit, vt Scoti popoſcerint ab Innocentio, vt eam in cœlitum ordinem aſcriberet, quorum precibus permotus Pontifex de geſtis eius rebuſue admirandis, ac teſtiū dictis publicas in tabulas referendis nonnullis præſulibus mandata dedit a.

a Ib. pag. 515.

Venerabilibus fratribus archiepiſcopo S. Andreæ & epiſcopo Glaſguenſi, ac dilectis filijs electo Aberdonenſi, nec non abbati monaſterij ſanctæ crucis S. Andreæ diœceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Cum, ſicut pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Iacobi Scotorum Regis illuſtris nobis nuper oblata petitio continebat, claræ memoriæ Margarita quondam Regina Scotiæ, dum in humanis ageret, pie vixerit in hoc ſæculo, viam ſalutis docendo verbis pariter & exemplis, cumque præſentis vitæ curſum feliciter conſummaſſet, Altiſſimus eam multis miraculis illius meritis, & interceſſione, vt pia fidelium deuotio inconcuſſe credit, operando decorauerit, quo fit, vt innumera multitudo Chriſtifidelium regni Scotiæ illius animam inter beatiſſimos ſpiritus receptam, & merito collocatam fore firmiter dicant, prædicent, & affirment; ac illius nomen & memoriam pura fidei ſinceritate venerentur, eamque aliorum ſanctorum & ſanctarum Dei cœtui ab Altiſſimo aggregatam, illorum catalogo in militanti Eccleſia merito etiam aggregari debere arbitrentur, quare pro parte præfati Regis & vniuerſorum fere prælatorum & procerum dicti regni eiuſdem Reginæ meritis & miraculis huiuſmodi, ac mira multitudinis fidelium eorundem ſollicitudine impulſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eandem Reginam, concurrentibus ad id requiſitis, vitæ ſanctimonia meritis & miraculis, iuxta ritum & conſuetudinem Romanæ eccleſiæ ſanctorum cœtui numero & catalogo de fratrum noſtrorum conſilio aggregare, aliaſque in præmiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Margareta Regina Scotiæ illuſtris ſanctitate.

Expetitū ab Innoc. vt in Sāctarum albo collocetur.

Nos igitur cum non deceat apud homines eam ignotam relinquere, quam merita ſanctam oſtendunt & miracula, de præmiſſis certam notitiam non habentes, ac volentes in certis feſtinos, & lentos in dubijs inueniri, Regis, prælatorum, & procerum prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ, de qua in his & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, auctoritate apoſtolica tenore præſentium committimus & mandamus, quatenus vos vel tres, ſeu duo veſtrum de præmiſſis & alijs requiſitis iuxta Romanæ eccleſiæ ritum & conſuetudinem in ſanctorum canonizatione generalem fieri ſolitam diligentiam, & pro rei magnitudine accuratam inquiſitionem in tanto fidei catholicæ negotio adhibeatis, ſi in regno prædicto fueritis, alioquin per vos auctoritate noſtra ad hoc ſpecialiter deputando procuratorem, & ſuper articulis per eundem procuratorem coram vobis producendis, faciatis auctoritate noſtra prædicta,

Decreti epiſcopi qui de illius miraculis inquirāt.

Digitized by Google

cta ex omnia & ſingula, quæ inueneritis manu fidelium & publicorum notariorum, ad id per vos aſſumendorum, in ſcripta fideliter redigi, & annotari facere dicta auctoritate noſtra curetis, ac nobis veſtris ſigillis clauſa & ſigillata remittatis & reſeratis, vt habita veſtra relatione fideli ad requiſitam & ſolitam ſpecialem ſanctimoniæ vitæ dictæ Reginæ miraculorum, quibus Regina ipſa in vita & poſt mortem claruiſſe vniuerſus fere populus ipſius regni tenet, credit, & affirmat, aliorumque neceſſariorum ad canonizationem huiuſmodi, de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio procedere, & eiuſdem canonizationis negotium, prout Altiſſimus inſpirauerit, & fuerit faciendum proſequi libere & licite valeamus.

27 Interrogatoria, ſuper quibus perſonæ fidedignæ, & omni exceptione maiores per vos auctoritate noſtra recipi & examinari debent, ſunt infraſcripta, videlicet. An claræ memoriæ Margarita olim Regina Scotiæ fuerit Chriſtiana, fidelis, catholica, irreprehenſibilis vitæ verbo, re, & facto, & an pro tali & vt talis fuerit habita, tenta, nominata, & reputata. An ipſa Regina fuerit de legitimo matrimonio procreata, & pro tali & vt talis habita, tenta, nominata, & reputata. An ſecundum ordinationes & inſtituta ſanctæ matris Eccleſiæ baptizata & confirmata, ac etiam toto tempore, quo in humanis egit maximæ honeſtatis extiterit. An laudabilis vitæ, ſanctitate, ac doctrina, optimiſque moribus pollens extiterit, & pro tali & vt talis habita tenta nominata, & reputata.

Inquiſitionis exercendæ capita circa mores.

28 An aſſidue in orationibus erga Deum & ſanctos eius vacauerit, & ſanctæ meditationis extiterit. An eodem Margarita Regina fuerit virgo, vel pro virgine, ſeu ſaltem continente habita, tenta, & reputata. An ipſa Margarita Regina dum vixit alis bona fecerit, & ſic interrogentur quæ bona fecit, & ſi eius facultates in cibos pauperum Chriſti erogauerit. An aſſiduis temporibus confiteretur ſacerdoti, & cui ſacerdoti, & an ſacramentum Euchariſtiæ cum maxima deuotione aſſumeret, ac miſſas & alia diuina officia deuotiſſime audiret, diuinumque officium continuo diceret, & illud dicere nullatenus intermitteret, & an continuo diuinis officijs intereſſet. An infirmis & miſerabilibus perſonis in eorum neceſſitatibus ſubueniret, & alia opera miſericordiæ exerceret, quas veſtes, ſeu quos pannos induebat & qualiter, & quibus pannis induta ibat.

29 An eſſet nimium loquax vel parca, & rara in loquendo, & an verba otioſa ex propoſito vnquam locuta fuerit, an in eius infirmitatibus & tribulationibus, quas tempore eius vitæ paſſa fuit, patiens fuerit, & illas libenti animo ſuſtinuerit. An importunos ſuſtinuerit, & murmurantibus ſibi iniurias remiſerit, & pepercerit. An petentibus auxilium & conſilium præberet. An vnquam populo ſibi commiſſo verbum Dei prædicaret, vel ſaltem ad bene agendum, & Dei precepta ſeruandum hortaretur, eiſque præciperet & mandaret, & alia faceret, quæ ad ipſam tamquam Reginam ſpectabant, & pertinebant.

30 An vnquam de aliqua re inhoneſta, turpi, vel non permiſſa fuerit diffamata. An aduerſantes & inuicem odioſos ac inimicos ad veram pacem, & veram concordiam reduxerit, vel ſaltem reducere quæſiuerit. An eadem Margarita toto tempore, quo in humanis egit & vſque ad eius obitum virtuoſe & laudabiliter, & abſque fama alicuius notæ ſiue maculæ vixerit, & vitam laudabilem duxerit. An tempore eius obitus fuerit pro optima aut bona muliere tenta, nominata, & reputata. An ante eius obitum aut poſt eadem Margarita fuerit de aliquo crimine, vel vitio, aut aliquibus operibus diffamata. & ſi ſic interrogentur de quo, ſeu de quibus, vbi, quoties, & quando. An eadem Margarita Regina tempore, quo viuebat, ſigna miraculoſa fecerit, & ſi ſic interrogentur, quæ & quibus perſonis illa ſigna, ſuis promerentibus meritis, Deus oſtenderit.

31 An poſt eius obitum eadem Margarita Regina aliqua miracula, aut ſigna miraculoſa fecerit, aut potius omnipotens Deus in perſonas dictæ Margaritæ deuote ſe recommendantes miracula, & res miraculoſas operata eſt, & a quanto tempore citra, & ſi ſic interrogentur de miraculis & miraculoſis rebus. An eadem Margarita Regina poſt eius obitum continuo & ab omnibus præſertim incolis loci, in quo corpus eius requieſcit, & alijs diſtrictualibus & conuicinis eiuſdem pro optima vel bona muliere & laudabilis vitæ habita, tenta, nominata, & reputata fuerit.

Circa miracula.

32 An eadem Margarita Regina a nonnullis annis citra pro ſancta vel pro beata habita, tenta, nominata, & reputata fuerit. An etiam quamplurimæ, & innumerabiles perſonæ ad locum, vbi & in quo eadem Margarita ſepulta eſt, tanquam ad ſanctam & in Altiſſimi gratia exiſtentem pro obtinendis gratijs continuo vadant, & ad eam tanquam ad ſanctam, vel beatam preces porrectæ & orationes dictæ fuerint, & hodie porrigantur & dicantur, & alia ſigna extrinſeca facta fuerint, & fiant, quæ veros & indubitatos ſanctos facere licet & eſt permiſſum, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXVII. IV. *non. maij pontificatus noſtri anno* III. Ad ſedem Apoſtolicam venerat archiepiſcopus S. Andreæ, vt Iacobi III, Scotorum Regis nomine obſequia Pontifici, et nouo Chriſti in terris vicario, dimiſſe præſtaret: quem Innocentius nouo honore auxit, quippe qui illum primatem totius Scotiæ ac legatum natum eiuſdem ſedis Apoſtolicæ creauit a.

33 Affecit etiam Innocentius ea prærogatiua Scotiæ Reges regiæque familiæ principes, vt, ſi ad loca ſacris interdicta accederent, diuinis myſterijs intereſſe poſſent, atque ea trium milliarium interuallo ſolemni ritu celebrari ſublatis cenſuris permiſit b.

a Lib. bull. 24. pag. 25.

34 Hoc anno Carola Cypri Regina, quam ab Ægyptio ſultano pulſam regno vidimus, diu Romæ beneficentia Romanorum Pontificum ſuſtentata obijt, vt refert Burchardus hiſce verbis c: *Die lunæ* XVI. *iulij hora* XIII. *vel circa Romæ in burgo S. Petri in domo ſua ſolita reſidentiæ obijt illuſtriſſima domina Carola Cypri Regina, & eius corpus eodem die circa horam* XXI. *aſſociatum fuit per prælatos ac familias ſanctiſſimi domini noſtri & reuerendiſſimorũ dominorum Cardinalium ex domo præfata vſque ad baſilicam S. Petri, in qua non longe a capella S. Andreæ & Gregorij in Vaticano ſepulturæ traditum, &c.* Reliquiſſe illam teſtamento iura Cyprij regni Sabaudiæ duci, quibus aucti eius tituli fuere, referunt ſcriptores d.

b Lib. ſign. n. 190. P. ſecret. pag. 538.

c Burchar. in ſ Vatic. in diarijs.

d Steph. Luſinian. in hiſt. Cypr. Vuãdenburch. in Sabaud. hiſt.

IESV

IESV CHRISTI

Annus 1488.

INNOCENTII PP. VIII. annus 4. FRIDERICI III. IMP. annus 49.

Maximiliani hoſtes ad miſericordiam flexi.

a Inſiſſ. in arc. Vat. ſign. n. 111. Paul. Langius in chron. Citizen. Trithem. in chron. Panh. hoc ann. Crantz. Saxo l. 13. Surit. l. 20. cap. 78. Marian. l. 25. c. 12. b Crantz. ſup. l. 12.

1 AGebatur annus Chriſtianæ ſalutis milleſimus octogeſimus octauus indictione ſexta, cum ingentes in Belgio populares tumultus facti fuerunt, quos cum Maximilianus armis compeſcere niteretur, repente a furente plebe Brugenſi circumfuſus, fugientibus ſuis oppreſſuſque, ineunte februario in cuſtodiam traditus eſt, vitam lachrymis deprecatus: quibus viſis hoſtes regiæ maieſtatis miſericordia emolliti lachrymas pariter continere non potuerunt, adeo vt etiam pollieiti ſint ſuo ſanguini, ne quid mali pateretur, pro ipſo non parſuros. Exaſperaſſe illum in ſe Belgarum animos ferunt, cum ad reficiendum ærarium continuis exhauſtum bellis grauiora vectigalia impoſuiſſet, vt Clarentiæ comitis filium, ſeu verum ſeu ementitum, auxilia implorantem a, depulſo Henrico VII. Francis fœdere iuncto, ad Anglicum ſolium efferret b. Adigere autem eum Belgas meditatos tradunt c, vt principatus Belgici ab adminiſtratione diſcederet, eamque in Philippum filium transfunderet, quem ipſi ad arbitrium ſuum regerent.

Germani pro eo liberando ſolicitati.

c Trithem. vbi ſup.

Hiſpaniæ Reges pro eodē deprecatores agunt.

d Crantz. ſup. c. 11. e Surit. l. 20. c. b. & Maria. ſup. c. 12.

De eo Gallis dedendo agitur Belgæ.

f Crantz. ſup. c. 11.

2 Perculſus inopino caſu Fridericus Imperator mox epiſcopum Vvormatienſem in Brabantiam miſit, vt Philippum nepotem aſſeruaret, ne in perduellium poteſtatem veniret: tum Germaniæ principes ad arma pro liberando Romanorum Rege accendit. Pontifex etiam Belgas admonuit d, vt Maximilianum dimitterent, ac ni ad officium redirent, anathemate ab archiepiſcopo Colonienſi iuſſit percelli: Ferdinandus etiam & Eliſabetha Hiſpaniarum Reges, qui cum Maximiliano de iungenda affinitate iam colloquia fecerant, oratores in Belgium miſere e, qui illum educi ex cuſtodia depoſcerent: præterea ſocij Regis calamitate moti claſſem in Cantabrico littore inſtruxerunt. Non ceſſere pontificijs cæſareiſque aut Hiſpanorum Regum precibus Belgæ: immo nonnulli de Maximiliano dedendo hoſti Francorum Regi agitarunt f conſilia. Denique tertio poſt menſe, cum Fridericus Imperator Gandauenſes ſeditionis auctores magnis cladibus attriuiſſet g, Albertuſque ſuperioris Saxoniæ dux, veniendi cum Brugenſibus in colloquium ſpecie, munitiſſimum oppidum, cui Dam nomen eſt, quo neceſſarij in vrbem inferebantur mari commeatus, intercepiſſet, atque Hiſpanica claſſis ingrueret, multis affecti calamitatibus Brugenſes ad pacem inclinarunt h, quæ Philippo Rauenſtenio, & comite Naſſouiæ adminiſtris firmata eſt, ac Maximilianus, vbi iuratus ſpopondit omnibus veniā ſe daturum, liberatus eſt. Deſcribit metro Quintus Æmilianus i, vt a Brugenſibus dimiſſus Maximilianus in patris caſtra perrexerit, veniaque Burgenſes donarit. Nec modo inteſtino bello, ſed etiam externo Belgium laboraſſe refert Krantzius l, ac Francos duce Philippo de Elordis late excurriſſe, Morinoque voluntate ciuium, quos præſidiariorum nimia licentia offenderat, potitum, Duaco autem & Inſula propulſatum.

Granauenſes ſeditioſi atteriti.

g Trithem. vbi ſup. h Aemil. in emomaſtic. to. 2. rer. Germ. ex edition. Freher.

Brugenſes ad pacem compulſi.

Morini in Gallor. poteſtatem recepti.

i Crantz. c. 13. l l. 14. c. 7.

Scoti rebellant in Regē.

3 Grauius ciuilis belli diſcrimen eodem tempore paſſa eſt Scotia proceribus Iacobum Regem ſolio euertere, eueheteque ad illud filium eius impuberem annitentibus. Tanti mali hæ cauſæ fuere. Iacobus eo nomine III. ſpretis nobilibus miniſteria aulica gerenda alijs tradebat, ſeque totum libandis voluptatibus dedebat: Luxuriæ acceſſit ira & crudelitas, eos enim, qui defectionem ab eo ſuperioribus annis conflarant, extinguendi iniuit conſilia, quæ præſentientes proceres conſurrexere ea deſperatione in arma, comparatiſque copijs ſceptri heredem, quem ſuo regebant arbitrio, ſibi præficere, ac Iacobo denuntiarunt, vt ſceptrum, quod indignis manibus tractabat, Iacobo filio cederet. His perterritus Rex oratores ſuos miſit ad Francorum & Anglorum Reges, vt ad comprimendos rebelles regiam auctoritatem interponerent, ſubmitterentque auxilia, tam enim nefarij exempli perniciem in aliorum principum capita deriuari poſſe, futuramque ludibrio Regum maieſtatem, ni coniuratorum audacia comprimeretur. Innocentium etiam Romanum Pontificem communem omnium parentem vindicemque ſcelerum exorauit, vt ſuo ſediſque Apoſtolicæ ſummo iure legatum decerneret, qui arma ex rebellium manibus eriperet, eoſque ad officium redire iuberet; cuius votis morem geſſiſſe Pontificem teſtatur Polydorus Virgilius, miſiſſeque Adrianum Caſtellanenſem epiſcopum, virum pluribus animi ſcientiæque ornamentis conſpicuum, poſtea ab Alexandro VI. ſacro purpuratorum collegio aggregatum.

Coniurationis cauſæ.

Implorata a Rege Pontificis auxilia.

4 At dum ille maximis itineribus ad cōponendas diſcordias Scoticas proficiſcebatur, proceres Regem ad pugnam coegerunt, fuſiſque regijs copijs ipſum in acie captum interemerunt, quō ætatis annū tum egiſſe ſcribunt quintum & trigeſimum, regni autem vigeſimum octauum. Biduo ab internuntij apoſtolici in Angliam aduentu nuntiatum eſt Iacobum Regem a ſuis cæſum. Victoribus Scoticarum rerum potitis, indictoque conuentu, omnium ordinum regni decreto declaratum eſt, Iacobum Regem iure interfectum; communi tamen conſenſu eius filius maior natu annorum citciter ſexdecim in ſede regia locatus fuit; qui paternæ calamitatis exemplo territus tanta animi moderatione ac prudentia eſt vſus, vt breui tranquilla pace vniuerſum regnum potiretur.

Scotiæ Rex in acie captus occiſuſque.

Pronuntiatum a Scotis iure caſum. Eius filius euectus in ſolium.

5 In Hungaria Ioannes epiſcopus Varadienſis regiæ procurator apud Pontificem in crimen hæreſeos vocatus eſt, quod Huſſitas in Bohemia foueret, atque ideo Innocentius a Angelo epiſcopo Ortano in Hungaria internuntio apoſtolico dedit imperia, vt de impoſito crimine inquireret. Cæterum meræ calumniæ in Ioannem temere ſparſæ fuerunt ab inuidis; is enim pietate clarus, humanæ felicitatis ludibriorum pertæſus, quamquam in procuratione procuranda regiæ Hungaricæ principem locum apud Matthiam Regem obtinebat b, perfunctus omnibus honoribus, quibus irretiri poterat, prudentia, liberalitate, eloquentia, peritiaque apud Reges, apud quos legationes maximas obierat, apprime charus, opibus ac diuitijs adeo affluens, vt Matthiæ beneficentia centum aureorum millia præter villas & oppida poſſideret, nuntium mortalibus rebus remittere meditatus, a Romano Pontifice abdicandi ſe epiſcopatu poteſtatem petijt, vt teſtatur Innocentius in literis c ad dictum Ortanum epiſcopum apoſtolicum internuntium menſe auguſto datis: *Pro parte*, inquit, vene-

Epiſc. Varadienſis calumniā paſſus.

a Lib. bull. 37. pag. 437.

A ſæculo ſe ſubducit.

b Bonfin. dec. 4. l. 10.

c Innoc. VIII. lit. comm. an. 1488. l. 3. pag. 465.

Digitized by Google

venerabilis fratris noſtri Ioannis epiſcopi Varadienſis nobis nuper fuit expoſitum, quod ipſe zelo deuotionis accenſus aliquam ex probatis religionibus ingredi, & in illa profeſſionem emittere regularem deſiderat, ſi ad id ſedis Apoſtolicæ licentia & aſſenſus accederet, &c. Quibus literis adiecta eſt hæc temporis nota. Dat. Romæ XXVI. *auguſti* MCDLXXXVIII. *pontificatus noſtri anno* IV. Aſſenſit a pijs illius votis Innocentius, atque ad internuntium ſcripſit, vt ipſum religioſæ familiæ ſe addicere permitteret.

Poſtulat ab Innoc deponendi epiſcopatus facultatem

a Ead. ep.

6 Obſtitit Matthias Rex, cum ipſius opera carere nollet: itaque poſt illius mortem, Vladiſlaumque Hungarica corona redimitum, demum religioſa eundem epiſcopum ſua deſideria ad exitum perduxiſſe, deque contemplatina æque atque actiua vita triumphare ſtuduiſſe, teſtatur Bonfinius b, hancque eius ſapientiſſimam orationem refert: *En ſtultam mortalium ſapientiam, en irritos hominum labores, en perquamuanum ſubtiliſſimumque finem! quid ex his tandem ſperare licebat præter maximum pontificatum? altius enim euehi non poteram. Quid demum conſecuti ſumus præter cathenatos labores, perpetuamque procellam, & æternam ſpiritus afflictionem? Valeant hæc omnia, quæ me mei ipſius immemorem effecere, quæ me terreſtribus infodere miſerijs, quæ me ad diuini Numinis vultum nunquam ſuſpicere permiſere. Humanis ipſe rebus vltro renuntio, me ab omni miſera vindico conditione, & diuini Numinis dexteritate iter illud inibo, quo me ni fallor, ab omni mortalitate iam aſſeram. Cuncta recenſui voluptatum agmina, ambitionis omnia munera prægustaui, formidoloſa diuitiarum fomenta poſſedi, clientum ſalutationes, antambulonum turbas, familiarium multitudinem non ignoraui, neque popularis auras nec gratia principum, nec plauſus populorum, nec congratulationes amicorum, nec cultus aſſiduus domi foriſque ſeruatus mihi defuit: quid tandem ſolida vtilitatis ex his legere licuit, nempe nihil præter mentis detrimentum, defectum, interitumue animi, & aſſiduam ſpiritus afflictionem. Cedamus igitur terreſtri patria, & momentaneis his rebus vltro renuntiemus ne, dum mortalium amore rapimur, mortem quoque perpetuam nobis comparemus. Sat luſum & infantium eſt, ſat in ridiculoſo errore verſatum, ſat corpori demque ſit indultum, nunc animæ, nunc immortalitatis habenda ratio, ne animantium more viuere videamur. Poſtquam in hoc aſſiduo bello mortalium nemo fere tuto viuere poteſt, niſi ad munitiſſimas arces effugiat, editiora loca petamus, & ex humili genere nati vitam quæramus illuſtriorem: nec ab re quidem nobis factum erit, ſi Chriſtum optimum maximum ſeruatorem noſtrum imitati, quanto huic vano ſæculo clariores vximus, tanto deliteſcemus obſcurius, vt cumulatas vanæ hic noſtræ gloriæ pœnas exoluamus, & diſcat exemplo quiſque noſtro non in rebus momentaneis, & fluxis, ſed ſtabilibus & æternis ſpem ſolidam eſſe collocandam. Ex humilibus exorti parentibus in priſtinam humilitatem, quod reliquum eſt vitæ, redigamus, ne cum hac ætate plus ſapere debeamus, in obſtinata vitæ miſeria & cæcitate perſiſtendo grauius deſipere videamur. Proinde nos a quotidianis naufragijs & fortunæ poteſtate tandem aſſeramus. Seruatoris noſtri humilitatem imitemur, & crucem ſubeamus, vt dum fragilem hanc vitam contempſerimus, perpetuam nobis comparemus: ſi quot labores in ſeruitio mortalium principum tolerauimus, tot in diuino officio pertuliſſemus, iam vere beati poſſemus exiſtimari: quare vanitati omni cedamus, & ſalubre Dei quæramus obſequium.* Ita epiſcopali aulicoque munere poſito Ioannes Olmucium ſe contulit in S. Franciſci ſodalitium, templum in ſanctorum omnium honorem condidit magnificeque ditauit: tum ſacras veſtes auro gemmiſque onuſtas non Vvaradienſi modo & Budenſi, verum alijs eccleſijs largitus eſt. Tantum vero Hungaris ac Bohemis ſui deſiderium inſigni hac abdicatione reliquiſſe addit Bonfinius, vt pientiſſimo quiſque parente ac patrono officioſiſſimo ſe orbatum reputaret.

Retardatus a pio conſilio per Matthiam Regem.

b Bonfin. dec. 4. l. 10

Quam vana ſint in aulis principum humana ſtudia.

Ditatis eccleſijs paupertatem Franciſcanam profeſſus

7 Aberat ab hoc præclaro religionis exemplo parochus eccleſiæ S. Albini Gallus Ioannes e Ferrieres nomine, qui conceſſam ab Innocentio ducendæ vxoris poteſtatem ſibi ſacerdotalibus ſacris initiato publice in eccleſijs promulgādam curauit, eaque calumnia ſedis Apoſtolicæ maieſtatem non leui infamiæ macula aſperſit. Quem ab archiepiſcopo Rothomagenſi comprimi iuſſit Innocentius a, vetuitque talia cum Eccleſiæ vniuerſæ offenſione diuulgari. Cenſoribus cum etiam fidei in Catalonia qui pro ſalute animarū excubabant, mandata dedit b, vt in hæreticum, qui quadrageſimali tempore carnibus veſci deprehenſus erat, neque inter diuina myſteria, dum oſtendebatur populo Euchariſtia, caput more catholicorum aperuerat, legum ſeueritatem adhiberent; & Luſitaniæ archiepiſcopos & epiſcopos erudiendo doctrina Chriſtiana populo, & ſacramentis imbuendo, tum exercendæ in ſacerdotum mores cenſuræ, luſtrandiſque diœceſeon eccleſijs in ijs locis, quæ ordinum equeſtrium ditioni eſſent obnoxia, operam ſtrenuam nauare iuſſit c, cum in ijs diuinus adeo cultus obſoleſceret, vt veteris gentilitatis prope caligine merſi earum partium Chriſtiani viderentur, equiteſq; S. Iacobi e Spatha priuilegijs nefarie abuterentur, ſpernerent epiſcoporum auctoritatem, & clericis ſuis licentiæ habenas effunderent.

Sacerdotis Normanni audax facinus.

a Lib. 3. lit commun. an. 1488. pag. 167.

b Ib. pag. 34.

c Ib. pag. 35.

8 Inflicta eſt equeſtribus ordinibus, quorum ſplendor in Hiſpanijs admodum obſoleuerat, cum opum amplitudine abuterentur, vehementior plaga, ſupremo eorum magiſtratu cum ampliſſimis vectigalibus a Pontifice in Reges tranſlato, qua de re hæc refert Ioannes Mariana d: *Garſia Padillia Calatranæ magiſtro*, & infra, *extincto multiſque vna ambientibus, Ferdinandus Rex, concedente Innocentio Pontifice, eum honorem, pareſque opes vtendas, fruendas, adminiſtrandas ſtabili poſſeſſione ſuſcepit: quod exemplum ad alios militum ordines manauit, effecitque vt aucta Regum potentia eorum militum auctoritas euaneſceret, cum præmia virtuti dari ſolita emeritæ militia viris, rebus conuerſis, aulæ affectis plurimum cedant. At tumultus in comitijs vigebant, regijque ærarij tenuitas erat ſupplenda recte: niſi omnia mala exempla ex bonis initijs deriuarent, verum hæc reipublicæ vulnera ſanare quis poſſit? in tanta aſſentatorum frequentia prætermittere ſatius arbitror, tametſi quis æquo animo ferat opes maiorum pietate conceſſas ad profligandos Chriſtiani nominis hoſtes, effundi nullo certe exiguo reipublicæ fructu quantum in terra mariſque parari potuit?* Excuſant plures hoc factum, nempe ingenti rerum mole preſſum Ferdinandum fuiſſe, aſſiduiſque ſumptibus bellicis in delenda Maurica impietate exhauſtum. Inſtauratum e vero hoc anno ab eo bellum in Bohardillem Regem, ac Veram, Murgim, Veles album rubrumque, tum alia oppida Chriſtiano adiunxiſſe imperio, necnon Almeriæ & Baſtæ agros vaſtaſſe, refert Mariana. Quæ victoriæ coram Innocentio in celeberrimis cœtibus ab oratore eccleſiaſti-

Equeſtrium militiarū ſummus magiſtratus tranſlatus ad Reges.

d Marian. l. 25. c. 13. Surit. l. 20 cap. 81.

Enata inde grauia incōmoda.

e Surit. l. 20 annal. c. 65. & 66. Marian. l. 25. c. 65.

Plures arces erepta Mauris.

co

Digitized by Google

co a celebratæ fuerunt. Ad hos ſuſtentandos exercitus abradebant a ſubditis decumas ampliſſimaque vectigalia Granatenſes Reges, quorum iura Ferdinandus Rex Caſtellæ ſibi aſciuit, vt in Mauros ſtipendia militi perſolueret, quę pontificia auctoritate ab Innocentio confirmata b fuerunt.

a Ext typis cuſa oratio.

b Lib. 71. bulla pag. 250.

9 Diſtinebat c Ferdinandum grauis cura, ne Baiazethes Turcarum Imperator formidãdum bellicum apparatum, quem in ſultanum Ægyptium inſtruere ferebatur, in Siciliam verteret, claſſemque propterea ornari omnibus neceſſarijs iuſſit. Nec vane conceptus metus; pars enim Turcicæ claſſis in Melitem inſulam exſcenſione facta prædas abegit, fauitque diuina bonitas nomini Chriſtiano, ne barbarus eam inſulam in ſuam redigeret poteſtatem, ex qua Siciliæ Italiæque ſeruitutis frænum iniecturus erat: quare cum diſceſſiſſent Turcæ, ad illius portum, admodum naualibus accommodum, arce valida communiendum opera collocata eſt. Porro huius anni appetente vere centum millia Turcarum in Ciliciam progreſſa impoſita mari apparatiſſima claſſe referunt ſcriptores d. Nec minores militum delectus habuerat Caitbeus ſultanus Memphiticus, atque ex Ciliciæ portis quinquaginta equitum millia effudit, occurrentemque ſibi Turcarum equitatum, qui ad quinquaginta millia etiam aſcendebat, inter Amanum montem & ſinum Iſſicum eodem loco, quo olim Alexander magnus cum Dario conflixerat, cruentam pugnam medio auguſto conſeruit, quæ totum diem pertinaciſſimis animis tenuit, adeo vt triginta vel eo amplius Turcarum equitum millia cæſa fuerint, reliqua fuga diſſipata; mamaluchorum autem ad octo millia deſiderata, inter quos ille, penes quẽ militare imperium erat, occubuit. Parta de eo exercitu victoria Ægyptius in reliquos ſigna conuertit, qui timore perterriti ſeſe fugæ mandarunt.

c Surit. c. 79. & Marian. cap. 13.

Melite inſula fruſtra tentata a Baiazethe.

Communita arce valida.

d Surit. ſup. cap. 79. Boſius p. 2. l. 14. hiſt. ver. Perſi l. 10. Sabel. enn. 10. l. 8. & alij.

Commiſſi inter Turcas & Ægyptios cruenta pugna.

Nec minus infeliciter ceſsit parti claſſis Turcicæ, quæ ad Syriæ oram euaſtandam vela fecerat, cum procellis enim ventiſque luctata ſcopulis alliſa fluctibuſque merſa eſt. Ita formidabilis ille Baiazethis apparatus perijt. De tãtis autem caſibus per exploratores edoctus Petrus Aubuſſonius Rhodiorum equitum magiſter exaratis quarta ſeptembris die literis ſignificauit Pontifici, vt Zizimi cauſa bellum inter Baiazethem & Caitbeum accenſum eſſet, miſsique Rhodum ab ambobus oratores fuiſſent adiectis ampliſsimis pollicitationibus, vt in ſuas partes eum pellicerent, in neutram tamen inclinare præ ſe tuliſſe, quo diſcordiæ inter barbaros augerentur. Paucis interiectis diebus Aomates baſſa claſſe Turcica Rhodium mare ſulcans Aubuſſonium varijs officiorum generibus eſt proſecutus, ac mox ſultanus Ægyptius eidem Rhodi principi ſignificauit, legatum ad Pontificem Romanum Regemque Neapolitanum ſe miſſurum, vt occidentales principes ad Zizimum Turcico reſtituendum imperio permoueret; de quibus Aubuſſonius Pontificem die nono ſeptembris fecit certiorem. Antea vero decima junij die miſſus a Matthia Pannoniæ Rege, qui cum Friderico Imperatore inducias pepigerat, orator ampliſsimis fretus mandatis, quibus Rhodiorum equitum magiſter cum eo non ſecus, quã cum Rege ipſo paciſci poterat, expetijt e, vt Zizimus Matthiæ ipſi traderetur cum exercitum in expeditionem aduerſus Baiazethem educere, atque in Europa adoriri pararet, dum illum in Aſia Ægyptius atterebat, ſpemque haud dubiam victoriæ affulſiſſe, cum plures Turcarum proceres Zizimi partium ſtudioſi varias coitiones cum Hungaris feciſſent. Adducta re in conſilium equeſtre, cenſebant nonnulli permittendum Zizimum Matthiæ Regi, qui Turcas ſine mora bello petere poſſet; at cum Pontifex ſumma vi annitercetur, vt ſibi traderetur, viſum eſt morem ipſi gerendum, cum præſertim ſperarent Rhodij pontificia auctoritate decretum in Baiazethem bellum maiori impetu apparatuque geſtum iri. Ita inſcius futurorum euentuum Rhodiorum equitum princeps Zizimum pontificiæ poteſtati permiſit, aſſentienteque Gallorum Rege proximo anno in Italiam duci iuſſit.

Baiazethis claſſis naufragium paſſa.

Sultanus Ægypti fœdere pollulat Imp. cõtra Baiazethem.

Matthias ſibi tradi Zizimum poſcit.

e Boſ. ſup. lib.

Zizimus Pontifici dedendũ decernitur.

10 Interea Innocentius a, vt Chriſtifideles ad ſacrum in fidei hoſtes bellum ſuſcipiendum accenderet, propoſitis publicis edictis Turcarum graſſationes aſſiduas expoſuit, vt iuncti Tartaris Poloniam continuis excurſionibus infeſtarent, vt Caſimirus Rex querebatur, necnon inſtructa claſſe maxima Siciliam, Melitam, Picenum, aliaque Italiæ loca diriperent, pluresque fideles in ſeruitutem abducerent. Indixit propterea religioſam militiam Pontifex, atque ad alliciendos Anglos, Hibernoſque, vt in communem ſalutem ſubſidiariam pecuniam conferrent, propoſita a ſe indulgentiarum præmia, ac datam deligendi ſacerdotis ad noxas ſacra exomologeſi expiandas facultatem ijs, qui quatuor aureos, treſue, vel duos, aut vnum, vel leuiorem ſtipem a quæſtoribus apoſtolicis deſignandam pro bellico in Turcas ſumptu erogarent promulgauit.

a Lib. bull. 40. pag. 308.

Propoſitæ cruceſignatis indulgentiæ.

11 Data præterea eſt prouincia Angelo Hortano epiſcopo & internuntio apoſtolico, vt Bohemos, Hungaros, Polonos, Germanoſque ad ſacrum in Turcas gerendum bellum concitaret, vt ex hoc diplomate patebit b.

b Lib. bull. 37. pag. 232.

Venerabili fratri Angelo epiſcopo Hortano ad nonnulla Germaniæ, Hungariæ, Poloniæ & Bohemiæ ac alias illis adiacentes partes atque regna noſtro & ſedis Apoſtolicæ cum plena poteſtate legati de latere nuntio & oratori ſalutem, &c.

Cum licut, proh dolor! oculi cunctorum Chriſtifidelium poſſunt luce clarius intueri, immaniſſimus Turcorum princeps, qui aduerſus dominicam crucem, in qua ſaluati & redempti ſumus, ſathanæ vexillum reprobo auſu & vaſta temeritate erexerit, effundendi Chriſtiani ſanguinis ardore nimio æſtuans, quampluriına & innumerabilia fidelium millia cruentiſſima ſtrage afflixerit, & maximam etiam partem in prædam & miſerabilem turpemque ſeruitutem redegerit, nefandoque ſuo ſubiugarit imperio, ac omnem ſexum, nulla vſus humanitate, qui omni fera crudelior eſt, ſæuiſſime oppreſſerit, ac ſuos ferales auſus continuans in dictarum partium regnis & dominijs, necnon proximis & finitimis locis atrociſsimas incurſiones peregerit, ex quibus & multis alijs victorijs, Chriſtianis in domibus torpentibus, obtentis in tanta ſuperbiæ & arrogantiæ flamma elatus eſt, vt terra marique reliquas fidelium regiones inuadere, debellare, ſibique, ſi poſſet, quod reliquum Chriſtiani nominis exiſtit, nefando ſuo ſubiugare anhelet imperio in maximam diuinæ maieſtatis offenſam, noſtramque & catholicorum Regum & principum, aliorumque fidelium ignominiam, dedecus, & iacturam, & (quod moleſtiſſimum nobis eſt, nec aliter quam cum animi dolore referre poſſumus, tam occaſione dominiorum & terrarum, quæ Reges, duces, & principes in illis

Turcarũ in Chriſtianos horrenda graſſatio

Digitized by Google

illis partibus exiſtentes mutuo armis alter ab altero occupaſſe dicuntur, quarum occaſione, ni celeriter occuratur, grauiſsima bellorum incendia exoriri formidantur, nec facile ſpes inſtaurandi exercitus illis in oris pro reprimendis ipſorum nefandorum Turchorum copijs polliceri poteſt, niſi prius diſcordiæ ac guerrarum turbines inter eoſdem Reges, duces, & principes vigentes pacatæ & ſedatæ, ipſique ad pacis & quietis dulcedinem reducti fuerint, nos qui etiam reuoluimus animo, non ſine ampliori cordis mœrore, quot patriarchales, metropolitanæ, cathedrales, aliæque inſignes eccleſiæ pene innumeræ, ac vtriuſque ſexus regularium perſonarum monaſteria, cœnobia, & pia loca profanata ac deformi ruinæ ſubiecta illorum ornamenta, cruces, & calices aliaque diuinis deputata miniſterijs conflata & deſtructa, & (quod lamentabilius eſt) ſanctorum venerandæ reliquiæ conculcatæ, & innumeri ſexus vtriuſque fideles ad damnatam Mahometicam ſectam ſub dura ſeruitute recipiendam fuiſſe compulſos, & niſi per catholicos principes tantæ temeritati tantoque furori celeriter occurratur, maiora ſemper detrimenta videntur veriſimiliter propediem futura, cum ad huiuſmodi neceſsitates explicandum, Regeſque, principes, poteſtates, communitates, & dominia hortandum, requirendum, & monendum, vt ſemotis quibuſuis diſsidijs huic ſancto operi vacent, ac ſe ad reprimendum ipſius perfidæ Turchorum gentis elatos conatus accingant, perſonaliter progredi non valeamus, te quem experientia in magnis experti ſumus, & quem probitate, fidelitate, ſcientia, necnon grauitate & conſilij maturitate, alijſque plurimis virtutum donis inuenimus inſignitum, pro laude omnipotentis Dei & ſedis Apoſtolicæ, ac noſtro honore, necnon communis Chriſtiani populi ſalute ad huiuſmodi præſentes neceſsitates, & quas & maiores in foribus prope futuras, niſi protinus obuietur, cernimus, ad præfatas, illarumque Reges, duces, & principes, ac adhærentes, eorumque regna & dominia tanquam pacis angelum & concordiæ cum plena poteſtate legati de latere nuntium & oratorem tranſmittimus, &c. [Inſtruit illum ampliſſima auctoritate, vt Regum ac principum diſsidia componat, impetretue inter eos inducias, ac fœdere in communem hoſtem coniungat.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXVIII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* IV.

Innumeræ Eccleſiæ ab iis vaſtatæ.

De coniungẽdis principibus actũ.

Miſſus ea de cauſa legatus.

12 Concitare aduerſus Turcas annitebatur Vſumcaſſanum Perſidis Regem Ioſephus Barbarus a Venetorum orator, qui in Perſica aula agebat: at ille, cum aduerſus Othomanum irurum ſe promulgaſſet, ac triginta millia equitum ſub ſignis coegiſſet, non in Turcas, ſed in Georgianos Chriſti cultores impetus conuertit, prouinciamque late ferro flammaque peruagatus, retenta Zitili vrbe, ac reliqua reſtituta prouincia, imperataque auri penſione cum Pancratio Gurguraque Regibus Chriſtianis pacem redintegrauit. Deturbatus vero conficiendæ ab Vſumcaſſano in Turcas expeditionis ſpe Venetus orator redire in Italiam decreuit; in quo ipſo itineris procinctu Vſumcaſſani obitus, crudeliſsimaque inter filios diſsidia contigere.

Tentatus Vſumcaſſanus a Venetis vt arma in Turcas vertat.

a *Barbar. in Itiner.*

Vſumcaſſani in Georgianos expeditio.

13 *Neceſſum*, inquit, *fuit Tauris reuerti, id quod anno* MCCCCLXXXVIII. *accidit. Eo cum perueniſſem Aſſambeium, habentem male ægrotantemque lethaliter reperi: is nocte epiphaniæ feſtum ſequente obijt. Quatuor cum poſt ſe reliquiſſet, vnum e ſecunda, tres vero e prima coniuge filios, eo ipſa adhuc nocte tres vterini fratres quartum non vterinum ſtrangulari curarunt iuuenem viginti & duos annos natum, utque ita inter ſe tres ipſi in partes hereditatem paternam diuiſerunt. Dein frater medius occidi maiorem quoque iuſſit, ipſe cum peius in poſſeſſionem ſeſe bonorum ipſius intruſiſſet, quam eandem ad præſens vſque tempus retinet.*

Relictis quatuor filijs obit.

Horum pars aliã necat.

14 Interiectis pluribus de exantlatis in reditu laboribus, hæc de Mahometanorum in conſectanda vmbratica ſanctimonia deliramentis affert a: *Facturus opera precium videor, ſi enumeratis iam omnibus ad iter pertinentibus rebus, quædam etiam de ſuperſtitionibus quarumdam gentium, tum de religionis ſimulatione, tum de mala, cui iuncti perpetuo in locis illis ſunt, Chriſtianorum ſocietate commemorem. Igitur cum in itinere Sammachum verſus eſſem ad hoſpitale quoddam diuerti, in quo ſepultura ſub camera quadam lapidea erat, & hanc penes vir quidam barba & capillis longis nudus, excepto quod parum tum pelle quadam ante & poſt tergum coopertus erat, in terra ſedebat. Salutaui eum, quidque boni faceret rogaui: reſpondit mihi ſe patrem ſuum cuſtodire. Tum ego: Quis, inquio, pater eſt tuus? at ille: Pater ait meus eſt qui proximo vult bene ſuo, qualis olim re vera fuit is, qui hoc conditus monimento eſt; atque vlterius dixit: Ego per triginta annos integros ſocium habui illum coniunctiſſimum, volo autem vt viuum olim aſſiduo, ſic defunctum etiam ſequi, adeo vt cum vita quoque defungar in hoc ipſo loco ſepeliar, ſatis profecto mundum hunc intuitus ſum, iam mecum ipſe ad mortem ſic vſque perſeuerare conſtitui.*

a *Ioſ. Barb Itiner. in Perſ.*

Stulta ſuperſtitio in ſepulchris obſeruandis.

15 *Aliud quoddam Tauris in die memorationum mortis vidi. In cœmiterio quodam ſedebat vnus apud monumentum quoddam, cuius volucres complures ori inſidebant, atque inter has præcipue corui cornicesque erant, & cum cadauer eſſe mortuum putarem, rogaui vnum ex his, qui mecum ibi aderant, quid hoc eſſet, reſpondebat hominem ſanctum viuum eſſe, cui in vniuerſa hac prouincia ſimilis reperiri non poſſit. Et vltra: Vides, inquiunt, haſce aues de aliqua paſtum eo aduolant, & cum ex illis aliqua n compellat, continuo adeſt, ſanctus enim eſt. Et ſubiunxi: Vltra propius accedamus, vt videre melius poſſimus. Acceſſimus autem propius ad vnius fere ictum lapidis, & vidimus patellas aliquot ciborum apud eundem poſitas, aues autem ſupra vultum eius ad capiendam eſcam volabant, ille vero manu arcebat aliquas, interdum aliquibus cibi aliquid porrigebat. Atque de his rebus omnibus plurima mihi miraculoſa iuxta intellectum ſuum fingebant, quæ profecto omnia illi, qui parum tantum ſanioris iudicij intellectuſue ſit, non niſi ſtulta nugatoriaque eſſe videantur.*

Simulata ſanctitas in paſcendis auibus.

16 Additis nonnullis de ritibus, quibus mortuorum proſequuntur inferias, inſignis impoſtoris, qui malis artibus ſanctitatis nomen compararat, quique diuina vi ſine vllo cibo ſe ſuſtentari fingebat, ridiculam hanc enarrat hiſtoriam: *Mahumetanus quidam ſanctus erat, qui nudus beſtiarum inſtar incedebat aſſiduo, de rebus apud illos ad religionem pertinentibus prædicans, concionanſque, & hic cum magna vbique ſanctitatis in opinione eſſet, concurſuſque ad eundem creberrimi vulgi fierent, nondum tamen ea, in qua a populo habebatur exiſtimatione contentus, in mura ſemetipſum concluſurum, & quadraginta dies ibi abſque cibo & potu ſanum integrumque manſurum, dixit. Ergo facinus id tam audax cum aggrederetur, lateres adferri coctos ex iiſ-*

Quæſitũ per fallacem abſtinentiam ſanctitatis nomẽ

Digitized by Google

Illuſi populi.

demque cameram … undam extrui, & eidem ſe includi iuſſit: cumque poſt quadraginta dierum exitum ſanus integerque ex eadem egrederetur, omnes qui aderant mortales ſummam ob id in admirationem ſtuporemque adducti erant. Verum unus ex illis cautior, quam reliqui, eo ipſo in loco carnis aliquantulum ſubolfecerat, & cum ulterius quæreret fraudem una cum cibo detexit. Hæc res cum ad domini uſque aures pertigiſſet, Cadilaſcharo eundem tradidit, cuſtoditus etiam fuit diſcipulorum illius quidam, qui ſine quæſtione & tormentis confeſſus eſt, murum ſe ab una ad alteram uſque partem clauſiſſe, ac proinde immiſiſſe canalem, per eundemque nocturno tempore inſculum, victualiumqua alia infudiſſe, atque ſic reuelato cognitoque dolo ambo illi duo mori iuſſi ſunt.

Detecta fraus.

a Sabell. enn. 10. l. 5. Petr. Iuſt lib. Boſius p. 2. l. 14.

17 Hoc anno a Cyprum Veneto adiunctum imperio referunt, concedente Venetias Catharina Cornelia Regina, quam a Veneta republica in filiam cooptatam diximus. Hanc vero Cypriarum rerum conuerſionem peperit celebratiſſimus toto orbe ille Baizethis bellicus apparatus, quem orienti occidentique terrorem intuliſſe memorauimus: cum enim fœmina imbellis in tanto diſcrimine Cyprium ſceptrum, quo par erat, robore non defenſura crederetur contra potentiſsimum hoſtem, ſi in eam inſulam arma verteret, Veneti Georgium Cornelium eiuſdem fratrem ſubmiſere, qui ipſi ſuggereret, ut ex imminenti periculo in tutum locum ſeſe reciperet, Venetæque reipublicæ regnum, cuius adminiſtrationem poſt Iacobi Luſiniani Regis mortem etiam tum geſſerat, tuendum permitteret. Aſſenſit illa fraternis conſilijs, ac ſine ullo inſulanorum motu Cypro exceſsit: Franciſcus vero Priolus valida claſſe ad Turcas, quibus appellendi in Cyprum poteſtas negata fuerat, ſi vi quid molirentur, propulſandos inuectus, regni Cyprij habenas regendas accepit. Ut vero magnificentiſsime bucentauro pannis oſtro auroque intertextis inſtrato Cypria Regina excepta, adductaque Venetias fuerit, deſcribit Sabellicus b, additque eius fratrem publica equeſtri donatum dignitate, huiuſque filium adoleſcentem poſtea ab Alexandro VI. cardinalitia purpura ornatum. Præterea tradit idem auctor eodem anno Dorotheam Reginam Daniæ ſepulchrum dominicum luſtraturam Venetias acceſsiſſe, magniſque affectam honoribus: cuius meminit Burchardus c, aitque Romam xxv. aprilis ingreſſam ob orientalia bella ab Innocentio voti religione ſolutam.

Cyprus in Venetorum ditionem cedit.

Regina Cypria Venetias concedit.

b Sabel. ib.

Dorotheæ Reginæ Daniæ peregrinatio.

c Burchar. m. ſ. arch. Vat. in diarijs pag. 825. d Tom. 4. ſign. recen. n. 1901. pag. 93.

18 Cum porro inter Ioannem Daniæ Regem ac principes grauiora eſſent nata diſsidia Pontifex Simonem epiſcopum Reualienſem ad ea ſedanda auctoritate inſtruxit d.

Venerabili fratri Simoni epiſcopo Reualienſi, &c.

Cum nobis & Romanæ eccleſiæ tam pro fidei catholicæ, quam ordinis B. Mariæ Theotonicorum Ieroſolimitan. terrarumque, ac locorum, in quibus ordo ipſe viget, a Ruthenis & alijs ſchiſmaticis terris & locis prædictis finitimis defenſione & manutentione nonnulla ardua incumbant negotia, cum conſilio, præſidio, & fauore chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Daciæ Regis illuſtris, aliorumque fidelium regnorum & dominiorum ſuorum ac prælatorum & principum per regna & dominia prædicta Pruſſiam, Liuoniam, Lituaniam, Suetiam, Noruuegiam, ciuitates, oppidaque ſtagnalia & loca circumuicina conſiſtentia peragenda, expediatque omnia cum eiſdem Rege, prælatis, & principibus, quorum opera in ijs plurimum neceſſaria fore noſcuntur, pertractare; nos qui ante omnia Dei honorem, fidei catholicæ defenſionem & exaltationem, ac communem totius populi Chriſtiani ſalutem & quietem concernentia ſupremis deſideramus affectibus, cum per nos ipſos ad præmiſſa peragenda progredi non valeamus, Saluatoris exemplo per alium hoc implendum fore cenſentes, te pro laude omnipotentis Dei & ſedis Apoſtolicæ ac noſtro honore, nec non terrarum & locorum dicti ordinis ab ipſis ſchiſmaticis defenſione, ac communi Chriſtiani populi ſalute ad huiuſmodi neceſſitates declarandas ad præfatum Regem, prælatos, principes, ac regna, dominia, nec non Pruſſiam, Liuoniam, Lituaniam, Suetiam, Noruegiam, ciuitates, oppidaque ſtagnalia, & loca circumuicina huiuſmodi noſtrum & dictæ ſedis nuntium & oratorem cum plena poteſtate legati de latere deſtinamus. Tu igitur onus hoc pro Dei honore, & noſtra, ac ſedis prædictæ reuerentia prompta deuotione ſuſcipiens, iuxta exquiſitam tibi a Domino datam prudentiam rebus in diſcrimine poſitis prouidere, & opportune conſulere, ac facere & exequi non differas quæ neceſſaria fore & expedire cognoueris. Nos autem ut fructus, quos inde futuros expectamus, quanrocyus eueniant, tibi omnes & ſingulas differentias tam inter Reges & principes prælatos ac adhærentes hinc inde, quam quoſcumque alios, quacumque eccleſiaſtica vel mundana dignitate præfulgeant, ſubortas, & quæ forte ſuboriri poterunt audiendi, illaſque ſedandi & quietandi; nec non quoſuis pacis tractatus, & confœderationes inter eoſdem Regem & principes ac adhærentes ineundi, &, ſi opportunum tibi viſum fuerit, treuguas ad tempus vel tempora, de quo vel quibus inter ſe concordauerint, indicendi, ac huiuſmodi pacem, ſi ad illam tua accurrata ſollicitudine induci poterunt, vel treuguas ipſas, etiam cum cenſurarum aggrauatione obſeruari faciendi, & mandandi, & tam eoſdem quam omnes & ſingulos catholicos principes & populos, ut aduerſus eoſdem Ruthenos & ſchiſmaticos pro defenſione fidei, pro ſalute patriæ, ac propria & aliorum Chriſtianorum tuitione ſe ardenter opponant, eorumque conatus reprobos reprimere ſtudeant, exercendique omnia alia & ſingula circa neceſſaria quomodolibet opportuna, faciendi, ſtatuendi, & ordinandi plenam & liberam harum ſerie facultatem licentiam pariter & poteſtatem concedimus & elargimur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXVIII. XII. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* IV. Mandata etiam dedit Innocentius eidem epiſcopo Reualienſi a, ut Caſimirum Poloniæ Regem & cruciferos Pruſſiæ equites inter ſe conciliaret, ac fœdere ad Moſcouitarum propulſandos impetus coniungeret.

Septentrionalis eccleſiarum gerit curā Innocentius.

Reualien. epiſcop. in ijs creatur legatus.

a Ib. pag. 91.

19 Iniecti ſunt b hoc anno ditioni eccleſiaſticæ varij tumultus, ac ſeptima quidem aprilis die Riarius Hieronymus comes Forliuij princeps, de quo ſæpius ante meminimus, cum improbe imperaret, domeſtica coniuratione oppreſſus eſt, cuius excuſſo iugo Forumliuium ſe in libertatem aſſerere, redireque ad pontificium dominatum, implorata Innocentij ope, ſtuduit: ſed Catharina cæſi coniux Galeatij Vicecomitis filia, cum arcem, ſi eam adire permitteretur, dedituram pollicita eſſet, ipſam ingreſſa urbem adeo acri bello vexauit, ut Mediolanenſibus fulta auxilijs & liberos & principatum recuperarit, deque pontificijs

b Inſiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſig. n. 161. & Sabell. enn. 10. l. 8.

Hieron. Riarius ob tyrannidem cæſus.

Catharina coniux principatum recuperat.

ficijs ducibus, qui Foroliuienſibus opem laturi procurrerant, ſupplicium ſumpſerit: quam iniuriam diſſimulatam ab Innocentio reſere Stephanus Iuſiſſura a, ne bello ſe cum Mediolanenſi duce implicaret. Pari calamitate æque Hieronymus inuolutus eſt Galeottus Malateſta Fauentiæ regulus; in cubiculo enim ſecunda iunij die obtruncatus eſt, moxque viduæ filiæ auxilium daturus prouolauit Ioannes Bentiuolus Bononienſium ferme princeps, magnumque diſcrimen adijſſet, ne a Fauentinis opprimeretur, niſi Laurentij Medicei ope liberatus fuiſſet.

a Inſiſſ. vbi ſup.

Galeottus Fauẽtin. regulus a ſuis obtruncatus.

20 Porro Bononiam ſibi ſubiecit Bentiuolus, qui partium aduerſarum ſtudioſos partim ferro partim exilio multauit b. In Reatino agro pontificij fines a Ferdinando Rege Neapolitano temere violati c: limes etiam Campaniæ tentatus a duce Calabriæ, Brachij Peruſio potiti fuere eiectis æmulis: cumque Innocentius Cardinalem Senenſem legatum de latere decreuiſſet, ea tantum lege ipſum admiſere, vt exules in patriam non reducerentur. Recrudeſcentibus etiam veteribus odijs inter Guelphos & Gibellinos editæ ſtrages, Tudertum, Fulginium, & plura Piceni loca a pontificio imperio deficere viſa ſunt. Accuſant nonnulli Innocentium mollioris animi, qui proceres in vrbibus nimium ſuperbe ſeſe efferre, & quemque in patriam ſuam tyrannidem affectare permiſerit. Vt vero depreſſus ſit eorum faſtus ab Innocentij ipſius ſucceſſoribus dicetur inferius.

Bononia a Bentiuolo occupata.
b Id ibid.
c Id ibid.
Braccij Peruſiũ inuadunt

Plura in Piceno loca deficiunt ab Innoc.

21 Addimus nunc illum ad tuendam eccleſiaſtici ordinis dignitatem, quam nonnulli clericali immunitate abuſi fœdabant ſceleribus, Pij II. ſanctionem aduerſum eos instauraſſe ſubiecto diplomate.

d Id ibid. Panuin. in Innoc. VIII.

Innocentius, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Licet ea, quæ pro alienatione improborum & pernicioſorum hominum eorumque exceſſibus puniendis catholicorum Regum inſtantium per Apoſtolicam ſedem ſtatuta & ordinata ſunt, plenam obtineant firmitatem, nos tamen illis interdum apoſtolici muniminis robur adijcimus, vt eo firmius illibata perſiſtant & obſeruentur, quo magis noſtro præſidio communita fuerint. Dudum ſi quidem a felicis recordationis Pio Papa II. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ ſequentis tenoris.

Pius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Romanum decet Pontificem prouidere, vt ij qui clericalem decorem ſuis flagitijs deturpare non metuunt, clericali priuilegio minime fruantur, ne quod in fauorem bonorum inductum eſt, improbis delinquendi licentiam ſubminiſtret, ipſiſque in protectionem in exceſſibus tribuatur. Sane pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Aragonum Regis illuſtris nuper coram nobis propoſitum fuit, quod licet ipſe zelo iuſtitiæ feruens improbos & pernicioſos homines, qui ſine publica & priuata iactura tolerari non poſſunt, de ſuis regnis eliminare, & eorum exceſſus punire, ac ſuper omnia iuſtitiam in eiſdem regnis vigere ſummo anhelet deſiderio, tamen quia nonnulli clerici, a quibus Dei timor & mundanus honor abſceſſit, de eccleſiaſticæ diſciplinæ clementia nimium confidentes varia enormia crimina quotidie perpetrant, qui licet clericali ſint charactere inſigniti, tamen re vera actibus & operibus laicalem vitam ducunt, & in ſuis delictis deprehenſi, ſe priuilegio clericali defendere, & iuſtitiam ſæcularem eludere conantur, vnde improborum ſcelera remanent impunita, clericorum ſtatus decoloratur, ac ipſius Regis iuſtum deſiderium ipſaque iuſtitia non mediocriter impeditur; quare pro parte dicti Regis aſſerentis, quod in partibus illis homines ad arma etiam leuibus ſumptis occaſionibus valde proni ſunt & propenſi, & propterea eorum audacia & exceſſus fræno iuſtitiæ arcenda & comprimenda exiſtant, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt pro eorundem regnorum & dominiorum ſuorum quiete ac ſtatu tranquillo ſuper his opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur conſiderantes quod clerici per decentiam habitus extrinſeci morum intrinſecam honeſtatem oſtendere debent, non indignum eſſe arbitrantes viam, quam ſibi huiuſmodi homines ad impune delinquendum per id priuilegium ſub ſpe eccleſiaſticæ clementiæ quæſiuerunt opportunis remedijs amputare, felicis recordationis Honorij III. & Clementis V. prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quod ſinguli clerici coniugati carnificum ſeu tabernariorum, & alia vilia officia perſonaliter exercentes, negotiationibus illicitis & vilibus officijs clericali propoſito minime congruentibus inſiſtentes, ac etiam alij, qui a meretricibus, quarum publice venalis eſt turpitudo, qui lenones ſeu ganei appellantur, deteſtabilem & nefarium quæſtum percipiunt, nec non taxillorum illicita conuenticula, ex quibus flagitia, periuria, & multa alia nefaria crimina oriuntur, ſic inuerecunde ſectantur, quod ex illo alearum & taxillorum damnato vſu victum aut lucra turpiter & inuerecunde conquirunt, ludentibuſque ipſis tabulas, taxillos, domos, hortos, aut alia loca in ciuitatibus, villis, vel caſtris, aut eorum ſuburbijs vel alibi in diuinæ maieſtatis offenſam commodant, locant, ſiue alias quouis modo concedunt: ſi tertio moniti ab huiuſmodi inſolentijs & enormitatibus infra conuenientem per locorum ordinarios eis ſtatuendum terminum non reſipuerint, ac vitam ſuam emendare diſtulerint, priuilegium clericale in criminalibus cauſis in perſonis eorum eo ipſo amittant, illudque eis, quoad declinandum ſeu euadendum iudicium ſæculare, in nullo penitus ſuffragetur, nec poſſint per curiam eccleſiaſticam defendi; quodque alij clerici coniugati, aut alias non beneficiati cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui habitum & tonſuram clericalem non deferunt, ſi tertio moniti habitum huiuſmodi, veſtes videlicet vſque ſub genu protenſas, ac raſuram pro latitudine ſeu forma plumbi, quo literæ apoſtolicæ plumbari conſueuerunt & præſentibus appenſum exiſtit, patentem in capite deferre noluerint, ſeu poſt monitionem prædictam deferre neglexerint, per iudicem ſæcularem capi, inquiri, diſtringi, & impune priuari valeant donec & quouſque eidem iudici ſæculari per curiam eccleſiaſticam, ne de clerico tali capto aut retento ſe intromittant, inhibitum fuerit, ſeu curia prædicta clericum ſic captum repetiuerit ab eodem: iudex tamen eccleſiaſticus, ſi clericum ſic captum aut conuictum poſt monitionem prædictam non ſolitum in habitu & tonſura præfatis incedere viderit, eundem captum repetere

Nonnulli clericali priuilegio abuſi.

Viles artes clericis prohibitæ.

Vetiti locare domos meretricib⁹

Habitum & tonſuram non deferentes clericali priuilegio ſpoliati.

Digitized by Google

aut iudici ſæculari præfato inhibere nullatenus teneatur, diſpoſitionem tamen & voluntatem noſtram huiuſmodi ad decretum ad clericos, qui beneficia eccleſiaſtica obtinent, volumus non extendi, ſed illorum crimina & exceſſus ordinarijs locorum ſecundum canonicas ſanctiones remitti volumus puniendos, non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac in prouincialibus & ſynodalibus concilijs editis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque, & inſuper eadem auctoritate ſtatuimus, quod huiuſmodi monitiones contra delinquentes huiuſmodi, in cathedralibus & metropolitanis per locorum ordinarios, vel eorum vicarios, in collegiatis vero & parochialibus, ſeu alijs inferioribus eccleſijs, per illarum prælatos, rectores, ſeu vicarios per edictum, vel alias verbaliter diebus feſtiuis, cum ad illos populi multitudo ad audiendum diuina conuenerit, fieri habeat, & quoad effectum prædictum dumtaxat nullius alterius ſpecialioris ſeu particularis monitionis adminiculum requiratur. Per hoc autem eidem priuilegio quoad alios, qui eccleſiaſtici fuerint, & ipſam militiam honeſte & efficaciter proſequentur, non intendimus in aliquo derogare. Nulli ergo, &c. *Dat. Macoreti Senenſis diœceſis anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXIII. *nonis maij pontificatus noſtri anno* II.

Inſtaurata ab Innoc. Pij conſtitutio.

22 Et deinde, ſicut exhibita nobis nuper pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Caſtellæ, Legionis, & Aragonum Regis illuſtris petitio continebat, ipſe pro maiori literarum prædictarum firmitudine & obſeruantia deſiderat illas per nos approbari & confirmari, quare pro parte dicti Ferdinandi Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum vt literas prædictas approbare, confirmare & innouare, aliaſque opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes quod literæ prædictæ tanquam ad malorum punitionem conceſſæ obſeruari debent, huiuſmodi ſupplicationibus Regis inclinati literas prædictas ac omnia & ſingula in eis contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus ac innouamus, illaſq; perpetuo obſeruari debere decernimus, & nihilominus venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopo Toletano & Palentino ac Aſtoricēſi epiſcopis, vel eorum officialibus per hæc apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios prædeceſſoris huiuſmodi & præſentes literas vbi quando & quoties pro parte dicti Ferdinandi et pro tempore exiſtentis Caſtellæ & Legionis & Aragoniæ Regis fuerint requiſiti, publicantes illas ac omnia & ſingula in eiſdem contenta inuiolabiliter obſeruari faciant. Contradictores Indicere bellum non minus vitijs quam hoſtibus niſi fuerunt Ferdinandus Rex & Eliſabetha Regina, ac magno ſtudij ardore, clero priſtinum decus reſtituere, in monaſtico ordine ſanctitatis illibatum florem tueri, hæreticos excindere, & Dei gloriam latius proferre contenderunt: de quorum laudibus creberrima mentio ſequentibus annis recurret, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXVIII. V. *id. nouembris pontificatus noſtri anno* V.

IESV CHRISTI

Annus 1489.

INNOCENTII PP. VIII. annus 5. FRIDERICI III. IMP. annus 50.

1 INeunte anno a virgineo partu octogeſimo nono ſupra milleſimum quadringenteſimum indictione ſeptima fractus in Aſia a Mamalucis Baiazethes, metuens ne ſibi Zizimi fratris cauſa bellum inferretur, oratorem legauit ad Carolum Francorum Regem, vt eundem imperij æmulum Zizimum in Gallijs a Rhodijs equitibus cuſtoditum retineret, cuius beneficij eblandiendi gratia pollicitus eſt omnes ſacras reliquias a Mahomete II. parente ſuo Conſtantinopoli, inque alijs Europæ & Aſiæ vrbibus repertas ſe daturum: nauaturum præterea operam, vt ex Ægyptiorum manibus terram ſanctam vindicaret, ipſamque ei ipſi traditurum: poſtremo ingentem pecuniæ vim pro alendo fratre quotannis ſuppeditaturum. Extant de huiuſmodi poſtulatis Gallo Regi a Turca propoſitis publica monumenta a: quibus conſentanea Guillelmus Ialinius, qui Petro Borbonij duci a ſecretis erat, memoriæ poſteritatique prodidit b. At ſero Turcicus orator hæc mandata tulit, iam enim Carolus Rex aſſiduis Innocentij VIII. qui Baiazethis bello adoriundi, Græciæque Chriſtiano reſtituendæ imperio agitabat conſilia, precibus victus Zizimum, quem nunquam regio conſpectu dignatus fuerat, apoſtolicis internuntijs perducendum Romam commiſerat.

Quæ a Baiazethe promiſſa Gallo Regi vt Zizimum retineret.

a Apud Gaguin in Inn VIII b Ialin in hiſt. Card VIII.

Allata ſero hæc promiſſa. Zizimus Romam perduct'

2 Exceptum vero magna pompa Romæ obuiam prodeuntibus pontificis & Cardinalium familijs, referunt ſcriptores c: ex quibus Stephanus Infiſſura de Caitbei Ægyptiorum Babyloniorumque ſultani oratore, qui ad commouendos in Baiazethem Chriſtianos Reges, belliaque cum Pontifice conferenda in communem hoſtem conſilia acceſſerat, hæc obſeruat: *Venit, inquit, et obuiam ambaſciator magni ſoldani Babylonie, qui propter iſtam cauſam huc venerat, vt fertur, & cum vidiſſet eum ſtatim proiecit ſe de equo ſuo, & procidit in terram, & oſculatus eſt terram, ter ambulando verſus eum: & cum appropinquaſſet ei oſculatus eſt pedem equi ſui, & ipſum ſalutauit cum magna reuerentia, & deinde aſſociauit eum vſque ad dictum palatium.* Addit auctor die proximo Zizimum in conſpectum Pontificis in ſolio conſidentis, quem purpuratorum patrum corona cingebat, adductum, quantumuis edoctus eſſet de ritu Chriſtianorum Regum, qui ter genu flectere, Pontificiſque pedem deoſculari ſolerent, quidquam contra Turcarum imperatorum morem faciumque agere abnuit d, ac modice inclinato capite pontificiam dexterā ac humerum porrecto amplexu deoſculatus eſt; quæ, præter alios, Burchardus, qui tum ſacris ritibus præerat accuratiſſime ita deſcribit e, prætermiſſis a nobis ijs, quæ viſa ſunt ſuperuacanea.

c Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111 Volat. in vit. Inn VIII. Bo. fius p. 2. l. 14. Italiæ

Quo ritu orator ſultani Babylonij eum ſalutarit.

Zizimus in pontificium cōſpectum admiſſus.

d Infiſſ. vbi ſup. Volat. in vita Inn VIII e Burchar. m. ſ. arch. Vat. pag. 885.

3 *Feria ſexta* XIII. *martij Gran ſultan frater Turci intrauit vrbem eques. Caput ſuum more ſuo magno velo albo tectum h bens nemini diſcooperiebat, ſed tantum parum inclinabat. Equitauit inter Franciſcum Cibo Papæ, a dextris, & priorem Aluerniæ nepotem magiſtri noui Cardinalis a ſiniſtris. Prædictus prior Aluerniæ aſſerens ſe oratorem Regis Francorum & curam dicti Turci ſibi commiſſam eſſe ſenatori & alijs oratoribus locum dare noluit.*

Digitized by Google

luit, & paulo inferius: *Venit per conſiſtorium coram Pontifice, & licet diceretur, ipſum Turcum reuerentiam Pontifici facturum Turcorum more, terram manu tangendo, deinde manum deoſculando, tamen illud facere recuſauit: ſed in introitu conſiſtorij, vbi genuflecti ſolet, genuflectere noluit, immo vix & valde parum caput coopertum Pontifici inclinauit, adeo quod difficulter huiuſmodi inclinatio cognoſci potuit, ſeu videri. Aſcendit ad Pontificem, quem ſtans erectus amplexus eſt, & ſuper brachium dextrum parum deoſculatus, caput ſuum ſemper tenens coopertum: qui ſtans coram Pontifice illi explicari fecit per ſuum interpretem ſe gaudere ſe præſentiam Pontificis attigiſſe, ipſumque rogare quod facti memor eſſe velit, & eum habere commendatum, & cum tempus dabitur & locus in ſecreto alia explicaturum. Reſpondit Pontifex iamdiu actum fuiſſe, quod nobilitas ſua pro ſuo ſtatu & bono Romam duceretur, & quod ſua nobilitas in nullo dubitare debeat, ſed læte viuere, quia omnia in bonum finem ſunt ordinata: pro quibus Turcus ita ſe confidere aſſerens, ſanctitati ſuæ gratias agit. Tunc receſſit a Pontifice Turcus, & omnes Cardinales in ſuis locis ſtantes eſt amplexus, & ſuper ſuo circa ſpatulam dexteram ſingulos oſculatus*

Quæ honoris ſigna ab eo exhibita.

Singulos Cardinales amplectitur.

4 *Interim alij Turci prædicti familiares coram Pontifice venerunt, & ſinguli vnus videlicet poſt alium, genuflectentes terram manu dextera tangentes deinde Pontificis pedes cum pluuiali & veſtibus amplexantes, genuflexi ſunt oſculati, & Turcum patronum ſuum ſecuti, qui amplexatis omnibus Cardinalibus, demptis illis duobus, qui apud Pontificem in aſſiſtentia permanſerunt, abſque eo quod aliter ſe firmaret, aut aliter Pontifici reuerentiam faceret, rediit ad cameras ſuas.* Perductum etiam in Cardinalium ſenatum ſultani Ægyptij oratorem refert Infiſſura, cumque Chriſtianorum ritum in ſalutando Pontifice non curaſſe, ac pronum Innocentij genu non pedem deoſculatum. Vrgere ille Pontificem annitebatur, vt bellum in Baiazethem indiceret: miſſuſque a eſt ab Innocentio ad Cairbeum ſultanum Philippus Canouius apoſtolicus internuntius, ſed inteſtinæ noſtrorum diſcordiæ ſalubria de redintegranda veteris Chriſtiani imperij amplitudine conſilia diſcuſſerunt.

Vrget Pontificem ægiptius orator vt bellum decernat in Baiazethem.

a Boſius hiſt. eq. Hieroſ. p. 2. lib. 14

5 Creuere in dies hæc mala, nam Ferdinandus Rex Neapolitanus pacta ſuperiori fœdere côuenta violarat, atque Innocentij, qui illum mollioribus verbis ad officium reuocare annitebatur, patientia abutebatur, proceresque eccleſiaſticas partes ſecutos partim obtruncarat ferro, partim carceris ſquallore macerabat. Poſtularat b autem ab Innocentio Ferdinandus Hiſpaniarum & vlterioris Siciliæ Rex, vt vadis partes vti ſpoponderat impleret, ad conciliandam pacem miſit oratores ſuos, de quibus ita meminit Buchardus c: *Feria v. nona menſis aprilis*, & infra, *intrarunt vrbem duo laici oratores ſereniſſimi Regis Hiſpaniæ, vnus miles & alius doctor, ad Regem Neapolitanum ad inſtantiam Papæ, vt dicebatur, pro concordia tractanda & nobilibus ducentis liberandis miſſis.*

Grauis inter Pôt. & Regê Neap. diſcordia.

b Surius l. 20 ann. cap. 82.

c Burchar. m. ſ. arch. Vat. pag. 900.

Miſſi ab Hiſpano oratores pro concordia.

Obdurauit in pertinacia Neapolitanus, atque apud Hiſpaniarum Regem culpam retorquere in Pontificem miſſo oratore annifus eſt, plura de Franciſchetto notho illius filio queſtus d, quaſi ad eundem honoribus opibuſque cumulandum bellorum cauſæ quærerentur, & quidem ex nothorum multitudine carpendi Innocentij occaſionem arripuiſſe ipſius aduerſarios narrat Raphael Volaterranus a,

d Surius annal. l. 20. cap. 82.

6 Porro cum perduellis princeps vectigal Romanæ eccleſiæ penderе detrectaret, Pontifex die Apoſtolorum Petri & Pauli ſacro anathematis ſententiam illi intentauit, ni vertente bimeſtri cenſum perſoluiſſet, cumque gerenda res armis videretur, Nicolaum Pitiliani comitem eccleſiaſtico exercitui præfecit ſolemni ritu, vt narrat Infiſſura b: *In feſto*, inquit, *S. Petri & Pauli Papa celebrauit ſolemniter miſſam, vt conueniens eſt, deinde publicauit capitaneum vniuerſalem eccleſiæ dominum Nicolaum comitem Pitiliani de gente Vrſina, cui cum magno triumpho dedit ſceptrum & vexillum Eccleſiæ: in quo actu interuenerunt omnes Cardinales & prælati, & multi domini & barones vndique vocati: fertur tamen in eadem ceremonia fuiſſe excommunicatum Regem Ferdinandum ob cenſum non ſolutum, cum termino tamen duorum menſium ad ſoluendum & ſe reconciliandum.*

a Raph. Volat. l. 22.

Decretũ in Neap. bellum ob non ſolutum cenſum.

b Infiſſ. vbi ſup.

7 Exarſit ob id indignatione Ferdinandus adeo, vt minas de eccleſiaſtica ditione inuadenda iactarit, immo etiam illius orator nefariam ad concilium prouocationem edere non perhorruit, quod Innocentius menſe ſeptembri vectigalia eccleſiæ non ſoluentes anathemate perculiſſet, vt refert his verbis idẽ Infiſſura: *Quia die lunæ proxime præterita Dominus noſter Innocentius in conſiſtorio excommunicauit omnes & ſingulos cenſuarios eccleſiæ, qui non ſoluerunt debitum cenſum: quod creditur totum factum fuiſſe pro Rege Ferdinando, qui non ſoluit, licet ſpecialiter non fuerit ibi nominatus ambaſciator dicti Regis coram omnibus quoad intereſſe dicti Regis appellauit ad futurum concilium, & petiit dari ſibi inducias, quibus ipſe oſtendere intendebat dictum cenſum non debere ſolui per dictum Regem.* Intentatum anathema eiuſmodi diffugia contra Pontificum ſententias captantibus a Pio II. in conuentu Mantuano oſtenſum eſt ſuo loco.

Non pendentes cenſum eccleſiæ debiti anathemate.

Prouocatio ad cõcilium edita a Neapol. oratore.

8 Tanta vero Ferdinandi proteruia laceſſitus Innocentius promulgauit apoſtolico decreto Ferdinandum Neapolitani regni iure excidiſſe, illudque ad Romanam eccleſiam deuolutum: *Eodem menſe*, Stephanus Infiſſura inquit c, *in conſiſtorio publico ſanctiſſimus dominus noſter, vt fertur, declarauit regnum Siciliæ citra & infra pharum ad Eccleſiam pertinere, ipſumque eſſe deuolutum ad eam propter canonem non ſolutum, publicauitque bullam, in qua dictum Regem Ferdinandum priuatum dicto regno faciebat, in qua etiam proteſtabatur, quod, ſi quando contigerit ipſum nominare Regem Neapolitanum, non propterea ex tituli nominatione intendebat ipſum confirmare in dicto regno.*

c Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſig. n. 111

Promulgatum regni Neapol. iura ad eccleſiam deuoluta.

9 Expediebat arma Ferdinandus aduerſus pontificia edicta, iamque Virginio Vrſino, a quo domeſtico bello Innocentium iam ante vexatum vidimus, militare in regio exercitu imperium contulerat d. Itaque ad frangendum bello, quem legibus flectere non poterat, Pontifex egit de euocando Carolo VIII. Francorum Rege, qui Neapolitani regni iura hereditaria Renati ſenioris Neapolitani Regis teſtamento ad ſe pertinere contendebat: cumque is bello cum Maximiliano Romanorum Rege implicitus eſſet, internuntiorum opera pacem inter eos redintegrare ſtuduit; de qua concilianda cum literas accepiſſet, ingenti lætitia delibutum fuiſſe, idque principum oratoribus ſignificaſſe refert Vialardus e, pactas autem inter vtrumque Regem inducias eſſe Siluanecti, iterumque ijs abruptis ad arma ventum narrat Philippus Cominæus f. Obſtabat

d Id ibid.

Virgini⁹ Vrſinus immiſſus in Pont.

e Vialard. in vit. Innoc. VIII

f Comin. l. 7. c. 3. B. uſiu dec. 4. l. 8. & alij.

bat autem Francorum Regis conſilijs atque amplitudini Hiſpaniarum Rex, quem Neapolitanum prope præcipitantem ſuſtinuiſſe memorat Surita a: vtque Gallicas vires eliderer, cum Henrico Anglorum ac Maximiliano Romanorum Regibus, nec non Britanniæ duce amicitias iunxit b. Vt vero, redintegrata demum inter Carolum VIII. & Maximilianum concordia, Carolus Neapolitanum regnum, Innocentio Ferdinandoque iam vita functis, occuparit, Alfonſumque male de eccleſia meritum pepulerit, ſuo loco dicetur. Nunc ad Ferdinandum, de quo paulo ante memoraui, Hiſpaniarum Regem cruceſignatas in Granatenſes Mauros ducentem acies ſermonem conuertamus.

a Surit. l.20.c.8.

b Cap.20.

10 Gerebatur a Ferdinando hoc ſacrum bellum auctore atque hortatore Romano Pontifice, nam Sixtus IV. pro vindicanda a Mahumeticæ ſuperſtitionis ſordibus Hiſpania ſacram expeditionem indixerat propoſitis fidelibus ampliſſimis diuinis muneribus, ac prærogatiuis Regibus Caſtellæ, qui ob ſuſceptum pium bellum confectumque apoſtolico imperio immortalem gloriam ſibi peperere: extantque exarata hoc anno ab Innocentio noua diplomata c, quibus Sixti priuilegia confirmata ſunt, collataque ſubſidia Ferdinando, vt Mauros victricibus armis expugnaret.

c Lib. bull. 46. pag. 39

Ad futuram rei memoriam.

Dudum chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Rex, & chariſſima in Chriſto filia noſtra Elizabeth Regina Caſtellæ & Legionis ac Aragonum illuſtres tempore felicis recordationis Sixti Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, ipſo Sixto prædeceſſore etiam ſuadente, regnum Granatæ, quod perfidi Saraceni in totum tunc occupabant, expugnare cœpiſſent, idem Sixtus prædeceſſor attendens quod ad tantam rei molem perferendam prædictorum Regis & Reginæ facultates non ſuppetebant, ſed expediebat tamen ab Hiſpania, quæ potentiſſima, fortiſſima, & deuotiſſima erat, quam ab aliarum nationum fidelibus propugnatores, & bellatores, aliaque auxilia exquirere, vt Rex & Regina præfati, Deo fauente, eorum pium & laudabile propoſitum huiuſmodi ad effectum perducere poſſent, plenarias & iubilei indulgentias ac peccatorum remiſſiones, facultates, conceſſiones, gratias, & indulta vniuerſis Chriſtifidelibus vtriuſque ſexus contra Saracenos dicti regni Granatæ in auxilium Regis & Reginæ prædictorum, & tam ſanctæ expeditionis perſonaliter militantibus, ſeu alias militantes ſuis expenſis mittentibus, ac ipſis miſſis, nec non omnibus & ſingulis medicis, aromatarijs, cerdonibus, fuſoribus ferri & ligni fabris, carpentarijs, machinarum directoribus, & cuiuslibet artificij in eiſdem caſtris artificibus, apothecarijs, & mercatoribus, medicinas, victualia, & alia adminiſtrantibus, & vt adminiſtrarentur auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantibus, eorundemque bellatorum obſequijs in caſtris huiuſmodi vel extra illa quomodolibet, vt illi liberius pugnare valerent, inſiſtentibus, prædicatoribus quoque verbi Dei, præmiſſa publicantibus, & populo prædicantibus, ac miſſas & alia diuina officia in eadem expeditione exiſtentium præſentia celebrantibus, & eorum confeſſiones audientibus, & alijs cuiuſcumque artis ſeu induſtriæ vel exercitij inibi per certum tempus exiſtentibus; ac etiam mulieribus infirmis & vulneratis tam in dicto bello, exiſtentibus quam etiam ſeruientibus, & omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus, qui ſummam pecuniarum taxandam pro dicta ſancta expeditione & in pecunia, ſeu rebus alijs perſoluentibus, ac alias dictæ expeditioni auxilium præſtantibus, & nonnullis alijs perſonis ſub certis modis & formis tunc expreſſis; nec non executoribus ipſarum literarum in certis caſibus ſimiliter tunc expreſſis diſpenſandi, abſoluendi, habilitandi, & alia gerendi, faciendi, exercendi, & exequendi facultatem conceſſit, & demum nos poſtquam, diuina fauente clementia, ad ſummi apoſtolatus apicem fuimus aſſumpti, non minus cupidi & ſtudioſi expeditionem ipſam per eoſdem Regem & Reginam ad optatum finem deduci poſſe, volentes quod omnino pro tam communi & pernceſſario bono omnes ad id, prout tenebamur & tenemur, fauores præſtare opportunos, omnes & ſingulas indulgentias, facultates, & gratias prædictas per diuerſas noſtras literas ſucceſſiue approbauimus, confirmauimus, illiuſque & nonnullas alias ad certa tunc expreſſa tempora, & ſub certis modis & formis ſimiliter tunc expreſſis de nouo conceſſimus, & extendimus & ampliauimus; & demum ſingulas literas prædictas & indulgentias, ac peccatorum remiſſiones, facultates, & gratias in eis conceſſas, ac omnia alia & ſingula in eis contenta ad inclitum regnum Nauarræ, & ad alia dominia chariſſimo in Chriſto filio noſtro eiuſdem regni Nauarræ, Regi illuſtri, non tamen pro tempore exiſtentia Regi Franciæ ſubiecta, vniuerſos & ſingulos Chriſtifideles eccleſiaſticos & ſeculares vtriuſque ſexus tam in dicto regno Nauarræ pro tempore degentes, quam ad illud & alia regna & dominia dictorum Regis & Reginæ Caſtellæ & Legionis pro conſequendis huiuſmodi indulgentijs & gratijs confluentes, ſeu bellatores huiuſmodi mittentes, etiam extendimus: *Et infra.*

Vt indictum ſit hortatore Sixto Granatēſibus bellum.

Propoſitæ ſint indulgētiæ operam in caſtris nauātibus.

Indulgentiarum beneficiū ad Nauarraos exporrectū

11 Cum autem, ſicut euidentia rei iam demonſtrat, & toto pene orbi notiſſimum eſt, Rex & Regina præfati continue omni conatu pro innata eorum erga Chriſtianam religionem deuotione expeditionem huiuſmodi forti & conſtanti animo proſequantur, iamque plurima caſtra, ciuitates, terras, arces, atque loca etiam munitiſſima dicti regni Granatæ, non ſine etiam magna Chriſtianorum ſanguinis effuſione, ab eorum tyrannide recuperauerint, & ſuæ ditioni ſubiecerint, ac quamplurimos Chriſtifideles, qui longo tempore in diriſſima ſeruitute ab ipſius regni Granatæ Saracenis detenti fuerant, ab huiuſmodi ſeruitute liberauerint, quod ſi factum non fuiſſet, profecto dubitandum erat, ne præ nimia deſperatione fidem abnegare cogerentur; nec vnquam ipſi Rex & Regina ceſſant, vt rem ipſam cum tanta fidei noſtræ exaltatione ad finem debitum perducere poſſint, & iam forſan res ipſa ad totalem perducta fuiſſet effectum, ſi Regis & Reginæ prædictorum facultates ad tantam rei molem perferendam ſuppetijſſent; nos conſiderantes omnino expediens fore pro ipſius ſanctiſſimi operis proſecutione, & aliorum Chriſtifidelium exquirere ſubſidia, ac propterea volentes ipſos Regem & Reginam, quoad poſſimus, prout ſemper ab intimis deſiderauimus, in eodem ſancto propoſito & huiuſmodi communi bono omnibus vijs & remedijs opportunis conſeruare & confouere, & ne dum de noſtris & ſanctæ Romanæ eccleſiæ facultatibus, ſed etiam proprium ſanguinem, ſi neceſſe fuerit, effundendo iuuare exemplo illius, qui pro ſalute gregis dominici mor-

Ingentes in Granatenſi regno progreſſus facti a Chriſtianis.

Digitized by Google

mortem ſubire non abnuit, & cuius auxilio non dubitamus prouinciam huiuſmodi feliciſſimum exitum, prout iam optima principia indicant, conſecuturam, & tandem Regem & Reginam proſperari, ac Chriſti cultores de huiuſmodi ſpurciſſimis Saracenis, qui tot opprobria fidei noſtræ ac Chriſtianæ religioni continue inſerre non ceſſant triumphaturos, & propterea æquum & rationabile cenſentes, vt alij Chriſtifideles, de quorum etiam gloria, laude, honore, commodo, & vtilitate agitur, huic ſanctiſſimo operi omnino ſubueniant, prout eos pro ſua in fidem Chriſtianam maxima deuotione & religione, & iam libenter, attenta rei neceſſitate, quæ non dilationem, non moram, ſed maximam exigit celeritatem, facturos non dubitamus, motu proprio, non ad ipſorum Regis & Reginæ, vel alterius pro eis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia omnia & ſingula conceſſiones, gratias, facultates, indulgentias, indulta, literas tam Sixti prædeceſſoris, quam noſtras huiuſmodi, & quaſcumque alias etiam in forma breuis ſuper illis per nos conceſſas, cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis ad vnum alium annum, a tempore publicationis præſentium literarum noſtrarum, in ſingulis prouincijs regnorum, inſularum, & dominiorum prædictorum, etiam in dicto regno Nauarræ, & alijs dominijs Regi Nauarræ ſubiectis facienda inchoandum, & exinde finiendum auctoritate apoſtolica tenore præſentium prorogamus & extendimus, illaq; omnia & ſingula per annum prædictum duratura a data præſentium de nouo concedimus, &c. [Prouinciam dat Ferdinando Abulenſi & Alfonſo Legionenſi epiſcopis Innocentius, vt cogendam ex fidelium ſtipe pecuniam in Granatenſis expeditionis ſumptibus collocandam cum maxima integritate curent, conſtituant quæſtores, rationes repetant, ſacerdotes ad conciones habendas, ſoluendaſque noxas decernant, auertentes in ſuos vſus ſacras opes cenſuris percellant: ad quæ gerenda ampliſſimis eos mandatis inſtruit.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXIX, VII, *id. octobris pontificatus noſtri anno* VI.

Concepta ſpes eximia a Pont. de Mahumetica ſecta ex Hiſp. excindenda

Sixti diplomata ad alium annum prorogata.

12 Confecta eſt a hoc anno a Ferdinando ad regnum Granatenſe domandum Chriſtianoque adiungendum imperio crucesignata expeditio maiore quam vnquam antea apparatu, ſiquidem duodecim equitum, quinquaginta peditum millia & eo amplius, præter inconditam calonum graſſatorumque turbam, crucis ſymbolo diſtincta vicarij Chriſti auſpicijs b ſub ſignis numerata ſunt. Neque apparatus magnitudinem expectationemque piorum ſacri belli exitus fefellit. Ciuar itaque leui impetu expugnata: inde ad Baſtam vrbem munitiſſimam ventum eſt, vbi pugnarunt obfirmatiſſimis animis barbari, crebriſque eruptionibus fatigarunt noſtros, ſed animorum non diſpari conſtantia contuſi.

Ferdinandi Regis in Granatenſes expeditio.

a Auctor oratio de eo habita coram Innoc. VIII & Card. Lucius Marinæ de rebus Hiſp. l. 20. Surit. l. 20 c. 81. Marian. l. 25. c. 13. b Innoc. l. 4 an. 1490. pag. 297.

13 Extracta in decembrem obſidione, graſſata eſt in caſtris Chriſtianis lues, tum hyemis inclementia ſæuijt, adeo vt de ſoluenda obſidione inirentur conſilia, quæ a Ferdinando & Eliſabetha Regibus diſcuſſa fuere, preſſique barbari demum quarta decembris die pactione vrbis portas crucesignatis victoribus aperuerunt. Mox Taberna & Seron ſe dediderunt, quin etiã Almeria & Guidixium vrbes fortiſſimæ, quæ diu Chriſtiana arma exercere potuiſſent, tradita ſunt a Rege barbaro, qui ad Ferdinandum pronus acceſſit, vt ad eius imperia capeſſenda paratum ſe offerret. Duæ præterea arces, in quibus Regum Maurorum filij theſaurique aſſeruari conſueuerant, Almunecat & Salembina exeunte anno victoriæ impetum non ferentes a Mahometica ſeruitute ereptæ fuerunt. Recenſito exercitu viginti millia crucesignatorum in Baſtæ obſidione abſumpta reperta ſunt, tria millia vulneribus, ſeptemdecim millia extra caſtra a, calonumque parte maxima corruptis tabo vitalibus, vel frigore obrigeſcentibus membris periiſſe.

a Auctor orationis habitæ coram Innoc. VIII. b Id. ibid.

14 Meminit Innocentius b in literis proximi anni de Baſta maximis laboribus ſumptibuſque hoc anno expugnata: ad quas referendas victorias duorũ Regum Maurorum inter ſe digladiantium diſſidia noſtris fauere. Vt vero ſultanus Ægyptius de Maurici regni excidio queſtus ſit, ſpreueritq; Ferdinandus Rex barbaricas querelas, nec bello temperarit donec Mahumeticas reliquias ex Hiſpania diſpulerit, ſuo loco dicetur.

Sultani Ægyptij minæ ſpretæ.

15 Interea c infeſtantibus Tartaris, quos duo ductabant Cæſares ſiue Ziari, Podoliam & Ruſſiam Polonis obnoxiam, ac ferro flammiſque ſæuientibus, Caſimirus Rex Ioannem Albertum filium validis cinctum copijs in eos immiſit, qui geminam de ijs victoriam reportauit: illi eminus telis equites equoſque valde exagitarunt: ſed vbi noſtri præcipiti curſu impreſſione in hoſtem facta, barbarorum latera fodere cœperunt, eos in fugam inq; cœnoſam paludem impulere, qui partim capti, partim cæſi, pauci ex quindecim equitum millibus cum cœno luctati amiſſis equis euaſere: recuperata eſt præda omnis, captiuique in libertatem vindicati. Parto eo triumpho, ad aliam Tartarorum aciem, quæ decem equitum millibus conſtabat, prouolarunt Poloni. Illa cum caſu noſtrorum impedimentis apud Copeſtrinum potita, contracta ex itinere valida ſiti aqua mulſa, qua Ruſsi Podoliſque vtuntur, ſe ingurgitarat, rata Polonos aufugiſſe, cum noſtri in improuidos ebrioſque incurrere, eoſque pecudum more mactarunt, ipſorum Cæſare, qui ſuos ad pugnam dirigere nitebatur, inter alios obtruncato, quæ accurate deſcribit Cromerus d. Vt vero Ioannes Albertus comparata exinde militari gloria proximo anno defuncto Matthia Rege Hungaricum ſceptrum affectarit, inferius dicetur: nunc reliquas ſeptentrionales res perſtringamus.

Tartari Podolia depulſi. *c Mich. l. 4 c. 64. Crom l. 29. ex Vapouio.*

Recuperati captiui chriſtiani.

Parta alia de Tartaris victoria.

d Id. Crom ibid.

16 Hoc anno, cum inter Suedos & Danos diſſidia de arcis munitiſsimæ, cui Orobra nomen eſt, imperio recrudeſcerent, ad dirimenda æquitate cruenta certamina hoc decretum latum eſt ab Innocentio Papa e.

e Lib. 73. pag. 355.

Venerabilibus fratribus Lundenſi & Vpſalenſi archiepiſcopis & Roſchildenſi & Strengenenſi epiſcopis.

Exhibita nobis nuper pro parte chariſsimæ in Chriſto filiæ noſtræ Dorotheæ Daciæ, Sueciæ, & Noruuegiæ Reginæ illuſtris petitio continebat, quod olim pro parte dilecti filij nobilis viri Stenonis Sture regni Sueciæ gubernatoris nobis expoſito quod, cum alias ipſa Dorothea Regina vidua claræ memoriæ Chriſtierni eiuſdem Daciæ Regis relicta fœderum & contentionum inter dictum Chriſtiernum Regem pro ſe ſuiſque heredibus & ſucceſſoribus ex vna, & vniuerſos incolas & habitatores Daciæ, Noruuegiæ, & Sueciæ regnorum, nec non præfatum Stenonem ex alia partibus pro perpetua pace & quiete regnorum, & incolarum, ac habitatorum eorundem initorum, factorum, & ſtabilitorum veriſimiliter non igna-

De varijs inter Dorotheam & Stenonem Suecum bellis.

Digitized by Google

De arce cui Orobra nomen eſt certatum

ignara, quibus inter cætera cauebatur quod caſtrũ Orobra alicui ex dicto regno Sueciæ omnimodo aſsignari deberet nomine Reginæ Daciæ & regni Sueciæ ſub hac conditione quod, ſi eidem Reginæ per viam iuſtitiæ adiudicatum foret, tunc ille, cui caſtrum commiſſum eſſet, illud libere Reginæ aſsignare deberet, ſecundum quod vigintiquatuor arbitri & iudices in cõfœderatione pacto & liga prædictis, quorum ex Dacia & Noruuegia duodecim, & ex Suecia duodecim alij fuerunt deputati iudicarent, prout in confœderatione pacis & ligæ perpetuæ literis plenius continebatur, &c. [Stenonem & Suecos bona Reginæ a Chriſtierno propter nuptias data inuaſiſſe, ac Reginam contra Suecos a Sixto IV. litteras impetraſſe ad Haluerſtadenſem & Merſebergenſem epiſcopos, vt intentata eccleſiaſtica cenſura Dorotheæ Reginæ ſua iura reſtituenda curarent, a quorum ſententia & anathematiſmis Steno & Sueci ad ſedem Apoſtolicam ob varias cauſas editis publicis monumentis prouocarunt; tum ſubdit quid Sixtus pro componenda controuerſia ſanxerit.]

17 Præfatus prædeceſſor, animaduertens forſan præmiſſa in regnis prædictis ſcandala plurima productura, vt illis occurreret, cauſam & cauſas appellationis & appellationem huiuſmodi, ac nullitatis & nullitatum iniquitatis & iniuſtitiæ huiuſmodi proceſſus & ſententiæ, ac etiam ſubreptionis, & obreptionis dictarum literarum, attentatorum, & innouatorum totius negotij principalis bonæ memoriæ Stephano tit. S. Mariæ in Transtyberim presbytero Cardinali audiendas, cognoſcendas, & fine debito terminandas cum poteſtate Stenonem & dictos conſortes prædictos per ſe vel alium abſoluendi in Romana curia vel extra eam commiſerat, & dicta Dorothea Regina coram eodem Cardinale vocata, ac Stenone & litis conſortibus huiuſmodi a præfatis cenſuris per deputatum per ipſum Cardinalem in partibus illis ſubdelegatum abſolutis, præfata Regina poſtmodum a præfato prædeceſſore certas alias literas per falſi expreſsionem & veri ſuppreſsionem ſubreptitias & obreptitias cum aduocatione cauſarum huiuſmodi a præfato Cardinale, & quibuſuis alijs iudicibus, coram quibus quomodolibet pendebant, ad præfatum epiſcopum Ratzburgenſem, per quas ſibi vt cauſam huiuſmodi reaſſumeret, & archiepiſcopo Vpſalenſi & aliis regni Sueciæ epiſcopis ſuſpenſionis a diuinis, & alijs cenſuris tunc expreſsis, vt præfatum Stenonem vti dicti caſtri Orebra in regno Suetiæ ſituati detentorem expellerent, & a participatione & communione eorundem & aliorum facerent euitari mandari obtinuerat ſimiliter extorſerat; quarum literarum prætextu Stenonem & litis conſortes prædictos fecerat coram eodem archiepiſcopo Ratzburgenſi ad iudicium euocari, & poſtea coram eo ad aliquos actus etiam poſt & contra propoſitam ex cauſis legitimis contra formam ipſius recuſationem & appellationem in cauſa ipſa taliter qualiter proceſſum fuerat: *Et infra*. a quibus quidem literis & proceſsibus executoralibus, ac cenſurarum fulminatione & ſententia declaratoria huiuſmodi pro parte eorumdem Stenonis & litis conſortium fuerat ad ſedem appellatum eandem, ac pro parte tam Stenonis & litis conſortium prædictorum, quam dilectorum filiorum conſiliariorum dicti regni Sueciæ aſſerẽrium, quod vigintiquatuor arbitri dudum de conſenſu Regis, & Reginæ recepti, quibus certiſſime conſtabat, an huiuſmodi bona eſſent Reginæ aut coronæ regni Suetiæ, & infra decem vel duodecim aut quatuordecim dies poſſent commode inſimul conuenire, & fere omni anno pro pace & concordia perpetua, vel ad minus aliqui eorum cum alijs dictorum regnorum conſiliarijs conueniebant, prout pluribus annis immediate ſuperioribus de pace huiuſmodi & alijs dictorum regnorum rebus tractandis, & etiam hoc præſenti anno, vt dicebatur, in feſto beatæ Mariæ Magdalenæ conuenerant, dictorum regnorum pacem & animarum ſalutem affectuoſe deſiderabant, & a partibus ſuſpecti recuſari rationabiliter non poterant, nobis ſupplicatum eſt, vt Stenonem & litis conſortes prædictos a præfata excommunicationis ſententia abſoluere, & omnes & ſingulas cauſas prædictas ad nos aduocare, illaſque vobis & eiſdem viginti quatuor arbitris committere dignaremur, nos tunc vobis alijs noſtris dedimus literis in mandatis, vt vos, *& infra*, vna cum viginti quatuor arbitris præfatis audiretis, & iuxta vim formam & continentiam pactorum, fœderum, ſtabilimentorum huiuſmodi, in quantum illa Rex & bona, de quibus in huiuſmodi cauſa agitur concernerent, alias prout de iure debito ſine decideretis inuocato adhoc toties, quoties opus foret, auxilio brachij ſæcularis, prout in eiſdem literis continetur.

Cauſa euocata ad ſedem Apoſt.

18 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſententia pro dicta Regina lata in rem tranſiuerit iudicatam, ac cauſa huiuſmodi iam per duodecim annos & vltra coram diuerſis iudicibus & commiſſarijs tam in Romana curia, quam extra eam fuerit agitata, dictuſque Steno per viginti annos vel circa per vim & violentiam caſtra & alia bona prædicta ad præfatam Reginam ratione dotium ſuarum, & donationis propter nuptias pertinentia detinuerit & occupauerit, ac fructus ex illis prouenientes perceperit & leuauerit, ac in ſuos damnabiles vſus conuerterit, ac iuriſdictio ſiue poteſtas dictorum arbitrorum non ad huiuſmodi cauſam, ſed ad conſeruationem pacis inter dicta regna componendæ ſe extenderit, pro parte eiuſdem Reginæ nobis fuerit humiliter ſupplicatum, vt ſententiam prædictam ad vlteriorem executionem demandari, aliaſque in præmiſſis opportune prouideri mandare de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmiſſis certam notitiam non habemus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel tres, ſeu duo, aut vnus veſtrum, poſtquam vocato Stenone & alijs litis conſortibus præfatis & alijs, qui fuerint euocandi vobis de re iudicata huiuſmodi legitime conſtiterit, illam executioni debitæ demanderis, & eoſdem Stenonem & litis conſortes, ſi prætextu literarum prædictarum abſoluti fuiſſent, ante omnia in priſtinas cenſuras reintrudatis, & ad vlteriorem dictarum literarum executorialium executionem, & cenſurarum in illis contentarum declaratione, contra dictum Stenonem & litis conſortes procedatis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXIX. *pridie non. iulij pontific. noſtri anno* V.

Steno ob Reginæ Daniæ iura occupata cenſuris deuinctus.

a Burch. in diarȝ m. ſ. arch. Vat. ſig. n. 111. Steph. Infiſſ. ſign. vol. num. Vtaland in vit. Innoc. VIII

19 Auctum hoc anno Cardinalium ſenatum referunt ſcriptores a e quibus Stephanus Infiſſura obſeruat ſolutam fuiſſe ſacramenti religionem, qua ſe Innocentius in conclaui deuinxerat, ne in creãdis Cardinalibus certum numerum excederet: ſed eiuſmodi pactiones, quæ a Cardinalibus

Auctus Cardinalium ſenatus.

Digitized by Google

bus ad contrahendam pontificiam auctoritatem, dum Eccleſia ſuo paſtore viduata eſt, conficiuntur irritas decretas Innocentij VI. ſanctione vidimus.a Inter hos vero fratris filium adulterinum turpi ſolutæ diſciplinæ eccleſiaſticæ exemplo, nec non nothi filij ſui ſororium pene puerum donaſſe purpura obſeruant Raphael Volaterranus a atque idem Infiſſura, qui accuratiſſime geſta Innocentij deſcribit: *Anno* v. inquit, *Domini* MCCCCLXXXIX. *& menſe martij ſanctiſſimus dominus noſter Innocentius VIII. licet contra pacta & capitula, quæ facta fuerant in conclaui cum Cardinalibus, quando fuit creatus Papa, quæ erant, quod non poſſeat Cardinales fieri vltra numerum vigeſimum ſecundum. Papa aliquibus ex eis inuitis, vt fertur, creauit ſex Cardinales. Primo Laurentium, nempe Cybo, archiepiſcopum Beneuentanum nepotem ſuum ex fratre, eundemque caſtellanum S. Angeli. Hic fuit reputatus ſemper ſpurius.* Et infra.

a Annal. to 16. Ann 1153. nu. 29.
a Volater. lib. 22. & alij.

Sancitæ in conclaui leges ſolutæ.
Carni & ſanguini indulget nimium Innocentius.

20 *Alter fuit Ardicinus de porta epiſcopus Alerienſis vir doctiſſimus, qui propter eius virtutem & benemeritum ad Cardinalatum peruenit. Alter fuit filius Laurentij de Medicis cognatus Franciſchetti filij ipſius Papæ Innocentij. Hic erat puer vt dicitur quindecim annorum: dicitur tamen fuiſſe creatum ſub conditione quod non veniret ad vrbem, niſi circa certum tempus,* nempe triennale, *venit tamen & admiſſus fuit,* nempe anno b ætatis XVIII. *fuit is Ioannes Mediceus, qui in pontificatu Leonis X. nomen accepit.*

Ardicini Card. elogium.
b Burcard. in diarijs.

21 De eodem Cardinale Ioannes Burchardus in diarijs hæc tradidit c: *Die lunæ noua menſis martij qua in ætatis ſuæ anno ... conſtitutus erat cum quinque alijs Cardinalibus tunc publicatis, in Cardinalem aſſumptus & creatus fuit, cum prohibitione tamen expreſſa, ne intra triennium ex tunc proxime futurum ſe Cardinalem appellare, aut pro tali ſe habere præſumeret: fuit etiam ex tunc capellum cum annulo & titulo S. Mariæ in dominica ſibi miſſum cum facultate illa lapſo triennio prædicto & etiam propria auctoritate recipiendi, ex tunc in antea vt cum eo decreto &c. quod etiam ſummo Pontifice interim decedente, lapſo dicto temoore haberetur pro Cardinale &c. qui Cardinalis filius obedientiæ interim pro protonotario ſe habuit & geſſit, & mandato & decreto in litteris apoſtolicis huiuſmodi appoſita obſeruauit. Triennij vero huiuſmodi fine inſtante idem Cardinalis die veneris nona dicti menſis martij præſentis anni* MCCCCXCII. *cum tribus fuit dominus Ioanne Baptiſta auditore, Maria caudatario, & Theobaldo camerario exiuit Florentiam in ſero, & ad abbatiam ſiue monaſterium Feſulanum venit, vbi ea nocte quieuit. In mane die ſabbato* X. *eiuſdem menſis facta per eum confeſſione dicta fuit miſſa ſolemnis de Spiritu ſancto abſque alia aliqua commemoratione per fratres monaſterij prædicti, qui ordinis canonicorum regularium S. Auguſtini exiſtunt, & idem Cardinalis in fine miſſæ communicatus. Qua finita poſitis ſuper altare cappa cardinalari, annulo ac capello, idem Cardinalis coram altari genuflexit: tum lectis bulla creationis ſuæ in Cardinalem, & breui commiſſionis dicti monaſterij abbati factis de exibendo eidem Cardinali habitum, & capellum, ac annulum cardinalaree per ſeniorem ſeu primum notarium Florentinum, impoſita fuit cappa cardinalaris, tum pileus & annulus. Cardinali prædicto per abbatem memoratum, qui deinde petijt ab eodem Cardinale indulgentias intereſſentibus debere largiri, qui Cardinalis conceſſit eiſdem indulgentias per Cardinales concedi ſolitas & conſuetas, de quibus omnibus fuit rogatus notarius ſupradictus,* & infra. *Idem Cardinalis aſſociatus in habitu cardinalari intrauit Florentiam, & ante conuentus eccleſiam Annuntiatæ ex mula deſcendens intrauit eandem eccleſiam glorioſæ virginis Mariæ, pro beneficio gratias agens. Aſcenſa deinde mula equitauit ad palatium vexilliferi iuſtitiæ & priorum populi Florentini, vbi deſcendens & ad illos aſcendens etiam ipſis pro fauoribus gratias retulit: tum ad domum Laurentij patris ſui equitauit Ioannes Laurentij de Medicis ciuis Florentini filius ſecundogenitus &* XVIII. *ætatis anno ad vrbem venit.*

c Burcard. in diarijs pag. 1043
Ioannes Medices creatus Card.
Inſignia Cardinalatus quo ritu ſumpſerit.
Florentiæ pompam agitat.

22 *Alij fuerunt duo Francigenæ, vnus qui erat magnus magiſter in ciuitate Rhodi,* erat is Petrus a Aubuſſonius defenſæ contra Mahumetis II. impetus Rhodi gloria celebris, *& alius Francigena propoſitus a Rege Franciæ,* nimirum Andreas Eſpinaſſus archiepiſcopus Burdegalenſis, poſtea Lugdunenſis. Addit vero Infiſſura: *iſti duo creati fuerunt ex eo, vt fertur, quia donauerunt Pontifici magnum Imperatorem Turcarum.* Sextum prætermiſit auctor ſcilicet Antoniottum Gentilem Palauicinum Aurienſem epiſcopum, cui titulum S. Anaſtaſiæ datum meminit Burchardus in diarijs ſuis b: *Feria* II. XXIII. *martij fuit primum conſiſtorium ſecretum poſt publicationem nouorum Cardinalium, in quo ſanctiſſimus dominus noſter in principio conſiſtorij clauſit ora nouis Cardinalibus, in fine autem eiuſdem conſiſtorij aperuit ora eiſdem Cardinalibus nouis, & dedit eis annulos, & ipſis etiam abſentibus titulos, videlicet, reuerendiſſimo domino Lugdunenſi tit. S. Martini in montibus. reuerendiſſimo domino Beneuentano tit. S. Suſannæ, reuerendiſſimo domino Alerienſi tit. SS. Ioannis & Pauli, reuerendiſſimo domino Aurienſi tit. S. Anaſtaſiæ, reuerendiſſimo domino Rhodiano tit. S. Adriani.*

Petrus Aubuſſ. inter Cardinales relatus.
a Boſius p. 2. l. 14.
Archiep. Burdeg. in ſenatū adlectus.
b Id. pag. 897.

23 Hoc anno cum plurimæ a Deo cœleſtes virtutes in ſacra æde B. Mariæ Lauretanæ fierent, Ioannes Baptiſta Mantuanus e Carmelita doctus æque ac pius hiſtoriam ſcripſit. Interfuiſſe inſigni miraculo, quo ſex dæmones Virginis ope ſanctiſſimæ ex infelicis mulieris ad ædem ipſam perductæ corpore depulſi fuerunt, narrat Turſellinus d. Quo etiam anno cum nondum ſedari eſſent ciuiles Belgarum aduerſus Maximilianum tumultus, Hallenſe oppidum Deiparæ clientelæ addictiſſimum, & miraculis celebre, inſigni prodigio ab extremo excidio vindicatum, atque a pauciſſimis militibus præſidiarijs ingentem Philippi Cliuij ducis exercitum fuſum fugatumque narrat Iuſtus Lipſius e. Editæ quoque etiam hoc tempore plures cœleſtes virtutes Deiparæ ope in Lanxanenſi oppido Theatinæ diœceſis, vt ex Innocentij literis conſtat f.

c Io. Bapt. Mantuan Turſell. l. 2. c. 6.
d Idem c. 7 ex Baptiſt. Mantuan & Hieron. Angelita.
e Iuſt. Lipſ. Virg. Hallen. c. 6.
f Innoc. VIII. lib. 41 pag. 135.

IESV CHRISTI

Annus 1490.

INNOCENTII PP. VIII. annus 6. FRIDERICI III. IMP. annus 51.

1 ARdente Turcas inter & Mamaluchos bello ab vtroque barbarorum Imperatore certatum eſt de Zizimo a Pontifice Romano, apud quem is verſabatur, repetendo, anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo indictione octaua. Et quidem Baiazethē de Petro Aubuſſonio Rhodiorum equitum magiſtro, qui Pontifici Zizimum tradidiſſet, vehementer queſtum refert Boſius g, atque Aubuſſonium ad leniendas illius iras, eumque inanibus verborum illecebris ducendum, reſpondiſſe Pontificis Romani communis omnium Chriſtianorum parentis ac principis voluntatibus

Baiazethes in Rhodios infenſus ob Zizimum Pōtifici deditum.
g Boſ. par. 2 lib. 14.

ſe obluctari non potuiſſe: cæterum rei Turcicæ melius conſultum quam ſperari potuiſſet; ſi enim in Francorum Regis poteſtate remanſiſſet, a Franco, cum illi collibitum fuiſſet, expeditionem ad Ziзimum in paternũ reſtituendum ſolium, Turcicaſq; labefactandas res confici potuiſſe: at vero cum Romæ verſetur, pontificiæque vires imbecilles ſint, nõ poſſe Pontificem tantum bellum ſuſcipere, niſi, cum aliquo præpotenti Rege arma iunxerit, iungendi autem hujuſmodi fœderis difficillimas futuras rationes, atque ita omnia belli conſilia mora diſſolutum iri. Hoc officij lenocinio putabat Rhodiorum princeps tempus fallere, ac verbis ducere Baiazethem, vt interea Innocentius Chriſtianos Reges in arma concitare, cruceſignataſque copias comparare poſſet.

Rhodiorũ equit. magiſtri excuſatio

Præter ſpem cõfirmata exitu. Innocentius a Baiazethe poſtulatus de fœdere.

2 Dicta hæc veluti oracula accipiens Baiazethes, conciliatus Rhodio principi oratorem ad Pontificem miſit, vt cum de fœdere poſtularet, atque centum & viginti aureorum millia penderet, vt Zizimum in cuſtodia detineret, cum contra Caitbei Ægyptiorum ſultani orator promiſſis vberiora faceret, vt tradito ſibi Zizimo bellum in communem hoſtem decerneretur, quæ Stephanus Infiſſura in diarijs ſuis hiſce verbis accurate deſcribit a: *Die vltimo dicti menſis, nimirum nouembris, ambaſciator magni Turci Conſtantinopolis ingreſſus eſt vrbem, cui obuiam iuit familia Papæ & omnium Cardinalium, & infiniti homines, & venit cum centum & viginti millibus ducatorum auri, & cum multis & nobilibus gemmis & margaritis & opulentiſſimis donis portans, quod capta tributo, vt fertur, trium annorum ad computum quadraginta millia ducatorum pro quolibet anno, quos ipſe promiſit Papa, ſolum vt retineret alium Turcum fratrem dicti magni Turci, qui eſt in palatio. Vtinam hæc non pariant aliquid mali Eccleſiæ Dei. Et data fuit ei audientia a tota collegio Cardinalium & in ſecretis: itaque neſcitur punctualiter quid expoſuerint; fertur tamen inter homines inter alia obtuliſſe Papæ & Eccleſiæ Dei quod retineret dictum Turcum, & pro cenſu ſe daturum quadraginta millia ducatorum quolibet anno, quo ipſum retinuerit. Item obtulit pacem & perpetuam ſecuritatem & fœdus inter Chriſtianos & Turcos, & quod Chriſtiani de cætero poſſent ire & redire in terras eius libere & abſque aliquo timore.*

a Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſig. n. 111.

Oratoris illius in vrbem aduentus

Quæ ab ipſo fuere propoſita

3 *Ex aduerſo fertur ambaſciatorem magni ſoldani Babyloniæ obtuliſſe Pontifici pro ſalute & reſtitutione dicti Turci primo numerum quadringentorum millium ducatorum: item terram Ieruſalem, quam pollicetur perpetuo ſub dominio Chriſtianorum. Item ſecuritatem & libertatem omnium Chriſtianorum volentium ire ad dictam terram, vt abſque aliquo datio & ſolutione ire & redire poſſent. Item quod omnes terræ, quæ acquirentur per eum & dictum Turcum, qui eſt de terris imperij alterius Turci & fratris ſui, quæ fuerunt quondam Chriſtiani imperij, & etiam ſi eſſet Conſtantinopolis, ſe eccleſiæ & Chriſtianis reſtituturum: & multoties ſuper hoc habitus fuit tractatus in palatio cum Cardinalibus.*

Quæ ex aduerſo oblata ſunt a Sultano Babylonico.

4 *Tandem vigeſimo octauo vel nono menſis decembris dictus ambaſciator Turci impetrauit a Papa audientiam magno Turco, eo quod diceret ſe nolle ſoluere tributum prædictum niſi cum oculata fide videret, & ita dixit ſe habuiſſe in mandatis, ne forte diceretur viuus, & mortuus eſſet. Et cum hoc nuntiatum eſſet dicto magno Turco non prius voluit dictum ambaſciatorem recipere, & ei audientiam dare, quam quod ipſe ornatus & ſedens triumphaliter in ſolio regali more Imperatorum eum admiſit, Itaque ſupradicto die ornatæ fuerunt aulæ & partes ſuperiores palatij Papæ tapetis & aulæis, & vt melius dicam drappis aureis vndique & etiam per terram, ita quod nunquam fuerunt viſa Romæ ſimilia ornamenta: & dictus Turcus ſedit in quodam ſolio, quod dedita opera fieri fecerat more Turcarum, & quidem dictis ornamentis opulentiſſimis ornatum, & ipſe ibi reſedit more regali, & in maieſtate ſua circumcirca adſtantibus Turcis & duobus tantum Chriſtianis, videlicet Cardinale S. Anaſtaſiæ nepote ſanctiſſimi domini noſtri, & archiepiſcopo Arelatenſi alio nepote: & adueniente dicto ambaſciatore ſeruatus eſt iſte ordo: nam antequam dictus ambaſciator intraret oſtium aulæ, vbi dictus Turcus pro tribunali ſedebat, quidam Turcus de adhærentibus & circumſtantibus dicti Turci acceſſit ad eum, & cum vno panno lineo in dicto oſtio aulæ a capite vſque ad pedes eum dicto panno extersit, perinde ac ſi farina vel puluere fuiſſet repletus, quem pannum poſtea dicto ambaſciatori oſculandum tradidit: deinde dictus ambaſciator intrauit & tribus vicibus in conſpectu dicti Turci proiectus & proſtratus in terris diuerſis locis terram ipſam oſculatus eſt. Vltima tamen vice dictus Turcus genuflexus & inclinatus extitit & tacuit: fecitque ei dici Turcus, ne quid niſi ad interrogata reſponderet & ita fecit, dixitque Turcus in lingua ſua vtrum literas haberet, qui ambaſciator incontinenti de quodam ſuo loculo quandam epiſtolam clauſam & ſigillatam traxit & oſtendit, & incontinenti antequam eam traderet totam ab omnibus ſuis lateribus lingua ſua lambiuit. Deinde aſpicientibus duobus ex dictis Turcis clauſuram & ſigillum ipſemet ambaſciator eam aperuit & deſigillauit, & eam apertam iterum intus & extra & a terga ſua lingua lambiuit. Quo acto præfati duo Turci dictam epiſtolam ceperunt, eamque ad aurem dicti magni Turci legerunt. Quid continuerit in ſerie neſcitur, & incontinenti lectis literis dictus ambaſciator poſuit manum ad munera, quæ frater eius ei mittebat, videlicet quaſdam petias drappi imbroccati, & alia quædam ornamenta. Turcus ipſe manu annuendo, vt retrocederet, ea videre noluit, ipſa tamen dona per ſuos accepit & admiſit. Deinde repulſis omnibus, qui ibi erant, multa inuicem locuti ſunt, quæ a noſtris minime audita & intellecta fuerunt.*

Agitata a Pont. cum Cardinalibus plura cõſilia. Quo ritu a Zizimo Romæ auditus Baiazethis orator.

Cautela adhibita ne orator veneno Zizimum necaret.

Literas ore lambit.

5 Suſpecta erant hoſtis munera, cum paucis ante menſibus Zizimum Baiazethes frater veneno tollere meditatus a fuiſſet: Chriſtophorus enim Caſtranæ Macrinus nuncupatus Picenus ira furens, quod poſſeſſione ſua vi depulſus fuiſſet a pontificio adminiſtro, Conſtantinopolim ſe contulit, pollicitusque eſt, Pontifice Zizimoque necatis, belli timorem ſe a Turcico amoturum imperio. Muphti opera ſæpius in colloquium Baiazethis admiſſus auro, gemmis, majoribuſque promiſſis oneratus, nimirum Eubœæ principatu, ducentarumque triremium præfectura donandus, ſi fontem, ex quo Pontifex ac Zizimus bibere conſueuerant, inficeret, atro diroque veneno ampullam plenam recepit. Sed cum Romam peruenisſet in flagitio comprehenſus omnia ordine faſſus eſt, ac menſe maio per vrbem ductus, ardentibuſque forcipibus excarnificatus, ſupplicio affectus, diſcerptaque membra ad portas vrbis expoſita ad frangendam eo terrore ſceleris participum audaciam, ſiquidem ille plures alios promiſſis ad Pontificem extinguendum ſubornatos a Baiazethe addiderat. Validiſſimam præterea inſtruxit claſſem, vt Pontificem ob receptum Zizimum Italiamque opprimeret: quo accepto Maximilianus Romanorum Rex de imminente Turcica procella Innocentium fecit

a Id. ibid.

Vt Pontificem & Zizimum veneno necare niſus ſit Baiazethes.

Excarnificatus proditor pſeudochriſtianus.

Claſſis ornata a Baiazethe.

Digitized by Google

fecit certiorem, ſeque eccleſiæ Romanæ opem cum Germanico exercitu laturum ſpopondit: tum addidit preces, vt cœptam ſuperiori anno inter Matthiam Hungariæ Regem ac Fridericum Imperatorem concordiam redintegraret, de quibus Burchardus a, ſermonum pontificiorum interpres, hæc refert in diarijs ſuis.

a Burchar. in diarijs m. ſ. arch. Vat. pag. 95. & ex eo Vialar. in vita Inn. VIII

6 *Hieronymus Balbanus & Ioannes Petrus Arinabenus ſecretarij Heraldi præſentarunt literas ſereniſſimi Maximiliani Romanorum Regis ſanctiſſimo domino noſtro, qui eas tradidit Ioanni de Arinabeno ibidem præſenti legendas, qui ſtatim eas legit. Continebatur in literis ſe ſemper animum habuiſſe, vt Chriſtianum Regem deceret, in defenſionem catholicæ fidei & Romanæ eccleſiæ, intellexiſſe Turcum magnam claſſem parare contra Romanum Pontificem ad liberandum fratrem ſuum apud ſanctiſſimum dominum noſtrum exiſtentem, propterea in adiutorium Romanæ eccleſiæ quamprimum venturum: quod vt liberius fieri poſſet dietam celebraſſe in oppido litet, vbi de concordia inter ſereniſſimum Imperatorem Romanorum genitorem ſuum & Regem Hungariæ tractaretur, qua habita expeditioni in Italiam ſe operam daturum. Scripſiſſe propterea potentatibus Italiæ, quod gentibus ſuis liberum paſſum darent, & victui neceſſaria eis miniſtrarent, prout in copia literæ alligata contineretur: rogabat propterea Pontificem concordiam inter Imperatorem & Regem Hungariæ facere vellet. Copia prædicta erat ad ducem Venetiarum, & eius continentia quaſi in litera Pontifici: excepto quod ab eo fauorem non petebat, & mandabat ſibi quod præſentibus ſuis paſſum daret & neceſſaria miniſtraret. Lectis literis ſanctiſſimus dominus noſter dixit Heraldo literas intellexiſſe, deſuper velle deliberare, & principi reſpondere, me verba Pontificis interpretante.*

De turcicis conſilijs monitus a Maximiliano Pont.

Pollicitus opem Maximil. modo pax cum Vngaro firmetur.

7 Functum hac legatione Bernardum Stich Neapolim contendiſſe b, vt Friderici Imperatoris Maximilianique Regis, nec non Alberti ducis Saxoniæ literas ad Ferdinandum Regem perferret, vt nimirum pararet in Turcas arma. Is vero ab iure regio ob vectigal non ſolutum ſuperiori anno depulſus Pontificem laceſſere nõ deſinebat, Beneuentique imperium, pulſis pontificijs & eccleſiæ magiſtratibus, ademit c. Cæterum Baiazethes vertere aduerſus Pontificẽ arma non auſus, ne ſepultos ſegnitie Chriſtianorum animos exſuſcitaret, ablandiri potius auro promiſſiſque Pontifici conſtituit, a quo impetrandæ pacis ſpes non aberat; vti contigit, cum enim Innocentius tranſalpinorum Italorumque principum oratores in ſacro ſenatu coegiſſet, nulla de cruciata in Turcas expeditione conſilia decerni potuerunt, ſed inanes de honorum gradibus ac locorum dignitate tumultus inter eos concitati d fuerunt. Itaque Innocentius, cum menſe ſeptembri graui lethargo laboraſſet, atque exinde minus eſſet gerendis rebus idoneus in ſententiam de Turcico auro accipiendo, nec laceſſendo Baiazethe, præter Rhodiorum principis expectationem iuit, omiſſis ſacræ ad recuperandum orientem militiæ conſilijs: mutata quippe iam tum erat rerum facies, Germania & Pannonia, ex quibus educendi erant cruceſignati exercitus, bello flagrantibus, ob importunum luctuoſiſſimumque Matthiæ Hungariæ Regis Turcicis certaminibus exercitatiſſimi obitum e, vt paulo poſt dicetur.

b Vialard. in vit. Innoc. VIII

Solicitatus Ferd. vt arma in Turcas acuat.

Ereptum ab eo Põtifici Beneuentũ.

c Inſiſſ m ſ arch. Vat. ſign. n. 111

Coactis principũ oratoribus conſilia de bello Turc. explicari nequeunt.

d Vialard. vbi ſup.

Tentatus letargo Innoc.

Bellica conſilia abijcit.

e Inſiſſ m ſ arch. Vat. ſign. n. 111 Bonſin. dec 4. lib. 9. Trith in chron Sp. Ranzanus Michl. 4. c. 75. Naucl. vol 2. gen. 50. Sabel. enn 10. l. 8.

8 Expetierat ille, vti vidimus, a ſupremo Rhodiorum magiſtro, vt Zizimum ſibi traderet, quo reſtituendi illius in priſtinam dignitatem ſpecie barbaricas vires diſtraheret, religionemque in Græcia lapſam inſtaurare poſſet. Solicitarat a eum etiam Caitbeus Ægypti ſultanus honorifica legatione, vt Turcas in Europa perdomaret, dum ipſe eos atterebat in Aſia, de quibus paulo ante pulcherrimam victoriam retulerat b. Quo terrore perculſus Baiazethes illum de pace poſtulabat, vt acceptam in Cilicia ignominiam deleret: at eluſerat Rex Baiazethis petita, atque vetera cum Cæſare bella componere ſtuduerat, vt vires omnes in hoſtem religionis effunderet. Facta fuerant ea de cauſa plura cum Friderico & Matthia colloquia ſuperiori anno, ac demum conuenerant, vt idibus ſeptembris ad dirimendas lites ſolemnes Regum cœtus celebrarentur; ſed cum Matthias aduerſa valetudine affici cœpiſſet, ij ex menſe in menſem extracti fuerunt. Et quidem Fridericum, quamuis nonagenarium, deſcendiſſe ex alpibus ſuperioris anni æſtate, perque Veronam & Taruiſium in fines Auſtriæ Pannoniæque ſe contuliſſe memorant c, vt cum Matthia Rege concordiam confirmaret.

a Bonſin. lib. 8.

b Id ibid.

c Inſiſſ m ſ arch. Vat. ſign. n. 111 Sabel. enn. 10. l. 8. & alij.

9 Præterea inter Venetos ac Sigiſmundum archiducem Auſtriæ, qui diutinum inter ſeſe bellum geſſerant, delecto eorum voluntate controuerſiarum arbitro Pontifice, concordia redintegrata eſt, miſitque in Auſtriam Innocentius d internuntium ſuum qui de partium iuribus cognoſceret, arceſque bello captas Apoſtolicæ ſedis nomine reciperet ac reſtitueret, vocato tamen Maximiliano Cæſare, cui Auſtriæ adminiſtratio tradita fuerat, dandaque illi a Pontifice imperia conficeret. Aſcripta eſt literis hæc temporis nota: *Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCLXXXIX. III. non. maij pontificat. noſtri anno VI.*

d To. 5. ſignat nu. 1905. pag. 282.

10 Inter hæc obijt Matthias irreparabili rerum Hungaricarum damno apoplexia percuſſus cum paulo ante vegetus vigenſque videretur. Necatum fuiſſe veneno memorat Stephanus Infiſſura e, dum ait veneficum illum, qui a Baiazethe ad Pontificem Zizimumque interimendos ſubmiſſus fuerat, inter alios ſceleris ſocios quendam ordinis Dominicani apoſtatam accuſaſſe, qui a Baiazethe corruptus Hungariæ Regi Turcicum bellum paranti venenum præbuiſſet: *Fertur*, inquit, *eius dolo Regem Hungariæ in die mercurij in hebdomada ſancta proxime præterita veneno morte repentina eſſe necatum, & interijſſe.* Ipſum præ vi morbi nil loqui potuiſſe, ſed altiſſimis tantum ſuſpirijs nomen Ieſu exclamaſſe tertio demum die refert Bonſinius f: *Cum raucos*, inquit, *ſemper gemitus emiſiſſet, variaque ingenitæ pœnitentiæ indicia (veluti diuinam opem imploraret) edidiſſet, e profluuio demum capitis animam efflauit.* Et infra: *Princeps inuictiſſimus anno ſalutis nonageſimo ſupra milleſimum & quadringenteſimum nonis aprilis & die martis, ætatis autem anno quadrageſimo ſeptimo cum perpetuo ſui deſiderio diem obijt.* Plura fuiſſe illius mortis conſpecta præſaga prodigia, ac Leones, qui Budæ erant, eodem, quo ille, die interijſſe obſeruat auctor.

Matthias ſublatus veneno creditus.

e Inſiſſ. ibid.

f Bonſin. dec. 4. l. 8.

Ieſu nomen moriens implorat.

11 Laudauit eum funebri oratione Ranzanus. Matthiam, cuius geſta in fidei hoſtes perſtringit Raphael Volaterranus g his verbis: *Turcarum Regem Mahometum ab obſidione Iayaze Raſciæ armis remouit, Tranſiluanos poſt Ladiſlai mortem rebellantes compeſcuit, traiectiſque Alpibus Moldauiam, Valachiam ſuperato Stephano vaiuoda, relatiſque plurimis ſignis ad officium reduxit. Septem iugiter annos contra hæreticos Bohemos dimicauit: poſt mortem Georgij Rex electus fuerat.* Paucis interiectis de bello cum Caſimiro, ad quem Quinqueccleſienſis

g Volat. Geog. l. 8.

Eius elogium.

fis & Strigonienſis præſules defecerant geſto, ſedatoque colloquio addit auctor: *Caſtrum Turcarum Sabacz ad ripam Saui fluminis media bruma expugnauit.* Alia bella, quæ cum Friderico Imperatore ſiue regni exordio, ſiue exitu ſuſcepit Chriſtianæ rei calamitates maximas intulere, quibus malis duce finem ipſum paraſſe iam indicatum eſt. Hæc & alia præclara geſta Matthiæ Regis panegyrico ſtylo Bonfinius proſecutus eſt a, qui illius virtutes deſcribens optimi principis exemplar efformat, atque priſcorum Regum more aditum omnibus vel miſerrimæ fortunæ hominibus præbuiſſe, coluiſſe frugalitatem, non humiles faſtidiſſe domos, ſumptus profuſos in clariſſima bella feciſſe; domi parſimoniam, foris magnificentiam & liberalitatem amaſſe: clementia & beneficentia omnium animos deuinxiſſe: non ſolum proceres, ſed milites gregariosque inuiſiſſe: in caſtris luſtraſſe ægrorum contubernia, languentes regia pauiſſe manu, ſauciorum vulnera ſæpe in acie alligaſſe, nauſeantium ſuſtinuiſſe capita, veluti regiæ dignitatis immemorem non humanitatis: cum Myſſijs & Raſcianis, cum Bohemis & Alemannis, cum Hungaris & Cumanis iuxta verſatum: domi militiæque publica fide ſolicitudineque cuſtoditum: luxum cultumque a victu ad arma & equos tranſtuliſſe. Turcica caſtra mercatoris b cultu interdum perluſtraſſe: in obeundis expeditionibus cautū æque atque audacem fuiſſe, non diu meditatu conſilio ſolum, ſed ex itinerū occaſione & atrocibus tempeſtatibus, cū hoſtis tutum ſe fore putaret, prælium ſæpe ſumpſiſſe, atque in arte militari etiam tum ignota alijs commentum; vnde eo Rege Hungaria late amplificata eſt, quo mortuo mox ipſa ſua magnitudine laborauit.

a *Bonfin. dec. 4. l. 7.* Laudati eius mores.

b *Id 18.*

12 Certarunt de illius ſceptro quinque principes, totque legationes in ordinum regni conuentibus auditæ. In primis Maximilianus ius ex antiquo fœdere cum Matthia inito, cum ei ſacrum diadema reſtituit, comparatum exponebat: Vuladislaus Rex Bohemiæ materno iure hereditario nitebatur: Ioannes Albertus eius frater aliquorum factione ipſo initio Rex proclamatus Polonica arma oſtentabat: Ferdinandus Rex Neapolitanus inſtabat, vt Beatricis Reginæ ratio in coniungendo illi connubio ſucceſſore haberetur: Ioannes Coruinus Matthiæ nothus filius ampliſſimo principatu auctus paternæ gloriæ gratia fulciebatur, ac virtutibus natalium maculam ſe deterſurum pollicebatur, pluriumque Regum in pari caſu exempla proferebat: dumque comitia ex varijs conflata gentibus in varias iuere ſententias, inde orta ſunt bella ciuilia: pars maior Vuladislaum Beatricis c Reginæ ope, quæ illum in maritum ſibi ex pactione inani ſpe deluſa d, deſtinarat, ad Hungariæ & Bohemiæ ſceptra coniungenda optauit. Itaque mox accurrit Vuladislaus tumultuarijs copijs in Bohemia collectis inſtructus, quem xi. kal. octobris apud Albam regalem corona redimitum ſolemni ritu deſcribit ſpectatus Bonfinius e hiſce verbis.

De Vngarico ſceptro certant quinque Reges.

Vuladislaus a maiori parte Rex delectus.

c *Bonf. ibi ſup. & dec. 5 lib. 1.*

d *Burchar in Alex. VI.*

e *Bonfin. dec. 4 l. 10*

13 *Vuladislaus omnium religioſiſſimus ad ſumenda hæc inſignia ſe præpararat: eadem hebdomada alternis diebus ieiunia tria iam habuerat, quotidianaque in Deum reſipiſcentia tanti regni molem obiturus diuinam opem implorarat, haud inſcius traditam a Deo poteſtatem ſine diuino præſidio geri non poſſe. Diebus aliquot ad Deum ingemuerat, vt quem Regem is elegerat, ſuis auſpicijs comprobaret, & vna cum regno tueretur, in diuinoque ſemper obſequio retineret. Poſt conſenſum igitur omnium cum Zagabrienſis, qui metropolitani loco in coronatione fungebatur, ante magnam aram præſideret, Rex paludatus adhuc cum pontificibus, qui eius latera claudebant, reliquaque manu principum e ſolio deſcendit, & occurrentibus in pontificio habitu duobus epiſcopis ad metropolitanum ducitur. Conſtitutus ante ipſum ex more prauenératur. Mox e ductoribus epiſcopis alter: Sacroſancta, inquit, reuerende pater, Eccleſia poſtulat, vt hunc delectum militem in regalem efferas dignitatem. At percunctanti illi, an eo munere dignus eſſet, continuo eſt ab omnibus acclamatum pro explorata viri ſapientia & virtute, iam eſſe digniſſimum, & reipublicæ ſalutarem. Poſt hæc metropolitanus ſacroſancti patris officio fungitur, admonetque, vt cum præclarum inter mortales locum inuenerit, ſed periculis, laboribus, ſolicitudineque perpetua refertum, ſecum ipſe reputet, cum omnis ſit a Deo poteſtas, de grege ſibi commiſſa: Deo quoque rationem reddere oportere, pietatem vſquequaque ſeruandam, Deum tota mente complectendum, colendum puro corde: orthodoxam fidem, quam ab incunabulis hauſit, ad mortem vſque conſtantiſſime retinendam, & pro virili parte defenſandam: Chriſti vicarios & Pontifices omnes pro dignitate obſeruandos, eccleſiaſticam vbique gentium libertatem aſſerendam, diuina & humana æque curanda, iuſtitiam citra perſonarum diſcrimen vbique ſeruandam: exornandos eſſe bonos, & malos nulla impunitate donandos, miſerabile quodlibet genus hominum ab iniquiſſima quoque detrimento vindicandum, faciles adeuntibus aures adhibendas, & manſuetudinem cum affabilitate præſtandam, nihil denique patrandum, quod ſit a regia dignitate alienum, & regnum ſuæ fidei commiſſum ita eſſe gubernandum, vt non ad priuatam, ſed publicam vtilitatem regnaſſe videatur, præmium denique rei geſtæ non in terris, ſed in cœlo poſtulandum. Contra Rex harum rerum admonitus: Cum diuinis, inquit, auſpicijs me ad regendam Hungariam euocatum eſſe ſentiam, inprimis teſtor Deum optimum maximum cæteroſque cœleſtium ordines, deinde vos omnes, qui nunc adeſtis, me iuſtitiam, leges, & pietatem, pacemque omnibus cum ſacroſanctis tum profanis, cæteriſque hominibus, qui qualiſcumque fortunæ perſonam gerunt, & ſub mea ditione verſantur, quantum in me ſitum eſt, & fideliſſimi ſenatus conſulto fieri poteſt diligentiſſime, & integerrime ſeruaturum. Pontificibus maximis legitimum ſemper honorem exhibiturum, ac diuina & humana iuxta curaturum: eccleſiarum iura tutaturum, & antiſtitibus proceribuſque noſtris debitum ſemper honorem impenſurum, illud poſtremo toto corde ac ſummo ſtudio enixurum, ne quid vnquam detrimenti reſpublica temere patiatur. Mox in admota rite propius euangelia rite iurauit, vt dicta iureiuranda rata & firma ab omnibus haberentur. Genibus deinde flexis imploranda diuinæ benedictionis gratia ante metropolitani pedes procidit contra ille aſſurgens, ingeniculatis omnibus, elatis in cœlum manibus & depoſita mithra alta voce precatur, &c.* Affert auctor formulas ſacrarum precationum adhibitarum dum Vuladislaus balſamo inunctus fuit dum ei porrectus gladius, dum diadema capiti impoſitum, dum ſceptrum manibus datum eſt. Denique vt in ſolium regale a metropolitano deductus fuerit, ita deſcribit: *Rex*, inquit, *in capite ſacrum diadema, ac dextra ſceptrum geſtans a metropolitano in regale ſolium reducitur & collocatur, quem regiam maieſtatem omni ex parte referentem his metropolitanus alloquitur: Sta hic, Rex inclyte, ac regna locumque nunc tibi a Deo delegatum retine. Te per omnipotentis Dei auctoritatem,*

Solemni ritu ſacratus Vngariæ Rex.

Quibus monitis tum informatus fuerit.

Quid reſponſum a nouo Rege.

Quo ritu in ſolio collocatus.

& per

Digitized by Google

& per hanc ſanctam coronationem, duodenorum Apoſtolorum cæterorumque diuorum auſpicijs miniſterio meo tibi traditam vehementer oramus, vt quanta ſacrum collegium magna ara propinquius aſpicis, tanto potiorem vbique gentium honorem tuis antiſtitibus impendas, & veluti Ieſus Dei hominiſque medius hue euexit, ita ſicut fas & æquum eſt, cleri & plebis rationem habe, & vtriuſque ius pro dignitate tuere. Vix iſta dixerat cum ſacer chorus ingentes Deo laudes gratiaſque concinere cæpit. Et infra: *Dum ſacris inſignibus initiabatur, nunquam ſe lachrymis abſtinere potuit. Soluta concione reuerſus haud procul in ſuburbij tumulum accepto ſtricto gladio, quem Paulus præferebat, ad ſolis exortum & occaſum, item ad meridiem & ſeptentrionem pro defendendo regno, ter eo vibrato, bellum ex more interminatur.*

Gladius ter pro more euibratus ad quatuor partes mundi.

14 Interea Germani, Poloni, Turcæ, ipſique diſcordes Hungari Pannoniam laniare cœperant a. Primus turbo erupit e Polonia præter expectationem: nam Ioannes Albertus a patre Caſimiro exercitu adiutus irrupit in Hungariam, vt fratri Vvladislao, qui Beatricis Reginæ ope Budam receperat, regnum præriperet: qua fraterna diſſenſione vſus Maximilianus Auſtriam repentina vrbium defectione occupauit a, cum enim ſe Hungariæ Regem diceret. Auſtriaci, qui Hungaris tantum Regibus parituros ſacramento ſpoponderant, ſe illius religione ſolutos putarunt, ſi in Maximiliani fidem redirent: qui eo principatu auctus finitimas prouincias Hungaricas inuaſit, ac Sempronio Veſprinio Sabaria potitus Albam regalem vi expugnauit b ſexageſimo die, poſtquam regni corona Vvladislao incredibili cum gratulatione corona ibi impoſita fuerat. Ad Budam deinde, ſerius tamen, oppugnandam impetum conuertit, quam enim imparatam præſidio vel ſolo proximæ vrbis calamitatis terrore opprimere potuiſſet, valida munitione Hungaricarumque legionum armis munitam tentare non auſus eſt, Germanorumque ſtipendia repetentium, atque imperata facere detrectantium, ſeditione compulſus in Auſtriam eſt reuerſus, exercituque in varias munitiones diſtributo, factioſorum ſigniferos varijs ſupplicijs affecit, nec non Zagabriam aliaque caſtra qua vi qua deditione ſuorum opera recepit. Reſpirauit eius diſceſſu Vvladislaus Hungariæ Bohemiæque Rex, atque in Albertum fratrem Caſſouiam tum obſidentem contendit media hyeme, quem proximo vere ſibi conciliaſſe fœdere viſuri ſumus.

Albertus Polonus regnum affectat.

a Naucl. vol. 2. gen. 50. Bonfi. dec. 4. l. 10.

Auſtria a Maximiliano recuperata.

b Idem dec. 5. l. 1. Dubrau. l. 31. & alij.

Alba regalis ab eo ſubacta.

Stipendiorum penuria redire coactus in Auſtriam.

15 Parte alia augebat terrorem Turca, qui Modruſiam vſque per Croatiam quotidianas excurſiones fecit c, agroſque ferro & igni populabatur, neque ita multo poſt duo Albæ Græcæ propugnacula expugnauit, parumque abfuit quin vrbs in barbarorum poteſtatem veniret, vtque maiores Pannoniæ injiceret tumultus ad quadraginta Turcarum millia prædicto Ioanni Coruino ad paternum regnum ſibi aſſerendum ſubmittenda paratum ſe obtulit d e quamuis poſtea Chriſtianorum inteſtina diſſidia ſedata fuerint. Cæterum ad ea conſilia conflanda concitatum Baiazethem ferunt, ſumpta ex horrẽdo terræ motu, qui hoc anno Conſtantinopolim concuſſit, occaſione, interpretantibus impoſtoribus a, furere Mahometum ob diutinam Turcicæ aduerſus Chriſtianos militiæ vacationem. Deſcribit immanem eam procellam, qua octingentæ domus euerſæ magnam hominum multitudinem oppreſſere Nauclerus f ſic inquiens: *Eodem anno*, hoc nimirum, *die duodecimo menſis iulij tempeſtas ingens prius inaudita in vrbe Conſtantinopolitana admodum deſæuijt, ſuperiorum enim trium ſyderum ignes, qui decidui ad terras fulminum nomen habent, contagionimij humoris in hanc regionem delapſi ſunt: primo ingentia tonitrua audita; exin fulmina ardentia viſa & langiore tractu fulgetra: octingentas domos ignis rerum edax conſumpſit, hominum tria millia, vt nec lignum nec forma ædificiorum remanſerit, columna antiqua imaginem Conſtantini habentis partem eiecit.* At de his hactenus. Nunc ad ſacrum in Granatenſes Saracenos bellum traducenda eſt narratio.

Turcarũ in Vng. excurſiones.

c Bonfin. eod lib.

d Bonfin. dec. 4. l. 10

Matthiæ notho oblata a Turcis auxilia.

e Dub. l. 31

f Naucl. vol. 2. gen. 50. Surit. l. 20. ann. c. 83 Marian. l. 25. c. 15.

Terræ motus horrens Conſtantinopoli.

16 Partarum ſuperiore anno inclinante a Ferdinando Hiſpaniarum Rege victoriarum fama permotus Pontifex hoc ineunte Deo de Mauris perdomitis, amplificatoque Chriſtiano imperio grates perſoluit ſolemni ritu, quem Burchardus cæremoniarum præfectus ita deſcribit a: *MCCCCXC. indictione VIII. die veneris primo menſis ianuarij feſtum circumciſionis domini noſtri Ieſu Chriſti pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Innocentij VIII. anno VI.* Et infra: *Sanctiſſimus dominus noſter dixit mihi, quod dominica proxima iturus erat publice ad eccleſiam B. Mariæ de populo ad miſſam ſolemnem in honorem Dei pro triumpho per ſereniſſimum Regem Hiſpaniæ habito contra Regem Granatæ, propterea prouideram qua agenda eſſent: nam in mane natiuitatis domini noſtri oratores Regis prædicti nuntiarunt eidem ſanctiſſimo domino noſtro Regem eundem Hiſpaniarum duas ciuitates magnas & duo oppida ex alterius Regis Granatæ videlicet præſenti vnione obtinuiſſe.* Addit auctor formulam precum a ſe compoſitam, eamque decantato hymno, *Te Deum*, repetitam.

a Burchar. mſ. arch. Vat. pag. 938.

Actæ ab Innocentio grates de partis ex Granatenſi victorijs.

17 Habitaque etiam eſt coram Pontifice & Cardinalibus oratio b panegyrica, quæ typis cuſa eſt, propoſito themate ſacro: *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra*; atq; vbi orator Hiſpaniã Vitizæ & Roderici Regum a pietate deficientium culpa ab Afris debellatã expoſuit, illius imperium ex Mauris fide recuperatum probat, relatamque Baſtæ expugnatione victoriam ita deſcribit: *Poſt ſuperiores glorioſos triumphos continuata expeditione proceſſit anno LXXXIX.* nimirum excurrentis ſæculi, *de menſe iunij ex Giennio ad caſtra glorioſiſſimus Ferdinandus validiſſimo comitatus exercitu, qui ad XVI. millia fere electiſſimorum equitum, peditum vero LX. millia aſcendebat, his demptis, qui ad miniſteria iumentorum & machinarum ac ducendos commeatus deputabantur. Primum in itinere ipſe, extemplo (vno vt ita dicam ſpiritu) quinque non ignobilibus oppidis prope Bacam expugnatis, ad ipſius Bacæ ciuitatis obſidionem felicia caſtra tandem admouit. Concurrerat illuc vniuerſum pene robur militiæ Granatenſis, nam & præter Bacæ indigenas prope ſex millia electiſſimorum armatorum, omnes viri pugnaciſſimi, armis ſtrenui, ac in regia Granatenſi ab antiquo educati & nutriti, intra ciuitatis ambitum cum accolis ſe incluſerant, tutaturi pro virili vrbem tanquam vltimum vitæ præſidium, & totius regni oculum dexterum, nec carebat ciuitas naturali milite, nam & prope ſeptem millibus armatorum de indigenis abundabat, ciuitaſque ipſa triplici muro cincta, validiſſimis turribus & propugnaculis ſuperba, iniqua loco ad obſidionem & offenſionem ſita, armis, victualibus, tormentis, & machinis refertiſſima, ac vicina duabus maximis ciuitatibus Maurorum, Granatenſium videlicet & Guadixenſium, quæ ſibi quotidiana pollicebantur auxilia. Noſtris hæc omnia difficilem victoriam portendebant, hoſtibus vero ſuperbiendi animum dederant. Verum Ferdinandus catholicus fide*

b Ext. typis cuſa Romæ.

Quantus a Ferd. exercitus eductus.

Baca quãto præſidio firmata.

Digitized by Google

armatus, quæ mundum vincit & regna, ac omnipotentis Dei confiſus viribus, cuius cauſa agebatur, ciuitatem ipſam foſſa profundiſſima & aggere circumdedit, ita vt hoſtibus introeundi & exeundi facultatem præcluderet niſi per determinatos pontes & paſſus, quos validiſſimæ munitiones a parte caſtrorum claudebant: ambitus vero foſſæ, muri, & aggeris, quibus ciuitas cincta eſt, nouem fere milliaribus in vniuerſo gyro tendebatur. Contigere interim varij conflictus bellici & cum Vacenſibus, & cum vicinis Guadixenſibus, vbi Rex illorum reſidebat, nec dies vnica fuit totius obſidionis ſemeſtris, quæ varijs actibus bellicis non ſit decorata.

Geſta in obſidione plura tumultua ria prælia

18 Auxit magnitudinem victoriæ temporum difficultas, cum in Hiſpaniam ac maxime Bæticam peſtis inuaſiſſet, diuiſoſque per villas, montes, & agros milites conſumeret. Tum vero id mirum cõtigit, vt regia caſtra, quamuis ad ea ducenta fere animarum millia confluerent ſalua fuerint protegente manu Dei, cui ſubeſt ſalus & vita cunctorũ: Sterilis etiam annus erat, verum inopia Reginæ liberalitate victa eſt: *Manu*, inquit orator *omnipotens Chriſtianiſſima Regina Elizabeth pietatem immenſam, quæ ex Gienio, vbi remanſerat, victu & exercitui neceſſaria ſubminiſtrans, iuſſerat officiarijs ſuis, vt duplo minori pretio annonam in caſtris venderent, quam Corduba Hiſpali, Gienuu, vel Carthagine, vnde ſubminiſtrabantur commeatus, regio ærario emerent; & vltra hæc ingentes impenſas deportationis, & vehiculorum profuſis theſauris gratis impendebat. Quis dubitet hæc omnia manifeſtiſſima fore opera Altiſſimi, volentis nomen Crucifixi ibi exaltari, vbi diu ante per infideles fuerat depreſſum? His ergo & alijs ſubſidijs recreatus Hiſpanus exercitus, ac crebro ſupplemento nouorum militum facile omnes labores longioris obſidionis tolerauit, cumque ſæpius noſtri irruptionem in hoſtes fieri acclamarent, principis prudentia & inaudita clementia remorati ſunt: intellexerat nempe Rex inuictiſſimus per transfugas triginta mille fere rationales animas intra ciuitatem contineri, nec illis victum ad plures menſes ſufficere.*

Profuſi a Regina Eliſab. ſũptus in hoc bello.

Subdit orator maluiſſe Ferdinandum vnius Chriſtiani ſalutem ſeruare, quam mille barbaros perdere, hoſteſque domare fame decreuiſſe, pronos autem ad deditionem Bacenſes retardatos arte ac dolo ducis Maurici, qui Regis Guadixenſis ſuppetias, procerum Hiſpanorum diſſenſiones, imbres, frigoraque imminentia, quibus Chriſtiana vis frangenda eſſet, iactabat; ſed Eliſabethæ Reginæ aduentu in deſperationem coniectos: *Ne iſti*, inquit, *retardarent victoriam, de Ferdinandi Regis Chriſtianiſſimi conſilio & aſſenſu occurrere decreuit ſereniſſima domina Regina Eliſabeth deſcendens ex Gienio cum nouo milite, applicuitque ad caſtra octaua nouembris, quæ aduentu ſuo & noſtris patientiæ hyemalis facile animum dedit, hoſtibus vero omnem ſpem leuandæ obſidionis, ſub qua tenebantur, ademit; quo fit, vt ſtatim aduentu ſuo conſternati & ſtupidi hoſtium animi non de armis, ſed de inducijs & pactis cogitarent, inceperuntque deditionis tractatum die nouembris XI. tertia videlicet poſt ipſius Reginæ aduentum, concluſerunt, viginti datis etiam obſidibus, ac quarta decembris die feliciſſima natalis Chriſtiani MCCCCLXXXIX. ciuitatem Bacæ olim pugnacem & ferocem liberam & expeditam regiæ ditioni reliquerunt. Conceſſit tamen regia clementia ciuibus Bacenſibus libertatem incolendi & habitandi, ſub regia tamen ſeruitute, villas & agros in propinquis planis conſiſtentes: cupientibus vero Africam vel alia loca petere cum his ſolum bonis, quæ humeris aſportare potuiſſent, armiſque dimiſſis libere ſaluitatem permiſit. Ciuitas quoque Purchena duorum millium ciuium, ciuitas Tabernarum mille, ac celebre oppidum Seron, antiquum Granatenſium gymnaſium, omnis montana de Vacares & de Filabres, ac vniuerſa ripa fluminis Almanzora cum multis oppidis, caſtris, & arcibus adiacentibus omnia hæc, quæ numero & extimatione multa & magna, immo & maxima ſunt, a prima decembris vſque ad octauam in regiam ditionem peruenerunt.*

Ad triginta Maurorũ millia Bacæ incluſa.

Aduentu Reginæ in caſtra perpulſi hoſtes.

Deditionem nuncupant.

Multæ aliæ arces receptæ.

19 *Suſcepit igitur Baza olim pugnaciſſima iugum & vexilla Crucifixi quarta decembris, ac die altera dimiſit Chriſto ſexcentos Chriſtianos captiuos, quos ſub duro ſeruitutis iugo in compedibus diu illuc Mahometus oppreſſerat, ipſis in exitu eum lacrymis præ iubila in proceſſione ſolemni, cum magna ſacerdotum pompa cantantibus, Benedictus dominus Deus Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. O optimam ac feliciſſimam Chriſtianæ victoriæ, ac redemptionis diem! Nemo eſt, qui faciat ſatis tam iuſta lætitia, & tam celeberrimo, ac iucundiſſimo Dei beneficio digne gratuletur. Quare habendæ ſunt Deo optimo maximoque grates immenſæ, quod ad finem vſque iuuerit Chriſtianiſſimos principes, ac intemeratæ diuinæ parenti Mariæ ſemper virgini, nec non Hiſpanorum protectori Iacobo, quod apud Deum pro tam glorioſo triumpho interceſſerint. Iuuandique ſunt tam catholici principes communi Chriſtianorum ſuffragio, cum & communem cauſam agunt Chriſtianæ reipublicæ. Verum præ cæteris ſanctiſſimus dominus noſter dominus Innocentius diuina prouidentia Papa VIII. qui tanquam Chriſti vicarius & Chriſtianorum caput gloriæ magnæ & honori ſibi aſcribere debet, prout certe facit, quidquid Chriſto & Chriſtianis accreſcit, & hanc diem Chriſtianæ lætitiæ ſummis iubilis celebrare debuit, prout ſuperiore dominica fecit, & ad plures ſimiles dies addendos Chriſtianæ victoriæ inuitare catholicos principes debet. Equidem ſuæ beatitudini omnem gloriam & iſtius ſancti trophæi honorem Chriſtianiſſimi Hiſpaniarum principes pleniſſime deputant, tanquam capiti Chriſtiano, ſub quo omnis Chriſtianorum militia agitur, & a quo ſuæ maieſtates cruciatam, decimam, & alias gratias ad eam expeditionem gratiſſime ſuſceperunt. Vos quoque patres reuerendiſſimi, tanquam præcipua membra Chriſtianæ reipublicæ, prout ſoliti eſtis, & apud Deum oratione ſupplici, & apud ſanctiſſimum dominum noſtrum veſtro interuentu eſtote auxilio his Chriſtianiſſimis principibus, quatenus ex vniuerſa Hiſpania Mahomete fugato, facile illum etiam in Africam fugientem conſequamur: quod, aſſiſtente nobis fide integra, quæ eſt victoria vincens mundum, breui futurum ſperamus præſtante Chriſto Domino, cui eſt perennis gloria. Amen.* Gratijs ingentibus a Pontifice & Cardinalibus Numini pro tam inſigni beneficio diuino actis, mox de cumulata ampliſſimarum vrbium Almeriæ, a cuius oppugnatione propulſatum olim Iacobum Regem Aragonum vidimus a, Guidixijque, nec non arcium ſua natura fortiſſimarum Almunecaris & Salembinæ deditione literæ laureatæ peruenerunt.

Liberati captiui Chriſtiani.

Celebrata a Pont triumphi lætitia.

Cõceptæ ſpes de ſubijcienda poſt Granatã Africa.

a Tom. 15. an. 1309. nu. 27.

20 Cum vero in nonnullis vrbibus, quæ Mahometanis eripiebantur, olim ſedes epiſcopales fuiſſent conſtitutæ, ac de limitibus diſtinguendarum diœceſum lites oborirentur, nec ſacramenta in pluribus locis conferrentur, Innocentius Abulenſi epiſcopo hanc prouinciam dedit b: *Tibi, donec eccleſiæ Granatenſi de paſtore per ſedem Apoſtolicam prouiſum ac declaratum fuerit, infra decem menſes ſub quibus diœceſibus loca prædicta*, nempe parta in regno Granatenſi, *conſiſtant*,

Prolatum latius a Ferd. imperium Chriſtianum.

b Lib. bull. 50 pag. 271.

Digitized by Google

ſiſtant, in ſpiritualibus auctoritate apoſtolica & ex certa ſcientia tenore præſentium committimus tibi per te vel alios catholicos epiſcopos gratiam & communionem dictæ ſedis habentes, quæ miniſterium conſecrationis expoſcunt, quæ vero iuriſdictionis epiſcopalis exiſtunt, etiam per te vel alias perſonas eccleſiaſticas idoneas ad nutum tuum amouibiles, exercendi, omniaque alia & ſingula circa ea neceſſaria quomodolibet, & opportuna faciendi & diſponendi, & infra, *plenam, liberam, & omnimodam facultatem concedimus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXX. *v. non. iuly pontificatus noſtri anno* VI.

Tributa a Pontificarum dimendarũ auctoritas.

21 Compleuerat hæc Maurica clades ita & terrore Africæ & orientis Mahumeticæ ſuperſtitioni addictos Reges, quorum præcipuus Babylonius idemque Ægyptius Antonium Millanum Minoritam, qui ſacræ Ieroſolymorum ædi præerat, oratorem miſit in Hiſpanias a, vt Ferdinando Regi denunciaret, ſe cunctos Chriſtianos in Ægypto Syriaque agentes, ac templa omnia & noſtræ religionis veſtigia deleturum, profanato etiam conuulſoque ſacroſancto Chriſti ſepulchro, ni Granatenſes bello infeſtare deſineret. Quibus terriculis a conficienda Maurica expeditione, atque ſuſcepto de Granata expugnanda, quæ veluti cadaueris truncati informe caput ſtabat, conſilio abductus non eſt Ferdinandus, ac miſſo oratore Granatæ ciues præmonuit, vt poſitis armis in deditionem venirent, vrbemque Chriſtiano, a quo diuulſa olim fuerat, reſtituerent imperio, cumque illi mandata hæc reſpuerent, immiſſus b eſt ad euaſtandos agros exercitus, oppreſſa Guidixij rebellium coniuratio, Boabdillis Regis conatus adeo fracti, vt demum Granata domita c proximo anno fuerit, adiuuante Pontifice, ac noxarum veniam ſacra arma gerentibus, ſtipemque in bellicos ſumptus conferentibus pollicente, de quo ad Fernandum Abulenſem & Alfonſum Legionenſem epiſcopos extat Innocentij diploma d.

a Surit. l. 20. c. 63. Marian. l. 25. c. 15.

Iactati ab Ægyptio terrores.

b Surit. cap. 85.

c Surit. cap. 87.

d Innoc. ep. com. an. 1490. l. 4. pag. 270.

22 Porro ad ſultanum Ægyptium miſſus eſt Petrus Martyr orator, qui illi referret e quo iure, quaue de cauſa Mauri bello peterentur, doceretque humaniter cum ijs agi, qui Chriſtiani imperij iugum ſuſcepiſſent. Offenſo etiam Neapolitano Regi, qui rei Mauricæ ſtudere ferebatur, expoſitæ cauſæ, quæ crucesignatos in eorum excidium impuliſſent: quaſi etenim ille Chriſtianorum ſacrorum iuriſque penitus ignarus eſſet, doceri flagitabat f cur, crucesignatus exercitus in eos duceretur. Pius etiam videri voluit ac religionis ſpecie tumultus in Eccleſia Dei concitare annitus eſt, ſumpta ex diſciplina eccleſiaſtica, quæ admodũ collapſa erat occaſione quæ exaggerat pluribus Stephanus Infiſſura: conſtat enim plura perperam afficta Innocentio, quæ in conſultæ a ſcriptoribus credita ſint cum latum a pontificio vicario factum edictum pro honeſtate tuenda, abrogatum fuiſſe iuſſu Innocentij perperam addit auctor g, eundemque falſo inſimulat quaſi dixerit, priuatim ſcortationem non vetitam, quod falſo afflictum Innocentio ac temere creditum ab auctoribus conſtat, cum antea ſacerdotes concubinarios in Hiſpanijs h, nec non in Gallijs illius imperijs coercitos viderimus, quamuis enim iuuenili licentia dum ferueret ſanguis, in libidinum cœnum lapſus fuerit, a fidei tamen puritate non aberrauit, atque ipſo anno integritatis morum aſſertorem ſe præbuit, cum moniales, quæ valetudinis recuperandæ ſpecie in parentum ædibus ſoluta diſciplina verſabantur, ad monaſteria reduci a, ac Minoritas in Vngaria a primæua ſanctimonia deficientes priſtinis inſtitutis ac legibus coerceri b imperauit. Falſo pariter vulgata Raphael Volaterranus c temere ſcripſit, Noruuegis permiſiſſe ſine vino calicem conſecrare, quod ob immenſa frigora vinum in ea regione importatum aceſceret: ſi qua enim de his, vti de coniugio ſacerdoti Gallo permiſſo, edita ſunt diplomata, ea adulterina fuere a Dominico Viterbienſi & Franciſco Maldente conficta, quos quamuis ſexdecim aureorum millibus, præter omnia fiſco addicta bona, conſanguinei redimere adhibitis magnis deprecatoribus annitetentur, ſtrangulari tamen laqueo, & igni concremari iuſſit d, vt illatam ſibi labem elueret, quantumuis in miſeros vti clementia peroptaſſet.

Petrus Martyr orator miſſus ad Ægyptiũ e Sup. c. 83

f Id. ibid.

Calumnia ſparſæ Innocentio.

g Li. com. mun. an. 1488. pag. 25.

h Lib. 3. ep. com. an. 1488 pag. 167.

a Lib. 4. lit. com. pag. 58.

b Ib. pag. 411.

c Volat. l. 7.

Sumptũ de adulteratoribus diplomatum ſupplicium.

d Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. & ex eo Vialar. in vit. Innoc. VIII.

23 Confirmata e hoc anno eſt ab Innocentio x. kal. ſeptembris pia ſocietas nuper Romæ inſtituta, quæ a miſericordia nomen ſumpſit, curandamque æternam eorum ſalutem, qui extremo ſupplicio afficiendi ſunt, ſuſcipit, ac ſacerdotem ad conferenda morituris ſacramenta, necnon ad corpora eccleſiaſticæ ſepulturæ tradenda conducit: quinetiam ipſi quamuis laici religioſo velati ſchemate pijs verbis miſeros reos ad conſtantiam Chriſtianam erigere, vt mortem pro ſcelerum expiatione perferant, ac vitæ fugientis reliquijs ſibi comparent immortalitatem, eoſdemque inſtructo ſacro agmine Chriſti e cruce pendentis effigiem præferentes funebri concentu Dei ſanctorumque opem diſceſſuræ ex humanis animæ comprecari, ſociareque ad locum ſupplicij ac ſepulcro pie mandare conſueuerunt.

Sodalitiũ e miſericordia nuncupatum inſtitutum.

e Extat in bullar. in In. c. III. conſt. 16.

24 Exeunte anno f Ioannes Luſitaniæ Rex in Vliſſiponenſi portu claſſem trium nauium maioris alnei præfecto Gonſaluo Souſa inſtrui iuſſit, ad ſacerdotes ſubuehendos, qui regno Congi ſacra Chriſtiana illaturi erant, nec non Regis Congi oratorem biennio ante baptiſmo luſtratum, tum adoleſcentes præſtantis indolis, qui lingua Luſitana, noſtræque religionis myſterijs apprime eruditi fuerant, vt ſermonum adminiſtri inter euangelicos præcones atque occiduos Æthiopes gentilitijs erroribus inuolutos forent. Laborabat tum peſtilentiæ morbo Luſitania, nec tanta adhiberi cura potuit, quin aliqui e claſſiarijs inficerentur adeo, vt in promontorio viridi circumagendo Gonſaluus Souſa, cui claſſis imperium erat mandatum, Ioannes Souſa regius orator, alijqui viri inſignes perierint, magnuſque terror nauigantes inuaſerit, ne vniuerſi alij poſt alios interirent. Auxit periculum diſcordia, cum plures nauarchi claſſis præfecturam exambirent: demum Ruizio Soſæ delatus honos eſt, Deique ope liberati lue, felicibus auris ad regnum Congi appulerunt. Vt vero Chriſtiana religio in ea Æthiopiæ parte defixa altiſſimis radicibus fuerit proximo anno dicetur.

f Io. Barros dec. 1. Aſiæ l. 3. c. 9. Oſor. l. 3.

Luſitani ſacerdotes ad Cõgitanos deuehũt.

In mari laborant peſte.

Liberati diuinitus

IESV CHRISTI

Annus 1491.

INNOCENTII PP. VIII. annus 7. FRIDERICI III. IMP. 52.

1 ANno excurrentis ſæculi nonageſimo primo indictione nona conuulſum eſt ea Hiſpania

a Inſiſſ.m. ſarc. Vat. ſign n. 112 & alij. Ælius Ant. Nebriſſ. in praf. dec. 2. Luc. Mar. l. 20. Surit. l. 20. c. 8. & ſeq. Marian. l. 25. c. vlt. Paul. Lāg. in chron. Citiz. Trit. in chron. Spanh. Boſius n. 2. l. 64. Volat. l. 2. Sabell. enn. 10. l. 8. & alij.

nia Mauricum regnum a, quod magno religionis dedecore, cum ad illud Chriſtianorum colluuies patria ſacra damnatura confluere ſoleret, octingentis ferme annis ſteterat, ac demum Granata ſuperſtitionis Mahumeticæ in occidente arx, in quam toties excitus Afer ferrum faceſque immaniſſimis eruptionibus per Hiſpanias tot ſæculis circumtulerat, octimeſtri obſidione ad deditionem compulſa fuit, Ferdinandi & Eliſabethæ virtute ac fœlicitate: *Res titulo*, inquit Nauclerus, *ſane digniſſima, & literis aureis ſcribenda: his auſtoribus Betiticam Granatæ regnum, quod iam octingentis ferme annis Maurorum moribus & legibus obtemperabat cum maxima Chriſtiani nominis ignominia, hac noſtra atate fuiſſe recuperatam.*

Excitum ex Hiſpania Maurorum imperium. Florebat tum maxime cũ expugnari cœptũ eſt.

2 Auxit vero reportati de Mauris excisis triumphi gloriam quod obſeruat Ælius Antonius Nebriſſienſis, nempe nunquam barbarorum ipſorum res auctiores militum numero, robore, & exercitatione, armorum opumque ad ſtipendia perſoluenda vi fuiſſe, quam cum hoc bellum cœptum eſt; quippe qui ea freti audacia induciarum fidem violarint, vt inſitam ſæuitiam Chriſtiano cruore explerent. Deſcribit Mauricæ potentiæ ſtatum idem auctor: *Ad ſepties*, inquit, *mille ſtipendiarios equites e publico in belli procinctu ſemper habebant, præter euocatorum gregariorumque innumeram multitudinem, nam peditum tantus erat numerus, vt Granata ipſa in medio totius regni ſitu poſita, neque ad bellicos tumultus parata, vti ferebatur, ſolita ſit per ſingulas vrbis portas, quæ numero erant ſeptem, ferentariorum ſagittatorumque ternos millenos effundere viros. Quod vero ad publica vectigalia pertinet ad ſtipendia militum perſoluenda, arces muniendas, machinas optandas, aliaque ad tantum bellum neceſſaria, ſi quis tractus illius anguſtias, & ſoli malignitatem, præruptaque montium conſideret, incredibile quod ſum dicturus videbitur: dicam tamen nihilominus: ſepties centum mille aureos patrios Regi ſuo Granata regnum quotannis pendebat, qui numerus ratione ponderis in ducales noſtros aureos in decies centum mille excreſcit, &c.* Pergit narrare quibus rationibus barbaricus cenſus augeretur. At hæ tantæ opes vireſque exhauſtæ duorum Maurorum Regum diſcordia, qua vſus Ferdinandus cum omnes maritimos portus occupaſſet, ne ex Africa auxilia venirent, cum alias arces fere omnes ſubegiſſet, Granatam tanquam colliſi ſerpentis minax caput huius anni appetente vere conterere parauit, de qua vltima expeditione hæc narrat Ioannes Mariana b.

Primi intulerant bellum Chriſtianis.

Quis bellicorum numerus contrahi ab his ſolitus.

Vectigalium regiorum opulentia.

Obſeſſa Granata.

b Marian. l. 25. c. 16.

3 *Hyeme Hiſpali exacta Reges Ferdinandus Iſabellaque bellum repetunt. Ad Alcalam regalem Regina cum filijs reſtitit ad omnes caſus parata, breuique iſdemque veſtigiis ſecuturæ gloriæ & periculi futura particeps. Ferdinandus procerum aduentu & militum, quos vrbium conuentus ſuis ſtipendiis ſubmittebant, aucto exercitu tetendit caſtris in Granata conſpectum ſabbato ad nonum kal. maij ſalutis anno MCCCCXCI. ad Guetaris, id pago nomen eſt, ſexto ab vrbe lapide ſcaturigines cum ventum eſſet, ex ijs locis Villenæ marchionem, & tria equitum millia in vicinos montes prædatum mittit.* Et infra: *Quinquaginta millia militum erant, quinta equitum parte, Hiſpanæ iuuentutis flos ingenti delectu contractæ, viuida virtus, vigenſque.* Inde nunquam efferre pedem niſi debellata Granata Ferdinandus & Eliſabetha decreuere, vrbemque nouam, in qua exercitus tuto hybernaret, condidere. Deſignata eſt quadrangulari forma impoſito Sanctæ fidei nomine. Quod cum fama & auditione accepiſſet Innocentius diuinæ gloriæ amplificandæ cupidus, ſpontaneo inſtinctu motus ampliſſimis muneribus ſacris eos affecit a, qui Ferdinando Regi ſubſidia præſtarent hac de cauſa.

Quinquaginta millia militũ adducta a Ferd.

b Lib. 60. bulla pag. 134.

Ad futuram rei memoriam.

4 Cum, ſicut euidentia rei iam demonſtrat, ac toti iam pene orbi notiſſimum eſt, Rex & Regina præfati [nimirum Ferdinandus & Eliſabeth] vt veri catholici Reges & principes ſuorum progenitorum, qui non ſine maximis impenſis ſuaque, & ſubditorum ſuorum ſanguinis effuſione, multas inſulas, terras, atque portus a ſpurciſſimis Saracenis & alijs infidelibus occupatas ad catholicam fidem reduxerunt, & ab eorum tyrannide recuperarunt, veſtigia ſecuti aduerſus ipſos Saracenos regni Granatæ, vt illos etiam ad fidem ipſam reducant, ex innata eorum erga Chriſtianam religionem deuotione, ac feruentiſſimo zelo domus Dei a longo tempore citra bellum huiuſmodi cœperint, & contra ipſos Saracenos arma forti conſtantique animo ſuſceperint, & iam pene totum ipſum regnum Granatæ, excepta ipſa ciuitate Granatæ cum nonnullis alijs paruis locis, non ſine etiam maxima Chriſtiani ſanguinis effuſione, & eorundem Regis & Reginæ ob inſidias ab ipſis perfidis Saracenis ſæpius in eos paratas & coniurationes factas vitæ periculis, ab eorum tyrannide recuperauerint, & eorum ditionem ſubegerint, ac quamplurimos Chriſtifideles, qui longo tempore in duriſſima ſeruitute ab ipſis Saracenis detenti fuerant, ab huiuſmodi ſeruitute liberauerint, quod ſi forſitan non fuiſſet, profecto dubitandum erat, ne præ nimia deſperatione fidem abnegare cogerentur, ac anno præſenti in obſidione ipſius ciuitatis Granatæ, quæ fortiſſima & ingenti populo ac bellicoſis viris, & machinarum apparatibus munitiſſima exiſtit, quam continue, nullis laboribus nulliſue periculis parcendo, obſeſſam tenuerunt, prout tenent, ac in ædificatione cuiuſdam munitiſſimæ & inexpugnabilis ciuitatis, quam miro quodam & celerrimo opere ante ipſam ciuitatem Granatæ ad illius totalem expugnationem ſub denominatione ſanctæ fidei conſtrui fecerint, ac in deuaſtatione agrorum dictæ ciuitatis Granatæ maximas & intolerabiles impenſas ſubierint, nec vnquam ipſe Rex & Regina ceſſent, vt rem ipſam cum tanta fidei noſtræ exaltatione ad finem debitum perducere poſſint, & iam forſan res ipſa ad totalem perductа fuiſſet effectum, ſi Regis & Reginæ præfatorum facultates ad tantam rei molem perferendam ſuppetiſſent, &c. [Subdit Innocentius tantam eſſe illius Maurici belli molem, vt non tantum profundendæ opes ſint a fidelibus, ſed etiam fundendus ſanguis ad Chriſti fidem propugnandam.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCXCI. kal. octobris pontificatus noſtri anno VIII.*

De bello Maurico ſuſcepto a Caſtellæ Regibus.

Paratæ ijs a barbaris plures inſidiæ.

Ciuitas ſanctæ fidei ante Granatã conſtructa a Ferdinando.

5 Structa eſt vrbs Sanctæ fidei Mahumetiſmum a Granata exciſura rapido opere, mœnibus, turribus, foſſis, aggeribus, vallo, munita finitimorum populorum diligentiſſimis laboribus, nec minora edita fuere fortitudinis exempla in propulſandis Granatenſibus, qui crebris eruptionibus ad diſturbandum opus irruebant præcipites, de quibus variæ ſtrages editæ, adeo vt ex equorum fere quinque millibus vix trecenti ſuperfuerint: *Quæ res*, inquit Lucius Marinæus Siculus b, *Granatenſi bello finem inuenit, Granatæ namque Rex Boabdelis ſuis equitibus amiſſis, & ciuitatibus quatuordecim, centumque oppidis a Chriſtianis expugnatis & captis, atque depopulatis agris, cum intra*

Multa prælia geſta in ijs Granatẽſes cæſi.

b Marin. e. Sicul. l. 20. Surit. l. 20. c. 87. vid. ibi & ſeg. plura de Gran. ſtre. pugnis.

Gra-

Digitized by Google

Ducenta Maurorũ millia Granatæ incluſa.

Deditionis verba ab his nuncupata.

a Id ibid. b Surit. ann l. 20. c. 90. Marian. l. 25 c 16. & 17.

Has diſturbare impoſtor molitus.

Fame domiti Mauri.

Granata muros ingentem multitudinem & hominum millia fere ducenta ſine commeatibus alere non poſſet, & omni ſpe ſubſidij deſtitutus de facienda deditione cogitauit. Terrebat ipſum eatructa noua ciuitas e qua Reges Chriſtiani niſi victa Granata receſſuri non eſſent, atque in ea duodecim equitum, peditum centum millia numerari audiebat a. Quamobrem deditionem fecit ijs pactionibus b, vt Mauri vrbem, & munitiones Ferdinando traderent: poſſeſſiones ſuas patriamque ſupeeſtitionem retinerent: Mauricis viuerent legibus, denique ijs, qui in Africam traijcere vellent, ſua diuendere, & libere migrare fas eſſet integri triennij decurſu: Chriſtiani vero, qui in barbarici carceris ſquallore iacuerant, inde liberi emitterentur. Hanc concordiæ formulam Maurus ſuperſtitionis Mahumeticæ opinione apud ſuos conſpicuus diſturbare conatus eſt, inque ſuam factionem viginti hominum millis traxit: mobilitate quippe vulgus Mauricum in varias verſari partes diſtrahique ſolet: verum fame alijſque belli incommodis attriti ſubdenda victoris iugo imperioque colla conſenſerunt, atque ita proximo ineunte anno maaima cum rei Chriſtianæ gloria Granata, vt videbimus, fuit eccepta.

c Barroſ. dec. 1. Aſiæ l. 3. c. 9. Oſor. l. 1. Maffeius.

Præcones euangelici quanto gaudio a Congitanis ſuſcepti.

Princeps Sono poſcit baptiſmum.

Vigintiquinque millia Æthiopũ celebritati interſunt.

6 Propagauit interea hoc anno apud occidentales Æthiopas diuina pietas euangelium, apud quos nulla religionis Chriſtianæ illis illatæ extabant veſtigia: cuius populi a veteri dæmonum ſuperſtitione ad diuinum cultum traducti circumſtantias rei inter alios accurate deſcribit Ioannes Barroſius c. Luſitana claſſis, quæ extremo anno ſuperiori Vliſſipone ſoluerat, mox atque ad regni Congo prouinciam, cui Sono nomen eſt, applicuit, illius princeps Regis patruus ætate affectus cognito diuino inſtinctu præconum euangelicorum appulſu, magna nobilium ſtipatus caterua, feſto buccinarum clangore tympanorumque ſonitu venientes ingenti lætitia excepit, & Chriſtiani Æthiopis interpretis opera imbutus ſacrorum Chriſti cognitione ſalutaribus aquis ablui poſtulauit, ne in eo ætatis flexu ſibi quid humanitus accideret, tantoque beneficio, quo ſe a Deo affici ſentiebat, eatracta mora fraudaretur, dum ſacerdotes ad Congi Regem irent redirentque. Aſſenſit pijs eius votis Ruizius Soza, & in æquata planitie ea ramis arborum ædes ſacra contexta eſt, in qua poſita eria altaria decentiſſimo ornatu rite inſtructa: cui ſancto operi omnes principis Sono filij dignitateque ſpectatiſſimi viri interfuere, quos ipſe baptiſmali fonte luſtrandus pia oratione, quam Spiritus ſanctus ſuggerere videbatur, allocutus, diuinam miſericordiam eatulit, quæ cœleſtem doctrinam pariturã in æternam ſalutem ad regnum Congi demiſiſſet, addiditque a ſe Chriſtiana ſacra ob graue ſenium ſuſcipi antequam Rea cœleſti lauacro eapiaretur; tum etiam velle ſe, vt filius tenellus annis vna ipſo cũ ijſdem ſacris initiaretur, cum ætatis imbecillitas, ne ea poſcere poſſet, obſtaret. Quibus auditis filius natu maaimus principatus heres ſe etiam baptiſmo luſtrari popoſcit, ſed id beneficium conſulto extractum, vt Congi Rex prius illius honoris prærogatiua gauderet.

7 Celebrata eſt ea baptiſmalis principis Sono pompa die paſchæ, quæ in tertium aprilis, excurrentis anni MCCCCXCI. incidit, cui vigintiquinque millia & eo amplius Æthiopum interſuere, qui principis ſui eaemplum ſecuti baptiſmalia ſacra ſuſcepiſſent, niſi eadem cauſa, qua eius filius, retardati fuiſſent. Inditum eſt Sonitarum regulo Emmanuelis nomen, quod Regis Luſitani frater patruelis gerebat. cuius rei fama vbi ad Congi Regis aures peruenit, tantam illi lætitiam attulit, vt littoream oram leucarum triginta interuallo eaporrectam ipſi contulerit. Rerum vero diuinarum ſtudio adeo inflammatus eſt Emmanuel, vt ſacerdotum amplexus conſilium, omnia idola, quæ in ſuo principatu erant ſolemni celebritate combuſſerit, tantaque pietatis ſigna ex ipſo emicuerint, dum ſacra myſteria in eædicula raptim excitata ramis arborum contexta peragebantur, vt ſacramenti baptiſmi vim maximam percepiſſe oſtenderet: ſuæque percupidus ſalutis de diuinis rebus varia percontabatur, quo in eatremo ætatis fleau apud Deum gratiam iniret, cum reliquos annos in dæmonum cultu contriuiſſet.

Idola exuſta.

Æthiopũ mira pietas erga Chriſtianos ſacerdotes.

Cultus Regum Æthiopiæ occid.

Diſcendarum rerum diuinarum mira auiditas in Rege.

Condita prima eccleſia in regno Congitano.

8 Proficiſcentibus ad Regem Congi ſacerdotibus Chriſti, inter barbaros eaorta pia contentio eſt de honoris apice in geſtandis ſacro ornatu ac vaſis ad rem diuinam peragendam neceſſarijs, quam ſupellectilem ſanctam appellabant, iumentorum enim in ijs terris inopia onera imponebant capiti. Antequam ad Ambaſſem Congi regiam vrbem peruenirent præcones euangelici, inſtructa officij ergo paganorum agmina obuiam prodiere, quorum feſtiuo cantu omnia circum loca perſonabant: Rex in alto ſuggeſtu inſidens ſolio præaltam mithram cultu Æthiopico in capite geſtans, ſiniſtrum humerum monili æneo ornatus, deatro regium inſigne præferebat, a præcordijs ſurſum gentis more nudatus, ima vero bombycina veſte tectus, venientes præſtolabatur, excepitque lætus, ac de baptiſmo verbis factus, ſacerdotum ornamenta, quæ inuoluta erant, explicari percupiuit: inter quæ cum effigies Chriſti e cruce pendentis producta eſſet, ac noſtri Chriſtum in ſigno adoraturi procubuiſſent in genua, barbari eadem pietatis æmulatione corpora prouoluere: quæ vero cruce & alio ſacro ornatu diuina myſteria adumbrarentur ſignificata ſunt, nec Rex diu noctuque inquirendi de rebus diuinis modum faciebat. Lapſis aliquot diebus in populo illo Chriſtiana religione erudiendis conſumptis, Ioannes ordinis Prædicatorum, qui alijs ſacerdotibus præerat, ac Ruizius Soza orator Luſitanus eccleſiam Deo optimo maaimo ponendam decreuerunt, in quo perficiendo opere tantis ſtudijs deſudatum eſt a Congitanis, qui inter ſe onera diuiſerant, vt cum ſacerdotes vigeſima nona aprilis die Ambaſſem ingreſſi eſſent, tertia maij primum ſaxum fundamento ſuppoſitum fuerit, ac prima iunij templum poſtea epiſcopali dignitate inſignitum perfectum ſit, atque inuentionis S. Crucis nomine conſecratum. Quo vero die primum eccleſiæ ſaxum iecerunt, Rex Congi baptiſmi ſacramento fuit renatus, eique Ioannis nomen, quod Luſitanus Rex tam pij auctor operis gerebat, impoſitum: ſex etiam principes vna cum Rege ſacro latice intincti centum, quæ & eo amplius animarum millia Eccleſiæ aggregata fuerunt.

9 Concurrerant ii populi noſtrorum aduentu pellecti, tum belli, quod in Mundequetas inſularum, quas Zairus fluuius per regnum Congi decurrens efficit, accolas rebellantes parabatur, fama Regiſque imperio commoti. Ad quos perdomandos cum Rea arma ocyus eapediret, plurimi apparatus, qui in baptiſmali Regis pompa faciendi erant, fuere intermiſſi. Proficiſcenti ad bellum in rebelles Regis Ruizius Soza veaillum cru-

Vexillũ crucis effigie conſuſcum datum Regi cõtra rebelles. Regina baptiſmo luſtrata.

crucis effigie illuſtratum conceſſumque ab Innocentio Papa, vt in bello aduerſus impias gentes præferretur e manu tradidit, monuitque, vt confideret, virtute crucis victoriam de hoſtibus ſe relaturum. At Regina abeuntem Regem conſpicata, dolenſque Ioannem præconum euangelicorum principem cum aliquot ſocijs contracto ex cœlo æſtuoſo morbo extinctum, expectare abnuit, vt poſt confectam in hoſtes expeditionem Chriſto nomen daret; ſed confeſtim illius ſacris imbui percupiens Leonoræ nomen, quod habebat Regina Luſitana, in baptiſmali lauacro accepit. Nec fefellit Regem Congi ſpes, quam in Chriſto collocauit, glorioſam enim ac facilem victoriam eſt conſecutus: quem adeo præpotentem Luſitani aliquot, qui eum ſtipauere, aiunt, vt octoginta millia hominum ſub ſignis numeraret. Rediturus in Luſitaniam Ruizius Sonza quinque religioſos ſacerdotes, e quibus Antonius ſocijs præerat, reliquit ad fidem Chriſti latius diſſeminandam, a quibus adeo feliciter nauata opera eſt, vt religio in Congi regno maxime efflorueriт præcipuis Alfonſi Regis filij natu maximi auſpicijs, qui reuerſus ex regni finibus, in quibus aduerſus finitimos bellum gerebat, ſacrum baptiſma in Ambaſſenſi eccleſia, Alfonſique nomen quod filij erat Luſitani Regis, ſuſcepit a, magnamque procerum multitudinem, & alios, qui ad viſendam ſacram celebritatem confluxerant, ad veri Dei cultum pellexit. Vt vero eius fratris gentilitijs ſuperſtitionibus irretiti opera dæmon naſcentem Congitanam eccleſiam veluti in cunis præfocare annisus ſit, dicetur inferius b.

Parta de hoſtibus victoria prælato crucis vexillo.

Regis Congitani filius nomen Chriſto dat. *a Io. Barro l. 3. c. 10. & Oſor. l. 3.* Plures ad Chriſtum allicit. *b Tom 10. ann. 1525.*

10 Affulſit etiam non exigua inferendi Ialophis Æthiopiæ occidentalis populis Congi finitimis, qui Gambea & Zanaga fluminibus perluuntur, euangelij ſpes, quæ funeſto poſtea exitu abrupta eſt, eorum enim Rex Bemornus, qui antea Chriſtianos aduenas amice perhumaniterque tractabat, cum ſuas opes eorum commercijs augeri cerneret, regno pulſus propinquorum inſidijs, in Luſitaniam perfugit, vt Chriſtianis armis regno reſtitueretur, atque hoc anno Chriſto nomen dedit, ac baptiſmo fuit luſtratus, & Innocentio VIII. per literas obedientiam detulit, vt refert Maffæus c: *Baptizari*, inquit, *cum ſuis*, ij erant viri nobiles, ad quinque & viginti, *& Ioannem de Regis nomine ſe dici voluit. Celebratum eſt myſterium tertio nonas nouembris anno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo mira pontificum & procerum gratulatione & frequentia*, & infra: *Neophytus Romano Pontifici per ſupplices literas rite obedientiam detulit, idemque in Luſitaniæ Regis ditionem, iure beneficiario ac voluntaria deditione conceſſit ac ſe modo amiſſa reciperet, Luſitanis ad interiores Libyæ Reges ac pretioſa metalla ducem fore profeſſus eſt.* Inſtructa eſt Luſitana claſſis viginti nauium validarum ad eum in ſolium ſuum reſtituendum, in eamque, præter nautas & propugnatores, etiam euangelici præcones ad cœleſti doctrina imbuendos barbaros impoſiti: ſed dum ad Zanagæ ripam claſſis manebat, atque exædificabatur Petrus Vaſæus claſſis præfectus Ialophum Regem ferro confodit ſiue perfidia ſuſpicionibuſque incitatus, ſiue iracundia exardeſcens ob crebra Luſitanorum cæli ſolique grauitate percuntium funera: ita magnæ ſpes de amplificanda fide ad irritum cecidere. Penetrare per eas terras ad Abyſſinorum Regem Chriſtianum optabat Luſitanus, ſed ob interiacentes vaſtas ſolitudines non potuit. Vt vero ſuperato promontorio Africæ in Auſtrum procurrente iuncta cum ijs ſocietas fuerit, ſuo loco dicetur: nunc ad Europæas res traducendus eſt ſermo.

Ialophi Æthiopiæ occid. populi.

c Maffæus lib. 1. Eorum Rex baptiſma luſtratus in Luſit.

Miſſa claſſis a Luſit. ad eũ regno reſtituendum. Ialophorum Rex miſere necatus.

11 Ardebat a multiplici bello externo internoque Hungaria, qua occaſione Turca ad eam opprimendam incurrit: Itaque Chriſtiani principes ab Vuladislao Hungariæ & Bohemiæ Rege pacandi fuere, vt deinde armorum molem aduerſus communem hoſtem omnibus formidandum conuerteret. In primis Albertum fratrem facto de pace colloquio VIII. kal. martij ſibi conciliauit, traditis illi quibuſdam Sileſiæ vrbibus, & vectigali nummario: cum etiam epiſcopi Varadienſis opera aduerſi Hungarorum & Polonorum exercitus ſeſe fœdere iunxerunt. Perfunctus Polonico bello Vuladislaus, aduerſus Maximilianum Romanorum Regem ad repetendas ab eo Hungaricas vrbes contendit. Potitus ille Hamburgi arce fuerat, atque ad Viennam Bohemicum exercitum fuderat b: cumque a patre Friderico, qui Auſtria contentus abſtinendum a Pannonia cenſebat, militaria ſtipendia impetrare non potuiſſet, Germanorum principum conuentum apud Vindelicos coegerat: ſed ij primarium imperij principem Regem Bohemiæ bello petendum negarunt, qua occaſione auctus Vuladislaus Veſprimnium, Sabariamque & Albam regalem XIV. ſeptembris ditione recuperauit. Adhibita præterea eſt a Caſimiro Rege Poloniæ pontificia auctoritas ad Maximiliani Vuladislaique lites componendas; *Caſimirus Regis pater*, inquit Bonfinius c, *Poloniæ Rex legatos alios ad Fridericum Imperatorem & Maximilianum filium miſit, qui eos orarent, ne Hungariæ bellum inferre, & Vuladislaum filium ſuum Regem Hungariæ rite coronatum armis perſequi vellent, ſeque, ſi id facere perrexiſſent, illorum iniurias non neglecturum: decreuit alios ad Innocentium Pontificem maximum, qui eum obteſtarentur, vt ipſe ore ſuo apoſtolicique ſenatus auctoritate Vuladislaum Hungariæ Regem creatum confirmaret, competitoreſque regni ab armis aduerſus eum ferendis deterreret.*

Turcæ Vngariã infeſtant. *a Bonfin. dec. 5. l. 1. Crom. l. 29. Dubr. l. 31. & alij.* Polonus cum Vngaro conciliatus.

b Bonfin. ſup. l. 1. & lib. 2. Tentata a Maximiliano Vngaria. Alba regalis ab Vuladislao recuperata. Actum de pace inter Maximilian. & Vulad. *c Bonfin. dec. 5. l. 2.*

12 In congreſſum cum veniſſent legati Regum vix concordiæ rationes explicare poterant, quod Maximilianus ſoli tantum Vuladislao ob ſanguinis coniunctionem Hungarici regni iure ſe ceſſurum affirmabat. Demum cum Hungariam Turca diſcerperet ob Chriſtianorum diſſidia, atque etiam Albertus ob fratris imbecillem valetudinem res nouaret, Maximilianus etiam Sueuorum opera Morauiam infeſtaret, pax his legibus ab Hungaris menſe nouembri admiſſa: *Res*, inquit Bonfinius d, *diu multumque agitata, tandem ex Regis auctoritate his legibus eſt tranſacta: vti pacta cum Matthia Rege de reſtituenda corona habita renouarentur, vt regnum Hungariæ ad Maximilianum, aut eo mortuo ad legitimos eius heredes reſideret, ſi Vuladislaus ſine filijs legitimis deceſſiſſet: interea, vt regni titulus penes ambos reſideret: vt pro belli ſuperioris impenſis Vuladislaus Maximiliano centies mille nummum aureum penderet; ne ſummi honores vlli, vt duumuiratus, ſacri diadematis, palatinatus, vt munia tam ſacra quam profana & prouinciarum præfectura, niſi interpoſita amborum auctoritate, & iureiurando vtrique dato, capi poſſent: vt eoſdem vterque amicos, rebelles, hoſteſque haberet, iureque ſocietatis alter alterum bello iuuaret, Hungaros Germanoſque eodem loco atque honore haberet: ne Hungaris vitis fraudi eſſet, quod ad Maximilianum ſe contuliſſent, neque vlla aut nota*

d Idibid. Quibus legibus ſancita.

aut

Digitized by Google

aut pœnu uſſici propterea poſſent, ſed bonis ſuis, quæ publicata fuerunt, reſtitutis eodem, quo fideles loco ducerentur & eſſent. Ad poſtremum vt omnes antiſtites & metropolitæ, proceres, præſides, legatique, & ciuitates cum vniuerſa nobilitate legatis Maximiliani præſentibus ſe has fœderis leges inuiolatas in perpetuum cum ſua poſteritate ſeruaturos iurarunt. Pax populo, his tamen ſuppreſſis conditionibus in magna omnium expectatione, renuntiata eſt. Has pactiones ægre tulere nonnulli Hungari; cum tamen Hungaria mox illius concordiæ beneficio e maximis malis erepta ſit, quippe verſis in Albertum, qui bellum redintegrarat, armis is tandem victus acie pacem admittere, atque receptis captiuis impedimentiſque cedere Pannonia coactus eſt.

Albertus Vngaria cedere coactus.

13 Sublata vero inteſtina Hungariæ bella Romani Pontificis ſtudio & ſolicitudine indicat Vialardus a, qui ex apoſtolicis diplomatibus tradit Cardinalem Reginum in Hungariam, Poloniam, Pruſſiam, Ruſſiamque ampliſſima auctoritate inſtructum decretum fuiſſe legatum e latere, vt ſacrum in Turcas bellum vrgeret, communi namque Pontificis ac Regum conſilio conſtitutum erat, vt duo validiſſimi exercitus terreſtres in Baiazethem educerentur, quorum alteri ex Hungaris, Bohemis, Polonis, Valachis, Pruſſis, Lituanis, Ruſſis conflato Vvladislaus Rex ſummo cum imperio præeſſet, cui a Pontifice adiungendus erat legatus apoſtolicus, atque in Bulgariam Thraciamque irrumperet: alterum vero Maximilianus Romanorum Rex ex Germanis, Danis, Belgis, Burgundionibus, Galliſque voluntarijs colligendum ductaret, ſocialibuſque cum Vvladislao armis per finitimas barbarorum prouincias irrueret: at vero claſſis florentiſſima inſtruenda erat in portu Veneto, atque ſubſidiarijs Anglorum, Scotorum, Hiſpanorum, Gallorum, Italorumque principum nauibus apparatibuſque bellicis munienda & augenda, eaque ingentes peditum equitumque copiæ transportandæ erant, cuius imperium vel a Carolo Francorum, vel Henrico Anglorum, vel Ferdinando Hiſpaniarum Rege ſuſciperetur. Illi Innocentius pluribus Cardinalibus ſtipandus ſe committere decreuerat; at ſi nullus eorum Regum id munus ſuſcipere vellet, legatum apoſtolicum eidem claſſi præficiendum ſancitum fuerat: eodemque tempore Caitbeus Ægypti ſultanus irruere in Aſiaticas Turcarum prouincias pollicebatur. Verum licet Chriſtiani Reges ad tam præclaram militiam paratos ſe obtuliſſent, iamque ab Innocentio ducenta aureorum millia in comparanda claſſe collocata eſſent, Gallus etiam Rex duodecim maioris alueí naues egregie inſtructas ſubmiſiſſet, impetatæ etiam clero eſſent decumæ, conſilijs non reſpondere exitus.

a Vialad. in vita Innoc VIII

De bello in Baiaz vertendo actum.

Ex quibus componédus foret primus exercitus.

Alterius imperium penes Cæſarem.

Naualis exercitus ex quib' inſtruendus.

Præeſſe illi cum Rege tá ſalpino debuit Pont.

Sultanus Ægypti futurum ſocium pollicitus

Soluta in auras egregia conſilia.

14 Interea Turcæ ex inteſtinis Hungarorum bellis ſumpta audacia imparatas milite prouincias finitimas aggreſſi, omnis ætatis ſexuſque homines in ſeruitutem abduxerant, Chriſtiana templa incenderant, & obuia quæque ferme ad Varadinum vſque, nec non Croatiam, Tranſiluaniæque limitem populati ſunt, & Sabasium arcem munitiſſimam obſidione cinxere. Vt autem poſtea fuſi profligatique fuerint, proximo anno dicetur. Interea non omnino impune factæ ex Turcarum excurſiones, quandoquidem ad Hunam amnem in Croatia non exigua illorum manus b vel cæſa vel capta eſt.

Turcarū in Vngaria graſſationes.

Repreſſæ in Croatia.

b Bonfin. dec. 5 l. 2.

15 Compoſito porro Hungarico bello, Maximilianus Cæſar implicitus Gallico eſt, prouocatus a Carolo Francorum Rege genero a, qui non modo ſocero Margaritam filiam remiſit, verum etiam Annam, ad quam Britanniæ minoris ſpectabat imperium iam Maximiliano deſponſam, matrimonio ſecum iunxit, ne Britannia a Gallia diuulſa, redactaque in Cæſaris poteſtatem ingentium poſtea bellorum cladiumque materies inde naſceretur, id autem iure factum refert Nauclerus b: *Franci, inquit, nihil in his perperam affirmant actum, nam vt aiunt, domina Margareta annum nondum agens quartum ad Carolum tunc Delphinum Viennenſem ſperati ad pacem matrimonij gratia deducta eſt: quod quidem pactum de nuptijs Rex Romanorum ſemper improbauerit, tum quod a Flamingis ſe inconſulto & reclamante conflata conuentaque eſſent, tum quia maior æquo dos deſignata fuiſſet. Accreuit his odium implacabile Regis Romanorum in Carolum, vnde non mirandum, ſi ipſa his cognitis nondum adulta remiſſa eſt, tum impuberis ante pubertatem inanis ſit aſſenſus, & dum pubeſcunt licitum eſt illis ſponſalium pœnitere, vt indicant canones ſacri. Quin certior factus Carolus nullo coniugali fœdere vnquam mortalium virginem obnoxiam teneri, ſed omnia per ſimulationem acta cum Rege Romanorum, ne ſcilicet gens Britannia Franco Regi ſe dederet: quod ex eo conſtare volunt, nam etſi procuratores a Rege Romanorum quatuor eſſent miſſi, nulli illorum tum erat in ſolidum coniugij gerendi decreta facultas, prout de iure fieri debebat, & ſi legitimo aliquo procuratore matrimonium geſtum fuiſſet, illud nihilominus pro non ratihabitione confirmari lex ſtatuit cum quæ inſtituta in eo negotio omiſſa inueniuntur, vnde cum ſpes alia pacis nulla compendioſior occurreret, quam virginem a Franco Rege duci, vxorem duxit: quibus quidem nuptijs religioſe celebratis accidit, vt Britonum omnium aſſenſione pax facta ſit.*

Inter Maximil. & Gall. Regem orta diſcordia

a M ſcre. Vat ſign. n. 115. Comm l. 7 c. 3. Gagui in Carol. VIII Trith. chron. Spon. Sabell. en. 10 l. 8. Surit. l 20 c 87. Marian. l. 26. c. 1. Polyd. l. 26 & alij.

b Naucl. vol. 2 gen. 50.

Fundamẽta cauſæ Galli Regis.

Pax inter Gallum & Britones conſtituta.

16 Geſtum in Britannia bellum e a Franco fuerat cum ſupremo in eam prouinciam iure contenderet Ludouicum ducem Aurelianenſem hoſtem pronuntiatum excipi non debuiſſe: quem victum acie in vincula coniecit, demumque ſororis rogatu carcere emiſit: defuncto autem Franciſco duce diſceptabat, eius filiam principatus heredem externo principi non nubendam. Pellecti vero ſunt a Maximiliano in illius belli ſocietatem Henricus VII. d Anglorum, ac Ferdinandus Hiſpaniarum Reges: & quidem Henricus re male a ſuis in Britannia geſta, traiectis in Galliam ingentibus copijs Boloniam caſtris cinxit, ſed vbi a Maximiliano nullam afferri opem intellexit, redintegrata cum Carolo pace rediit in Angliam: Ferdinandus e autem Hiſpanus ſubſidiarias in Britanniam copias ſubmiſit, ac deinde etiam compoſita lite reuocauit, cum in ſpem veniſſet recipiendi comitatus f Ruſcinonenſem & Ceritanum, pollicẽte Carolo, qui Ludouici XI. patris ſub mortem B. Franciſci Paulani Minimorum conditoris monitis ita præcipientis ſupremam voluntatem exequi decreuerat. Reſtitutum porro fuiſſe Ruſcinonenſem comitatum Ferdinando, tradit Gaguinius g: Quod vero ad Maximilianum attinet; illum poſt multas acceptas illataſue in bello clades ſeſſum fœdus cum Carolo Neapolitanam expeditionem meditante receptis h vrbibus, quæ dotis nomine attributæ fuerant, pepigiſſe ſuo loco dicetur.

b Gaguin. in Carl. VIII. & Polyd. l. 27

Anglus & Hiſp. Maximiliano fauent.

d Id. ibid. Anglorū expeditio diſſoluta

e Marian. l. 26 c. 1.

f Marian l. 26. c. 1.

g Gaguin. in Carl. VIII.

h Comm. l. 7. c. 3.

17 Interea Innocentius i aſſerendæ pontificiæ auctoritatis libertatiſque eccleſiaſticæ tuendæ cauſa ſanctionem edidit aduerſus eos, qui

Innocentij conſtit pro lib. eccleſ.

i Ext. in bullar. in In VIII. conſt. 17.

Digitized by Google

pontificia imperia pro illis, qui ad Apoſtolicam ſedem confugerant, data varijs artibus ac dolis eludebant nec perfici ſinebant: *Hac noſtra, inquit, perpetua conſtitutione ſtatuimus & ordinamus, quod omnes & ſingulæ perſonæ tam ſæculares quam regulares, cuiuſcumque ordinis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ, ſeu ordinis exiſtant, contra quas in eadem curia cauſæ, quæ in illa tractari conſueuerunt ſeu poſſunt de iure vel conſuetudine commiſſæ ſunt, vel in futurum tam per appellationem ſeu deuolutionem, ad illam, aut alias quomodolibet committerentur, & quæ citationes huiuſmodi in vim commiſſionum apoſtolicarum decretas vel decernendas, aut quæuis alia mandata ſeu reſcripta apoſtolica iuſtitiam vel gratiam continentia, quo minus iuxta illorum tenorem executioni demandentur per ſe vel per alium ſeu alios, directe vel indirecte, quouis quæſito colore impedire aut impediri facere, ſeu clericis, vt beneficia eccleſiaſtica renuncient, aut iura in illis ſibi competentia cedant, vel a proſecutione cauſarum & iurium huiuſmodi deſiſtant mandare facere præſumpſerint, aut pro illis impediendis & renunciandis ad principes ſeu officiales ſæculares, publice vel occulte, per ſe vel alium, quouis quæſito colore recurſum habuerint, cauſam perdunt, & omne ius tam in petitorio, quam poſſeſſorio in re vel ad rem, de qua agitur, eis competens, eo ipſo amittant, & ad beneficia ſic renunciata obtinendum inhabiles exiſtant. Aliæ vero perſonæ eccleſiaſticæ, ſeu etiam ſæculares, quas cauſa huiuſmodi non tangit, executionem citationum huiuſmodi, aut aliorum quorumcumque mandatorum, ſeu reſcriptorum & prouiſionum apoſtolicarum, vt præmittitur, impedientes aut impedientibus huiuſmodi auxilium, conſilium, vel fauorem publice vel occulte, directe vel indirecte præſtantes, cuiuſcumque conditionis vel præeminentiæ exiſtant, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant, a qua (præterquam in mortis articulo conſtituti & ſatisfactione præuia) ab alio, quam a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, & canonice intrante, abſolutionis beneficium nequeant obtinere.* Adiectæ aliæ in tabelliones pœnæ, qui de exequendis citationibus eiuſmodi publica documenta conficere detrectarent, iiſdemque abrogatum munus. Iuſſi præterea vniuerſi præſules eandem ſanctionem promulgare, Dat. *Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCI. VIII. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* VIII.

Impedita cognitio cauſarum ad ſedem Apoſt. ſpectantium.

Intentatæ pœnæ impedientibus cauſarum.

18 Hoc anno ſecunda octobris die ad Dominum migrauit Bononiæ Iacobus Alemannus [a] patria Vlmenſis dominicanæ familiæ alumnus, ſanctitatis opinione dum vixit & poſt mortem miraculis clarus, cuius felicem obitum ita deſcribit Leander in eius vita: *Annos erat natus quatuor & octoginta B. Iacobus, cum in valetudinem incidit, quæ illi ſuprema fuit. Intelligens ipſe finem aduenisse ſuæ vitæ, vocauit ad ſeſe illum, cui ægrotantium cura commiſſa erat, & ait, Ego frater iam diſſoluor & tempus meæ reſolutionis inſtat, proin rogo te huc voces inſignem doctrina & religione virum magiſtrum Vincentium Caſtronouenſem monaſterij huius præfectum, cui delicta mea generaliter confiteri volo. Quod vbi fecit & plenam remiſſionem ex more aſſecutus eſt, acceſſit ad eum ex cœnobitis vnus, cui Dionyſio fuit nomen, cui inteſtina fluebant, ſpei ac fiducia plenus & ait, Dilecte frater, tu quidem ad patriam properas; ego autem atroci morbo hic crucior, nec cantare poſſum, nec concionari: ſed te per Deum rogo, ad quem tendis, vt cum illi iunctus fueris, memineris mei, ac tuis precibus hanc a me moleſtiam depellas: qui ſe quidem id facturum ſpopondit. Cum autem ad vltimum deueniſſet, priuſquam expiraret, ipſe ſibi manus decenter & pedes compoſuit, & ita felicem efflauit animam: continuo autem color, qui morienti, vt ſolet abierat, & vultus quadam hilaritate, & per totum corpus candor eximius rediit & claritas admirabilis, vt nulli dubium eſſet quin recta in cælum migraſſet. Is autem, cui inteſtina, ſicut modo dixi, fluebant, quique illius opem paulo ante petierat, accedens ad eius cadauer & multo cum fletu amplexatus cœpit promiſſa repoſcere, & rogare vt ſui memor eſſet: nec promiſſam ille opem diſtulit, nam priuſquam inde abſcederet, ſeſe diro prorſus liberatum morbo ſenſit. Obiit autem B. Iacobus anno ab aduentu Chriſti* MCCCCXCI. V. *idus octobris.* Sepultus eſt in clauſtrali ædicula ob conceptam opinionis ſanctitatem, ſegregatuſque ab alijs, cumque eo hominum vtriuſque ſexus promiſcua multitudo confluerit, aſſentiente vrbis epiſcopo Iuliano Cardinale Robureo, poſtea in pontificatu Iulio II. nuncupato, ad B. Thomæ ſacellum tranſlatus [a] eſt octiduo poſt, nec vlla corruptionis labes in eius corpore reperta, plurimaque miracula, eius implorata ope, a Deo patrata fuerunt [b].

Henric. Inſtitoris Iacobi Alemanni obitus.

[a] Io. Ant. Flamin. & ex eo Sur. to. 5. die 11. octo. Lean. l. 6. de vir. illuſt. ord. Præd. ex eod. Flam. Carol. Sig. l. 4. de epiſ. Bononien. in Iuliano Roboreo.

Exanimi corpori pulchritudo mira diuinitus allata.

Æger imploratа eius ope liberatus celerioccle.

[a] Id. ibid. Car. Sigon. vbi ſup. Patrata alia miracula.

[b] Leand. vbi ſup.

IESV CHRISTI

Annus 1492.

INNOCENTII PP. VIII. annus 8. FRIDERICI III. IMP. annus 53.

1 INeunte anno Chriſtianæ ſalutis nonageſimo ſecundo ſupra milleſimum quadringenteſimum inuictione decima Ferdinandus Hiſpaniarum Rex Granatam Maurici eiedem imperij pactionibus, ſuperiori extremo anno contectis, in deditionem accepit, defixaque in altiſſima arcis turre cruce dominica conſpecta ex equo in terram deſilijt [c], inque genua in medio exercitu ad pugnam inſtructo cum ſacerdotibus & proceribus prouolutus laudes cecinit Deo, qui poſt tot ſæcula Bæticam Chriſtianæ religioni, pulſa Mahumetica impietate, reſtituiſſet; quem pium ritum Ioannes Mariana deſcribit. Celebrantque eam victoriam omnium gentium hiſtorici, ex quibus Lucius Marinæus ſuperiora repetens etiam erumpentes e carceribus Granatenſibus Chriſtianos, victumque Regem barbarum victori obuium, eum in perdomitam vrbem triumphalem ingreſſum ita depingit [d]: *Boabdelis catholicis principibus obſequens, & regia dignitate tituloque priuatus, kal. ianuarij anno Chriſtianæ ſalutis* MCCCCXCII. *Granatæ portis reclusis magnum Chriſtianorum militum numerum in Granatam vrbem, & in Alhambram recepit, regiaſque domus turres, vrbis portas, & omnia munitiora loca Chriſtianorum præſidijs aſſignauit, poſteroque die mane captiuos Chriſtianos complures compedibus vinculiſque ſolutos cum quingentis obſidibus, quos ſe daturum pactus fuerat, ad catholicos principes miſit in caſtra. Reges autem catholici, cum per tentoria diſtributos obſides obſeruari diligenter & honorifice tractari iuſſiſſent, ad captiuos Chriſtianos, qui Benedictus dominus Deus Iſrael, decantabant conuerſi, cum flentes & toto corporis habitu & vultus effigie deformatos aſpexiſſent, eorum ſortem miſerantes omnes indutos rebuſque neceſſarijs adiuuantes, ad ſuas domos ire iuſſerunt, quorum vnus, qui ſacerdos erat, & non indoctus, antequam diſcederent. O principes, inquit, cæleſtes, o Dei* opti-

[c] Mariana l. 25. c. 18. Surit. l. 20. c. 92. Tritem. in chron. Spon. Raphael Volat. Geogr. l. 2. vol. 2. gen. 50. Sabel. enn. 10 l. 8. & alij.

[d] Lucius Mari. Si. de reb. Hiſp. l. 20.

Boabdiles titulo regio ſe abdicat.

Sacerdotis liberati ad Ferdinandū oratio.

optimi maximi fortes & magnanimi duces, qui nos hod erna die, grauiſſimo iugo ſeruitutis vel potius ab vmbra mortis & horrendis tenebris ad clariſſimam optatiſſimamque vitæ lucem reuocaſtis, viuatis in æternum, viuatis, & quoniam vobis pro veſtris erga nos immortalibus beneficijs gratiam referre non opis eſt noſtræ, eam ſine dubio cumulatiſſimam ſperatis a Deo, qui pias hominum mentes ex alto proſpiciens vnicuique pro meritis digna præmia perſoluit.

2 *His dimiſſis, eodem die catholici principes cum Ioanne & Ioanna filijs, cum Petro Mendozio Cardinale, cumque ſuis ducibus, & multis equitum peditumque cohortibus inſtructis Granatam verſus proficiſcuntur. Quibus ad vrbem appropinquantibus Boabdelis quinquaginta ferme comitatus equitibus obuiam venit, qui triſti vultu, capiteque demiſſo, ac flenti ſimilis Ferdinandi Regis oſculari dexteram contendit, Rex autem Ferdinandus manum ſubtrahens Boabdelem perbenigne ſuſcepit, paucisque verbis vltro citroque per interpretes habitis, ad Iſabellam Reginam, quæ cum prole ſua & Cardinale cæterisque ducibus Regem ſubſequebatur, Boabdelis accedens idem fecit, quam Regina pari benignitate recepit, & ad ſpem meliorem verbis honorificis hortata eſt. Cum autem prope vrbis mœnia perueniſſent, Ferdinandus Talabricus Abulenſis epiſcopus & Granatæ vrbis archiepiſcopus deſignatus, qui crucis vexillum præferebat, altiorem arcis Alambræ turrem conſcendit, & erectam crucem reliquaque vexilla cunctis oſtendit, quam cum catholici principes, regiaque proles, & vniuerſus exercitus flexis genibus Deo gratias agentes adoraſſent, & arcis Alambræ cuſtodiam Ignico Mendozio Tendiliano comiti commiſiſſent, ad vrbem nouam, redierunt in caſtra, ſecumque Boabdelem adduxerunt. Vbi permanere ſtatuerunt, quoad vſque traditis armis a Mauris, & auctis Chriſtianorum militum præſidijs, in vrbem populoſiſſimam tutior eſſet ingreſſus. Hic diebus paucis commorati, quibuſdam confectis negotijs, & rebus ad vrbis ingreſſum neceſſarijs comparatis, cum multis armatis equitibus, quos ex multis partibus acciuerant, & magno ſacerdotum numero, Te Deum laudamus decantante, Granatam vrbem Deo optimo maximo, cuius auxilio belli peroptatum finem glorioſamque victoriam fuerant adepti, gratias agentes ingreſſi, valdeque lætantes vota, quæ religioſe promiſerant, perſoluerunt, deinde certos nuntios cum literis de victoria, quam Deo iuuante de Mauris Chriſtianæ religionis hoſtibus habuiſſent, ad Innocentium ſummum Pontificem, ad Cardinales, ad Chriſtianos principes, ad omnes Hiſpaniæ Siciliæque ciuitates deſtinarunt.*

Regis Granatẽſis ad Ferdinandũ acceſſus.

Inducta in Granatã præſidia.

Miſſi ad Pont. & Reges de parta victoria nuntij.

3 De Granata a Mauris Ferdinando Regi dedita die ſecunda ianuarij, & vniuerſo eo regno Chriſtiano imperio adiecto poſt ferme octingentos annos, extant miſſæ ab eodem Rege ad Venetiarum ducem laureatæ literæ a, quibus additæ ſunt aliæ Bernardi Roiæ, quæ ſingulas deditionis circumſtantias quarum plures iam dictæ ſunt recenſent, vt Mauri fame oppreſſi deditionis verba nuncupatint, ac datis obſidibus Hiſpanos in arces duas munitiſſimas admiſerint: vbi mox ſacroſanctum miſſæ ſacrificium factum ſit, ac dein Rex & Regina equitum decem, peditum quinquaginta millibus ſuccincti triumphali pompa in vrbem ſint ingreſſi: quibus venientibus occurrerint Chriſtiani, qui in carcere Maurico diu luxerant, compoſito religioſo agmine, præcunteque crucis vexillo ac prælata virginis Deiparæ imagine, quam in ipſo carcere tenuerant, quos auctor ad Regem Reginamque ſe perduxiſſe ait, ac perhumaniter exceptos, iuſſoſque in caſtrum, cui ſanctæ fidei nomen inditum eſt, recipi. In Granatenſis vero arcis primo ingreſſu religioſum virum ſecum crucem extuliſſe, cumque in turris celſiſſimo loco eam locaſſet, archiepiſcopum Calorenſem, Auilenſem, Candiſienſem, Malacitanum epiſcopos, ac plures alios ſacerdotes pari vocum conſenſione ſuccinuiſſe: *O crux aue ſpes vnica*; tum vero vexilla S. Iacobi & Ferdinandi Regis a fratre comitis Ciſontani ad ternam religioſam crucis adorationem prona ad terram incuruata fuiſſe: hymno vero ſacro decantato conſcendiſſe turris altiorem locum præconem militarem regijs inſignibus decorum, qui maxima contentione ter has voces repetiuit: *S. Iacobe, Granata Caſtella tua ope Regis Reginæque paret imperio. Hanc Granatæ vrbem, hæc caſtra, & vniuerſum regnum Rex & Regina reſtituerunt catholicæ fidei fulti Numinis ope, & B. Virginis Mariæ, & S. Iacobi, & Innocentij VIII. Pontificis, eiuſque prælatorum, nec non populorum, vrbiumque Regis Reginæque clientum*, tum vero præſentibus Rege ac Regina editum feſtiuum diſploſis tormentis bellicis reboatum, redditum: dein Mauri Regis filium obſidem, & arces milite & commeatu communitas fuiſſe, die vero inſequenti decretam ſolemnem ſupplicationem, ac ſacram pompam a quadringentis ſacerdotibus ductam ab arce ad vrbem ſanctæ fidei, cui ſeptingenti Maurica ſeruitute liberati interfuerint, eoſque veſtibus, ac muneribus ab Rege Reginaque liberaliter donatos fuiſſe, quibus omnibus Bernardus Roia ſe adfuiſſe profitetur exaratis VII. ianuarij die MCCCCXCII. literis.

a Extant l. 1 litt. princ pag. 3.

Granata Ferdinando & Iſabellæ Regibus dedita.

Chriſtiani liberati per ductique ſolemni põpa ad Regem

Crux in arcem Granatẽſ illata ab epiſcopis

Collata in ſummo faſtigio.

Solemnis ſupplicatio ducta

4 His addit Marinæus edita vbique ingentia lætitiæ ſigna ob auctum chriſtianum imperium. Pontifice vero in eccleſia B. Iacobi Romæ litaſſe celebraſſeque diuinas laudes: tum habitas inſtructo agmine religioſo a clero ſupplicationes ſolemnes præter Stephanum Infiſſuram a & alios narrat Burchardus rituum magiſter, qui rem geſtam die dominico V. menſis februarij conſignat, additque paratam fuiſſe ab oratore eximio orationem panegyricam in laudem Ferdinandi & Eliſabethę Regum Mauricæ perfidiæ domitorum, ſed ob fragorem, quem linteatorum ſacerdotum conferta agmina, dum concinnebant diuinas laudes, concitarunt, intermiſſam fuiſſe. De qua celebritate præſentia ſua cohoneſtata meminit Innocentius hoc diplomate b, quo ſacras indulgentias luſtraturis S. Iacobi eccleſiam, ac pias preces pro Mahometica ſuperſtitione excindenda fuſuris impertitus eſt c.

a Inf. ſſ m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111 & aliud ſign. eod. n. 2. Marin. l. 25 c. 18. & alij.

b Lib. 69. pag 165.

c Lib 69. pag 165.

Ad perpetuam rei memoriam.

5 Cum, ſicut vniuerſo pene orbi innoteſcit, Granatæ regnum populi multitudine & agrorum fertilitate ampliſſimum a barbaris infidelibus ex Africa proficiſcentibus, euolutis iam annis octingentis vel circa, & ex tunc cum Chriſtifidelium circumuicinorum maxima clade tentum, diuina fauente clementia, noſtris temporibus per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fernandum Regem, & chariſſimam in Chriſto filiam noſtram Elizabeth Reginam Caſtellæ & Legionis illuſtres, cooperante Altiſſimo, recuperatum extiterit cum multorum infidelium eorumdem ad fidem conuerſione, nos, qui cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, & vniuerſo almæ vrbis & Romanæ curiæ clero & populo prima die dominica menſis februarij proxime elapſi ad eccleſiam hoſpitalis S. Iacobi Hiſpanorum

Octingentis ferme annis Granatenſe regnum ſtetit.

Digitized by Google

rum nuncupatam de dicta vrbe nos contulimus, & miſſam inibi ſolemnem celebrari fecimus, gratias Deo agentes de tanta victoria, & catholicæ fidei exaltatione, cupientes vt huiuſmodi inchoata victoria cum animarum ſalute, quod fidelium precibus & orationibus conſequi poſſe ſperamus ſuſcipiat incrementum; & vt eccleſia prædicta in honorem ſancti Iacobi, cuius meritis & interceſſione Rex & Regina præfati, ac Hiſpani fere omnes eis ſubditi altiſſimum propoſitum habuiſſe & habere, & in cunctis eorum opportunitatibus ab eo exauditis indubie arbitrantur congruis frequentetur honoribus; & vt fideles ipſi eo deuotius indefeſſo animo po tanto bono gratias agere, & pro manutentione ipſius regni Granatæ, & infidelium in illo degentium ad fidem conuerſionem, & expugnationem eorumdem infidelium tanto vehementius preces fundere procurent, quo exinde pro animarum ſuarum ſalute maiora cognouerint commoda conſequi poſſe, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi vniuerſis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eccleſiam prædictam prima dominica menſis februarij a primis veſperis vſque ad occaſum ſolis ipſius dominicæ deuote viſitauerint, annuatim ac de obtenta victoria dicti regni Altiſſimo gratias egerint, pro eiuſdem regni infidelium ad fidem catholicam conuerſione, & aliorum regnorum infidelium expugnatione Deum deuote exorauerint, plenariam omnium ſuorum peccatorum indulgentiam & remiſſionem elargimur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXXII. VIII. *kal. maij pontificatus noſtri anno* VIII.

De eo Chriſti imperio adiecto, acta a Pont. gratiæ.

Eccleſiā S. Iacobi Romæ lu ſtrantib' propoſitæ indulgentiæ.

6 Cæterum vergente anno Alexander VI. qui Innocentio ſucceſſit Granatæ archiepiſcopalis dignitatis apicem reſtituit a, ac Guidixenſis & Almeriana eccleſiæ metropolitanæ Granatenſi ſubeſſe iuſſæ.

a *Alex. VI in bull 3. ſignat. nu. 717. pag. 321.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad omnipotentis Dei, totiuſque cœleſtis curiæ laudem, & orthodoxæ fidei exaltationem, ſtatuſque vniuerſalis Eccleſiæ, diuini quoque cultus augmentum, & animarum ſalutem Granatenſem & Guidixenſem & Almerienſem eccleſias, ciuitates, & diœceſes cum earum prælatis, clero, ac populo bonis, iuribus, ac pertinentijs vniuerſis a quacumque prouincia, de qua dudum ante & poſt regni prædicti occupationem per infideles, vt præfertur, factam ciuitates & diœceſes prædictas, aut loca aliqua illarum fuiſſe prætenduntur auctoritate apoſtolica tenore præſentium ſegregamus, diuidimus, & ſeparamus, ac ab omni dominio, iuriſdictione, poteſtate ſuperioritatis, & auctoritate eccleſiarum, de quarum prouincijs forſan erant, vt præfertur, & prælatorum earumdem pro tempore exiſtentium, quo ad ius metropoliticum dumtaxat eximimus & totaliter liberamus: ac præfatis Granatenſi in metropolitanam eccleſiam, & ciuitatem in metropolitanam archiepiſcopalemque præſidis prouinciæ ſedem de ſimili conſilio, auctoritate, & plenitudine erigimus, ac metropolitanæ dignitatis & archiepiſcopalis eccleſiæ ac ciuitatis nomine, titulo, & honore de ſpecialis dono gratiæ decoramus pariter & inſignimus, eiſdemque Guidixenſem & Almerienſem eccleſias, ciuitates, & diœceſes cum earum iuribus & pertinentijs vniuerſis eiſdem eccleſiæ & ciuitati Granatenſi, & illius præſuli pro tempore exiſtenti & pro earumdem Granatenſis eccleſiæ & ciuitatis

Guidixenſis & Almeriana eccleſiæ illi ſubiectæ.

prouinciæ archiepiſcopali & metropolitana, nec non illarum pro tempore prælatos pro ipſius eccleſiæ & archiepiſcopi Granatenſis ſuffraganeis, eiuſdem quoque Granatenſis prouinciæ clerum & populum pro eiuſdem eccleſiæ & ciuitatis Granatenſis prouincialibus de ſimili conſilio eiſdem auctoritate & poteſtate aſſignamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXXXII. IV. *id. decembris pontificatus noſtri anno* I.

7 Vix æſtimari poteſt quantum Granatenſis regni excidio rem Chriſtianam auxerit a, cum Viennenſis concilij tempore patribus perlatum fuerit Granatæ quinquaginta Chriſtianæ fidei deſertorum millia, in reliquo vero regno ex Chriſtiana ſtirpe genus trahentium Maurorum quingenta millia reperiri: iam vero vice verſa Mauri ad Chriſtiana ſacra adiungi cœpere, atque inter alios Boabdilis Regis victi duo filij Chriſto nomen dedere b, atque infantes Granatæ nuncupati ſunt: quin etiam illi matrem ſuam, quæ a Chriſto defecerat, a Maurica pernicie in viam ſalutis reduxerunt. Patebat præterea ex ea parte Afrorum eluuionibus Hiſpania: nunc vero Granata ſubacta non modo vniuerſum Hiſpaniæ imperium redditum eſt Chriſto, verum ad Africam Chriſti ſubdendam legibus patefacta via, iamque illa Mahometica ſuperſtitione libera eſſet, ſi Hiſpaniarum Reges victricia arma ab ea non auertiſſent. Miraculo autem proximum extitit, mox a ſubacta Granata Hiſpanam potentiam non in Africam finitimaque Europæ regna modo, verum in noui orbis ampliſſima imperia torrentis inſtar ſe diffudiſſe. Hic vero Granatenſis triumphus a Ferdinando & Eliſabetha eximio alio facinore fuit cumulatus, Mauricis enim ſordibus Hiſpanias liberaſſe non contenti, Iudaica etiam ſuperſtitione expiare decreuerunt, cum hoc perfidum genus in dies ſoboleſceret, ſuaque multitudine Chriſtianam rempublicam aliquando in diſcrimen adducere poſſet: qua de re hæc Mariana c.

a *Marian. lib. 25 cap. 18.*

Regis Boabdilis filij Chriſto dant nomen.

b *Lucius Marin. lib. 20. in fin.*

Patefact' ad Africam debellandā aditus.

Ferdinandi Regis aucta potentia.

8 *In Hiſpania Ferdinandus & Iſabella Reges bello Maurico exempti quam primum de pellendis vniuerſa ditione Iudæis, quæ alia feſſis ſupererat, inter ſe conſultabant. Eo conſilio Granata, vbi morabantur, menſe martio ſalutis anno* MCCCCXCII. *per edictum voce præconis denuntiarunt: Iudæi omnes, niſi mutarent, vti ex omni ditione diſcederent: parando exilio quatuor menſes dati ſunt cum facultate eo ſpatio vendendi bona, ſecumue quæ vellent aſportandi. Id edictum noua Thomæ Turrecrematæ inquiſitoris ſanctione amplius eſt aſtrictum menſe aprilis, pijs omnibus vetantis cum ea gente commercium, grauique ſupplicio ſancientis, ſi quis eo decurſo tempore victu aut re alia quapiam eos homines iuuaret. Sic innumera Iudæorum multitudo mari ex Hiſpania ſoluentes: tum Africam, Italiam, & orientis ſalis oras tenuerunt, vbi in hunc diem patriam Hiſpanorum linguam mordicus retinet, tum plerique in Portugalliam vicinam abiere.* Et infra: *Iudæorum multitudinem, qui ex Hiſpania diſceſſerunt ad certum numerum reuocare promptum non eſt: plerique ſcriptores centum & ſeptuaginta familiarum millia abijſſe confirmant, quidam ad octingenta millia capita perueniſſe ait, ingens numerus ac vix fidem facientus, ſed vnde tamen multis occaſio extitit hoc decretum accuſandi, gentem copioſam, & qua omnes vias pecunia nouerat, amouere a prudentia Ferdinandi alienum exiſtimantibus magno vtique compendio fructuque earum prouinciarum, ad quas copiarum Hiſpania magnam*

c *Raphael Volaterr. lib. 2. Marian. de rebus Hiſp. l. 26.*

Iudæi niſi fiant Chriſtiani proſcripti a Ferdinando.

Quantus eorum numerus eiectus ex Hiſpania

partem

Digitized by Google

partem aurum, argentum, gemmas, veſtemque pretioſam ſecum detulere. Multi ex eo numero, ne patria carerent, Chriſto dedere nomina, pars ſinceris animis, alij ſimulata pietate tempori ſeruientes, breui ad ingenium, fraudes & mendacia redierunt. Nonnullos ex ijs, cum ad colligenda vaſa ſegniores extitiſſent, nec vellent Chriſto nomen dare ſub haſta venditos addictoſque ſeruituti; ex his vero, qui ſolum verterunt, itinerum incommodis vel lue periſſe refert Nauclerus a.

Magnus numerus in itinere perit.

a Suri. to. 5 l. 1. c. 6.

9 Addit auctor nefarium hoc hominum genus in Germania deteſtabile ſcelus commiſiſſe: cum enim Chriſtianorum relatu Chriſtum in Euchariſtia exiſtere audiſſent acceptam a ſacrilego ſacerdote confoderunt ferro: ex qua ſtillauit cruor, confirmante Deo inſigni hoc miraculo fidei orthodoxæ de ſanctiſſimo eo ſacramento veritatem, & Iudaicam immanitatem detegente, vt iuſta de fontibus ſumerentur ſupplicia: *Genus*, inquit b, *hominum calamitoſum Iudæi nouiſſime anno ſalutis* MCCCCXCII. *die* XXII. *menſis octobris in oppido Sternebach ſub dominio principum Magnopolenſium auxilio Petri ſacerdotis Eleazar Iudæus, & complices ſui ſacramentum Euchariſtiæ diuiniſſimum per hoſtias maiorem & minorem obtinentes, has perforarunt, & cruor illico proſilijt, quo linteum præcinctum ruborem accepit: quo miraculo territi ad Petrum id deferunt. Principes autem illuſtres Balthazar & Magnus fratres re comperta cum veſtigia vulnerum, quæ remanſerant, cernerent, Iudæos cremari fecerunt triginta numero: Petrus vero prædictus ſacerdos ſe illis ſacramentum vendidiſſe confeſſus eſt, & quomodo poſt puncturas Iudæi ſacramentum cruentatum, & panno inuolutum ſibi reſtituerint, & quod ſuffoderint in terram, vbi eo indicante inuentum eſt cruore conſperſum. Sacerdos degradatus & incineratus fertur: in eodem autem loco hodie multa fiunt miracula. Audiui ego a quodam ſacerdote capellano Magni principis, quod vnus ex Iudæis ſeſe in flumen præcipitem dederit, mortemque ſibi conſciuerit, & quod vna ex mulieribus Hebræis tres filias habens minorem infantulam iugulauerit, ſecundam ſimiliter occiderit, tertia vero vix ex manibus parricidæ elapſa auxilio Chriſtianorum ſaluata extiterit.*

b Naucl. vol. 2. gen 50. & Crantz. Vuandal. l. 14 c. 1.

Sacra Euchariſtia perfoſſa a Iudæis. Cruor diuinitus ex ea emanat.

Sumptũ de impijs ſupplicium.

10 Hoc anno vigeſima octaua ianuarij die pax Pontificem inter ac Ferdinandum Regem Neapolitanum, eiuſque filium Alfonſum ducem Calabriæ, interprete Hiſpaniarum Rege, quem ſe vadem pontifici futurum antea obſtrinxiſſe vidimus, conciliata eſt: Ioannem vero Briellum protonotarium apoſtolicum interceſſiſſe in Cardinalium ſenatu, ac Renati iura expoſuiſſe tradunt. Nec parum ad flectendum ad officium Regem Neapolitanum oſtentata in Pontificis opem Caroli Francorum Regis arma valuerunt. Priſtinæ itaque fœderis leges, quas liberatum ſe periculo putans Ferdinandus infregerat, redintegratæ, vt nimirum annuum vectigal veteri more Pontificibus penderet: pontificiam in conferendis Neapolitani regni ſacerdotijs auctoritatem non labefactaret: ne ſe cauſis eccleſiaſticis obtruderet: cæſorum procerum eccleſiæ fœderatorum filijs faceret ſatis. Venit in vrbem decimo maio Ferdinandus iunior princeps Capuæ filius Alfonſi Calabriæ ducis Ferdinandi Regis Neapolitani filij, vt aui patriſque nomine veniam a Pontifice poſceret: quem magnis exceptum honoribus refert Stephanus Infiſſura d, obſeruatque periſtromata & aliam pontificiam ſupellectilem illi ſubminiſtratam a famulis direpta ac diſtracta indigne fuiſſe. Non religioſius quam antea a Ferdinando & Alfonſo cultæ huius fœderis leges, non enim iniurias proceribus illatas ſarcivere, quippe ob nimiam acerbitatem in eos exercitã Alfonſum haud diu huius pacis beneficio potitum memorat Surita a.

Inter Pont. & Ferd. Regẽ Neap. pax conſtituta.

Suri. to. 4 l. 20. c. vlt. Marian. l. 25. c. 18. Roſc. in ſtemma duce Lotharing. l. 5 & alij

Capuæ princeps ad poſcẽdam a Pont veniam miſ ſus.

d Infiſſ. m. ſ arc. Vat. pgn n. 111 & aliud ni. ſ ſignat. cot. un.

Fœderis leges parum religioſe cultæ ab Alfonſo.

a Surit. ſup cap. 92.

11 Fuiſſe vero eidem Alfonſo regni Neapolitani iura tradita, nec non Ferdinando filio principi Capuæ, vt Ferdinando auo ſeniori ſuccederet, ſi Alfonſus pater dux Calabriæ ante Ferdinandum extremum diem obiret, & clientelaris ſponſionis ſacramenta ſolemni ritu Alfonſum Innocentio Pontifici detuliſſe, oſtendit hoc eiuſdem Innocentij diploma b.

Neapolitani regni ius ſi duciarũ illi traditum.

b M. ſ. Vall. bibliot.

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio nobili Alfonſo de Aragonia duci Calabriæ ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Dudum felicis recordationis Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter claræ Aragoniæ memoriæ Alfonſo Aragonum Regi auo tuo regnum Siciliæ cum terra citra pharum, excepta ciuitate noſtra Beneuentana cum eius territorio, diſtrictibus, & pertinentijs, etiam ſi regnum cum terra huiuſmodi ad præfatam eccleſiam, [nimirum Romanam,] per obitum claræ memoriæ dominæ Ioannæ olim dicti regni Reginæ II. vel alias qualitercumque deuolutum foret, in feudum perpetuum pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus ſuis maſculis recta linea legitime deſcendentibus, tunc iam natis, & naſcituris ſub certis modis & conditionibus tunc expreſſis, de fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio per quaſdam literas conceſſit. Et deinde pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi præfati regni Regis illuſtris piæ memoriæ Pio Papæ II. prædeceſſore noſtro expoſito, quod præfatus Alfonſus ipſum Ferdinandum eiuſdem Alfonſi filium primogenitum ſuum in præfatis regno & terra citra pharum poſt ipſius Alfonſi obitum ſucceſſorem ſuum, ac dictorum regni & terræ legitimum heredem fore ſtatuerat & declarauerat, & pro eorundem ſtatuti & declarationis robore, ac ſuæ ſucceſſionis huiuſmodi firmiori certitudine tunc principes, comites, barones, magnates, & populi regni & terræ præfatorum in ipſius Ferdinandi Regis manibus ipſi Alfonſo tunc in humanis agente homagium, & fidelitatis ſolitum iuramentum præſtiterat, idemque Alfonſus Rex in vltimis dierum ſuorum conſtitutus eundem in eius vltima voluntate teſtamentum, & in eadem voluntate perſiſtens ipſum Ferdinandum ſuum heredem vniuerſalem, & in eiſdem regno & terra ſucceſſorem inſtituerat, & quod poſtea dicto Alfonſi Regis vita durante, vniuerſi principes, comites, barones, & populi, & magnates antedicti in eadem voluntate firmiter perſeuerantes ipſum Ferdinandum Regem pacifice cognouerunt, & iterato ſimili homagio & iuramento præſtito, eum talem cenſuerant & reputauerant, tuncque cenſebant & reputabant, idem prædeceſſor præfatum regnum Siciliæ cum dicta terra citra pharum, excepta ſimiliter dicta ciuitate Beneuentana cum eius territorio & diſtrictu, ſiue per obitum dicti Alfonſi Regis, ſiue alias qualitercumque, ad præfatam eccleſiam reuerſum & deuolutum foret, ſiue ipſe Ferdinandus Rex eidem Alfonſo Regi in illis legitime ſucceſſiſſet, ſiue non, eidem Ferdinando Regi tanquam Alfonſi Regis filio primogenito, & in dictis regno & terra ſucceſſori eiuſdem literis recta linea ex ſuo corpore legitime deſcendentibus modis, formis, adiectionibus, promiſſionibus, cautelis, & volun-

Qualis Eugenij IV. donatio extiterit.

Digitized by Google

luntatibus tunc expreſſis, matura ſuper hoc deliberatione præhabita, de fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, ex certa ſua ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per alias ſuas literas in feudum perpetuum conceſſit, confirmauit, & de nouo donauit, & mandauit & fecit eumdem Ferdinandum Regem de regno & terra præfatis iure feudi huiuſmodi per bonæ memoriæ Latinum epiſcopum Tuſculanum tunc tituli SS. Ioannis & Pauli presbyterum Cardinalem actualiter inueſtiri, prout in eorumdem Eugenij & Pij prædeceſſorum litteris plenius continetur.

12 Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Ferdinandi Regis petitio continebat, ipſe Rex cupiat te eius filium primogenitum legitimum & naturalem, qui iuxta dictam litterarum continentiam & in regno & in terra prædictis ſuccedere debes; & ſi te, eodem Ferdinando Rege adhuc durante, mori contingat, dilectum filium nobilem virum Ferdinandum de Aragonia principem Capuanum primogenitum filium tuum etiam legitimum naturalem ipſius Ferdinandi Regis nepotem ſucceſſurum, & pro maiori ſucceſſionis huiuſmodi ſecuritate & ſoliditate ſub eadem conditione, ſi te eidem Ferdinando Regi præmori contingat, præfatum Ferdinandum principem de regno & terra præfatis ex nunc iure feudi huiuſmodi inueſtiri etiam inueſtitura, quæ fieri deberet, pro Ferdinando Rege vita functo de te, ſi ſuperuixeris, vel dicto Ferdinando principi ſi prædeceſſeris, ipſum Ferdinandum Regem inueſtituram ex nunc, ſine tamen ipſius Ferdinandi Regis vllo præiudicio fieri, quæ eiuſdem roboris & efficaciæ exiſtat, & eoſdem operetur effectus, cuius eſſet, & quod operaretur, ſi ipſo Ferdinando Rege vita functo fieret, nos qui eiuſdem Ferdinandi Regis, quem ſuis exigentibus meritis ſingulari beneuolentia proſequimur & gerimus in viſceribus charitatis, votis in his præſertim, quæ ad tui præfatique Ferdinandi principis, quos in peculiares noſtros, & præfatæ eccleſiæ filios habuimus hactenus & habemus, commodum & honorem, ac tuorum & illius iurium in regno & terra prædictis vberiorem ſecuritatem tendere dignoſcuntur, libenter annuimus, & immenſam deuotionem, quam Alfonſus, dum vixit, & Ferdinandus Reges præfati pariter, & dictus Ferdinandus princeps, ad præfatam geſſiſtis hactenus, & adhuc Ferdinandus Rex & principes gerunt, in quorum ac tua grandia merita debitum reſpectum habentes, pariter & ſperantes, quod tu, & idem princeps prædeceſſorum noſtrorum veſtigia proſequendo, in veſtris fidei ſinceritate & deuotione erga præfatam eccleſiam perſeuerabitis, Ferdinandi Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, habita ſuper his cum fratribus noſtris deliberatione matura, ad laudem Dei omnipotentis Patris, & Filij, ac Spiritus ſancti, & glorioſæ virginis Mariæ, nec non beatorum Petri & Pauli, ad honorem quoque pacem, & tranquillum ſtatum ſedis Apoſtolicæ, ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ, & Regni præfatorum, ſalute quoque principum, ducum, comitum, procerum, & populorum eius, præfatum regnum Siciliæ cum dicta terra, vt præfertur, poſt felicis ipſius Regis Ferdinandi dies ad præfatam eccleſiam deuolui, ſeu eiuſdem Ferdinandi Regis regimine deſtitui contigerit, ex nunc prout ex tunc, & e conuerſo tibi tamquam eiuſdem Ferdinandi Regis filio primogenito & ſucceſſori, ſi tunc ſuperuixeris, alioquin te prædefuncto dicto Ferdinando principi tamquam eiuſdem Ferdinandi Regis in dicto regno & terra legitimo ſucceſſori pro te, & in euentum, vt ſupra, pro ipſo Ferdinando principe, ac tuis ex te vel eiuſdem Ferdinandi principis in euentum eiuſdem liberis, ex ipſo Ferdinando principe recta linea legitime deſcendentibus reſpectiue natis & naſcituris, cum cenſu annuo, alijſque conditionibus, modis, & formis, adiectionibus, promiſſionibus, cautelis, clauſulis, & voluntatibus, & inferius ordinationibus annotatis, de eorumdem fratrum noſtrorum conſilio pariter, & aſſenſu, & ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium in feudum perpetuum, concedimus, confirmamus, & de nouo elargimur, volentes & intendentes, ſi tunc ſuperuixeris, alioquin dictum Ferdinandum principem de præfatis regno & terra citra pharum, vt præfertur, per vexillum præfatæ eccleſiæ ſi tibi ſuperuixerit, & alias dicto Ferdinando principi per nos, ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, aut aliquo ex eiuſdem eccleſiæ Cardinalibus, aut alium, cui nos aut ſedes præfata id duxerimus committendum, eiuſque eccleſiæ nomine tradendum, & aſſignandum per obitum dicti Ferdinandi Regis, vt præfertur miniſtrari, ita tamen, quod tu & Ferdinandus princeps reſpectiue, vt præfertur, ante præſentium litterarum de manibus noſtris, ſeu mandatariorum noſtrorum receptioni iuxta formam inferius annotatam fidelitatis debitæ iuramentum & homagium, necnon ſeruitium, vaſſalagium, vel ligium in manibus noſtris per vos, vel procuratorem veſtrum ad hoc a vobis ſpecialiter conſtitutum, & iterato tu vel dictus Ferdinandus princeps, qui de regno & terra præfatis contigerit, vt præfertur, actualiter inueſtiri tempore traditionis dicti vexilli, & actualis inueſtituræ præfatæ præſtare teneamini pro huiuſmodi feudo præſtari debita & conſueta. Quorum quidem iuramenti, homagij, ſeruitij, vaſſalagij, & ligij præſtationes, quas ante actualem inueſtituram huiuſmodi per te, & eumdem Ferdinandum principem præſtari contigit, ſub iam dicta conditione ſi ei ſuperuixeris, dicto Ferdinando Rege decedente, alioquin eumdem Ferdinandum principem, qui eidem Ferdinando Regi in dictis regno & terra ſuccedet. Ciuitatem autem Beneuentanam præfatam cum eius territorio, diſtrictibus, & pertinentijs per nos, ſeu Romanum Pontificem diſtinctis, vel diſtinguendis cum eorum incolis, prout illa ſibi dudum præfata Romana eccleſia ſpecialiter retinuit, & reſeruauit, harum ſerie nobis, & præfatæ eccleſiæ reſeruamus. Conditiones vero præfatæ ſunt hæ videlicet. Promittetis, &c. [Conceptæ ſunt eæ leges eodem verborum ordine ac numero, quo deſcriptæ fuerant eæ, quas Ferdinando datas a Pio II. vidimus [a], quibus repetitis ſubditur.]

13 Forma autem iuramenti præfati per te, & eumdem Ferdinandum principem, ſiue tuum & illius procuratorem ex nunc in manibus noſtris, & iterato per illum, ex te & dicto Ferdinando principe, quem tempore obitus dicti Ferdinandi Regis, & in regno præfato vigore præſentium ſuccedere contigerit, tempore inueſtituræ præfatæ per traditionem vexilli, vt præfertur, faciendæ, ac per vos ſi te, nec non dicti Ferdinandi principis in dicto regno Regi immediate ſuccedere contingat, vigore præſentium, eſt talis: *Ego Alfonſus dux Calabriæ Ferdinandi Dei gra-*

tia

Præmoriente Alfonſo princeps Capuæ Ferdinandi ſenioris hæres decretus.

Idem atque Alphonſus ſacramentum nuncupare iuſſus.

[a] *a Annal. tom. 19. 1458. nu. 31. vſque ad. 47.*

Forma iuramenti.

Digitized by Google

tia Regis Siciliæ illuſtris primogenitus ſi me; decedente præfato Ferdinando Rege, in regno & terra præfatis in Regem ſuccedere contingat, & ego Ferdinandus princeps Capuæ dicti Alfonſi ducis primogenitus in tempore obitus dicti Ferdinandi Regis, prædefuncto dicto Alfonſo duce genitore meo ſupereſſe me Dei gratia præfato Ferdinando Regi in regno & terra præfatis iuxta tenorem litterarum nobis ſuper hoc conceſſarum ſuccedere, & Regem Siciliæ & terræ præfatorum eſſe contingat, plenum homagium, ligium, & vaſſallagium faciens vobis domino meo domino Innocentio Papæ VIII. & eccleſiæ Romanæ, in regno Siciliæ, & tota terra, quæ eſt citra pharum, & quantum ſpectat ad terram citra pharum, vſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ excepta ciuitate Beneuentana, cum toto territorio, ac omnibus diſtrictibus, pertinentiiſque ſuis, ſecundum antiquos fines territorii, pertinentiarum, & diſtrictus ciuitatis eiuſdem per Romanos Pontifices diſtinctos, & in poſterum diſtinguendos, ab hac hora, & in antea fidelis & obediens ero beato Petro & vobis domino Innocentio Papæ VIII. veſtriſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ſanctæque Romanæ eccleſiæ. Non ero in conſilio, vel conſenſu, ſeu facto, vt vitam perdatis, ſeu perdant, aut membrum, ſeu capiatur, ſeu capiantur mala captione; conſilium, quod mihi crediturı eſtis per vos aut nuntios veſtros, vel per litteras, ad veſtrum, vel eorum damnum ſcienter nemini pandam, & ſi ſciuero fieri, vel procurari, ſeu tractari aliquod, quod in veſtrum, vel ipſorum damnum cadat, illud pro poſſe impediam, & ſi hoc impedire non poſſem, illud vobis, vel eis ſignificari curabo. Papatum Romanum & regalia beati Petri, tam in regno Siciliæ, & terra ſupraſcriptis, quam alibi conſiſtentia, adiutor vobis ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Diuerſas & ſingulas conditiones ſupraſcriptas & contentas in præſentibus literis apoſtolicis ſuper ipſorum regni & terræ conceſſione confectis, ac omnia & ſingula, quæ in eis continentur literis plenarie adimplebo, & inuiolabiliter obſeruabo, nec vllo vmquam tempore veniam contra ea. Non procurabo per me, vel alium, ſeu alios quoquomodo, vt eligar, vel nominer in Regem vel Imperatorem Romanum, ſeu Regem Theutoniæ, aut dominum Lombardiæ, vel Tuſciæ, etſi electionem, vel nominationem ad Imperium, vel regnum Romanorum, ſeu regnum Theutoniæ, aut dominium Lombardiæ vel Tuſciæ, ſeu maioris partis earundem de me celebrari contingat, nullum huiuſmodi electioni ſeu poſtulationi aſſenſum præſtabo, nec intromittam me modo aliquo de eorum, vel alicuius ipſorum regimine, neque etiam de ciuitate Beneuentana, & ſuis territoriis, diſtrictibus, & pertinentiis, ſeu Campania, neque de Maritima, ducatu Spoletano, marchia Anconitana, Patrimonio beati Petri in Tuſcia, Maſſa Trabaria, Romandiola, alma vrbe, in ciuitatibus Peruſina, ciuitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Auinionenſi, & comitatu Venayſſinenſi, ſeu aliis terris quibuſcumque veſtris, & dominiis, ſeu feudis eccleſiæ vbilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, pro donatione, aut venditione, vel alio quouis titulo, vel contractu, mihi nihil vmquam acquiram, vel vendicabo, nec recipiam, vel habebo, ſeu retinebo, vel potero recipere, habere, aut etiam retinere in illis: neque vllam poteſtariam, Capitaniam, vel rectoriam, nullumque aliud officium recipiam, ſeu recipere potero in eiſdem, aut ipſorum aliquo, nec etiam occupabo, aut occupari permittam, ſeu faciam præmiſſa, vel partem aliquam eorum, nec illa offendam, nec moleſtabo, nec etiam Romanam eccleſiam quoquomodo ſub cenſuris pœniſque ſpiritualibus, & temporalibus, in ſupraſcriptis conditionibus, & infeudatione contentis, quas hic haberi volo in ſingulis ſuis partibus aliis pro ſpecifice repetitis & expreſſis. Schiſmatico, aut hæretico cuicumque vel a fide deuio, & ab ipſa eccleſia præciſo, eiuſque ſequacibus, aut dantibus eis auxilium, conſilium, vel fauorem, nec ab aliis, quantum in me fuerit, ſi impedire potero, dari permittam, ſed eos iuxta poſſe meum, donec conuertantur, perſequar. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei euangelia.

Tu autem ſimiliter, & idem Ferdinandus princeps ſic cum dicto Ferdinando Regi ſuccedentes in eiſdem regno Siciliæ & terra heredes dabitis priuilegium veſtrum nobis & dictæ eccleſiæ Romanæ aurea bulla bullatum, in quo proprio iuramento fatebimini, recognoſcetis expreſſe regnum Siciliæ, aut totam terram ipſius, quæ eſt citra pharum, vt præfertur, vſque ad confinia Romanæ eccleſiæ, excepta ciuitate noſtra Beneuentana, cum territorio, & pertinentiis ſuis, quæ eccleſiæ remanebunt, eidem ex ſola gratia & mera liberalitate ſedis Apoſtolicæ, & noſtra, tibi ſimiliter, & dicto Ferdinando Regi ſuccedere in regno & terra prætatis vigore præſentium contingat, eiuſque & dicti Ferdinandi principis ſic ſuccedentis heredes fuiſſe conceſſa, voſque recepiſſe & tenere regnum, & terram huiuſmodi à vobis, & dicta Romana eccleſia, ſub pactis, modis, & conditionibus ſupradictis. Nolumus autem, per præſentes tuis, & dicti Ferdinandi Principis, vel aliorum quorumcumque iuribus, ſi quæ tibi &, Ferdinando principi in illis quomodolibet competant, vllateous derogari, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo pridie nonas Ianuarii pontificatus noſtri anno VIII.*

14 Eodem anno eademque die, qua Granatam Chriſti ſubditam imperio Romæ nuntiatum eſt, inuentum fuiſſe Romæ titulum crucis dominicæ in baſilica eius nominis ſacra, quam Petrus Mendoza Cardinalis ac Toletanus archiepiſcopus Hiſpaniarum primas inſtaurandam curabat, refert Stephanus Infiſſura a; additque Innocentium iuſſiſſe illum in ſolemnibus eccleſiæ celebritatibus in ara fidelibus exponi; quem Burchardus b ſe vidiſſe ac tetigiſſe refert, cum Pontifex vna cum Cardinalibus in eam eccleſiam ſe contuliſſet: *Feria*, inquit, *ſecunda XXI. martii die feſto S. Gregorii ſanctiſſimus dominus noſter*, & infra, *venit ad eccleſiam S. Crucis in Ieruſalem, in qua ſuperioribus diebus, cum eccleſia ipſa reſtaurareiur per reuerendiſſimum dominum Toletanum eiuſdem tituli Cardinalem, & perpulchre ornaretur, repertus eſt in ſummitate eiuſdem arcus ſupra chorum in quadam capſa plumbea latere cooperta cedula circumligata & tribus ſigillis eiuſdem tamen impreſſionis ſigillata. In quibuſdam ſigillis ſcripta erant verba: Geraldus Cardinalis ſanctæ crucis, & in medio imago quædam media figura cum capello in forma rotunda magnitudinis aliquantulum maioris. In latere vero dictam capſam cooperiente a parte, quæ ab intus poſita fuerat, ſculpta erant hæc verba: Titulus crucis. In capſa vero prædicta poſita erat quædam tabula antiquiſſima ſemiconſumpta lignea longitudinis vnius palmi, & groſſa plus quam duorum digitorum: in qua tabula ſculpta erant ordine retrogrado Iudæorum more litera Hebraica, Græca, & Latina: Ieſus Nazarenus; reſiduum tituli eiuſdem, videlicet:*

Titulus Crucis Chriſti Romæ inuentus.

a Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. n. 111.

b Burchar. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 121 pag. 1040.

Forma illius.

licet: Rex Iudeorum; deficiebat, & tabula ipſa ab vno capite oſtendebat ſcripturam, & quod ſemidiuiſa fuiſſet exiſtimabatur; propterea in alio parte eiuſdem tabulæ deficiente reſiduum literarum huiuſmodi ſculptum fuiſſe. Scriptura literarum huiuſmodi fuit ſatis concaua, & ſatis bonis characteribus facta. Quam ſanctiſſimus dominus noſter ad manus recipiens vndique circumſpexit, me etiam vidente & tangente Cardinalibus circumſtantibus, & ſimiliter videntibus.

15 Oblatum dono XIX. maij eiuſdem anni Pontifici a Baiazethis Turcarum Imperatoris oratore nomine Chamiſbuerch ferrum lanceæ, quo Chriſtus dominus in cruce perfoſſus fuerat, in Mahometis II. theſauro, in quem vrbis Conſtantinopolitanæ ſpolia ex eccleſijs rapta congeſta fuerant, repertum refert idem Burchardus a, quod Petrus Delphinus in literis ad Ioannem maiorē eremi cōfirmat b, addit vero Burchardus ſe in dubium reuocaſſe, an illud verum ferrum eſſet Chriſti vulnere cōſecratum, cum Nurembergæ Cæſar, Pariſijs Francorum Rex religioſe illud aſſeruari contenderent; Tum qua religioſa pompa illud exceptum ita deſcribit c: *Veni, inquit, ad reuerendiſſimos dominos Beneuentanum & S. Anaſtaſiæ Cardinales pro ordinatione receptionis ferri prædicti facienda.* Et infra: *Ego etiam ipſis ad memoriam reduxi ea, quæ nuper videlicet in Cardinalium ad hoc deputatorum congregatione dicta fuerant, videlicet quod propter famam, quæ in Alemannia, videlicet Nuremberga, & Gallia eſſet de ferro huiuſmodi apud eos exiſtente. Et propter infirmitatem ſanctiſſimi domini noſtri ferrum hoc in Narnia, vel in eccleſia B. Mariæ de populo dimitti, aut ſecrete ſanctitati ſuæ reportari deberet & penes eum retineri; interim diligentia fieri, vt veritas haberetur, quale verum eſſet ferrum, & vbi quæſito, ſi hoc eſſe poſſet: tunc id omni veneratione & honore abſque aliquam detractione recipi & conſeruari. Reuerendiſſimi domini prædicti ſingulis intellectis dixerunt omnia ſanctiſſimo domino noſtro expoſituros.* Et infra: *Feria V. XXXI. maij feſto aſcenſionis domini noſtri Ieſu Chriſti bono mane ſanctiſſimus dominus noſter indutus amictu, alba, cingulo, ſtola pretioſa alba ſupra capucium album, præcedente cruce & Cardinalibus venit ad eccleſiam B. Mariæ de populo.* Et infra: *Facta in dicta eccleſia oratione ante altare extracto ſibi capucio retenta ſtola accepit deſuper pluuiale pretioſum & mithram pretioſam. Interim ibidem omnes Cardinales & prælati intra & extra eccleſiam acceperunt paramenta ſibi conuenientia & officiales ſuperpelliçea. Tum ſanctiſſimus dominus noſter proceſſionaliter venit, tamen ſine baldachino propter maximam proceſſionem populi præcedentis, officialibus, cruce, prælatis, & Cardinalibus, ac alijs more ſolito extra portam de populo ad ſpatium quadraginta vel circa paſſuum: vbi ſtabant reuerendiſſimi domini Cardinales S. Petri ad vincula & Vlixponenſis in ſuis paramentis cum eorum familijs, & pluribus intortitijs ardentibus: appropinquante ſanctiſſimo domino noſtro proceſſerunt dicti duo Cardinales legati ad Narniam hac de cauſa nuper miſſi, ad dominum noſtrum, & S. Petri ad vincula ferrum in tabernaculo cryſtallino, quod in ſuis manibus tenebat ſanctiſſimo domino noſtro, quibuſdam breuibus verbis ad hoc conuenienter compoſitis, obtulit, ſanctiſſimus dominus noſter depoſita mithra etiam breuibus verbis reſpondit, accepit tabernaculum cum ferro, & illud oſculatus eſt reuerenter: impoſita eſt Papæ mithra, & proceſſio per reuerendiſſimum camerarium ordinata, &c.*

a Id. pag. 1069.

Ferrum lanceæ quo Chriſti latus cōfoſſum ad Pont. tranſmiſſum a Turca.

b Pet. Delp. l. 3. ep. 33.

c Burchar. vbi ſup. pag. 1091.

Mota lis an in Germ. vel Gallia haberetur.

Duo Cardd. legati ad ferendū illud ferrum tranſmiſſi.

16 Porro non ſine cauſa eam dubitationem adduxerat Burchardus rituum præfectus, ſiquidem extant a Balduini II. Imperatoris literæ, quibus ferrum lanceæ dominicæ a ſe oppigneratum Ludouico IX. ob cœleſtes virtutes ſanctorum honoribus poſtea culto profitetur; non ferrum autem integrum, ſed cuſpidem tantum in Gallijs haberi Turcicum oratorem dixiſſe refert Stephanus Infeſſura b, cuius verba etiam ad rem confirmandam repetenda viſa ſunt: *Die, inquit, vltimo menſis maij, die aſcenſionis intrauit vrbem orator magni Turci, qui donauit lanceam vel ferrum lanceæ Longini, cum quo fodit latus domini noſtri Ieſu Chriſti in cruce: & fuit recepta a Pontifice & toto clero proceſſionaliter ab eccleſia S. Mariæ de populo vſque ad S. Petrum, & erat incluſum dictum ferrum in quodam tabernaculo pulcherrimo cryſtalli cum pede, & alijs ornamentis puri auri, & fuit res magnæ æſtimationis, & forma eius eſt hic deſignata in proprio forma ipſius, & cuſpis eius eſt apud Regem Franciæ, prout ipſemet Turca nuntiauit Papæ per prædictum ſuum oratorem.* Quod vero ad eam lanceam attinet, quæ dominica dicitur, inter cæſarea inſignia religioſe cuſtoditur in Germania, de qua & alijs paſſionis Chriſti monumentis Innocentium VI. Caroli IV. Imperatoris rogatu apoſtolico diplomate feſtum, & ſacras preces horarias celebrandas in Germania inſtituiſſe vidimus c, eam ex aliqua dominicorum clauorum parte elaboratam eleganti artis lenocinio, traditamque a Sampſone Italiæ comite Rodulpho Burgundionum Regi, ac demum ab hoc inuito Henrico Regi Saxonum ducis filio collatam, ex Baronio diximus d. Cæterum prædictum dominicæ lanceæ ferrum in baſilica Vaticana ab Innocentio fuiſſe repoſitum narrat hiſce verbis Infeſſura e: *Die lunæ XVI. dicti menſis*, nempe iulij, *præfatum ferrum, quo fuit dominus noſter Ieſus Chriſtus perfoſſus prædicti Cardinales & collegium de camera dicti Pontificis in eccleſiam S. Petri in loco, vbi eſt incluſum ſudarium, vna cum dicto ſudario collocauerunt.*

Galliæ Regi cuſpis lanceæ tantum oppignerata a Balduino.

a To. 5. hiſt. Franc. ex editione Ducheſnij.

b Infeſſ. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111.

Lancea Chriſti in Germ. quid ſit.

c Tom. 16. annal. ann. Chr. 1354. n. 18.

d Eod. an. in fine.

e Infeſſ. vbi ſup.

Repoſitū ferrum lanceæ quæ Chriſtum contigit in Baſilica S. Petri. Alia ſacra lipſana ad Innoc. a Baiazethe tranſmiſſa.

17 Perlatas ad Pontificem vna cum ferro lanceæ dominicæ plures ſanctorum reliquias, atque vna cum iis ſpongiam & cannam paſſione Chriſti conſecratas, refert Iacobus Boſius f. His vero muneribus conciliare ſibi Innocentium ſtudebat Baiazethes, ne occidentales principes in eum concitaret; extantque binæ illius literæ a, plenæ officiorum ad Pontificem Græcis verbis conceptæ, & primis quidem ſe a Cardinale Rhodi principe accepiſſe ait, fratrem ſuum Zizimum Romæ verſari, poſcitque vt pactionibus initis cum Rhodio cuſtodiatur, pontificiamque amicitiam culturum ſe profitetur: in alteris vero ait g Chriſtianos, qui in Turcico degunt imperio ex mutua ipſorum conſenſione ingentem percepiſſe lætitiam, ac de comparato a ſe exercitu confectaque expeditione in Macedoniam rationem reddit, nempe populos illos ab ipſo deſciuiſſe, ſed oppreſſos armis: nuntiatum autem ſibi pontificio imperio ingentem inſtructum verſus partes Aulonis exercitum fuiſſe, ſed omnem dein belli ſuſpicionem euanuiſſe: cæterum Othomannicam claſſem ex Macedonia reuocatam in Pontum, atque ad coercendos reprimendoſque piratas tantummodo inſtructam teneri.

f Boſius p. 2. l. 14.

f Extant in m. ſ. Vat. ſignatis C. n. 33 pag. 165.

g Id. pag. 166.

Albanenſes fracti a Baiazethe.

18 Quod vero ad illa, quæ Baiazethes ſignificauit Pontifici, attinet; illuſtrat ea Surita h, dum ait Ferdinandi Siciliæ & Hiſpaniarum Regis claſſem ex viginti triremibus, decemque nauibus maioris aluei comparatam verſus orientem vela feciſſe:

h Surit. to. 5. annal. l. 1. cap. 8.

Claſſis immiſſa a Ferd. Rege Hiſp.

Baia-

Digitized by Google

Baiazetem vero Apolloniam terreſtri maritimoque exercitu ſuccinctum acceſſiſſe, ac tum vtramque Siciliam terrore repletam valde timuiſſe, ne alterutri bellum inferret, raptimque tota Siciliæ inſula ingentes bellicos apparatus factos; Alfonſum autem ducem Calabriæ cum delectis copijs Hydruntum ſe contuliſſe, vt eam oram ab excurſionibus Turcicis tueretur, ac Baiazethem vires in Albanitas effudiſſe; de qua expeditione meminit Turcogræcæ hiſtoriæ auctor a. Attriti illi demum fuere cum initio Turcicum equitatum concidiſſent vero b iugum barbaricum excutere pertentarant, concepta vana decernendi in Turcas a Chriſtianis occidentalibus belli ſpe deluſi. Et quidem Venetijs apparatus aliqui fieri cœperant, qui Baiazethem non leui metu perculerunt, eo enim Francorum Regem duodecim naues rebus omnibus neceſſarijs ornatas miſiſſe ex Vialardo c diximus, quippe ſacrum Turcis bellum indicere generoſo ardore meditabatur, ac propterea cum equitibus Rhodijs militaria agitaſſe conſilia, ac Petrum Aubuſſonium Cardinalem, ac ſupremum illorum magiſtrum magna officiorum ſignificatione pellicere in Gallias conatum, vt bellica contra Baiazethem colloquia cum eo faceret, narrat Jacobus Boſius d: ſed omnia ea conſilia præclara conſenuere.

a Turcogr. hiſt. l. 1.

b Bonfin. dec. 5. l. 3. Mota inconſulte ab Albanenſibus arma. c Vialard. in vit. Innoc. VIII. Belli Turcici abiecta conſilia.

d Boſius p. 2. lib. 14. Expeditionem in Vngariam Baiazethes molitur. e Bonfin. dec. 5. l. 3. Ab ea abſiſtit.

17 Interea Baiazethes domitis Albanitis ingentem aliam expeditionem confecit, adeo vt ducenta hominum millia, triremes ducentas, & alia minoris alueí nauigia, vt per Iſtrum Sauumque in Pannoniam duceret, coegiſſe relatum fuerit e Vladiſlao Hungarorum Regi, ſed cum pacata Hungariæ ciuilia bella audiret cœptis abſtitit, Hungarorum virtutem veritus: quippe illi ingruentes Turcas Albæ Græcæ mœnibus fortiter propulſarunt, Sabatium non ſine ſtrage hoſtili obſidione liberarunt f, barbaricas excurſiones coercuerunt duce Paulo Kiniſio bellica laude præclariſſimo, qui ad vindicandum eorum cruorem, qui interceptí abductique Conſtantinopolim varijs ſupplicijs affecti fuerant, quoſcunque Turcas cepit exquiſitiſſima carnificina confecit, corpora enim partim nudauit cute, partim piſtrinorum rotis illiſit, partim ſuibus laniandа obiecit, partim lentis ignibus concremauit, vt ea ſæuitia territi ſæuire in Chriſtianos Turcæ deſinerent. Poſtulatus de pace Vladiſlaus ea lege, vt Turcas ipſos in finitimos Chriſtianos imperio ſuo non obnoxios incurrere ſineret propudioſam eiuſmodi pacem generoſe reſpuit. Debuerat Maximilianus Cæſar ſe Vladiſlao fœdere in Turcas iungere: ſed priuatis ductus cupiditatibus acto Confluentiæ regio conuentu ſocietatem armorum cum Henrico Anglo ad Galliam inuadendam perculſit qua de re eiuſdem Maximiliani, ac ſeptemuirum extant hæ litteræ g conſignatæ.

f Bonfin. ib. Crom. lib. 29. Propulſati Turcæ. In captos crudeliter exercita crudelitas.

Fœdus a Maximiliano cum Anglo. g Ext. apud Dolgast. to 1. pag. 412.

Henrico Regi Angliæ & Franciæ, ac domino Hiberniæ, &c.

18 Sereniſſime ac potentiſſime princeps. Cum egregius vir magiſice Franciſcus de Puys orator ac ſecretarius noſter nobis omnibus in hoc imperiali conuentu congregatis indicauerint, veſtram ſerenitatem non ſolum ob fraternam confœderationem, qua nobis & Romano Regi conſtanti fide coniungitur, verum etiam ob ſingularem affectum & amicitiam, quæ ſacro Romano imperio omnibuſque principibus eius & vnice illuſtriſſimo archiduci Philippo imperiali ac regio filio vehementer afficitur, cum machinis ac cæteris quibuſcumque caſtrenſibus inſtrumentis traduxiſſe tam in maximarum iniuriarum nobis, Regi ac ſacro imperio per Francorum Regem (vt noſtis) illatarum vltionem, quam in ipſius illuſtriſſimi archiducis patriarumque eius defenſionem, ſane omnes vt debuimus ſummopere gauiſi ſumus, veſtræque ſerenitati ex tam ſtrenuiſſimis ac præclariſſimis geſtis nos omnes plurimum debere cenſuimus & infra. Nos autem Romanorum Rex noſtros iam antea in limitibus hoſtium ad præoccupandas anguſtias miſſos totis copijs ſequimur tot ſuſceptarum iniuriarum iuſtam vltionem Deo propitio proſequuturi, &c. *Dat. die VIII. menſis octobris* MCCCCXCII.

Suſcepta ab Anglo expeditio in Galliam.

Promiſſus a Maximil. auxiliaris exercitus

19 Inter hos ciuiles Chriſtiani imperij motus obijt hoc anno Innocentius decimo iulio die S. Iacobo Apoſtolo ſacra, vt refert Stephanus Infiſſura a: *Die*, inquit, XXV. *iulij in die S. Iacobi, ſexta vel ſeptima hora noctis mortuus eſt Innocentius Papa VIII. cuius anima requieſcat in pace.* Laborauerat diutino morbo, a biennio enim, quo torpore ſoporifero viginti horis ſine vitæ ſignis iacuerat b, aduerſa valetudine fuerat vſus: accidit que tum, vt cum vis morbi medicam artem eluderet, Iudæus impoſtor, qui valetudinem pollicebatur, a tribus pueris annorum decem, qui paulo poſt emortui ſunt, ſanguinem exhauſerit, vt ex eo pharmacum ſtillatitium chimica arte paratum propinandum Pontifici conficeret: quod cum Innocentius reſciuiſſet execratus nefas Iudæum iuſſit faceſſere, qui mox fuga ſupplicio ſe ſubduxit. Verſam vero Innocentij ſolicitudinem ad procurandam animæ ſalutem, ſpeſque caducas cum ſpe immortalitatis ab eo commutatas teſtatus eſt Leonellus epiſcopus Concordienſis c in frequentiſſimo Cardinalium conuentu: *Viſitatus*, inquit, *a Domino pluribus longiſque morbis, quos patientiſſime tolerauit, multa ſancta & vtilia cogitata perficere nequiuit. Adueniente demum diuinæ vocationis hora, ſumptis ex ritu Chriſtiano deuotiſſimo animo ſalutaribus ſacramentis, ſpiritum reddidit creatori, vt quaſi iam compos æternæ gratiæ videretur, atque, cæleſtem vitam cum morte commutaſſe.* Conſentiunt Onuphrius Panuinus, Vialardus, & alij ipſum multa pietatis ſigna extremo vitæ tempore explicuiſſe. De eius vero dotibus ac virtutibus animi hæc idem Concordienſis epiſcopus refert d.

Innocentij Pont. obitus. a Infiſſ. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111 & aliud m. ſ. ſign. eod. num. Vialard. in vit. Innoc. VIII & aly. b Vrialo lib. 22. Iudæi medici valetudinem illi pollicentis atrox facinus.

c Ext. eius oratio apud Papyr. Maſſon. in Innoc. VIII. Sacramentis munitur Innocentius.

d Ibid.

20 *Conſtantiſſimus iuſtitiæ cultor, pacis ſtudioſiſſimus amator, & exuberantis annonæ vigilantiſſimus inſtructor. Sedatis honorifice ſibi ingruentibus bellis, peculiares eccleſiæ populos & Romanos in primis quam fœliciſſimos exoptauit: exaltauit ſummopere cum ad maiores dignitates viros extulit eruditos & probos, erat enim ipſi vera inſita bonitas, quæ illum ad quaſcumque optimas actiones propenſiſſimum ſuper omnia reddebat, fuit propterea in pauperes miſericors, afflictorum non minus conſolator quam principum ſuſceptor liberalis, & Dei ac ſanctorum eius pientiſſimus venerator, pontificale palatium miro ſumptuoſiſſimoque opere exornauit amplificauitque, & multiplici pretioſiſſimaque ſuppellectile tam diuinis quam domeſticis vſibus apta largiſſime decorauit.* Laudatam a multis in eo humanitatem ſingularem, parilque amorem in eius vita Papyrius Maſſonus commemorat ſic inquiens e: *Cum nihil, vt magnus Gregorius eſt auctor, in pontificali ceruice ſplendidius fulgeat, quam humilitas, vidimus ipſum (quod ſane rariſſimum eſt) eadem ſe in pontificatu adeuntes humanitate, affabilitate, ac benignitate ſuſcipere, qua & epiſcopus & Cardinalis antea conſueuerat, vt*

Exornatum ab eo pontificium palatium.

e Maſſon. in Innoc. VIII. Singularis in Innocentio emicuit humanitas.

idem ſemper ſeruato tamen decoro, fuiſſe videretur nec immutati in eo mores, ſed aucta tantum dignitas cognoſceretur. Quanta vero ſermonis dulcedine, & elegantia, quanta perſpicacia atque memoria, quam aptis rationibus & poſtulata colligeret, & repetentibus reſponderet, nemo vnquam ſine admiratione potuit audire. Obſeruabat illud, quod eſt principis proprium, vt ſiue concedendo ſiue negando neminem a ſe triſtem dimitteret.

21. His adijcit Stephanus Infiſſura, plura de conſtructis ab eo ædificijs: *Eius*, inquit, *vita a multis fuit approbata, eo quod fuit humanus & amator pacis, & conſtruxit Romæ multa ædificia, nam in oleario ſecus palatium Papa fecit vnum palatium, quod vocatum eſt eius iuſſu: Beluedere, in cuius conſtructione ſexaginta millia ducatorum expendiſſe conſtat, & videri poteſt. Fecit etiam palatium inter reclauſtrum S. Petri, & reclauſtrum palatij ipſius, vbi ſunt auditores, quod inſignia ipſius paſſim appoſita oſtendunt. Reparauit eccleſiam S. Ioannis Lateranenſis videlicet amne tribunam: refecit totum tectum, & ibi præparauit duas groſſas columnas cum lapidibus marmoreis pro faciendo ibi arcu, quod morte præuentus non fecit. Præbuit etiam auxilium in conſtructione eccleſiæ S. Mariæ in via lata, vt ſupra dixi.* Addit auctor ipſum nimio in filios nothos affectui indulſiſſe, adeo vt addubitatum ſit, ne Eccleſiæ theſaurum in eos deriuaret, quem næuum in eo etiam perſtringit Raphael Volaterranus hiſce verbis a: *Pontificum etiam primus, qui nonnum & ipſe exemplum introduceret, palam liberos nothos iactandi, ac ſoluta omni antiqua diſciplina diuitijs eos omnibus cumulandi, nam & alteri Franciſco oppida nonnulla vrbi vicina dedit, Laurentijque Medicis filiam matrimonio locauit.* Collecta vero ob eam affinitatem Pontificis gratia Laurentius Medices peperit b Cardinalatum Ioanni filio, quamuis pene puero, tandemque ſummum pontificatum in ſuam familiam intulit, quo poſterorum principatus firmatus eſt.

Horti aſpectu amœni ab eo cōſiti.

Nimiæ in ſpurios profuſionis reprehenditur.

a Volater. lib. 22.

b Vialard. in vit. Innoc. VIII

22 Quod ad ſedis Innocentij tempus attinet; cum renuntiatus fuerit Pontifex XXIX. auguſti die anni MCCCCLXXXIV. mortuus vero fuerit vigeſima quinta iulij anni MCCCCXCII. ipſum ſediſſe annis ſeptem, menſibus decem, diebus viginti octo perſpicuum eſt. Iuſtis de more ei perſolutis eadem die Cardinales conclaue ingreſſi ſunt, vt refert Stephanus Infiſſura c, qui eorum nomina recenſet: *Die*, inquit, *ſexta auguſti Cardinales omnes intrauerunt in conclaue, quod erat apud palatium S. Petri in capella, & fuerunt iſti, videlicet Vicecancellarius, Neapolitanus, S. Petri ad vincula, Senenſis, Portugalenſis, Sabellus, de Comitibus, de Columna, Vrſinus, Aſcanius, S. Mariæ in porticu, S. Angeli, S. Clementis, Racanatenſis, Alerienſis, S. Anaſtaſiæ, Beneuentanus, Florentinus, S. Seuerini, patriarcha Venetus, Parmenſis, Toarnenſis, S. Georgij.* Agitari mox de præficiendo Eccleſiæ paſtore cœptum eſt; quibus vero animi dotibus is ornatus eſſe deberet, diſſeruerat elegantiſſime Leonellus epiſcopus Concordienſis, de quo ſupra memoraui, in oratione d coram Cardinalibus habita, dum fluctuantis Eccleſiæ ſtatum, quantoque & quam perito moderatore opus eſſet, deſcripſerat his verbis: *Imminet quotidie Chriſtianis ceruicibus immaniſſima Turcarum ferocitas, ſæuit adhuc, cum poteſt, in catholicos fratres furibunda & armata Huſſitarum perfidia: pullulant vbique aduerſus orthodoxam fidem nefandiſſimi errores, creſcit in dies magis pertinax in ſacroſanctam Romanam eccleſiam vniuerſalis Eccleſiæ matricem radicemque contumacia, viget ingens tam in clero quam in populo luxus, quaſſatum eſt inteſtinis diſſidijs B. Petri Apoſtolorum principis patrimonium: eminentiores Chriſtiani nominis principes ardentiſſimis odijs in mutuum, niſi celeriter occurratur, armentur excidium: turbatus eſt ager Romanus, vrbs ipſa quotidie cædibus & rapinis quorundam temeritate cupiditateque fœdatur, tanta denique, vt Ieremiæ verbis vtar, ſuper contritione vocata eſt contritio, vt ad ipſam matrem noſtram Eccleſiam conuerſi cum eodem Ieremia merito lamentari valeamus. Filia Sion magna eſt velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Sumus enim adhuc incerti quem elegerit Dominus Innocentij locum & apoſtolatum accipere, qui tot tantaque ingruentia pericula non ſecus repellere, quam nubes ſol oriens diſſipare valeat.* Multis de Innocentio interiectis, Cardinales ita compellans ſubdidit:

Pontificatus tempus.

c Infiſſ. m. ſ. arc Vat. ſign. n. 111

Qui Card conclaue ſunt ingreſſi.

d Ext. apud Maſſo. ſup.

Expoſitus ipſius eccleſiæ ſtatus.

23 *Luctus magnus eſt in Eccleſia, quam vos facile conſolari poteritis, ſi proprio affectu, ſi ambitu, ſi falſa perſuaſione, vt ſperamus, eliminatis diuinæ cooperatores voluntatis nil niſi de ſanctimonia, doctrina, & rerum peritia fulgente Pontifice deligendo cogitaueritis. Sunt enim totius Eccleſiæ in vos oculi coniecti, patres optimi: date illi Pontificem, qui ſolo boni nominis odore cunctos poſt ſe fideles populos ad ſalutem trahere queat, ſicut enim, vt eſt in ſapientum libris, cupiditatibus principum & vitijs ſolet inficı tota ciuitas, ſic emendari & corrigi continentia. Qualiſcumque mutatio morum in principibus extiterit, eadem & in populo ſequitur, planeque veriſſimum illud, principes plus exemplo quam peccato nocere. Optimus itaque conſtituendus eſt princeps, quem facile cognoſcetis, ſi Platonem audiueritis, qui eum deligendum putat, qui ſingulis ſemper ætatibus probatus fuerit, & immaculatum ſe præſtiterit, ac perſeueranter id agere ſtuduerit, quod reipublicæ conducere arbitraretur, aliter quaſi ex diuino oraculo cenſet rempublicam perituram. Eadem ferme ſententia vos inſtruit beatiſſimus Leo Pontifex, vt illum eligatis, cuius omnis ætas a puerilibus exordijs vſque ad perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia eccleſiaſtica cucurrerit, cuique teſtimonium præbeat prior vita, quia non poteſt de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, ſeu moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis, celſioris loci præmium debetur. Exhorreatis terribilem illam Domini vocem, patres ampliſſimi, ne vnquam de vobis exclamet. Fecerunt ſibi Regem & non per me, principem & non per conſilium meum, conſilium autem domini eſt, ſi Hieronymo credimus, vt qui præſtantior eſt ex omnibus, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille pure ſincereque ſine ambitu ad ſummum ſacerdotium eligatur. Recordemini, vt reliqua prætermittam, quod Abimelech, qui Iſraelitici populi principatum ambiuit, & modico tempore turbulentiſſime imperauit, & turpi tandem cæde vitam finiuit. Infigite cordibus veſtris, vt breui clauſula vniuerſa comprehendam, & exequimini ſacros canones vobis notiſſimos de Romani Pontificis & aliorum præſulum electione conſcriptos, & iterum ſub expectato ſucceſſore nouo procuIdubio florebit Eccleſia præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum.*

Hortatoria oratio de conſtituēdo Pont. optimo.

ALEXANDER VI.

24 Verum ab optimis huiuſmodi ſuſcipiendis cōſilijs longiſſime abfuere tum pleriq; Cardinales: quos partim auro corruptos, partim ſacerdotiorum præfecturarumque pollicitationibus, partim vitiorum impurorumque morum ſimilitudine pellectos ſuffragia ſua in Rodericum Borgiam tuliſſe, que-

Corrupti auro Cardin. corruptum moribus Pōtificem deligunt.

querũtur auctores a, nec virum delegiſſe caſtimonia, ſed ſtupris inſignem: de effrænata quippe eius laſciuia a Pio II increpitum fuiſſe vidimus b: neque huiuſmodi monitis caſtigatus ſordes ſuas occuluit, ſed iuſtæ ferè vxoris loco cultuque peſſimo exemplo Vannoziam pellicem Romanam, ex qua plures liberos ſuſcepit, vtque legitimis procreatos nuptijs quibuſcumque potuit opibus & honoribus auxit, habuiſſe damnatur: qui vero ſuffragia turpi ſacrilegio vendidere Borgiæ Cardinales contrario rerum exitu, ac ſpe ſua deluſi fuere, vt obſeruat Raphael Volaterranus c: *Primi*, inquit, *ingratum eum ſenſere, nam omnes ſub eo poſtea varia calamitate ſunt preſſi, partim exilio, partim carcere mulctati.* Præneſtes etiam Romanos, quorum Cardinales eum extulerant, alios alia de cauſa ſublatos addit, quæ ſingula Panuinus d enucleate narrat.

a Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111. Panuin. in Alex. VI. Seris. to. 5 annal. l. 1. c. 11. Marian. l. 26. c. 2. & alij. b Annal. to. 19. ann. Chriſt. 14. num.

Admiſſi ſceleris vindicem ſentiunt.

c Volater. lib. 22. d Panuin. in Alex. VI.

25 At Iulianus Robureus Cardinalis S. Petri in vinculis in Gallias aufugit iram Alexandri veritus, cum celebrandum eſſe concilium œcumenicum diceret e, nimirum ad erigendam Eccleſiam a ſimoniacis conculcatam, a qua calamitate, vt eam liberaret, adepto pontificatu grauiſſimas conſtituit pœnas aduerſus ſimoniacos, qui auro promiſſiſue pontificatum acciperent, vel conferrent, vel illius ſceleris ſocietate ſe irretirent, edita ſanctione inſigni, quæ iterum iterumque ab eo promulgata, ac demum in Lateranenſi œcumenico concilio confirmata fuit, vt ſuis locis dicetur. Illum autem & Cardinalem Senenſem, qui vt ſæpe diximus, in pontificatu Pij III. nomen accepit, vna cum nonnullis alijs collegarum flagitium damnaſſe, refert Infiſſura f: *Hi*, inquit, *nihil habere voluerunt, dixeruntque in pontificum voces gratis eſſe dandas, & non muneribus.* Alexandri patriam, genus, ac mores ita deſcribit Ioannes Mariana g: *Natus eſt in Hiſpania vrbe Valentia, pater Gothifredus Lenzolius, Mater Iſabella Burgia. Renuntiata Callixti auunculi electione ad non dubiam purpuræ ſpem continuo Romam iunior aduolauit. Cardinalis factus cum alia intemperantia fœdus extitit, tum iuſtæ propemodum vxoris loco & cultu habuit Zanoziam Romanam puellam, ex qua quatuor filios genuit Petrum Ludouicum natu maximum, Cæſarem, Ioannem, Gotifredum, filiam vnam nomine Lucretiam: Petrum Gandiæ ducem fecit auro redempta, vſque adeo erat locuples. Theſauros ab auunculo Pontifice relictos, opimus ipſe ſacerdotiorum vectigalibus auxerat.* Quod ad reliqua eius geſta & ornamenta attinet; deſcripſit ea vndecim ante annis Iacobus Volaterranus h in diario feriæ v. maioris hebdomadæ anni MCCCCLXXXI, ſic inquiens: *Sacris eſt operatus ampliſſimus pater Rodericus Borgia Valentinus epiſcopus S. R. E. Vicecancellarius Cardinalis Portuenſis.* Et infra: *Annum natus eſt his circiter quinquaginta apud oppidum Scientiam Valentinæ diœceſis Callixti III. Pontificis maximi nepos fuit. Initio pontificatus auunculi ad Cardinalatum aſſumptus vna cum Ludouico ſobrino ſuo SS. Quatuor coronatorum, qui quatuor annis citra in præſulatu ſuo Ilerdenſi quietam vitam agit.* Et infra: *Vir eſt ingenij ad quæcumque verſatilis, & animi magni: ſermo ei promptus eſt & in mediocri literatura. Natura eſt callidus, ſed ante omnia miræ ad res tractandas induſtriæ. Claret mirum in modum opibus, Regum & principum plurimorum clientelis admodum clarus. Sedente Callixto auunculo Picena legatione functus, & anno primo Pontificis Xyſti in Hiſpanias cum poteſtate non modo de latere legati, ſed plene pontificia miſſus eſt, a qua in Italiam mari rediens, cum iam Piſanum portum ingredi tentaſſet, maritimis fluctibus ita eſt triremis, qua vehebatur, afflicta, vt pene ſubmergeretur. Cenſus ei eſt a cœnobijs pluribus, quæ & in Italia & Hiſpanijs præcipue poſſidet, & a tribus, quibus præeſt, cathedralibus ſedibus Valentina, Portuenſi, & Carthaginenſi, ſed & ab ipſo apoſtolicæ cancellariæ munere, a quo in annos ſingulos octo aureorum millia ſibi prouenire dicuntur. Vaſorum argenteorum, margaritarum, veſtis ſtragulæ & ſacræ ex auro & ſerico, ac librorum omnis doctrinæ vis maxima eſt: cuncta ſpecie & ornatu regio & pontificio. Mitto lectorum ornamenta innumera, etiam aurea, argentea, & ſerica: mitto veſtem ſui vſus admodum pretioſam & multam: mitto ſignati auri ingens pondus: cunctos patres, dempto Rothomagenſi, pecunia & diuitijs omnis generis ſuperare creditur.*

Card. S. Petri in Gallias fugit.

e Iul. II. in bulla indict. Lateranen. concil.

Cus edita in ſimoniacos Cardd. ſanctio.

f Infiſſ. vbi ſup.

g Marian. l. 26. c. 1.

Patria & primitiæ Alex.

De eius ſpurijs.

Primitiæ & patria Alex. VI

h Volaterr. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111.

Florebat diuitijs.

26 Incidiſſe eius electionem in III. idus auguſti, & pontificium diadema illi impoſitum VII. kal. auguſti tradunt, inter quos accuratiſſimus Infiſſura a hæc habet: *Anno Domini MCCCCXCII, auguſti menſis die vndecima, videlicet die ſabbati ſummo mane Rodericus Borgia nepos Callixti vicecancellarius creatus fuit Papa, vocatuſque eſt Alexander VI. Hiſpanus.* Interiectis pluribus addit: *XXVI. auguſti coronatus fuit Alexander VI. in ſancto Petro, deinde, prout de more, acceſſit ad eccleſiam S. Ioannis Lateranenſis, cui per vrbem factus fuit maximus honor, multi arcus triumphales, & magis quam vnquam alij Pontifici factum fuerit per Romanum populum potiſſime.*

a Infiſſ. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 111. Volat. vbi ſup. & alij. Infiſſ. vbi ſup.

Tyara pontificia ritu ſolemni ſedimitus.

27 Deſcribit illius pompæ celebritatem Petrus Delphinus, qui aderat, in literis ad Bernardinum priorem, vt ait, clauſtralem hiſce verbis b: *Si tibi ſeriatim referre ac perſcribere voluero qua heri celebritate, honorificentia, pompa ſummus fuerit Pontifex coronatus, non ſuffiſiet dies: pulchrum ſane ſpectaculum & viſu delectabile, neque penitus infructuoſum, ſi ad ſpiritum, quæ temporalia ſunt, referas: varius enim diſtinctarum perſonarum & dignitatum ornatus, ordo, inceſſus ſupernorum ciuium atque beatorum multas & diuerſas referebat mihi manſiones, & Eccleſiæ iſtius militantis decor ad conſiderandum triumphantis Eccleſiæ ſtatum ac ſplendorem animum ſæpius euocabat. Effuſa erat per totam vrbem turba multa virorum ac mulierum in itinere atque feneſtris ſpectantium, donec a S. Petro poſt celebratam ab ipſo Pontifice miſſam Spiritus ſancti ad Lateranum peruenimus. Via omnis, per quam equitauimus, pannis erat contecta, ac varijs triumphorum ſimilitudinibus ornata, pendentibus vtrinque ad parietes ædium aulæis ac tapetibus, appenſis pluribus in locis ac depicto Pontificis ſigno diſtinctis, epigrammatibuſque varijs inſcriptis. E quibus hoc vnum accipe, quod iter faciens perlectum edidici, quodque a multis grauibus viris haud multum commendari audiui.*

b Petr. Delph. l. 3. ep. 38.

Solemni pompa Lateranum ductus.

Cæſare magna fuit, nunc Roma eſt maxima: ſextus
Regnat Alexander: ille vir, iſte deus.

Adulatorium diſticon.

Reuocauit me vero ad conſiderandam humanæ conditionis infirmitatem, & ad contemnendam terrenæ poteſtatis & amplitudinis gloriam, quod inter has ſupremi culminis delitias in templo Lateranenſi, me præſente ac propius exiſtente, atque intuente cum alijs prælatis, Pontifici accidit, quod vtrum prolixioribus ſermonibus fatigato apud S. Petrum, ac de via feſſo, vtpote qui cum mitra, quod regnum vocant, ac ſacerdotalibus indutus ad Lateranum feruente deſuper ſole iter habuit, ſic illi euenerit neſcio expectantibus cum nobis in templo, ingreſſus eſt tandem laſſus admodum & exæſtuans. Ad altare primum,

cui

cui ſuppoſita ſunt capita Apoſtolorum, flexis genibus orauit, poſſeſsioneque loci de more accepta populum benedixit. Inde ad altare maius templi in ſancta ſanctorum, vbi ſella repoſita erat, eminentior loco, ſe ſe recepit, vt ibi a canonicis & ſacerdotibus Lateranenſibus ſibi obedientia exhiberetur. Ægre aſcendentem gradus hinc inde duo Cardinales diaconi adiuuabant. Conuerſus ad populum Pontifex vbi reſedit, immo vbi viribus deſtitutus ſuper ſellam concidit, continuo ſuper ſellam Cardinalis S. Georgij reclinauit caput. Syncopi correptum dicunt ſit exanimatus tamdiu immobilis manſit, donec allata aqua conſperſus faciem ſpiritum recepit. Et tanti faciunt iſti pontificatum, qui tanti conſtat, tanto periculo comparatur. Quid ei profuerint tot armatorum acies per vrbem totam ad cuſtodiam eius diſpoſita? velit modo Dominus & facile quid poſsit oſtendit, &c. Vale Romæ die XXVII. auguſti MCCCCXCII.

Deliquiũ animi in poſſeſſione incunda patius

28 Addit Stephanus Infiſſura Alexandrum in primo conſiſtorio mox nepotem ex ſorore archiepiſcopum montis regalis ſacra purpura donaſſe. At quia ſacramento in conclaui ſe adſtrinxerat Cardinalium numerum non aucturum, ni prius ad minorem redactus foret, hac interpretatione acerbitatem ſacramenti temperauit, ita ſcilicet concepiſſe ſacramenti formam mente, vt nemini tecoret cardinalitiæ dignitatis ornamenta, niſi ex conſenſu maioris partis ſenatus cardinalitij, collaturus eſſet, quod hoc diplomate a eſt profeſſus.

a *Lib. 3. bull. ſecr. pag. 51.*

Ioanni tit. S. Suſannæ presbytero Cardinali.

Auctoritate apoſtolica tenore præſentium atteſtamur, & fidem facimus, ac declaramus nos ſic promittendo iurando & vouendo mente geſſiſſe contenta in promiſſione, iuramento, & voto præmiſſis firmiter obſeruare & adimplere, niſi nobis de eorundem fratrum, ſeu maioris partis eorum conſilio videretur ad tui etiam ſic qualificati in Cardinalem aſſumptionem fore procedendum, noſque ad eiuſdem voti, promiſſionis, & iuramenti obſeruationem ſub dicta conditione, & non alias obligaſſe ac teneri voluiſſe, liceretque nobis ad tui in Cardinalem aſſumptionem procedere, voto, promiſſione, & iuramento prædictis minime refragantibus, & pro potiori cautela ad obſtruendum ora ſic aſſerentium, qui de huiuſmodi declarationis noſtræ in his viribus & ſufficientia adhuc hæſitarent, nos ipſos de ſimili conſilio & aſſenſu, & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quoad tui aſſumptionem prædictam dumtaxat, a voto promiſſione & iuramento prædictis, ſi & quatenus expediat, abſoluimus, ac decernimus ad probandum plene huiuſmodi noſtram & eorundem fratrum noſtrorum in ſic vouendo, promittendo, ac iurando neceſſitatem & intentionem præſentes litteras ſufficere, & alterius probationis adminiculum non requiri, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCXCII. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno 1.*

29 Porro eodem die, quo pontificia infula ritu ſolemni ornatus eſt, Valentiam patriam metropolitano iure paulo ante donatam ratum nouo diplomate habuiſſe, ac ſimul eius eccleſiæ archiepiſcopum creaſſe Cæſarem filium ſuum nothum, adiunctoque Pampelonenſi epiſcopatu oneraſſe, tradit Mariana b. Hoc vero laude digniſſimum in eo de coercita ſicariorum immanitate & licentia, libereque admiſſo ad tribunal vtroque ſexu ad exponendas publice querimonias, refert Infiſſura: *Notitiam*, inquit, *habuit qualiter a die extrema infirmitatis Innocentij vſque ad eius coronationem pluſquam ducenti & viginti homines diuerſis locis & temporibus interfecti fuerant: habuit etiam notitiam de interfectoribus, de cauſis, & prodimentis, & omnibus his, quæ in vrbe geſta fuerunt plenam notitiam habuit*, Et infra: *Eodem menſe*, nimirum ſeptembri, *ordinauit viſitatores carcerum, & fecit quatuor commiſſarios, qui audirent querelas in vrbe, & ordinauit ſindicatum Vguola & ſuorum officialium, & ſtatuit etiam audientiam in die martis omnibus ciuibus tam maribus, quam fœminis, & audiuit ipſemet querelas & iuſtitiam mirabili modo facere cœpit*. Conciliauit ſibi eo iuſtitiæ ſpecimine populi animos Alexander, atque hoc ipſo anno plures principes, miſſis ampliſſimis oratoribus, illi vt Chriſti vicario obedientiam ritu ſolemni detulere quorum orationes typis euſæ extant, inſigniſque ſententiarum pondere illa eſt, quæ a Senenſi oratore habita fuit.

Spurio confert archiepiſcopatum & epiſcopatum.

b *Marian. l. 26. c. 2.*

Coerciti ab eo ſicarij.

30 Inter alias ornatiſſima fuit legatio Ferdinandi Regis Neapolitani, cuius filius Romam ingreſſus menſe decembri maxima cum pompa patris nomine fidem publice dedit, illum ſemper in Pontificis obſequio futurum: tum in Cardinalium ſenatu Alexandrum orauit, vt ait Stephanus Infiſſura a, ne pactiones de conficiendis nuptijs inter Beatricem Ferdinandi filiam Matthiæ Regis viduam atque Vuladiſlaum Hungariæ Bohemiæque Regem, qui Beatricis ſtudijs Hungaricum ſceptrum ſibi pepererat, eoque pacto ipſam, vtpote ſterilem & grandæuam ſibi thoro iungere abnuebat, vti pluribus a recenter Bonfinius b, initas infringi, vel aliam ab Vuladiſlao ipſo vxorem duci pateretur: cumque ad id Alexandrum flectere non potuiſſet, cum Cardinale S. Petri iratum diſceſſiſſe Oſtiam, quam idem Cardinalis milite armiſque ad ſuſtinendam obſidionem communiuit: Beatricem porro, ducta ab Hungaro Anna Candala Aquitanica, ...ea de cauſa litem apud ſubſellia apoſtolica ... victam, cum pro ... regnorum quiete publica ſterilis & grandæuæ ſponſalia diſſolui conduceret, de quo hæc refert Burchardus d: *Feria ſexta tertia menſis aprilis fuit conſiſtorium ſecretum, quod durauit vſque poſt horam vigeſimam primam, in quo ſanctiſſimus dominus noſter per ſuam ſententiam in ſcriptis pronuntiauit prætenſum matrimonium inter illuſtrem Regem Hungariæ & illuſtrem dominam Beatricem filiam Ferdinandi Neapolitani Regis relictam Matthiæ Regis Hungariæ, eſſe nullum, & de facto præſumptum, & impoſuit perpetuum ſilentium ipſi Beatrici, & eam condemnauit in expenſis ſportula ſiue propina, quæ fuit viginti quinque millium ducatorum vt dictum fuit & ex pactis*. Porro Beatricem e in mœrore conſenuiſſe ferunt. Cæterum Vuladiſlaum a patre Caſimiro Poloniæ Rege Polonicis iuribus teſtamento exheredatum hoc anno ne Bohemiæ & Hungariæ ſcilicet Poloniam coniungeret tradit Cromerus f, additque de ipſo Caſimiro III, ſancti Caſimiri patre: *Deinde ſacroſanctis Chriſtianæ religionis myſterijs rite perceptis menſe iunio animam exhalauit anno Chriſti MCCCCXCII. inde funus eius in Poloniam ſolemni pompa elatum in baſilica Cracouienſi ſepultum eſt*. Celebratis inde ordinum regni comitijs poſt varias concertationes Ioannes Albertus ad Polonicum ſolium Eliſabethæ Reginæ ac Friderici fratris epiſcopi Cracouienſis, eiuſdemque Cardinalis ſtudijs euectus eſt g, atque ad firmandam aduerſus æmulos fratres Alexandrum ac Sigiſmundum, qui etiam Polonicum ſceptrum poſtea acce-

a *Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111*

b *Bonfin. dec. 5. l. 2.*

c *Dubr. hiſt. Boiem. l. 31. & alij*

d *Burcard. p. 2. m. ſ. Alex. VI.*

Beatrix ſpe matrimoniali cum Vuladiſlao deiecta.

e *Sur. to. 5. l. 4 c 5.*

f *Cromer. l. 29 in fin.*

Caſimir. Poloniæ ſceptrum cum Vig. iungi vetat.

g *Id. l. 30.*

Albertus ſceptro Polonico potitus.

acceperunt potentiam cum natu maiore fratre Vvladislao fœdus ad ſe mutuo aduerſus omnes defendendos percuſſit.

Laurentij Medicæi obitus.

31 Obijt eodem anno IV. idus aprilis Laurentius Medices, de quo ſæpe antea illatus ſermo, Florentinæ reipublicæ princeps Leonis X. parens, cuius mores Raphael Volaterranus a deſcribit. Celebrauit ipſius laudes Angelus Politianus, qui cum pridie quam ab hominibus demigraret ſacramenta magno pietatis Chriſtianæ ſenſu delibutum ſuſcepiſſe refert: *Nihil*, inquit, *prius habuit quam vt animæ medicum accerſeret, cui de contractis tota vita noxis Chriſtiano ritu confiteretur: quem ego hominem poſtea mirabundum ſic prope audiui narrantem, nihil ſibi vnquam neque maius neque incredibilius viſum, quam quomodo Laurentius conſtans paratuſque aduerſus mortem, atque imperitus & præteritorum meminiſſet, & præſentia diſpenſaſſet, & de futuris item religioſiſſime prudentiſſimeque cauiſſet. Nocte deinde media quieſcenti meditantique ſacerdos adeſſe cum ſacramento nuntiatur, ibi vero excuſſus, Procul, inquit, a me hoc abſit, Patiar vt Ieſum meum, qui me finxit, qui me redemit, adusque cubiculum hoc venire? Tollite hinc, obſecro, me quam primum, tollite vt Domino occurram. Et cum dicto ſubleuans ipſe ſe, quantum poterat, atque animo corporis imbecillitatem ſuſtentans, inter familiarium manus obuiam ſeniori ad aulam vſque procedit, cuius ad genua prorepens ſupplexque ac lacrymans: Tune, inquit, mitiſſime Ieſu, tu nequiſſimum hunc ſeruum dignaris inuiſere? At quid dixi ſeruum? immo vero hoſtem potius, & quidem ingratiſſimum, qui tantis abs te cumulatus beneficijs, nec tibi dicto vnquam audiens fuerim, & tuam toties maieſtatem læſerim, ego te per illam, qua genus omne hominum complecteris, charitatem, quaque te cœlitus ad nos in terram deduxit, noſtræque humanitatis induit inuolucris, qua famem, qua ſitim, qua frigus, æſtum, labores, irriſus, contumelias, flagella, & verbera, quæ poſtremo etiam mortem, crucemque ſubire te compulit: per hanc ego te ſaluifer Ieſu, quæſo obteſtorque auertas faciem a peccatis meis, vt cum ante tribunal tuum conſtitero, quo me iamdudum citari plane ſentio, non mea fraus, non culpa plectatur, ſed tuæ crucis meritis condonetur. Valeat valeat in cauſa mea ſanguis ille tuus, Ieſu, pretioſiſſimus, quem pro aſſerendis in libertatem hominibus in ara illa ſublimi noſtræ redemptionis effudiſti.*

a Volat. l. 5. Politian.

Pietas illius in ſacramento Euch. ſuſcipiendo.

Matthæi Gerardi Card. obitus.

32 Eodem anno Matthæus Gerardus patriarcha Venetus, S. R. E. Cardinalis ordinis Camaldulenſis religione conſpicuus pie obijt, de cuius vita & moribus inquirenti poſt aliquot annos ſucceſſori Contareno Petrus Delphinus b, anteactæ vitæ hiſtoriam conſcripſit: *Nihil*, inquit, *adeo in illo admiratus ſum, quam perſeuerantiam ipſius haud minus in rebus exiguis, & quæ ad cerimonias tantum ordinis pertinerent: quam in reliquis, quæ maioris forent difficultatis ac momenti: ſi quis autem in choro in primis & refectorio ac monachorum congreſſu contemplatus fuiſſet, nihil eo in moribus elegantius merito fateretur. Age vero in ijs, quæ potiora exiſtimantur in religione & grauiora, ac laborum plena, vtpote vigiliæ, ieiunia, ſilentium, ſolitudo & cætera id genus. Quis oro Maffeo vigilantior, qui ne vna quidem nocte diuino cultui in templo defuit? Media nocte tunc ad matutinam ſynaxim per totum anni circulum ſiue æſtate ſiue hyeme ſurgebatur, cum ipſe aut primus ſemper, aut inter primos conueniret. Abſtinentiam in eodem laudare, cibique ac potus parcitatem ſuperfluum duco: quando ieiuniorum obſeruatorem accuratiorem, & delitiarum contemptorem, parem illi nouerim neminem. Nunquam re vera vidi aliquem, qui vino parcius vteretur. In veſtitu ſordes vitauit; nullum tamen vnquam veſtimentum luxu conſpicuum detulit. Sacræ ſcripturæ lectione delectatus orationi aſſidue vacabat & hic ei ſemper mos fuit, vt poſt vigilias nocturnas, alijs abeuntibus, ſolus ipſe in choro aliquandiu remaneret. Sermo ei fuit parcus & grauis, ſemperque ab omni leuitate abhorrens. Conabatur pater optimus magis facto, quam verbo ad bene ſancteque viuendum prouocare filios ſuos, caſtigans quotidie corpus ſuum, & in ſeruitutem redigens. Miſericordiam vero & pietatem, ac eleemoſynarum largitionem in eo quis digne ſatis laudibus efferat? erat ipſe quidem robuſto ac vegeto corpore, & qui rariſſime mala aliqua valetudine corriperetur, neſcio tamen an alium agnouerim, qui illo extiterit erga infirmos debileſque clementior, quos nimirum & crebra viſitatione ſolabatur, & omni fouebat miniſterio charitatis; egenos & inopes aut aliqua calamitate oppreſſos pro redituum mediocritate promptiſſime ſubleuabat, quem erga pauperes affectum nunquam ipſum etiam in patriarchatu exuiſſe affirmant.* Interiectis pluribus de pia eius morte hæc addit: *Commendabat ſeipſum Domino, & moleſtias ægritudinis ferens patientiſſime, nihil de terrenis cogitans, nihil loquens, ſed erecto tantum animo in cælum nihil magis videbatur expetere, quam tranſire ad immortalitatem, &c. Ex monaſterio S. Michaelis Murani die xx. nouembris MDXV.*

b Petr. Delph. l. 11. ep. 27.

Pium illius vitæ genus.

Sedulitas in oratione.

Magnitudo animi in macerando corpore.

Conſtantia illius in extremo vitæ actu.

Huius Cardinalis Camaldulenſis pio funeri alterius doctrina & pietate conſpicui viri, nimirum Ardicini de Porta Cardinalis epiſcopi Aleriensis facinus memorabile coniungemus. Is rerum diuinarum ſtudio inflammatus Camaldulenſium inſtitutis ſe totum, abiectis curis omnibus, addicere decreuerat, veniamque deponendi publici muneris a Pontifice obtinuerat: at rem ægre ferentes alij Cardinales ab eodem reuocandum curarunt, cum ipſe hæc Alexandro reſcripſit.

Ardicinus Card. Camald. inſtitutū amplectitur.

Beatiſſime Pater.

Ego ab eodem collegio, [nimirum Cardinalium,] hanc licentiam non petij, & non ſum ratus adeo imbecillem & infirmam vicarij Chriſti poteſtatem, vt non poſſit præbere ac porrigere manum volenti ſaluti animæ ſuæ honeſtiſſimo modo conſulere; ego enim quod in arduis collegium teneatur Pontifex conſulere non inficior, tamen petenti ſibi niſi quod ſalutem animi concernit credo ſolius Pontificis auctoritatem ſufficere, quid eſt enim, beatiſſime pater, ingredi & profiteri religionem, niſi humiliare & exinanire ſemetipſum, & formam ſerui accipere, ſeque vſque ad mortem obedientem facere exemplo Saluatoris noſtri, qui dum id fecit, exemplum nobis præbuit? Gregorius Nazianzenus epiſcopus, vt ſcientiæ & contemplationi vacaret epiſcopatum dimiſit: quare qui me properantem ad religionem accuſant, etiam hos accuſent; ſi hi peccarunt, fateor me deliquiſſe, licet forſan tantorum patrum teſtimonia, & adductæ rationes me excuſabilem reddere poſſunt. Quod autem dimiſſo cardinalatus habitu diſſimulato habitu me itineri commiſerim, non opinor propterea me notam vllam apud graues & prudentes viros contrahere potuiſſe, nam cum vellem quod hactenus feceram ſecretiſſime fore, idque proprio fratri mihi fidiſſimo occultaſſem, exiſtimaui ſatius etiam diſſimulato habitu inter ignotos,

Mota lis an collegiū Card. conſuli debuerit.

Gregorij Nazianz. exemplū propoſitum.

quam

Digitized by Google

quam cum vero habitu incedere: & propterea a pœna & a culpa & ab omni alia nota me immunem eſſe exiſtimo. Si tamen erratum eſt, cum id humanum ſit, ſupplico ſanctitati veſtræ, vt quæ mihi grauiora peccata dimiſit, etiam hoc dimittat, pœnitentiam, quam mihi pro hoc peccato iniunxerit, non minus deuote quam humiliter ſuſcipiam.

Beatiſſime pater, ſanctitas veſtra, quæ ſemper tam tenere perſonam meam dilexit, & tantopere ac multifariam honorauit, dignetur opus ſuum & facturam ſuam in ſancto propoſito confouere, memor Chriſti vicario nihil peculiarius eſſe, quam eum de animarum ſalute ſolicitum eſſe. Hic de animæ meæ ſalute agitur, quæ ſola ante oculos verſatur: licet enim exploratum habeam Cardinalium epiſcoporumque ſtatum quauis alia religione perfectiorem eſſe, exiſtimaui tamen ad inferiorem religionem tranſitum fragilitati meæ tutiorem eſſe. Non eſt inſcia ſanctitas veſtra ſe animæ meæ rationem in diſtricto iudicio reddituram, quam longe meliorem reddet, ſi humilitati meæ hoc indulſerit, quam ſi ab hoc meo veteri & ſancto propoſito me reuocauerit. In hoc annuat ſanctitas veſtra humillimis & lachrymoſis precibus meis, nec velit in amaritudine animæ meæ me morte acerbiorem vitam agere: *Et infra.* Quocumque in loco voluerit me eſſe, ſanctitati veſtræ acquieſcam, & quidquid mandauerit exequar, Chriſti vicario tanquam Chriſto obtemperabo, & ab eius obedientia diſcedere nefas eſſe exiſtimabo. Felix valeat ſanctitas veſtra, cuius ſacratiſſimis pedibus me humiliter commendo. *Ex Romuliane die* XXII. *maij* MCCCCXCII.

Expoſita ratio cur ex ſuperiore ſtatu ad inferiorem defecerit

33 In Belgio cum libertas eccleſiaſtica a politicis valde labefactata eſſet, Alexander Philippum archiducem grauiſſimis literis monuit a, vt ad conſtabiliendum principatum æternum Regem demiſſe coleret, neque Eccleſiæ & miniſtrorum auctoritatem atteri pateretur, ne ſi Chriſto principi ſeruire dedignaretur, in ipſo iuuentæ flore diuina vi e medio tolleretur.

a Ex aer eint litan inſ. Vat. ſign. nu 2081. inſcript. Leodium pag. 393.

Dilecto filio nobili Philippo archiduci Auſtriæ, Burgundiæ, Brabantiæ, &c. duci.

Dilecte fili ſalutem, &c. Auctoritatem ſanctæ Apoſtolicæ ſedis in tuis dominijs, & præſertim in ducatu Brabantiæ contemni, libertatem eccleſiaſticam tolli, multorum fidedignorum teſtimonio intelligentes, mirati ſumus pariter & dolemus; nec tamen id nobilitati tuæ aſcribimus, qui per ætatem fortaſſe proſpicere non potes, quantum iſta conſcientiæ honorique tuo obſint, cum tamen in tam tenera ætate optima indole & ingenio, vt audimus, præditus ſis, præceptoris vt vicem apud te ſuſtinere poſſe facile credimus: quare te hortamur in Domino, vt quo magis Rex regum Deus tuum principatum ſtabiliat inter cætera tuæ inſtitutionis præcepta id primum eſſe non negligas, quod Deum colas, Deum timeas, & illum in ſuis miniſtris reuereatis, eccleſiaſtica iura nullo vnquam tempore violari permittas: Apoſtolicæ quoque ſedis auctoritatem, & Chriſti vicarij iuriſdictionem a tuis ſubditis dilaniari non ſinas, & ſi quid ſub tuæ nobilitatis vmbra temere commiſſum fuerit, id mox emendari, ac in irritum reuocari facias, ne ad culpam tibi imputetur, quod te permittente in deteſtabilem traheret abuſum, nam ſi ſecus egeris non facile reperies quemquam ex ijs proſpere regnaſſe: ſunt tam ſacri, quam gentilium codices pleni exemplis. Intellige ex tuis aulicis quam felicibus tui progenitores, donec hæc obſeruauerint, claruere ſucceſſibus. Tu igitur diſce iuuenis ſic principatum tenere, vt Chriſto principi Regum terræ, qui te fecit principem, quod optamus, placeas; ne tandem cadas ſicut vnus ex principibus priuſquam conſeneſcas. *Dat. Romæ die* XXII. *octobris anno* MCCCCXCII. *pontificatus noſtri anno* I. Excitauit etiam Albertum Saxoniæ ducem a, qui Philippo regendo conformandorumque eius morum magiſter erat datus, vt eccleſiaſtici ordinis dignitatem in priſtinum decus aſſerere ſtuderet.

Libertas eccleſiaſt obtrita in Brabãtia.

Monitus Philipp archiduc officij.

a Ibid. ead pag. 393.

34 Adijt b hoc anno VII. decembris die Barcinone ingens vitæ diſcrimen Ferdinandus Hiſpaniarum Rex Chriſtiani propagator imperij, Africæ terror, hæreſum vitiorumque hoſtis acerrimus. Conſueuerat ipſe Regum Hiſpanorum veteri more, ſingulis hebdomadis feria quinta pro tribunali iuſtitiam omnibus adminiſtrare; cumque medio ferme die procuranda publica re abſumpto rediret, inſidijs petitus ac ferro ſauciatus eſt ab homine ruſticano furibundo Ioanna nomine, quem inſigni clementia trucidari vetuit, quamquam poſtea, inſcio eodem Rege, de ſceleſto homine ſumptum ſit ſupplicium. Illum vero deluſum a dæmone, qui ad religionis aſſertorem clariſſimum tollendum e medio, inſano homini perſuaſerat cæſo Ferdinando ipſum Hiſpaniarum imperio potiturum, ac ſolemne ſacrum pro regia incolumitate peractum præſente Alexandro Pontifice tradit in diarijs ſuis Burchardus e patria Argentinenſis pontificij ſacelli clericus ceremoniarumque magiſter. Nec mirum ſi vniuerſa Eccleſia pro tanto Rege oraret, cuius inſigne elogium Volaterranus d affert: *Nulli*, inquit, *maiorum ſuorum felicitate ac potentia ſecundus, vt qui limites imperij gloriaque Hiſpaniæ propagauerit, & gentem Saracenicam, quæ Granatæ regnum Bæticæ partem annis iam prope ſeptingentis occupauerat, ſuis armis ac virtute anno* MCCCCXCII. *penitus expulit, ex quo factiam ac potentiam eorum debilitauit, vt nemo dubitet paruo negotio reliquias, quæ Africam tenent, euerti poſſe. Religionem præterea in tota prouincia magnopere auxit expulſis pſeudochriſtianis, quos Marranos vocant, de quibus ſupra mentionem feci.* Non modo ex Hiſpania, ſed ex alijs omnibus Ferdinandi regnis eiectos Iudæos demonſtrant pontificiæ literæ, quibus ſynagogam Panormitanam, cum Iudæi Siciliæ inſula pulſi eſſent, in eccleſiã conuerti iuſſit e quæ ita cõſignatæ. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXXII. III. *kal. febr. pont. noſtri anno* I. Addit Raphael Volaterranus Ferdinandi opera reſtitutum Franciſcanæ diſciplinæ nitorem in Hiſpania, inuentumque orbem nouum: *Deinde electis*, nempe pontificia auctoritate, vt dictum eſt, *omnibus, qui in ordine Minorum citra illius obſeruantiam ac inſtituta viuebant, quorum ingens numerus, multaque millia diſceſſere, ſed & regijs auſpicijs nautæ nouum ingreſſi pelagus noſtros Perioecos luſtrauere, ac ignotas orbi inſulas, de quibus alio loco dicam, Hiſpanorum Gazæ adiecerunt, Luſitaniæ Regem de finibus tumultuantem breuiter armis compreſſit, ac in vniuerſa Hiſpania mores populis otiaque ferro dedit: pro quibus meritis ſuarum animos gentium obſequentiſſimos habet, & ab Alexandro Pontifice ac patribus Rex catholicus appellatus, ac omnium conſenſu lauream inter principes Chriſtianos meritis & auctoritate maiorum hodie refert.*

b Suri. to. 5 annal. l. 1. c. 12. & Marian. l. 26. c. 4.

Ferdinandus inſidijs appetitus.

d M. ſ. Vat pag. 104.

Ferdinandi Regis elogium. Pulſi ab eo Mauri.

e Lib. bull. 4. pag. 13.

Pulſi pſeudochriſtiani ſeu Marrani. Pulſi pſeudominoritæ. Nouus orbis inuentus eius auſpicijs.

Regis catholici titulo exornatus Ferdinãdus.

Pate-

Pateſact⁹ a Columbo nouus orbis.

a Surit to. 4. l. 1. c. 13

Mirum principes deeo inquirendo tot ſæculis torpuiſſe.

35 Pateſiebat a a Chriſtophoro Columbo ijs diebus Ferdinandi Regis auſpicijs altera pars orbis, quæ ad occidentem traiecto oceano porrigitur, ac poſtea dicta eſt America, in quam penetratum a Chriſtianis illaturis euangelicam lucem tot gentibus errorum tenebris inuolutis. Mirum ſane tot fluxiſſe ſecula, quibus cupido inueſtigandi ſitæ ad occidenté orbis ampliſſimæ partis mentem nullorum principum ſubierit, cum pro anguſto agello tot ſæua bella geſſerint: mirum æque eſt, habitum ludibrio Columbum, cum ad occaſum patere vaſtiſſimas terras, ſolemque ad eas ſua luce colluſtrandas nobis occidere contenderet: maximiſque laudibus cumulandus Ferdinandus, qui opes non in luxum reſue inutiles, ſed ad luſtrandas gentes incognitas, atque ad Chriſtum traducendas effuderit. Cum vero ex his initijs religio latiſſime amplificata fuerit apud barbaras nationes, Chriſtique crux in ijs oris triumpharit, apud quas Perſarum, Macedonum, Romanorum, Arabum victoricia arma non peruenerunt, ab re non erit repetere, quæ de Columbi nauigatione felici vetera monumenta b, anonymo auctore, qui præſens interfuit, Hiſpano ſermone conſcripta, Latiniſque verbis reddita ab Archangelo Madrignano monacho Clarauallenſi tradiderunt.

Latius Chriſti imperiũ peruagatum quã Imperatorum.

b Nauigat Regis Hiſp hiſt. Petr. Martyr dec. 1. c. 1.

36 *Chryſtophorus*, inquiunt, *natione Italicus patria Genuenſis, gente Columba, vir erat procera ſtatura, colore ad rubedinem inclinato, facie oblonga. Is cum diutius in regia Regis Hiſpaniarum inuictiſſimi diuerſatus fuiſſet, animum induxit, vt hactenus inacceſſas orbis partes, perquamdiligenter peragraret. Petijt propterea rurſus & iterum inſtantiſſime ab Rege memorato, vt voto ſuo tam pio non deeſſet, futurum ſibi & toti Hiſpaniæ decus præclarum adſeuerabat, ſi ſua opera & impenſa nouas inacceſſaſque regiones nactus foret: & ad id opus nouandum vltro ſe offerebat, nam pollicebatur plures poſſe nanciſci in occidente inſulas, quæ ad vſum immo ad delitias mortalium minime forent inepta, & in primis in eis inſulis, quæ continentes ſunt Indiæ, inuenire poſſe arbitrabatur baccas, id eſt vniones, lapideſque pretioſos fere omne genus, nec non aromata omnifariam, auri quamplurimum. Hæc medianiem Rex & Regina ideo diu deriſere, vtpote cogitantem inania & penſi nullius, vertebaturque hic ſermo prope in fabellam. Tandem peractis annis octo, inſiſtente adhuc Columbo, cœpit Rex his ſermonibus aures præſtare attentiores, decreuitque poſt multa experiri viri ingenium, propterea in effectum huius celebris inſtituti iuſſit Liburnicam vnam & veloces duas omni genere annonæ armamentorumque communiri, quibus expeditis prima ſeptembris luce MCCCCXCII. ſoluit ab Hiſpanis littoribus, & diu optatum iter ingreſſus eſt. Itaque e ſoluit a Gadibus iter faciens verſus inſulas Fortunatas, quas nunc Hiſpani appellant Canarias ob id, quod canibus maxime abundeat.* Et infra e: *Eas incolunt ferina gentes, quibus nulla eſt religio, nullus Dei timor, nulla verecundia, vtpote qui nudi incedunt vſquequaque. Eo Columbus conceſſis nonnihil aqua ſumpturus, vtue inibi ſocij prius parumper conquieſcerent, quam atrocioribus aſſueſcerent laboribus; nam qui ſulcant maria incompertabis neceſſe eſt prope labores innumeros exantlare.*

Promiſſa Columbi diu habita ludibrio.

e Ib. c. 85. Cur inſulæ Canariæ nuncupatæ dictæ.

37 *Soluens igitur illinc arobas maria, & per dies triginta tres totidemque noctes nauigans verſus occidentem nihil telluris vnquam apparuit: tandem e ſpecula quiſpiam inſulas quaſdam conſpicatus eſt propius accedentes videre inſulas ſex, quarum duas erant vaſtiſſima, eiſque nomina indidit alteram Hiſpanam, Ioannam alteram nuncupauit.* Primi, qui reperti fuere barbari ſine lege, ſine Deo, ni forte ſolem, lunam, cælumque colebant a, atque vbi muneribus deliniti b in ſocietatem commercij pellecti ſunt, miro erant morum candore ac ſimplicitate, aurumque ſpeculi fruſtulo, vitreo vaſe, reſtaue permutabant: cumque triumphale crucis ſignum defixum eſſet in orbe nouo ad ineundam Chriſti nomine illius poſſeſſionem cum vidiſſent c noſtros ſeruatoris trophæum ſupplices venerari, illi etiam ex condicto coluere: cumque ad veſpertinum crepuſculum ſigno dato noſtros procumbentes in genua ad adorandum diuinum Numen, opemque virginis Deiparæ implorandam intuerentur, ipſi pariter genu flectebant. Tum docuere Canibalos meridionales oras incolere ſagina humana veſci ſolitos, quorum deſcriptio afferenda viſa eſt, cum ex tam dira huiuſmodi hominum calamitate intelligi queat quanto fruantur beneficio, quos Deus ſua lege informarit: *Canibalos*, inquit d, *appellant ferinos populos, qui in cibatu homines habeant gratiſſimos: hos noſtri præterierant, eos ad meridiem relinquentes. Igitur e hi populi mæſtiſſime conquerebantur nobis de efferatis illorum moribus, nam aiebant eos in ſe non aliter ſæuire, quam tigrim vel leonem quempiam in manſuefacta animalia. Horreſco referens impuberes, ſi qui corripiuntur, exectis teſtibus ſaginabant, vti nos gallos gallinaceos, vt lautius eis veſcamur, puberes vero mox contrucidant, quibus exenteratis ilia comedunt recentia, membrorumque partes extremas, cætera ſaliunt aſſeruantque, vt nos ſitta & farcimina omnis generis.* Et infra: *Mulieribus haud veſcuntur, verum eas ad prolem, veluti nos gallinas ad oua ſeruant: ſi quo eſt anus, ea mancipij vicem gerit.*

Defixa cruce in ea noua orbis poſſeſſio.

a Id. c. 86. Raph. Vol. l. 12. in fin. & aly

b Nauigat Reg. Hiſp cap. 87.

c Ib. c. 87.

d Cap. 88. Canibalium horrenda immania dicta pag.

38 Comperto orbe nouo Columbus in Hiſpaniam rediit, ac dimiſſis aliquibus ex ſuis barbaros decem ſecum auexit f. Vt vero Ferdinandus & Eliſabetha Reges ad amplificandam Chriſti fidem in ijs oris exarſerint, ita deſcribit f idem auctor: *Rex & Regina Hiſpaniarum nihil magis gerebant in votis, immo ſupra votu, quam vt almam Chriſti fidem in dies augerent, auctamque colerent, & cultam ſummopere venerarentur: propterea id eximie obſeruabant, vt hæ gentes, quæ hactenus nomen Chriſtianum ignorauerant, tandem aliquando ope & induſtria ſua ſcirent vnam eſſe Chriſti fidem, extra quam nulla eſt ſalus nec redemptio, inque huius rei ſpecimen decreuere ſummis honoribus Columbum proſequi, nihilque prætermittere, quod ad cultum & decus eius ſpectaret. Igitur vultu ſereno eum excipiunt, condecorantque innumeris titulis, & qui apud Hiſpanos eximius ducitur honos, conſeſſum ipſum recipiunt, volueruntque, vt deinceps non Columbus ſed admirans Oceanum appellaretur &, vt licuit colligere ex admirantis ſermonibus, ſperabant propediem fidem noſtram magna incrementa habituram, ſi hæ inſulæ ad fidem reducerentur, in commercijs vero & alijs mortalium emolumentis, quibus plerumque omnes inhiant, nullam prope ſpem collocauerant.* De his noui orbis inſulis inuentis a Chriſtophoro Columbo meminit Raphael Volaterranus g, quamuis rem in poſteriores annos referat, additque: *Ad hos Macedonum, ſeu Romanorum neque arma, neque nomen penetrauere, Apoſtolorum autem voces perueniſſe quis credat? ſed credere fas eſt, etenim in omnem terram exiuit ſonus eorum, niſi forte ex Hieronymi ſententia id vaticinium dies luculentius aperiat, vt iam perſpicimus hoc tem-*

Priuata Chriſti luce gens infra animalia prolapſa.

f Cap. 90.

g Cap. 91.

Regum Hiſpan. mira pietas in Chriſt. religione propagãda.

Columbus magnis honoribus affectus ob inuentum orbem nouum.

g Volat. geogr. l. 10 in fin.

pòre pleutiſſimorum Regum amborum virtute ac prouidentia, qui ad hos omnes religioſos miſerunt viros.

IESV CHRISTI

Annus 1493.

ALEXANDRI PP. VI. annus 1. FRIDERICI III. IMPER. annus 54.

a Burchar. in ſ. arch. Vat. ſign. n. 104 pag. 111.

Parta in Vngaria de Turcis victoria.

b Bonfin. dec. 5. l. 3.

Recuperata ab ijs præda.

1 ANno excurrentis ſæculi nonageſimo tertio indictione vndecima aprili ineunte perlatum ad Pontificem lætum nuntium de Turcis, qui Pannoniam inuaſerant, profligatis Burchardus hiſce verbis refert a: *Tertia aprilis Papa pro matutinis ſe parante, epiſcopus Sitienſis orator Regis Hungariæ legit coram Pontifice & Cardinalibus ibidem præſentibus literas eiuſdem Regis prima die martij proxime præteriti in Hungaria datas, per quas ſignificabat ei ſe magnam & ſingularem victoriam habuiſſe contra Turcas, qui regnum Hungariæ innaſeraut, quindecim millia vel circa occidiſſe & proſtrauiſſe, & non modica ſpolia exinde reportaſſe.* Meminit Bonſinius b de repreſſis ab Hungaris Turcarum in Tranſiluaniam excurrentium conatibus, deque barbaris præda onuſtis in receſſu tumultaria pugna deuictis: *Circiter*, inquit, *kal. februarij Alibechum Baiazetæ Imperatoris Synderoniæ præfectum cum valido exercitu in Tranſiluaniæ fines ingreſſum, & cum ingenti præda per quinque dies coacta redeuntem, Siculorum tumultuaria manus adempta præda exuit, & pleroſque Turcas occidit.*

c Naucler. vol. 2. gen. 50

Cæſi poſtea Vngari a Turcis. Naſis amputatis cæſi numerati a Turcis.

d Idem ibid. Crom. l. 30 Trithe. in chron. Spo theì. Nau. cler. vol. 2. gen. 50 & alij.

2 Haud diu conſtans extitit huiuſmodi bellica felicitas, quippe non ita multo poſt Turcæ ingentem Hungaris, qui Germanica auxilia non expectarunt c, cladem intulere, partim necatis ducibus Chriſtianis, partim in ſeruitutem abductis: *Ex noſtris*, inquit, Bonſinius, qui fuſe hæc ſequitur, *quinque millia & ſeptuaginta ſeptem, ex hoſtibus mille circiter occidere Hungaris emortuis naſi amputati, vt in certum victoriæ argumentum ex naſorum numero non dubius cæſorum hominum numerus colligeretur. Clades v. idus ſeptembris accepta.* Cæſus d inter eos eſt Frangepanus, qui antea Baiazethis imperio obnoxium ſe futurum perpetuo ſpoponderat, ſi Hungaros a Breuiæ obſidione auerteret, Turciſque Croatiam infeſtantibus ab impio fœdere fuerat reuocatus, vt reliquis coniunctus Chriſtianis ex cõmunis hoſtis manibus magnam fidelium multitudinem in ſeruitutem adducendam eriperet: eam vero mox a victoria raptam Conſtantinopolim partim diſtributam præfectis & centurionibus, partim morte affectam, quod nimirum in Chriſtiani cultus conſtantia perſtaret, refert Bonſinius. e

e Ant. Bonfin. dec. 5. lib. 3.

f Lib. bull. 2. pag. 39.

3 Perculſus hac clade Vuladislaus idemque Hungariæ ac Bohemiæ Rex decreuit cruceſignatum exercitum educere aduerſus Turcas, earumque graſſationes coercere; cuius rei fama permotus Alexander Chriſtifideles ad ſequenda illius ſigna propoſitis ampliſſimis indulgentiarum præmijs excitauit: tum ne ciuilibus diſcordijs a ſacro bello diſtraheretur, inducias auctoritate apoſtolica inter proceres Hungaros indixit f, ac pœnis grauioribus eos, qui ipſum ſacræ conficiendæ expeditioni nauantem operam nouo bello implicarent.

a Lib. 3 bul lar. ſecr. pag. 100.

4 Inter alios regni æmulos patiebatur Vuladislaus Rex Ioannem Coruinum Opauiæ & Lipraniæ ducem Matthiæ olim Regis nothum filium, in quem pater, cum legitima prole careret, regnum transfundere exambiuerat adeo, vt cum Blancam Mariæ Sfortiæ Ioannis Galeatij ducis Mediolanenſis filiam illi deſpondiſſet, ſacramento ſeſe obſtrinxerit a, Hungaricum ſceptrum eidem Ioanni ſe tranſmiſſurum, ſi legitimam prolem non ſuſciperet: cum vero Vuladislaus regno Hungarico eſſet potitus, ſponſalia reſcidit Alexander, vt diſſidiorum cauſas conuelleret. Cæterum Ioannes, cui Turca copias auxiliares offerebat, ac pluribus principatibus, quos illi Matthias tradiderat exutus, ab affectando ſceptro Hungarico non deſtitit, donec cum Pannoniæ excidio, & magna religionis clade, & nefaria ad Turcam defectione Hungaricam coronam rapuit: adeo vt ſi Matthias Hungariam virtute ſua diu a Turcica tyrannide vindicarit, ipſius nothus filius eam poſtea male prodiderit.

Huſſitæ graſſati in Bohemia.

a Lib. 3. ſecr. pag. 106.

5 Cæterum ad promouendum ſacrum bellum Pontifex decreuit legatum Vrſum epiſcopum Traneuſem, cui etiam ampliſſima alia prouincia demandata eſt, vt Pragenſes, qui diutius Ioannis Hus erroribus irretiti fuerant, cenſuris ſolutos Romanæ Eccleſiæ reconciliaret, quippe Vuladislaus Hungarico ſceptro potitus pertinaces ad officium reduxerat, adeo vt ipſimet datis communi conſenſu ad Alexandrum VI. Pontificem literis omnes præteritas hæreſes damnarint, atque Romanæ eccleſiæ ritus omnes ſe amplecti velle, neque ab ijs defecturos ſint profeſſi: qua etiam de re Vuladislaus Rex ad Alexandrum ſcripſit. Itaque Vrſo legato tum Pragenſium in gratiam cum Eccleſia reſtituendorum, tum pacis inter Bohemiæ proceres conficiendæ, tum belli ſacri in Turcas indicendi parandique partes datæ fuerunt b.

Venerabili fratri Vrſo epiſcopo Tranenſi ad Hungariæ & Bohemiæ ac Poloniæ regna, nec non vniuerſas prouincias ciuitates, terras, & loca chariſſimis in Chriſto filijs noſtris Vuladislao Hungariæ & Bohemiæ, ac Ioanni Alberto Poloniæ Regibus illuſtribus ſubiecta noſtro & Apoſtolicæ ſedis cum plena poteſtate legati de latere nuntio ſalutem, &c.

Croatia a Turcis infeſtata.

6 Inter cætera cordis noſtri deſiderabilia incrementum veræ fidei, animarum ſalutem, ac commiſſi nobis gregis dominici libertatem, atque concordiam ſupremis deſiderantes affectibus, præcipue calamitoſo hoc tempore quo, proh dolor! nouiſſime Turcorum preſſura, & ſæuiſſima perſecutio Croatiam, illiuſque incolas inuaſit, & illorum aliquos in magna multitudine & numero copioſo diris cruciatibus & diuerſis pœnarum & tormentorum generibus affectos mortis ſupplicio tradidit, alios vero innumeris contumelijs & ignominijs continuo, immanibuſq; vexationibus afficiendo captiuatos in miſerabilem ſeruitutem redegit, omneſque ipſorum Turcorum conatus & rabies in eiuſdem veræ fidei & crucis Chriſti ac reipublicæ Chriſtianorum perniciem & opprobrium feruet, & in ſanguine credentium debacchatur, cunctis ſenſibus vigilamus &, quantum nobis ex alto conceditur, efficax ſtudium adhibemus, vt ſemotis imminentibus animarum corporumque periculis, ac libertatis & bonorum iactura, iuxta noſtri deſiderij plenitudinem poſſit, auctore Domino, votiua tranquillitas prouenire. Sed quamuis vniuerſis & ſingulis nationibus, regnis, dominijs & regionibus, Deo & Apoſtolicæ ſedi deuotis, partes noſtri miniſterij, omnemque fauorem apoſtolicum, præſertim cum neceſſitas ingruit, impen-

pendere debeamus, & aù eas diffundamus mentis noſtræ intuitum in præſentiarum in eo, quod Chriſti nomen ſanctorum gloriam, fidemque, & cunctorum fidelium ſtatum concernit, Hungariæ, Bohemiæ, & Poloniæ regna, prouincias & loca præcordialiter intuemur, vt pro ipſius fidei atque ſuorum & aliorum fidelium oppreſſione huiuſmodi ſubleuanda opportunum adhibeant, Domino auxiliante, conſilium & ſalubre remedium auxilium & fauorem impendant, quibus mediantibus hoſtis catholicæ fidei, & pacis omnis, qui tot regiones & earum incolas catholicos per ſe ſuoſque deteſtabiles miniſtros depreſſit, & miſerabili ſubdidit ſeruituti, ac in Croatiam, vt præfertur,

Inſtructa ab ijs in eandem expeditio.

ingreſſus ſitibundo impetu magnum parat exercitum ad eiuſdem fidei totalem extinctionem, ab huiuſmodi nefarijs conatibus arceatur, & tam ipſi Croati, Hungari, Bohemi, & Poloni populi, quam cæteri Chriſticolæ a periculis perſonarum, & bonorum incommodis, atque alijs releuentur innumeris detrimentis: & ea propter præmiſſa omnia & alia plurima grauiora inter noſtra præcordia reuoluentes; ac proinde conſiderantes, quod propter diſſenſiones dudū exortas in regnis prædictis populi illarum partium agrorum depopulationibus, cladibus, & alijs plurimis detrimentis, qualia inferuntur in bellis, præſertim in-

Ex Chriſtianor. diſſidijs efferata Turcarū ſæuitia.

ter potentes efficiuntur, poſſentque grauiora exinde pericula prouenire; & quod illis, qui ſunt firmiſſima præſidia reipublicæ Chriſtianæ laborantibus, conſequens eſt vniuerſam Chriſtianitatem opportuna ſubuentione carentem cum fidei præfatæ periculo laborare, & propter hoc & alios peſtiferos effectus, quos guerræ huiuſmodi producunt & fouent, plenis paternis affectibus deſiderantes, vt omnis guerrarum huiuſmodi materia in regnis prædictis, pacis auctore cœlitus inſpirante, in bonum ſalutaris concordiæ & vnitatis pacificæ commutentur, quodque, cum non abſque maxima animi noſtri lætitia nouiſſime accepimus, populos ciuitatis & diœceſis Pragenſis, & nonnullarum aliarum partium illis adiacentium in regno Bohemiæ conſiſtentes, qui olim in nonnullos errores inciderunt, propter quos iam tot

Pragenſes ab hæreſi demum reſipiſcunt.

annis a ſinceritate fidei & vnitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia & deuotione ſedis Apoſtolicæ recedentes in illis & nonnullis ſuperſtitioſis ſectis animo indurato, proh dolor! permanſerunt, tandem ad cor reuerſi, prout tam chariſſimus in Chriſto filius noſter Vvladiſlaus Hungariæ & Bohemiæ Rex illuſtris ſuis literis, quam populi ipſi Pragenſes nobis ſignificarunt, populi ipſi Pragenſes errores ſuos huiuſmodi ſponte confitentes, cupiant quaſcumque hæreſes, ſectas, & ſuperſtitiones huiuſmodi abiurare, ac ſanctæ matris Eccleſiæ vnitati reconciliari, & propter hoc oratores ſuos ad nos & ſedem prædictam velle deſtinare, ad veræ fidei lumen & Romanæ eccleſiæ vnitatem, propulſis erroribus quibuſlibet reducantur, ac de te, qui de nobili Vrſinorum baronum & domicellorum Romanorum ge-

Vrſus epiſc Tranenſis in ea regna decretus internunſius.

nere procreatus exiſtis, etiamque literarum ſcientia, prudentia, circumſpectione, induſtria, eximia probitate, & fidelitate, ac conſilij magnitudine, morum elegantia, multiſque alijs virtutum donis, quibus perſonam tuam illarum largitor Dominus inſigniuit, & ad laudem ſui nominis onera grandia valeas ſupportare, ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, quod voles & ſcies diſſidentia quæque in pacis pulchritudinem commutare, habita ſuper ijs cum fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, omnes & ſingulos nuntios & oratores noſtros, ad partes illas per nos hactenus deſtinatos in illis degentes, quacumque dignitate etiam epiſcopali & maiori præfulgeant & illis conceſſam poteſtatem & facultatem, collectoribus fructuum & prouentuum cameræ apoſtolicæ in illis partibus debitorum dumtaxat exceptis, reuocamus, & vt illis vtantur inhibemus per præſentes.

7 Et inſuper propter euidentem neceſſitatem cunctorum fidelium ad regna, prouincias, ciuitates, terras & loca prædicta ac illa pacificanda commiſſo tibi in illis plenæ legationis officio de eorundem fratrum conſilio tanquam pacis angelum noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis nuntium & oratorem cum plena poteſtate legati de latere, comitante pacis angelo, deſtinamus, vt inter ipſos Reges & quoſcumque principes, duces, comites, barones, & alios proceres, ac communitates & vniuerſitates, & alios quoſcumque eccleſiaſticos & mundanos viros, ac alios cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, conditionis, & præeminentiæ fuerint pacifico regum Rege, qui tranſiturus de mundo ad Patrem pacem iure hereditario ſuis reliquit diſcipulis in diſceſſu, fomenta diſcordiarum quæcumque ad ſalutaris concordiæ & inæſtimabile pacis bonum reducas, euellas, deſtruas, diſſipes, & diſperdas, & agas, tractes, & ordines, ædifices, plantes, & ſtatuas in nomine Domini, quo ad eius laudem, ſedis præfatæ honorem, & reipublicæ Chriſtianorum huiuſmodi defenſionem, tuitionem, pacem, ac etiam illarum partium commodum, ſalutem, & tranquillitatem videas expedire: ac ad huius ſalutaris boni votiuum effectum tibi noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine interueniendi in quibuſcumque dictis & tractatibus ſub ſpe pacis & mutuæ concordiæ inter eoſdem diſſidentes de & ſuper quibuſcumque eorum differentijs, diſcordijs, & guerris vigentibus huiuſmodi forſan indictis, & indicendis, illiſque præſidendi, & inter eos eorumque complices & ſequaces ſuper huiuſmodi diſcordijs, differentijs, & guerris, & quibuſcumque iuribus & actionibus tractandi, componendi, & indicendi ſub ſpe pacis treuguas, & differentias quaſlibet extinguendi, & ſummouendi, pacemque & concordiam perpetuo duraturas ſub illis, capitibus, pactis, conditionibus, modis, atque formis pœnarum adiectionibus, obſidionibus, perſonarum iuriumque & bonorum obligationibus, promiſſionibus, cautelis, clauſulis, & ſolemnitatibus, atque modis, de quibus tibi videbitur expedire, & inter partes diſſidentes poteris concordare ſeu componere quouis modo, ac omnia & ſingula, quæ inter eoſdem Reges, principes, duces, alioſque diſſidentes quoſcumque, & eorum adhærentes, ſeu habentes ab eis poteſtatem firmata, & concluſa ac probe & laudabiliter ſtatuta, decreta, & ordinata fuerint per te ſub illis cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, de quibus tibi viſum fuerit quomodolibet conuenire, & in præmiſſis, ac circa ea, necnon dependentijs emergentibus, ſeu connexis, omnia & ſingula per te, vel alium a te pro tempore deputatum, gerendi, mandandi, & exequi faciendi, quæ pro ſecuritate & obſeruatione inter partes ipſas concluſorum & concordatorum, & dependentium ab illis opportuna, vel vtilia quomodolibet videbuntur, ac contradictores quoſlibet & rebelles quacumque eccleſiaſtica, ſeu

Conciliā dæ inter principes cōcordię demandata Illi prouincia.

Et induciarum imperandarum.

mundanâ, etiam regali vel reginali, ducali & quacumque alia dignitate præfulgeant, per cenſuram eccleſiaſticam, & alia quæcumque iuris remedia, quoties opus eſſe noueris, appellatione ceſſante eadem auctoritate compeſcendi, nec non aggrauandi & reaggrauandi quoſcumque proceſſus & ſententias, ſuper iis & eorum aliquo factas ſeu datas, ſemel vel pluries, ac etiam inuocandi, quoties noueris oportere, brachium ſecularis Imperatoris Romani pro tempore exiſtentis, & quotumcumque Regum, principum, & dominorum, tam ſpiritualium quam temporalium, nec non vniuerſitatum & ſingularum quarumcumque perſonarum contra quoſcumque recuſantes obſeruare firmata, vel in aliquo contra facere per ſe vel alios præſumentes, nec non noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine commendandi regiam maieſtatem præfati Vvladislai Regis de geſtis per eum, & quæ per literas ſuas nobis ſe ſponte obtulit, velle facere & curare pro reductione dictorum populorum Pragenſium, & inſtandi & procurandi cum omni inſtantia & diligentia apud eundem Regem, quatenus incœpta per eum pro reductione huiuſmodi proſequi, & ad optatum finem & effectum velit perducere, prout indubia ſpe credimus ipſum facturum: *Et infra*. Quocirca fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus iniunctum tibi onus legationis & laboris huiuſmodi pro diuina & noſtra ac dictæ ſedis reuerentia deuote ſuſcipiens, illud ſic viriliter, ſolicite, ac laudabiliter iuxta datam tibi a Deo prudentiam exequaris, quod de tuis ſtudioſis laboribus, diuina tibi fauente clementia, ſperati fructus veniant, tuque pro ſolicitudinis tuæ miniſterio illam, quæ pias cauſas gerentibus pro retributione rependitur, palmam gloriæ feliciter conſequi merearis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCCXII. XV. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* II.

Iuſſus legatus Bohemorū ad eccleſiam redi tum promouere.

8 Reſtincta eſt ita hæreſis Bohemica, Pragenſibus a legato in communionem eccleſiæ Romanæ reuocatis adeo, vt exiguæ eorum reliquiæ hæſerint, quos magna ex parte carcerum & ſuppliciorum metu adactos ab Vvladislao aliquot poſt annis ad damnandam hæreſim viſuri ſumus: non tamen ita hæc peſtis deleri potuit, quin ad Lutheri tempora aliquæ eius fibræ propagatæ ſint, ex qua illum venena ſua compoſuiſſe, refert Cochlæus a. Quod vero ad Turcici belli apparatum attinet; non reſpondere legati conatibus felices exitus, cum huius anni æſtate Croatiam Turcarum excurſionibus obtritam luxerit Pontifex in literis ſuis, quibus conſentiunt hiſtorici,

a Cochlæus in hiſt. Bohem.

9 Vaſtatus etiam eſt ea Turcica expeditione Maximiliani Cæſaris principatus, qui, dum parenti Friderico iuſta funebria perſoluebat, cladis nuntium accepit, iiſque intermiſſis exercitum ſuum in Croatiam duxit; ſed iam Turca ſe cum præda omni in tutum recepiſſe comperit b. Ad comparanda autem contra impiiſſimum Chriſtianorum hoſtem auxilia valida, inita ſunt plura inter Ioannem Albertum Poloniæ atque Vvladislaum Hungariæ & Bohemiæ Reges colloquia c, ſolicitatum præterea a Venetis Polonum, vt arma verteret aduerſus Turcas, refert Cromerus d, quippe Baiazethes Macedonia vaſtata captoque Dyrrachio vrbe ampliſſima, Veneto imperio imminebat: Maximilianum quoque celebratis exequiis Friderici patris Viennæ, in cœtu ampliſſimo oratorum Pontificis & Regum Chriſtianorum plura de pace in vniuerſo Chriſtiano imperio componenda egiſſe, vt omnes principes ſocialibus armis Turcam adorirentur, ſed præclara huiuſmodi conſilia euanuiſſe narrat Trithemius a.

Cæſarea ditio vaſtata a Turcis.

b Bonf. ib. Trithem. Spond. hoc an.

Plura a Regibus inita colloquia de iungendis in Turcas armis

c Crom. l. 30

d Ibid.

Diſſipata pia conſilia.

a Trithem. vbi ſup.

10 Quod vero ad Fridericum Imperatorem attinet; ipſum ſacris omnibus, quæ ad animam expiandam pertinebant rite magno cum pietatis ſenſu procuratum obiiſſe referunt b: religionis laude conſpicuus princeps extitit ab ipſa adoleſcentia, in qua loca Chriſti domini cruciatibus ac veſtigiis conſecrata luſtrauit, tum Eccleſiæ Felicis ſchiſmate vexatæ affuit: *Hic*, inquit, Naucletus c, *neutralitatem eccleſiæ Romanæ nocentiſſimam ex natione Germanica ſuſtulit, & obedientiam magno labore & ſumptu Eugenio & Nicolao reſtituit.*

b Naucl. vol. 5. gen. 50 Inſiſ. in ſar. h. Val ſign. n 111, Michou. l. 4 c 77. Bonf. l. 5. decad. 3. Lang. in chro. Citiz. Trith. vbi ſup. Bartho Card Gumnen.

11 Nonnullis interiectis de illius in victu parſimonia, in cultu modeſtia, refert ex Ænea Syluio, qui in Pontificatu Pius II. dictus eſt, illum: *nunquam iuraſſe niſi cum in ciuitate Aquenſi apud Belgas, & cum Romæ coronatus eſſet, idque iuramentum conſtantiſſime tenuit: cum enim iureiurando promiſiſſet, quæ bona poſſideret ab imperio ſe nullatenus alienaturum, & modo hoc modo illud ex eo peteretur, maluit auarus negando, quam concedendo periurus videri.* Et infra: *Interrogatus aliquando, quid homini optimum contingere poſſet, reſpondiſſe fertur. Bonus in hac vita exitus, quod ſibi contigiſſe pie credendum, ipſe enim in ſenectute bona venerabiliter ſuſceptis ſacramentis dominicæ ſalutis noſtræ* MCCCCXCIII. *in vigilia natiuitatis glorioſæ virginis Mariæ in oppido ſuo Lyncea quam deuotiſſime migraſſe dicitur de ſeculo, corpus vero eius inde delatum & in ciuitate ſua Viennenſi ſepultum eſt.*

c Naucl. vol. 2 gen. 50.

Friderici III. elogium.

Auarus creditus quod iura imperii alienare nollet. Pius obitus Friderici.

12 Laudatur etiam eius pietas a Ioanne Fabro d, adeo vt eam ad Germanos in auita religione continendos propoſuerit his verbis: *De Cæſare Friderico III. archiduce Auſtriæ nouerunt & prædicant omnes, quod Chriſtianæ religioni totus & ſedulo deditus & addictus fuerit, vitam enim valde deuotam egiſſe perhibetur orando, ieiunando, eleemoſynas largiendo, neque grauatus eſt, amore religionis & zelo Dei incenſus, in maximis periculis viſitare glorioſum ſepulchrum Domini in Hieruſalem, & in quemcumque locum ſine curru, ſine lectica vehebatur, ſemper ſecum habebat ſerebatque in arculis multas, ac ſanctas diuorum reliquias, quas & ego ipſe plus ſemel propriis contrectaui manibus.*

Friderici III. Cæſaris pietas inſignis.

d Fabr. l. 1 de ſacris non temere violandis.

13 Cæterum in bellis ſiue aduerſus Hungaros, ſiue Turcas minus felix; eius imperium diuturnum quidem fuit, ſed maximis cladibus a Turcis illatis Chriſtianis luctuoſum, quas Paulus Langius e in eius elogio recenſet: *Iſte*, inquit, *Fridericus fuit vir optimus & Chriſtianiſſimus, Eccleſiam & clerum diligens, atque pacifice imperium vtique in Germania gubernans, ſed plus quam Imperatorem decet quieti & otio deditus: eius ſiquidem incuria & deſidia, immo omnium principum negligentia & inertia, qui ipſum timore, eique fideliter aſſiſtere detrectarunt, multa ſuo ſub imperio regna, permulta & ferme innumeræ prouinciæ & vrbes per ſpurciſſimos Turcos ablata fuerunt, multaque millia Chriſtianorum etiam ex ipſa Europa in captiuitatem abducta. Nam quis ignorat, aut ſine mœrore grauiter audire poterit ſub eius imperio ipſo viuente & regnante a Chriſtiana religione abrepta eſſe duo illa totius mundi pulcherrima Conſtantinopolitanum, ac cum nobili illa vrbe Sinopi Trapezuntinum imperia? quis*

e Lang. in chro. Citiz.

Ipſo imperante auct. maxime Turcarum potentia

Digitized by Google

quis vel etiam ignoret totidem regna a nobis paucis bine annis diuulſa, Traciam, Beotiam, Atticam, Macedoniam, Theſſaliam, Achaiam, Æroliam, Bithyniam, Cappadociam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Ciliciam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Pontum duas & viginti gentes olim Mithridati ſubiectas continentem, Phrygiam, omnemque Helleſpontum, quin etiamque Myſiam ac Bulgariam, omnemque cum Raſcia Seruiam, & quidquid denique ab Audrinopoli Sauoque amne ad Danubium vſque interiacet, Boſnam, nobilemque illam Mitylenem, cum innumeris gentibus, quas inter nuncupatim Scordiſcos, Triballos, Baſtarnas, & Taurinos meminiſſe magnitudo cladis interpellat? Muto Dalmatas, Epiroticos, Iſauros, Helladas, Illyricos, Noricos, Pannonios, & cum Polonis a ſuis prope ſedibus profligatis nos ipſos Germanos cruentiſſima Mahumetici furoris arma toties expertos. Taceo Chalcidis ſiue Nigroponti excidium, Hydruntinaque vrbis etiam in præcedentibus ſua miſeria anno memoratæ calamitatem, cuius archiepiſcopum lignea ſerra interfectum meminiſſe horret, totius denique Maleſatenſis epiſcopatus lamentabilem vaſtationem. Taceo Euxini maris obſidium, mediterranei captiuitatem, quod ille immaniſſimus Chriſtiani nominis hoſtis libere nunc potenterque obequitat. Et vt breuibus ampliſſima perſtringam catholicæ fidei detrimenta, Africa amiſſa eſt, Aſia tota ſub iugum miſſa, adeoque in anguſtum ducta Europa, vt fides, quam totam iampridem perſonuit orbis, nunc angulus occidentis incomptuſque ſeptentrionis angulus vix ſatis audet tuto profiteri. Tot ergo tantaque, immo multo plura, quam quiſquam calamo exprimere poſſit, Chriſtianæ reipublicæ detrimenta & incommoda ſolum petimur pontificum, Regum, principumque noſtrorum negligentia & diſcordia, qui dum inteſtinis odijs, mutuiſque bellis ardent, aut etiam delitijs otioque marcent, Chriſtianorum prouincias terraſque expugnari, diripi, auferrique, etiam in propriam tandem ſuam perniciem.

Turcica arma in Germaniam progreſſa.

Maris imperium occupatũ a Turcis.

Immenſa mala ex Regum diſſidijs manarũt.

14 At tot ab Eccleſia arcano diuini Numinis iudicio acceptæ clades ampliſſimorum ad illam acceſſione regnorũ, de qua ſupra egimus, reparari viſæ, dum Congi & Guineæ regnis, nec nõ Canarijs inſulis Indijſque illatum euangelium, & regnum Granatenſe debellatis Mauris Chriſto redditum eſt. In quo veteres eccleſias inſtauratas fuiſſe ex pontificio diplomate a, quo in eo regno quatuor principes, ſiue cathedrales eccleſiæ conſtituuntur, & Granata metropoleos apice ac iure exornatur datis hiſce Abulenſi epiſcopo imperijs.

a Lib. 4. bull. pag. 330.

Venerabili fratri Franciſco epiſcopo Abulenſi.

Fraternitati tuæ, de qua in his & alijs ſpecialem fiduciam in Domino obtinemus, motu proprio non ad alicuius ſuper ijs nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, vt quod de cætero in perpetuis futuris temporibus in dicto regno Granatæ ſint, & eſſe debeant quatuor dumtaxat eccleſiæ cathedrales, videlicet Granatenſis, Malaginenſis, Guidixenſis, & Almerienſis, quarum primam, videlicet Granatenſem, aliarum duarum vltimarum, videlicet Guidixenſis & Almerienſis eccleſiarum, nuper per alias noſtras literas in Metropolitanam ereximus, auctoritate noſtra ſtatuas & ordines, ac Granatenſem Malaginenſem, Guadixenſem, & Almerienſem ciuitates dicti regni eiuſdem quatuor eccleſijs reſpectiue pro earumdem eccleſiarum ciuitatibus, & vnicuique earumdem quatuor eccleſiarum dicti regni Granatæ illarum qualitatibus diligenter perſpectis conuenientem & limitatam diœceſim iuxta conſilium & ordinationem Regis & Reginæ prædictorum eadem auctoritate aſſignes, &c. [Ampliſſima eumdem epiſcopum auctoritate Alexander inſtruit, vt limitibus ſuis quatuor eos epiſcopatus definiat ad omnium litium anfractus abſcindendos.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCIII. *III. id. aprilis pontificatus noſtri anno* I.

Cathedrales quatuor conſtituuntur.

Granata metropoleos iure exornata

15 Redierat inuentarum noui orbis inſularum gloria illuſtris Chriſtophorus Columbus, honorificentiſſimeque a Ferdinando & Eliſabeth Regibus, quibus noua imperia pepererat, amplificandæque apud barbaras nationes religionis viam aperuerat, exceptus eſt, vt refert Petrus Martyr a in literis hoc anno datis ad Aſcanium Sfortiam Cardinalem vicecancellarium: *Rex*, inquit, *& Regina, quorum omnes cogitatus vel dormientium in religionis noſtræ augmento ſunt ſiti, ſperantes ad Chriſti legem tot nationes & ſimplices gentes facile trahi poſſe, vt auditis commouentur, Colonum aduenientem honorifice, uti pro talibus auſis merebatur, tractant, ſedere illum coram ſe publice, quod eſt maximum apud Reges Hiſpanos amoris & gratitudinis, ſupremique obſequij ſignum fecerunt: præfectum marinum vocari deinceps Colonum imperant. Is almirantus Colonus apud Hiſpanos nuncupatur: fratrem etiam ipſius Bartholomæum Colonum rei marinæ & ipſum peritum præfectura inſulæ Hiſpaniola titulo ornarunt.* [Nonnullis interiectis ſubditur.]

a Petr. Martyr. dec. 1. c. 1.

Secunda Columbi in nouum orbem nauigatio.

16 *Duabus his cauſis*, augendi nimirum diuini cultus imperijque, *commoti ſanctiſſimi hi duo conſortes* XVII. *ad ſecundam expeditionem nauigia parari iubent, tria oneraria, caueata magna* XII. *id genus nauium, quas dici apud Hiſpanos carauelas ſcripſimus ſine caucas eiuſdem generis duas aliquanto grandiores.* Et infra: *Vltra ducentos & mille armatos pedites illi imperant conduci, inter quos omnium machinarum artium fabros & opifices innumeros ſtipendio accerſiri iubent: equites quoſdam cæteris armatis immiſcent. Ad fœtus procreandos equas, oues, iuuencas, & plura alia cum ſui generis maſculis: legumina, triticum, hordeum, & reliqua ijs ſimilia non ſolum alimenti, verumetiam ſeminandi gratia præfectus apparat, vites & aliarum noſtratium arborum plantaria, quibus terra illa caret, ad eam important.* Et infra: *Secundis velis* VII. *kal. octobris anni* III. *& nonageſimi ſupra quadringenteſimum & milleſimum a ſalute noſtra a Gadibus mouit, Fortunatas inſulas kal. octobris tetigere, &c. Vale felix. Ex Hiſpania curia idibus nouembris* MCCCCXCIII. Hæc fuit prima colonia, quæ Deo propitio in nouum orbem a Chriſtianis deducta eſt maximo religionis incremento, ſummaque gloria Ferdinandi & Eliſabethæ Regum, quos veluti Chriſtiani imperij anguſtiſſimos propagatores omnis pia colet poſteritas, paucorum enim annorum flexu Hiſpaniolam omnem, quæ ingens regnum æquat, Chriſtianis ſacris initiatam, atque ex ea in alia diffuſa regna & imperia inuectas colonias videbimus.

Prima colonia in nouũ orbem traducta.

Luſitani ob contẽpta Colũbi conſilia furunt

17 Confirmat hæc Ioannes Barroſius b rediiſſe nimirum hoc anno ex nouo orbe Chriſtophorum Columbum, ac ſexto martij Vliſſiponem appuliſſe; additque illum antea pluribus annis continentibus Ioannem Luſitaniæ Regem vrſiſſe, vt ipſum ad occidentalem orbem luſtrandum mit-

b Barroſ. dec. 1. Aſia l. 3 c. 11. Surit. to 5 l. 1. c. 25. Marian. l. 26. c.

Digitized by Google

mitteret ac deriſum: eumq; iam parta recenti gloria triumpharet Luſitano Regi de ſpretis conſilijs, quibus feliciter Rex Caſtellæ vſus erat, inſultaſſe, tantumque Luſitanorum odium in ſe conciraſſe, vt eius gloriæ inuidia perciti de ipſo necando conſilia agitarint, quæ Ioannes Rex prudentia regia fregit, cumque ac barbaros occidentales, quos ſecum ex inſulis auexerat, beneficijs eſt proſecutus. Nec Luſitani, qui a Columbo ſibi orientis præripi imperium metuebant, exinde iacturam ſunt paſſi, ſiquidem illius exemplo confirmati, cum antea Africæ curua littora raderent, in altum mare inuecti & Braſiliam pateſecere, circumactoque Bonæ ſpei promontorio in Indias celeri curſu penetrarunt.

Ioannis Regis Luſit. moderatio inſignis.

18 Exorta vero mox poſt Chriſtophori Columbi reditum lis eſt a inter Caſtellanum & Luſitanum Reges de Oceani nouique orbis imperio: nam Luſitanus inuentas a Columbo inſulas ad ſe ſpectare contendit, negabat vero Caſtellanus, cui fauit Alexander VI. qui Ferdinando noui orbis iura imperiumque pluribus ampliſſimiſque diplomatibus aſſeruit, eaſdemque prærogatiuas contulit b, quas Pontifices Luſitanis Regibus in Africæ occiduis littoribus & Guinea & fodinis auri fuerant impertiti.

Inter Caſtell. & Luſit. de noui orbis imperio certatum.

a lo Barro & Surit. vbi ſup. b Alex. VI l. 1. literar commun. n. 134.

Chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando Regi & chariſſimæ in Chriſto filiæ Eliſabeth Reginæ Caſtellæ, Legionis, Aragonum, & Granatæ illuſtribus ſalutem, &c.

Eximiæ deuotionis ſinceritas & integra fides, quibus nos & Romanam reueremini eccleſiam non indigne merentur, vt illa vobis fauorabiliter concedamus, per quæ ſanctum & laudabile propoſitum veſtrum & opus inceptum in quærendis terris & inſulis remotis ac incognitis in dies melius & facilius ad honorem omnipotentis Dei, & imperij Chriſtiani propagationem, ac fidei catholicæ exaltationem proſequi valeatis. Hodie ſiquidem omnes & ſingulas terras firmas & inſulas remotas & incognitas verſus partes occidentales & mare Oceanum conſiſtentes per vos, ſeu nuntios veſtros, ad id propterea non ſine magnis laboribus, periculis, & impenſis deſtinatos, repertas & reperiendas in poſterum, quæ ſub actuali dominio temporali aliquorum dominorum Chriſtianorum conſtitutæ non eſſent, cum omnibus illarum dominijs, ciuitatibus, caſtris, locis, villis, iuribus, & iuriſdictionibus vniuerſis, vobis, heredibuſque, & ſucceſſoribus veſtris Caſtellæ & Legionis Regibus in perpetuum motu proprio & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine donauimus conceſſimus & aſſignauimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur.

Iura occidui orbis trans Oceanũ Regibus Caſtellæ data.

Cum autem alias nonnullis Portugalliæ Regibus, qui in partibus Africæ, Guineæ, & Minera auri, ac alias inſulas etiam in ſimilibus conceſſione & donatione apoſtolica eis facta repererunt & acquiſiuerunt per ſedem Apoſtolicam diuerſa priuilegia, gratiæ, libertates, immunitates, exemptiones, facultates, literæ, & indulta concesſa fuerint, nos volentes etiam, prout dignum & conueniens exiſtit, vos heredeſque & ſucceſſores veſtros prædictos non minoribus gratijs, prærogatiuis, & fauoribus proſequi, motu ſimili, non ad veſtram vel alterius pro vobis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac eiſdem ſcientia & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vobis ac heredibus & ſucceſſoribus veſtris prædictis, vt in inſulis & terris per vos ſeu nomine veſtro hactenus repertis huiuſmodi & reperiendis in poſterum, omnibus & ſingulis gratijs, priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, immunitatibus, literis, & indultis Regibus Portugalliæ conceſſis huiuſmodi, quorum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur haberi volumus pro ſufficienter expreſſis & inſertis vti, potiri, & gaudere libere & licite poſſitis & debeatis in omnibus & per omnia perinde, ac ſi illa omnia vobis ac heredibus & ſucceſſoribus veſtris præfatis ſpecialiter conceſſa fuiſſent, auctoritate apoſtolica tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus, illaque in omnibus & per omnia ad vos heredeſque ac ſucceſſores veſtros prædictos extendimus pariter & ampliamus, ac eiſdem modo & forma perpetuo concedimus, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, nec non omnibus illis, qui in literis Portugalliæ Regibus conceſſis huiuſmodi conceſſa ſunt: non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCIII. V *non. maij pontificatus noſtri anno* 1.

Paria eiſdem priuilegia ac Regibus Luſitanis indulta.

19 Eodem die aliud diploma a, quo noui orbis imperium Regibus Hiſpaniarum confirmabatur editum eſt, quo eædem prærogatiuæ atque immunitates collatæ ſunt, quibus Reges Luſitani in Africa & occidua Æthiopia donati erant. Tertio diplomate Alexander ad controuerſias, quæ inter Caſtellanos ac Luſitanos oboriri poſſent, dum claſſibus Oceanum ſulcabant, dirimendas Indias orientales occidentaleſque diſcreuit diplomate hiſce verbis concepto b.

a Lib 4. bullar ſign n. 78 pag. 42.

b Lib. bull. 6. pag. 192 ext etiam in bullar. in Ale. VI

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando Regi & chariſſimæ in Chriſto filiæ Eliſabeth Reginæ Caſtellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, & Granatæ illuſtribus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Inter cætera diuinæ maieſtati beneplacita opera, & cordis noſtri deſiderabilia illud profecto potiſſimum exiſtit, vt fides catholica & Chriſtiana religio noſtris præſertim temporibus exaltetur ac vbilibet amplietur & dilatetur, animarumque ſalus procuretur, ac barbaræ nationes deprimantur & ad fidem ipſam reducantur. vnde cum ad hanc ſacram Petri ſedem, diuina fauente clementia, meritis licet imparibus euecti fuerimus, cognoſcentes vos tamquam veros catholicos Reges & principes, quales ſemper fuiſſe nouimus, vt a vobis præclare geſta toti pene iam orbi notiſſima demonſtrant, nedum id exoptare, ſed omni conatu, ſtudio, & diligentia nullis laboribus, nullis impenſis, nulliſque parcendo periculis etiam proprium ſanguinem effundendo efficere, ac omnem animum veſtrum omneſque conatus ad hoc iamdudum dedicaſſe, quemadmodum recuperatio regni Granatæ a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos cum tanta diuini nominis gloria facta teſtatur, duximus non immerito & debemus illa vobis etiam ſponte & fauorabiliter concedere, per quæ huiuſmodi ſanctum & laudabile ac immortali Deo acceptum propoſitum in dies feruentiori animo ad ipſius Dei honorem, & imperij Chriſtiani propagationem proſequi valeatis.

Ferdinandi & Iſabellæ catholicorum elogium.

20 Sane accepimus quod vos, qui dudum animo propoſueratis aliquas inſulas & terras firmas remotas & incognitas, ac per alios hactenus non repertas quærere & inuenire, vt illarum

inco-

Digitized by Google

incolas & habitatores ad colendum Redemptorem noſtrum, & fidem catholicam profitendum reduceretis, hactenus in expugnatione & recuperatione ipſius regni Granatæ plurimum occupati, huiuſmodi ſanctum & laudabile propoſitum veſtrum ad optatum finem perducere nequiuiſtis; ſed tandem, ſicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes deſiderium adimpleri veſtrum, dilectum filium Chriſtophorum Colon, virum vtique dignum & plurimum commendandum, ac tanto negotio aptum cum nauigijs & oneribus ad ſimilia inſtructis, non ſine maximis laboribus & periculis ac expenſis deſtinaſtis, vt terras firmas & inſulas remotas & incognitas huiuſmodi per mare, vbi hactenus nauigatum non fuerat, diligenter inquireret. Qui tandem diuino auxilio facta extrema diligentia in mari Oceano nauigantes certas inſulas remotiſſimas, & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerant, inuenerunt, in quibus quamplurimæ gentes pacifice viuentes &, vt aſſeritur, nudæ incedentes, nec carnibus veſcentes inhabitant, & vt præfati nuncij veſtri poſſunt opinari, gentes ipſæ in inſulis & terris prædictis habitantes credunt vnum Deum creatorem in cœlis eſſe, ad fidem catholicam amplexandum, & bonis moribus imbuendum ſatis apti videntur, ſpeſque habetur quod, ſi erudirentur, nomen ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in terris & inſulis prædictis facile induceretur: ac præfatus Chriſtophorus in vna ex principalibus inſulis prædictis iam vnam turrim ſatis munitam, in qua certos Chriſtianos, qui ſecum iuerant in cuſtodiam, vt alias inſulas & terras firmas remotas & incognitas inquirerent, poſuit, conſtrui & ædificari fecit, in quibus quidem inſulis & terris iam repertis aurum, aromata, & aliæ quamplurimæ res pretioſæ diuerſi generis, & diuerſæ qualitatis reperiuntur, vnde omnibus diligenter, & præſertim pro fidei catholicæ exaltatione, & dilatatione (prout decet catholicos Reges & principes) conſideratis more progenitorum veſtrorum claræ memoriæ Regum terras firmas & inſulas prædictas, illarumque incolas & habitatores vobis, diuina fauente clementia, ſubijcere, & ad fidem catholicam reducere propoſuiſtis.

Chriſtophori Colon labores eximij.

Inſulæ nouæ & continẽs inuenti.

Fidei propagãdæ ſpes conceptæ.

Nouum orbem ſibi ſubijcere decernunt Hiſpani.

21 Nos igitur huiuſmodi veſtrum ſanctum & laudabile propoſitum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes, vt illud ad debitum finem perducatur, & per ipſum nomen Saluatoris noſtri in partibus illis inducatur, hortamur vos quamplurimum in Domino, & per ſacri lauacri ſuſceptionem, qua mandatis apoſtolicis obligati eſtis, & viſcera miſericordiæ domini Ieſu Chriſti attente requirimus, vt cum expeditionem huiuſmodi omnino proſequi & aſſumere prona mente orthodoxæ fidei zelo intendatis, populos in huiuſmodi inſulis & terris degentes ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam inducere velitis & debeatis, nec pericula, nec labores vllo vnquam tempore vos deterreant, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus veſtros feliciter proſequetur.

22 Et vt tanti negotij prouinciam apoſtolicæ gratiæ largitate donati liberius, & audacius aſſumatis, motu proprio non ad veſtram vel alterius pro vobis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes inſulas & terras firmas inuentas & inueniendas, detectas & detegendas verſus occidentem & meridiem, fabricando & conſtruendo vnam lineam a polo arctico, ſcilicet ſeptentrione, ad polum antarcticum ſcilicet meridiem ſiue terræ firmæ & inſulæ inuentæ & inueniendæ ſint verſus Indiam aut verſus aliam quamcumque partem, quæ linea diſtet a qualibet inſularum, quæ vulgariter nuncupantur de los Azores y cabo Verde, centum leucis verſus occidentem & meridiem, ita quod omnes inſulæ & terræ firmæ repertæ & reperiendæ detectæ & detegendæ a præfata linea verſus occidentem & meridiem per alium Regem aut principem Chriſtianum non fuerint actualiter poſſeſſæ vſque ad diem natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti proxime præteritum, a quo incipit annus præſens milleſimus quadringenteſimus nonageſimus tertius, quando fuerunt per nuntios & capitaneos veſtros inuentæ aliquæ prædictarum inſularum, auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro conceſſa, ac vicariatus Ieſu Chriſti, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominijs, ciuitatibus, caſtris, locis, & villis, iuribuſque & iuriſdictionibus, ac pertinentijs vniuerſis vobis heredibuſque & ſucceſſoribus veſtris Caſtellæ & Legionis Regibus in perpetuum tenore præſentium donamus, concedimus, aſſignamus, voſque & heredes ac ſucceſſores præfatos illarum dominos cum plena, libera, & omnimoda poteſtate, auctoritate, & iuriſdictione facimus, conſtituimus, & deputamus, decernentes nihilominus per huiuſmodi donationem, conceſſionem & aſſignationem noſtram nulli Chriſtiano principi, qui actualiter præfatas inſulas & terras firmas poſſederit vſque ad dictum diem natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti ius quæſitum ſublatum intelligi poſſe aut auferri debere. Et inſuper mandamus vobis in virtute ſanctæ obedientiæ (ſicut pollicemini, & non dubitamus pro veſtra maxima deuotione & regia magnanimitate vos eſſe facturos) ad terras firmas & inſulas prædictas viros probos & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos ad inſtruendum incolas & habitatores præfatos in fide catholica & bonis moribus imbuendum deſtinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmiſſis adhibentes, ac quibuſcumque perſonis cuiuſcumque dignitatis, etiam imperialis & regalis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam eo ipſo, ſi contrafecerint, incurrant, diſtrictius inhibemus, ne ad inſulas & terras firmas inuentas & inueniendas, detectas & detegendas verſus occidentem & meridiem, fabricando & conſtruendo lineam a polo arctico ad polum antarcticum, ſiue terræ firmæ & inſulæ inuentæ & inueniendæ ſint verſus Indiam aut verſus aliam quacumque partem, quæ linea diſtet a qualibet inſularum, quæ vulgariter nuncupantur de Azores y Cabo verde, centum leucis verſus occidentem & meridiem, vt præfertur, pro mercibus habendis, vel quauis alia de cauſa accedere præſumant abſque veſtra ac heredum & ſucceſſorum veſtrorum prædictorum licentia ſpeciali, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque, in illo, a quo imperia & dominationis ac bona cuncta procedunt, confidentes quod dirigente Domino actus veſtros, ſi huiuſmodi ſanctum & laudabile propoſitum proſequamini, breui tempore cum felicitate & gloria totius populi Chriſtiani, veſtri labores & conatus exitum feliciſſimum conſequentur, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCIII.

Termini noui orbis conceſſi illis præfixi.

Moniti Hiſpani Reges vt ſacerdotes probos mittant ad euangelium inferendum.

Digitized by Google

MCCCCXCIII. IV. *nonas maij pontificatus noſtri anno* 1.

23 De occaſione, quæ Chriſtophorum Columbum ad laudatiſſimum audaciſſimumque facinus impulit, varia referunt ſcriptores: alij aiunt ipſum a Polo medico Florentino inſigni coſmographo edoctum, patere neceſſario ad occidentem alium orbem, ſumpto ex ſolis circa terrarum circuitu argumento, quod propheta docuit a his verbis: *A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus* id eſt circuitus, *ſuus vſque ad ſummum eius*; quem circuitum fruſtra non heri ratio edocebat. Alij factum ipſum certiorem a nauta apud Canarias excepto hoſpitio, qui valida tempeſtate ad incognitas terras ampliſſimas ad occaſum porrectas abreptum ſe teſtabatur, ſcriptaque de his commentaria Columbo reliquit: quæ tempeſtas diuinæ prouidentiæ omnia ſuauiſſime diſponentis ſingulari beneficio concitata viſa eſt.

Quibus cauſis permotus Colũbus ad inuestigandũ nouum orbem. a Pſ. 18.

24 Miſſum ab Alexandro in nouum orbem fuiſſe Bernardum Boil ordinis Minorum genere Catalanum vna cum duodecim ſacerdotibus vt incultas illas regiones, euangelij ſemine iacto, excolerent, referunt hiſtorici, extantque pontificiæ literæ, quibus apoſtolatus inter gentes noui orbis ampliſſimum munus illi impoſitum eſt,

a Lib. 6. bullar. pag. 122.

Dilecto filio Bernardo Boil fratri ordinis Minorum vicario dicti ordinis in Hiſpaniarum regnis ſalutem, &c.

Pontif. de ea re literæ.

Tibi, qui presbyter es, ad inſulas & partes prædictas etiam cum aliquibus ſocijs tuis, vel alterius ordinis per te aut eoſdem Regem & Reginam, (nempe Ferdinandi & Eliſabethæ) eligendis, ſuperiorum veſtrorum vel cuiuſuis alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, accedendi, & inibi quandiu volueritis commorandi, ac per te, vel alium, ſeu alios ad id idoneos presbyteros ſæculares vel religioſos ordinum quorumcumque, verbum Dei prædicandi & ſeminandi, dictoſque incolas & habitatores ad fidem catholicam reducendi, eoſque baptizandi & in fide ipſa inſtruendi, & eccleſiaſtica ſacramenta, quoties opus fuerit, ipſis miniſtrandi, ipſoſque & eorum quemlibet per te, vel alium, ſeu alios presbyteros ſæculares vel religioſos, in eorum confeſſionibus & quoties opus fuerit, audiendi, illiſque diligenter auditis pro commiſſis per eos criminibus, exceſſibus, & delictis, etiamſi talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica quouis modo fuerit conſulenda, de abſolutionis debito prouidendi, eiſque pœnitentiam ſalutarem iniungendi, nec non vota quæcumque per eos pro tempore emiſſa, Ieroſolimitani, liminum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac S. Iacobi in Compoſtella, & religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi, ac quaſcumque eccleſias, capellas, monaſteria, domos ordinum quorumcumque etiam mendicantium, tam virorum quam mulierum, & loca pia cum campanilibus, campanis, clauſtris, dormitorijs, refectorijs, hortis, hortalitijs, & alijs neceſſarijs officinis ſine alicuius præiudicio erigendi, conſtruendi, & ædificandi, ac ordinum mendicantium profeſſorias domos, quas pro eis conſtruxeris & ædificaueris recipiendi, & ad perpetuo inhabitandum licentiam concedendi, dictaſque eccleſias benedicendi, & quoties illas earumque cœmiteria per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis, aut alias violari contigerit, a qua prius per aliquem catholicum miniſtrum, vt moris eſt, benedicendi, reconciliandi, & etiam neceſſitatis tempore, ſuper quo conſcientias veſtras oneramus, carnibus & alijs cibis tibi & ſocijs tuis prædictis iuxta regularia dictorum ordinum inſtituta, prohibitis libere & licite veſcendi, omniaque alia & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, exequendi, & diſponendi, plenam liberam & omnimodam auctoritate Apoſtolica & ex certa ſcientia tenore præſentium facultatem, licentiam, poteſtatem, & auctoritatem concedimus pariter & elargimur.

Quæ auctoritas ipſi collata.

25 Et inſuper vt Chriſtifideles eo libentius deuotionis cauſa ad dictas terras & inſulas confluant, quo ſuarum ſe ſperauerint ſalutem animarum adepturos, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus prædictis, qui ad prædictas terras & inſulas ſe perſonaliter, de mandato tamen & voluntate Regis & Reginæ prædictorum, contulerint, vt ipſi & quilibet eorum confeſſorem idoneum ſæcularem vel regularem eligere poſſint, qui eos & eorum quemlibet modo præmiſſo, ab eorum criminibus, peccatis, & delictis etiam dictæ ſedi reſeruatis abſoluat, ac eorum vota etiam commutet, nec non omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, indulgentiam & remiſſionem ipſis in ſinceritate fidei, vnitate ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac obedientia & deuotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus ſemel in vita & ſemel in mortis articulo auctoritate præfata concedere valeat, nec non monaſterijs, locis, & domibus erigendis & ædificandis, & monachis & fratribus, & illis pro tempore degentibus, vt omnibus & ſingulis gratijs, priuilegijs, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, indulgentijs, & indultis alijs monaſterijs, locis, domibus, monachis & fratribus ordinum, quorum illa & illi fuerint in genere conceſſis, & concedendis in poſterum, vti, potiri, & gaudere libere & licite valeant auctoritate præfata de ſpecialis dono gratiæ indulgemus, non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII, prædeceſſoris noſtri literis, ne quiuis ordinum mendicantium fratres noua loca recipere præſumant abſque dictæ ſedis licentia ſpeciali, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCIII. VII. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* 1.

Indulgentiæ ad nouum orbem traiecturis propoſitæ.

26 Cum porro Pontifices ſacras indulgentias proponerent Hiſpanis, qui ſubſidiarium aurum Ferdinando & Eliſabethæ Regibus pro amplificanda Chriſtiana religione conferrent, quibus auxilijs fulti & Mauricam ſuperſtitionem in Granata exſciderant, Africamque ſubijcere meditabantur, nonnulli præclarum hoc licitationis genus & emungendæ pecuniæ idoneam arte nati, plures corruptelas in ijs promulgandis admiſere, tum etiam adulterina diplomata finxere, quos Alexander a præſulibus comprimi iuſſit a: Adiecta eſt eius literis hæc temporis nota. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCIII. VI. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* 1.

a Lib. 3. bull. ſecr. pag. 136.

27 Hoc anno ſancitum fuiſſe inter Alexandrum Papam & Venetos, ac nonnullos alios Italos principes fœdus, refert Stephanus Infiſſura b, deque eodem meminit Burchardus in diarijs c, ac ſacros in eo promulgando ritus ita deſcribit d: XXV. *aprilis Bartholomæus epiſcopus Sutrinus & Nepeſinus accepto pluuiali rubeo pretioſo venit ad Pontificem, & coram eo genuflexus petijt ab eo indulgentias, & Pontifex conceſſit plenarias in ſignum lætitiæ tanti fœderis. Deinde aſcendit idem epiſcopus*

b Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſig. n. 111. c Burch. m. ſ. arc. Vat. ſig. n. 104. pag. 113. d Lib. 1. diuerſ. 10. Burchar.

abſque

Digitized by Google

abſque benedictionis petitione pulpitum iuxta cornu epiſtolæ altaris in locum, vbi ſalutiſtorium celebrantis ſteterat paratum, & ibidem ſedit orationem ſatis ſimplicem, per quam publicauit fœdus & confœderationem inter ſanctitatem ſuam, & dominium Venetorum, ac illuſtriſſimos Mediolanenſes & Barri duces initum. Et legit capitula fœderis. Iniectam tum imminentis alicuius belli ſuſpicionem tuiſſura addit, atque Alexandrum vrbis mœnia, quæ a regia pontificia ad molem Hadrianam pertinent, refeciſſe, ac turribus communiuiſſe. Facta vero ab Alexandro cum Venetis & duce Mediolanenſi eiuſque patruo Ludouico Sfortia armorum coitione, ad defendendos mutuis auxilijs principatus ſuos metu expeditionis Neapolitanæ confici cœptæ a Carolo Francorum Rege, refert Hieronymus Surita a, ingentes namque ex ea motus in Italia excitatum iri timebatur. Vrgebant b Gallum aſſidue precibus Neapolitani proceres, in quos Ferdinandus tyrannidem exercuerat ſæuiſſimam ob initum eum Romana eccleſia Pontificeque Innocentio fœdus, quippe qui partim nonnullos ex illis obtruncarat, alios autem in carceribus quotidianis ludibrijs vexabat quamuis anno ſuperiori cum Innocentio fœdus de ſarciendis læſorum iniurijs, vti vidimus, redintegraſſet: accenſumque erat tantum in omnibus ordinibus ob illius Alfonſique ducis Calabriæ odium, vt Neapolitanæ tantum regiæ euerſione reſtinguendum videretur.

Quo ritu promulgatum.

Exciti Galli a Neap. proceribus.

a Surit to.5 lib.1.c.22. b Io eod. lib.c.21. 21.& 22.

Alphonſus publico odio ardet

28 Addidiſſe etiam ſtimulos Carolo Regi ad ſuſcipiendum Neapolitanum bellum Carolum Balbianum Mediolanenſis ducis oratorem, refert Belcairus c, atque ingentes ſpes non modo Neapolitanæ, ſed etiam Conſtantinopolitanæ vrbium ſub Gallicum imperium redigendarum propoſuiſſe: *Cum primum, aiebat, alpes copiæ tuæ iam omnium opinione victrices tranſcenderint, ac Gallica claſsis Genuam appulerit, Ferdinandus Alfonſuſque ſcelerum ſuarum ac communis populorum odij conſcij iam non de regno tuendo, ſed de maturanda fuga cogitabunt. Ita fertiliſsima totius Italiæ regio non tam finium latitudine, quam ſoli pinguis vbertate, maritimorumque commerciorum commoditate laudanda, tibi nullo negotio accreſcet. Sed Regi magnanimo, Chriſtianæque religionis in primis ſtudioſo, quorum alterum tibi natura indidit, alterius cognomen e re natum maiores tui tibi hereditarium reliquerunt longe maiorque anguſtior ſe commoditas offert, neque enim priuatam vtilitatem ſequitur excelſus iſte tuus genius, vniuerſi potius Chriſtianiſmi propagationem amplectitur, inde breuiſsimus in Græciam ſeptuaginta dumtaxat milliaribus e quibuſdam regionibus diuiſam traiectus patet, quæ immani Turcarum tyrannide oppreſſa libertatis aſſertores de integro Gallos tuo nomine recreata præſtolatur: te enim magni Caroli ſobolem non ſolum nomine, ſed & magnitudine progenitorum tuorum referentem ſupplex implorat, tibi ſacrum bellum decernit, tibi orientis imperium deſpondet, cuius bonam partem, Turcis expulſis, quondam Galli heroes non iiſdem opibus nixi, Gotofredo Bullionia duce, ſibi vendicarunt, & poſteris fruendam reliquerunt. Perge igitur alacri fortique animo quo te ius a maioribus relictum, & Chriſtiana pietas vocat, quod tuum eſt repete, inde publicam religionis cauſam ſuſcepturus, & nomen Chriſtianum tranſmiſsis antiquis finibus aucturus: quantos enim progreſſus poſtremis hiſce triginta annis Turca fecerit, vti Conſtantinopolitanum Trapezuntinumque imperium occuparit, Rhodum appugnarit, Hydrunto capto Italiam tentarit, poſtremo Dalmatiam, Illyricumque ſubitis incurſationibus peruaſtarit. nemini ignotum eſt, quinetiam ingenti claſſe inſtructa tanta potentia auctus maius quiddam moliri, atque Italiæ imminere dicitur, vt principem Chriſtianæ religionis antiquique imperij ſedem, Conſtantinopolitana non contentus, ſibi vendicet. Huic tu mature occurrere, dum Græci priſtinæ libertatis religioniſque memores magna ad victoriam momenta adducere poſſunt. Pro tua pietate debes, & de imperio in alieno ſolo potius, quam in Galliæ finibus, aut fortaſſe in ipſis Galliæ viſceribus de libertate ac ſalute decertare, cum tibi glorioſius, tum certe longe tutius erit; vt non addam maiores tuos, Ludouicum inquam Pium, Carolum eius fratrem Regem Neapolitanum, aliosque permultos ſola religionis contemplatione fretos longinqua bella ſuſcepiſſe, & cum pietatis fructu tantam, quanta homini Chriſtiano contingere poteſt gloriam reportaſſe.* Excitum Carolum in Italiam a Ludouico duce Mediolanenſi confirmat a Bernardinus Corius, qui eiuſdem ducis literas affert ſuis ſententijs conceptas.

c Belcair. dec.1. l.3. nu 8.

Regi Galliæ additi animi v. Neap. regnum expugnet.

E Neap. regno in Græciam facilem traiectũ patere.

Adiectæ ſpes Græcos in eius partes conceſſuros.

a Bern. Corius p. 7.

29 Efferebant etiam Caroli Regis partes Florentini, quorum præcipuam factionem ducebat b Hieronymus Sauonarola ordinis Prædicatorum eloquentiæ gloria florentiſſimus, qui publice declamabat, prout ſibi finxerat animo, Carolum Regem a Deo in Italiam adductum iri, vt publica crimina plecteret: is ſacris concionibus populum in ſui admirationem traxerat, atque ad atheorum refellendas calumnias inter alia opera librum de Chriſtianæ fidei veritate, ſiue triumphum crucis inſcriptum edidit. Felicitatis apicem attigiſſe viſus eſſet Sauonarola ſi diuinis rebus tantum ſe addixiſſet, ſed humanæ gloriæ lenocinia & inanes ſpes eum præcipitem egere.

b Philipp. Comm.l.8 c.19.

Sollicitatur ab Hieronymo Sauonarola. d Italicam expeditionem.

De triũpho crucis editus a Sauonarola liber.

30 Porro non ille modo, vt factionis Florentinæ ſignifer, & Ludouicus Sfortia dux Mediolanenſis, & Cardinalis Aſcanius Caroli Regis Gallorum partes fouebant, immo Alexander, a quo Carolus Andegauenſium iure hereditario Neapolitano regno indui depoſcebat, alienus nõ putabatur, cum & præteritarum Romanæ eccleſiæ iniuriarum pœnas a fœdifrago principe poſſet repetere: tum illi Carolus cenſum quadraginta millium aureorum tot annis a Ferdinando intermiſſum ſumma integritate veteri Gallico more penſitaturum, nec non illius ſpuriam prolem beneficijs ampliſſimis aucturũ; præterea eiecto Ferdinando, qui hactenus conficiendam in Baiazethem expeditionem, vexata continuis inteſtinis bellis Italia, retardarat, Gallica & Italica arma verſurum in Turcas, cæteriſque Chriſtianis ad religionem orienti reſtituendam accepto crucis ſacro ſymbolo ſe ducem imperatoremque præbiturum pollicebatur.

Ampliſſima promiſſa a Carolo oblata Pontifici

31 Hæc præſentientes Ferdinandus Neapolis alterque Ferdinandus Siciliæ & Hiſpaniarum Reges conſilia, ad ea diſturbanda mutuam operam contulerunt; & Neapolitanus quidem ad deliniendum Alexandrum, qui mala Innocentij in congerendis in nothos filios eccleſiaſticis opibus, quas ſancti Pontifices etiam legitimis ante ſacerdotium ſuſceptis, aliiſque ſanguine coniunctiſſimis denegarunt, exempla peioribus cumulabat c, illum de affinitate, deque filia ſua notha Alexandri ipſius filio coniungenda poſtulauit d, vt anno inſequenti videbimus; Hiſpanus vero metuens ne Carolus Gallorum Rex parto Neapolitano regno Siciliæ inſulam veteri iure affectaret, cum iam ſe

c Inſtr.m. arc. Vat. ſign. n.121 d Surit ſup. c.22.

Digitized by Google

Siciliæ & Ieroſolymarum Regem in Cardinalium ſenatu oratoris Aubinij voce ſe appellaſſet; tum etiam Ioannis a Aragoniæ Regis, qui Alfonſo ſeniore extincto ad regnum vocatus fuerat ſucceſſionis iure tum quod ab aliquibus magnatibus in ſpem Neapolitani imperij vocaretur, ampliſſimum oratorem ad Alexandrum miſit, vt a Gallica illum amicitia diuelleret, contenditque ab eo, ne noua in Italia bella concitari fineret, quin potius diſſipatis omnibus inteſtinis Chriſtianorum diſcordijs arma ſacra in Turcas iungerentur, vt refert Stephanus Infiſſura b.

a Cap. 20.

Hiſpanus Rex Carolo infenſus.

b Infiſſ. vbi ſup.

32 *In conſiſtorio*, inquit, *publico vltra obedientiam, quam fertur dictum ambaſciatorem præſtitiſſe nomine Regis Hiſpaniæ, expoſuit etiam ex parte ipſius Regis, quod præfatus Rex habebat multum in odio bella, quæ fiebant in Italia inter Chriſtianos, eo quod diceret, ſe continuo exponere ſtatum ſuum, & vitam ſuam pro ſalute Chriſtianæ fidei & augmento ipſius, continuo certando cum infidelibus: & Papa, qui eſſet caput fidei Chriſtianæ, intenderet ad ipſius diſſipationem: & expoſuit etiam quod dictus Rex intendebat habere notitiam de eo, per quem remaneret, quo minus dicta pax fieret inter Chriſtianos, quoniam dicebat dictum Regem habiturum cum eis inimicitiam potiſſime, ſi ſine cauſa iſtud fieret. Aliud, quod propoſuit eſt, quod ex quo præfatus Rex expulerat Marranos de imperio ſuo, tanquam inimicos Chriſtianæ fidei, quod mirabatur, quod Papa, qui eſſet caput dictæ fidei, illos recepiſſet in vrbe: & propterea hortatus eſt eum, vt de terris Eccleſiæ illi ſubiectis eos expelleret. Tertio quod ex quo intendebat ſua maieſtas perſequi victoriam contra infideles, & acquirere (ſi Deus dediſſet ei gratiam) Ieruſalem & terram ſanctam, rogabat Pontificem, vt vellet ei præſtare auxilium, & fauorem, præſertim in hoc, videlicet vt operaretur, vt habentes beneficia excedentia centum ducatos de fructibus annuatim, quod deberent reuerti ad Hiſpaniam, alioquin intendebat ipſe recipere dictos fructus, & ipſos conuertere in opus prædictum.* Nonnullis interiectis de Marranis receptis in vrbem ſcribit Infiſſura c, ipſorum ingentem multitudinem pulſam Hiſpania finitima vrbis loca inſediſſe, atque aliquos Hiſpanorum cuſtodum fraude Romam ingreſſos, eamque peſte infeciſſe: hæſiſſe etiam nonnullos in ea, atque in curiæ munera irrepſiſſe, in quos tamen Alexander iudiciariam ſeueritatis animaduerſionem adhibuit. De ſacra pariter decernenda militia in Turcas conſilia Ferdinandi coaluere: quamuis etiam varijs aliorum principum legationibus Alexander ad eam indicendam ſollicitaretur habita hoc anno eſt eo argumento perelegans oratio d a Petro Cara iuriſconſulto, qui Caroli ducis Sabaudiæ nomine ad obedientiam ſolemni ritu Alexandro, vt B. Petri ſucceſſori præſtandam venerat, cuius præcipuam partem decerpemus. Plura itaque de Apoſtolicæ ſedis maieſtate præfatus, deque Sabaudorum principum, quorum Beroldus Hugo Saxonum dux Ottonis II. Imperatoris filius antiquus auctor ac parens extitit, quorumque ſtemma gentilitium deienſi Rhodi ab Amadeo dignitate fulget, deque geſtis a Pontificibus nomine Alexandris prælatus adiudit: *Pulchrius tibi erit & glorioſius, ſi (quod omnes autumant) in Turcos molitus fueris, teque alterum Alexandrum magnum in orientales, illos Reges & populos Chriſti hoſtes oſtenderis, vt (quod maxime omnium optandum eſt, futurumque ſperamus) orientalem cum occidentali eccleſia coniungas, & te tandem verum Alexandrum magnum, Pontificem maximum, terrarum*

Effuſæ querelæ de Marranis exceptis in ditione pontificia.

Profitetur Ferd. Hieroſolymam recuperare velle.

c Infiſſ. vbi ſup.

In Marranos exercita ſeueritas iudiciaria.

d Ext. typis cuſa pag. 37.

Delatum Alexandro a Sabaudo obſequium.

Adhortatio ad turcicum bellum.

mundique Regem, & Chriſti vicarium omnes ſalutent & adorent. Gentilis ille tuus glorioſæ memoriæ Pontifex maximus Calliſtus III. vt primum ad apoſtolatum aſſumptus fuit, id mente concepit, vouitque ſe perpetuo totis conatibus Turcos & infideles perſecuturum. Ad eam rem perficiendam ex omni Europa multa mari, terraque parauit, nonnullas barbarorum inſulas vi expugnatas cepit, ingentes clades hoſtibus intulit. Et infra: *Dum maiorem molitur victoriam in ipſis primitijs ſanctiſſimus Pontifex ad cælos reuocatur, cuius morte ſicut interrupta ſunt omnia, ita Turci & barbari maximo metu liberati. Tibi vni nunc hic honos, hæc palma debetur, vt quod patruus Calliſtus inceperat, nepos Alexander felicibus auſpicijs proſequendo perficias. Oblata eſt tibi hoc tempore inſignis occaſio rei bene gerendæ, quæ te magis atque magis incendere inflammareque debet. Celeberrimus Ferdinandus Rex Hiſpaniæ, vnde tibi nobiliſſima origo eſt, poſtquam barbaros Chriſtiani nominis hoſtes bis ac ter ſæuus ingenti clade percuſſit, & trophæa ſæpenumero de ipſis ſtatuit, ſuperiore anno victricibus ſignis vniuerſum Bæthica regnum illis eripuit, Chriſtianiſque reſtituit. O felicem diuinumque principem! O clariſſimum & præſtantiſſimum Regem cunctis ſæculis literis ac monumentis celebrandum! Hac vna Ferdinandi victoria latrones illi ſpurciſſimi trepidant, pertimeſcunt, latebras quærunt. Proinde ſi Redemptoris noſtri vexilla te duce moueri, & Alexandri VI. ſigna præſenſerint, tantus eos tui nominis terror inuadet, vt facile tibi euenturum credamus, quod Alexandro magno contigit, cui ab vltimis etiam mundi littoribus legationes vndique nuntiabantur, quibus cunctæ gentes velut deſtinato ſibi Regi obſequerentur.*

Propoſitum Calliſti III. exemplũ

Laudatus ab exteris Ferdinandus Rex.

Dum igitur trepidant, tolle moras: nocuit ſemper differre paratis. Habes quoque domi, & in his excelſis tectis velut captiuum Zizimum ſultanum magni Turcorum Regis fratrem, maximum certe futuræ tuæ victoriæ momentum: is non paruo adiumento tibi exercitibuſque tuis multis rationibus eſt futurus. Non deerunt, vt opinor, in tam præclaro diuinoque opere Chriſtiani principes, potentatus, reſpublicæ: omnes omnibus viribus, omnibus copijs te ſequentur: nihil certe ad eam rem defuturum tibi video, modo velis, velle autem debes: nec te, mihi crede, huius conſilij vnquam pœnitebit. Parata eſt tibi immortalis gloria, Alexander, modo tu Chriſti gloriam, a qua tua omnis emanat, diligenter vt ſperant omnes, inquiras, nec enim ad cibum, ad potum, ad titillantem prurientemque corporis voluptatem nati ſumus, verum, vt ſoles dicere, ad decus, ad dignitatem, ad labores, ad iuſtitiam, ad ærumnas etiam pro iuſtitia perferendas, at quæ maior iuſtitia dici excogitarique poteſt, quam iniurias Chriſto redemptori noſtro illatas vlciſci: gregem ſuum a barbaris oppreſſum, Chriſtianum populum terra ſancta ſpoliatum ludibrijs & contumelijs affectum defendere. Cogita pater ſancte, quot vrbes, quot prouincias, quot regna, quot imperia & ſuperioribus & noſtris ſæculis barbari Chriſtianis eripuere. Nam vt Ieroſolymam terram ſanctam Chriſti domicilium, & ea omnia loca, in quibus ſalutis noſtræ myſteria ſunt tractata ſilentio prætereamus. Vt Syriam, Phœnicem, Ægyptum, Achaiam noſtrorum olim Sabaudiæ principum prouinciam, vt Græciam & Aſiam minorem, ac innumeras fere prouincias omittamus, barrot animus meminiſſe quas clades noſtris etiam temporibus Mahometana rabies populis Chriſtianis inflixerit, recens eſt adhuc Conſtantinopolitanæ calamitas, recentior Eubœæ clades, quæ ſine lachrymis a Chriſtianis audiri vel cenſeri non poſſunt, & infra: *Age itaque Alexander, exurge, te ipſum excita, te horta-*

Expoſit' regnorũ Chriſtianis ereptorum numerus.

Digitized by Google

Spurius obtruſus flagitio inter Cardinales. Neglecta res Chriſtiana ab Alex.

hortare, te verum Alexandrum in orientales illos infideles oſtende, nam Chriſto duce non minora certe geſturus es, quam Alexander ille magnus, qui cum nullo vnquam hoſte, vt legitur, eſt congreſſus, quem non vicerit, nullam vrbem obſedit, quam non expugnauerit, nullam gentem adyt, quam non calcauerit, ſed de his ſatis.

33 Auctus eſt hoc anno Cardinalium ſenatus, atque inter alios Cæſarem Borgiam filium nothum Valentino archiepiſcopatu & epiſcopatu Pampilonenſi antea oneratum ſacra purpura donauit Alexander, de quo hæc refert Ioannes Mariana a: *Duodecimo kal. octobris eundem in Cardinalium collegium cooptant, quaſi Dominici Arimiani, cui Zanozia nupta erat, iuſtum filium. Impotens erat animus, quem ingens cupiditas deuouit: vecordia viribus armata neque pudore mouetur, neque veritatis conſcientiæ legibus. Vt ita crederetur contum multorum ad gratiam loquentium teſtimonia confirmarunt. Contra hiſcere nemo Rotæ iudicum, nemo Cardinalium, cum quibus rem communicauit, auſus eſt. Tantam improbitatem, tam perditos eius ſæculi mores ingemuiſſe orbem Chriſtianum arbitror. Hinc vero proxima mala, quibus premimur.*

a Marian. l. 26. c. 2. Spurium admiſit in Cardinalium collegiũ.

Turpiſſima alterius promotio.

34 Alios etiam duos in ſenatum ſacrum aſciuiſſe refert Infiſſura repugnante maxima Cardinalium parte: *Die, inquit, vigeſimo ſeptembris Papa Alexander creauit duodecim Cardinales, & in eorum creatione conſenſerunt tantum ſeptem Cardinales, reliqui diſſenſerunt. Inter primos fuit creatus filius ipſius natus ex ſe & quadam muliere, quam nupſerat cuidam Dominico de Arignano, & ſemper fuit habitus, tentus, & reputatus eius filius, & ipſe fecit eum epiſcopum in Hiſpania de Pamplona. Item filium domini Gabrielis de Cæſarinis fratrem generi ſui, Item vnum de domo Farneſia,* nempe Alexandrum *conſanguineum Iuliæ Bellæ.* Quorum poſtremus poſtea virtutibus probauit dignũ ſe ſacra purpura, ac multos poſt annos Pauli III. accepto nomine pontificatum geſſit: reliqui fuere numero nouem, inter quos Ioannes Borgia ſororis filius Montis regalis antiſtes, Bernardinus a Caruaialis vir eruditus, cuius aliquæ ſacræ conciones extant, congregati poſtea aduerſus Iulium II. Piſani conciliabuli auctor: Fridericum etiam epiſcopum Cracouienſem Poloniæ Hungariæque Regum fratrem, atque Hyppolitum Eſtenſem metropolitam Strigonienſem in purpuratorum ordinem adſcriptos Cromerus c & Bonfinius d tradunt. Sex vero alij erant Ioannes Mortanus Anglus archiepiſcopus Cantuarienſis tit. S. Anaſtaſiæ presbyter, Ioannes Antonius de S. Georgio epiſcopus Alexandrinus presbyter tit. SS. Nerei & Achillei, Ioannes Grolaya abbas S. Dionyſij presbyter tit. S. Sabinæ, Raymundus e Peraudus Gallus epiſcopus Gurcenſis presbyter tit. S. Mariæ in Coſmedin, Dominicus Grimanus Veneti ducis filius diaconus S. Nicolai inter imagines.

Qui fuerint alij Cardinales creati. a Sur. to. 5 l. 1. c. 22.

c Cro. l. 30 Volat. l. 7. e Bonfin. dec. 5. l. 3.

e Fel. Contelor in elench. Card.

35 Hoc anno B. Franciſcus Paulanus, cuius ſanctitas longe lateque refulgebat ac ingens multitudo piorum virorum ad eum confluebat, vt monaſticis diſciplinis ab ipſo excoleretur, religioſæ vitæ formulam ſanctiſſimis præceptis ex euangelio decerptis ornatiſſimam compoſuit, quæ ab Alexandro VI. ampliſſimo diplomate f confirmata eſt. Ex ijs vero ſacris præceptis pauca hæc pietatem eximiam ſpirantia delibaſſe ſufficerit: *Dixit Dominus in euangelio: Qui non renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, ideo fratres nihil ſibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed ſint tanquam peregrini & aduenæ in hoc ſæculo Domino famulantes, nam paupertatis ſpiritus eſt abdicatio ſollicitudinum ſæculi & priuatio, ex vita præſenti tranſituris iter ad Deum ſine impedimenta, alienatio iuſtitiæ temporalis, ſcilicet a forenſi ſtrepitu, fidelis obſeruatio mandatorum Dei, fundamentum pacis & munditiæ, pauper enim frater eſt dominus mundi, & qui iactauit in Deum curam ſuam poſſidet per fidem omnes gentes in ſeruos. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos fratres in veros heredes, & reges regni cælorum inſtituit, & pauperes rebus factos virtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium, quare loca veſtra, quæ inhabitamus volumus eſſe curioſa, ſed tam domus quam eccleſia ſint paruæ & humiles, & tales quod in omnibus reluceat ſancta paupertas. Inſuper nullus inter vos quidquam ſuum dicere audeat, ſed omnia ſint de eccleſia, & vnicuique a patre diſtribuatur, prout opus eſt, cuiuslibet ætate & qualitate conſiderata. Erga cum quis filijs ſuis aut aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus in ſocietate noſtra conſtituerit, antequam contulerit veſtem, ſeu aliquid aliud inter neceſſoria deputandum, non occulte accipiatur, ſed poteſtate ſuperioris, vt in rem eccleſiæ redactum, cui neceſſarium fuerit tribuatur. Nulli ergo noſtrum quidquam liceat habere, quod ſuperior non dederit nec permiſerit, quibus nec corpora ſua, nec voluntates ſuas in ſua liceat habere poteſtate,* & infra.

f Lib. 4. bullar pag 139.

Paupertatis ſtudium inculcata.

Quoniam, teſtante ſcriptura, multa ex ieiunio noſcuntur bona, ideo quilibet carnem ſuam domare ſolicitus ſit ieiunijs & abſtinẽtia eſcæ & potus quantum valitudo permittit. Omnes vigiliæ, quas mandat Eccleſia, ſanctaque quadrageſima a dominica quinquageſima incipientes a nobis inuiolabiliter obſeruentur: a feſto omnium ſanctorum excluſiue vſque ad feſtum natiuitatis Domini, cæteriſque temporibus quarta & ſexta feria ſolicíti ſimus ieiunare: alijs autem temporibus & ſolemnitatibus deuotis poſſint qui volunt, de licentia correctorum ieiunare: qui ſi eorum inſpecta qualitate corrector nolit eis permittere, ſufficiat eis bona voluntas.

De ieiunijs ſeruandis.

De oratione fundenda hæc vir ſanctus ſubiungit: *Quoniam autem oratio bona eſt cum ieiunio, fratres maxime hoſtiam laudis immolantes, quantum vires ſuppetunt deuotioni & orationi vacare non omittant, iungentes verbis ſenſum, ſenſui affectum, affectui exultationem, exultationi maturitatem, maturitati humilitatem, humilitati libertatem: ac præter horas canonicas potiſſimum quando eis vacat pſalmis & alijs peculiaribus orationibus inſiſtent locis, horis, & temporibus conſtitutis, quas quanto crebriores, tanto ſanctiores habere debebunt.*

De precibus fundendis.

36 Multis interiectis de carnium abſtinentia, hæc ſubijcit: *Cibi noſtri durante vita noſtra ſint quadrageſimales tam in locis & conuentibus, quam etiam extra, nec eliens carnes, nec oua, caſeum, aut lacticinia alia modo aliquo ſeu tempore, demptis infirmis, & hoc de conſilio medici, comedere licitum ſit: contra facientes ſimul & conſentientes, non reuelantes per tres menſes carceribus mancipentur.*

Indicta carnium & ouorũ & lacticiniorum abſtinentia.

36 Florebat hoc tempore Ioannes Picus Mirandulæ comes eruditionis gloria adeo, vt Linguarum plura genera, ac ſcientias omnes callere videretur, inanis gloriolæ impulſus aura eum Romam ad Innocentium VIII. acceſſiſſet, nongentas quæſtiones diſceptandas propugnãdaſque propoſuit a, quarum tredecim de hæreſi ſuſpectæ viſæ ſunt, in quibus male ſentire de Chriſti deſcenſu ad limbum, de pœnis damnatorum æternis credendis, de libertate, de cultu ſacrarum imaginum, de aſſumptione hypoſtatica humanitatis Chri-

Nongentæ quæſtiones propoſitæ a Io Pico Mirandulano.

a Io Pico Mirand.

Chriſti a Verbo diuino, de tranſubſtantione in Euchariſtia, quaſi poſſet eſſe ſubſtantia panis cum corpore Chriſti, nec non magiam & cabalam laudatæ exiſtimatus ſit, quare in iudicium vocatus profeſſus eſt nuncupato ſacramento, ſe omnia dicta ſua pontificijs decretis ſubmittere, nongentarumque propoſitionum libellus ab Innocentio prohibitus eſt: qua de cauſa cum ab æmulis magnum in ipſum odium concitaretur, quod affectato philoſophiæ ſtilo hæreſiarcham egiſſet, ille apologeticum librum edidit, in quo tredecim propoſitiones ſuas ancipites, quæ offenſionem auxerant, in catholicum ſenſum traduxit, ac de ſuo ſcribendi apologetici libri conſilio hæc pie promulgauit: *Fuiego. Deum teſtor, dubio diu conſilio diluenda mihi hæc obiectamenta, an ſilentio potius prætereunda eſſent. Mouebant me vt tacerem duo præcipue. Primum quod ego contentionis & iurgiorum abhorrens, animi pacem, quam mihi mea præſtiterunt ſtudia & placidiſſimæ vitæ tranquillitatem amaui ſemper, nec odi vllum magis ſcribendi munus, quam quod in diſceptatione & amarulenta quoquomodo altercatione ſit conſtitutum, quippe qui non minus referre quam inferre iniuriam vel contumeliam nec boni viri duxeram eſſe vnquam, nec philoſophi. Alterum hoc ipſum erat, quod & ſummi Pontificis, cuius mihi merito celebranda ſemper memoria, & ex ſanctiſſimo apoſtolico ſenatu compluriumum iudicio contentus, quorum & benignitatem & beneuolentiſſimum in me animum obliuiſci nunquam aut poſſum aut debeo, videbar facile & odium poſſe negligere & conuitia hominum improborum. Et perfecto quod attinet ad cætera; in hac etiam ſententia, vt indignos illos exiſtimarem, quibus aliquando reſponderem, ſed in vno mihi obiecto hæreſeos crimine hoc ſi facerem verebar, ne quod non diluerem, viderer crimen agnoſcere: ſcribit autem & ſapientiſſime Ruffinus, eſſe quidem glorioſum Chriſti exemplo patienter iniurias tolerare, at vnam notam hæreſeos qui ferat, vel diſſimulet, non eſſe Chriſtianum. Et Hieronymus noſter quanta poteſt animi contentione clariſſima exclamat voce, Nolo in ſuſpitione hæreſeos quemquam eſſe patientem, tacere ergo non vult Hieronymus, & multum ocioſumque hominem pro ea, qua poteſt, auctoritate ad ſcribendum trahit, & impellit. Quare ſi qui ſunt, qui forte me tacere vellent, ſciant ſibi non mecum ſed cum Hieronymo eſſe controuerſiam, qui me tacere non vult: Hieronymum non audire quis poteſt? Sine flagitio ipſo ergo ſuadente immo cogente, etiam breuem aggreſſus ſum aſcribere apologiam, non vt quemquam lacerem, vel accuſem, ſed vt a maximo, quod mihi iniuria obycitur, impietatis crimine iure me excuſem. Hoc, quæſo, patiantur obtrectatores mei eo animo, quo ego iniquum illorum offenſam paſſus ſum ſemper, patiantur, inquam, vt qui Chriſtianus de Chriſtianis ſum parentibus natus, qui vexillum Chriſti Ieſu in fronte gero, qui pro Chriſti fide etiam ob eam lubens quaſi cum Paulo hoc ipſis æquo animo audientibus exclamem voce. Non magus, non Iudæus ſum, non Iſmaelita, non hæreticus, ſed Ieſum colo, & Ieſu crucem in corpore meo porto, per quem mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. Denique cum ſanctitatis, & ſapientiæ, & id genus egregios titulos nec mihi arrogem, nec illis arrogem, hunc vnum mihi ipſi pro quo tuendo etiam ſanguinem vltro effundam, quæſo, non demant, vt ſcilicet me poſſim dicere Chriſtianum.*

Adducitur in ſuſpicionẽ hæreſeos

Eam purgat.

Vt ea nõ ſit tolerãda.

37 In calce vero apologetici veram & orthodoxam fidem profeſſus, hæc addidit: *Oro, igitur, obſecro, & obteſtor amicos & inimicos, pios & impios, doctos & indoctos per viſcera Ieſu Chriſti domini noſtri, per mirabile deſcenſus eius ad inferos myſterium, per æternum damnatorum ignem, qui non extinguitur, hæreticis præcipue & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ hoſtibus debitum, per veri & myſtici corporis ſanguiniſque ſacramentum, per Dei omnipotentiam, per exhibendam merito Filij eius & cohærendum imaginibus reuerentiam, legant ſine liuore, ſine inuidia, quæ nunc ſcribimus, priora, id eſt ipſas propoſitiones non enarratas, non explicitas, non legant quando inter doctos eas propoſuimus diſputandas. Non paſſim legendas omnibus publicauimus, nam ibi plurima ſunt impia dogmata veterum philoſophorum Auerrois, & Alexandri, & aliorum quampluriumum, quæ nos etſi ſemper profeſſi ſumus, aſſeruimus, prædicauimus publice & priuatim, non minus a vera rectaque philoſophia, quam fide eſſe aliena, ſcholaſticam tamen exercitationem meditantes de more academiarum inter paucos & doctos ſecreto congreſſu diſputanda ſuſcepimus: qui vero ipſum leget libellum propoſitionum diſputandarum, vt ex ipſo poterit titulo admoneri, dum quæ ex noſtra dicuntur ſcientia, quæ item ex aliorum diſcerno, non proponi illas a me vt meas veras opiniones, ſed vt creditas ab illis, ita & ſuſpicari poterit & ſi aliorum dicantur dogmata & inuenta, viſa tamen mihi & hæc & illa vera & probabilia. Qui ergo me oderunt, ideo illa non legant, quia noſtra ſunt, qui me amant, ideo non legant, quia ex illis, quæ mea ſunt cogitare plurima poſſunt, quæ non ſunt noſtra.* De hoc libro apologetico hæc ſcribit Ioannes Franciſcus nepos in vita Ioannis Pici: *Librum ipſum & quæſcunque ... in poſtremum matris Eccleſiæ, cuius ne profeſſio ... iudicio Chriſtianiſſimi hominis more commiſit: illorum vel expreſſe, vel tacite geri oportere perſuaſiſſimum eſt, quaſi illud Auguſtini proferret. Errare poſſum, hæreticus eſſe non poſſum, quando alterum ſit hominis proprium, alterum peruerſæ & obſtinatæ voluntatis.* Cum ita ſapienter, modeſte, ac pie omnem hæreſeos ſuſpicionem deterſiſſet Ioannes Picus, ab Alexandro VI. diplomate XIII. iunij huius anni conſignato cohoneſtatus eſt, ſublataque omnis actio, quam cenſores fidei illi intendeſant.

Vt impia dogmata in ſcholis exercitationis gratia defendantur.

Sua ſcripta Picus cenſuræ eccleſiæ ſubijcit.

38 Ob piam illam demiſſionem Chriſtianam Ioannes Picus diuinam clementiam ſibi conciliauit, nam cum carnis voluptatum laqueis irretitum ſe fuiſſet, poſthac eos generoſe abrupit; vt narrat Ioannes Franciſcus eius nepos: *Immenſa*, inquit, *Dei bonitate, quæ ex malis etiam bona elicit effectum eſſe (quemadmodum mihi retulit) iudicabat, vt calumnia illa falſo a maleuolis irrogata veros errores corrigeret, eique in tenebris aberranti: vt quantum exorbitaſſet a tramite veritatis contueri poſſet, ceu ſplendidiſſimum iubar illuceſceret, prius enim & gloriæ cupidus, & amore vano ſuccenſus, muliebribuſque illecebris commotus fuerat, fœminarum quippe plurimæ ob venuſtatem corporis oriſque gratiam, cui doctrina ampleque diuitiæ, & generis nobilitas accedebant, in eius amorem exarſerunt, ab quarum ſtudio non abhorrens, parumper via vitæ poſthabita in delicias defluxerat: verum ſimultate illa experrectus diffluentem luxu animum retudit, & conuertit ad Chriſtum, atque fœminea blandimenta in ſupernæ patriæ gaudia commutauit, neglectaque aura gloriæ, quam affectauerat, Dei gloriam & Eccleſiæ vtilitatem tota cœpit mente perquirere, adeoque mores componere, vt poſthac vel inimico iudice comprobari poſſet.* Maceraſſe ipſum carnem flagellis, ac libros quinque, quibus elegiaco carmine amores ſuos luſerat, nec non plura rhythmis Etruſcis conſcripta religionis cauſa exuſſiſſe, atque ad ipſum venientes optimis & ſanctiſſimis præceptis inſtruxiſſe, ac illud S. Franciſci verbum. *Tantum*

Poſthac faſtũ & voluptates ſpernit Picus.

Carnem macerat.

ſcit

Pia eius conſilia prædicandi euangelij.

ſcit homo, quantum operatur; in ore frequentiſſimum habuiſſe, tum addit: *Adeo in Deum exarſiſſe illum memini, vt cum Ferrariæ in pomario quodam de Chriſti amore colloquentes longis ſpatiaremur ambulacris in eiuſmodi verba proruperit. Tibi hæc dixerim in arcanis recondito, opes quæ mihi reliqua ſunt abſolutis conſummatiſque elucubrationibus quibuſdam, egenis elargiar, & crucifixo munitus, exertis nudatiſque pedibus orbem peragrans per caſtella, per vrbes Chriſtum prædicabo.* Dum nimium differebat pium conſilium ad exitum perducere, proximo anno MCCCCXCIV. ætatis trigeſimo ſecundo Florentiæ, cum prius vouiſſet Prædicatorum familiam ingredi, piiſſime obijt. Ferturque poſt mortem ignibus vallatum apparuiſſe, quod in purgatorio pœnas daret ob ingrati animi vitium, quod ingentes naturæ dotes penitus Chriſto non conſecraſſet, ſeque piorum precibus commendaſſe.

Poſt mortem purgatorijs ignibus cinctus apparuiſſe fertur.

IESV CHRISTI

Annus 1494.

ALEXANDRI PP. VI. annus 2. MAXIMILIANI ROM. REG. annus 1.

1 ANnus poſt Chriſtum natum milleſimus quadringenteſimus nonageſimus quartus indictione duodecima varijs rerum conuerſionibus, ſuſceptoque a Carolo Francorum Rege diu ante meditato Italico bello inſignis extitit. Accceleranda viſa eſt expeditio, ob Ferdinandi Regis Neapolitani repentinam mortem, ob Iuliani Cardinalis S. Petri ad vincula in Gallias præcipitem fugam, multorumque in aula pontificia euentuum nouitatem. Inprimis igitur quod ad Ferdinandum Regem Neapolitanum attinet, ſeptuagenario maior apoplexia percuſſus vigeſima quinta ianuarij die interijt. Proximis diebus illius obitus famam Romæ percrebuiſſe memorat Stephanus Infiſſura a: *Vigeſima ſeptima*, inquit, *menſis ianuarii proximi præteriti & ſequentibus venerunt noua ad vrbem, quod die ſabbati 25. eiuſdem, quæ fuit feſtum conuerſionis S. Pauli, sereniſſimus Ferdinandus Neapolitanus & Siciliæ Rex diem clauſiſſet extremum, qui obijt ſine cruce ſine luce ſine Deo.*

a Infiſſ. m. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111 Volat. l. 6. Volat. ep. lib. 2. Surit. to. 5 l. 1. c. 27. Marian. l. 26. c. 6. & alij.

2 His conſentanea Ioannes Burchardus b: refert *Doctor, meus*, inquit, *mihi retulit Ferdinandum Regem Neapolitanum die martis XXI. menſis ianuarij proxime præteriti apud Tripergate tunc fuiſſe, & aliquantulum alteratum ſe ſenſiſſe. Mercurij XXII. eiuſdem inde Neapolim equitaſſe, & in caſtro nouo ibidem cum ex equo deſcenderet ſyncopaſſe, & in caſtro nouo ibidem & ſabbato ſequenti XXV. eiuſdem menſis circa horam XVI. abſque confeſſione & ſacramentorum eccleſiaſticorum perceptione diem ſuum extremum clauſiſſe, hoc ſolum dempto, quod quidam frater ordinis Minorum confeſſor eiuſdem Regis coram eo in camera ſtans publice ipſi acclamauit, quod pœniteret pro peccatis ſuis & actibus male geſtis, & ſi quid indebite contra Eccleſiam egiſſet, nec in dicto Rege ſignum aliquod contrarium viſum fuiſſe.* Verum Comineus d contracto ex belli imminentis curis morbo facta cum confeſſione conſcientiam expiaſſe dicit, ſperareque addit pœnituiſſe illum commiſſorum criminum. Addit Burchardus ſublato Ferdinando æmulo, Carolum contendiſſe hereditario Andegauenſium principum iure a Renato ſeniore Rege ſupremis tabulis deuoluto Neapolitanum regnum ad ſe pertinere, rogaſſeque oratorum ſuorum opera Alexandrum, ne Alfonſum Ferdinandi filium eo indueret, pontificiaue auctoritate redimiri diademate iuberet: *Licet*, inquit a, *ſuperioribus diebus defuncto claræ memoriæ Ferdinando de Aragonia Siciliæ Rege Neapolitano ſereniſſimus Alfonſus II. etiam de Aragonia primogenitus ſuus ex ordinatione & inſtitutione felicis recordationis Innocentij Papæ VIII. in regno Neapolitano ſiue Siciliæ citra pharum ſucceſſerit, tamen Rex Franciæ prætendens ad regnum ipſum Siciliæ citra pharum ius habere per oratores ſuos inſtitit, ne idem Alfonſus in regno huiuſmodi per ſanctiſſimum dominum noſtrum inueſtiretur aut coronaretur in Regem, vel quod alias citra eiuſdem regni diſpoſitionem coronaretur: ex quo coronatio eiuſdem Regis Alfonſi diutius eſt retardata.*

b Burchar. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 104. pag. 121.

c Burch. m. ſ. ar. Vat. ſign n. 104 l. 2. pag. 173.

Præcipiti ſyncope abreptus

Abalienato ſenſibus acclamatū vt ſcelerum pœniteret.

d Comin. l. 7. c. 11.

a Burch. vbi ſup.

Rex Francorum intercedit ne Alphonſus Rex a ſed. Apoſt. renuntietur.

3 Vincere arte niſus eſt Alfonſus Gallorum Regis conatus, cumque Alexandrum filiorum ſuorum amplitudinis cupidiſſimum eſſe cognoſceret, deuinxit illum ſibi affinitate, Sanciamque filiam ſuam notham Iofredo illius pariter notho filio pactus eſt b, moxque decretus c cum ampliſſima auctoritate Ioannes Borgia legatus Cardinalis Montis regalis, qui pontificio nomine regia ornamenta eidem Alfonſo conferret, quæ Burchardus deſcribit his verbis: *Alexander Papa VI. volens ſtatui dicti Regis Alfonſi opportune prouidere, de reuerendiſſimorum Cardinalium conſilio die veneris XVIII. menſis aprilis in ſuo ſecreto conſiſtorio, quod durauit ab hora XII. vſque ad mediam horam vel circa ante XX. & XXI. creauit legatum de latere ſuo reuerendiſſimum D. Ioannem tit. S. Suſannæ presbyterum Cardinalem Montis regalis vulgariter nuncupatum ad inueſtiendum dominum Alfonſum Regem de regno Siciliæ citra pharum & terris, ipſumque in Regem inungendum & coronandum.* Extant Alexandri eo argumento literæ d, quibus de præſtanda ab Alfonſo ſolemni ritu clientelaris officij ſponſione, regnoque liberalitate ac beneficentia ſedis Apoſtolicæ illi aſſerendo prouincia data fuit hiſce verbis concepta,

Contracta inter Alph. & Pont. affinitas.

b Infiſſ. Burch. vbi ſup. Surit. to. 5. l. 1 c. 22. & 27. Marian. l. 26. c. 6. Naucl. vol. 2. gen. 50. & alij.

c Id. ibid.

d Ext in m. ſ. arch. Vat. inſ. r. varia & in diario Burch. l. 2. pag. 146.

Dilecto filio Ioanni tit. S. Suſannæ presbytero Cardinali ad regnum Siciliæ citra pharum noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato.

Poſtquam claræ memoriæ Ferdinandus de Aragonia Siciliæ citra pharum Rex, ſicut Deo placuit, rebus fuit humanis exemptus, nos conſiderantes quod chariſſimus in Chriſto filius noſter ipſius Ferdinandi Regis primogenitus, tunc Calabriæ dux, ad præſens in dicto regno & tota terra, quæ eſt citra pharum, quæ de iure & proprietate ſanctæ Romanæ eccleſiæ fore noſcuntur, vſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta ciuitate noſtra Beneuentana cum eius territorio, diſtrictibus, & pertinentijs ipſi Ferdinando Regi vigore inueſtituræ & conceſſionis per felicis recordationis Innocentium Papæ VIII. prædeceſſorem noſtrum ſub certis modo & forma factarum ſucceſſit, quodque prædeceſſoris noſtri Romani Pontifices dicti regni Reges, qui pro tempore fuerunt, inungi & coronari facere conſueuerunt, ac intendentes, quod Alfonſus Rex ſedis Apoſtolicæ deuotiſſimus iuris, regni, & terræ prædictorum, ac regalium inſignium plenitudine gratulari, ac ſtatum ſuum firmius ſtabilire valeat, videnteſque tantum munus, prout etiam prædictus Alfonſus Rex per ſuos ſpeciales ad nos propterea deſtinatos oratores cum inſtantia poſtulauit adimplere, ac debitis ſolemnitatibus hono-

Fauet illi Alexander vt ſuccedat Ferdināndo.

nota-

norare prædeceſſorum veſtigijs inhærentes, & *infra*, habita ſuper hoc cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, te noſtro & eiuſdem eccleſiæ nomine ad regnum & Regem prædictos pro præmiſſis, & nonnullis alijs eiuſdem Romanæ eccleſiæ arduis negotijs peragendis dictæ ſedis legatum de latere noſtro de fratrum eorundem conſilio comitante pacis angelo deſtinamus, circumſpectioni tuæ prædictum Alfonſum Regem, præſtito ab eo & per te recepto noſtro & eiuſdem Romanæ eccleſiæ nomine iuxta formam in literis Innocentij prædeceſſoris huiuſmodi deſuper confectis & inferius annotatam corporali iuramento per traditionem vexilli eiuſdem Romanæ Eccleſiæ in ſuis manibus de regno & terra prædictis, ac omnibus iuribus & pertinentijs eorundem auctoritate apoſtolica inueſtiendi, ipſiuſque in illorum realem & corporalem & actualem poſſeſſionem huiuſmodi inducendi, vt præfertur, ſolemniter inungendi, ipſumque in ſignum pleni iuris atque dominij & terræ prædictorum, ad laudem & honorem omnipotentis Dei, & glorioſæ virginis Mariæ, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, totiuſque curiæ cœleſtis triumphantis, ſtatum quoque noſtrum & S. R. E. regni, & terræ prædictorum ſalubrem & felicem, in Regem catholicum dicta auctoritate coronandi facultatem & auctoritatem eadem auctoritate & de ſimili conſilio concedimus: *Et infra*. Tenor vero formæ prædictæ ſequitur & eſt talis.

Legatum decernit qui ipſi coronam imponat.

Nuncupandi ſacramenti formula præſcripta.

4 *Ego Alfonſus Rex Siciliæ plenum homagium, ligium, & vaſſallagium faciens vobis domino meo domino Alexandro Papæ VI. & eccleſiæ Romanæ pro regno Siciliæ & tota terra, quæ eſt citra pharum iuxta & ſecundum illum ſtatum, quem tenebat & poſſidebat dictus Rex Ferdinandus in dicta terra citra pharum vſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio, & omnibus diſtrictibus & pertinentijs ſuis, ſecundum antiquos fines territorii, pertinentiarum, & diſtrictus ciuitatis eiuſdem per Romanum Pontificem diſtinctos, & in poſterum diſtinguendos, ab hac hora fidelis & obediens ero B. Petro & vobis domino Alexandro Papæ VI. veſtriſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus ſanctæque apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ. Non ero in conſilio vel conſenſu, ſeu facto vt vitam perdatis ſeu perdant, aut membrum, aut capiamini ſeu capiantur mala captione. Conſilium, quod mihi credituri eſtis per vos vel nuntios veſtros, vel per literas ad veſtrum vel eorum damnum ſcienter nemini pandam, & ſi ſciuero fieri, procurari, vel tractari aliquid, quod in veſtrum vel ipſorum damnum cedat, illud pro poſſe impediam. & ſi hoc impedire non poſſem, illud vobis vel eis ſignificare curabo. Papatum Romanum & regalia S. Petri tam in regno Siciliæ & terra prædictis, quam alibi conſiſtentia adiutor vobis ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, & recuperata manutenere contra omnem hominem. Vniuerſas & ſingulas conditiones contentas in literis Innocentij prædeceſſoris veſtri ſuper ipſorum regni & terræ conceſſione confectis, ac omnia & ſingula, quæ in eis continentur literis plenarie adimplebo, & inuiolabiliter obſeruabo, & nullo vnquam tempore veniam contra ea. Non procurabo per me, vel alium ſeu alios quoquo modo, vt eligar vel nominer in Regem vel Imperatorem Romanum, ſeu Regem Theutoniæ, aut dominum Lombardiæ, vel Tuſciæ, & ſi electionem, vel nominationem ad imperium, vel regnum Romanum ſeu Theutoniæ, regnum aut dominium Lombardiæ, vel Tuſciæ, ſeu per maioris partis eorundem de me celebrari contigerit, nullum huiuſmodi electioni ſeu poſtulationi aſſenſum præſtabo, nec intromittam me modo aliquo de eorum, vel alicuius eorum regimini, nec etiam de ciuitate Beneuentana & ſuis territorijs, diſtrictibus, & pertinentijs, ſeu Campania, neque de Maritima, ducatu Spoletano, marchia Anconitana, patrimonio B. Petri in Tuſcia, Maſſa Trabaria, Romandiola, alma vrbe, in ciuitatibus Peruſina, ciuitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Anconienſi, aut comitatu Venayſſim, aut alijs terris quibuſcumque vel dominijs, ſeu feudis ipſius eccleſiæ vbilibet conſtitutis ex ſucceſſione vel legato, ſeu donatione, vel venditione, vel alio quouis titulo vel contractu, nihil mihi vnquam acquiram vel vendicabo, ſeu potero acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil vnquam recipiam, vel habebo, ſeu retinebo, vel pacto recipere, habere, aut etiam retinere cum illis, neque vllam poteſtatariam, capitaniam, vel rectoriam, nullumque aliud officium recipiam ſeu recipere potero in eiſdem ſeu ipſorum aliquod, nec etiam vendicabo, aut occupari permittam, ſeu faciam præmiſſa, vel partem aliquam eorundem, nec illa offendam vel moleſtabo, nec etiam Romanam eccleſiam quoquo modo ſub cenſuris, pœnis ſpiritualibus & temporalibus in ſupradictis commiſſionibus, conditionibus, & infeudatione contentis, quas hic haberi volo in ſingulis ſuis partibus alias pro ſpecifice repetitis & expreſſis. Schiſmatico aut hæretico cuicumque, vel a fide deuio, & ab ipſa eccleſia præciſo, eiuſque ſequacibus, aut dantibus eis auxilium, conſilium, vel fauorem non dabo quouis modo per me vel alium, ſeu alias directe vel indirecte, publice vel occulte, conſilium, auxilium vel fauorem, nec ab alijs, quantum in me fuerit, ſi impedire potero, dari permittam, ſed eos iuxta poſſe meum, donec conuertantur, perſequar & inuadam. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta euangelia. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCXCIV. XIV. kal. may pontificatus noſtri anno II.*

Adiecta lex de imperio Inſubria aut Hetruria cũ regno Neap. nõ coniungẽdis.

5 Venientem Neapolim Cardinalem legatum honorificentiſſime pro illius dignitate excepit Alfonſus Rex, vt refert Burchardus a, qui ſacris ceremonijs præerat, teſtiſque adfuit: *Rex*, inquit, *venit obuiam Cardinali vſque vltra S. Antonium, & proximum locum prope S. Iulianum, vbi detecto capite voluit oſculari manum legati, quod legatus non admiſit, ipſum ad oris oſculum & ad ſiniſtram ſuam, ipſo tamen Rege ad dexteram prius inuitato, continuo equitare fecit, & ante Regem & legatum equitarunt omnes. Dominus Hector Caraffa camerarius maior Regis frater Germanus reuerendiſſimorum dominorum Cardinalis & archiepiſcopi Neapolitani portauit enſem contrario modo, quo alijs principibus portari ſolet, portabat enim punctam enſis in manu, & manicam enſis ſurſum tenebat erectam equitans ad ſiniſtram capellani crucem ante legatum portantis, poſt legatum vero & Regem non fuit ſeruatus ordo.* Et infra: *Perueniens hoc ordine ad portam ciuitatis, archiepiſcopus Neapolitanus cis a paramenta conſueta etiam ſandalis & chirothecis indutus porrexit crucem legato oſculandam, quam legatus, ipſo Rege prius inuitato, oſculatus eſt, Rex autem non eſt crucem deoſculatus. Venerunt ſub baldachino legatus & Rex vſque ad eccleſiam metropolitanam.* [Nonnullis interiectis ſubditur:] *Vbi legatus peractis gratijs Regi, & vt abiret rogato, ex equo deſcendit, & cum Rege intrauit eccleſiam, & porrecto ſibi per archiepiſcopum parato aſperſorio, Regem ſe & alios aſperſit. Tum incenſo fuit ipſe legatus incenſatus non Rex, Rege tamen prius inuitato. Aſcenderunt ad altare maius, vbi ſupra faldiſtoria paratis*

a *Lib. 1. pag. 140.*

Quo honore exceptus Card. legatus.

genu-

genuflexerunt. Dicti ſunt verſiculi & oratio per archiepiſcopum, & ante eum verſiculus per chorum, & oratio de S. Ianuario per legatum, qui dedit tandem benedictionem & indulgentias trium annorum, quas publicauit ſacriſta eccleſiæ ex cedula me illam legente ſibi.

Vexillum Rom. eccleſiæ Alphonſo datum. a Burchar. ib. pag. 161

6 Septima maij die a, quæ erat feria v. conſcenſo in cælum Chriſto ſacra, legatus in principe Neapolitano templo Alfonſum regni Neapolitani iuribus induturus, vexillum Romanæ eccleſiæ, quod ab Alexandro Romæ acceperat, atque a Coctulando Borgia equite Rhodio delatum ei tradidit, promulgato prius pontificio decreto, quo huiuſmodi auctoritas conceſſa fuerat: ac tum Alfonſus ſacramentum fidei publice detulit; quæ ſingula geſta ſuis inſtructa circumſtantijs ita deſcribit Burchardus b: *Lecta*, inquit, *bulla*, nimirum paulo ante allata, *per dominum Alfonſum Stephanum de Narnia, Rex genuflexit ſuper cuſſinum coram legato, & a ſiniſtris Regis genuflexus etiam erat dominus Ioannes Pontanus ſecretarius ſuus, qui iuramentum per Regem præſtandum ſcriptum habens in manu legebat, & ego, & Rex repetebat.* Et infra: *Et ita ſingulorum verborum prolationem proceſſerunt ad iuramentum completum, & prolatis per Regem verbis. Et hæc ſancta Dei euangelia, legatus accepit miſſale apertum in manibus ſuper genua ſua illud tenens, quod ad dexteram ſuam habebat crucifixum ante ſe depictum. Igitur ad aliam manum appoui feceram chartam, in qua ſcripta erant principia quatuor euangeliorum, videlicet vnum ſecundum Ioannem: In principio; & alterius ſecundum Matthæum: Liber generationis; & alia duo aliarum duorum euangeliſtarum, ſuper quod Rex ambas manus ponens, videlicet dexteram ſuper euangelia, & ſiniſtram ſuper crucifixum iurauit more ſolito. Tum legatus inſtituit, & inueſtiuit Regem per traditionem vexilli de regno, & in illius poſſeſſionem ipſum induxit dicens: Auctoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa per impenſionem huius vexilli in tuis manibus te de regno Siciliæ citra pharum vſque ad confinia terrarum S. R. E. verſus ciuitatem Beneuentanam, & alias expreſſa in literis apoſtolicis nobis directis, omnibus iuribus & pertinentijs eorundem inueſtimus, teque in regni & terræ prædictorum realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem inducimus iuxta formam & tenorem literarum earundem in nomine Patris †, & Filij †, & Spiritus ſancti †. Amen.*

b Id. ibid.

Obſtrict° iureiurādo Alphonſus.

Ritus iniunctionis & coronationis.

Ritus inunctionis & coronationis.

7 Magnificus dominus Iacobus Caracciolus comes Burginus cancellarius regni, vexillum de manibus Regis accipiens, illud in ſacriſtia pro Rege paratum portat & præponit. Surgit Rex, & in faldiſtorio ſuo, quod interim in oppoſito lege competenti, diſtantia videlicet palmorum quindecim, vel circa, a primo gradu altaris in illo plano poſitum fuit, Sedit legato facie verſa, & apud eum in duobus ſcabellis hinc & inde poſitis ſedent duo epiſcopi, vbi ſibi inuicem facies quaſi vertent, magis tamen ad latera Regis inungendi quā legati, prout in conſecrationibus epiſcoporum fieri ſolet. Interim procurator fiſcalis regius requirit omnes notarios non ſtans longe a cornu epiſtolæ altaris detecto capite, vt de inueſtitura & traditione poſſeſſionis faciant vnum vel plura inſtrumentum, & inſtrumenta, ſub his verbis: *Ego Ioannes de Gallutijs regius procurator fiſcalis requiro vos omnes & ſingulos notarios & tabelliones publicos hic conſiſtentes, vt de inueſtitura & inductione in poſſeſſionem regni Siciliæ, &c. per Reuerendiſſimum dominum legatum sereniſſimo Regi Alfonſo noſtro II. de Aragonia, vt ſupra facta conficiatis vnum vel plura publicum & publica inſtrumentum & inſtrumenta.* Quibus ſic peractis poſt modicam moram ſurgit Rex, & ambo ſui aſſiſtentes depoſitis mithris, & alijs prælatis cum mithris ſedentibus, archiepiſcopus Neapolitanus dicit legato: *Reuerendiſſime pater, Poſtulat, &c.* prout in pontificali. Legatus: *Scitis illum, &c.* Neapolitanus reſpondit: *Et nouimus, &c.* Legatus: *Deo gratias.* Sedent Rex & ambo aſſiſtentes. Legatus competenti & intelligibili voce dicit: *Cum hodie, &c.* Finita monitione, ſurgit, accedit, coram eo ſuper cuſino genuflexus oſculatur eius manum. Tum præſtat iuramentum confectum ſub hac forma, videlicet: *Ego Alfonſus Dei gratia Rex Siciliæ profiteor, promitto, iura coram Deo & angelis eius deinceps legem, & iuſtitiam, & pacem Eccleſiæ Dei populoque mihi ſubiecto pro poſſe & noſſe facere atque ſeruare, ſaluo condigna miſericordiæ Dei reſpectu, ſicut id conſilio fidelium meorum melius potero inuenire: pontificibus quoque eccleſiarum Dei condignum & canonicum honorem exhibere, atque ea, quæ ab Imperatoribus & Regibus eccleſijs collata & reddita ſunt, inuiolabiliter obſeruare: abbatibus, comitibus, & vaſſallis meis congruum honorem ſecundum conſilium meorum fidelium præſtare. Sic me Deus adiuuet & hæc ſancta Dei euangelia.* Et ambas manus ſuper librum miſſalem, quem legatus teneat, ponat, vt prius in iuramenti præſtatione fecit.

Publica monumēta de regni conceſſione edita.

8 Rege ſic genuflexo permanente, ſurgit legatus depoſita mithra & ſtans ad Regem verſus dicit intelligibili voce legendo: *Oremus. Omnipotens æterne Deus, &c.* Item dicunt prælati in ſuis locis ſine mithris ſtantes ſubmiſſa voce. Precum formulæ repetitæ. Finita oratione prædicta ſurgit Rex, & ante cornu euangelij ſuper gradus altaris & illius plano ſe proſternit quatuor cuſinis, videlicet vnum ſub genibus, aliud ſub ſtomacho, & duobus ſub brachijs & capite ſibi poſitis, legatus accepta mithra procumbit in faldiſtorio, in quo ſedebat ad altare verſus: omnes prælati cum mithris in ſuis locis genuflectunt: ſcabellum ponitur pro cantoribus in fine presbyterij, quo poſito in libro duo cantores dicunt lætanias, alijs cantoribus in priſtino eorum loco remanentibus ipſis reſpondentibus: *S. Petre. S. Paule. S. Ianuari*, (bis dicatur,) Dicto in lætania: *Vt obſequium, &c.* ſurgit legatus cum mithra, & accepto in ſiniſtra baculo paſtorali, ſtans verſus ad Regem proſtratum dicit in cantu lætaniarum: *Vt hunc, &c.* Idem faciunt & dicunt prælati omnes cum mithris in ſuis locis genuflexi. Tum legatus iterum procumbit vt prius, & lætania perficitur. Finita lætania ſurgit legatus depoſita mithra, & ſtans verſus ad Regem proſtratum dicit intelligibili voce: *Pater noſter*, quo plane per eum completo, dicit intelligibili voce legendo: *Et ne nos, &c.* cum alijs, & duabus orationibus: idem prælati omnes in ſuis locis ſine mithris genuflexi dicunt. His dictis legatus ſedit accepta mithra Rex coram legato ſuper cuſinum genuflectit, prælati omnes cum mithris circumſtantes in modum coronam poſt Regem. Finita lætania ſurgit legatus depoſita mithra, & ſtans verſus ad Regem, nudabatur brachium dextrum Regis & inter ſcapulas ampliatur veſtis ſuperior, ſoluitur diploidis camiſia, acolytus Papæ cum caraſa * olei cathecumenorum ſtet a dextris legati: dominus Bernardinus Gambara ſubdiaconus apoſtolicus cum

Ritus regiæ iunctionis.

* ampulla

vaſe

Digitized by Google

vaſe & bombice ſtet prope dictum acolytum. Legatus depoſitis chirothecis & incepta oratione: *Deus Dei filius*, & vſque ad verba, *benedictionem infundat*, incluſiue continuata intincto pollice dextræ in oleo cathecumenorum, inungit brachium dextrum Regis inter iuncturam manus & cubiti ab intra in modum crucis, & bombyce deſuper poſita, & faſcia per dictum Bernardinum ligata, inungit eodem pollice eundem Regem in modum crucis inter ſcapulas & bombycem deſuper ponit, religantur camiſia diploidis & parua veſtis, ac alia deſuper aptantur, & dum præmiſſa facit legatus nihil dicit, ſed præmiſſis expeditis continuat dictam orationem, dicens eandem vſque ad finem, & tunc dicit aliam illi ſequentem, videlicet: *Omnipotens ſempiterne Deus, &c.* idem dicunt omnes prælati, plane tamen legendo. Quibus dictis prælati ipſi ad ſua loca reuertuntur.

9 Finitis orationibus prædictis, ſurgit Rex, & legatus lauat manus cum medulla panis & extergit: tum & ipſe ſurgit, amouentur ambo faldiſtoria, & aliud faldiſtorium cum ſcabello & duobus cuſinis ponitur in plano verſus cornu euangelij. Verſus legatus & ſtans ante vltimum gradum altaris facit confeſſionem cum miniſtris ſuis maioribus genuflexis. Cantores dicunt introitum, & prælati etiam bini & bini in ſuis locis ſtantes confeſſionem dicunt. Facta confeſſione legatus accedit ad altare, oſculatur illud in medio, & euangelium ex libro euangeliorum, imponit incenſum, incenſat altare, accipit mithram in cornu epiſtolæ, vbi incenſatur, & ipſe deſcendit ad faldiſtorium, legit introitum, kyrie eleyſon & proceditur in miſſa vſque ad verſum primi Alleluia incluſiue. Rex facta confeſſione ſurgit & ab illis duobus ſuis aſſiſtentibus aſſociatus, videlicet Neapolitano & Antiocheno, intrat ſacriſtiam ſuam, ſedet in ſede ſiue faldiſtorio ibidem ſibi parato ſedent & illi duo aſſiſtentes in ſuis ſcabellis eis illuc aſportatis dominus Bernardinus ſubdiaconus apoſtolicus extergit bombice brachium Regis, & inter ſcapulas, reponitur bombyx in bacili ibidem parato, & ad comburendum portatur, & aptatur camiſia diploidis, & parua veſtis, nonnullis interiectis; quibus regij cultus formam elegantiamque deſcribit, ſubijcit, ſic paratus accedit ad thalamum regium a duobus ſuis aſſiſtentibus ac regijs & capellanis duobus maioribus eleemoſynario & confeſſore dumtaxat aſſociatus, vbi in ſede regali ſua genuflexit, & ex libro ſuo dicit introitum: *Kyrie eleyſon*, *Gloria in excelſis Deo*, orationem, *Deus qui corda fidelium*, & ſub eadem concluſione ſequentem.

Deus regnorum omnium protector da mihi ſeruo tuo triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere, vt qui tua conſtitutione ſum princeps tuo ſemper numine ſim potens. Per Dominum noſtrum, &c. Dein decantatur epiſtola, *& Alleluia*, cum primo verſu tantum, videlicet, *Emitte ſpiritum tuum & creabuntur*.

10 Interim apud Regem ſtantibus cantoribus verſum prædictum: *Emitte*, cantantibus, reponitur faldiſtorium legati in medio altaris, in quo ipſe ſedit cum mithra. Rex deſcendit de thalamo ſuo ab illis duobus ſuis aſſiſtentibus & alijs ſuis aſſociatus: & accedens ad legatum facit ei ſimiles reuerentias vt prælati, quibus & ipſe pariter facit, vt prius & facta detecto capite reuerentia coram eo ſuper cuſinum genuflectit. Prælati omnes faciunt circulum poſt Regem, vt prius, cum mithris ſtantes & omnia ſimul cum legato, plane tamen dicentes, legatus autem accepto enſe nudo de altari per me ſibi porrecto, illud tradidit in manu Regis recipientis dicens: *Accipe gladium, &c.* quo dicto Rex oſculatur manum legati. Tum impoſito per me gladio in vaginam legatus cingit Regi gladium in vaginam dicens: *Accingere, &c.* Surgit Rex & extractum enſem de vagina viriliter ter vibrat, tum ſuper brachium ſiniſtrum extergit, reponit in vaginam, & iterum coram legato, vt prius genuflectit. Corona de altari per me ſumpta traditur legato, quam cum omnibus prælatis paratis manum apponentibus ſolus Regi imponit dicens: *Accipe coronam, &c.* Pomum deinde a me legato porrectum legatus tradit Regi in ſiniſtram recipienti dicens: *Accipe dignitatis pomum, & per id mente catholicæ fidei cognoſce ſignaculum, quia vt hodie ordinaris caput & princeps regni & populi, ita perſeueres auctor & ſtabilitor Chriſtianorum & fidei Chriſtianæ, vt felix in opere, locuples in fide cum Rege Regum glorieris, qui viuit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum.* Surgit Rex, & per me enſe diſcincto, & domino Hectori Caraffæ camerario ſuo maiori traditur, qui eum in vaginam immediate ante Regem defert per totum officium. Legatus a dextris, & archiepiſcopus Neapolitanus a ſiniſtris Regis, deducunt præcedente ſolo portatore eiuſdem ipſum Regem: ſequitur patriarcha Antiochenus, oratores regij, & capellani maiores cum confeſſore & eleemoſynario. Vbi Rex ipſe cum ſceptro in dextra & pomo in ſiniſtra per legatum & archiepiſcopum prædictum in ſolium & ſedem Regis intromittitur & ad ſedendum ponitur, dicente legato eo: *Ita retine, &c.* Conuenienter præcedent Regem omnes regij, & prælati omnes parati ſequentur ſtantes in thalamo a dextris & a ſiniſtris ante ſedem regiam, ſed pro anguſtia loci fieri potetit vt ſupra dixi.

Quo ritu accinctus gladio.

In regio ſolio collocatur a legato.

11 Rege inthronizato, legatus depoſita mithra ſtans verſus ad altare incipit in cantu: *Te Deum laudamus*, quem cantores proſequuntur vſque in finem, legato ipſo ad dextram & archiepiſcopo ad ſiniſtram Regis ſine mithris interim ſtantibus, & regalibus omnibus poſt prædictos hinc & inde iuxta Regem. Finito: *Te Deum laudamus*; legatus ſtans in loco prædicto iuxta Regem detecto capite ex libro dicit: *Firmetur manus tua*; cum duabus orationibus ſequentibus, idem dicunt plane omnes prælati. His dictis legatus accepta mithra & facta cum ea Regi aliquali reuerentia, & per Regem pari modo refacta, redit cum prælatis ſimiliter cum mithris incedentibus, ſimiliter per eos prius Regi reuerentia facta, ad ſuum faldiſtorium, & illis ad ſua ſcamna, & cantores dicunt ſecundum hymnum cum ſuo verſu: *Veni ſancte Spiritus*; ad quem legatus in ſuo faldiſtorio & Rex depoſitis corona ſceptro & pomo in ſuo, & prælati in bancis ſuis omnes detectis capitibus genuflectunt, Regi deponitur corona per dominum Fridericum & D. Gentili Virginio Vrſino tenenda traditur, ſimiliter ſceptrum & domino Ioffredo traditur, & Domino Henrico aſſignatur, & in ſuo tempore per eundem D. Fridericum omnia Regi reponuntur, & quando eſt per Regem facienda genuflexio, non debent prius prædicta ſibi deponi. Finito verſu prædicto ſurgunt omnes, & in ſuis locis ſedent quouſque euangelium incipitur. Diaconus dicit:

cit: *Munda, &c.* legatus imponit incenſum, benedicit, diacono & alia fiunt more ſolito. Ad euangelium deponitur Regis corona, vt ſupra; ſceptro & pomo in manibus retentis: quo finito, & cum duobus ſuis capellanis maioribus dicto, ſedet & reponitur ſibi corona. Ad verba: *Incarnatus eſt*, Rex cum corona ſua in ſede ſe humiliter inclinat. Idem fecit legatus in faldiſtorio ſuo; prælati vero omnes in locis ſuis detectis capitibus genuflectunt. Cum legatus finito credo dicit: *Dominus vobiſcum*, ſurgit Rex cum corona & dicto *Oremus* ſedet. Lecto per legatum offertorio portatur faldiſtorium in medio altaris, in quo ſedet legatus cum mithra vt prius: archiepiſcopus & patriarcha aſſiſtentes occurrunt Regi vſque ad gradus thalami, vbi Regi cum corona & pomo deſcendenti reuerentiam faciunt, & Rex ipſe, vt prius, ipſis, &c. & vſque ad legatum deducunt. Regi prætereunti & redeunti omnes prælati aſſurgunt cum mithris, & reuerentiam faciunt, & ipſe eis etiam, &c. vt prius, & regii ſequuntur vt prius.

12 Perueniro ad legatum competenti ſpatio, videlicet decem vel duodecim palmorum, deponitur Regi per dominum Fridericum corona, ſceptrum, & pomum, aſſignantur, & datis per eundem D. Fridericum duodecim medalijs ad hoc ordinatis Regi, Rex facta legato reuerentia ſuper cuſinum ſuper eo genuflectit, & dictas duodecim medalias legato in manum dexteram offert, & manum ipſam oſculatur, cui legatus dicit: *Centuplum accipies, & vitam æternam poſſidebis.* Surgit Rex & competenti ſpatio prædicto reaſſumit coronam, ſceptrum & pomum, & facta legato reuerentia reuertitur ad thalamum a duobus ſuis aſſiſtentibus ad gradus thalami aſſociatus, vbi facta & recepta reuerentia, dimiſſo Rege, ad ſua loca reuertuntur, Rex aſcendit thalamum & ſolium, & ſedet vſque ad præfationem, legatus poſt receſſum Regis depoſitis chirothecis lauat manus, aſcendit ad altare, & proſequitur miſſam more ſolito. *Oblatio a nouo Rege facta legato.*

Super calicem ſiue patenam ponuntur ſex hoſtiæ, videlicet tres magnæ & tres paruæ, & paulo infra, de quibus ſubdiaconus dat vnam magnam & vnam paruam credentiarije, & de ampullis vini in tazea eidem etiam pro probatione. Incenſatis per legatum oblatis & altari, incenſatur legatus per diaconum ter ſibi thuribulum offerentem. Tum cum diacono thuribulum deferente accedit ad Regem in thalamo cum mithra archiepiſcopus Neapolitanus, quo ibidem conſtituto, ſurgit Rex cum corona, & archiepiſcopus depoſita mithra accepto thuribulo facta Regi reuerentia cum capite ſtans ante vltimum gradum ſolij incenſat Regem cum corona ſtantem ter et thuribulum ducens, tunc facta ſibi, vt prius, reuerentia reddit thuribulum diacono, & accepta mithra, & cum ea Regi reuerentia facta redit ad locum ſuum. Interim diaconus incenſat omnes regios bis cuilibet thuribulum ducens. Poſt prælatos incẽſat oratores, epiſcopum Tropienſem, & alios prælatos maiores, & alios duos confeſſorem & eleemoſynarium & in thalamo Regis barones: *Et infra.*

13 Legato præfationem incipiente ſurgit Rex cum corona, dicit cum capellanis ſuis: *Sanctus &c.* quo dicto reaſſumpta corona aſcendit ad ſedile ſuum, vbi genuflectit dimiſſis corona, ſceptro, & pomo ſic manens quouſque ad communionem ſit tertio dicto per legatum: *Agnus Dei, &c.* Ego cum inſtrumento pacis cum quodam panniculo mundo extergo, & panniculum ipſum deoſculor, & capellanus ille cum pluuiali, qui de baculo paſtorali ſeruiuit in miſſa cum alio inſtrumento pacis genuflectens ad dextram legati, qui finita oratione: *Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c.* oſculato altari oſculatur primo meam pacem deinde aliam, ſingulis dicens: *Pax vobis*, & nos ſibi: *Et cum ſpiritu tuo.* Tum ego do inſtrumentum meum archiepiſcopo Neapolitano, qui id defert Regi genuflexo dicens: *Sit pax tecum*, & ille reſpondens: *Et cum ſpiritu tuo*, ante & poſt reuerentiam, conſuetam Regi faciens & reſtituto mihi inſtrumento redijt ad locum ſuum: & ego inſtrumentum ſuum ſuper altare repono. A Rege accipiunt pacem omnes regij ſuo ordine. Reuerſo ad locum ſuum archiepiſcopo Neapolitano alius capellanus cum alia pace dat pacem hoc ordine archiepiſcopo Neapolitano; & ille alij prælato poſt eum cum ore, & alter alteri. *Et infra:* Poſtquam legatus ſe communicauerit ſub vtraque ſpecie, antequam ſe purificauerit digitos abluat, expectet Regem communicandum. Duo prælati aſſiſtentes occurrunt Regi ſine mithris vſque ad gradus thalami, & ipſum deducunt, vt alias. Rex deſcendit detecto capite abſque ſceptro, & pomo, ſequuntur regij omnes etiam illi cum corona, ſceptro & pomo & capellani maiores, & duo alij. Rex genuflectit in ſupremo gradu ſolij, vel altaris. In cornu epiſtolæ ſine cuſſino communionem reuerenter & deuote a legato recipit, qui hoſtiam in dexteram recipiens patena cum ſiniſtra appoſita illam Regi tradit dicens: *Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam.* *Sacra communione refectus Rex.*

Rex ſumpta communione & purificatione accipit coronam ante vltimum gradum altaris, ac ſceptrum, & pomum & facta altari cum capite reuerentia redit ad thalamum ſuum a duobus ſuis aſſiſtentibus cum mithris aſſociatus: Vbi in faldiſtorio ſuo genuflectit, & dimiſſis corona & ſceptro & pomo legit communionem, & poſt orationem de Spiritu ſancto, qui addit orationem ſequentem: *Deus, qui ad prædicandum æterni regni euangelium Romanorum imperium præparaſti porrige famulo tuo arma cœleſtia, vt pax Eccleſiæ nulla turbetur tempeſtate bellorum. Per Dominum, &c.* Finita miſſa & benedictione per legatum data, idem legatus dat plenariam indulgentiam omnibus vtriuſque ſexus, qui miſſæ ſeu benedictioni ſuæ huiuſmodi interfuerunt. *Et infra.*

14 Rex interim accipit coronam, ſceptrum, & pomum, accedit ad ſupremum gradum altaris, genuflectit: Legatus acceptis corporalibus ambabus manibus, & illis inuicibus medio extenſo in modum ſemirotundum plicatis illa Regi porrigit oſculanda, tum dextrum, deinde ſiniſtrum oculos Regis tangit, & Regi iterum porrigit oſculanda: demum cum ipſis ſignum crucis ſuper Regem producit. Qui ſurgit, imponitur ſibi corona, recipit ſceptrum & pomum & in faldiſtorio, quod poſt medium altaris verſus cornu epiſtolæ ſibi ponitur, ſedit. *Et infra:* Legatus dimiſſis in altari corporalibus, vadit ad faldiſtorium ſuum in plano in cornu epiſtolæ ſibi in loco conſueto paratum, deponit paramenta omnia, & ſandalia, & accipit cappam. Tum faldiſtorium ipſum poſt medium altaris verſus cornu euangelij ſibi ponitur, vbi ſedet ad dextram Regis. Rex creat milites & alia, quæ ex conſuetudine, vel alias fa- *Creati equites a nouo Rege.*

cere conſueuerunt Reges in eorum coronationis ſolemnitate, faciet. Perfectis omnibus legatus a dextris Regis aſſociabit eum vſque ad portam eccleſiæ, prælatis omnibus ipſos ſequentibus, vbi peractis per Regem ipſis gratijs, Rex extra portam eccleſiæ aſcendit equum ſibi paratum, & coronatus cum ſceptro & pomo in manibus baronibus ſuper ipſum baldachinum portantibus & alijs regni deſtinatis equitabit via ordinata ad caſtrum nouum.]

Spuria Alphonſi ſpurioPō tificis nupta.

b Burchar. vbi ſup. Sarit. to. 5 l. 1. c. 30.

15 Eadem die compleſſe Alfonſum facta Alexandro promiſſa tradit Burchardus a, celebratasque eius Sanciæ filiæ impuris natalibus ortæ cum Iofredo Borgia eiuſdem Alexandri filio conſtitutas ante, vt diximus, nuptias perfectaque impoſitæ Alfonſo coronæ pompa, Iofredum creatum a ſocero Tricaricenſem principem, comitem Clarimontis, Lauriæ, & Carinolæ. Gentilem vero Virginium Vrſinum magiſtrum equitum renuntiatum. Tum Pontifex Francorum Regem monuit b, vt expeditionem Italicam intermitteret, graſſari enim in vrbe peſtilentiam, extimeſcere ſe ne in ditione eccleſiaſtica tumultus bellici concitarentur, ne annonæ inopia tranſalpinorum acceſſu magis ingraueſceret, neue etiam Alfonſus Neapolitanus Rex defendendi ſui cauſa Turcam in Italiam exciret, atque ita Chriſtianum imperium barbaricæ vaſtitati pateret. Ad quæ exponenda Franciſcum Cardinalem S. Euſtachij legatum ad Carolum Regem miſit, eumque dare operam conciliandæ paci iuſſit c.

Monitus Gallus Rex ne Italiam ingrediatur.

b Inſtrum. ſ. arc. Vat. ſign. n. 111 Obiectū illi Turcam exci tum iri.

c Lib. 32. bullar. pag. 213.

Alexander, &c. dilecto filio Franciſco S. Euſtachij diacono Cardinali ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Francorum Regem illuſtrem in præſentiarum in partibus Italiæ conſtitutum, & ad vniuerſam Italiam, ac ad quæcumque ipſius Italiæ loca, ad quæ te declinare contigerit, apoſtolicæ ſedis legato ſalutem, &c.

De Turc. graſſatio nibus.

16 Conſiderantes, prout vniuerſo orbi notiſſimum fore dignoſcitur, quot & quanta damna retroactis temporibus, proh dolor! perfidi Turci Chriſti nominis hoſtes, Chriſtianum ſanguinem ſitientes, reipublicæ Chriſtianæ intulerint, quotque Chriſtianorum dominia, terras, ciuitates, atque loca ſuæ tyrannidi & ſpurciſſimæ ſectæ ſubiecerint, quodque in dies continue peiora facere & attentare præſumant in maximam diuinæ maieſtatis offenſam, ipſiuſque reipublicæ Chriſtianæ; noſtramque & catholicorum Regum & principum, aliorumque fidelium ignominiam atque iacturam, & quia deſiderij noſtri ſemper fuit ob diſſenſiones & bellorum turbines in Italia hac tempeſtate vigentes, quorum occaſione vires noſtræ minuuntur, Chriſtianorum potentia debilitatur, ipſi perfidi Turci inde maiorem ſumentes audaciam, & videntes principes & potentatus Chriſtianos inter ſe diuidentes, eiſque propterea reſiſtere non valentes, ad inuadendum Chriſtianorum terras & loca, prout anno ſuperiori aduerſus Croatiam fecerunt, & adhuc ſe facturos minantur, facilius inducuntur, tanto fortius reſiſtere & obuiare nequimus, niſi bella & diſſenſiones huiuſmodi ceſſent, ſicque inter Chriſtianos Reges & principes aliosque potentatus vera pax & concordia, ad pacem & concordiam ipſam componendam, vt omnis ſcandali materia auferatur, damniſque & periculis, quæ bellorum furor producit & fouet, obuietur, conuertimus omnes ſenſus & ſpiritus noſtros & propterea, *& infra*, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, te ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Francorum Regem illuſtrem & Chriſtianiſſimum, vniuerſamque Italiam, ac quæcumque Italiæ loca, ad quæ te declinare contigerit, tanquam pacis angelum noſtro & eiuſdem Romanæ eccleſiæ nominibus ad pacificandum ipſam Italiam, ipſumque Regem ad pacem ipſam amplectendum, quemadmodum eum pro ſua erga ſedem Apoſtolicam deuotione, ac reipublicæ Chriſtianæ vtilitate, vt catholicum principem decet, facturum non dubitamus, inducendum, dictæ ſedis legatum de latere noſtro de fratrum eorumdem conſilio comitante pacis angelo prouide duximus deſtinandum, &c. [Ampliſſima eum auctoritate fulcit, principeſque, atque præſules opera illi non deeſſe iubet a.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCXCIV. VIII. id. octobris pontificatus noſtri anno III.*

Vt ob Chriſtiana diſſidia creuerint animus.

Decretus ad Carol Regem Franc. legatus.

a Reg. poſt cand. epiſ.

17 De hac Franciſci Cardinalis legatione meminit Petrus Delphinus Camaldulenſium ſummus præfectus in literis ad Petrum Barrocium Patauinum epiſcopum datis b: *Me*, inquit, *Florentiam contuli, idque vt occurrerem reuerendiſſimo protectori noſtro legato apoſtolico, qui XV. kal. nouembris hanc vrbem ingreſſus eſt, ac ſolita legatorum pompa exceptus: egreſſus in occurſum eius ad octauum lapidem factus eſt obuiam nobis, ibique (erat enim veſpera) manſit vſque in ſequentem diem. Quam ægre accepiſſet legationis prouinciam non ſolum difficillimam, verum etiam periculi & deſperationis plenam, mecum vbi primum iumento deſcendit (ſi quidem accerſiri me continuo iuſſerat,) per vnam & eo amplius horam apertiſſime multaque fiducia contulit. Audita Florentinorum a Rege Neapolitana defectione difficiliora futura ſibi omnia polliceri cœpit. Tandem kal. nouembribus hinc profectus eſt, & Lucæ ipſum modo præſtolari aduentum Regis hodie audiui, reditu vnaque cum eo Florentiam.* Et paulo infra: *In hoc fluctuantis ſtatus diſcrimine Hieronymus hic a ſenatu tanquam vltimum deſperatæ rei ſuæ refugium ad maieſtatem regiam cum quatuor ciuibus miſſus eſt, ſi forte eo interprete pacificus ſit futurus Regis ingreſſus, qui licet hoſtili populatione non credatur venturus, in ipſius tamen aduentu non defuturum maximum aliquod in vrbe hoc ſcandalum quibuſdam occaſionibus mirum in modum dubitatur. Indixit hodie vicarius archiepiſcopi a dominio requiſitus biduanum omnibus ieiunium tam laicis quam religioſis, cras in pane & aqua, ſequenti die conſueto ieiuniorum more, mandauitque eccleſijs omnibus, vt per idem biduum ſacra miſſarum ſolemnia de Spiritu ſancto cum oratione de tribulatione decantarentur. Ad decem & eo amplius Gallorum millia Florentiam cum Rege ingreſſura dicuntur, & iam complures heri & hodie aduenerunt. Florentiæ VI. nouembris MCCCCXCIV.*

b Petr. Delphi. l. 6. ep. 19.

Florentini ſpreto Neapolitano adhærent Gallo Regi.

Hieronymus Sauonarola ad Gallum orator decernitur.

Carolus Rex Florentiam ingreditur.

18 Non admiſit Carolus Gallorum Rex in colloquium Franciſcum Cardinalem legatum, veluti ſuſpectum hoſtem, quod Aragonias partes aduerſus Gallos Pij II. auunculi exemplo, fouiſſet, Alexandri vero monita hoc reſponſo eluſit, peſtilentiam ſe non expaueſcere, cum vitæ laboribus mors finem imponat, non metuendam famem, cum lautiſſimos commeatus rerumque affluentiam ſecum illaturus foret: non formidare Turcam, cum ab ineunte ætate pro amplificanda fide aduerſus Turcas arma exercere vellet, nec venientis impetus defugere. Illius præterea orator mox atque Neapolitani regni iura Alexandri de-

Caroli reſponſū ad Alexandrum

creto

Digitized by Google

creto collata Alfonſo accepit, in Cardinalium conſiſtorio conqueſtus Caroli iuribus hereditarijs detractum, a pontificia ſententia ad futurum concilium, quod (ob inuaſum flagitio ab Alexandro, vt ferebatur, pontificatum) congregandum contendebat, prouocauit. Auxit eam diſcordiam Iulianus S. Petri ad vincula Cardinalis a, qui Caroli Francorum Regis partes ſecutus, Alexandrique Alfonſo iuncti fœdere iras veritus in Gallias, vt dixi, aufugerat, præfecto impoſito, qui Oſtiæ arcem præſidiario milite, armis, tormentis bellicis, commeatuque egregie inſtructam teneret: ad quam recipiendam Alexander exercitum immiſit b, repulſamque paſſus, excitis demum maritimis, ac terreſtribus Alfonſi Regis viribus ipſam deditione accepit ea lege, ne Iulianum Cardinalem, nec præfectum Robureum cenſuris belloue perſequerentur, niſi nouæ ab ijs iratum cauſæ darentur. Verum haud diu poſt mouente in Italiam Gallica arma Carolo Rege, Fabritius Columna illam eripuit c Pontifici ad excipiendam portu Gallicam claſſem Neapolitanum regnum inuaſuram. Porro Carolus Francorum Rex, antequam ſigna Italiæ inferret, ampliſſimos oratores, quorum princeps erat Eberardus Aubignius, ad Alexandrum miſit, qui exponerent Neapolitanum regnum Gallicis armis vel ex infidelium vel impiorum tyrannide partum olim fuiſſe, principumque Andegauenſium, quorum ſtirps defecerat, iura ad Carolum deuoluta, ad quę repetenda tranſgreſſurum alpes, ſimulq; ab ſede Apoſtolica, cui Galli ſemper addictiſſimi extiterant, beneficium auitum illi reſtitui depoſcerent, præſertim cum ea expeditio ad ſedis Apoſtolicæ, cui cenſus annuus non pendebatur, iura aſſerenda hortatore ipſo iam ante decreta fuiſſet. Ad quæ Alexander reſpondit d, iam Neapolitanum regnum a prædeceſſoribus ſuis tribus principibus ſtirpis Aragoniæ nimirum Alfonſo I. Ferdinando, Alfonſoque II. varijs diplomatibus iure beneficiario conceſſum, æquumque non videri vt Carolo traderetur, ni prius iudiciario ordine diſquireretur cuiuſnam gentis, an Gallicæ, an Aragoniæ iura potiora eſſent, atque adeo in apoſtolicis diplomatibus ad Aragonios datis adiectam formulam, collatum ſine alterius damno beneficium.

Iuliani Roburei Card. in Gallias fuga.

a Id. ibid. Burch. vbi ſup. Surit. to. 5. lib. 1. c. 28. Guicciard. l. 1.

b Id. ibid.

c Id. Sur. c. 37. & Comin. vbi ſup.

Repetit Gallus Neapol. regni iura.

d Guicciar. eod. lib.

19 Addidit etiam Pontifex ſupremum Neapolitani regni imperium ad ſedem Apoſtolicam ſpectare, decereque Gallum Regem maieſtatis pontificiæ vindicem, vt legibus potius, quam armis cauſam diſceptaret, cum bellica vis ingentes in Italia tumultus, grauiſſimaque diſcrimina paritura foret: ijſdem vtebatur argumentis Ferdinandus Hiſpaniarum & Siciliæ Rex e, vt Carolum a Neapolitana expeditione auocaret, cum enim ille palam iactaret, reſtituto Gallicæ genti Neapolitano regno, aduerſus Turcas ſe arma verſurum, Alfonſi Siluæ oratoris opera Carolo ſæpius ſignificauit, ſe nil optare magis, quam vt vniuerſi Reges Chriſtiani arma pro amplificanda fide Mahometicaque ſuperſtitione delenda iungerent, nil laude dignius in adoleſcentiæ flore ſuſcipi poſſe, quam ſi iuuenilem ardorem in tam auguſto opere explicaret: certiſſimos illum manere triumphos, ſacrum enim bellum maxima animi voluptate geri ſolitum, labores in eo toleratu faciles, clades non ſine gloria accipi, ſumptus multiplici fœnore augeri, mortem iter eſſe ad immortalitatem: proinde intermiſſo Neapolitano bello attollenda in Turcas ſigna, neque enim ſine excidio Italiæ, Chriſtianique imperij diſcrimine inter Chriſtianos bella agi poſſe, ac ſi in Africam copias Gallicas immittere vellet, Hiſpanas ſe cum ijs coniuncturum, regnumque florentiſſima amplitudine & opibus Neapolitano præſtantiora ſibi Chriſtoque comparaturum, ſi tamen Neapolitani iuris recuperandi cura menti alte defixa eſſet, iudiciario ordine apud Pontificis ſupremi illius regni domini ſubſellia cauſā proſequeretur. Ad hæc reſpondit Carolus, illuſtre notumque omnibus eſſe ius Gallicum, ac regnum illud recuperare armis, cum legibus non poſſet, ſe decreuiſſe; nullam ab Alexandro æquitatis vel honeſtatis haberi poſſe rationem, qui eccleſiæ Romanæ iura diſſipabat, vt filios ſuos ſpurios augeret ornaretque, & ideo ab eo ad concilium œcumenicum prouocatum. De concilio autem congregando pro re Chriſtiana temperanda verba fecerat.

Ferdin. Hiſp. Rex eadem aſſectat.

e Surit. to. 5 l. 1. c. 31. & 35.

Caroli ad Hiſpanum reſponſ.

20 Tranſgreſſus alpes, vt dictum eſt, Carolus vniuerſæ Italiæ terrorem iniecit, de quo hæc Raphael Volaterranus a: *Cum in tota Gallia tum Britannia inſula delectu habito anno* MCCCCXCIV. *menſe octobri cum equitum viginti quinque, peditum quindecim millibus, inſtrumentorum quoque bellicorum curribus centum, regni viro principibus, Philippo Sabaudiæ duce eius auunculo, & alijs nonnullis iter ingreſſus per alpes, vbi primum in ſubalpina regione cum tanta multitudine apparuit, timor omnibus incuſſus.* Obiurgatum Carolum ab Alexandro, quod ingreſſus eſſet Italiam armatus, iudiciariumque ordinem contempſiſſe refert Nauclerus b: *Taceo,* inquit, *ſcriptum Pontificis ad Regem, cuius exemplar vidi atque legi, quibus exprobrat illi quod monita eius per literas & nuntios, ne Italiam ingrederetur, oblatamque iuſtitiæ viam ſuper regno, ſi quod ius prætenderet ſibi competere, penitus contempſerit.* Addit Surita c intentatas etiam ab Alexandro minas Carolo, cenſuris perculſum iri ex decreto Pij II. in Mantuana ſynodo promulgato. Irrogabantur eo pœnæ anathematis, nullo cæſareæ regiæue auctoritatis diſcrimine, ijs qui a pontificia ſententia ad concilium prouocabant; ſed eludebatur Alexandri auctoritas, quod vitio intruſus in pontificatum diceretur, atque ex curia pontificia ad ſuas eccleſias omnes Galli diſcedere regio edicto iuſſi interrata ſacerdotiorum mulcta: contra vero Alexander omnes, qui libertatem eccleſiaſticam labefactarent, anathemate perculit d, cunctoſque Cardinales ad curiam pontificiam redire imperauit, contulitque e, apud Vicouarum colloquium cum Alfonſo Rege Neapolitano, de quibus fit mentio in m. s. codice Vallicellano f, atque in eo itinere vetere ritu ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum præiuiſſe additur. Vt vero exceptus Rex a Cardinalibus, quæue ab eodem Rege Pontificis honoris cultuſque demiſſi ſigna exhibita fuerint, deſcribit Ioannes Burchardus g: *Cauſa,* inquit, *aduentus Papæ ad Vignarium propterea quod valebat* * ... *cum ſereniſſimo Alfonſo II. de Aragonia Rege Neapolitano contra Regem Franciæ, & alia circa hæc opportuna.* XIV. *iulij,* & infra, *neſcio quos Cardinales vltro verſus Regem fecit equitare me inſcio, qui ſic Regi obuiam venientes ipſum per duos tractus lapidis vltra quod eos locaueram, & ordinaueram, reuerenter in equis ſuſceperunt detectis capitibus Regi manum dexteram porrigentes, & ter in ore oſculantes: quos ſimili modo Rex detecto capite ex equo recepit primo Neapolitanum, deinde Vlixponenſem, & ſucceſſiue alios omnes, quo facto præceſſerunt Neapolitanus & Vlixponenſis ſimiliter, deinde montis rega-*

Eiuſdem expeditio in Italia.

a Raphael Volat. l. 3.

b Naucl. vol. 2 gen. 50.

c Surit. to. l. 1. c. 30

Alexandri cum Alphonſo colloquium.

d Id. ibid. c. 35.

e Burchar. m ſ. arch. Vat. ſign. n. 104. Guic. l. 1.

f Vol. Vallic. pag. 216.

g Burc. l. 2 pag. 183.

† conferre Alexandri cum Alphonſo colloquium.

lis a dextris haben' Vrſinum & a ſiniſtris Valentinum, quos ſequebatur Rex medius inter Senenſem a dextris, & S. Georgij Cardinales a ſiniſtris. Et infra: *Venimus hoc ordine vſque ad caſtrum hoſpitij Papæ, in aula Rex & omnes ſui dimiſerant caſes & alia arma. Deinde intrauit ad Pontificem, coram quo genuflexus pedem & manum Papæ, tum ſurgens Papam in gena* * *oſculatus eſt, Cardinalibus Papam circumſtantibus. Qui tunc ſurrexit, & ſiniſtra ſua Regem ad vnam ex feneſtris dictæ cameræ ducens per octauam partem vnius horæ vel circa ibidem ſecrete ſecum locutus eſt, Cardinalibus aliquantulum a longe circumſtantibus. Poſt collocutionem huiuſmodi pauci ex nobilibus Regis oſculati ſunt pedem Papæ: deinde Cardinales omnes Regem vſque ad oſtium cameræ habitationis ſuæ, quæ erat in dicto caſtro, aſſociarant.* Dimiſſo poſt conuentu ab vtroque etiam ad Baiazethem Turcarum Imperatorem Camillum Pandonē & Georgium Bucciardum ad poſcendam opem legatos miſſos tradunt a, cum publice Carolus Conſtantinopoli minitaretur. Ad hanc vero gloriam illum incitaſſe, cum Aſtam perueniſſet, Ludouicum Sfortiam, dum fidem operamque omnem deferret, narrat Ferronius b: *Neapoli*, inquit, *recepta tanta auxilia terra marique ſeſe ſubminiſtraturum, Turcarum vt imperium Conſtantinopolitanumque diadema nullo negotio Gallia florens recipiat ita futurum, vt res geſtas magni Caroli famamque Rex adoleſcens vincat.*

* ore

b Id ibid. Bur h m ſ arch ſign. n. 104 l. 2.

c Ferro. in Car. VIII lib. 1.

Ingentia Caroli promiſſa de Turcico imperio excindendo.

21 Dum Aſtæ verſabatur Carolus puſtulato morbo decubuit non ſine vitæ periculo, neque Alfonſus quamuis validiſſimam claſſem ad Genuam ſolicirandam, vt Mediolanenſe iugum excuteret, inſtruxiſſet c, terreſtremque etiam exercitum, qui Gallis iter interciperet oppoſuiſſet, rem, vt poterat, feliciter geſſit; immo victo ſimilis interpretibus concordiæ Venetis maiorem regni partem Carolo obtulit d, qui ſpretis ijs continuato itinere in Etruriam penetrauit: vbi mox nouæ rerum conuerſiones ſubſecutæ: Petrus enim Medices Florentinæ reipublicæ princeps, qui inuitis ciuibus Alfonſo Regi Neapolitano adhæſerat, Gallorum progreſſibus territus Carolum adijt e, vt illius iras deliniret, ac Petram ſanctam, Serzanellum, Liburnum, Piſaſque illius poteſtati permiſit: qua re male geſta Florentinorum odia in ſe incendit, vt prætorij ingreſſu repulſus maioris mali timore perterritus cum Ioanne Cardinale, qui poſtea in pontificatu Leo X. dictus eſt, ac Iuliano fratribus in exilium rerum omnium egenus profugerit f. Augebat illius inuidiam Piſas a Carolo Rege, ciuium lamenta miſerato, libertate fuiſſe donatas: eo tamen diſſimulato dolore Florentini Carolum honorificentiſſime exceptum Florentiæ patrem patriæ, libertatiſque vindicem appellarunt. Deſcribit illius in eam vrbem ingreſſum Burchardus g, cum pactiones ab ipſo cum Florentinis confectas, necnon vt regijs literis Gallica in Neapolitanum regnum iura promulgatit, vt armorum potentiam æquitate nixam oſtenderet.

c Guic. l. 1.

Pars Neap. regni ab Alphonſo oblata Carolo.

d Ferron. lib. 1.

e Volat. l. 5. Serron. ſ. 1 & alij.

Petrus Medices Florētia exactus cum fratribus.

f Id ibid.

Piſæ libertate donatæ.

g Sur. c. 36

Recept' Florētiæ Carolus

22 *Feria*, inquit, *II. XVII. nouembris ſereniſſimus Francorum Rex intrauit ciuitatem Florentiæ cum maximo honore & triumpho, magna equitum & peditum copia aſſociatus, vbi diuerſa cum ipſis Florentinis tractauit. In valuis eccleſiarum & alijs locis publicis aureis literis ſcriptum erat. Pax, & reſtauratio libertatis. Inijt inter alia cum ipſis Florentinis conuentionem, & capitula, quæ XXVI. dicti menſis fuerunt, in eccleſia metropolitana Florentiæ miſſa ibi ſtatta, publice lecta, & medijs iuramentis ſtipulata, per quæ inter cætera Florentini promittunt dare Regi Franciæ centum triginta millia ſcutorum infra annum. Deinde quolibet anno duodecim millia vſque ad finem belli, Rex habebit continuo Florentiæ duos oratores ſuos, viceuerſa Florentini duos apud Regem de rebus bellicis occurrentibus mutuo tractaturos: Piſa & Ligurnum erunt in poteſtate Regis vſque ad finem belli: differentiæ inter Florentinos & Ianuenſes occaſione Petræ ſanctæ, Sarzanæ, & caſtri noui, remiſſa ſunt eidem Regi, qui vt acceſſum ſuum ad vrbem honeſtaret ijs diebus Florentiæ decreuit & publicari fecit ſuas patentes literas ſub tenore huiuſmodi, videlicet.*

Pacta cū Gallo a Florentinis inita

Carolus Dei gratia Francorum Rex vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis zelum catholicæ fidei, & ſalutem in Domino ſempiternam.

23 Conſiderantes attentius, & intra noſtræ mentis arcana ſæpe numero reuoluentes innumerabilia damna & incommoda, cædes, ſtrages, ac nobilium ciuitatum & fidelium populorum deſolationem & deuaſtationem, ac plura alia horrendiſſima facinora, quæ ſpurciſſimi Turci in ſanguinem Chriſtianum inceſſanter debacchantes a quinquaginta annis citra, vt a maioribus noſtris profecto fidedignis didicimus, inhumaniſſime perpetrarunt, cupienteſque more progenitorum noſtrorum Francorum Regum Chriſtianiſſimorum tantis ſceleribus, quæ ipſi perfidiſſimi Turci religioni Chriſtianæ continuo minantur, pro viribus occurrere, ac eorum ſitibundam rabiem totis conatibus expellere, poſtquam placuit Altiſſimo in regno & dominijs noſtris ſuam pacem ponere, propoſuimus pro debellando Turchos eorumque furores rabidos, & recuperandis Terra ſancta & alijs dominijs per eos Chriſtianis principibus & populis ablatis proprijs perſonæ laboribus, facultatibuſque non parcere, quinimmo dilectiſſimis vxore & filio noſtro vnico, regnoque ampliſſimo pacifico & opulentiſſimo, ac præter voluntatem principum & pro eorum regni noſtri relatis, ſtatuimus cum adiutorio Dei, cuius cauſam amplectimur, ac ſummi omnium Chriſtianorum Pontificis, & paſtoris, nec non principum aliorum fidelium præſidio ſacratiſſimum hoc opus fidei deuotione & magno animo aggredi, quod quidem ſanctum propoſitum diuina credimus inſpiratione noſtro cordi fuiſſe infuſum. Nec arbitretur quiſpiam, vt ad occupandum quorumcumque principum, vel populorum dominia, aut ciuitates opus hoc tam ſanctum tamque laudabile aggrediamur: ſed, vt ipſe Deus ineffabilis verus teſtis eſt, hoc ſolum ad eius laudem & gloriam, ſuæque fidei Chriſtianæ religionis exaltationem & ampliationem amplectimur, ſperantes in ipſo Deo, a quo omnia perfecta opera perfectionem ſuſcipiunt, nos hoc ſanctum deſiderium noſtrum ad optatum finem perducturos. Sed quia regnum Siciliæ, quod Neapolim vocant, per progenitores noſtros & e manibus infidelium & aliorum Romanæ eccleſiæ reſtitutum, & de quo ipſi progenitores circa quatuordecim inueſtituras, videlicet duodecim a diuerſis Romanis Pontificibus, & duas alias factas a duobus generalibus concilijs receperant, & quod ad nos iure hereditatis pertinet, (quamuis Pius Papa II. volens ſuos ex humili plebe natos ad principatuum faſtigium extollere, regnum ipſum contra iuſtitiam abſtulerit, & illud quondam Ferdinando de Aragonia conceſſerit), ad

Caroli Reg. Franc. de Turcis ſubijciendis pompatica litera.

Gallica in regnū Neap. iura expoſita.

depu-

Digitized by Google

Profitetur Carolus ſacrũ in Turcos bellũ moliri.

depugnandum perfidiſſimos Turcos præcipue per portum Valoniæ, & nonnulla alia loca nobis faciles ingreſſus præbere potuerit, illud, Deo auxiliante, intendimus recuperare, vt vobis & nobis facilis ingreſſus & egreſſus ac tutum præſidium eſſe poſſit, nec intendimus propter almæ vrbis Romæ, prout modernus Alfonſus de Aragonia ac ſui prædeceſſores alius Alfonſus & Ferdinandus magna temeritate & rebellione obſidendo eam fecerunt, aut alijs terris Romanæ eccleſiæ præiudicium aliquod, ſeu damnum inferre, ſed illa & ipſius eccleſiæ ſubditos, pro illius & Apoſtolicæ ſedis honore & reuerentia, ab omni damno & iniuria pro poſſe noſtro illæſos conſeruare, ac ipſius eccleſiæ ſtatum, honorem, dignitatem more dictorum progenitorum noſtrorum, quandiu poterimus, potius adaugere. Quia vero pro dicto regno recuperando & noſtro ſancto propoſito exequendo pro faciliori, & breuiori via ad vrbem prædictam veniendo per nonnullas terras eccleſiæ tranſitus ſit nobis faciendus, ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominum dominum Alexandrum diuina prouidentia Papã VI. ac ſacrum S. R. E. Cardinalium collegium, nec non quarumcumque ciuitatum, oppidorum, terrarum, & locorum eiuſdem Romanæ eccleſiæ rectores, gubernatores, poteſtates, officiales, ciues, incolas, & habitatores quoſcumque in Domino requirimus, hortamur, & conteſtamur, vt ſaltem quemadmodum hoſtibus noſtris, & in hoc ſacro propoſito nobis aduerſantibus fauores & auxilia, quæ potuerunt præſtiterunt, & præſtant, ita nobis & noſtris liberum ingreſſum & regreſſum per ciuitates, oppida, terras, & loca prædicta ac victualia neceſſaria noſtris expenſis & ſumptibus exhibere dignentur. Niſi aliqui nos hoc in opere ſaluberrimo impediuiſſent, vt credimus iam vrbem Neapolim & magnam regni partem expugnaſſent & in principio menſis proxime futuri fines hoſtium ingredi potuiſſent; ſi vero ingreſſus & regreſſus, & liber tranſitus, & victualia nobis & noſtris ſoluendo debita pretia fuerint, quod non credimus, denegata, nihilominus curabimus totis viribus inuenire & capere, & victualia neceſſaria, quibus poterimus medijs, præſtantes ſolemniter nobis ad culpam non debere imputari, ſed potius illis, qui perfida iniquitate de fide noſtra non recte ſapientes noſtrum pium & ſanctum propoſitum voluerint impedire. Proteſtamur inſuper de iniurijs Deo & vobis faciendis, damnis quoque & intereſſe per nos propterea iam incurſis, ſi quæ in futurum incurſuri fuerimus, quam proteſtationem proſequimur coram vniuerſali eccleſia, ac principibus totius Chriſtianitatis, quos conuenire intendimus pro hac ſanctiſſima expeditione Deo duce fideliter adimplenda. In quorum omnium fidem & teſtimonium præſentes literas fieri, & per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi & publicari, nec non regalis ſigilli appenſione muniri fecimus. *Dat. Florentiæ* XXII. *menſis nouembris anno Domini* MCCCCXCIV. *& regni noſtri anno* XII.

Nolle Romanæ eccleſiæ vel clientibus iniuriam aliquam inferre.

Liberum iter per ditionem eccleſ. tantum expoſcere.

Conteſtatur de damnis quæ hoſtes contracturi ſint.

a Surit. to. 5 l. 1. c. 36. Ius regni Neapol. nec ad Hiſp. nec ad Gall. ſed ad Pont. pertinebat. b Id. c. 34.

24 Meminere de his literis Caroli Regis plerique auctores, inter quos Surita a Caroli iura in Neapolitanum regnum a Ferdinando Caſtellæ Rege contempta, vt inania aie, cum beneficiarium Romanæ eccleſiæ regnum teſtamento relinqui a principibus Andegauenſibus non poſſe b, quod verum erat: ita nec Ioanna II. in Alfonſum Regem Aragonum adoptionis iure beneficiarium idem regnum transfundere potuerat, cum vtrumq; cum apoſtolicis diplomatibus ſucceſſurorum in Neapolitano regno heredum ordo deſcriptus pugnaret, conſtaretque iamdiu illius regni iura ad ſedem Apoſtolicam deuoluta: at cum vi illud rapuiſſent Aragonij potiori iure Gallis, qui illud ex Saracenorum & Manfredi ereptum manibus reſtituiſſent Eccleſiæ, deberi Carolus diſceptabat. Ob conuerſas vero illius aduentu Etruſcas res publica Italorum odia contraxit, quippe florentiſſimæ reipublicæ momento diſſoluerat imperium, quod tot annis tantiſque laboribus partum fuerat; redegerat in ſuam poteſtatem pleraſque munitiones: Piſæ in libertatem vindicatæ, deiecto Florentino inſigni, Caroli ſtatuam ſtricto enſe minacem poſuerant: mons Politianus illarum exemplum erat ſecutus a; Luca & Senæ in eius clientelam conceſſerant. Ex quibus territi vniuerſi principes facere cœperunt colloquia, vt ingraueſcentem illius potentiam eliderent. Metuebat inſulæ Siciliæ Ferdinandus Rex Hiſpaniarum, claſſemque validiſſimam ad eam tuendam, defendendamque ditionem eccleſiaſticam comparauit b: abalienatus c eſt ab eo Ludouicus Mediolanenſis dux, qui Ioanni Galeatio duci defuncto ſpoliatoque nepote XXII. octobris ſucceſſerat d, cum aliquarum Etruriæ vrbium a Carolo obtinendarum ſpe excidiſſet: Veneti recepto Petro Medico profugo fortunam illius miſerati Italicos tumultus ægre ferentes, ſui etiam imperij iacturam formidarunt: Maximiliano Cæſari permoleſtum erat Italicum regnum Gallico adiungi, ipſumque excitare annitebatur Alexander Papa, vt & cæſareas Italiæ vrbes Carolo eriperet, ſeque Eccleſiæ propugnatorem, ingreſſu in ditionem eccleſiaſticam prohibito, præſtaret. Propterea vocato ad ſe Maximiliani oratore profeſſus eſt, prius ſe mortem obiturum, quam Carolum Italia potiri pateretur, vti teſtatur Burchardus e, adminiſter, atque interpres.

Aduentu Caroli VIII. perturbata vniuerſa Italia. a Ferro. l. 1

Cur plures principes in eum coniurarint.

b Surit. c. 38. c Guic. l. 1. d Burch. m. ſ. arc. Vat. n. 104.

e Burc. vbi ſup. pag 187.

25 Ingreſſos Florentiam Gallos inclementia vſos erga ciues beneuolos queritur Petrus Delphinus f in literis ad Patauinum epiſcopum proximo anno datis, cum iam Galli Florentia eceſſiſſent: *Commiſeratus ſum tam fœdam inclytæ vrbis faciem, tantis implicitam curis, quæ hoſtili animo ab amicis preſſa blandiri eis, atque arridere cogebatur, qui de ſe erant quam peſſime meriti. Solatus ſum pleroſque conuenientes me domi, ſuaſique, vt agerent Deo gratias, quod de magnis periculis ab eo liberati magnifice non eſſent paſſi grauiora, & minus malum etiam pro maximo exiſtimarent bono, ſiquidem caſtigans caſtigaſſet eos Dominus & morti non tradidiſſet eos, cæſos nempe illos fuiſſe ſed flagellis, non ſcorpionibus, tentatos tam fidels Abraham, ſi diligerent Deum, viſoſque in tribulatione patientes, & reuera ita fuiſſe apertiſſimis deprehendi argumentis. Retulit mihi per id temporis Florentia ciuitatem illam magnam itinere dierum trium, quæ conuerſa eſt ad prædicationem Ionæ. Vidiſſes hoc aduentu Domini abſtinere omnes ab eſu carnium, neque permiſſa edicto publico aperiri macella. Templa vbique ſolito amplius confeſſoribus ac pœnitentibus plena, totque vtriuſque ſexus ſacroſanctum corpus Chriſti dominico natali die perceperunt, vt paſchalem ſolemnitatem retulerint. Si perſtiterint in fide, neque declinauerint a mandatis Domini, timere non poterunt ſurrecturos in iudicio ſecum viros Niniuitas, ſeque condemnaturos, quoniam ſicut illi ad prædicationem prophetæ ita iſti ad proborum religioſorum hortamenta optime conuerſi ſunt. Ex Fonte bono die* IV. *februarij* MCCCCLXXXXV. Porro anatus inter hæc erat

f Petr. Delphin. l. 4. ep. 24.

In ancipiti diſcrimine conuerſi ad Deũ Florentini.

Ale-

Digitized by Google

Alexander, dubitans quid facto opus eſſet: nam tertia nouembris die habito Cardinalium ſenatu Aſcanium Cardinalem Sfortiam Florentiam mittendum decreuit, paulo autē poſt Aſcanium ipſum, qui in Oſtia occupanda & agro Romano infeſtando Gallis fauerat a, & Sanſeuerinatem Cardinales in cuſtodiam tradidit, vt narrat Burchardus b: *Feria, inquit, tertia IX. decembris venerunt ad palatium apoſtolicum Aſcanius, S. Seuerini, de Lunate Cardinales, P. epiſcopus Caſenatenſis, ac Proſper de Columna & Hieronymus Tuttauilla, & eodem ſero omnes detenti ibidem manſerunt. In mane ſequenti relaxatus fuit epiſcopus Caſenatenſis auditor cameræ: deinde fuit conſiſtorium ſecretum, cui etiam dicti Cardinales interfuerūt, & eo finito Cardinalis Aſcanius & S. Seuerini miſſi fuerunt ad cameras ſuperiores palatij ſupra Papam ibidem recluſi & cuſtoditi. Proſper & Hieronymus fuerunt miſſi per vnum deambulatorium ad caſtrum S. Angeli & ibidem detenti, Cardinalis vero de Lunate miſſus ad Oſtium ad tractandum ibidem quædam occurrentia. Eadem die dominus Ferdinandus de Aragonia dux Calabriæ venit ad vrbem.* Non potuit Calaber Alexandrum a vi Gallica defendere, cum Romani rerum ſuarum diſcrimen adire recuſarent c, Regemque præpotentem, a quo gratiam pacisque honeſtiſſimas rationes referre poterant, pro tuendis alienis commodis ad iram in ſe irritare. Verebatur Alexander, ne quid in ipſum moliretur Carolus ab aduerſarijs ſuis, qui vitio pontificatum eum adeptum fuiſſe obijciebant, impulſus; fugamque adeo capere meditatus eſt. At Cardinales die XII. decembris iureiurando ſe ad defendendum Pontificem, eumque, quocumque pergeret, ſequendum obſtrinxerunt: cogitantem autem fugam Veneti illum, vt Romæ ſubſiſteret, confirmarunt d, laboranti opem polliciti, nec non Ferdinandus Siciliæ & Hiſpaniarum Rex Gallo denuntiauit e, ne Pontifici bellum inferret. Sed ob exceptum Ferdinandum Calabriæ ducem hoſtem offenſus Carolus, ſignificauit Alexandro Romam ingredi ſe decreuiſſe f, quandoquidem Calabrum recepiſſet: tum etiam inſtitit, vt Aſcanium & Sanſeuerinatem Cardinales ex cuſtodia educeret.

a Lib. 3. pag. 246.
b Burchar. in diar. l. 2. pag. 2.
Nonnulli Cardinales ab Alexandro cuſtodiæ traditi.
Ferdinandi Aragonij in Vrbem aduentus.
c Burchar. l. 2. & Volat l. 3.
Metuit ſibi Alexander ne quid in eum Carolus moliatur.
d Id c. 2.
e Id. c. 41.
f Id. c. 41.

26 Dolebat Alexander ſuis ſe inuiſum eſſe, neque Romanæ eccleſiæ clientes ad eum defendendum arma capere, quare Francorum Regem ipſius amicitiam exambientem vltra non repellere decreuit, cum Gallicam armorum vim ferre non poſſet. Itaque Cardinalem Sanſeuerinatem die decimanona decembris e cuſtodia emiſſum ad illum legauit g, vt de concordiæ legibus cum ipſomet paciſceretur.

Cum Carolo coactus paciſcitur.
g Burchar. in diar. lib. 2.
h Id ibid. pag. 214.

27 Addit Burchardus h miſſas ad ſe & alios Germanicæ nationis in pontificia aula agentes a Cardinale Gurcenſi literas, quibus conquerebatur etiam tum conſumptos fruſtra ſuos labores ad Pontificem Regemque in concordiam redigendos, neque Carolum regem aliud magis optare, quam omnibus filij amantiſſimi officijs Alexandrum complecti; hoſtes vero Gallici nominis, qui in vrbe morabantur, Pontificem ab eo abalienaſſe; pollicebaturque nullam Germanis iniuriam illatum iri conceptæ erant hiſce verbis eæ literæ i.

i Ext ea lit. apud Burch. pag. 214.

Chariſſimis fratribus & amicis prælatis & alijs curialibus nationis Alemannicæ & dominorum illuſtriſſimi archiducis Philippi in vrbe habitantibus.

Chariſſimi & ſi, prout teſtis eſt Deus, qui hominum ſcrutatur corda & renes qualem potuimus fecimus diligentiam erga Chriſtianiſſimum Regem tum nomine ſummi Pontificis, tum nomine noſtro dedimus operam ad faciendam bonam vnionem & intelligentiam inter ipſum ſummum Pontificem & Chriſtianiſſimum Regem, nihilominus, quorum culpa neſcio, hactenus fuimus impediti, non per ipſum Chriſtianiſſimum Regem, cum nil aliud cupiat quam ſe deuotiſſimum filium gerere erga ſummum Pontificem, & ſanctam ſedem ſuorum progenitorum more, ſed timeo quod a Deo principaliter propter peccata noſtra & demerita grauiter offenſo impedimentum dictæ vnionis proceſſerit, qui niſi precibus deuotarum perſonarum fuerit placatus dicta vnio, nec ex conſequenti pax inter principes Chriſtianitatis fieri poterit: cæterum cum timor ſit de inuaſione vrbis per armigeros ipſius Chriſtianiſſimi Regis, & ſuorum confœderatorum, ſi dicta vnio in dies breues non fiat propter hoſtes ipſius Chriſtianiſſimi Regis, qui ſtant in vrbe, vt dicitur, ſic effeci apud Chriſtianiſſimum Regem, ne aliqua damna inferant ſui armigeri quibuſcumque partiſanis in vrbe moram trahentibus, neque etiam cæteris quibuſcumque, vndecumq; ſint oriundi, niſi in armis contra ſuam maieſtatem & ſuos reperirentur, & inter cæteros in vrbe moram trahentes voluit & declarauit ſua maieſtas, quod omnes ſubditi ſereniſſimi D. mei Romanorum Regi ſemper auguſto & illuſtriſſimo principi D. Philippo eius inclyto nato Auſtriæ archiduci & Burgundiæ duci non minori fauore per ſuos armigeros debere tractari, quam proprijs ipſius Chriſtianiſſimi Regis vna cum omnibus Romanis, & hac de cauſa me miſit ad D. comitem de Monpenſier eius cognatum & generalem locutenentem, ad ſignificandum ei pro parte ſuæ maieſtatis, vt caueret, ne permitteret per quoſque armigeros ſuæ maieſtatis aliquas iniurias aut moleſtias fieri ſupradictis incolis, & præcipuæ dominis Reuerendiſſimis DD. Cardinalibus quibuſcumque partiſanis & ciuibus Romanis & maxime dictis ſubditis D. Cæſaris & D. Archiducis Philippi, &c. Velle Amicus Cardinalis Gurcenſis vos monet, vt ad illius ædes vos conferatis pro declinanda vi militari Valete fœlices chariſsimi & Deum pro intentione mea, quæ eſt ad pacem vniuerſalem inter Chriſtianos, & guerram vniuerſalem contra Turchos orate. ex Formello hac XXIII. decembris.

Philippus archidux Carolo coniunctiſſimus.

28 Exprobraſſe antea eundem Cardinalem Gurcenſem Alexandro, miſſum fuiſſe ab eo Genegium Buzardum literarum apoſtolicarum ſcriptorem ad Baiazethem Turcarum Imperatorem, vt illum aduerſus Francorum Regem Conſtantinopolitanam expeditionem meditantem concitaret, permoueretque ad Alfonſum Regem Neapolitanum tuendum aduerſus vim Gallicam, refert Burchardus, additque promulgaſſe Cardinalem ipſum Gurcenſem fuiſſe Buzardum apud Senogalliam, dum ex Turcica legatione redibat, deprehenſum a Ioanne Ruboreo vrbis præfecto fratre Iuliani Cardinalis S. Petri, tum etiam tradita illi ab Alexandro tractandorum cum Turca rerum capita comperta; in quibus etiam ſignificabat Alexander, Francorum Regem tranſalpinarum gentium exercitu auxilijſque Mediolanenſium ſuccinctum Romam contendere, vt ex pontificijs manibus Zizimum ſultanum reciperet, tum Alfonſum Neapolitanum, ad quem tuendum tum & affinitatis & beneficiarij principatus ab annis iam ſexaginta circiter illius auo collati gratia, obſtrictus erat, regno depelleret, quo parto traijcere in Græciam in animo erat, ac ni Baiazethes ipſe permoueret Venetos ad Alfonſo opem ferēdam vniuerſos Chriſtianos

Exprobratū Alexandro fœdus cū Turcis aduerſus Galles.
Bellum Turcicā a Gallo frāce politica iactatum

nos

nos Reges ſe Gallo coniuncturus, adductoque ſecum Zizimo validiſsima claſſe Conſtantinopolim oppugnaturos: oſtendebantur etiam a Cardinale Gurcenſi Baiazethis literæ ad Alexadrum datæ a, quibus exponebat pro Chriſtiani imperij quiete expedire, vt Zizimus e medio tolleretur, ſi enim Francorum Regi dedatur ingenti bello Chriſtianos ſe petiturum; numeraturum vero trecenta aureorum millia cum illius cadauer ſibi traditum fuerit, nec terra mariue Chriſtianos vnquam vexaturum. Quæ literæ hac temporis nota conſignatæ erant: *Scriptum Conſtantinopoli in palatio noſtro ſecundum aduentum Chriſti diem XV. decembris anno MCCCCXCIV.*

a Extant. apud eūd. Burch. l. 2. Quæ a Baiazethe promiſſa ne Zizimus Gallo dedatur.

29 Cum porro de pace agi cœptum eſſet, perijt Francorum Rex, vt ſibi ſultanus Zizimus traderetur, promulgabatque d ſe cum Andrea Palæologo Moreæ deſpota Thomæ Palæologi Moreæ deſpotæ Conſtantini Palæologi vltimi Græcorum Imperatoris filio conueniſſe, atque ab eo auita Conſtantinopolitani imperij iura acceptis annuis vectigalibus in Gallum transfuſa, ea lege addita, vt Moream e Turcarum tyrannide vindicatam eidem reſtitueret. Poſcebat etiam b, vt Alexander Neapolitani regni beneficium vt ſupremus illius princeps ipſi conferret, ac pontificias copias vna cum eo in Turcas ſociaret. Traditum illi Zizimum fuiſſe, dicetur proximo anno, ac paulo poſt extinctum: negatam autem fiduciarij in Siciliam iuris donationem. Cumque Romæ ingreſſu cohiberi non poſſet, rogatum c Cardinalis Sanſeuerinatis & epiſcopi Elnenſis opera, vt habita maieſtate ſedis Apoſtolicæ, ac religionis ratione pacificus in vrbem ingrederetur: tum illi expoſitum, ſi Neapolitanum bellum vellet intermittere, armaque vertere aduerſus Turcam pontificia auctoritate vniuerſi imperij Chriſtiani viribus ad tam glorioſum facinus ſuffultum iri, deque religione optime promeriturum, cum metuendum periculum immineret, ne Alfonſus Neapolitanus Turcas in Italiam non ſine magno rei Chriſtianæ detrimento induceret. Paucis vero interiectis diebus miſſum ab Alexandro Ioannem Borgiam Cardinalem ad Carolum, vt de ingreſſu in vrbem paciſceretur, refert Ioannes Burchardus d: *XXIV.* inquit, decembris *Cardinalis Montis regalis, pro eo quod nona vera rant de voluntate Regis Franciæ ſuper compoſitione & concordia facienda ſuper ingreſſu ſuo ad vrbem, deputatus fuit per S. D. N. mittendus ad Regem Franciæ ad caſtrum Brachiani, vt ipſe Rex alium ſuum mitteret, cum quo de modo aduentus Regis prædicti tractandus eſſet.*

Carolus promulgat ab Andrea Palæol. emiſſe iura imperij Cōſtantinop.

b Id. ibid.

c Cap. a.

Propoſita Carolo auxilia vniuerſi orbis Chriſtiani ſi RegnoNeap abſtinere velit.

d Burchar. m ſ. arch. Vat. ſign. n. 134. 2.

30 Addit auctor die proxima ducem Calabriæ Ferdinandum ex vrbe dimiſſum fuiſſe, Cardinalem vero Aſtanium etiam tum in pontificia regia cuſtodijs aſſeruatum libertati reſtitutum: ſe vero, vtpote iuſſu pontificio perrexiſſe, vt magnifici apparatus, quo excipi vellet omnem ab eo iuxta veteres ritus acciperet; tum ſubijcit: *Reſpondit Rex venire velle admodum ſine pompa. Audiuit & poſt me Rex dominum Hieronymum Porcarium, qui pro omnibus collegis ſuis Romanis locutus eſt, populum, & eius facultates Regi offerens.* Nocturnis eiuſdem diei, quæ annum claudebat, tenebris, hora nimirum ſecunda, Carolus tribus Cardinalibus ſtipatus nimirum Iuliano S. Petri ad vincula, Beneuentano, & Aſcanio Sfortia, vrbem ſine bellico ſtrepitu pacificus ingreſſus eſt, cui pontificiorum caſtrorum magiſter ex pactionibus confectis portarum vrbis claues obtulit a, cum ex antea Ferdinando duci Calabriæ Alexandri imperio venienti traditæ fuiſſent, ad ædes autem S. Marci regio apparatu adornatas deductus bellica circum tormenta, florentiſſimumque exercitum diſpoſuit b, de cuius geſtis proximo anno dicetur.

Dux Calabriæ ex vrbe dimiſſus.

Caroli VIII in vrbem ingreſſus pacificus.

a Id. ibid. Volat. l. 3. Sebaſt. Branca m ſ. arch. Vat ſign. n. 111. Ferron in Car VIII l. 1. Comin cap. 10.

b Sebaſt. Branc. vbi ſup.

c Surita 5 l. 5. c. 29. Marian l. 26 c 6. & alq.

31 Agitata hoc anno lis eſt quanta vnquam maxima de dimidio orbe terrarum inter Ferdinandum Caſtellæ, & Ioannem Luſitaniæ Reges: Ferdinandus quippe Pontificis decreto inſulas a Chriſtophoro Columbo patefactas, & tractum terrarum omnem, quæ centum leucarum ab inſulis promontorij viridis Fortunariſue interuallo ad occidentem ſolem pertinerent, querente autem de eo Luſitano Rege, imperium ſcilicet Oceani ſibi adimi, nec non claſſem in occidentem ad luſtrandas incognitas oras mittere meditante, c concordiæ ratio inita eſt Tordeſillæ ſeptima iunij, vt linea aſtrologorum concipienda mente a polo arctico ad antarcticum per ſpatia trecentis & ſeptuaginta leucis ab inſulis Capitis viridis porrecta duceretur, quæ luſtrandas ad occidentem a Caſtellano noui orbis terras, ab alijs a Luſitano ad orientem aperiendis diſtingueret, miſſique peritiſſimi maritimarum rerum mathematici, qui gradus ſolis & ſeptentrionis in ijs oris monumentis commendarent.

De noui orbis imperio certamen inter Luſitanum & Caſtellanum.

32 Immiſſa anno ſuperiori claſſis d, quæ coloniam in Hiſpaniolam deducebat, tertio idus octobris ſoluens ex inſula Ferrea, Fortunatarum vltima, vno & viginti diebus emenſa æquor octingentis & viginti circiter leucis ad primam Canibalium inſulam applicuit die dominico, vnde Dominica dicta eſt: ſed cum illa arboribus vbique conſita humano genere deſerta eſſet, ad alias inſulas veſtitas arboribus, quæ ſuaues odores efflabant, breui tempore appulit, quæ prima Canibalibus culta reperta eſt, Galana fuit, cum noſtrorum aduentu illi perterriti in abditos ſiluarum receſſus auolarunt. Quam vero illi humana laniena infames eſſent, deſcribit Petrus Martyr e in litteris ad Aſcanium Cardinalem Sfortiam ex Regum Hiſpaniarum aula III. kal. maij huius anni datis, vbi primum ad Ferdinandum & Eliſabeth horum fama peruenit.

Colonia prima in Hiſpaniolam adducta.

d Pet. Martyr dec. 1. cap. 2.

Canibalium inſulæ coli cœptæ a Chriſtianis.

e Id. ibid.

33 Prætervecti noſtri alias inſulas, quibus montis Serrati, S. Mariæ rotundæ, B. Virginis antiquæ nomina impoſuere, nec non plures alias ad magnitudinem inſignem, cui S. Crucis nomen inditum, peruenere. Obuios ſe præbuere in littore quatuor iuuenes, qui protentis ſupplicum inſtar manibus e gentis nefandæ manu in libertatem vindicari expoſcebant, at Canibales in ſiluas aufugerunt, ex inſidijs tamen aliquos dein intercepere, qui in vinculis tanquam libyci leones feritatem immanem oſtentarunt. Progreſſi noſtri mare inſularum, quarum quadraginta ſex luſtrarunt, mira varietate diſtinctum ſulcauere, quod archipelagus dixere. Ab eo tractu digreſſi ad Burichenam inſulam applicuere, cui S. Ioannis nomen datum eſt, ac demum ad Hiſpaniolam quingentarum leucarum interuallo a prima Canibalium inſula diſiunctam appulere: quæſiti triginta octo viri, qui barbarorum dynaſtæ commendati fuerant extincti reperti ſunt, caſtellum ligneum, quod circumducto aggere extructum fuerat, in cineres verſum erat; ex ijs, qui in Hiſpaniam auecti fuerunt, ſeptem perierant ob aeris mutationem; e ſuperſtitibus tribus ſolutus vnus eſt, duo nocTu in mare furtim ſe proijcientes aufugerunt. Excurſione in inſulam facta condendæ vrbi nouæ

Repertæ plures inſulæ ijſq; impoſita nomina.

Crediti Canibalibus Hiſpani occiſi fuere. Arx verſa fuit in cineres.

data

Digitized by Google

Conditæ vrbs noua.

data opera, excitataque altaria, in quibus res diuina peracta eſt: quibus de rebus eitcitet nono kal. aprilis ad Hiſpaniarum Reges relatum eſt, & ab ipſo præfecto noui orbis auctor factus certior.

34 Eodem anno Ludouicus Aragonius Cardinalis a Petro Martyre expetijt, vt nouum terrarum orbem, qui hactenus ad occidentem latitabat, catholicorum Ferdinandi & Eliſabethæ Regum auſpicijs repertum, eorumque adiunctum imperio deſcriberet; cuius, nec non Frederici patrui eiuſdem Cardinalis votis aſſentiens auctor a plura de Hiſpaniolæ vbertate feracitateque auri, quod incolæ non æſtimant, niſi artificis manu in formam aliquam deductum fuerit, præfatus addidit, vt Columbus Cubam vaſtæ magnitudinis perluſtrandam ſuſceperit in latere ad meridiem Iamaica, ipſa Sicilia maiore prætermiſſa, tum ſubijcit: *Dum in littore rem diuinam præfectus audiret, ecce primarium quemdam octogenarium virum grauem, nec eo minus nudum, multis illum comitantibus. Hic donec ſacra peragerentur admiratus ore oculiſque intentus aſſiſtit, dehinc præfecto caniſtrum, quem manu gerebat, plenum patriæ fructibus dono dedit, ſedenſque apud eum, per interpretem Didacum Colonum, qui id idioma, cum prius acceſſiſſent intelligebat, orationem habuit huiuſmodi. Terras omnes iſtas hactenus tibi ignotas manu potenti te percurriſſe renunciatum nobis fuit, populiſque incolis metum non mediocrem incuſſiſſe. quare te hortor moneoque, vt itinera duo, cum e corpore proſiliunt, animas habere ſcias, tenebroſum vnum ac tetrum his paratum, qui generi humano moleſti infenſique ſunt, iucundum aliud & delectabile illis ſtatutum, qui pacem & quietem gentium viuentes amarunt. Si igitur te mortalem eſſe, & vnicuique pro præſentibus futuro merita obſignata meminieris, neminem infeſtabit. His & aliis pluribus per interpretem inſularem præfecto admiranti tale hominis nudi iudicium relatis reſpondit, Compertiſſima ſibi eſſe quæcumque dixerit de animarum e corpore exeuntium varijs itineribus ac præmijs, immo & exiſtimaſſe hactenus illis ipſis & reliquis earum regionum incolis fuiſſe ignota, cum ita viuant natura contenti. ad cætera vero ſe a Rege & Regina Hiſpaniarum, vt eas omnes orbis oras hactenus incognitas pararet miſſum reſpondit, vt ſcilicet Canibales & reliquos ſceleſtos homines indigenas debellaret, debitiſque ſupplicijs afficeret: innoxios autem ob eorum virtutes tueretur & honoraret, quare ne ipſe aut alius quiſquam, cui non ſit animus nocendi, vereatur, immo ſi quid forte a vicinis iniuſti ſibi aut alijs bonis illatum fuerit, aperiat. Senis præfecti dicta adeo placuerunt, vt ſe itinerum quamuis ætate iam graueſcentem, cum præfecto libentiſſime prædicaret.* Et infra. *Compertum eſt apud eos velut ſolem & aquam terram eſſe communem, neque meum aut tuum malorum omnium ſemina cadere inter ipſos. ſunt enim adeo paruo contenti, quod in ea ampla tellure magis agri ſuperſint, quam quidquam deſit: ætas eſt illis aurea, neque foſſis, neque parietibus aut ſepibus prædia ſæpiunt, apertis viuunt hortis ſine legibus, ſine libris, ſine iudicibus ſuapte natura rectum colunt, malum ac ſceleſtum eum iudicant qui inferre cuiquam iniuriam delectatur.*

Traditio apud barbaros de inferno vel paradiſo exeuntibus animabus deſignato.

Coloni ad barbaros reſponſum.

Communia omnia apud barbaros.

35 Cæterum Hiſpani, qui morum probitate pellicere ad fidem Chriſtianam barbaros debuiſſent, illos mille iniurijs affectos in deſperationem conjecere b: raptabant inſularium fœminas ante parentum, fratrum, & virorum oculos, ſtupriſque & rapinis intendebant adeo, vt incolæ quotquot e noſtris imparatos poſſent contrucidarent, necnon ad tollendos omnes commeatus, diraque fame ex inſula extrudendos cæco conſilio non modo mandare terræ ſemina abſtinuerint, verum maizium, iucam, aliaſque frugiferas plantas euulſerint, vnde tanta fames inceſſit, vt quinquaginta & eo amplius millia hominum perierint, paſſimque tanquam morboſi gregis pecudes caderent; præſertim Cibanorum montium auri feracium accolæ, qui a noſtris auri cupidine opprimi fremebant. Tentarunt quinque millia barbarorum Hiſpanos bello conficere, ſed equorum impetu proſtrati ſunt.

Hiſpani barbaros ſcelerum fœditate alienant. b cap. 4.

Corrupti commeatus a barbaris. Fames horrenda ſequuta. Bello victi barbari.

36 Contulit a hoc anno Alexander VI. Ferdinando & Eliſabethæ Hiſpaniarum Regibus Africæ expugnandæ ius, adeo vt ea expugnata cæteris regnorum titulis Africanum adijcerent, addita tamen lege, vt Chriſti cultum in Africa reſtituendum curarent.

a Lib. 3. bull. ſecr. pag. 140.

Chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando Regi, & chariſſimæ in Chriſto filiæ Elizabeth Reginæ Caſtellæ & Legionis illuſtribus ſalutem, &c.

Sicut fidedignorum teſtimonijs iam dudum, & etiam in præſentiarum accepimus, licet claræ memoriæ Caſtellæ & Legionis Regibus tunc & pro tempore exiſtentibus, qui ſemper pro viribus, non ſine maximis laboribus & impenſis, ac magna Chriſtiani ſanguinis effuſione barbaras nationes expugnare, & ad fidem catholicam reducere conati fuerunt, per ſedem Apoſtolicam ius Africam expugnandi, & ditioni ſuæ ſubijciendi conceſſum fuerit, tamen quia cauſantibus bellorum turbinibus, & alijs ſiniſtris temporum euentibus, quibus, proh dolor! retroactis temporibus regna ipſa afflicta fuerunt, quamplura munimenta, ſcripturæ, & literæ regni prædictorum deperdita ſunt, & etiam ob tanti temporis diuturnitatem vos, qui prouinciam huiuſmodi omnino ſuſcipere & proſequi, diuina fauente clementia, pro diuini nominis gloria, & exaltatione decreuiſtis, de literis conceſſionis huiuſmodi docere potiſ non ſpeſtatis. Nos igitur præmiſſa diligenti conſideratione penſantes, & animo reuoluentes quot & quanta Caſtellæ & Legionis Reges præfati maiores veſtri priſcis temporibus pro expugnatione infidelium & barbararum nationum huiuſmodi effecerunt, quotque regna & terras ab ipſorum infidelium manibus eripuerunt, ac ad Chriſtianam religionem reduci curarunt, & quæ voſmet ipſi tam feruenti animo hac tempeſtate noſtra, prout toti orbi notiſſimum eſt, aduerſus Saracenos regni Granatæ, qui per tam longa tempora regnis veſtris & progenitorum veſtrorum, quibus finitimi erant, infeſti fuerunt, quos tandem diuino auxilio vobis ſubdidiſtis, digne & laudabiliter effeciſtis, ac ſperantes quod etiam item breui tempore pro veſtra ſingulari deuotione, virtute, ac potentia & magnitudine regia ad honorem Dei & nominis Chriſtiani propagationem, adeo ſus dictam Africam efficietis, & nomen ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti inibi inducetis & ſeminabitis, ac propterea non immerito prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, qui Regibus præfatis ius prouinciam huiuſmodi ſuſcipiendi, vt præfertur, conceſſerunt, veſtigijs inhærentes, voſque, hæredes, & ſucceſſores veſtros, vt tanti negotij prouinciam etiam eo libentius & promptius aſſumatis, fauoribus gratioſis proſequi volentes, motu proprio, non ad veſtram vel alterius pro vobis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam; ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia;

Ius expugnandæ Africæ ijs datum a ſede Apoſt.

ac

ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vos, qui etiam Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, & eiuſdem Granatæ, ac aliorum quamplurium regnorum & dominiorum Reges & principes magnanimi & potentiſſimi eſtis, heredeſque ac ſucceſſores præfatos, quos veſtigia veſtra imitaturos, & ſedi Apoſtolicæ deuotiſſimos futuros non dubitamus, auctoritate omnipotentis Dei nobis in B. Petro conceſſa, de ipſa Africa omnibuſque regnis, terris, & dominijs illius ſine alicuius Chriſtiani principis præiudicio, auctoritate apoſtolica tenore præſentium de nouo potiori pro cautela plene inueſtimus, illaque vobis heredibuſque, & ſucceſſoribus præfatis auctoritate vicariatus ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti, qua fungimur in terris per vos, heredeſque, & ſucceſſores præfatos, ſi illa acquiſiueritis, vt ſperamus, in perpetuum tenenda, regenda, & gubernanda, & ad illis libere dominandum, prout alia regna, terras, & dominia veſtra tenetis, regitis, & gubernatis, libere donamus, concedimus, & aſſignamus. voſque ac etiam heredes & ſucceſſores præfatos Regis titulo, prout ipſa Africa & alia ipſius dominia ſub Regis nomine & titulo tenentur, decoramus, & inſignimus maieſtates veſtras, chariſſime fili & chariſsima in Chriſto filia, nec non heredes & ſucceſſores veſtros præfatos per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, & per ſacri lauacri ſuſceptionem requirentes, & plurimum hortantes in Domino vt, ſi ipſam Africam, vel aliquam eius partem Domino concedente acquiſiueritis, omni ſtudio & diligentia, prout catholicos Reges & principes decet, efficere ſtudeatis, quod inibi nomen ipſius Saluatoris noſtri colatur, & fides catholica exaltetur & amplietur, vt exinde præter æternæ retributionis præmium, noſtram & dictæ ſedis benedictionem & gratiam vberius conſequi mereamini. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCIV. *id. februarij pontificatus noſtri anno* III.

Iterum confirmatum ab Alexandro.

Africæ Regum titulus ſi eam expugnarint attributus.

Addita lex vt nomen Chriſti inferant Africæ.

37 Inſtruxerunt itaque claſſem ijdem Reges aduerſum Afros, vt Chriſti imperium latius proferrent, ad quod bellum ſacrum promouendum Alexander adhortatus eſt Hiſpanos a, vt opes vireſque in conficiendam expeditionem conferrent, atque indulgentiarum præmia militibus propoſuit, tum populos proceresque concordiam colere iuſſit.

a *Lib. 7. bulla. ſecr pag. 89.*

Ad futuram rei memoriam.

Chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus *Rex*, & chariſsima in Chriſto filia noſtra Eliſabeth Regina Caſtellæ & Legionis illuſtres, qui per longa tempora aduerſus Agarenos regni Granatæ, quod tam longo tempore in faucibus eorumdem Caſtellæ & Legionis regnorum non ſine magna Chriſtianæ reipublicæ ignominia, ac regnorum eorundem iactura & detrimento occupatum detinuerant, non ſine maximis laboribus periculis & impenſis, ac Chriſtiani ſanguinis effuſione ſine vlla intermiſſione pugnando, tandem diuina fauente gratia regnum ipſum Granatæ ab ipſorum Saracenorum manibus & tyrannide cum maxima Chriſtiani nominis gloria, & catholicæ fidei exaltatione, ac regnorum eorundem quiete recuperarunt, decreuerint ex eorum pia & innata in Chriſtianam religionem deuotione etiam aduerſus Africam, illiuſque expugnationem bellum mouere, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod auxiliante Altiſſimo exinde victoriam & expugnationem conſequentur, cum infidelium partium illarum ſaltem

Africam Chriſto ſubijcere meditati Hiſpaniæ Reges.

pro aliqua parte ad fidem catholicam conuerſione. Nos attendentes quod ad ipſius Africæ expugnationem, & tantam fidei præfatæ exaltationem Regis & Reginæ prædictorum, qui in proſequutione dicti belli regni Granatæ intolerabiles impenſas ſubierunt, facultates non ſuppetant, ſed expedit tam ab Hiſpania, quæ potentiſſima fortiſſima & deuotiſſime eſt, quam ab aliarum nationum fidelibus propugnatores & bellatores, aliaque auxilia exquirere, & opus ipſum pium & plurimum meritorium ipſique Deo gratum & acceptum arbitrantes, vt *Rex* & *Regina*, qui iam claſſem non paruam pro huiuſmodi ſancta expeditione parare cœperunt Deo fauente eorum pium & laudabile propoſitum huiuſmodi ad effectum perducere valeant, Chriſti fidelium conuocato auxilio, quantum in nobis eſt, operari volentes, auctoritate omnipotentis Dei, cuius vices, quamuis immeriti, gerimus in terris, hortamur, requirimus, & monemus vniuerſos Chriſti fideles, præſertim nationis Hiſpaniæ, vt eiſdem Regi & Reginæ ad expugnationem huiuſmodi, ac fidei præfatæ exaltationem cum bonis & perſonis ſuis pro ſua poſſibilitate viriliter & indeſinenter aſsiſtant, illius exemplo, qui pro nobis mortem non abnuit, tollant in cordibus ſuis crucem ſuam, & illi ex eiſdem fidelibus, qui ad hoc idonei ſunt dictos Regem & *Reginam*, immo verius ſaluatorem noſtrum præfatum ſequantur, & pro illius nominis gloria, & infidelium prædictorum fidei hoſtium expugnatione, mortis periculo ſe exponere non formident, memores verbi eius, qui dixit: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*; pariter & confidentes in eo, qui dixit: *Ecce vobiſcum ſum vſque in conſummationem ſæculi*; qui vna nocte per angelum ſuum centum octoginta quinq; millia hominum ex exercitu Sennacherib interemit, & qui alias Eccleſiam ſuam in magnis periculis non dereliquit, neque permiſit inimicos eius de eorum impietate gloriari pro illius nominis gloria, & eorumdem infidelium expugnatione mortis periculis ſe exponere iuxta ipſorum *Regis* & *Reginæ* ordinationem non formident, recepturi exinde præmia felicitatis æternæ.

Claſſis inſtrui cœpta.

Moniti Hiſpani vt Regibus auxilium præbeant.

38 Et vt fideles ipſi eiſdem *Regi* & *Reginæ* in proſecutione tam ſancti operis eo promptius aſsiſtere, & eis poſsibiliora auxilia exhibere ſtudeant, quo exinde maiora animarum ſuarum commoda cognouerint adipiſci, & eis pro tam ſalubri bono portas paradiſi ad æternam gloriam cum ſanctis Apoſtolis & glorioſis martyribus reſerari vniuerſis fidelibus eiſdem, qui ad bellandum contra eoſdem infideles pro conſecutione dictæ Africæ, cum eorundem Regis & Reginæ exercitu in perſonis proprijs ſe contulerint, & per tempus, quod theſaurarij prouentuum huius ſanctæ expeditionis, qui pro tempore fuerint deputati, ordinauerint in illis permanſerint, confiſi de ipſius omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate, ac verbi eius, qui eſt via, veritas, & vita, ac nobis, qui in perſonam eiuſdem B. Petri, qui auctoritate, licet non paribus meritis, ſucceſſores ſumus, dixit: *Quodcumque ligaueris ſuper terram ligatum erit & in cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram ſolutum erit & in cælis*; & etiam de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine nobis cœlitus tradita, plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſsionem & indulgentiam, qualis per prædeceſſores noſtros dari conſueuit proficiſcentibus in ſubſidium terræ ſanctæ, & qualis in

Propoſita immortalitas fœlix armа pro Chriſto Africæ illaturis.

anno ſubiici per eoſdem prædeceſſores conceſſa exititie; concedimus pariter & donamus, ac eorundem, quos in hanc ſanctam expeditionem proficiſci contingeт, animas ſanctorum angelorum conſortio in cœleſtibus & æterna felicitate manſuras perpetuo decernimus collocandas. *Dat. Romæ apud S. Petrum MCCCCXCIV. pridie idus nouembris pontificatus noſtri anno III.*

a Sur. c. 39 & Maria. l. 26. c. 6.

39 Interea concertatum eſt a inter Caſtellanum ac Luſitanum *Regem* de Africa Chriſtianis armis debellanda; Ferdinandus enim eam ob cauſam ab Alexandro popoſcit, vt militiarum religioſarum magiſtratus cum ampliſſimis vectigalibus, nec non decumarum ſacerdotalium tertiæ ſibi traderentur: aſpirauit ad eandem gloriam debellandæ Africæ Luſitanus, ac Phutenſe regnum (Fez vulgo vocant) iam a Pio II. Luſitanis Regibus addictum obiecit. Sic itaque Luſitani, cui aſſertum ius in Phutenſe regnum, alteriuſue Chriſtiani principis detrimento datum b Caſtellano eſt, vt Algerij, Bugcæ, & Tuneti regna armis ſibi ſubijceret, ac veluti ordinum equeſtrium princeps vectigalibus eorundem magiſtris attributis, dum in barbaros bellum ſacrum gereret, potiretur. Quod vero ad tertias attinet, extant de ijs Alexandri literæ, quibus ea Ferdinando ſunt attributæ, vt Granatenſis regni arces aduerſus Maurorum impetus communiret.

Quæ Africa regna Ferdinando data vt ea expugnaret
b Lib 3. bul. pag. 203.

40 Hoc anno miſſum ab Alexandro in Hungariam Vrſum Vrſinum legatum, vt propoſita ampliſſima noxarum venia Hungaros concitaret in Turcas, tum Beatricem Reginam Matthiæ olim Regis vxorem Vuladiſlao Bohemiæ Pannoniæque Regi conciliaret, refert Bonfinius c; ſed flectere Vuladiſlaum ob eiuſdem Beatricis ſterilitatis vitium non potuiſſe, profitentem ipſam ſe non coniugis, ſed ſororis loco laute honorificeque habiturum: itaque cum rediret infecta re apud Villacum in Noricis extremum diem obijſſe: ſuſceptum vero extremo anno ab Hungaris bellum Paulo Kiniſio duce ad eluendam ignominiam, cladem que antea acceptam a Turcis: contracto itaque decem millium equitum exercitu infra Sinderouiam per concretum alta glacie Danubi in in Myſiam irrupiſſe, arceſque duas, in quibus Alibechi theſauri, direptæque Chriſtiana opes aſſeruabantur, improuiſo aduentu ſummaque vi expugnaſſe, ſuoſque effecta late vaſtitate onuſtos præda incolumes reduxiſſe, actaſque ab Vuladiſlao *Rege* de parta victoria Deo gratias. Subornare tum auro Turca anniſus eſt regalis Albæ præſidiarios milites, pateſactaque coniuratione, idem Kiniſius inaudito crudeliſſimoque ſupplicij genere ſcelus vltus eſt, ſiquidem conie-ctis omnibus reis in teterrimum carcerem ſingulis diebus proditorem Chriſtiani nominis vnum eductum, transfixum veru aſſatumque ſocijs flagitij deuorandum expoſuit, vltimum vero fame confecit: quæ barbaries vt omnino a Chriſtiana manſuetudine abhorrens deteſtanda.

c Bonfin. dec. 5 l. 3. Vrſi epiſc. Tranẽſis legati obitus.
Vngarorum in Turcas excurſio fœlix.
Immane vindictæ genus ſũptum de proditoribus.

41 Confirmata eodem anno eſt ab Alexandro d militia S. Georgij a Friderico Imperatore condita contra Turcarum graſſationes, auctaque a Maximiliano, quorum equitum illud fuit inſtitutum, vt in arce muniriſſima haberent duo vel tria bellatorum millia armis egregie inſtructa, atque ad quotidianas eruptiones in Turcas expedita, vt barbarorum, qui ex agris ruſticanos homines in ſeruitutem abducebant, excurſiones cohiberent: ijs autem, qui equeſtri illi ordini nomen darent, aut etiam ſubſidiariam ſtipem conferrent, ſacræ indulgentiæ propoſitæ ſunt: imperatæ vero ſocere equitibus nonnullæ precum formulæ, quas pro Pontifice, pro Cæſare, pro ſodalibus viuis atque defunctis funderent: conſtituta etiam ſtipendia pro ijs, qui in bello membris debilitarentur. Conſignatum eſt diploma hac temporis nota. *Datum Romæ apud S. Petrum anno MCCCCXCIV. idib. aprilis pontificatus noſtri anno II.*

d Lib. bull. 11 pag. 162. Militia S. Georgij confirmata.
Quod ſit illius inſtitutum.

42 Hoc denique anno Bernardinus Feltreoſis a ordinis Minorum vitæ ſanctimonia & doctrina conſpicuus, cuius opera Pontifices in informandis ad pietatem populis vſi ſunt, Ticini vitam feliciter clauſit: vbi ipſius memoria colitur, cuius corpus decimo ſexto menſe refoſſum omnis corruptionis, vel leuiſſimæ labis immune repertum eſt, immo & centeſimo ſupra quartum poſt anno editum a Ticinenſibus publicum decretum, illud perſtitiſſe integrum & incorruptum, oſtendit b. *Recenſet* inter alios præcipua eius geſta, ac patrata ipſius precibus diuinitus miracula Lucas Vvaddinghus. Meminit c de eo Petrus Delphinus, vtpote de viro ſanctitatis opinione ſpectatiſſimo in literis ad Petrum Barrocium epiſcopum Patauinum amicitia vtrique coniunctiſſimum datis: *Probo*, inquit, *quod Bernardini Feltrenſis optimi noſtra ætate viri miracula memoriæ commendanda ſuſceperis. Satisfeceris ipſe plurimis illius ſtudioſis, & animo retuleris gratiam vel defuncto.*

B. Bern. Feltr. corpus corruptionis immune.
a Coron. Min. Sep. Breuiar. l. 3 c. 2. hiſt. Papien. Ferrar. in nouo Catal. 29 Septem. Vvadding. in ann. ib. to. 7. ann. 1494 n 5. vſq. ad 90. b Ib n 8 1. c Pet. Delph l. 4. ep. 9.

IESV CHRISTI

Annus 1495.

ALEXANDRI PP. VI. annus 3. MAXIMILIANI ROMANOR. REG. annus 2.

1 DEpulſus eſt anno a Deiparæ partu nonageſimo quinto ſupra milleſimum quadringenteſimum indictione decimatertia cœleſti ira vindice, ſoloque Gallorum aduentus terrore Alfonſus Neapolitano ſolio, quod cæſorum procerum ſanguine, ſpolijſque innocentium firmare anniſus erat, moxque Carolus, qui potitus Neapoli iam ſuſcepta de Turcico bello conſilia dimiſiſſe videbatur, magnis repente periculis aditis partum regnum eadem facilitate, qua ſubegerat, dimiſit: quæ vti contigerint narrare aggredimur. Ineunte hoc anno eodem *Rege* in ædibus S. Marci commorante d, eiuſque metu Alexandro in mole Hadriana ſe continente vna cum Cardinalibus e Neapolitano, S. Anaſtaſiæ, Montis regalis, Vrſino, Alexandrino, & Valentino, agitatum eſt ab alijs Cardinalibus anceps conſilium de inſtituendo iudiciorum ordine aduerſus Alexandrum, qui ſimoniaco ſcelere pontificatum inuaſiſſe diceretur, vitamque inſignibus flagitijs maculaſſe. Aduerſariorum principes erant, Aſcanius Sfortia, qui in diuendiri ſuffragij præmium illius ædes, ſupellectilem lectiſſimam, auri vim ingentem, & viceçancellariatus, quod vocant, munus retuliſſe f accuſabatur, Iulianus Cardinalis S. Petri ad vincula & Gurcenſis, qui Alexandrum in crimen facti cum Turca fœderis vocauerat g Alexandri vero res in ijs anguſtijs fuere, vt bis tormenta bellica ad quaſſandam Hadrianam molem adducta ſcribat Comineus h, totieſque reducta: iactabant aduerſarij, antemurale arcis pontificiæ diuinitus labem ſponte feciſſe, vt de ſimoniaco Pontifice pœna a ſacra Eccleſia ſumerentur.

d Burchar. mſ arch. Vat. ſign. n 104 l 2. e Comin. l. 7. c. 12.
Motæ de Alexandri pontificatu lites.
f Id. ibid. Infiſſ. in ſ. arc. Vat. ſign n. 112 & alij. g Burch. mſ. arc Vat. ſign n 104 lib. 2.
De mole Adriana expugnãda agitata conſilia.
h Comin. ſup. c. 8.

Verum

2 Verum prudens ſaluteque a Carolo captum eſt id conſilium, vt vna cum alijs Chriſtifidelibus morbidum potius Eccleſiæ caput tolleraret, quam ſi cum Eccleſiæ diſcrimine amputare niteretur, inconſultiſque factioſis Cardinalibus, qui graues inde iras concepere a, fœdus pepigit pontificiæ maieſtati iniquum, vt obſeruat Comineus b, quippe Carolus quatuor arces, nimirum Terracinam, Ciuitatem veterem, Viterbium, Spoletumque extorquebat, a Gallis retinendas, donec ipſe Neapoli abſceſſiſſet, cuius vis atq; iniuriæ Alexandro illatæ cauſa ſociale fœdus ad infringendam Gallicam potentiam initum ſit, memorat idem auctor c. Aliæ pactiones fuere, vt Cardinales, cum quibus inimicitiam cœperat, in gratiam admitteret, Zizimum ſultanum ipſi traderet, cum diadema Neapolitanum, adiecta formula ſine alterius damno, conferret, quas leges refert Burchardus hiſce verbis d: *Dominica XI. ianuarij concluſum fuit & deliberatum inter ſanctiſſimum dominum noſtrum & illuſtriſſimum dominum Philippum de Breſach auunculum Regis Franciæ locumtenentem eiuſdem Regis per S. D. N. aſſignare debet Gem ſultanum fratrem magni Turcæ ad ſex menſes Regi Franciæ, qui ex nunc ſoluere deberet Papæ 20000. ducatos, & dare cautionem mercatorum Florentinorum, & Venetorum de reſtituendo Gem ſultano ipſi Papæ elapſis dictis ſex menſibus ſine mora, item coronare Regem Franciæ Regem Neapolis ſine alterius præiudicio, & facere ſecuros Cardinales S. Petri ad vincula, Gurcenſem, & Columnam, & Sabellum.* Et infra: *Sed Cardinales S. Petri ad vincula & Gurcenſis intellecta concluſione ſine eis facta conqueſti ſunt Regi de pactis ipſis per eum non ſeruatis, cum ipſis promiſiſſet per coronam regiam ſine eorum ſcitu & voluntate cum Pontifice non velle concordare, vel aliquid concludere, & hoc medio concluſionem huiuſmodi impedinerunt.*

Vitium eſt tolerandum potius Alexandri, ne ſchiſma fieret. a Com. l. 7. cap. 15. & Burchard. vbi ſup. Initum cum eo fœdus. b Id. ibid. c Ibid. Quæ pactiones firmatæ. d Burchar. l. 2. pag. 9.

3 Compoſuere poſtea hi Cardinales ſuas lites cum Alexandro antea contractas, inque eius gratiam reſtitui fuerunt. Pontifex autem in regiam Vaticanam rediit, ſolemnique ritu Francorum Regem excepit, atque eius rogatu Gulielmum Briſſonetum epiſcopum Maclouienſem, e cuius conſilijs Rex ipſe pendebat e, ſacra purpura inſigniuit. Quo vero cultu Alexandrum Rex proſecutus ſit, ita deſcribit Burchardus f: *Feria ſexta XVI. menſis ianuarij circa horam XX. Papa portatus fuit per deambulatorium diſcoopertum in rocchetto & capucino cruce præcedente, quam portauit dominus Raphael diaconus cappellæ, cum nullus adeſſet ſubdiaconus apoſtolicus, de caſtro ad palatium prædictum. Rex aduentum Papæ intelligens occurrit et vſque circa finem ſecundi horti ſecreti, de quo ad dictum deambulatorium aſcendit: Cardinales ſecuti ſunt Regem, qui tunc cum eo præſentes erant & ipſi Papam expectantes, Papa cum eſſet in plano horti prædicti præceſſerunt Cardinales Regem vſque ad Pontificem. Rex viſo Pontifice ad ſpatium duarum cannarum genuflexit bis ſucceſſiue competenti diſtantia, quod Papa finxit ſe non videre, ſed cum Rex pro tertia genuflexione facienda appropinquaret, Papa depoſuit biretum ſuum, & occurrit Regi ad tertiam genuflexionem, ac eum tenuit ne genuflecteret, & deoſculatus eſt eum, ambo detectis capitibus erant. Sicque Rex nec pedem nec manum Papæ deoſculatus eſt, Papa noluit reponere biretum ſuum, niſi prius Rex ſe tegeret, tandem ſimul capita cooperuerunt, Pontifice manum bireto Regis, vt cooperiretur, apponente.* Defecit ea in re Alexander a maiorum exemplis, qui ſibi hunc honorem velut Chriſti vices in terris gerentibus exhiberi paſſi ſunt: ſed grauior illum vrgebat metus, vt Gallo Regi, quem vt hoſtem formidabat, abblandiretur. *Rex quam primum a Pontifice, vt præmittitur, receptus fuit, rogauit Papam vellet pronuntiare Cardinalem epiſcopum Maclouienſem conſiliarium ſuum, quod Papa dixit ſe facturum, mandans mihi, quod ad effectum huiuſmodi reperirem cappam vnam cardinalarem & capellum.* Et infra: *Poſita fuit ſedes Papæ cameralis ante dextram ſuam, in qua ſedit Rex retro ſedem Papæ, & retro ſedem Regis & ante in modum coronæ poſita ſcabella pro Cardinalibus, in quibus ſederunt Cardinales. Papa noluit ſedere, niſi prius ſederet Rex, quem manu coegit prius ſedere. Deinde ſedit reuerendiſſimus dominus Cardinalis Neapolitanus, & ſedit ad dexteram Papæ iuxta murum in ſcabello, prout ſedere ſolet diaconus Cardinalis a dextris in capella Papæ exiſtens, alij Cardinales poſt eum ordine conſiſtoriali, ſeu potius ante eum: ſicque Rex non ſedit recta linea inter Cardinales, ſed ante eos, ſeu in medio eorum. Omnibus ſic ſedentibus Papa dixit nuper ſe vota omnium Cardinalium habuiſſe pro creatione R. D. epiſcopi Maclouienſis in S. R. E. Cardinalem, quem maieſtas Regis ibidem præſens inſtanter fieri ſupplicauerat, & ipſe facere paratus erat ipſis Cardinalibus complacentiam. Reſpondit reuerendiſſimus dominus Cardinalis Neapolitanus, & poſt eum alij in eandem ſententiam, quod non ſolum id ipſis placeret, ſed fieri ſupplicarent pro Regis honore & voluntate, tunc vocatus per me prædictus dominus Maclouienſis depoſitis ſibi mantello & capucino de ciambelloto nigro, & bireto nigro, induit ipſum cappa Cardinalis Valentinus, in qua coram Papa genuflexit, qui detecto capite ex ceremoniali pronuntiauit ipſum Cardinalem per verba: Auctoritate omnipotentis Dei, &c. & eccleſiam Maclouienſem ac omnia & ſingula monaſteria, & beneficia eccleſiaſtica, quæ prius in titulum & commendam obtinebat, ſibi commendauit. Maclouienſis oſculatus eſt pedem manumque Papæ, & a Pontifice eleuatus ad oris oſculum eſt receptus. Tunc iterum genuflexit, & Papa impoſuit capiti ſuo capellum rubeum verbis in ceremoniali poſitis. Quo facto Maclouienſis egit gratias Pontifici, qui dixit Regi agendas eſſe: coram quo Rege ipſe Maclouienſis genuflexus memor nouæ dignitatis adeptæ & epiſcopalis, egit ei gratias. Sic flexus ſurrexit, & a ſingulis Cardinalibus ad oris oſculum receptus eſt.* Cœnomanenſis etiam præſul Luxemburgenſium principum ſtirpe ortus Cardinalium poſtea cœtui aſcriptus, ac titulo SS. Marcellini & Petri inſignitus a eſt. Carthaginenſis b vero Cardinalis titulo S. Crucis eſt donatus, cum in Hiſpania alter illius tituli Cardinalis Toletanus nuncupatus obijſſet c. Paucis autem ante diebus Francorum Rex Alexandro, vt Chriſti vicario obedientiam detulit ſolemni ritu, quem accurate deſcribit Burchardus, additque Regem Francorum ab Alexandro Eccleſiæ filium primogenitum ſæpius appellatum.

Cardinales cum Alex ſuas lites componunt. e Burchar. lib. 2. f Com. l. 4. Gallor. Rex vetere ritu Alex. colit. Rogatus Alex. vt Maclouienſ. epiſ. Cardinalem creet. Quo ritu ille cardinalitia dignitate ornatus ſit. a Burchar. vbi ſup. Comin. l. 7. cap. 12. b Burch. ib. pag. 14. c Id. ibid. pag. 20.

4 *Feria*, inquit, *ſecunda XIX. ianuarij Rege veniente Papa dimiſſa mithra plana aſſumpſit pretioſam. Rex fecit debitas reuerentias in terra primum in introitu conſiſtorij, ſecundam in plano ante ſolium Papæ, tertiam in ſolio ante Papam, vbi genuflexus pedem, deinde manum Papæ oſculatus fuit, quem Papa celerans ad oris oſculum recepit ante eius aſcenſum ad ſolium. Aſcenderunt ſucceſſiue Alexandrinus & Carthaginenſis Cardinales, & Papæ ſolitam reuerentiam fecerunt ibidem permanentes, Rege ad ſiniſtram Pontificis ſtante. Commemoraui ſibi quod verba obedientiæ proferret, reſpondit ſtatim ſe id facturum.*

Præſidis Pariſien. oratio ad Alex.

Interim D. Ioannes Rouam primus præſidens parlamenti Pariſienſis coram Pontifice venit, & genuflexus expoſuit, Regem ad præſtandam obedientiam ſanctitati ſuæ perſonaliter aduenisse, velle tamen prius tres gratias a ſanctitate ſua petere; conſuetum enim id eſſe vaſſallis ante obedientiæ præſtationem ſiue homagij: petebat propterea primo omnia priuilegia Christianiſſimo Regi, eiuſque coniugi, & primogenito conceſſa,

Petita cõfirmatio priuileg. Regis Franc. Poſtulatũ ius ſiduciariũ regni Neap. Reſponſum Alexandri.

& omnia in quodam libro, cuius titulum ſpecificabat, contenta firmari: ſecundo ipſum Regem de regno Neapolitano inueſtiri: tertio articulum de dando fideiuſſores ſuper reſtitutione fratris magni Turcæ inter alios heri ſtipulatum caſſari & aboleri. Pontifex reſpondit ad primum ſe confirmare huiuſmodi primo petita quatenus eſſent in vſu. Ad ſecundum quod ageretur de præiudicio tertij, propterea oportere cum conſilio Cardinalium ſuper hoc maturius deliberare, cum quibus conueri vellet pro poſſe ſuo Regi complacere. Ad tertium velle etiam cum ipſo Rege concordare conſentiente ſacro Cardinalium collegio, non dubitans eos omnino futuros concordes. Qua reſponſione ſic, vt præmittitur, per Pontificem data, Rex ſtans ad ſiniſtram Papæ protulit verba huiuſmodi ſententiæ: Sanctiſſime pater acceſſi ad præſtandam obedientiam

Præſtitũ a Rege obſequiũ Alexandro.

deferendumque honorem tuæ beatitudini, quo more prædeceſſores mei Franciæ Reges præſtare conſueuerunt: quibus dictis prædictus præſidens adhuc genuflexus ſurrexit, & ſtans coram Pontifice verba Regis huiuſmodi latius extendit in hanc ſententiam. Beatiſſime pater.

Habita ab euſdẽ interprete oratio.

Conſueuerunt principes, & præſertim Francorum Reges Christianiſſimi per ſuos oratores ſedem apoſtolicam & illa pro tempore ſedentes venerari: Christianiſſimus vero Rex Apoſtolorum limina viſitaturus id non per oratores & legatos ſuos facere, ſed in perſona propria, deuotionem ſuam oſtendere volens, ſtatuit obſeruare. Te igitur, pater beatiſſime, Christi verum vicarium Apoſtoli Petri ſucceſſorem fatetur & recognoſcit, illique filialem & debitam reuerentiam, quam prædeceſſores ſui Francorum Reges ſummis Pontificibus facere conſueuerunt, vobis præſtat, & omnia ſua ſanctitati veſtræ & huic ſanctæ ſedi offert. Papa ſedens, & ſiniſtra ſua manum Regis dextram tenens reſpondit breuiſſime, & conuenienter propoſitis, Regem ipſum in ſua reſponſione huiuſmodi primogenitum filium ſuum appellans.

5 Subdit auctor a die proximo SS. Fabiano & Sebaſtiano martyribus ſacro peractam magna pompa ab Alexandro rem diuinam, id pie expetente Rege, qui Pontificis ſacrificantis manibus aquam affuderit. Quis non ſuſpiciat potentiſſimũ Regem Pontifici infenſo tot officia adeo demiſſe præſtitiſſe ſola religione compulſum, vt quodammodo vmbram Petri prodigia edidiſſe fateatur? Vigeſima octaua ianuarij die Zizimus ſultanus Francorum Regi traditus eſt, cum illius opera ad Turcas ciuili implicandos bello, Europaque eijciendos vſurum præ ſe ferret, dieque inſequenti ex vrbe diſceſſit, equitante e ſiniſtro latere Cardinale Valentino, quem honeſta legationis quadrimeſtris in Neapolitano regno gerendæ ſpecie obſidem acceperat. Gallici vero exercitus prima acies iam liliata ſigna Neapolitano regno intulerat, primoque impetu ſuſis fugatiſque iis, qui ad tuendos S. Germani aditus accincti erant, prona omnia ad deditionem repererat, adeo vt Alfonſus non de pugna, ſed fuga cogitaret b, præceps autem adeo extitit eius fuga, vt quo die Francorum Rex Roma exceſſit, percrebuiſſe referat Burchardus, Alfonſum Neapolitanum Regem mari fugam cœpiſſe: *XXIX. ianuarij*, inquit, & infra, *nunciatum fuit Pontifici receſſiſſe e Neapoli*, nempe Alfonſum, *cum magno theſauro in quatuor galeis itaras ad Siciliam & Hiſpaniam pro gentibus contra Regem Franciæ conducendis.* Ita exiſtimatione hominum ferebatur, nonnullique etiam ſuſpicati ſunt a, Turcas auxiliares euocaturum in Francos, cum ſuis diffideret, quibus ſe innixum eſſe dolebat: verum tanto flagitio abſtinuit, regalemque faſtum conculcare, ſeque religioſæ vitæ addicere maluit, vt diuinam molliret iram, quam in ſe experatam ſentiebat, atq; in filium Ferdinandum, mox atque Roma reuerſus eſt, regnum tranſtulit, vt inuidiam, qua premebatur, a ſe remoueret, cuius rei famam ſumma celeritate, exeunte ianuario Romam ipſum peruaſiſſe refert Burchardus.

a Id. ibid. pag 37.

Ziʒimus Gallo Regi traditus.

Gallorũ in regn. Neap. irruptio Alphonſi exercitus profligatus.

a Burc. vbi ſup. Schaſt. Branc. m. ſ. arc. Vat. ſig. n. 111. Comin. l. 7 c. 13. Ferron l. 1. Surit. to. 5 l. 1. & alij.

Turpiſſima eiuſdem fuga a Comin.

Religioſæ vitæ ſe addicit ad expianda ſcelera.

6 *Nunciatum eſt Pontifici Ferdinandum ducem Calabriæ Neapolitanum Regem eſſe aſſumptum ex ceſſione Alphonſi patris, ipſumque Ferdinandum matrimonium cum illuſtriſſima domina Iſabella de Aragonia filia Regis Ferdinandi aui ſui defuncti mandato Alfonſi Regis patris ſui per verba de præſenti contraxiſſe, equitaſſe per Neapolim tanquam Regem, vaſſallos iuramentum fidelitatis ſibi præſtitiſſe, barones & nobiles incarceratos per auum & patrem ſuum relaxaſſe & liberaſſe, quoſdamque, qui cum Gallis ſe intelligebant, decapitaſſe. Item renuntiatum fuit Pontifici inhabitatores ciuitatis Terracinæ exportatis omnibus bonis dimiſſa ciuitate inde receſſiſſe, ac Regem Neapolitanum ipſam occupaſſe.* Paucis interiectis addit Burchardus Cardinalem Valentinum Franco Regi obſidem datum aufugiſſe.

Ferdinando filio relictum ab Alfonſo regnũ.

7 Recepto filio Alexander multa moliri cœpit b in Francorum Regem, qui progreſſus in Neapolitanum regnum pronos in obſequium populos, ipſique tamquam liberatori gratulantes Aquilanos obuios excepit. Capuani vigeſima prima februarij die nonnullis confectis pactionibus ſe dediderunt c. Venienti Auerſam Neapolitani ſe ſuaque detulere, ac demum in regiam vrbem maximis amoris officiorumque ſignificationibus admiſerunt, præcipuas tamen arces præſidiarijs copijs inſtructas tenuit Ferdinandus, vt narrat Burchardus d: *Die*, inquit, *vigeſimaquarto huius menſis*, nempe februarij, MCCCCXCV. *die dominica Rex Franciæ circa horam vigeſimam intrauit ciuitatem Neapolitanam, & hoſpitatus eſt in caſtro Capuana: omnia dictæ ciuitatis habuit in obedientia, exceptis caſtro S. Ermi, in quo erant gentes Regis Neapolitani, & caſtro nouo, in quo erat comes Piſcaria cum gentibus ſuis, & caſtro dell'oua, in quo erat Rex Ferdinandus in turre S. Vincentij.*

b Comin. l. 7. c. 13.

Neapolitani regni populi ſe Carolo dedunt.

c Burc. l. 2.

d Burc. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 104 lib. 2.

8 Conuerſum eſt repente omne Aprutium, ac vniuerſa Apulia, dempta Brunduſina arce, & omnis Calabria, exceptis pauciſſimis arcibus, in Francorum Regis fidem ac poteſtatem ſponte venerunt, adeo vt obuij trium itinerum interuallo, antequam Gallicus exercitus prodiret, munitionum præfecti, vrbiumque magiſtratus deditionis verba nuncuparint. De qua præcipiti Caroli Regis victoria hæc Petrus Delphinus ad Petrum Barrocium Patauinum epiſcopum ſcripſit: *Electi ſunt quatuor de primarijs ciuibus*, nempe Florentinis, *qui congratulatum eant Regi ob tam inſperatam, & præcipue incruentam victoriam. Arces tamen Neapolis, quæ munitiſſimæ eſſe dicuntur, nondum in ſuam ditionem redegit Gallus, neque facile expugnandæ creduntur, &c. Vale ex Fonte bono die XIV. martij* MCCCCXCV.

9 Victa eſt humana expectatio, ac præter opinionem munitiſſimæ arces Gallo Regi apertæ fuere ſingulari diuinæ prouidentiæ arcano iudicio,

vt

Digitized by Google

vt memorat idem Petrus Delphinus in literis ad Marianum Camaldulenſem miſſis a. *Gallorum Rex multa & magna breui confecit. A Domino factum eſt illud & eſt mirabile in oculis noſtris. De ipſo enim per quendam virum Dei Amaſiæ Regi Iuda dictum fuiſſe legimus: Si putas in robore exercitus bella conſiſtere, ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus: Dei eſt enim & adiuuare & in fugam conuertere. Rariſſimum ſane exemplum, vt quis regnum adipiſcatur alterius ſine vlla fere ſanguinis effuſione. Vale ex Fonte bono die XXI. martij MCCCCXCV.*

a Petr. Delph. l. 4. ep. 28.

10 Septima b martij die Neapolitana arx Gallo Regi pactione militari tradita, ac decimaquinta b caſtrum Oui muniriſſimum ei deditum, aufugiente in Æoariam inſulam Ferdinando Rege, ac paolo poſt tradita arx Caietana a præſidiarijs auro victis. Quibus victorijs cumulatus Francorum Rex cum ad reliquas arces Brunduſinam nimirum, Mantiam, Turpiam, Rhegium excurrere, necnon Ænariæ Ferdinandum pellere debuiſſet, vt ijs in ſuam poteſtatem redactis votum de reſtituenda orienti religione nuncupatum perſolueret, in quo quidem gloriæ & laborum ſocios alios Reges habiturus erat, iuuenili leuitate ad agendas fabulas ſe conuertit, vt narrat Burchardus d: *XV.*, inquit, *martij dominica 3. quadrageſimæ caſtrum Oui Neapolitanum Regi Franciæ ſe ſubmiſit, & facta ſunt coram ipſo Rege per ſuos tragœdia ſiue comœdia de Papa, Romanorum & Hiſpaniarum Regibus, ac Venetiarum & Mediolani ducibus liga & confœderatione ſimul colluſoriæ & more Gallico deriſoriæ.* Nec minus ab eo Galliſque Chriſtianæ rei illuſum eſt, cum garrirent ex Neapolitano regno in Græciam contra Turcas crucis ſigna illaturos, fictaque prodigia de ſepulchro dominico Gallicis armis recuperando ſpargerent, quæ narrat Burchardus: *Romæ*, inquit, *fama ſtatim*, nimirum poſt deditam Capuam, *fuit Regem ipſum in camera quietis ſuæ in nocte in dicta ciuitate horribilem vocem bina vice audiuiſſe, capſam vnam de illis, quas in camera ſua habebat, ex ſe ipſa apertam fuiſſe, & vexillum quoddam in ea exiſtens ſe erexiſſe Regi propterea incurriſſe ad regnum ſuum non reuerſurum niſi rehabita terra ſancta & ſepulchro Domini.* Iactabantur hæc ad deludendos fideles, qui amplificatam Chriſti religionem cupiebant, ne Gallicis armis ſine impietatis nota ſe opponerent, qua arte nonnullos Gallos Reges magno conſcientiæ rerumque ſuarum damno vſos, increpitoſque a Romanis Pontificibus, ac Deum in eos exemplum edidiſſe vidimus ſupra.

b Burchar. ſup. l. 2.
c Id. ibid.
Ferdinandi fuga in inſulã Ænariam
Omitt. Carolus reliquas regni arces expugnare.
Negligit expeditionem Turcicam
d Burchard. diar. l. 2.
Tempus erit in audiendis comœdijs.
Sparſæ a Gallis ſtultæ fabellæ de bello Turcis inferendo.

11 Hanc vero artem accuſat in Carolo Comineus e, politicumque hoc commentum vt peſſimum damnat, cum arcana cordis quamuis altiſſimis tenebris abdita, diuino oculo omnes animorum ſinus penetranti pateant, neque humano fuco æterna ſapientia deludi queat. Vti vero Galli ad religioſam in Turcas militiam ſe comparauerint perſtringit, dum ipſos ludis & commeſſationibus veluti votorum omnium compotes ſe dediſſe conqueritur f: Iactatæ porro ab ijs de Turcica tyrannide delenda voces rapidiſque victoriis peragrata Italia tantum terrorem Turcis intulerunt, vt nonnulli eorum profani ſacerdotes actum de Turcico imperio vaticinarentur, vt hiſce verbis refert Burchardus g: *Die XXIV. huius*, nempe februarij, *ex Conſtantinopoli ex iuridicis mercatoribus ſcriptum fuit, Turcas ibidem dictum Regem Franciæ multum timere, & duodecim Turcarum ſacerdotes fidem Chriſti prædicare.* Haberi aliqua apud Saracenos vaticinia de Mahometica ſuperſtitione aliquando a Chriſtianis exſcindenda ex Gregorij XI. literis vidimus a, quibus ait improbiſſimos homines tanquam aſinam Balaam prophetare poſſe, quamuis eos circa tempus aberraſſe compertum ſit. Præclare autem a Carolo Francorum Rege in Turcas rem geri, Græciam omnem ad Chriſtianum cultum reduci potuiſſe, refert Comineus b.

e Comin. l. 8. c. 12.
Politico dolo oſtẽtata ſpes reſtituendæ Græciæ religionis.
f Id. l. 7. c. 14.
g Burc. in ſ. arc. Vat. ſig. n. 104. lib. 2.
Formidatos a Turcis Gall. Rex.
a An. Chri. 1375. nu. 10.
Potuit Chriſti imperiũ proferre.
b Comin. l. 7. c. 14.

12 Perſtringunt præterea nonnulli Venetos Turcico corruptos auro operam dediſſe, vt veneno Zizimus necaretur; alij autem Alexandrum Pontificem carpunt c, qui Zizimum lento tabo infectum Gallo Regi tradiderit. Verum ipſum ex intemperantia lethalem morbũ contraxiſſe refert Burchardus d ſic inquiens: *Feria quarta XXV. menſis februarij prædictus Gem alias Zizimus, frater magni Turcæ, quinuper Regis Francorum per ſanctiſſimum dominum noſtrum ex pacto & conuentione inter eos ſtipulatis fuerat conſignatus, in ciuitate Neapolitana, & caſtro Capuano ex eſu ſiue potu naturæ ſuæ non conuenienti vita eſt functus, cuius cadauer deinde ad inſtantiam & preces magni Turcæ eidem magno Turcæ cum tota defuncti familia miſſum eſt, qui propterea dicitur magnam pecuniarum ſummam perſeluiſſe ſeu donaſſe, & familiam ipſam in gratiam recepiſſe.* Quamquam extincto Zizimo Baiazethes ingenti metu leuatus, haud tamen omnino liberatus erat, cum victoriæ Caroli per Apuliam Calabriamque crebreſcerent, illumque hortatore Alexandro Venetos interminatis minis compuliſſe, vt Neapolitanum regnum Alfonſo ac Ferdinando filio contra vim Gallicam aſſererent, tradit Comineus e, eaque de cauſa Venetias tranſmiſſum Turcicum oratorem.

c Ferron. l. 1. in Car. VIII.
d Burc. m. ſ. arc. Vat. ſig. n. 104. lib. 2.
Zizimi mors.
Veneti a Turca in Gallos excitati.
e Comin. l. 7. c. 15.

13 Confluxerant f etiam tunc Venetias, præter internuntium pontificium, Romanorum atque Hiſpaniarum Regum, tum Mediolanenſis ducis oratores pro ſociali fœdere in Gallum agitando, quippe hos principes variæ angebant curæ: Pontifex ditionis pontificiæ arces iniuria extortas a Carolo querebatur: Maximilianus Cæſarea iura in Etruria occupata affectarumque imperium; Hiſpaniarum Rex Siciliæ ac Sardiniæ inſulis male metuebat: Mediolanenſis principatum Mediolanenſem a duce Aurelianenſi, qui Aſtam tenebat, iure hereditario appeti pauebat. Cum vero Carolus promulgaſſet in Neapolitanum regnum ea potiſſimum de cauſa incurrere, vt e propinquo in Turcam copias mitteret, Veneti antequam in Gallum armorum fœdus inirent, illum de Turcica expeditione non verborum inanium iactantia, nil aliud quam Chriſtianorum orientalium ſtrages paritura, ſed re ipſa gerenda pertentarunt, ac Philippo g Comineo Gallico oratori propoſuerunt in fœdus Maximilianum Cæſarem ac Ferdinandum Hiſpaniarum Reges adductum iri, tum Italiam bellicos ſumptus ſuppeditaturam, diuiſa ex æquo in omnes oneris portione: Neapolitanam vero litem ita diremptum iri, vt aſſentiente Pontifice Alfonſus Ferdinandoſue annuum vectigal Gallo Regi penderet; illique fidem addiceret: præterea Gallus tres arces inſignes in eo regno retenturum, ex quibus bellum conficeret in Turcas, aliquæ vero Apuliæ vrbes traderentur Venetis, qui Gallo Regi ingentem vim auri ad faciendos in ſacram militiam ſumptus perſoluerent, tum centum triremes inſtructuros. Ingentia erant hæc promiſſa, quibus ſubuectus Francorum Rex Conſtantinopolitanum imperiũ, cuius hereditario iure ex deſpotæ Moreæ ceſſione parto potiri ſe

f Id. ibid.
Quibus de cauſis omnes principes in Gall. conſpirarunt.
g Id. ibid.
Quæ propoſita a Venetis ſubſidia pro recuperanda Græcia.

iacta-

iactabat perdomare, Chriſtoque ſubijcere potuiſſet; neque enim Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, alijque Reges in tam præclaro opere defuturi videbantur, doletque Comineus a pacta adeo honorifica vtiliaque a Carolo admiſſa tunc non fuiſſe.

a Ibid. Repudiata male a Carolo Venetorum pacta.

14 Cum itaque pateret a Gallo Turcicũ bellum negligi, atq; a Comineo quærerentur diffugia, obiecere illi Veneti, Carolum Regem Chriſtianæ reipublicæ fucum feciſſe, belliq; Turcici ſpecie Florentinorũ ac Pontificis inuaſiſſe vrbes; nec non Mediolanenſẽ principatum a duce Aurelianenſi affectari, nec pati velle, vt Italia inani de religione amplificanda figmento deluſa Gallicæ ſeruituti ſubijceretur; atque ideo fœdus in eum ſancitum eſt b Venetijs promulgatumque dominica palmarum; de quo hæc habet Burchardus c: *IV. aprilis nunciatum eſt in vrbe ligam inter ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam, ſereniſſimos Maximilianum Romanorum & Hiſpaniarum Reges, & Venetorum & Mediolani duces pro communi Chriſtianorum beneficio & cura, ac totius Italiæ quiete Venetijs concluſam eſſe & approbatam*: Addit Romæ duodecimo aprilis, & in eccleſia S. Petri eam armorum ſocietatem diuulgatam, honeſtatem vero triplici ſplendido velamine de Chriſtiano imperio aduerſus Turcicas irruptiones defendendo, vindicanda oppreſſa Italia, nec non mutua ope tuendis principatuum iuribus ſibi a Veneto duce ſignificatum tradit Cominæus d.

Detrahitur Carolo iactatæ religionis larua. b Eod. c. 15 Sabell. Guicciard lib. 2. c Burc. m. ſ. arc. Vat ſig. n. 104. Guic. l. 2. Fœdus armorum in eum ſancitum d Comin. l. 7 c. 13. Alex. l. 7. bull. ſecr. pag. 350.

15. Miſſus porro eſt ab Alexandro in Germaniam epiſcopus Concordienſis, vt Maximilianum in Carolum Francorum Regem concitaret, iuſſus conqueri expugnatum iniuria a Gallis Neapolitanum regnum: commonitum vt ſtaret iuri, ſententiamque pontificiam acciperet: propoſita fuiſſe pericula impendentia a Turcis, ſi Italiam bello ciuili implicaret; legatum iam ad ipſum Franciſcum Cardinalem S. Euſtachij, repulſumq; ac duas illum arces ditionis pontificiæ extorſiſſe; Zizimum in eius cuſtodia perijſſe: magno rei Chriſtianæ damno reuocatos ab Africano bello Hiſpaniæ Reges; recuperatam vero a Ferdinando Rege Neapolitani regni partem, ac ſi Germani accedant fœderi in Gallos ſancito, reſtitutis in priſtinum ſtatum rebus, Florentiſſimam expeditionem in Turcas inſtructum iri.

Venerabili fratri Leonello epiſcopo Concordienſi referendario noſtro domeſtico ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Maximilianum Romanorum Regem illuſtrem, ac vniuerſa & ſingula prouincias, terras & loca Germaniæ ſacro Romano imperio ſubiecta noſtro & Apoſtolicæ ſedis cum plena poteſtate legati de latere nuntio & oratori ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Licet poteſtatis plenitudo deſuper nobis conceſſa ſit, & vniuerſi gregis dominici diuina diſponente clementia curam habeamus, fines tamen humanæ poſſibilitatis excedere non valentes, conſiderantesque quod circa ſingula per noſmetipſos apoſtolicæ ſeruituris debitum abſoluere non poſſumus nonnunquam viros electos ſcientia & dignitate præditos ac virtute conſpicuos in ſolicitudinis partem aſſumimus, vt ipſi vices noſtras ſupplentibus miniſterium nobis commiſſum fauente pietate ſuperna facilius & ſalubrius exequamur. Sane conſiderantes quot & quanta claræ memoriæ Romanorum Imperatores ſemper Auguſti, præcipui huius ſanctiſsimæ ſedis aduocati & defenſores, cæterique inclytæ nationis Germanicæ principes, & ipſa denique tota germanica natio pro eorum ſumma bonitate, & ſingulari erga ſedem ipſam & Romanam eccleſiam deuotione aduerſus libertatis eccleſiaſticæ, & terrarum patrimonij B. Petri oppreſſores ſemper, dum opus fuit, etiam ſponte ſua nullis laboribus nullis periculis nulliſque expenſis parcendo effecerint; ac indubie ſperantes chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Maximilianum eorundem Romanorum Regem illuſtrem, aliosque ipſius Germanicæ nationis principes, ipſamque Germanicam nationem more progenitorum ſuorum longe maiora hac tempeſtate, vrgente præſertim tanta & tam euidenti, nedum Romanæ eccleſiæ adeo oppreſſæ, ſed totius reipublicæ Chriſtianæ neceſsitate cum omni feruore libentiſsime & promptiſsimis animis eſſe facturos, ac opportuna & neceſſaria aduerſus eiuſdem Romanæ eccleſiæ ac terrarum illius oppreſſores & occupatores, ac pacis & quietis Italiæ turbatores præſidia allaturos, decreuimus pro debito noſtro huiuſmodi noſtras & Romanæ eccleſiæ & Italiæ, immo totius reipublicæ Chriſtianæ neceſsitates præfato Maximiliano Regi præcipuo eiuſdem Romanæ eccleſiæ aduocato atque defenſori, cæteriſque principibus dictæ nationis Germanicæ peculiaribus & deuotiſſimis huius ſanctiſſimæ ſedis filijs ſignificare, vt rebus in diſcrimine poſitis prouidere & opportune conſulere poſſint, noſque vna cum eis & alijs catholicis Regibus & principibus pacatis omnibus generali & particulari, contra præfatos Turcos Chriſti nominis hoſtes Chriſtianum ſanguinem ſitientes, prout noſtri ſemper fuit, poſt noſtram ad ſummi apoſtolatus, diuina fauente clementia, aſſumptionem, deſiderij, pro fidei catholicæ exaltatione, & reipublicæ Chriſtianæ gloria, ipſorumque hoſtium depreſſione intendere valeamus.

Miſſus in Germaniam ad Cæſarem legatus.

16 Cum ſuperiori anno chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Francorum Rex Chriſtianiſſimus cum maximo exercitu terra marique Italiam, vt regnum noſtrum Siciliæ citra pharum, quod eſt ſpeciale patrimonium B. Petri ſibi vendicaret, ingrederetur, noſque, prout ex paſtoralis officij debito tenebamur, aperte cognoſcentes quot & quanta mala, pericula, cædes hominum, depopulationes, incendia, & alia quam plurima damna, quæ bellorum furor parit & producit; nedum ipſi Siciliæ regno, & alijs Romanæ eccleſiæ terris, vniuerſæque Italiæ, ſed toti reipublicæ Chriſtianæ ex cauſis de ſe manifeſtiſſimis notis eſſent prouentura, prout poſtmodum experientia rerum magiſtra edocuit, præfatum Carolum Regem diuerſis literis & nuntijs, congruo quidem tempore paterna charitate hortati & exhortati fuiſſemus & monuiſſemus, vt ab huiuſmodi grauiſsimo & Chriſtianæ religioni perniciosiſsimo bello abſtineret, viam ſibi iuſtitiæ, ſi quam ſuper dicto Siciliæ regno ſibi competere putaret, offerentes, commemorantesque grandia ex ipſis perfidis Turchis nobis & vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ imminentia pericula, quæ Chriſtianorum viribus ex bellis inter eos vigentibus debilitatis proculdubio ſubſequerentur, & deinde cum omnino propoſitum ſuum proſequi decreuiſſet, paterna monita noſtra non audiens, credentes eum de nouo optimis rationibus ad pacem & concordiam amplectendam inducere poſſe, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio dilectum filium noſtrum Franciſcum S. Euſtachij diaconum Cardinalem legatum de latere noſtro ad præfatum Carolum Regem ad perſuadendum ſibi pacem & concordiam commemo-

Queritur Alexander de expugnato a Carolo Neapol. regno.

Vt commonitus ſit vt ſtaret iuri. Expoſita pericula a Turcis impendentia.

Vt miſſus ſit ad ipſum Franciſ. Card. S. Euſtach. legatus.

memorandumque nefandiſſime mala & pericula ex huiuſmodi bello, vt prædiximus prouentura, ſuiſque etiam furibus, ſi qua in dicto Siciliæ regno ſibi competere putaret, audiendis & intelligendis duxiſſemus deſtinandum, ipſeque Cardinalis libenter onus huiuſmodi pro tam communi bono ſuſcepiſſet, ſeque ad ipſum Regem, non ſine magnis laboribus & incommodis contuliſſet; tandem Rex ipſe forſan aliquorum potius diſſenſiones, quam pacis amœnitatem deſiderantium conſilio & perſuaſionibus ductus, præfatum Cardinalem tunc legatum ſuper hoc omni cum humanitate ſæpe & ſæpius inſtantem nedum audire, ſed ne quidem videre, & vt ad maieſtatem ſuam accederet, permittere voluit, non ſine maxima huius ſanctiſſimæ ſedis, cuius auctoritatem & dignitatem Rex ipſe, prout ſperabamus, ſuorum more progenitorum obſeruare debuiſſet, ignominia, vltraque progrediens almam vrbem ſacro Apoſtolorum ſanguine dedicatam ſumma annonæ penuria laborantem cum toto ſuo exercitu, non ſine grauiſſimo noſtro, & totius Romanæ eccleſiæ, ac curiæ noſtræ diſpendio & periculo, ingreſſus, & per aliquot dies in dicta vrbe permanens, antequam dictam vrbem exiret, Ziziminm ſultanum Turcorum tyranni fratrem, qui apud nos & hanc ſanctam ſedem, prout conueniebat; in tutiſſimum Christianorum præſidium ſeruabatur, ac duas ex potioribus noſtris & eiuſdem eccleſiæ arcibus extorquens, & demum ad ipſum Siciliæ regnum ſe transferens, illud vi occupauit, expulſo inde legitimo poſſeſſore, regnumque ipſum ab ipſa Romana eccleſia, cui auctore Domino præſidemus, recognoſcente, perijtque tunc in manibus ſuis prædictus ſultanus, ex cuius obitu perdidit Christiana religio opportunum contra Turcorum in Chriſtianos effrænatam rabiem remedium, compluraque alia mala & detrimenta paſſa eſt; quæ duximus prætermittenda. Et cum præfatus Carolus Rex regnum ipſum Siciliæ exiens, dimiſſa tamen in eo non parua ſui exercitus parte, verſus Galliam ſe conferret, chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus eiuſdem regni Rex illuſtris a maiori regnicolarum parte vocatus, magnam ipſius Siciliæ regni partem ſtatim recuperauit, occupantibus tamen adhuc Gallis quamplura ipſius regni arces, ciuitates, terras, atque loca non ſine maximo regni & regnicolarum damno & detrimento, & cum præmiſſorum occaſione, ne dum regnum ipſum & aliæ Romanæ eccleſiæ terræ, ſed vniuerſa Italia, & etiam ciuitates atque loca eidem Romano imperio ſubiecta ſint plurimum conſumpta, deuaſtata, & afflicta, ac maxima damna & detrimenta ab ipſis Gallis, etiam aliquas alias arces in ipſa Italia extra dictum regnum occupantibus & detinentibus, illata, paſſæ fuerint, & in dies patiantur, & niſi de celeri remedio occurratur ſit formidandum, ne maiora damna, nedum ipſi Italiæ, ſed toti reipublicæ Chriſtianæ ſubſequantur, ipſique perfidi Turci debilitatis Chriſtianorum viribus, & tot diſſenſionibus occaſione huius belli etiam extra ipſam Italiam vigentibus, & parati illi Italiam inuadere, & illam vel aliquam eius partem, quod Deus auertat, ſuæ diriſſimæ tyrannidi ſubijcere moliantur, nos volentes, prout tenemur, tot & tantis malis occurrere, ac deſiderantes compoſitis rebus ipſis ad dictam peruneceſſariam & generalem expeditionem deuenire, quodque Chriſtiani principes non in ſeipſos, ſed aduerſus infideles eorum arma conuertant, prout iam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandus Rex & Elizabeth Regina Caſtellæ & Legionis illuſtres aduerſus infideles Africæ ſe facturos propoſuerant, qui iam cœpiſſent, niſi huiuſmodi noſtræ & Romanæ eccleſiæ turbationes eos retraxiſſent, quod quibuſcumque catholicis moleſtiſſimum profecto eſſe debet, ſperanteſque quod præfatus Maximilianus Rex, ad quem id maxime ſpectat, ſe huic ſancto & optimo deſiderio noſtro promptiſſimum exhibebit, & cum ad huiuſmodi neceſſitates explicandas, ipſumque Maximilianum Regem hortandum & requirendum oratorem & nuntium noſtrum tranſmittere decreuerimus, ad fraternitatem tuam, quam magnitudine conſilij, doctrinæ claritate, exemplaribus vita & moribus, eximia quoque integritate, probitate, fidelitate, ac præcipua prudentia comprobatum habemus, in cuius affectibus geritur, prout firmiter tenemus, ſedare diſcordias, iuſtitiæ terminos colere, ac errantes ad viam reducere veritatis, mentem noſtram potiſſime conuertentes, ſumenteſque in Domino fiduciam ſpecialem, quod ea, quæ tibi duxerimus committenda, gratia tibi aſſiſtente diuina, circumſpecte, iuſte, & fideliter tua peruigili & exactiſſima diligentia adimplere curabis, te ad præfatum Maximilianum Regem, ac vniuerſa & ſingula prouincias, terras, atque loca eiuſdem Germaniæ ſacro Romano imperio ſubiecta, tanquam pacis angelum, ac virtutum miniſtrum, ad Dei laudem ac præfatæ eccleſiæ ſtatum & honorem noſtrum, & eiuſdem ſedis nuntium & oratorem cum plena poteſtate legati de latere in præſentiarum prouide duximus deſtinandum, vt inter cætera præfatum Maximilianum Regem, cæteroſque eiuſdem Germaniæ principes noſtros, & eiuſdem ſanctiſſimæ ſedis deuotiſſimos filios noſtro & eiuſdem eccleſiæ nominibus horteris ad ſuadendum, ac opportune prouidendum cum præfato Carolo Rege, vt regnum ipſum Siciliæ, Italiamque, & alia per eum & gentes ſuas loca occupata in priſtinum ſtatum reſtituat, reponat, & plenarie reintegret, pacemque & concordiam cum præfato Ferdinando Rege, aliiſque catholicis Regibus & principibus, necnon eiuſdem Italiæ potentatibus, amplectatur, & amplexam foueat ac obſeruet: & ſi forſan facere differret, ſeu recuſaret, ac in ſuo propoſito animo indurato vellet perſeuerare, ipſe Maximilianus Rex cum cæteris eiuſdem Germaniæ principibus defenſionem regni Siciliæ & Romanæ eccleſiæ, ac Italiæ prædictorum, prout tenentur & debent, omnino cunctis poſthabitis ſuſcipiant, & alios catholicos Reges & principes ad id etiam omni ſtudio & diligentia inducant, vt deinde rebus pacatis poſſimus inſimul ad dictam generalem contra ipſos perfidos Turcos expeditionem deuenire, in qua nedum noſtras, & eiuſdem Romanæ eccleſiæ facultates, ſed perſonam propriam offerimus, & etiam vbi opus fuerit exponemus, etiam proprium ſanguinem effundendo, dantes tibi harum ſerie plenam, liberam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem omnia & ſingula faciendi, gerendi, mandandi, & exequendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria quomodolibet & opportuna fore cognoueris, ac mandantes quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis & ſecularibus, etiam ſi archiepiſcopali, epiſcopali, vel quauis alia eccleſiaſtica ſeu mundana præfulgeant dignitate, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis per te ſtatuendis, vt tibi in cunctis huiuſ-

modi

Ab eodē repudiatus ſit.

Zizimum obſidem & duas arces extorſerit.

Perierit in eius manibus Zizimus.

Redeunte in Gallias Carolo recuperata ſit pars regni a Ferdinando

Adducta ſit in periculum Italia ne in illam Turcæ irrumperent

Ab Africano bello reuocati ſint Hiſpaniæ Reges.

Rogari Germanos vt fœderati in Gallos accedant.

Pacatis rebus propoſita ſacra in Turcas expeditio.

Digitized by Google

modi negotium concernentibus pareant efficaciter & intendant, omni exceptione & dilatione ceſſante, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCV. VII. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* IV.

17 Quod ad Hiſpaniæ Reges ab Africano bello reuocatos attinet; aduerſabatur Ferdinandus Rex Hiſpaniæ Gallis, ne regno Neapolitano potirentur, quod contenderet, Alfonſum Regem in adulterinum filium transfundere non potuiſſe Neapolitani regni iura & Aragonio ſceptro coniungenda, vrgebatque Ferdinandum & Eliſabetham Hiſpaniæ Reges Alexander, ne Gallos Neapolitanarum rerum potiri paterentur, intentauitque anathema Neapolitani regni clientibus, qui Gallis ſtuderent: quod quidem Hiſpaniæ Regibus exposuit a, vt eos ad reuocandum Ferdinandum Aragonium in regnum Neapolitanum excitaret: eo quippe reſtituto ſacrum bellum in Turcas facilius poſſe redintegrari dicebat.

a Lib. 7. bullar ſec. pag. 254.

Ad futuram rei memoriam.

In ſuprema militantis eccleſiæ ſpecula Romanus Pontifex conſtitutus ex iniuncto ſibi desuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio ad ea intendere compellitur, per quæ aduerſus occupatores terrarum & bonorum Romanæ eccleſiæ, ac turbatores pacis & quietis reipublicæ Chriſtianæ opportunis remedijs prouideatur. Dudum ſiquidem chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Francorum Regem illuſtrem paterna charitate ſæpenumero requiſiuimus, & etiam monuimus, vt a belli per eum aduerſus regnum Siciliæ citra pharum, quod eſt ſpeciale patrimonium B. Petri, inchoati proſequutione, ac etiam ab occupatione ipſius regni, & arcis noſtræ Oſtienſis aliarumque terrarum Romanæ eccleſiæ, necnon perturbatione pacis & quietis Italiæ deſiſtere vellet, & deinde cum præfatus Rex requiſitionibus & monitionibus noſtris paternis minime parere curaſſet, & ad reprimendos eiuſdem conatus, & vt ab aliena occupatione, atque eiuſdem Romanæ eccleſiæ offenſione deſiſteret, ſubſidio aliorum catholicorum Regum & principum opus eſſet; nos chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum Regem, & chariſſimam in Chriſto filiam noſtram Elizabeth Reginam Caſtellæ, Legionis, Aragonum, & Siciliæ vltra pharum illuſtres hortati fuimus, & in Domino requiſiuimus aduerſus præfatum Carolum Regem bellum, vtpote pro iurium Romanæ eccleſiæ, & libertatis eccleſiaſticæ defenſione, ac totius reipublicæ Chriſtianæ quiete iuſtum mouere & proſequi deberent, donec ipſe Rex Franciæ Siciliæ regnum citra pharum, & arcem noſtram Oſtienſem, ac alias Romanæ eccleſiæ terras huiuſmodi in priſtinum ſtatum repoſuiſſet, reſtituiſſet, & plenarie reintegraſſet; vt deinde rebus omnibus pacatis alicui generali & pernéceſſariæ expeditioni contra perfidos Turcos Chriſtiani nominis hoſtes Chriſtianum ſanguinem continuo ſitientes cum ipſorum Ferdinandi Regis & Eliſabeth Reginæ, qui ſemper omni conatu pro orthodoxæ fidei catholicæ exaltatione, & infidelium depreſſione aduerſus ipſos infideles pugnare, & arma ſua connectere conſueuerunt, ac confœderatorum noſtrorum, ipſiuſque Regis Franciæ, cæterorumque catholicorum Regum & principum auxilio, prout noſtri ſemper fuit deſiderij, prouidere poſſemus.

Ferdinandus & Eliſabeth aduerſus Gall. Regem ſollicitati.

Propoſitum reſtituto Neapol. regno expeditionem in Turcas motum iri.

18 Cum antè cupiamus Ferdinandum Regem & Elizabeth Reginã, qui vt catholicos Reges & principes, ac huius ſanctiſſimæ ſedis deuotiſſimos filios decet, bellum promptiſſimo animo ſuſceperunt, interim a quibuſcumque impedimentis & moleſtijs tutos & liberos eſſe nos volentes deſuper opportune prouidere, omnibus & ſingulis perſonis tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus, etiam quacumque archiepiſcopali, epiſcopali, regali, reginali, ſeu quauis alia eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus, ac communitatibus & vniuerſitatibus quibuſcumque ſub excommunicationis, ac ſuarum dignitatum etiam regalium & feudorum, quæ a nobis & Romana, ac quibuſuis alijs eccleſijs in feudum vel emphiteoſim, aut quemuis alium titulum recognoſcunt, & inhabilitatis ad alia in poſterum obtinenda, ac interdicti in communitates & vniuerſitates huiuſmodi latæ ſententiæ pœnis, quas eo ipſo ſi contrafecerint incurriſſe noſcentur, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, ne contra præfatos Ferdinandum Regem & Elizabeth Reginam, durante huiuſmodi belli proſecutione, præfato Regi Franciæ auxilium, conſilium, vel fauorem directe vel indirecte quouis modo quæſito colore præſtare, ac etiam eoſdem Ferdinandum Regem, & Elizabeth Reginam in regnis & dominijs ſuis moleſtare, & contra eos inſurgere, ac bellum mouere, & aliquas diſſenſiones & perturbationes ſuſcitare audeant atque præſumant, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCIV. *id. ſeptembris pontificatus noſtri anno* IV.

Fideles vetiti ſtudere Gallo aduerſus Ferdinandũ.

19 Ita expeditionis Turcicæ oſtenſa ſpecies eſt ad depellendos regno Neapolitano Gallos, qui eandem ſpem orbi Chriſtiano iniecerant, ipſos nimirum, confecto Neapolitano bello arma aduerſus Turcas verſuros. Tradit vero Ferronius a a Venetorum aliorumque fœderatorum oratore Carolo Regi aperte denuntiatum, vt Turcicam conficeret expeditionem, cuius oſtentatione Neapolitanum regnum ſibi pepererat, vel illud Ferdinando reſtitueret; reſponſum b autem a Carolo ademptum maioribus ſuis per vim Neapolitanum regnum, ſolitoſque Gallos ſine eorum hortatu in Turcas arma capeſſere, ſuiſque auſpicijs gerere. Abiecta itaque de reſtituenda orienti religione cura, Chriſtiani principes in mutuas cædes vires exercuere.

a Ferron. l. 1. in Car. VIII.

b Ferron. l. 1. in Car. VIII.

Quid reſponſum a Carolo Rege in Gallias nondum pacato regno.

20 Carolus compoſitis rebus Neapolitanis poſt inanes theatrales ludos, aduerſariorum numero territus, in Gallias redire decreuit, adducta ſecum parte exercitus, parte rebus omnibus male inſtructa in regno relicta, proximo tempore validiſſima auxilia pollicitus: vigeſima autem maij die ipſum Neapoli mouiſſe tradunt, cum prius in ea vrbe ſine pontificia auctoritate Neapolitani regni inſignia ſolemni ritu ſuſcepiſſe, quippe Alexander promiſſis de conferendo illi iure beneficiario adiecta, ſine alterius damno formula, veluti vi extortis ſtare abnuit, cumque in vrbem iter tenderet Carolus, metuens Pontifex ne quæ extorqueretur pactiones, Vrbem veterem primo, dein Peruſium perijt, præfecto Romæ ſedis Apoſtolicæ legato Cardinale S. Anaſtaſiæ, qui venientem Regem pontificio nomine honorifice exciperet. Extat ea de re ad ipſum diploma c ſubiectis conceptum verbis.

Alexandri ex vrbe profectio.

c Lib. 3. bull. ſecr. pag. 269.

Antoniotto tit. S. Praxedis præsbytero Cardinali S. Anaſtaſiæ nuncupato, &c.

21 Cum ob certas cauſas animum noſtrum mouentes per aliquot dies ab ipſa vrbe, in qua cum noſtra curia reſidemus, in præſentiarum ſece-

Digitized by Google

ſecedere decreuerimus, breui tamen ad illam, duce Domino redituri, dimiſſiſque in ea omnibus pro curialium & aliorum ad dictam curiam in dies confluentium commoditate officijs, nos volentes interim bono & felici vrbis & curiæ prædictarum regimini prouidere, *& infra*, ſperanteſque quod ea, quæ tibi duxerimus committenda, gratia tibi aſſiſtente diuina, circumſpecte, prudenter, iuſte, & fideliter exequeris, te in vrbe prædicta eiuſque territorio & diſtrictu de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio, noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere, necnon in ſpiritualibus & temporalibus vicarium generalem auctoritate apoſtolica tenore præſentium vſque ad noſtrum reditum dumtaxat creamus, conſtituimus, & etiam deputamus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCV. VIII. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* III. Dum porro Neapoli agebat Carolus miraculum ſolitum contigiſſe in ea vrbe referunt Gallici annales a, cum enim die dominica tertia maij in eccleſia principe S. Ianuarij nomini ſacra diuinis myſterijs ingenti pompa celebratis interfuiſſet, ac præſentibus pluribus Cardinalibus, epiſcopis, & præſulibus Eccleſiæ caput S. Ianuarij theca pretioſiſſima incluſum illi oſtenſum fuiſſet, ac deinde vitrea ampulla plena illius martyris ſanguine concreto, qui inſtar ſaxi indurnerat, vt Rex ipſe virga argentea explorauit, allata, ac dein illa in altari capiti martyris eſſet admota, illico colliqueſcere ac ebullire ſacer cruor viſus eſt, cuius miraculi magnitudo plures admiratione perculit, id vero ſæpius contigiſſe præſules proceteſque Neapolitani teſtati ſunt.

Antoniotus Card creatus in Vrbe legatus.

a Petr. De prey in ad diteenb. ad Monſtrelet.

Sanguis D. Ianuarij admotus capiti colliqueſcit.

22 Regreſſus Romam Carolus biduo in ea moratus, nec ob Alexandri fugam, abruptumque ab illo fœdus, Italoſque & *Reges* exteros in eum concitatos vrbis imperium corripuit, vt plerique pertimuerant, nec litem Alexandro de pontificatu fraude ſimoniaca inuaſo mouit, vt nouarum rerum cupidi reſtituendæ eccleſiaſticæ diſciplinæ ſpecie optabant. De qua animi moderatione a Carolo oſtenſa hæc ſcripſit Petrus Delphinus b: *Redut pacificus Rex Gallorum, neque iugum, ut putabatur, Romæ impoſuit: vtinam abſoluta ſpiritualis ſeruitutis iugo gloriari habeat in perpetuum vera libertate, ac reformata in melius viuendi ratione dicere verius poſſint Romani, quam olim Iudæi reſponderint Domino. Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam. Reformandam gladio paulo poſt vrbem Romam concionator quidam magni in populo hoc nominis conteſtatur*, is erat Hieronymus Sauonarola; *ego autem quo mitius eius interpreter vaticinium paſſe quidem fieri arbitror, vt reformanda ſit gladio, ſed gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei*.

b Petr. Delph. l. 4. ep. 37.

23 Digreſſus vrbe Carolus Viterbium perrexit, fruſtraque Alexandro de colloquio poſtulato, illi quamuis infenſo aduerſario eccleſiaſticas arces antea pactione ſibi traditas reſtituit c, excepta Oſtia, quam Iuliano Cardinali S. Petri ad vincula tanquam Oſtienſi epiſcopo reddidit: deinde in Etruriam profectus noxias in ea traxit moras, cum itinere concitatiore anteuertere hoſtiles inſidias potuiſſet: Veneti vero cum metuerent, ne ſubacta Etruria Carolus reliquæ Italiæ iugum imponeret, Florentinis auxiliares copias ſubmiſere, quas cupide exceptas, vrbemque egregie communitam Petrus Delphinus Auguſtino Barbadico Venetiarum duci reſcripſit d.

Reſtitutæ Pontifici a Carolo arces.

c Comin. l. 7. & 12. & l. 8. c. 2.

d Pet. Delph. l. 4. ep. 32.

24 *Vrbem Florentiam omni præſidiorum genere munitiſſimam audio, acceſitis vndique multis hominum millibus, & ductibus etiam ſtipendarijs huius illuſtriſſimi dominij: qui omnes per vrbem vicatim diſtributi ſunt. Plena eſt armorum ciuitas. Vici omnes tignis craſſioribus, quæ heri parata vidimus, per tranſuerſum muniendi vno tantum ad Regis tranſitum expedito relicto. Orationes & eleemoſynæ ſine intermiſſione continuantur, vt ſperari merito queat hac conuerſione atque humilitate, quod potiſſimum telorum genus duco, liberandum facile hunc populum*. Secutæ deinde ſunt Senis variæ ſeditiones, quas idem auctor ita deſcribit a: *Exorta eſt Senis paulo ante ſeditio, clauſis per triduum vrbis portis, inſurrexiſſe aiunt patritios in plebem, obtruncatoſque vtrinque tumultuario certamine ad quadraginta viros. Inclinaſſe dicunt Gallos, qui Senis ſunt, &c. Die* VII. *augusti* MCCCCXCV.

a lib. ep. 47

25 Inuaſit tum Florentinos maior terror, cum mox accepiſſent Senenſes Gallicum iugum ſubijſſe, vnde Florentiæ maiores inſtructi ſunt bellici apparatus ad Gallicam vim retundendam, tuendamque Etruſcam libertatem. Quam rerum conuerſionem prædicto Veneto duci Petrus Delphinus ſignificauit b: *Magna*, inquit, *ciues iſtos inceſſit trepidatio, metus ingens, conſternatis eorum animis & conterritis tam vicino preſſu libertatis*, nempe Senenſium, *exemplo, commoti etenim tum ſuo ipſorum periculo, tum vicem fortunarum humanarum mirantur, populum potentia ſatis clarum tam facile cœpiſſe fieri poteſtatis alienæ. Gubernatorem Rex in ſua profectione vnum e ſuis ducibus Senis relicturus creditur, & de hoc ſatis. Florentia in dies munitur magis, & militum numero & armorum multiplicium copia. Dux Vrbini nudius quartus Florentiam aduenit, ciues aliquot coæui & æquales Petri Medicis in diuerſas Italiæ vrbes ad tempus relegati, donec regia maieſtas pertranſierit. Florentiæ die* XVII. *iunij* MCCCCXCV.

b lib. ep. 34

26 Audito Florentinorum apparatu Carolus Rex, ne quod diſcrimen adiret, Senis Piſas contendit c, nec Florentiam ingreſſus eſt, de quo & alijs Florentinorum rebus plura Petrus Delphinus ad eundem ducem ſcripſit d ait enim: *Factum eſt tandem vt exoptauit hic populus. Abijt Rex Piſas verſus; profectus heri ex oppido S. Miniatis, quod inter Florentiam & Piſas medio itinere ſitum eſt. Liberata ſaltem ingenti facultatum ac rerum ſuarum detrimenta, quamuis enim, ſi huc Rex diuertiſſet, non fuiſſent vllo pacto Florentini (vt exiſtimo) Senenſium more iugum accepturi, melius tamen fuit non experiri fortunam. Benedictus Deus, cuius gratia Rex conuerſus eſt retrorſum, cor enim Regis, ſicut legimus, in manu Domini, quocumque voluerit vertet illud. Mihi ſane (quod & hic fatentur omnes) multum mutata ab ea, quam olim agnoui Florentia videtur. Refert mihi in dies magis alteram Niniuem, nam ſicut illa ad prædicationem Ionæ, ita hæc ad vnius concionatoris hortamenta tota ad Deum conuerſa monſtratur, vt facile credi poſſit, bis munitam & vallatam ſpiritualibus armis teliſque cœleſtibus auertiſſe faciem Regis, ne ſe ad turbandam, aut forte etiam deuaſtandam acceſſerit. Florentiæ die* XXI. *iunij* MCCCCXCV.

c lib. ep. 35.

d lib. ep. 36

27 Licet autem Florentini aduerſus Gallos cum Pontifice & Venetis aperte conſpirare non auderent, geminum tamen exercitum ad res ſuas tuendas, amiſſaque recipienda contraxere, quorum ſtatum ita expoſuit e Petrus Delphinus: *De non reſtitutis adhuc arcibus, quæ occupantur a Rege dominio Florentino varia eſt opinio in populo, excuſantibus alijs Regem, quod merito ſibi*

e lib. ep. 39

 eſſu-

effugium ſeruauerit ſi a fœdere vrgeretur ; aliis contra vituperantibus & dolentibus quod non ſtaret Rex promiſſis. Conſulat Dominus Italiæ paci, &c. Florentiæ die IV. iulij MCCCCXCV. Concepere dein grauiores iras in Gallos Florentini, cum accepiſſent Liburniam arcem regio imperio ipſis ademptam, ac Piſanum præfectum illi impoſitum fuiſſe, deque violato fœdere conqueſti ſunt a.

a Ib. ep. 43

28 Interea Carolus Apennino ingenti labore ſuperato Fernoum octo milliarium a Parma interuallo quinta die iulij peruenit, cum fœderatorum principum aduerſæ copiæ numero validiores itinera intercludere conatæ ſunt. Promulgabat b Carolus properare ſe in Gallias, vt fortiſſimum exercitum in Turcas colligeret, atque in reditu cum Maximiliano Rege Romanorum de ſacro bello colloquia facturum, ſed omnia per ſimulationem vtrinque geri videbantur, ac in contrarium conſerta, atroci ad Tarrum flumen pugna fuſo Chriſtiano cruore eruperunt. Depulſi ſunt caſtris Itali maiori eorum ſtrage quam Gallorum, ſiquidem ex Gallis minus ducentos, ex Italis tria millia & eo amplius deſiderata Comineus c, qui aderat, & alij teſtantur. Egregia autem bellica facinora Gallorum Regem tunc edidiſſe, atque virtute præcipuaque ſanctorum tutelarium, quorum reliquias luſtrandi venerandique votum conceperat religione maximis fuiſſe periculis ereptum ferunt.

b Surit. to. 5 l. 2. c. 6. Iactata dolo vtrinque Turcica expeditio Verſa in Chriſtianorum cædes mutuas. Cruento prælio Itali propulſati. c Comi. l. 8. c. 6. Bulcb. l. 6. Ferron l. 1. & alij d Petr. Del l. 4 ep. 41.

29 Aliter rem deſcribit Petrus Delphinus d in literis ad Venetorum ducem; *Perlatus eſt hodie Florentiam nuntius conſeruiſſe bis manus in agro Parmenſi militem veſtrum cum Gallorum exercitu, cæſaque ſecundo prælio ex vtraque parte ad duo millia hominum, inter quos fuiſſe tum interfectos tum captos complures duces, ac primarios milites. Atrox viſa eſt Florentinis dimicatio & longe ſæuior, quam pro Italico more. Suſpenſa videtur admodum ciuitas & incerta, quidnam conſilij Rex capturus ſit, vtrumne progreſſurus audacius, an cauens ſibi Piſas verſus rediturus, neque enim minorem Gallorum, quam fœderis cladem fuiſſe affirmant, captis inſuper magna ex parte iumentis ipſorum onerarijs, &c.* Confirmatam fuiſſe eam famam proximis diebus narrat idem auctor in literis ad Venetum ducem miſſis. Eodem argumento extant hæ Alexandri ad ducem ipſum datæ literæ e, tum de recepta eorundem claſſe Apulia, liberata Gallorum graſſationibus Italia, denique de inſtaurandæ in Turcas cruceſignatæ expeditionis concepta ſpe, atque expectatione concitata actæ gratiæ.

e Extant. apud Petr. Iuſt l. 10.

Alexander Papa VI. dilecto filio Auguſtino Barbarico duci Venetiarum.

30 Tu, dilectiſſime fili, clamores & mœrores noſtros nequaquam ſurda aure ſub diſſimulatione pertranſiſti, ſed ſuaſionibus hortamentiſque noſtris obtemperans, quamprimum nos terrore Gallico cuncta proſternente perculſos almam vrbem deſeruiſſe, Galloſque, vt reliquas ſtrages prætermittamus, ciuitatem noſtram Tuſcanenſem hoſtili impetu inuaſam cædi & occiſioni crudeliſſime expoſitam pene deſolatam reliquiſſe intellexiſti, immenſis e veſtigio potentiæ tuæ viribus exurgens pro noſtra & eiuſdem Eccleſiæ defenſione deuotionis tuæ ſolitæ vexillum explicuiſti; coacto ſiquidem maximo robuſtiſſimoque equitum peditumque exercitu, parataque validiſſima claſſe, pro noſtra & illius, quæ nobilitatem tuam Chriſto genuit matris Eccleſiæ inprimis, & conſequenter Italicæ patriæ, ac ſociorum defenſione terra marique nullis ſumptibus, nullis laboribus, nulliſque periculis parcendo audentiſſime decertare, ſicut erat licitum, iuſtum glorioſumque putaſti. Pulſi ſunt, quamuis non incruenta victoria, incomparabili tua tuorumque virtute inuaſores Eccleſiæ & occupatores Italiæ, ereptaque eſt eorum manibus claſſis tuæ armis Apulia, maioraque in dies pro reformanda ſtabiliendaque ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac totius Italiæ libertate & tranquillitate abs te tuiſque impigerrime, & conſtantiſſime geri indubitata certitudine ſperamus.

Tuſcanella a Gallis cædibus & rapinis fœdata.

Terreſtris & maritimus exercitus inſtructus a Venetis in Gallos.

Pulſi e Venetis Galli.

Recepta Apulia eorundẽ claſſe.

31 Maxima hæc ſunt, dilectiſſime fili, glorioſiſſimaque ardentiſſimæ tuæ erga nos & hanc ſanctam ſedem deuotionis documenta, quæ, ſicut claritate & magnitudine tua omnium corruptibilium monumentorum memoriam exuperant, ita profecto immortali laude, ſempiternaque memoria digna ſunt. Quamuis igitur hæc multoties cum dilecto filio Hieronymo Georgio equeſtris ordinis viro probatiſſimo apud nos oratore tuo fideliſſimo, ſicut merebantur, extulerimus, ipſique iniunxerimus, vt dignas tibi ſenatuique tuo noſtro nomine gratias, exiſtimamuſque ipſum hac in re, ſicuti in cæteris ei commiſſis ſolitus eſt, ſapienter & integerrime ſe habuiſſe; nobis tamen non putauimus ſatisfactum eſſe, niſi perpetuo quoque literarum noſtrarum breuiuſculæ laudationis teſtimonio tam præclaras a te ſenatuque tuo res geſtas æternitati commendaremus, conteſtantes immenſas nos vobis pro tot tantiſque meritis & obſequijs gratias debere: quas, ſi vnquam dabitur occaſio, vobis rependere beneuolentiſſimo animo non tardabimus. Verum quia perſeuerantia eſt illa, quæ in bonis operibus ſola coronatur a Domino, nobilitatem tuam toto cordis affectu exhortamur & obſecramus in Chriſto, vt cunctis viribus, omnique conatu ad propulſandas turbationis Italicæ reliquias ſedulo velis intendere, vt illam in priſtinæ dignitatis & quietis decorem amœnitatemque diebus noſtris, ſicut vehementer optamus, tua præſertim opera reſtitutam videamus; quod & ſi ſponte tua te facturum ſciamus, noluimus tamen committere, vt glorioſo operi exhortatio noſtra deeſſet, quod te ſenatumque tuum apud Altiſſimum cœleſti triumpho decorabit, & in terris immortali fama laudatiſſimos reddet. *Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XXI. auguſti* MCCCCXCV. *pontificatus noſtri anno* III.

Actæ ab Alex. Venetis gratiæ.

Rogatus dux vt pacem Italicam afferat.

32 Parte alia in Etruria Florentini, cum Gallorum res inclinaſſe vidiſſent, collectis animis ad ſua oppida recipienda conſurrexerunt in arma, vt ſcripſit Petrus Delphinus a ad Venetum ducẽ, tum ad pontem ſaccum Gallos tumultu præſidiario a Florentinis, quibus deditionem fecerant, immaniter iugulatos contra militarem ſponſionem hæc ſcribit; *Affirmant*, inquit b, *conciſos fuiſſe, ac dilaniatos omnes Gallos a militibus præda intentis, inuentoſque in occiſorum viſceribus aureos multos, quos ſinguli fere timore appropinquantis exercitus territi hauſerant, quemadmodum auri auidiſſima ſuapte natura gens illa eſt. Florentiæ die* VII. *auguſti* MCCCCXCV.

a Pet. Del. l. 4. ep. 47.

b Lib. 4. ep. 49. Quæſitũ in Gallorum viſceribus aurum.

33 Peruenerat Aſtam incolumis Carolus, ſed illum grauis curæ Mediolanenſis belli premebat, dux enim Aurelianenſis Ludouicus, poſtea eo nomine dictus XII. in Gallorum Regum ſerie, a Ludouico Sfortia laceſſitus, Nouariam nonnullaſque arces eripuerat c, ac ſi victoriam perſecutus eſſet, imparatum turbatumque metu hoſtem pellere prin-

Repetitus ab Aurel. duce Mediolanenſis principatus. c Id. ibid. Sabell. en. 10. l. 9.

[Pax cum Mediol. inita. a Comin. l. 8. c. 10. Sabellic. ſup. l. 9. b Comin. c. 11. Sabel eod l. 9. Ferron. l. 2. Surit. l. 2. c. 14.]

principatu potiriſſet: ſed deinde a Ludouico Sforria eductis ſuis & ſociorum viribus Nouariæ obſeſſus a in extremam rerum in opiam adductus eſt. Ad quem liberandum Gallorum Rex vrbis deditionem & concordiam ijs legibus cum Sfortia pactus b eſt, vt is Genuam Gallorum Regum beneficentiæ acceptam referret, duaſque naues ad ſuppeditandos Neapolitanis arcibus commeatus inſtrueret. Poſtulati e deinde Veneti de pace fuere a Gallo Rege, vt Mantuanum marchionem, copiaſque e regno Neapolitano reuocarent, ac promulgarent fœderatorum numero Ferdinandum Neapolitanum non contineri, nec non Monopolim Gallis ereptam reſtituerent, cui Venetiarum dux Auguſtinus Barbadicus hanc pacis formulam antea propoſitam, repetiuit, vt Chriſtiana arma in Turcas auerterentur; Ferdinandum conſentiente Pontifice Gallorum Regis beneficiarium ſe profeſſurum, & quinquaginta millia annua nummorum ducatum perſoluturum: tum ingentem auri vim mutuandam a republica Veneta, cui propterea Brunduſium, Hydruntum, Tranum oppignerarentur repræſentaturum: Tarentum vero duaſque alias arces maritimas Carolo Regi, quas antea in Italica expeditionis procinctu expetierat, ad bellum in Turcas ex ijs gerendum datum iri, necnon liberum aditum ad faciendos bellicos apparatus in Venetis vrbibus permittendum; Regem Romanorum ex Germanicis prouincijs in Turcicas eruptururum, Italiam omnem auxilia adiuncturam, Galloque ac Veneto coniunctis, tumultuantibus principibus Italis frænum iniectum iri: præterea Venetam rempublicam centum triremes ſuis ſumptibus egregie inſtructas Gallo Regi ſuppeditaturam, tum ſubſidium terreſtre quinque millium equitum Venetis ſtipendijs conductum iri. Hæ conditiones ampliſſimæ cum in tabulas redactæ a Philippo Comineo Gallo Regi, qui tum Lugdunum peruenerat, pateſactæ eſſent, ſpretæ d omnino fuerunt, gerente omnia ad libitum ſuum Macloujenſi Cardinale, qui Regem ſuo imperio ſubiecerat, Regeque cura rerum abiecta ludis deliciarumque manibus aucupijs, non gerendæ Turcicæ expeditioni, amplificandæue religioni intento.

[Pactiones Venetorum de gerendo in Turcas bello. c Com. l. 8. c. 12. Ferro lib. 2.]

[Promiſſæ Carolo triremes centum. Spretæ iterum Venetorũ pacta. d Comin. eod c. 12.]

[Gallorũ res labefactatæ in regno Neap. e Ibid. c. 13.]

34 Inde Gallorum in Neapolitano regno res peſſum iuere; Rex enim militibus, quos in Neapolitano regno reliquerat, nulla, vt erat pollicitus, auxilia ſubmiſit e, & Ludouicus Sfortia dux Mediolanenſis pactas triremes duas ad commeatus arcium Neapolitanarum præſidiarijs inferendos extracta de induſtria mora retinuit f. Ferdinandus vero Neapolitanus, qui Ænaria inſula pulſus non fuerat, Venetorum, quibus Hydruntum, Tranum, Brunduſium, Monopolim, & alia loca pignori ſubiecerat, opibus, nec non Ferdinandi Siciliæ & Hiſpaniarum auxilijs adiutus, poſt plures ancipiteſq; pugnas Neapolim VII. iulij die g recuperauit.

[f Ferron. lib. 2.]

[g Surit to. 5 l. 2. c 18 Guicc. l. 2.]

35 Maximis etiam illum iuuit præſidijs Alexander, qui ad ipſum legatum ampliſſima fultum poteſtate Ioannem deſignatum epiſcopum Amalphitanum miſit h, vt in Neapolitano ſolio eum cõſtabiliret, inque eiuſdem fide populos aductos Gallos confirmaret: *Ad regnum & Regem præfatos cum benedictione noſtra accedeas in regno prædicto iuxta datam tibi a Domino prudentiam & prouidentiam tam publicis quam priuatis rebus, ſicut præſentis temporis qualitas exigit, ac neceſſitas dicti regni expoſcit, auctoritate noſtra fideliter conſulas, nec non adhibitis prouiſionibus opportunis debitam executionem impendi facias atque procures, mandantes quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis & ſæcularibus, etiam cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, etiamſi archiepiſcopali & epiſcopali dignitate præfulgeant, in virtute ſancta obedientiæ, & ſub pœnis per te ſtatuendis, vt tibi in cunctis præſertim, quæ pacem & quietem regni, ac incolarum & habitatorum prædictorum concernent, pareant efficaciter & intendant, omni exceptione & dilatione ceſſante. Nos enim omnes & ſingulos proceſſus, ſententias, cenſuras, & pœnas, quos & quas per te vigore præſentium haberi & promulgari contigerit, & quæcumque pro tempore inde ſecuta, rata habebimus, & faciemus, auctore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCXCV. XVI. kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno III.*

[h Lib. 3. breu. ſecr. pag. 280.]

[Ampliſſima auctoritate inſtructus.]

36 Tantum valuere in Ferdinandum Aragonenſem Alexandri VI. pontificis ſtudia, vt principis Montiſpenſerij, cui regni gubernacula Carolus tradiderat, ignauia a, ac nobilium, qui a Gallis in munerum largitione ſpreti fuerant, quos populi, etſi onerũ Aragoniorum grauitate leuati, mox ſecuti ſunt b defectione, Galli ipſi varijs cõſũpti incommodis nunc victores nunc victi partas vrbes eadem facilitate, qua pepererant conuerſis ſtudijs amiſerunt; necnon ſtipendiariorum Heluetiorum ingentem multitudinem in reditu partim necatam partim ſpoliatam ab Hiſpanis contra ius gentium refert Burchardus c hortatore Valentino Borgia, qui illatam ineunte anno ab Heluetijs iniuriam matri ſuæ, cui octo millia aureorum ſripuerant Romæ, vindicare cupiebat. Perijt etiam pars magna eorundem Gallorum, qui concurrerant ad Neapolitana lupanaria nouo morbi genere ad plectenda hominum crimina immiſſo, quem Itali Gallicum, Galli Neapolitanum, alij rectius luem veneream flagellumque ſcortatorum nuncuparunt, de quo hæc tradit Ferronius d.

[a Comin. l. 7. c. 15.]

[b Id. c. 14. Recuperatæ vrbes ab Aragonijs.]

[c Burch in ſ. ar. Vat. ſig. n. 114. ... 2.]

[Horrenda lues venerea exorta.]

[d Sabell. enn. 10. l. 9 Ferron. l. 2]

37 *Circa ea tempora Neapoli dira ſcabies homines inuaſit, cui cum pharmaca vt nouo morbo quærerentur multos abſumpſit. Hunc morbum vane quidam dixere elephantiaſim, alij lichenas, & id impetiginis genus, quod accepto oſculo mentum venaretur a Caio Plinio, cuius & Cornelius Celſus plures ſpecies prodiderit, deſignatum, alij carbonem, alij ignem ſacrum, alij lepræ ſpeciem, alij inter morbos populatim aut vi aſtrorum aut aeris intemperie vagantes collocauere, adnotantque eodem anno, quo is morbus graſſari cœpit in Romano agro Tyberim, in Bononienſi Rhenum, in Ferrarienſi & Mantuano Padum, in Veneto Athesim, extra ſolitos limites exundaſſe, tantiſque imbribus annum eum maduiſſe, vt terris vndique humentibus minus mirandum ſit æſtiuum aerem ad eam intemperiem perueniſſe calidam & humidam, quam Marcus Tullius ex Philoſophorum placitis putredini corruptionique cauſam dare ſcripſit. Alij quidam inter morbos contagione polluentes adſcripſere occultam & venenatam illius eſſe naturam voluere.*

[Æſtate incanduit]

38 Plerique ex Indis, apud quos graſſatur, ab Hiſpanis delatum contendunt, cum ijdem ex India illius remedia attulerint. Vt ſit, vt diffuſa mali pernicie ſcortatores acerrima hoc flagello a Deo vindice diuerberatos, pœnarumque inuenta in peccatores noua genera, cum peccandi modum non facerent conſtat. Quod vero attinet ad eluuiones fluminum, quibus extremo anno vexata eſt Italia, de ijs plures auctores meminere,

[Magnæ eluuiones fluminũ per hyemem.]

nere, inter quos Petrus Delphinus hæc ſcripſit a: *Exceſſiſſe affirmant Romæ Tyberim ſuo alueo, atque ia tantam altitudinem excreuiſſe, vt quindecim cubitis per vrbem inundatio aquarum intumuerit cum haud exigua domorum ſtrage, atque non ſolum pecorum, verum etiam hominum pernicie. Nunquam altius inundaſſe & maiore damno dicitur, cum per ſex & triginta horas ſine intermiſſione quarta videlicet quintaque huius menſis creuerit. Quis non timebit te, o Rex gentium? quod non potuerunt paulo ante Gallorum turmenta ditiſſima, tu ad oſtendendum potentiam tuam in momento, in ictu oculi molliſſimo elemento & deieciſti homines & tecta diruiſti. quid ſi aperueris cataractas in cælo, vt fluctus tui ſuper nos tranſeant, vt ſinguli dicamus: Abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum? Auerte, quæſumus, iram tuam a nobis, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui Domine Deus. Vale. Florentiæ die XIX. decembris MCCCCXCV.* Conſentit Burchardus, qui ſolemnem ſupplicationem ab Alexandro inſtitutam dominica tertia aduentus, quæ in decimamtertiam decembris diem inciderat, cum extra ripas in vrbem Tyberis effuſus eſſet, preces ad placandam diuinam iram, ritusque ſeruatos deſcribit.

a Lib. 4. ep. 72. ad Bernardinũ procu Clauſ.

39 Eodem tempore, quo in Italia lues venerea graſſata eſt, etiam in Germania ſcortatores afflixit, atq; a piis exiſtimatum eſt eam peſtem ad blaſphemorum in ganeis & lupanaribus laſciuientium coercendam licentiam diuinitus immiſſam, adeo vt Maximilianus Cæſar nouo caſu percitus hanc ſanctionem b in blaſphemos ediderit.

b Ext apud Dolgaſt. to. 2. conſt. imperium in Maximilian. pag. 110.

Maximilianus diuina fauente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, &c. omnibus & ſingulis noſtri & ſacri Romani imperij ſubditis, &c.

Edita in Vvormatienſi conuentu.

Quoniam Dei præceptum, & dicti prædeceſſoris noſtri (nimirum Iuſtiniani) conſtitutio, admonitio, ſanctio, & pœna apud pleroſque, proh dolor! in obliuionem & contemptum venit, & multifariam tranſgreditur, ideo nos pro imperiali noſtro officio cum & imperij electoribus, principibus, ſtatibus, & vniuerſo ordine in iſtis publicis imperij comitijs Vvormatiæ congregatis prædicta delicta (ſcilicet blaſpema verba) dolenti animo perpendentes, & ob oculos ponentes quam grauiter illis offendatur Deus & creator noſter, hominumque animæ propter huiuſmodi blaſpema verba indignæ efficiantur, miſericordia Dei in æternum ſpoliandæ, & quod ante hac propter talia delicta fames & terræmotus & peſtilentiæ, aliæque plagæ in orbe terrarum factæ ſint, & adhuc noſtris temporibus (vt manifeſtum eſt) cum tales, tum aliæ multæ variæque plagæ ac pœnæ fiunt, præſertim nouus ille & grauiſſimus hominum morbus noſtris diebus exortus, quem vulgo malum Francicum vocant, poſt hominum memoriam inauditus, ſæpe graſſetur, quæ nos iuſtiſſimæ Dei iræ merito debent admonere, hæc inquam perpendentes, quia omne nobis eſt ſtudium & oratio, vt Dei inueniamus placationem ad maieſtatis eius gloriam, & hominum ſalutem præhabita matura deliberatione, omnes & ſingulos noſtros & imperij ſubiectos, vniuerſoſque Chriſti fideles hortamur ac iubemus, quatenus huiuſmodi blaſpema & impia delicta abſtinendo fugiatis, & Dei timorem in ſenſibus accipiatis, & eius mandatis deuote obediatis, quo miſericordiam Dei ſuſtineatis, nec in prædictas pœnas incidatis.

Peſtes & fames & terræmotus ex blaſphemia ſcelere oriũtur.

Oram luem veneream inauditã queritur Cæſar.

Moniti clientes imperij abſtineãt a Blaſphemia.

40 Igitur ſtatuimus, ordinamus, & volumus diſtricte præcipiendo, ſi quis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, aut conditionis ſit, ſanctiſſimum Dei nomen inaniter adhibuerit, aut blaſpema verba & ſacramenta de Deo iurauerit, aut per ſanctiſſimam Chriſti paſſionem, vulnera, membra, & his proxima verba iurauerit, aut per Dei genitricem Mariam ſemper virginem, Deique ſanctos, vt huius blaſphemiæ, nempe rei ſequentibus pœnis ſine omni gratia ſubijciantur. Nempe ſi ex præcipitantia, & per calorem iræ, aut ebrietate, aut ſimili aliquo caſu incogitanter fiat, tale delictum vna marcha auri puri, cuius dimidia pars noſtræ & imperij cameræ, altera dimidia domino, in cuius iuriſdictione perpetratum fuit irremiſſibiliter luant: qui autem prædictam mulctam non ſunt ſoluendo, ex arbitrio iudicis, in cuius iuriſdictione deprehenſi ſunt, puniantur. Si vero conſtet huiuſmodi blaſphemias & delicta temerarie facta eſſe, ſi patratores ſunt homines nobiles, nec prius ob huiuſmodi impia verba deprehenſi, aut condemnati fuerunt, vt fiant ipſo facto infames, neque ad vlla amplius nobilium placita vel officia admitti debeant. Si vero contingat eos iterato in tale crimen impingere, vt ſecundum qualitatem delicti in corpore irremiſſibiliter puniantur.

Quæ pœnæ in blaſphemos conſtitutæ.

41 Quod ſi patratores ſunt inferioris conditionis, vt ab iudicibus, in quorum iuriſdictione & imperio commiſerunt, ſecundum qualitatem delicti in corpore irremiſſibiliter puniantur. Poſtremo, vt omnes, qui ſuperius memorata delicta a patratoribus committi audiuerint, nec illis contradixerint, aut eos culpauerint, ſed ſubtercelent, & iudicibus, in quorum iuriſdictione huiuſmodi facta ſunt, aut eorum vices gerentibus non detegant, ſimiliter omnes iudices & magiſtratus, qui huiuſmodi deliquentes in ſua iuriſdictione ſcienter retinent ac tolerant, vt earundem pœnarum, quas diximus cum tranſgreſſoribus rei & culpabiles animaduerſiones ſuſtineant. Quapropter omnibus & ſingulis præcipiendo mandamus per gratiam viuentis Dei, per vniuſcuiuſque fidem, qua tenemini nobis & imperio, quatenus huic noſtræ admonitioni, conſtitutioni, & ordinationi obediatis, eamque exequamini, & paſſim per noſtras & veſtras ditiones publicari faciatis, & tam veſtros ſubditos, quam peregrinos eidem parere diſtricte iubeatis: delinquentes autem & tranſgreſſores prædictis pœnis rigide coerceatis, nullius hominis habito reſpectu, ſi & iram Dei, & a nobis ſancitam pœnam vultis euitare. Quæ igitur noſtræ placuerunt maieſtati ad effectum perducere enitimini, vt & ſententiæ noſtræ executio, & nobis fiat beneplacitum. *Datum, & regij noſtri ſigilli appenſione obſignatum Vvormatiæ VII. die menſis auguſti anno a natiuitate Chriſti MCCCCXCV. regnorum noſtrorum Romani X. & Hungarici VI.*

Audientes blaſphemos & non corripiẽtes pœnis obnoxij.

42 Hoc anno cum diuina iuſtitia nouo ſupplicij genere impudicitiæ deditos plecteret, in pia virguncula inſigne diuini amoris prodigium edidit, vt hæc publicis tabulis tunc conſignata monumenta a docent: *In Chriſti nomine. Amen. Ad laudem & gloriam ſummi & immortalis Dei protectoris & vltoris fidei catholicæ, & omnium infidelium & hæreticorum confuſionem: notum ſit cuilibet legenti, vel præſentium ſcripturam audienti, qualiter de anno natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti MCCCCLXXXXV. in nobili ciuitate Cremæ diœceſis Placentinæ in domo cuiuſdam nobilis viri, & ciuis Cremenſis appellati Ioannes Franciſci Perdelles de*

Inſigne diuini amoris prodigiũ.

a Extant apud Henric. Inſt.

paro-

Digitized by Google

parochia S. Iacobi dictæ ciuitatis Cremæ in Italia, eſt quædam deuota & ſancta virgo plena virtutibus, & ſanctis operibus, nuncupata ſoror Stephana de Quintianis de caſtro nuncupato de Lynuſi noui diœceſis Brixienſis tertij habitus ordinis S. Dominici patriarchæ Prædicatorum, cui poſt innumeras & maximas reuelationes diuinas omnipotens Deus qualibet ſexta feria communicat omnia myſteria paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti modo quo ſequitur. Nam primo facta aurora, vt comprehendi poteſt per ipſius virginis ſermonem, rapta in ſpiritu tentatur a diabolo varijs modis, & maxime circa fidem ſanctam & fortitudinem virium, dicens quod non poterit ſuſtinere tantam paſſionem, & quod quærat vanam gloriam, dicens: Tot homines ad te videndum accedent, & cupis quod dicant te eſſe ſanctam, & hoc durat horæ ſpatio dimidiæ, cui tentationi viriliter virgo reſiſtens in extaſi loquitur intelligibiliter reſpondens cuicumque impugnationi, & diuino auxilio præualet.

In Stephana de Quintianis virgũcula.

Deinde ligatur cum manibus ſupra caput inſolubilibus ligaminibus & inuiſibilibus compedibus, ſicut Chriſtus ad columnam, & ſic flagellatur inuiſibiliter, vt poteſt comprehendi per motus exteriores, cum moueatur per totum corpus ad dimidiam horam exceptis pedibus & manibus, quæ manent immobiles, ac ſi ligata eſſent chordis realibus ad columnam, & multi aſtantium fecerunt experientiam ſi quomodo poſſent remouere vnum brachium ab altero, & nunquam fuit poſſibile, licet ſummopere conarentur, immo non fuit poſſibile, vt poſſent commouere vnum digitum, manens ſic ligata quaſi ſpatio vnius horæ in tot afflictionibus & tormentis cum lamentis & ſuſpirijs pijs, quæ cor humanum nec excogitare poſſet ac intelligere, niſi corporalibus oculis videret, neque etiam videns lingua humana explicare poſſet ad plenum.

Paſſionis dominicæ dolores diuinitus illi inflicti.

Deinde interuallo facto dimidiæ horæ, Chriſtus Ieſus apparet ei, ſicut comprehendi poteſt per geſtus deuotos ac verba ſancta, qui eam confortat & exhortatur ad tolerantiam paſſionis, afferens ſacratiſſimam ſuam paſſionem, cum ipſa in tali extaſi poſita deuote reſpondere ſolet: Domine non ſum digna paſſione tua, ſed ſemper fiat voluntas tua, & hoc dicto ligatur cum manibus ſupra pectus etiam ligaminibus inſolubilibus, vt ſupra, ſicut ſtabat ligatus Chriſtus coram Pilato. Poſtea aperit manum dexteram quaſi capiens arundinem, ſtringens poſtea illam immobiliter. Deinde ſtans in contemplatione Ieſus Chriſtus offert ſibi coronam ſpineam, & ipſa reſpondet cum magna humilitate & lætitia: Domine mi dona mihi eam, & ſic eam cum magna reuerentia & deuotione recipit coronam ſpineam, cum tanta pœna & dolore, tormento & tremore, quod lingua ſtridores & motus corporales, contractus neruorum etiam calamo non poſſet explicare, & ſic ad quartale vnius horæ manet in ſudoribus viſibilibus a capite vſque ad pedes ſemper in pijs lamentationibus: & ſic poſtea remanet immobilis rapta in ſpiritu, in quo raptu ſi ſtroac tangeretur cum fila leuiſſime, vel quacumque alia parua re, vt ſæpe expertum eſt, ſtatim redeunt dolores & lamenta propter punctiones ſpinarum, id eſt dolorum, quos Chriſtus ex punctionibus ſpinarum ſuſtinuit.

Virgunculæ pia demiſſio.

Spineæ coronæ aculei diuinitus illi impreſſi.

Deinde diſſoluitur & per dimidiam horam manet in contemplatione, non in extaſi, in quo tempore certat ratio cum ſenſualitate, expectans portationem ſanctæ crucis loquens ſibi ipſi: O paupercula noli timere: reſpice tuum principem, qui totus a capite vſque ad pedes ſanguinolentus fuit. Si te tædet ſupplicium, reſpice præmium, dimitte rationem ſuperare ſenſualitatem. Poſtea videt crucem, & oculis immobilibus & fixis ſtat verſus crucem, dicens: O magnam redemptionem: O redemptionem humanam! O ſalutiferam crucem, tanto tempore te deſideraui. Deinde erigit ſe verſus crucem, & cum magna deuotione & lætitia ampleĉtitur & oſculatur ipſam crucem inuiſibilem ſicut præſentem. Poſtea viſibiliter brachium dextrum extenditur & figitur, ſicut ſi manus eſſet fixa realiter cum clauo materiali, & immobiliter, & ſtatim videntur nerui extenſi, & venæ tumentes, & manus fiunt nigræ, & ſicut figeretur manus realiter cum clauo materiali, illa clamat terribiliter & lacrymis pijs lamentatur. Deinde ſimili modo extenduntur ſibi pedes vnus ſuper alium, dexter ſuper ſiniſtrum, tamen ſupra ſuam longitudinem naturalem, & in tractu pedum totum corpus mouetur deorſum, exceptis manibus, quæ reſtant immobiles penitus in locis, vbi fuerunt inclauatæ, ac ſi eſſent veri claui ferrei, & pedem dextrum poſitum ſupra ſiniſtrum, apparet quædam rubedo quantitatis ictus vnius mallei: & cum inclauatur manus ſiniſtra emittit clamorem cum lamentis magnis ſicut dictum eſt in clauatione primæ manus, & quando inclauantur pedes facit ſimiles clamores, & hoc facto manet immobilis in cruce in modum Ieſu Chriſti crucifixi. Et facto breui ſpatio videtur quod bibat ſpongiam aceti & fellis, & iterum facto breui interuallo videtur emittere ſpiritum cum tremore. Deinde manet immobilis per aliquod ſpatium temporis, & poſtea facit magnas commotiones cum clamoribus & lamentationibus quaſi percutiatur cum lancea. Deinde remanet quaſi mortua & totum tempus, quod in cruce conſumitur eſt quaſi vna hora, ſemper ſtans expanſis manibus, & pede ſupra pedem poſito cum rubedine in medio, & tumefactione neruorum, vt ſupra dictum eſt, poſtea diſſoluitur primo ſibi manus dextera, ſecundo manus ſiniſtra, & vltimo ſibi diſſoluuntur pedes, & in diſſolutione cuiuſcumque prædictorum videtur pati maximos dolores. Poſtea ſecundum quod comprehenditur per geſtus exteriores & verba eius apparet ei Ieſus Chriſtus, cui gratias agit maximas pro dono ſuæ paſſionis, commendans ſe Ieſu Chriſto multum deuote, & poſtea commendat ei ſtatum eccleſiaſticum, & præcipue ſtatum Prædicatorum, vt oues ei commiſſæ bene gubernentur, & ſingulariter orat pro ordine, &c. Adiuncta teſtium nomina prætermimus.

Cruci etiam modo arcano ac diuino affixa.

Vt ſenſim ſoluãtur ij dolores.

43 Floruit etiam hoc tempore opinione ſanctitatis Thomas eximius concionator tertij ordinis S. Franciſci, de cuius vaticinijs hæc memorat Petrus Delphinus [a] in literis ad Dominicum Maurocenum procuratorem S. Marci: *Audiui ego miranda de iſto vate, quæ prophetico ſpiritu repletum fuiſſe præter hanc etiam prophetiam aptiſſime demonſtrant euangelizante illo apud Camerinum, & palam vna cum populo etiam loci principem arguente, conſtituerat ſecum tyrannus, minime ferens publicam increpationem, virum Dei incendio atque igne conſumere, quod cum nemine ſibi referente diuinitus ei reuelatum fuiſſet, continuo arreptis prunis ardentibus, atque in manicam tunicæ depoſitis, principem adijt, eique oſtendit quod minime ignem formidaret, qui cum illæſa etiam tunica ad ipſum detuliſſet. Accipe & aliud, quod annalibus palatij Florentini annotatum accepi. Ingreſſus aliquando propheta iſte Florentiam per eam portam, quæ ad Faventiam ducit, offendit iuxta illam duos ludo aleæ inſiſtentes, ex quibus cum alterum, amiſſa pecunia, blaſphemantem audiſſet, durius in illum inuehi cœpit. Impatiens iſte, ac debacchanti ſimilis, mox in ſe arguentis faciem pugnum intorſit. Hac accepta contumelia vir Dei, confeſtim cœleſti afflatus numine prædixiſſe impia illi dicitur, futurum aliquando Florentiæ prætorem Zutium de Cola nomine, qui illatam ſibi iniuriam vindicaret. Elapſu decennia, cum*

[a] Pet. Del. l. 4. ep. 42.

A blaſphemo petitus pugno.

de

Digitized by Google

de more prætor alienigena eiuſdem nominis magiſtratum iniſſet, tentus quadam die ab apparitoribus, atque ad prætorem adductus eſt, cumque nullius recentioris culpæ ſibi eſſet conſcius, ſuccurrit illi tandem vaticinium hominis Dei, quem percuſſerat pugno impie, interrogato prætoris nomine, cum Zunum de Cela appellari cognouiſſet, enarrauit ei rei olim geſtæ ſeriem, confeſſus ſe Dei voluntate in manus ipſius incidiſſe, vt veteris piaculi reatum nouo ſupplicio aboleret. Quod & factum eſt, nam prætoris eiuſdem iuſſu manus ei continuo præciſa eſt, qua admiſerat facinus. Huiuſmodi ſane homines maximi faciendos eſſe duco, qui Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt, potentes in opere & ſermone, qui enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei, quod ſi filij & heredes. Vale Florentiæ die XI. iulij MCCCCXCV.

Diuinam illi vindictam prædicit.

Res confirmata exitu.

44 Obijt hoc anno Ioannes Luſitaniæ Rex amplificati apud Afros imperij, propagatæque Chriſtianæ apud Æthiopas occidentales religionis gloria clarus, quam ipſum fœdaſſe crudelitate Comineus accuſat b: excuſat tamen Oſorius, ac propinquorum cædes neceſſitati aſcribit: *Atſulit*, inquit, *ille quidem multis viris nobilibus necem, & principes etiam ſibi coniunctos interfecit, quos animaduertebat aut parum obſequentes eſſe, aut perniciem in illum machinari, ſed id niſi feciſſet, neque regiam dignitatem tueri, neque vitam conſeruare potuiſſet*; magnis dein exornat laudibus: *Tanta*, inquit, *erat illius animi magnitudo, vt quamuis corpore in patria conſiſteret, mente tamen orbem terrarum peragraret, multaque animo frequenter agitaret, eaque moliretur, quæ ſi non fuiſſet immatura morte ſublatus, nomen illius clariſſimum reddere potuiſſent*. Et infra: *Populi non tam illum vt Regem verebantur, quam vt parentem amabant, eorum enim commodis animo patrio conſulebat: hæc autem illius ſententia merito laudari ſolet, cum diceret ſibi non tam propoſitum eſſe, vt operis hominum ad aurum quærendum abuteretur, quam vt aurum quæreret, vt opibus ſuis hominum inopiam ſubleuaret. Cum accepiſſet eſſe volucrem, quæ roſtro pectus dilacerat, vt pullos ſerpentum morſibus exanimatos ſanguine ſuo profuſo in vitam reuocet, eiuſdem volucris imaginem ſuis inſignibus adiungendam curauit, vt oſtenderet ſe eſſe paratum pro ſuorum ſalute ſanguinem ſuum profundere. Ex omnibus tamen virtutibus, quibus illum præditum fuiſſe commemorant, nulla fuit admirabilior ſingulari quodam pietatis, & religionis ſtudio, quo mirifice flagrabat, nunquam enim eum neque turbulenta negotia, neque coniurationes contra illum factæ, neque malorum omnium tempeſtates a rebus diuinis ſumma cum religione procurandis abſtraxerunt*.

Ioannis Regis Luſit. obitus.

a Io. Barroſ. dec. 1. Aſiæ l. 3. c. 12. Oſor. l. 1. Surit. to. 5. l. 2. c. 15.

b Comin. l. 8. c. 17.

Illius elogium.

45 Plura molitus erat d, vt in Georgium filium nothum ſceptrum Luſitanum transferret (nã Alfonſus ex Leonora Regina ſuſceptus in adoleſcentiæ flore incitato equo decurrens in terram proiectus alliſuſque obierat e) atque ab Alexandro oratoris opera inſtiterat, vt idem Georgius apoſtolica auctoritate iuſtorum natalium dignitate iuris fictione donatus regno idoneus renuntiaretur: ſed cum id ſine Emmanuelis ducis Viſenſis, cui ex Luſitaniæ præſcripto regnum debebatur, fieri non poſſet, illique acriter Iſabella Regina Emmanueli cõſanguinitate coniuncta reſiſteret repulſam paſſus tandem cum vitæ finis adeſſet, quo mors vanis conſilijs velum detrahere ſolet, Emmanuelem, cuius fratrem natu maximum ſua manu in conuiuio interfecerat f, vti iura decreuerant, teſtamento ſucceſſorem reliquit, ſacriſque omnibus, quæ ad expiandum animum pertinebant, rite procuratus, virtutis & pietatis inſigne ſpecimen dedit. Emmanuel vero regno inito, cuius inſigne vigeſima ſeptima octobris, exacto ætatis vigeſimo ſexto anno, accepit a, Georgij Coſtæ Luſitani Cardinalis opera fidem ſuam, publice Alexandro Pontifici, vti Chriſtianum decebat principem, præſtitit, *pollicitus*, inquit Oſorius b, *fidem per omne vitæ ſpatium erga ſanctam Romanam eccleſiam ſummo ſtudio retenturum, & pro illius ſanctitate, quoties opus ita fuiſſet, pugnaturum*. Nec modo a pietate, verum a clementia duxit regni auſpicia Emmanuel, Iudæos enim, qui Ioanne Rege libertatem amiſerant, quod temporis flexu conſtituto inopia impediti exire Luſitania non potuiſſent, liberos eſſe iuſſit, oblatumque ab ipſis magnum argenti pondus reſpuit: *Statuebat enim*, addit auctor, *gentem illam beneficijs ad ſtudium Chriſtianæ pietatis allicere*.

d Surit. to. 5. l. 1. c. 20.

e Oſor. l. 1.

Emanuel renũciatus teſtamento hæres.

f Comin. ſup. c. 17.

a Io. Barroſ. dec. 1. l. 4. c. 1.

b Oſor. l. 1.

Delatum ab eo obſequium Pontifici.

46 Eodem anno Alfonſus Neapolitanus olim Rex c, de quo ſæpe antea, regno profugus, dum illud a Ferdinando filio recuperabatur, Meſſanæ in Sicilia apud Oliuetanos Monachos calculi doloribus grauiſſimis extinctus eſt decimaoctaua nouembris, cum eleemoſynis ac precibus, necnon ſingulari in aduerſis tolerandis patientia anteactæ vitæ ſcelera expiaſſet.

Alphonſi Regis Neap. mors.

c Comin. l. 7. c. 11. Supra to. 5. l. 2. c. 18. & alij.

47 Eodem anno Franciſcus Ximenius, geſtarum poſtea rerum magnitudine clariſſimus, in archiepiſcopatu Toletano ſuffectus eſt Cardinali Mendozæ defuncto, qui Ferdinando & Eliſabeth conſuluerat, vt mediocris conditionis hominem, modo alijs integritatis, prudentiæ, grauitatis, & doctrinæ dotibus præditus eſſet, ad eam dignitatem eueherent: floruerat Ximenius inter Minoritas doctrinæ & ſanctitatis opinione, præcipuaque inter eos, qui S. Franciſci diſciplinam in priſtinum nitorem reſtitutam colebant, munera geſſerat, optaratque in Africam ad euangelium Saracenis S. Franciſci exemplo inferendum proficiſci; ſed cuiuſdam ſanctæ mulieris vaticinio ab eo conſilio reuocatum refert Gomeſius d: *Ardebat*, inquit, *Ximenius miro quodam deſiderio transmarinis hominibus Chriſtum annuntiandi, paratus ſupplicia & mortem ſubire. At quoniam per viros religioſos certior factus fuerat fœminam ordinis ſui cultricem (ex his quas vulgo beatas vocant) ibidem eſſe vita & morum ſanctitate claram, & quæ diuorum præſentia ſæpe numero frui crederetur, captato extemplo fœminæ colloquio ad eam rem, quam animo conceperat, eius ſententiam prius requiſiuit. Deterruit hominem vates mulier, & vt a propoſito deſiſteret effecit; ſeruari enim eum ad res maximas perficiendas dicebat, in quibus grauiora certamina ſuſtinenda forent, quam ſi inter barbaras & punicas nationes verſaretur: retardatus beatæ dictis ſententiam mutauit*. Profectus in Caſtellam Eliſabethæ Reginæ pientiſſimæ gratiſſimus fuit, quam impulit, vt a delectis cenſoribus religioſam diſciplinam, quæ fœdiſſime obſoleuerat in omnibus monaſterijs tam virorum quam fœminarum inſtaurari regio ſtudio eniteretur. Creatus archiepiſcopus magno animi robore pietatis Chriſtianæ ſplendorem ſuæ diœceſi reſtituere aggreſſus eſt, tum luxus opumque contemptum initio ſectari viſus eſt, vt ait Gomeſius: *Nullam ſane aut ſumptuoſi aut magnifici apparatus rationem per id tempus habere nec vnquam habiturus videbatur, non frequentis familiæ, non pretioſæ ſuppellectilis, quin priſcam illam ſanctarum patrum frugalitatem cum Franciſci ſui humilitate coniungere viſus eſt; nam aſello, quo ſolebat, vehebatur, monachis ſui ordinis aſſectantibus, aut ibat pedibus,*

Franciſc. Ximen. archiepiſcopatu Toletano auctus.

Euangelij Afris prædicandi deſiderio arſerat.

d Gomeſ. de reb. geſtis Ximen. l. 1.

Prædicta illi quæ diuinitus ſeruaretur.

Franciſcanã diſciplinã in Hiſpania reſtituit.

Initio præſulatus paupertate ſectatus eſt.

non

Digitized by Google

non argento menſam, non aulæis parietes ornabat: totum porro annuum cenſum ſtatuerat ita partiri, vt ex parte dimidia præſentibus egenorum neceſſitatibus ſubueniretur, reliqua vero deductis cum familia tum pontificatus neceſſarijs ſumptibus in opera publica, quæ religionis cultui prouehendo, inuandiſque ſacrarum literarum ſtudijs neceſſaria eſſent, impenderetur. Totum ergo ſemiſſem pauperum vſibus deſtinatum Ioanni Cardenna Burgenſi viro theologo & antiquis moris homini, quem pijs præfecerat largitionibus vnica ſyngrapha decreuit, nulla expenſi ratione deferenda in egenos diſtribuendum.

Dimidiũ vectigalium partem pauperibus attinet.

48 Remiſit deinde ex illo vitæ genere Ximenius, atque ab æmulis in inuidiam fuit adductus: ſed Pontificis maximi imperio, cui minus obedientem eſſe religio erat, id illum feciſſe oſtendit Gomeſius in medium prolato apoſtolico hoc diplomate.

Alexander Papa VI.

dilecto filio Franciſco electo Toletano.

Dilecte fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sancta & vniuerſalis Eccleſia ſic, vt te ignorare non putamus, ad inſtar cœleſtis Ieruſalem multis ac diuerſis decoratur ornatibus, in quibus, ſicut in exceſſu præuaricando peccatur, ita in defectu nimium declinando erratur. Grata eſt Deo & laudabilis cuiuslibet ſtatus condecens obſeruantia, & propterea quicumque, præſertim prælati Eccleſiæ, ſicut in moribus ita in habitu & inceſſu ſtudere debent, ne nimio faſtu ſuperbi, neue nimia abiectione ſuperſtitioſi eſſe videantur, cum vtroque auctoritas eccleſiaſticæ diſciplinæ vileſcat. Eam ob rem hortamur te, vt poſtquam te ſancta ſedes Apoſtolica de inferiori ſtatu ad archiepiſcopalem dignitatem euexit, quemadmodum te in interiori conſcientia ſecundum Deum viuere intelligimus, de quo plurimum gaudemus, ita extrinſecus iuxta condecentiam ſtatus tui, habitu ſcilicet, familia, & cæteris ad dignitatis decorem conuenientibus te habere & obſeruare coneris. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XV. *decembris* MCCCCXCV. *pontificatus noſtri anno* IV.

Monitus a Pontifice vt præſularem ſplendorem retineret.

49 Pontificiæ auctoritati paruiſſe Ximenium, & diuitias æque ac paupertatem paſſum refert Gomeſius, cum enim ſplendor vitæ magnum habeat momentum apud vulgus, quod vano rerum apparatu duci conſueuit; ad vindicandam a contemptu publicæ perſonæ dignitatem, ita cultus exteri amplitudinem ſibi aſciuit, vt cum magnificentiſſime & molliter ſtratos lectos haberet, in nuda tamen humo cubare ſæpe deprehenſus ſit, quæ ex eodem Gomeſio repetenda viſa ſunt: *Holoſerica, inquit, veſte ſuperinduebatur & pretioſis pellibus, ſed præcipue leucophæis, quod veſti ſcilicet Franciſcanæ concolores eſſent, vtebatur. Longo poſt tempore dum reipublica gubernandæ præeſſet Beltranum Meſinenſem regium apud nouum orbem ſenatorem veſtem illi obtuliſſe aiunt rariſſimis pellibus ornatam ex animalibus tranſmarinis, quæ tribus ducatorum aureorum millibus æſtimabatur, retinuit quidem illam Ximenius domi per aliquot dies, ne videretur offerentem contemnere, ſed paulo poſt ad Beltranum remiſit morbi prætextu, quo poſtremo laborauit, quaſi ſibi parum commodus eo tempore eiuſmodi cultus & neceſſarius eſſet. Mirum quiddam in illis pellibus fuiſſe traditur, nam ſi quando explicabantur, aut quouis modo agitabantur, ſuauitas quædam odoris ex illis afflabatur, quæ totum opplebat locum, lectos item ſericis & purpureis ſtragulis ornatos, cum tamen ille Franciſcanæ regulæ ad vltimum vſque ſpiritum obſeruantiſſimus fuerit, & ſindones lineas ſemper reſpuerit, & ſæpe a miniſtris deprehenſus ſit, mollibus culcitris & pretioſis pannis e lecto ablatis, in nudis tabulis, aut humi ſomnum carpere.* Hactenus de Ximenio, quem Cardinalitia dignitate ornatum, & cruceſignatum in Africam pro Chriſti circumferendo nomine exercitum ductantem, nec non ob magnam Maurorum multitudinem traductam ad fidem, aliaque præclare geſta illuſtratum fuiſſe viſuri ſumus.

Paret Pontifici clãculum in ſe acerbitatem exercet.

Humi cubat cum holoſericatos lectulos haberet.

Pellium quarumdam mira fragrantia.

IESV CHRISTI

Annus 1496.

ALEXANDRI PP. VI. annus 4. MAXIMILIANI ROMANOR. REG. annus 3.

1 ANno excurrentis ſæculi nonageſimo ſexto ſupra mille quadringentos indictione decima quarta, bellis Neapolitano regno ardente exitiabilibus, cum Ferdinandus Alfonſi demortui filius Pontificis Venetorumque viribus ſuffultus, Carolique Regis Francorum duces illud inter ſe ferro & flammis partirentur, ac nouæ e Gallia in Italiam erupturæ procellæ ſigna minacia emicarent, Alexander Papa ad augendas ſuas partes, diſtinendumque nouis curis Carolum Francorum Regem, Henricum Anglorum Regem ad mutuum armorum fœdus cum Maximiliano Romanorũ, & Ferdinando Caſtellæ Regibus, ac Venetis duceque Mediolanenſi antea firmatum pellexit, ac iulio menſe exeunte ſolemni ritu promulgauit, vt narrat Burchardus a, ſic inquiens,

Noua inter Reges orta diſſidia.

Anglus in belli ſocietatẽ contra Gallum excitus.

2 *Dominica vltima menſis iulij ſanctiſſimus dominus noſter paratus more ſolito in ſimilibus equitationibus ab omnibus reuerendiſſimis dominis Cardinalibus aſſociatus equitauit ad eccleſiam B. Mariæ de populo, in qua reuerendus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Cuſentinus celebrauit miſſam ſolemnem de Spiritu ſancto abſque aliqua commemoratione, pro eo quod ſereniſſimus Rex Angliæ ligam inter Papam, Romanorum, & Hiſpaniarum Reges, Venetorum, & Mediolani ciues diu publicatam nuper etiam ipſe iniuit. Miſſa finita antequam Papa benediceret dominus Hadrianus de Corneto clericus cameræ apoſtolicæ in cappa ſua conſueta pede Papa oſculato, & indulgentijs abſque benedictione habitis aſcendit pulpitum, & fecit orationem conuenientem: deinde publicauit plenarias indulgentias per Papam intereſſentibus conceſſas. Poſt hæc dicto: Te Deum Laudamus; Papa dixit: Pater noſter, & verſiculos & orationem, & dedit benedictionem ſolemnem, prout etiam alias in publicatione dictæ ligæ fecerat, & redijt ad palatium ſuum ordine, quo venerat.*

a Burchar. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 104. d. 2.

Promulgatũ Romæ id fœdus.

3 Expectabatur interea vt Maximilianus Romanorum Rex in Italiam ſuperatis alpibus deſcenderet b a Pontifice, Ludouico Sfortia duce Mediolanenſi, ac Venetis, vt ferunt, excitus ad Gallicã vim Germanicis armis infringendam; peruaſerat enim fama ingentem a Carolo Rege terra mariq; confici expeditionem, quam Itali fœderati omni ope promouebant: quæ tamen Gallorum conſilia mora conſenuere, vt videbimus. Honeſtatis autem & decoris plena erat Maximiliani in Italiam aduentus cauſa, cum ad auguſtale inſigne inſtituto veteri accipiendum acceſſiſſe præ ſe ferret: quam ob cauſam refert Ioannes Burchardus c, Alexandrum Papam menſe iulio ineunte legationis apoſtolicæ munus Bernardino Caruial tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali iniunxiſſe,

b Burchar. eod l. 2. Sabellic. en. 10. l. 9. Guicc. l. 3. Iouius l. 4. Munus l. 30. Bic. l. 16. & alij c Burchar. vbi ſup.

Bernardin Caruagial ad Cæſarem legatus decernitur.

Digitized by Google

xiſſe, ſuiſque monumentis mandauit pontificium diploma, quo ampliſſimæ prærogatiuæ in legatum ipſum ab Alexandro collatæ fuerunt a.

a Lib. 7. bullar ſecr pag. 391.

Dilecto filio Bernardino tit. S. Crucis in Ieruſalem presbytero Cardinali ad chariſſimum in Christo filium noſtrum Maximilianum Romanorum Regem illuſtrem ad partes Italiæ venientem, & Germaniam, ac quæcumque ipſius Italiæ, & alia etiam extra ipſam Italiam, ad quæ te forſan declinare contingerit, loca, noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato ſalutem, &c.

Maximilianus expeditionem italicam meditatus.

4 Intelligentes nuper ex literis chariſſimi in Chriſto filij noſtri Maximiliani Romanorum Regis illuſtris, te perſonaliter cum exercitu ſuo in Italiam, Deo adiuuante, deſcendere velle, vt ipſius Italiæ tot bellorum turbinibus quaſſatæ opportune conſulere, & Romanam eccleſiam, cuius aduocatus, atque defenſor exiſtit, per Gallos & alios eis adhærentes, adhuc maiorem regni Siciliæ citra pharum, quod eſt ſpeciale patrimonium B. Petri partem, nec non arcem noſtram Oſtienſem vi occopantes, in ſuis iuribus & libertate plurimum læſam, ac etiam iura ſacri Romani imperij, per ipſos Gallos oppreſſa & violata, reſtituere & reintegrare, ac imperialis celſitudinis dignitatem, eiuſdemque imperij Romani coronam de manibus noſtris ſuſcipere poſſit, nec aliquid ſe omiſſurum, quod ad noſtram & eiuſdem Romanæ eccleſiæ protectionem, & ipſius Italiæ ſalutem pertineret, ac conſiderantes ob diſſenſiones & bellorum turbines hac tempeſtate in ipſa Italia vigentes, quorum occaſione vires & potentia Chriſtianorum debilitantur, reipublicæ Chriſtianæ propter perfidos Turchos Chriſti nominis hoſtes acerrimos, & Chriſtianum ſanguinem continue ſitientes, nec aliud molientes, quam quod omnia Chriſtianorum dominia (quod Deus auertat) ſuæ tyrannidi & ſpurciſſimæ ſectæ ſubijcere poſſint, maxima imminere pericula, nec facile obuiari poſſe, niſi bella & diſtenſiones huiuſmodi ceſſent, ſitque inter Chriſtianos Reges & principes, alioſque potentatus vera pax & concordia, & propterea conſiderantes quantum expediat nedum ipſi Italiæ, ſed toti reipublicæ Chriſtianæ, vt in ipſa Italia bella ceſſent, pax & concordia vigeant & perſeuerent, quod ſubſidio præfati Regis huius ſanctiſſimæ ſedis deuotiſſimi filij fieri poſſe ſperamus, dignum & conueniens eſſe exiſtimantes, vt etiam præfati Regis in defenſionem Romanæ eccleſiæ, & pro ipſius Italiæ pace & quiete venientis perſonam condignis honoribus proſequamur, de tuæ circumſpectionis induſtria, quam potentem opere pariter & ſermone in magnis expertum, & arduis comprobatum, eximia probitate & fidelitate, maturitate conſilij, morum elegantia, literarum ſcientia, & alijs grandium virtutum donis, quibus perſonam tuam illarum largitor Altiſſimus inſigniuit pollentem cognouimus, in cuius affectu geritur, prout firmiter tenemus, fluctuantes turbines, & inter ſe diſſidentes quoſcumque ad pacis amœnitatem reducere, ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, ac ſperantes quod ea, quæ eidem circumſpectioni tuæ, cuius præſentia nobis pro incumbentibus Romanæ eccleſiæ continue oneribus ſumme perutili pro tam celebris boni conſecutione votiua in præſentiarum carere compellimur, duximus committenda, tua exactiſſima & peruigili diligentia adimplere curabis, habita ſuper ijs cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, te ad ipſum Regem ad partes eius Italiæ venientem ac Germaniam, & quæcumque ipſius Italiæ, & alia etiam extra ipſam Italiam, ad quæ te declinare contigerit, loca, tanquam pacis angelum noſtro & huius Romanæ eccleſiæ nominibus ad ipſam Italiam pacificandum, eiuſque quieti & ſaluti vna cum præfato Rege intendendum prouide duximus deſtinandum, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod inſpirante pacifico regum Rege, qui de mundo aſcenſurus ad Patrem pacem iure quodam hereditario nobis reliquit in terris, fomenta diſſenſionum & bellorum quæcumque mota extinguere, & ſalutaris concordiæ, ac inextimabile pacis bonum producere modis omnibus procurabis, & ipſo Domino aſſiſtente efficies, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCVI. *pridie non. iulij pontificatus noſtri anno IV.*

Decretus ad ipſum Bernardin. Card legatus.

5 Inſtructus præterea eſt auctoritate legatus a, vt Carolo Francorum Regi cenſuras eccleſiaſticas intentaret, ni bello Italico abſtineret.

a Ibid. pag. 387.

Alexander. &c. Vt præmiſſa facilius, commodius, & liberius, prout tanta res exigit, exequi valeas, tibi chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Francorum Regem illuſtrem, ſi adhuc cum gentibus armigeris ad amplius Italiam moleſtandam venire, ſeu mittere vellet, ſibique directe vel indirecte quouis modo adhærentes, ac ad id auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes ſub ſententijs, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, de quibus tibi videbitur expedire, vt ab huiuſmodi moleſtationibus omnino deſiſtere, & arma deponere, ipſamque Italiam in ſua pace & quiete dimittere, ac per ipſum Regem vel nomine ſuo detenta & occupata reſtituere & relaxare debeat, auctoritate noſtra monendi & requirendi, & ſi (quod abſit) deſiſtere nollent, contra eos ad declarationem procedendi, ac inter ipſum Carolum Regem, alioſque Reges, duces, principes, & potentatus inuicem diſſidentes, ac illis adhærentes, complices, & ſequaces eorundem ſuper quibuſcumque diſcordijs, differentijs, ac bellis vrgentibus, & quæ eſſe poſſent inter eos quibuſcumque iuribus, actionibus, occaſionibus, ſeu modis quomodocumque & qualitercumque noſtro & eccleſiæ nominibus tractandi, & componendi, ac indicendi ſub ſpe pacis & concordiæ treuguas & inducias quaſcumque temporales, nec non pacem & concordiam, etiam perpetuo duraturas, *& infra*, plenam, liberam, & omnimodam auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, poteſtatem, & auctoritatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCIV. *pridie non. iulij pontificatus noſtri anno IV.*

Intentata Carolo Regi cenſuræ.

Iuſſus italica bella intermittere.

6 Profectum ad Maximilianum Regem Cardinalem legatum, habitumque honorifice, Rege ad illius ex equo deſiliente proſpectum, eumque complexu perhumaniter recipiente, tradit Burchardus, additque in eo congreſſu legati crucem a dexteris, enſem vero Cæſaris a ſiniſtris fuiſſe collocatos, ſe vero ad Romanorum Regem miſſum, vt ſacris ritibus, qui peragendi erant, præeſſet: tum rituum, qui in conferendæ ferreæ coronæ celebritate ſeruandi ſunt formulam ita deſcribit b.

Quis honos a Cæſare legato Apoſt. delatus.

Prædictus Rex ſiue Imperator ſe transferat Mediolanum ad eccleſiam D. Ambroſij extra dictam eccleſiam in loco, vbi eſt columna marmo-

b Burch. l. a pag. 66.

rea

Digitized by Google

rea erecta, & ibi debet eſſe liber miſſalis, qui debet eſſe in manibus vnius ex comitibus de Ingleſia & antiquioribus, & ibi dictus comes recipiat ſacramentum ſuper euangelia ab ipſo Imperatore iurante ſancta Dei euangelia, & in praeiudicium animae ſuae, quod erit deuotus & fidelis Chriſtianus, & pro poſſe ſuo conſeruabit & augumentabit fidem catholicam & ſanctam Eccleſiam domini noſtri Ieſu Chriſti. Praeſtito iuramento praedictus Imperator, ſiue Rex amplectitur ambobus brachys praedictam columnam marmoream erectam in ſignum totius Italiae, & ſicut illa columna eſt recta, ita iuſtitia ſit recta in ipſa Imperatore. Poſtea dictus comes accipiat cum reuerentia vnam crucem in manibus, ſupra quam ſit imago domini noſtri Ieſu Chriſti, & ante ipſam crucem Imperator flexis genibus deuotus oſculatur pedes Crucifixi. Hoc facto praedictus comes cum cruce in manibus antecedus Imperatorem & ipſum ducit intra eccleſiam D. Ambroſij. Imperator flectit genua & oſculatur crucem. His peractis denuo ipſe comes accipit crucem in manibus, & praecedit Imperatorem, & eum introducit in chorum. & ducit ipſum ad altare maius, & ibi flectit genua ad infimum altaris, & ſic ſtando ipſe comes leuat ipſi Imperatori de capite coronam, & eam deponit ſuper altare diui Ambroſij, & ibi eſt paratus reuerendiſſimus dominus archiepiſcopus Mediolanenſis, qui facit officium ipſi Imperatori, prout moris eſt, & in fine praedictus comes imponat praedicto Imperatori coronam ferream, qua Mediolani gubernatur. His expeditis duo nobiles parentelae de Contis induti cottis albis ſuper veſtimenta eorum, & cum reuerentia accipiunt in eorum brachys dominum Imperatorem, & eum portant ſuper cathedram S. Ambroſij, & ibi ſedebit, & ſedendo confirmat priuilegia ipſis comitibus de Ingleſio in totum & per totum, prout iacent, & de ipſa confirmatione fit publicum inſtrumentum, qualiter praedictus dominus Imperator debite recepit coronam ferream in Mediolano. Nota quod dominus Imperator non debet morari in ciuitate Mediolani niſi per tres dies, niſi caſus infirmitatis adeſt, vel aliud impedimentum.

Qui ritus a Caeſare coronam ferream accipiente obſeruandi.

7 Decreuerat Maximilianus poſt acceptam ferream coronam in Inſubria, etiam Romae auream e pontificijs manibus capeſſere, cumque ab Italis, a quibus erat excitus, copijs auroque ſubſidiario ſe inſtructum iri ſperaret, exiguo comitatu ſtipatus venerat b, adeo vt factos officij cauſa populorum concurſus poeniteret, neque Comum Mediolanumue, vbi apparatus ſplendide comparati erant, ingredi voluerit. Mille equites peditumque duo millia, eum Dertona receſſit, ſecum duxiſſe tradit Burchardus c, adiungitque Genuam perrexiſſe, ac religionis ergo oſtenſum illi in eccleſiae principis ſacrario catinum, quo Chriſtus in coena vltima vſus eſt: Teſtia, inquit, octobris, in ſacriſtia eccleſiae metropolitanae Regi & duci, nempe Alberto Saxoniae, praedictis mihi & omnibus ibidem exiſtentibus, & infra, oſtenſus fuit catinus, ſiue paropſis Chriſti, ex qua fecit vltimam coenam cum diſcipulis ſuis, qui inaeſtimabilis pretij eſſe dicitur, longeque plus valere, quam poſſet per quemcumque aeſtimari, eſt autem catinus ipſe lapis ſmaragdus. Cultum magnificentiſſime Caeſarem a Genuenſibus referunt Genuenſes hiſtorici d, ornataque e in eo portu claſſe Piſas contendiſſe.

Maximiliani in Italiam aduentus
a Iouius lib. 4.
b Surit. to. 5. l. 2. c. 3.
c Burchar. vbi ſup.
d Felici. lib. 9. Aug. Iuſtinian. l. 5.
e Id. ibid.

8 Vindicati fuerant in libertatem Piſani a Carolo Gallorum Rege, quam aduerſus Florentinorum impetus tuebantur aegerrime, aduentuque Maximiliani recreati in veterem caeſaream clientelam reſtitui popoſcerunt, Caroli que Regis

Genuae inſtructa claſſe Piſas contendit.

ſignum marmoreum cum liliorum aureorum inſigni, vt Caeſarij morem gererent a, contregere, ponteque in Arnum deiecere, ex quorum facto inania populorum ſtudia arguit Philippus Comineus b. Propulſatis vero Piſis Florentinis eductus deinde aduerſus Liburnum, quod tenebant Galli, exercitus, ſed coorta tempeſtate caeſarea claſſis diſiecta eſt, nec non caſtra grauibus damnis affecta, adeo vt Maximilianus obſidionem ſoluere coactus Germaniam repetierit c, diſſipatis ingentibus conſilijs, quae verſabat animo, ſiquidem cum ad Florentinos pro recuperandis imperij vetuſtis iuribus oratores miſiſſet, inſtaretque, vt ij foederatorum, nempe Pontificis, ipſius, Hiſpaniarum, Angliaeque Regum, ducis Mediolani, Venetorumque numero accederent exponebat d, ſe pacata Italia aduerſus Turcas arma verſurum; ſuperiori enim anno Vvormatiae de ea re habiti e fuerant ſolemnes imperij conuentus, ac plerique ſuaſerant, vt omiſſo in Gallum bello, Turcicae expeditioni conficiendae vacaret, quippe Alexander de aſſiduis in finitimas Chriſtianorum oras excurſionibus haec refert f: Continuo ipſi perfidi Turchi Chriſti nominis hoſtes Chriſtianorum terras, & loca etiam munitiſſima cum validiſſimo exercitu inuadere, & maximas incurſiones ac praedas facere non ceſſant, prout anno ſuperiori, quo totam Croatiam deuaſtarunt, & quamplurimos Chriſtianos in miſerabilem ſeruitutem redegerunt, effecerunt & adhuc de nouo faciunt, totis viribus illam occupare, & ſuae duriſſimae tyrannidi ſubijcere conantes. Dat. Romae apud S. Petrum anno MCCCCXCIV. kal. auguſti pontificatus noſtri anno II. Quin etiam hoc anno menſe octobri Rhodiorum equitum princeps ad eum oratorem legauit g, vt ipſum ad glorioſiſſimum pro Chriſto bellum ſuſcipiendum impelleret, doceretque maximos bellicos apparatus terra marique a Baiazethe fieri, ac Turcas, ſancitis inter Chriſtianos principes foederibus, grauiores metus concepiſſe: tum etiam quodam vaticinio, quo ferebatur Turcicum imperium exitio proximum, ſectamque Mahometis octingenteſimo poſt anno excindendam, vehementer perculſos; de qua etiam fama Rhodius magiſter proximo anno Alexandrum certiorem fecit. Peruulgatum huiuſmodi apud Mahometanos de eorum ſuperſtitione aliquando abolenda vaticinium iam ante ex Gregorij XI. literis vidimus h, & paulo ante repetiuimus: & licet circa annorum circumſcriptionem erratum fuerit, non modo a Mauris, verum a nonnullis Chriſtianis, vt a Torquato & ab Hieronymo Sauonarola, & alijs, qui ſine diuino inſtinctu coniecturis temporum momenta aſſequi conati ſunt, tamen de nefaria eadem ſecta, & antechriſti imperio triumphaturam Eccleſiam ex apocalypſis oraculis habetur, quae multis antea Mahometis ortum ſaeculis edita a diuina prouidentia Henricus Inſtitor i & Genebrardus l obſeruant, ne ſecundis impiorum hominum rebus turbarentur electi, vtque eadem fallaci proſperitate reprobi confunderentur.

Piſae Caeſareae clientelae reſtitutae.
a Iou. l. 4.
b Comin. l. 7. c. 7.
c Sabell. en. 10. l. 9. Iouius l. 4. Volat. l. 23. Sur. to. 5. l. 2. c. 34.
d Guicc. l. 2.
De turcica expeditione habita colloquia
e Guicc. l. 3. e Mutius l. 30.
f Lib. 3. bull. ſecr. pag. 291.
Turcarũ in Croatiam irruptiones crebrae.
g Boſius p. 2. l. 15.
Mahumetiſmi excindendi peruulgata fama.
h Annal. to. 16. ann. 1373. n. 10.
i Henr. Inſtit. tract. 8.
l. Genebr. in chron. lib. 3.

9 Caeterum Maximilianus ad Turcicam conficiendam expeditionem impar erat viribus, atque nummarijs ſubſidijs, quae etiam defuerunt ad ſuſcipiendum auguſtale inſigne, quo ornatus maiori cum dignitate crucesignato exercitui praefuiſſet. Praeceps m adeo fuit illius diſceſſus, vt legatus apoſtolicus vix eundem ſalutare potuerit, irarumque plenum ſaepius repetijſſe aiunt n, non venatoris habitu, vt ſociorum confiſus auxilijs

Diſceſſus turpis Maximiliani ex Italia.
m Guicc. lib. 3.
n Iou. l. 4. Surit. to. 5. l. 4. c. 39.

fecerat, ſed armati Cæſaris more, omnibus imperij ſuccinctum viribus in Italiam reuerſurum, Ideo autem promiſſa ſubſidia minus præſtita fuerunt, cum iam Gallorum res, ad quorum infringendos conatus excitus fuerat, in Neapolitano regno corruiſſent, nec non Veneti & dux Mediolanenſis de Piſarum imperio contrarijs ſtudijs certarent.

Inter Ferdin. & Gallos certatum.

a Comin. l. 8. c. 14. & 15. Ferron. in Car. VIII l. 2. Sabell. enn. 10. l. 9. Surit. to. 5. l. 2. c. 28. & 30. & 41. & alij. b Lib. 7. bull. ſecr. pag. 359.

10 Quod porro ad Neapolitanas turbas attinet; geſtum a diu eſt bellum ancipiti euentu, nam Ferdinandus ad Tarentum erumpentibus ex eo Gallis inferior viribus obſidionem ſoluere coactus eſt, demum qui ſæpe tumultuarijs prælijs hoſtilibuſque graſſationibus fractus fuerat, coniunctis cum duce Mantuano copijs, & Gonſalui Hiſpani ducis celebratiſſimi manu ſuffultus, Gallos ad Atellam compulit, intercluſiſque commeatibus ad faciendam deditionem adegit. Inter quæ Alexander Pontifex, Veneti, & Mediolanenſis dux communibus ſtipendijs conductum exercitum aduerſus Gallos immiſere, cuius imperium Vrbini duci datum eſt, de quo extant literæ b.

11 Coniunxit armis Alexander eccleſiaſticarum cenſurarum ſeueritatem, ac Ioanni S. Mariæ in via lata diacono Cardinali prouinciam dedit, vt de malis, quæ Galli Neapolitano regno aduerſus Ferdinandum Regem intuliſſent, publica acta conficienda curaret, vt in eos legum eccleſiaſticarum ſeueritas poſſet adhiberi c.

c Lib. 7. bull. ſecr. pag. 369.

Dilecto filio Ioanni S. Marci in via lata diacono Cardinali in regno Siciliæ citra pharum noſtro & A. S. L.

Ingentia in regno Neap. bella ſequuta.

Ad audientiam non ſine cordis diſplicentia ac admiratione non parua peruenit, quod nonnulli eccleſiarum prælati, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ etiam in dignitatibus conſtitutæ tam religioſæ, quam ſæculares, qui ad pacis bonum tota mente aſpirare tenentur, ſuorum ſalutis ſtatus & honoris immemores, Dei timore poſtpoſito, in regno Siciliæ citra pharum, quod eſt ſpeciale patrimonium B. Petri, ſciſſuram & diſſenſionem damnabilem, ac contra chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum eiuſdem regni Regem illuſtrem, ſedemque Apoſtolicam, ad cuius ſuperioritatem dictum regnum pertinet, rebellionem temerariam excitare & inducere, inductamque pertinaciter fouere, ſuiſque falſis ſuggeſtionibus & peruerſis conſilijs manutenere præſumpſerunt & præſumunt in dies, ex quo in regno prædicto ſcandala maxima, depopulationes, incendia, ſacrilegia, furta, rapinæ, homicidia, incurſiones, & alia quamplurima damna eueniſſe noſcuntur in animarum ſuarum perniciem, ac Regis & regni prædictorum, ac populorum dicti regni diſpendium & detrimentum non modicum, pernicioſum quoque exemplum & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, quorum intereſt, contra talium ſcelerum patratores, ac eorum temerarios auſus & inſolentias, ne de ipſorum valeant malitis gloriari, quoad poſſumus, remedio opportuno occurrere, ac alijs aditum perpetrandi ſimilia amputare, circumſpectioni tuæ, de qua in his & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi perſonaliter, ſi eorum præſentiam habere potueris, alioquin per edictum in valuis vnius vel duarum eccleſiarum circumuicinarum, de quibus tibi videbitur, affigendum, ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis inquiras auctoritate noſtra diligentius veritatem, & quæ per

Contra Gallos legatus cenſuras iuſſus diſtringere

inquiſitionem eandem repereris veritate fulciri in publicam formam redigas, proceſſus quoque deinde, quos ſuper præmiſſis habueris, ad nos ſic in publicam formam redactos, vt ſuper eiſdem maturius deliberare, & vlterius ad punitionem exceſſuum & delictorum huiuſmodi, iuſtitia exigente, procedere valeamus, ſub tuo ſigillo clauſos quantocyus deſtinare procures, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, ac alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCVI. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* V.

12 At Gallicus exercitus & cenſuris eccleſiaſticis, & fœderatis Italorum armis preſſus, necnon omni ex Gallia auxiliorum ſpe depulſus tumultuari in duces cœpit, prælumque inire cum hoſtibus, ad quos etiam plures Germani deſciuere, detrectauit; itaque ſalutem pactus, & commeatu libero impetrato deditionis verba nuncupauit ea lege, vt inſtrumenta omnia bellica, & arces, quæ præſidijs Gallorum tenebantur, in Ferdinandi poteſtatem redirent: qui vero vitam, quam armis defendere potuerant, ea pactione redimere putauerant, ab hoſtibus tantis incommodis ſunt affecti, vt duas eorum partes morbis vel peſte conſumptas vna cum Monpenſerio prorege referat Comineus a. Alios per Italiam vagantes omnium egenos illudentis humanæ inſtabilitatis fuiſſe ſpectaculum narrat Paulus Iouius.

Galli Neapolitano regno pulſi

a Comin. l. 8. c. 14.

13 Tanta porro auctus victoria Ferdinandus iunior, qui iam firmato ſolio, ductaque in coniugem conſanguinea vacabat delitijs, atque ad ſummum humanæ gloriæ felicitatiſque faſtigium aſſurrexiſſe videbatur, repente morbo extinctus eſt b. Cuius mortem diuinæ vltioni aliqui aſcribunt, cum ille Theanenſem epiſcopum ſecuri percuti iuſſerit. Succeſſit Ferdinando in Neapolitano regno Fridericus patruus, de quo hæc tradit Burchardus c: *Feria ſexta ſeptima octobris*, nempe huius anni, *obijt ſereniſſimus D. Ferdinandus Siciliæ Rex Neapolitanus, in cuius locum & regnum aſſumptus eſt & ſucceſſit illuſtriſſimus dominus Fredericus de Aragonia princeps Altamuræ, dux Adrienſis regni prædicti adminiſtrator, vel admiranaus Ferdinandi ſenioris dicti regni Regis patris Ferdinandi prædicti vltimo defuncti frater Germanus, cui omnipotens Deus proſperum ingreſſum & felicem progreſſum tribuere dignetur.* Præfuit idem auctor ſacris ritibus in regia illius inunctione.

b Burc. l. 2. Iouius l. 4. Guic. l. 3.

Ferdinandus Rex Neap. extinctus.

c Burchar. vbi ſup. Surit. to. 5. l. 2. c. 33. Marian. l. 27. c. 7.

Fredericus illi ſucceſſit.

14 Potitus regno Fridericus, cum Galli aliquot Caietam adhuc tenerent, qui confectas a ſocijs pactiones reſpuebant, ad eos inde diturbandos exercitum mouit, & licet initio Galli nonnullis eruptionibus ſtrenue reſiſterent, demum tamen ſpe ſuppetiarum animo demiſſi deditionem fecerunt, impoſitique naui male compaginatæ periere, vt narrat Burchardus d: *Sabbato*, inquit, XIX. *nouembris facta eſt compoſitio & conuentio de caſtro Caietano inter ſereniſſimum Regem Neapolitanum & Gallos in arce Caietana & prædicto caſtro exiſtentes de aſſignando caſtrum & arcem huiuſmodi Regi libere & expedite, niſi infra quindecim dies ex tunc immediate ſequentes veniret ipſis Gallis ſufficiens ſubſidium a Rege Franciæ, quo poſſent ſe contra Regem Fredericum opportune tueri, & dati ſunt obſides, qui lapſis diebus huiuſmodi conſignatis caſtro & ciuitate prædicta Regi Frederico fuerunt liberati, & datus liber receſſus Gallis ibidem exiſtentibus cum bonis & rebus ſuis perſonæ circiter trecentæ viginti, qui omnes, demptis circiter viginti, apud Terracinam*

Galli Caietam de ditione tradunt.

d Burch. m. ſ. arc. Vat. l. 2. Surit. to. 5. l. 2. c. 34. & 35. Iouius l. 4. Guic. l. 3. Ferron. in Car. VIII lib. 2.

ruptis

Digitized by Google

ruptis de fortuna maris lignis ſunt ſubmerſi, de quo Papa habuit literas die veneris ſecundo decembris ante horam conſiſtorij.

Hypocriſis Caroli VIII. turpem exitum ſortita.

15 Hic fuit Neapolitani belli a Carolo Francorum Rege ſacri in Turcas belli ſpecie ſuſcepti funeſtus exitus. Non defuere etiam inter Gallos, qui de Carolo conquererentur, quod externis, nec non ſuis, quos diſcriminibus implicitos deſeruerat, exitia tanta intuliſſet: *Variè*, inquit Ferronius a, *laudabatur reprehendebaturue. Aditum quidem paratum ab eo in Italiam magno nominis ſplendore, nullo regni commodo, quem ſi cæteri Reges æmulati contendant & armis & pecunijs & hominibus, exhauſturi breui ſint Galliam, Italis proceribus aliiſque exteris bellum ex bello ſemper ſerentibus & augentibus priuatorum commodorum gratia. Pis tot theſauris congeſtis in Neapolim vitia inde ſatis ſuperque relata, inuectum Carolum in Neapolim victorem cum inſigni illa laurea, at hoſtes triumphaſſe decore Gallico conuulſo, expugnatas eorum arces, at Francos genus hominum optime moratum modeſtiſſimos mores ea expeditione exuiſſe, dominatum eos accepiſſe Neapolis, at in clientelam impegiſſe delitiarum faſtuſque exteri & Campani.* At de his ſatis.

a Ferron. vbi ſup.

Vitijs expugnati Galli magis quam armis.

16 Cæterum quamquam Neapolitanum regnum, propulſatis deiectiſque Gallis, conquieuit, haud tamen ditio eccleſiaſtica pacata fuit b, Alexander enim Pontifex, cum illos ad Atellam deditionem feciſſe audiſſet, & cum alijs ducibus Virginium Vrſinum in Ferdinandi Regis redactum poteſtatem, Ferdinando mandata dedit c, ne fidem illi datam ſeruaret, cum is iam ante a ſede Apoſtolica perduellionis crimine damnatus eſſet. Extat lata in Virginium ab Alexandro ſententia d, qua illi verſum eſt crimini, quod monitus a Pontifice ipſo ſæpius, vt Gallicas partes ad pontificias tuendas deſereret, nec iuſſis eius neque Cæſaris, Regum Hiſpaniæ, ac Veneti & Mediolanenſis ducum precibus flecti potuiſſet.

b Burchar. l. 2. Volat. l. 22. in Alex. VI. Iou. l. 4. Guicc. l. 3. Sabell. enn. 10. l. 9. Surit. to. 5 l. 2. c. 30. c Surit. ſup. c. 30. & tom. vbi ſup. d Lib. 7. bull. ſecr. pag. 246. & 341.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum licet iniquitatis filio & perditionis alumno Virginio Vrſino domicello Romano notum eſſet, quot & quanta grauiſſima mala ex aduentu Regis Francorum armata manu in Italiam, & ex inuaſione & violenta occupatione regni Siciliæ citra pharum, quod eſt ſpeciale patrimonium B. Petri, ac detentione arcis noſtræ Oſtienſis prouenerant, propter quam occupationem inuaſionem, & detentionem tam Rex ipſe, quam omnes fautores, adhærentes, ac ſibi auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes grauiſſimas cenſuras & pœnas, quæ in his, quæ ſingulis annis contra huiuſmodi inuaſores & perturbatores dicti regni, & iurium eiuſdem Romanæ eccleſiæ in die cœnæ Domini publicari conſueuerunt, incurrerant, ac ipſe Virginius, qui noſter & eiuſdem Romanæ eccleſiæ ſubditus & vaſallus erat, a præſtatione auxilij & fauoris contra regnum prædictum abſtinere teneretur, & non ſolum contra iura ipſius Romanæ eccleſiæ quidquam attentare non debuiſſet, verum etiam eandem Romanam eccleſiam adiuuare, eique ſeruire ſubiectionis iure aſtringeretur & obligaretur, & ſecus faciendo vltra prædictas cenſuras, & periurij reatum omni feudo & dominio, quod ab ipſa Romana eccleſia obtinebat, indignum ſe faceret, & ab eo cadere deberet, tamen nos volentes ſecum benigniori officio agere paterna moti charitate, miſimus ad eum dilectum filium Vincentium electum Caperſanum tunc cubicularium & nuntium noſtrum cum pleno & ſufficienti mandato noſtris & dilectorum filiorum nobilium virorum Venetiarum & Mediolanenſis ducum confœderatorum noſtrorum ſtipendijs conducendum, hortantes eum, vt pro debito ſuo & ſeruitio noſtro ac ſedis Apoſtolicæ oblata ſibi ſtipendia & honorificas conditiones acceptare vellet, &, cum corde indurato acceptare recuſaſſet, non ceſſauimus ex abundanti benignitate noſtra per plures interpoſitas perſonas, & condecentia media ſecum agere, vt eum ad amplectendum viam noſtram, & ſtipendia prædicta oblata acceptandum adduceremus, ſed ipſe quanto magis ſe rogari cernebat tanto obſtinatiori corde tenuebat, & vlterius ad conuincendum proteruiam ſuam, & ne vllo vnquam tempore aliquam excuſationis materiam exquirere poſſet, denuo ad eum præfatum Vincentium cum pleno mandato pro ſua conducta concludenda atque firmanda deſtinauimus, pariqne modo nuntios ſuos cum mandatis præfati Venetiarum & Mediolanenſis duces, & eorum nomine ſui oratores ad ipſum Virginium miſerunt, requirentes & hortantes eum, vt pro communi Chriſtianorum beneficio & ſalute, ac quiete totius Italiæ ad huiuſmodi noſtra & eorum communia ſtipendia conduceretur, ad quod etiam alij noſtri & ſanctiſſimæ ligæ confœderati, videlicet chariſſimi in Chriſto filij noſtri Maximilianus Romanorum, & Ferdinandus Reges & Elizabeth Regina Hiſpaniarum illuſtres per eorum nuntios eundem Virginium plurimum hortati fuere, & cum ſurda aure & proteruo animo renueret malens eiuſdem Regis Francorum dicti regni & iurium eiuſdem eccleſiæ occupatoris ſtipendijs contra eccleſiam, eiuſque iura ſeruire, quam pro defenſione eccleſiæ, ad quam tenebatur, oblatis ſtipendijs militare, gentes armigeras contra prædictum regnum in terris eiuſdem Romanæ eccleſiæ quotidie inſtruendo & expediendo in noſtrum & eiuſdem eccleſiæ ac ſedis prædictorum contemptum & vilipendium, prædictas cenſuras & pœnas ac periurij reatum incurrendo, nos volentes, prout pro conſeruatione iurium Romanæ eccleſiæ ac ſedis prædictarum tenebamur, omnibus opportunis remedijs prouidere, eidem Virginio per noſtras in forma breuis literas ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac eccleſiaſtici interdicti in omnibus terris & locis ſuis, atque alijs, ad quæ eum & milites ſuos declinare contingeret, necnon rebellionis & confiſcationis omnium bonorum ſuorum ſtabilium & mobilium vbicumque exiſtentium, ac priuationis omnium feudorum & ſtatuum, quæ ab ipſa Romana eccleſia obtinet pœnis, quas ipſo facto incurreret, mandauimus, vt nihil contra prædictum regnum directe vel indirecte attentare, nec illud intrare præſumeret, neque aliquas gentes armigeras in quibuſcumque terris & locis eiuſdem Romanæ eccleſiæ facere, vel tenere a die intimationis literarum prædictarum in antea, immo quoſcumque milites & pedites ad ſua ſtipendia, ſiue ſub eo militantes infra ſex dies a die intimationis huiuſmodi computandos, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica aſſignauimus, a prædictis terris & locis remouere penitus deberet, & prædictis militibus & peditibus ſub ſimilibus cenſuris & pœnis ac termino & canonica monitione, vt ſua ſtipendia nullatenus reciperent, & in regnum prædictum intrarent, & ſi qui recepiſſent reſtitutis ipſis ſtipendijs ab eo & ſua militia & obedientia, eiſdemque ter-

Vt Oſtia intercepta a Gallis.

Virginij Vrſinus cum ijs ſenſit aduerſus Pontificem.

Rogatus ab Alex. & Cæſare & tertio. & Mediol. Gallum deſerere abnuit.

Cenſuris deſigitur.

terris & locis eccleſiæ recederent, & ſi ſecus facerent decreuimus & declarauimus præfatum Virginium, & omnes ſecum militantes prædictas cenſuras & pœnas ipſo facto incurrere, terraſque omnes & loca ſuæ ditionis, & alia, ad quæ eum & milites prædictos declinare contingeret, eccleſiaſtico ſuppoſita eſſe interdicto eo caſu, abſoluentes & liberantes omnes & ſingulos ſubditos ſuos a quocumque iuramento fidelitatis, quo eidem Virginio aſtricti erant, liberoſque & ſolutos eſſe decreuimus & declarauimus: omnia quoque bona, terras, oppida, & dominia ſua & militum ſuorum prædictorum cameræ apoſtolicæ confiſcauimus, & confiſcata eſſe, & pro rebellibus eiuſdem Romanæ eccleſiæ ipſos eo caſu declarauimus, prout in eiſdem literis plenius continetur.

17 Cum autem poſtmodum præfatus Vincentius tunc nuntius noſter in præſentia nuntiorum dictorum confœderatorum præfato Virginio quaſdam alias noſtras in ſimili forma breuis literas, quibus eundem Virginium ad præmiſſa peragenda paterne hortabamur, præſentauerit, & licet tunc & deinde ſæpius magna cum inſtantia, vt illas reciperet & iuxta illarum continentiam & tenorem mandatis noſtris, prout tenebatur, obtemperare deberet omnibus, quibus potuit, modis requiſiuerit, ac etiam nuntij dictorum confœderatorum eiuſdem Virginij rebellionem & perfidiam videntes ſibi nomine dictorum confœderatorum affirmauerint, quod ſi mandatis noſtris contrauenıret vltra pœnas prædictas in dictis literis noſtris monitorialibus contentas, ipſi confœderati hoſtiliter aduerſus eum ſtatumque ſuum cum omni eorum conatu inſurgerent, tamen ipſe Virginius in ſui cordis duritie Pharaonis inhærendo veſtigiis peramplius perſeuerans, Dei timore poſtpoſito, literas prædictas recipere recuſauerit, multaque nefanda & deteſtabilia præſertim in læſionem honoris & dignitatis huius ſanctiſſimæ ſedis & apoſtolicæ auctoritatis ac fidei noſtræ contemptum publicæ proferre non expauerit, ſignificans omnino contra dictum regnum, ſpeciale, vt prædiximus, patrimonium B. Petri, militare & dicto Regi Francorum adhærere velle, nec cenſuras, pœnas & minas huiuſmodi formidare. *Et infra*: Et deinde præfatus Virginius erecta ceruice mala malis accumulando, & in ſua erga nos & ipſam Romanam eccleſiam rebellione & obſtinatione proterua perſeuerando cum Ioanne, Iordano, Paulo, & Bartholomæo (de Aluiano ſcilicet) ac alijs gentibus armigeris perſonaliter per noſtras & eiuſdem Romanæ eccleſiæ terras pertranſiens ad dictum regnum aduerſus chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ferdinandum eiuſdem regni Regem illuſtrem militando contra & præter voluntatem ac monitiones & mandata noſtra huiuſmodi ſe contulerit, præfatis Gallis adhærendo, maximaque & innumerabilia damna dicto regno intulerit in graue ſuæ ac ſequacium & complicum ſuorum prædictorum animarum periculum, apoſtolicæ auctoritatis contemptum, & iurium eiuſdem Romanæ eccleſiæ detrimentum, pernicioſum quoque exemplum & ſcandalum plurimorum, &c. Proſcriptione bonorum, & cenſuris eccleſiaſticis percellit Virginium, Ioannem, Iordanum, Paulum de Vrſinis, Bartholomæum de Aluiano, Carolum Vrſinum Virginij natum, Camillum, Paulum, & Vitellatium fratres, omnique honore & iure exauctorat. *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXVI. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* IV.

In eundẽ & ſocios repetitæ.

18 Itaque Ferdinandus ſacramentum de libero commeatu dando Vrſinis, nec eorum inuadenda ditione infregit, quippe (vt dictum eſt) Alexander Virginio Romanæ eccleſiæ clienti Gallicas partes ſequi vetuerat, quin potius pontificijs fœderatorumque partibus adhæreſcere iuſſerat, intentata niteuti contra anathematis religione, bonorumque proſcriptione. quas cenſuras ille ſpreuerat, & cum Ioanne Iordano, filio Paulo Vrſino, & Bartholomæo Aluiano copijs ſuccinctus aduerſus Aragonios in Neapolitanum regnum penetrauerat. Quem contemptum vindicaturus Alexander Vrſinorum ditionem, dum in Neapolitano carcere teneretur, occupare, iuriſque acerbitate vti conſtituit, de quo hæc Burchardus a: *Feria quinta*, inquit, *vigeſimaſexta octobris fuit conſiſtorium ſecretum, in quo reuerendiſſimus dominus Cardinalis de Lunate creatus & publicatus fuit legatus de latere ad aſſiſtendum ad expugnationem caſtrorum, & terrarum, oppidorum & villarum dominorum Gentilis Virginij Vrſini de Aragonia, Pauli Vrſini, &c.* Addit auctor illum eccleſiaſtici exercitus imperium Cæſari Borgiæ duci Gandiæ contuliſſe, ſummaque celeritate eductum ad prædam potius, quam ad pugnam, exercitum: *Feria*, inquit, *quarta* XXVII. *octobris reuerendiſſimus dominus Cardinalis de Lunate legatus, & dux Gandiæ capitaneus cum duce Vrbini, ac omnibus eorum gentibus armorum machinis præparatoriiſque exierunt vrbem ituri ad Anguillariam, & alias terras, & loca domini Gentilis Virginij Vrſini: omnes ſucceſſiue debellarunt, expugnarunt autem & acquiſiuerunt ſancta Romana eccleſia intra vel circa vnum menſem decem caſtra, videlicet, Anguillariam, Galeram, Baſſanum, & Sutrium, Campagnanum, Formellam, Scroſanum, Coſonum, Vianum, Biedam, & Treuignanum.*

Virginio Vrſino non ſeruata fides

a Burchar. vbi ſup. Exuere eum principatu nititur Alexander.

19 Capto hoc extremo oppido, nempe Treboniano, omnis belli vis ad Brachianum incubuit, vbi b poſt varias ancipiteſque pugnas demum a Caroli Virginij filij, e Gallia ad flagitanda auxilia reducis, collectitia manu pontificius exercitus profligatus eſt, vexillis tormentiſque captis, ipſo duce Vrbini Guidone Feltrio vna cum pluribus nobilibus in hoſtium poteſtatem veniente; in eaque fuga Bernardinum Lunatum Ticinenſem Cardinalem ex pauore concepto adeo equum vexaſſe ferunt, vt ex tanta iactatione obierit, cum victores paulo ante amiſſa, præter Anguillariam & Trebonianum, recepere. Perculſus ſuorum clade Alexander, metuens ne Gallica arma ad tuendos fœderatos in Italiam alliceret, pacem interprete Friderico Sanſeuerino Cardinale Vrſinis dedit c proximo ineunte anno: at Virginius pacis beneficio potiri non potuit, cum in Neapolitano carcere tunc obierit. Ob einſmodi Italica bella Petrus Delphinus d hæc pie ſcripſit ad Petrum de Portica monachum Camaldulenſem: *Vere in ea incidimus tempora, vt pro carcere oppidum, pro paradiſo eremus habenda ſit. Vides ipſe quantis nunc bellorum perturbationibus vexetur Italia, quocumque te verteris armorum exaudis ſtrepitus, ac frementium hinnitus equorum, fœdata eſt barbarorum gladio Latinorum regio. Omnia madent ſanguine. Auertat Dominus iram ſuam a nobis, neque nos deſerat in tempore malo, &c. Ex Fonte bono die* XII. *iulij* MCCCCXCVI.

Ad Brachianum cæſus exercitus pontificius.
b Volat. Sabell. Guicc. vbi ſup. Surit. to. 5. l. 2. c. 42. & alij.

Vrſini ad pacem admiſſi.
c Id. ibid.
d Lib. 5. ep. 6.

20 Deuexo autem hoc anno cum poſt aliqua leuia prælia in Galliæ & Hiſpaniæ finibus prope Narbonenſem agrum atque Salſulas Hiſpano ereptas induciæ inter Carolum Francorum & Ferdinan-

Aliqua prælia in Galliæ finibus edita.

nandum Hiſpanorum Reges ſancitæ eſſent a, Pontifex in ſacro Cardinalium ſenatu egit b de pace inter vniuerſos Chriſtiani imperij principes redintegranda, deque legato apoſtolico in Gallias decernendo, vt Carolum ad eam amplectendam pelliceret, ſed Maximilianus Romanorum Rex, qui in Germaniam iter valde accelerabat, nec Turcica pro fide bella, quamuis id externa ſpecie oſtenderet, cogitabat, nec non dux Mediolanenſis ea conſilia diſſiparunt.

a Surit to. 5. l. 2. c. 39 Comin l. 8. c. 16. & alij
b Id. Surit. ſup. c. 39.

21 Inter hæc Conſtantinus Georgianorum Rex Nilum monachum ordinis S. Baſilij oratorem miſit ad Alexandrum, vt regium obſequium illi, veluti Chriſti vices in terris gerenti, deferret c, ipſumque rogauit, vt occidentales Reges ad ſacrum in Saracenos bellum adornandum concitaret, cum quibus ipſe & orientales Chriſtiani arma iuncturi eſſent: idemque vetus cum Romana eccleſia fœdus redintegraturus expetijt, vt Florentini concilij de orientalis eccleſiæ cum occidentali Romana coniunctione, damnatiſque Græcorum erroribus decretum ad ipſum tranſmitteretur: cui Alexander hoc reſponſum dedit d.

c Lib. 7. bull. ſecr. pag. 367.
d Ibid. pag 369.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Conſtantino Georgianorum Regi illuſtri ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Accepimus per dilectum filium Nilum confeſſorem & oratorem tuum literas tuas, quibus ſummam erga nos ac ſanctam ſedem Apoſtolicam deuotionem & reuerentiam tuam, quantumue reipublicæ Chriſtianæ de victoria aduerſus infideles per chariſſimos filios noſtros Regem & Reginam Hiſpaniarum illuſtres potita gratulabaris plane ſignificaſti, & gratias propterea Deo omnipotenti habebas. Intelleximus etiam ſumma cum animi iucunditate optimam mentem ac ſententiam tuam in expeditionem aduerſus Ieſu Chriſti fidei rebelles vndique parandam, & quantum ad huiuſmodi ſalutaria cœpta vna cum filio tuo exercitus offerebas ad prophanata templa expianda, & oppreſſos populos in Chriſti libertatem vindicandos. De quibus omnibus vix exprimi poteſt quantam cepimus animo voluptatem, egimuſque gratias, vt par erat, omnipotenti Deo, quod maieſtatis tuæ menti tantum ardorem atque feruorem fidei inſpirauerit, & qui tantopere animo & deſiderio noſtro in fidei Chriſtianæ obſeruantia, & iuramento correſpondeas, ac de Chriſtianorum proſperitate læteris, nihil eſt enim quod magis cupiamus, dies noctéſque frequentius mente voluentes, quam meditari & aliquod conſilium inire, quo noſtræ fidei conſulamus, ſemperque inuigilamus, & ſupra vires enitimur, ita principes hos Chriſtianos tenere pacatos, vt de Conſtantinopolitana & Ieroſolymitana, alijſque patriarchalibus ſedibus recuperandis ſpes certa capiatur. Sed nec defuit voto noſtro, & bonis ſemper omnibus conſilijs aduerſarius antiquus hoſtis, qui aliqua diſcordiarum ſemina inter eos ſereret, quas nihilominus ſperamus nos fore Chriſti auxilio facile compoſituros, omnemque conatum aduerſus hoſtes ſanctæ fidei conuertemus, de quibus non veremur crucis vexillum præferentes certam victoriam reportaturos, ad quam rem etſi ſemper noſter animus fuit accenſus, nunc maxima cum alacritate feſtinat, quandoquidem de tanta tua promptitudine & religione pro Chriſti gloria certi ſumus.

Georgiæ Rex ſollicitat occid. ad exped. in Sarac.

Alexandri reſpõſum.

Te igitur quantum poſſumus hortamur, & in Domino oramus, quod in iſto tuo laudabili conſilio perſtes, tuoſque ſubditos omnes horteris ac mandes, vt mentem tuam in tam ſancto propoſito ſequantur, & pareant. Et quoniam omnibus Chriſtifidelibus expedit pro neceſſitate ſalutis æternæ in fide & obedientia cum ſancta Romana eccleſia conuenire, vbi caput & ſedem Chriſtus Dominus, & Apoſtolus Petrus ipſius vicarius vniuerſo orbi Chriſtiano reliquerunt. Gaudemus ſummopere maieſtatem tuam ad veram orthodoxæ fidei agnitionem intendere, & quæ ad ipſius fidei rectam obſeruantiam pertinent a nobis & hac ſanctiſſima ſede, vniuerſæ Chriſtianitatis capite, expoſtulare. Cum igitur per eundem Nilum oratorem tuum nobis ſupplicari feceris, vt ad maieſtatem tuam definitionem fidei in concilio Florentino firmatam, in quo ſub felicis recordationis Eugenio Papa IV. prædeceſſore noſtro vniuerſa Eccleſia tam Latina quam Græca conuenit, mitteremus, vt tu & dominia tua idem ſentiendo æternam gloriam, & temporalem hic victoriam contra hoſtes fidei a Deo merearis, cum ſine recta fide Apoſtoli teſtimonio placere Deo ſit impoſſibile, nunc dictam definitionem concilij literis noſtris ſub plumbo tibi mittimus, hortantes deuotionem tuam, quod illam mandes per vniuerſas prouincias tuas publicari & obſeruari. Et ſicut in Chriſto vero Dei filio omnes, ita in eius præceptis & inſtitutis per ſuum vicarium, & inde cæteros ſucceſſores nobis promulgatis vno cultu conueniamus, confidentes, ſi ita feceritis, nulla vobis aduerſantia tela inimicorum poſſe nocere, cuius fide regna vincuntur, habenteſque ſerenitati tuæ gratias innumeras de ſuis oblationibus, quas admiſimus libenter, eiſque, cum occaſio aderit, vtemur, ſicuti & dicto Nilo latius diximus, cui de cæteris, quæ nobis expoſuit, verbo reſpondimus. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCXCVI. III. non. iulij pontificatus noſtri anno IV.*

Monitus Georgiæ Rex vt decretũ vnionis promulgandum cures.

22 Extant aliæ Alexandri literæ ad eundem Georgianorum Regem miſſæ a, quibus Florentini concilij de proceſſione Spiritus ſancti ex Patre & Filio veluti vnico principio, ac de primatu Romani Pontificis in totius orbis eccleſias ſanctio continetur.

a Ibid. pag. 365.

Alexander, &c. ad futuram rei memoriam.

Prouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuum cuilibet conſeruetur. Hinc eſt quod nos tenorem quarumdam literarum felicis recordationis Eugenij Papæ IV. prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum pro eo quod, ſicut exhibita nobis nuper pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Conſtantini Georgianorum Regis illuſtris petitio continebat, ipſe huiuſmodi tenore pro implemento orthodoxæ fidei in partibus illis ſe aſſerit indigere, de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad ipſius Regis ſupplicationis inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt.

Georgiæ Rex coniunctionẽ cum Rom. eccl. redintegrat

Eugenius, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Conſentiente ad infraſcripta chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanne Palæologo Romanorum Imperatore illuſtri, & locatenentibus venerabilium fratrum noſtrorum patriarcharum, & cæteris orientalem eccleſiam repræſentantibus, lætentur cæli & exultet terra, ſublatus eſt enim de medio paries, qui occidentalem orientalemque diui-

Miſſum ad ipſum decretum vnionis Græc.

diuidebat eccleſiam, & pax atque concordia rediji illo angulari lapide Chriſto, qui fecit vtraque vnum, vinculo fortiſſimo charitatis & pacis vtrumque iungente parietem, & perpetuæ vnitatis fœdere copulante ac continente, poſtquam longam erroris nebulam, & diſſidij diuturni atram ingratamque caliginem ſerenum omnibus vnionis optatæ iubar illuxit. Gaudeat & mater Eccleſia, quæ filios ſuos hactenus inuicem diſſidentes iam videt in vnitatem pacemque rediſſe, & quæ antea in eorum ſeparatione amariſſime flebat, ex ipſorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles vbique per orbem, & qui Chriſtiano cenſentur nomine matri catholicæ Eccleſiæ collætentur. Ecce enim occidentales orientaleſque patres poſt longiſſimum diſſenſionis atque diſcordiæ tempus ſe maris ac terræ periculis exponentes, omnibuſque ſuperatis laboribus, ad hoc ſacrum œcumenicum concilium deſiderio ſacratiſſimæ vnionis, & antiquæ charitatis reintegrandæ gratia, læti alacreſque conuenerunt, & intentione ſua nequaquam fruſtrati ſunt, poſt longam enim laborioſamque indaginem tandem Spiritus ſancti clementia ipſam optatiſſimam ſanctiſſimamque vnionem conſecuti ſunt. Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficijs gratias referre ſufficiat? Quis autem diuinæ miſerationis diuitias non obſtupeſcat? Cuius vel ferreum pectus tantæ ſupernæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt iſta protſus diuina opera, non humanæ fragilitatis inuenta, atque gratia eximia cum veneratione ſuſcipienda & diuinis laudibus proſequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Chriſte, fons miſericordiarum, qui tantum bonum ſponſæ tuæ catholicæ Eccleſiæ contuliſti, ad quæ in generatione noſtra tuæ pietatis miracula demonſtraſti, vt enarrent omnes mirabilia tua, magnum ſiquidem diuinumque munus nobis Deus largitus eſt, oculiſque vidimus, quod ante nos multi cum valde cupierint aſpicere nequiuerunt, conuenientes enim Latini & Græci in hac ſacroſancta œcumenica ſynodo magno ſtudio inuicem vſi ſunt, vt inter alia etiam articulus ille de diuina Spiritus ſancti proceſſione ſumma cum diligentia & aſſidua inquiſitione diſcuteretur, prolatis vero teſtimonijs ex diuinis ſcripturis plurimiſque auctoritatibus ſanctorum doctorum orientalium & occidentalium, aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibuſdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum ſanctum, & ad eandem intelligentiam aſpicientibus omnibus ſub diuerſis vocabulis, Græci quidem aſſeruerunt, quod id, quod dicunt Spiritum ſanctum ex Patre procedere non hac mente proferunt, vt excludant Filium, ſed quia eis videbatur, vt aiunt, Latinos aſſerere Spiritum ſanctum procedere ex Patre & Filio tanquam ex duobus principijs & duabus ſpirationibus, ideo abſtinuerunt a dicendo, quod Spiritus ſanctus ex Patre procedat & Filio. Latini vero affirmarunt, non ſe hac mente dicere Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, vt excludant Patrem, quin ſit fons & principium totius deitatis, Filij ſcilicet & Spiritus ſancti, aut quod id, quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, ſiue quod duo ponant eſſe principia: ſeu duas ſpirationes, ſed vt vnum tantum aſſerunt eſſe principium vnicamque ſpirationem Spiritus ſancti, prout hactenus aſſeruerunt. Et cum ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis ſenſus, tandem in infraſcriptam ſanctam & Deo amabilem eodem ſenſu eademque mente vnionem vnanimiter concordarunt, & conſenſerunt.

Aſſerta proceſſio Spiritus S. ex Patre & Filio tanquã vnico principio.

23 In nomine igitur ſanctæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti hoc ſacro vniuerſali approbante Florentino concilio definimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicque omnes profiteantur, quod Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam, ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & Filio, & ex vtroque æternaliter tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit, declarantes quod id, quod ſancti doctores & patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendat, vt per hoc ſignificetur Filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidem cauſam, ſecundum Latinos vero principium ſubſiſtentiæ Spiritus ſancti ſicut & Patrem, quoniam omnia quæ Patris ſunt Pater ipſe vnigenito Filio ſuo gignendo dedit: præter eſſe Patrem, hoc ipſum quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius ex Patre æternaliter accepit, a quo æternaliter etiam genitus eſt.

Quando intellig. quod Spi S ex Patre per Filium procedere.

Definimus inſuper explicationem verborum illorum, *Filioque*, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licite ac rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitam. Item in azimo ſiue fermentato pane triticeo corpus Chriſti veraciter confici, ſacerdoteſque in altero ipſum Domini corpus conficere debere, vnumquenque ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue occidentalis ſiue orientalis conſuetudinem. Item ſi vere pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnis purgatorijs poſt mortem purgari, & vt a pœnis huiuſmodi releuentur prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt ſecundum Eccleſiæ inſtituta, illorumque animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt purgatæ in cælum mox recipi & intueri clare ipſum Deum trinum & vnum ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectius, illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

Item definimus ſanctam apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B. Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem & doctorem exiſtere, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam a domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis conciliorum œcumenicorum, & in ſacris canonibus continetur, renouantes inſuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium patriarcharum, vt patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt ſanctiſſimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus vero Antiochenus, & quintus Ieroſolymitanus, ſaluis videlicet

Primatus Rom. eccleſiæ agnitus a Græc.

licet priuilegijs omnibus & iuribus eorum. *Datum Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali ſolemniter, in eccleſia maiori celebrata anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. *pridie nonas iulij pontificatus noſtri anno* IX.

Cæterum vt earumdem literarum tenor prædictus ſic inſertus omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat, auctoritate apoſtolica decernimus, vt illud idem robur, eamque vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales literæ ſupradictæ, & eadem prorſus huiuſmodi tenori fides adhibeatur quandocumque & vbicumque, ſiue in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem tenori ſcienter ſtetur in omnibus, ſicut eiſdem originalibus literis ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum de nouo cuiquam ius acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſeruari. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCVI. III. *non. iunij pontificatus noſtri anno* IV.

24 Dum Georgiani coniunctionem cum Romana eccleſia exoptabant, ex ſeptentrione Moſcouitæ in finitima regna Romanæ eccleſiæ ritui addicta Sueciam Liuoniamque, & alias ſeptentrionales prouincias magno armorum terrore irruperunt: aduerſum quos Sueci quinquaginta bellatorum millia eduxere, quibus Alexander pro Chriſti fide in ſchiſmaticos pugnaturis indulgentiarum ampliſſima præmia propoſuit hoc diplomate a.

a Lib. 7. bull. ſecr. pag. 296.

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiſcopo Vpſalenſi & epiſcopo Aboenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ex relatione dilecti filij Hemingi Gadh præpoſiti eccleſiæ Lincopenſis familiaris & cubicularij noſtri, & totius regni Suetiæ apud ſedem Apoſtolicam oratoris accepimus, quod anno proxime immediate elapſo circa feſtum S. Andreæ Apoſtoli, & pluribus alijs vicibus, Rutheni ſchiſmatici Chriſti nominis inimici cum ſexaginta millibus hominum magnam partem Aboenſis diœceſis in regno Suetiæ conſtituti incendijs eccleſiarum, blaſphemationibus nominis Chriſti & eius ſanctorum, cædibus, rapinis matronarum ac virginum illarum partium violationibus, ſtupris, & defloratíonibus, ac homicidijs quamplurimum deuaſtarunt multa millia Chriſtianorum occidendo, & ſeruituti perpetuæ ſubijciendo adeo, quod vix in partibus illis reperiatur qui contra eoſdem ſchiſmaticos pugnare, & ſe defendere velit aut poſſit, & niſi de celeri & opportuno remedio prouideatur tota diœceſis Aboenſis & demum regnum Sueciæ cum terra Liuoniæ & prouincijs ei adiacentibus per dictos ſchiſmaticos ſubiugari formidantur, nobis ſupplicari fecerunt humiliter dilecti filij Steno Sture regni Sueciæ vicerex & gubernator, ac eiuſdem regni prædicti archiepiſcopus, epiſcopi, conſiliarij, qui vltra quinquaginta millia hominum hodierna die contra dictos ſchiſmaticos caſtra metati ſunt, quatenus illis, qui in fine terrarum Chriſtianorum, & confinibus dictorum ſchiſmaticorum continua bella gerendo conſiſtunt, more pij patris compatiendo, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus in dicto regno & terra Liuoniæ pro tempore exiſtentibus, & qui bufnis alijs, qui contra dictos ſchiſmaticos, & ad eos compeſcendum & bellandum ire, & pro Chriſti nomine contra illos debellare voluerint, & qui præmiſſa faciendo in die conflictus decedere contigerit vere pœnitentibus & confeſſis plenariam omnium ſuorum peccatorum remiſſionem, necnon ſenio confectis, aut alio quouis impedimento legitimo impeditis, & ibidem ire minime valentibus, qui ad præmiſſa manus porrexerint adiutrices, armatos ſtipendiando, aut alias quouis modo ſubueniendo ſimilem peccatorum ſuorum remiſſionem ſemel in vita & in mortis articulo auctoritate apoſtolica concedere & indulgere dignaremur. Nos igitur attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, ac volentes, quantum cum Deo poſſumus, ſcandalis huiuſmodi obuiare, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus fidelibus ipſis in conflictibus & bellis huiuſmodi decedentibus plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, nec non ad præmiſſa manus porrigentibus adiutrices, vt præfertur, ſimilem peccatorum remiſſionem ſemel in vita & in mortis articulo auctoritate apoſtolica impendatis ad effectum præſentium in partibus illis debite, publicetis, & impendi ac publicari faciatis, ſuper quibus omnibus vobis & veſtrum cuilibet plenam & omnimodam poteſtatem licentiam & facultatem auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus, & impartimur, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCVI. X. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* IV.

Moſcouitarum in Sueciam irruptio.

Sueci quinquaginta millia in eos educunt.

Propoſitæ indulgentiæ pugnaturis in ſchiſmaticos.

25 Hoc anno Alexander Pontifex, cum iam ante Chriſtianiſſimi Regis ſplendidum nomen a Francorum Rege in Ferdinandum Caſtellæ & Aragonum Regem transferre conatus eſſet, repugnarentque purpurati patres, catholicum eum dixit, de quo hæc habet Volaterranus a: *Ab Alexandro Pontifice ac patribus Rex catholicus appellatus, ac omnium conſenſu lauream inter principes Chriſtianos meritis & auctoritate maiorem hodie refert.* De his honorum titulis, quibus Francorum & Hiſpanorum Reges decorati fuere, certe inanibus, niſi ſplendore operum ornarint nomina, varij varia opinantur, & quidem S. Ludouico, qui pro amplificanda fide Chriſtiana in Tunetum, Ægyptum, Syriamque expeditiones difficillimas ſuſcepit, Chriſtianiſſimi nomen non reperimus ideo datum fuiſſe, ſed Ludouico XI. cum pragmaticam ſanctionem conuulſiſſet a Pio II. inditum b. At vero Ferdinandum catholici nomen ampliſſimis in rem Chriſtianam beneficijs promeritum omnes conſentiunt; exciderat enim ex Granatenſi regno Mahometicam impietatem, ac tum Hiſpaniarum Rex a Pontifice appellatus eſt, deinde cum nouum orbem panderet ad propagandum in eo euangelium, Romanæ eccleſiæ cauſam aduerſus contrarias principum factiones tueretur, cenſuræ ſacræ tribunalia aduerſus hæreticos conſtitueret, depelleret Hiſpania Iudæos, qui fœdas religioni maculas aſpergebant, collapſam etiam monaſticam diſciplinam in priſtinum ſplendorem reuocandam curaret, catholici nomen, quod iam ante Alphonſus Aſturiarum, & Petrus II. Aragonum Reges, vt refert Surita d, geſſerant, illi aſſertum eſt, de quo hæc Ioannes Mariana e: *Ab Alexandro Pontifice Ferdinandus catholici cognomentum accepit in poſteros cum regno transfuſum ſtabili poſſeſſione. Honorem & titulos principibus diuidere Pontificibus Romanis datur. Erat in more, vt in literis apoſtolicis adſcriberetur Regi Caſtellæ illuſtri: ergo deinde noua indulgentia adſcribi placuit Regi Hiſpaniarum catholico, non ſine obtrectatione & inuidia Regis Luſitani, quando Ferdinandus imperio vniuerſam Hiſpaniam non obtineret, eius tum non exigua parte penes alios Reges: contentio ab eo tempore exci-*

Chriſtianiſſimi titulum ad Ferdinandum meditatur Alexander.

a Comm. l. 8. c. 17. Surit. to. 5. l. 2. c. 40. Marian. l. 26. c. 12. Volat. l. 2.

Catholici nomen tribuit.

Ludouico XI. Chriſtianiſſimi nomen datum.

b Surit. vbi ſup.

Catholici nomen Ferdinandus factis expreſſerat.

d Id. ibid. e Marian. l. 26. c. 12.

Id ægre ferunt nonnulli Reges.

tata

tata ad noſtram ætatem tenuit. Maiori motu exarſurum Gallum veriſimile eſt, ſi quod Cominæus ait Pontifici erat deſtinatum Chriſtianiſſimi appellationem, quam Reges Gallos ante aliquot annos ſimili exemplo in Ludouico vndecimo Pius II. Pontifex maximus honeſtauit in Ferdinandum transferre, rerum geſtarum amplitudini gratiam conſentaneam retuliſſet.

Iudæi ab Emanuele Rege exacti Luſitania. a Oſor. l. 2.

26 Hoc anno Emmanuel a Luſitaniæ Rex, qui Ferdinandi Regis gloriam religionemque æmulabatur, Iudæos & Mauros omnes in Luſitano regno agentes die conſtituta excedere iuſſit, impoſita cunctantibus ſeruitutis pœna, ac tum illico Mauri traiecere in Africam. Cumque pariter ſolum vertere Hebræi anniterentur, Rex pio religionis incitatus ſtudio, ſed non ita æquo, vt impuberum ſaluti conſuleret, illos, qui nondum decimum quartum ætatis annum exceſſerant, e patrum complexu vi abſtrahi iuſſit, inque religione Chriſtiana educari, quod ægre adeo tulere parentes, vt non defuerint qui filios crudeliter in puteos proiecerint, ſibique necem intulerint, plerique autem ne vitam in tot ærumnis ducerent Chriſto impia ſimulatione nomen dedere. Narrant hæc Oſorius & Mariana b, & tanquam cum legibus & inſtitutis Chriſtianis pugnantia iure merito damnant, cum fas non ſit quemnis inuitum ad Chriſtiana ſacra compellere, filioſue e parentum ſinu diuellere, niſi ob flagitia iure patrio excidant. Porro Mauris nulla vis illata eſt, ne Saraceni in Aſia vel Africa degentes in eorum terris Chriſtianos opprimerent, quæ inter alios Mariana ex vetuſtis monumentis accurate refert c.

Crudelia eorum facinora.

b Marian. l. 26. c. 13.

c Marian. de rebus Hiſp. l. 26. cap. 13.

27 *Iſabella princeps inter coniungales leges Mauros & Iudæos Luſitani regni finibus deturbari iubebat voti peruicax, quæ perfidam gentem tueretur a Chriſtianis inſtitutis abhorrentem, ei vt thoro iungeretur adduci non poſſe*, & infra, *ad Iſabellæ gratiam promerendum ægre quidem, ſed datum tamen, vt nouo edicto, quod ſub huius anni finem promulgatum eſt, Mauri & Iudæi omnes iuberentur finibus Luſitaniæ abſcedere, ſeruitutis metu propoſito, ſi qui poſt deſignatum tempus reſtitiſſent, ſcitum antea pœna noua lege ſanciri placuit. Mauri quidem in Africam continuo ſine recuſatione tranſmiſerunt. Iudæis non eadem facultas extitit, quibus paulo poſt noua editio filij ſunt detracti, quatuordecim annis minores, atque ſalutaribus aquis per vim adhibiti, inſolens decretum a legibus & inſtitutis Chriſtianis abhorrens maxime: malo cogas homines Chriſtiana ſacra ſuſcipere libertate cœlo data in re omnium grauiſſima ſpolies, quos Deus ſui arbitrij eſſe voluit? graue id piaculum ſit, ac ne filios quidem a parentibus eo ſtudio abſtrahere liceat: in vtroque tamen gens Luſitana peccauit, pueris enimuero ſine voluntate parentum ad baptiſma violenter raptis, atque maioribus natu vt Chriſto darent nomina tormentis & contumelia vexatis, ac nominatim diſcedendi facultate per fraudem ſublata, cuius neceſſitas erat impoſita: ita plerique ſeruitutis metu dederunt manus, quidam ſincera voluntate, pars multo maxima tempori ſeruientes animo ſimulate: cuius deinde clara documenta extiterunt: multi ad patriam ſuperſtitionem, quam reieciſſe viſi erant, cum ignominia Chriſtiani nominis reuerſi. Ergo Iudæi varijs modis & indignis ſunt in Luſitania vexati.*

Iſabella connubiali lege petit pelli Iudæos

Mauri in Africam tranſmigrant. Iudæis filij minores annis erepti.

Multi Iudæi ad baptiſmũ fraude compulſi.

28 Propagandæ in Africa fidei ſtudio idem Rex Emmanuel Georgio epiſcopo Albanenſi interprete Pontifici ſignificauit expeditionis Mauros debellandos conficiendæ conſilia, quæ maxime commendauit Alexander, ac indulgentias d illius ſacras ſigna ſequuturis; tum ijs, qui in ſumptus bellicos duos argenteos denarios conferrent conceſſit.

d Lib. 7. bull. ſecr. pag. 370.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Emmanuel Portugalliæ & Algarbiorum Rex illuſtris, ſicut nobis nuper tam per litteras ſuas, quam per venerabilem fratrem noſtrum Georgium epiſcopum Albanenſem Cardinalem Vlixbonenſem nuncupatum fecit exponi, ſuorum progenitorum veſtigia ſecutus decreuerit ex eius pia & innata erga Chriſtianam religionem deuotione aduerſus infideles Africæ, illorumque depreſſionem omnino bellum mouere, & perſonaliter cum valido exercitu ad partes illas transfretare, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod auxiliante Altiſſimo Regum Rege exinde optatam victoriam & expugnationem conſequetur cum infidelium eorumdem ſaltem pro aliqua parte ad fidem catholicam conuerſione; nos attendentes quia ad ipſius Africæ & infidelium expugnationem, & tantam fidei præfatæ exaltationem præfato Regi, qui in proſecutione tanti belli intolerabiles impenſas ſubire de neceſſitate cogetur, non ſupperunt facultates, ſed expedit tum a Portugalliæ, quæ erga fidem catholicam deuotiſſima exiſtit, & Algarbiorum regnis, alijſque ipſius Regis dominijs, quam ab aliarum nationum fidelibus propugnatores & bellatores, aliaque auxilia exquirere, & opus ipſum pium & plurimum meritorium, ipſique Deo gratum & acceptum arbitrantes, vt Rex præfatus Deo fauente ſuum pium & laudabile propoſitum ad huiuſmodi effectum perducere valeat, Chriſtifidelium eorundem conuocato auxilio, quantum in nobis eſt, operari volentes, auctoritate omnipotentis Dei, cuius vices, quamuis immeriti, gerimus in terris hortamur, requirimus & monemus vniuerſos Chriſtifideles, præſertim nationis Portugallenſis, vt eidem Regi ad huiuſmodi expugnationem ac tantam fidei exaltationem cum perſonis ſuis pro ſua poſſibilitate viriliter & indeſinenter aſſiſtant, & illius exemplo, qui pro nobis mortem non abnuit, tollant in cordibus ſuis crucem, & illi ex eiſdem fidelibus, qui ad hoc idonei exiſtunt, dictum Regem, immo verius Saluatorem præfatum ſequantur, & pro illius nominis gloria, & infidelium prædictorum fidei hoſtium expugnatione mortis periculo ſe exponere non formident: *Et infra.*

Emanuel Rex Luſit. Africanam expeditionem meditatus

Solicitati Luſitani ad ſequenda illius ſigna.

29 Et quia contingere poterit, quod plerique dictum bellum ſequentes infirmabuntur, & Chriſtifidelium ſubſidijs pro eorum curandis infirmitatibus indigebunt, volumus quod omnes vtriuſque ſexus Chriſtifideles, qui duo regalia argentea dictæ monetæ pro ipſis infirmis curandis, ac etiam ædificandis eccleſijs in locis, quæ per ipſos militantes ab ipſorum infidelium manibus rapiantur, & ornamentis eccleſiaſticis pro diuinis inibi celebrandis officijs pie erogantium, ac omnes & ſinguli defuncti ſiue viuentes, pro quibus ſingulis ſingula duo regalia argentea dictæ monetæ pro dictis infirmis curandis, ſiue reparandis eccleſijs præfatis, vt præmittitur pie erogata fuerint in omnibus ſuffragijs, precibus, eleemoſynis, ieiunijs, orationibus, diſciplinis, & cæteris omnibus ſpiritualibus bonis, quæ fiunt & fieri poterunt in tota vniuerſali Chriſti militante Eccleſia, & omnibus membris eiuſdem participes in perpetuum fient, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCVI. *idib. ſeptembris pontificatus noſtri anno* V.

Stipis quantitas deſignata

30 Hoc etiam anno, vt refert Ioannes Barroſius,

Digitized by Google

ſius a, Emmanuel Luſitaniæ Rex tuendo amplificandoque animum adiecisset imperio ſuo, inito apud Montem maiorem procerum cœtum diſquiſitionem vocauit, an cœptum tot annorum flexu de pandendo ad Indias orientales aditu conſilium more maiorum, qui Luſitano Guineæ titulos coniunxerant, eſſet prouehendum. Repugnarunt plerique ſapientes, qui Indiæ longiſſimis locorum interuallis ſubmotæ dominatum nonniſi ſine maximis difficultatibus comparari poſſe, nec partum retineri cenſebant, regnique diſtractas vires ita debilitatum iri, vt tuendæ Luſitaniæ impares forent; patefactis etiam Indijs nouos æmulos earum imperij concitatum iri. Parte alia permulcebant aliorum animos ingentes ſpes incogniti imperij, partæque ex patefacta Guinea opes ad maiora orientem verſus conquirenda vrgebant: quorum ſtudijs animatus Rex Emmanuel morem maiorum, qui rem Luſitanam auxerant, ſequi decreuit, cum Ferdinandus pater capitis Viridis inſulas aperuiſſet, atque Henricus patruus Guineæ imperium Luſitano adiunxiſſet; ac demum aduerſus ſapientum conſulta reſpondit, diuinum Numen tuendi Indici imperij vim rationemque idoneam ſuppeditaturum, ſi eas Luſitanis patefaceret. Qua in re ſane diuina vis ſuſpicienda eſt, quæ adeo Emmanuelis mentem animumque ad incognita Indiarum conquirenda regna immenſo pene diſcreta Oceano penetranda permouerit, cum maximis Cæſaribus ac Regibus ad Syriam ex infidelium manibus vindicandam tuendamue ob interualla locorum longe minora, animos atque audaciam vicerimus defuiſſe. Tradita autem eſt ab Emmanuele Rege Bartholomæo Diaz, qui antea caput Bonæ ſpei luſtrauerat, prouincia conſtruendarum nauium, quæ validiſſima compage alliſionum fluctuum vim tempeſtateſque eluderent. Vt vero proximo anno inſtructa claſſis, qua Indiæ patefactæ ſunt, Vliſſipone ſoluerit dicetur inferius.

a Barroſ. dec. 1 Aſiæ l. 4. c. 1. Oſor lib. 1. Maff. l. 1.

De India itinere conquirendo imperio Luſitani deliberāt.

Emmanuelis Regis decretum pium.

Superati magnanimitate ab eo Cæſares & Reges.

31 Interea Emmanuel cum equeſtres familias in Luſitania admodum a priſtina pietate deſciuiſſe intueretur, atque equites, qui fidem Chriſto publice dederant, nulla vnquam libidine commaculatum iri, ſœdis ſcortorum amoribus irretitos, conſulere earum familiarum dignitati, atque animarum ſaluti putauit, ſi a Pontifice impetraret, vt aggregandis in poſterum militiæ Ieſu Chriſti, alijſque ſodalitijs equeſtribus, excepto Hoſpitalariorum ordine, vxores ducere liceret, ex quo an grauiora mala pullularint ambigit Oſorius b.

De permittendis equitibus religioſis vxoribus actum.

b Oſor. l. 1.

32 *Emmanuel*, inquit, *cum videret quod diſcrimen impenderet tam militibus huius ordinis, quam reliquorum omnium (ſi enim contra fidem Chriſto obligatam libidinem minime refrænarent, neceſſe erat, vt ſcelus nefarium ſuſciperent, & ſimul ne illis, qui ex religioſis militibus naſcerentur eſſet illa macula generis iniuſta, quæ nothis omnibus, quamuis ſint nobiliſſimis parentibus procreati ſubeunda eſt) poſtulauit ab Alexandro Pontifice maximo, vt ſolueret ea perpetuæ caſtitatis religione omnes equites Luſitanos, qui deinceps alicuius religioſæ militiæ ſacramento tenerentur: illis namque, qui iam erant ſolemnis voti religione conſtricti fieri non poterat, vt ſalua ipſius religionis fide eandem licentiam impetrarent. Conceſſit id Regi Pontifex, atque deinceps licuit omnibus, qui in aliquam religioſam militiam aſcriberentur, vxores ducere, exceptis ſolum Hoſpitalenſis ordinis equitibus, qui in quibuſcumque partibus ſint eadem perpetuæ caſtitatis religione conſtringuntur.* Extat ea de re diploma pontificium c.

Soluti nū capandi caſtitatis voti religione.

c Lib. 7. bull. ſecr. pag. 205.

Ad perpetuam rei memoriam.

33 Sane pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Emmanuelis Portugalliæ & Algarbiorum Regis illuſtris nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in regnis prædictis, in quibus militiæ Ieſu Chriſti, & de Auis Ciſtercienſis ordinis pro infidelium expugnatione & depreſſione ad militandum contra eos ab eorum primæua fundatione inſtitutæ fore noſcuntur, milites dictarum militiarum pro maiori parte, continentiæ & caſtitatis voto, quod in eorum profeſſione emittunt, contempto, concubinas etiam plures, & in eorum ac præceptoriarum & prioratuum dictarum militiarum proprijs domibus & locis, non ſine magno religionis opprobrio, publice tenere & eis cohabitare, ac etiam adulteria cum alijs mulieribus coniugatis committere non verentur: ex quo ab eorundem regnorum incolis & habitatoribus maximo odio habentur, diſſenſiones & inimicitiæ oriuntur, diuerſa ſcandala quotidie concitantur, ac non parua militum eorundem imminent pericula animarum. Verum ſi ſtatueretur & ordinaretur, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in dictis militijs profiteri volentes profeſſionem ſolitam & quoad continentiæ votum matrimonialem, prout milites militiæ ſancti Iacobi de ſpatha ordinis S. Auguſtini emittunt, emittere deberent, & ad eorum inſtar matrimonium contrahere poſſent, & hoc perfecto incontinentiæ adulterijs, odijs, diſſenſionibus, inimicitijs, ſcādalis, & animarum periculis huiuſmodi obuiaretur, ac multi nobiles regnorum eorundem, qui militijs prædictis aduerſus ipſos infideles plurimum vtiles & fructuoſi eſſent, videntes ſe matrimonium contrahere poſſe ad profitendum in dictis militijs inducerentur, ac quamplures nobiles mulieres, quæ cum difficultate nuptui tradi poſſunt, cum eiſdem militibus poſſent matrimonio collocari, quod ad maximum incolarum regnorum eorundem conſolationem cederet pariter & quietem. Quare pro parte tam præfati Emmanuelis Regis, qui dictæ militiæ Ieſu Chriſti in temporalibus per ſedem Apoſtolicam adminiſtrator ſeu gubernator deputatus exiſtit, quam dilectorum filiorum vniuerſorum priorum, præceptorum, & militum dictorum Ieſu Chriſti & de Auis militiarum maxima cum inſtantia & ſæpenumero nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui animarum periculis ac ſcandalis, & diſſenſionibus, ne eueniant, quantum cum Deo poſſumus, libenter obuiamus, attendentes quod dominus noſter Ieſus Chriſtus beato Petro Apoſtolo, cuius vices, meritis licet imparibus, tenemus in terris, nunquam tantam tribuiſſet poteſtatem, vt diceret: *Quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis*; niſi ipſum Petrum & eius ſucceſſores ea poteſtate aliquando vti oportere iudicaſſet, ex præmiſſis & ex certis alijs nobis expoſitis cauſis, facta etiam ſuper hoc per venerabilem fratrem noſtrum Georgium epiſcopum Albanenſem Cardinalem Vlixponenſem nuncupatum de ipſo Portugalliæ regno oriundum, in ſacra theologia peritiſſimum, ac in magnis, & arduis rebus longa experientia comprobatum, vitæque exemplaris & morum honeſtate decorum, alijſque virtutum donis, quæ in eo diuina propagauit clementia, multipliciter inſignitum, aſſerentem ſe de hoc plurimum informatum eſſe, ac ita in regnis prædictis omnino expedire, idque etiam

Equites religioſi impudicitia inquinati.

De permittendo his coniugio actū.

dudum antea cum felicis recordationis Sixto IV, & Innocentio VIII. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, dum in humanis agebant, concluſiſſe, qui morte præuenti ad finalem expeditionem deuenire nequiuerunt, nobis relatione fideli huiuſmodi inſtantiſsimis ſupplicationibus inchoati, & rationibus in dictis Ieſu Christi, & de Auis militijs profiteri volentes ſolitani & quoad continentiæ votum, matrimonialem, prout

Votum continentiæ ad matrimoniale pro equitibus reſtrictū.

milites militiæ S. Iacobi de Spatha huiuſmodi emittunt profeſsionem, emittere debeant, & ad eorum inſtar matrimonium, alias tamen rite contrahere, & in eo poſtquam contractum fuerit, remanere libere & licite poſsint auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium ſtatuimus pariter & ordinamus, ac cum eis ſuper hoc diſpenſamus, prolem ex huiuſmodi matrimonijs ſuſcipiendam legitimam nuntiantes, firmis tamen in reliquis inſtitutis dictarum Ieſu Christi & de Auis militiarum omnino remanentibus, non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus & naturis earumdem Ieſu Christi & de Auis militiarum iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCVI. XII. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* IV.

34 Eadem ſanxiſſe iam ante Eugenium IV. vidimus de equeſtri militia Ieſu Christi in Luſitania, cum latius viſum eſſet, vt equites potius nuberent, quam impudicitia contaminatam vitam ducerent. Verum inde oborta alia grauiſsima incommoda fuiſſe, queritur Oſorius a: *Hac autem Regis prouidentia quæ, vt videbatur, ſceleribus occurrebat, & ſuos magno incontinentiæ periculo liberabat a multis laudari ſolet. Ego vero ſtatuere non poſſum, vtrum ſic multum maiorem peccandi materiam ſuis attulerit illa ipſa, quam ſubtrahere ſummo ſtudio concupiuit. Primum enim nunquam vllus diſciplinæ laxamentum potuit eſſe ſalutare: quæ circa ea, quæ fluunt, ſeuere deuincienda ſunt, & eo vnde deciderant reducenda, ſi volumus vt quæ laudabiliter inſtituta ſunt, eundem ſemper fructum & vtilitatem retineant. Deinde propter nuptiarum curas cernimus illum antiquum ardorem, qui erat in religioſis militibus ad dimicandum, eſſe iam magna ex parte reſtinctum, minus enim expediti, & minus alacres ſunt, & cum breue aliquod tempus bellicis in rebus inſumpſerint, citius & libentius, quam decet, otium amplectuntur. Deinde tunc, cum erat illis matrimonium interdictum credibile eſt multos fuiſſe, qui non religionem aliquam ſuſciperent: nunc vero poſtquam de religione detractum eſt, quod nimis aſperum multis videbatur, ſuſpicari non abſque ratione poſſumus omnes, qui vt in aliquam eiuſmodi militiam aſcribantur, elaborant, cupiditate tantum & ambitione ad ſtudium militiæ illius impelli.*

a Oſor. eod. l. 1. Maria l. 16. c. 13.

Enata ex inde grauia incōmoda.

35 *Poſtremo hoc cupiditatis introitu multo latius, quam antea, patefacto paulatim deuentum eſt, vt quæ erant optime fundata laberentur & ruerent; cernimus enim fidem datam Christo contemni, res ſacroſanctas violari, ſacra vectigalia ab hominibus audacibus & flagitioſis occupari, eas qui nunquam hoſtis vultum aſpexerunt, opibus ad ſanctos vſus deſtinatis affluere, illiſque ad luxum, & vitæ laſciuiam intemperanter abuti, ſed hæc quæ curare non poſſumus lamentari deſinamus.*

36 Deſcripſerat paulo ante idem auctor floreutiſsima earum equeſtrium familiarum, quibus religio Christiana in Hiſpanijs aſſerta fuerat, exordia, quæ repetere non iniucundum erit: *Eo*, inquit, *tempore quo Hiſpania maxima ex parte erat ſub arabum poteſtate & imperio conſtituta, cum eſſet perpetuum inter illos & Christianos bellum, ſine vllo firmo & ſtabili induciarum fœdere concitatum, fuere quidam viri nobiles non magis virtute, quam religione præcellentes, qui vouebant ſe pro Christi gloria, quoad iis viret ſuppetere, ſumma contentione pugnaturos, quod vt multo alacrius facerent, & commodius ad cœlum viam munirent, a nuptijs abſtinebant. Illorum vita partim in religionis ſtudio, partim in exercitatione conſumebatur, tantuſque erat in illis ardor animarum, vt eos beatiſſimos iudicarent, qui in bellis pro defenſione reipublicæ & Christi ſanctiſſima religione ſuſceptis occumberent. Horum exemplum cum multi ſequerentur, fuerunt varij militarium religionum ordines inſtituti a Regibus, multis beneficijs aucti, & a Pontificibus maximis approbati, ex quibus multi viri prodiere, quorum virtute Mauri ſæpiſſime cum magna Christiani nominis gloria fuſi fugatique ſunt. Erant autem omnes imagine crucis ex panno partim rubro, partim viridi facta, & veſtibus aſſuta ſecundum pectus inſigniti.* Hactenus de equitibus Hiſpanis Oſorius.

Multæ victoriæ religioſorū equitum virtute partæ.

37 Confirmatus hoc anno eſt ab Alexandro a equeſter ordo S. Michaelis omini ſacer, quem Ludouicus XI. in Gallijs inſtituerat, cum Carolus VIII. ſupplicem de ea re libellum ſedi Apoſtolicæ porrexiſſet.

a Lib. bull. 37. pag. 144.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pro parte chariſsimi in Christo filij noſtri Caroli Francorum Regis illuſtris nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim claræ memoriæ Ludouicus etiam eorundem Francorum Rex eiuſdem Caroli Regis genitor, tunc in humanis agens, ſingularis deuotionis feruore accenſus, cupiens pro tuitione & defenſione fidei catholicæ, ac regni ſui, totiuſque reipublicæ Christianæ in honorem S. Michaelis archangeli certam militiam, ſeu auratam ſocietatem in ſincera & chara fraternitate & vnione mutuo ſe perpetuo habiturorum, quæ regalis ordo in poſterum nuncuparetur inſtituere triginta ſex milites ſeu auratos, quorum ipſe ſeu ſucceſſores ſui Francorum Reges eſſent caput, haberentque ſuperioritatem, congregauit, ſeu congregari voluit, indixitque pro conſeruatione & manutentione ſocietatis, fraternitatis, & vnionis prædictarum certa ſtatuta, nonnullaſque ordinationes & conſuetudines perpetuo duraturas, & deinde pro augmentatione & magnificentia dictæ militiæ regalis votum emiſit ſolemne æternæ, increatæ, immenſæ, ſummæ, omnipotenti, & glorioſiſsimæ ac indiuiduæ Trinitati Deo Patri, Deo Filio, Deo Spiritui ſancto de erigendo, ſeu erigi faciendo per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, ſedemque Apoſtolicam ad honorem ipſius Trinitatis, intemeratæ virginis Mariæ, ipſius humani generis Redemptoris piæ matris, dicti S. Michaelis totiuſque curiæ cœleſtis in capella eiuſdem S. Michaelis ſita in palatio regali Pariſienſi, in quo parlamentum teneri conſueuit in inferiori parte, & prope ſitam portam introitus ipſius palatij vnum collegium virorum eccleſiaſticorum ſæcularium, qui inibi diuinum officium horis congruis & competentibus diurnis pariter & nocturnis decantare, pariterq; celebrare deberent &c. Conſtituit Alexander leges in diuino cultu peragendo in ea ſacra ædicula obſeruandas, ac ſacerdotum munera diſtinguit, necnon prærogatiuis illu-

Militia S. Michaelis inſtituta a Lud. XI.

ſtrar

Digitized by Google

-ſtrat.] *Dat. Romæ apud S. Petrum* MCCCCXCVI. *idib. nouembris pontificatus noſtri anno v.*

38 Auctus eſt hoc anno ab Alexandro ſacer ſenatus, vt refert Ioannes Burchardus, qui nouorum Cardinalium nomina recenſet a: MCCCCXCVI. *feria* VI. XIX. *februarij ſanctiſſimus dominus noſter in ſecreto conſiſtorio creauit & publicauit quatuor nouos Cardinales, videlicet reuerendiſſimos patres dominos Bartholomæum epiſcopum Segobricenſem magiſtrum domus palatij apoſtolici, Ioannem epiſcopum Arigentinum caſtellanum caſtri S. Angeli de vrbe, Ioannem epiſcopum Peruſinum datarium, & Ioannem de Borgia protonotarium apoſtolicum ex ſorore ſanctitatis ſuæ nepotem ab vrbe abſentem, & cum Rege Neapolitano ex commiſſione & legatione ſanctiſſimi domini noſtri conſtitutum.* Hos omnes Hiſpanos fuiſſe memorat Surita b, nimirum Ioannem de Caſtro epiſcopum Agrigẽtinum in Aragonia, tres alios Valentiæ ortos, de quibus extat hoc diploma c, quo Ioannes Borgia diaconus, alij presbyteri titulares renuntiati fuere, ac omnibus iuribus Cardinalitijs inſigniti, vt ſi Alexandrum e viuis diſcedere contingeret, futuris comitijs pro creando ſucceſſore intereſſent.

a Burchar. m.ſ. arch. Vat. ſign. n.104. l.2. Felix Contelor. in elenc. Cardin.

Cardinales creati ab Alexandro.

b Surit. to. 5. l.2. c.40

c Lib. 7. bull. pag. 361.

Ad futuram rei memoriam.

39 Prouida deliberatione conſiderantes venerabilium fratrum noſtrorum Bartholomæi Segobricenſis, Ioannis Agrigentini, Ioannis Peruſini epiſcoporum, & qui ſecundum carnem, & in præſentiarum in regno Siciliæ citra pharum cum poteſtate legati de latere nuntius noſter exiſtit, & in ipſo legationis munere ſe cum maxima laude geſſit dilecti filij Ioannis electi Melphienſis ingenij claritatem, ac morum elegantiam, vitæ bonitatem & modeſtiam, eximiam integritatem, ſingularem prudentiam, in arduis magnanimitatem, in conſulendo grauitatem, & in peragendo diligentiam, ac rebus denique omnibus ſummam circumſpectionem, & longam experientiam, quibus longo iam tempore eos, qui etiam per longa tempora in Romana curia omni cum laude verſari, & de nobis benemeriti fuerunt, prædictos eſſe cognouimus, ac indubie ſperantes, quod propter hæc & alia, eis gratia aſſiſtente diuina, aſſutura ſuffragia eſſe poterunt, & Romanæ eccleſiæ & reipublicæ Chriſtianæ multipliciter fructuoſi ac nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti præfato ſolicitudine indefeſſa in negotiorum nobis & eidem Pontifici etiam pro tempore exiſtenti incumbentium votiua & vtili expeditione ac ſubleuatione onerum, quæ continue grauiora noſtris humeris incumbere cernimus, admodum proficui, & propterea volentes pro temporis neceſſitate opportune prouidere, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura de illorum conſilio pariter & aſſenſu ad omnipotentis Dei laudem, gloriam, & honorem, ac præfatæ eccleſiæ ſuæ ſanctæ exaltationem epiſcopos in presbyteros, & electum præfatos in diaconum eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinales auctoritate apoſtolica, & ex certa ſcientia, ac etiam de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium aſſumimus & creamus, ac eorumdem fratrum noſtrorum cœtui numero & collegio cum dignitate, auctoritate, præeminentia, honoribus, priuilegijs, prærogatiuis, & emolumentis conſuetis fauorabiliter aggregamus, Cardinaleſque eſſe, & pro Cardinalibus haberi debere decernimus & pronuntiamus, ipſoſque ſolita benedictione benedicimus, & ex nunc in Cardinales, & ipſorum fratrum noſtrorum ordinem, eorumque collegium vna cum præfatis fratribus noſtris eiſdem auctoritate, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ac de ſimili conſilio recipimus & admittimus, præfatis fratribus noſtris & cuilibet eorum ſub excommunicationis & æternæ maledictionis & inhabilitatis, ea vice dumtaxat, ad electionem futuri ſucceſſoris noſtri Romani Pontificis actiue & paſſiue latæ ſententiæ pœnis diſtricte præcipiendo mandantes, vt ſi forſan nos etiam antequam tituli pileus rubeus, & quæuis alia cardinalatus inſignia eiſdem de nouo creatis Cardinalibus publice tradita, & ad conſulendum os eis apertum per nos extiterit de medio ſummoueri contigerit, eoſdem Cardinales creatos in fratres & collegas recipiant, & ad electionem futuri ſucceſſoris noſtri actiue & paſſiue admittant in omnibus & per omnia, perinde ac ſi omnes recepti & inſignia huiuſmodi eis tradita, & ad conſulendum os eis apertum, vt præfertur, extitiſſent, ac decernentes electionem quamcumque, quam forſan dictis Cardinalibus de nouo aſſumptis, vel eorum aliquo non admiſſis, vt præfertur, quouis modo fieri, ac generaliter omnia & ſingula, quæ ſecus attentari contigerit, nulla irrita & inania, nulliuſque roboris vel momenti ac prorſus pro infectis haberi.

Nouorũ Cardd. nomina & elogiũ

Decretũ Cardinales cẽſendos ante quam pileus ijs traditus ſit.

40 Volentes quoque, & de ſimili conſilio & aſſenſu eiſdem auctoritate ſcientia & poteſtatis plenitudine præfatis Cardinalibus creatis concedentes, quod in huiuſmodi obitus euentum illi ex eis, qui capellum rubeum, & alia inſignia huiuſmodi a nobis non habuerint, illa propria auctoritate ſumere, geſtare, tenere, cæteraque officia, quæ alij Cardinales exercere ſunt ſoliti, exercere, abſque eiuſdem ſucceſſoris noſtri noua conceſſione, aut alterius cuiuslibet contradictione libere & licite poſſint & debeant, *& infra*, non obſtantibus felicis recordationis Eugenij Papæ IV. prædeceſſoris noſtri literis, per quas dudum de tunc fratrum ſuorum eiuſdem S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu inter alia decreuit & declarauit, quod alicui in Cardinalem pro tempore pronuntiato nullum ius, nulluſque titulus re aut nomine acquireretur donec de ſimilibus conſilio & aſſenſu, ſi pronuntiato in Romana curia præſenti cardinalatus inſignia, videlicet, per capelli rubei traditionem, tituli aſſignationem, & annuli iuxta morem conſuetum digito immiſſionem: abſenti vero ab eadem curia per huiuſmodi capelli miſſionem realiter forent impenſa, aut ſaltem in generali conciſtorio; quodque etiam ſic in Cardinalem pronuntiatus, etiam poſtquam inſignia huiuſmodi omnia recepiſſet, & admiſſus foret & receptus, vt præfertur in electione Romani Pontificis pro tempore vocem actiuam, aut aliquo alio actu minime habere poſſet, donec per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem de ſimilibus conſilio & conſenſu ſibi in practicandis, conſulendis, & deliberandis negotijs conſiſtorij antedicti, poſtquam in conſiſtorijs aliquibus mores in talibus obſeruari conſuetos expertus, interrogatus, conſiliatiue aut conſultiue reſponſum dandi licentiam habuiſſet, & vt communibus verbis dici ſolet, foret eis os apertum. Decreuit quoque irritum & inane quidquid ſecus ſuper ijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, & ſi quis in Cardinalem contra præmiſſa ſe auſus foret nominare, eo ipſo ex tunc omni iure, quod ſibi quomodolibet acquiſitum prætenderet, priuatus eſſet, & perpetuam inhabilitatem in-

Eugenij conſtitutio contraria ſoluta.

Digitized by Google

curreret ad huiuſmodi cardinalatus honorem; cæteri vero & ad hoc adhærentes, & dantes auxilium conſilium vel fauorem ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrerent, a qua, præterquam in mortis articulo conſtituti nequirent ab alio, quam a Romano Pontifice, abſolutionis beneficium obtinere, ac de certo eorumdem Cardinalium numero & quibuſuis conſilijs, ac alijs conſtitutionibus apoſtolicis, nec non capitulis & ordinationibus in conclaui, in quo fuimus ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, vt prætertur, tam ante aſſumptionem noſtram, quam poſt per nos & præfatos Cardinales ſub quibuſuis modis, promiſſionibus, conditionibus, & formis forſan etiam iuramento, voto, vel alias quomodolibet roboratis, *& infra*, ſeu quod forſan aliqui ex prædictis Cardinalibus aſſumptis ad obtinendam dignitatem cardinalatus huiuſmodi qualitates forſan requiſitas non habeant, & præfatus Ioannes electus Melphienſis ætatis, quam pro expreſſa haberi volumus, defectum patitur, nos enim cum eiſdem Bartholomæo Segobricenſi, & Ioanne Agrigentino, ac Ioanne Peruſinn epiſcopis, vt in presbyteros & cum Ioanne electo Melphienſi, vt etiam ex nunc in diaconum Cardinalem aſſumi, ac quæ ad cardinalatus dignitatem & officium huiuſmodi pertinent facere, gerere, & exercere, ac cum Bartholomæo Segobricenſi, & Ioanne Agrigentino vt Agrigentinæ, ac Ioanne Peruſino, vt Peruſinæ, nec non Ioanne Melphienſi vt Melphienſi eccleſijs propter aſſumptionem prædictam præeſſe non deſinant, *& infra*, auctoritate, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac motu proprio de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus, eiſque pariter indulgemus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MCCCCXCV. XI. kal. martij pontificatus noſtri anno IV.*

Hieronymus Sauonarola nouas res molitur.

41 Hoc anno Alexander Hieronymum Sauonarolam Ferrarienſem, qui Florentinos vi ſacræ eloquentiæ verſabat, ac de reſtituenda eccleſiaſtica diſciplina vehementiſſime declamabat, ſacris concionibus habendis ad populum interdixit, cum Gallo Regi, cui felices triumphos antea ſpoponderat, ſauderet, atque hypocriſis ſuſpicione, ne res nouas moliretur, ac pſeudoprophetam ageret, laboraret, de quo hæc Petrus Delphinus ad Petrum Barrocium epiſcopum Patauinum ſcripſit a: *Ambire fratrem Hieronymum archiepiſcopatum Florentiæ abs te primum didici, non tamen ſolo.* Paucisque interiectis verbis. *Poteſt hic eſſe propheta mendax, poteſt eſſe hypocrita, & ſimulare ſanctitatem; quo ſuſpicione etiã hic Florentiæ haud penitus vacat.* Et paulo poſt: *Prædixit per annos aliquot publice euangelizando felices futuros Florentinos, hac tamen lege quod præceſſura prius forent multa in eos mala, ac bonam rerum ſuarum partem eſſent amiſſuri. Accepta per hos dies noua Piſarum liberatarum clade, obruendum fuiſſe lapidibus a populo mærente ac triſti haud dubie credidiſſem, ſi non aſſertor veritatis ſed ſimulator, atque ambitioſus ab eo fuiſſet exiſtimatus. Laceratur quidem modo in plebe a multis, & carpitur Piſarum defectione & Gallorum fraude. Longe tamen plures inueniri audio, & de primoribus maxime, qui rebus præſunt, qui & hominem tuentur, & eius vaticinijs fidem habent, nec deficiunt ſpe futura eſſe quæcumque prædixit, ſi quidem futurorum certitudinem eſſe præteritorum exhibitionem. Non prædicat ipſe modo, immo iam fere duo menſes ſunt, quod ab hoc deſijt munere prohibitus, vt aiunt, a Pontifice per apoſtolicum breue. Suffecit tamen ſocium in locum ſuum, quem Hieronymum eumdem exiſtimans, & hic populo placentia loquitur hortans, vt bono ſit animo, ſiquidem iota vnum aut vnum apicem non præteriturum ab ijs, quæ Hieronymus prædixerit, donec omnia fiant. Si tamen tibi ab homine fidedigno relata eſſe cognoſcis, caueat ſibi ac timeat, ne dum per abrupta, & non meritis gradum ſibi facientibus conatur aſcendere, ſibimet paret ruinam. Vtrum vero imminentium periculorum metu, an prædicationum ipſius virtute, ac vi ſermonis facta fuerit Florentinorum conuerſio, non eſt meum iudicare. Vnum ſcio videri mihi Florentiam longe mutatam ab illa, quam olim noueram. Prædixerat Ionas: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur, ſiue prophetæ prædicatio, ſiue ſubuerſionis metus auctor fuerit Niniuitarum conuerſionis, conuerſi tamen literati ſunt, & peracta pænitentia fecerunt ſibi Deum propitium, &c. Florentiæ die VII. ianuarij MCCCCXCVI.*

a Lib. 4. ep. 78.

Concionum habendarū munere interdictus.

In alijs literis ad eumdem epiſcopum dans die vltima maij ſignificauit Hieronymum ipſum Sauonarolam pellexiſſe plures viros claros, vt renuntio rebus humanis nuntio S. Dominici ſacra inſtituta ſectarentur. Verum non diu latentem hypocriſim tegere potuit, nam cum ſuam auctoritatem obſoleſcere videret, quod ſacris concionibus interdictus eſſet, pontificium imperium infringere non eſt veritus, iactans ſibi præter fas concionandi munus prohibitum, magnaque oſtentatione eleemoſynas publicas phariſæorum more præcinentibus tubis diſtribuere cœpit, corrupitque factionis ſuæ ciuibus, reliquos concionatores, quibus id munus ab epiſcopo vel Pontifice demandatum erat, ſacris pulpitis arcere, vt ipſe vnicus ab omnibus audiretur, quod Petrus Delphinus eidem epiſcopo Patauino ſignificauit a, VI. iulij huius anni, quã in re criminis labem contraxiſſe certiſſimum eſt, cum prædicatores a Pontifice & epiſcopis non a laicis magiſtratibus mitti poſſint, & illa ab omnibus hæreſiarchis prima baſis iaciatur, in quã confuſionis ſuæ turrim excitare conſueuerunt, vt paſſim in annalibus demonſtratur. *Quomodo enim prædicabunt*, inquit Apoſtolus, *niſi mittantur*? quare aduerſarij, vt ſe miſſum a Deo oſtenderet conſpicuo miraculo, Hieronymum in rogos poſtea impulerunt. Eo interim res progreſſa eſt, vt Pontifex Florentinos ſacrorum vſu interdicere decerneret, quod Hieronymum cenſuras ſpernentem, ac profanantem ſacra, ac more hæreticorum pontificiæ auctoritati detrahentem ſequerentur. Vt vero demum magiſtratus paruerint pontifici, ac Hieronymum & ſocios armis rem gerentes concitato populo ceperint, affecerintque ſupplicio, dicetur inferius.

Concionandi munus inuadit cæteroſque arcet concionatores.

a Petr. Del l. 5 ep. 5.

IESV CHRISTI

Annus 1497.

ALEXANDRI PP. VI. annus 5. MAXIMILIANI ROMANOR. REGIS annus 4.

1 FLuctuabat ciuilium bellorum metu Chriſtianum imperium anno poſt Chriſtum natum milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo indictione decimaquinta cũ reſiduæ diſſidiorum faces noua incendia excitarent; nam & Vrſini ſuperiore anno ab Alexandro Pontifice appetiti bello eccleſiaſticum exercitum Baſſanum inter & Surianum hoc ineunte fudere b: Inſubriam exterruit c Triuultius ſex millibus Heluetiorum Vaſconumque ſuccinctus; Liguriam Fulgoſij & Cardinalis S. Petri ad nouas res moliendas inſtarunt.

Pontificius exercitus ab Vrſinis fuſus.

b Guicc. l. 3
c Sabell. en. 10. l. 9.

In Neapolit. regno motę turbæ, Gallorũ Rex ſocijs deeſt

ſtarunt, inque Neapolitano regno aduerſus Fridericum Regem coitiones recentes inſtaurare: ſed hi motus facili compreſſi bello, cum Carolus Francorum Rex ſocijs principibus Sabaudo, Mantuano, Bentiuolis, alijſque eum euocantibus defuiſſet.

a Sur ſup c.42

Conſaluus dux Ferd. in Gallos euocatus ab Alex.

b Id. ibid Guicciard Sabell. vbi ſup.

Oſtia a Gallis retenta.

c Surit l. 3 cap. 1.

2 In primis quod ad ditionis eccleſiaſticæ tumultus attinet; poſt iam pontificiarum copiarum cladem a Carolo Vrſino, & Vitellio Tifernate tyranno vigeſima quarta ianuarij die a datam, Alexander Conſaluum Ferdinandum Regis Hiſpaniarum ducem ſtrenuiſſimum exciuit, cum vim Gallicam expaueſceret, ne eo ſucceſſu elata irrueret in ditionem eccleſiaſticam, Gonſaluo vero auctore, nec non Venetis concordiæ ſuaſoribus pax Vrſinis reſtituta b eſt, ne acerbitate nimia ad extera arma inferenda ditioni eccleſiaſticæ cogerentur, præſertim cum Oſtia a Cardinale S. Petri, Gallicæ factionis ſectatore, in præſidiariorum Gallorum poteſtatem redacta eſſet: quod adeo ferebat ægre Alexander, vt Ferdinandum Regem Hiſpaniarum exorarit, vt Gallos inde milites exturbaret, profeſſus c eo inſigni promerito & ſibi pontificatus auctoritatem aſſerendam, nec non Romæ libertatem reſtitutum iri, quippe non leues vrebant eum curæ, ne hoſtilis claſſis in eum inuecta portum, graue aliquod ſibi periculum afferret: cum Conſaluus præter ſpem Gallos præſidiarios ſalutem pactos ad arcis deditionem nona martij die compulit, quorum ducem Menoldum Guerrium ad Pontificis in ſolio conſidentis, Cardinaliumque corona cincti pedes ſupplicem adduxit d; quem aſperis ille correptum verbis ob arcem eccleſiaſticam tandiu obſeſſam, Gonſalui clementiæ imperioque permiſit: Conſaluum autem ipſum maximis affecit honoribus, roſaq; aurea precatione pōtificia ſacrata donauit. Ille tamen Alexandri diſſolutos mores, ipſiuſque ſpuriorum impudentiſſimam laſciuiam, nec non pontificiæ aulæ licentiam indignatus militari animo, ac religioſo ardore corripuit, quod pontificiæ maieſtatis decus ſplendoremque labefactaret, hortatuſque eſt, vt vitia ſua ſuorumque primum ſubmoueret, deinde Eccleſiæ ſanctitatis nitorem in priſtinum ſtatum reſtituendum curaret. Pupugit ea militaris libertas Alexandrum, nec tamen publicæ totius orbis offenſioni mederi viſus eſt, cum repentino caſu a veterno excitari viſus eſt.

Ea depulſi a Conſaluo.

d Burchar. in ſ arch Vat. ſign. n. 104. l. 3 Surit. l. 3. c. 1. Guicc. l. 3. & alij

Roſa aurea illi tradita.

Alexander a Cōſaluo militari audacia vitiorum perſtrictus.

In ſpurios eccleſiaſticum principatum transferre molitus.

e Burchard in ſ. arch. Vat. l. 3. Vela l. 22

f Burchar. diar. in ſ. arch. Vat. ſign. n. 104. lib 3. pag. 398.

Beneuentanus ducatus Ioāni Borgię datus.

Solus Card. Seneñſis obſiſtit.

3 Affectabat Alexander pontificio decore poſthabito S. Petri patrimonium transferre in ſpurios e, ac ſeptima iunij die Beneuentanum principatum ducalibus titulis inſigniuit, moxque Ioanni Borgiæ duci Gandiæ tradidit f; de quo hæc tradit Ioannes Burchardus: *Feria quarta ſeptima iunij fuit ſecretum conciſtorium, in qua ſanctiſſimus dominus noſter erexit ciuitatem Beneuentanam in ducatum, & de conſenſu omnium Cardinalium, qui interfuerunt, nullo ſe opponente ſeu minimum verbum contradicente, infeudauit illuſtrem Ioannem Borgiam de Aragonia ducem Gandiæ S. R. E. capitaneum generalem filium ſuum chariſſimum, & omnes ſucceſſores ſuos ex ſuis lumbis deſcendentes maſculos legitimos in perpetuum de dicta ciuitate Beneuentana & ciuitate Terracinenſi & Pontecuruo ac eius, & eorum comitatibus ſiue territorijs, ſolo reuerendiſſimo domino Cardinale Senenſi viriliter & animoſe inueſtituram huiuſmodi oppugnante ne fieret, ex legitimis rationibus, ac euidentiſſimis dictis votum ſuum approbante, qui tamen ſolus reſiſtere, ac factum ipſum impedire non potuit.*

Interceſſiſſe etiam eiuſmodi decreto Ferdinandi Regis oratorem principis ſui nomine, cum id in Eccleſiæ reique Chriſtianæ exitium manifeſte vergeret, refert Surita a. Nec diu diuina animaduerſio dilata eſt, tantis enim auctus S. Petri opibus infelix iuuenis, eas in ſcorta lenoneſque profundebat b, cum æſtate dimiſſo fratre Cardinale Valentino, necnon pediſſequis abire iuſſis, nequis illius delitias olfaceret, vna cum lenone perſonato, quem eodem equo inuehebat, inter nocturnas per vrbem concurſationes deprehenſus ab incognitis ſicarijs nouem vulneribus confoſſus eſt, eiuſque corpus, qua latrinarum illuuies flumini illabitur, proiectum eſt. Cum vero ille non compareret, putabat Alexander ipſum apud ſcortum nobile deliteſcere, cum ex quibuſdam inditijs cadauer laceratum fœtidumque detectum eductumque eſt, nec vnquam cædis auctor cognoſci potuit: non a latronibus patratum facinus, quod pecuniæ veſteſque demptæ non eſſent, conſtabat; ſed ab hoſte tacito, quem alij Cardinalem Valentinum, alij Vrſinorum, in quos bellum geſſerat, aliquem principem, alij Aſcanium Sfortiam Cardinalem, alij alios ex varijs ſuſpicionibus perſtringebant. Quem funeſtum caſum Burchardus, qui illius exequiarum, quæ honorificentiſſime celebratæ fuere, ritibus præfuit, accurate deſcribit hiſce verbis,

a Surit to. 5. l. 3. c. 5.

b Surit l. 3 c. 5. 7. Marian l. 26 c. 15. Guicc. l. 3. & alij.

In Latrinæ illuuie proiectus.

4 *Feria quarta XIV. menſis iunij reuerendiſſimus dominus Cardinalis Valentinus, & illuſtris D. Ioannes Borgia de Aragonia Gandiæ dux, S. R. E. gentium armatarũ capitaneus generalis ſanctiſſimi domini noſtri Papæ filij chariſſimi fecerunt cœnam domina Vannoziæ matri eorum poſita prope eccleſiam S. Petri ad vincula cum ipſa eorum matre & alijs. Cœna facta nocte curſum agente, & reuerendiſſimo domino Cardinale Valentino reditum eorum ad palatium apoſtolicum ſollicitante, & apud ducem & capitaneum fratrem ſuum prædictum aſcenderunt equos, ſiue mulas ambo ipſi cum paucis ex his, quoniam pauciſſimos ſeruitores ſecum habebant, & ſimul ambo equitarunt vſque non longe a palatio reuerendiſſimi domini Aſcanij vicecancellarij, quod alias ſanctiſſimus dominus noſter tunc vicecancellarius inhabitare conſueuit, & conſtruxit. Vbi dominus dux aſſerens ſe, priuſquam ad palatium reuerteretur, alio ſolatij cauſa, accepta a prædicto Cardinale fratre venia, retroceſſit remiſſis omnibus illis paucis ſeruitoribus, quos ſecum habebat a ſe, retento tantum ſtafferio, & quodam, qui facie velata ad cœnam ad eum venerat, & per menſem vel circa prius ſingulis vel quaſi diebus eum etiam in palatio apoſtolico viſitauerat, in mula, quam ipſe dux equitabat, retro ſe recepto equitauit vſque ad plateam Iudæorum, vbi etiam dictum ſtafferium licentiauit, & a ſe verſus palatium remiſit, ſibi tamen committens, quod ad horam in dicta platea expectaret ipſum, infra quam ſi ad eum non reuerteretur, ad dictum palatium rediret, & his dictis prædictus dux cum velato in groppam ſuæ mulæ conſidente a ſtafferio receſſit. Et quia equitauit neſcio vbi, interfectus & necatus eſt, & in flumen per illum locum iuxta, ſeu prope hoſpitale S. Hieronymi Sclauorum nuncupatum in via, qua de ponte S. Angeli recta via itur ad eccleſiam B. Mariæ de populo iuxta fontem ex terra conductum ſitum, per quem fimus ſuper carrucis ſeu carretis conductus ad ipſum flumen proijci conſueuit, proiectus eſt.* Addit auctor Alexandrum adeo indulſiſſe luctui, vt non niſi poſt aliquot dierum inediam ab amiciſſimis Cardinalibus, vt cibum caperet, induci potuerit, inſultabantque eius calamitati æmuli, ac diros commate peruulgarunt, illum iam Petri piſcato-

Infælicisſimi pontificiæ meretricis, & ſpuriorum ioci.

Ioannes Borgia in media libidinũ licentia trucidatus.

Ea ſpurij funeſto caſu mœrore confectus Alexander

ſcatoris dignum ſucceſſorem, qui ſpurios filios in flumine piſcaretur. Cæterum inter eos de lugubri filij cæde dolorum fluctus Alexander, cum illum male actæ vitæ conſcientia ſtimularet, metueretque ne diuina in ipſum iuſtitia ſeueritatis exemplum ſtatueret, de parto tanto ambitu pontificatu, cuius maieſtatem in ſe obſoleſcere agnoſcebat, dimittendo agitauit conſilia, eaque Ferdinando Regi Hiſpaniarum patefecit: a quo reſponſum eſt, rem adeo grauem & ardoam non niſi habita prius matura deliberatione tentandam videri, ſinendumque, vt concepti de cæde filij doloris vis remitteretur.

Deriſus a poetis.

De pontificatu dimittendo agitat cōſilia. a Surit. l. 2. cap. 7.

5 Decreuerat etiam idem Pontifex ad placandam diuinam iram in priſtinum ſtatum collapſam apud pleroſque fœdiſſime diſciplinam eccleſiaſticam reuocare, atque in Cardinalium ſenatu maximo cum pietatis ſenſu de Chriſtiana ſanctitate in ſuum vindicanda ſplendorem egit, deſignauitque ſex Cardinales pietate, ſcientia, prudentiaque conſpicuos, vt tam egregio operi ſedulo ſtudium nauarent, qua de re Petrus Delphinus has literas ſcripſit b: *Si ob dutu interitum conuerſus eſt Pontifex vna cum Cordinalibus, quemadmodum ſignificaſti, ad reformandam eccleſiam, non erunt obnoxij prophetica illi ſententia. Percuſſiſti eos & non doluerunt, attriuiſti eos & renuerunt accipere diſciplinam. Vale ex Fonte bonadie 1. iulij* MCCCCXCVII.

Et de eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda.

b Lib. 5. ep. 37.

6 Demandatum id munus inſtaurandæ diſciplinæ, tollendarumque corruptelarum fuit inter alios Franciſco Cardinali Senenſi, ad quem Petrus Delphinus literas gratulatorias dedit b: *Datam tibi onero, domine obſeruandiſſime, & quinque tecum pariter Cardinalibus ſummis itidem ac probatiſſimis viris a Pontifice poteſtatem & componendi Romana curia ſtatus, & totius Eccleſia reformanda. Praclorum vtique & dignum ſummo ſacerdote ac Chriſti vicario mandatum, qui ſponſa Domini ſui conſulendum tandem duxerit, nec peſſumdari vlterius tulerit diuinum honorem, ac vinea, quam plantauit dextero ſua, delitias proculcari, cœleſtis nimirum inſpiratio & ex incomprehenſibili ſancta Trinitatis arcano, non humano conſilio in Pontificis mentem opportuno tempore effuſa. Quid enim opportunius hac aduerſa tempeſtate, quidue vtilius optari communibus piorum omnium votis potuit, quam vt fundata ab exordio religionis noſtra ſuper firmam petram Apoſtolica ſedes, & Apoſtolorum ſanguine conſecrata ventis nunc & turbinibus meam validiſſime irruentibus, non dimoueretur loco, ſed veſtris potiſſimum ſolidaretur conſilijs, veſtraque ſapientia & auctoritate confirmaretur!* Et infra.

7 *Quamobrem accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, gladio inquam ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Aperi os tuum, & implebit illud Dominus, vt ſicut es eruditiſſimus, proferas inter collegas tuos noua & vetera. Dedit tibi Dominus linguam eruditam od vtilitatem multorum, vt euellas & deſtruas, & diſperdas & diſſipes, & adifices & plantes. Contende igitur, praſul optime, cultore homo Dei hanc tam egregiam tibi iniunctam operam nauare ſtrenuiſſime vna cum grauiſſimis atque ſapientiſſimis collegis tuis. Non eſt paruifacienda huiuſmodi prouincia vobis demandata, qua omnium animos in certiſſimam viſa eſt ſpem erexiſſe, reſtituendi per vos paulo poſt aurei ſaculi, ac beata vita atque angelica reuocanda. Temerarius fortaſſe hortator atque amens videar: verum inenarrobili lætitia geſtiens ob inopinatum & inexpectatum nuntium, eſtatiſſimum tamen, conceptum ſermonem continere non potui, in voce gratulationis & exultationis iſto protuli, non adhortationis, &c. Vale ex Fonte bono die III. iulij* MCCCCXCVII.

8 Reliqui ad id munus adſciti fuere Ioannes ſtirpis Aragoniæ princeps, Georgius Vliſſiponenſis, Antoniottus Palauicinus S. Praxedis, Galeottus Riarius S. Georgij Ioannes Antonius Card. Alexandrinus, editæque ſunt ab ijs plures ſanctiſſimæ ſanctiones, quæ perductæ ad exitum non fuerunt, quandoquidem cum dolor ex nece filij acceptus conſenuiſſet, prætexuit Alexander libertatem pontificiam ijs ſanctionibus imminui.

Redit ad ingeniū Alexander.

9 Decreuit idem Alexander hoc anno a Cæſarem Borgiam Cardinalem legatum ad conferenda apoſtolica Friderico Regi Neapolitano regia iura & inſignia, vt ex pontificio diplomate b patet.

a Burch. l. 3. Paris e Graſſis to. 1 Surit. l. 3. c. 8. b Lib. 41. bulla pag. 244.

Dilecto filio Cæſari S. Mariæ nouæ diacono Cardinali ad regnum Siciliæ noſtro & Apoſtolicæ ſedis legato.

In præſentiarum regni noſtri Siciliæ & totius terræ, quæ eſt citra pharum, quæ iuris einſdem Romanæ eccleſiæ ſpecialis & proprietatis exiſtunt, atque cunctorum in illis degentium populorum neceſſitates ex intimo cordis affectu intuentes, necnon tranquillitati, profectui, & proſperitati regni & terræ prædictorum paterna charitate conſulentes, vt quæ ſub iuſto, prouido, & claro Rege ac principe iuſte prouideque regantur, prouidere cupientes, regnum prædictum cum tota dicta terra vſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta ciuitate noſtra Beneuentana cum eius territorio & diſtrictu, iuxta & ſecundum illum ſtatum, quem claræ memoriæ Ferdinandus primus & Alfonſus ſecundus dicti regni Reges, dum in humanis agebant, melius tenebant & poſſidebant, ſeu alter ipſorum melius tenebat & poſſidebat, chariſſimo in Chriſto filio noſtro Frederico eiuſdem regni Regi illuſtri, tanquam in dictis regno & terra ſucceſſori pro eo ſuiſque liberis ex recta linea a ſuo corpore legitime deſcendentibus natis & naſcituris in feudum perpetuum ſub certis modo & forma & conditionibus legitime expreſſis de venerabilium fratrum noſtrorum eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ac ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine duximus concedendum, confirmandum, & de nouo elargiendum, ipſumque Fredericum Regem per vexillum dictæ Romanæ eccleſiæ principaliter inueſtiri, necnon ab eo fidelitatis debitæ iuramentum, plenumque homagium, & vaſſallagium, ac ligium, pro huiuſmodi feudo debita & conſueta recipi, & nonnulla alia tunc expreſſa fieri & adimpleri mandauimus, prout in alijs noſtris deſuper confectis literis plenius continetur.

Alex. lit. de conſe feudo in ſigni regio Frederico.

10 Attendentes igitur quod, *& infra*, aſſiſtente tibi diuina gratia omnia & ſingula per ipſas literas noſtras præfato Frederico Regi conceſſa prudenter, fideliter, & diligenter exequeris, habita ſuper hoc cum eiſdem fratribus noſtris deliberatione matura, te, *& infra*, noſtro & eiuſdem eccleſiæ nomine ad præfata regnum & Regem ad præmiſſa omnia in dictis literis contenta plenarie exequendum, ac pro nonnullis alijs eiuſdem Romanæ eccleſiæ arduis negotijs peragendis, tanquam pacis angelum, Apoſtolicæ ſedis legatum de latere de fratrum eorundem conſilio, comitante pacis angelo, duximus deſtinandum, tibi in regno & terra prædictis plenæ legationis offi-

Cæſar Borgia creatus legatus.

Digitized by Google

officium cum plena poteſtate legati de latere committendo, vt noſtro & eiuſdem Romanæ eccleſiæ nomine a præfato Frederico Rege fidelitatis debitæ ſolitum huiuſmodi recipias iuramentum, nec non promiſſiones, ſponſiones, & conditiones in literis ipſis contentas cures efficaciter adimpleri, ac etiam priuilegium præfati Frederici Regis aurea bulla bullatum, in quo proprio iuramento fateatur & recognoſcat expreſſe regnum Siciliæ, & totam terram ipſius, quæ eſt citra pharum, vſque ad confinia eiuſdem Romanæ eccleſiæ, excepta dicta ciuitate Beneuentana, cum territorio & pertinentijs ſuis, quæ eccleſiæ remanebit eidem, ex ſola gratia & mera liberalitate ſedis Apoſtolicæ & noſtra ſibi ſuiſque heredibus fuiſſe conceſſa, ipſumque recepiſſe & tenere regnum & terram huiuſmodi a nobis & dicta Romana eccleſia ſub pactis, modis, & conditionibus in dictis literis contentis, de manibus ipſius Frederici Regis recipies ad nos & ſedem prædictam deferendum, & nobis ac ſedi prædictæ præſentandum, & alias in regno & terra prædictis euellas, deſtruas, diſperdas, ædifices, plantes, deformata reformes, corrigenda dirigas, diſſidentes proceres ad concordiam pacemque reducas, inobedientes vero atque rebelles auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam, ac alia opportuna remedia compeſcas, prout cœleſtis gratiæ infuſio, tuaque prudentia tibi miniſtrabunt, firma ſpe prudentiaque tenentes, quod actus tuos dirigente, qui nouit aſpera in vias planas conuertere, per tuæ circumſpectionis induſtriam, quodque tibi per nos fideliter commiſſa optatum finem recipient, & ad præfati Regis pacem ac ſtatum proſperum & felicem eiuſdem regni pro tua prudentia componentur.

Data imperia vt Fredericus regnum beneficentiæ Apoſt. acceptum referat.

11 Præterea tibi inter Regem præfatum & quaſcumque perſonas eccleſiaſticas & ſæculares dicti regni bonum pacis & concordiæ inducendi, & quantum ad laudem & gloriam omnium Redemptoris, & orthodoxæ fidei augmentum, & ſedis prædictæ honorem, necnon Regis præfati pacificum & tranquillum ſtatum, eiuſque corroborationem, & regni prædicti redintegrationem & conſeruationem, eccleſiaſticæ libertatis reformationem, morum honeſtatem, iuſtitiæ cultum, releuationem eccleſiarum & pauperum quomodolibet pertinebunt, ſtatuendi, ordinandi, mandandi, decernendi, exercendi, & etiam exequendi, ipſos quoque contradictores & rebelles, quacumque eccleſiaſtica vel etiam mundana præfulgeant dignitate, vt præmittitur, appellatione poſtpoſita compeſcendi, brachium quoque ſæculare, ſi opus fuerit, inuocandi, quibuſque priuilegijs, indulgentijs, exemptionibus, & literis apoſtolicis generalibus & ſpecialibus ſub quacumque verborum forma & expreſſione conceſſis, per quæ nulli qualiſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis in hac parte volumus afferre ſuffragium, nequaquam obſtantibus, plenam & liberam tenore præſentium ſimili conſilio concedimus facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXXVII. V. *idus iunij pontificatus noſtri anno* V. Inſtructus a etiam eſt Cæſar Cardinalis legatus ampliſſimis alijs mandatis ad conferenda ſacerdotia, ad cognoſcendas dirimendaſque cauſas eccleſiaſticas, ad ſoluendas cenſuras, ad temperandas leges canonicas, variaque priuilegia impertienda, Extant eodem argumento aliæ ad eundem Cardinalem datæ literæ b de tradendo Frederico Neapolitano regno, deque regia inunctione & corona conferenda.

a *Ibid. pag.* 247. & *pag.* 252.

b *Ibid. pag.* 242.

12 Certior vero factus eſt hiſce literis a Fridericus Neapolitanus Rex de collato illi Siciliæ citerioris regno, excepta Beneuentana vrbe circumiectoque agro, deque legato Cardinale ad vexillum illi e manu tradendum decreto.

a *Lib.* 41. *bull. pag.* 241.

Alexander, &c. chariſſimo in Chriſto filio Frederico de Aragonia Siciliæ Regi illuſtri.

Cum nos hodie regnum Siciliæ cum tota terra citra pharum iuxta & ſecundum illum ſtatum, quem claræ memoriæ Ferdinandus primus & Alfonſus II. dicti regni Reges, dum in humanis agebant melius tenebant & poſſidebant, ſeu alter ipſorum melius tenebat & poſſidebat, vſque ad confinia terrarum Romanæ eccleſiæ, ciuitate noſtra Beneuentana illiuſque territorio & diſtrictu exceptis, tibi dicti regni Regi illuſtri, tanquam in dictis regno & terra ſucceſſori, per te tuoſque liberis ex recta linea a tuo corpore legitime deſcendentibus & naſcituris de venerabilium fratrum noſtrorum eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, & ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in feudum perpetuum confirmauiſſemus, & de nouo elargiti fuiſſemus, tandem intendentes, vt tu iuris regni, & terræ prædictorum ac regalium inſignium plenitudine gratulari, & ſtatum tuum firmius ſtabilire valeres, dilecto filio noſtro Cæſari S. Mariæ nouæ diacono Cardinali apoſtolicæ ſedis legato de dictorum fratrum conſilio per alias literas noſtras commiſimus & dedimus in mandatis, vtque ad dictum regnum ſe perſonaliter conferens te per vexillum eiuſdem eccleſiæ de regno & terra prædictis ac omnibus iuribus & pertinentijs eorundem inueſtiret, & in illorum poſſeſſionem induceret, & quia Reges Siciliæ, qui pro tempore fuerint ad mandatum Romanorum Pontificum inungi & coronari conſueuerunt, poſtquam te inueſtiſſet, & in poſſeſſionem huiuſmodi induxiſſet, vt præfertur, te in Regem ſolemniter inungeret, & in ſignum pleni iuris atque dominij te de regno & terra prædictis coronaret, præſtito a te & ab eo noſtro & eiuſdem Romanæ eccleſiæ nomine recepto ſolito iuramento, prout in eiſdem literis plenius continetur.

Neapol. regnum Frederico datum.

Cæſari Borgiæ Card. cõferendi illi vexilli poteſtas data.

13 Cum, itaque fili chariſſime, per vnctionem principatus, per coronam virtutes, per ſceptrũ poteſtas in Rege congruæ deſignentur, attendat regia celſitudo tua non vtique per qualemcumque principatum, ſed eum qui prudentia, iuſtitia, fortitudine, temperantiaque ſubſiſtit regios humeros inungi, & tempora coronari, ſtudeat tua deuotio ſic ſceptro vti & dominari, vt nos ex tanto tibi impenſo munere collaudari, Romana eccleſia apud tuos regnicolas in ſumma deuotione haberi, ipſique regnicolæ & iuſto, ſapienti, modeſto, ac forti principe gratulari non immerito valeamus & valeant. *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXXXVIII. V. *idus iunij pontificatus noſtri anno* V.

Fredericus ad ſectandas regias virtutes excitatus.

14 Exceptum Capuæ ab illo legatum maximis honoribus prima auguſti die refert Surita, ac dein Neapolim eximia pompa ingreſſum, Regemque Fridericum, coactis procerum maximis conuentibus in principe eccleſia a legato regijs ornamentis redimitum fuiſſe. Præerat ritibus Burchardus, qui ſeruandam eorum formulam, vtque Rex genibus ſubmiſſis ſacramentum fidei Pontifici præſtiterit, deſcribit. Non inter fue-

Fredericus Rex Neapol. ſceptrum pontificiæ beneficentiæ acceptũ refert.

fuere huic celebritati Sanſeuerinates principes a, neque enim veteta adhuc poſita erant odia: immo Antonellus princeps Salernitanus pro Carolo Francorum Rege iterum ſigna explicuit, arceſque omni conatu muniuit; ſed demum exeunte anno a Friderico Rege Gonſalui Ferdinandi ducis auxilijs oppreſſus deditionis verba nuncupauit b vitam liberumque commeatum vna cum ſocijs pactus. Potitus Antonelli ſociorum arcibus Fridericus firmaſſe ſolium videbatur, cũ Ferdinandus Hiſpaniarum & Carolus Francorum Reges Neapolitanum regnum a Ferdinando ſeniori ſpurio iure non tentum fuiſſe diſceptarunt, atque ideo illud a Friderico occupatum vitio, ſed vel ad Hiſpanum vel ad Gallum ſpectare, deque eo inter ſe partiendo egere; quæ arcana colloquia in Friderici & ducis Mediolanenſis perniciem poſtea eruperunt.

a Surit. to. 5. l. 3. c. 2. Nonnulli principes Gallicas partes tu tati.
b Id. Sur cap. 12. Salernitanus princeps victus. Motæ lites vel ad Gallũ vel ad Hiſp. ſpectare Neap. regnum.

15 Inclaruerat Florentiæ hoc tempore apud vulgus magna pietatis & prophetici ſpiritus opinione Hieronymus Sauonarola Ferrarienſis redintegratæ in Prædicatorum congregatione Florentina diſciplinæ religioſæ fama illuſtris, a quo Caroli VIII. Regis in Italiam exercitum florentiſſimum ducentem, Italicarumque rerum conuerſiones ſagaci animo denuntiatas multis ante annis, tum plura alia poſtens temporibus ventura ferunt, eumque exinde multorum odia contraxiſſet, tum etiam opinionem nouandarum rerum iniecisset, dum extaſes iactaret, & de congregando concilio, reſtituendaque diſciplina declamaret; euerſis iam Gallorum rebus, quarum magnificentiam extulerat, in crimen vocatus eſt apud ſedem Apoſtolicam, quod nefanda elatus hypocriſi prophetam ſe dixiſſet, ac noua moliretur, cui propterea intentatum eſt ab Alexandro VI. iudicium, obiectiſque cenſurarum pœnis concionandi munus iterum eſt ei interdictum. At qui ipſi prætor tas ſtudebant has pro eo literas ad Alexandrum dedere c.

Hieronymus Sauonarola vatem agit.
Vocatur in iudicium ab Alexandro.

Alexandro VI. ſummo Pontifici.

c Extin arch. Florent.
Florentinorum literæ pro Hieronym. Sauonarola.

16 Sanctiſſime & beatiſſime pater, &c. Moleſte tulimus ſenſimuſque inſectatam eſſe boni viri, quantum nos cognoſcimus, virtutem, & delata fuiſſe ad ſanctitatem veſtram ea nulla de cauſa, quæ merito excitare pontificales in fratrem Hieronymum cenſuras, ſi ea vera extitiſſent, debuiſſent. Nos, ſanctiſſime Pater, multo aliter cenſemus: bonum nos hunc virum, bonumque religioſum, peritumque rerum Chriſtianarum exiſtimamus. Diuerſatus eſt in vrbe noſtra aliquot annos prædicationibus intentus, plebique ad meliores mores inſtruendæ, neque notari potuit (modo careat affectibus delatio) quidquam, in quo vel exemplo vitæ, vel excellenti doctrina aberrauerit; ſed, vt nouit veſtra beatitudo, vix inueniri poteſt vbi præclara virtus careat inuidia. Sunt & in noſtra vrbe tanquam in magno populo qui etiam virtutem inſectant ſeu naturæ leuitate, ſeu alio quouis morbo, & tunc ſibi plus placeant, doctique eſſe magis viri videantur, cum quid in doctos bonoſque viros liberius audent: quibus magis venia danda, quam grauiore aliquo periculo id vindicare erroris. Supplicamus ergo ſanctitati clementiæque veſtræ pro ea, quæ omnibus in rebus ſemper fuit in nos veſtra paterna & diuina charitas, vt totum hoc negotium ad grauitatem ſapientiamque veſtræ ſanctitatis referatur, tollaturque hæc animorum diſplicentia ciuitati, atque iſta cenſurarum pontificalium grauitas, ne plus poſſe videatur paucorum religioſa quorundam leuitas, quam bona ſtudia bonæque artes hominum religioſorum, &c. Meminerit veſtra ſanctitas huius deuotiſſimæ ciuitatis & populi ſedis Apoſtolicæ & ſanctitatis clementiæque veſtræ; cui nos & rempublicam iſtam humillime commendamus. *Ex palatio noſtro die octaua iulij milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo.*

17 Non propterea compoſita lis eſt, ſed ſubterfugiente illo temere Apoſtolicæ ſedis iudicium, ac ſcripta contraria non ſine impudentiæ nota ſpargente, datum eſt pontificium diploma a ad ordinis Prædicatorum religioſos viros Florentiæ agentes, vt Hieronymus probaret, ſe miſſum a Deo obiectum, pro concione blaſphema verba illũ effutiſſe, quaſi mentiretur Chriſtus ſi Sauonarola mentiretur: atque ad vaticinia probanda in ius vocatus eſt: datum crimini congregationem Etruſcam Dominicanorum illius dolo fuiſſe diuulſam a Longobardica, atque adeo imperatum fuit, vt vicarius Longobardicæ congregationis de Hieronymi ipſius cauſa cognoſceret, nec non præcipui eius ſectatores Florentia Bononiam ſe conferrent.

a Ext. apud Bruch. m. ſ. arch. Vat. ſign. n. 104 p. 2. pag. 303.
Subijcitur Longobardicæ congregationis magiſtro.

Alexander Papa VI. dilectis filijs priori & conuentui monaſterij S. Marci ordinis Prædicatorum in ciuitate Florentiæ.

Quia diuini conſilij inſcrutabilis altitudo vniuerſali adminiſtrandæ Eccleſiæ nos Petri ſucceſſorem, licet immeritum, hoc tempore præeſſe diſpoſuit, iugi quantum nobis diuino munere datur diligentiæ ſtudio procurandis ijs rebus intendimus, quibus religio, ſalus, & pax Chriſtiano populo conſeruetur, floreat, & amplificetur, dogmatum vero nouitas fictæ ſimplicitatis adumbrata velamine, e qua in populo frequenter & clero ſchiſmata, hæreſes, & morum ſubuerſio oriuntur, de Eccleſia mitis emendationis flagello pellatur, ne quietum corporis Eccleſiæ ſtatum ſolicitare in præſentia poſſit, neque cæteris delinquendi exemplo iſto malo poteſtas fiat in poſterum. Sane Hieronymum quemdam Sauonarolam de Ferraria, ordinis Prædicatorum nouitate praui dogmatis delectatum accepimus, & in eam vrentis inſaniam Italicarum rerum commutatione deductum, vt ſe miſſum a Deo, & cum Deo loqui ſine vlla canonica atteſtatione fateatur in populo contra canonicas ſanctiones. Non ſufficit cuiquam nude tantum aſſerere, quod ipſe ſit miſſus a Deo, cum hoc quilibet hæreticus aſſereret, [id quidem iure optimo affirmat Alexander, cum Lutherus poſtea eodem modo iactans ſe miſſum a Deo hæreſes ſparſerit,] ſed oportet quod oſtendat illam inuiſibilem miſſionem per operationem miraculi, vel ſcripturæ teſtimonium ſpeciale, Chriſtum præterea Ieſum crucifixum & Deum mentiri, ſi ipſe mentiatur, horrendum certe & execrabile adiurationis genus: extra ſtatum ſalutis quemquam fieri vanis illius aſſertionibus non credentem, alia deinceps illum non minus inepta facere, dicere, & ſcribere, quæ ſi prætereantur impune nihil eſt quod non auſum falſorum religioſorum temeritati ſit, & in corpus Eccleſiæ, quod verendum eſt, vitia ſub virtutum ſpecie ſubintrent. Cogitauimus longa cunctatione, & diuturna patientia noſtra efficere, vt fatuam illam propheticam ſuam profeſſionem recognoſceret, ad ſolidæ veritatis viam ſe flecteret, & quæ turbationis cauſa in Eccleſia fuerant illius verba temere & inique prolata, conſulte & fideliter reuocaret. Credebamus poſt aliquod tempus iam aduenisse diem,

Alexandri lit. aduerſus Hieron. Sauonarolam.
Obiectũ illi probet ſe a Deo miſſum.
Blaſphemiæ accuſatus.
Vaticinia illius in examen anceps adducta.

Digitized by Google

Segregatio illius a Longobardica congregatione vocata in ſuſpicionem criminis.

diem, quo de ipſe meliora concipere deberemus, ac dolorem, quem nunc vſque ex effræni arrogantia & ſcandaloſa ſeparatione a patribus ſuis Lombardiæ perpeſſi fueramus, quæ ſub doloſa calliditate, ſicut poſt cognouimus, peruerſorum quorundam fratrum impetrata eſt, amodo ex ſua humili adhærentia in lætitiam commutaremus, ſed (quod dolenter referimos) ſpe noſtra fruſtrati ſumus, nam licet per literas noſtras ipſum in virtute ſanctæ obedientiæ monuerimus, vt ad nos veniret, veritatem ab eo & ab ore ſuo intellecturos, tamen non ſolum venire, & nobis obedire recuſauit, verum etiam ipſe acerbiorem in dies magis doloris nobis cauſam ſubminiſtrauit, impudenter fidelium oculis legenda ingerens, quæ ſolo alias auditu temere profuderat inhibenda.

Vocatus ad ſedem Apoſt. in dicium diffugit.

18 Eapropter cum nos reddendæ vniuerſæ Italiæ pacis grandi ac laborioſo opere detineamur, hanc ipſam cauſam fratri Sebaſtiano de Madijs de Briaia congregationis Lombardiæ ordinis Prædicatorum generali vicario decernendam, iudicandam, puniendamque ſecundum veſtri ordinis ſtatuta commiſimus per literas noſtras in forma breuis, Hieronymo Sauonarolæ prædicto in virtute ſanctæ obedientiæ ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ſtricte præcipiendo mandantes, vt vicarium prædictum ad cognoſcendam huiuſmodi cauſam a nobis iudicem deputatum prompta & ſincera obedientia recognoſcat, illius mandatis vbilibet gentium ſe vocauerit, omni prouocatione & appellatione poſtpoſita, pariturus. Interea vero dum hæc cauſa coram prædicto vicario diſcuteretur, ab omni declamandi in populo & publice legendi officio per præſentes literas prædictum Hieronymum ſuſpenſum eſſe decernimus. Cæterum ne alteri cuiquam ea fratribus veſtris malo exemplo eiuſdem Hieronymi libertate propria delectati errandi & decipiendi tribuatur facultas, locum iſtum ſancti Marci de Florentia, & S. Dominici apud Feſulas ordinis Prædicatorum amodo præfatæ congregationi Lombardiæ reunimus, incorporamus, annectimus, omnibus fratribus prædictorum locorum S. Marci & S. Dominici ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna mandantes, vt vicario prædictæ congregationis Lombardiæ velut ſuo legitimo paſtori pareant & intendant, reuocantes ex nunc, & reuocatum eſſe decernentes quidquid auctoritatis, facultatis, ſiue poteſtatis cuiquam alteri etiam apoſtolica auctoritate eſſet indultum: iniungentes quoque ſub eiuſdem excommunicationis latæ ſententiæ pœna fratri Dominico de Piſcia, & fratri Thomæ Buſſino, & fratri Silueſtro de Florentia, vt infra ſpatium nouem dierum, quorum tres aſſignamus pro primo termino, tres pro ſecundo, & tres pro tertio a notitia præſentium Bononiam proficiſcantur, auctoritate prædicti vicarij Lombardiæ in vno quopiam conuentuum congregationis, præterquam in dominio Florentinorum, collocandi in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. *Dat Romæ apud S. Petrum die* XVI. *octobris* MCCCCXCVII.

Datus illi iudex.

Interdictus concionis munere.

Florentina congregatio Prædicatorũ Longobardicæ coniuncta.

Mandatũ nonnullis eius ſectatoribus, vt ab eo diſcedant.

19 Extant quoque aliæ pontificiæ ad Hieronymum ipſum datæ literæ a, quibus in iua vocatur, quod ſimplices homines ab obſequio ſedis Apoſtolicæ abducere niſus ſit, ac ſe Spiritu ſancto afflatum, & diuino lumine colluſtratum iactarit.

a Extant apud Burc pag. 306.

Alexander Papa VI. dilecto filio fratri Hieronymo Sauonarolæ de Ferraria ordinis Prædicatorum.

Dilecte fili ſalutem, &c. Licet vberius per alias literas noſtras in forma breuis explicauerimus quãtum nobis diſplicuerint turbationes, præſertim illius populi Florentini, & eo magis quod habuerint ortum a prædicationibus tuis, quia cõnabaris, omiſſis vitiorum extirpationibus laudibuſue virtutum, publicis in ſermonibus futura prædicere, affirmareque te illa habuiſſe a lumine æternitatis, ac inſpirante Spiritu ſancto, propter quæ & ſimilia ſimplices homines deuiare poſſent a via ſalutis & obedientiæ ſanctæ Romanæ eccleſiæ; debuiſſes enim potius procurare in tuis prædicationibus vnionem & pacem, quam ſimiles, quas vulgus vocat, prophetias tuas, diuinationeſque prædicare. Debuiſſes etiam conſiderare quod conditioni temporum vehementer repugnat talis doctrina, quam in medium affers, quæ ſufficeret ponere diſcordiam etiam vbi eſſet ſumma pax, quanto magis vbi vigent tales ſimultates & factiones. Periculum itaque multarum animarum & deſiderium noſtrum illius populi, & vt ſatisfaceremus officio noſtro paſtorali, adduxere nos, vt ad te ſcriberemus, nec ſine maturo conſilio decerneremus omnino te vocare ad nos, vt te purgares a tibi impoſitis, quæ profecto ſi vera eſſent, non deberent impune tranſiri. Cum autem nuper intellexerimus ab aliquibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & per literas tuas & nuntios, quod paratus es omnibus per te dictis vel factis ſubijcere te correctioni ſanctæ Romanæ eccleſiæ, quod eſt officium boni Chriſtiani & religioſi hominis, plurimum lætati ſumus, incœpimuſque perſuadere nobis, ea te non prædicaſſe malo animo, ſed potius ſimplicitate quadam & zelo proficiendi in vinea Domini, licet certo contrarium experientia doceat, verum ne videamur talia penitus negligere, quæ nullo pacto ſunt negligenda, decreuimus iterum ad te ſcribere, & reſpondentes literis tuis mandamus tibi in virtute ſanctæ obedientiæ, quod amplius abſtineas ab omni prædicatione, tam publice quam ſecrete, ita quod non poſſit tibi imponi, quod ceſſans a publicis ſermonibus conuertaris ad conuenticulas, quem modum omnino teneas donec ſecure, commode, & cum ea honeſtate, qua decet religioſum, non ſtipatus, vt intelligimus, militibus poſſis ad præſentiam noſtram te conferre. Videbimus enim te hilari & paterno animo, vel donec maturius deliberemus quemmodum debeas in futurum tenere, vel, ſi nobis videbitur, aliquem idoneum & probum virum deſtinabimus, quod ſi feceris, vt ſperamus, ex tunc ſuſpendimus breuia & contenta in illis, quæ adſcripſimus, & quaſcumque clauſulas in eis contentas, vt quiete poſſis conſcientiæ tuæ vacare. *Dat. Romæ apud S. Petrum die* XVI. *octobris* MCCCCXCVII.

Correptus Sauonarola de populo Florent. falſis vaticinijs deluſo.

Subijcit ſe Pontificis correptioni.

Iuſſus accedere ad ſolium Apoſt. ſine militari præſidio.

20 Non paruit Pontifici Sauonarola, cum audiri vellet non audire Eccleſiam atq; omnes iudices ſuſpectos ſibi diceret hæreſiarcharum more, miſſiſque literis queſtus eſt apud eundem Alexandrum falſa ipſi ſuggeſta fuiſſe: affictam falſo hæreſim defendere ſe niſus eſt ſi vaticinatus eſſet multis ante annis, quam contingerent futura, ſe prædixiſſe: negauit ſe dixiſſe, ſe a ſolo Deo miſſum, vel dixiſſe cũ Deo ſe colloqui, aut ſe appellaſſe prophetam: obiecta verba blaſphema interpretatione meliori diſſoluit, redarguit vero eos, qui non cre-

credant reuelatis ſibi a Deo priuatos gratia: tum plura ad ſuam excuſationem,ſi Romam ad dicendam cauſam non accederet,adiecit, timere ſcilicet inferendam ſibi necem ab aduerſarijs, ac ſi index Florentiam mitratur, errata coram vniuerſo populo ſe reuocaturum.

Reſponſio fratris Hieronymi Sauonarolæ ad Alexandrum Papam VI.

Hieronymi Sauonarolæ reſponſio.

Beatiſſime pater poſt beatorum pedum oſcula. Exhibitæ fuerunt pridie literæ ſanctitatis veſtræ conuentui noſtro in forma breuis, quibus conuentum hunc & conuentum S. Dominici ad Feſulas congregationis Lombardiæ reuniſſe intimabant, & fratrem Dominicum de Piſcia, ac fratrem Thomam Buſſinum, & fratrem Silueſtrum de Florentia Bononiam proficiſci ſanctitas veſtra præcipiebat, idque ideo factum fore, quod ego ipſe Hieronymus multa fatua ac ſcandalum in Eccleſia Dei facile paritura, contra canonicas ſanctiones dixerim, & publice populo prædicauerim, cauſamque meam cognitioni & punitioni generalis vicarij dictæ congregationis per alias ſuas literas ſubmittebat, quas literas bono animo, & ea, qua decuit, reuerentia ſuſcepimus, dum ſanctitatem veſtram de ſtatu ſanctæ Eccleſiæ, & de ſalute animarum noſtrarum ſolicitam oſtendunt: ſed doluimus vehementer ac dolemus, quod eo vſque proceſſerit hominum malitia, vt ſint qui etiam ſummo Pontifici, ac Chriſti in terra vicario res tam falſas, tamque peruerſe interpretatas ſuggerere non formidauerint. Et quia ex prædictarum literarum ſerie conſtat totius huius rei effectum a me aſſertæ culpæ cauſa proficiſci,pateat mihi ſanctitas veſtra, ſi ego tanquam is, a quo dicitur oriri hæc tempeſtas, mea geſtorum veritas, atque ſinceritas boni ſecuti, & qui ſequi ſperantur effectus a falſis interpretationibus, aſſertionibus, & ſuggeſtionibus defendam. Neque hoc erit difficile, quia ego palam locutus ſum mundo, & ſemper docui in eccleſia & in templo, in quo omnes Chriſtiani conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil, Hinc ſimplicitatis meæ & probatæ doctrinæ tot millia teſtium habeo, vt nullo pacto me apud ſanctitatem veſtram dubitem cauſam meam ſine vlla prorſus difficultate defenſurum, vt enim ait Philoſophus: *Verum vero conſonat, falſo autem diſſonat.*

Queritur falſa Alexandro ſuggeſta.

Suggeſſerunt itaque in primis veſtræ ſanctitati, vt in eius literis patet: *Nouitate praui dogmatis delectatum*; quod falſum eſſe clarum eſt,publice enim ſcitur me nullum prauum dogma ſequi, nec prædicare, ſed ſanctas ſcripturas dumtaxat, & ſanctos doctores, & in publica prædicatione ſæpe dixiſſe, & in ſcriptis reliquiſſe, me & omnia mea ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſubmittere, & hoc idem, ni fallor, beatitudini veſtræ ſcripſi in quibuſdam meis literis, de quibus etiam ipſa fecit mentionem in breui quodam ſanctitatis ſuæ ad me miſſo. Si quis autem dicat, quod prædicare futura nouum eſt dogma, falſum eſt, quia hoc ſemper fuit in Eccleſia Dei, vt patet diſcurrenti ſcripturas eccleſiaſticas, nihil enim obeſt religioni Chriſtianæ prædicare futura, dummodo non ſint contra fidem vel bonos mores, aut rationem naturalem, nec vnquam hoc fuit aliqua lege prohibitum, nec prohiberi poteſt, hoc enim eſſet Deo imponere legem, qui dicit per Amos: *Non fecit dominus Deus verbum niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas,*

Aſſictam ſibi hæreſim.

Defendit ſi futura ſit vaticinatus.

21 Secundo quia in prædictis literis dicitur: *Et in eam mentis inſaniam Italicarum rerum commutatione deductum, &c.* Hoc etiam manifeſte falſum eſt, & ab omnibus ſcitur, quia præterierunt quinque anni, quibus hæc prædixi, vel plures etiam quam decem anni iam ſunt, non ergo deductus ſum adhoc propter commutationem Italicarum rerum.

Profitetur multis ante annis quam euenirent prædixiſſe futura.

Tertio dicitur: *Et ſe miſſum a Deo, &c.* Hoc quoque falſum eſt. Sciunt omnes qui me audierunt, quia nunquam dixi, immo in ſcriptis noſtris, quæ ab omnibus legi poſſunt: ſcripſi qui eram miſſus a prælatis meis, ſicut & fere omnes alij Prædicatores, ſed nunquam dixi a ſolo Deo me miſſum, vt teſtes ſunt multa millia hominum.

Negat ſe dixiſſe a ſolo Deo miſſum.

Quarto dicitur: *Et cum Deo loqui, &c.* Hoc etiam nunquam expreſſe dixi, nec vnquam vtor tali modo loquendi, vt teſtis eſt vniuerſus populus Florentinus, quod etiam ſi dixiſſem, nullam propter hoc incurrerem pœnam, non enim inuenitur in aliquo loco ſcriptum,nec in toto corpore iuris canonici, nec ciuilis, nec aliquo authentico libro, quod qui dixit ſe cum Deo loqui puniatur, ſtultum etiam eſſet & impium facere talem legem, cum nullus poſſet imponere legem Deo, poteſt enim ipſe loqui cum quibus vult, & eis præcipere vt dicant: *Hæc dicit dominus Deus, &c.* ſicut prophetæ faciebant.

Negat dixiſſe loqui cum Deo.

22 Item ſuggeſſerunt me dixiſſe, Ieſum crucifixum & Deum mentiri: ſi ego mentirer, cum neque hoc abſolute dixerim, quaſi Deo voluerim me æquiparare, ſed in caſu tamen, verbi gratia ſi quis diceret: *Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, &c.* & deinde dicat: *Si ego mentior, Chriſtus quoque mentitur*; nunquid hoc execrabilis adiurationis genus? ita ego aliquam veritatem, quam locutus eſt Chriſtus, aliquando cum dixiſſem ſubiunxi: *Si ego mentior, & Chriſtus, &c.* Item in eodem breui ſubſequitur: *Extra ſtatum ſalutis quemque fieri vanis illius aſſertionibus non credentem, &c.* Hoc ego nunquam dixi, ſed bene hoc modo locutus ſum, quod cum ſciam multa, quæ prædixi, eſſe a Deo, qui obſtinato animo eis non vult credere, ſed omnino ſtatuit contradicere, ſignum eſt quod is extra gratiam ſit, quoniam, vt dixi, gratia & lumen fidei ſemper inclinant ad veritatem; ideo qui eſt in gratia non poteſt tendere contra veritatem, quæ a Deo eſt firmata, verum qui noſtris aſſertionibus non credunt, nec tamen obſtinato animo contradicunt, dixi & publice ſcripſi, quod poterunt eſſe in gratia & ſaluari contradicentes, ergo non dixi, quod peccarent, ſed quod modo quo ſupra illorum contradictio ſignum erat priuationis gratiæ. In eis præterea ibidem dicitur: *Alia deinceps illum nouminus inepta facere, & dicere, ac ſcribere, quæ, &c.* Totus ſiquidem populus ille teſtis eſt,me nec dicere nec facere inepta, nec ſcandaloſa, ſed quæ magnæ ſunt virtutis & neceſſitatis in fructus multos,& ſalutem animarum, & ad pacem in ciuitate Florentina, & ad reformationem ſpectantia, & cum ſcriptum ſit: *In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum*; ego non ſolum duos vel tres, ſed duo & tria vel etiam decem teſtium millia in medium adducam, cum quibus & ipſa opera non a me, ſed a Deo per me facta clamabunt, probabuntque,me nunquam talia dixiſſe aut, &c. ſimiliaque aduerſum me reprobi homines compoſuerunt.

Refellit obiecta blaſphema verba.

Arguit eos, qui non credant reuelatis a Deo priuatos gratia.

Tuetur ſcripta ſua & dicta.

83 Præterea in ipſo breui ſequitur: *Cogitauimus longa cunctatione, & diuturna patientia noſtra efficere vt fatuam illam propheticam profeſſionem recognoſceret, &c.* Ego arbitror, quod nullus homo mundi prorſus poſſit inueniri, qui audiuerit vnquam ab ore meo tam arrogans verbum, vt dixerim me eſſe prophetam, verum e contrario multa etiam millia poterunt teſtari me ſæpe dixiſſe non eſſe me prophetam, neque filium prophetæ, quod etiamſi dixiſſem, non video quare etiam puniendus, nulla enim facta eſt aut fieri poteſt lex, quæ damnet hominem quemquam, qui ſe dicat ex ſpiritu diuino futura prædicare, niſi ſub hoc velamine populum ſolicitet ad malum, vel hæreſis, aut aliquid quidquam præter hæc faciat, vt ſcribitur Deuteronomi vt 1. quod de me nullus dicere poteſt, vt notiſſimum eſt. Dici non poteſt, quod alius nullus ſurgere poteſt propheta in Eccleſia Dei, & ſi hoc dicitur donum prophetiæ de Eccleſia pelletur, quod eſt contra illud Amos tertio ſuperius allegatum: *Non faciet dominus Deus verbum, &c.* & illud prouerbiorum decimonono: *Cum propheta defecerit diſſipabitur populus.* Quod ſi dicetur Deuteronomij decimoquarto ſcriptum eſt, quod propheta, qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi, vt doceret, aut dixerit ex nomine alienorum deorum, interficietur, quod ſi venerit, quod locutus eſt bonus propheta, fuit non autem falſus. (Quod non eſt intelligendum ſic, videlicet niſi ſtatim quod prædixit eueniat) interficiatur, Alioquin fuerat interficiendus Iſaias, & Ieremias, & alij multi prophetæ, & ipſe Chriſtus dominus, quia multos annos vixerint, & ea quæ ab eis fuerint prædicta, nec in eorum vita venerunt, & ideo intelligere oportet, quod ſi aliquis dixit ſe ex ſpiritu Dei futura prædicere, & ea, quæ prædicit, non ſunt contra fidem, nec contra canonicas ſcripturas, nec contra catholicæ Eccleſiæ doctrinam, expectandus eſt patienter euentus eorum, nec ſpernandus eſt, maxime vbi vita bona comes fuit, quia Deus multos ſeruos habet occultos, ideo ait Apoſtolus: *Prophetias nolite ſpernere*, ſi autem tempora a propheta præfixa non euenerint, quæ prædixit, tunc debet acriter argui, & ſic lex ipſa intelligitur. Cum ergo iam multa, quæ prædiximus, euenerint, adhuc non ſum arguendus, nec puniendus, quia illa futura pronuntiauerim, ſi autem cætera ſuo tempore non euenerint, merito arguendus ero, certus ſum autem quod euenient, nec ex eis vnus apex præteribit. [Cũ ex hac licentia multorum errorum a fanaticis ſpargendorum impenderet diſcrimen a concilio Lateranenſi poſtea ſancitum eſt, ne quis reuelata ſibi promulget, niſi prius ſedi Apoſtolicæ, ad quam ſpectat iudicare de propheta, ea aperuerit.] Subdit Sauonarola in ſua apologia. Certe, beatiſſime pater, notiſſimum eſt non ſolum Florentiæ, ſed etiam in diuerſis Italiæ partibus, quod meis verbis ſecuta eſt pax in ciuitate Florentiæ, quæ ſi non fuiſſet ſecuta, tota Italia fuiſſet perturbata, quod ſi verbis adhibita fuiſſet fides, Italia hodie non hoc modo quateretur, nam eius præuidens afflictiones, licet a multis fuerim deriſus, pronuntiaui gladium venturum, ac pacis remedium oſtendi ſolam eſſe pœnitentiam, vnde Italia vniuerſa gratias per me Deo agere deberet, docui enim eam remedium tranquillitatis, quod quidem ſeruans Florentiæ iam habet, quod non haberet, & ſimiliter tota hæc faceret Italia gladius nequaquam per eam tranſiret, quid enim nocere poteſt pœnitentia. Nullus itaque vere teſtari poteſt, me ſcandala in Eccleſia ſeminaſſe, ſed ego innumeros habeo teſtes, quod bona ſemina ſeminaui, verum inimicus homo zizaniam ſeminauit, & incidit in foueam, quam fecit.

Negat ſe dixiſſe prophetã.

E' prædictis a ſe aliqua euenisse, alia nondum euẽtura.

Prædicta a ſe Italiæ mala & per pœnitentiã auerti poſſe.

84 Subiungitur præterea hoc in eodem breui: *Subdola calliditate peruerſorum quorundam fratrum, &c.* Primum quidem peruerſos fratres eos vocandos eſſe, quos nulla notat prorſus infamia, immo qui in toto hoc populo ſint optimæ famæ, non potuerunt ſuggerere ſanctitati veſtræ, niſi improbi homines: mittat enim eadem ſanctitas veſtra aliquem ex ſuis fidelibus, qui ciues & populum interroget de fama fratrum S. Marci & S. Dominici de Feſulis, & probabit, atque clarius cognoſcet, quam apertum fuerit hoc eorum mendacium. [Illos perueitit Sauonarola, cum mutare cucullas cũ galeis, & cędere gladio ac cędi ſe exponere iuſſit; qui pergit:] Secundo falſum eſt, quod hæc ſeparatio fuerit impetrata a quibuſdam ſolummodo, & non omnibus, vt publico loquat inſtrumẽto. Tertio quia fuit impetrata, nõ vt laxius in libertate viueremus, ſed ſtrictius, vt effectus ipſe demonſtrat. Præterea nec ſubdole fuit impetrata, cum cauſa hæc longo tempore fuerit diſcuſſa, & mature examinata, vt teſtis eſt reuerendiſſimus dominus protector noſter Neapolitanus, qui hanc ſeparationem ſua prudentia impetrauit: nam iuxta ſeriem noſtrarum conſtitutionum hæc prouincia eſt a prouincia Lombardiæ diſtincta, & vna alteri præeſſe non debet ſed propter peſtem quandam diminutis fratribus in hac prouincia, conuentus S. Marci de Florentia fuit per literas eiuſdem generalis magiſtri vnitus, ſeu commendatus congregationi Lombardiæ. Deinde prior quidam non vocatis fratribus alijs breue impetrauit, quod quidem nullius dubitatur fuiſſe valoris, cum eſſet ſubreptitium, quare ſi augmentatis fratribus & multiplicatis auctoritate ſanctitatis veſtræ ad ſtatum naturalem reuerſi ſunt, ita hoc dici non poteſt, id eſſe fraudulenter factum, immo eſt ſecundum tenorem noſtrarum conſtitutionum.

Famam Prædicatorũ defendit.

Negat dolo congregationem ſuã conſtitutam.

25 Præterea ibidem ſequitur; *Nam licet, &c.* & id tamen falſum eſt, quamuis enim mihi præceperit ſanctitas veſtra, quod eam adirem, literas noſtras tamen ad eam tranſmiſi rationabiles cauſas adducens, quibus adire non poſſem iuxta illud 1 cap. *Si quando de reſcript.* Prima fuit quia infirmus & valetudinarius eram, & periculo mortis me expoſuiſſem. Secunda quia aduerſarios habeo capitales, & tales quod iudicio omnium, qui hoc ſciunt, ciuium, Romam non potuiſſem peruenire: & hoc eſt quaſi publicum in ciuitate, vnde nec poſſum ſine debita cuſtodia domum egredi. Tertia fuit propter ciuitatis periculum, cuius regimen adhuc erat debile & noſtris monitis a Deo ſuſtentatur & perficitur. In eadẽ autem literarum rogaui ſanctitatem veſtram, vt hac vice mihi parceret, quia alias cum maiori ſatisfactione venire poteram. Miror autem quod ſanctitas veſtra literas meas non habuerit, quarum copiam propter hoc in literis conuentus noſtri beati ad ſanctitatem veſtram miſſis allegauimus, vt & ipſa videat quod falſo loquuti ſunt qui dixerunt, me obedientiam recuſaſſe. Præterea cum beatitudo veſtra ſit maximis rebus occupata, non poteſt de his quæ particulariter fiunt, exactam habere notitiam: quod intelligentes homines peruerſi ſuggeſſerunt, vt hanc cauſam meam

Excuſat ſe, ſi Romam non acceſſerit Cauſæ ab eo allatæ.

Negat obſequio defuiſſe.

determinandam, iudicandam, & puniendam committeret vicario generali conuentuum reformatorum Lombardiæ & Prædicatorum, qui iudex fuit nobis ſummopere iure ſuſpectus, notorium eſt enim quod inter congregationem Lombardiæ & noſtram propter ſeparationem prædictam ortæ ſunt controuerſiæ maximæ, & quod idem vicarius vna cum fratribus non ceſſat quotidie nos infeſtare. Conſtitutum igitur aduerſarium alicuius iudicem eiuſdem nouit ſanctitas veſtra quàm contra omnia ſit iura & diuina & humana. Præterea quando quis inimicos habet capitales, omnia iura illi conceduntur, vt perſonaliter non teneatur comparere vbi vitæ ſibi imminet periculum, quia hic timor eſt cadens in conſtantem virum; quis enim accederet, vel qua ratione aliquis teneretur conſiſtorij talis ſubire iudicium, ſe in hoſtium ſinum reponere, & ad mortem per violentam iniuriam non per iuſtitiam referendam vltionem ſe offerre? vt Clem. *Paſtoralis de re iudi.* ſcribitur, ſubdendo in eodem textu rationem, quatenus hæc quidem de iure timentur, hæc de morte vitantur, hoc refugit ratio, hoc abhorret natura. Ergo qui huiuſmodi citationem ſaperet arctaſſe citatum, quo iure cum alijs pleriſque tum in dicta Clement. dicto cap. *Si quando*, per doctores, & præcipue eximium ſanctitatis veſtræ auditorem Felinum, & tuti ſumus & impune non paremus ſanctitati veſtræ iuſtas cauſas plures aſſignando. Ego enim inimicos habeo capitales, vt ſanctitati veſtræ ſcripſi, & tot, & tales, vt non poſſim hinc recedere, nec ſine maxima cautione propter multiplices inſidias egredi, quomodo igitur dicitur in prædicto breui, quod debeam parere huic vicario Lombardiæ vbilibet gentium me citauerit, præſertim cum multa ſint Italiæ loca, ad quæ nullo pacto ſine vitæ indubitato periculo non poſſim tranſire? Vnde ergo hæc, niſi quia ſanctitati veſtræ peruerſi homines ſubdole ea, quæ falſa ſunt, ſuggeſſerunt, & literas noſtras ei non reddiderunt?

Prouocat apud Pont. datum ſibi aduerſarium pro iudice.

Sine vitæ periculo ad illud tribunal accedere non potuiſſe ait.

28 Inimicos autem habeo tales propter veritatem a me prædicatam, veritas enim odium parit, plerique enim praui ciues, qui vnam factionem non tam propter reipublicæ ſtudium, quam propter explendam ambitionem ſuam expulerant primatum affectantes, alias nouas & plures hinc factiones & ſimultates ſuſcitabant, & velut de hydra dicitur vno truncato capite plura naſcebantur & ſequebantur, vt diſſidente ciuitate & tumultuante populi licentia diſcordiæ, rixæ, vindictæ, ſeditiones, cædes & vniuerſæ vrbis exitium impenderent, maxime aſſiſtente potentiſſimo Rege, apud quem odij fomites non deerant, ipſum de euerſione huius patriæ ſollicitantes. Sic ipſa ciuitas tam inteſtinis quam externis agitata odijs facile (niſi Deus ſubueniſſet) tum peritura maius vniuerſæ Italiæ incendium ſubminiſtraſſet. Ego quantum potui Regis indignationem & gladium auerti præſenti ciuitati, tum pericula proſpiciens, tum ad clementiam, pietatem, & religionem hortatus ſum, monens non ſolum hic, ſed vbique locutum ſuos a direptione, & ab atrocitate continere, & Dei timorem ſemper præ oculis habere. Deinde hæc ciuitas Dei munere incolumis ex medio incendio ſeruata eſt, & in ea ciuium concordia, publica pax, ac Dei timor inductus eſt. Quid ego aliud potui diu noctuque vtilitati ac tranquillitati hominum, & diuino præcipue honori totis viribus inſeruiens?

Côtinuiſſe Gall. Regem ne Florêtiã euerteret.

aut quid magis neceſſarium eo tempore facere debui? Hanc denique laborum meorum mercedem ab ingratis reporto? quorum adhuc me non pœnitet, dummodo merces noſtra copioſa ſit in cælis, mendaces enim & vani ſunt filij hominum; & vana eſt ſpes eorum, & quamuis eos non timeam, qui ſcio ſcriptum eſſe: *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*; nolo tamen Deum tentare, cum & contra ſcriptum ſit: *Si perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam*; & dominus Ieſus ſcit, quod ter hoc nobis exemplum præbuit, & Apoſtolus Paulus humanis defenſionibus ſæpe vſus eſt. [Pluribus interiectis de Dominicana familia Florentina, quæ diſciplinæ regulares reſtituendæ ſtudio a Longobardica iuſſe diſgregata fuerit, concludit Sauonarola.]

Mala pro bonis ſibi repoſita.

27 Cum igitur, beatiſſime pater, conſtet omnia, quæ ſanctitati veſtræ ſuggeſta ſunt, eſſe falſa, & a peruerſis hominibus, qui quærunt animam meam, eſſe & fuiſſe falſo conficta, qui me ex hac vrbe aſtutijs ſuis cupiunt educere, non vt veniam ad pedes ſanctitatis veſtræ, coram qua me omnia noſtra facile defenſurum ſpero, ſed vt me interficiant in itinere ambitione ſua tyrannidem affectantes, non indignabitur ſanctitas veſtra defenſiones noſtras pie admittere, & nos potius, vt arbitror, prudentes quam inobedientes appellare, dum interim ſuperſedemus, vt intelligamus patris noſtri & domini noſtri benignam reſponſionem, & ab huiuſmodi grauaminibus liberam abſolutionem, nam doctrinam hanc a prædeceſſoribus ſanctitatis veſtræ & doctoribus ſanctis, videlicet theologis & canoniſtis didicimus, vnde inter alia multa allegari poſſent, ſpecialiter hoc patet, ſicut plene nouit ſanctitas veſtra, vt in præallegato cap. *Scribentes*. Et maxime per dominum Felinum Ferrarienſem eiuſdem ſanctitatis veſtræ beneméritum auditorem, cum niſi hæc notiſſima eſſent in literis præſentibus ea non ſubſcripſiſſemus. Quod autem omnia, quæ ſuperius ſcripſimus, vera ſint, vbi oporteat non erit difficile nobis probare. Mittat ſanctitas veſtra vnum de ſuis fideliſſimis virum iuſtum & non ſuſpectum, & clare ab vniuerſo populo poterit certificari: & ego paratus ſum in omnibus emendare meipſum vbicumque ero, & publice coram populo vniuerſo omnia errata mea reuocare. Dignetur ſanctitas veſtra mihi ſignificare quid ex omnibus, quæ ſcripſi vel dixi, ſit reuocandum, & ego id libentiſſime faciam, nam & hac vice & ſemper, ſicut ſæpius dixi ac etiam ſcripſi, me ipſum & omnia mea dicta & ſcripta ſubijcio correctioni ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ſanctitatis veſtræ, cui ſemper me ipſum & fratres meos eiuſdem pedibus proſtratum plurimum commendo. *Florentiæ ex conuentu S. Marci die vigeſima nona octobris* MCCCCXCVII.

Queritur vocari Romam vt in itinere ab hominibus occidatur.

Si Florêtiam mittatur iudex corã populo omnia errata a ſe reuocatũ iri.

Beatitudinis veſtræ filius & ſeruus frater Hieronymus.

28 Non admiſſæ ſunt a ſede Apoſtolica hæ excuſationes vt fictæ, intereaque aduerſus ipſum eiuſdem ſedis defugientem iudicium nonnulli theologi varia ſcripta edidere, hæreſeoſque ſuſpicione perſtrinxere, ita vt quæſita multis annis ſanctitatis opinio momento euerſa fuerit, de quo Petrus Delphinus [a] Camaldulenſium magiſter hæc tum ſcripſit ad Guidonem religioſum virum: *Quæ per Iulianum Scribamberi miſiſti ad me opuſcula contra Hieronymum*.

a Petr. Del. l. 5. ep. 37. Plures Theologi aduerſus Hieronymũ ſcribunt.

rum Prædicatorem edita, & nuper impreſſa, perlegi accurate omnia, atque vt ſemel tibi aperiam ſententiam meam, quomodo ſit immunis ab excomunicatione iudicandus nequaquam video: quis tuto non obediat ſummo ſacerdoti? aut quis eius præcepto contemnat niſi quod non animaduertit ſcriptum? Nunquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? melior eſt enim obedientia quam victima, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ eſt nolle acquiſcere. Viderit ipſe quoniam ductus ſpiritu hoc faciat, vt vicarium Christi non timeat, nec mandata eius obſeruet. Ego nimirum, ſi mihi occurreret, nec aue ei dicerem, ne dum communicarem cum illo vlla in re. Opto & ita precor Dominum, ne Florentina reſpublica aliquid patiatur mali alicna culpa, &c. Ex Fonte bono die 1. iuly MCCCCXCVII.

a Lib. 3. ep. 5.

Scripſit a idem Petrus Delphinus aduerſus Hieronymum hoc anno dialogum de pontificia auctoritate. Cæterum damnatum publico iudicio eundem Sauonarolam cum aduerſus Pontificem & Florentinos magiſtratus aperte rebellaſſet, inferius viſuri ſumus: nunc de turbis Anglicis agamus.

Anglia ab impoſtore turbata.

b Polyd. Virg. l. 26 Surii. to. 5 l. 3. c. 0. & 14. Sabell. enn. 10. l. 9 & aly.

29 Ingentes facti ſunt in Anglia tumultus b a Petro Varbecho impoſtore, qui ſe Eboracenſem ducem Eduardi olim Angliæ Regis filium ex Richardi ſæuis manibus diuina prouidentia ſeruatum eſſe fingebat, & a Margareta Burgundæ regiæ vidua vt nepos honorificentiſſime habitus ad Francorum Regem ſe contulerat, cum Henricus bellum ipſi moliretur inferre, paceque confecta abire iuſſus ad Iacobum Scotiæ Regem perfugerat; qui Hunlei comitis filiam genere propinquam matrimonio iſti iunxerat, belloque Henricum Angliæ Regem petierat; pace vero redintegrata cum Anglo, excedere regno iuſſus erat. Ita Scotia profugus, cum Cornubienſes finitimi aduerſus Henricum tumultuarentur, ad eos ſe tranſtulit, cupidiſſimeque exceptus, exercitum ex collectitia ruſticanorum turba male armis inſtructũ contraxit, atque vicinas vrbes bello adortus eſt; demum Henrico copijs apparatiſſimis ſuccincto veniente, leui prælio fuſus fugatuſque eſt; at ſalutem pactus in victoris deditionem ſe permiſit, quæ Virgilius Polydorus c in proximum annum refert, alij d vero in hunc conijciunt. Cæterum Henricus filio Henrico ſecundogenito Eboracenſem principatum tradidit. Arturo vero natu maximo Catharinam Ferdinandi & Eliſabethæ Regum Hiſpaniarum filiam ad firmandum ſolium deſpondit, de quo inferius.

Victus ab Henrico Rege.

c Polyd. ſup. lib. d Surii. c. 9

Catharina Hiſpana Arturo deſpõſa

Prædicator negat Virginis cõceptionem inmaculatã extitiſſe expertem.

30 In Gallia Ioannes Veri ordinis Prædicatorum doctor Pariſienſis, cum publice e ſacro ſuggeſtu dixiſſet, virginem Deiparam maculæ originalis peccati immunem non fuiſſe, grauiſſime audientes offendit, Pariſienſeſque doctores inito celeberrimo cœtu ſtatuerunt, neminem academiæ illi aſcribendum eſſe niſi contrariam ſententiam defenſurum ſe ſacramento ſponderet. Qua de re hæc apud Trithemium leguntur e: *Eodem anno,* nempe MCCCCXCVII. *quidam doctor Pariſius fuit ordinis fratrum Prædicatorum nomine Ioannes Veri homo temerarius & præſumptuoſus, qui in die conceptionis puriſſimæ ſemper Virginis Dei genitricis in oppido quodam Deppe Rothomagenſis diœceſis, publice in ambone prædicauit, beatiſſimam virginem Mariam purgatam ab originali macula, & non præſeruatam. Ex qua prædicatione ſcandalum grande in populo fuit exortum, quia omnes ferme hodie, præter paucos Prædicatores, credant, ſentiunt, & prædicant Dei genitricem omni laude digniſſimam originali nunquam ſubiacuiſſe peccato, ſed præſeruatam ſemper; vnde citatus ad vniuerſitatem Pariſienſem propoſitiones ſuas erroneas & falſas* XV. *die menſis ſeptembris publice reuocare & abiurare compulſus fuit cum iuramento, quod nunquam aliter de conceptione B. Mariæ ſemper virginis ſentire, credere, aut prædicare velit, quam præfata vniuerſitas determinauit. Sequenti autem die hoc eſt* XVII. *menſis ſeptembris congregati ſunt apud S. Maturinum in ciuitate Pariſienſi octuaginta duo ſacræ theologiæ profeſſores viri doctiſſimi, & omnes in eadem vniuerſitate de rigore promoti, in præſentia totius vniuerſitatis vno ore vnaque ſententia ſtatuerunt & determinarunt, quod nemo deinceps præfatæ vniuerſitati adſcribatur, niſi ſe huius determinationis, quod videlicet beatiſſima Dei genitrix & virgo Maria ſemper ab originali macula fuerit immunis & præſeruata aſſertorem, ſtrenuumque propugnatorem pro viribus futurum confirmet iuramento. Ipſi etiam omnes tunc iurauerunt, ſicut in ſtatuto continetur, ſe omni tempore huius veritati puriſſimæ conceptionis Marianæ firmiter adhæſuros. Mirum nobis videtur quod tantis viribus ſe nonnulli opponere audeant. Horum exemplo prouocati ſacræ theologiæ profeſſores almæ vniuerſitatis Colonienſis ſimile ſtatutum fecerunt anno Trithemy abbatis noſtri* XVI. *Moguntinæ quoque vniuerſitatis doctores anno Ioannis Trithemij* XVIII. *ſimile pro defenſione puriſſimæ conceptionis decretum ſanxerunt.*

e Tritem. in chron. Sponhem. Bibl. Pat.

Damnatus ab academia Pariſienſi

Decretũ nemini doctoralem lauream collatum iri niſi conceptaVirginis decus tueatur.

Simile editum a Colonienſi academia.

31 Suſceptum hoc anno eſt a Ioanne Alberto Poloniæ Rege bellum a aduerſus Baiazethem Turcarum Imperatorem, vti præ ſe ferebat, ad Kyliam & Bialogrodum Valachiæ arces repetendas, nec non patrui in Vvarnenſi pugna cæſi necem vlciſcendam, proferendoſque latius Chriſtiani imperij fines. Obtulere ſe illi laborum & gloriæ ſocios Ioannes Tiſſenius crucigerorum equitum magiſter, Alexander magnus Lituaniæ dux, & Stephanus palatinus Vvalachiæ, ac ſi Hungari in ſacrum idẽ bellũ cum illis coiuiſſent, facili negotio Turcarum res fuiſſent attritæ. Verum Polonus cum fratre Ladiſlao Rege conſilia non contulerat, ſubdubitatumque eſt, illum non in Turcam, ſed in Valachum conuertere impetus meditatum; atque ex his ſuſpicionibus excitata ſunt odia, quæ in ciuile bellum eruperunt, neque enim commeatus, ac pabula ſubminiſtrauit Valachus, vti erat pollicitus, quare aduerſus eum vt fœdifragum Polonica arma verſa ſunt: florentiſſimus autem ille Polonorum exercitus varijs incommodis preſſus, magnaſque clades accepit obſidentibus iuncta Valachis pabulatores intercipientibus; quod diuinæ in Polonos, qui pro fide bellaturi ſcortorum multitudinem ſecum traherent, ultæ tribuit Michouias: *Timore*, inquit, *non vulgari erant concuſſi Poloni, vt plerunque a paucis hoſtibus infidelibus & ſchiſmaticis aut fugarentur aut trucidarentur ſecundum illud Deuteronomii* XXXII. *& pſalmi vltimi ſabbati, quomodo perſequebatur vnus mille & duo fugarunt decem millia: nonne ideo quia Deus ſuus vendidit eos & dominus concluſit illos? ipſeque Stephanus Voyevoda nonnullos dira morte perimebat, vt tandem clamarent ad Regem Poloni, quo illos in domos redire permitteret.*

a Michou. l. 4. c. 73. Crom l. 30. & aly.

Expeditio a Poloniæ Rege in Baiazethem ſuſcepta. Finitimi principes ab eo auerſi.

Poloni ob ſcortationes diuina vltione perculſi.

32 Oppugnata eſt ab Alberto Sazouia, tormentiſque bellicis diuerberata; quibus auditis, metuens Hungariæ Rex, ne Valachus in Turcarum partes ſe transferret, concordiæ interpretem egit: atque ita nullo fructu diſſoluta eſt expeditio, redeunteſque Polonos Turcæ & Valachi grauioribus

Diſſoluta turpiter eũ tu expeditio.

bus damnis ea inſidijs affecere, extremaque agmina carpſere, atque in nemore Boukonyna ingenteni Chriſtianorum vim interceptam in barbaricas regiones abduxere, adeo vt ægre Rex, qui morbum contraxerat, defenſus ſit. Ob quem infelicem euentum ſenatus Polonicus cauit, ne Reges imposterum generales in Turcam expeditiones, niſi iunctis Apoſtolica ſede & cæteris Chriſtianis Regibus ſociali armorum fœdere conficeret: *Tantum*, inquit Michouias, *ipſa expeditio lucri emolumentique aniterni Polonis & ſuo Regi præbuit, vt communi lando ſtatuerint, nunquam Regibus ſuis permittendum expeditiones facere generales, ſcilicet, proceres regni nunquam generaliter ad arma mouendos contra infideles Turcas, aut Tartaros, niſi primum conſulta Apoſtolica ſede, ſed & alijs Regibus Chriſtianis ad expeditionem ipſam accedentibus. Mœror quoque ſummus hoc improſperæ expeditionis caſu hoc regnum implet pro communi fratrum regnicolarum caſu, qui ab inconſulta paucis communicata expeditione euenerat, proque amiſſa exiſtimatione, quia Turcæ & Tartari nihil plus quam generalem Polonorum timuere expeditionem.* Irritati ea expeditione Turcæ Valachis Tartariſque coniunctis in Poloniam proximo anno maximo cum exercitu irruperunt, quos cælo pugnante profligatos videbimus. Interea factas a Turcis ineunte vere per Croatiam excurſiones in Styriam & Charinthiam, actamque plurimam prædam refert Michouias a, eaque illectos æſtate iterum repentina irruptione eaſdem prouincias euaſtaſſe, ac fidelium fere ſex millia in ſeruitutem abduxiſſe, ad quas Turcicas graſſationes comprimendas cum Maximilianus cæſarea arma exerere debuiſſet, Gueldriam immiſſo Alberto Saxoniæ duce populatus eſt b.

Decretũ a Polonis ne ordinibus incõſultis expeditio ſuſcipiatur in Turcam.

Turcarũ excurſio in Croatiam & Charinthiam.

a Michou. c. 78.

b Trithem. in chron. Sponheim.

33 Expoſuit Alexandro Emmanuel Luſitaniæ Rex adminiſtro Georgio Cardinale Albanenſi decreuiſſe arma vertere aduerſus Afros ad eos Chriſto ſubijciendos, popoſcitque vrbium expugnandarum ius imperiumque ſibi conferri, quod ipſi ita a Pontifice c conceſſum eſt, vt ſine detrimento fieret alterius Chriſtiani principis, cui ius in eas vrbes partum eſſet: tum legem addidit, vt in loca imperio Luſitano adiecta Chriſti cultum reſtituendum curaret.

c Lib. 7. bull. ſecr. pag. 462.

Africam affectat Luſitan.

Chariſſimo in Chriſto filio Emmanueli Portugalliæ & Algarbiorum Regi illuſtri ſalutem, &c.

Te ac heredes & ſucceſſores tuos, quos veſtigia tua imitaturos, & ſedi Apoſtolicæ deuotiſſimos futuros non dubitamus, auctoritate omnipotentis Dei, nobis in B. Petro conceſſa, de ciuitatibus, caſtris, locis, terris, & dominijs infidelium, quæ tibi ditionique tuæ ſubijci, & quæ te in dominum cognoſcere ſeu tributum ſoluere velle contigerit, ſine alicuius Chriſtiani principis, cui ius in illis ſit quæſitum præiudicio auctoritate apoſtolica tenore præſentium inueſtimus, illaque tibi, heredibuſque & ſucceſſoribus tuis præfatis auctoritate vicariatus ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti, qua fungimur in terris, per te, heredeſque & ſucceſſores præfatos in perpetuum tenenda, regenda, & gubernanda ac ad illis libere dominandum, prout alia regna, terras, & dominia tua tenes, regis, & gubernas, libere donamus, concedimus, & aſſignamus, ac illa conquirendi plenam & liberam facultatem elargimur, diſtrictius inhibentes quibuſcumque Regibus, principibus, & dominis temporalibus, quibus ius quæſitum non foret, ne ſe contra ſic ſe tibi ſubijcere volentes quouis modo opponere, nec tibi propterea bellum mouere, ſeu alias moleſtare præſumant. Maieſtatem vero tuam chariſſime fili, nec non heredes & ſucceſſores præfatos per viſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, & per ſacri lauacri ſuſceptionem requirimus & plurimum hortamur in Domino, vt ſi aliqua ex terris, locis, & dominijs huiuſmodi, Domino concedente, acquiſiueritis, omni ſtudio & diligentia, prout catholicos Reges & principes decet, efficere ſtudeatis, quod inibi nomen ipſius Saluatoris noſtri colatur, & fides catholica exaltetur & amplietur, vt exinde præter æternæ retributionis præmium, noſtram & dictæ ſedis benedictionem & gratiam vberius conſequi merearis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCXCVII. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* V.

Conceſſa illi ſine damno Chriſtiani principis cui ius partum foret.

Lex addita vt Chriſti cultum reſtituendum paratis locis curet.

34 Aſpirabat etiam ad Africæ imperium Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, atque hoc anno ſeptembri deuexo arx Gerbæ inſulæ Africæ obiacentis Ioannis Nuzæ proregis Siciliæ virtute in fidem eiuſdem Ferdinandi ac poteſtatem venit a, inque ipſa Africa ex aduerſa Almeriæ regione, Melilla b a barbaris deſerta a Guſmanio Medinæ Sidoniæ duce præſidiarijs copijs belliciſque inſtrumentis egregie munita eſt ad proferendos latius Chriſtiani imperij fines: quibus progreſſibus exterritus Phutenſis Rex finitimas vrbes munitionibus præſidijſque firmauit c. Parabatur etiam a Ferdinando ipſo & Eliſabetha Regibus claſſis d ad explorandum Americæ continentem, in quo maiora longe opulentioraque, quam in Africa regna perfacile comparanda Chriſtophorus Columbus prædicabat, ſed inter ſecundos rerum ſucceſſus Ioannes princeps tot regnorum heres, qui Margaritam Maximiliani Romanorum Regis filiam vxorem duxerat, in ipſo ætatis flore peracuta febri menſe octobri extinctus eſt. Porro Emmanuel Luſitaniæ Rex, cui Iſabella Ioannis principis defuncti ſoror in matrimonio iuncta erat, in Caſtellam a ſocero & ſocrus in hereditatis ampliſſimæ ſpem euocatus eſt e, quæ tamen hereditas poſtea ad Philippum Auſtriacum, qui Ioannam duxerat, deuoluta eſt, quem tamen oſtenſa tanta felicitate potiri non potuiſſe ſuo loco dicetur.

Gerbæ expugnata a Sicilia prorege.

a Surit. to. 5. l. 3. c. 17

b Id. ibid. c. 16

Melillæ in Africa parta Guſmanij opera.

c Eod. cap.

d Gom. l. 2 Comm l. 8 c 17. Surit. to. 5 l. 4 c. 9.

Ioannes princeps Hiſp. extinctus.

e Surit to. 5 l. 3 c 18.

Hiſpaniæ ſceptra ad Auſtriacum tranſlata.

35 Cæterum Ferdinandi & Eliſabethæ Regum auctoritate fultus Ximenius collapſæ in Hiſpanijs eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtituendæ, vti ante cœperat, ſedulam operam nauabat, cuius pia ſtudia cum eludere varij homines niterentur, qui ſe ab archiepiſcopali imperio ſolutos ornatoſque immunitatibus prætexebant, ſuaſque cauſas a Pontifice tantummodo cognoſcendas, Ximenius ad tollendam huiuſmodi male viuendi licentiam ab Alexandro VI. obtinuit f, vt illi conuulſa eiuſmodi immunitate, quæ peccandi irritamentum & munimentum foret, ad communes archiepiſcopales leges redigerentur. Datam ita a Ximenio ſanciendæ diſciplinæ eccleſiaſticæ operam refert Gomeſius g, vt homines renati denuo viderentur, vitijſque omnibus bellum indictum. Ad monaſticam etiam priſtinam ſanctitatem inſtaurandam plurimum laborem ſuſceptum a Ximenio ipſo, fauentibus Ferdinando & Eliſabetha Regibus, tradunt, eaque ſacrarum legum ſeueritate perculſi ſtuprorum vſu contaminati homines; quingenti numero in Africam traiecerunt h, vt inter impios impie agerent, refert Sabellicus i. Auget horum illorum numerum Petrus Delphinus, & grauiſſimis ſententijs eorum impietatem execratur

Ximenius reſtituendæ in Hiſp. eccleſ. diſciplinæ vacat.

f Gomeſ. l. 1

Indictum vitio bellum.

g Id. ibid. Surit to. 5. l 3. c. 15. Raph. Vol lib.

h Sabell. enn. 10. lib 9.

i Id. ibid.

Digitized by Google

a Petr. Del l. 5. ep. 49.

Horrenda eorũ apoſtaſia

tur a: *Nouum, inquit, ſcelus & noſtra ætate inauditum heri primum didici ex literis tuis ex Hiſpania, videlicet ad mille diuerſorum ordinum religioſos, quos conuentuales vulgus nominat, communi conſenſu in Africam enauigaſſe, atque ibidem, relicto vero Dei cultu, abnegataque Chriſtiana fide, ad ritus ſeſe gentilium tranſiuliſſe, eo quod indulgentes vitæ laxiori cogerentur a Rege ſuam quiſque regulam obſeruare. Miror tantæ multitudinis cor vnum & animam vnam in adeo deteſtabile facinus coniuraſſe. Miror multo magis doctrinam inſipientium, cum ex ijs multi, vt ſcribis, forent ſacræ theologiæ profeſſores, tam facile potuiſſe a veritate auditum auertere, & ad fabulas conuerti.* Et infra: *Vere antichriſti omnes. Nunc autem, ait Apoſtolus, antichriſti multi ſunt, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Quibus recte obijci poteſt, quod fuerint magiſtri inſipientium, & doctores errantium. Hortati ſunt ſæpius Chriſtianam plebem. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Aut quæ conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Aut qui conſenſus templo Dei cum idolis? Et nihilominus ipſimet auerterunt ſe & non ſeruauerunt pactum, & fornicati in adinuentionibus ſuis. Muſoleæ die 21. decembris* MCCCCXCVII.

b Io Barros dec. 1. Aſiæ l. 4. c. 1.

Claſſis Luſitana immiſſa in Indias.

35 Eodem anno Deus ad inſerendum Indis orientalibus euangelium Luſitanorum pios & magnanimos conatus promouit. Immiſit enim menſe iulio Emmanuel Luſitaniæ Rex b quatuor nauium claſſem Vliſſipone inſtructam, præfecto Vaſco Gamma ad explorandas Indias, in quo facinore arduo conficiendo auctos diuinitus illi animos confirmatoſque reportatæ poſtea diuina Numinis vi admirabiles victoriæ, per ampliſſima regna diffuſa Chriſtiana religio, euerſæ dæmonum aræ, obtritaque Mahumetica ſuperſtitio oſtenderunt. Tanti operis molitores Vaſcum Gammam ac ſocios Emmanuel in maritimæ expeditionis procinctu hac oratione ad ſubeundos labores accendit. Cogitanti ſibi Dei optimi maximi diuinæ gloriæ Luſitanique nominis amplificationem occurriſſe, nil maius ſuſcipi poſſe, quam ſi depulſis iam ex Hiſpania Mauris, regnique Phutentis præcipuis arcibus occupatis Indiarum terrarumque orientalium oras incognitas vaſtiſſimo ab eccleſia Romana interuallo diſiunctas aperiret, in quibus non modo fidem Ieſu Chriſti Luſitanorum opera propagandam, colligendamque inde Dei hominumque gratiam ſperaret, verum ampliſſimas opes vaſtiſſimaque imperia ex impiorum manibus vindicanda Luſitanæ coronæ adiectum iri; ſi enim ex patefacta iam occidua Æthiopiæ parte nouos titulos Luſitania pepererit, maiora longe compendia ex orientalibus opibus adeo in antiquis hiſtoricorum monumentis celebratis conquiſitum iri, cum ea earum tantum commercio Veneti, Genuenſes, Florentini, alijque Italiæ populi tantam potentiam conſecuti fuerint.

Vexillũ crucis Gammæ datum a Rege.

Plura alia in eamdem ſententiam addita ab Emmanuele, ac mox vexillum crucis effigie adornatum Gammæ in genua prouoluto traditum, quo Rex religioſæ Ieſu Chriſti militiæ princeps ac moderator, ſacro equitum ordini eum aſcripſit; Gamma vero porrecta religioſe ad crucem manu ſolemni ſacramento profeſſus eſt pro diuina & Luſitana gloria crucem ante Maurorum, gentilium, omniumque barbarorum ora circumlaturum, eamque ſpretis omnibus periculis ad extrema vitæ ſuſpiria defenſurum, omnique fide ac diligentia ad patefaciendas Indias incubiturum.

A ſacerdotum agmine linteato deductus ad naues

Accepto autem ſacro vexillo diuinam opem imploraturus ad templum, in quo eccleſiaſtica ſacramenta conferri mare conſcenſuris ſueuerant, pernoctaturus ſe contulit, inſtructoque agmine religioſo a ſacerdotibus in naues deductus vna cum ſocijs indulgentiarum præmio a ſummis Pontificibus iam ante Henrici principis rogatu ijs, qui ad barbaras aperiendas oras contendunt propoſito, donatus eſt, quem non ad præclaros feliceſque agendos triumphos, ſed ad funus pergere pleroſque exiſtimaſſe, narrat hiſce verbis Oſorius a.

a Io Barro c. 2. Oſor. & Maff. vbi ſup.

36 *Aberat Olyſippone prope littus quatuor paſſuum millia templum ſane religioſum & ſanctum ab Henrico in honorem ſanctiſſimæ Virginis ædificatum, quod poſtea alterius amplitudine & magnificentia, quod Emmanuel illi coniunctum in honorem eiuſdem Virginis a fundamentis extruxit, nomen amiſit. In id Gamma pridie illius diei, quo erat nauem conſcenſurus, ſe recepit, vt noctem cum religioſis hominibus, qui in ædibus templo coniunctis habitabant, in precibus & votis conſumeret.*

Effuſæ multæ cælo preces.

Sequenti die, cum multi non illius tantum gratia, ſed aliorum etiam, qui illi comites erant, conueniſſent, fuit ab omnibus in ſcaphas deductus, neque ſolum homines religioſi, ſed reliqui omnes voce maxima cum lacrymis a Deo precabantur, vt bene & proſpere illa tam perioulofa nauigatio omnibus eueniret, & vniuerſi re bene geſta incolumes in patriam redirent; a multis tamen interim is fletus, atque lamentatio fiebat, vt funus efferre viderentur, ſic enim dicebant. En quo miſeros mortales prouexit cupiditas & ambitio! Potuit ne grauius ſupplicium iſtis hominibus conſtitui, ſi in ſe ſceleſtum aliquod facinus admiſiſſent, eſt enim illis immenſi maris longitudo peragranda, fluctus immanes difficillima nauigatione ſuperandi, vitæ diſcrimen in locis infinitis obeundum. Non fuit multo tolerabilius in terra quouis genere mortis abſumi, quam tam procul a patria marinis fluctibus ſepeliri? Hæc & alia multa in hanc ſententiam dicebant, cum omnia multo triſtiora fingere præ metu cogerentur. Gamma tamen, quamuis lacrymas ſuorum deſiderio funderet, rei tamen bene gerendæ fiducia confirmatus alacriter in nauem fauſtis omnibus conſcendit VII. *idus iulij anno a Chriſto nato* MCCCCXCVII. Minime idoneum erat id nauigationis tempus b, vt poſtea compertum eſt, verumtamen, regente curſum Deo, vigeſima nouembris c die Bonæ ſpei promontorium prætereuecti ſunt.

b Maffei. vbi ſup.

Inſtrumẽta noua ad tenendum in oceano curſum inuenta.

c Io Baros ſup. lib. c. 4

d Id. c. 2. 3 eod. c. 3.

Deſcribit pluribus Barroſius d Gammæ itinera, vtque in vaſto mari normis nauiculatijs dimenſaque altitudine loſis ex inſtrumentis mathematicis, quæ Rodericus & Ioſephus Iudæus medici regij, ac Martinus Boemus Ioannis Regiomontani diſcipulus hortatore Rege Ioanne II. commenti erant, curſum fuerit moderatus inter medias procellas ad oram Zanguebarij natali Chriſti die, ex quo id littus Natale appellatum, applicuit, atque ab ijs Æthiopibus aliquos commeatus inito commercio accepit. Vt vero hæc nauigatio felicem exitum patefactis Indijs habuerit, proximo anno dicetur.

Digitized by Google

IESV CHRISTI

Annus 1498.

ALEXANDRI PP. VI. annus 6. MAXIMILIANI ROMANOR. REGIS annus 5.

Carolus Franc. Rex Neapol regnum iterum affectat. *a Comin l. 8. c. 18. Ferron. in Car. VIII. Gaguin. in eod. Guicc l. 3.*

1 ANno ſalutis Chriſtianæ nonageſimo octauo ſupra mille quadringentos indictione prima Carolus VIII. Francorum Rex Neapolitanum bellum redintegrare, prioraque damna nouis ſarcire rationibus meditabatur a, cum vniuerſa illa bellica conſilia a Deo confracta ſunt, immioentiumque calamitatum timore liberata Italia; ipſe enim in ætatis flore, dum ludentes pila circumſpicit vna cum Regina coniuge recreandi animi cauſa, repentina apoplexia percuſſus abalienatis ſenſibus concidit, obijtque nocte ante proximum aprilis diem octauum, in quem dominica palmarum incidebat: haud tamen imparatum & immemorem ſalutis animæ ereptum tradit Comineus b, cum bis ea hebdomada ſacramento pœnitentiæ noxas expiaſſet, ac poſtremam vocem de nullo vnquam peccato lethali committendo edidiſſet, terque recuperato vocis vſu in ea cum morte lucta ſe Deo, Deiparæ, & SS Claudio & Blaſio commendaſſet, de quo hæc tradit Ferronius c.

Miſerando more generoſo perit. *b Id. ibid.* In extremo vitæ actu pietatis ſigna dat. *c Ferron. vbi ſup.*

2 *Tanta indole princeps repente ſublatus eſt, nam quodam die ex cubiculo vxoris prodiens vna cum ea in ambulacrum apud Amboſiam ſubiectum, vt qui in caſtro pila ludebant ſimul ſpectarent, atque ibi orto ſermone cum Ioanne epiſcopo Andegauenſi de prioris vitæ erratis, ita ſibi futurum propitium Deum obteſtabatur, ſi non ſperaret poſthac futurum, vt Deum neque culpa vlla piabili, neque inexpiabili, quoad eius fieri poſſet, offenderet. Hæc dicens mox auerſus corruit hora diei poſt meridiem ſecunda, iacuitque ad horam noctis vndecimam, qua cum vox eum defeciſſet expirauit, ſed cum ad ſe redire viſus eſſet extrema hæc vox tertio audita eſt Deum ſacramque Virginem implorantis. Vbi primum corruit in vicinum ambulacro cubiculum, quo nullum toto caſtro ſordidius erat, perductus, vbi caſu non culcitra non thorus linteo ornatus, palearium tantum aderat linteis ſordidis ſubſtratum, atque is, cui tot caſtra ornatiſſima, tot vrbes florentiſſimæ patebant, animam egit magno ſui deſiderio apud omnes relicto, annum agens vigeſimum ſeptimum,* natum vltima iunij excurrente anno MCCCCLXX. refert additionum ad Monſtreletum auctor d, *cum regnaſſet annos quatuordecim, magnificeque ad Dionyſij Pariſiorum ſepultus eſt, ſepulchroque maiorum illatus.*

Inſigne humanæ fragilitatis exemplum ſtatuit. *d Auctor addit. ad Monſtrel. poſt. vol. 3*

3 Patere hoc exemplo ait Comineus d ſpernendum eſſe humanum faſtum, nec res caducas tot anxijs curis ambiendas, cum non minus ſceptra quam ligones mors conculcet. Ordinando illum optime regni ſtatui, adminiſtrandæ iuſtitiæ, ſollendis vectigalibus, atque ad quadringenta millia nummorum redigendis, reſtituendæ etiam in priſtinum ſplendorem eccleſiaſticæ diſciplinæ vacare tum cœpiſſe tradit, quo etiam elogio illum exornat Ferronius e: *Cœpit, inquit, & ipſam Galliam probatiſſimis inſtitutis regere: ipſe bis hebdomade omnium querelis audiendis ius ducebat, libero omnibus aditu ad auditorium dato. Nemo fuit, quantumuis abiectus, qui non ad prætorium, vbi veniſſet, audiretur. Conſtituerat magiſtratus regios, ſalarijs auctis, ab omni quæſtu auocare, iure illo etiam ſportularum ſublato duodecies centum millia libellarum Turonicarum nomine tributi a Gallia tantum quotannis exigere volebat ad alendas copias ipſe ſe, familiamque ſuam, omnes etiam aulicos magiſtratus ex fructibus obuentionibuſque regiorum prædiorum canonis regij, aliorumque iurium alere debebat, quem morem priſcos Galliæ Reges conſeruaſſe ferunt,* Et infra: *Magiſtratus non niſi eruditiſſimis probatiſſimiſque viris dedit, ac ſæpe falſus ab aulicis, qui inde pecuniam extorquebant ad ſenatorium gradum neminem admiſit, qui non ab ipſo ſenatu nominatus lectuſque eſſet, nec temere nouam vllam ſanctionem propoſuit, quæ non a Galliæ curijs prius probata diſcuſſaque fuiſſet.* His conſentanea ſcribit Belcairus a: illum nimirum paulo ante mortem ſacra matrimonij iura cœpiſſe colere, ſpretis adulterinis illecebris, atque iuſtitiæ adminiſtrandæ amantem fuiſſe, tum ſingulis hebdomadis ſui ſæpius copiam publice feciſſe, iuſque omnibus præſertim egentioribus dixiſſe: nonnullos e iudicibus iuriſue dicendi adminiſtros ob rapinas magiſtratu mouiſſe, iudiciorum ſceleram ad antiquam ſimplicitatem atque integritatem inſtaurare, ac ſacerdotes ad eandem normam coercere pontificia opera meditatum. Excultum fuiſſe a S. Franciſco Paulano pijs inſtitutis, atque ob non geſtum illi morem ipſi aduerſa accidiſſe tradunt b.

Regias virtutes explicare cœperat. *e Ferron. vbi ſup.*

Magiſtratus ſumma integritate mittit. *a Belcair. dec. l. 7 n. 42.* Regium munus iuſtitiamq. diligentius ante mortem excoluit. Ob non confecta D. Franc. Paulani mandata aduerſis exceptus. *b Vita S. Franc. auct.*

4 Cum nullam prolem ſuſcepiſſet Carolus, coniunctiſſimus illi ſanguine Ludouicus dux Aurelianenſis alterius Ludouici Aurelianenſis Caroli VI. fratris nepos in regnum ſucceſſit, ac die maij XXVII. Rhemis magna pompa ſacro oleo litus eſt, vt docet Comineus c, qui adfuit, hiſque ſcribendi finem fecit, vir veritatis amantiſſimus ac prudentiæ pietatiſque laude conſpicuus. Quid vero nouus Rex volueret animo, mox pandit d, dum Gallico Ieroſolymitanos & Siculos titulos regios, nec non ducales Mediolanenſes veluti hereditarios publicis inſcriptionibus adiecit. Addunt e Alexandrum Pontificem a Ludouico non ſine magna piorum offenſione rogatum, vt leges matrimonij inter ipſum ac Ioannam Valeſiam demortui Regis ſororem ſolueret, illamque cauſam iudicibus Ludouico beneuolis cognoſcendam demandaſſe, quibus de rebus hæc Ferronius f: *Anna Carolo prius nupta Britannorum principatum ſecum auferebat. Viſa res eſt grauiſſima, & quietem Galliam conuulſura. Adhibito intimorum conſilio de repudianda Ioanna Valeſia vxore Caroli nuper Regis ſorore conſilium init. Huic vos vitam acceptam & captiuus & odio apud fratrem flagrans Ludouicus debebat, repudiaretne Regis ſororem, & eam ſororem, cui tantum deberet? quid ſi proceres Gallici grauiter id ferant? hæc aliquantulum agitata torſerunt Regem: denique populus vxorem, cui tot annis Rex aſſueuit repudiari quo tandem pacto auguirabitur? Vicit aliorum ſententia, qui & metu cum Ioanna contractum matrimonium, & conteſtationibus eo tempore adhibitis id conſtare, neque fœdere vllo naturali contractum aiebant, aſſeuerante id Ludouico. Maligni rerum æſtimatores varie id eius factum inceſſebant. Quaſi, aiebant, vero id eſſe ſimile poteſt, cum Regi Carolo tres eſſent liberi, cum mœrens vxor captiui vitam a fratre multis lachrymis impetraſſet, metum, ſi quis initio adhibitus ſit, nunquam purgatum? nullum mariti officium in tam bene de ſe meritam vxorem ab eo collatum? cubantem vna ex illius complexu aque diſceſſiſſe, atque aliam mulierem amplexantem? deſiderij eius expectationem non impletam, non pellectum animum, non mitigatum*

Succedit illi Lud. XII. *c Comin. cap. vlt.*

d Ferron. in Lud. XII. Gaguin. in eod. Guicc. lib. 4. Hieroſol & Siculos titulos Gallico coniungit. *f Ferron. in Ludou. XII.*

Quæſitæ cauſæ.

Digitized by Google

tum tot lachrymis, quas profuderant vxoris oculi pro marito liberando? Ad Pontificem itum eſt Romanam. Is erat Alexander VI. Borgia filij extollendi auidiſſimus, omneſque etiam quærens occaſiones ampliandi ei imperij, ac ratus Ludouici amicitiam ad eam rem aptiſſimam, iudices ei dedit. Hi fuere Philippus Luxemburgus Cardinalis, Ludouicus Albigiorum Pontifex, Ferrandus Septenſis epiſcopus, qui erat Apoſtolicæ ſedis internuntius: *hi tandem diſſoluerunt, lata ſententia, matrimonium.*

Fauit illius voluntatibus Alexander.

a Frizon. in Gall. purpurat. Ferron. in Lud. XII.

Cæſar Borgia cardinalatum abijcit.

5 Attulit a pontificias literas de eiuſmodi cauſæ cognitione idem Cæſar Borgia, qui menſe octobris, poſtquam conſiſtorium ingreſſus Alexandrum parentem & Cardinales rogauit, vt dignitatis Cardinalitiæ ponendæ poteſtas ſibi fieret, cum diaconatus ordinem non ſponte, ſed paternæ obſeruantiæ timidique obſequij ergo ſuſcepiſſet: mox, voti compos factus iter in Gallias, vt ſplendidas nuptias adipiſceretur, intendit, allato quoque pileo cardinalitio Georgio Ambaſiano archiepiſcopo Rothomagenſi nouo Regi ſumma familiaritate coniuncto, atque in purpuratorum patrum numerum pridie idus ſeptembris adſcripto, de quo hæc Ioannes Burchardus b: *XVII. menſis ſeptembris proximo præteriti, vel circa illum diem, S. D. N. Alexander Papa VI. in ſecreto ſuo conſiſtorio de reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium intereſſentium conſilio & conſenſu aſſumpſit, creauit, & publicauit in S. R. E. presbyterum Cardinalem reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominum Georgium archiepiſcopum Rothomagenſem, eique tit. S. Sixti aſſignauit & capellum rubeum, deinde ſibi miſit per illuſtrem Cæſarem Borgiam de Aragonia ducem Valentiæ olim Cardinalem Valentinum filium ſuum chariſſimum, cum multis rochetis & muneribus alijs, & facultatem pileum ipſum recipiendi ſub forma & modo ſibi deſtinatum, cuius facultatis vigore reuerendiſſimus Cardinalis S. Petri ad vincula die* † *XXVI. decembris proxime præteriti, qua fuit feſtum S. Thomæ Apoſtoli in eccleſia collegiata S. Martini oppidi Chinenſis Turonenſis diœceſis poſt miſſarum ſolemnia sereniſſimo Ludouico Francorum Rege præſente pileum prædicto reuerendiſſimo domino Cardinali Rothomagenſi impoſuit & tradidit, cæremonijs ſolitis obſeruatis.*

b Burch. l. 3 diar. m. ſ. arch. Vat. ſig. n. 104. pag. 526.

Georgius Ambaſianus Cardinalis creatus.

† XXI.

Creditũ diuinam legem a Lud. XII violatam

6 Porro Ludouicus Gallorum Rex ſiue adeo ſceleſtus fuiſſet, vti ſacramento publice profeſſus eſt, vt nunquam coniugem ſanctiſſimam, cuius lachrymæ illum mortis ſupplicio ſubduxerant, niſi meretricio affectu amplexus eſſet, ſiue periurio ad Annam Reginam in concubinam accipiendam Britanniæ retinendæ ſtudio ſe deuinciret, iuncto cum ea connubio ſperata felicitate non eſt potitus, ac poſt geſta grauiſſima bella perturbatumque orbem ſceptra duci Engoliſmenſi inglorius tranſmiſit. Cæterum Ioanna Valeſia iniuriam ita æquo animo tulit, vt omni virtutum genere floruerit. *Ea fuit*, inquit Ferronius c, *eximia pudicitia & integritate cæleſtis vitæ ob morum ſanctitatem quadam virtutis exempla vix eas uſquam non præbeas. At tantum abfuit, vt repudium ferret, vt ſe plerumque magno onere leuatam prædicaret, humanaſque cogitationes ſi eſſque auerſata, ad diuinas animum tranſtulerit.* Inſtitutus fuit ab illa ſanctimonialium ordo, cui Annuntiatæ nomen inditum, quod Deiparæ ſacra myſteria, virtuteſque præcipuo ſtudio recolere profiteretur.

c Ferro. in Lud. XII.

Ioanna Valeſia ſanctitatẽ ex viri flagitio co... ta.

7 In Etruria Florentini Piſarum recuperandarum ſtudio bellum vrſere, ſed infelici euentu a Piſanis, qui Græcos milites conduxerant, fuſi ſunt, vt Petrus Delphinus narrat a. Non tamen ob hanc cladem incœpto deſtitere Florentini, & dum caſtrenſem laborem aſſiduo obeunt, grauiora ſunt paſſi, graſſante morbo epidemico ob aeris intemperiem, ex prauis ſolis halitibus contractam, vt idem auctor memorat b.

a Lib 6. ep. 3.

b Lib 5. ep. 8 [illegible]

8 Parte alia decimatertia nouembris die Venetus exercitus ad ſex millia militum cum duce Vrbinate, ac Petro Medice, & Carolo Vrſino cum plura oppida ad defectionem pellexiſſet, Camaldulum, quod centum Florentini tuebantur, varijs impreſſionibus tentauit, ac diuinitus propulſatus eſt multis cæſis ac pluribus vulneratis, vt narrat Petrus Delphinus in literis ad Euſebium Camaldulenſem: *Hoc*, inquit, *pro miraculo habitum eſt, quod cum multa millia tum equitum tum peditum acriter Camaldulum impugnarent, ac circumfuſi vndique miſſilibus agerent præſente duce Vrbinate, & alijs ſummis viris nec vnus quidem ex ijs, qui monaſterium tuebantur, ſauciatus ſit, creditum nimirum eſt affuiſſe cæleſte Numen, cuius ductu auſpicioque factum ſit, vt contempta religione ac pietate fœdiſſimo euentu hoſtes pugnauerint, noſtri vero integri omnes prælio exceſſerint.*

Petrus Medices redire Florentiã tentat.

9 Conſpicuo & inſigni miraculo defenſum Camaldulum idem auctor refert in literis ad Patauinum epiſcopum proximo anno datis c: *Dicam*, inquit, *tandem dignationi tuæ, quod confecto bello a multis fidedignis audiui, quodque per aduerſæ partis primarios milites, & copiarum duces celebre omnibus factum eſt. Viſum vtique pluribus ex ijs, qui Camaldulum oppugnabant, monachum quendam veneranda facie, auguſtoque aſpectu, & maieſtatis pleno, promiſſaque barba dum dimicaretur in faſtigio turris templi ſub diuo firmiter conſtitiſſe, & prætinctum ac ſuffarcinatum tegulas inde lapideas iactu infatigabili deuolui ſſe; cæterum conatos primum ſagittarios multos baliſtis monachum deijcere, non modo non potuiſſe in eum ſagittas dirigere, qui facile omnium vndique ictibus videbatur expoſitus, ſed ne emittere illas quidem & contorquere, donec clarius animaduerterunt alium illum eſſe, quam domeſticum monachum, & mortali carne indutum, angelicum videlicet quempiam, aut (quod magis creditur) patrem & ducem Camaldulenſis ordinis Romualdum. Hoc audio non ſolum in Etruria, verum longe amplius in agro Piceno & alibi, quo ex militia hoſtis redijt, paſſim vulgari cum ſingulari atteſtatione iuſtitiæ & virtutis Dei, &c. Vale ex Fonte bono die III. iulij* MCCCCXCIX.

c Lib 5. ep. 33.

Diuina virtute repulſus.

Viſus S. Romualdus hoſtes tegulis obruere.

10 Hoc eodem anno Florentiæ tumultus ciuiles aucti, in quibus Hieronymus Sauonarola ordinis Prædicatorum, qui magna doctrinæ & ſanctitatis opinione apud ſuos ob auſteriorem religioſam diſciplinam, nec non pietatis cultum inter populares promotum florebat adeo, vt etiam ob Italicas calamitates multo ante quam contingerent prædictas propheta haberetur, cum in concionibus cœleſtia iactaret viſa, miracula polliceretur, nec patraret, nouaſque res moliturus in Alexandrum declamaret, ſolicitaretque Reges, vt concilium œcumenicum ad Chriſtianam diſciplinam in priſtinum ſtatum reſtituendam, decernendumque in Turcas pro reſtituenda orienti religione ſacrum bellum agendum curaret, Florentinæque reipublicæ gubernacula a partium ſuarum ſectatoribus, qui pij videbantur, regenda affectaret, ab aduerſarijs, quos depreſſos cu-

b Burchar. diar. l. 3. m. ſ. arch. Vat. m... Vall. bibl. ſign. lit. C. nu. 66. Guicc. l. 3. Sabell. enn. 10 l. 9. Comin. l. 8 c. 19 Nauclet vol. 2. gen. 50.

 pie-

Digitized by Google

plebat, ſupplicio affectus eſt; cum in carcere faſſus eſſet vaticinia, quæ propalaſſet, partim ex ſacris oraculis eliciuiſſe, partim ſagacitate mentis collegiſſe, cœleſtia viſa ſibi obijci confinxiſſe ad captandam famam, tum ingentia illa pietatis opera, vti de congreganda ſynodo œcumenica pro moribus cleri populique perpoliendis, conficiendo ſacro bello, augenda pietate ad improbum finem, nempe ad mundanam gloriam aſſequẽdam direxiſſe. Iniquè tamen ipſum oppreſſum ab æmulis, & quamuis hæc de ſe faſſus ſit, tormentorum ſæuitiæ ſuccubuiſſe eius ſtudioſi voluere a. Verum illum in non paucis peccaſſe graues contendunt auctores, ſeque in inimicitias graue diſcrimen conieciſſe, pauiſſe curioſos impoſtoris inſtar fallaci prodigiorum ſpe, vnde arcano Dei iudicio flammis, quas a ſuis veluti roſas impune calcandas iactabat, exuſtus periit. Huius funeſtæ cataſtrophes hæc fuere exordia.

Hypocritam ſe fuiſſe in tormentis faſſus eſt.

a Guic. l. 3.

b Comm. l. 8 c. 19.

11 Diſciſſa erat vt dictũ eſt contrarijs duabus factionibus Florentina reſpublica. Pars, quæ Hieronymum vt vatẽ colebat, Caroli Francorum Regis expectatione ſuſtentabatur, Piſas quibus potiebantur Veneti, aliaſque vrbes creditas Carolo recuperare illius aduentantis ope ſperabat: pars vero aduerſa Pontificis ac Mediolanenſis Venetique fœderatorum ſocietatem amplectendam ſuadebat, inter quæ cum Hieronymus pontificia Romanæque curiæ vitia acerbe carpiſſet, ſolemneſque epiſcoporum cœtus cogendos, vt tot malis modus poneretur contenderet, in crimen factionis nouæ concitatæ ſuſpectæque doctrinæ ab aduerſarijs adductus eſt, quare ab Alexandro concionatorio interdictus eſt munere: cumque aliquando tempore paruiſſet, verum exinde famam obſoleſcere, ſeque iniuſte opprimi putaret, pontificium interdictum contra leges latum palam contendit, ſectatorum ſuorum patrocinio fretus, tum vero magis collapſæ illius res auctuſque aduerſariorum numerus; qui illum tanquam contumacem Pontifici, & ſummo ordinis Dominicani magiſtro rebellem traducere cœperunt, præcipue ij, quibus ſedis Apoſtolicæ nomen ſacroſanctum erat, a cuius imperijs etſi acerbiſſimis, viro præſertim religioſo, deſciſcere nefas eſſet, atque inter hos Franciſcus Ordinis Minorum, qui in eccleſia S. Crucis ſacras conciones habebat, in illum veluti perduellem nefandæque doctrinæ ſatorem inuectus eſt: contra autem illum ordinis Prædicatorum concionatores palam defendere, ac Dominicus e Piſcia in eam temeritatem prorupit, vt Minoritam de ſubeundo ad probandam dictorum fidem ardente rogo prouocarit.

Florentini in duas factiones diſciſſi.

Põtificio imperio obluctari cœptat eius.

12 Ad has Prædicatorum Minorumque fratrum concertationes exarſere Florentini, qui nouo quodam prodigio curioſos oculos paſcere cupiebant; atque etiam Raynaldus Vrſinus archiepiſcopus Florentinus, qui huiuſmodi inſanientium hominum in flammas ruere parantium, ethnicorum inſtar, qui in Indijs cupidine gloriæ ſe viuos concremant, nefarias prouocationes compeſcere debuiſſet, eas magis prouexit, vt queſtus eſt in carcere Sauonarola, qui inuitus ad hoſce laqueos trahebatur, quique cum die conſtituta excitatis duobus ingentibus rogis in medio foro, in quod populus ad ſpectandum ſcelus confluxerat, aduerſarium Minoritam incendij ardore non territum videret, ſpes in Euchariſtia ad demulcendas flammas repoſuit, negauitque ſodalem Dominicum ingreſſurum rogos, niſi ſecum Chriſti corpus, in quo ſpes vitæ erant, efferret, cum Minorita contemptor viræ id non depoſceret, ſed palam ſe in cineres redactum iri profiteretur, inſtaret tamen, vt niſi Prædicator æmulus illæſus e flammis emergeret Sauonarolæ doctrinam de non parendo pontificio interdicto impiam cenſendam.

Florentini nouorum prodigiorũ percupidi.

Euchariſtiam ignibus inferendam vrget prædicator.

13 At Florentini magiſtratus, qui ex editiore theatro rei expectatione ſuſpenſi erant, nec miſerorum imminenti vſtulatione mouebantur, cum animaduertiſſent ſacrilegum facinus patraturos, Deumque impie tentaturos, ſi ſacram Euchariſtiam flammis inferri paterentur, ſpectaculum prudenter diſſoluerunt. At populus prodigij iactati expectatione deluſus Sauonarolam, vt hypocritam & pſeudoprophetam, qui Eccleſiam non audiret, ſeque audiri, vellet traducere cœpit, dieque inſequenti mota ſeditione coniunxit ſe Sauonarolæ aduerſarijs, qui Franciſcum Valorium virum promeritum Sauonarolæ addictiſſimum trucidarunt, inque Prædicatorum ædes impreſſione facta Sauonarolam, ac duos ſocios captos in prætorij carceres abripuerunt: quam rerum conuerſionem Petrus Delphinus in literis ad epiſcopum Patauinum deſcribit a, & quid de Hieronymo ſceleris ſignificat, ſic inquiens.

Sauonarola vt impoſtor habitus.

Franciſcus Valorius eius fautor trucidatus.

a Petr. Del l. 3. ep. 04.

14 *Vt quid modo Florentiæ agatur ex me noueris, non eſt paſſus & clemens & miſerator Dominus, vt interdicto, quod formidauimus, omnis ciuitas premeretur, neque enim peccatum aliquorum communi omnium debuit animaduerſione mulctari. Detecta ſunt tandem Ferrarienſis inſidiæ. Excommunicatus hic anno a Pontifice, & a generali ſui ordinis & prædicare & celebrare non deſiit, ac palam de Pontifice oblocutus, nec Deum viſus eſt nec homines vereri.* Et infra: *Tandem data eſt prouincia quibuſdam a dominio, vt oppugnarent monaſterium, & Hieronymum vinctum in palatium perducerent, quod octaua hora noctis haud ſane facile factum eſt, repugnantibus viriliter intus fratribus, qui vltra centum erant, & armis bene inſtructi. Sex interfecti in eo tumultu dicuntur, Laici quatuor, fratres duo vulnerati ad mortem ad quadraginta. Ductus itaque cum duobus fratribus Dominico videlicet & Silueſtro in palatium diligenti cuſtodia, heri in equuleum cum eiſdem ſublatus eſt. Per omnia Benedictus Deus. Vale Florentiæ die xi. aprilis* MCCCCXCVIII.

Percuſſus anathemate prophanauit ſacra.

Hieronymi ſodales temere arma induunt.

15 Interrogatus b tormentis a iudicibus de factioſis concionibus reſpondit, ſe putaſſe Florentinos ad Chriſtianum orbem commouendum, vt concilium œcumenicum cogeretur idoneos futuros, ſpemque concepiſſe in eo vel ipſum Pontificem, vel plures præſules gradu deturbandos, habiturum ſe in eo concionem ſacram, ac res ſuas nomenque amplificaturum, vtque hæc arcana conſilia perduceret, tentaſſe omnes modos, vt reipublicæ magiſtratus ſibi conciliaret, ac principatum pro arbitrio formaret.

b M. ſ. Vall. ſign. lit. C. n. 66.

Cur declamarit in Alexãdrum Sauonarola.

16 Quæſitus cur pontificio imperio non paruiſſet, nec Romam ſe contuliſſet, reſpondit pertimuiſſe, ne in itinere ab aduerſarijs ipſi nex afferretur: cumque anathemate fuiſſet deiectus, viſum nonnullis inique latum, verum ſe illius religione deuinctum putaſſe, ac aliquanto tempore ſacris abſtinuiſſe; ſed cum res ſuas euerſum iri expaueſceret, ad illud oppugnandum animis factiſque conſurrexiſſe: digreſſum autem ex æde S. Reparatæ, non vt obſequeretur Pontifici, ſed vt periculo imminenti ſe ſubduceret, cum Pontifex curiaque Romana haberi ab eo publicas conciones excandeſcerent, minaſque Florentinis intenderent,

Cur impœna pontificia fregit.

derent, ea porro, quæ e ſacro ſuggeſtu iactaſſet viros aliquos inſignes, proprio deſignatos nomine, detruſos ad inferos, ac obiectas ruinas alijs viris conſpicuis, ni religioſam diſciplinam amplecterentur, æternum perituros, iterumque in cælum fuiſſe euectum, hæc omnia ad inanem pompã effuſa: prædixiſſe ſæpius barbaros Italiam vaſtaturos, non quod id diuinitus acceperit, ſed eo quod Eccleſia a barbaris ingentibus calamitatibus affici conſueuerit.

Vaticinia ex induſtria conficta.

17 Quod ad renouationem Eccleſiæ, & conuerſionem infidelium, quam euenturam prædicarat, ſpectat, profeſſus eſt, ſe id ex ſacris oraculis elicuiſſe, atque omnino ita futurum firmiter credere, non vero id cœlitus agnouiſſe. Quod vero proximo tempore gentes conuertendæ ſint, ad id ſe multis argumentis adduci, non viſis cœleſtibus, quæ ſiui ad venandam gloriam arrogarit, ſectatum vitæ genus aſperum, idque alijs perſuaſiſſe, vt ſanctitatis opinionem de ſe concitaret. Quod vero in æde S. Reparatæ programma ſuggeſtui affixum fuiſſet conceptum his verbis: *Ego autem conſtitutus ſum Rex*; profeſſus eſt id ſua induſtria affixum non fuiſſe, ſed fratris Dominici, vt opinabatur, opera: quamuis enim arrogans & improbus eſſet, nunquam tamen in tantam ſuperbiam ſe extuliſſe, vt quæ Chriſti erant ſibi arrogarit.

Alia dubijs coniecturis dicta.

Impium programma negat

18 Confeſſum hæc & alia generalis ordinis Prædicatorum magiſter, & Romolinus epiſcopus poſtea Cardinalis Surrentinus delegati a Pontifice iudices illum vna cum duobus ſodalibus ſacerdotali exutum dignitate Florentinis magiſtratibus tradiderunt, qui ſtrangulatum laqueo flammis exuſſerunt, nec quidquam vel ad ſui accuſationem excuſationemue locutus eſt; cuius triſtem exitũ Petrus Delphinus in literis a ad Patauinum epiſcopum deſcribit b, additque: *Ne quidem capillus eorum ſuperfuit. Redacta in cinerem corpora iuſſu dominij in Arnum flumen accuratiſſime demerſa ſunt, quod cœpiſſent mulierculæ rogo appropinquare, vt aſportarent vel mortui fratris cineres. Cæterum expectantibus multis, vt aliquid loqueretur ad populum cum vltimo loco traheretur in patibulum, nec attollere oculos nec hiſcere auſus eſt, qui tanta olim audacia prædicauerat. Hanc tantum fuiſſe vltimam eius vocem affirmant, quod cum ab epiſcopo, qui ipſum degradauit, pronuntiari audiſſet præciſum ſe eſſe ab Eccleſia, confeſtim reſpondit: Militante; ſuperbum exiſtimatum eſt reſponſum. Hoc quoque non præteribo ſilentio, fuiſſe illum pendentem in ligno a puerorum multitudine ſaxis impetitum, a quibus antea ſolitus erat in templo ante prædicationis initium hymnis & laudibus excipi. Illud quoque animaduerſum eſt, præter omnium, qui publice necantur, morem accidiſſe, nullius eorum, qui aderant, fuiſſe exauditam vocem, qua, dum Hieronymo a carnifice adimeretur ſpiritus, Dei miſericordiam imploraret, quando pro damnatis vel ob grauiſſima facinora etiam altiſſimis clamoribus cœleſte auxilium tunc temporis conſueuerit a populo inuocari. Hic fuit Hieronymi Ferrarienſis & ſociorum eius exitus. Vale ex Fonte bono die XXVI. Iulij MCCCCXCVIII.*

A pontificijs iudicibus Sacerdotio exauctoratus.

a Gnic l. 3. b Petr. Del l. 5. ep. 73.

In extremo vitæ actu non loquutus

Vox illi' vltima ſuperba

Cum maximo populi Florentini odio perijt.

19 Nonnulli dubitarunt inique oppreſſum fuiſſe, inter quos eſt Philippus Comineus c, qui plura illum arcana detexiſſe ait, quæ a Florentinis aperiri non potuiſſent, publica vero illius iudiciariæ actionis monumenta vel adulterata ab aduerſarijs, vel illum tot dierum cruciatibus fractum ex humana imbecillitate interrogantium cupidini morem geſſiſſe d, conſtatque ſaltem ex inſtrumentis, de quibus ſupra memorauimus, atrociſſimas calumnias, quas in Romana curia ſparſas refert Burchardus a de arcanis ex omnologeſeon a ſodalibus illi patefactis, vitaque impuriſſima, ac ſacrilegijs inquinatiſſima, falſo aſſictas fuiſſe: nocuiſſe autem plurimum, vt ille congregandi concilij pro vitijs curiæ Romanæ reformandis ſtudia, factionemque Florentiæ conflatam opinio fuit: *Capita accuſationis*, inquit Sabellicus b, *fuere quod in Alexandrum Pontificem contumacius dixiſſet, cum ad populum concionaretur, ſed maiori inuidiæ illi fuit noua factio ſui nominis in liberam ciuitatem inducta. Fuit vir alioqui ingenio & doctrina eminens, & dignus qui nihil extra religionem voluiſſet.*

Commin. l. 8. c. 19.

d Gnic l. 3.

Calũniæ plures illi falſo aſſictæ. a Burc. l. 5

b Sabellic. ennea. 10. l. 8.

20 Quod vero ad vitia curiæ Romanæ a Sauonarola exagitata attinet; ea adeo pios omnes offendebant, vt Luſitaniæ & Hiſpaniarum Reges cultores pietatis eximij legationem ad Alexandrum VI. vt eum monerent apoſtolici officij decreuerint, vt refert Oſorius c de Emmanuele: *Miſit*, inquit, *ad Alexandrum legatos, qui eum admonerent, vt rebus Eccleſiæ proſpiceret, nam mores eſſe profligatos, pietatis ſtudium reſtinctum, flagitiorum licentiam ſolutam, res ſanctiſſimas pretio indigniſſimis addici. In ea vrbe, quæ fuerat pietatis & ſanctimoniæ domicilium, officinam impudentiæ atque ſceleris inſtitui, eccleſiamque Romanam inſigni infamia flagrare, remque eſſe in extremum pene diſcrimen adductam, proinde ſe illum orare & obſecrare, & per Chriſti ſanguinem obteſtari, vt iret obuiam ſceleri, reſecaret libidinem, coerceret auaritiam, moreſque laxos diſciplina ſeueriore deuinciret, tantumque munus pro dignitate tueretur, & rempublicam Chriſtianam, quæ tantis vitiorum exemplis erat a ſtudio pietatis auerſa, pietatis exemplis ad officium reduceret. Legati fuere Rodericus Caſtrenſis, Henricus Coutinus, & Fernandus Coutinus, viri claris natalibus orti, & prudentia non vulgari præditi, his autem mandauit, vt hanc legationem cum Fernandi Regis legato communicarent, quem Ferdinandus, vt cum Emmanuele Cæſaraugustæ conſtituerat, ea etiam de cauſa erat Romam miſſurus.* Quid vero ij oratores cum Alexandro VI. Romæ egerint proximo anno, ſubijcit Oſorius d: *Legati, qui ab Emmanuele Romam miſſi fuerant, cum primum Romam peruenere; omnem legationis rationem cum Garſia Laſſo Ferdinandi Regis legato, vti fuerant iuſſi, communicant. Re itaque deliberata omnes ad Pontificem adeunt, eumque Regum nomine ſuppliciter orant, obſecrant, & obteſtantur, vt velit flagitiorum incendium pietatis ſtudio & iudiciorum ſeueritate reſtinguere, neque ſemel hoc ab illo libera voce contendunt, ſed ſæpius inſtant & vrgent, & publico etiam teſtimonio poſtulata conſignant, vt eſſet omnibus teſtatum, nihil ab Hiſpaniæ Regibus omiſſum fuiſſe, quod ad labentis Eccleſiæ inſtaurationem pertineret. Quæ quidem admonitio hunc fructum habuit, vt Pontifex deinceps non ita diſſoluta rempublicam gerere videretur. Præ ſe autem tulit admonitionem illam ſibi non ingratam accidiſſe.*

c Oſor. l. 1. de

Alexander a Rege luſitano officij Apoſt. monitus.

d Id. ibid.

Acta publica de ea re edita.

21 Illum reprehenſum etiam fuiſſe Caſtellæ Regum nomine a Garſia Laſſo oratore refert Mariana e, remque acerbe tuliſſe. Iterumq; Ferdinandum Hiſpaniæ Regem miſſis Eneco Corduba & Philippo Pontio commonuiſſe Alexandrum, Beneuentum a Romana eccleſia non abalienandum eum enim principatum Gandiæ duci traditum fuiſſe dictum eſt. Quibus reſponderit Alexander, non

e Marian. l. 27. c. 20.

detractum fuiſſe de Eccleſiæ imperio Beneuentum, nec ſe velle quidem, quamuis Cardinales conſenſiſſent, vt daretur Gandiæ duci, retento penes Romanam eccleſiam iure fundi. Cæterum Ioannem Borgiam, qui eo principatu auctus fuerat, diu potiri illo non potuiſſe, infeliciſſimeque laſciuam vitam clauſiſſe diximus, nec is principatus ad eius poſteros translatus eſt.

22 In tanta vitiorum libertate, quæ Alexandro VI. Pontifice viguere, Iudæi Chriſtianam religionem ementiti, omnibuſque flagitijs contaminatiſſimi in curiæ Romanæ officia irrepſiſſe comperti ſunt: tum quadraginta Marrani genere Hiſpani Marranicæ hæreſeos infamia inſignes comprehenſi, qui cum ad hæreſim publice damnandam parati eſſent, ſolita clementia in Eccleſiæ ſinum recepti fuere. Ritus tunc ſeruatos ita deſcribit Burchardus a: *Dominico vigeſima nona dicti menſis iulij conſtructum fuerat ſuggeſtum magnum & amplum ante porticum baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe inter ipſum & altam, quæ eſt ſuper ſcalas acceſſus ad eandem baſilicam, ſuper quod ſuggeſtum admiſſi ſunt quadraginta Marrani reconciliandi, quibus ſuper eorum ſuggeſta in terra in eorum conſueto habitu conſidentibus, & reuerendis patribus dominis Petro archiepiſcopo Regienſi almæ vrbis gubernatore, Ioanne Carthaginenſi ſereniſſimi Regis & Reginæ Hiſpaniarum oratore, Octauiano Maranenſi epiſcopo ſanctiſſimi domini noſtri Papæ referendario, Dominico Iacobatio & Iacobo Dragatio ſacri palatij apoſtolici cauſarum auditoribus, magiſtro Paulo de Mondia Ianuenſi ordinis Prædicatorum eiuſdem palatij magiſtro, & magiſtro Ioanne de Malcone, ordinis Minorum ſacræ theologiæ profeſſoribus prædicti domini noſtri Papæ in baſilica prædicta pro natione Hiſpana præſentialiter, & in eorum quotidiano habitu, in loco, vt ſupra, conſidentibus, quidam magiſter in theologia ordinis Prædicatorum fecit ſermonem in vulgari, tolica ac fiae, & alios Marranos, qui omnes de natione Hiſpanica erant, & inter eos vnus profeſſus ordinis S. Franciſci, cuius habitum publice deferebat, quem & omnes prædictos de omnibus eorum erroribus ſiue notis in fide arguit & reprehendit & inſtruxit. Quo ſermone facto Marrani petierunt veniam, & ſe abſolui, & tum magiſter palatij ſermone latino admonuit eos ad fideliter credendum & bene viuendum, & pœnam ſimul merentibus conuenientem eis commemorauit, quam admonitionem quibuſdam verbis Hiſpanis illis expoſuit. Deinde omnibus illis genu flectentibus iniuncta pœna quod in habitu, qui eis impoſitus fuit ad hoc ordinatus, bini & bini irent ad baſilicam S. Petri orationem ibidem facturi, & inde eodem ordine ad eccleſiam conuentus B. Mariæ ſupra Mineruam, vbi dimiſſo habitu poſſet quiſque libere in ſuum locum redire. Acceptis huiuſmodi habitu & pœna prædicti domini magiſtri Paulus & Ioannes abſoluerunt omnes, qui abſoluti iuerunt ad baſilicam & eccleſiam prædictas, Papa in cameris nouis omnia prædicta vidente, & eis benedicente. Habitus autem dictis Marranis impoſitus huiuſmodi erat forma, ſuper habitu quotidiano, quædam tela rubea ſiue paonatia ſuper humeros ante pectus & tergo pendens vſque ad coxas habens crucem croceam latam quatuor digitos, & longam ad longitudinem ipſius telæ ſuperhumeralis. Vnuſquiſque applicuit ad altare prædictæ eccleſiæ B. Mariæ de Minerua depoſita tela ſupradicta. Illis receptis fratres appenderunt in altum eccleſiæ pro memoria actus illius.* Addit b Burchardus Petrum de Aranda epiſcopum Calaguritanum pontificiæ domus magiſtrum de Marrania ſiue Iudaica ſuperſtitione & hæreſi in ius vocatum, vna cum filio ſpurio protonotario, & ſcriptore apoſtolico, inſtructiſque actis iudiciarijs, demum XIV. ſeptembris damnatum, deque gradu eccleſiaſtico ritu deiectum, & in perpetuam cuſtodiam in mole Hadriana conditum. Obiecta porro ei fuere, effutijſſe legem Moſaicam vnum habere principium, Chriſtianam tria: Chriſtum non eſſe paſſum, ſi ſit Deus: orando dixiſſe gloria Patri, & aliarum duarum perſonarum diuinarum mentionem omiſiſſe: Comediſſe antequam celebraret: diebus prohibitis carnes eſitaſſe: indulgentias inanes & commenticias eſſe ad quæſtum confictas: non infernum, non purgatorium, ſed paradiſum tantum conditum a Deo. Erant hæc Marranicæ hæreſeos præcipua capita.

a Burc. in ſ. arch. Vat. ſign. n. 104 t. 3. pag. 301.

Marrani quadraginta hæreſim publice Romæ eiurant.

Qui ritus ſeruati.

Quam veſtem geſſerint.

b Id. ibid. pag. 305.

23 Quod ad Hiſpanicas res attinet; nato ex Emmanuele Rege Luſitaniæ & Eliſabeth Ferdinandi Hiſpaniarum Regis filia ortu maxima Michaele a, qui communibus parentum, & aui, auiæque votis tot regna coniuncturus erat, effuſa lætitiæ ſignificatione, paciſque optatiſſimæ ſpe triumphabat Hiſpania, cum, vt humanæ res nunquam eodem veſtigio conſiſtunt illi plauſus mox in planctus conuerſi fuere, Eliſabeth enim Regina ex partus laboribus e triumphali thalamo in ſepulchrum decidit. Fuit illa virtutibus ornatiſſima, quæ mortem vna cum partu ſibi adfuturam prædicens multis pietatis & ſanctimoniæ operibus ſe ad immortalitatem cœleſtem compararat. Filius vero Michael, qui in tot regnorum ſpem educabatur, triennio poſt defunctus, cuius mors Luſitaniæ cum Caſtella & Aragonia cœptam coniunctionem diremit; Ioanna vero, quæ Philippo Maximiliani Imperatoris filio nupta erat, ſuccedens florentiſſimorum regnorum ſpes in ſtirpem Auſtriacam tranſtulit.

a Oſor. l. 1. Gomez l. 2. & 9.

Reginæ mors.

Hiſpaniæ regna in Auſtriacam ſtirpem tranſlata.

Hoc anno habita eſt a Franciſco Ximenio archiepiſcopo Toletano b ſynodus ſecunda Talabricæ ad diſciplinam eccleſiaſticam in ſuum decus reſtituendam, in qua vetus ſanctior inſtaurata, vt ſingulis annis ſacerdotum ſynodus ſaltem ſemel haberetur, quod decretum poſtea a Tridentina ſynodo conſtabilitum eſt.

b Gome. l. 2.

Synodus a Ximenio pro diſciplina reſtituenda coacta.

24 In Gallijs nonnulli impij magicarum artium & commercij cum dæmonibus patrocinium arripere non perhorruerunt; effutiebant magiam crimine idololatriæ infamem non eſſe, ad bonum finem eam referri poſſe, licere maleficia repellere maleficijs, ſine ratione damnari ab Eccleſia ſubtiliores eas artes, multa ex ijs bona manare, ingentis eſſe doctrinæ opus imagines ſub certis conuerſionibus ſyderum conficere ad patrandas admirandas virtutes, intelligentiam motricem cæli influere in animam rationalem, cogitationes noſtras intellectuales ac voluntates a cæli influxu oriri atque arte magica cognoſci poſſe, eadem arte in commercium diuinitatis & ſanctorum ſpirituum poſſe nos aſſurgere: quæ nefandæ propoſitiones, pluresque aliæ ab academiæ Sorbonicæ doctoribus damnatæ fuere, quorum literæ hac temporis nota ſunt conſignatæ. *Acta ſunt hæc, & poſt maturam crebramque inter nos & deputatos noſtros examinationem concluſa in noſtra congregatione generali Pariſijs apud S. Mathurinum de mane ſuper hoc ſpecialiter requiſitos, anno Domini MCCCCXCVIII. die XIX. menſis ſeptembris.*

25 Ad vindicandam vero ab hæreſi Eccleſiam, ſeruandamque incorruptam fidei puritatem

tem

a Lib. diuer. bullar m. ſcrc. Vat.

tem Alexander apoſtolico decreto vetuit a de rebus fidei diſceptari, atque vniuerſis fidelibus imperauit, vt hæreticorum nomina apud ſacerdotes deferrent, quorum ope res ad cenſorum cognitionem manaret.

b Henr. In ſtit. aduerſ. Pickard.

Porro in Bohemia & Morauia Pickardorum graſſabatur impietas, ac ſimplices varijs argutijs irretiebat, cum quibus Henricus Inſtitoris b ordinis Prædicatorum hoc anno, vt ipſe teſtatur, ſæpius concertauit, atque opuſcula, vt ſacerdotes ad refellendas eas inſtrueret, plura conſcripſit. Fuere horum Vvaldenſium ſiue Pickardorum errores præcipui quinque.

Vualdenſium error de eccleſia.

Primus quod quia Romana eccleſia non exprimitur in euangelica doctrina, ideo non eſt reputanda: & quomodo nulla alia exprimitur niſi congregatio fidelium ſeruans euangelicam doctrinam, ſicut ipſi obſeruant, ideo ipſorum eccleſia propter doctrinam euangelicam ſit acceptanda.

Refellitur.

26 Refellit hunc errorem Henricus Inſtitor ampliſſimo commentario, cuius eſt hic indiculus: *Quod Chriſtus ideo Romanam eccleſiam non expreſſit, quia per ſe Eccleſiam in gentibus ædificare non potuit, cum non erat miſſus niſi ad oues, quæ perierant domus Iſrael: ædificauit autem per Apoſtolos per vrbem, & per caput Apoſtolorum Petrum ſedem Romæ inſtituendo.* Romanæ vero eccleſiæ dignitatem illuſtrat per hæc capita. *Sunt autem in numero ſeptenario priuilegia diuina Chriſti promiſſa, fundatio clauium, Eccleſiæ ordinata executio, duplicis gladij miniſterialis iuriſdictio, hæreſum auctoritatiua condemnatio, miraculorum virtuoſa operatio, graduum eccleſiæ varia diſtinctio, ſummi ſacerdotij continuata ſucceſſio. Duodecim autem donaria a Chriſto collata ex his notare poteris, quod quia hæc eccleſia militans regnum & ciuitas ſupra montem non ſub modio, vt hæreticorum exiſtunt latibula, iuxta Saluatoris ſententiam noſcitur poſita, & Ioannes Apoſtolus dicit. Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotium, & duodecim ad minus inuenimus, quæ regnum quodcumque efficiunt glorioſum, videlicet ſi regnum ſit recta inſtitutione & legitima auctoritate ſtabilitum, ſi origine nobilitatis antiquum, ſi amplitudine terrarum & numero prouinciarum ſit profuſum, ſi dignitate diſtributionum & officiorum decentiſſime ſit ornatum, ſi vinculo concordiæ ſit vnitum, ſi in pace etiam guerrarum tempore cum exteris manet in ſe quietum, ſi diuitijs & honoribus ſit copioſum, ſi in expugnatione manet inſuperabile & fortiſſimum, ſi in optimis virtutibus & conſuetudinibus manet regulatum, ſi Regem habet nobilem & virtutibus clarum, ac multis nobilibus principibus & baronibus populatum, ſi ſemper ſit permanſurum & durabile perpetuum. Ideo cum illa inueniantur in Romana eccleſia, minime autem in aliorum perfidorum conuenticulis, certe id regnum glorioſum exiſtit & ſanctum.*

Septem veræ eccleſiæ argumenta.

Obiectio quod Chriſtus ſit caput Eccleſiæ.

27 *Secundus*, nempe Pickardorum error, *quod Chriſtus nullum aliud caput præter ſemetipſum voluit habere ſuper Eccleſiam, vnde nec Petrum in ſuum vicarium habere voluit.* Euincit hunc errorem Henricus ex verbis Chriſti: *Tibi dabo claues*; ac probat fuſe ex quatuor capitibus militantem Eccleſiam debere habere vnum caput vniforme, quod verſetur cum hominibus, nempe ex vnitate fidei, ex vnitate Eccleſiæ, ex vnione membrorum, ex veteris legis impletione, ſoluitque argutias hæreticorum hac diſtinctione, quod Chriſtus ſit caput Eccleſiæ primarium, Papa vero ſecundarium.

Reſpondetur eſſe primatium.

28 *Tertius*, nempe error, *quod papatus in Romana eccleſia originem accepit ex Conſtantini donatione, & non ex Chriſti inſtitutione.* Confutatus eſt ab Henrico ampliori tractatu, cuius hic eſt index: *Quod Petrus fuerit a Chriſto electus in Papam, id eſt in patrem patrum probatur ex ſeptem Scripturæ paſſibus. Item declarat, quod cæteri Apoſtoli cum Petro fuerunt ſacerdotes æqualiter ordinati, non autem epiſcopi æqualiter, ſed ſub Petro. Matthias etiam fuit non a Chriſto immediate, ſed a Petro ſacerdos & epiſcopus ordinatus. Item declaratur, quod triplici ex cauſa Chriſtus noluit Petrum in ſuum vicarium inſtituere ante ſuam paſſionem, ſed poſt ſuam reſurrectionem.*

Error hæreticorũ contra Eccleſiæ ſtatuta.

29 *Quartus*, nimirum error, *quod cum doctrina euangelica omnibus ſtatutis humanis ſit præferenda, ideo ſtatuta Romanæ eccleſiæ in canonibus & legibus non ſunt ſuſcipienda.* Ad hæc oſtendit Henricus licet doctrina euangelica ſit ſtatutis humanis præferenda, tamen quædam ſtatuta alia ex lege euangelica deriuata eſſe, non tamen vana, ſed neceſſaria ob varios caſus humanos, nec legem euangelicam obſeruari poſſe ſine canonum ſtatutis, cum eccleſiæ poteſtas debeat eſſe ordinata ad populi correctionem, cum delinquit, & regimen cum recte agit; ſecundo ad controuerſiarum deciſionem: *Quare Auguſtinus in illud Matth. XVI. Tibi dabo claues regni cælorum, quod Chriſtus vnum ſolum caput voluit eſſe in tota Eccleſia, ad quod diuerſa membra recurrerent, ſi forte ab indicem diſſentirent. Tertio propter fidei & ſacræ Scripturæ defenſionem, ſi enim aberrent leges humanæ, tollendæ ſunt, non enim, vt ait Gregorius, Chriſtus dixit: Ego ſum conſuetudo, ſed ego ſum veritas; & Auguſtinus dicit ad Bonifacium, quod quicumque legibus Imperatorum, quæ contra Dei voluntatem feruntur, obtemperare non vult, acquirit magnum præmium.*

Cur ea ſint neceſſaria.

30 *Quintus*, error ſcilicet, *quod expoſitio eorum ſuper apocalypſim de muliere, quam meretricem apocalypticam nominant, ſit veriſſima, vbi per illam volunt intelligere Romanam eccleſiam.* Ad diluticandas huius erroris tenebras primum Henricus demonſtrat ſacrarum ſcripturarum veram interpretationem ad Romanam eccleſiam ſpectare, a qua omnes hæreſes veteres damnatæ fuerunt, cuius doctrina innumeris miraculis confirmata eſt per ſanctos, ac recentiora quædam exempla affert. Deinde pluribus explicat per meretricem apocalypticam intelligendam ſectam Mahumeticam: *Nonnulli*, inquit, *expoſitores hunc vltimum paſſum de perſecutione Chriſtianorum a beſtia & Mahometiſtis intelligunt de hac vltima perſecutione, in qua Turci obtinuerunt ex regno Chriſtianorum duo imperia, quatuor regna, viginti prouincias, & ducentas vrbes, etiam ante annos viginti computando ab anno præſenti, in quo ſumus ſcilicet* MCCCCXCVIII. *in quo etiam præſenti anno magnam depopulationem & terrarum deuaſtationem igne & gladio intulerunt regno Poloniæ, &c.* Addit de futuris Chriſtianorum triumphis: *Concludit Ioannes, quod mulier viſa ab eo in ſpiritu ſit ciuitas magna, id eſt, vnitas in numeroſa multitudine Mahometiſtarum habitans in terra ſuper Reges terræ. Demum in cap. XVIII. deſcribitur gentis Mahometicæ percuſſa lamentatio, & primo quoad Reges & potentes, ſecundo quoad mercatores.*

Blaſphema interpretatio de meretrice babylonica.

Confutatur.

31 Quales vero eſſent ij, qui in Romanam eccleſiam blaſphemas eas voces euomebant, deſcribit graphice Henricus, dum ita Pickardorum principem alloquitur: *Frater dilecte, cui congregationi aſcribi poteſt niſi Romanæ & Apoſtolicæ*

ſedi,

ſedi. auctoritatiua videlicet hæreſum condemnatio: Frater, dic vbi tua congregatio habuit auctoritatem condemnandi nedum ſanctam Romanam eccleſiam, ſed & omnia eius ſtatuta, leges, & canones, dic ex quo generali concilio cum copioſo numero prælatorum & doctorum celeberrimorum, vt in talibus fieri per-neceſſarium eſt. Dic mihi, ſutor, ille qui copiatum librum compoſuit ſiuitne præſidens vbi Romana eccleſia vt meretrix apocalyptica fuit condemnata? & vere præſidens cum ſerpente antiquo & ſuo conciliabulo: ſed non mirum, cum ab initio omnium hæreſum, præcipue Arianorum, hoc proprium habeant, vt quamuis inter ſe in opinionibus ſint diuerſæ, in perſecutione tamen & odio Romanæ eccleſiæ, propter auctoritatiuam, quam ſuper eos habet, præſidentiam in ipſorum condemnationem, ſunt vnitæ, vt vulpeculæ Sampſonis vineam Domini deuaſtantes habentes caudas coniunctas, facies ſeiunctas. Attende, frater, an hoc diuinum priuilegium in euangelica doctrina careat fundamento. certe non: ad quid enim hæc Chriſti verba ad Petrum poſt promiſſionem ædificationis ſuæ Eccleſiæ prolata, quod portæ inferi non præualebunt aduerſus eam? quid enim per portas niſi hæreſes & vitia ad interitum damnationis diſponentes, quæ in extinctionem Eccleſiæ vſque in præſens non præualuiſſe? Si non credis agnoſce eum experientia hac edocente ipſam ſemper per generalia ſua concilia in condemnationem hæreſum præualuiſſe. Inſpice libros & geſta conciliorum, & ſentiens, ſed nec inſpicere tui aſſiſtant, odio habentes lucem, vt veſpertiliones in tenebris ambulantes, & completur propheticum id. Noluit intelligere, vt bene ageret; ſed non deſunt ſacri canones omnium hæreſum condemnationem prætendentes. Quis, rogo, condemnauit octuaginta & amplius hæreſes deſcriptas non in tuo copiato, ſed in ſacris canonibus 24. quæſt. 3. cap. quidam autem hæretici quibus quamplurimis, & tuis participant erroribus, vt quod Chriſtus non ſit in ſacramento altaris, ſancti non ſint venerandi, purgatorium negantes, tacendo de aliis ſpurcitiis diabolicis ſubterraneis inuicem ſine ordine conuenientes & commiſcentes; quod auditu horribile eſt. in quo errore & ſi non omnes VValdenſes, tamen Pickardi tales inuenti ſunt, & adhuc permanere veriſſima experientia per megnos fide dignos patet? De his, qui dicti ſunt etiam Foſſacij agetur inferius. Præter vero ſuperiores errores alijs triginta quinque infecti erant, quos idem Henricus Inſtitoris recenſet his verbis, ac poſtea fuſe confutat. Nobis turpia hydræ capita oſtendiſſe, confutaſſe erit.

Eccleſiæ nomen nulli alteri quam Romanæ aſcribendum.

32 *Primus a quod quia Papa eſt caput omnium errorum, ideo eius cenſuras, quas æſtimant non poſſe fulminare & excommunicationes, & ſimili modo eius indulgentias in animarum liberatione nullius valoris eſſe dicunt, & excogitatas ſolummodo propter auaritiam clericorum. II. Quod quia prælati ſunt ſcribæ, & religioſi phariſæi, de quibus in euangelio traditur, ideo eis non eſt obediendum, ſed tantummodo Deo, ſacræ ſcripturæ noui & veteris teſtamenti. III. quod quia Chriſtus dixit. Omnes vos fratres eſtis, & inter vos vnus non eſt maior altero, ideo eccleſia Romana, quæ tam in ſpirituali quam in temporali ſtatu tenet diuerſos gradus & dignitates nulla eſt apud Deum. IV. Quod nemo debet genua flectere alicui in dignitate temporali, vel ſpirituali conſtituto eo quod angelus Ioanni dixerit: Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, &c. poſſit tamen fieri tempore neceſſitatis ne notam incurrant. V. Quod decimæ non ſint dandæ, eo quod in primitiua Eccleſia non dabantur. Clerici non debent habere poſſeſſiones eo, quod in veteri lege dictum fuerat. Non habebunt ſacerdotes & omnes, qui de tribu leui ſunt partem & hereditatem cum populo. VI. Quod epiſcopi & abbates non debent habere iura legalia, & clerici & clauſtrales non debent habere præbendas, & non laborantes ſunt in ſtatu damnationis. VII. Quod teſtamenta non ſunt pro eleemoſynis ordinanda. VIII. Quod ſtatum ſæcularem dicunt, quod omnes Reges & principes cum ſuis adhærentibus ſunt in ſtatu damnationis, eo quod propter bona temporalia & poſſeſſiones committunt bella, & ſanguinem effundunt humanum contra illud præceptum. Non occides. IX. Quod nec contra infideles pugnare debent, cum nemo ſit ad fidem cogendus.*

a Henr. Inſt.

Alij VValdenſium ſeu Pikardorum errores.

Sublati ab ijs dignitatum ordines.

Negata ſacerdotum decima.

Euerſus ab iiſdē politicus ſtatus.

Negant pugnandum cum infidelibus.

33 *Decimus, quod non ſit obediendum ex voluntate, ſed ſolum ex neceſſitate, vt illi, qui ex eorum ſecta occiduntur maneant in ſtatu ſaluationis, cæteri vero omnes, qui occiduntur inter nos ex voluntaria obedientia ad Romanam eccleſiam dicunt eſſe in ſtatu damnationis, & etiam ex eis, vt in relapſis poſt abiurationem, ſi occidantur. XI. Quod terra & populus non ſint per partes diuidendi, & quod huiuſmodi diuiſiones terrarum ex tyrannica perſecutione tyrannorum primo infidelium exortæ fuerunt, & ideo a fidelibus non eſſe obſeruandas. XII. Quod nullus debet fieri in Eccleſia cenſualis. XIII. Quoad ſacramenta Lia dicunt catechiſmum nihil valere, & quod benedictiones fontis baptiſmatis nihil valent, & omnia, quæ circa baptiſmum obſeruantur, nihil proſunt, vt ſunt exorciſmi & benedictiones, patrini etiam, quia nihil intelligunt, ſed ex conſuetudine reſpondent pro nihilo ſupponunt. XIV. Sacramentum confirmationis omnino reprobant, & quod ſolum epiſcopi debeant confirmare dicunt nullum habere fundamentum. XV. De ſacramento Euchariſtiæ ſunt maior pars, qui omnino negant ibi eſſe verum corpus Chriſti, adducentes quod dudum fuiſſet conſumptum illud ſi montis magnitudinem habuiſſet. XVI. Illorum paucorum, qui ibi eſſe verum corpus Chriſti dicunt, quod omnis qui poteſt ſumere poteſt & conſecrare, cum magis ſit ſumere quam conficere. XVII. Quod bonus laicus melior eſt ſacerdote malo, ideo quilibet talis laicus poteſt conficere, & addunt quod etiam malus ſacerdos in mortali peccato exiſtens non poteſt conficere. XVIII. Quod in omni loca poſſint & debeant eorum ſacerdotes conficere iuxta illud Malachiæ: In omni loco mihi offertur oblatio munda; vnde & eccleſias & eccleſiarum conſecrationes omnino reprobant, ſimiliter & altarium, & dicunt quod in qualibet domo, vbi & quoties conueniunt poſſint conficere. XIX. Quod quilibet poſſit conficere dummodo habuerit a ſenioribus manuum impoſitionem, & quod introitus miſſarum & alia cerimonialia, quæ obſeruantur a catholicis, nihil ſint, quia Apoſtoli non habuerunt.*

Omnia volunt eſſe communia.

Sacramētalia ab ijs ſpreta.

Chriſti præſentiā negant in Euch.

De ſacerdotio male ſentiūt.

34 *Vigeſimus quod verba Chriſti & verba conſecrationis in vulgari debeant proferri, & cantus, qui a catholicis etiam tempore canonis profertur, ſit cantus infernalis. XXI. Quod ſemel communicare in anno eſt damnoſum, eo quod omni die ſit communicandum. horæ etiam canonicæ nihil proſunt, ſimiliter & oblationes, quæ in miſſis fiunt auaritiæ ſacerdotum adinuentæ. XXII. Quod miſſæ defunctorum, & vigiliæ etiam quæcumque, ſuffragia, quæ pro defunctis fiunt nihil valeant, quia nullum dicunt eſſe purgatorium poſt hanc vitam, & ſunt quidam, qui dicunt quod decedens poſt mortem ſubito vel ad cælum vel ad infernum tranſit: alij & maior pars aſſerunt neminem ſaluari aut damnari ante finale iudicium. XXIII. De ſacramento pœnitentiæ varij inter eos varia ſentiunt, nam aliqui confeſſionem neceſſariam homini omnino negant, eo quod legitur*

Diuina officia tollunt.

De ſacra exomologeſi varios errores tenēt.

in

in euangelio illam fuiſſe obſeruatam, alij, qui concedunt eſſe faciendam, dicunt quod omnibus indifferenter fieri poſſit, & quod mulieres abſoluere valent & confeſſiones audire. Cæteri, qui Romana eccleſia in eo, quod ſacerdote ſit opus, aſſentiunt, dicunt quod malus ſacerdos abſoluere non poſſit, quia per ſe ligatus alium ligatum abſoluere non poſſit. XXIV. Quod per manuum impoſitionem, ſicut Apoſtoli fecerunt, & ſacerdotes inter eos ordinantur, & peccata remittuntur, & ſi quis confiteri velit melius eſt, vt bono laico, quam malo ſacerdoti confiteatur. XXV. Quod omnes vtriuſque ſexus poſſunt ab omnibus peccatis quantumcumque grauibus abſoluere & abſolui, nec ſit quidquam reſeruandum, & quod leuis pœnitentia; exemplo Chriſti: Vade & amplius noli peccare, ſit imponenda, & multa alia aſſerunt exorbitantia, quæ recitare longum eſſet. XXVI. Circa ſacramentum matrimonij, ſunt qui illud ſolummodo fieri item

Matrimonium negant eſſe Sacramẽtum.

inter virum & mulierem reputant, alias indifferenter conuenire affirmant, item quod continentes, vt virgines, non peccant mortaliter per oſcula & impudicos tactus. XXVII. Quod gradus affinitatis conſanguinitatis carnalis, & ſpiritualis, quos Eccleſia inſtituit, & impedimenta ordinis & publica honeſtatis ſpernunt, & quod mortaliter peccant ſi coniuges abſque ſpe prolis conueniant, compaternitatem etiam ſpernunt. XXVIII. Sacramentum ordinis omnino

Sacramẽtum ordinis tollũt

reprobant, dicentes quod omnis bonus laicus ſit ſacerdos, ſicut Apoſtoli laici fuerunt, & quod mali ſacerdotis oratio nec pro ſe nec alijs proſit, vnde & clericalem tonſuram omnino derident. XXIX. Quod omnes tam viri quam mulieres debeant prædicare iuxta illud Apoſtoli: Volo omnes homines loqui linguis, vt Eccleſia ædificationem accipiat. Plura alia enormia in alijs ſacramentis obſeruant, quæ ad præſens omittuntur.

35 *Trigeſimus. Decretales & decreta, expoſitiones ſanctorum doctorum omnino reſpuunt, & literalem ſenſum dicunt in ſacra ſcriptura noui teſtamenti tantummodo eſſe obſeruandum. XXXI. Miracula*

Scripturam ſacram in ſenſum impium detorſam tantum recipiũt.

ſanctorum ſubſannant, immo nec aliquem ſanctum reputant, aut inuocant niſi Apoſtolos & Deum, ſignum crucis abhorrent, nec ſe ſignant, verum ſignum crucis Chriſti contemnunt. XXXII. Circa conſuetudinem eccleſiæ dicunt, quod omnes tales in euangelio non comprehenſa ſunt contemnenda, vnde feſtiuitates ſanctorum, Aſcenſionem, & feſtum paſchatis, natalis Chriſti & beatiſſimæ Virginis ſpernunt, & dicunt vnum diem ſicut alterum, vnde & in illis feſtiuitatibus Eccleſia occulte operantur ne notentur. XXXIII. Eccleſias conſtructas horreum reputant, ſuos intrare

Eccleſiarum ingreſſum ſuis prohibent.

non permittunt niſi cauſa ſubſannandi, allegantes: Tu cum oraueris intra in cubiculum, &c. Item ornamenta eccleſiarum omnino derident, corporale dicunt pannum bracharum, conficiunt, licet non credant ſacramentum eſſe, in piccario pro calice ſine lumine, dicentes quod Deus eſt lumen. XXXIV. Quod tantummodo Pater noſter ſit orandum, nec angelica ſalutatio, aut ſymbolum fidei, & quod vnum Pater noſter plus valet tota miſſa. XXXV. Quod omne iuramentum ſit mortale peccatum, & quod imperfectis melius ſit mori quam iurare, alij autem perfecti iurare poſſunt propter metum, & quod iurant non tenentur ſeruare. XXXVI. Quod iudicia,

Iuſtitiæ adminiſtratio ab iiſdem ſublata.

quæ fiunt ſuper maleficia, ſint iniqua, quia Deus dixit, Mihi vindictam, & ego retribuam, vnde omnes etiam tales, vt dicunt, ſunt in ſtatu damnationis. Omnes etiam eccleſiaſticas cenſuras dicunt non eſſe reputandas. Sunt & alij quamplures articuli, qui iam breuitatis amore non aſſignantur, patebunt autem in opere nono conficiendo in eorum reprobationem.

Dum in confutandis his erroribus Henricus deſudabat, cenſor fidei in ijs oris creatus eſt, vt dicetur inferius.

36 In Germania hoc anno principum celeberrimi conuentus Friburgi acti ſunt a ad Chriſtianum imperium aduerſus Turcarum impetus tuendum, ad quos Ioannes Albertus Poloniæ Rex, qui a Turcis, Tartaris, & Moldauis varijs excurſionibus vexabatur, Nicolaum Roſenbergium oratorem miſit, vt Germanos ad coniungenda cum Polonis, Hungaris, Bohemis, & Lituanis aduerſus hoſtes fidei arma concitaret. Extat ab illo tum habita oratio b, in qua & Baiazethis in Tauricam Cherſoneſum progreſſus, & Moldauiæ principis perfidiam, & ſuſcepti a Polonis in Turcas belli cauſas, necnon Turcarum Tartarorumque in Ruſſiam irruptiones his verbis Maximiliano Cæſari exponit: *Non incogniti ſunt, Rex glorioſiſſime, ſacræ maieſtati veſtræ acerrimi illius ac potentiſſimi hoſtis conatus, qui nil aliud magis cogitat, curat, nil ardentius ſitit, niſi vt rem Chriſtianam euertat, quo ſic profanam ſectam ſuam & imperium propagare poſſet, vtque id facilius aggrediatur, ingenio & aſtu vtens trenguas ſufferentiaſque pacis cum cæteris finitimis principibus ſibi conſtituit, vt impetum potentia ſua in vnum principem conuertendo illum vaſtet, occupet, & pedetentim cæteros Chriſtianos principes facilius opprimat, & ditioni ſuæ ſubijciat, prout hoc ingenio initio felicis aſſumptionis maieſtatis regiæ ad regimen vſus eſt, dum pro trengis conſtituendis atque firmandis, ad quodcumque tempus placuiſſet, arbitrio ſuæ maieſtatis per oratorem ſuum plenarium habentem mandatum detulit, cuius maieſtati ex certis rationibus, reſpectibus, atque cauſis diuturnas facere non fuit viſum, ſed præcipue ne ea res regnis ac principalibus clariſſimorum germanorum ſuorum, cæteriſque finitimis fieret incommoda, tandemque temporum qualitate in triennales pacis ſufferentias conſenſit, vt medio tempore ſeſe ad gerendum bellum commodius compararet, quæ quidem trenga tam per capitaneos limitum Turcici imperij, quam etiam Tartaros, qui tunc in fœderibus aſcripti erant, non ſemel extitere violatæ, in quos quidem Tartaros Tauricam Cherſoneſum incolentes poſt captas magni ponderis vrbes Caffam & Theodoſiam Turcus ditionem ſibi comparauit, & imperium, quod dum maieſtas ſereniſſimi domini mei Regis cognouiſſet, quorſumque res tenderet, conſideraſſet, trengæ quoque ipſæ expiraſſent iuſtis ac neceſſarijs cauſis permota, nil cunctandum rata, ne incautam imparatamque hoſtis domi opprimeret, conſultius fore exiſtimauit foris cum hoſte bellum gerere, quam domi ſibi illatum propulſare, & maxime inſtigante ad hoc ipſam ac ſollicitante Moldauiæ vaiuoda ſubdito ſuo, cui ſe olim ſereniſſimus parens æternæ memoriæ princeps vrbes, dudum per Turcos occupatas Albipolim & Lycoſtomiam (quæ alias Kilia dicitur) iure ſuſcepti ab eo feudi atque fœderum recuperaturum pollicitus, & obligatus erat, dumque id maieſtas ſua validiſſimo & inſtructiſſimo exercitu comparato perficere intraret, idem ipſe vaiuoda Valachiæ præſtita fidei immemor, atque debiti, quo ſe antea iureiurando regno Poloniæ aſtrinxerat, ab obedientia ſuæ ſerenitatis deſciſcens, rebellauit ſiue timore magnitudinis potentiæ Turcorum precibus, ſiue ſolita imbutus pro more gentis perfidia, & ita cœpta ſuæ maieſtatis impediens, atque perturbans, bellum demum neceſſario in ſe conuertit. In cuius belli proſecutione, qua fortuna vſa ſit maieſtas ſua regia, & quorum quantæque auxiliares copiæ aduerſatæ ſunt cœptis ſuæ ſere-*

a Trithem in chron Sponh. hoc ann.

Polonus Germanos ſollicitat ad vertenda arma in Turc.

b Extat to. 2. rer. Germ. ex edit. Freheri, pag. 233

Hortatore duce Moldauiæ bellũ ſuſceptũ eſt.

ſerenitatis, & quantum in ea re delatum ſit poſtulatis ac deſiderio fraternæ maieſtatis ſereniſſimi domini Hungariæ Regis, quemque etiam in finem præfatus Moldauiæ vaiuoda perfidia vſus ſit in maieſtatem regiam firmatis induciis atque fœderibus violatis, æſtimo ſacram maieſtatem veſtram non latere. Sed neque ea perfidia illata contentus fuit, niſi maiorem multo periculoſioremq; nuper adieciſſet, concitans ingentes Turcorum & Tartarorum copias, quibus etiam ſecurum tranſitum atque commeatum per ſuam prouinciam præbuit. Qui quidem crudeliſſimi hoſtes incredibili celeritate vſi, qua omnes alias gentes ſuperant, anni tempore ſibi ad bellandum inconſueto, quali nunquam alias exercitum educere ſolebant, inopinati ſuperuenientes in dominia ſuæ maieſtatis irruperunt, hoc eſt in terras Ruſſiæ nobiliſſimam regni portionem, multarumque vicinarum prouinciarum altricem, quam tanta clade affixerunt, quantum nulla vnquam alia prouincia tam atrociter aut auditur aut legitur afflicta fuiſſe, quoniam in omnem ætatem ſexus vtriuſque, in omnemque conditionem humanam ſine delectu immaniſſime ſæuitum eſt, ſenes & decrepiti, pueri atque infantes, matronæ grauidæ, ſacerdotes, & quidquid religionem Chriſti profitebatur ſaſi omnes crudeliterque obtruncati ſunt, reliqui, quibus vires & ætas validior fuit, capti omnes, & in duram ac miſerandam ſeruitutem abrepti. Sæuitum etiam præter morem humanum in inanimata bruta pecudum omnis generis, ex quibus nihil viui omnino relictum eſt, quodque ferrum abſumere non potuit ignis conſumpſit.

Turcarũ & Tartarorum in Poloniã excurſiones.

37 *Vaſtata deinde pro magna eius parte nobiliſſima prouincia, onuſti rerum omnifaria præda Valachiam feſtinantiſſime repetierunt, vnde redituri auctis maioribus copiis breui ſperabantur, prout de ea ſereniſſimus dominus Hungariæ & Boemiæ Rex fraternæ maieſtati literis ſuis in exitu meo de Polonia ſignificauit, quomodo gener Turcorum imperatoris ſexaginta millibus bellatorum aſſociatus ex Aſia, ſeu Anatolia adueniens iam Danubium traycere incepiſſet Ruſſiam ingreſſurus, vrbeſque & arces prouinciæ eiuſdem Tartarorum, & vtriuſque Valachiæ palatinorum auxilio expugnaturus eſſet. Significauit etiam eodem tempore illuſtriſſimus princeps Alexander magnus dux Lituaniæ Germanus ſuæ maieſtatis huic ſimile, auditu minus gratum ac iucundum, quomodo inſtigante ac ſollicitante Turcorum Cæſare duo vel fortaſſe tres Tartarorum imperatores cum innumerabilibus copiis e ſedibus ſuis mouentes Ruſſiæ terris appropinquarent, iamque ad ripam Boryſthenis fluminis caſtra metati fuiſſent, contra quos omni ſua ſuorumque potentia adunata præfatus illuſtriſſimus Lituaniæ princeps ad reſiſtendum conſurrexit. His tantis ac tam periculoſis rumoribus maieſtas ſereniſſimi domini mei permota, omni ſua ſuorumque potentia congregata, contra hoſtilitatem eam feſtinanter ad occurrendum profectus eſt in partes Ruſſiæ, committens ſe Deo, expectans celerrima, ut in dubitata maieſtatis fraternæ auxilia, quæ ex vtroque ſuo regno & literis & oratoribus certis ſua maieſtas mitteri fraterne ac liberaliter pollicita eſt, ſeſeque in armis paratam neceſſitatibus ſuæ maieſtatis modis omnibus ſuccurrere. Cum igitur maieſtas ſua tanti periculi cauſam, & quæ inde ſequi poſſent incommoda ſecum diligentius reputaſſet, noſſetque dubios bellorum ſemper eſſe euentus, intelligens non vnius regni opum atque virium fore ad ſuſtinendum diu tantum ac tam periculoſum bellum, dignum ac neceſſarium exiſtimauit cauſam communis impendentis periculi ad notitiam ſacræ maieſtatis veſtræ tanquam primarij Chriſtianæ reipublicæ principis, ſimulque vniuerſorum ſacri imperij ac Germaniæ illuſtriſſimorum principum, cuiuſcumque ſtatus ac eminentiæ exiſtant, referre, conſilium & auxilium ſacræ maieſtatis veſtræ atque vniuerſorum tantæ neceſſitati expoſcens atque implorans, quo tantorum tamque validorum hoſtium conatus, atque inſultus communibus Chriſtianorum opibus atque auxiliis reprimi poſſent, ne hoc regnum, quod ſemper ſingulare Chriſtianorum propugnaculum extitit, aſſiduo bello attritum concidere quouis modo aut euerti contingat.*

Expedit ad eos ſe porrectos arma Lithuaniæ.

38 Plura alia addidit Polonus orator, vt Maximilianum, principeſque Germaniæ ad ſacram expeditionem in fidei hoſtos conficiendam impelleret, euertendique Turcici imperij, & Ieroſolimæ recuperandæ ſpe titillauit. Cæterum factis ea de re pluribus conſiliis laudarunt omnes tam glorioſum opus, ſed conferre opes in bellicos ſumptus detrectarunt [a], ac ſomniantium inſtar viſi ſunt leui conatu ad arma coire. Turca vero rabidus tanto impetu in bellum aduerſus Chriſtianos incubuit, vt niſi Deus in eum cœlum niuibus ac gelu armaſſet, afflictam iam pluribus cladibus Poloniam exitio dediſſet. Nã in primis Stephanus Moldauiæ dynaſta Tartarorum, Turcarumq; ſuccinctus copiis primo vere in Podoliam ac Ruſſiam tanta vi tantoque terrore irruperat, vt eas prouincias nemine aduerſante euaſtarit [b], innumeramque Polonorum multitudinem in ſeruitutem abduxerit: *Plurimi*, inquit Martinus Cromerus [c], *mortales vtriuſque ſexus, & omnis ætatis atque ordinis a perſcrutantibus cuncta hoſtibus, & fugientium veſtigia perſequentibus extracti in miſerabilem ſeruitutem abducti ac diſtracti ſunt, ita vt Thracia, Macedonia, Scythia, & Aſia Ruſſis mancipiis implerentur. ſupra centum millia hominum abacta eſſe tunc ferunt cum innumerabili gregum, armentorum, & omnis generis præda. Premiſlia, Radimnum, Iaroſlauia, Preuorſum & complura alia ignobiliora oppida cum innumerabilibus pagis direpta & incenſa.* Auecta in Tauricam Cherſoneſum ea præda, Tartari Præcopenſes nouæ prædæ cupiditate capti menſe Iulio in Ruſſiam Podoliamque iterum irrupere.

Laudatũ factum in Turcas bellum a Germ. ſed neglectum.
a Tritem in chron. Sponheim.
b Michou. l. 4 c. 75.
c Crom. l. 30.

38 Adductus in inuidiam eſt Ioannes Albertus Poloniæ Rex, qui publicæ rei adminiſtratione bellique ſuperiore anno ſuſcepti neglecta curæ libidini & comeſſationibus ſe dedidiſſet, adeo vt, dum noctu ſimulato cultu, cum paucis oberraret ex contracta cum iuuenibus ebriis rixa, accepto vulnere regii officii admonitus, excuſſo torpore, Polonos nobiles ac fratrem Hungariæ Regem in arma ad propulſandos Tartaros, verum ſero, concitauerit [d], cum iam illi ſe cum rapinis in tutiora loca ſubduxiſſent. Diſſoluerat ob receſſum hoſtium exercitum, cum ſeptuaginta millia Turcarum autumno ſuperiorum bellorum reliquias demeſſuri incurrere; qui nullis Polonorum viribus, ſed pugnante tantum, vt paulo ante indicauimus, pro iis cœlo deleti fuerunt, adeo vt Turcæ gentem diuina vi defenſam non amplius bello petendam cenſerent, vt refert Cromerus his verbis [e]: *Sub finem nouembris ſeptuaginta millia Turcarum per Valachiam in Ruſſiam ſeſe effuderunt, omnem eam oram, quæ ad Neſtrum & circum Haliciam, Zidazonium, Drohobicium, & Samboriam eſt ferro & ignis vaſtantes & prædas agentes, neque progrediendi ac debacchandi modum vllum barbari ſibi ſtatuiſſent, nemine ſeſe ipſis obiiciente, niſi cœlitus Deo, ſicut creditum eſt, miſerante populum ſuum repreſſi, atque adeo oppreſſi eſſent, derepente enim intenſum frigus & gelu extitit, & nix tanta decidit,*

Plures Poloniæ vrbes euaſtatæ a Turcis.
d Michou. & Cromer. vbi ſup.
Turcæ pugnãte cælo debellati.
e Crom. ib.

Digitized by Google

dit, ut circumſepti vndique Turcæ, neque progredi neque regredi poſſent; & inſolens id nonnunquam hominibus illis pariter & iumentis mitiore cælo natis & educatis accidebat. Ita iumentis pleriſque omnibus frigore & fame confectis, hominum quoque ſupra quadraginta millia alſiſſe & obriguiſſe memorantur, multi reperti poſtea, qui interfectis equis interiora eorum exenterata, calentes etiamnum ſeſe illatebrauerant, ſed nullo operæ pretio, ſtatim enim calor artus vita & ſanguine deſtitutos deſerebat, reliqui cum ſeſe vtcumque tamen explicaſſent, & in Moldauiam euaſiſſent, a Stephano palatino & Valachis Polonorum inſequentium habitum mentitis, & locorum opportunitate vtentibus, diuexati & contrucidati ſunt, ita vt vix decem millia iſtita tranſmiſſo ſalua euaſerint. In religionem hæc res ceſſit Turcis, ita vt ſibi perſuaderent gentem Polonam atque Ruſſam diuinitus defendi & vindicari, itaque non temere deinceps eam gentem bello ſibi laceſſendam & infeſtandam eſſe exiſtimauerunt. His tot tantiſque malis expiato hominum noſtrorum faſtu, nequitia, cultuſque diuini neglectu, magis propitium deinceps Numen affulſit Poloniæ. Compeſitis deinde in Polonia diſſidijs inſtaurata fuerunt inter Ioannem Albertũ Poloniæ, Vvladislaũ Hungariæ & Bohemiæ Reges, nec non Alexandrum Lituaniæ principem fœdera: Moldauiæ etiam dynaſta a Turcarum ſocietate ad officium reuocatus, ac Maximilianus Cæſar in eorum partes pellectus. Sed licet plura de Turcica expeditione conficienda agitata fuerint conſilia, ea demum ſine vllo ſucceſſu euanuiſſe viſuri ſumus.

Quadraginta eorum millia frigore periere.

Moldauus ad priſtinũ cum Polonis fœdus reuocatus.

39 Hoc anno Chriſtophorus Colonus a, ſiue alias Columbus dictus, III. kal. Iunij inſtructa octo nauium claſſe Bætica in nouum orbem ſoluit, auſtrales Hiſpaniolæ reſpectu terras luſtraturus, ac poſt grauiſſimos æſtus, quibus propemodum incendebantur naues, in amœniſſimæ temperiei cœlum demigrauit per maris dorſum aſcendens, veluti per altum montem cœlum verſus aſcenderet: tandemque pridie kal. Iulij montes longe proſpexit, ac lætus poſtea inſulæ portum ingreſſus eſt, viditque proceræ ſtaturæ homines ſcutis præter arcus & ſagittas vltra aliorum morem armatos, capillis oblongis goſſypina vitta pudibunda tectos, cætera vero nudos, albi autem coloris, quod mirum viſum eſt, cum ab Æthiopiæ parallelo Colonus non diſceſſiſſet, cuius ſtupendæ varietatis affertur hæc ratio a Petro Martyre: *Tunc terrarum illam reliquis eius paralleli regionibus cælo proximiorem eſſe, & a craſſis conuallium ac paludum vaporibus remotiorem credidit, nempe* Colonus, *quanto altorum montium a profundis vallibus ſuprema culmina recedunt, quoniam ſe ab Æthiopiæ parallelis nunquam exiſſe in tota ea nauigatione pertinaciter Almirantus affirmat, tantaque ſit inter vtriuſque terræ incolis, continentis ſcilicet Æthiopiæ, & inſularum natura varietas; Æthiopes enim nigri, criſpi, lanati, non autem capillati; hi vero albi capillis oblongis, protentis, flaui, vnde diſcrimen hoc tantum oriri poſſit alias non video: terræ igitur diſpoſitio, non calorum ſtatus eam cauſantur varietatem. Scimus in torrida zona montibus niues cadere, durareque ſcimus, & in valde diſtantibus ab ea ad ſeptentrionem vrgeri magno calore habitatores.* Ab ea inſula ad occidentem incito curſu Colonus magno impetu ab oriente torrentis vaſti ex altis montibus decidentis inſtar mare decurrere comperit, fauceſque illius maris Os draconis, obiacentem vero inſulam Margaritam appellauit. In terram applicans Pariam dici cognouit, populiſque ampliſsimis in mediterraneis cultam; nec non ingens manſuetorum hominum multitudo torquibus & armillis decora ad noſtros viſendos confluxit: deinde Pariæ vaſtiſſimæ prouincia Cumana, Mancapana, Curiana regionibus perluſtratis, in Hiſpaniolam, quæ a Paria octingentis octoginta duobus millibus paſſuum ad ſeptentrionem ſubmota iacet, directo itinere tertio kal. ſeptembris huius anni ad fratrem ſocioſq; peruenit. At omnia præter ſpem turbida reperit a, nam cum Bartholomæus Hiſpanos, qui ſpretis laboribus ſtupris, rapinis, ac cædibus barbarorum ſe dediderant reprimere niteretur, illi rebellarant, conflarantque in inſula inteſtinum bellum; tum apud Ferdinandum & Eliſabetham Reges criminibus falſis inſimulauerant colonos Ligures, quaſi Hiſpani ſanguinis hoſtes, affectatique noui orbis imperij reos: quare arcano iuſſu intercepti ambo fratres, ob patefactum nouum orbem coronis digniſſimi, poſt tot exhauſtos labores coniecti in vincula ſpoliatique omnibus in Hiſpaniam abducti fuerunt.

a Pet. Mart. dec. 1. c. 6. & Aloyſ. Cadamuſt. c. 105.

Chriſtophori Columbi in nouum orbem varia itinera.

Continẽs detectus.

a Pet. Mar. c. 7. Cadamuſt. c. 105.

Colũbus vnà cum fratre calumnijs oppreſſus.

40 Patefactæ etiam ſunt hoc anno Emmanuelis Regis auſpicijs per vaſtiſſimos Africæ receſſus Indiæ b a Vaſco Gamma, qui cum Calecutium nobile in Malabarico regno emporium omni aromatum genere refertiſſimum appulisset, vigeſima die maij de ſuperato Oceano, patefactaque India gaudio cum ſuis exilijt, quaſi futuros triumphos atque illa regna Chriſti, ac Luſitani Regis imperio adiungenda præſagiret. Conſumptos ferme menſes vndecim in eo itinere obſeruat Maffeus c, atque de inſigni diuinæ prouidentiæ prodigio, quod in ijs Calecuti oris viſitur hæc addit.

Luſtratæ orientalis Æthiopia

b Io. Barr. dec. 1. lib. 4. c. [illegible] Oſor. l. 1. & Maff. lib. [illegible]

c Maff. l. 1.

41 *Iulio ineunte Olyſſippone ſoluerant menſibus ferme vndecim in itinere inſumptis, circa maij exitum in Indiam deferuntur, percommodo ſane tempore, etenim in ijs regionibus cum alia multa admiranda, tum illud in primis omnium phyſicorum ingenia ſuperat, quod in eadem cæli plaga pari ſolis acceſſu receſſuque iiſdem anni menſibus ab ortu trans Gatis,* ita dicitur montium longa ſeries d ducentis porrecta leucis, *iuga, quæ rectu ad Cori promontorium excurſu, quemadmodum ſupra demonſtratum eſt, totam Malabaris longitudinem interſecant, æſtas ac ſiccitas. Ab occaſu cis Gatem hyems & aſſiduæ pluuiæ ſunt, vt in tanta locorum propinquitate, quod ad rationem tempeſtatum attinet, iidem pene populi ſibi mutuo antipodes videantur eſſe. Quam diuerſitatem, quæque de æquinoctiali circulo ac torrida zona antiqui falſo opinati ſunt, & alia eiuſmodi permulta, ſi quis apud ſe diligentius reputet, profecto intelliget omnia, quæ in cælo quæque in terris fiunt non ad neceſſitatem fati, vel ad fortunæ temeritatem, verum ad vnius omnipotentis Dei liberam voluntatem, ac prouidentiam eſſe referenda. Quo tempore Gamma ad Calecutanam oram eſt appulſus, in ea Malabaris parte hyemis erat initium, cum altera quæ ad ortum eſt maximis iam tum caloribus æſtuaret.* Quod ad earum gentium ritus moreſque cum eo penetrarunt Luſitani ſpectat; refert Barroſius e, eos partim Mahumetica, partim gentilitia ſuperſtitione fuiſſe imbutos, Brachmanaſque pythagoreos ſacra apud eos procuraſſe, quorum inſtituta accurate deſcribit Maffeus.

Diuino prodigio in Indiã peruentũ ſe patefactum.

d Io. Barr. ſup. c. 7.

Veterum opinio de zona torrida inculta falſo arguitur.

e Bar. ſup. cap. 7.

42 *Non vnum*, inquit, *Brachmanarum genus, quippe alij liberis operam dant, viuuntque in hominum frequentia, alij cælibem agunt vitam, quos hodie proprio vocabulo Iogues appellant, Gymnoſophiſtas*

olim Græci dixere, ijque partim longiſſime peregrinantur ſtipem emendicantes, & victus veſtituſque aſperitate nacti exiſtimationem ac fidem credulas hominum mentes portentoſis mendacijs, varijſque ſuperſtitionibus in fraudem impellunt: partim in ſolitudinibus aut & ſubterraneis ſpecubus duriſſimo vitæ genere media, vigilia, nuditate, frigoris æſtuſque patientia ſemet ipſi diſtruciant, abſtinentque ab omni corporis voluptate ad certum annorum ſpatium, quo exacto in Abdutos (id nomen ordini) magna cum gloria referuntur. Ij tanquam humano faſtigio celſiores, & omnium rerum licentiam adepti, nullis iam tenentur legibus, & in omni ſcelerum & flagitiorum genere impune volutantur. [Volutantur in omni flagitiorum genere.] *Eſt Ioguibus, id eſt, Gymnoſophiſtis, rector maximus, qui vectigalia perampla diſpenſat, vocatoſque ad ſe certis temporibus impoſtores varias in regiones ad prædicanda impia vanitatis deliramenta dimittit. Hoſce omnes mirum quam denſa in caligine, & quanta in veritatis ignoratione demerſos diabolus teneat. Parabrammam neſcio quem Deorum antiquiſſimum colunt, & ex eo filios tres, quorum in gratiam terna fila gerunt e collo ſuſpenſa.* [Trinum trinitatis imaginē colunt.] *Multis præterea non hominibus modo, ſed brutis etiam animantibus cæleſtes habent honores, & templa ædificant, quibus in priſca illa Romana vrbis magnificentia vix quidquam ſimile extiterit. Sane fanum eſt ſimio dicatum, cuius dumtaxat pecori et nouiſſimarum vſum cuſtodiendo porticus miram in longitudinem exturrit columnarum ſeptingentarum e marmore tanta magnitudinis, vt Agrippa columnas, quæ in celeberrimo quondam omnium deorum templo Romæ viſuntur, ſine dubio adæquent.* [Simium in templo magnificentiſſimo adorant.] *Elephantis etiam religionem numinis tribuunt, bobus autem eo maiorem, quod hominum vita functorum animos in eam maxime belluam immigrare opinantur. Multos habent ſuarum ſuperſtitionum libros magno labore ſtudioque conſcriptos, qui non nihil ad veteris Græciæ fabulas, & augurialem Etruriæ diſciplinam videntur accedere. Hi libri ne in vulgus prodeant cauent quam diligentiſſime, ſed ex ijs arbitratu ſuo depromunt quæ ad populum docendum in concionibus, vel in priuatis colloquijs contracto ſupercilio & magna pompa verborum edifferant, quanquam haud pauca ſuperioribus annis a Brachmane quodam apprime docto, cum ſe ad Chriſtum aggregaſſet, noſtris hominibus prodita ſunt, inque Luſitanum ſermonem accurate conuerſa, tandem ad me peruenerunt, mera nugæ & anilia plane deliramenta, quæ hoc loco ne leuiter quidem attigiſſe opera pretium duxerim,* [Deliramenta habent pro oraculis.] *Ex quo facile apparet quantum immortali Deo populi debeant ij, quibus in tanta aliorum cæcitate Chriſtianam lucem adſpicere datum eſt. Iam de ſacrificijs, libationibus, cæteriſque nefarijs ritibus, quibus vel ad placandos commentitios deos, vel ad expiandos mortuorum manes vtuntur, ſingillatim exponere, vt ſupernacaneum, ita pene infinitum ſit.*

43 Iiſtam Indijs fidem Chriſtianam a B. Thoma Apoſtolo floruiſſe eo tempore, quo Tartari Indiarum Imperatorem ſubegerunt, ex Vincentio Bellouacenſi & alijs vidimus, nec non a Romanis Pontificibus miſſos præcones euangelicos, qui cæleſtem doctrinam inter Tartaros Indoſque diſſeminarunt: ſed eam errorum ſentes, cum interiecti Saraceni commercij facultatem ademiſſent præfocarant, donec diuinæ ſapientiæ placuit per inacceſſa maria iter ad Indos pandere. [Diu floruit in India Chriſti religio.]

44 Porro Calecutienſis Rex hoſpitum Europæorum nouitate perculſus eos honorifice excepit, cuius cultum deſcribit Maffeus [a]. Ex-[a Maff. l. 1]poſiturus [a] vero Luſitani Regis legationem Vaſcus Gamma lenocinatus eſt barbaro dicens [a Barroſ. l. 4. c. 9.] eius nominis famam remotiſſimas gentes peruagatam, ineundæque cum eo ſocietatis Luſitanum percupidum eſſe, addiditque illum mille ac ſexcentarum leucarum interuallo maritimarum terrarum tractus ſuorum opera luſtraſſe, neque a gentium Regibus quiſquam aliud depoſcere, niſi vt doctrina Ieſu Chriſti redemptoris generis humani imbuerentur, & cæli terræque dominum colerent, quem ipſe colebat, ad cuius gloriæ propagandæ gratiam tantos labores in perluſtrando orbe terrarum ſuſciperet: hoc autem liberandarum ab æterno exitio tot Regum & populorum animarum cæleſte beneficium cumulare maxima opum affluentia, onuſtas enim ſerico, pannis, equis, & alijs mercibus naues mittere, quæ aromata aurumque facta permutatione in Chriſtianorum oras ſubueherent: neque a Luſitano Rege aliud exoptari, quam vt diuini Numinis nominiſque Luſitani gloriam promoueret, eaque de cauſa cum Mauris Afris infenſiſſimis Chriſtianorum hoſtibus ingentia geſſiſſe bella, atque in Phutenſi regno quatuor arces munitiſſimas ijs eripuiſſe, atque exinde ſuffuſos inuidia Mauros Luſitano nomini detrahere. [Gamma apud eū legatio.]

45 Ob hæc vero præclara facinora Græcis Romaniſque præfert Luſitanos vt Chriſti vexilliferos Barroſius, qui fidei diuinique cultus pio ſtudio accenſi crucem, ſanctiſſimum ſcilicet Chriſti vexillum, ſignumque redemptionis noſtræ, de quo canit Eccleſia: *Vexilla Regis prodeunt*; non modo ante Maurorum, Africæ, Perſidis, & Indiarum ora circumtulerint, verum apud gentes etiam paganas, quæ nunquam diuini cultus notitia imbutæ fuerunt, defixerint, atque in tam præclaro opere per procelloſa ſæuaque maria ſcopuloſque, per vaſtiſſima terrarum interual' ad ſuos antipodes penetrauerint, quod omnibus incredibile videbitur, qui pericula, tempeſtates, qui famem, qui ſitim, qui nouas ægritudines, qui perfidiam inſidiaſque b a tot barbaris ſtructas, ſuperandas perpenderint. [b Ibid. c. 11] Remenſus in Europam iter eſt Gamma lentiſſimis auris, cum mille ac ducenta leucarum tractum a flumine, cui Infantis nomen impoſitum, vbi Bartholomæus Diaz vltimæ nauigationis limitem fixerat ad Calecutinum vſque aperuiſſet.

IESV CHRISTI

Annus 1499.

ALEXANDRI PP. VI. annus 7. MAXIMILIANI ROMANOR. REGIS annus 5.

1 INcipit annus poſt Chriſtum natum milleſimus quadringenteſimus nonageſimus nonus indictione ſecunda, quo Franciſci Ximenij Toletani, & Ferdinandi Granatenſis archiepiſcoporum pia ſtudia ingentes Granatenſium multitudines a Mahumetis ſuperſtitione ad Chriſti cultum traductæ ſunt, adeo vt vno die tria millia baptiſmatibus ſacris initiata fuerint, cuius rei memoria Toleti & Granatæ anniuerſarijs ſacris xv. kal. ianuarij celebratur. Tum profana delubra Chriſtiano expiata ritu diuino Numini ſacrata, & Mahumetanorum voluminum, quæ aureis diſtincta notis erant, vt eo ſplendore impietatem ſpurcitiamque commendarent, vis ingens flammis iniecta. [Granatēſium tria millia vno die baptiſmo luſtrata.] Qui vero veteri ſuperſtitione irre-

irretiti felices eos euangelij progreſſus abrumpere conati ſunt in officium eiuſdem Ximenij conſtantia redacti fuere, vt eleganter narrat Gomeſius a: *Multa*, inquit, *ad illius vrbis, nempe Granatæ, tranquillitatem, multa ad mutua Chriſtianorum cum Mauris commercia, multa denique ad religionem ipſam ſpectantia excogitarunt, nam cum diuina prouidentia & beneficio Ferdinandus Talabricenſis Hieronymiani ordinis ſodalis, vir ſanctimonia & doctrina clarus, ad eius vrbis pontificatum aſſumptus eſſet; facilius Ximenius ab homine minime ambitioſo obtinuit, vt concordibus animis de illorum ſalute inter ſe communicarent, eoſque omni cura & diligentia ad Chriſti fidem reducendos curarent, quod cum diligenter ſecum conſideraſſent, hæc demum ratio ad id exequendum potior viſa fuit. Vocatis primum ad ſe ſacerdotum illorum principibus (quos illi Morabitos & Alfaquinos vocant) cum ijs quotidie manſuete & comiter de rebus ad religionem ſpectantibus diſputare, nihil per vim cum illis agere, ſed potius omni liberalitatis genere eorum animos ſibi demerendos curare, quod & fecerunt, nam partim ſericeis telis, partim rubris pileis coccineo grano tinctis, quibus gens illa impenſe delectatur, non contemnenda ſumma comparatis donatos a ſe dimittebant. Qui nuper igitur contempti & captiui ſe videbantur, æqua libertate & ſplendore cum victoribus ſe frui cernentes, animis paulatim erga noſtros conciliatis, Chriſti dogmata amplecti cœperunt, populoque deinceps ſuadere, vt mendaci Mahometo abnegato Chriſtum verum Deum ſequerentur. Fuit id adeo prouidens & ſalubre conſilium, vt intra paucos dies Alfaquinorum auctoritatem turba ſecuta ad baptiſmum petendum catervatim conuolarent, nam dies quidam inter feſtos relatus eſt, quo pluſquam tria millia hominum luſtrali aqua expiata ſunt, quos cum non poſſet Ximenius priuatim ſingulos de eccleſiaſtico more tingere, decreuit aſperſorio vniuerſos luſtrare, quod merſionis ſimplicis locum habuit.*

a Gom. l. 2. Surit. to. 5 lib. 3 c. 44 Marian. l. 27. c. 5. & alij.

Egregia Ximen. arch. Tol. nauata opera.

Neophytis muneribus donatis.

Alfaquinorum exemplū turba ſequuta.

2 *Cœpta eſt fieri euiuſmodi conuerſio* xv. *kal. ianuarias anno Domini* MCCCCXCIX. *qui dies Gothicis temporibus Receſuintho Rege procurante angelica ad Deiparam virginem legationi ex inſtitutione Eugenij ſecundi archiepiſcopi Toletani, non autem Ildefonſi, vt vulgo creditur, conſecratus religioſiſſime & perſancte colitur. Cum hoc igitur auſpicatiſſimo die bona quadam Ximenij fortuna tanta res fieri cœpta ſit ingentis huius beneficij cauſa, quo reſpublica Granatenſis tunc per eum affecta fuit Deiparæ virgini, ſub cuius titulo eccleſia Toletana eſt, ſolemnia ſacra cum Granatæ tum Toleti eo die quotannis faciendo curauit. Hæc nunc duabus his celeberrimis vrbibus magna ſenatus religioſi cura celebrari & confici videmus. Bona pars Granatenſis vrbis iam fidem Chriſti libentiſſimis animis ſuſceperat, quando exorti ſunt quidam contumaces & rebelles, qui paternarum traditionum nimis ſtudioſi, dolentesque priſcam Maurorum ſuperſtitionem in Hiſpania funditus eo exemplo perire, populi animos crebris concionibus a Chriſtianiſmo vehementer deterrebant. Hos omnes Ximenius, ne quid detrimenti nouella illa plantatione caperent, vinculis coercitos in cuſtodia detinuit, & quod eius ingenio repugnabat, indignis modis tractari permittebat.*

Feſtus dies Granatenſiū conuerſionis inſtitutus.

Pertinaces Saraceni aſperius habiti.

3 Inter hos fuit Zegri e patritia Abenhamarin familia, auctoritate, animique & corporis dotibus inter Mauros ſpectatiſſimus: is Petro Leoni Ximenij a ſacris miniſtro, vt manſueſceret, traditus poſt aliquot dies ſiue difficultatibus victus, ſiue Dei potius afflatu, nam ſe diuinitus admonitum vt Chriſtianus fieret profeſſus eſt, ſacro initiari baptiſmate a Ximenio popoſcit, & Gonſalij Ferdinandi ob conſertam olim cum Gonſaluo Ferdinandi duce celeberrimo in Granatenſi planitie ancipitem pugnam nomen ſumpſit, quem ad Chriſti cultum traductum religioni amplificandæ plurimum profuiſſe addit Gomeſius: *Commodiſſima, inquit, accidit Ximenij conſilijs hæc Gonzali Ferdinandi Zegri conuerſio: nam ſimul atque id vulgatum fuit, Mauri, quibus priſca ſuperſtitio cordi erat, animis mutatis Chriſtianiſmo inſtantius tantum potuit vnius hominis apud populum auctoritas, qui ſua virtute & animi præſtantia fidem ſibi & amorem inter ſuos peperit, quinquaginta millibus nummum in ſingulos annos a Ximenio Zegris donatus non modo Chriſtianæ religioni apud ſuos dilatandæ, ſed & reipublicæ commodis augendis multis in rebus poſtea vſui fuit, quemadmodum in Ferdinandi Regis catholici hiſtorijs traditur. Hoc ſucceſſu exultans Ximenius occaſionem tam commodam vrgendam, & totam Mahumetanam errorem penitus ex animis illorum, quando opportunitas dabatur, extirpandum eſſe ratus, vbi illorum opiniones morabatur, qui inueteratam conſuetudinem paulatim aboleri conſultum eſſe cenſent, id enim tantum in rebus parui momenti, & vbi de animarum ſalute non agitur, locum habere exiſtimabat.*

Inter eos viri principis conuerſio multum profuit.

4 *Ergo Alfaquinos ad omnia obſequia eo tempore exhibenda promptis Alchoranos, id eſt ſuæ ſuperſtitionis grauiſſimos libros, & omnes cuiuſcumque auctoris & generis eſſent Mahumetanæ impietatis codices facile ſine edicto aut vi, vt in publicum adducerentur, impetrauit. Quinque millia voluminum ſunt ferme congregata, quæ varijs vmbilicis punica arte & opere diſtincta, auro etiam & argento exornata, non oculos modo, ſed animos quoque ſpectantium rapiebant; Multi eis ſe donari a Ximenio petierunt; ſed nemini quidquam conceſſum eſt, ignibus omnia publica in pyra ad vnum exuri iuſſit, præterquam aliquot ad rem medicam pertinentia.* At proximo anno maximæ ſeditiones a Mauris pertinacibus ob felicia hæc fidei incrementa concitatæ ſunt, ac plures, qui Mahometem damnaſſe videbantur, ab Eccleſia ad Mahometem defecerunt, Mahometicamque impietatem etiam in poſteros, qui Chriſtum externa ſpecie colere ſimularunt, propagauere, ſed maiora longe compendia ea mala vicerunt, cum religionis decus in eodem Granatenſi regno tot ſæculis a Mahometana impietate inquinato efflorescat.

Alchorana ad quinque millia flāmis exuſta.

Nonnulli in Mahumetiſmum relapſi.

5 Dum vero ea parte Eccleſia præclaros hoſte de Mahomete triumphos deportat, alia Baiazethes Turcarum Imperator Eccleſiam in Peloponneſo, Macedonia, & Iſtria ſæuiſſime affixit ab ipſis Chriſtianis ob inteſtinas eorum diſſenſiones concitatus. Vulgo auctores a tanti facinoris culpam conijciunt in Ludouicum Sfortiam Mediolani ducem, qui cum Venetos cum Gallorum Rege conſpirare ad ipſum principatu exuendum intueretur, Antonium Bugiardum & Martinum Caſſatum ad Baiazethem miſerit, eique ſignificarit, Francorum Regem ſubacta Italia cum Venetis arma Chriſtiana aduerſus Turcas pro reſtituendo orienti Chriſti cultu verſurum, extantque litteræ eo argumento a Ludouico ad Baiazethem ipſum datæ, quas latinitati donatas Ioſeph Ripamontius hiſtoriæ ſuæ inſeruit. Eiuſdem flagitij particeps extitit b Fridericus Rex Neapolitanus (quippe qui noſſet Gallum expugnato Mediolano bellum illaturum Regno Neapolitano) inde vero maxime euertendi illius ſumpta eſt occaſio, vt videbimus in Alexandri VI. diplo-

Turcarū Imp. a Mediolanenſi in Chriſtianos concitatus.

a dux in bullanue ſſ reg. Neap. conceſſi Ludouico Rucch. l. 3. Sebel enn. 10. l. 9. Cremon. Ferren. l. 3 in Lud. XII. Surit to. 5. l. 3. c. 40. Guicc & alij. Et alfred Reg. Neap. b Sur. id. ibid.

diplomate, quo de gradu deiecto Friderico, regnū illud inter Ludouicum Gallum & Ferdinandum Hiſpanum Reges partitus eſt, quamuis ſcriptores vri diximus, ipſum redarguant, quod irrumpente in Italiam Carolo VIII. huius ſceleris præbuiſſet exemplum.

6 Cæterum Alexander, vt excitatum incendium extingueret, Ioannem Borgiam Cardinalem legatum miſit a Venetias, vt Venetos cum Mediolanenſi, Mediolanenſemque cum Gallo conciliaret, quo Chriſtianorum arma in hoſtes fidei iungerentur. Tum Venetos ad Turcicos impetus retundendos accendit, ac Veneti cleri decumas in bellicos ſumptus impendendas ipſis attribuit: tum alijs apoſtolicis affecit beneficijs, quæ principibus bella ſacra gerentibus conferri conſueuere. Verum legati apoſtolici inanes curæ fuere, cum ipſe Alexander ea ſectione aduerſus Mediolanenſem nulla iniuria laceſſitus, ſed ſpe amplificandi filij ſpurij ſe irretijſſet b.

Decretus ad Venetos Jo. Borg. Card pro communi fœdere in Turcas

a Surii to. 5. l. 3 c. 38

b Burch. in ſ. arc. Vat. ſig. n. 104 l. 3 pag. 47

7 Interea graue damnum paſſa eſt religio & miſeri Chriſtiani, qui in Turcici imperij limine erant, barbaricis excurſionibus contrucidati, vel addicti ſunt in ſeruitutem; Scanderbaſſe enim Illyrici, vulgo Boſſinenſis præfectus, ingenti equeſtri exercitu incendens Venetam ditionem ferro flammaque miſcuit menſe octobri Forojulienſem agrum ad Liquentiam vſque peruagatus: Superioribus diebus, nimirum ineuntis nouembris, inquit Ioannes Burchardus d, Turcæ intulerunt patriarchatum Aquilegienſem dominij Venetorum, & illum depopularunt, villas combuſſerunt, & magna damna intulerunt, etiam fecerunt duabus villis ſereniſſimi Romanorum Regis adiacentibus. Confirmat idem Petrus Delphinus e in literis ad Iacobum monachum Camaldulenſem.

Chriſtiani in Turcico imperio afflicti.

c Pet Iuſt. l. 10 Sabel enn. 10 l. 9 Aug Iuſt. l. 5. Micon l. 4. c. 79. Crom l. 30 Surii ſup. c. 38. & alij plures e Burchar. vbi ſup. pag. 600.

d Pet Del. l. 6. ep 12.

8 Recuperari præda non potuit, immo ceperint a Turcis, vt expeditiores eſſent ad pugnam, metu noſtrorum interiecti ſunt, vt refert Sabellicus f: Villæ, inquit, paſſim direptæ & incenſæ, multique mortales capti, ſententia in captiuos, quod Italis eius gentis expeditionibus accidit, cum ad Tiliauenti ripam ſub noctem feciſſent caſtra, veriti, vt credere eſt, ne ab hoſte intercluderentur, aut certe grauem prædam pertæſi, ingentem captiuorum numerum mares prænſione & fœminas vno in loco fœde trucidarunt. Sic quoque ingens vis mortalium abducta eſt, atque ex omni flore ætatis ſelecta. Ob has Turcarum graſſationes indictas ſolemnes ſupplicationes Venetijs fuiſſe inſtructoſque ingentes apparatus relatum eſt Petro Delphino, qui in diuina miſericordia reponendas præcipuas victoriæ ſpes ita edocuit g: Conuerſos iſtic omnes ad orationem & ad expeditionem in Turcos magnopere probo. Singulare hoc eſt atque vnicum in aduerſis præſidium, Et clamauerunt, inquit, ad Dominum cum tribularentur & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Et alibi: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri magnificabimur. Itemque: Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me, ſaluaſti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudiſti, Audi quid de hoc teſtetur David, tribuens Deo non ſibi victoriam, Et præcinxiſti me virtute ad bellum, & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me, & inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti. Accedente diuino auxilio humanis conatibus, nihil dubito de feliciſſimo noſtrorum congreſſu & futura victoria, præſertim cum hoſtis materiam excitandi belli quæſierit, nulla a vobis prouocatus iniuria prior ipſe in fines veſtros incurſionem fecit militibus eſſe vaſtantibus, abactaque hominum ac iumentorum præda. Precemur Dominum, vt immittat terrorem in efferos Turcorum animos, vt primo ſtatim concurſu & impetu a noſtris opprimantur, deleatque ad internecionem illorum nomine reſpublica Veneta in tranquillitatem redigatur, ac pace terra marique parta congaudeat, &c. Ex Fonte bono die 111. ſeptembris MCCCCXCIX.

Chriſtiani captiui fidei odio cæſi.

f Sabell. vbi ſup.

Turcarū immanes in Italiā excurſiones.

g Pet. Del. l. 6. ep. 3.

9 Mari quoque male geſta res eſt, quippe Veneti florentiſſimam claſſem inſtruxerant ad Othomannicam profligandam, tuendaſque Peloponeſiacas vrbes, quæ Veneto parebant imperio: ſed ob trierarcharum pugnam refugientium magis, quam Antonij Grimani præfecti culpam, adipiſcendæ victoriæ occaſione gemina non vſi, Naupactum, vulgo Lepanthum, amiſerunt, de quo hæc Sabellicus a: Ad Sapientiam, is eſt Sphragiæ inſulæ portus, tumultuaria pugna commiſſa eſt cetera vna Veneta Andrea Lauretano viro fortiſſimo duce, quæ ex Corcyra eo occurrerat, vt pugnæ interfuiſſet cum duabus onerarijs ad bellum inſtructis. Othomannica in vnam aream verius, quam nauem ferociter inuaſere, multiſque conſertim cathenis conſerta eſt atrox pugna, atque vtrique funeſta, nam ad primum prælio congreſſum ſiue hoſtium fraude, vt penitus prælium diſſoluerentur, ſiue caſu aliquo, vt fit, cum immo ingens flamma emicuit, conflatumque eſt incendium, & naues, quæ ex aduerſo conflixerant, quia manicis ferreis conſerta inſolubiliter inter ſe hærebant, & propugnatores, qui in his erant, atrociter abſumpſit: Turcorum plurimi ex ſua cetera in ſubiectum mare metu præcipitante deſiluerunt, ſimulque fuerunt occurſu formati. Nec multo meliore euentu Venetæ triremes pugnam iniuere, nam cum vnam ant altera in confertiſſimas hoſtium naues ferociter inuectæ ingentem ſtragem & trepidationem ediſſent, cæteræ ſiue metu, ſiue quia ſociorum aura, vt trierarchi cauſati ſunt, deſtituerentur, alio curſum tenuere. At hæc cum quibus nomine conſerta eſt multum diuque inter hoſtes cum ſtrage collectata poſt atrocem pugnam, etſi male habita, retro tamen ad ſuos abiverant, quæ eripuerit nobiliſſimam victoriam eo die e manibus amiſſam. Secundum hanc pugnam hoſtis inſtitutam nauigationem repetere, dextrum Peloponeſi littus legens, ore minus tamen quam antea Venetorum incurſibus obnoxius. Sunt interim pleraque naues Turcis ex occaſione redemptæ. Ventum eſt inde ad fauces Naupacti ſinus: hic iterum Venetus hoſtem adortus aliquanto fœdius quam ad Sapientiam cladi paſſus eſt, nam cum loco & nauium robore apparatuque multo ſuperior eſſet, facilis eſſet futura victoria, ſi hi, quibus datum erat negotium, fortiter obiuiſſent, ſed pluribus pugnam detrectantibus, hi, barbaros, qui a principio de fuga cogitaſſe dicitur, vt ſi Venetus paulo ferocius fuiſſet inuectus in terram ad ſuos relictis nauibus egrederetur, terreſtris enim Turcicus exercitus ſimul cum claſſe oram legebat, præter ſpem ſinu potitus eſt, quanquam non ſine iactura aliqua interceptarum a Veneto nauium onerariū. Inde Othomannica claſſis dextram ſinus oram Naupactum vrbem vetuſtiſſimam Venetis ademit, hodie Lepanthum, vt plerique corrupta voce nominant.

Naupactum Venetis ereptum.

a Sabell. vbi ſup.

Atrox prælium nauale.

Vincendi occaſio amiſſa a Venetis.

10 Turcicam oppugnationem non ſuſtinuiſſe Naupactenſes & alios finitimos, ſed mox deditionis nuncupaſſe verba, tradit Turcogræcæ hiſtoriæ b auctor, qui belli huius cauſas etiam refert, nempe Baiazethem, ſuperſtite Zizimo, coluiſſe pacem cum Venetis, illo autem ſublato, ſolutum metu occluſum odium in Chriſtianos

b Turcogr. lib. 1.

mox

mox effudiſſe. Conflata inde maxima inuidia Grimano, qui eam magis anxit, cum neque in trierarchas, qui certamen abnuerant pro imperio animaduertiſſet, neque expectato ſucceſſore e prouincia deceſſiſſet. Reuerſus itaque in custodiam publicam traditus ex vinculis cauſam dixit, quod vbi illius filius Cardinalis accepit, Venetias, vt parenti opem ferret, Roma prouolauit, vt refert Ioannes Burchardus hiſce verbis a: *Feria tertia xv. menſis octobris receſſit ab vrbe Reuerendiſſimus dominus Cardinalis Grimanus cum ſeptem familiaribus tantum, aliquibus ex alijs ipſum ſequentibus, iturus Venetias pro liberatione domini Antonij Grimani genitoris, qui in dies ibidem expectabatur, per dominium detentus iudicandus, nam cum Rex Franciæ, vt Ludouicum ducem Mediolani facilius vinceret, ſe cum Venetis colligaſſet, & in euentum victoriæ Cremonam, ac omnia loca, caſtra, terras, & oppida vltra flumen Addam, ſeu citra reſpicientia a parte ciuitatis Bergomenſis & Brixienſis ſita dominio Venetorum libere perpetuo adiunxiſſet, magnus Turcus magnam claſſem maritimam & terreſtrem parauit, de quo Veneti ſuſpicati, etiam ipſi claſſem ordinarunt ad loca Turco vicina, cui Venetorum claſſi Rex Franciæ & magnus magiſter Rhodi plures naues ſeu ligna addiderunt. Conſtituerunt Veneti claſſis ſuæ capitaneum dominum Antonium Grimanum procuratorem S. Marci magni nominis virum, qui itinere accepto, & ad locum ſeu paſſum deputatum promotus, cum Turcus verſus Naupactum & Corcyram & alia loca potenti armata pergeret dominus Antonius Grimanus capitaneus eum formidans non eſt auſus ei reſiſtere, ſed ſe ad portum recepit, Turcus propoſitum ſuum proſequens Naupactum, & ſucceſſiue alia loca potenter inuadens ditioni ſuæ ſubtraxit, cuius rei cauſam prædicto domino Antonio dederunt, & alium capitaneum deputantes dominum Antonium detentum Venetias mitti mandarunt, vt eum pro commiſſo crimine punirent. Dubitauit Cardinalis ne ſine cauſa pater capitalem ſubijſſet ſententiam, vel cum magna gratia & fauore perpetuam relegationem & omnium bonorum ſuorum confiſcationem; ideo profectus eſt, vt præfertur, Cardinalis ipſe Venetias, vbi id Roma relatum eſt, ſingulis noctibus ſecrete apud patritios hinc & inde genitoris ſui innocentiam declamando eius liberationem pertractabat.*

Grimanus præfectus claſſis cauſam e vinculis dicere iuſſus.

a Burch. t. 3. diar. pag. 589.

Gallorum cum Venetis fœdus pro ſpoliando Mediolanenſi.

11 Quantumuis Cardinalis patris ſui cauſam tueretur, & obiectam imperij mollitiem diſceſſumque e prouincia excuſaret, quod Gallica claſſis illum deſecuiſſet, nec prece nec gratia ita potuit iudices flectere, quin ille afficeretur exilio b in inſulam Liburniæ obiacentem, cui Oſſaron nomen eſt, deportaretur, vnde poſtea reuocatus in patriam dux renuntiatus fuit. Ex ijs conſtat falſos fuiſſe rumuſculos, qui de parta victoria ad Petrum Delphinum c perlati fuere. Quod vero ad Gallicam claſſem attinet, compoſita erat, vt refert Iacobus Boſius d, ex viginti duabus nauibus maioris aluei, miſſaque in orientem fuerat, vt Rhodo opem ferret, ſiquidem bellici Turcarum apparatus fama increbreſcente creditum fuerat, Baiazethem de Rhodijs opprimendis cogitaſſe, ſed vbi conuerſos in Venetum imperium barbaricos impetus cognitum eſt, Gallica claſſis, tum Rhodiæ naues, quæ vel in Liguria Siciliaue inſtructæ fuerant, Venetis ſe coniunxere, adeo vt Chriſtiana claſſis centum & octuaginta apparatiſſimis nauibus conflaret, cui Turcica, licet ad ducentas & ſeptuaginta aſcenderet, robore tamen & viribus longe inferior erat, ſed Antonium Grimanum, vel trierarchas Venetos Turcicarum nauium numerus, terruerat, ita vt quemadmodum dicebamus, pugnandi occaſionem omiſerint, quamobrem indignati Galli abſceſſere. Cæterum vt præter Naupactum alias etiam vrbes inſignes Baiazethem Venetis ademiſſe, proximo anno dicetur.

Cardinalis Grimanus patrem tuetur.

b Sabell. enn. 10. lib.

Pulſus in exilium Griman. præfectus ac deinde reuocatus.

c Petr. Del. l. 6. ep. 4.

d Boſius p. 2. l. 15.

Florentiſſima Chriſtianorum claſſis.

12 Afflictis in oriente Chriſtianis rebus opitulari conatum Pontificem narrat Cromerus a, ac Germanos, Hungaros, Bohemos, Polonos ſacram in Turcas expeditionem commouere, ad quam conficiendam anno ineunte comparatos ſe oſtenderant, nam Maximilianus Cæſar ſcriptis vltima ianuarij ad Petrum Aubuſſonium Rhodiæ militiæ principem, eundemque Cardinalem literis rogarat b, vt in Germaniam ad ſolemnes conuentus, in quibus bellum ſacrum decernendum erat, oratores mitteret, cum illius equeſtris militiæ ad religionem propagandam conditæ conſilijs regi vellet; pariterque Ioannes Albertus Rex Poloniæ ei ſignificarat c, prouinciam Turcis Tartariſque conterminam Rhodio ordini tradere ſe decreuiſſe, vt eam aduerſus barbaricas excurſiones tuerentur, Chriſtianique imperij limites proferrent. Sed Maximilianus Romanorum Rex, quantumuis Baiazethes graſſaretur in Chriſtianos, arma aduerſus barbarum non vertit, quod Gueldrenſi primum bello, deinde Heluetico implicitus fuerit d. Polonus etiam cum Germaniæ turbas & Italiæ incendium, de quo dicetur inferius, contemplaretur, tanti belli molem ſuſcipere non eſt auſus e: & ita ob Chriſtianorum diſſenſiones Eccleſia a Mahometanis oppreſſa eſt, cum vel ſoli Germani, qui mutuis vulneribus in tumultuarijs pugnis ſeſe conficerent, inſignem de Turca triumphum deportare potuiſſent. De cruentis enim Germanorum in ciuili bello ſtragibus hæc refert Nauclerus f.

a Cromer. lib. 30.

b Boſius ſup. l. 15.

Maximilianus Germanos concitare niſus in Turcas.

c Id. ibid.

d Naucl. vol. 2. gen. 50.

Mutuis bellis illi ſe conficiunt.

e Crom. l. 30.

13 *Anno ſalutis MCCCCLXXXXIX. circa finem februarij in ſuperiori Alemannia haud longe a fontibus Rheni fluminis inter domum Auſtriæ & Heluetios alias confœderatos ſeu Suitenſes exorta eſt grandis turbatio, quæ paulatim deſcendens per lineam Rheni quaquauerſum vſque ad Baſileam bellum ſuſcitauit atrociſſimum: in eo namque bello, etſi nunquam totis copijs bellatum ſit, cæſa tamen diuerſis in locis & pugnis referunt viginti millia pugnatorum, quale non memoratur, niſi fallor, a centum annis & citra in omnibus bellis illarum partium fuiſſe viſum vel auditum, venerunt enim ad arma duo populi finitimi. Auſtria domus Regis Romanorum Maximiliani patrimonium eſt proprium: is tum aberat bello apud Gueldrenſes occupatus. Erant per idem tempus in vrbe Conſtantia congregati primates Sueuorum tractantes de liga eorum renouanda: hos Auſtrij veluti ſocios locum tenentes pro Rege in auxilium contra Heluetios inuitabant. Quærebant hi media pacis & inueniſſe ſe arbitrabantur; ſed noua repente turbatio exorta cuncta compoſita diſſipauit: quo factum eſt vt, etſi non dum concluſa eſſent capitula omnia in liga Sueuorum, opem tamen ferre Regi dignum ducerent, & cum hi belli motus perueniſſent ad Regem, totum ipſe imperium contra Heluetios ſuos hoſtes inuocabat, propter quod nonnulli principes communitateſque auxiliares copias miſerunt, vnde mirum videri poſſet, quod Heluetij angulum Alemanniæ perexiguum tenentes tanti imperio reſiſtere auderent: ſed ſi quis vires Heluetiorum & eorum ſitum perſpiciat, non multum mirabitur.* Et infra: *Acceſſerunt autem hac tempeſtate illis ſocij homines de liga Griſea bellicoſi, eiſque parent Abba-*

f Naucl. vbi ſup. Bilibardus de bello Heluet. l. 2. Mutius l. 30 & alij.

Viginti millia bellatorum cæſa

In Heluetios vniuerſa Germania concitata

cellen-

cellenſes. *Sunt illis & alia percommoda, quod veluti ex vna ciuitate, in qua præter ciues nemo habitat, & vt vnum corpus vnius animi & voluntatis exeuntes pro libertate, vt aiunt, conſeruando pugnant. Hac illis audaciam præſtant, & quod parati ſunt mori, vel vincere, &c.* Addit Heluetios ſtrenue Germanorum propulſaſſe impetus adeo, vt in prælijs Germani plures quam Heluetij ceciderint, ac demum cæſareas collectitias turmas moribus ſtudijsque diſſonas fuiſſe diſſolutas.

Reſiſtunt illi vniuerſo imperio.

14 Scripſit de hoc funeſto Heluerico bello Bilibaldus Pyrckeimerius Norimbergenſis a, qui in cæſareo exercitu merebat, ac varia certamina deſcribit b; quibus Heluetij cæſarianos longe numero ſuperiores fudere, atque inter has bellicas clades dira adeo fame laboratum eſſe, vt fœminæ plerique pecorum inſtar herbas in pratis depaſcerent; quod triſte ſpectaculum ſe inſpexiſſe ait, cum a Cæſare in vallis Tellinæ confinia mitteretur ad commeatus a duce Mediolanenſi pro alendo exercitu, qui plures dies ſine pane exegerat, excipiendos: *Accidit, inquit, vt forte iter faciendum per villam magnam, ſed exuſtam tranſirem, in cuius exitu duas deprehendi vetulas, quæ agmen quadraginta fere puerorum paruorum, necnon puellarum haud ſecus ac pecorum greges præ ſe agebant. Erant omnes extrema macie obtinendum confecti, vt effigie ſua, præterquam quod mouerentur, haud multum defunctis abſimiles; ita vt aſpicientibus horrorem quemdam injicerent. Interrogaui vetulas quonam turbam tam miſerandam ducerent, at illa tanquam attonitæ, ac vix præ dolore ac fame ora aperire valentes, reſponderunt confeſtim me viſurum, quonam tam infelix agerent iuuentus. Vix hoc dixerant, cum ad pratum quoddam deuentum eſt, in quod ingreſſi ac in genua prolapſi beſtiarum inſtar herbas depaſcere cœperunt, hoc vno diſtantes, quod illa morſu veſcuntur, hi vero manibus cibum decerpebant, & iam vſu herbas diſcernere didicerant, ac nouerant, quæ amaræ ſeu inſipidæ, quæ ſuaues aut guſtu eſſent præſtantiores, præcipue vero herbam eligebant acetoſam, quam & præ cæteris dignoſcebant. Ad tam dirum igitur ſpectaculum obſtupui, ac tanquam amens diu conſtiti: Rurſus igitur vetula inquit: En ſcires cur tam calamitoſa hæc turba huc ſit deducta, cui longe magis profuiſſet, ſi nata foret nunquam, quam tot ærumnis ſubjici, ac tam miſeram exigere vitam, ferro ceciderunt patres, fame vero matres, ablata ſunt bona, & in prædam ceſſere, ac habitacula flammis ſunt abſumpta; nos miſeræ ob extremam ſenectutem hic ſumus relictæ, quo infeliciſſimam hanc iuuentutem brutorum inſtar ad paſcua agamus, & quantum valemus h... victum eſſe ſuſtentemus, ſperamus tamen breui tam illos quam nos a tantis abſolutum iri miſeriis, etenim quamuis duplo plures fuiſſent, breui tamen ad hunc redacti ſunt numerum, cum quotidie aliqui fame & inedia deficiant, longe profecto celeri morte, quam prolixiori vita feliciores. Hæc cum dixiſſet ac audiuiſſem, lachrymas continere nequiui, tam miſerandam hominum ſortem miſeratus, ac bellorum furorem merito deteſtatus.* Cæſarianos pariter fames ita preſſit, vt aliqui ad herbas vorandas ſe conuerterent, alij in inſaniam, in rabiem alij agerentur, vinumque adepti, illud cruore ſuo, dum petebantur, fœdarent.

a Bilibald. l. 2 de bell. Heluetico. in ſcrip. Germ. ex edit. Freh. b

Dira fames.

Puerorũ greges ad herbarum pabula aguntur.

Nefanda dirum Cæſarianorum.

15 Porro bellum hoc funeſtum a Francorum Rege concitatum idem auctor aliique memorant a, vt Ludouici Mauri Sfortiæ ducis Mediolanenſis euertendi occaſionem captaret, qua opportune vſus illum principatu turbinis inſtar dispulit, vt fuſe Itali, Galli, Germanique ſcriptores a proſequuntur. Spectare Inſubriam ad ſe iure hereditario auiæ Valentinæ ſororis Philippi Mariæ vltimi Vicecomitum ſtirpis principis, qui nulla legitima virili prole ſuſcepta obierat deuolutum contendebat Ludouicus XII. ſed Franciſcus Sfortia, qui Philippi filiam notham duxerat eundẽ principatum inuaſerat, tranſmiſeratque in poſteros, a quibus Gallus auitum ius repetiuit, ſultumque legibus promulgauit, vt nitide Nauclerus exponit b: *Menſe, inquit, octobri Rex Francorum Ludouicus apparatu magno & copijs armatorum duxit in Italiam, prætendens Mediolanum & totam Inſubriam in ſuam vindicare poteſtatem ex cauſa, quod extincto quondam ſine liberis Philippo Maria, ad Valentinam ſororem legitimam Regis auiam maternam ducatus hereditario iure ſpectabat, quem tamen ducatum Franciſcus Sfortia, qui illegitimam præfati Philippi filiam vxorem habebat, vi armata inuaſerat, ipſeque & liberi eius, quorum ipſe Ludouicus vnus eſſet, vitio ſpolij nequaquam purgato, detinerent occupatum.*

a Id. ibid. Sabellicus. nead 10. lib. 9. & alij.

a Sebaſt. Branc. m. s. arch. Vat. ſign. n. 111. Burchard. vbi ſup. Corio par. 7. Sabellic. 10. l. 9. Ferron. in Lud. XII. Guicciard. in eod. Aug. Iuſt. lib. 4. Bembus. l. 5. gen. 30. Panuin. in Alex. VI. Mut. lib. 30. & alij. De iure Gall. Regis in ducatu Mediol.

b Naucler. ibid.

16 Antequam vero eam expeditionem conficeret regni res compoſuit Ludouicus, & cum Anglo, cum Hiſpano, cum Philippo Maximiliani filio duce Burgundiæ Belgijque principe, reſtitutis nonnullis controuerſis terris, fœdus inſtaurauit c, nouumque pepigit cum Pontifice ac Venetis, quod diu latuit Ludouicum ducem, donec menſe iulio pontificio tabellario, qui ad Cæſarem Borgiam mittebatur, intercepto, quæ in ſe capta erant conſilia cognouit d, quibus adeo conſternatus eſt animo, vt Baiazethem Turcarum Imperatorem ad inferendum Venetis bellum, quo ipſos orientali implicitos ab Inſubrico diſtraheret, concitarit, vt ſuperius enarratum eſt; illius vero frater Aſcanius Cardinalis ex pontificia aula fuga ſe ſubduxit. Tum menſe auguſto præmiſſus e a Ludouico Rege fortiſſimus exercitus Ludouico Lucemburgenſi Ligniaco principe, Eberardo Stuardo, albino Scoto, & Ioanne Iacobo Triuultio ducis Mediolanenſis hoſte infenſiſſimo præcipuis ducibus, primo impetu Araxi & Anonis obiectas arces cepere, indeque Alexandriam, quam ducis frater Galeatius tuebatur, magnis molitionibus aggreſſi, ſinduſ flexu in eam irrupere, eandemque diripuere, cuius cladis terrore perculſum Ticinum deditionem fecit, pariterque reliquæ Mediolanenſis imperio obnoxiæ ciuitates vna cum oppidis in Gallorum poteſtatem certatim venerunt; inuiſus enim cunctis erat ob acerbioris imperij ſui ſæuitiam Ludouicus Mediolanenſis, quod cum ipſe animaduerteret non in armis, ſed in fuga ſpe repoſita, vna cum vxore, liberis, atque ingenti theſauro in Germaniam præcipiti fuga profectus eſt, vt Cæſaris, cuius ſupremo imperio Inſubria parebat, viribus contra Gallicam vim ſe tueretur. Vt autem illi, ita & Mediolanenſibus ſe defendendi animi defuere; mox enim ampliſſima ciuitas ad omnes incertorum euentuum auras ſuſpenſa Gallos excepit; exemploque ſuo finitimas vrbes ad defectionem traxit, ac paucis poſt diebus arte & ſitu munitiſſima arx Mediolanenſis, quæ in annos aliquot omni bellico apparatu inſtructa erat, a Bernardino Curtio Ticinenſi, quem Maurus ab ineunte ætate educauerat, cuique adeo fidebat, vt illi potius, quam Aſcanio fratri Cardinali vltro poſcenti, eandem arcem cuſtodiendam tradiderit, auro victori Gallo diuendita eſt, quas rerum ſubitas conuerſiones Ioannes Burchardus his verbis monumentis ſuis mandauit f.

c Ferron. in Lud. XII. lib. 3.

d Burchard. lib. 3.

A Mediolanenſi in Venetos Turca incitatus.

e Guicciard. lib. 4.

Alexandria vaſtata a Gallis.

Ticinum & aliæ vrbes deditionem faciunt.

Ludouicus dux fuga ſe ſeruat.

Arx Mediolan. a præfecto proditore diuendita Gallis.

f Burc. tom. 5. pag. 100.

Die

17 *Die xv. præſentis menſis ſeptembris nunciatum eſt, Regem Franciæ Alexandriam, Tortonam, & multas alias ciuitates & loca ducatus Mediolani ſibi ſubiugaſſe: illuſtrem dominum Ludouicum ducem Mediolani circa finem auguſti proxime præteriti a Mediolano receſſiſſe per lacum Comanum ad dominium ſereniſsimi Romanorum Regis; filios ſuos cum reuerendiſsimo domino Aſcanio præmiſiſſe, ac ſeptem milliones auri ſecum deportaſſe; dixiſſe autem receſſum ſuum ex Mediolano oratori dominij Venetorum: Vos, domini Veneti, mittitis mihi Regem Franciæ ad prandium? certifico firmiter vos eum habituros ad cœnam. Poſt eius receſſum Mediolanum ſe ditioni Regis Francorum ſubmiſiſſe; & multa alia dicta ſunt de arce: caſtellanum caſtri Mediolani, in quo erant quadringenti Alemanni, & circiter mille quingenti Itali, quod caſtrum bombardis, ſclopetis, baliſtis, & omnibus generibus armorum munitum erat, & prouiſionem grani, & omnium neceſſariorum pro tribus annis perſonis prædictis, & ad eorum numerum, ac alias ad defenſionem copioſe habebat, de caſtro ipſo Regi Franciæ conſignando tractaſſe, ac receptis ab ipſo Rege multis millibus ſcutis & quodam ſtatu, ſeu dominio in regno Franciæ, caſtrum ipſum XVII. ſeptembris præſentis domino Ioanni Iacobo de Triuultio nomine Regis acceptanti conſignaſſe, ac plura alia.*

Veneti commoniti de bello impendente a Gallis.

18 Tantam ob infidam adeoque turpem proditionem, infamiæ maculam ſuſcepit Curtius, vt Galli, a quibus præmia perfidiæ ſuæ acceperat, cum grauiſſimis probris onerarint, ex quibus pudore oppletus, oppreſſus conſcientia ſceleris paulo poſt partas opes cum vita dimiſit. Euerſum fuiſſe principatu iuſto Dei iudicio communi fama vulgatum eſt, vt oſtendunt Petri Delphini ad alterum eiuſdem nominis & cognominis nobilem virum datæ literæ a: *Actum eſſe de principe Mediolani mirari videtur nemo, quem mores ac vita hominis nequaquam latebant, facile ſibi fuiſſe vnuſquiſque arbitratur, huius diuinaſſe interitum. Ab alio expecta, alteri quod feceris. Captu vero a noſtris, quæ tamen, vt ſcribis ſponte ſe dedidit, pars illa omnis ditionis Mediolanenſis, quæ citra Abduam fluuium ſita eſt, venire mihi in mentem fecit ſermonem Samuelis ad Saul Regem Iſrael. Sciſſit, inquit, Dominus regnum Iſrael a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Fodere vobis, tentauit foueam, & incidit in eum. Vale. Ex Fonte bono die XIV. ſeptembris MCCCCXCIX.*

Proditionis triſtes fructus.

a Burch. cod. l. 3. Naucl. vol. 2. gen. 50.

Rex Gallor. ſplendide a Mediolanen. acceptus.

19 Exciuiſſe illum inter alia flagitia Turcas in Italiam contra Venetos Petrus Barrocius epiſcopus Patauinus affirmauit de temporum horum iniquitate queſtus, cui Petrus Delphinus hæc reſcripſit: *Memini te ante compluſes annos, ſicut ex literis tuis patet, vaticinatum fuiſſe ruinam illius, cuius modo feciſti mentionem, qui amiſſu fere in momento temporis & in ictu oculi tyrannide, antequam vidiſſet hoſtem, ad alienos ſe proripuit, ſubditorum oppreſſio, exactiones immodicæ, pudor nullus, nulla religio, ita diuinare de illo haud dubie ſuadebant, ſed a Deo proſtratus in interitum cur nis forte erigendus eſt ad ſalutem, & mutandus in virum alterum, etenim ſicut legimus non ſinere multo tempore peccatores agere ex ſententia, ſed ſtatim vltionem adhibere magni beneficij eſt indicium, quamquam ſi ipſe & alij cum eo, vt affirmas, concitauerunt Turcos aduerſus ciuitatem noſtram dilui niſi ingenti pœnitentia & cruciatu tantum non poterit ſcelus. quomodo enim compenſaturi ſunt ij, qui ſe huius rei fecerunt auctores tantam hominum ſtragem, raptus virginum, templorum euerſiones, vaſtationes agrorum, villarum direptiones atque incendia? &c. Muſolcci die XXIX. octobris MCCCCXCIX.*

20 De inopina victoria factus certior Ludouicus Francorum Rex Lugduno Mediolanum prouolauit, atque a ciuibus exceptus a eſt magnificentiſſima pompa, quam deſcribit Nauclerus rerum huius temporis ſcriptor accuratiſſimus b: *Nullo, inquit, reſiſtente, & ſine ſanguine Rex Mediolanum accepit, nam cum ex Bynaſco exiuiſſet a Mediolano decem millibus paſſuum, nobiles ciues, mercatores, vniuerſaque ciuitas effuſa, vſque ad tria milliaria illi obuiam ibant. Præceſſerunt tum quadraginta pueri, vt fertur auratis & ſericis induti, palmas portantes in manibus, alij Regem magnum venire, alij libertatem patriæ adeſſe carminibus deſignantes, geſtabant etiam vexillum magnum cum inſignibus Francorum, habitaque eſt elegans oratio a puero concludens Regem ipſum non minus eos, quam parentes eorum a libidine & furore tyranni liberaſſe. Sequebantur quingenti iuuenes amicti pretioſiſſimis ornatibus, quos ſequebantur vigintiquatuor ſenes aureis veſtibus inſignes ſenatorum more, vrbis claues ex auro ſolido Regi præſentantes. Poſt illos viginta vtriuſque iuris doctores geſtantes pallium aureum, ſub quo Rex Mediolanum ingreſſus eſt, poſt hos multitudo magna nobilium & mercatorum. Præceſſit clerus & religioſi cum reliquijs. Sequebantur Regem Cardinalis de Borgia ſedis Apoſtolicæ legatus, Cardinalis S. Petri, Cardinalis Rothomagenſis, dux Subaudiæ, Valentiæ & Ferrariæ duces, Mantuæ & Montisferrati Marchiones, Venetorum & Genuenſium oratores, & Rex ipſe ad arcem deductus eſt.*

a Bizar. hiſt. Gen. l. 17. Aug. Iuſt. l. 5. Foliet. l. 12.
b Bizar. vbi ſup.

21 Quod ad Genuenſes attinet; vbi Gallum Mediolano potitum perceperit, communi conſilio victoris poteſtati ſe permittere, vt domeſticas tollerent ſimultates, conſtituerant c, quantumuis Auguſtinus & Ioannes Adurnius, vt priſtinam dignitatem, qua floruerant in republica, retinere anniterentur; ſed votis deluſi vrbe exceſſerunt. Delecti itaque fuerunt viginti quatuor ciues fide, rerumque gerendarum vſu ſpectatiſſimi, qui legationem hanc apud Regem obirent: *Admiſſi*, inquit Bizarrus, *in colloquium, & ab eo quam humaniſſime excepti æquis conditionibus, atque pactis reipublicæ ſummam ei hac lege & conditione publico nomine tradidere, vt ſemper conſeruatis priſtinis immunitatibus, alijſque ſtatutis & priuilegijs hactenus ab exteris principibus conſeruari ſolitis, Rex vrbi præfectos daret, quorum fide, iuſtitia, atque prudentia reipublicæ ſalus atque dignitas continerentur:* Obſtrinxiſſe hoſce iureiurando vigeſima ſexta octobris die Ligures, ipſos Ludouico Regi fidos & obſequentes fore Iuſtinianus refert d, cum biduo ante duo ex oratoribus Genuenſibus, dum feneſtræ incumberent miſerabili humanæ fragilitatis exemplo, præcipites in terram alliſi expiraſſent. Miſſus vero a Gallo Rege Genuam Philippus Cliuenſis ducis frater regius affinis reipublicæ gubernacula tenuit. Nec minori celeritate Veneti, quorum res in oriente Ludouici ducis Mediolanenſis hortatu in Peloponeſo & Iſtria a Baiazethe Turcarum Imperatore vehementer atterebatur, in Cremonenſi agro bellum confecere, Petilienſium enim comite duce, & Antonio Mauroceno, ac Melchiore Triuiſano legatis, quidquid circa Abduam eſt Cremonamque ex percuſſo cum Gallis fœdere ſuæ ditioni ſubiecerunt e. His addit Sabellicus f: *Et Sfortiani per hæc nobiliſſimo principatu exciderunt anno milleſimo ſalutis atque vndequingenteſimo, qui quinquageſimus fuit ab eo,*

Genuenſes in eiuſdem ditionem ſe conferunt.

Funeſtus Genuenſ oratorũ caſus.

c Aug. Iuſt. vbi ſup.

Cremona & agro cis Abduam potiti Veneti.

e Burchar. l. 3. pag. 558. Sabel. enn. 10 l. 9. Ferro l. 3. f Id. ibid.

to, quo Franciſcus Sfortia Ludouici pater fuerat Mediolano potitus.

22 Euerſis ita Sfortianis bellum Riarijs eſt illatum; Alexander enim legum acerbitate vſus in fiduciarios principes, qui officij obliti annua vectigalia pontificio ærario non intulerant honore deiecit eos, vt teſtatur Burchardus a: *His diebus,* nempe medio circiter octobri, *ſanctiſſimus dominus noſter facta conſu, quod domini ſeu vicarij Ariminenſes, Piſaurienſes, Imolenſes, Fauentinenſes, & dux feudatarij eccleſiæ Romanæ cenſum ſibi & cameræ apoſtolicæ annuatim debitum non perſoluerant, auctoritate apoſtolica, non tamen conſiſtorialiter priuauit eos, & declarauit priuatos. Præterea communitas Mediolanenſis mutuauit cameræ apoſtolicæ* XLV. *millia ducatorum eiſdem diebus pro conducendis gentibus armorum ad intrandum manu forti ciuitates prædictas & eorum loca. Recepit huiuſmodi pecunias nomine Romanæ eccleſiæ dominus Cæſar Borgia dux Valentinus filius Papæ, capitaneus gentium prædictorum, & pro earum reſtitutione obligarunt ſe communitati Mediolanenſi prædictæ reuerendiſſimi domini Cardinales de Borgia legatus de latere & S. Petri ad vincula.*

a Burchar. cod. l. 3. pag. 590.

Proceres fiduciarij ob non ſolutum vectigal exauctorati ab Alex.

23 Fulta b erat iure pontificia cauſa, verum non Romanæ eccleſiæ dignitatem ac iura aſſerere ſtuduit Alexander, ſed ſpuriorum opes amplitudinemque augere, inque ipſos eiuſdem eccleſiæ principatus deriuare nitebatur, nam & Lucretiæ filiæ ſpuriæ Spoletum tradidit c, & Riarijs Sixti IV. pronepotibus iure exutis, longe turpius eccleſiaſticarum vrbium imperium in Cæſarem Borgiam tranſtulit, vtque cum Francorum Rege conuenerat, ab eo flagitauit, vt regias copias Borgiæ, qui cum ipſo e Gallijs venerat, traderet, vt iuncto eccleſiaſtico exercitu Æmiliæ tyrannos exturbaret. Obſecutus eſt Alexandri votis Rex, ac Riarij graui bello a Borgia oppreſſi ſunt, vt memorat Burchardus hiſce verbis d: *Feria ſecunda* XVIII. *nouembris dominus Cæſar Borgia de Aragonia dux Valentinus filius Papæ, olim Cardinalis Valentinus,* & infra, *ſecrete rediit ad vrbem ad palatium Papæ, cum quo manſit vſque ad diem Iouis* XXI. *dicti menſis, qui in mane receſſit etiam ſecrete, aſſociatus tamen a gentibus Papæ. Equitauit verſum Imolam, quam paruum poſt violenter ſibi ſubegit cum caſtro, & filios quondam domini Hieronymi comitis nepotes reuerendiſſimi domini Cardinalis Georgij eiuſdem ciuitatis dominos violenter ſpoliauit.*

b Sabell. enn. 10 l. 9.

Eccleſiæ principatus in ſpurios confert Alex.

c Burch. l. 3.

Exuit ijs pronepotes Sixti IV.

Galli cũ eo iungũt arma

d Ibid. pag. 601. Sc. aſt. : ra duar in ſ. arch. Vat. ſig. n. 111. Sabell. enn. 10 l. 9. Guicc. l. 4. Panuin. in Alex. VI.

Imola ſubacta a Cæſare Borgia.

24 Extractum eſt in annum ſequentem hoc bellum, quo flagrante venenum Alexandro per literas nomine Foroliuienſium exaratas paratum fuiſſe, refert idem Burchardus e, vt Catharina Sfortianæ gentis, comitis Hieronymi olim vxor, bello a duce Valentino illato liberaretur; ſed fraudem patefactam. Quibus conſentiunt Petri Delphini literæ f, quæ facinus egregie vindicatum addunt: *Scripſiſti mihi,* Marianum Cuccinum procuratorem alloquitur, *ante complures dies delatas fuiſſe ad Pontificem nomine comitiſſæ literas veneno infectas, vt contactu illarum necaretur, deprehenſum tamen fuiſſe a prudentibus facinus, tentoſque latores, & confeſſos ſcelus, cuius erant conſcij, coniectos fuiſſe in vincula, vt vltimum paulo poſt de ijs ſupplicium ſumeretur. Iuſte id quidem, qui enim fodit foueam incidit in eam, ſed non fuit ſatis quod Pontifex in nomine Domini vltus fuerit in eos, qui miniſtri fuerunt ſceleris, niſi etiam nouiſſime diebus iſtis de auctore ipſius ſeueritus ſe vindicaſſet. Allatus eſt heri huc nuntius, captam fuiſſe illam ab exercitu Francorum, qui Pontificis nomine vrbem eius obſederant, veniſſeque in hoſtium poteſtatem: auſo mittere manum in Chriſtum Domini, cedere tandem coactam eſt iuſto Dei iudicio, qui vicorum ſui iniuriam minime inultam tulit, & licet rari exempli flagitium admiſerit, non multum tamen miror, dicente ſacro eloquio: Breuis eſt omnis malitia ſuper malitiam mulierum, &c. Vale. Florentiæ die* XV. *ianuarij* MD.

Paratoſibi veneno Alex. liberatus

e Burchar. lib. 3.

f Pet. Delphi. lib. 6 ep. 44.

Autores ſceleris pœnas daut.

Inter hæc Ludouicus Francorum Rex menſe decembri, tradita Ioanni Iacobo Triuultio Mediolanenſis ducatus præfectura, in Galliam intempeſtiue receſſit a, cum nondum Inſubriæ res compoſuiſſet, ſecumque Ioannis Galeatij olim ducis, quem Ludouicus Maurus veneno ſuſtuliſſe fama erat, filium, & principatus heredem ſecum in Gallias duxit, ac vitæ monaſticæ inſtitutis conſtrinxit. Vt vero ingentes mox a Francorum Regis diſceſſu ſecutæ ſint rerum conuerſiones, cum Triuultius, qui graues cum pluribus Mediolanenſibus ſimultates gerebat, nec non Galli ciuium animos exaſperaſſet, proximo anno dicetur.

Gall. Regis diſceſſus in Gallias.

a Ferron. l. 3 Guicc. l. 4. & alij.

25 Appetente eodem ſæculari anno Alexander Papa prædeceſſorum pio inſtituto literas apoſtolicas de propoſita amplissima noxarum venia ijs, qui limina Apoſtolorum decretis diebus religioſe luſtrarent, ritu ſolemni promulgauit, vt refert Burchardus. Præcipua vero diplomatis pars concepta ſunt hiſce verbis b.

b Burchar. cod. l. 3. pag. 608.

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Auctoritate apoſtolica & ex certa ſcientia tenore præſentium omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus per vniuerſum orbem conſtitutis annunciamus & declaramus, ipſum annum iubilei in vigilia natiuitatis eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti proxime ventura inchoare, quo tempore portam dictæ baſilicæ B. Petri centeſimo quoque anno iubilei pro maiori fidelium deuotione aperiri ſolitam aſtantibus venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium collegio, & omnibus prælatorum, cleri & populi multitudine proprijs manibus aperiemus, faciemuſque aperire alias baſilicæ S. Pauli ac Lateranenſis, & B. Mariæ Maioris de dicta vrbe eccleſiarum, portas etiam de more anno iubilei aperiri conſueras, & pro conſequenda ipſa pleniſſima indulgentia baſilicas earundem Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Lateranenſem, B. Mariæ maioris eccleſias, illarumque maiora altaria huiuſmodi per Romanos & in dicta vrbe commorantes & reſidentes triginta, per peregrinos vero & forenſes quindecim diebus continuis ſeu interpolatis ſemel in die viſitare debere, omnes & ſingulas pleniſſimas indulgentias per dictos prædeceſſores dicto anno iubilei baſilicas & eccleſias prædictas viſitantibus conceſſas de nouo pro conſcientiarum eorundem fidelium maiori ſecuritate, ac potiori cautela auctoritate & ſcientia ſimilibus approbantes, concedentes, & innouantes, adijcientes quoque, vt ij, qui pro conſequenda indulgentia huiuſmodi iter arreptum, vel poſt præparationem ad veniendum ad dictam vrbem dicto anno iubilei per eos factam fuerint legitime impediti, quo minus ad dictam vrbem valeant peruenire, aut præpediti in loco, in quo tunc fuerint, & venientes in via, vel iam ipſi in ad prædictam vrbem quam Romani & alij reſidentes & commorantes ac forenſes prædicti dierum prætaxato numero non completo in dicta vrbe deceſſerint, vere pœnitentes & con-

Peruigilio natalis Domini inchoatus.

Quis dierum numerus pro luſtrandis eccleſijs ſancitus.

& confeſſi, eandem pleniſſimam indulgentiam omnino conſequantur.

26 Et vt omnes Chriſtifideles eiuſdem pleniſſimæ indulgentiæ facilius capaces Deo propitio efficiantur, habeantque, ad quos in caſibus nobis & ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſi in illos inciderint, recurrere poſſint deputauimus in dicta baſilica S. Petri pœnitentiarios, quibus eos in dictis caſibus reſeruatis abſoluendi plenam & liberam pro maiori Chriſtifidelium, qui ad nos non ita de facili recurrere poſſent, commoditate & animarum ſuarum ſalute per alias noſtras literas, prout in illis latius continetur, conceſſimus facultatem. Et vt animarum ſalus eo tempore potius procuretur, quo magis aliorum egent ſuffragijs, & quo minus ſibi ipſis proficere valent, auctoritate apoſtolica de theſauro S. R. E. animabus in purgatorio exiſtentibus, quæ per charitatem ab hac luce Chriſto vnitæ deceſſerunt, & quæ dum viuerent, vt ſibi huiuſmodi indulgentiæ ſuffragarentur meruerunt, paterno affectu, quantum cum Deo poſſumus, ſuccurrere cupientes, de diuina miſericordia, ac poteſtatis apoſtolicæ plenitudine volumus & concedimus vt, ſi qui parentes, amici, aut cæteri Chriſtifideles pietate commoti pro ipſis animabus, purgatorio igni pro expiatione pœnarum eiſdem ſecundum diuinam iuſtitiam debitarum expoſitis, dicto iubilei anno durante pro reparatione baſilicæ prædictæ S. Petri aliquam eleemoſynam iuxta dictorum pœnitentiariorum vel alicuius eorum ordinationem dictas baſilicas & eccleſias modo præmiſſo deuote viſitando in capſa in eadem baſilica

Data potestas applicandæ mortuis indulgentiæ.

S. Petri deputata poſuerint, ipſa pleniſſima indulgentia per modum ſuffragij ipſis animabus in purgatorio exiſtentibus, pro quibus dictã eleemoſynam pie erogauerint, pro plenaria pœnarum relaxatione ſuffragetur.

27 Præparent ergo omnes Chriſtifideles corda ſua Domino; & mores in melius commutare conentur, a malefactis abſtineant, ſatisfaciant Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis ſpiritum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis & peregrinationibus, vt baſilicas & eccleſias prædictas, in quibus ſane mille & fere innumerabilia vna cum ipſis glorioſiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo requieſcunt, qui mortem pro Chriſti nomine perpeſſi eius conſpectui ſemper aſſiſtunt, deuote viſitantes & confeſſi, ipſos glorioſiſſimos Apoſtolos & ſanctos interceſſores ad Dominum habere & pleniſſimam indulgentiam huiuſmodi & reconciliationem cum ipſo piiſſimo Redemptore noſtro per diuinam miſericordiam, & eorundem Apoſtolorum & ſanctorum precibus & meritis, per quæ eorum bona opera conſequi mereantur. Amen. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCIX. XII. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno* VIII.

a Burc. l. 3. pag. 607.

28 Deſcribit idem Burchardus a varios ritus ſacros, qui in indicendo anno iubileo ſeruati fuere, tum ſacrarum precum, quæ in pandenda aurea baſilicæ S. Petri porta repetitæ fuerunt formulas refert, additque inſtituiſſe Alexandrum auctoritate pœnitentiarios vt Chriſtifideles a contractis noxis, nonnullis exceptis caſibus, expiarent: *Conceſſit*, inquit b, *vndecim pœnitentiarijs ordinarijs eiuſdem baſilicæ componendi ſuper male ablatis incertis, & eleemoſynis pro animabus in purgatorio exiſtentibus liberandis, ac abſoluendis in omnibus caſibus, etiam ſanctitati ſuæ & ſedi Apoſtolicæ in genere vel in ſpecie reſeruatis, exceptis quatuor dumtaxat, videlicet conſpiratione in perſonam vel ſtatus ſummi Pontificis, aut Romanæ eccleſiæ, falſificatione literarum apoſtolicarum, ſupplicationum, & commiſſionum, delatione armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, iniectione manuum violentarum in epiſcopos & alios prælatos ſuperiores.*

b Id. ibid. pag. 606. Sacerdotes pro expiandis noxis amplissima donati auctoritate.

29 Imperaſſe præterea Alexandrum, vt nullus Cardinalis iubileo anno abeſſet ab vrbe, ſcribit Petrus Delphinus a in literis ad Franciſcum Cardinalem Senenſem datis, quibus pontificium conſilium commendat: *Non improbo Pontificis conſilium, quod fluctuante Italia, & ſurgente nunc gente contra gentem, & regno aduerſus regnum, apud ſe patres detinent ſapientia præditos, cum quibus frequentiore coeunte ſenatu cogitationes ſuas communicet, & eorum ſententijs nitatur in emergentibus rebus arduis, qui velint & ſciant opportuno tempore prudentiſſime conſulere, ſalus enim eſt vbi multa conſilia, atque vtinam eiuſmodi futura ſint, vt non ſolum Romanæ eccleſiæ, verum etiam omni Chriſtianæ reipublicæ profutura experiamur. Inſtat annus centeſimus, qui etiam quinquageſimus eſt, annus vtique iubilæus, annus remiſſionis, quem ſanctificari præceperat Dominus, vt requieſcerent cuncti habitatores terræ, & nulla alicubi apparet quies. Commota eſt & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis. Niſi placatus ipſe fuerit, & ad concordiam diſſidentes atque ad cor redire præuaricatores iuſſerit, cum ſit in manu eius poteſtas & imperium, non modo requietionis annus futurus non erit, verum ſummæ confuſionis, terroriſque. Hinc a Turcis, illinc a Gallis circumuenti Italiæ principes graui bella implicandi ſunt, nec ſinendi per otium vitam ducere. Erudire forte nos vult per contraria Deus, &, ne otio torpeamus, otij vitia negotio & fatigatione diſcutere pergit. Dignetur tantum modo munire patientia imbecillitatem noſtram, vt difficultatibus, quæ ſe vndique nobis obijciunt, fortiter obluctemur, nec cedamus malis, &c. Vale. Ex Camaldula die* X. *auguſti* MCCCCXCIX.

a Petr. Del. l. 6. ep. 1.

30 Facta eſt hoc anno maxima Bohemorum ad Romanam eccleſiam acceſſio, ſolutiſque cenſuris, quæ a Paulo II. latæ fuerant, Pragenſis eccleſiæ ſacerdotibus ampliſſima poteſtas data eſt b ab Alexandro, vt redeuntes ad ſinum eccleſiæ Huſſitas exciperent.

b Lib. bull. 54. pag. 262.

Dilectis filijs decano & capitulo eccleſiæ Pragenſis.

Deuotionum veſtrarum exigentibus meritis inducimur, vt votis veſtris, in his præſertim, per quæ Chriſtianæ & catholicæ fidei propagationem & propugnationem eccleſiarum quarumlibet pro tempore recreandarum, ne diutinæ vacationis incommoda ſuſtineant prouiſionem ipſarum, quam bonorum conſeruationem pertinere conſpicimus, fauorabiliter annuimus, atque fauoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod cum olim in ciuitate diœceſi & prouincia Pragenſi, & fere toto Bohemiæ regno quædam hæreticorum peruerſa rabies Chriſtifidelibus plurimum infeſta inualeſceret, & eccleſia Pragenſis, quæ inibi ſedes metropolitica exiſtit, præmiſſis cauſantibus paſtoris ſolatio deſtituta foret, prout adhuc fore dignoſcitur, felicis recordationis Paulus Papa II. prædeceſſor noſter ad huiuſmodi hæreticorum rabiem comprimendam, immo a dicto regno extirpandam inter alia

Cur Bohemia a Paulo II. fuerit interdicta.

Digitized by Google

tunc per ipſum Paulum prædeceſſorem adhibita remedia eccleſias, capellas, monaſteria, & alia loca, ad quæ dictos hæreticos pro tempore declinare contingeret, eccleſiaſtico ſuppoſuit interdictu, cumque ipſi hæretici ex admiſſione & obſeruatione a Chriſtifidelibus in dicto regno commorantibus interdicti huiuſmodi occaſione aſſumpta multa ex eccleſijs, capellis, monaſterijs, & alijs Deo dicatis locis incenderent, & profanarent, immo (quod amarius dolendum erat) rectoribus, presbyteris, & miniſtris eccleſiarum & monaſteriorum huiuſmodi partim necatis, & partim turpiter profligatis ferro igneque conſumerent, deſtruerent, & ſolo æquarent, ac infinita mala Chriſtifidelibus inferrent, bonæ memoriæ Rodulphus tunc epiſcopus Vratiſlauienſis ad partes illas per ſententias, cenſuras, & pœnas per eundem Paulum prædeceſſorem contra eoſdem hæreticos præmiſſorum occaſione latis & promulgatis executioni demandandis cum plena poteſtate ab eodem Paulo prædicto legatus de latere miſſus, de licentia eiuſdem Pauli primo, & deinde recolendæ memoriæ Sixtus IV. etiam prædeceſſor noſter prouide attendentes, quod illud, quod in præmiſſis ſtatutum erat ad remedium, tendebat ad noxam, omnibus & ſingulis presbyteris & clericis eiuſdem regni, vt ipſi huiuſmodi eorum eccleſijs, capellis, & monaſterijs etiam in præſentia dictorum hæreticorum, dummodo illos ſine periculo euitare non poſſent, diuina officia publice celebrarent, ipſiſque Chriſtifidelibus eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrarent, ad certa tunc expreſſa, iam forſan effluxa, tempora reſpectiue conceſſerunt, & cum illis quoad hoc diſpenſarunt, idemque Sixtus prædeceſſor noſter interdictum, vt præmittitur, in eccleſijs, capellis, monaſterijs, & alijs locis prædictis appoſitum ad certum tempus, & demum vſque ad beneplacitum ſuum ſuſpendit, & alias gratias conceſſerunt, & indulſerunt, prout in literis apoſtolicis in forma breuis eiuſmodi ſub plumbo expeditis, & alijs documentis deſuper confectis plenius dicitur contineri. Cumque vt experientia docuiſſe aſſeritur atrocitas & inhumanitas dictorum hæreticorum, qui licet antea in catholicorum ſanguinem ſæuierint, ac deſolationibus & ruinis eccleſiarum catholicarum incubuerint, ex huiuſmodi eis per ſedem Apoſtolicam exhibita clementia, Deo cooperante, non ſolum mitigata, ſed etiam adeo reducta ſit, vt plures ex ipſis hæreticis recepta pœnitentia ad vnitatem fidei reuerſi ſint, ac eccleſiæ, capellæ, & monaſteria deſtructa prædicta paſſim ab ipſis Chriſtifidelibus reſtaurari & reformari permiſerint & permittant, immo ad illa reformanda & reſtauranda de eorum proprijs bonis contribuerint & contribuant, ſitque ſpes non vana, quod ſi dictæ ſedis Apoſtolicæ clementia illis de nouo, quatenus diſpenſatio prædicta ceſſaret, & interdictum huiuſmodi ad beneplacitum, vt præfertur, relaxatum, reuocatum, ſeu expiratum fuiſſet, de nouo concederetur & relaxaretur, ac ipſi hæretici cum huiuſmodi & alijs locis eiuſdem benignitate proſequerentur, dicta hæreſis tempore procedente paulatim decreſceret, & fides catholica ibidem feliciter propagaretur, quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur, nos, qui hæreticorum huiuſmodi rabiem extirpare, & illorum animas lucrari facere, & Chriſti fidem vbique vigere noſtris maxime temporibus intenſis deſideramus affectibus, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, vos decanum & capitulum a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes veſtris huiuſmodi ſupplicationibus, nec non conſideratione chariſſimi in Chriſto filij noſtri Vladislai Hungariæ & Bohemiæ regnorum Regis illuſtris pro vobis nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis inclinati, interdictum prædictum ad noſtrum beneplacitum & vltra vſque ad quatuor menſes auctoritate apoſtolica tenore præſentium de nouo ſuſpendimus, vobiſque decano & capitulo præfatis, vt vos per aliquem clericum catholicum & Deum timentem, quem inter vos pro tempore ad hoc duxeritis eligendum, vſque quo dictæ eccleſiæ Pragenſi de paſtore prouiſum fuerit, bona omnia & iura ipſius eccleſiæ, etiam in his, quæ iuriſdictionis archiepiſcopalis exiſtunt, in ſpiritualibus & temporalibus in concernentibus ciuitatem & diœceſim Pragenſem tantum adminiſtrare, dignitates & beneficia quæcumque ciuitatis & diœceſis prædictarum pro tempore vacantia, in quibus catholici tantum, vel permixtim catholici cum hæreticis, & non vbi ſoli hæretici degunt ſeu habitant, clericis catholicis tantum & idoneis conferre, & de illis prouidere eoſdem, beneficiorum vero, in & ſub quibus hæretici tantum conſiſtunt, bona & iura, ſicuti bona dictæ eccleſiæ cathedralis Pragenſis gubernare, nec non calicem & patenas conſecrare, corporalia & alia paramenta eccleſiaſtica benedicere, inſuper hæreticos & ſchiſmaticos ad vnitatem fidei redire volentes poſt abiuratam per eos publice hæreſim recipere, & reconciliare, & alios quoſcumque, qui dictum interdictum violaſſent, aut cum dictis hæreticis quouis modo communicando, excommunicationis ſententiam incurriſſent, abſoluere & gremio ſanctæ matris Eccleſiæ reſtituere, ipſiſque pro præmiſſis pœnitentiam iniungere ſalutarem, & nihilominus vobis decano & capitulo, nec non omnibus & ſingulis totius regni prædicti catholicis, presbyteris, ac clericis, vt in omnibus & ſingulis veſtris catholicis eccleſijs, monaſterijs, & capellis, etiam præſentibus dictis hæreticis, dummodo eos ſine periculo euitare alias vobis non permittatur, diuina officia publice celebrare, & ipſis Chriſtifidelibus ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare libere & licite poſſitis & valeatis licentiam, facultatem, & omnimodam poteſtatem eadem auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus & impartimur. Volumus autem quod præſens indultum quoad alia quam ad ſuſpenſionem interdicti prædictam poſt tres annos a data præſentium computando nullius ſit roboris vel momenti, ſed eo ipſo ceſſaſſe dignoſcatur, non obſtantibus præmiſſis, nec non prouincialibus & ſynodalibus editis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac dictæ eccleſiæ Pragenſis iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno MCCCCLXXXXIX. octauo idus Iunij pontificatus noſtri anno VII.* Rectorum reli-

Inde hæretici maiori licentia graſſati in catholicos.

Solutum a Sixto IV. interdictum ad tempus.

Reuerſi ad Eccleſiam Huſſitæ.

Eccleſias inſtaurare poſſe cenſentur.

Cenſuræ ab Alex. reſciſſæ.

Reconciliandi hæreticos poteſtas data.

Digitized by Google

religioin Bohemia, ac pauci in impietate obdurvere, quos aliquot poſt annis ab Vvladislao Rege exagitatos & in vincula coniectos fuiſſe ſuo loco dicetur.

a Bellarm. de ſcript. eccl.
b Baron. to. 5. Annal. eccl. ann. 411. n. 88.
Marſilius Ficinus poſt mortem amico apparet.

31 Hoc anno Marſilius Ficinus pie obijt relictis a pluribus ingenij & doctrinæ monumentis, ac poſt mortem Michaelem Mercatum Miniatenſem philoſophum Platonicum edocuit b vera eſſe, quæ de animarum e corpore exeuntium immortalitate ex Platonicis placitis & fide Chriſtiana antea poſt doctam diſputationem concluſerant: cum enim iunctis dextris pepigiſſent vter prior e viuis exceſſiſſet (ſi ita Deo placeret) alterum de alterius vitæ ſtatu redderet certiorem, contigit vt haud ita multo poſt Marſilius Florentiæ moreretur, ac dum ſummo mane Michael Mercatus philoſophicis ſtudijs operam dabat, ex inopinato ſenſit ſtrepitum currentis equi, atque ad oſtium domus curſum inhibentis, tum vocem Marſilij clamantis inaudijt: *O Michael, o Michael, vera vera ſunt illa.* Ad vocem amici aſſurgens Michael feneſtram aperuit, ac Marſilium candidatum vectum equo candido, aufugientemque a tergo conſpexit, quem fruſtra clamoribus & oculis proſecutus eſt, donec ex oculis euaneſceret: cumque deinde comperiſſet Marſilium eadem hora defunctum, relictis humanæ philoſophiæ ſtudijs, Chriſtianam philoſophiam mire coluit.

Cōfirmat quæ docuerat de animę immortalitate.

c Baroſ. l. 4 c. 11.
India a Vaſco Gamma patefacta
d Lib. 5. c. 1

32 Hoc anno patefactis, vt dictum eſt, Indijs redijt Oliſſipponem Vaſcus Gamma c potiori iure Africani & Indici glorioſa nomina ob munitum ad orientales Æthiopas & Indos euangelio iter relaturus, quam veteres Imperatores cæſarum oppreſſarumue gentium nomina ſibi indiderunt. Vbi vero Indicas res, piper, caryophillos, cinnamomum, crocum, gemmaſque explicuit d, vulgus obſtupeſcens laudibus maximis cumulauit; Emmanuelem Luſitaniæ Regem, cuius auſpicijs tantæ opes inueherentur, tamque vaſta imperia paterent. At ille vti pius Rex atque catholicus, ſpretis humanis laudibus, gloriam omnem Deo aſcripſit, non tam opes, quas per tot pericula, per tot varia climata, per torrentes æſtus, per intolerabilia frigora, per famem, ſitim, nouamque luem, per tria & eo amplius leucarum confecta millia, per tot cum barbaris Regibus fraudulenta commercia quæri indignum erat, cum ipſorum quærentium funeribus lugubres eſſent (quippe ait Oſorius e: *Centum & quadraginta & octo profecti cum Gamma fuerant, quinque & quinquaginta tantum reuerſi ſunt, & hi maxima ex parte labore & inualetudine debilitati*) quam animarum innumerabilium Chriſto lucrandarum immenſa compendia contēplatus Rex, gratias egit diuinæ prouidentiæ, quæ illum velut idoneum inſtrumentum, quo noui orbis panderentur portæ ad euangelium tot barbaris nationibus, quæ in fallacium turpiſſimorumque errorum tenebris etiam tum infeliciter iacuerant, inferendum, eaſque ex dæmonum ſeruitute in Chriſti libertatem vindicandas delegiſſet. Vt itaque plures ſecum agendis Deo pro tanto beneficio gratijs ſocios nanciſceretur, omnem Luſitaniæ clerum populumque ſcriptis literis hortatus eſt, vt ſolemnes ſupplicationes inſtructo religioſo agmine decernerent, diuinaſque laudes celebrarent; tum magnificentiſſimum Virginis nomini conſecrandum templum conſtruxit, quibus de rebus hæc tradit Maffeus f: *Patefacta iam India, & incognita ad eam diem nauigationis ratione vtcumque comperta, primum omnium Emmanuel toto regno ſupplicationes indixit. Populo circa præcipua templa frequentes iere, dein Mariæ virgini eius nauigationis præſidi extructam olim ab Henrico principe ædiculam in ipſo aditu portus Vlyſſipponenſis miram in amplitudinem extulit auxitque, ac loco in primis illuſtri, vt ab omnibus conſpici poſſet, ipſius Henrici militarem ſtatuam collocauit. Ad eius templi cuſtodiam & ceremonias, & naualis præſertim turbæ, ducumque animos rite expiandos eximia ſanctitate monachi acciti ex Ieronymitana familia, quam Rex præcipua beniuolentia ac veneratione proſequebatur. Locus deſumpto a Chriſti incunabulis nomine Bethleem dictus, in primis totius Hiſpaniæ tum ſtructura, tum religione viſendus.* Fuerat Henricus regiæ Luſitanæ princeps, vti diximus ſuo loco, patefaciendi orbis incogniti primus auctor a, tantique operis præſidem ac tutelarem Deiparam acceperat, cuius adminiſtros equites Ieſu Chriſti religioſæ militiæ, cui ipſe præfuit, eſſe voluerat, atque adeo patefacta India Emmanuel eiuſdem militiæ princeps B. Virgini noui orbis Chriſto conquirendi tutelari, eas primitias perſoluit.

e Oſor. lib. 1.
f Maffe. lib. 2.
Celebrata a Luſitanis ſacri triumphi Henrico principi militaris ſtatua erecta.
a Parroſ. l. 4. c. vlt.
Auſpicijs Virgini relatus honos.

IESV CHRISTI

Annus 1500.

ALEXANDRI PP. VI. annus 8. MAXIMILIANI ROMANOR. REGIS annus 7.

1 PAnditur annus Iubilæus quingenteſimus ſupra milleſimum indictione tertia, quo ingentes populorum ex omnibus Chriſtiani orbis regnis ac prouincijs concurſus ad luſtranda Apoſtolorum limina, viſendaque vrbis magiſtræ veritatis & religionis arces, loca ſanctorum martyrum cruore conſecrata, pietatis ſtudio facti fuerunt b: verum ob Turcicas clades & Italica bella, quibus plurimus Chriſtianus ſanguis fuſus, & peregrini religioſi grauiſſimis incommodis affecti, iter difficile extitit. Deſcribit pluribus Ioannes Burchardus quo ritu porta aurea baſilicæ S. Petri ab Alexandro aperta, ac deinde vertente anno clauſa fuerit, precationumque formulas, quibus ſacrata ſit, adducit. Meminere autem de ingenti mortalium linguis diſſonorum in vrbem religionis cauſa concurſu non Itali modo, verū Galli, Hiſpani, Angli, Germani, Poloni ſcriptores c. Ex multis ſuffecerit Petri Delphini d hæc ad Marianum Cucinum procuratorem ſcribentis teſtimonium afferre: *Confluere ad vrbem copioſam populorum multitudinem tum ex alijs dudum, tum ex te modo cognoui; & gaudeo non deeſſe Chriſtianæ religioni hoc deuotorum ac piorum mentium teſtimonium, præſertim in tanto defectu fidei, ac bonorum morum deprauatione. Reliqui mihi, ait Dominus, ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. Et alibi ſcriptura teſtatur: Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. In ſagena regni cælorum ex omni genere piſcium congregante comprehenſos videmus bonos & malos. Sit benedictus Deus, qui in aſſertionem maieſtatis ſuæ, atque catholicæ fidei tantæ multitudinis adduxit teſtes, quique ad hæc vſque tempora bonorum ſibi ſemen ac reliquias haud quaquam exiguas reſeruauit, &c. Vale. Florentiæ die XXIV. ianuarij MD.*

b Burchar. in ſ. lib. 2. Volat. l. 22. Guicc. l. 4. Ferro l. 3.
c Michou. l. 4. c. 79. Polyd. Virgil. l. 26. Paul. Lāg. chro. Guic. Tritt. in chr. Sponh. Marian. l. 2. c. 7. & alij.
Iubilæi anni celebritas.
d Petr. Delf. l. 6. ep. 26.

2 Addunt auctores miſſos ab Alexandro Pontifice in ea regna apoſtolicos internuntios quæſtoreſque, vt ſacro beneficio eos, qui Ro-

mam commode venire non poterant, afficerent, ſubſidiariumque aurum ad inſtruendos bellicos in Turcam apparatus cogerent ijs, qui conſtitutum pro indulgentijs conſequendis pretium perſoluerent. De bello Turcico dicetur inferius; ſubijciemus nunc euentum mirabilem, ex quo celeberrimo huius anni die, nimirum recurrente feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, Pontifex in extremum vitæ diſcrimen incidit, quod hiſce verbis enarrat Burchardus a adminiſter pontificius.

a Burchar. par. 2. in Alex. VI. pag. 83.

3 *Eadem die, nempe feſto S. Petri, poſt horam veſperorum circa vigeſimam primam venit tempus valde turbidum cum magna pluuia & grandinibus groſſis ad inſtar fabarum, & vehementiſſimo vento, ex cuius impetu cecidit maximum caminum multis cannis tectum ſuper excedens, cuius caſus fregit tectum, & cum tecto fregit duas trabes aulæ ſuperioris pontificum, & illa omnia ſimul fregerunt vnam trabem aulæ inferioris Pontificum, in qua Papa ſedebat in ſede eminenti, ſuper quam quoddam pallium ſiue ſupercælum more conſueto erat extenſum. In aula ſuperiori laſit, & interfecit tres perſonas, quæ ſimul cum ruina ceciderunt in aulam inferiorem, quarum vna ſtatim mortua eſt, aliæ duæ perſonæ mortuæ ſunt poſtea. Cum Papa erant ſoli reuerendiſſimus dominus Cardinalis Capuanus, & Dominicus Gaſpar Pato cubicularius ſecretus, qui videntes tempus adeo turbatum, & ventum frigidum cum pluuia per feneſtras aulam ingredi, de commiſſione Papæ iuerunt verſus duas feneſtras vnus ad vnam, alius ad aliam, vt eas clauderent, & vix erant in feneſtris, & ecce ruina, ſaltarunt in feneſtras, in quibus ſaluati ſunt. Videntes autem ruinam Pontificis ſedem circumdediſſe, acclamarunt illi portam aulæ prædictæ cuſtodientibus: El Papa è morto, el Papa è morto: de quo ſine mora clamor venit ad vrbem. Acceſſerunt quam primum ad ſedem Papæ acclamantes: Pater ſancte; Papa non reſpondit. Magis igitur timuerunt: approximantes autem ſe Papæ repererunt eum in ſede ſedentem non mortuum, ſed totum attonitum, vulneratum in capite duobus ictibus, ab vno loco pellis erat aperta, in alio loco conquaſſatio & tumor, & in manu dextera in digitis medio & annulari valde grauiter, & etiam parum cum vno clauo in brachio dextero. Extraxerunt eum de ſede prædicta, & duxerunt eum cum ſuis pedibus ambulantem ad cameram proximiorem, vbi poſitus in ſede baſſa annuentibus ſuis domeſticis adhibita ſunt remedia opportuna, & notum factum eſt ad vrbem Cardinalibus & alijs, Papæ periculum aliquod non imminere. Saluus autem Papa fuit, quod trabs illa vltima, quæ rupta eſt in medio habebat in capite clauos extra murum infixos, qui illam partem ſedem Pontificis exiſtentem a capite in muro fortiter tenuerunt, adeoque trabs ipſa manſit in muro, & eius medium, quod ruptum erat declinauit in terram, & factum eſt Papæ defenſorium, ita quod omnia declinarent ad medium, & non verſus Papam.*

Alexander cœlitus percuſſus.

Vulgatus temere rumor extinctū fuiſſe.

Admirādo caſu ſeruatur Alexander.

4 Curatis tamen vulneribus, confirmataque valetudine gratias ritu ſolemni Deo egit, ac B. Virginis ope tanto ſe liberatum periculo, ratus, templum illius nomini conſecratum adijt, ac ſacra donaria, nimirum calicem aureis nummis refertum principi altari latus obtulit, vt narrat Burchardus b, qui ſeruatos in ea celebritate ritus fuſe deſcribit. Inſtauratus c etiam tum ab eo pius mos a Calliſto III. inſtitutus, vt meridie campanæ pulſarentur, quo fideles ad precationem dominicam, & ſalutationem angelicam repetendas excitarentur, vt diuinum Numen ſuis aduerſus Turcas præſidio eſſet.

b Burch. ib. pag. 87.
c Burch. in diar. m. ſ. par. 3.

Inſtauratus pius mos de oratione angelica meridie repetēda

5 Inhiabant illi reliquijs Græciæ, atque, vt ſupra indicauimus, & Turcogræcæ hiſtoriæ auctor a obſeruat, Baiazethes ſolutus metu poſt Zizimi mortem Venetos bello petierat. Cum vero Pontifex Venetam cauſam tueretur, ac Reges Chriſtianos ſe fœdere coniuncturum in Turcas minitaretur, Baiazethes ipſe terreri viſus eſt, ac de pace actionem inſtituit, ſiquidem illius oratorem vigeſima quarta februarij ab oratore Veneto ad Alexandrum adductum memorat Burchardus b, additque proximo menſe Regum & principum oratores in ſacrum ſenatum vocatos ab Alexandro, vt optima pro decernenda conficiendaque in Turcas expeditione conſilia agitaret c: *Feria, inquit, quarta vndecima menſis martij fuit conſiſtorium ſecretum, ad quod vocati ſunt omnes oratores Regum & principum in vrbe exiſtentes. Interfuerunt epiſcopus Secouienſis & Philibertus oratores Regis Romanorum, epiſcopus Trecorenſis orator Regis Franciæ, epiſcopus Vvigornienſis orator Regis Angliæ, oratores Regis Neapolitani, vnus orator Regis Hiſpaniæ, oratores Venetorum, ducis Sabaudiæ, Florentinorum. Papa propoſuit periculum, quod Chriſtianis per Turcos comminatur, & quod ſcripſiſſet de menſe octobris proxime præterito Regibus, ac principibus Chriſtianis quod mitterent mandata ad conſulendum & prouidendum neceſſitati Chriſtianæ, & cum nullus reſponderet, aſſumimus iterum ad idem. Audio fuiſſe reſponſum per vnum communiter magis prius fieri pacem & concordiam inter principes Chriſtianos, deinde tum Turcarum tractari. Audio etiam Papam promiſiſſe ad inſtantiam Venetorum propoſuiſſe pro eorum intereſſe particulari.*

a Turcogr. auct. l. 1.

b Burchar. vbi ſup.

c Id. ibid. pag. 32. Surit. to. 5 l. 3. c. 46.

Principū oratores pro expeditione decēnda in Turcas cōuocati.

6 Meminit de his conuentibus Surita d, in quibus ait, Alexandrum expoſuiſſe Venetorum rempublicam Chriſtiani imperij antemurale propugnaculum eſſe, ad quod defendendum omnes Chriſtiani concurrere deberent: ſperare ſe Francorum Hiſpanorumque Reges, necnon Venetos mari bellum in Turcam ſuſcepturos, terra vero Hungariæ & Poloniæ Reges crucesignata vexilla elaturos, quibus fœdere coniunctis decimas ſacerdotales, alia, ut apoſtolica beneficia largiretur: porro iuri & rationi conſentaneum eſſe, vt alij etiam Reges & principes, eiuſdem fidei & ſpei conſortes, ſubſidia pro belli Turcici ſumptibus mitterent: hiſce vero propoſitis Romanorum Regis oratorem copioſa oratione de egregio Maximiliani in rem Chriſtianam ſtudio, alacrique ac parato ad incurſandos Turcas animo diſſeruiſſe; flagrante autem Italia bello nil præclarum in eos geri poſſe, pacanda itaque prius Chriſtianorum diſſidia definiſſe; Ludouici Francorum Regis oratorem apparata ſimiliter oratione teſtatum eſſe, non reuocandum in dubium optimam pro religione tuenda Chriſtianiſſimi Regis mentem, cæterum nullis ſe ab eo pro ſpondendo auxiliari exercitu inſtructum mandatis fuiſſe; at Laurentium Suarem Figueroam Hiſpanum ſubieciſſe decorum videri, vt Hiſpaniarum Regis orator rhetoricæ artis in eo conuentu expertem ſe proderet, & candide affirmaret, Ferdinandum inſtruxiſſe iam in Turcam exercitum, ampliſſimaque dediſſe mandata pro paciſcendis omnibus in illum neceſſarijs armorum opumque ſubſidijs, neque excutere, num bella Italica Baiazetem in arma aduerſus Chriſtianos excitarent? deinde Frederici Neapolitani Regis oratorem graues querelas de Italicis motibus effudiſſe, deque

d Surit. annal. to. 5. l. 3. c. 46.

Quæ fuerint in eo agitata.

Regum oratores ſplendida ſed falſo politici.

nouo

nouo terrore, quem Francorum Rex, occupato Siciliæ Regis titulo, inijceret, nec Fridericum ipſum, dum ingruebat is metus, Turcica bella, ſed idoneos tantum ad propugnandam Neapolim apparatus meditari poſſe: hoc ſilente, Venetum oratorem vniuerſæ reipublicæ vires opeſque pro Chriſtiano imperio ad extremi ſpiritus luctam tuendo obtuliſſe; aliorum vero principum oratores ita communibus verbis officia exhibuiſſe, vt nullis tamen pactionibus fidem deuincirent: tum vero Alexandrum Pontificem de Romanorum Francorumque Regibus conqueſtum eſſe, qui ſacrum in Turcas bellum ſpernerent, nullaque de coniungendis auxiliaribus copijs promiſſa dediſſent: mox in Fridericum Neapolitanum Regem acerbiſſime inuectum, quod Baiazethis Turcarum Imperatoris oratorem magnificentiſſime excepiſſet, ac ſolemne cum eo fœdus ſanxiſſet, deniq; in Ferdinandi, qui ferme ſolus debita veraque in ſedem Apoſtolicam officia ſumma cum dignitate explicuiſſet, & catholici Regis nomen ornaſſet opere, laudes percurriſſe. Itaque belli ſacri conſilia conſenuere, nullusque appetente huius anni vere a Chriſtianis Regibus inſtructus eſt exercitus, cum Baiazethes formidandos terra marique apparatus bellicos feciſſet.

Veneti vniuerſas vires ſe collaturos in Turcam ſpoponderc. Pontificis iuſtæ querelæ de Gallo & Germano & Neapolitano,

Diſſlata in ventos omnia conſilia.

7 Extremo autem vere cum is in Peloponeſiacas vrbes Venetæ ditionis fulminaret, ſuſtinendæque tanti belli moli impares eſſent Veneti, tunc ad ſubſidia conferenda edidit diploma Alexander a, quo deſcribit ingraueſcentem in Chriſtianos barbaricam tyrannidem, Neopactum recenter Venetis ademptum, profanata Chriſtiana ſacra, fidelium ſanguinem fuſum, crudeles modo in Hungariam, modo in Poloniam, modo in Croatiam & Stiriam excurſiones, impendenſque imperio Chriſtiano exitium, ad quod auertendum ſacerdotalium vectigalium decumas imperauit hac de cauſa.

a Lib. 1. ep. ſecr. pag. 90. & etiā apud Burc par. 2 in Alex. VI. pag. 59.

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Cum perfidiſsimi Turcæ Chriſti nominis hoſtes Chriſtianorum ſanguinem ſitientes, ac omni conatu Chriſtianorum terras atque dominia ſuæ tyrannidi & ſpurciſsimæ ſectæ ſubijcere quærentes, ſuperiori & præſenti annis validiſsimam claſſem maritimam, maximumque terreſtrem exercitum ad expugnandum ſtatum, terras, atque dominia dilectorum filiorum nobilium virorum Auguſtini Barbarici ducis & dominij Venetorum inſtruxerint, diuerſaſque incurſiones ciuitatum effecerint, & multa millia animarum abduxerint, ac in miſerabilem ſeruitutem redegerint, villaſque & loca plurima igne ferroque vaſtauerint, ac tandem Neopactum ciuitatem, aliaque oppida & loca maritima circumuicina munitiſſima vi & armis ceperint, Chriſtianis omnibus etiam eccleſiaſticis & religioſis vtriuſque ſexus, etiam pontificali dignitate præditis, ac prægnantibus cum ſemiuiuis corpuſculis inibi repertis crudeliſsime cæſis & interfectis, ac alijs in duriſsimam ſeruitutem redactis, templis Saluatoris noſtri pollutis & dirutis, ad ſuum malum & iniquum propoſitum continue feruentius proſequentes, & nil aliud die noctuque quærentes & excogitantes; quam omnium Chriſtianorum dominia ſuæ tyrannidi & ſpurciſsimæ ſectæ ſubijcere, ac legem Chriſti noſtri ſubuertere, denuo validiorem claſſem maritimam, maioremque terreſtrem exercitum inſtruant, ac omnia maritima loca atque portus Chriſtianorum occupent, paratque eis deinde facilis ad Romanæ eccleſiæ terras, & præſertim ad hanc almam vrbem noſtram, in qua Petri ſedes eſt collocata, & qua (quod Deus auertat) expugnata ſe totius orbis imperium facile occupare poſſe non dubitant acceſſus, & niſi celeriter occurratur, prout res expoſtulat, formidandum ſit, ne ipſi perfidiſsimi Turcæ victoriæ ſuperbia elati, videntes catholicos Reges & principes ac potentatus inter ſe diſsidentes, priuatis commodis intentos, commune bonum negligere, maiora & irreparabilia damna inferant Chriſtianis, prout ita ſuperioribus annis & in diuerſis terris atque locis Germaniæ, Hungariæ, Poloniæ, Croatiæ, & alijs eis finitimis, ac chariſsimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano Romanorum Regi illuſtri ſubiectis inferre non ceſſarunt in maximam diuinæ maieſtatis offenſam, noſtram & catholicorum Regum, & principum aliorumque Chriſtifidelium ignominioſum dedecus & iacturam: nos illius vices gerentes in terris, qui pro mundi ſalute de ſummo cælorum ſolio ad ima deſcendens, carnem humanam aſſumere, & mortem ſubire non horruit, repetentes animo non ſine maxima cordis amaritudine, quot ſacratiſsimæ patriarchales, metropolitanæ, & cathedrales, aliæque inſignes eccleſiæ pene innumeræ, ac vtriuſque ſexus regularium perſonarum monaſteria, cœnobia, & pia loca prophanata & deformi ruinæ ſubiecta, quotque ornamenta, cruces, & calices, aliaque diuinis deputata miniſterijs conflata & deſtructa ac (quod lamentabilius eſt) ſanctorum veneranda corpora, & ipſorum ſacræ reliquiæ conculcata, ac quot innumeri ſexus vtriuſque Chriſtifideles ad damnatam Mahometicam ſectam ſub dira ſeruitute recipiendam compulſi fuerunt, &, niſi per catholicos Reges & principes tantæ inſaniæ tantoque furori celeriter occurratur, maiora in dies detrimenta veriſimiliter prouentura, cupienteſque pro eiuſdem fidei defenſione, & Chriſtianorum ſalute non ſolum noſtras & ſedis Apoſtolicæ facultates noſtræ diſpoſitioni commiſſas exponere, ſed perſonaliter (prout iam aliquibus catholicis Regibus & principibus per diuerſas noſtras literas ſignificauimus) ſi nobiſcum accedere voluerint, vna cum ſacro venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium collegio, qui ſe etiam ad id pro eorum pia in Chriſtianam religionem deuotione ſponte obtulerunt, in hac ſacratiſsima & pernecceſſaria expeditione accedere, & proprium ſanguinem, ſi opus fuerit, effundere.

Turcarū in Chriſtianos graſſationes ingētes.

Affectatum ab iis Romę imperiū

Decretū in Turcas Romanæ eccleſiæ nomine bellum.

8 Et quoniam ad tantam rei molem perficiendam noſtræ & eiuſdem Romanæ eccleſiæ non ſuppetunt facultates, volentes pro viribus huic ſanctiſſimo operi (ne alia dominia, regna, prouincias, ciuitates, & loca Chriſtianorum ipſi perfidiſſimi Turcæ diripiant, ac ſub tyrannide deducant, ac continuis bellorum turbinibus affligant) quantum nobis ex alto permittitur, votiue intendere, matura deſuper deliberatione præhabita, de eorundem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, vnam veram & integram decimam omnium & ſingulorum fructuū & prouentuum ſecundum verum valorem annuum eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum ſuorum, & obuentionum quarumlibet, etiam ratione capelli ad eoſdem Cardinales ſic volentes & conſentientes prouenientium per eos in Romana curia, nec non omnium

nium

Digitized by Google

nium prouinciarum, ciuitatum, & terrarum eiuſdem Romanæ eccleſiæ ac prædictæ vrbis, & eiuſdem Romanæ curiæ officiorum cuiuſcumque qualitatis, etiam viceeancellarij, maioris pœnitentiarij & camerarij, ac patriarchalium metropolitanarum cathedralium & aliarum eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum, præpoſitatuum dignitatum perſonatuum, adminiſtrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, aliorumque cum cura & ſine cura beneficiorum eccleſiaſticorum ſæcularium, & etiam S. Benedicti, *& infra*, præceptoriatum & militiarum huiuſmodi fructus redditus & prouentus eccleſiaſticos vbilibet in dicto vniuerſo orbe percipientibus & percepturis, cuiuſcumque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant; etiam exemptis & quantocumque priuilegiatis perſoluendam, colligendam, leuandam, & exigendam infra terminum per legatos, ſiue nuntios & collectores per nos ſuper hoc deputandos, eiſdem prætgendam in præmiſſum fidei tam commune, tam ſanctum, tamque pernecaſſarium opus, videlicet contra ipſos perfidiſſimos Turcos, & non alios vſus omnino conuertendos, apoſtolica auctoritate & ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium per trienuium a data præſentium computandam imponimus. Et vt præmiſſa metu pœnæ ab omnibus inuiolabiliter obſeruentur, contradictores, inobedientes, & rebelles aut ſcientes fraudantes, & huiuſmodi decimas integre non ſoluentes, cuiuſcumque gradus ſtatus, ordinis, & præeminentiæ (vt præfertur) fuerint, etiamſi patriarchali, archiepiſcopali, aut quauis alia eccleſiaſtica præfulgeant dignitate, excommunicationis & priuationis eccleſiarum, monaſteriorum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum & officiorum omnium, vt ſupra qualificatorum, ita vt illa ex tunc vacare cenſeantur, & vt vacantia impetrari, & libere conferri poſſint, ſententias & pœnas ipſas ipſo facto incurrere declaramus, quibus ſententijs venerabiles fratres noſtri Cardinales prædicti huic ſanctiſſimo operi vna nobiſcum toto cordis affectu intentæ, ſponte ſcripti ſe ſubmittere voluerunt; ſtatuentes etiam, vt omnes & ſingulæ perſonæ, quæ ob non ſolutionem ſiue defraudationem decimarum, vel alias quacumque occaſione præmiſſorum excommunicationis ſententia innodatæ fuerint, ab illa niſi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo conſtitutæ, & niſi prius ſatisfacto de his, quæ tenentur, abſolui nequeant; *& infra*, volentes quoque ac decernentes quod ſi, auctore Domino, profligatis hoſtibus fidei victor iam Chriſtianus exercitus conſequeretur, & finis huic bello impoſitus eſſet, ſi in ſecundo vel tertio annis id eſſe contigerit, tunc ab eo tempore citra expeditione ceſſante decima huiuſmodi amplius non leuetur, nec exigatur. Circa vero collectionem & exactionem tam decimarum, quam pecuniarum quarumlibet, & aliorum bonorum vndecumque & quomodocumque ad hoc ſanctum opus prouenientium, & modum illa expendendi per legatos ſiue nuntios & collectores prædictos ſub conditionibus, modis, & formis ita curabitur, vt omnes & plane intelligere, & aperte videre poſſint pecunias huiuſmodi integre in hanc ſalutarem expeditionem, & non in alios vſus erogari, &c. [Dantur præſulibus mandata, vt in ſingulis diœceſum locis hanc ſanctionem feſtis diebus etiam vulgari idiomate promulgandam curent.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MD. kal. iunij pontificatus noſtri anno VIII.*

Eccleſiaſtici conferre ſumptus in ſtipendiũ iuſſi.

Decumæ tantummodo in bello ſacro abſumendæ.

9 Expoſiti etiam Turcici progreſſus in alio diplomate [a], quo impoſuit Iudæis omnibus, qui in Chriſtiano imperio degerent, vigeſimam bonorum & obuentionum hanc ob cauſam: *Iudæi quoque ab ea impoſitione immunes eſſe non debent, cum inter Chriſtianorum dominia conſtituti liberam ab eis ducere vitam, in ritibus ſuis perſiſtere, diuitias acquirere, multiſque alijs priuilegijs gaudere permittantur, & ſeſe denique ex commodis Chriſtianorum ſuſtentare, ac liberos & eorum familias alere dignoſcantur, ipſique Iudæi (ſi Chriſtianis preſſura obuenerit, quod Deus pro ſua clementia auertat) detrimentorum eſſent participes, & eorum periculo vti noſtro, res agetur, &c.* Ne minoris ordinis ſacerdotes decumarum onus grauate ferrent, non immunes ab eo facti, vt ſæpe alias, Cardinales: extat enim apud prædictum Burchardum [b] ſubſidiariæ pecuniæ ab vnoquoque Cardinalium pro rata cenſuum portione conferendæ indictio hiſce concepta verbis.

[a] Ext. ib. pag. 68.

Exigenda decuma a Iudæis.

[b] Burch. p. 2. m. s. Alex. VI. pag. 72.

Taxa redditaum reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium, ad cuius rationem eſt ſoluenda decima in expeditione contra Turcos.

Reuerendiſsimus dominus Cardinalis Neapolitanus pro ducatis decem millibus ducatos mille.

Reuerendiſsimus dominus Cardinalis S. Petri ad vincula pro ducatis viginti millibus ducatorum duo millia.

Cardinales ſinguli ſtipendium conferunt.

R. D. Cardinalis S. Mariæ in porticu pro ducatis quindecim millibus ducatos mille quingentos.

R. D. Cardinalis S. Angeli pro ducatis duodecim millibus ducatos mille ducentos.

R. D. Cardinalis Aliſponenſis pro ducatis ſeptem millibus ducatos ſeptingentos.

R. D. Cardinalis Racanatenſis pro ducatis vndecim millibus ducatos mille ſupra centum.

R. D. Cardinalis S. Clementis pro ducatis decem millibus ducatos mille.

R. D. Cardinalis Beneuentanus pro ducatis decem millibus ducatos mille.

R. D. Cardinalis S. Praxedis pro ducatis decem millibus ducatos mille.

R. D. Cardinalis Montis regalis pro ducatis decem millibus ducatos mille.

R. D. Cardinalis Vrſinus pro ducatis decem millibus ducatos mille.

R. D. Cardinalis Alexandrinus pro ducatis octo millibus ducatos octingentos.

R. D. Cardinalis S. Crucis pro ducatis decem millibus ducatos mille.

R. D. Cardinalis Gurcenſis pro ducatis tribus millibus ducatos trecentos.

R. D. Cardinalis Agrigentinus pro ducatis duobus millibus ducatos ducentos.

R. D. Cardinalis Capuanus pro ducatis decem millibus ducatos mille.

R. D. Cardinalis Grimanus pro ducatis ſeptem millibus ducatos ſeptingentos.

R. D. Cardinalis Alborenſis pro ducatis duobus millibus ducatos ducentos.

R. D. Cardinalis Reginus pro ducatis duobus millibus ducatos ducentos.

R. D. Cardinalis Coſentinus pro ducatis tribus millibus ducatos trecentos.

R. D. Cardinalis Salernitanus pro ducatis tribus millibus ducatos trecentos.

R. D. Car-

R. D. Cardinalis Caputaquenſis pro ducatis duobus millibus ducatos ducentos.

R. D Cardinalis Mutinenſis pro ducatis tribus millibus ducatos trecentos.

R. D. Cardinalis Senenſis pro ducatis nouem millibus ducatos nongentos.

R. D. Cardinalis S. Georgij pro ducatis octodecim millibus ducatos mille octingentos.

R. D. Cardinalis Columna pro ducatis tribus millibus ducatos trecentos.

R. D. Cardinalis Aſcanius pro ducatis triginta millibus ducatos tria millia,

R. D. Cardinalis de Medicis pro ducatis ſex millibus ducatos ſexcentos.

R. D. Cardinalis S. Seuerini pro ducatis tredecim millibus ducatos mille trecentos.

R. D. Cardinalis Eſtenſis pro ducatis quatuordecim millibus ducatos mille quadringentos.

R. D. Cardinalis Cæſarinus pro ducatis duobus millibus ducatos ducentos.

R. D. Cardinalis Farneſius pro ducatis duobus millibus docatos ducentos.

R. D. Cardinalis Borgia pro ducatis decem millibus ducatos mille.

R. D. Cardinalis Cornarus, qui nullos habet redditus, nihil.

R. D. Cardinalis Madrutienſis pro ducatis duodecim millibus ducatos mille ducentos.

R. D. Cardinalis Cœnomanenſis pro ducatis nouem millibus ducatos nongentos.

R. D. Cardinalis Rothomagenſis pro ducatis nouem millibus nongentos.

R. D. Cardinalis Alibretus pro ducatis duobus millibus ducentos.

R. D. Cardinalis SS. Quatuor coronatorum pro ducatis octo millibus octingentos.

R. D. Cardinalis Hiſpalenſis pro ducatis quatuordecim millibus mille quadringentos.

R. D. Cardinalis de Aragonia pro ducatis duobus millibus ducentos.

R. D. Cardinalis Rhodianus, R. D. Cardinalis Polonus, R. D. Cardinalis Strigonienſis quia in bello exiſtunt nihil ſoluunt.

Henricus archiepiſcopus Tarentinus ſacri collegij clericus & ſecretarius ac decimarum collector manu propria. Annexa alia omnium Romanæ curiæ officialium cenſura, nec non xenodochiorum, & cuique pro rata opum portione vectigal decumanum impoſitum.

10 Cogendi erant his ſacris ſtipendijs milites, qui contra Dei hoſtes profecturi crucis imaginem pectore humeriſue induebant. Quo autem ritu a ſacerdotibus pro Chriſto dimicaturis affigeretur non incommodum hoc loco ex Paride Graſſo a, qui ex pontificalibus libris formulam collegit, delibare viſum eſt.

a Pariſ. e Graſſ. to. 2 pag. 419. m ſ. arch. Vat.

De benedictione crucis imponendæ eis, qui ad terram ſanctam vel contra infideles ex deuotionis cauſa proficiſci deſiderant.

Qui ritus ſeruandi à legato profecturo in Turcas.

Ante omnia crux benedicenda de panno rubei coloris formula præparanda eſt per ipſum, qui ſignari & proficiſci intendit, & in vno bacili ſeu paropſide munda reponi debet, & in ea portari ad eccleſiam ſiue capellam, vbi actus benedictionis fiet, & ſi plures erunt ſignandi tunc tot cruces præparentur, quot ſunt ſignandi. Item ſignandus debet in die actum benedictionis præcedenti ieiunare, & ſi prius non confeſſus fuerit peccata ſua Deo, confitebitur in die actus prædicti, poteritque ſacramentum ſalutare corporis Chriſti ſumere per manus illius epiſcopi, ſiue prælati, aut ſimplicis ſacerdotis, qui ipſum ſignabit cruce. Præparabuntur quoque quinque capellani ſiue acolyti ſuperpellicijs induti, quorum vnus bacile ſiue paropſidem cum cruce benedicenda ad dextram benedicentis, alius vero ad ſiniſtram vas aquæ benedictæ cum aſperſorio ex herba hyſſopi facto; tertius vero librum benedictionis ante benedicentem, & duo alij ceroferarij cum luminaribus ardentibus hinc inde modicum benedicendum habentes tenebunt verſam faciem ad ipſum benedicendum, ſiue ſignandum. Igitur ſignandus ante altare genuflexus miſſam audiet, qua finita communionem, vt ſupra, ſuſcipiat, tum benedicens ſi prælatus vel epiſcopus talis ſit, qui mithra vtatur, deponet caſulam ſiue planetam, loco cuius pluuiale rubei coloris indutus ſedebit in ſede ante medium altaris poſita, ita vt faciem ſignando, renes altari vertat, ſi autem non ſit prælatus, ſed ſimplex ſacerdos qui benedicit, ac miſſam celebrauit, tunc depoſita tantum planeta ſtans continue verſus, vt ſupra benedicet, ſi vero nulla tunc actum iſtum miſſa præceſſit, tunc ſi epiſcopus ſit aut prælatus, qui mithra vtatur, nullam quidem mithram, ſed ſolum depoſito mantello ſtolam de rubeo colore ſupra rochettum capiet, & ſimiliter ſi ſacerdos ſimplex ſit ſuperpellicium ſtolam recipiet, & ſiue prælatus ſit, ſiue ſimplex ſacerdos ſit diſcooperto capite hoc modo incipiunt. Verſ. *In nomine Patris † & Filij † & Spiritus † ſancti*. Reſpond. *Amen*. Verſ. *Adiutarium noſtrum in nomine Domini*. Reſp. *Qui fecit cælum & terram*. Antiph. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis*. Pſalm. *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, &c.* legatur totus iſte pſalmus ad longum per benedicentem, cui alternatim vnus ex miniſtris reſpondeat, & in fine pſalmi dicat: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*. Tum antiphona prædicta repetatur. Deinde benedicens ſi epiſcopus eſt ſtans detecto capite dicat hymnum: *Vexilla Regis*, & totum, quo finito dicat alte: *Pater noſter*, quod ſecrete proſequitur vſque ad Verſ. *Et ne nos*, & alios ſequentes verſiculos intelligibili voce legat dicens: *Et ne nos inducas in tentationem*. Reſp. *Sed libera nos a malo*. Verſ. *Domine exaudi orationem meam*. Reſp. *Et clamor meus ad te veniat*. Verſ. *Dominus vobiſcum*, Reſp. *Et cum ſpiritu tuo*.

Ritus in luſtrando ſacro vexillo.

Oremus.

Deus inuicta potentiæ, Deus maieſtatis immenſa, Deus fidelium omnium peregrinantium auxilium, plena & perfecta conſolatio, qui famulis tuis arma victricia tribuis, quæſumus hanc crucem, ſiue, has cruces in tuo nomine formatas bene † dicere digneris, & veneranda crucis vexillum ſit ei, vel, eis robur inuictiſſimum contra hoſtis tentamenta nequiſſimi, ſitque ei, vel, eis in vita ſalus, in via defenſio, in domo protectio, & vbique præſidium ſempiternum per Chriſtum dominum noſtrum. Reſp. *amen*.

Oremus.

Omnipotens Deus, qui crucis ſignum pretioſo Filij tui ſanguine dedicaſti, quique per eandem crucem Filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti mundum redimere voluiſti, & per virtutem eiuſdem venerabilis crucis humanum genus ab antiqui hoſtis chirographo liberaſti, te ſuppliciter exoramus, vt digneris hanc crucem paterna pietate bene † dicere, & cæleſtem virtutem & gratiam impartiri, vt quicumque eam in paſſionis & crucis Vnigeniti tui ſignum ad tutelam

Digitized by Google

lam ſui corporis & animæ ſuper ſe geſtauerint, cæleſtis gratiæ plenitudinem ex ea munimen valeant tuæ benedictionis accipere, & quemadmodum virgam Aaron ad rebellium perfidiam repellendam benedixiſti, ita & hoc ſignum tua dextera bene † dicas, & contra omnes diabolicas fraudes virtutem ei tuæ defenſionis impendas, vt omnibus illud operantibus animæ pariter & corporis proſperitatem conferat ſalutarem, & ſpiritualia in eis dona multiplicet, per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Qui ritus ſeruandi in cruceſignatis luſtrãdis. Quo dicto benedicens aſpergat crucem ſeu cruces aqua benedicta in formam crucis, tum ſi prælatus ſit ſedeat cooperto capite, ſi autem ſacerdos ſit eodem modo vt prius, & capiens crucem imponat in dextera vel in ſiniſtra pectoris ſignandi parte, ita vt crux affixa remaneat veſti, & ſi plures erunt ſignandi, ſimiliter ſingulis ſingulas cruces affigat, & pro vnoquoque dicat: *Accipe ſignum crucis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, in figuram ſ. ſiones crucis & mortis ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & ad tui corporis & animæ defenſionem. Amen.*

Et ſi vnus benedicendus fuerit non dicit hic, *Amen*, ſed continuet, *vt diuinæ bonitatis gratia poſt iter expletum ſaluus & emendatus ad nos valeat remeare per Chriſtum dominum noſtrum, Amen.* Si autem plures fuerint ſignandi tunc dicto ſupra vnoquoque: *Accipe*, vſque *ad defenſionem*, ſuper pluribus ſemel in plurali collectiue dicat: *Vt diuinæ, &c.* Deinde, ſiue prælatus ſit ſiue non genuflexus detecto capite, omnibus ſimul cum eo genuflectentibus dicat vt ſupra: *Pater noſter. Et ne nos*, Verſ. *Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat.* Reſpond. *in æternum & in ſæculum ſæculi.* Verſ. *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis*, Reſpond. *Miſerere nobis Domine, miſerere nobis.* Verſ. *Reſpice Domine faciem Chriſti tui.* Reſpond. *Et exaudi preces ſeruorum tuorum.* Verſ. *Adiuua nos Deus ſalutaris noſter.* Reſpond. *Et propter gloriam nominis tui libera nos.* Verſ. *Saluos fac nos domine Deus noſter.* Reſpond. *Vt liberati ſeruiamus tibi.* Verſ. *Attolle manus tuas ſuper gentes alteras.* Reſpond. *Vt videant & agnoſcant potentiam tuam.* Verſ. *Hoſtium noſtrorum tolle ſuperbiam.* Reſpond. *Et eorum contumaciam proſterne.* Verſ. *Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt.* Reſpond. *Et in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.* Verſ. *Ecce inimici tui Domine ſurrexerunt.* Reſpond. *Et qui oderunt te extulerunt caput.* Verſ. *Mitte nobis, Domine, auxilium de ſancto.* Reſpond. *Et de Syon tuere nos. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, kyrie eleyſon.*

Et his dictis ſurgat ſurgentibus omnibus benedicens ſtans, vt prius, proſequatur manibus in modum præfationis diſpoſitis, dicens: *Domine exaudi orationem meam.* Reſpond. *Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum, & cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui pretioſo ſanguine dilectiſſimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti genus humanum redimere, ac in eius humilitate iacentem mundum erigere dignatus es, tribue quæſumus, vt hic famulus tuus per te redemptus ſiue hi famuli tui, qui aduerſus impias Tartarorum & Turcarum gentes, cæteraſque barbarorum nationes viuificæ crucis inimicos pro tui nominis gloria arma ſuſcepturi ſunt & pugnaturi, virtute tua brachio ſubleuati, ad eccleſiam tuam victricia ſigna reportent, per eundem Chriſtum dominum noſtrum. amen.

Quo dicto benedicens aſpergat cruceſignatos cum aqua benedicta. Deinde cum manu faciendo ſuper eis crucis ſignum dicat in ſingulari ſi vnus eſt ſignatus, & ſi plures ſimul erunt, in plurali: *In hoc ſigno † vade. In hoc ſigno † vince. In hoc ſigno † reuertere.* Et omnes aſtantes reſpondeant. *Amen.* Tum benedicens ſiue ſit prælatus ſiue non, oſculatur ſignatum in facie dicens: *Pax tibi*, cui ſignatus reſpondet: *Et cum ſpiritu tuo.* Aſtantes autem oſculantur, ſi volunt, crucem in pectore ſignati affixam, & vadant in pace.]

11 Decretum hoc in Turcas factum bellum quam male confectum fuerit turpe eſt referre, maxima enim eſt vbi de religione defendenda agitur ſocordia principum Chriſtianorum: mirum dictu! dum ab eiuſdem conſorte fidei offenſiuncula accepta eſt, ad eam vindicandum illos innumeras mox acies effundere conſueuiſſe lugent annales: at ſi Chriſtiana pietas a Mahometana eſt vindicanda, poſt impoſitas ſacerdotibus decumas, edictaque de religioſa conſcribenda militia propoſita, omnia pia illa bellica conſilia conſeneſcunt, atque ita poſt tantos apparatus funeſtæ acceptæ clades deflendæ manent: *Heri*, nimirum vndecima ſeptembris die, inquit Burchardus a, *nuntiatum eſt ad vrbem per quoſdam, Turcum habuiſſe nona menſis auguſti, & ditioni ſuæ vi & armis ſubiugaſſe ciuitatem Mothonenſem, & duas alias ciuitates Venetorum, in quibus neminem omiſit viuum: etiam pueros & mulieres necauit.* Amplitudine, magnificentia, & opibus florentiſſimam b fuiſſe eam vrbem tradunt, & miſerando expugnatam caſu, quo ſcilicet tempore ob exceptas ſuppetias excubitores mœnibus incaute abſceſſiſſent, cum antea ingens barbarorum ſtrages edita fuiſſet: *Affuerunt*, inquit Sabellicus c, *Baiazethi Peloponeſum petenti ad centum quadraginta armatorum millia, quibus fretus cœptis Metonem terra & aquis terribili eſt oppugnatione adortus: aneis machinis muri diſiecti, & tecta vrbis concuſſa ſaxorum molibus ſuperne petitis, defenſa eſt tamen vrbs plures dies Methonenſium fide & virtute Venetoque præſidio, hiſque interim oppugnati, qui in vrbe erant tanta hoſtium rabie, vt caterua militum muros ſubeuntium a tergo impulſæ, ac in præceps actæ foſſas vrbis ſua corporum ſtrage replenerint. Manſit vtroque certamine res Veneta incolumis, repulſuſque eſt hoſtis a mœnibus propugnatorum virtute ignominia & clade affectus.*

12 *Superueniunt interea Venetæ triremes tres commeatu & viris onuſtæ, quæ ex Zacyntho mittebantur, nam Veneta claſſis, quæ illic ſtabat, multo erat inferior, quam vt tuto cum hoſte congredi poſſet*, & paulo inferius: *Hi qui nouiſſime ſuppetias ferre iuſſi ſunt per medias hoſtium ſtationes plenis velis ad vrbem contendunt, nec portum ſubire potuerunt, qui multis molibus fuerat ab oppidanis obſtructus, ne eo hoſtis potiretur. Vi igitur ſua ſubmuralibus vadis impacti in ſe totam ciuitatem illico vertunt, ne vadis hærentes ab hoſtibus interciperentur: Metu igitur, lætitiaque variantibus, vt commeatum ſimul & præſidium acciperent, non ſolum ex cæteris vrbis locis, ſed ex murorum quoque ſtationibus ad mare concurritur, quam hoſtis occaſionem nactus facto impetu prius muros tranſcendit quam ad ſubitum clamorem occurri potuerit. Pugnatum eſt nonnihil in vrbe, poſtremo omnibus amiſſis cædes fœdiſſima Græcorum multumque edita eſt, vrbs direpta, ac magna ex parte incenſa, Baiazethes Metone capta, Iunco deditione potitur mox & Corone.*

His

Chriſtiani Reges ad vindicandas Chriſti iniurias perfrigidi ad ſuas ardentiſſimi.

a Burch. vbi ſup. pag 75.

Methone a Turcis expugnata.

b Taichem. chro. Spon.

c Sabell. ennea. 10. l. 9. Petrus Card. Bib. hiſt. Venet lib 5.

Factus in littus concurſus ad Venetas naues excipiẽdas.

Digitized by Google

Coronæ Turcis dedita.

a Turcogr. hiſt. l. 1.

His conſentanea ſcribit Turcogræcæ hiſtoriæ auctor a, additque mares omnes, qui duodecimum ætatis annum exceſſerant, contrucidans, pueros reliquos fœminaſque Conſtantinopolim in ſeruitutem abductos. Cæterum non ſine maximo Turcarum ſanguine fuſo, cæſis nempe quindecim millibus barbarorum, partam hanc fuiſſe victoriam Petro Delphino relatum eſt b.

b Ext. apud Petr. Delph. lib. 6. ep. 52.

13 Cum illius cladis fama ad Pontificem perueniſſet, vrgere magis ſacri belli apparatum conſtituit, ac Poloniæ Hungariæque Reges ſollicitauit, vt ſigna in Baiazethem ad diſtrahendas illius vires efferrent, eumque propoſitis ſacris muneribus Chriſtifideles ad profitendam ſacram militia cohortatus eſt, Turcarumque immanitatem ſummam expoſuit c.

c Lib. 4. lit. var. com. an. pag. 55.

Ad futuram rei memoriam.

Beati Petri, meritis licet imparibus, ſucceſſores, & domini noſtri Ieſu Chriſti in terris vicarius effecti, audito ſæpius & intellecto validiſſimo exercitu, quem perfidiſſimi Turchi Chriſti nominis hoſtes aduerſus Chriſtianos terra marique parauerant, ac mente reuoluentes quot regna, quot prouinciæ, quot dominia, & principatus, ac ciuitates, villæ, & oppida, ac alia loca Chriſtifidelium, qui in ſortem & hereditatem eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti vocati fuerant, numero repleta non ſolum prædeceſſorum & anteceſſorum noſtrorum, ſed etiam noſtris temporibus ab ipſis impijſſimis & crudeliſſimis, ac damnatæ ſectæ Mahometanæ defenſoribus, & Chriſtianæ religionis inimicis Turchis capta & obſeſſa fuerunt, quodque ipſi poſt habitam victoriam, ſicuti ſibi a natura crudelitas innata eſt, ab huiuſmodi crudelitate & ſæuitia abſtinere neſcientes, regna, prouincias, dominia, ciuitates, & loca prædicta, & in illis conſiſtentia Dei templa, proh dolor! euerterunt, incendio concremarunt, virgines deflorarunt & tam illas quam alias mulieres & viros cum eorum filijs & paruulis adhuc lactentibus ſecum adduxerunt, & in perpetuam ſeruitutem conſtituerunt, ac (quod dolenter referimus) quandoque eos ad abnegandam fidem Chriſtianam tum pollicitationibus, quas tamen poſtmodum non obſeruant, tum etiam diuerſis pœnarum generibus induxerunt & coegerunt, ſeneſque tanquam inutiles, o crudelitas immenſa! interfecerunt, iuuenes vero tanquam boues iugo aratri conſtituerunt, aliaque quamplura inſupportabilia tormentorum genera in ignominiam & dedecus ac vilipendium Chriſtianæ religionis, & Dei excelſi contemptum inflixerunt, & impoſuerunt, & in dies excogitare non ceſſant, quomodo poſſunt Chriſtianum nomen ſubiugare, quodque adeo illorum potentia & effrænata audacia creuit & in dies creſcit, quod ſancta mater Eccleſia, quæ domina gentium a Domino conſtituta fuerat, quodammodo ancilla eiuſdem ſectæ Mahometanæ facta ſit, & eiuſdem eccleſiæ filij tanquam ſerui ſub tributo cõſtituti ſint, ac niſi dictorum Turchorum rabies & conatus reprimerentur periculum non paruum iminebit, quin breui tempore reliquum Chriſtianitatis ſuo imperio & ſubiectioni ſubiugent, quare de eodem domino noſtro Ieſu Chriſto exemplo eiuſdem B. Petri confidentes, quod ſuos non deſeret in tempore neceſſitatis, non ceſſamus catholicos Reges & principes ſæpius exhortari, & requirere, vt pro reuerentia ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius cauſa agitur, ſemotis quibuſuis diſcordijs & æmulationibus, pacem inter ſe componentes ad ſubuerſionem & exterminationem præfatorum Turchorum, & eorum principis Baiazethis, qui oculis veneno plenis non ceſſat luſtrare, qua parte venenum diffundat, & Chriſtianos offendat, inſurgerent, & anno nondum elapſo ad obuiandum furori dictorum Turchorum, qui magnum exercitum terra & mari aduerſus eoſdem Chriſtianos præparauerunt. Hac præcipua de cauſa bonæ memoriæ Ioannem ſanctæ Mariæ in via lata, diaconum Cardinalem tunc in humanis agentem legatum noſtrum de latere ad dilectos filios nobilem virum Auguſtinum Barbadicum ducem & dominium Venetorum deſtinauimus, qui noſtro nomine eiſdem duci & dominio per nos poſſibilia in tam pio & neceſſario opere expeditionis contra præfatos Turchos ſubſidia offerret.

Crudeles Turcarũ in Chriſtianos graſſationes.

Interfecti ſenes.

Aratro ſubiecti iuuenes Chriſtiani.

Solicitati Reges vt ſedatis diſcordijs arma iungant in Turcas.

Miſſus ad Venetos legatus ad eos in Turcas excitandos.

14 Et quamuis dux & dominium præfata in eodem tam neceſſario & celeritatem exigente opere etiam voluntarij, ac etiam noſtris monitionibus & exhortationibus exhortati ingentem claſſem & exercitum aduerſus dictos Turchos præparaſſent & miſiſſent, chariſſimuſque in Chriſto filius noſter Ludouicus Francorum Rex Chriſtianiſſimus, & dilectus filius noſter Petrus S. Hadriani diaconus Cardinalis, qui magiſtratum hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani ex diſpenſatione apoſtolica obtinet, ac dilecti filij conuentus Rhodi hoſpitalis eiuſdem etiam ipſis noſtris exhortationibus excitati magnam nauium copiam cum armatorum multitudine in ſubſidium ducis & dominij prædictorum, & ipſius Chriſtianæ fidei miſiſſent, tamen, forſan Domino propter Chriſtifidelium delicta, & vt ſinguli principes & Chriſtifideles quodammodo a ſomno excitati, & ad ſancta Dei opera intenti vehementius aduerſus dictos Turchos inſurgant permittente, dicti Turchi multitudine præualentes magnam partem claſsis Chriſtianorum deuaſtarunt, & ex huiuſmodi victoria in ſuperbiam & elationem adducti, & cognoſcentes etiam Chriſtifidelium debilitatem & impotentiam, in ſuaque potentia & ferocitate confidentes ad Neopatrenſem primo, & deinde Mothonenſem ciuitates munitiſsimas ſe contulerunt, & illas ac alia loca illis vicina vi & armis occuparunt, ac alia quamplurima mala & damna partibus illis intulerunt, & in dies magis atque magis inferre non ceſſant. Nos vero deſiderantes, quantum cum Deo poſſumus, huic morbo tantopere inualeſcenti, & virus ſuum dilatanti & diffundenti congruum antidotum, neceſſariamque medicinam adhiberi, & ipſius B. Petri exemplo de eodem domino noſtro Ieſu Chriſto ſpem indubiam tenentes, quod non ſolum cæteros ſuos fideles a dictorum Turchorum oppreſsionibus tueretur, ſed etiam eis de ipſis immaniſsimis Turchis victoriæ triumphum præberet, vt ab ipſis occupata loca recuperarentur, cum adiuuante Domino noſtro poſsit vnus mille ex eis fugare, non ceſſauimus apud chariſſimos in Chriſto filios noſtros Vvladiſlaum Hungariæ & Ioannem Albertum Poloniæ Reges illuſtres noſtris exhortationibus inſtare, & ut noſtram ſententiam inducere, vt ipſi tanquam validiſsima fidei Chriſtianæ, & hoc tempore tanto imminenti periculo opportuna propugnacula, expeditionem contra præfatos Turcos, qui validiſsimum exercitum terra & mari & in diuerſis locis aduerſus ipſos Chriſtianos præpararunt ſuſciperent, noſque eiſdem Hungariæ & Poloniæ

Inſtructa claſſis ſocia Venetor. Gallor. & Rhodiorum.

Claſſis Chriſtianæ pars profligata a Turcis.

Neopatræ & Mothone ab ijs expugnatæ.

Vngariæ & Poloniæ Reges in eoſdem ſolicitati

Digitized by Google

Decreta ab Alex. in Turcica expeditione ſubſidia.

Reges tam aptos quam etiam pro deuotione & ſinceritate, quam ſemper erga ſanctam ſedem Apoſtolicam geſſerunt & gerunt voluntarios inuenimus, ordinauimuſque iuxta poſsibilitatem noſtram Regibus pro præmiſſa expeditione ſubſidium præberi, & etiam præbebimus, ac ab alijs præberi faciemus pro noſtris viribus, iuxta temporis ac rei qualitatem & neceſsitatem.

15 Verum cupientes etiam prouidere, vt Chriſti fideles incolæ & habitatores in partibus & prouincia Valachiæ commorantes, ſeu quomodolibet habitantes huic expeditioni vna cum præfatis Regibus in eorum exercitibus vehementius contra dictos Turchos, & eorum ſæuitiam & rabiem excandeſcant & inſurgant, quo maioribus muneribus & gratijs pro conſequendis præmijs felicitatis æternæ cognouerint ſe communitos, de omnipotentis Dei miſericordia, qui omnes ipſum in eorum neceſſitatibus inuocantes ſubleuat, & eiuſdem Petri ac beati Pauli etiam Apoſtoli eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis partium & prouinciæ Valachiæ habitantibus, ac alijs quibuſcumque, qui in expeditione huiuſmodi contra præfatos Turchos interfuerint, ſeu caſtris per dictos Valacos ordinandis & deſtinandis aliquod opus ad huiuſmodi expeditionem neceſſarium, vel opportunum fuerit, aut victualia & neceſſaria pro ſubuentione pugnantium in dictis caſtris, aut inibi pro opere expeditionem huiuſmodi quomodolibet commorantium detulerint, & præmiſſa ſeu aliquod eorum, durante huiuſmodi expeditione, fecerunt, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, veniam & remiſſionem etiam huius ſacri anni centeſimi iubileo, & quæ proficiſcentibus in ſubſidium terræ ſanctæ concedi conſueuit & conceſſa eſt, ac ipſum iubileum per præſentes elargimur, ac volumus & apoſtolica auctoritate decernimus & concedimus, vt tam prædicti, quam qui commode ad huiuſmodi expeditionem accedere non valentes, ſeu etiam nõ volentes, etiam vtriuſque ſexus fideles tam laici quam eccleſiaſtici, etiam religioſi dictarum tamen partium & prouinciæ Valachiæ, alium vel alios ſuis expenſis ſecundum ſuas facultates tranſmiſerint vice ſua ad pugnandum, ſeu alias huiuſmodi expeditionem iuxta neceſſitatem & opportunitatem adiuuandum per annum, ſeu ad minus per ſex menſes in dictis caſtris militauerint, aut aliquod ex dictis operibus erogauerint, iam mittentes, etiam ſi duo, tres, ſeu ſi eorum facultates non ſufficerent, etiam decem vnum ſolum miſerint, quam miſſi huiuſmodi indulgentiæ & remiſſionis participes exiſtant. Quod ſi poſt iter arreptum in via, ſeu etiam in caſtris infra annum, ſeu ſex menſes prædictos deceſſerint nihilhominus huiuſmodi pleniſſimam indulgentiam & remiſſionem ac Iubileum conſequantur, ac quod omnes & ſinguli tam ſæculares quam eccleſiaſtici etiam religioſi, & in quibuſcumque ordinibus etiam presbyteratus conſtituti abſq; alicuius irregularitatis incurſu in ſubſidium huius tam ſanctæ & perneceſſariæ expeditionis, & pro ipſius fidei catholicæ intereſſe poſſint. Et quia forſan incolæ & habitatores partium & prouinciæ Valachiæ prædictarum ad vrbem pro huiuſmodi iubileo anno præſenti per nos etiam, iuxta morem & conſuetudinem prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, viſitantibus baſilicas & eccleſias almæ vrbis, & extra eam deputatas conceſſo, perſonaliter accedere commode non potuerint, volentes eorum commoditatibus & animarum ſaluti, & vt dictæ expeditioni liberius vacare poſſint, prouidere, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus tam ſæcularibus quam eccleſiaſticis, etiam religioſis partium & prouinciæ Valachiæ huiuſmodi, qui quartam partem de bonis & facultatibus ſuis eius, quod in veniendo ad vrbem prædictam pro huiuſmodi iubileo conſequendo, & huiuſmodi, per quindecim dies iuxta tenore literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum permanendo, ac in redeundo ad eorum domos iuxta ipſorum conditiones veriſimiliter exponerent, eidem expeditioni miſerint, eadem auctoritate etiam præſentium tenore iubileum & plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem elargimur, perinde ac ſi baſilicas & eccleſias prædictas ſtatuto tempore perſonaliter viſitarent. [Adiectum vt quilibet ſacerdotem, a quo omnibus noxis, etiam quarum expiatio ſedi Apoſtolicæ reſeruata eſt, excepta in epiſcopos, & ſuperiores præſules manuum iniectione, abſoluerentur, deligere poſſent, tum ſolemnes ſupplicationes imperatæ.]

Propoſitæ ſequutiuis eorũ ſigna indulgentiæ.

16 Et quoniam magna eſt vis orationis, quæ pie & iugiter ad Deum funditur, in tantum vt orante Moyſe populus Iſraelitarum victoriam de inimicis reportaret, ceſſante vero oratione inimici ſuperiores fierent, omnibus & ſingulis archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, præpoſitis, & alijs eccleſiarum ac monaſteriorum prælatis, conuentibus, & capitulis in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenus cantata in eccleſijs eorum miſſa ſolemni Spiritus ſancti, & conuocato populo, has noſtras literas publicent, & in circuitu eccleſiarum proceſsiones faciant ſolemnes, ac clerum & populum partium & prouinciæ Valachiæ prædictarum moneant & requirant, vt per miſericordiam Dei, quam ſperant ſe ſuſcepturos orationibus inſiſtant, quantum poſſunt, vt dominus noſter Ieſus Chriſtus populo ſuo periclitanti ſubueniat, & eum a faucibus draconis ſatagentis eum deuorare eripiat. Nos enim omnibus Chriſtifidelibus incolis & habitatoribus, qui prædictis pijs operibus inſiſterint, in omnibus eorum operibus & actibus in Domino benedicimus. *Et infra*.

Solẽnes preces indictę pro re proſpere gerenda in Turcas.

Valachis Iubilei anni prærogatiuæ conceſſæ.

Et vt oblationes & ſuffragia, quæ per ipſos Chriſtifideles, incolas, & habitatores ad effectum præmiſſæ expeditionis mittentur, bene & diligenter, ac fideliter conſeruentur, & ad alios, quam præmiſſos vſus non conuertantur, volumus quod venerabilis frater noſter Gaſpar epiſcopus Callienſis ad Reges præfatos, ac prouinciam, & partes Valachiæ huiuſmodi nuntius, & commiſſarius per nos deſtinatus per ſe, vel alium, ſeu alios debite iuxta prouidere, quo oblationes & ſuffragia prædicta ſine vlla prorſus fraude, prout melius expedire cognouerit, ad huiuſmodi effectum recipi, conſeruari, & exponi poſsint, ſuper quo ſibi plenam, liberam, & omnimodam harum ſerie concedimus facultatem, conſcientiam ſuam etiam ſuper hoc plurimum onerantes, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MD. VI. *kal. octobris pontificatus noſtri anno* IX.

Piorum eleemoſynæ in militum ſtipendia non in alios vſus verti iuſſæ.

17 Submiſſus etiam tum Venetijs Benedictus Piſaurius ad tuendas Græciæ laceras reliquias barbaricarum victoriarum curſum continuit, vt Sabellicus narrat a: *Iam terra*, inquit, *& mari Nauplijs imminebat victor barbarus; cæterum*

a Sabel. en. 10 l. 9. Pet. Bemb. Card. hiſt. Venet. l. 5. Rub. l. 8. Surit to. 5 l. 4. c. 24. & 30. & aly.

andi-

Digitized by Google

audito noui ducis ad Zacynthum appulſu, & quo ſtudio claſſem contrahebat, trierarchis ex circumiectis ſtationibus nauarchiſque ad ſigna reuocatis, propoſito aduerſus domum proficiſcitur. Piſaurius claſſem abeuntem e veſtigio ſecutus in Helleſpontum vſque extremum agmen carpendo, moratarumque aliquam, aut ordine aberrantium intercipiendo, perſecutus eſt, ademitque. Interim barbaro hoſti biremes & alia nauigia ad viginti & amplius, mox retro auerſus complures ex hoſte inſulas locaque maritima populatus eſt: Æginam inſulam recepit. Inde Zacynthum repetit præda onuſtus, vbi Conſaluum cum Hiſpanienſi claſſe a ſocio Rege miſſum inuenit. Et infra: *Qui duarum claſſium opibus fretus Cephaleniam, anno ſuperiori fruſtra ab aliis oppugnatam, multa vi eſt iterum adortus. Laboratum vtrinque non mediocriter, magnumque cum hoſte certamen plures dies tenuit. Ad poſtremum disiectis mœnibus oppidoque vi capto Venetus vniuerſa inſula eſt potitus.* Proxima enneade partæ victoriæ diem conſignat auctor hiſce verbis: *Fuit ſupremus ſanctis anni dies is, quo Cephalenorum inſula nominis vetuſtate inſignis Venetis ceſſit armis.* Ex his perſpicuum quam facile Chriſtiani Reges contudiſſent Turcam, ſi mutuo fœdere arma coniunxiſſent. De Imperatoris inani in Turcam conatu hæc refert poſt Methones lugubre excidium Trithemius a: *Eodem anno iterum fuit conuentus Regis & multorum principum in Auguſta, & multa contra Turcos concluſa fuerunt, & nihil amplius ſecutum, propterea quod omnes, quæ ſua ſunt quærunt, non quæ fidei & neceſſitatis extremæ Chriſtianorum: ibi de conſenſu principum generalis contributio pecuniarum pro neceſſitate imperii fuit impoſita, ſed quolibet ſuos per ſe nimium radente ſubditos nihil imperio poterat a pauperibus dari: & ſic perit fides, perit pax & concordia Chriſtiana.* Non Turcica ſed Italica bella pro reuocando ad imperium Mediolanenſi principatu illum cogitaſſe tradunt b.

Ademptæ barbaris plures naues. Ægina inſula iis erepta.

Chriſti gloria ſpreta a Chriſtianis ſuam quærentibus.

a Trithem. in chron. Sponheim. hic anno.

b Suri to. 5 l. 4. cap. 6. & 10.

18 De Ludouico etiam Francorum Rege referunt nonnulli ſcriptores, illum oratorem ad Baiazethem miſiſſe ad terroris pompam, qui Gallica arma intentaret ipſi, niſi a Veneto bello ſibi temperaret, ſed is non in Turcam, ſed in Mediolanẽſem ducem arma, in Neapolitanum deinde Regem ea vertere meditatus: quam diſſidentium inter ſe Chriſtianorum publicamque rem prodentium veſaniam deriſit Baiazethes, ac Rhodiorum equitum principi conſignatis literis anno a natali Chriſti milleſimo quingenteſimo, a funeſto vero Mahometis ortu nongenteſimo quinto ſcripſit, non capeſſendum tanto ardore a Gallo Rege Venetorum patrocinium, cum Veneti quo tempore Carolus VIII. Francorum Rex in Neapolitanum regnum exercitum duxit, Turcica arma in eum ſolicitaſſent, ſignificaſſentque in Turcicum imperium belli molem conuerſurum, ni Gallici progreſſus prohiberentur: nec vero orientalium clades Ludouicum videntur tetigiſſe ſi illius geſta ſpectentur, ſed Turcici belli ſpecie Neapolitanam expeditionem eiuſdẽ Caroli exemplo meditatum: Fridericum vero Regem, quem Baiazethi, coniunctum fœdere vidimus, Gallum de pace poſtulaſſe refert Surita c, promulgaſſeque ſe illa confecta bello Turcas petiturum, ſin vero in ipſum Gallica arma verterentur, auxiliaria Turcica imploraturum. At quæſitas impias artes pro tuendo regno exitium ipſi Friderico attuliſſe viſuri ſumus. Interea Henricus Anglorum Rex & Philippus Belgij princeps priuatis ducti commodis facto ad Caletum colloquio fœdera inter ſe iniuere, Turcicique belli curas abiecere. Ioannes Albertus Poloniæ Rex ad Turcicum quidem bellum gerendum pio ſtudio flagrabat, vt narrat Cromerus d, ſed ærarij impeditæ rationes, Pruſſicæ res incompoſitæ, Germanorum in publicis Vvormatienſibus comitijs ſuſcepti in Turcam conatus, atque ob Heluetica & Italica bella diſſoluti eum retinuerunt, demumque Tauricanorum Tartarorum per Volyniam excurſiones in Ruſſiam Poloniamque ſæuiſſimæ diminuere. Alexander Lituaniæ dux ſub Moſcouitici belli mole laticebat, ac Bohemos, Morauos, Sileſios, Polonoſque aduerſus Ioannem Baſilium ſocerum, qui Ruſſiæ partem ipſi ademerat, in auxilium vocabat, quod bellum inde enatum refert Heberſtenius e, eum Alexander vxori Elenæ templum, vt Baſilio pactus erat, Vvilnæ non extruxiſſet, in quo ſacris Rhutenico ritu peragendis vna cum ſuis intereſſet.

Fridericus Rex Neap. Turcis fœdere ſe coniungit.

c Surit. to. 5 l. 4. c. 26.

d Crom. l. 30.

Tartarorum in Poloniam excurſiones.

e Id. ibid. d Heberſten. in comment. rer. Moſcouit.

19 Diuina autem vi Moſcouitas ac Tartaros profligatos hoc anno ab Alberto Liuoniæ magiſtro, narrat Bredembachius d: *Atrox & memorabile prælium geſſerunt Liuones contra Ruthenos anno Domini MCCCCC. ſub ordinis Teuthonici magiſtro domino Vvalterio a Plettemburg excelſi animi & magnæ induſtriæ viro.* Interiectis nonnullis, vt quatuor Liuoniæ epiſcopi illi ſe coniunxerint ſubdit: *Ipſo exaltationis crucis die ad vrbem Pleskoniam tendunt: iuxta hanc ſita eſt planities duorum milliarium amplitudine, in quam vbi deuenere, obuiam illis procedit Ruthenorum Imperator cum centenis millibus armatorum, qui in duodecim acies diſtributi erant, His adiuncta erat ingens Tartarorum manus triginta millia conficiens. Itaque Teutonicus magiſter vbi aut turpiter fugiendum, aut ingenti cum animo aduerſus tantum exercitum barbarie & armis formidabilem procedendum videt, nequidquam de victoria ſpe remittens fortunam belli tentare ſtatuit, & paucis ſuorum animos confirmat, &c.* Dicere pergit diſploſa in Tartaros fuiſſe tormenta bellica, factamque ingentem eorum ſtragem. De Moſcouitis vero hæc narrat: *Tartari vbi prælio fuſi fugatique, ſuccedunt duodecim Moſchouitarum acies animis & virtute recentes. Teutonici cæſis Tartaris, vbi bellum recrudeſcere ſentiunt quanto maiorem hoſtium vim prioribus ſuccedere conſpiciunt, tanto maioribus animis in hoſtes irruere, & velut ab integro noua virtute reſumpta ingenti cum fremitu cæſim punctimque confligere, ſauciare, confodere. Vergente iam ad veſperam die, qui ex Moſchouiis ſupererant furtim ſe Pleſcouiam ſubducunt. Prælio ita diremptio, compertum eſt ex Teuthonicorum agmine vnum dumtaxat interemptum, Moſchouiorum vero & Tartarorum circiter centum millia trucidatos, & duabus milliaribus cadauera paſſim diſperſa iacere. Memorabilis hic victoriæ triumphus, & ſingulare virtutis & fortitudinis exemplum, ac dignum quod ſempiterna memoria donatum nunquam aboleatur. Moſchouiorum Imperator, qui ipſe in aciem non prodierat, cum ſummo ſtupore admiratur tantum exercitum tam exigua manu, tam turpiter cæſum & proſtratum, atque illico pacem quinquaginta annis cum Teutonibus firmat.* At de his hactenus: nunc ad inſtitutam de Turcis orationem reuertamur, Vvladiſlaus e Hungariæ Bohemiæque Rex egregie ad ſacram militiam affectus erat, ſed aliorum principum ſocia arma expectebat. Ioannes Daniæ ac Noruegiæ Rex Friſijs & Thiermarſicis prælijs ſe immiſcebat f, vt Ditmarſiam, quam iure hereditario tum imperatorio bene-

d Bredemb. in deſcrip. belli cū Liuon.

Hoſtium potentia maxima.

Moſchi magna ſtrage deleti. Vno catholico tantum cæſo centum millia hoſtiũ trucidata. Pax in annos quinquaginta firmata.

e Rurb in mſ. diar.

f Albert. Krantz. Saxo l. 13 & belliſ. Ditmar l. 1.

beneficio obnoxiam ſuæ ditioni contendebat. ſibi aſſereret, Suecia a Daniæ Regis Stenoniſque ducis factionibus laborabat.

a Id Suec. 16. Magnus l. 23 c. 15.

Decernit Alex. cũ Gallo vel Hiſp. Rege in Turcas proficiſci

b Sup. c. 26 cit. eadem lit. Alex. VI. apud Boſ. p. 2. hiſt. eq. Ieroſ. l. 15.

20 Quod ad Alexandrum Pontificem, ſummum Chriſtianorum ducem & apicem attinet; promulgaſſe religioſam in Turcas militiam ſe profiteri velle, atque omnia ad iter neceſſaria adornaſſe refert Surita b; tum ad Reges omnes ſcripſiſſe caſtrenſes in cruceſignato exercitu labores ſe ſubiturum, modo Francorum, vel Hiſpanorum Rex illum ductaret, ac propterea ſuis & Cardinalium ſumptibus quadraginta triremes comparaſſe, viginti nimirum Venetijs, reliquas in alijs portubus inſtruxiſſe: hortatum etiam eoſdem principes, vt laboranti Chriſtiano imperio opitularentur: ac ne ob inteſtina diſſidia Chriſtiana res peſſum iret, de pace inter Ludouicum Francorum ac Fridericum Neapolis Reges concilianda, vel ineundis diuturnis inducijs egiſſe, Hiſpano Regi ſacerdotiorum decumas in ipſius regnis cogendas in claſſici apparatus ſumptus obtuliſſe, dummodo præfecto, cui ſummum claſſis Hiſpanæ tribueret imperium, Pontificem quocumque tenderet ſequi iuberet. Miſſi etiam fuere ab Alexandro in Germaniam, Poloniam, & Hungariam apoſtolici legati, nempe Gurcenſis c Cardinalis ad Maximilianum, & Gaſpar Callienſis epiſcopus ad Ioannem Albertum & ad Vladiſlaum, ad quem iterum adulto anno Reginus Cardinalis profectus, cum rei bene gerendæ ſpes affulgeret. De Gurcenſi meminit Nicolaus Baſelius d, interclusumque illi in Germaniam aditum tradit: *Alexander, inquit, Papa VI. Raimundum Cardinalem S. Mariæ nouæ Gurcenſem epiſcopum cum gratia & indulgentijs iubilei in Germaniam, Daciam, Suediam, & Pruſſiam legatum a latere miſit, multis illum facultatibus dotis nomine condonando. Hic aliquandiu Tridenti ſubſtitit propterea quod Maximilianus Rex Germanorum, atque regni principes electores, qui intereſſe prætendebant hunc, ne ſua legationis fines attingeret, prohibebant. Verum poſt multos & varios deſuper tractatus tandem admiſſus Inſpurchk ad Maximilianum Regem ſe tranſtulit, vbi per menſes aliquot moratus poſt Norimbergam dein Coloniam venit.* Verebantur illi, ne iubilei expiationis Turcicique belli ſpecie aurum ex Germania abraderet, priuſque de parte auri a pijs conferendi, in ſuos vſus deriuanda paciſci voluerunt, nam is mos improbus, ex quo tot poſtea mala fluxere, inoleuerat. Pactum ſimiliter Ioannem Albertum Regem Poloniæ cum internuntio apoſtolico Gaſpare Callienſi epiſcopo indicat Cromerus, dum ait ex collecta ſtipe, quam Poloni pro conſequenda iubilea gratia erogauerant, triginta fere aureorum millia comparaſſe; cæterum non permiſiſſe, vt pontificia de indictis decumis diplomata promulgaret: *Superuenit, nimirum auguſto menſe, quo ab inſequendis fruſtra Præcopenſibus Tartaris redibat Albertus, Gaſpar Callienſis epiſcopus Alexandri VI. eius nominis Pontificis maximi ad Turcicum bellum Regem cohortans, & pia militia, quam crucis ſeu cruciatam vocant, facultatem ad id bellum ipſi pariter & Hungaro Regi afferens, ſimulque iubilæum & poteſtatem decimæ de cunctis eccleſiaſticis redditibus in ſuo vtriuſque regno in ſubſidium eiuſdem belli exigenda. Tardius autem is venit, quod prius in Hungariam cum iiſdem mandatis diuertiſſet, ac decima quidem a noſtratibus epiſcopis & collegijs ſacris negata, ſed vſitata contributio pro ea decreta eſt, qua tunc ad tria millia florenorum vix peruenit, iubileus vero promulgatus triginta fere millia florenorum Regi reddidit.* Diſtinctos crucis ſymbolo aſcriptoſque ſacræ militiæ plures fuiſſe ab eodem internuntio, addit auctor. De Cardinale vero Regino in Hungariam poſt Callienſem epiſcopum legato hæc tradit Burchardus.

De pace inter Neap. & Gall. inita colloquia.

c Burch. vbi ſup.

d Baleſ. in addition. ad Naucl.

Card. Gurc. decernitur legatus in Germaniam.

Cur a Germanis aditu prohibitus.

Indignæ querelæ bellum turcicum ſpecie indici ad opes expilandas.

Vngaricus clerus decimas negat pendere.

21 *Feria ſecunda XVI. menſis nouembris fuit ſecretum conſiſtorium, quo finito familia reuerendiſſimi domini Cardinalis Regini legati ad Hungariam deſtinati oſculata eſt pedem Papæ, & ipſe legatus aſſociatus eſt ab omnibus reuerendiſſimis Cardinalibus extra portam viridarij, valete dixit Cardinalibus & prælatis more ſolito.* Hoc interprete Hungarum cum Pontifice & Venetis fœdus in Turcas iunxiſſe videbimus poſtea: quin etiam encyclicis ad Italos literis extremo anno datis egregie animatum ſe ad fidem Chriſti contra Mahumeticam tyrannidem defendendam oſtentabat. Pontificiæ vero literæ de gerendo in Turcas bello ita conſignatæ ſunt: *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MD. V. idus decembris pontific. noſtri anno IX.*

Reginenſis Card. in Vngariam miſſus.

22 Tantum fuiſſe fidelium in lucrandis indulgentijs pietatis ſtudium refert Petrus Bembus a Cardinalis, vt in ea parte Italiæ, quæ ditionis Venetæ erat, ſeptingentæ nouemque auri libræ & eo amplius ex collata ſtipe redactæ fuerint, quod aurum in quindecim triremibus contra Turcas inſtruendis collocatum, licet tardius, ſuo loco dicetur. Ex quo colligitur in reliqua Italia, ac multo magis in alijs regnis ingentem auri vim ex indulgentijs coactam. Verum congeſtas a fidelibus Italis pro ſacro in Turcas bello gerendo opes, ad fundendum Italicum ſanguinem profuſas queritur Guicciardinus b: Æmiliamque graui bello preſſam hoc ipſo tempore dicetur inferius: licet enim Alexander in Cardinalium ſenatu verbo & publicis diplomatibus profeſſus eſſet multa a ſe in Turcas gerenda, tamen eius conatus ad res Cæſaris filij ſui augendas conuerſi fuerunt; illum enim roſæ aureæ munere, quod Regibus aliiſue principibus de Eccleſia benemeritis dari conſueuit decorauit ac ſigniferum Romanæ eccleſiæ dixit c, vt vrbes plures ditionis eccleſiaſticæ, depulſis veteribus toparchis, qui imperatum cenſum ærario pontificio non intulerant, in ſuam redigeret poteſtatem. Potitus ille paulo ante fuerat Foro Cornelij primum, ac mox Foroliuio ineunte anno, ad quem dum Cardinalis Borgia de parto principatu gratulaturus prouolaret, vt adumbrata eſt humana felicitas, contracto ex concitatiore curſu morbo perijt, de quibus hæc Burchardus d: *In nocte ſequenti diem martis XIV. menſis ianuarij renuntiatum eſt per vrbem arcem Forliuienſem fraudulenter ac violenter expugnatam, & in ea magnificam dominam comitiſſam relictam quondam comitis Riarij ab illuſtriſſimo duce Valentino eſſe captam, cæteris omnibus interfectis. Præter hæc etiam nuntiatum eſt, reuerendiſſimum dominum Cardinalem Borgiam ex Bononia, cum quatuor tantum ex ſuis per tabellariorum poſtas, vt Romam veloci acceſſu perueniret, Vrbinum applicuiſſe circiter diem prædictum, & ibidem febrim ipſum inuaſiſſe medicis ſuſpectam, de quo Papa fuit per dominum Angelicum epiſcopum Tyburtinum cum eodem Cardinali exiſtentem certificatus, & deinde per alium nuncium Papa per eundem epiſcopum ſignificatum febrim periculoſam non eſſe, & quod morbilli apparerent, quorum cauſa febris aduenerat, quodque Cardinalis ipſe captura arcis Forolinienſis intellecta equum aſcenderat iturus Forliuium ad ducem illi congratulaturus de victoria,*

Ex ſtipe collocata a Venetis inſtructæ quindecim triremes.

a Card. Bemb. hiſt. Ven. l. 5. in fin.

b Guicciar. lib. 5.

c Burch. vbi ſup.

Cæſar Borgia creatus ſignifer eccleſiæ Rom. Forliuienſi principatu potitur.

Cardinalis Borgiæ miſera mors.

d Burchar. par. 2. in Alex. VI. pag. 15.

Digitized by Google

ria, & cum celeri acceſſu Foromſempronium perueniſſet, febrim vehementiſſimam rediſſe, de qua expirauit in nocte poſt diem iouis XVI. *dicti menſis ianuarij.* Succinctus Gallicis armis dux Valentinus Piſaurenſe bellum ſuſceperat, cum ob repentinam Ludouici Mauri in Inſubriam irruptionem illud intermittere coactus eſt, euocato a Iuone Alegrio cum vniuerſo equitatu a Iacobo Triultio, qui ob aduerſæ factionis odia in diſcrimen adductus erat. Narrant has Mediolanenſium rerum conuerſiones fuſe ſcriptores b, quas nobis breuiter delibare ſuffecerit.

Ludouici Mauri in Mediol. princ irruptio.

a Sabell. enn.10.l.9 Guicc.l.4. Surit.to.5. annal.l.3. c.46.

b Sabell. & Guicc.l.4. Ferro.l 3 Marius lib.30. Aug.Iuſt. l.5. Surit. to. 5. l.4. c.6.& alij

23 Excitus ab amicis & alijs Mediolanenſibus, quibus Galli inuiſi erant, Ludouicus Sfortia ex Germania cum octo Heluetiorum millibus, & quingentis Burgundici comitatus cataphractis militibus ſtipendio conductis, ab Aſcanio Cardinale fratre ſociatus in Italiam reuerſus, Nouocomi primum, deinde Mediolani a ciuibus ingenti gratulatione exceptus eſt, cuius partium ſtudia, Ticinum Parma, Veganum, & aliquæ aliæ vrbes ſecutæ ſunt. De qua recenti rerum commutati hæc a Petro Delphino c ordinis Camaldulenſis ſupremo præfecto ad alterum Petrum Delphinum, de quo ſupra memorauimus, ſcripta fuere: *Senex es & prouectæ ætatis ac plenus dierum, & neſcio an videris vnquam aut audieris tantam adeo breui tempore humanarum rerum varietatem atque inconſtantiam, quantum pauculis annis vidimus & audiuimus. Vere incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei & inueſtigabiles viæ eius, qui & deprimit cum voluerit, & rurſum cum voluerit erigit eliſos, & ſanat contritiones eorum. Occupauerunt dudum Galli Apuliæ regnum facta per mediam Italiam irruptione & deuaſtatione ingenti, paula poſt eiſdem exturbatis & profligatis in regnum ſuum, qui prius eiecti fuerant, reſtituuntur: idem hoc anno atque his diebus Mediolani accidit, pulſus ab eadem gente ſolio principatus ſui Ludouicus, & in Germaniam fugatus, ipſe quoque a populo ſuo paulo ante in priſtinam dignitatem reuocatus eſt non ſine admiratione omnium fere, qui factum audierunt. Putauerunt pleriſque omnes actum de illo fuiſſe, cum adhuc nemine perſequente aufugiſſet, & ecce quam celeriter caput extulit, atque euerſit. verum expertus ſemel potentem ſuper ſe manum Domini, & brachium extentum non extollatur pro adepta miſericordia, ne forte iterum cum illis annumeretur, de quibus dicitur. Deiecisti eos dum alleuarentur, non enim propterea in tranquillum redactus Mediolanenſium ſtatus creditur, opinantibus multis rediturum eſſe maiore militum vi Francorum Regem, & in rebelles ſuos crudelius ſæuiturum, &c. Vale, Florentiæ die* XXI. *februarij* MD.

d Pet.Del. l.6.ep 28.

24 Peruagata eſſet latius a Gallis defectio, niſi Veneti, multis precibus exãbitam a duce amicitiam reſpuiſſent, ac miſſo Nicolao Vrſino Petiliani comite pronas in exitium Gallorum res ſuſtentaſſent: Genua, Aſta, & aliæ cis Padum vrbes, intentæ quo ſpectarent illi motus in officio ſe continuere. Dedita autem pacto militari Nouaria, Sforiia arcem obſidione premebat, ac nouas in dies ab Aſcanio Cardinale adducendas copias præſtolabatur, cum Gallorum Heluetiorumque noui delectus habiti ducibus Georgio Cardinale Rothomagenſi, & Ludouico Tremollio, ſuperatis alpibus, Nouariam caſtris cinxere ineunte aprili, decerneréque cum ijs bello parabat Ludouicus Sfortia, cum ſtipendiarij Heluetij a tribulibus, qui Gallica ſigna erant ſecuti, corrupti pugnam cum fratribus propinquiſue inire detrectantes miſſionem petiere: ita fuſis Italis Germaniſque Sfortia Nouariam redijt cum Heluetijs, quos nunquam in vrbe retinere potuit, donec Aſcanius Cardinalis frater & Franciſcus Gonzaga auxilia ferrent. Cum autem ſe in prædam obijci hoſti intueretur, arte fugam tentauit ſumpto Heluetico cultu, ſed cum per medias Gallorum acies incedendum ei foret, cognitus captuſque eſt. Quibus conſentanea mox Romæ nuntiata refert Burchardus a: *Nunciatum,* inquit, *fuit ad vrbem, quod in dicto conflictu per Ludouicum ducem Mediolani Gallis, & per illos acceptato, hora ſtatuta adueniente Heluetios ſiue Suitenſes a duce Mediolani conductos noluiſſe pugnare contra Gallos; ſimiliter neque guardiæ Burgundiæ incurriſſent in ducem & gentes ſuas: Gallos ducem cepiſſe cum multis nobilibus Italis, Suitenſes autem & cæteras extraneos illæſos abijſſe, & id contigiſſe veneris decima huius menſis circa horam veſperorum ante ciuitatem Nouarienſem, ex quo poſt quatuor * noctis auditi ſunt vſque per totam noctem clamores & iubilatus per vrbem: Vrſa, Vrſo; Francia, Francia; cum ſonitu multarum tubarum. Papa dicebatur donaſſe nuntio, qui hæc noua attulit centum ducatos.* Ita formidabilis quondam princeps ex alto rerum culmine in carcerem decidit, cuius triſtem caſum diuinæ animaduerſioni b tribuunt. Partum ab eo iniquis artibus principatum plerique affirmant: nec minus vſum ſcelere ad illum retinendum, ſiquidem Baiazethi ſignificaſſe Gallorum Regem Italia oppreſſa contra Turcicum imperium conuerſurum cum Venetis armorum vim, illumque ſolicitaſſe vt inſtructa claſſe inuaderet Italiam, quæ per Fridericum Regem Neapolitanum nihil æque ac Gallorũ arma horrentem pateret, illatarumque per Turcicas in Illriam irruptiones calamitatum auctorem e fuiſſe. Sed malæ artes non profuere homini, qui in diuina potius ope ſpem locare debuiſſet: *Adhibuerat,* inquit Ferronius d, *omnem operam, qua huiuſcemodi procellam depelleret, Baiazethem Turcarum Imperatorem ſolicitarat, vt in Italiam arma eodem anno transferret, Turcarum copijs per Forumiulium miſſis, qui & infra loca deſcendentes ingenti præda abducta abierunt, ortturum maiorem tumultum ſperantes, vt eis Sfortiani receperant. Plures id prodiderunt diuino id ei conſilio accidiſſe, vt poſt ſublatos veneno nepotes, in hos acerbos fortunæ impetus incideret, alij arrogantia, alij perfidiæ, punica enim fide, vt noui commodi ſpes affulſerat, palam recepta etiam cum Venetis Pontificeque fœdera violarat, quidam impietati, cum eodem anno Gallos ad ſacrum annum expiandæ reipublicæ Chriſtianæ gratia indictum a Pontifice Romam euntes hoſpitibus nummo aureo pro Gallico capite delato occidi iuſſiſſet.*

Plures vrbes ab eo recuperatæ.

Fuſus Mediol. dux.

a Burch. vbi ſup. pag 46.

Deſertus ab Heluetijs.

Capitur a Gallis.

*quartam

b Sabell. enn. 10. lib. 9.

Ingentiũ malorum auctor extiterat

c Sabell. enn.10.l 9

d Ferron. in Lud. XII. l.3.

25 Perculſus eo caſu frater Cardinalis cum aliquot equitum turmis in fugam ſe coniecit, ſed a Veneto equitatu interceptus eſt. Hac Sfortianorum clade, quam ad tertium idus aprilis contigiſſe ſcribit Sabellicus e quaque vſus eſt Alexander, quippe qui Gallicis armis nouos principatus Cæſari duci Valentino filio ſuo, a quo fœdatam cruore Italiam videbimus, parere affectabat, ac Georgium Ambaſianum Cardinalem presbyterum tit. S. Sixti in Inſubria legatum apoſtolicum creauerat f, a quo Mediolanenſes decima aprilis die præteritæ a Francorum Rege defectionis veniam popoſcere g, quorum exemplum reliquæ vrbes ſecutæ in Gallorum poteſtatem redierunt. Cum vero Francorum Rex metueret, ne aliquando Aſcanius principatum recupera-

Aſcanius Card. in fuga interceptus

e Sabel.en. 10. l.9.

f Pet. Delfrey in annal. Franc.

g Id. ibid.

Mediolanenſes deditionẽ faciunt.

peraret a Venetis ſibi dedi peruieit, de quo hæc Burchardus in diarijs b: *Eadem die*, nimirum xv. maij, *reuerendiſſimus dominus Cardinalis Aſcanius viceeancellarius, qui Venetus in principio huius menſis a Venetis conſignatus fuit oratoribus Regis Francorum in Franciam ducendus cum omnibus protonotarijs, abbatibus, & prælatis ſecum nuper captis intrauit Mediolanum in rochetto & mantello de ciambelloto & capello griſeo, & post eum prothonotarij, abbates, & prælati prædicti videlicet equis inſidentes, pedibus ſub equis colligatis ſucceſſiue vnus poſt alium equitantes, a multis ſtipendiarijs Regis Franciæ aſſociati ducti fuerunt ad caſtrum Mediolani, & inde ad Franciam.* Et infra c: *Feria ſexta quinta menſis iunij reuerendiſſimus dominus Cardinalis Aſcanius receſſit de caſtro Mediolani in mula itarus in Franciam aſſociatus a viginti quatuor nobilibus & alijs equeſtribus.*

a Sabell. enn. 10. l. 9 & Guicc. lib. 4
b Burch. vbi ſup. pag. 54.
c Id. pag. 59.
Abducitur in Galliam.

26 Paſſus eſt Alexander Aſcanium Cardinalem in Gallica cuſtodia pro Italica quiete contra cardinalitiæ dignitatis decus detineri, & Ciſterciensem abbatiam, cuius adminiſtrationē ille geſſerat, Iuliani Cardinalis epiſcopi Oſtienſis fidei commendauit d. Accepit ita merita ab Alexandro præmia Aſcanius Cardinalis, qui ſimoniaca fraude corruptus illum ad pontificatum extulerat. Porro tuliſſe Aſcanium ipſum ſumma animi conſtantia eam calamitatem refert Ferronius e ſic inquiens: *In Galliam perductus, non modo non infracto animo propter aduerſi prælij euentum, ſed confirmato atque renouato viſus eſt, quanquam verſa omnia intelligeret, & ad Regem noctu accedens cum multis facibus, aulicis ad eius ſpectaculum prouenientibus, honorifice quidem Regem & ſalutauit & appellauit, ſed nec ad pedes iacuit, nec vllis lachrymis eiulatuue captiuitatem deplorauit, quin de ſua captiuitate cum Philippo Luxemburgo Cardinale & Octauiano Sangelaſiano Engoliſmenſium Pontifice diſſerens, bene ſecum actum aiebat; incabaturque Venetos de ſe optime meritos, qui eum ex his laqueis, quibus circumretitus eſſet, exuiſſent, ac vi abductum explicaſſent, cum periculum eſſet ne in maiores plegas incideret, quibus confici eum & concidi neceſſe eſſet, indicans hac ratione vel ad Fredericum Neapolitanum Regem, vel ad Alexandrum Pontificem confugienti, vel ad Maximilianum redeunti duriorem ſortem futuram, ea enim conſilia agitarat cum fratre, fugam etiam ambo ad Baiazethem Turcam meditati, ni intercepti fuiſſent ſed Aſcanium ob gradum purpuratorum parum carcer tenuit; ac paucis poſtea menſibus fidei ſuæ commiſſus eſt, vagarique tota Gallia permiſſus.*

d Lib. 6. bulla ſecr pag. 143.
e Ferron. lib. 3.
Magno animo fert Aſcanius calamitatem ſuam.
Emiſſus e carcere

27 Non pari ſorte potitus illius frater, quem narrant in ſubterranea ſpecu Lochienſis arcis ferreis compagibus ferreoque oſtio munita diuturnam captiuitatem pati compulſum, ne libere nouas turbas excitaret, quorum calamitate territi Inſubres aliquandiu Gallicum iugum tolerarunt: *Ludouicus interea*, inquit Ferronius f, *potitus Mediolano, vt ſunt Regum cupiditates inſatiabiles & ſordent priora, dum maiora quæque expetuntur animum adiecit ad Neapolim, quæ a Carolo defecerat, recipiendam*, quod illius oratorem die feſto S. Petri Alexandro plaudente profeſſum; narrat Burchardus g, cum Fredericus Rex oratoris ſui opera feſto die Apoſtolorum Petri & Pauli equum album phaleris ornatum obtuliſſet Pontifici: *Et tunc*, inquit auctor h, *reuerendus dominus Robertus epiſcopus Trecorenſis orator Regis Francorum dixit: Beatiſſime pater, cum regnum Neapolitanum ſpectet de iure ad Chriſtianiſſimum Regem Franciæ, ſupplico ſanctitati veſtræ quod per huiuſmodi acceptationem non velit iuri Chriſtianiſſimi Regis mei ad regnum prædictum competenti in aliquo præiudicare, cuius nomine offero ſanctitati veſtræ, poſtquam Chriſtianiſſimus Rex meus fuerit poſſeſſionem dicti regni conſequutus, longe maius commodum ſanctitati veſtræ & ſanctæ Romanæ eccleſiæ facturum. Papa ſubriſit & nihil reſpondit, & orator Regis Neapolitani voluit neſcio quid replicare, ſed Papa manu & ore indixit ei ſilentium, nec opus erat aliqua replicatione.* Cum ita de auertendis a Turca in Neapolitanum Chriſtianis armis erumperent conſilia, dimiſſo oratore Neapolitano, atque Alexandro pontificiam ædem ingreſſo extremum vitæ diſcrimen adijt, de quo inferius dicetur.

Ludouicus dux carcere diutino maceratur.
f Ferron. lib. 3.
g Burchar p. II. in Alex. VI. pag 82.
h Id. ibid.
Gallus orator diſceptat ius ſpectare ad Regem.

Refert Guicciardinus a ſubacta ab Cæſare Borgia Gallorum armis ac ſtudijs fuiſſe Piſaurum atque Ariminum, cum vero ad Fauentiam caſtra admouiſſet, Fauentinos ita ſtrenue principem ſuum tutatos, vt tandem ob ingruentis hyemis inclementiam obſidionem ſoluere coegerint: legatum vero apoſtolicum in Germaniam decretum fuiſſe ab Alexandro, vt Maximilianum ægre ferentem diuulſum ab Imperio ducatum Mediolanenſem Gallo Regi conciliaret, vt ſolutus eo metu Ludouicus Neapolitanam expeditionem conficeret. Functum ea legatione Cardinalem Gurcenſem ac xxix. octobris in prouinciam abijſſe dictum eſt, agitatumque de affinitate inter vtrumque iungenda, deſpondendaque Claudia Ludouici filia cum Mediolanenſi & Britannico ducatibus, nec non iure Neapolitani regni dotalibus Carolo ex filio nepoti, ita coniunctis enim Germania Gallia & Hiſpania arctiſſimo fœdere confici demum feliciter Turcicum bellum poſſe.

a Guic. l. 5
Piſaurum & Ariminum ſub acta a Cæſ. Borgia.
De affinitate inter Maxim. & Galliũ Regem agitatum

28 Hæc bella felicius confecturus Gallorum Rex cum Anglis veteres controuerſias compoſuit, factaſque noui fœderis pactiones a Pontifice confirmandas curauit: qua de re extat apoſtolicum diploma b, in quo inſertæ ſunt hæ Ludouici Regis literæ, quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

b Lib. 2. ſecr pag. 9

29 *Cum die tertia nouembris anno Domini* MCCCCXCII. *apud Stabulas ſupra mare inter inclytæ recordationis defuncti Caroli Regis domini, fratris, & prædeceſſoris noſtri chariſſimi, & sereniſſimi Angliæ Regis Henrici chariſſimi etiam fratris & conſanguinei noſtri oratores, procuratores, ambaſſiatores, & commiſſarios fuerunt contracta, conuenta, tractata, & concluſa nonnulla capitula, bonum pacis & concordiæ vtriuſque Regis & regni concernentia, quorum tenor ſequitur & eſt talis. In primis quod bona, ſincera firma, & perfecta ſint & inuiolabiliter obſeruentur pax amicitiæ & fœdera inter potentiſſimos Franciæ & Angliæ Reges antedictos, eorumque patrias & dominia*, & infra, *& durante vita vtriuſque principum prædictorum & alterius eorum diutius viuentis, & per annum integrum poſt obitum vltimo eorum morientis, ita tamen quod ſucceſſor Regis præmorientis dictam amicitiam & pacem infra annum a die obitus ſui prædeceſſoris tenebitur per ſuas literas magno ſigillo ſigillatas hanc amicitiam ratificare & confirmare, dictamque ratificationem & confirmationem Regi ſuperſtiti facere tranſmittere & deliberare.* Interiectis pluribus, quibus hoſtiles excurſiones vetitæ additur vt Veneti, Florentini, & Genuenſes libere per Angliam & Gallias commeare, merceſque diſtrahere poſſint, limitis controuerſia ita diremptа eſt.

Ludouici Regis literæ.

Item quod termini ac limites terræ ſiue marchiarum Caleſiæ de obedientia Regis Angliæ in confinio comitatuum Boloniæ & Gruxennarum ponentur, & redu-

De limitibus principatuum cõpoſitæ controuerſiæ.

Digitized by Google

*reducentur, ac manutenebuntur, vti hactenus fuerunt & erant ante deſcenſum ipſum Regis in Caleſia, & ra*d*ella ſeu fortelitia, quæ capta & ſubtracta fuerunt e Regis Franciæ obedientia, die quo ipſe Rex Angliæ applicuit Caleſiæ, vt pote Ardre, la Monnoire, Lisbnes, Fiennes, Oſtenghes & ijs ſimilia, quæ per ipſum Regem Angliæ ſuos commiſſarios aut confœderatos, qui ſibi in hac expeditione adhæſerunt, detinentur & occupantur, reponentur in eo ſtatu, in quo nunc ſunt vna cum ſubditis dictorum locorum in obedientia Regis Franciæ pari modo & forma, vt erant ante dictum deſcenſum.*

30 Comprehanſi præterea eodem fœdere Reges & principes Angliæ & Galliarum Regum ſocij, de Maximiliano Romanorum Rege & Philippo archiduce adiectum, vt quatuor menſium flexu promulgarent, an eius fœderis iura admittere & colere vellent. Ne autem pacta fœderis religio temere violaretur, conſtituti illius vadices in Normannia dux Aurelianenſis, in Occitania dux Borbonius, in Britannia comes Eugoliſmenſis, in Arteſia princeps Aluernæ, & alij proceres, in Anglia vero pacis aſſertor pronunciatus eſt Regis auunculus dux Bethfordiæ, idemque rei maritimæ præfectus. Latæ etiam plures leges ad auertendas omnium diſcordiarum occaſiones, ac ius vtrique genti ex æquo adminiſtrandum, graſſationeſque quaſuis inhibendas, quæ omnia pontificia auctoritate firmanda Gallo Angloque viſa ſunt: *Quodque*, inquiunt fœderis tabulæ, *vterque principum prædictorum prædictam amicitiam & omnia capitula antedicta per ſedem Apoſtolicam, & auctoritatem eiuſdem infra ſex menſes dictos duodecim menſes proxime ſequentes confirmari, vallari, & roborari pro viribus procurabit, & cum effectu faciet, & inſuper vterque principum prædictorum infra terminum ſupradictum, inſtanter & cum effectu requiret ſacroſanctam ſedem apoſtolicam & ſummum Pontificem, quod ferat ſententiam excommunicationis nunc pro tunc, & tunc pro nunc in eum ex prædictis ducibus, & principibus, qui omnia & ſingula capitula in prædicto tractatu contenta, quatenus ipſum concernunt, non obſeruauerit præter & vltra ſententiam interdicti in eius regno terris, patrijs, & dominijs, non obſtante aliquo priuilegio in genere vel in ſpecie illis, aut eorum alicui ſub quacumque verborum ſerie conceſſo, cum dicti principes palam publice & expreſſe renunciant, &c. Datum apud Stepulas ſuper mare III. die nouembris anno Domini* MCCCCXCII. His addit Ludouicus XII. Rex, qui Carolo VIII. ſucceſſerat ſe ea admittere & confirmare, ac literas hac temporis nota obſignat. *Datum Pariſiis die XIV. menſis Iulij anno Domini* MCCCCXCVIII. Ac demum Pontifex eorumdem Regum fœdera religionis nexu conſtringit.] *Nulli ergo noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis, & mandati infringere, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno dominicæ incarnationis* MCCCCXCIX. XIX. *kal. februarij pontificatus noſtri anno* VIII.

Qui fœderis vindices cõſtituti.

Caroli V natalia. a Burch. vbi ſup.

31 Natus eodem anno fuerat Carolus ducis Lucemburgenſis titulo primum inſignitus, de quo hæc Burchardus a: *Nuntiatum eſt ad vrbem die lunæ* XXIV. *februarij proxime præteriti in auroradiei ſole exiſtente in piſcibus ex illuſtriſſimo Philippo archiduce Auſtriæ, & illuſtriſſima Ioanna filia Regis & Reginæ Hiſpaniæ natum eſſe principem, cui in baptiſmo impoſitum eſt nomen Carolus, ob quam rem reuerendus dominus Philippus Maturelli orator ſereniſſimi Regis Romanorum voluit, quod eccleſia hoſpitalis noſtri ornaretur, & in ea ad laudem Dei & honorem miſſa per aliquem prælatum celebraretur aliquibus Cardinalibus præſentibus.* Fuit hic Carolus in Cæſarum poſtea numero quintus, rebus geſtis celeberrimus.

Ferd. & Iſab. de re chriſtiana optime meriti.

32 Optime porro de Chriſtiana religione meriti hoc anno fuere Ferdinandus & Eliſabeth Hiſpaniarum Reges, tum in ſubmittenda in Turcas claſſe, tum in Granatenſium Maurorum comprimendis motibus, frangendis nimirum pertinacibus terrore & vi, alijs vero ad Chriſtum pelliciendis. Orta a autem Granatæ fuerat ſeditio ineunte anno auctoribus Albaizinenſibus, qui editiorem vrbis partem proprijs diſſeretam mœnibus incolebant, cum ingentes Maurorum ad Chriſtum acceſſiones fieri pati nequirent, ædes Franciſci Ximenij Toletani archiepiſcopi, a quo Chriſtiana res ardentibus ſtudijs prouecta fuerat, oppugnarunt; & quamuis ſuaderent ei plerique, vt in arcem Alhambram ſe ſubduceret; maluit tamen ipſe commune periculum cum ſuis pro Chriſti nomine ſubire. Conflata inde illi maxima inuidia eſt, quaſi improuidæ pietatis temerario ardore Granatam tot ducum militumque laboribus partam in diſcrimẽ defectionis adduxiſſet, ſed demum purgauit ſe apud Reges, ac multo maiorem Maurorum multitudinem Chriſto adiunxit, cum Albaizinenſibus perduellionis reis vi militari repreſſis a prætore, qui in perfidia obfirmatiores ſupplicio affecerat vel coniecerat in vincula, propoſitum eſſet, eos crimen læſæ maieſtatis ſuſcepta tantum Chriſtiana religione expiare poſſe, tunc enim Chriſtianam fidem velle ſe profiteri renunciarunt, in quibus deſudaſſe & elaboraſſe Ximenium accurate narrat Gomeſius b: *Cum Albaizinenſes læſæ maieſtatis lege tenerentur, conditioque illis propoſita eſſet vtrum ſupplicium mallent, an baptiſmum, ad Chriſtum omnes ad vnum ſunt reducti, & ſimul quidquid in reliqua vrbe infidelis turbæ ſupererat, quos omnes archiepiſcopus Granatenſis in partem gregis ſibi commiſſi receptos ſedulo, vt par erat, Ximenio adiuuante Chriſtianis myſterijs per ſingulos dies imbuendos perſtudioſe & ſanctiſſime curauit; ſacris etiam miſſarum, cæteriſque diuinis pſalmodijs, quæ ex antiquorum patrum traditione in orthodoxis eccleſijs decantantur, eos intereſſe conſuefaciebant.*

a Gome. l. 2. Surit. to. 5. l. 3. c. 45.

Mauri in ſeditionẽ verſi.

Propoſita vitæ ſpe Chriſto adiuncti.

b Gomeſ. ib.

Albaizenſes baptiſmo luſtrati.

33 Subdit auctor piam fuiſſe inter Granatenſem & Toletanum archiepiſcopos controuerſiam; cum Granatenſis, erudiendæ noſtræ religionis myſterijs turbæ ardore æſtuans ſtudio, diuina oracula, quæ inter ſacras preces repetuntur in Granatenſẽ linguã trãsferenda curaret, obſtaret vero Ximenius Toletanus, quod margaritas ante porcos Chriſtus proijci vetuerit, & multa parabolis obuelata tradiderit, vt improbis illa male interpretandi occaſionem adimeret: *Placere quidem aiebat ſibi eos ſermone vulgari libros circumferri, qui ab hominibus pijs ſcripti, aut optimarum exemplorum enarratione, aut ardentibus verbis & grauibus rationibus, prudentique adeo & matura dicendi ſtylo animos prorſus deiectos excitarent, & ab his rebus, quæ ſenſibus ſe offerunt, ad illa diuina contemplanda reuocarent, quales ipſe in vulgus edendos, quamprimum eſſet otium, meditabatur, cæterum nouum & vetus teſtamentum, in quibus multa ſunt, quæ doctum & attentum lectorem, caſtumque & pium hominem requirunt, tribus illis linguis aſſeruanda eſſe, quas non ſine maximi myſterii cauſa chariſſimi filij capiti in acerbiſſimo, quod patiebatur ſupplicio, Deus optimus maximus ſuperponi voluit: iam vero diuinas affirmabat tunc demum magnam Chriſtianæ religionis perniciem adfuturam, quando vtriuſque teſtamenti oracula in vernaculas linguas vulgarentur,*

Pia contentio de Maurica lingua ſacra promulgãda eſſent. Qui libri Arabica lingua promulgãdi ſint exponit.

Scripturæ ſacræ idioma titulo crucis conſecratum.

Vaticinium inſigne.

id

id enim peſſimis quibuſque vulgarium hominum ignorantia abutentibus ad vniuerſum catholicæ Eccleſiæ ſtatum labefactandum paratam occaſionem ſubminiſtratorum, cum nihil ſit facilius, quam ſtultæ plebeculæ imponere ſapientiæ præſertim opinionem ſibi ex vulgatis myſterijs arrogantis. His tam prudentibus Ximenij dictis non nihil ab eius conſilij progreſſu temperatum eſt, quamuis eis, qui Talabricenſi fauebant, viſa ſint paulo duriora. cæterum pluſquam vellemus veracem Ximenij ſententiam rerum, quas cernimus, euentus comprobauit. Hoſce Granatenſes neophytos magna ex parte ſupplices in timore fuiſſe, peruicaces autem animo atque inſaniam repetituros, vbi facultas eſſet ait Mariana a.

Plebecula ſapientiæ opinione facile decipitur.

a Marian. l. 27. c. 5.

34 Præter Granatenſes vero etiam agreſtes, qui in villis ſuburbanis vitam terræ cultu ſuſtentabant, ad quinquaginta millia capitum a Mahomete ad Chriſtum traductos addit idem Mariana, ac profana eorum templa ſuperſtitionis infandæ labe perpurgata, ſanctiſſimiſque religionis noſtræ myſterijs conſecrata. Vbi efflorelcere euangelium videre montani aſperiores moribus, interpretati per vim patrias leges euerſas, locorum ſitu & munitione freti ad excutiendum Hiſpanorum iugum exeitis Mauris conſurrexerunt, quos perdomitos a Ferdinando ita deſcribit Mariana a, tum ſubdit; *Motibus compoſitis, Rex Granatæ ſubſtitit ea gente ad Chriſtum adiungenda, abluenda ſalutaribus aquis, diſtrictus ea diligentia paulo poſt montani Mauri quique Almeriæ, Baſtæ, & Gudixij habitabant, alijſque locis noſtra ſacra popolariter ſuſcipere. Miſſi ad eos confirmandos, ſanandos cæteros pij in omnes partes concionatores ſunt adiuncti militari præſidio, dignitatis ſpecie, ne violarentur impune agebatur ſi qui male cogitarent, vt eſt gens Maurica mobili ingenio, fluxa fide, quod prudenter ad ſalutem comparatum videbatur, in contrarium vertit, ſic humana conſilia ſæpe deluduntur.*

Quinquaginta millia ruſticanorum ad Chriſtum traducta. Meſquitæ in eccleſias verſæ. Montani Mauri ſe ditionem mouent.

b Id ibid.

Magnæ Maurorũ turbæ ad Chriſtũ traductæ.

35 *Ad Regem præterea placandum Mauri ſupra decem millia Seronis Tijolæ, aliorumque eo tractu pagorum incolæ ſacris fontibus ſunt admoti, magnus momentum ad pacandam gentem reique ſummum emolumenti parum, nam eodem tempore in Arunda & Villalongæ confragoſis montibus Maurici tumultus publice ſunt concitati. Commotus, vt par erat, nouo rebellione Rex voce quidem præconis edictoque denontiar mandauit omnibus Mauris, qui in ijs montibus, vbi motus erant, habitarant vt in caſtellam deſcenderent, parando diſceſſui dies non amplius decem dati, cum eo tamen arcano conceſſit, ſi qui noſtram religionem ſuſciperent, ijs manendi in patria ſuaque cuique retinendi venia eſſet.*

Mauri Granatẽſi [illegible] iuſſi diſcedere ni fidẽ Chriſti amplecterentur

36 Prætractiores in Montem rubrum loci aſperitate munitiſſimum ſe contulerunt; at ſuccubuiſſe eoſdem, ac reliquas Ferdinandi victorias illuſtraſſe ſubiungit auctor b, facta enim deditione vel in Africam traiecille, vel Mahometem damnaſſe; quæ licet proximo anno geſta conſignet Surita c, in hunc tamen referre placuit, ne eadem repeteremus. Licet autem plures in veteri ſuperſtitione obduruiſſe exitus oſtenderint, innumeras tamen animas Chriſtiana excultas doctrina veræ pietati ſe addixiſſe conſtat, præter infantium Maurorum turbam magnam, quæ ſacro baptiſmo luſtrata immortalitatem conſecuta eſt.

b Id. c. 5. in fin.

c Surit. to. 5 l. 4. c. 33. 34.

37 Nec modo Ximenium Granatenſi eccleſiæ conſtituendæ augendæque, verum religioni etiam nouo orbi inferendæ, vindicandiſque a vi & licentia Hiſpanorum barbaris imbellibus, qua pollebat gratia & auctoritate apud Reges operam egregie nauaſſe refert Gomeſius a.

Ximenij pro religione amplificanda labores.

37 *Chriſtophori*, inquit, *Columbi Genuenſis ſolerti induſtria incogniti orbis notitia ad Reges noſtros allata fuerat, vbi cum multa grauia & Chriſtianis hominibus indigna per noſtros duces & centuriones, reliquumque item Hiſpanorum militum vulgus, qui illuc commeauerant, patrari nunciarentur aduerſos illas gentes alioqui imbelles & inermes. Statim Ximenius, dum Hiſpali apud Reges moratur cœpit cogitare quo pacto his malis ſuccurreretur, nam cum omnes illuc traijcientes vnico tantummodo opum congerendarum ſtudio tenerentur, vnicaque illa inexplebili auri cupidine terras ſub alio ſole iacentes quærerent, primo de prædandis & ſpoliandis miſeris hominibus, & ni aurum proderent, male mulctandis, poſt de erudiendis & Chriſto initiandis maligna & perfunctoria cura agebant. Idcirco Regibus Ximenius ſuaſit, vt viros religioſos ſanctimonia & integritate vitæ præſtantes ad eam rem curandam tranſmitterent, qui ſolutioris vitæ licentiam omnem comprimerent. Id ſtatim religioſiſſimi principes effecerunt, & de Ximenij conſilio & voluntate cum cæteris viris, qui ex omnibus Hiſpaniæ cœnobijs electiſſimi conquiſiti ſunt, vna quoque ſunt profecti Franciſcus Ruizius Ximenij comes, Ioannes Traſſierrus, & Ioannes Robledus omnes Ximenio chariſſimi & intimi, quorum cum ille probatiſſimos mores, & inſignem eruditionem cum non vulgari pietate coniunctam abunde noſſet, voluit magis humano affectui pro tempore cedere, quam Chriſti nomini & gloriæ deeſſe, multum enim intereſſe exiſtimabat per quos in tam barbaris, tamque late patentibus terris fides prima plantaretur & coleretur.*

a Gomeſ. l. 2. de rebus geſtis Ximen.

Hiſpani mala ingentia auri cupidine patrãt

De animarum quæſtu parum curant.

Submiſſi propterea in eas oras religioſi viri.

38 Spargente porro ſe latius inuentarum incognitarum terrarum vaſtiſſimarumque fama, hoc anno Petrus Martyr Ludouici Cardinalis Aragonij, & patrui illius Friderici Regis Neapolitani votis morem gerens, inter alia, quæ de noui orbis rebus monumenta mandauit, de Hiſpaniolæ incolarum ſuperſtitione plura deſcripſit, ex quibus nonnulla nos delibabimus, quæ oſtendent, vt miſeri mortales fidei luce orbati fœdiſſime a dæmonibus deludantur.

39 *Nocturna*, inquit, *inſularibus apparere phantaſmata, quæ in fatuos errores eos inducant ex ſimulachris, quæ palam colunt, aperte cognoſcitur ex goſſampio, namque intexto ſtipato interius ſedentes imagines formant, quæ nocturnos, quo pacto parietibus illos noſtri pictores inſigunt, æmulantur lemures, cum ex ſimulachris opera mea ad te miſſis quatuor tu ipſe videris qualia ſint, quamue depictis lemuribus ſimilia poteris Regi ſereniſſimo tibi patruo melius coram ſignificare, quam ego illa ſcribere. Hæc ſimulachra Zemes appellant indigenæ, quorum minora infantulos dæmones referentia cum hoſtibus manus collaturi frontibus alligant, propterea ſunicolis, quos vidiſti, complexa ſunt: his pluuias ſi pluuia deſint, ſoles ſi ſole indigeant, ſe impetrare arbitrantur: eius enim, quem vnicum fine carentem omnipotentem inuiſibilemque eſſe fatentur internuntios eſſe Zemes putant, quiſque regulus ſuum habet Zemem, quem colat cæleſti numini æterno duo hæc nomina Iocauna Guamaonocon maiores eorum indiderunt eumen ipſum habere genitricem quinque his nominibus appellatam ferunt. Attabeiram ſcilicet Mamonam Guacarapitam Giellam Guimazoam.*

Illudunt barbaris dæmones

Mentiuntur ſe omnium rerum dominos.

40 Lugenda etiam fuere deliria, quæ de humani generis creatione finxerunt, ex antris enim duobus multitudinem hominum ſponte erupiſſe

Deliramenta de hominis creatione apud eos vulgata.

effu-

effutiebant, plures etiam homines verſos in animalia, & more Græcorum fœminam principem in luſciniam mutatam infelicem ſuam ſortem vere conqueri, pueros ciborum inopia in ranas conuerſos, picam autem ſexus organa roſtro effinxiſſe, plures fœminas in formicas transformatas, vt Græcia de myrmidonibus delirauit. Ex quibus perſpicue patet, eos populos, cum Dei cognitionem, ac paternas traditiones antiquis ſæculis a Noemi poſteris acceptas deſeruiſſent, a dæmone inanibus fabellis illuſos fuiſſe, non aliter quam alij gentiles faſcinati fuerunt.

Illuſi dæmonum ſpectris Americani.

41 De incantationibus, quibus ægrotos curant, falluntque: ſi curare non poſſint, ſuadent Zemem iratum, quod æger minus religioſe illum coluerit, ſi pereat, affines veneficijs manes euocant, vt fateantur an fato obierit, an Boitij, qui non integre ieiunauerit incuria. Porro de Zemium varietate hæc ſubijcit: *Ligneos quidam conſtruunt nocturnis inter arbores umbris moniti, alij ſi reſponſa intra rupes habuerint, marmoreos inſculpunt, in radicibus alij coluntur reperti inter ages, id eſt, genus edulij. Hos zemes curam habere, vt panis ille coaleſcat arbitrantur, veluti antiquitas dryades hamadryades ac ſatyros & panes aut nereides fontium ſiluarum & pelagi curam habere putabat, ſuoſque rei cuique deos aſſignant, vt ſuum quiſque genus tueretur. Ita & inſulares hi ſuos zemes inuocatos eorum optatis auſcultare autumant.*

Et a magis in inſaniam adducti.

42 Quærunt ab ijſdem opera magorum reſponſa, creduntque veriſſima eſſe quæ lymphatici prædicant. Viſa ſæpius in Guamoreti vico dæmonum ſimulacra, licet vincta fuiſſent, mutare locum, & impudicitiam exercuiſſe memorant barbari, nec non ligneum quadrupedem fugam carpere ſolitum cum minus religioſe coleretur, qui tamen Chriſtianorum aduentu euanuerit: marmoreum etiam ſimulachrum fœminea ſpecie coluiſſe reperti ſunt, perſuaſique erant concitari procellas a dœmonibus, & vaſtari agros ſi minori honore afficerentur.

Prædictus inſularibus Hiſpanorũ aduentus.

43 Prænuntiatum præterea a dæmonibus barbaris Chriſtianorum aduentum, atque ab ijs exitium allatum iri ementitos addit Petrus Martyr: *Dignum memoratu hoc vnum accipito, princeps illuſtriſſime, quod opus iam claudat. Triſtiſſimum apud inſulares noſtri repererunt duos fuiſſe quondam regulos, e quibus vnus Guarionexij, de quo ſupra mentionem fecimus, fuit genitor, qui a cibo potuque dies quinque continuos abſtinuerint, vt de futuris aliquid a zemibus acciperent. Eo ieiunio grati zemibus ſe habuiſſe in reſponſis retulerunt, venturam non multos poſt annos ad eam inſulam gentem coopertam veſtibus, quæ ritus ac cæremonias omnes inſulares eſſet viſſuram, filioſque omnes ipſorum aut perempturam aut priuaturam libertate. De Canibalibus iuniores coniecturam facientes, vbi aduentare Canibales ſentiebant fuga ſibi conſulere ſtatutum erat, neque vnquam manus vltra cum Canibalibus conſeruerunt. Cum vero Hiſpanos inſulam ingreſſos viderunt, collectis de hac re coniecturis inter ſe hanc gentem eſſe illam augurati ſunt. Nec illos fefellit opinio, ſubmiſſi Chriſtianis iam ſunt omnes, pertinacibus omnibus interfectis, nec vltra de zemibus extat memoria, ad Hiſpaniam namque ſunt omnes aſportati, vt eorum ludibria & dæmonum fallacias noſceremus.*

Chriſtianorũ aduentu dæmones fugati.

a Cap. 10.

Propagata apud inſulares religio.

44 Huic commentatio alium addidit auctor a Mendozio Tendillæ comiti Granatæ proregi inſcriptum, in quo de ijſdem Hiſpaniolæ incolis ad Chriſtianam religionem traductis hæc ait: *Dociles ſunt priſcorum rituum penitus obliti pie credunt & recitant quæ de noſtra fide edocentur, regulorum filios erudiunt domi primarij ex noſtris literaſque ac vulgares & vrbanos mores facile pueri ebibunt: grandæuos ad natales mittunt, ſi præcipue patres interierint gubernaturum vnitos incolas: hi iam fide valent in Chriſtum & noſtros incolaſque ſuos in amore retinent.* Exeunte anno ſuperiori Vincentius Agnes cognomento Pinzonus, fratriſque ſui filius, qui Chriſtophorum Colonum in nouo orbe patefaciendo ſociarunt, quatuor nauibus comparatis Hiſpania ſoluentes poſt varios labores hoc anno meridionales continentis noui orbis terras incognitas luſtrarunt, nouaque ad antarcticum ſydera obſeruarunt, necnon mira alia diuini artificis opificia, de quibus lector auidus auctorem conſulat, qui ita concludit: *Magna laude digna eſt hac noſtra tempeſtate Hiſpania, quæ latentes hactenus tot antipodum myriades noſtris gentibus cognitas effecerit.*

Luſtrari cœptus continens Americæ.

45 Eodem anno rectrice curſus diuina prouidentia patefacta eſt a Luſitanis Braſilia, ſiue noui orbis meridionalis pars, cum illi tendere in Indiam molirentur: vt vero geſta ſit res, deſcribit Ioannes Barroſius a, non fuiſſe nimirum fractos Luſitanorum animos in conquirendis ob nauigantium creberrima funera, ſed ſpe maiorum rerum accenſos, atque Emmanuelem Regem, cum Maurorum in Indijs aduerſus Chriſtianos tumultus fraudeſque perpendiſſet, non iam exploratorijs nauibus, ſed iuſtis claſſibus orientem peragrare decreuiſſe, vt hoſtes edomaret, Regeſque barbaros virium opumque oſtentatione ad ſuam amicitiam pelliceret. Inſtructa itaque nauium tredecim claſſe octauo martij die dominico ineuntis ſæculi peractis in templo Mariæ Bethlemitanæ diuinis myſterijs, concioneque a Dominico Ortizio epiſcopo Ceptenſi de euangelio Chriſti Indis inſerendo habita, Petro Aluaro Caprali claſſis præfecto crucis dominicæ vexillum prece ſacratum tradidit, vt illud coram barbaris circumferret, atque inſtructa religioſa pompa a ſacerdotum agmine diuinam opem implorante in naues deduxit.

Patefacta a Luſitanis Braſilia.

a Barroſ. l. 5 cap. 1. Oſor. l. 2. Maffeius lib. 2.

Expeditio ſuſcepta in Indiam.

46 Impoſiti ſunt claſſi mille ac ducenti viri rei maritimæ bellicæque peritiſſimi, & octo ſacerdotes vna cum vicario ad ſacramenta claſſiarijs, nec non præſidiarijs illius arcis, quæ extruenda in ſolo Indico erat, adminiſtranda, & octo præterea Minoritæ, quibus Henricus poſtea Ceptenſis epiſcopus præerat, ad fidem Chriſti barbaris prædicandam lectiſſimi, dataque b ſunt Caprali imperia, vt Mauros atque contumaces idololatras perdomaret; ſacerdotibus vero, vt barbaras gentes ad ceſarios ritus deſerendos, Chriſtique fidem amplectendam, nec non mutuam colendam amicitiam, cum omnes ab vno eodemque conditore ſimus creati, redemptique a Chriſto tot annorum millibus, antequam veniret, a patriarchis & prophetis prænuntiato hortarentur.

Quis militum & ſacerdotum numerus claſſi impoſitus.

b Barroſ. eod. c. 1.

Quæ data ijs imperia.

47 Solutis anchoris die nono martij, quem menſem ad iter Indicum maxime idoneum monſtrauit vſus, tertiodecimo die ad Heſperidas peruenit, circumque eas inſulas tempeſtate iactatus adeo, vt e nauibus vna luctata cum ventis Olliſiponem redierit, aliæ duodecim ad Bonæ ſpei promontorium flectendum facilius in occidentem progreſſæ poſt menſem circiter in continentis incogniti conſpectum vigeſima e quarta aprilis

c Itinerar. Portugal. cap. 64.

die ventis, vel potius diuino nutu, delati ſunt, vbi portus, cui a ſitu & tuta ſtatione Securi nomen impoſitum eſt, claſſem excepit.

Crucis vexilla defixa in Braſilia.

48 Defixa ſunt in eo littore prealta crucis vexilla ſolemni ritu, ac prece conſecrata, a qua S. Crucis nouæ telluri ſalutiferum nomen inditum, quod poſtea a profano vulgo commutatum atq; ex rubro ligno braſilo nuncupato, quod tingendis veſtibus inde petitur, Braſiliæ cognomen datum eſt. Peracta primum in eo continente diuina myſteria in ſubductili ara fuerunt ab Henrico S. Franciſci inſtituta ſectante. Porro Braſilij politiores artes, nec non numerandi rationem ac literas ignorabant, nonnulla tantum de Noe deque diluuio tenui traditione a patribus acceperant: Deum non colebant; ominibus vero & augurijs ad inſamiam erant addicti, de quorum impoſtoribus, qui religionem furore ſimulabant, hæc prodit Oſorius.

Diluuij famam a Patribus acceptam tenent.

49 *Eſt a in magno apud illis honore quoddam genus hominum maleficum, quos de rebus incertis conſulunt: appellantur ab illis Pages. Hi geſtant in ſumma ſagitta cucurbitam in faciem hominis figuratam: quoties autem illis libet intra cucurbitam ignem ſubijciunt, fumum ex herbis congeſtis faciunt: tum fumum illum naribus accipiunt vſque eo dum ebrij vacillent, & corruant, & extra mentem rapiantur; habent enim herba illa tam vim, vt fumo quaſi vino ſupra modum ſumpto mentem eripiant. Tum vero ſtridere dentibus, in ore ſpumas agere, oculos torquere, necem multis comminari, turbulentis motibus & geſtibus eos, qui circumſiſtunt, exterrere, nemo enim ſuſpicatur illos abſque diuini ſpiritus inſtinctu tam horrendas voces iacere. Quod ſi quis ex illis, quibus homo ad eum modum lymphaticus quidquam dirum prænunciauit, aliquem grauem caſum ſubierit, non dubitant, quin illud ſupplicium ad eam diuinationem referendum ſit. Hi quocumque veniunt ſummo omnium plauſu recipiuntur: via ornantur, carmina ad tibias gentis more concinuntur, chorea agitantur.*

a Oſor. l. 2.

Inter eos Magi ſibi mentē eripiunt vt diuinationem euocent.

50 De horum populorum barbarie immaniſſima plura refert idem auctor, ac deſcribit varios ritus bellicos, quibus homines per ludum mactabāt ac vorabant, tum ſubicijt: *Sunt & alij ſilueſtres atque montani homines, qui cum ijs, qui in domibus habitant continenter bella gerunt, eiſdemque ſceleribus & eadem immanitate contaminant. Nullum apud eos delictum plectitur præter homicidium, coguntur enim hi, qui ſanguine coniuncti homicidæ ſunt, eum tradere illis, qui caſi necem propter ſanguinis communionem & propinquitatem iure perſequantur, hi vero eum ſtrangulant atque ſepeliunt, & cum multis omnium propinquorum lachrymis atque lamentis eiuſque mortui funus inſtaurant, epulaſque dant, in quibus omnes depoſitis inimicitijs accumbunt. Quod ſi caſu aliquo homicida ſubterfugiat, tum eorum filiæ, vel ſorores, vel cognatæ occiſi propinquis in ſeruitutem traduntur, & ſic demum omnis vtrinque diſcordia obliuione ſepelitur.*

Miſera Chriſti cognitione deſtitutorum ſors.

51 *Opere pretium mihi viſum eſt tam barbaros atque & immanes mores oratione deſcribere, vt intelligi poſſit in quantam errorum colluuionem incurrat humanum genus literis & humanitate deſtitutum, & quod multo funeſtius eſt præſidio ſanctiſſimæ religionis orbatum, & ſimul cognoſcatur quanta benignitate clementiſſimus rerum omnium dominator huic miſerrimæ genti Portugallenſium in eas oras aduentu proſpexerit, Chriſtianorum enim conſuetudine & familiaritate, & hominum ſanctorum ſocietate, quam Ieſu nominant, quos Portugalliæ Reges in eas partes miſere diſciplinis factum eſt, vt multi diſpulſis tenebris errores, in quibus verſabantur, clare perſpiciant, & ad Chriſti optimi maximi ſtudium ardentibus animis excitentur, & ingentes Deo gratias ob tam diuinum beneficium grata atque memori voluntate perſoluant.* At de gentibus illis ad Chriſti ſigna traductis dicetur ſuis locis: nunc ad Luſitanos reuertamur.

Data a Ieſuitis egregia opera in conuertē dis Braſilijs.

52 Completus gaudio ob inuentam nouam illam tellurem vberrimam Capralis, duos ex ijs, qui morti ob crimina in Luſitania adiudicati, veniaque donati fuerunt, deſeruit, vt barbarorum vſu conſuetudine perdiſcere eorum linguam, ac poſtea ſacerdotum ad fidem Chriſti prædicandam interpretes eſſe poſſent: at ipſi, vbi ſe omni Chriſtianorum auxilio deſtitutos videre a mœrore preſſi fundere fletus cœperunt, quos regionis incolæ eorum ſortem miſerati ſolabantur, quorum alter multis laboribus cum barbaris toleratis, ſuperfuit, maximo poſtea ad commercia erudiendoſque Chriſti fide Braſilienſes vſui futurus b: tum Capralis ad ſulcandum immanem illum maris traiectum, qui mille & ducentarum leucarum ſpatio ad Caput bonæ ſpei patet, vela ſoluit. Nauigantibus cometa dirus Arabiam verſus proſpectus eſt diu noctuque octo circiter diebus, obortoque repentino turbine quatuor naues ad contrahenda armamenta ſegniores demerſæ c ſunt, reliquæ procelloſo mari disiectæ ſextodecima d iulij die ad Zophalæ aurifodinis, Maurorumque commercijs celeberrimæ littora, ob acceſſeque duas amœniſſimas inſulas peruenerunt, vna excepta, quæ tempeſtate in mare Arabicum impulſa in Luſitaniam cum ſex tantum hominibus, morbis & fame cruciatis, rediit e.

a Itiner. Portugall c.66.

b Maffeus lib. 2.

Quatuor naues maris pereūt

c Cap. 67. Barroſ. dec 1 l. 5. c. 2. Oſor. l. 2. Maffeus l. 2.

d Itiner. Portug. c.68.

e Oſor. l. 2. Maff. l. 2.

53 Intento in Indiam curſu ad Anchedinam inſulam diuertit Capralis, in qua omnes ſacramentis ſe communiiſſe refert itinerarij auctor f: *Complutenſis*, inquit, *diebus immorati diuinis intereſſebamus, id eſt ſolemnijs miſſarum, & vnuſquiſque noſtrum ſacram Euchariſtiam ſumpſit, nam ibant nobiſcum complures ſacerdotes, vt cum negotiatore noſtra patria vitam ducerent in vrbe Calecuth.* Appulit g in eum portum decimatertia ſeptembris Luſitana claſſis, inſtaurataque inter Luſitanum & Calecutienſem Reges amicitia, quæ paulo poſt, orta inter Chriſtianos & Saracenos ſeditione, violata eſt, in qua ſeditione e noſtris quinquaginta numero obruti periere, quæ iniuria captis decem Maurorum nauibus, ſexcentiſque Mauris contrucidatis, vindicata h eſt. Fuit hæc ingentium poſtea bellorum, quibus Luſitani diuina vi ſuperiores Indiarum imperium ſibi peperere, ac ſuperſtitionem Mahumeticam diaboliciſque ritus delere cœperunt. Adeo vero dæmonum ſeruituti addictos eos fuiſſe tradit ſcriptor itinerarij, vt ſæpius dæmones ſe illis videndos obijcerent, colloquerenturque, tum de regno Narſinga hæc refert i: *In montibus non longe ab vrbe Calecuth Rex dominatur longe potens multarum rerum dominus, Narſingha dicitur, idola colit, coniuges habet ſupra trecentas, fato functus comburitur, & cum eo coniuges omnes: cæteri vero, cum vitam exuerint, in fouea comburuntur, & eorum coniuges omni mundo muliebri exornatæ illo contendunt, concomitantibus parentibus & cognatis omnibus, ſubſequentibuſque choraulis & tibicinibus applauſu immodico ad foueam deueniunt, & ibi coniux, quæ comburi vult cum viro circumuehitur foueam, geſtiens ac tripudijs inſiſtens, & demum vt cancer reptando incedit, quod ſeſe*

f Cap. 71

g Cap. 73

Inter Saracenos & Luſitanos bellū exortum.

h Ib. c. 77

i Id. c. 76.

Calecutij Rex idololatra.

Feralis deſperatio per iocum celebrata.

ſeſe in ardentem foueam præcipitet. Aſtant etiam in maritis affines obſeruantes factum, quoniam cum ſeſe præcipitem dederit mulier, mox iniciunt ollas olei & butyri ſuper corpus mulieris, vt hoc fomento altius ignis citius comburat coniugem. Hac inſania faſcinatos Tartaros, nec non alios orientales, iam ante ex Marco Paulo Veneto vidimus.

Luſitani Calecutio Cochinum abeunt.

54 Cæterum Luſitani Calecuticoſium perfidiam vlti, atque incenſis in portu pluribus nauibus Cochinum abiere, quæ regio omni aromatum genere affluit, vſique ſunt cuiuſdam Brachmanis e veteri ſuperſtitione ad Chriſti cultum traducti opera ad fœdus cum Rege Cochimenſi, qui occultas cum Calecutienſi ſimultates gerebat, ſanciendum. Opprimere in Cochimenſi ora Luſitanos Calecutienſis immiſſa claſſe proximo ineunte anno annisus eſt, ſed ij aromatibus onuſti in Luſitaniam curſum direxere, qua de re inferius dicetur.

Cortere galis in ſeptentrionem ardua nauigatio.

55 Eodem anno ſuſcepta eſt ardua nauigatio ad luſtrandas ſeptentrionales oras a Gaſpare Cortereſali, cum nullum præclarius facinus obire ſe poſſe putaret, quam barbaras nationes detegere, quæ a ferina vita ad humaniorem, nec non ad verum Dei cultum traducerentur, de quo hæc Oſorius hiſtoriæ mandauit a: *Gaſpar Corteregalis anno MD Oliſſippone profectus curſum in ſeptentrionalem plagam direxit, ad terramque tandem peruenit, quam propter ſingularem amœnitatem viridem appellauit. Homines, vt ipſe poſtea referebat, ſunt barbari & inculti, colore candido, qui tamen color ætate propter magnitudinem frigoris infuſcatur, valent plurimum celeritate, ſunt iaculandi peritiſſimi, iaculis vtuntur in ſummo peruſtis, quibus coniectis hoſtes ita traijciunt, atque ſi ferro armata fuiſſent, pellibus animantium veſtiuntur, antra colunt, aut humiles caſas ſtramentis tectas excitant, in quibus habitant. Nulla religione aſtricti ſunt, augvria tamen ſequuntur, vxores legitimo ſibi matrimonio copulant, de fide & pudicitia vxorum valde ſoliciti ſunt, cum ſint natura ſuſpicioſi.* Reuerſus in Luſitaniam Gaſpar proximo anno in eandem regionem ſe contulit, ſed quid illi acciderit, quidquam accipi nunquam potuit. Eius vero frater Michael illius caſus cognoſcendi cupidus altero poſt anno eaſdem regiones petijt, nec vltra comparuit: ad quos conquirendos dimiſſa poſtea ab Emmanuele Rege claſſis nil de eorum exitu potuit cognoſcere, telluſque viridis amiſſo nomine priſtino Corteregalium tellus appellari cæpit.

a Oſor. l. 2. Terra viridis ab eo inuenta.

Qui fuerint in illud atti.

56 Hoc anno: *Feria ſecunda*, inquit Burchardus b, *vigeſima octaua eiuſdem menſis in ſecreto conſiſtorio creati & pronuntiati fuerunt duodecim Cardinales videlicet, Didacus archiepiſcopus Hiſpalenſis, Iacobus archiepiſcopus Arborenſis, Thomas archiepiſcopus Strigonienſis, Petrus archiepiſcopus Reginus gubernator vrbis, Franciſcus Borgia archiepiſcopus Cuſentinus theſaurarius generalis, Ioannes archiepiſcopus Salernitanus, Ludouicus Caputaquenſis ſecretarius Papæ, Antonius epiſcopus Cumanus, Ioannes Baptiſta epiſcopus Mutinenſis datarius, Amaneus de Albreto ſororius ducis Valentinenſis, Marcus Cornarius Venetus. Quorum ſex fuerunt ab vrbe abſentes, alij vero ſex videlicet Arborenſis, Reginus, Cuſentinus, Salernitanus, Caputaquenſis, & Mutinenſis in vrbe præſentes. Facta pronuntiatione fuerunt vocati ad conſiſtorium, & ibidem apertis ianuis oſculati pedem manum & os Papæ, & ab omnibus antiquis Cardinalibus recepti ad oſculum oris.*

b Burchar. mſ. arch. Vat. o. 2. in Alex. VI. pag. 96.

57 *Feria ſecunda quinta menſis octobris prædicti fuit conſiſtorium ſecretum, in quo ſanctiſſimus dominus noſter clauſit os nouis Cardinalibus, & creauit tres legatos de latere videlicet Gurcenſem ad Alemaniam, Reginum ad Hungariam, & Salernitanum ad Franciam.* Et infra: *In eodem vel alio conſiſtorio ſequenti Papa dedit titulos nouis Cardinalibus præſentibus & ſucceſſiue abſentibus, quos omnes hic notabo ac ſi eadem die eſſent omnibus ſimul dati. Didacus tituli S. Sabinæ presbyter Cardinalis Hiſpalenſis patriarcha Alexandrinus, Iacobus tit. S. Vitalis presbyter Cardinalis Arborenſis, Thomas tit. S. Silueſtri presbyter Cardinalis Strigonienſis, Petrus tit. S. Cyriaci in thermis presbyter Cardinalis Reginus, Franciſcus tit. S. Cæciliæ presbyter Cardinalis Cuſentinus, Ioannes tit. S. Balbinæ presbyter Cardinalis Salernitanus, Ludouicus tit. S. Agathæ presbyter Cardinalis Caputaquenſis, Antonius tit. S. Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis Cumanus, Ioannes Baptiſta tit. S. Griſogoni presbyter Cardinalis Mutinenſis, Amaneus tit. S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis de Albreto, Ludouicus S. Mariæ in via lata diaconus Cardinalis de Borgia, Marcus S. Mariæ in porticu diaconus Cardinalis Cornarius.*

Varia Cardinalium ad Reges tranſalpinos legationes.

58 Claruiſſe tunc in Italia virginem ſanctitate illuſtrem, in qua paſſionis dominicæ inſignia conſpecta ſint, refert Trithemius hiſce verbis a: *His temporibus claruit in Italia in ciuitate Ferrarienſi virgo quædam deuotiſſima dominicæ paſſionis meditatrix feruentiſſima, nomine Lucia, ſoror profeſſa ſub tertia regula S. Dominici ordinis Prædicatorum, ſtigmatibus crucifixi viſibiliter & ſenſibiliter inſignata, quæ omni ſexta feria ſanguinem fluentem de ſe manifeſte emittunt, & licet præfata virgo continuum eorumdem ſtigmatum ſentiat dolorem, quartis tamen & ſextis ferijs amplius cruciatur. Hæc ſtigmata multi viri docti & clariſſimi & viderunt & palparunt, qui teſtimonium miraculo perhibent, quorum teſtimonio nos contradicere nec volumus nec debemus.* Conſpecta a ſe & palpata eadem ſtigmata, dum cenſoris fidei munere fungebatur, teſtatur Henricus Inſtitoris b in libro, quo veritatem fidei catholicæ cœleſtibus prodigijs hoc tempore confirmatam probat aduerſus hæreticos. Idem etiam ſeſtatur publicis literis c Hercules dux Ferrariæ ad diuina miracula, quæ viderat, prædicanda, vt fideles in conſtantia fidei corroboraret.

a Trithem. in chron. Sponheim. Sanctimonialis Chriſti vulnerũ ſtigmatibus inſignita.

b Hen. Inſt in tract. contr. Pick

c Ext. apud Henr. Inſt

Hercules dux Ferrariæ, Mutinæ, & Rhegij, Marchio Eſtenſis, comeſque Rodigij, &c.

Non ignoramus ea, quæ a ſummo rerum opifice in ſeruorum ſuorum corporibus oſtenduntur, ad fidei noſtræ confortationem, & robur, & impiorum, & indurati cordis virorum incredulitatem ſubmouendam non ſatis eleganter & digne narrari poſſe: tamen pro deuotione noſtra, & vt vniuerſis pateat, quæ ſentimus, vidimus & habemus, his noſtris patentibus literis fidem facimus & atteſtamur, & in verbo veritatis profitemur, venerabilem ſororem Luciam profeſſam tertij ordinis Prædicatorum virginem pudiciſſimam, & ſanctitate præſtantem, patria Narnienſem, & quæ Viterbij commorari conſueuerat, & nunc in hac ciuitate noſtra Ferrariæ degit, ſtigmata vulnerum domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore ſuo manibus, pedibus in pectore & latere ſiniſtro geſtare, & miraculoſe ac mirabiliter, ipſa enim ſtigmata non ſemel, ſed ſæpe, & pluries vidimus & tetigimus, & in præſentia plurium & medicorum & aliorum virorum excellentium, & in omni facultate præſtantium, palpauimus & palpari fecimus, ne forte quiſpiam

Publicæ ducis Ferrariæ de ea ſe lit.

Google

de ipſorum veritate modo aliquo dubitationem afferat. Quæ quidem ſoror Lucia, ſicut verbo affirmat, nec ſi vellet diffiteri poſſet, cum ex exterioribus, & ex motu corporis id ſatis percipiatur dolorem continuum ex ipſis ſtigmatibus patitur, vehementius tamen feria quarta & longe intentius feria ſexta affligitur & premitur, & ex ipſis ſtigmatibus eo tempore manat ſanguis, vt palam eſt videre, & quæ ſtigmata ab hinc quadriennio dum in matutinis quadam nocte cum alijs ſororibus Altiſſimo pſalleret & benediceret miſericorditer recepit. Hæc igitur vniuerſa manifeſtandum duximus, vt quæ audiuimus, vidimus, & tetigimus credant, & firmiter teneant, ſciantque nihil nos dixiſſe aut affirmaſſe, de quo non valeamus probationem, ſi oportuerit, exhibere, &c. [Subdit idem dux Stephanam ſanctimonialem Cremæ ſingulis ſextis ferijs paſſionem Domini ſuſtinere, Peruſij Columbam ſola Euchariſtia vitam ſuſtentare, Mantuæ Suſannam fama ſanctitatis inclareſcere, ac plures alias virgines ſacras in varijs locis diuinas extaſes pati.] *Datum Ferrariæ in palatio noſtro anno dominicæ natiuitatis* M D. *indictione tertia, die quarto menſis martij.* Auxit Lucia beatarum virginum numerum, & miraculis claruit, vt refert Serarius a.

a Serar. in nouo catal.

Crucis ſigna in German. veſtibus diuinitus impreſſa.

b Trithem. vbi ſup.

59 Tradit præterea prædictus Trithemius b ingens factum hoc anno prodigium in Germania, conſpectas nimirum in hominibus, atque omnis generis veſte ſeu ſacra ſeu profana cruces diuinitus impreſſas, ſiue vt relectis vitijs memoriam paſſionis dominicæ recolerent, ſiue vt eo mortis Chriſti ſigno ad imminentem mortem pie ſe compararent mortales: nam ingentem poſtea hominum multitudinem epidemia periiſſe narrat auctor, qui rem adeo admirandam locorum circumſtantijs conſignat his verbis: *Anno Ioannis Trithemij abbatis noſtri* XVII. *& ſequenti apparuerunt cruces in laneis veſtimentis hominum, in camiſijs, in peplis mulierum, in menſalibus, & linteaminibus non ſolum in his, quæ habebantur in vſu, ſed etiam in illis, quæ in ciſtis incluſa nullum aeris influxum habere videbantur. In corporalibus quoque & pallis altarium, & albis ſimiliter multoties apparuerunt. In Soberhaim & Meyſenheim primo viſæ ſunt cum maximo vulgi timore & horrore tam ſubito, quod aliquando dum Salue cantaretur in eccleſia, virginta homines cruces habuiſſe, quas antea non habuerant, inuenti fuerint. Poſthæc apparuerunt in Creutzenach & villis circumiacentibus, deinde in Bingen & in Moguntia, & conſequenter in multis Alemanniæ locis. Erantautem cruces paruulæ, varij, ac confuſi coloris, ac ſi pannus aliqua pinguedine mixti coloris eſſet inunctus, nec poterant qualibet lotione deleri, ſed poſt dum nonum aut decimum per ſe deficientes euanuerunt. Has cruces magna peſtilentia hominum in multis locis poſt biennium ſubſecuta eſt.* Leodij etiam proximo anno huiuſmodi cruces diuinitus efformatas mulierum candidas veſtes magno ſpectantium horrore diſtinxiſſe ex Nauclero inferius videbimus: quæ non ſine magno diuinæ prouidentiæ conſilio contigiſſe conſpicuum eſt, cum nefanda ſecta oriretur, in qua initiandi negabant crucem Chriſti, & cum ſacris myſterijs intereſſent, ad ſingula ſacerdotis verba blaſphemam vocem repeterent: Mentitum eſt, tum etiam imminentes Lutheri, Zuinglij, & Caluini hæreſes crucis Chriſti ſigna ac memoriam delere anniſuræ forent.

Prodigiũ in multis locis cõſpectum.

Cõſequuta bienio poſt lauiſſima peſtis.

60 Repullulabat hoc tempore in Bohemia & Morauia fœdiſſima Vvaldenſium hæreſis, pluresque ſalutis ſuæ immemores propoſito fœdiſſimarum voluptatum lenocinio irretiebat, ad quam peſtem excindendam præpoſitum Nuemburgenſem pietate & doctrina conſpicuum, atque Henricum Inſtitoris a ordinis Prædicatorum fidei cenſores creauit Alexander Papa, ampliſſimaque auctoritate inſtruxit apoſtolico hoc ad eos miſſo diplomate,

Vvaldenſium hæreſis in Bohem. repullulat.

a Apud Henr Inſt.

Dilectis filijs præpoſito Nuemburgenſi Cloſternunburg nuncupato, & Henrico ordinis fratrum Prædicatorum & theologiæ profeſſori, & hæreticæ prauitatis in Germania inquiſitori nunciis noſtris ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Crebris fidelium relationibus & querelis certiores in dies reddimur in multis Chriſtiani nominis regionibus, præſertim in Bohemiæ regno ac prouincia Morauiæ, multos nequiſſimi hoſtis venenis infectos contra catholicam veritatem in verba blaſphemiæ prorumpere, & in praua hæreticorum dogmata impudenter quaſi furore, quod colliſos corruere contra matrem ſuam ſanctam Romanam eccleſiam, quæ Apoſtolorum Petri & Pauli ſanguine conſecrata omnium eccleſiarum a Domino primatum obtinuit, doloſis artibus & figmentis inſurgere. Additur etiam non vanis rumoribus aut leui infamia, quod quamplurimi illarum regionum in damnatas Vvaldenſium hæreſes prolabantur, & cum damnatis quamplurimis alijs hæreſibus ipſi quoque in æternæ damnationis barathrum vltro ſeſe immergentes Dei Eccleſiam ſupra ſolidam petram Petri a Domino, ſicut promiſſa fuerat, ædificatam, quæ vnica columba, ſponſa pulchra ſine ruga & macula, hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquæ viuæ merito appellatur, dentibus viperinis lacerare, & rabido morſu dilaniare conantur. Ipſam ſane Eccleſiam impetunt, quæ diſponente Domino ſemper immaculata firma immobiliſque & permanſit & permanebit: hanc diruere diabolicis verſutijs & penitus deſtruere moliuntur. Nos itaque, quibus & pontificalis officij neceſſitas, & Chriſtiani gregis diſcrimen, & catholicæ fidei oppugnatio nullum differendi diſſimulandique aut tacendi locum relinquunt, quinimmo ad clamandum inceſſanter & imminenti cladi obuiam ire nos excitant, vt morbos huiuſmodi contagioſos & peſtiferos a caulis noſtris auferamus, ad loca illa Bohemiæ & Morauiæ, a tam peſtifera infectione & perditione expurganda ſollicitudinis noſtræ ſtudium vehementiſſime direximus. Ea propter viris aliquibus fide ſolida & religionis cultu inſignibus, ſanctimonia vitæ præclaris, iuſtitia, & rerum experientia probatis, ſacrarum literarum doctrina præſtantibus huiuſmodi negotij curam demandandum duximus, qui populos illos verbo & opere & exemplo admonere, & cohibere rebelles ſeueritate diſciplinæ & compeſcere queant, vinum & oleum vulneribus infundentes, aut ſi cancroſa illa fuerint cauterio & ferro quidquid putridi fuerit reſecantes ſanguentes, & hæreticæ prauitatis iaculis transfixos curare diligenter & feliciter valeant.

61 Ad regnum itaque Bohemiæ & Morauiæ prouinciam vos dilectos filios præpoſitum Nuemburgenſem vulgariter Cloſternumburg nuncupatum, fratremque Henricum Germaniæ inquiſitorem ordinis Prædicatorum de fide & ſanctimonia, doctrina & prudentia nobis plurimum commendatos, noſtros & Apoſtolicæ ſedis nuntios præſentium tenore committimus & mandamus, vt ad Olomucenſem ciuitatem & diœceſim, reliquumque

quē Morauiæ & Bohemiæ regnum perſonaliter vos conferatis, & cum venerabili fratre noſtro Stanislao epiſcopo Olomucenſi, cuius animum orthodoxæ fidei zelo ardere cognoſcimus, ac cum conſulatu dictæ ciuitatis, quos etiam ad defenſionem & propagationem fidei vobis præſidio affuturos non dubitamus, alijſque prælatis, baronibus, viris doctis catholicis, quorum copiam ibi inuenietis, magna cum ſolertia perſcrutemini, & diligenti inquiſitione & mature inueſtigetis, qua via quibuſue remedijs tam peſtiferum virus, & tam contagioſa labes ab illorum populorum animis aboleri poſſit, vel ſaltem compeſci, ne pars ſincera fidelium vlterius corrumpatur, quidue a vobis in hoc fidei negotio agendum ſit mature & diligenter exquiratis, vt quæ per informationes & inquiſitiones huiuſmodi inueneritis, & quæ fidelium conſilijs & prudentia veſtra agenda iudicaueritis, nobis referre valeatis, deſcendentes quoque ad loca hæreticis prauitatibus polluta animarum ſaluti, quantum diuina gratia vobis ſubminiſtrabit, conſulere ſtudeatis, errores amouere de cordibus hominum, cauſas errorum confutare, occaſionem perditionis aut relapſus auferre, quo poteritis ingenio, contendatis, quos in fide ſtabiles inueneritis ad perſeuerandum in ea exhortemini, & in viam rectam dirigatis, & confirmetis, illoſque, prout expedire videritis, coadiutores ſolicitudinis vobis commiſſæ aſſumatis, aberrantes ab ouili dominico & catholica veritate ſuadendo, arguendo, obſecrando, increpando in ſemitam ſalutis perducatis, & vt ad cor & dominum redeant elaboretis, hiſque omnibus noſtram & apoſtolicam benedictionem impendatis. In perfidia autem & obſtinata hæreſi perſiſtentes reprehendite, cohibete, & cum Spiritus ſanctus non habitet in eis, quantum poteritis ab eis cauete, dicente Apoſtolo, Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, pariterque alios fideles, vt tales hæreticos fugiant & vitent, ac in nullo eis faueant vel communicent, ne cum eis in perditionem ruant, monete, & debitis execrationibus & cenſuris prohibete: libros hæreticum dogma continentes comburi mandetis, veſtroſque catholicos tractatus & ſermones aduerſus ipſorum perfidorum errores, ſi opus fuerit, impreſſoria arte non tantum per vicinas regni Bohemiæ, ſed & per omnes Germaniæ partes vobis, ſeu alteri dudum commiſſas, diſtribuere procuretis. Ad prædicandum etiam verbum Dei, & euangelicam veritatem publice declarandum viros ad hoc etiam doctos, bonæ conſcientiæ, & catholicos deputando, contradictores circa præmiſſa per cenſuras eccleſiaſticas & iuris remedia reprimatis, inuocando ad hoc, vbi opus fuerit, auxilium brachij ſæcularis, & vbi facultas locuſque tutus dabitur per legitimas inquiſitiones & proceſſus in talibus fieri ſolitos contra hæreticos illarum partium, nec non contra maleficos, phantaſmata, Herodiades, vt verbis B. Auguſtini vtamur, & magicas artes ſectantes, receptatores, & fautores hæreticorum, maleficorum, & magicarum artium ſectatores, noſtra auctoritate procedatis, eos tales declarando iudiceris, & ſeueritatis acrimonia plectendos, prout ſacri canones decernunt, ſæcularibus poteſtatibus tradatis, & alia omnia & ſingula, quæ ad officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis pertinent, adimpleatis & exequamini. Quod ſi non ambo his, quæ neceſſaria erunt in præmiſſis agendis vel exequendis intereſſe poteritis, alter veſtrum iniunctum huiuſmodi munus, & quæ agenda erunt adimpleat, & exequatur. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCXCIX. *pridie kal. februarij pontificatus noſtri anno* VIII.

Inquirere iuſſi in impios.

Ampliſſima auctoritate inſtructi.

In eorúdem ſtudioſos iuſſi animaduertere.

62 Prolapſos in Vualdenſium veterum ſine Pickardorum errores plures Calixtinos, qui in retinendæ communionis ſub vtraque ſpecie pertinacia obfirmati ad vnum Eccleſiæ non redierant, deplorat Henricus Inſtitoris a in literis ad epiſcopū Olomucenſem datos; prodigio enim fuit ſimile, eos, qui tantam pietatis ſpeciem per ſummam hypocriſim præ ſe ferebant, erga ſacram Euchariſtiam & calicis vſum, in eam veſaniam lapſos, vt Chriſtum ſub vlla ſpecie contineri demum negauerint.

a Henr. Inſtit.

Reuerendiſſimo in Chriſto patri & domino domino Stanislao Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia eccleſiæ ſanctæ Olomucenſis præſuli digniſſimo, Henricus Inſtitoris.

Aduerſus Vualdenſium fratres, quos vulgo Pickardos vocant, inſultus longe maior pigritiæ catholicis doctoribus venit excitator, cum ipſa rabiem omnium hæreſum in ſuis hæreſibus excedere noſcitur. Quid enim crudelius, vbi non portio aliqua Eccleſiæ, vt veſtra præclara Olomucenſis exiſtit diœceſis, immo totius Chriſtianæ religionis conari videntur fundamenta conuellere, tantæque contagionis, vt cæteri etiam erronei relictis ſuis erroribus priſtinis, vt in Calixtinis nouiſſime potuit, potius quam ad vnitatem Eccleſiæ ſanctæ matris redeant diabolicis Pickardorum erroribus ſe inuoluunt, & qui prius compactata & calicem vſque ad ſanguinem prætendebant defendere, iam ad indicium errorum præcedentium peioribus ſordidantur, & non mirum cum talis inſtabilitas propria ſit hæreticorum, vt & qui prius verum Chriſti corpus & ſanguinem ſub vtraque venerabantur ſpecie, iam omnia hæc negantes, ſuos inſuper prædeceſſores erraſſe tanquam damnatos abijciunt, ſimplicem panem cum his perfidis poſt conſecrationem affirmantes. Et cur hæc, niſi vt ſub libertate viuentes decorem Eccleſiæ in ſtatuum, officiorum, & dignitatum varietate, quibus ipſi carent, obfuſcare & labefactare poſſent?

Calixtinorum infelix lapſus.

63 Et de cæteris quidem Germaniæ nationibus quid ſentiendum, dum odium cleri ſecundum Bernardum ſuper cantica ſit initium hæreſum, in quo ſæcularis poteſtas quanto amplius incraſſatur, tanto plus Pickardorum falſa dogmata ſi non acceptantur, tandem diſſimulantur, vnde & multis ſchiſmatibus, principum diſſenſionibus, populorum ſcandalis, animarum periculis vias pandunt, quare reuera, vt præmiſſum eſt, niſi ſponſus Eccleſiæ feſtino ſuccurreret remedio nihil ex ipſius corporis compage inconcuſſum euaderet: *Et infra:* Vtinam attenderent pagani, vtinam Iudæi, & omnes hæretici cum quanta animi ſecuritate conſcientiæque benignitate pro hac noſtra veritate fidei ad diuinum iudicium poterimus accedere! Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus, Domine ſi error eſt, in hac noſtra credulitate a te decepti ſumus, nam iſta tantis ſignis & prodigijs confirmatur, & talibus, quæ non niſi a te & per te fieri poſſunt? Et certe a prædictis ſumma ſanctitate ſunt nobis tradita viris, & cum ſumma & auctentica, atteſtatione comprobata, te ipſo coope-

Ex odio in clerū naſcūtur hæreſes.

Fidei Chriſtianæ quanta ſit certitudo.

Digitized by Google

cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.]

64 Profectus in Bohemiam Henricus Inſtitoris a nouatoribus quæſiuit, quæ cauſa eos ad deſerendam catholicam Eccleſiam toto diffuſam orbe, adeundaque impia Valdenſium conuenticula impuliſſet. Qui hypocriſeos larua ſubornati, & impietatis veneno turgidi ſeptem defectionis ſuæ cauſas attulere, vt ipſe narrat [a], eaſdemque confutat: *Cauſas, inquit, ſeptem vel difficultates inquiſitori obijciunt ſuper cauſam rebellionis Valdenſium contra Romanam eccleſiam, quas æſtimant eſſe iuſtas, vt non habeant obedire. Prima quod Romana eccleſia omnibus vitijs eſt permixta, vnde malignantium cenſetur non Chriſti ſponſa.* Contra hanc propoſitionem contradictoriam opponit: *Contra primam cauſam rebellionis datur hac concluſio. Abſtrahere ſe ab obedientia ſanctæ Romanæ eccleſiæ, eo quod permixta ſit reprobis & bonis, eſt coniungere ſe numero damnatorum, vbi talis permixtio non exiſtit.*

a Id. ibid.

Sophiſma hæreticorum cur deſeruerint Eccleſiam Rom.

Refellitur.

65 *Probat dicta firmiſſimis argumentis, quid enim aliud prætendit doctrina Chriſti Matthæi* XIII. *vbi regnum cælorum, id eſt, ſanctam Eccleſiam Dominus comparauit ſagenæ miſſæ in mare & ex omni genere piſcium congreganti ſcilicet bonos & malos, vt per ſe Chriſtus exponit & poſt dicens: elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt: vbi Gregorius in homilia: ſancta Eccleſia comparatur ſagenæ miſſæ in mare & ex omni genere piſcium congreganti, quia nunc bonos maloſque communiter quaſi permixtos piſces fidei ſagena continet, ſed littus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, id eſt, finis indicat quos ſagena trahat. Et iterum in alia homilia. Boni ſoli nuſquam ſunt niſi in cælo, & mali ſoli nuſquam niſi in inferno, hæc autem vita, quæ inter cælum & infernum ſita eſt, ſicut in medio exiſtit ita vtrarumque partium ciues communiter recipit, quas tamen ſancta Eccleſia & nunc indiſtincta ſuſcipit, & poſtmodum in egreſſione diſcernentur.*

Eccleſia Chriſto teſte ex bonis malisque permixta.

66 *Secundo quia non eſt obediendum Papæ moribus ſuis prauis ſcandalizanti Eccleſiam, cum per ſubtractionem obedientiæ cogatur ad corrigendum ſe in moribus.* Conuellit hanc argutiam Henricus ex 1. Petri II. *Obedite dominis veſtris non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.* Item ad Roman. XIII. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſiue Regi tanquam præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis.* Et infra: *Denique de ſpirituali poteſtate voluit Dominus intelligi Matth.* XXIII. *ſuper cathedram Moiſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, quæcumque dixerint vobis ſeruate & facite, ſecundum vero eorum opera nolite facere, vbi certum eſt, quod Dominus loquitur de malis, & cum illis dixit reuerentiam eſſe exhibendam & obedientiam quoad eorum doctrinam vult Dominus prælatis etiam malis bonos ſubditos ſubeſſe. Adſunt etiam rationes ad hoc cogentes, ſi enim ſolis iuſtis prælatis eſſet obediendum; cum nemo nec de ſe, nec de alio ſcire poteſt vtrum ſit iuſtus iuxta Apoſtolum. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, & quia quis de ſe non eſt certus, minus de alio, ſequerentur duo maxima inconuenientia, primum quod ſi ſoli boni haberent prælationem in Eccleſia, ligare & ſoluere peccata, conficere & miniſtrare ſacramenta fidelibus, quod nunquam fideles poſſent eſſe certi nec de baptiſmo, nec de remiſſione peccaminum per claues Petro datas, nec de veritate ſacramenti Euchariſtiæ.* Et infra: *Aliud inconueniens, quod Chriſtus Eccleſiæ ſuæ, quam redemit ſua morte, non ſufficienter prouidiſſet, immo male inſtituiſſet, & quod non eſſet fundata in fundamento veritatis æternæ.* Cumque obijcerent aduerſarij, ſe Chriſtum caput Eccleſiæ agnoſcere, atq; ab eo influxum excipere non ab alio, ita docuit Henricus præter ſupremum caput inuiſibile opus eſſe miniſteriali & viſibili: *Ex eo neceſſarium eſt habere caput viſibile & conforme ex inſtitutione Chriſti, & practica ab eo tentat: qua enim de cauſa noluit Petrum ante ſuam reſurrectionem in paſtorem eccleſiæ inſtituere, nec etiam claues Eccleſiæ ſibi tradere, ſed tantum promittere dicens: Tibi dabo claues, & non dixit: do claues Matth.* XVI. *niſi quod per ſe, dum adhuc erat mortalis, & conformis membris etiam ſufficiebat Eccleſiam ipſum habere caput viſibile & mortale? Vbi vero factus immortalis & inuiſibilis voluit ſuam Eccleſiam habere caput viſibile & membris conforme dicens Petro, vt paſtoralem curam gereret ouium. Paſce oues meas. vnde & inſtitutio Chriſti demonſtrat Eccleſiam regendam non per Chriſtum ſolum, quare etiam non obedire ſed eſſe ſeparatum a tali capite eſt non recipere influxum vitæ ſpiritualis per ſacramentorum ſuſceptionem. Qua de cauſa ſicut omnes epiſcopi aſſumuntur ab illo capite in partem ſolicitudinis ad paſcendum & regenerandum oues. Ita omnes inferiores paſtores & plebani ab epiſcopis aſſumuntur in partem ſolicitudinis, vt ſic vnitas & coniunctio membrorum ad caput ſeruetur tam auctoritatiua, quam miniſterialis, vnde ſine damno Eccleſia non fieret, vbi extra caſum hæreſis non eſſet Papæ etiam aperte malo obediendum.*

Demonſtratur prælatis ſiue bonis ſiue malis parendum.

Diſſoluitur.

67 *Tertia quia dicimus Papam a nemine mortalium eſſe corrigendum niſi a Deo, ideo ipſi ſoli, qui eius correctio eſt, æſtimant eſſe obediendum, ne ſibi videantur in mala opera ſua conſentire, & non ſint aliqua remedia contra prauos mores Papæ vbi Eccleſiam ſcandalizat.* Hanc argutatiunculam omnem politicum & monarchicum ſtatum pariter euertere demonſtrat Henricus, ac pluribus probat non deeſſe remedia ad emendandum Papam, ſi prauitate morum offendiculum Eccleſiæ pepererit, nempe orationes ad Deum, qui Aſſueri & Nabuchodonoſoris, aliorumque tyrannorum corda momento conuertit, monitaque Cardinalium, tum ſubdit: *Non eſt veriſimile quod ob turpem vitam aut mores vnius ſummi Pontificis Eccleſia ipſa, cum qua Chriſtus pollicitus eſt ſe eſſe tanquam protector fortem vſque ad conſummationem ſæculi, debeat omnino perire, ſicut enim ait Leo Papa ſanctiſſimus ſcribens ad Pulcheriam Auguſtam. Non deſerit Eccleſiam ſuam diuina protectio dicente Domino: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. Idem ſcribens clero & plebi ciuitatis Conſtantinopolitanæ: Nolite arbitrari, dilectiſſimi, quod ſanctæ Eccleſiæ ſuæ deſit, aut defutura ſit diuina protectio. Tum etiam quia non eſt diffidendum in ſimili articulo a clementia Saluatoris, qui etſi aliquando permiſerit nauiculam Eccleſiæ ſuæ multis perſecutionum procellis agitari, nunquam tamen paſſus eſt illam perpeti naufragium aſſeuerante & dicente Domino Matth.* XVI. *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ecce remedia, ad quæ conuenientius & conſultius in articulo neceſſitatis ſiue caſus prædicti confugiendum foret, quam vſurpando diuinum iudicium, & inuoluendo ſe infinitis difficultatibus, & multiplicando ſcandala ſcandalis tentare, vt etiam quidam catholici æſtimant in tali caſu ad veri & indubitati Pontificis Romani depoſitionem recurrere, cuius rei practica non modo diuinæ maieſtatis, cuius iudicium vſurparet, eſſet offenſiua, ſed etiam nimis difficilis, vt pote ſchiſmatis introductiua, quæ longe ſcandaloſior & damnoſior*

Alius ſchiſmatis prætextus.

Alia hæreticorũ argutia.

Non periclitatur eccleſia ob prauos mores vni' Pótificis.

Tunc ad Chriſtum ſacris precibus confugiendum.

Eccle-

Eccleſia eſſe poteſt quam vita turpis vnius Pontificis, &c.

Antiqua Vvaldenſium fallacia.

68 *Quarta quia prelati non ſunt imitatores Apoſtolorum in ſanctitate vitæ, ideo nec in eccleſiaſtica poteſtate. Quinta quia ſtatus perfectionis omnino deficit in Romana Eccleſia.* Oſtendit primum Henricus non poſſe æquari præſulum perfectionem cum Apoſtolis ob ſingularem eorum dignitatem, cum omnis perfectio cuiuſcumque religionis fundata ſit ſuper fundamenta Apoſtolorum Epheſ. 11. *Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum*, licet in aliqua perfectione aliqui eos vicerint, qui regna amore Chriſti reliquerunt. Deinde directe ita reſpondet: *Dicitur quod ſunt imitatores Apoſtolorum quantum ad profeſſionem, quia profiteri oportet epiſcopos ſtatum perfectionis, licet non ſtatum perfectæ charitatis, quam etiam perfectionis ſtatum, ſi non ſeruant damnationem ſibi ipſis accumulant, & non propterea Eccleſiam in alijs membris viuis mortificant & adnihilant, ſicut perfidi hæretici æſtimant, & hoc ideo, quia non ſunt domini ſacramentorum ſed miniſtri, &c.*

Diuites prælatos poſſe eſſe imitatores Apoſtolorum oſtenditur.

69 *Sexta quia tempore ſchiſmatis, vbi duo vel tres ſe ingerebant pro ſummis Pontificibus ſine obedientia Romanæ eccleſiæ fideles ſaluabantur, ita & nunc & vltimo allegant, quod iam per regnum Bohemiæ plures neutraliter viuunt.* Maximum inter hos diſcrimen intercedere demonſtrat ita Henricus: *In illo ſchiſmate illi fuerunt vere & proprie ſchiſmatici qui præſentes, ſcientes factum contra iura ſcienter vel contra conſcientiam fecerunt ſchiſma tale paſſionibus ducti amoris vel odij, cupiditatis & ambitionis: alij vero, qui vni vel alteri Vrbano ſcilicet vel Clementi obedientes adhærebant, moti ad huiuſmodi tenendum non temporalitate, ſed ex conſcientia ex auditis conſilijs peritorum, non erant vere & proprie ſchiſmatici, etiamſi ei, qui non erat verus adhæſiſſent, quia præter intentionem eorum erat error & diuiſio eorum, quamuis enim ignorantia iuris diuini vel naturalis neminem excuſat, vt dicit. Gratianus in dicto cap. non tum erat talis ignorantia, quia etſi credere in vnum caput ſicut in vnam Eccleſiam catholicam etiam de articulis fidei, qui ſpectant ad ius diuinum, ſit neceſſarium: fideli tamen credere hunc eſſe illum vnum caput vel alium, cum duo ſunt gerentes ſe pro Papa non eſt articulus fidei, ſed qui ſecundum iura Eccleſiæ eſt electus, quod ſcire, pertinet ad factum in ſe & ius canonicum: Quamuis ergo vna pars excommunicaret alteram cum ſequacibus, & ſchiſmaticos nuncuparet, qui ſimpliciter adhærebant, excuſari videbantur a vitio ſchiſmatis.*

Sophiſma ex neutralitate petitum.

Neutralitatis tempore qui fuerint proprie ſchiſmatici.

Qui proprie non fuerint.

70 Quod porro neutrales ſublata de vero Pontifice controuerſia a ſalutis tramite aberrent, demonſtrat Henricus ex eo, quod non credant in vnam ſanctam Eccleſiam, quæ vna eſt ratione vnius ſupremi capitis viſibilis ac miniſterialis, de quo Chriſtus dixerit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*; cuius capitis ſummi neceſſitatem pluribus probat, vt ea, quæ ſunt fidei, vbi & quoties circa illa dubitatio inſurgeret, determinare & conſeruare habeat.

Non par ratio eſt hæreticorum cum neutralibus.

71 Multiſque interiectis, demum impietatem Pickardorum a Romanæ eccleſiæ gremio recedentium, ſummamq; infelicitatem in luce collocat, pluribuſque argumentis non aliam eſſe veram Eccleſiã Chriſti ſponſam, quam eam, cui Romanus Pontifex præeſt, ſic oſtendit: *Tot errores inter eos vigere videmus quot familiæ ſunt, cum & famellæ matris, maſculi patris per ſe opiniones habent ſequi. Immo & ipſi Pickardi quantum inter ſe ſunt diuiſi in erroribus eſt inexplicabile, cum etſi quadraginta articuli erronei in lucem deuenerunt, de quibus etiam alibi tractabitur, in ipſis tamen plurimorum diuerſificantur opinando in ſingulis, prout volunt, vnde & quidam de veritate Euchariſtiæ nihil tenent, & quod ſolum ſignificatiue ſub ſpeciebus panis & vini poſt conſecrationem contineatur, de quorum numero fuerunt qui cultris infixis in hoſtias conſecratas, non quidem ab eis conſecratas, ſed a catholicis, ab ipſis autem furtiue ſublatas, veritatem experiri voluerunt, vt ſupra tactum fuit, alijs oppoſitum credentibus.*

Vt Pikardi inter ſe grauiſſime diſſentiant.

Cultris ſacram hoſtiam experiundi cauſa impie cõfixere.

72 *Hoc etiam manifeſtum eſt, quod eorum ſeniores ſecreta in eorum cærimonialibus nunquam ſimplicibus manifeſtant inter eos conuerſantes, prout ex eorum propria relatione didicimus, ſemper timentes proditionem, vnde veriſimile eſt, quod quaſi innumeris inuoluantur erroribus, quæ omnia a tot regnis Chriſtianorum per orbem longe lateque diſperſis plurimum aliena ſunt, omnes ſub vnius vicarij Chriſti, & Petri ſucceſſoris obedientia conſtituti, ſcientes quod ſubeſſe Romano Pontifici tanquam ipſi Chriſto, cum eius exiſtat vicarius, ſit de neceſſitate ſalutis.*

73 Librat etiam idem auctor ſuis ponderibus aduerſus Pickardos hoc argumentum, vt vniuerſæ gentes ad Romanæ eccleſiæ venerationem & Chriſti fidem, deſertis auitis ſuperſtitionibus, non ſine maximo diuinæ potentiæ miraculo traductæ ſint; *Si quis*, inquit, *omnia miracula alia a ſanctis negare vellet, hanc tamen conuerſionem mundi ad fidem negare non poteſt, cum ad ſenſum pateat, & ſicut hanc conuerſionem factam nemo aduerſariorum infidelium, niſi friuole & malitioſe poteſt negare, ita nec miracula ſanctorum cum per huiuſmodi mundus fuit conuerſus: Marci vltimo. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Etſi alia negentur miracula hoc vnũ negari non poteſt de cõuerſione mundi

Septima argutia Vvaldenſium petita erat ab exemplo prauo, quod plures in Bohemia excuſſo obſeruantiæ in Pontificem iugo viuerent, quorum inſiſtere veſtigijs a ſalute non alienum arbitrabantur: ſed eſſe latam inferorum portam non animaduertebant, nec paucos deliros vniuerſali Eccleſiæ præferendos.

IESV CHRISTI

Annus 1501.

ALEXANDRI PP. VI. annus 9. MAXIMILIANI ROMANOR. REGIS annus 8.

1 ANno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo primo indictione quarta multa ad comprimendum Turcicam tyrannidem inter ſummum Pontificem & Chriſtianos principes agitata ſunt conſilia, ac primum die pentecoſtes promulgatum eſt ritu ſolemni, Vvladiſlaum Regem Hungariæ ſacro in Baiazethem cum Pontifice & Venetis fœderi acceſſiſſe, de quo hæc Ioannes Burchardus a: *Dominica pentecoſtes trigeſima maij &c. & infra, reuerendus dominus Petrus de Zincentis auditor cameræ & epiſcopus Caſenatenſis accepit pluuiale rubeum & mithram ſimplicem intra cancellum ex illius partem & altare, aſcendit ad Papam, & oſculatus eſt genu eius, & omiſſa petitione benedictionis, petijt indulgentias, & Papa conceſſit intereſſentibus plenarias. Quibus habitis*

Vngarus ſacro in Turcas fœderi accedit.

a Burchar. in ſ. arch. Vati p. 2. pag. 185.

deſcen-

Digitized by Google

deſcendit ad pulpitum prædictum, & fecit orationem denuntiatoriam fœderis inter Papam, Regem Hungariæ, & dominium Venetorum initi contra Turcas, & non venit ad ſpecificationem capitulorum, nec lecta ſunt capitula. Finita oratione pronuntiauit ſine mora indulgentias habitas a Papa, qui ſtatim ſtans in ſolio ſine mithra incepit intelligibili voce; Te Deum laudamus; quod cantores proſecuti ſunt ad finem, quo finito Papa adhuc in ſolio ſtans dixit: Pater noſter, & verſiculos, ac duas orationes, quæ habentur in cermoniali in publicatione fœderis initi contra infideles. Eadem confirmat Petrus Delphinus [a] in literis ad abbatem S. Iucundæ miſſis.

Acta nuntium publicæ de ea re gratiæ.

a Pet. Delph. l. 6. ep. 19.

2 Irrumpere in Turcicum imperium ex Pannonia debebat Vvladislaus, cui propterea Pontifex pactam auri vim in bellicos ſumptus impendendam ſuppeditabat; magna vero adornabatur claſſis a Pontifice, Francorum, Hiſpanorumque Regibus, Venetis & Rhodijs quæ eodem tempore Græciæ Aſiæque littora vexare deberet, vireſque barbarorum diſtrahere, ſummo eiuſdem claſſis Imperatore Petro Aubuſſonio Rhodij ordinis principe diacono Cardinali, & Apoſtolicæ ſedis legato, de quibus Alexander Cardinalem Reginum in Hungaria legatum hiſce literis docuit [b].

b Lib. breu. pag. 909.

Dilecte fili noſter ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quamplures per hos dies tuæ circumſpectionis literas accepimus, quibus diligentiam ac ſedulitatem tuam ſtudiumque, quod penes iſtam regiam maieſtatem, ac regni prælatos ac proceres Turcorum cauſa tibi commiſſa adhibes, plene percepimus, de quo licet tibi non ita frequenter reſcripſerimus, valde a nobis & ſacro Cardinalium collegio, vbi ſæpe tua opera ac geſta relata ac recitata fuerunt, commendatus fuiſti. Nunc autem, vt intelligas, quæ penes nos in ipſa Turcorum cauſa, in qua dies & noctes, ac toto animo & corde feruemus ſucceſſerit, has tibi ſcribendas duximus. Innotuiſſe debet circumſpectioni tuæ, quemadmodum nos ſuperioribus menſibus pro ea Turcorum cauſa conſtituimus dilectum filium noſtrum Petrum S. Hadriani diaconum Cardinalem, Rhodi magiſtrum, noſtrum & A. S. L. ad quam ineundam legationem cum idem Cardinalis nuper ſe cum quibuſdam triremibus & nauigijs ſuis ſumptibus paratum ſe fore nobis ad breue noſtrum, quo nos eum legatum deputaſſe ſignificauimus, reſcripſiſſet, diſtulimus publicationem legationis huiuſmodi, quoad cum chariſſimis in Chriſto filijs noſtris Francorum Chriſtianiſſimo & Hiſpaniarum Regibus catholicis propter nouum inter nos & ipſos Reges contra dictos Turcos fœdus initum, & inclyto Venetorum dominio ſuper tempore publicandæ legationis huiuſmodi ac hoſtilis inuaſionis conſultaremus, ac ſimul intelligeremus, an iſta regia Hungariæ maieſtas, cum qua, vt noſti, ad hoc ſanctum opus nos & ipſum Venetorum dominium ſuperioribus menſibus fœdus inieramus, in Turcos irrumperet, vt maturo, ſicuti res poſcebat, accepto conſilio, quid facto opus eſſet deliberare poſſemus, deque his omnibus eundem Cardinalem per noſtras literas fecimus certiorem. Cum autem heri oratores dictorum Regum & dominij ad nos veniſſent, ac in conſiſtorio noſtro coram venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuis principibus deputationem dicti legati perneceſſariam eſſe, ſibique valde placere aſſeueraſſent, & vt idem legatus publicaretur inſtitiſſent, & a nobis interrogati, an dicti ſui principes parati eſſent claſſem ſuam, facta hac publicatione, in Turcos ſine mora dirigere, & dicto legato tanquam noſtræ propriæ perſonæ parere vellent, ac vna nobiſcum & claſſe noſtra in hanc ſanctam expeditionem vires ſuas & conatus, quemadmodum ſemper ſollicitauimus, & ipſi promiſerant conuertere, reſpondiſſentque dicti oratores claſſem ſuorum principum præſto eſſe, proculdubio in dictos Turcos deducendam, ac eidem legato parituram, nec quia præſens æſtas prope iam ad finem vergeret, ſe propterea retardaturos, ſed quod eius temporis ſupererat in tam laudabili opere, ac Chriſtianorum omnium cauſa conſumpturos, prouiſuroſque, vt quod perſonaliter non poterant, per delectiſſimos belli duces ac præfectos magno ordine ac ratione adminiſtraretur, ſimulque daturos operam, vt continuandæ claſſis ſumptus proferri ac continuari poſſent, nos itaque collaudata, vt par erat, dictorum principum virtute ac religione, ac tam feruenti de Chriſtiana republica bene merendi zelo & deſiderio, ac requiſitis eorum oratoribus, vt illos, vt ita agerent ac perſeuerarent noſtro nomine hortarentur, eundem Cardinalem virum fortem, ſtrenuum, ſingulari prudentia ac fide præditum, ac aſſiduo in Turcos bello exercitatum, noſtrum & dictæ ſedis legatum in eodem conſiſtorio publicauimus, ac vt, quod ſemper toto corde & animo concupiuimus, ſancta expeditio toties per nos excitata procederet, diximus nos quindecim illas triremes, quas pridem Venetijs deſignaueramus, inſtructuros eaſque in hoc ſanctum fidei opus ſub legato noſtro deſtinaturos.

Petrus S. Hadriani Card. creatus legatus in exerc.

Fœdus inter Pont. Gal. & Hiſp. Reges & Venetos in Turcas.

Quid a Regum legatis reſponſum.

3 Et vt primi promptique in hoc tam neceſſario, tamque communi opere, vt ſemper voluimus, reperiamur, & ſcripturos & ordinaturos, ſicuti fecimus, venerabili fratri Antonio epiſcopo Tiburtino Venetijs oratori noſtro, vt nulla interpoſita mora dictas quindecim triremes armari & inſtrui curet, eaſque ſic noſtro & eccleſiæ nomine ex toto inſtructas & paratas ad ipſum Cardinalem legatum perducat. Et cum tua circumſpectio per plures ſuas literas nobis ſignificauerit, quanto ſtudio & animi ardore idem Rex Hungariæ huic ſanctæ expeditioni ſe accingat, & quam validum virtute & robore delectorum militum exercitum comparet, licet ſemper ea fuerit opinio & expectatio noſtra, de ſua maieſtate, putemuſque eum more progenitorum ſuorum, qui Chriſtianæ religionis ſemper acerrimi propugnatores & defenſores fuerunt, hanc tantam de republica Chriſtiana cum eius ſumma gloria benemerendi occaſionem, & quod pollicita eſt, & in confœderatione promiſit ac pepigit, non omiſſuram; ſed totis viribus hoc tam ſanctum & glorioſum opus aggreſſuram, tamen vt ſua maieſtas ardentius & maiore animo prouinciam hanc aggrediatur, tua circumſpectio ei hæc omnia ſignificabit, refereteque dictos noſtros & dictorum principum claſſium apparatus in promptu eſſe propediem, ac ſine dubio, Deo duce, in Turcos felicibus auſpicijs ſoluturos, ſuamque celſitudinem ad hanc prouinciam ardentius capeſſendam, & vt in ea perſonaliter incedat omni ſtudio, cura, ac diligentia hortari, excitare, ac inflammare non deſines, vt eodem tempore nos & dicti principes mari potenti claſſe, & ſua maieſtas validiſſimo terreſtri exercitu com-

Cruciſignatæ claſſis imperium Rhodio datum.

Solicitatus Vngarus vt terreſtrē exercitū educat in Turcam.

munem

Digitized by Google

munem hoſtem inuadamus, vt circumquaque laceſſitus non ſolum noſtra offendet, ſed ſeſe, ac quæ occupauit tueri non poſſit. Quod (ſi vt nobis proculdubio perſuademus) ſua maieſtas effecerit, facile ſperata de communi hoſte victoria, Domino concedente, ſequetur, & eius magna ac præcipua pars virtuti ac laudi ſuæ maieſtatis aſcribetur, ac proinde ſua maieſtas meritum æternum, perenne nomen, & immortalem gloriam conſequetur. Præterea referes ſuæ maieſtati nos pecunias, quas ſibi pro ſecunda ſolutione debemus paratas habere, ſed cum non reperiremus modum illas iſtuc commode mittendi, ordinabis, vt procuratoribus ſuæ maieſtatis, aut cui illa voluerit Venetijs in tempore debito perſoluantur, vnde ſua maieſtas commode poterit illas accipere. Hortaberis itaque ſuam maieſtatem velit eſſe contenta illas Venetijs capere, cum in Hungaria, vt diximus, per quem ſoluantur non reperiamus, & ſuis procuratoribus committere, vt illas Venetijs recipiant, ac de his, quæ ſucceſſerint, facies nos per tuas literas certiores.]

Stipendia illi data.

4 De tradito in ſenatu celeberrimo Chriſtianæ claſſis imperio coniuncta legati apoſtolici dignitate Rhodiorum equitum magiſtro Cardinali Alexandri literas affert Iacobus Boſius [s], & conſentanea his, quæ in ſuperioribus contenta ſunt cepetit, nempe Francorum Hiſpanorumque Regum tum Venetæ reipublicæ capetita conſilia de gerendi belli ratione, Vladiſlaum Hungariæ Regem in ſocietatem armorum pellectum, ac terra in Turcas cruceſignatas acies educturum, Regum oratores ſacro ſenatui interfuiſſe, in quo claſſis imperium notæ Aubuſſonij virtuti delatum eſt, paratas regias claſſes confectaque iam Neapolitana expeditione Gallica & Hiſpanica arma in eoſdem Chriſtiani nominis hoſtes verſum iri, dum terra Hungarus irrumpet, hos Regum bellicos apparatus in dies auctum iri, ſibi vero nil altius inſidere animo, quam vt tanta ſolicitudine decretam ſacram expeditionem promoueat: in animum ſe induxiſſe eam ducere poſthabitis pontificalibus alijs curis, affectæque ætatis incommodis, ſeque ad ſubeundos caſtrenſes labores obtuliſſe, ſi Gallus Hiſpanuſue Rex ſe illi comitem adiungeret: actis principibus in conſiſtorio gratijs de egregio in rem Chriſtianam ſtudio, rogaſſe ſe oratores, vt ipſos ad promiſſa ad exitum perducenda hortarentur, ſignificaſſeque quindecim triremes Venetijs pontificio ſumptu inſtructas, nec modo opes in tam ſacro bello, ſed etiam ſanguinem libenter profuſurum: ita ſumma omnium gratulatione illum ob præclara præterita facinora militarenique peritiam & auctoritatem legatum apoſtolicum & cruceſignatæ claſſis imperatorem ſe renuntiaſſe, tum Angelo Tyburtino dediſſe mandata, vt dictas quindecim triremes Rhodum perduceret. Accingeret ſe itaque ſtrenue tam glorioſo operi, ac veterem bellicum ardorem, quem tanta cum laude olim in barbaros explicuerat, pro diuini Numinis gloria, religionis ampliatione, Romanæque eccleſiæ tuitione carpromeret. Quæ literæ duodecimo Auguſti huius anni MDI. die conſignatæ fuere.

Geſta in Cardd ſenatu.
s Boſ. ſup. p. 2. l. 15.
Offert ſe Alex. ad caſtrenſes labores ſubeundos.
Quindecim triremes Rhodum perduci iuſſæ.

5 Conceptæ ſunt ex magnificentiſſimo illo belli ſacri apparatu, ducisque decreti virtute ingentes ſpes proferendæ rei Chriſtianæ, quæ magis auctæ ſunt, cum recenter increbuiſſet fama ſedatæ inter Maximilianum Cæſarem & Francorum Regem de Mediolanenſi principatu diſſenſionem, quæ Turcicum bellum diſturbatura videbatur: *Perin tertia, vigeſima quarta prædicti menſis Auguſti*, inquit Burchardus [a], *fuit proclamatum per vrbem, celebrata eſſe ſponſalia inter Carolum filium primogenitum illuſtriſſimi Philippi archiducis Auſtriæ, ducis Burgundiæ, nepotem ſereniſſimi Romanorum Regis in ſecunda, vel circa ſua ætatis anno conſtitutum, & Claudiam filiam vnicam Ludouici Regis Franciæ in ſecundo etiam ſuæ ætatis anno conſtitutam.* Celebrata eſt huius affinitatis lætitia in vrbe proximo S. Ludouici recurrente die feſto, habitaque a Iacobo Alpharabio, qui Pontifici a ſecretis erat, in frequentiſſimo Cardinalium & epiſcoporum cœtu oratio [b], qua exultantis populi Chriſtiani lætitiam, Regum ſtudia ad prouincias infidelium debellandas, Pontificis in ea perficienda coniunctione principum pro re Chriſtiana augenda prouidentiam ſpem Turcici triumphi duce Rhodiorum equitum ſupremo magiſtro & S. R. E. Cardinale eleganti ſtylo extulit, ex qua hæc decerpimus: *Vt conſummatiſſima, vndecumque virtus ſtare loco neſcia eſt, ſummaque diuinitatis plenitudo perpetuo agitari motu conſueuit, id ipſum in præſentia obnixe conatur*, de Alexandro loquitur, *vt regno Neapolitano confeſtim pacato (quod graue obſtaculum & velut peſſulum oſtia occludebat) Chriſtianorum principum claſſes in hanc præclaram contra infideles, ſanctiſſimamque expeditionem expeditius properent, eoque bellum alacrius proſequantur, quo in generali eorum duce nuperrime conſtituto firmius certiuſque confidunt, nam vt rerum omnium agendarum in adminiſtrationis principe abſolutio eſt, ita in re militari requiri ante omnia præcipua rectoris præſtantia debet: circumſpectiſſime igitur Alexandri VI. beatitudo Petrum Daubuſſon tit. S. Hadriani Cardinalem meritiſſimum, magnum Rhodi magiſtrum non modo Chriſtianorum principum Regumque omnium conſenſu, quam rogatu atque inſtantia vniuerſo exercitui contra Turcas legatum capiteque præfecit, in quo tanta bellandi peritia atque experientia eſt, in quo ea magnanimitas, ea audacia viget, vt vel ſub eo vnico imperatore Chriſtianorum claſſibus certiſſima victoria promittatur, ſperarique contingat: qui cum hactenus quod clam nemine eſt, truculentiſſimam contra nos infidelium rabiem vndantemque impetum aſſiduus propulſator auerterit, iam tam cum veteranis exercitatiſſimiſque bellatoribus ſuis laceſſendi, impellendi, explodendique genus infandum ſulmineus oppugnatur, vexillariuſque tanti apparatus dux creari merito videatur. Quid igitur mirificum flagrantiſſimumque ſanctiſſimi domini noſtri Alexandri VI. deſiderium admiramur, ſi innata quadam magnanimitate Chriſtianos ſuos iam iam diſcurrere Aſiam Parthicas arcus, pharetraſque calcantes imaginatur, atque vti ſomnians videt? Nationes quippe mundi vniuerſas fidei noſtræ ſubiugari atque obſequi tam facile eſt, quam Chriſtiani principes velint. Credite, inquam, hoc mihi patres, quandiu firma hæc concordia ſtabit, non Oceano Indus, non frigore Boſphorus, non Arabs medio ſub ſole ſecurus exiſtent, nihilque ex omni terrarum cælique regione vſquam erit, qui Regum noſtrorum armis domitum, aut metu quietum, aut pietate deuinctum fuerit. Iubilato igitur Deo omnis terra, ſeruite nunc Domino in lætitia, gaudia cuncta colliqueſcere hymnis plauſibuſque tripudiare operæ pretium facite. Et vos ornatiſſimi ante alios, vos, inquam, patres appello, aras diſponite, thura paſſim incendite, Deo maximo redemptori pientiſſimo gratias laudeſque concinite, veſtra enim res agitur, dum Chriſtianæ reipublicæ decus augetur, veſtra dignitas, veſtra vtilitas, veſtra auctoritas creſcit. Agite, inquam, procurate, inſtate cobor-*

a Burchar. vbi ſup.
Gallum inter Germanumque contracta affinitas.
b Ext. ſcripis cuſa inter alias coram Pontificibus habitas.
Legati Card. elogium.
Succumbent infideles ſi coniuncti fuerint Chriſtiani principes.

cohortamini, vela diſponite, dirigite, & oram ſoluentibus bene precamini, vt diua Petri cymbulam proſequente tranquilla vndecumque ſub tantis Regibus ad certam perpetuamque victoriam Chriſtianorum exercitus firma concordia applicet. Hortatus idem orator eſt exaratis paucis poſt diebus literis Ludouicum Francorum Regem, vt cœptam expeditionem Turcicam proſequeretur: *Merum, inquit, dictu, credito difficile eſt, cum ſereniſſimæ maieſtatis tuæ voluntatem, claſſium apparatum, omnimodamque contra infideles expeditionem attigiſſem, quanta aſſiſtentium principum hilaritas, quaue hominum ſtudia, qui plauſus, quive acclamatus eruperint. Itaque non auſim conticeſcere, non deſinam ſupplex atteſtari (quantum maius periculum ex maxima fama, quam ex minima eſt) ne tanti incœpti fortunam proſequi & vrgere deſiſtas. Verum, inclyte Rex, Chriſtianorum nutantibus iamdiu rebus, quarum ſpes in tuo tantum imperio reſipiſcit) eo nunc tibi ſuccurrendum ocyſſime, eo Redemptoris altiſſimi erga maieſtatem tuam gratitudini ſatisfaciendum pleniſſime eſt, quo magis (vt nunquam tua virtus intremuit, nunquam felicitas claudicauit) ſic nunquam hærere tua prudentia videatur. Sic, inquam, tuis geſtis, ſapientiſſime Rex, populis quietem, Regibus exemplum, perennitatem hiſtoriæ, æternamque tibi cæli regiam conſequaris. Ex vrbe pridie kal. ſeptembris MDI.*

Adhortatio ad Lud. Regem vt in Turcas arma ſtringat.

6 Extant aliæ eiuſdem ad Ferdinandum & Elizabetham Hiſpaniarum Reges literæ, quibus egregia eorum conſilia de vertendis in infideles armis ita commendat: *Prouidiſtis non alia poſſe Chriſtianum orbem ratione pacari, quam ſi in alienas infeſtaſque gentes bellum indiceretur, quid enim optima parens natura amplius aut nobilius temporibus noſtris indulgere potuiſſet, quam Chriſtianum genus vniuerſum contra ſpurciſſimas infidelium nationes conſpiraſſe? atque ita conſpiraſſe, vt veſtro potiſſimum ductu certiſſima nobis victoria promittatur? nihil enim veſtra inclyta maieſtas vnquam excogitauit, quin præclare effecerit, nihil vnquam exoptauit, quin feliciſſime promeruerit: ſic prorſus vbi nunquam animus, nunquam prudentia labant, proſper & exoptatus euentus neutiquam deeſt. Itaque dum id vobis, quod ab vſque prope incunabulis tota mente petiſtis, fauſtiſſime contigit, iamque auſpicatiſſimum ſimul Alexandri VI, veſtra gentis oriundi eadem ætate pontificatum admiramur beneficam ſummi Creatoris induſtriam, ad hanc vos præcipue gloriam expugnandæ infidelitatis procreaſſe, tam liquido arbitrari par eſt, quam meritiſſimum maieſtatis veſtræ catholicum cognomentum debellata Bætica, Africa depreſſa, adinuentus alter in fidemque noſtram redactus orbis locupletiſſime atteſtantur. Veſtrum eſt igitur Reges inuictiſſimi catholicam hanc ſanctiſſimamque expeditionem maturius proſequi, & tam propitio tamque opportuno pientiſſimi Redemptoris noſtri præſidio non deeſſe.*

Hiſpaniæ Reges ad ſacrã militiam ſolicitat.

Ingentes eorũ laudes ex debellata Bætica & inuento orbe nouo.

7 Coniungendus hiſce Regibus erat Maximilianus Cæſar, qui Mediolanenſis principatus conuerſionibus a Turcica expeditione ſe diſtrahi prætexuerat in Germanicis imperij conuentibus; ac licet Caroli ſui ex filio nepotis cum Claudia Ludouici vnigenita ſponſalibus deuinctæ Regum voluntates eſſent, plurima tamen litium materies tollenda erat a; qua in re operam impenſe dediſſe Raymundum S. Mariæ nouæ Cardinalem Gurcenſem Apoſtolicæ ſedis legatum, de quo ſuperiori anno actum eſt, memorat Burchardus, qui de colloquio Tridenti inter Maximilianum & Georgium Ambaſianum Cardinalem

a Burch. hoc an. Vat. p. 2. pag. 240. Petr. Bemb. hiſt. Venet l. 6. Surius co. 5. l. 4. c. 50. & alij.

Colloquium inter Maximilian. & Ambaſianũ Card.

Rothomagenſem Galliarum legatum facto hæc refert a: *Habito inter Romanorum & Francorum Reges per literas & nuntios pro concludenda pace & concordia inter eos longo tractatu, tandem Rex Romanorum decreuerat expectare in Marano Cardinalem Rothomagenſem ad concludendam pacem & concordiam huiuſmodi a Rege Francorum mittendum, tamen quia dubitauit Cardinalem non poſſe cum tot equis, quot ſecum erant, commode in Marano recipere, miſit Tridentum, vbi Cardinalis Rothomagenſis erat, certos qui pro ipſo Romanorum Rege hoſpitia ordinarent, & Cardinalem Rothomagenſem ad expectandum ibidem aduentum Regis, ac dominum Iacobum Triuultium, & cæteros Lombardos omnes, qui cum Rothomagenſe ex Mediolano venerant, quorum erant mille equeſtres, vel circa vt redirent ad dominium Venetorum, & nullus ex eis remaneret Tridenti commorando: quæ omnia facta ſunt. Die igitur martis duodecima præſentis menſis octobris Romanorum Rex ſtatuit intrare Tridentum, qui præmiſit ad tres horas Reuerendiſſimum Cardinalem Gurcenſem legatum apoſtolicum, qui cum maieſtate ſua erat, qui venit Tridentum eodem die circa horam vigeſimam ſecundam. Rex autem ſecutus eſt eum, & intrauit Tridentum tanquam venator circa primam horam noctis cum equitibus videlicet omnibus in veſtibus griſeis, & totidem præmiſerat, nullus venit obuiam; quia ſic voluit.*

a Burch. vbi ſup. pag. 223.

8 *In mane die mercurij decima tertia octobris prædicti conuenerunt coram Rege reuerendiſſimus Gurcenſis legatus & Rothomagenſis Cardinales. Legatus fecit orationem maximam ad concordiam & expeditionem contra Turcas. Præſidens parlamenti Pariſienſis, qui cum Rothomagenſe erat, reſpondit legato. Deinde eam locuti ſunt ſimul Rex & Cardinales, tandem intrarunt cameram Rex & Rothomagenſis, nullo dicunt quod cum eis aratur Regis Hiſpaniæ, (de quo tamen Cardinalis Gurcenſis nihil ſcribit) & fuerunt ſimul horis quatuor vel circa & inter ſe & proprijs manibus ſcripſerunt & compoſuerunt capitula, & concluſerunt concordiam & pacem & quod deberent in feſto S. Catharinæ proxime ventura conuenire Francofurdiæ cum Romanorum Rege electores imperij, & nomine Regis Francorum Cardinalis Rothomagenſis cum promiſſione & ratificatione huiuſmodi capitulorum pacis & concordiæ ex Francofordia deberent ire Metas Romanorum Rex cum Cardinale Rothomagenſe & electoribus prædictis & ibi conuenire deberet Rex Francorum, & ſe mutuo amplexare & deoſculari, & iurare inter ſe perpetuam pacem & tunc Romanorum Rex recipere crucem contra Turcas, & Rex Francorum dare Regi Romanorum patrocinium in omnes gentes ſuas, & idem Romanorum Rex venire Romam pro corona, & inde recipere iter contra Turcas. His ſic concluſis Gurcenſis Cardinalis miſit nuntium ad vrbem, qui illuc venit Iouis vigeſima primu dicti menſis octobris cum literis prædicta ſignificantibus. Cardinalis Rothomagenſis receſſit ex Tridentino die vigeſima nona eiuſdem rediturus ad Regem Franciæ per poſtas caballarorum.* Meminit de hoc Tridentino colloquio inter alios Petrus Cardinalis Bembus b, ac præcipue in his conſtitutum ait, vt Maximilianus Francorum Regem Mediolanenſis ducatus iure beneficiario indueret, Ludouicus vero Cæſarem ad auguſtale inſigne ſolemni ritu e pontificijs manibus accipiendum iuuaret ſparſa vero communi fama, quæ Burchardus refert [illegible]

Gurcen. Card legatus de cõcordia inter Germ. & Gallos agit.

Scriptæ pacis leges.

Conuentus Metenſis indictus.

Decreuit Maximilian. crucem in Turcas induere.

b Pet. Bem. l. 6. Guicc. l. 5. Sur. to. 5. l. 4. c. 50. & alij.

Quæ inter Cæſarem & Gall. Regem conuenta.

9 Percrebreſcebat autem tunc maxime apud populos omnium ſermo de Turcica excindenda

tyran-

De Conſtant. & Hieroſol. recu, erã di, Chri ſtiani a gunç. Cruces cælo lapſæ in Germanorum veſtes.

a Nauc. volum in fine.

tyrannide Conſtantinopoli & Ieroſolyma Chriſtiano cultui reſtituendis, ac nil magis in cœtibus principum, in concionibus publicis, inque vulgi circulis perſonabat, cum lapſa cœlo in veſtes Germanorum crucis inſignia fuiſſent ſuperiori anno, quæ inſolitæ alicuius rei expectatione mentes perculerant, eademque hoc etiam anno reperita fuiſſent prodigia, de quibus ab inſignibus viris fide digniſſimis Cæſar admonitus eſt, atque ab epiſcopo Leodienſi relata hæc illi fuiſſe narrat Nauclerus a: *Anno ſalutis noſtræ* MDI. *miranda ſane horrenda & inaudita oſtendit Deus hominibus; ſiquidem, vt ſcribit Regi Romanorum Maximiliano Leodienſis epiſcopus, a feſtis paſchalibus ſingulis diebus in vno, vel alio loco diœceſis Leodienſis apparuit publice & inopinate aliquando in eccleſijs, aliquando in plateis, aliquando in domibus, & in ipſis etiam cubiculis ſignum dominicæ crucis perfectum, & fuit frequenter nigrum aut rubicundum, ita etiam vt in aliquibus putaretur eſſe verus ſanguis cum medulla & ſanie effuſus, & fuerunt plerumque cruces ſimplices, aliquando tamen duplices in forma ſigni ſepulchri dominici. Apparent autem, inquit, vt in plurimum, ſuper capite mulierum, & maxime puellarum in earum peplis ſupremo vertice. Et refert idem ſe deſuper inquiſitionem ſolertem feciſſe, ita quod nec dolus, nec fraus interuenire potuerit. Scribit quoque de muliere quadam eiuſdem diœceſis viginti duorum annorum valde honeſta, quæque die quodam comperit admonita a matre ſignum crucis magnum & amplum in pepla coloris aurei, atque ad ſingulos quatuor eius angulos interiores crucem vnam paruam eiuſdem coloris, perinde atque arma ſunt Ieroſolymitani Regis, inque media maiorem crucem aliam ſanguinolentam. Territa inde mulier cum reuerentia peplum illud ad locum mundum repoſuit, & aliud mundum capiti impoſuit, mox in eodem crux grandis apparuit. Accurrunt homines multi ex admiratione, in quorum conſpectu iterum & iterum pepla mutauerat, ita vt nouem diebus pepla tredecim cruce ſignata fuerint.* Et infra.

Nigri aut rubri coloris fuere.

De prodigio facto coram Cæſar. ab epiſ. Leodien.

Pepla tredecim crucibus ſignata in vna muliere. Conſulti de prodigio eccleſiaſtici.

Apparuerunt & ſigna in camiſijs mariti cruces ſanguinolenta, hortatus eſt mulierem curatus ſuus, vt cum iubileus eſſet in Traiecto ſuperiori, vbi fuit epiſcopus, iret illo & confiteretur. Aſſenſa eſt & ad S. Seruatium confeſſa eſt magno theologo, audita miſſa poſt hac iuit in chorum, & propter reliquias ducta eſt in ſacriſtiam. Allato ei pepla nitido rogata eſt quod capiti imponeret, ne cum tanto horrore per plateas incederet. Aſſumens ipſa nouum, quod capiti applicuit, mox erupit in ipſa pepli parte anteriori ſanguinis tanta copia, vt confeſtim in extremam vſque fimbriam ad vnius digiti longitudinem, & prope duorum latitudinem deflueret, vnde adeo conſpicientes ſunt attoniti, vt a canonicis vnus protinus caderet, at illa inde diſcedente publice viſa eſt in ipſa recenti peplo ad ſcapulam dextram magna vis ſanguinis, in figuram quaſi crucis ſe porrigens, atque amplificans: cum quibus demum ſignis ipſa ad eundem epiſcopum ducta eſt recenti & madido cruore, vt in præſentia ſua, ſicut ſcribit, attrectatus digito adhæreret multis videntibus & admirantibus. Hæc ſcripſit idem epiſcopus Regi noſtro Maximiliano XVIII. *die menſis maij anni currentis. An non ſunt ſtupenda & mira hæc omnia? taceo tot monſtra in ſex annis retro edita, taceo ſcabiem elephantiæ non abſimilem inauditam, nec etiam medicis diu cognitam, quæ plaga ita inualuit ab anno ſalutis* MCCCCXCV. *quæ nonnullos extinxit, pleroſque inutiles facit, nec adhuc ceſſauit. Hæc tam horrenda præſagia nemo aduertit, latius terrent, quam emendant. Manifeſtum eſt autem talia fieri per prouidentiam Creatoris propter euidentem vtilitatem, quæ ex ea prouenire deberet hominibus, & hoc ſiue fiat per naturam, ſiue per voluntatem Creatoris, vt timeant & a malo reſipiſcant, timor vero iſte omnino bonus eſt. Propter quem incutiendum, inquit Guillelmus in libro de vniuerſo, Creator & ſtellas & cometas in cælo, & gladios igneos, & dracones creat, & apparere facit in ſublimi, ſimiliter & portenta in terra, & in mari monſtra, in hominibus etiam naſci infantulos multorum capitum, propter quod & monſtra dicuntur, non ſolum quod propter admirationem nouitatis ea homines ſibi monſtrant, ſed quoniam iram Dei monſtrant immineto hominibus, quod Deus ſupplex oro bene vertat.* Hactenus Nauclerus Tubingenſis præpoſitus, quibus verbis chronologiæ ſuæ finem impoſuit, quam Melancton nouator demptis alijs, alijſque adiectis corruptam edidiſſe fertur.

Duċta eſt ad epiſcopum cum ſanguinea cruce. Venerea lues late graſſata in Germ.

Sanguis e peplo nouo viſus deſluere.

Diuinatum ijs prodigijs portendi viſa.

10 Confirmant hæc de crucibus cœlitus deſcriptis in veſtibus alij, ex quibus Nicolaus Baſelius in additionibus ad Nauclerum, & Palmerij continuator anonymus his verbis a: *In Germania multis in locis liuores inſtar dominicæ crucis & inſignium paſſionis Domini veſtimentis & corporibus tam virorum, quam mulierum inopinato apparuerunt.* Scripſiſſe de his Matthæum Herbenum commentarium refert Trithemius b: *Eodem*, inquit, *anno cruces ſanguineæ, varijque characteres in peplis mulierum apud Leodienſes & Traiectenſes ſuper Moſam maxime apparuerunt, quæ ſubito plerumque in conſpectu notabilium virorum ex aere lineis panniculis fuerunt impreſſæ. Scripſit de his crucibus & mirandis tractatum luculentum Matthæus Herbenus presbyter eccleſiæ S. Seruatij in oppido memorato, homo fide & eruditione venerandus.*

a Nic. Baſelius in add. ad Naucl. Palmerij continuator Caut. in hiſt. Trithem. Chron. Lde inſign. paſſ. Chriſ

Inſignia paſſionis conſpecta in pluribus. Matthæus Herbenus teſtis oculatus de his ſcribit.

11 Eaſdem cruces ſuis inſpexiſſe oculis, ſibique a Maximiliano Cæſare monſtratas fuiſſe teſtatur Ioannes Franciſcus Picus Mirandulæ comes in literis ad eundem Auguſtum datis: *Monſtraſti*, inquit, *dum eſſem apud te in Germania cruces, clauos, lanceas, & alia pleraque cæleſti quadam, nec viſibili pluuia corporibus delineata, & quæ has de re tibi etiam literis ſignificata fuerant, quæ eſt facilitate dignatus es e Germanica in Latinam linguam interpretari. Vidi & ipſe, poſtquam a tua maieſtate diſceſſi in Italiam rediturus, multa, quæ non modo fidem rei tam vulgatæ adſtruerent, ſed maiorem multo demirationem incuterent, & vniuerſam pene Germaniam ad cæleſtia prodigia religionis ergo commouerent, quo factum vt rem tam celebrem tam dignam poſteritatis memoriæ literarum monumentis heroicisque potiſſimum verſibus in præſentia mandare deſtinauerim, &c.* Non ingratum lectori futurum arbitror ſi ex illius carmine ſtauroſtico inſcripto præcipuam partem, in qua continetur hiſtoria, delibarim, cum eam temporum & locorum circumſtantijs accurrate ita inſtruat.

Eaſdem cruces a Cæſare monſtratas comiti Mirandulano.

Dum ſol obliquum biſſenis partibus orbem
Supra quindecies centum numeraſſet ab ortu
Virgines partus prima trieteridis annum
Poſtremum voluens, labuntur myſtica cælo
Res compertæ tibi.

Interiecta Germaniæ ſitus deſcriptione ſubijcit.

Hic demiſſa recens populi myſteria, mirum
Attoniti inſpectant homines, & inania paſſim
Inſcribunt, puto delapſa inſignia cælo

Non tantum cruces ſed clauſtra, ſpongia & tunica diuinitus impreſſa.

Sanguinolenta crucis clari memoranda triumphi.
Effigies hæc ſpectatur, ſpongia, flagra
Viſuntur, tunica inconſutilis intima, claui
Cernuntur multo madefacti ſanguine, telum
Quod ſacram ſæuo diſcreuerat impete coſtam,
Pingitur excubitor cuſta ſpectabilis ales.
Tergeminique micant tali, quis inclyta Chriſti
Iecerat innocui ſortitus tegmina miles.
Non ignota cano, Cæſar monſtrauit, & ipſi
Vidimus, innumeros prompſit Germania teſtes.
Qua Rhenus tenui Rhætis ex Alpibus ortu
Funditur, & maior ſuppoſitis influit aruis
Compertum, viditque lacus, qui molle pererrans
Muros piſcoſa ſubiectos perluit Vrbis,
Quos Conſtantini proles oriente ſubacto
Occiduas repetens ſtellanti murice terras
Condidit, & proprio ſignauit nomine

In quib⁹ locis prodigium viſum.

His verbis Conſtantiam deſignat; ſubditque eadem prodigia Baſileæ Briſaci conſpecta, tum apud Noricos, Sicambros, Cimbros, Vlmenſes, Sueuos, Bohemos, Vangiones, Oſos, Vindelicos, Rhætos, tum de maxima trepidantium ad tanti prodigij conſpectum populorum admiratione hæc ſubijcit,

Maximo perculſi terrore Germani

Vindelicus, Rhætus miratur, vt aſpera cæde
Romanis tremuit quondam prouincia Vari,
Nec tam præcipiti formidine territus hauſit
Armorum ſonitum quondam Germanus arator,
Nec ſic expauit ſubitis cum motibus Alpes
Intremuere, minus bellacis tempore Othonis
Pertimuit, clare primum cum myſtica cælo
Defluxere: iuuat lachrymas effundere, multa
Implorant veniam ſcelerum cum patribus vrbes.
Æni concutitur pons, illius accola nudis
Incedit pedibus, celebrans amburbia, tantum
Religio patuit.

12 Deſignat auctor Inſprukenſes prodigij magnitudine perculſos ad profitendam publicam ſcelerum expiationem commotos perluſtraſſe vrbes, eaſque ſimili religionis ſtudio accenuiſſe, de quibus meminit Nicolaus Baſelius [a], qui illorum mores & ritus ad pietatis commendationem inſtitutos ita deſcribit: *Eodem anno viri quidam ex Italia*, nempe ex illius confinibus, *in Germaniam venere tunicis nonnulli lineis, alij griſeis laneis induti, nudis pedibus & capitibus diſcoopertis incedentes, atque ligneam in manibus crucem ſinguli portantes, neque ſacculum neque peram habebant, neque baculum, neque pecuniam iuxta Saluatoris noſtri exemplum & euangelicam doctrinam, vinum & cereuiſiam non bibebant, atque omnibus diebus præter dominicam ieiunabant, olera, broſſicam, & mentham, herbarumque radices cum ſale inſperſo manducantes abſque cuiuſuis pinguedinis appoſitione, carnes, piſces, oua, butyrum, caſeum, aut lac nunquam in cibum admittebant. In ſacris quoque templis ad modum crucis brachia protendentes humo proſtabant prolixius orantes, non amplius viginti quatuor horis in vno loco vel hoſpitio manentes, niſi quem corporis valetudo mala detinuiſſet, nam per ciuitates & oppida & villas bini ſimul aut terni circumeuntes, cibum oſtiatim, vbi eſuries compuliſſet, mendicabant. Denique his ex clericorum ordine plurimi ſacerdotes, diaconi, & ſubdiaconi coniungebantur, nihil præter tunicam, zonam, ligneam crucem, & orationale ſecum deferentes. Coloniam Agrippinam, & Aquiſgranum omnes viſitabant. Erat illis voluntarie hæc aſſumpta pœnitentia, quam quiſque pro voto ſuo peragebat, alius quidem tribus, alius quinque, ſeptem alius annis iuxta voti qualitatem quo ſe ſua ſponte obligabat, finito autem termino quiſque in ſua reuerſus ab ea dum voluit inſtitutione ceſſare poterat, verum hoc per ſeptennium ferme totum durauit peregrinationis inſtitutum, quare nunc plures, nunc vero pauciores per Germaniam viri circumire videbantur, quoniam præter monachos & mulieres nullum a peregrinationis ſuæ conſortio excludebant.*

[a] Nic. Baſe in add. ad Naucler.

Publicam ſcelerum expiationem plures profeſſi.

Piùs eorum mos.

Mulieres excluſæ a ſacra peregrinatione.

13 Pergit Picus Mirandulanus ſpeciem coloris in illis crucibus cœleſti vt in ſacra & profana veſte impreſſis a ſe conſpecti deſcribere.

Minio color, & color atro
Nonnunquam ſimilis ſacris mantilibus, ipſi
Sanguineis rutilans maculis inſigne triumphi
Vidimus, alias confuſum pene liquore.
Puniceo interdum fulgens certauerat oſtro.
Interdum fuſci migrantem nube coloris
Permixtamque crucem rubro, ſpectauimus olim.
Nec morum diſcrimen erat, faces, atque prophanus
Iam conſperſa ſibi geſtabant myſtica patres
Conſcripti, & pueri, conſcriptus ſexus vterque,
Et templa, & veſtes [Et infra]
Qui laſſata vaga ſtridore, & ponderoſacci
Pollineque inſpecſus, placido dare membra ſopori
Decernit, rubro ſub tectis ſpargitur imbre.
Olli per pectus, per crus, per colla, per aluum,
Syderea extempla pingunt inſignia guttæ.
Quam varij ſtrepitus, quã diſſona dogmata, quanti
Pro ſenſu capitum, vario muſſare ſuſurri?
Crediderim dominum, celſæ qui præſidet arci
Olim longa ſui potantem obliuia mundum
Vidiſſe, & ſignis voluiſſe ſalubribus, alma
Sæpius (vtque alia) excire ad limina lucis.

Varius interdum color emicuit in crucibus.

Ipſi artus hominum crucibus picti.

14 At euolutis aliquot annis multifaria hæreſeon genera excita ab inferis, & Chriſti crucem paſſim ab impijs omni contumeliarum genere violatam viſuri ſumus, adeo vt diuina prouidentia tanta prodigia ineunte hoc ſæculo edidiſſe videatur, vt crucis hoſtes oriundi in Germania confunderentur, atque pij in illius veneratione confirmarentur. Interiectis nonnullis Picus conuerſa ad Maximilianum oratione eum eſt adhortatus, vt Chriſti memoriam in occidente minus reuerenter quandoque habitam, in oriente vero pene abolitam illuſtrandam ſuſciperet.

Crucis ſuæ memores eſſe voluit Chriſtus.

Crucis hoſtes cõfuſi ijs crucibus.

15 Non hæc prodigia, non orientis continuæ clades, non auitorum principatuum vaſtitas crebra, non Gurcenſis Cardinalis hortamenta, non Mirandulani comitis pij ſtimuli Maximilianum commouere, vt ſacram expeditionem in Turcas conficeret: quinimmo in Tridentinis conuentibus, in quibus bellum decreuiſſe in eder hoſtes Gallica fretus amicitia circumferebatur, ex arcano in Venetos cum Gallis, vt Venetæ ditionis vrbes in Italico continente ſitas cum ijs partiretur, conſpirauit [a].

Sacri belli ſpecie, cum Gallo in Venetos cõiurat Cæſar.

Pontifex etiam priuatis ductus commodis arma in bellis italicis exercuit, ac deſcribunt pluribus auctores [b] hoſtiles Cæſaris Borgiæ in Fauentinos impetus, a quorum mœnibus propulſatus anno ſuperiori fuerat, editaſque vtrinque cruentas ſtrages, adeo vt in vna impreſſione fortiſſimorum militum Borgianorum duo millia occubuerint, vtque extracta obſidione Fauentini penuria rerum fracti deditionem fecerint, promiſſaque fuerit Aſtorgio principi non modo præteritorum venia, ſed etiam in primorum antiſtitum ordinem adiectio, verum in-

[a] Guicc. l. 5. Surita. to. 5. l. 4. c. 50.
[b] Sabell. enn. 11. l. 2. Bemb. Card. hiſt. Ven. l. 5. Vola. l. 22. Surit. to. 5. l. 4. c. 38. & alij.

Fauentia magnis ſtragibus parta.

indigna morte tum illi tum fratri contra fas omni repenſa, de quibus hæc Burchardus a: *Feria ſecunda vigeſima ſexta dicti menſis aprilis in ſero hora tarda venerunt ad vrbem noua, quod capta eſſet ciuitas Fauentina per concordiam cum domino Fauentino factam, ad hoc compulſo, quod duo conteſtabiles, ſiue capitanei gentium ſuarum proditorie ſecum agentes voluerunt pro eo pugnam ſubire, adiectam fuiſſe libertatem ipſi domino cum bonis, & non ſeruatam, qui ductus fuit Romam, & in caſtro ſancti Angeli detentus, quamquam ætatis erat decem & ſeptem annorum vel circiter, idem dominus, & pulcherrimæ perſonæ & aſpectus.*

a Burchar. vbi ſup. pag. 172.

Aſtorgio principi Fauentino non ſeruata fides.

Circa ſecundam horam & mediam noctis tracti ſunt, & etiam in mane multi ſclopeti in caſtro S. Angeli princeps Squillaci frater ducis Valentini & Cardinalis Vxſinus equitarunt per vrbem per magnam partem noctis multa gente aſſociati cum intortitijs acclamantes Vrſina ducis, Vrſo Vrſo; facti ſunt multi ignes per burgum mane ſequentis, proclamatum per vrbem, quod in ſero fierent vbique ignes propter huiuſmodi victoriam habitam. Feria quinta b nona dicti menſis iunij reperti ſunt in Tyberi ſuffocati & mortui dominus Fauentiæ iuuenis octodecim annorum vel circa, adeo pulchra forma & ſtatura, quod inter mille coætaneos ſuos vix potuiſſet ſibi ſimilis reperiri cum baliſta ad collum, duo iuuenes per brachia ſimul ligati, vnus quindecim annorum, alius viginti quinque vel circa, & prope eos quædam fœmina, & alij multi.

b Id ibid. pag. 269.

Cum ſuis crudeliter merſus flumine.

16 Ingentis eius flagitij auctorem fuiſſe Cæſarem Borgiam Alexandri filium accuſant c, traduntque illum Fauentia potitum cum Salernitanum Cardinalem legatum in eam induxiſſet, vertiſſe arma aduerſus Ioannem Bentiuolum Bononienſem toparcham, quem eo principatu facile pepuliſſet, niſi Francorum Regis clientela fuiſſet tectus: Oborta vero inde controuerſia, cum nefas eſſet clientis pontificij patrocinium aduerſus Pontificem ſuſcipere, reſpondit Gallus ita ſuſceptum, vt tamen iura, quæ obtinebat Romana eccleſia, illibata manerent, quamuis contenderet Alexander, Gallum obſiſtere non debere, ne vetera in Bononiam iura recuperarentur. Ita autem Borgia cum Bentiuolo concordiam confirmauit, vt vectigal nummarium ac militare exegerit. Permiſere etiam ei Bononienſes caſtrum Bononienſe, quod inter Imolam & Fauentiam ſitum erat, quod Alexander eidem Cæſari Borgiæ adductis in ſuam ſententiam Cardinalibus, tradidit d, ſpecioſam eam prætexens cauſam, quod ille bellicos labores pro eccleſiæ Romanæ dignitate pertuliſſet.

c Pet. Bemb. Gard hiſt. Ven. l. 5. Cabel enn. 11. ſup. l. 8. Guicc. l. 5. Surit. to. 5. l. 4. c. 38.

Ioannes Bentiuolus a Cæſare Borgia petitus bello Gallica clientela liberatur.

Ad vectigal pendendum adigitur.

d Lib. 5. bullæ ſecr pag. 362.

Dilecto filio nobili viro Cæſari Borgiæ de Francia duci Romandiolæ, etc.

Cum dilecti filij communitas ciuitatis noſtræ Bononienſis, cui alias, vt aſſerebant, caſtrum Bononienſe, quod inter Imolenſem & Fauentinam ciuitates tuas ſitum eſt, per ſedem Apoſtolicam perpetuo fuerat incorporatum, quodque tunc tenebant & poſſidebant caſtrum Bononienſe prædictum tibi pro maiori ciuitatum & caſtri prædictorum quiete & ſecuritate dimiſerint, ceſſerint & relaxauerint, nos conſiderantes quot & quanta ſuperiori anno tu, qui etiam dux Valentiæ, ac noſter & Romanæ eccleſiæ confalonerius ac capitaneus generalis exiſtis, in Romandiola nullis impenſis, nullis laboribus, nulliſue periculis parcendo, pro huius ſanctæ ſedis honore & auctoritate rebelles & inobedientes nobis & eiuſdem Romanæ eccleſiæ debellando, ciuitateſque & terras per eos occupatas recuperando, ac ad noſtram & eiuſdem Romanæ eccleſiæ obedientiam reducendo ſtrenue & intrepide effeciſti, quibus ſic exigentibus meritis illas ſic recuperatas tibi liberiſque heredibus & ſucceſſoribus tuis in remunerationem tot tuorumque præclarorum geſtorum de venerabilium fratrum noſtrorum eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu per alias diuerſas noſtras literas ſucceſſiue conceſſimus, & aſſignauimus, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur, ac cupientes dictum caſtrum Bononienſe, illiuſque incolas & habitatores benigne & quiete regi, *& infra*, tibi pro te liberiſque ac heredibus & ſucceſſoribus præfatis in perpetuum ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, auctoritate, & poteſtatis plenitudine tenore præſentium damus, *& infra*, decernentes ex nunc irritum & inane quidquid ſecus ſuper hijs per quoſcumque quauis auctoritate, etiam per nos ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, & quod nobis licere non patimur etiam ſucceſſoribus noſtris indicamus, &c. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MDI. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* IX.

17 Contra vero iudiciariam ſeueritatem adhibuit Alexander a in Iulium Cæſarem Varanum Camerini regulum eccleſiæ vectigalem, qui cum primum ob non ſolutum cenſum exauctoratus fuiſſet, venia donatus, Philippum de Aretionibus Gualdinæ arcis præfectum publica facientem latrocinia, alioſque ſicarios in ſuam clientelam acceperit, vt complures inſontes miſere ſuſpendio aut ferro necati ſint, multaque alia commiſerat ſcelera.

a Lib. 5. bull. ſecr. pag. 40.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum plures ex terra noſtra S. Seuerini Camerinenſis diœceſis ſuis exigentibus demeritis exules & banniti effecti fuiſſent Iulius Cæſar nempe regulus illos ac nonnullos alios aduerſus noſtras & eiuſdem Romanæ eccleſiæ terras graſſari, rapinaſque, & multa alia mala committere cupientes, & committentes receptare non erubuit, & quod abominabilius eſt, ciuitatem noſtram Nucerinam ad nos & eandem Romanam eccleſiam nullo medio pertinentem a nonnullis facinoroſis hominibus Peruſium exitijs, & rebellibus noſtris, alijſque perditiſſimis latrunculis per fraudem & inſidias, proh dolor! capi, diripi, & in prædam dari, ac cathedralem & alias dictæ ciuitatis eccleſias, monaſteria, & pia loca calicibus, crucibus ſanctorum venerandis reliquijs, alijſque eccleſiaſticis iocalibus & ornamentis ſpoliati, multoſque ciues & alios illius habitatores crudeliſſime interfici, dictamque ciuitatem per multos menſes contra voluntatem noſtram detineri facere curauit, [nonnulliſque interdictis ſubdit,] monitus & requiſitus, tamen nobis & mandatis noſtris obtemperare recuſauit, rebelles noſtros & eiuſdem Romanæ eccleſiæ, videlicet Columnenſium, & Sabellorum complices & adhærentes contra prohibitiones noſtras per literas apoſtolicas factas & publicatas ſcienter receptauit, *& infra*, non attendentes præmiſſa, & quamplura alia exceſſus & delicta per dictum Iulium Cæſarem, qui longo iam tempore, vt dictum gubernium occuparet, inhumaniter in ſanguinem ſuum ſæuiens quondam Rodulphum eius fratrem interficere non expauit, commiſſa, quæ profecto grauiſſima ſunt & nefan-

Bella a Camerinenſi regulo geſta.

Idem fratricidio infamis.

Digitized by Google

nefanda, ac præſentibus inſerere longum eſſet, ſed hic compendioſe ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum collecta ſunt, de quibus plenam, certam, & indubitatam notitiam habuimus & habemus, adeo notoria, indubitata, ac nullo modo excuſabilia eſſe, vt nulla poſſint prorſus tergiuerſatione celari, & excuſatione, vel allegatione defendi, nec eſſe propterea clauſis oculis ſub ſilentio prætereunda, ac volentes, vt ex debito paſtoralis aſtringimur officij debite prouidere temerarioſque auſus reprimere, ac eos tali plectere pœna, vt cæteris ſit in exemplum, & tandem metus pœnæ ſit meta malorum, cum abſque graui offenſa Chriſti tantas iniquitates amplius tolerare non valeamus, cogamurque vrgente conſcientia iuſte animaduertere in eum, præhabita ſuper præmiſſis, & quamplurimis alijs eius nefandis exceſſibus & delictis, cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura & diligenti, cum Ieſu Chriſti vices, licet immeriti, teneamus in terris: nobiſque in perſona B. Petri ſit dictum: *Quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis*, & per pſalmiſtam ſcriptum ſit: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*, præfatum Iulium Cæſarem propter exceſſus errores & delicta perpetrata & commiſſa, atque etiam præſertim nobis notoria, & nullo modo nullaue allegatione excuſabilia, maioris excommunicationis & anathematis ſententiam, periurij, ſacrilegij reatus, rebellionis & læſæ maieſtatis crimina damnabiliter incurriſſe, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MDI. *kal martij pontificatus noſtri anno* IX. Adiecta ſunt Alexandri & Cardinalium nomina.

Lata in eundem ſententia

18 Incubuit deinde Alexander ad euertendos Columnenſes & Sabellos Friderici Neapolitani Regis ſocios, in quos grauiſſimam primum ſententiam tulit a, recenſitis criminibus, quæ Sixti IV. temporibus ad prodendam perdendamque vrbem patraſſent, vtque recenter Friderico Turcas ad excidium Italiæ vocanti adhæſiſſent.

a Ib. pag. 57.

Alexander, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Dudum iniquitatis filij & perditionis alumni Proſper & Fabricius de Columna a maioribus & progenitoribus ſuis, quos vt infructuoſos & nociuos domus de Columna per felicis recordationis Bonifacium Papa VIII. prædeceſſorem noſtrum in conſtitutione ſua, in corpore iuris ſcripta, quaſi ficus fatua nuncupata produxit, non degenerantes, ſed potius mala malis addentes in reprobrum ſenſum dati, erecta ceruice, ſpiritu rebellionis aſſumpto, proprio poſtergato honore, Dei que timore poſtpoſito, tempore piæ memoriæ Sixti Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri, ad eius, & ipſius Romanæ eccleſiæ ſtipendia contra claræ memoriæ Ferdinandum ſeniorem tunc Siciliæ citra pharum Regem pro almæ vrbis noſtræ, ac ſtatus ipſius Romanæ eccleſiæ, quam tunc Ferdinandus Rex cum exercitu ſuo multipliciter, indebite, & iniuſte infeſtare non ceſſabat, defenſione ac conſeruatione per ipſum Sixtum prædeceſſorem conducti fuerant, ſuaque ſtipendia liberaliter & gratioſe receperant, aſſiſtentibus etiam eis dilecto filio noſtro Ioanne S. Mariæ in Aquiro ipſius Proſperi fratre, & tunc in humanis agente bonæ memoriæ Ioanne Baptiſta de Sabellis S. Nicolai in carcere Tulliano diaconis Cardinalibus, proditorie agentes, violata per eos fide præfato Sixto prædeceſſori præſtita contra omnem honeſtatem, contra iuſiurandum, contra omne iuris debitum ab ipſius Sixti prædeceſſoris, cuius homines vaſſalli & ſubditi erant, cuique iure ſubiectionis etiam aſtringebantur, ſtipendijs, obedientia, ac deuotione deficientes, ad caſtra præfati Regis, parteſque ſuas conſouendas, nulla que ab ipſo Sixto prædeceſſore petita & obtenta licentia, tanquam transfugæ cum gentibus ſuis armigeris ipſius Sixti prædeceſſoris pecunia conductis declinarunt, ac etiam claræ memoriæ Alfonſum eiuſdem Siciliæ Regem tunc Calabriæ ducem, ac præfati Ferdinandi primogenitum cum grandi exercitu in terris ſuis per longum tempus tenuerunt & receptarunt: illi gentibuſque ſuis armigeris neceſſaria, quantum ab eis fieri poterat, ſubminiſtrantes, qui ſingulis diebus vſque ad almæ vrbis, quam obſeſſam tenebant, mœnia venire, graues facere incurſiones, vrbem ipſam moleſtare, illique ac Romanis ciuibus peculiaribus noſtris, & eiuſdem Romanæ eccleſiæ filijs, ac Romanæ curiæ curialibus tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus maxima & irreparabilia damna continue inferre, illoſque etiam perſonaliter capere, ac victualia, ne ad dictam vrbem deferrentur prohibere, bonaque ciuium & curialium prædictorum, necnon eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalium, aliorumque prælatorum diripere & deprædari, ac publicas ſtratas obſidere, & inſidijs inde tranſeuntes aggredi non ceſſabant, & niſi tanto furori ipſe Sixtus prædeceſſor breui tunc occurriſſet, alienaſque gentes in ſuam dictæque vrbis defenſionem cum maxima impenſa ſua euocaſſet, quarum præſidio, diuinaque fauente iuſtitia, tandem hoſtes ipſi fugati, & pro maiori parte capti fuerunt, ereptis etiam ab eis præfati Ferdinandi Regis vexillis, vrbs prædicta, quam verſus Columnenſium & Sabellorum terras exire nemini tutum erat, priſtinæ fuit reſtituta libertati, procul dubio Alfonſus tunc dux & Columnenſes præfati vrbem ipſam, vt formidabatur, per vim ingreſſi fuiſſent, illamque diripuiſſent, ac omnia, quæ potuiſſent, mala & damna, quod vt credebatur maxime cupiebant & ſitiebãt, & ad id anhelabant, intuliſſent, cuius rei cauſa præfato Sixto prædeceſſori etiam pro ſua dictæque vrbis conſeruatione ac ſecuritate, totque & tantis malis imminentibus euitandis, neceſſe fuit præfatos Cardinales, ac quondam Marianum etiam de Sabellis ipſius Ioannis Baptiſtæ Cardinalis fratrem gentium armigerarum ductorem Ferdinando Regi & Alfonſo tunc duci præfatis aſſiſtentes, ac eorum gentes in dictam vrbem, vt vehementer ſuſpicabatur, introducere volentes capere, & in noſtra arce S. Angeli de dicta vrbe aliquandiu detinere, quo tempore quondam Laurentius Odo etiam de Columna clericus ſedis Apoſtolicæ prothonotarius, dicti Fabritij frater, ab ipſis progenitoribus ſuis nolens degenerare, neſcitur quo ſpiritu niſi maligno ductus, ordinis ſui clericalis ac beneficiorum ab ipſa ſede Apoſtolica receptorum immemor, temerario auſu cornua contra ipſum Sixtum prædeceſſorem erigens, & ab ipſis Proſpero & Fabritio etiam, vt credebantur, inſtigatus vnam dictæ vrbis portam capere, ipſamque vrbem ingredi, & in domibus ipſorum de Columna in regione montium de dicta vrbe conſiſtentibus non paruam armatorum gentem coadunare, ſeque ante dictas domos cum equitibus & pedeſtribus, bellicisque inſtrumen-

Alex. citat in Columnenſes.

Conducti a Six. IV. in ſtip.

Ad hoſtẽ turpiter defecere.

Actæ ab ijs plures graſſationes.

Hoſtes profligati diuinitus.

Paratæ ab iis ad Vrbem occupandam inſidiæ.

Cardinales ſuſpecti traditi cuſtodiæ.

Intercepta ab Odone Colũna vrbis porta.

Congregati in eiuſdem palatio milites.

Digitized by Google

mentis munire, ac contra ipſius Sixti prædeceſſoris, qui plures paterna charitate ſuiſque monitis, vt a præmiſſis deſiſteret, ſeque ad eum conferret, gratiam & miſericordiam ab eo habiturum, requiri fecit voluntatem tenere & maximum in dicta vrbe ſcandalum ſuſcitare non expauit, cuius duritiam, pertinaciam, & rebellionem videns ipſe Sixtus prædeceſſor, volenſque maximo tunc dictæ vrbis imminenti periculo prouidere, coactus fuit gentes ſuas armigeras contra eum deſtinare, qui tandem magno gentium armigerarum tumultu in dicta vrbe propterea facto per gentes præfati Sixti prædeceſſoris gentibus ipſius Laurentij expugnatis deuictus, & captus, & in dictam arcem coniectus tandem ſuis demeritis exigentibus, & facto debito prius contra eum pro tanta, & tam euidenti, ac notoria & manifeſta rebellione, ac crimine læſæ maieſtatis tam temerarie commiſſo, proceſſo, capite truncatus fuit, vrbe prædicta a tot periculis tunc imminentibus liberata, domibuſque ipſorum de Columna ad aliorum exemplum ſubditorum pro parte igne ſuccenſis. Et licet præfatus Sixtus prædeceſſor more pientiſſimi patris ſuorum prædeceſſorum Romanorum Pontificum, qui ſæpius exceſſus & errores per illos de familijs Columnenſium & Sabellorum huiuſmodi, tot grandium erga eos per dictam ſedem Apoſtolicam collatorum beneficiorum omnino immemores, ac ingratitudinis vitio laborantes perpetratos, ac multiplices & reiteratas rebelliones commiſſas eis remiſerat, ac ad eorum conuincendum malitiam, ac eos in viam dirigendum, & ad dominia caputque ſuum reducendum liberaliter & gratioſe veniam conceſſiſſet, eoſque in gratiam, ac ad gremium eiuſdem Apoſtolicæ ſedis recepiſſet, præfatoſque Cardinales ſuæ reſtituiſſet libertati ſub ſpe futuræ correctionis & emendationis, quodque in dictæ ſedis obedientia & deuotione ex nunc de cætero perſiſtere deberent, vt tenebantur, tamen in dies peiora prioribus, humani generis hoſte inſtigante, adijcientes & contra eamdem Romanam eccleſiam cornua erigentes, maiora mala atque damna dictæ vrbi, alijſque quampluribus eiuſdem Romanæ eccleſiæ terris atque locis cum gentibus armigeris continue inferre etiam non ceſſarunt, quorum occaſione præfatus Sixtus prædeceſſor contra ipſos Columnenſes, tanquam rebelles ſuos notorios, pro dictæ vrbis, ac eiuſdem Romanæ eccleſiæ ſtatus conſeruatione, magno parato exercitu, iuſtiſſime denuo ad comprimendum tantam rebellionem & iniquitatem arma ſumere, & aduerſus eos bellum gerere cœpit, & niſi ipſe Sixtus prædeceſſor inſperata morte præuentus fuiſſet, Columnenſes præfati pro tantorum exceſſuum & ſcelerum pœna neceſſario ad totale eorum exterminium deducti fuiſſent, ſuorumque ſenſiſſent merito pœnas delictorum.

19 Poſtea vero quam recolendæ memoriæ Innocentio Papa VIII. etiam prædeceſſore noſtro, ſicut domino placuit, de medio ſublato, ad apicem ſummi apoſtolatus, diuina fauente clementia, aſſumpti fuimus Pharaonis imitati duritiam, & obturantes more aſpidis aures ſuas nunquam pro maiori temporis parte in noſtris & eiuſdem Romanæ eccleſiæ ciuitatibus atque terris ſeditiones, factiones, zizanias, diſſenſiones, rebelliones, & quamplura alia innumerabilia mala ſeminare deſtiterunt, ac aliquas ex eis a noſtra & eiuſdem Romanæ eccleſiæ obedientia & deuotione ſubtrahere, illaſque contra mentem & voluntatem noſtram occupare, & ab alijs occupari, columnas Columnenſium prædictorum inſignia in aliquibus ex ciuitatibus prædictis in locis illarum publicis & patentibus in apoſtolicæ auctoritatis contemptum erigi permittere, ſicque erectas tolerare, ac ciuitates & terras prædictas gentibus ſuis armigeris munitas tenere, gentium adiurationes, quæ vulgo caualcatæ dici ſolent, contra ciuitates & terras prædictas, nobis & eidem Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectas, noſtroſque ac eiuſdem Romanæ eccleſiæ ſubditos, & vaſſallos ſæpiſſime efficere præſumpſerunt, *& infra*, etiam noſtro tempore arcem noſtram Oſtienſem proditorijs fraudibus atque dolis contra voluntatem noſtram capto caſtellano, illam noſtro & eiuſdem Romanæ eccleſiæ nomine cuſtodiente, & inde eiecto, interfectiſque aliquibus ad cuſtodiam ipſam deputatis, ſubtrahere, occupare, & per longum tempus detinere non veriti fuerunt, & quamuis præfatus Proſper, quem deinde captum in manibus noſtris habuimus, nobis, qui eum benigne ſuæ reſtituimus libertati, iuramento promiſiſſet, dictam arcem ſtatim ſine mora reſtituere, vel, ſi id non faceret, ad nos perſonaliter redire, tamen liber effectus iuramenti præſtiti immemor, fide more eorum violata, illam minime reſtituere, nec ad nos redire curauit, ex quo per dictam arcem victualia vrbi & Romanæ curiæ prædictis neceſſaria ſubtracta deferentes, illa ad ipſam vrbem multipliciter impediti, varijſque exactionibus, extorſionibus, & angarijs indebitis moleſtati fuerunt, adeo vt pro dictæ arcis recuperatione, ac ipſius vrbis a tanta obſidione liberatione, habuerimus de neceſſitate pluries parato exercitu arcem prædictam obſidere, & cum machinis & alijs inſtrumentis bellicis non ſine maxima noſtra & eiuſdem Romanæ eccleſiæ impenſa, tandem illam vi expugnare & ad noſtram & eiuſdem Romanæ eccleſiæ obedientiam reducere. Et vt tandem nihil eis contra nos & eiuſdem Romanæ eccleſiæ ſtatum intentatum remaneret, & arma contra nos deinde ſumpſerunt, gentes armigeras ſine vlla cauſa in agro Romano tenuerunt, ac contra nos ſubditoſque noſtros bellum mouerunt, ciuitateſque noſtras Anagniæ, quæ primaria Campaniæ exiſtit, nec non Nucerinam cum plurimorum hominum occiſione, ac bonorum etiam pretioſorum, ac ad ſacros vſus deputatorum direptione ac deprædatione, cum ſuis ac complicum ſuorum gentibus armigeris occupari fecerunt, in eiſque gentes ſuas armigeras collocarunt. Et vt dictæ vrbis, ac aliarum nobis, & eidem Romanæ eccleſiæ ciuitatum, & terrarum mediate & immediate ſubiectarum, ſubditorumque noſtrorum quieti & ſtatui conſuleremus inducti fuimus, nos qui domini eorum eramus, anno ſuperiori cum eiſdem de Columna & de Sabellis ſubditis & vaſſallis noſtris pro eis eorumque complicibus ad inducias ad certum tempus cum maxima huius ſanctæ ſedis auctoritatis & dignitatis ignominia & offenſa deuenire, dicto dilecto filio nobili viro Laurentio Suarez tunc apud nos chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Eliſabeth Reginæ Hiſpaniarum catholicorum oratore noſtro, ac ipſorum Regis & Reginæ, nec non Frederici de Aragonia tunc regnum Siciliæ citra pharum obtinentis, cui adhærebant, quique eis fauebat, nominibus interueniente, ſeque interponente obſignandis per nos & eos inducijs prædictis fideiuſſore,

Mihtari prælio victus capitur.

Capite trūcatus.

Oſtia a Column. erepta Pontifici.

Nuceria occupatur.

ſore, ea quibus omnibus ſuptadictis & aliarum progenitorum ac maiorum ſuorum cauſa quot incendia, cædes hominum, terrarum & locorum direptiones, agrorum depopulationes, rapinæ, ſacrilegia, eccleſiarum & aliorum ſacrorum locorum deprædationes, & alia mala & damna, quæ bellorum furor parit producitque, etiam in ciuitate noſtra Viterbieoſi, quam ſuperioribus annis ipſorum Proſperi & Fabritij complices ac ſequaces & quondam Antonellus de Sabellis eorum veſtigia imitatus, per vim ingreſſi fuerunt multiſque illius ciuibus, etiam primarijs, crudeliſſime cæſis, interfectis, & inde expulſis, ac bonis eorum in prædam datis, ſubſequuta fuerunt, neminem latere putamus. quibus omnibus ſiue aliquibus eorum non contenti etiam iniquitatis filij ac perditionis alumni Marcus, Antonius, Camillus, Mutius, Proſperetus, Franciſcus, Petrus eius frater, Iulius, Octauianus, Pompeius, Petrus, Franciſcus ac alij de Columna: Baptiſta, Paulus, Troilus, Iacobus, Franciſcus, Lucas, Ludouicus, Antonius, Syluius, & Marcus eius frater de Sabellis, ac alij eorum complices, ſequaces, fautores, & adhærentes, ne ab eis degenerarent diabolico ſpiritu ducti, eorum deteſtandæ ſæuitiæ auxilium, conſilium, & fauorem publice præſtare, & quamplura ſimilia mala damna, homicidia, incendia, noſtrarum & eiuſdem Romanæ eccleſiæ terrarum direptiones, & ſacrilegia committere & perpetrare non erubuerunt.

Plures ab his patrata mala.

20 Poſtremo vero mittentibus nuper chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludouico Francorum Rege Chriſtianiſſimo, ac præfatis Rege & Regina Hiſpaniarum catholicis exercitus ſuos terra marique pro eiuſdem regni Siciliæ citra pharum, quod quilibet eorum ad ſe ac de iure ſpectare prætendebat, aſſecutione, quo regno capto & expugnato contra perfidiſſimos Turcos Chriſti nominis acerrimos hoſtes omni conatu ad illorum expugnationem ac totale exterminium vna nobiſcum pro Chriſtiani nominis gloria & exaltatione, ac reipublicæ Chriſtianæ defenſione, ipſorumque Turcarum depreſſione intendere propoſuerunt, prout iam euidentia facti clare demonſtrat, præfato Frederico de Aragonia tunc dictum Siciliæ regnum, vt præfertur, tenenti, ac in illud Turcos ipſos, cum quibus maximam intelligentiam & confœderationem continue habebat, introducere volenti adherere, ſeque de ipſis Turchis etiam in terris ſuis contra Chriſtianos admittendis & retinendis iactare, eundemque Fredericum ſequi non dubitarunt: propter quæ excommunicationis maioris & anathematis ſententiam, periurij & ſacrilegij reatus, nec non multipliciter rebellionis & læſæ maieſtatis crimen dãnabiliter ipſo facto incurrerunt, Nonnullis interiectis additur: Cum igitur abſq; graui offenſa Chriſti tãtas iniquitates amplius tolerare nõ valeamus, cogimurq; vrgente conſcientia iuſte animaduertere in eos, præhabita ſuper præmiſſis & quamplurimis alijs eorum nefandis exceſſibus & delictis cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura & diligenti, cum Ieſu Chriſti vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobiſque in B. Petri perſona ſit dictum: *Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis*. Et per pſalmiſtam ſcriptum: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*; præfatos Proſperum, Fabritium, Marcum, Antonium, Camillum, Mutium, Proſperetum, Franciſcum, Petrum eius fratrem, Iulium, Octauianum, Pompeium, Petrum, Franciſcum de Columna: Bapriſtam, Paulum, Troilum, Iacobum, Franciſcum, Lucam, Ludouicum, Antonium, & Syluium, & Marium eius fratrem de Sabellis, omneſque alios complices, ac de familijs de Columna & de Sabellis huiuſmodi eccleſiaſticos & ſæculares, quorum nomina & qualitates, ſtatus, gradus, conditiones, dignitates, etiam Cardinalatus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, propter exceſſus, errores, & delicta, vt præmittitur, perpetrata & commiſſa, ac etiam, præſertim nobis notoria, & nullo modo nullaue allegatione excuſabilia maioris excommunicationis & anathematis ſententiam, periurij & ſacrilegij reatus, rebellionis & læſæ maieſtatis crimina damnabiliter incurriſſe, omnibuſque & ſingulis gratijs, priuilegijs, libertatibus, immunitatibus feudis, *& infra*, omni iure ſucceſſionis in perpetuum omnino priuatos decernimus, *& infra*, concedentes ex noſtra mera gratia & liberalitate Ioannem Cardinalem de Columna, quem etiam caſtris, terris, & omnibus temporalibus bonis ſuis modo præmiſſo priuatum declaramus, ac priuamus, & cum quo mitius pro noſtro & huius ſanctæ ſedis more agere volumus, in ſui Cardinalatus dignitate eccleſijs & beneficijs eccleſiaſticis, eo in ſinceritate fidei, vnitate eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ ac obedientia, deuotione noſtra, ac ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium firmiter perſiſtente remanere, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MDI. XXII. *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* IX. Adiecta ſunt Alexandri & Cardinalium nomina.

Miſſi a Gallo & Hiſp. exercitus in regn. Neap.

Frederico Turcarũ ſocio adhæſere Columnenſes.

In eos Sabellosq; lata anathematis ſententia

21 Percuſſi huiuſmodi fulmine timoreque perterriti Columnenſes, cum fœdus inter Pontificem & Galliæ Hiſpaniæque Reges initum fuiſſe accepiſſent, ne clientibus ſuis exitio eſſent, eorum imperium Pontifici permiſere, vti refert Burchardus ſic inquiens a: *His diebus*, nempe appetente feſto corporis Chriſti, *Columnenſes intelligentes concordiam eſſe conceptam inter Reges Franciæ & Hiſpaniæ, & propterea ſibi timentes ob aduentum gentium Gallicarum, decreuerunt terras ſuas committere ſacro collegio reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium, quod collegium nuntiauit Papæ, qui noluit hoc fieri, ſed quod Columnenſes mitterent claues terrarum ſuarum ſanctitati ſuæ cum minis, niſi id facerent, ipſos Columnenſes etiam in eorum perſonis velle punire. Decreuerunt propterea dari claues Papæ & collegio, & Papa ad cauſam miſit hoc mane ad eos reuerendum dominum epiſcopum Cæſenatenſem auditorem cameræ, qui rem concluſit cum eis*. Cum nonnulli Columnenſium partes tueri decreuiſſent, partim Viterbij, partim alijs in locis Vrſinorum opera oppreſſi ſunt, gerente in exercitu militare imperium ipſo Alexandro, quem ſpuriam filiam in palatio pontificio ad adminiſtrandum rem Romanam turpiter collocaſſe narrat idem Burchardus: *Sanctiſſimus*, inquit, *dominus noſter receſſurus*, nempe XVII. iulij, *de vrbe commiſit cameram ſuam & totum palatium et negotia occurentia dominæ Lucretiæ Borgia filiæ ſuæ, quæ huiuſmodi abſentia durante inhabitauit cameras Papæ, & dedit commiſſionem aperiendi literas ſanctitati ſuæ directas, & ſi occurreret aliquid ardui haberet conſilium reuerendiſſimorum dominorum Vliſſiponenſis & aliorum Cardinalium, quos poſſet propterea ad ſe vocare*. Nupſiſſe poſtea illam quarta ſeptembris die Alfonſo ducis Ferra-

tiæ

a Burchar. m.ſ. arch. Vat p. 20. in Alex. VI. pag. 102.

Territi Columnenſes ſua ſubijciunt Alexandro.

Pontificij palatij cura ſpuriæ commiſſa.

Ducis Ferrariæ filio nupta.

Digitized by Google

ſiæ primogenito (quippe eius vir a Cæſare Borgia, vt vidimus, cæſus fuerat, ac Romæ ingentem ideo celebratam lætitiam, tradit auctor, additque Alexandrum die decima ſeptima ſeptembris in Cardinalium ſenatu vectigal annuum Ferrarienſe quatuor millium aureorum ad centum ducales ad tertiã vſque progeniem redegiſſe. Abalienaſſe etiam ipsũ alia Romanæ eccleſiæ bona pro augenda filiæ dote viſuri ſumus: quæ cum Iulius II. iuſte poſtea repeteret, vniuerſa Italia arſit bello, nec Ferrarienſi duci patræ opes profuere.

Abaliena ta eccleſiæ bona ad augen dam eius dotem.

22 Cæterum refert Burchardus Alexandrum Sermonetam & alia Columnenſium loca ſua præſentia ſubegiſſe, Marinum æquandum ſolo decreuiſſe in Romanorum ſenatu, Plumbinum ad deditionem compuliſſe; ob quas inanes victorias officij apoſtolici, oblitũ cœleſtisq; iræ, quæ illi ſuperiorẽ anno triſtem necem intentarat licentię habenas effudiſſe, fertur. At licet Alexandrum obſcœniſſimis intereſuiſſe ſpectaculis Burchardus & alij accuſent, tamen diuina prouidentia non paſſa eſt, vt qui corruptis, erat moribus bonos mores erronea doctrina corrumperet, nam clero ipſum caſtimoniam imperaſſe, atque etiam excolendis deprauatis religioſorum moribus operam dediſſe, conſtat a.

Capta Columnenſium oppida

a Lib. 2. ſecr. pag. 139.

23 Inter præclare geſta Alexandri VI. recenſendum eſt fouiſſe eum patrocinio apoſtolico B. Franciſcum Paulanum, atque inſtitutam ab eodem traditamque ſodalibus religioſæ vitæ formulam iterum nouo decreto confirmaſſe, quam primum Pyrrhus archiepiſcopus Cuſentinus, in cuius diœceſi noua religioſa familia initium duxerat, dein Sixtus IV. & Innocentius VIII. apoſtolica auctoritate corroborauerant. Præcipua vero ſecundi diplomatis b ab Alexandro e dati pars hæc eſt: *Fratres minimorum Minimi, qui vitam & regulam ſanctiſſimi euangelij domini noſtri Ieſu Chriſti imitantur viuentes ſub vota paupertatis, caſtitatis, obedientiæ, & vitæ quadrageſimalis promittunt obedientiam & reuerentiam ſanctiſſimo Chriſti vicario Alexandro Papæ VI. & eiuſdem ſucceſſoribus canonice electis, & eccleſiæ Romanæ, fratrique Franciſco de Paula, & eius pro tempore ſucceſſoribus ſtudeant omnes huius religionis fratres humiliter obedire, nunquam ab huius vitæ regulæ profeſſione receſſuri, quam qui ſecuti fuerint pax ſuper illos & benedictio Dei. Suſcipientes vero hanc vitam ac ſub hac regula profitentes; Primum diuina præcepta cum reliquis eorum ſaluti congruentibus ſcire & ſedulo obſeruare intendant, Deum ante omnia & ſuper omnia toto corde totiſque viribus amantes, & proximos ſicut ſemetipſos, deinde vniuerſalia ſanctæ Eccleſiæ præcepta cuſtodire curent. Neque ijs contenti ſint, ſed vt feruidi ad reliqua euangelij conſilia aſcendere libenter & auide contendant, recordenturque cum hæc omnia fecerint, ſe eſſe inutiles ſeruos, & meminerint quod nemo ponens manum ad aratrum & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei, &c.* Hæc & alia pie inſtituta confirmata ſunt ab Alexandro adiecta hac temporis nota: *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MDI. kal. maij pontificatus noſtri anno IX.*

b Lib. 74. bulla. pag. 215.

Amor Dei & proximi ab eodẽ ſuis maxime cõmẽdatus.

24 Tertiariorum etiam eiuſdem ordinis formula religioſa ab Alexandro comprobata eſt c. Quin etiam confirmauit nouum ſanctimonialium ordinem ad B. Virginis gloriam propagandam conditum a Ioanna Valeſia Ludouici XI. Gallorum Regis filia, Caroli VIII. ſorore & matrimonio iuncta Ludouico XII. qui regno poſtea potitus eam, vt vidimus, repudiauit, quaſi prædeceſſoris Regis terrore perculſus nunquam coniugio aſſenſiſſet. Ipſa igitur ſe diuinis rebus addixit. Eximia eſt religioſa noui illius ordinis diſciplina ad imitandas Deiparæ virtutes compoſita, quam Alexander proximo ineunte anno apoſtolicis literis a inſeruit, quæ ob eximia beatiſſimæ Virginis encomia ſuauiſſimamque pietatis fragrantiam repetendæ viſæ ſunt.

c Ibid. Cõfirmatus tertiariorum minimorum ordo. Ioanna Valeſia noui ordinis cõditrix.

a Lib. 2. ſecr pag. 69.

Alexander, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Ea, quæ pro diuini cultus augmento & religionis propagatione, ac animarum Chriſtifidelium ſalute prouide facta fuiſſe comperimus, vt firma perpetuo & illabata perſiſtant libenter, cum a nobis petitur, apoſtolico munimine roboramus, prout etiam pia perſonarum præſertim ex regia ſtirpe deſcendentium, ac nobis & Apoſtolicæ ſedis deuotarum expoſcit deuotio, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sane pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Ioannæ de Francia ducisſæ Biturícenſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipſa, quæ a regio ſanguine trahit originem, B. Mariæ virginis, cuius ab ineunte ætate continue deuotiſſima fuit, prout exiſtit, virtutum & ſuorum præclare geſtorum contemplationi toto cordis affectu intendens, cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, congregatis in vnum omnibus, quæ ex euangelica lectione per eandem B. Mariam virginem, dum in hoc ſæculo eſſet geſta reperiuntur, quandam regulam, ſecundum quam aliquæ mulieres virtutes eiuſdem beatæ Mariæ imitari ac religioſe & honeſte viuere volentes, in domibus tam per ipſam Ioannam ducisſam, quam alios Chriſtifideles de bonis eis a Deo collatis ædificandis, in quibus etiam aliqui fratres, in loco tamen ſeparato, exiſtant ſub clauſura Altiſſimo famulari poſſent cum conſilio venerabilis fratris noſtri Ludouici epiſcopi Albienſis, ac quamplurium proborum virorum partium illarum in theologia magiſtrorum ſæcularium & religioſorum ordinari, & iam mulieres aliquas ad id ſponte ſe offerentes in quadam domo, quam ſuis proprijs ſumptibus prope palatium eiuſdem ducisſæ in ciuitate Bituricenſi conſiſtens conſtrui facere, ac ſufficienter de bonis ſuis dotare cœpit introduci, & pro regula huiuſmodi certas ordinationes decem beneplacita eiuſdem B. Mariæ continentes, quæ perpetuis futuris temporibus obſeruari deberent, fieri curauit, volens mulieres ſorores & fratres præfatos ſecundum virtutes eiuſdem B. Mariæ Altiſſimo famulantes nominari debere, prout in illis, quorum tenores diligenter inſpici ac de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur, quare pro parte tam epiſcopi & Ioannæ prædictorum, quam etiam dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Annæ etiam de Francia Borboni ducisſæ, & ipſius Ioannæ ſororis, quæ ad dictam Virginem ſimiliter ſingularem gerit deuotionis affectum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt regulæ prædictæ pro illius ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaque in præmiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Imitãdas B. Virginis virtutes ſocia bus proponit.

Nos igitur, qui religionis propagationem ac diuini cultus augmentum & animarum ſalutem noſtris potiſſime temporibus ſupremis deſideramus affectibus, & ad ipſam B. Virginem etiam ſemper geſſimus & gerimus ſingularem deuotionis affectum, attendentes omnia in dictis ordina-

Digitized by Google

dinationibus contenta per præfatum epiſcopum Albienſem, prælatum vtique bonæ & timoratæ conſcientiæ, ac ſingularis doctrinæ & prudentiæ primo, & deinde ex commiſſione noſtra per dilectum filium Ioannem Annium ordinis fratrum Prædicatorum & theologiæ profeſſorem, ſacri palatij Apoſtolici magiſtrum diligenter & accurate examinata, & per eos tanquam canonica, ſalubria, & vtilia laudata fuiſſe huiuſmodi pijs & deuotis precibus nobis per dilectum filium Gilbertum Nicolai Guardianum domus Ambaſiæ ordinis fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum Turonenſis diœceſis eiuſdem theologiæ profeſſoris, & præfatæ Ioannæ confeſſoris coram nobis perſonaliter conſtituti, affirmantis præfatam Ioannam, quæ, vt præfertur, eiuſdem B. Mariæ ſemper deuotiſſima fuit, ac bonæ conſcientiæ & exemplaris vitæ exiſtit, hæc quæ etiam ipſe Gilbertus dudum examinauit & laudauit, porrectis ab intimis ex maxima cordis deuotione, plurimaque deſiderare ſupplicationibus inclinati, regulam ac ſtatuta & ordinationes huiuſmodi auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes & ſingulos tam iuris quam facti defectus, ſi qui forſitan interuenerint in eiſdem, volentes & mandantes illa obſeruari debere, & nihilominus tam eidem Ioannæ, quam alijs Chriſtifidelibus domos prædictas in aliquibus locis ad hoc conuenientibus & honeſtis cum eccleſia, campanili humili, campana, clauſtro, dormitorio, refectorio, hortis, hortalitijs, & alijs neceſſarijs officinis ſine alicuius præiudicio conſtruendi & ædificandi, ſeu conſtrui & ædificari faciendi dicta auctoritate licentiam concedimus, ac prædictis ſic iam introductis & alijs de cætero introducendis ſororibus & fratribus, illorumque domibus & locis per ſedem prædictam ſub quacumque forma & expreſſione verborum in genere, conceſſis hactenus, & in poſterum concedendis vti, potiri, & gaudere libere ac licite poſſint, & debeant præfata auctoritate ex ſpecialis dono gratiæ indulgemus, iure tamen parochialis eccleſiæ & cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo. Volumus autem quod ſorores præfatæ eidem Gilberto, donec fratres in dictis domibus fuerint introducti, ſubiectæ ſint & eſſe cenſeantur, decernentes præfatum Gilbertum interim per ſuperiores ſuos vel alios quoſcumque nullatenus impediri poſſe quoquo modo, irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus dicti ordinis fratrum Minorum iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Tenor vero regulæ ſequitur, & eſt talis.

Condendorum monaſteriorum illi conceſſa facultas.

Incipit prologus in regulam ſororum ſecundum virtutes & beneplacita B. Mariæ virginis altiſſimo famulari volentium.

25 Mariam Dei genitricem & virginem puriſſimam ſcribunt euangeliſtæ decem feciſſe dum viueret, quæ vos ſorores facere debetis, dum viuitis. Vita etenim veſtra & regula eſt Mariam Chriſtiferam imitari, & vitam veſtram vitæ illius conformare, in quo profecto conſiſtit tota perfectio poſſibilis homini viatori. Imprimis tamen aduertere debetis ſorores quod ait ſancta Elizabeth ad Virginem: *Beata*, inquit, *quæ credidiſti, quoniam perficiuntur omnia, quæ dicta ſunt tibi a Domino*. In quibus verbis liquet quod credere præcedit perficere, quippe quia nulla poteſt eſſe perfectio, vbi vera fides non eſt poſita pro fundamento, teſte namque Apoſtolo: *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*; vnde nulla ſoror inter eas recipi poterit, niſi fidelis & catholica, credens firmiter & approbans quidquid credit & approbat Eccleſia Romana & catholica, nec profeſſionem faciat, niſi per confeſſionem prius purificata, & in propoſito placendi virgini Mariæ fixa par turturum aut duos pullos columbarum, id eſt dolorem & amorem obtulerit: facto autem fidei fundamento, & corde a peccatorum ſordibus purificato, & in mente prædicto propoſito firmato, reſtat vt ſoror in hortum perfectionis, ſiue decem beneplacitorum Virginis introeat. Dicuntur autem illa decem beneplacita decem virtutes Virginis, quibus ipſa ſomme placuit beatiſſimæ Trinitati, ſicut & vos ad inſtar illius pro eadem eidem placere debetis, ſecundum autem iſta decem eſt diuiſa regula Mariæ & veſtra in decem capitula, quæ vt veſtræ memoriæ facilius commendentur, hic quaſi in tabula ſuccincte ponuntur, & loca ex euangelio, vnde ſumuntur breuiſſime annotantur eo ordine, quo ab euangeliſtis ſcribuntur. Nec ea hic omnia ponuntur, quæ de Virgine ab alijs ſcripta ſunt, aut dicta, ſed tantum ea, quæ ab euangeliſtis Spiritu ſancto dictante tradita ſunt. Et iterum ſolum illa, quæ Virgo cogitauit, dixit, aut fecit, quæ ſolum decem ſunt, vt prædictum eſt, vt ſorores corde & ore & opere ſint conformes virgini Mariæ.

Fides omnium virtutum fundamentum.

26 Primum beneplacitum B. Mariæ virginis prudentia: *Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*; &: *Conſeruabat omnia conferens in corde ſuo*. Secundum puritas ſiue caſtitas: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Tertium humilitas: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*. Quartum veritas: *Salutauit Elizabeth*. Quintum laudabilitas: *Magnificat anima mea Dominum*. Sextum obedientia: *Exijt edictum a Cæſare Auguſto, &c.* Septimum paupertas: *Peperit primogenitum ſ & pannis eum inuoluit*. Octauum patientia: *Fuge in Ægyptum?* &: *Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te*. Nonum pietas: *Vinum non habent*. Decimum gladius doloris, ſiue lancea compaſſionis: *Stabat iuxta crucem Jeſu mater eius*. Sed oportet pertranſeat gladius per virtutem, ſcilicet ſobrietas ab anima in corpus, vt vterque homo interior & exterior crucifigatur Chriſto.

Decem Virginis monilia.

Capitulum primum de primo beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

27 Maria virgo, ſicut refert euangeliſta, vbi audiuit ſalutationem Gabrielis, cogitauit qualis erat illa ſalutatio, & alibi dicitur quod omnia conſeruabat conferens in corde ſuo, vbi deſcribit euangeliſta triplicem Mariæ prudentiam vnam in verbo Dei libenter audiendo, & tarde loquendo, quia dicitur: *Vbi audiuit*; & quia ſeptem ſolum narrant euangeliſtæ quod loquuta fuit. Aliam in deliberando & conſulendo, quia ſequitur: *Cogitabat, &c.* Tertiam in conferendo & rationem reddendo, quia ſcribitur: *Conferens in corde ſuo*. Conformiter ad exemplum & ſimilitudinem Mariæ debent ſorores eſſe promptæ ad verba Dei audiendum, tardæ ad loquendum, & prouidæ ad vana, & ſæculi rumores fugiendum.

De illius prudentia.

Secun-

Secundo oportet vt ſorores omnia faciant cum conſilio non ſolum hominum, ſed in omnibus iactent cogitatum ſuum in Mariam, moreque trium Regum quærentium Ieſum ſemper aſpiciant ſtellam Mariam, tanquam ſuum oraculum habentes illam. Tertio debent ſingulis diebus veſpere conferre in corde ſuo per deuotam meditationem, qualiter diem tranſierint, & quid in eo egerint, quaſi capitulum apud ſeipſas tenendo. Vt autem iſtud beneplacitum ſanctius obſeruetur, ſingulis annis ſorores à patre vigilante, ſi poteſt, vel eius vicem gerente, ſi per ſe non poteſt, viſitabuntur, quæ viſitatio ſemper tendat ad plenam obſeruantiam prædictorum decem beneplacitorum. Singulis etiam ſabbatis mater ancilla, ſi poteſt, teneat capitulum ſororum, in quo vt in purgatorio humiliter cognoſcant & ſuſcipiant pœnitentiam ſuorum delictorum ante ſorores commiſſorum.

De examine conſcientiæ peragendo.

Capitulum ſecundum de ſecundo beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

28 Maria virgo quantum dilexerat puritatem & caſtitatem, ſatis liquet ex illo verbo: *Quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco.* Profecto inter cætera Mariæ virginis beneplacita iſtud dignoſcitur eſſe præcipuum, in quo oportet ſorores omnes excellere, illarum enim ſponſus Dominus zelotes eſt, vnde oportet ſorores ad exemplum & ſimilitudinem Mariæ abſtinere à munuſculis, literis, verbis, geſtibus, conſortijs, conſilijs, tactibus, familiaritatibus, & alijs quibuſcumque, quæ occaſio eſſe poſſent inficiendi, & leniendi corda ſororum, & cogitatus, vinculo amoris mundani & turpis. Sicut fugit Virgo in Ægyptum ne perderet Ieſum, ſic fugiant ſorores omnem amatorem mundanum, tanquam alium Herodem crudeliſſimum. Recordentur ſorores cuius ſunt ſponſæ, & fratres cuius ſunt ſponſi, & quam fidem, ambo promiſerunt virgini puriſſimæ Mariæ. Erunt ſorores pro hoc beneplacito multum obſeruando ſub perpetua clauſura, ad quas introitus non patebit niſi medico ſpirituali & corporali, & hoc in infirmitate vel viſitatione. Abhorreant ſorores otium atque crapulam, quæ nouercæ ſunt puritatis. In communi dormitorio cum habitu dormiant, & in communi refectorio cum lectione ſancta edant. Quæ contra hoc beneplacitum deliquerint, grauiſſime puniantur. Tentatis tamen ſororibus pie & humiliter conſilium detur, & quantum fieri poterit adiuuentur, ne in laqueum luxuriæ cadant.

De caſtitatis obſeruantia.

Capitulum tertium de tertio beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

29 Maria virgo humillima, more arboris fructu oneratæ quanto plus habuit de virtute, tanto humilior fuit, & conformiter ad exemplum & ſimilitudinem illius ſorores ſemper ſe ancillas inutiles & omnium infimas credant, neminem iudicantes, nec de vita alterius diſputantes, vterque enim hortus, bonæ ſcilicet ſororis & malæ incultus foret, niſi bonus & pius agricola vtrumque coluiſſet. Quid ergo habes ſoror, quod a Deo Domino non accepiſti? Ambitionem fugiant ſorores tanquam a facie colubri, officia humilitatis ſectantes, etiam quæ inter ſorores maiores extimantur, in humiliatione & abiectione ſua gaudentes, in exaltatione vero triſtes & dolentes, quia turbata eſt Virgo ab angelo laudata. Officiales, mater ſcilicet ancilla, & pater vigilans triennales erunt, niſi vbi forte iudicio ſororum non inueniretur æque ad obſeruationem potens verbo & opere, vel niſi talis eſſet, quod excellentia ſanctitatis exigeret, quod in officio diutius continuaret.

De chriſtiana demiſſione ſectanda.

Capitulum quartum de quarto beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

30 Maria virgo, teſte euangelio, ſalutauit Eliſabeth, in qua ſalutatione ſiue Deo gratias dixerit, ſiue Pax tecum ratio fuit, ſicut a ſanctis traditur, vt per huiuſmodi ſalutationem omne verbum vitioſum vitaret. Ad cuius exemplum & ſimilitudinem ſorores ſequantur veritatem non ſolum politicam & moralem, verum etiam heroicam & diuinalem, quæ & mendacium fugit, & verbum otioſum neſcit, ſemper enim ſilentium euangelicum huiuſmodi veritas ſeruat. Sorores pro huiuſmodi beneplacito melius ſeruando non loquantur in refectorio, choro, clauſtro & dormitorio, item nec a dicto completorio vſque ad primam diei ſequentis, niſi vbi charitas vrget, oportet enim ſorores, ſicut in primo capitulo factum eſt, breuiloquas eſſe, quia breuiloqua fuit Maria, cuius vita & actio eſt ſororum regula & inſtructio.

De otio & garrulitate fugiendis.

Capitulum quintum de quinto beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

Maria virgo plena gratia non ingrata, nec ignara Dei beneficiorum illud canticum canticorum diuinæ laudis pleniſſimum & excellentiſſimum deprompſit, dicens: *Magnificat anima mea Dominum.* Ad cuius exemplum & ſimilitudinem debent ſorores vbique & ſemper intendere laudi diuinæ, diſcant in terris hanc ſcientiam diuinæ laudis, quæ in ſecula ſeculorum perſonabit in cœlis, maxime tamen in tribus ſtudeant Deum laudare & Dei virginem Mariam, in horis ſcilicet canonicis dicendis, in miſſis audiendis, & in communione ſine exceptione digniſſima ſacramenti altaris ſecundum horas perſoluant ſine nota dicendo officium eiuſdem B. Mariæ de compaſſione & ſpaſmo cum commemoratione feſti occurrentis ſecundum ordinarium Romanum, de quo erit decima lectio ſi lectiones habuerit, ſimiliter fiat in aduentu & quadrageſima commemoratio & decima lectio, ſed de homilia, quando occurrit, homilia in aduentu antedicto & quadrageſima, ſemel in die dicantur pſalmi pœnitentiales. A prædictis excipiantur feſta Domini Sabaoth, vt feſtum commemorationis omnium ſanctorum, de quibus fiat cum commemoratione B. Mariæ, & in ſecundis veſperis feſti omnium ſanctorum dicantur veſperæ mortuorum, & die ſequenti officium nouem lectionum. Singulis autem diebus dicantur per ordinem decem pſalmi quinque poſt matutinum, & quinque poſt completorium, completo autem pſalterio reincipiantur, vt prius, attamen pſalmus: *Beati immaculati*; dicetur in horis diei, ſicut conſuetum eſt, cum oratione quinque plagarum Chriſti. Dicetur autem officium diuinum intellectualiter & attente: *Magnificat*, inquit, *anima mea*; & non tantum lingua lætanter & iucunde, quia dicit: *Et exultauit, ſpiritus meus*; reuerenter & timoroſe: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*. Quod vero ad miſſam audiendam attinet, quotidie in loco ſororum celebrabitur vna, quam audiant ſorores, quæ intereſſe poterunt iudicio matris ancillæ. Quando non recurret feſtum Domini ſabaoth, aut feſtum, quod colitur a clero & populo, dicatur miſſa de vno decem feſtorum Virginis cum commemoratione feſti occurrentis, & ſi occurrat dicatur miſſa de feſto

De reuerenter dicendo diuino officio.

Digitized by Google

cum commemoratione Virginis ſemper. Quod vero ad digniſſimum ſacramentum pertinet, ſuſcipere id ſtudeant ſorores, & toto corde deuotionem & reuerentiam habere ad tantum ſacramentum, & illud recipere reuerendiſſime ad minus de quindena in quindenam, vbi tamen occurreret infra necnon aliquod feſtum Domini ſabbath, aut Virginis glorioſæ, dat communio in illo die.

Capitulum ſextum de ſexto beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

De obedientia ſeruanda

31 Maria virgo quantum obediens fuerit Deo, ſatis indicat ſua purificatio, & aſcenſus annuus in Ieruſalem. Quam vero obediens fuerit homini propter Deum, ſatis oſtendit ſua cum Ioſeph deſponſatio, & ad præceptum Octauiani in Bethleem peregrinatio. Ad cuius exemplum & ſimilitudinem ſorores obediant primo Deo, decem eius præcepta ſeruando, & ſecundo homini propter Deum, decem beneplacita ſiue conſilia Chriſti & Mariæ implendo, ſcientes quia ſicut Virgo Ieſum peperit obedientiam & mandatum Imperatoris implendo, ſic ſoror fructum meriti ſemper parit in obedientia viuendo ſororum & fratrum. Obedientia ſit ſecundum modum, qui ortum habuit ex verbis Saluatoris pro nobis in cruce morientis, & dicentis: *Mater ecce filius tuus, deinde dixit diſcipulo: Ecce mater tua*; vt alter alterius onus & curam gereret.

Capitulum ſeptimum de ſeptimo beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

32 Maria virgo teſte euangelio filium ſuum primogenitum pannis inuoluit, & certe in filio & matre ſemper ſumma paupertas claruit. Ad cuius exemplum & ſimilitudinem debent ſorores omnia temporalia contemnere, & habentes victum & veſtitum eſſe contentæ, quanto ſoror in mundo propter Mariam fuerit pauperior, tanto in cælo erit ditior. Tamen ſorores, poterunt in communi habere redditus & pecunias. fratres vero minime, ſed Virgini in altiſſima paupertate placentes de ijs, quæ mundi ſunt non ſe intromittentes, & ſororibus in ſpiritualibus deſeruientes ab eiſdem victum & veſtitum recipiant. Habitus ſororum & fratrum viles & honeſti ſub triplici colore veſtium, quibus Chriſtus in die paſſionis veſtitus fuit, habeantur, poterunt autem fratres ſine capucio cum habitu & femoralibus iacere, ſit autem habitus ipſorum a zona ſupra ſeiſſus, vt nihil in illis nudum appareat præter vultum & manus.

De cultu paupere

Capitulum octauum de octauo beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

33 Maria virgo ſere experta fuit, quod qui pie volunt viuere cum Chriſto perſecutionem patiuntur, Ad cuius exemplum & ſimilitudinem ſorores in patientia ſtudeant poſſidere animas ſuas, in eodem vultu & æquanimitate mentis perſeuerantes, quia: *Non contriſtabit iuſtum*, ait ſcriptura, *quidquid ei acciderit*. Diligant qui illos perſequuntur ſine murmure & maledictione, non reſpondentes malum pro malo, ſed potius mercede locantes qui illos arguant & corrigant, omnia excuſantes & ſupportantes, totas ſe diuinæ prouidentiæ & protectioni virginis Mariæ committant, quia ſic eſt voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta.

De patientia amplectenda.

Capitulum nonum de nono beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

34 Maria virgo merito ab Eccleſia ſancta dicitur mater pietatis & miſericordiæ, cuius pietas ſatis fuiſſe in nuptijs in Chana Galilææ ſemper ſibi parca, & alijs larga fuit. Ad cuius exemplum & ſimilitudinem ſorores vendicent ſibi rem & nomen pietatis & miſericordiæ, dantes eleemoſynam ſpiritualem, & in quibus poſſint temporalem viuis & defunctis, iuſtis & peccatoribus, illorum peccata & ſua deflentes. In hoc beneplacito charitatis & pietatis, ſicut & in beneplacito puritatis ſtudeant ſorores omnes excedere, ſoror, quæ plus de charitate habuerit, in maiori gloria cum Chriſto & Virgine erit, ſine charitate clauſtrum carcer eſt diaboli, ſorores niſi inter ſe charitatem habeant, nec Deum poſſunt habere nec Mariam, nec meritum acquirere, nec aliquid agere, quod placeat Deo, aut virgini Mariæ, Infelix illa ſoror nimis, quæ contempſit mundum intrauit clauſtrum, & tamen contra aliquam ſeruat in pectore odium, Sororibus infirmis non minus a ſanis ſeruiatur quam vellent, quæ ſanæ eſſent ſibi in tali ſtatu rationabiliter ſeruiri, In ſola charitate dignoſcitur & puritate quæ ſorores ſunt peculiares diſcipulæ & amicæ Chriſti & virginis Mariæ.

De miſericordia exercenda.

Capitulum decimum de decimo beneplacito eiuſdem virginis Mariæ.

35 Maria virgo, teſte euangeliſta, ſtabat iuxta crucem Ieſu, cuius animam teſte Symeone iuſto pertranſiuit gladius. Ad cuius exemplum & ſimilitudinem ſorores iuxta crucem Chriſti ſteʒ, & illam deferant quotidie aliquem articulum paſſionis meditando, & Chriſto compatiendo, atque de eius quinque plagis cum Samaritana aquam viuam hauriendo, immo vinum, mel, lac, & oleum ſugendo, Aduertant tamen ſorores quod huiuſmodi vinum compaſſionis non inuenitur in terra ſuauiter viuentium, vnde ſobrias oportet eſſe ſorores ab omni inutili & vana delectatione ſe abſtrahentes. Pertranſeat gladius compaſſionis ab anima in corpus. Ieiunabunt ſorores feria ſexta & ſabbato, quia diebus illis luxit Virgo, In qualitate autem & quantitate ciborum ſit rationabile obſequium ſororum, non enim poteſt vna omnibus dari regula generalis permittantur tamen ſorores. quibus gratiam dedit Dominus ad indicium matris ancillæ, ſi voluerint, ſe aliquando in vna abſtinentiali, aliquando in vita quadrageſimali: aliquando in vita innocentiali exercere. In qua innocentiali, quantum poſſibile erit, ad exemplum & ædificationem Eccleſiæ Chriſti ſe exerceant fratres, qui officium prædicandi verbum Dei habent, nam cuius Deus venter eſt, dignus eſſe non poteſt ſeminator verbi diuini. Viatoribus vſus panis mane & ſero eſt permiſſus, in cœnobijs vero ieiunantibus ſororibus & fratribus non viatoribus vbilibet exiſtentibus, ſero tantum eſt conceſſus.

De ieiunijs colendis.

Ecce, ſorores amantiſſimæ, vita & regula veſtra, quam breuiſſime in decem beneplacitis virginis Mariæ contenta, in qua oportet vos perſeuerare ad exemplum virginis Mariæ, de qua ſcriptum eſt quod: *Erant omnes perſeuerantes cum Maria matre Ieſu*; & beata ſoror, quæ in ijs perſeuerauerit vſque in finem, quoniam ſalua erit, Vbi tamen delinqueret ſoror aut frater, ſciant ſe ad pœnam obligari taxandam arbitrio matris ancillæ, & patris vigilantis. Ad culpam autem mortalem non ſit obligatio, niſi forte in obſeruantia trium eſſentialium votorum, & hoc modo qui ſequitur, vt obedientiam ſeruent in volendo ob-

ſerua-

Digitized by Google

ſeruare decem beneplacita Mariæ non rebellando ex contemptu ad ſubeundas pœnas taxatas in cōtrauenientes, caſtitatem in non experiendo actu luxuriæ, paupertatem omnia in communi habendo quoad ſorores, & quoad fratres omne dominium abnegando, & tactum pecuniæ ex neceſſitate excludendo. Hæc omnia Deus vobis & concedat perficere illa, ſine qua nihil poteſtis facere, per quam ſit gloria Trinitati ſummæ. Ipſam vero benedicant cunctæ creaturæ, nam poſt Deum ſuper omnia pſerendum eſt virgini Mariæ. Amen. Deo gratias & Mariæ.

Viſa & examinata, & eſt bona & ſancta ordinatio, & expedienda. Ioannes Annius ordinis Prædicatorum & ſacræ theologiæ profeſſor, & ſacri palatii apoſtolici magiſter manu propria.

Viſa & examinata, & eſt bona & ſacra ordinatio, & expedienda Gilbertus Nicolai ordinis fratrum Minorum, & ſacræ theologiæ profeſſor guardianus fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum. Ambaſiæ Turonenſis diœceſis, manu propria. Nulli ergo liceat, &c. noſtræ approbationis confirmationis, communitionis, ſuppletionis, mandati, conceſſionis, indulti, voluntatis, & decreti vim infringere. Si quis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDI. pridie idus februarij pontificatus noſtri anno x.*

36 Nec defuit Alexander apoſtolico muneri ad naſcentia hæreſum ſemina euertenda, cum enim typographi quæſtus illecebra pellecti plures libros erroribus inquinatiſſimos excuderent, eoſdemque diſtraherent bibliopolæ, ſanxit a grauiſſimis impoſitis pœnis ne ſine epiſcoporum diœceſanorum venia ac poteſtate vlli libri typis mandarentur, vtque hæreſibus contaminati ad eos ferrentur, flammiſque abolerentur.

Bibliopolarum auaritia mala grauiora parit.

a Tom 4. liter. con. pag. 322.

Alexandri VI. in eos decretum.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter multiplices noſtræ ſolicitudinis curas, illam in primis ſuſcipere pro noſtro paſtorali officio debemus, vt quæ ſalubria & laudabilia, ac catholicæ fidei conſona, & bonis moribus conformia noſtro tempore oriuntur, non ſolum conſeruentur & augeantur, verum etiam ad poſteros propagentur, & quæ perniciosa, damnabilia, & impia ſunt, ſuccidantur & radicitus extirpentur, nec pullulare vſquam ſinantur, & in agro dominico, & vinea Domini ſabaoth dumtaxat conſeri permittendo, quibus fidelium mentes paſci ſpiritualiter poſſint, eradicata zizania & oleaſtri ſterilitate ſucciſa. Attendentes igitur quod, ſicut humano generi plurimum conferre dignoſcitur, vt ea, quæ ad bonas artes ac probatos mores pertinent diuulgentur, & ad lucem & hominum notitiamque tam præſentium quam eorum, qui futuri ſunt deducantur, quod maxime fieri ſolet beneficio literarum, quibus ipſa veritas quaſi alligata ad vſum abſentium pariter & futurorum deducitur conſeruatur & propagatur, ita perniciosum, & maxime eidem humano generi inimicum cenſeri debet, ſi ea, quæ noxia ſunt, & ſanis doctrinis, honeſtiſque moribus & in primis orthodoxæ religioni comperiuntur aduerſa publicentur, & miniſterio literarum ad notitiam pluriorum extendantur: quemadmodum enim bonum quanto vniuerſalius tanto vtilius diuinius & maius, ita & malum quanto amplius & copioſius tanto deterius abhominabiliuſque arbitrari debet, maxime quia humanæ fragilitatis cogitationes proniores repeniuntur ad malum, quam ad bonum. Hinc eſt quod, ſicut ars impreſſoria literarum vtiliſſima habetur ad facilio-rem multiplicationem librorum probatorum & vtilium, ita plurimum damnoſum foret, ſi illius artifices ea arte peruerſe vterentur, paſſim imprimendo quæ perniciosa ſunt. Debent igitur impreſſores ipſi merito compeſci opportunis remedijs, vt ab eorum impreſſione deſiſtant, quæ fidei catholicæ contraria fore noſcuntur vel aduerſa, aut in mentibus fidelium poſſunt veriſimiliter ſcandalum generare: vnde nos, qui illius locum tenemus in terris, qui ad illuminandum hominum mentes, & errorum tenebras exterminandum deſcendit e cælis, cum fideli relatione intellexerimus, artificio dictæ artis plurimos libros atque tractatus in diuerſis mundi partibus, præſertim Colonienſi, Maguntina, Treuerenſi, Magdeburgenſi prouincijs fuiſſe impreſſos, in ſe varios errores ac pernicioſa dogmata, etiam ſacræ Chriſtianæ religioni inimica continentes, & in dies etiam paſſim imprimi, huiuſmodi deteſtandæ labi ſine vlteriori dilatione occurrere cupientes, vt ex commiſſo deſuper paſtorali officio tenemur, omnibus & ſingulis dictæ artis impreſſoribus, & illorum obſequijs quomodolibet inſiſtentibus, & ſe circa eorum imprimendi artem quoquomodo exercentibus in prouincijs prædictis degentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam eo ipſo, ſi contra fecerint, incurriſſe noſcantur, & pœna pecuniaria per venerabiles fratres noſtros Colonienſem, Maguntinenſem, Treuerenſem, & Magdeburgenſem archiepiſcopos, vel eorum vicarios in ſpiritualibus generales aut officiales quemlibet videlicet eorum in prouincia ſua pro eorum arbitrio imponenda & exigenda, ac cameræ apoſtolicæ applicanda auctoritate Apoſtolica præſentium tenore diſtrictius inhibemus, ne de cætero libros, tractatus, aut ſcripturas qualeſcumque imprimere, aut imprimi facere quoquomodo præſumant, niſi conſultis prius ſuper hoc archiepiſcopis, vel vicarijs, aut officialibus præfatis, ac eorum ſpeciali & expreſſa impetrata licentia gratis concedenda, quorum conſcientias oneramus, vt antequam licentiam huiuſmodi concedant, imprimenda diligenter examinent, ſiue a peritis & catholicis examinari faciant & procurent, se diligenter aduertant, ne quid imprimatur, quod orthodoxæ fidei contrarium, impium, & ſcandaloſum exiſtat. Et quia parum eſſet aduerſus futuras impreſſiones prouidere, niſi quæ iam fere noſcuntur erronea, impia, & ſcandaloſa ſupprimantur, eiſdem archiepiſcopis, vicarijs, vel officialibus mandamus auctoritate prædicta, vt videlicet quilibet eorum in dicta prouincia ſua moneant & requirant auctoritate noſtra omnes & ſingulos impreſſores, ac perſonas alias cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ exiſtant, vt omnia & ſingula inuentaria librorum & tractatuum quorumcumque impreſſorum, ac libros & tractatus impreſſos, in quibus per archiepiſcopos ſiue vicarios, aut officiales prædictos, aut eorum ſingulos aliqua fidei catholicæ contraria, impia, aduerſa, ſcandaloſa, aut male ſonantia contineri indicatum ſiue declaratum fuerit, omni fraude & dolo ceſſantibus, infra terminum eorum arbitrio præfigendum coram eis reſpectiue præſentent & conſignent ſub ſimili excommunicationis latæ ſententiæ, & eorum arbitrio exigenda pecuniaria pœna, vt præfertur, incurrenda, ſtudeantque ſie impreſſos etiam alias, prout expedire putauerint, ad eos deferri & delatos comburi facere, & ne quiſpiam illos legere vel tenere præſumat ſub

In arte typographica corruptelæ exortæ.

Plures libri hæretici typis mandati.

Vetiti mandari typis ſine epiſcoporum permiſſu.

Libri hæreticales deferri iuſſi.

Digitized by Google

Flammis delendi.

ſub ſimilibus cenſuris & pœnis auctoritate noſtra prohibere, nec omittant diligenter inquirere quibus procurantibus tales libri impreſſi fuerint, quaue de cauſa illud procurauerint in fidei catholicę, quam profitentur, detrimentum, & an procuratores ipſi de aliqua hereſi ſuſpecti ſint, contradictores quoslibet & rebelles etiam, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, nec non communitates, vniuerſitates, & collegia quęcumque per excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas cum illarum aggrauatione & reaggrauatione, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, cui vt opem diligentius ferant medietatem dictę pœnę pecuniarię, quam exegerit applicamus non obſtantibus, &c. [Abrogantur omnes prerogatiuę vel impreſsioribus vel ijs, qui typis cudenda heretica curauerint, quibus ſe ad eludendum edictum hoc munire ſe poſſent, tum iubuit Alexander ?] Hortamur preterea eoſdem archiepiſcopos, & vicarios, & officiales, vt zelum fidei & ſalutem animarum prę oculis habentes, in premiſſis ita ſe diligentes & ſolertes ſtudeant exhibere, quod eis adeo perennis vitę premium, & a nobis condigna proueniat actio gratiarum. Nulli ergo, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDI. kal. iunij pontificatus noſtri anno IX.*

In pœnæ tendentibus contra e...

37 In dirimendis etiam fidei controuerſijs diuino preſidio inſtructum fuiſſe Alexandrum exploratum eſt, nam in fidei orthodoxę docendæ ſtudio eſt non diſcrepaſſe a prędeceſſoribus ſanctiſſimis oſtendunt plura ipſius monumenta, inter quę inſigne hoc afferam, quo Ruthenorum baptiſma validum, nec vnquam repetendum in ijs, qui a ſchiſmate ad gremium Romanę eccleſię redirent, definiuit.

Licet impertiſſimus ... de fendit.

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Non ſine grandi & ſpirituali mentis noſtræ lætitia accepimus quod nonnulli Rutheni in ducatu Lituaniæ, & alij ritu Græco viuentes, fidem tamen Chriſtianam alias profitentes, qui Vvilnenſem ac Chiouuienſem, Lutzeronenſem & Medinçenſem ciuitates & diœceſes ac alia loca eiuſdem ducatus inhabitant, ſancto Spiritu cooperante, illuſtrati nonnullos errores, quos hactenus ritu & more Græcorum viuentes obſeruarunt, penitus ab eorum mentibus & cordibus abdicare, & vnitatem fidei catholicæ & Latinæ Romanæ eccleſiæ amplecti, & ſecundum ritum eiuſdem Latinæ & Romanæ eccleſiæ viuere deſiderant, & proponunt. Sed quia more Græcorum ſcilicet in tertia perſona baptizati fuerunt, & nonnulli aſſerunt eos de nouo baptizari debere, prædicti, qui ritu Græco hactenus vixerunt, & adhuc viuunt tanquam antea rite baptizati renuunt & recuſant de nouo baptiſma ſuſcipere; nos qui ex commiſſo nobis deſuper, licet inſufficientibus meritis, officio paſtorali cupimus ſingulas oues nobis commiſſas ad verum ouile Chriſti perducere, vt fiat ex illis vnus paſtor & vnum ouile, & ne ſancta catholica Eccleſia diuerſa & deformia membra a capite diſcrepantia, ſed conformia habet, attendentes quod per felicis recordationis Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum in concilio per eum Florentiæ celebrato, & in quo Græci atque Armeni vna cum Romana eccleſia ſentientes interfuerunt, definitum fuit forma huius ſacramenti baptiſmatis exiſtere: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen.* Ac etiam per illa verba: *Baptizetur talis ſeruus Ieſu Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vel Baptizatur manibus meis talis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti;* verum perfici baptiſma, quoniam eius principalis cauſa, ex qua baptiſma virtutem habet, ſit ſancta Trinitas, inſtrumentalis autem ſit miniſter, qui tradit exterius ſacramentum, ſic exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum cum ſanctæ Trinitatis inuocatione perficitur ſacramentum, & propterea huiuſmodi ſacramenti ſic in tertia perſona collati reiterationem neceſſariam non exiſtere, habita etiam ſuper hoc cum fratribus noſtris deliberatione matura, auctoritate apoſtolica nobis & alijs Romanis Pontificibus ab ipſo Chriſto Ieſu domino noſtro per B. Petrum (cui & ſucceſſoribus eius apoſtolatus miniſterij diſpenſationem commiſit) tradita tenore præſentium decernimus atque declaramus, omnes & ſingulos ſic in tertia perſona baptizatos, volentes a ritu Græco ad ritum & morem latinæ & ſanctæ Romanæ eccleſiæ venire, ſimpliciter & ſine alia contradictione, aut etiam obligatione, vel coactione, quod iterum rebaptizentur etiam cum intentione quod alias ritus per orientales eccleſias obſeruari ſolitos hæreticam prauitatem non concernentes obſeruari poſſint, facta prius tamen per omnium errorum ritum Græcorum a Latina & Romana eccleſia, & illius ritu ac ſanctis inſtitutionibus deuiantium abiuratione, admittendos fore: exhortantes etiam per viſcera miſericordiæ Dei noſtri omnes & ſingulos, qui prædicto modo baptizati ſunt, & ritu Græco viuunt, vt abnegata omnium errorum, quæ ſecundum morem & ritum Græcorum hactenus obſeruarunt, quique ab immaculata & ſancta catholica Latina & Romana eccleſia, & illius ſanctorum patrum inſtitutionibus approbatis deuiant, velint eidem catholicæ Latinę eccleſiæ, illiuſque ſalubribus documentis pro animarum ſuarum ſalute & veri Dei cognitione adhærere. Et ne eorum ſanctum propoſitum quouis modo retardari poſſit venerabili fratri noſtro epiſcopo Vvilnenſi in virtute ſanctæ obedientiæ committimus & mandamus, quatenus omnes & ſingulos ſic baptizatos, & ad vnitatem præfatæ Latinæ eccleſiæ venire, & errores prædictos abiurare volentes, ad præfatæ Latinæ eccleſiæ vnitatem & errorum huiuſmodi abiurationem, per ſe vel per alium, ſeu etiam alios ſeculares prelatos eccleſiaſticos ſeu Predicatores, aut Minorum ordinum regularis obſeruantię profeſſores doctos & probos, ac alios idoneos, quibus id duxerit committendum, ſingulos prefatos ſic venientes ab exceſſibus propter obſeruationem huiuſmodi errorum ac heretica prauitate inde prouenientes, nec non excommunicationis ſententia, alijſque cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, quas quomodolibet propterea incurrerunt, dicta apoſtolica auctoritate abſoluendi, ac eis pro modo culpę pœnitentiam ſalutarem iniungendi, aliaque in premiſſis neceſſaria faciendi, plenam & liberam licentiam & facultatem concedimus, per preſentes. Verum quia difficile foret preſentes noſtras literas ac ſingula loca, vbi opus fuerit, facere deferre, volumus & eadem apoſtolica auctoritate decernimus, quod earundem literarum tranſumpto manu alicuius notarij ſubſcripto, & ſigillo prefati Vvilnenſis, ſeu alicuius alterius epiſcopi, vel prelati eccleſiaſtici munito eadem fides prorſus adhi-

Plures Rutheni ad eccleſia Rom. traducti.

Controuerſium an de nouo luſtrandi forent baptiſmo

Soluta lis ex definitione Concilij Florentini.

Recip. iuſſi Græci etiam ſeruatis eorum ritibus non erroneis.

Digitized by Google

adhibeatur in iudicio & extra, ac alias cuilibet vbi fuerit exhibitum vel oſtenſum recipiat & admittat, ac eam ſibi quam illi vel illis, cui vel quibus, quoties expedierit id duxerit committendum, ſicut ipſis literis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ, non obſtantibus, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MDI. x kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno x.*

a Sigiſm. lib. com. rer. Moſc. pag. 47.

Ritus Moſchor. in conferendo baptiſmo.

38 Quod ad ritus alios attinet, quibus Rutheni in baptiſmalibus ſacris vti ſolebant, hæc ex prædicto Sigiſmundo Herbeſtenij a regulo Moſcouiticarum rerum peritiſſimo decerpere viſum eſt: *Baptizantur hoc modo: nato infante mox accerſitus ſacerdos ante ianuam habitationis, in qua eſt puerpera, certas ſtando recitat orationes, pueroque nomen imponit, deinquadrageſimo communiter die, ſi forte puer ægrotet, defertur in templum & baptizatur, ac ter in aquam totus immergitur, alioqui baptizatum non crederent. Mox inungitur chriſmate, quod conſecratum eſt in hebdomada magna, inungitur deinde myrrha, vt ipſi dicunt, aqua vero baptiſmatis ſingulis infantibus conſecratur, & continuo poſt baptiſmum extra templi portam effunditur. Semper in templo baptizantur infantes, niſi longinquitas loci nimia, aut frigus puero obeſſet. neque vnquam aqua tepida, niſi pueris infirmis vtuntur. Suſceptores ex voluntate parentum aſſumuntur, & quoties præeunte certis verbis ſacerdote diabolo renunciant, toties in terram expuunt, ſacerdos etiam infanti capillos abſcindit, eoſque cera etiam intricat, & in templo loco certo reponit, non adhibent ſal, neque ſaliuam cum puluere.*

Grauiſſima bella inter Moſchum & Lithuanum orta b Crom. lib. 30.

39 Geſſiſſe Alexandrum ducem Lituaniæ grauiſſima bella Latini ritus cauſa cum Ioanne Baſilio Moſcouitarum duce, idem auctor atque ex eo Cromerus & alij b referunt, ac Lituanum ex inſidijs victum Drohobuſium Toropezum & Bielam arces Ruſſorum defectione amiſiſſe, Seuerienſium etiam duces a Lituanico imperio ad Moſchouiticum deſciuiſſe: cum vero Alexander dux excitis ſociorum viribus amiſſa recuperare niteretur, ac nonnulli Ruſſi a ſchiſmate reuocarentur, exortam ſuperiorem de Ruthenorum baptiſmo controuerſiam, quam odiorum acerbitas pepererat, Alexander Papa conſultus diremit c. Præterea miſit idem Pontifex in Lituaniam plures ſanctorum reliquias ad augendam Chriſtifidelium pietatem, vt illos diuinæ opis interpretes ac deprecatores adhiberent, & ſacra eorum pignora veneraturis indulgentiarum præmia propoſuit d. Conſignatum eſt id diploma hac temporis nota. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MDI. III. id ſeptembris pontificatus noſtri anno x.*

c Lib. 2. ep. ſecr. pag. 53.

d Lib. 2. ſecr. pag. 42.

40 Florebat tunc in Vvilnenſi eccleſia cœleſtium virtutum gloria B. Caſimirus, quas diuinum Numen eorum commodo edebat, qui ipſius velut in cœleſti aula pollentis maxima gratia opem implorabant, quare ſacras illius reliquias veneraturis, ac ſtipem pro Vvilnenſi eccleſia ornanda augendaque porrecturis Alexander a Vvilnenſi clero rogatus indulgentias impertitus eſt e: *Cupientes vt capella, inquit, B. Mariæ ac ſanctorum Andreæ ac Stanislai ſita in eccleſia Vvilnenſi per claræ memoriæ Kaſimirum Poloniæ Regem magnifico opere conſtructa, & dotata, ac pretioſiſſimis ornamentis pro diuino cultu decorata, & ad quam, vt accepimus, dilectus filius nobilis vir Alexander magnus dux Lituaniæ, cuius frater Germanus Kaſimirus dux apud illam capellam ſepultus multis miraculis clarere perhibetur, ſingularem gerit deuotionis affectum; cupiuque ad illam diuinum cultum augeri a Chriſtifidelibus frequentetur. Dat. Romæ apud S. Petrum anno MDI. id. maij pontificatus noſtri anno 12.*

e Ib. pag. 30.

B. Caſimirus diuinis prodigijs clarus.

41 Cum vero eccleſia Vvilnenſis Tartarorum excurſionibus ſæpius vexaretur, & clerus ambigeret, an liceret epiſcopo arma ſumere ad infidelium graſſationes coercendas, conſultus Alexander controuerſiam hoc reſponſo apoſtolico diremit, ſanxitque a ab epiſcopo pro tuenda fide, aſſerendaque libertate eccleſiaſtica arma expedienda.

a Ibid pag. 51.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pro parte venerabilis fratris noſtri Alberti epiſcopi Vvilnenſium nobis nuper exhibita petitio continebat, quod diœceſis Vvilnenſis latiſſimos fines habet, & tam in ea quam illius confinibus habitant Tartari, & Armeni, & alij ſub ritibus Græcorum, & alijs diuerſis ſectis, etiam extra obedientiam Romani Pontificis degentes, & in pluribus a fide catholica diſſentientes, & ipſe Albertus, et pro tempore exiſtens epiſcopus Vvilnenſis tam ab ijs ſeu pluribus ex eis, quam etiam Chriſti fidelibus, et fidem catholicam ſectantibus decimas ſeu certam partem fructuum decimalium ratione eccleſiæ ſuæ Vvilnenſis percipere, & exigere conſueuit, & exigit vt tam ratione perceptionis decimarum & fructuum decimalium huiuſmodi, quam etiam ratione fontium & bonorum ad menſam epiſcopalem Vvilnenſem pertinentium, ac etiam Armeni & Tartari, ac alij prædicti ſecundum alios ritus, quam Romana eccleſia profitetur, viuentes, presbyteris & clericis eccleſiaſticis ciuitatis & diœceſis Vvilnenſis etiam eidem epiſcopo ſuper eorum bonis & rebus graues iniurias inferunt & iacturas, ac etiam quia nonnunquam aliquos ex clericis & presbyteris præfatis mutilant & interficiunt, contentiones & lites exoriuntur, & quamuis ipſe Albertus epiſcopus cenſuris eccleſiaſticis, quantum in eo eſt, eos coerceat, ſiue coercere nitatur, nihilominus prædicti cenſuras huiuſmodi contemnunt, et potius ſchiſmaticis & hæreticis tam in dicta diœceſi, quam extra illam commorantibus aduerſus dictum epiſcopum adhærent, & contra eum cornua erigunt, ex qua auctoritas epiſcopalis contemnitur, & fides catholica peſſumdatur, iniqui autem & hæretici, & reprobatarum ſectarum fautores ſubleuantur, vnde dilectus filius nobilis vir Alexander magnus dux Lituaniæ, in cuius ducatu & ciuitate diœceſis Vvilnenſis exiſtunt, volens huiuſmodi malis & ſcandalis obuiare, prælato Alberto, & pro tempore exiſtenti Vvilnenſi epiſcopo, vt gladij poteſtas ſecularis aduerſus prædictas iniurias & moleſtias epiſcopo, clericis presbyteris & perſonis eccleſiaſticis ciuitatis & diœceſis prædictarum cum Romana eccleſia ſentientibus inferentes vti, & illam exercere poſſit, conceſſit tam pro manutentione eccleſiaſticæ libertatis, quam dominij ſui temporalis. Et quia præfatus Albertus epiſcopus dubitat, an huiuſmodi gladij poteſtate vti poſſit abſque irregularitatis incurſu, pro parte eiuſdem Alberti epiſcopi nobis fuit ſupplicatum, vt in præmiſſis, pro confirmatione libertatis eccleſiaſticæ opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Vvilnenſis eccleſia a Tartaris exagitata.

Controuerſum an gladio vti deberet epiſcopus Vvilnenſis.

Nos igitur, qui cupimus ex commiſſo nobis paſtorali officio prauis conatibus ad perniciem tendentibus, ne vlterius inualeſcant congruis remedijs obuiare, & *infra*, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati eidem Alberto & pro tem-

tempore exiſtenti epiſcopo Vvilnenſi, ſecularis gladij poteſtate huiuſmodi pro conſeruatione libertatis eccleſiaſticæ contra omnes & ſingulos illam impugnantes, ſeu iniurias vel moleſtias, tum præfato Alberto & pro tempore exiſtenti epiſcopo Vvilnenſi, quam presbyteris & clericis & perſonis eccleſiaſticis ciuitatis & diœceſis prædictarum inferentes, quoties opus fuerit, abſque alicuius irregularitatis incurſu vti, & illam exercere, & tranſgreſſores & malefactores, prout eorum exceſſus & delicta exegerint, coercere & punire libere & licite valeat, conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrarijs nequaquam obſtantibus, auctoritate apoſtolica licentiam, facultatem, poteſtatem, & auctoritatem, concedimus per præſentes. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno MDI. IX. kal. iulij pontificatus noſtri anno IX.*

Faſcinatorij graſſantur.

42 In Inſubria nonnulli impij icto fœdere cum dæmonibus magicas artes exercebant, ac venena miſcebant in fontibus, tempeſtateſque ad vaſtitatem agris inferendam concitabant, ac varijs erroribus ſimplices irretiebant, in quos fidei cenſores animaduertere Alexander iuſſit [a].

a Ext. in append. di vtilior inter lit. Apoſt.

Dilecto filio Angelo de Verona ordinis Prædicatorum ſacræ theologiæ profeſſori in prouincia Lombardiæ hæreticæ prauitatis.

In Inſubria corrupta ſecta aucta.

Cum acceperimus in prouincia Lombardiæ diuerſas vtriuſque ſexus perſonas diuerſis incantationibus & diabolicis ſuperſtitionibus operam dare, ſuiſque veneficijs & varijs obſeruationibus multa nefanda ſcelera procurare, homines & iumenta ac campos deſtruere, & diuerſos errores inducere, magnaque inde ſcandala exoriri, decreuimus pro paſtoralis officij nobis ex alto commiſſi miniſterio ſceleribus huiuſmodi compeſcere, ac ſcandalis & erroribus præmiſſis, quantum cum Deo poſſumus, occurrere. Ea propter tam tibi quam etiam ſucceſſoribus tuis per Lombardiam conſtitutis, de quibus in his & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus & mandamus, & etiam ſoli, honeſto tamen, comitatu per vos eligendo aſſociati contra eoſdem vtriuſque ſexus perſonas diligenter inquiratis, eaſque iuſtitia mediante puniatis & compeſcatis & vt melius commiſſionem huiuſmodi exequi poſſitis contra illas vobis plenam & omnimodam harum ſerie concedimus facultatem, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, &c.*

In eos inquiri iuſſum.

43 Non diſſimilem in Bohemia hominum peſtem dæmonum ſocietate perniciosiſſimam hoc tempore vehementer propagatam, qua contemptui nefarios conuentus in abditis locis agerent, atque ad omne luxuriæ genus turpiſſime effunderentur, narrat hiſce verbis Ioannes Trithemius [b]: *His temporibus multiplicati fuerunt hæretici in Bohemia, qui vulgo Foſſarij nominantur, propterea quod in foſſis & occultis ſpeluncis nocte conueniunt, turpitudinem ſine differentia perſonarum more beſtiarum exercentes: qui Eccleſiam Dei & miniſtros eius contemnunt, ſacramenta irrident, infinitos ſcaturientes errores. Creſcit hoc nefandiſſimum genus hominum, & mirum in modum quotidie augetur, in tantum quod anno prænotato numerus eorum maior nouemdecim millibus fuit inuentus. Sed & nobiles atque potentes quamplures in regno Bohemiæ ad eos turpiſſimos hæreticos declinarunt, e quibus vnus Chriſtophorus nomine vir nobilis & diues quadraginta florenorum millia inter eoſdem hæreticos pro eleemoſyna diſtribuens vnus ex eis factus eſt.* Hos inter

b Trithem. chron. Spohem. hoc ann.

Foſſarij nequiſſima.

Eorum vagæ libidines.

Libidinũ licentia numerũ auxit.

diuina myſteria clanculum Chriſtianam fidem damnare ſolitos, ac tum dæmonem muſcæ horridæ ſpecie illorum ora ſubire, atque omnem memoriam myſteriorum Chriſtianæ religionis ex eorum animis Dei permiſſu delere conſueuiſſe, in impia vero ſecta adeo peruicaces euadere, vt imperiti quoque argutijs eam tuerentur, vexatique flagitij odio a catholicis, ſe martyres profiterentur, vt idem auctor proſequitur: *His temporibus in Bohemia nobilis quidam Laurentius Glatz de Rotenhauſen fide & conuerſatione bonus Chriſtianus, qui emerat oppidum quoddam Gayricke dictum, in quo reperit oppidanos ferme omnes præfatæ ſectæ hæreticos, quibus cum legem propoſuiſſet, vt aut renuntiarent errori, aut bonis omnibus relictis ab oppido diſcederent, omnes vnanimiter in baculis ſuis exierunt omnibus, quæ habuerant relictis, profecti ad alios erroris ſui conſocios, a quibus tanquam martyres Chriſti fuerunt in gaudio & honore ſuſcepti, & in cunctis neceſſarijs copioſiſſime prouiſi. Apoſtolorum ſe profitentur imitatores homines ſine Deo, ſine corde, diabolo pleni. Sunt autem homines aſtutiſſimi, & in ſua ſecta mirabiliter docendo, diſputando, & defendendo periti, in tantum quod non facile a quolibet rationibus diſceptando poterant ſuperari, nullus tam craſſi intellectus reperitur, qui tamen vſum rationis habeat liberum qui non mox ac ſectam fuerit profeſſus in ea defendenda rationibus, vt eis videtur, doctiſſimus euadat. Sed ne quis rem alicuius miraculi exiſtimet cauſam tantæ mutationis, dicemus vt omnes non Deum, ſed malignum ſpiritum in ipſis operantem intelligant. Quicunque in illam ſecretam intromitti pendentia ſocietatem exoptat, primum aliquo celebrante catholico ſacerdote eccleſiam ingreditur, & ſtans in angulo vel ſecreto aliquo loco per totam miſſam verba quædam contumelioſa (quæ nos propter infirmos exprimere non decet) contra ſacramenta loquitur ſub ſilentio, cum intentione ſibi a docente propoſita, quibus poſt finem miſſæ completis muſca magni corporis aduolat, & pennarum ſtrepitu ſignificans, ſe adeſſe præſentem oris introitum petit: at vero mox vt ille os ſuum aperuerit, ingreditur illa & homo ſpiritu diabolico impletur, efficiturque in ea ſecta doctus & mirabiliter aſtutus. Verum ipſi muſcam illam non dæmonem, ſed Spiritum ſanctum eſſe confirmant, qui in eos, vt veros Apoſtolorum imitatores, ſicut in die pentecoſtes, in illos quondam deſcendens eruditos faciat, & conſtantes, & revera non conſtantes, ſed pertinaces fiunt, nec vllis tormentorum generibus a ſuis erroribus ad rectam fidem reduci vnquam patiuntur. Nouimus conuerſum vnum, qui hæreticorum deceptus conſilio ea (quæ diximus) ſub miſſa fecit & dixit, ſed cum ſtrepitum muſcæ caput circumuolantis audiſſet pauefactus in terram cecidit, & vix muſcam ne os ingrederetur, abigere potuit. Verum non omnes, qui iam profitentur ſectam erroris, ad hanc ſecretam maligni ſpiritus infuſionem venire permittuntur ob certas rationes & cauſas.*

Dæmon muſcæ ſpecie eorum ora ſubit.

Pro tuenda impie impietate bonorum iacturam ſpernunt.

Sacra ab his profanata.

Arrepti a dæmone ſectæ argutijs tuentur.

Monacus poſt eiuratam religionem dæmonis præſentia territus.

44 De his dæmonum præſtigijs, quibus miſeri Pickardi illuſi erant, plura habet Henricus Inſtitoris [a] ordinis Prædicatorum creatus a Pontifice in eos fidei cenſor, vtque illi euangelicam fidem damnarent, vt correpti a dæmone euangelicos characteres perlegerent hæc literis prodidit: *Quidam eorum, nempe Pickardorum ſectam volens aſſumere, habuit iuxta eorum informationem in quadam domuncula verſus orientem orare, & ſic per feneſtram paruam apertam clauſis oculis Spiritum ſanctum iuxta eorum relata expectare, quod dum ille feciſſet, muſca quadam cum ſuſurro & ſono ante*

a Inſtitor. in clyp. ſhn. 2. q. 1 tract.

faciem

Digitized by Google

Pikardi vonis hiſtoria inſeſti a dæmone.

Pœnitēs poſt conſeſſionem ſcientiā omittit.

faciem eius dum volaſſet, illo ſe ſigno crucis non muniendo, os ſuum intrauit, & protinus omnem literam in vulguri & in latino legebat, cum tamen antea nec minimam literam agnouiſſet. Rediens autem per aliquod tempus ad cor, cogitanſque de animæ ſuæ damnatione propter fidei abnegationem, contritus, dum confeſſus fuiſſet, ſubito omnem ſcientiam amiſit, inſcius & ignarus, vt per antea extiterat, & ne lector ſub ambiguitate & in ſuſpenſo ad veritatem maneat, teſtor Deum & omnes ſanctos ita factum fuiſſe veriſſima plurimorum fidedignorum relatu didici, & qui hoc ipſum ex propria confeſſione illius, cui accidit perceperunt ipſum etiam addidiſſe, quod communiter omnes inter eos eſſent obſeſſi, eo quod talem ſcientiam legendi per talem caperent modum narratur & alia etiam ſub præſtito iuramento ab illo, cui acciderunt, quæ in præſentia plurimorum percepi, qui aſſerunt ex eorum informatione, quod retro miſſam dum ſtaret, habuiſſet ad ſingula verba & geſta ſacerdotis ſemper dicere: Mentitum eſt; quod tunc finita miſſa os ſuum aperiendo Spiritum ſanctum ad modum muſcæ perciperet, quæ ſingula dum pœ feciſſet etiam omnem literam legere ſciebat, & quod dum pœnituiſſet, ignarus vt prius remanſiſſet, idem recitans vt alter, quod veraciter æſtimaret pro maiori parte eos fore obſeſſos quoad inſpirationem illius ſcientiæ, licet non quoad extrinſecas vexationes, vt cæteri reperiuntur, vnde certiſſime verba thematis eis conueniunt, quod doctrinis dæmoniorum attendunt.

Sacrilegus euntandi euāgelij modus. Pikardi inſeſſi a dæmone licet non vexentur.

Negato ab his in Euchariſtia Chriſti præſētio. a Henr. Inſt. 17. Miraculū inuiſibile tranſubſtantiationis viſibilibus cōfirmatum.

45 Negabant iidem impij veram Chriſti præſentiam in Euchariſtia, quam tamen multis miraculis hiſce & alijs temporibus confirmatam memorat a: *Conſideranda ſunt*, inquit, *ea, quæ a diuina clementia iam noviter & continue operatur, non vtique alia de cauſa niſi, vt inuiſibilia miracula eo ſolidius, vt dictum eſt, in præcedentibus credantur, & quia ſacramentum altaris inter alia ſacramenta præcipuum tenet locum, quoad inuiſibilia miracula, quæ per viſibilia indigent confirmatione, ſunt aliqua tangenda de viſibilibus miraculis in diuerſis mundi partibus & regnis perpetratis ad oculum, vt iam nouiſſime in Patauia ex incineratione Iudeorum patet, vbi vſque in præſens cultor cum veſtigio cruoris miraculoſi demonſtratur, nam perfidi Iudæi dum a quodam catholico octo ſacramenti particulas quaslibet pro triginta denarijs emiſſent, & per diuerſas eorum ſynagogas ſeptem diſperſis particulis vnam intra eorum ſynagogam vtique cum cultro infixam crudeliter pertractaſſent, ſanguis miraculoſus erupit, & cultro vſque in hodiernum diem adhæſit Iudæis quibuſdam conuerſis, & non minus cum alijs incineratis. Qui etiam & alias terribiles apparitiones ſe vidiſſe atteſtati ſunt, videlicet quod dum ceſu clibanum accenſum pro decoctione panum habuiſſent, & ex terrore miraculi, quod acciderat ex infixione cultri & ſanguinis eruptione, duas particulas in ipſum clibanum dum proieciſſent, duas columbas albiſſimas euolaſſe teſtati ſunt, demptis alijs miraculis veris & ibidem ſcriptis, quæ breuitatis cauſa omittuntur, quid denique & aliud miraculoſum ſacramentum teſtatur, quod in monaſterio ſanctæ Crucis extra muros ciuitatis Auguſtæ iam ab annis trecentis & vltra ſeruatur in ſpecie cruoris ex integro tranſmutatum & quaſi innumeris decoratum miraculis cæcis viſum, mutis loquelam, ſurdis auditum præſtans, vtique liber ibidem refertus miraculis teſtatur. Similiter & in monte ſancto circa Monacenſem ciuitatem Bauariæ miraculoſum demonſtratur ſacramentum iam a ſexcentis annis, vt fertur, & papales deſuper exhibentur bullæ. Per regnum etiam Hungeriæ, & per diuerſa cœnobia vndecim habentur huiuſmodi ſacramenta miraculoſa, licet in omnibus vnicum exiſtit Chriſti corpus, quæ ſolummodo in fidei confirmationem & deuotionis augmentum Deus operatur in ſancta Romana eccleſia, & nullibi ad extra, vt & ibi vera fides, ſine qua nemo ſaluari poteſt, eſſe credatur, tacendo de alijs miraculoſis operibus, quæ etiam moderno tempore diuina clementia in partibus Lombardiæ per miraculoſam vitam quarundam ſanctarum virginum ad minus vndecim in numero adhuc in carne viuentibus operatur, de quibus infra dicemus. Quomodo ergo Pickardorum ſeu Vvulderſium ſtabit error nobis in contrarium quaſi propter abundantiam peccatorum in Eccleſia Deus a miraculis ceſſaret? Æſtimamus quod per amplius in correctionem & emendum peccatorum Deus operatur, prout & Apoſtolus dicebat: Signa non fidelibus, ſed infidelibus data ſunt; ſcilicet ſicut tunc pro infidelium conuerſione, ita & tunc pro fidelium emendatione & fidei conſeruatione.*

Pataui ex Euch. contoſſa fluit cruor.

Inde nōnulli Iudæi conuerſi.

Auguſtæ ſeruatæ ſpecies in cruorē verſæ.

Alterius miraculi monumētum in Bauaria.

a Ibid Vng.

Vera des eccl ill mi in ... [illegible]

46 Quod ad virgines ſpectat, quæ in Italia hoc tempore cœleſtibus editis virtutibus coruſcauerant; erant ea Stephana Placentina & Lucia Viterbienſis, de quibus publica monumenta attulimus ſuo loco, Addit vero Henricus Inſtitoris a de Columba virgine Peruſina: *Sunt per Lombardiam inter quamplures virgines deuotas Chriſti in magna vitæ ſanctimonia cogoitæ, & hoc dumtaxat in vna religione, quæ de pœnitentia S. Dominici nuncupatur, demptis alijs religionibus, in quibus plures clarent miraculis, & inter illas habentur tres excellentiſſimæ ſanctitatis, quarum vna nomine Columba ætatis circiter viginti quatuor annorum in ciuitate habetur Peruſina Italiæ, iam vſque in annum octauum non ſumpſiſſe aliquem cibum corporalem, tantummodo Euchariſtiæ ſacramento, & eius quotidiana ſumptione ſuſtentata, cilicio ad carnem cum ferrea catena circumcincta, ſecum habens quamplurimas virgines conſodales celibem vitam ducentes, quam & Romanus Pontifex modernus Alexander VI. viſitando rei veritatem experiri voluit, & dum capellam in eccleſia fratrum Prædicatorum intraſſet; ipſa iam communicata Chriſti corpore, eam in extaſim raptam, apertiſque oculis nihil videntem flexis genibus inuenit, faciem & caput dulciter pertractans, eam benedicens abſceſſit, & conſodales interrogans de tam mirabili extaſi, ita quod muſcas oculos apertos intrantes non perpenderet, reſponſum fuit talem extaſim ei poſt ſacram communionem eſſe quotidianam, & diuinas ſæpe recipere conſolationes & dulcedines mirabiles ex virtute ſacramenti, nec defuit populus Peruſinus etiam in primo anno ſuæ tam mirabilis conuerſationis veritatem volens experiri, an videlicet ſine corporali cibo vitam tam auſteram duceret, mulieres ad monaſterium ſororum, & præcipue ad eius habitationem ordinauerunt per menſem integrum, vt ſingulis horis tam de die, quam de nocte aliquæ ex eis, cæteris dormientibus, dum opus erat diligenter attenderent, ſi fortaſſis ex eius conſodalibus aliqua ei cibum miniſtraret, & finito menſe dum iterum per alias iuratas mulieres haberent ſcrutinium, & ſimiliter tertia vice veritate omnino explorata ſufficienter eam ſaluam dimiſerunt, Deum in tam ſtupendo opere laudantes, qui vtique ſemper mirabilium operum factor exiſtit. Sic perſeuerans, vt dictum eſt, vſque in præſentem diem.*

a Henric. Inſtit.

Columbæ ſanctimonialis ſola eucharistia ſuſtentata.

Eadem in extaſim rapi ſolita.

Rei veritas diligēter excuſſa.

47 Cum hæretici plures argutias aduerſus miracula, quæ in Eccleſia catholica diuinitus eduntur effutirent Henricus Inſtitoris, cum verorum ac falſorum miraculorum diſcrimina attuliſſet, hæc demum addidit: *Vltima differentia verorum miraculorum a falſis notatur quoad differentium vita & mor-*

Miracula quæ in eccleſia fiunt vera eſſe demonſtratur.

mortis, quia etſi a malis intra Eccleſiam ſaltem numero etſi non merito exiſtentibus ſunt miracula vera, hoc tamen in vita eorum poteſt fieri, nunquam tamen poſt mortem, prout a ſanctis in vita & poſt mortem clareſcunt, vnde quia maioris ſunt æſtimationis miracula poſt mortem, quoniam illa demonſtrant animam in cœlis maxima frui gloria beatitudinis, & hoc ex magnis præcedentibus meritis in terris acquiſitis, & talium innumerabiles reperiuntur in Eccleſia, qui poſt mortem potius, quam in vita maximis claruerunt miraculis immo in vita nuſquam, vt noviſſime in Bononia frater Iacobus Alamannus, qui ſacriſtanus in eodem conuentu S. Dominici longo tempore fuerat, licet in vita regularem vitam duxiſſet ſine omni reprehenſione, eius tamen ſanctitas poſt mortem primo reuelata fuit per miraculorum coruſcationem, cæcis viſum reſtituendo, leproſos mundando, mortuos ſuſcitando, omne genus infirmitatis expellendo, anni ſunt ſex a præſenti anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono computando, quibus ab hac luce migrauit glorioſus hic ſanctus. Et infra: *Inter alios etiam B. Vincentius confeſſor nouiter canonizatus ab annis paucis ex ordine Prædicatorum dono linguarum in ſuis prædicationibus claruit, ſicut & dono prophetiæ, cum ab omnibus nationibus diuerſarum linguarum in vno ſuo naturali idiomate intelligebatur.*

Iacobus Alamannus poſt mortem miraculis clarus

S. Vincentius a pluribus nationibus ſimul variis linguis loqui viſus

a Trithem. in chron. Sponhem. Baleſ. in addition. ad Naucl.

48 Eodem anno in Morauiæ oppido, cui Giemps nomen eſt inditum, contigit hoc prodigium, vt narrat Trithemius a, qui rei ſtupendæ hiſtoriam ſuis circumſtantijs exornat: *Eodem anno,* inquit, *poſt mortem cuiuſdam, tyranni, qui pauperes inique oppreſſerat in Morauia, cum filius in hereditate paterna ſuccedens quoddam ries caſtellum nomine Giemps cum vxore & filia inhabitauit, & ecce quadam die eo ad menſam ſedente venerunt duo maligni ſpiritus in ſpecie humana ad portam caſtri petentes intromitti, quibus portarius dixit. Qui, vel vnde eſtis? Oportet enim vt hæc domino meo denuntiem; cui illi reſpondentes dixerunt. Nec ad te pertinet, nec ad dominum tuum qui vel vnde ſimus, ſed quantocyus intromitte nos, alioqui videbis quod nobis pateſcat introitus. Portarius currens, vt hæc domino ſuo annuntiaret, cum introiſſet vbi ſedebat vidit illos duos, quos extra portam dimiſerat coram domino ſtantes, & præ timore nil poterat loqui. Illi autem poſt multa minatoria & terribilia verba horriſonaſque viſiones (vt ſim breuis in narratione) illum cum omni familia ſua exire de caſtro compulerunt. Poſt quorum diſceſſum multitudo dæmonum conueniens magna caſtrum iſtud inhabitare cœpit, vlulantes die ac nocte, atque plaudentes mirabilia faciunt.*

Pulſus tyranni filius cum familia. Dæmonũ graſſationes horridæ.

49 Comparuiſſe in Gallijs hoc etiam anno inſignem impoſtorem, qui Apollonij Tyanei vitam æmulabatur, omniſque doctrinæ ſpecimen præ ſe ferebat, narrat idem auctor b, hiſce verbis; *Apparuit his diebus Lugduni in Gallia homo natione Italus, nomine Ioannes, qui ſe Mercurium maluit appellari propter omnimodam ſapientiam, quam profitebatur antiquorum. Vxorem circumduxit & filios omnes lineis indutos, & imitatione Apollonij Thyanenſis quondam philoſophi, vt Damis eſt teſtis, cathenam ferream a collo portantes, magna promittebat, & ſe veterum Hebræorum, Græcorum, & Latinorum omnium perfectiſſimam gloriabatur habere ſcientiam, contemptor veterum, ſe cunctos eruditione excellere putabat, aſſerens neminem Græcorum vel Latinorum, præter ſe vnicum, fuiſſe ſapientem, ſe namque in omni ſcientia mundi conſummatum oſtendit, rerum naturalium ac arcanorum omnium interpretem profundiſſimum eſſe confirmat. Magnam præ ſe in publica fert grauitatem moribus & inceſſu ſeuerus cum mendicitate vitam docet propheticam, ſe natum ad res ſummas teſtatur & diuino Numine plenum. Metallorum tranſmutationem veram promittit, & nihil ignorare videri appetit: ſe felicia infelicitare, infeliciaque felicia reddere poſſe pollicetur artem ſequutus magicam naturalem, quam priſci Reges & ſapientes in pretio habuiſſe cognoſcuntur. Aliquanto tempore apud Regem Gallorum in pretio fuit, cui duo triumphantiſſima dona contuliſſe memoratur, alterum fuit enſis continens & octuaginta gladiolis refertus, alterum vero clypeus mirabilis ſpeculo illuſtratus. Hæc duo miranda ſub certa conſtellatione mirabiliter facta in quodam libello commemorat, & quem ſint productura effectum vi naturæ ſecretum manifeſtat. Denique Rex volens hominis experiri ſcientiam præcepit medicos conuenire omnes gratia diſputationis, qui facto examine dixerunt ad Regem, illum ſupra hominem ſapere, & cunctos mortales ſapientia ſuperare: aurum, quo illum Rex honorauit, omne pauperibus diſtribuit, & ſua paupertate contentus, ſibi ex omnibus penitus nihil reſeruauit.* Externam ſapientiæ ſpeciem auramque captare impoſtores atque hæreticos conſueuiſſe, vt ſimplices ſuis erroribus irretirent, ſæpius in annalibus dictum eſt, nimiumq; facile huiuſmodi hominibus principum aulæ patent, paſcendæ inani nouitate curioſæ mentis gratia, ex quo grauiſſima poſtea mala eruperunt.

b Id. ibid.

Magus Apollonium Thyanæum imulat.

Vanis ſe titillat en comna.

Inanem aſtrologiam venditat.

Cultus muneribus a Rege qui aſſicere ſupplicio debui ſſet.

50 Quod ad Ludouicum Francorum Regem attinet; multiplici ſimul cum Neapolitano, cum Hiſpano, cum Germano ſe implicare bello veritus, de conciliando ſibi Ferdinando ſuperiori anno egit, regnumq; cum eo partiri a conſtituit, Alexandrum etiam Pontificem in armorum ſocietatem, atque ad beneficiarium regni Neapolitani, cuius ſupremum imperium ad ſedẽ Apoſtolicam pertinet, conferendum ius ſpe prædæ in Cæſarem Borgiam congerendæ allexit b.

a Burch. in m. ſ. diar Alex. VI. Sabell. en. 11. l. 1. Pet. Bemb Card. hiſt. Vend. 6. Guicc. l. 5. Ferro. l. 3. Surit. to. 5. l. 4. c. 39. 40. 41. &c Marian. l. 27 c. 9. b Surit. l. 4 cap. 49.

51 Iactabat vero Ludouicus Rex Venetiſq; e pollicitus eſt parta Neapoli ad Conſtantinopolim caſtra admotum iri: bimeſtri vero ante eæ claſſes inferum mare ſulcauerant ad expeditionem Neapolitanam ituræ, quo tempore etiam exercitum terreſtrem Alegrio & Obignio ducibus Romam peruenisse, narrat Burchardus d, ſic inquiens: *Feria ſecunda vigeſima octaua menſis iunij omnes gentes ad aquam tranſuerſam allogiata venerunt per prata ad ordinationem Papæ ad burgum S. Petri per portam viridarij, & in eodem burgo conuenerunt cum eis omnes aliæ gentes Regis Franciæ in vrbe exiſtentes, & omnibus ſimul congregatis inceſſerunt ordinatæ per pontem S. Angeli ituri ad Neapolim pro executione rei ſibi commiſſæ. Papa erat in cameris horti caſtri prædicti, ſeu ſupra illius logiam, vbi cum magna delectatione vidit omnes prætereuntes. Gentium omnium peditum huiuſmodi fuerunt duodecim millia, & equitum duo millia vel circa. Gentes huiuſmodi ſecuta ſunt triginta ſex carrucha cum triginta ſex bombardis.* Coniunxiſſe cum Gallis pontificias copias Cæſarem Borgiam tradit idem auctor, additque fœdus ab Alexandro cum Gallo & Hiſpano in Fredericum antea initum ſolemni ritu feſto S. Petri promulgatum fuiſſe: *Martis die ſequenti,* inquit, *vigeſima nona iunij prædicto feſto apoſtolorum Petri, & Pauli,* & infra, *finita miſſa reuerendus dominus Hieronymus Portius epiſcopus Adrienſis intra portam cancelli accepit pluuiale rubeum & mithram ſimplicem, aſcendit ad Papam, & oſculatus eſt eius genu, petijt indulgentias, non benedictionem, quia huic orationi non conueniebat. & Papa conceſſit indulgentias plenarias. Epiſcopus aſcendit ad* pulpi-

Exercitus a Gallo Rege in Neap. regnum immiſſus.

c Surit. to. 5. l. 4. c. 38 d Burch. m. ſ. arch. Vat. p. 2. in Alex. VI. pag. 196.

Coniunctæ cum Gallicis pontificiæ copiæ

Digitized by Google

Fœdus inter Pont. & Galliæ & Hiſp. Reges promulgatū.

galpſtum, & annuntiauit fœdus ſiue legam inter ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam ac Francorum ac Hiſpanorum Reges concluſam & firmatam, de capitulis nihil. Finita oratione ac plenarijs indulgentijs per ipſum epiſcopum pronuntiatis, Papa ſtans ſine mithra in ſolio incœpit, Te Deum laudamus, quod cantores proſecuti ſunt, quo finito Papa dixit, Pater noſter, & verſiculos ac duas orationes, quas etiam dixerat in die Pentecoſtes proxime præterito, & dedit benedictionem more ſolito, & rediit ad palatium.

52 Interiectis nonnullis, vt Obignius Gallorum dux Alexandrum omnibus officijs proſecutus, & a Cardinalibus oſculo exceptus ad exercitum, qui pridie ſigna Neapolim verſus mouerat, ſe contulerit, ſubijcit Burchardus a iudiciaria ſententia Fredericum in ſacro purpuratorum patrum ſenatu iure regni Neapolitani fuiſſe ſpoliatum. Confirmat Surita b inter hos Reges extremo iunio diuiſa Neapolitana iura, nempe Calabriæ & Apuliæ ducatus Ferdinando: conceſſa Neapolitano autem & Ieroſolymitano regijs titulis cum reliquis Ludouicum fuiſſe apoſtolica auctoritate donatum, damnato læſæ maieſtatis Friderico, qui exitialia cum Baiazethe Turcarum Imperatore aduerſus rempublicam Chriſtianam fœdera percuſſiſſet, atque ingentia mala Chriſtifidelibus ea proditione intuliſſet. Exceptum ab eo ſuperiori anno Turcicum oratorem honorificentiſſime, dictum eſt, atque adeo aperte Chriſtianum nomen concitato in arma Baiazethe prodidiſſe, vt refert Surita c, vt etiam de facinore publice gloriaretur. Illi autem gratias egerat Turca d de patefactis Chriſtianorum in hoſtes fidei conſilijs, atque ad comprimendos Gallicos impetus Turcicam potentiam omnem obtulerat: verum cum ſolicitaretur, vt in Italiam transferret arma, prius Peloponeſiacas vrbes Venetis eripere, & Chriſtianorum diſſenſionem in rem ſuam vertere maluit. Profitebatur interea Fridericus ſe deſperatione ſolatio coactū confugere ad Turcā, in quem ſi pax a Gallo & Pōtifice ei daretur lubenter primus inter primos gladium ſtringeret. Sed ars illa politica, qua nutans ſolium ſibi firmare putabat, ipſum euertit, ſiquidem Ferdinandus Hiſpaniarum Rex ſceleris, quo idem Fridericus ſe tueri putabat, odio in eum conſpirauit, ac Pontifex illum, vt Chriſtiani imperij proditorem execratus ac deteſtatus, regio iure hoc diplomate exuit e.

a Id. ibid. ead. pag. 146.
b Surit. to. 5 l. 4. c. 43.

Fredericus Rex Neap. Chriſtiani imperij proditor.

c Surit. to. 5 l. 4. c. 1.
d Id. eod. cap.

Dum ſcelere firmare ſolium putat illud euertit.

e Lib. 5. bull ſecr. pag. 225 & 270. alias etiam in alio m. ſ. ſignat. Sicilia & Neap.

Ad perpetuam rei memoriam.

53 Regnans in altiſſimis & triumphans Eccleſia, cui Pater æternus cæli & terræ dominator dominus præeſſe dignoſcitur, cuique ſanctorum & ſanctarum miniſtrant agmina & angelorum laudis gloriam decantant, vicariam ſibi in terris conſtituit eccleſiam militantem vnigenito filio Dei viui domino noſtro Ieſu Chriſto ineffabili communione copulatam. Ad huius namque militantis Eccleſiæ regimen, licet immeriti, diuina diſpoſitione vocati circa quarumlibet fidelium nationum felicem ſtatum & animarum ſalutem, prout ex debito tenemur, ſummi pontificatus officij nobis, vt præfertur, iniuncti cogitatus noſtros libenter effundimus, ac partes apoſtolicæ ſolicitudinis adhibemus, ſed illa nos propenſius vrget atque compellit, vt nobis & Romanæ eccleſiæ ſubiecta regna ciuitates terras atque loca omnia & ſingula per noſtræ prouiſionis miniſterium, ſublatis ab ea ſiniſtris quibuslibet ac omnibus & ſingulis, eorum ſalutem & felicem ſtatum, nec non deſolationis euitationem concernentibus mature ac debite compenſatis vtiliſſimi ac feliciſſimi regiminis præſidio fulciantur, piaque tranquillitatis & quietis dulcedine gaudeant, & ex huiuſmodi pace & tranquillitate alia noſtra & dictæ Romanæ eccleſiæ ciuitates terræ ac loca bellorum turbinibus eorumque ſuſpicionibus libera proſperis gratulentur euentibus, ipſaque omnia etiam ad laudem & gloriam Chriſtiani nominis, noſtrumque ac dictæ eccleſiæ ſtatum ſalubrem felicia temporalium & ſpiritualium ſuſcipiant incrementa.

Dudum ſperantes quod tunc chariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus de Aragonia in fidei ſinceritate ac obedientia & deuotione erga eccleſiam Romanam perſeueraret, illamque in veram regni Siciliæ & terræ citra pharum dominam & proprietariam recognoſceret, prout etiam ſe ſponte facturum obtulerat, eiuſdem Frederici in ea parte ſupplicationibus inclinati, regnum Siciliæ cum dicta tota terra citra pharum iuxta & ſecundum illum ſtatum, quem claræ memoriæ Ferdinandus I. pater & Alphonſus II. frater præfati Frederici Regis eiuſdem regni & terræ illud melius tenebant & poſſidebant, ſiue alter eorum tenebat & poſſidebat, ciuitate noſtra Beneuentana & illius territorio ac diſtrictu exceptis, qualitercumque ad eandem eccleſiam legitime reuerſum & deuolutum eſſet, præfato Frederico pro ſe ſuiſque liberis recta linea ex ſuo corpore legitime deſcendentibus natis, & naſcituris cum cenſu annuo, alijſque conditionibus, modis, formis, adiectionibus, prouiſionibus, cautelis, clauſulis, voluntatibus, & ordinationibus tunc expreſſis, de venerabilium fratrum noſtrorum eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ac ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per alias noſtras literas conceſſimus, & confirmauimus, & de nouo largiti fuimus, volentes & intendentes præfatum Fredericum de prædictis regno & terra citra pharum, vt præfertur, per vexillum prælatæ eccleſiæ illius nomine ſibi tradendum & aſſignandum inueſtiri, recepto ab eo fidelitatis debitæ iuxta formam inferius annotatam iuramento, prout in literis prædeceſſoris, quarum tenores ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, haberi volumus pro ſufficienter expreſſis & inſertis, plenius continetur.

Vt regnū beneficētia pontificia acceperit.

54 Cum autem præfatus Fredericus poſtquam actualem de regno & terra citra pharum huiuſmodi inueſtituram per traditionem & aſſignationem dicti vexilli per tunc noſtrum & ſedis Apoſtolicæ legatum ad eum propterea deſtinatum recepiſſet, & regiam coronam capiti ſuo impoſitam de manibus dicti legati ſuſcepiſſet, iuramento fidelitatis debitæ iuxta formam inferius annotatam & homagio, nec non ſeruitio, vaſſallagio, & ligio per eum in præfati legati manibus præſtitis, quæ etiam antea per procuratorem ſuum legitimum in manibus noſtris præſtiterat, ſuæ ſalutis ſuique ſtatus & honoris immemor, Dei timore poſtpoſito, erecta ceruice in reprobum ſenſum datus, contra proximum iuramentum veniens, noſtris & eiuſdem Romanæ eccleſiæ notorijs rebellibus receptum in regno & terra prædictis dare, illiſque ac terrarum & locorum eiuſdem Romanæ eccleſiæ notorijs occupatoribus fauorem & auxilium præſtare, prouiſiones apoſtolicas etiam in fauorem eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium factas, illarumque effectum, nec nō libertatem eccleſiaſticam in noſtrum & dictæ ſedis contemptum multipliciter impedire, ac ad almam vr-

Præſtiterit fidei ſacramentum.

Deinde intregerit exceperitque rebelles eccleſiæ.

Conmurat cum Turcarũ tyranno.

bem victualia deferentibus noua victualia imponere, & etiam ne deſerrentur prohibere, ac (quod peius & abhominabilius eſt, ac Chriſtiano principe omnino indignum) intelligentiam non paruam cum Turcorum tyranno, apud quem continue ſuos tenet oratores, habere, illique adhærere, præfatique Turcorum tyranni oratores ſæpenumero cum maximo honore recipere, illoſque penes ſe retinere, & cum eis conuerſari, ipſoſque perfidiſſimos Turcos ad inuadendum Chriſtianorum terras atque loca, ac Italiam ingrediendum hortari & inducere non expauerit, ex quo ſuperiori anno maxima & fere irreparabilia damna vniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ ſubſecuta fuerunt, de quibus nobis inexcuſabili notorio conſtitit, propter quod cum iure, ſi quod ei in dicto regno & terra citra pharum competebat, ipſo iure priuatum cenſuimus, prout harum literarum ſerie cenſemus.

Omni iure regio ob flagitiũ exauctoratus.

55 Et propterea chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouicus Rex Francorum Chriſtianiſſimus, & Ferdinandus Rex ac Elizabeth Regina Hiſpaniarum catholici, quorum quilibet etiam regnum cum terra citra pharum huiuſmodi ad ſe de iure ſpectare prætendit, vt veri eiuſdem fidei catholicæ zelatores & propugnatores conſiderantes, ac animo ſecum ſæpius reuoluentes quot & quanta mala, diſpendia, & detrimenta, niſi breui occurratur, eidem reipublicæ Chriſtianæ ob rabiem ipſorum perfidiſſimorum Turcorum in dies cum maiori audacia Chriſtianorum terras inuadentium & occupantium, & ſuæ tyrannidi ac ſpurciſſimæ ſectæ ſubijcientium ex mutua præfati Frederici cum eiſdem Turchis intelligentia ſint prouentura, pro eorundem pia erga ipſam rempublicam Chriſtianam deuotione ac regia magnanimitate decreuerunt præfato Frederico eiſdem Turchis adhærente, & illos in dictum regnum (quod Deus auertat) introducere volente de regno & terra prælatis expulſo, præfatiſque regno & terra iuxta diuiſionem per nos faciendam in eorum ditionem redactis, contra ipſos Turchos terra marique noſtris adhortationibus eis ſæpius pro zelo defenſionis fidei catholicæ factis irrumpere, & vſque ad totale illorum exterminium perſeuerare more progenitorum ſuorum, qui diuerſa regna, prouincias terras, atque, loca ab infidelium manibus eripuerunt, pro parte eorundem Franciæ & Hiſpaniarum Regum & Reginæ affirmantium, ſe velle hanc contra ipſos Turcos prouinciam pro eorum pia & ſingulari deuotione, ac fidei catholicæ exaltatione, reipublicæ Chriſtianæ defenſione, habitis regno & terra prædictis, per quæ facilius aditus contra ipſos perfidiſſimos Turcos eis patebit, & ſine quibus nihil eidem ſanctæ expeditioni vtile facere poſſe confidunt, omnino ſuſcipere, & ſuſceptam non relinquere, donec, diuina fauente clementia, felicem & optatum conſequantur effectum, ac plane confidere regnum ipſum ab ipſis perfidiſſimis Turchis, ac alijs quibuſcumque defendere, & in pacis amœnitate fideliter regere & gubernare poſſe, ſolumque ſupereſſe ad hanc ſumendam prouinciam, reſque ſuas componendas, quietemque perpetuam inter eos fundandam, cum quilibet eorum, vt dictum eſt, ius in regno & terra prædictis habere prætendant, vt nos pro eadem Romana eccleſia, quam etiam ipſi in veram regni & terræ prædictorum dominam & proprietariam recognoſcere, ac iura illi etiam ratione cenſus & inueſtituræ debita exhibere volunt & intendunt, eos de eiſdem regno & terra citra pharum reſpectiue iuxta infraſcriptam diuiſionem, per nos ad euitandum diſſenſiones & bella, quæ aliter inter eos occaſione dicti regni cum maximo totius reipublicæ Chriſtianæ damno periculo & detrimento facile euenire poſſent, faciendam inueſtiremus nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cum noſtri & eiuſdem Romanæ eccleſiæ deuotiſſimi filij, & quoad vires ſuæ ſe extendere potuerunt, pro nobis & eadem Romana eccleſia pugiles & propugnatores eximij eorum paſſim ac perpetuo pro eorum pia deuotione ac regia magnanimitate ſint futuri, & ad præmiſſa omnia peragenda promptiſſimi & paratiſſimi, eos de regno & terra citra pharum huiuſmodi reſpectiue inueſtire, aliaſque eis & eorum ſtatui, totiuſque reipublicæ Chriſtianæ paci & quieti in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

De ſucceſſione Gallus & Hiſp contendunt.

Iſto fœdere Friderico & Turcis bellum indicunt.

Poſcunt vt inter eos regnum diuidatur.

56 Nos igitur ad immenſam deuotionem, quam Franciæ & Hiſpaniarum Reges & Regina præfati ad nos & præfatam ſemper geſſerunt & gerunt Eccleſiam, ac illorum præclara geſta, ſuaque quamplura grandia merita, quibus perſonas ſuas illorum largitor Altiſſimus inſigniuit, debitum reſpectum habentes, ſperantes quoque quod ipſi progenitorum ſuorum prædictorum veſtigia imitantes in ſuæ fidei ſinceritate, obedientia, & deuotione erga nos & præfatam eccleſiam perſeuerabunt, ac publicæ vtilitati, quæ priuatæ præferenda eſt, conſulentes, pro eorum regia magnanimitate atque potentia rempublicam Chriſtianam tot & tantis calamitatibus iamdudum ab ipſis perfidiſſimis Turchis oppreſſam & quaſſatam reſtituent, & liberabunt, ac rebus in diſcrimine poſitis opportune conſulent, & deinde in pacis quiete & dulcedine omnia conſeruabunt, quemadmodum per dilectos filios nobiles viros Rogerium de Agramont dominum loci de Agramont eiuſdem Ludouici Francorum, & Franciſcum de Royas dominum de villamelinri Ferdinandi et Elizabeth Hiſpaniarum Regum et Reginæ prædictorum conſiliarios et oratores ad nos deſtinatos conſtanter aſſeuerarunt, volenteſque de eiſdem regno Siciliæ citra pharum et terra vtiliter diſponere et ordinare, ac præmiſſis ſalubriter prouidere, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, habitis ſuper ijs cum eiſdem fratribus noſtris deliberatione matura, ad laudem omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ac glorioſæ ſemperque virginis Mariæ, necnon beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum, totiuſque curiæ cœleſtis triumphantis, ad honorem quoque, pacem, et tranquillum quoque ſtatum noſtrum et ſedis prædictæ ac eiuſdem Romanæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ et regni prædicti, ſalutem quoque quietem et conſeruationem principum, ducum, comitum, procerum, magnatum, et populorum eius, de fratrum noſtrorum eorundem conſilio pariter et aſſenſu, ac ex certa noſtra ſcientia, et de ſimili apoſtolicæ poteſtatis plenitudine auctoritate apoſtolica tenore præſentium, præfatum regnum Siciliæ cum dicta tota terra citra pharum in duas partes diuidentes, Neapolitanam et Caietanam ciuitates, ac totam terram laboris, et prouinciam Aprutinam pro eorum iuſto valore Ludouico Franciæ cum titulo Regis Neapolis et Jeruſalem, ducatus vero et omnes prouincias Calabriæ et Apuliæ cum tota eorum terra etiam pro eorum iuſto valore Ferdinando et Elizabeth Hiſpaniarum Regibus et Reginæ præfatis cum titulo ducis et duciſſæ Calabriæ et Apuliæ pro eis in ſimul dum vixerint, et

Mittunt oratores ad Alex.

Quæ facta inter Reges diuiſio.

alte-

Digitized by Google

alterο eorundem Regis et Reginæ Hiſpaniarum decedente pro illo ex eis, qui ſuperſtes remanſerit, ſuiſque liberis et ſucceſſoribus tam maſculis quam fœminis ex legitimo matrimonio natis per rectam lineam ex ſuis corporibus reſpectiue legitime deſcendentibus, natis et naſcituris, prout ad vnumquemque Regum et Reginæ prędictorum iuxta huiuſmodi diuiſionem pertinent qualitercumque regnum terra laboris, ducatus, et prouinciæ huiuſmodi ad eandem eccleſiam legitime reuerſa et deuoluta ſint, vel alias quouis modo illorum diſpoſitio ad nos pertineat cum omnibus iuribus et pertinentijs ſuis, exceptis tamen ciuitate noſtra Beneuentana et illius territorio et diſtrictu prędictis, cum cenſu annuo, alijſque conditionibus, modis, formis, adiectionibus, prouiſionibus, clauſulis, cautelis, voluntatibus, et ordinationibus vniuerſis, reſpectiue annotatis, de ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, poteſtatis plenitudine, et auctoritate in feudum perpetuum, ſine tamen prędiudicio iuris eis alias in regno, terra, ducatibus, et prouincijs prędictis, forſan reſpectiue competentis, et per pręſentes derogare non intendimus, diuiſione prędicta per nos inter dictos Reges et Reginam facta, ſalua tamen remanente etiam reſpectiue concedimus et elargimur; volentes et intendentes eoſdem Franciæ et Hiſpaniarum Reges et Reginam de ipſis regno et terra, ac ducatibus, prouincijs, vt præfertur, iuxta prędictam diuiſionem per vexillum eiuſdem Romanæ eccleſiæ per nos ſeu ſedem prędictam, aut per aliquem eiuſdem ſanctæ Romanę eccleſię Cardinalium vel alium, cui hoc duxerimus committendum, noſtro & eiuſdem Romanæ eccleſiæ nomine conferendum, & exhibendum de proximo inueſtiri, ac Ludouicum Regem Neapolis & Ieruſalem, Ferdinandum vero & Elizabeth præfatos Calabriæ & Apuliæ ducem & ducillam eiſque in regno, terra, prouincijs, & ducatibus prædictis ſuccedentes ita de cætero nominari, ſicque ab omnibus cenſeri, teneri, & reputari debere, ita tamen, vt ipſi ante præſentium de manibus noſtris ſeu mandatariorum noſtrorum receptionem iuxta formam inferius annotatam fidelitatis debitæ iuramentum & homagium, nec non ſeruitium, vaſſallagium, & ligium in noſtris per ſe vel procuratores ſuos ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutos, & iterato eum eos de regno, terra, & ducatibus, ac prouincijs prædictis contigerit, vt præfertur, actualiter reſpectiue inueſtiri tempore traditionis dicti vexilli, & actualis inueſtituræ prædictæ in ipſius commiſſarij noſtri noſtro & eiuſdem eccleſiæ noſtræ nomine recipientis manibus præſtent, pro huiuſmodi feudo præſtari debita, ac etiam conſueta: ciuitatem autem noſtram Beneuentanam prædictam, cum eius territorio, diſtrictibus, & pertinentijs per nos ſeu Romanum Pontificem diſtinctis vel diſtinguendis cum eorum incolis, prout illam ſibi dudum præfata Romana eccleſia ſpecialiter retinuit & reſeruauit, harum ſerie nobis & præfatæ eccleſiæ ſpecialiter reſeruamus.

Exceptũ Beneuentum.

Imperata ſponſio fiduciaria.

Et ne vllo vnquam tempore inter Franciæ & Hiſpaniarum Reges & Reginam præfatos eorumque ſucceſſores occaſione dictæ diuiſionis ac fructuum, reddituum, & prouentuum regni, terræ laboris, ducatuum, & prouinciarum prædictorum ſic diuiſorum aliquæ diſſenſiones poſſint ſuboriri, ſed inter eos pax amicitia & concordia ad effectum conſeruationis ſtatus noſtri, & eiuſdem Romanæ eccleſiæ, ac totius reipublicæ Chriſtianæ perpetuo vigeant & perſeuerent, de ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, poteſtatis plenitudine, & auctoritate, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod quilibet Regum & Reginæ prædictorum, ſuorumque ſucceſſorum, in parte eum contingente, ſicut ſupra diuiſa, plenum dominium, ac integram ſupremam æqualem & regiam in omnibus & per omnia iuriſdictionem habeat, reſeruata ſemper nobis & ſedi Apoſtolicæ prædictæ iuriſdictione illa, quæ ratione huiuſmodi feudi debetur, ac omnes fructus, redditus, prouentus, obuentiones & emolumenta, quæcumque partis eis contingentis, et ſic, vt ſupra, diuiſæ, pro eorum iuſto valore habere debeat, ita tamen quod præfatus Rex Franciæ medietatem dohanæ pecudum dictæ prouinciæ Apuliæ vltra omnia præmiſſa de manibus commiſſariorum eorumdem Regis et Reginæ Hiſpaniarum puram, quietam, et abſolutam percipiat annuatim, ac per Regem et Reginam Hiſpaniarum præfatos quolibet anno ſtatuatur vna dies, in qua dicta dohana ad firmam concedi debeat, cui conceſſioni faciendæ præfatus Franciæ Rex ſi voluerit, ſuos commiſſarios poterit deſtinare, qui prædictæ ad firmam conceſſioni ſic faciendæ intereſſe et conſentire debeant, et ſi forſan contingeret partem vnius ex Regibus et Regina præfatis ſic, vt ſupra, diuiſam maiorem annui redditus parte alterius exiſtere, fiat hinc inde inter eos compenſatio, ita, vt ipſi Reges et Regina in portionibus redditũum et prouentuum prædictorum ſint æquales, excepta tamen dicta medietate dohanæ, quam præfatus Rex Franciæ puram, quietam, et abſolutam vltra omnia, vt præfertur, percipiet ſupplentes eiſdem conſilio, aſſenſu, et ſcientia poteſtatis plenitudine, et auctoritate omnes et ſingulos tam iuris quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in præmiſſis, aut aliquo eorum.

Supremũ imperiũ reſeruatũ ſedi Apoſt.

57 Conditiones vero, de quibus ſupradictum fuit, ſunt hæ, videlicet, promittent & iurabunt tam Franciæ & Hiſpaniarum Reges & Regina præfati ex nunc in manibus noſtris, qui ſucceſſiue in ipſius commiſſarij noſtri per traditionem vexilli prædicti de regno & terra ac ducatibus, & prouincijs prædictis modo præmiſſo inueſtientis manibus, vt præfertur, quam etiam in ſingulis inueſtituris eorum ſeu in dictis regno, terra, ducatibus, & prouincijs heredes iuxta formam infraſcriptam, quod ipſi vel illi nullas vnquam conſpirationes, colligationes, vel coniurationes cum quibuſcumque Regibus, principibus, ſeu magnatibus, communitatibus, vniuerſitatibus, aut perſonis alijs fidelibus vel infidelibus contra nos vel ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices canonice intrantes, aut dictam Romanam eccleſiam, ſeu in eorum damnum facient, aut fieri conſentient, ſeu permittent quantum in eis erit, nec factas ratas habebunt, & quod nunquam a noſtra & dictæ eccleſiæ obedientia & deuotione recedent, nec aliquod ſchiſma contra nos vel ſucceſſores noſtros, aut Romanam eccleſiam facient, aut cuiuſcumque ſchiſmatis vel hæreſis imitatores erunt, ſeu fautores, nec huiuſmodi conſpirationes, colligationes, coniurationes, ſeu ſchiſma contra nos vel ſucceſſores noſtros aut eccleſiam prædictos facient, aut ſchiſmaticos vel hæreticos receptabunt, ſeu quocumque modo eis fauebunt, aut eis, ſeu eorum alteri aliquod conſilium, auxilium, vel fauorem præſtabunt, nec aliquos nobis & dictæ eccleſiæ rebelles aut noſtros ſeu dictæ eccleſiæ hoſtes vel

Quæ pactiones initæ.

Imperatum obſequium erga ſedem Apoſt.

ini-

inimicos, ſeu rerum & bonorum dictæ eccleſiæ inuaſores, aut occupatores in regno, terra, & ducatibus prædictis, aut in aliqua ipſorum parte receptabunt, aut per alios receptari quoquo modo patientur, ſeu permittent ſcienter, ſed illos efficaciter perſequentur. Si vero in eorum & ſuorum in dictis regno, ducatibus, prouincijs, heredum obitu legitimum, prout ſubſequitur, heredem & Reginam ac heredes ſuos præfatos, quod abſit, non habere contigerit, regnum & ducatus huiuſmodi ad prædictam eccleſiam Romanam & eius diſpoſitionem libere reuertantur: deſcendentes autem ex ipſis Regibus & Regina, ac ſuis heredibus dictorum regni & ducatuum & prouinciarum reſpectiue, Regibus & ducibus mares & fœminæ in illis etiam reſpectiue ſuccedant; ita tamen quod maſculi fœminis, & maiores minoribus in eodem gradu præferantur, & ſic exinde omnibus ſucceſſoribus obſeruetur: volumus tamen filium, vel filium filij vel filiæ maioris, etiam in vita patris aut matris præmortui ſeu præmortuæ in ſucceſſione prædicta ſemper patruo vel ſorori patris, aut matris, alijſque tranſuerſalibus preferri. In regno vero & ducatibus prædictis nullus ſuccedat, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus.

Succeſſionis ordo præſcriptus.

58 Ad hæc tam ipſi Reges & Regina, quam ſui in dictis regno & ducatibus heredes regnum & ducatus huiuſmodi aliter quam, vt ſupradictum eſt, & nullatenus diuident, ſed ſemper vnus tantum eorum in parte eum contigente ſub huiuſmodi conditionibus & diuiſione immmediate & in capite nomine Romanæ eccleſiæ illa reſpectiue tenebit, & tam ipſi quam prædicti ſui in dictis regno et ducatibus heredes ſub proprijs nominibus nobis et ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac Romanæ eccleſię expreſſis ſuis et heredum ipſorum nominibus ligium et homagium facient, et dictum iuramentum fidelitatis, mentionem expreſſam de pręſentibus literis faciendo, pręſtabunt, vt pręfertur. Huiuſmodi autem ligium et homagium ipſi Reges et Regina ac dicti ſui heredes facere, et iuramentum fidelitatis pręſtare iuxta ſubſcriptam formam, quilibet videlicet ipſorum Regum et Reginę, per eum vel procuratorem ſuum intra datam pręſentium literarum, quę eis, vel eidem procuratori fiet in manibus noſtris, et cum ipſos de regno et ducatibus pręfictis actualiter per traditionem dicti vexilli inueſtiri continget in manibus commiſſarij noſtri ad hoc propterea deſtinandi inueſtientis. Ijdem vero heredes, ſi Romanus Pontifex in Italia fuerit, infra ſex menſes, ſi vero extra Italiam eſſet infra annum, poſtquam regni et ducatuum pręfictorum dominium adepti reſpectiue fuerint, teneantur et ſingulis ſucceſſoribus ac eidem Romanę eccleſię renouabunt tam ipſum ligium et homagium, quam etiam huiuſmodi iuramentum. In optione autem et beneplacito erit Romani Pontificis, ſeu pręfictę eccleſię ipſos Reges et Reginam, ac heredes ſuos pręfictos vocare ad pręſtandum perſonaliter iuramentum fidelitatis, ac ligium et homagium huiuſmodi Romano Pontifici ac eidem eccleſię, dummodo ad hoc illis tutum locum ſtatuat et aſſignet, vel aliquem Cardinalium ipſius eccleſię, aut alium, qui vice Romani Pontificis iuramentum iuxta eandem formam et homagium huiuſmodi recipiat, deſtinare. Ipſi quoque Reges et Regina in noſtris ex nunc, vt pręfertur, et deinde in ipſius commiſſarij noſtri deſtinandi manibus

Reges ad obſequiū clientelę præſtādum exigi poſsūt

iurabunt, ſe ad hoc ſpecialiter fore obligatos, et tam ipſi Reges et Regina, quam ſui in dictis regno et ducatibus heredes nobis et ſingulis ſucceſſoribus prædictis, atque eidem eccleſię, quando pręſtabunt huiuſmodi fidelitatis iuramentum iurabunt, ſe ad hoc ſpecialiter obligatos, quod videlicet nunquam ipſi et ſui heredes pręfcti per ſe vel alium ſeu alios quocumque modo procurabunt, vt ipſi vel aliquis eorum eligatur vel nominetur in Regem vel Imperatorem Romanorum, vel in Regem Theutonię, vel dominum Lombardię vel Tuſcię, et ſi electionem vel nominationem ad imperium vel regnum Romanorum, ſeu regnum Theutoniæ, vel dominium Lombardię, aut Tuſcię, ſeu maioris partis huiuſmodi de illis celebrari contigerit, nullum huiuſmodi denominationi, vel electioni aſſenſum pręſtabunt, aut ſe intromittent vllo modo in regimine ipſius Imperij vel regni Romanorum, ſeu Theutoniæ, aut dominij Lombardiæ, ſeu Tuſciæ vel maioris partis eorundem ad quodcumque eorum ipſi nominati fuerint vel electi.

59 Quod ſi ipſi Reges et Regina, vel aliquis in dictis regno vel ducatibus heredum ſtudentibus et procurantibus eis ad imperium ipſum ſiue dictum regnum Romanum, ſiue regnum Theutonię, aut dominium Lombardię, ſiue Tuſcię aut maioris partis eorum electi ſeu nominati fuerint, aut ſi poſt talem electionem in imperij vel regni Romanorum, ſiue regni Theutoniæ, aut dominij Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, aut maioris partis ipſorum regimini ipſi ſe manifeſte intromiſerint ſine expreſſo noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum mandato, eo ipſo a iure regni et ducatuum prædictorum reſpectiue cadant ex toto, illaque prorſus amittant, et ad Romanam eccleſiam libere reuertantur. Si autem ipſi Reges et Regina, vel aliquis ex dictis heredibus electioni vel nominationi pro tempore factæ, non procurantibus ipſis, aut etiam palam vel occulte procurantibus, forſan conſenſerunt et quod huiuſmodi electioni vel nominationi, ſeu iuri omnino renunctient, et quod de imperio, ſeu aliquo præmiſſorum, ad quod electus ſeu electi, nominatus ſeu nominati fuerit aut fuerint, nullatenus ſe intromittat ſeu intromittant moniri, niſi infra quatuor menſium ſpatium poſt nominationem huiuſmodi, vel tali electioni vel nominationi aut iuri renuntiauerit ſeu renuntiauerint, vel ſi de ipſo imperio vel aliquo præmiſſorum, ad quod electus ſeu nominatus electi ſeu nominati fuerit ſeu fuerint, ſe intromiſerit vel intromiſerint quoquo modo, ex hoc ſit vel ſint eiſdem regno et ducatibus, et omni prorſus iure eorum reſpectiue priuatus ac priuati, et vt dictum eſt, ad eccleſiam libere deuoluantur. Si vero ad eos vel ſuos in eiſdem regno et ducatibus heredes non poſſit talis monitio peruenire, ſuper quo vtroque impedimento videlicet, quod moneri commode nequeant, credetur et ſtabitur aſſertioni dumtaxat Romani Pontificis, ſufficiat monitio publica et ſolemnis, ita quod ſi infra ſex menſes eorum quilibet, prout eum concernit, non renuntiauerit, vel heredes non renuntiauerint, aut de imperio ſeu aliquo alio prædictorum, ad quod ipſi vel heredes ſui electi vel nominati fuerint, quomodolibet ſe intromiſerint, ex hoc cadant ab omni iure regni et ducatuum prædictorum, ac illa ad ipſam Romanam eccleſiam libere deuoluantur.

Imperiū cum regno Neapol. coniungi vetitum.

Si iungātur regnum ad eccleſiam deuoluatur.

60 Cæterum ſi contigerit aliquem de prædictis heredibus, qui deberet in prædictis regno et

duca-

Lombardiæ, aut Tuſciæ, vel maioris partis eorum nominari, ſeu eligi vel aſſumi, nullatenus eorum regni & terræ poſſeſſionem nanciſcatur, vel habeat, nec ſe de illorum cura ſeu dominio aut regimine per ſe vel alios aliquatenus intromittat, niſi imperio ſeu regno Romanorum, ſeu regno Theutoniæ, aut dominio Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, ſeu maioris partis eorum, ad quodcumque eorum electus ſeu nominatus fuerit, vel aſſumptus & omni iuri ſibi de illis competenti omnino renuntiet, & ſi illorum aliquod, ſiue de iure ſiue de facto, tenere voluerit regnum & ducatus huiuſmodi, omnino dimittat ipſa nullo vnquam tempore reaſſumpturus cadatque, atque ab omni ſucceſſione & iure, quod in regno & ducatibus huiuſmodi ſibi competerent, ipſo facto, ita quod illa ad Romanam eccleſiam, eiuſque diſpoſitionem plenarie & libere deuoluantur. Quod ſi non extantibus maſculis fœmina in eiſdem regno & ducatibus prædictis ſucceſſerit, illa Regi vel Imperatori Romano, ſeu in Regem vel Imperatorem Romanum electo, aut Regi ſeu electo in Regem Theutoniæ, ſeu dominum Lombardiæ, aut Tuſciæ, vel maioris partis eorum dominum, nunquam matrimonialiter copuletur, & ſi contrarium fecerit, eo ipſo cadat a regno & ducatibus prædictis, & prorſus ipſorum iure priuata ſit, illis ad eandem eccleſiam deuolutis. Si autem Reges & Regina præfati, vel aliquis ſuorum in regno vel ducatibus prædictis heredum contra hoc venerit vel venerint, eo ipſo excommunicati, & inſuper labe & periurij reatu reſperſi & notati exiſtant. In huiuſmodi quoque iuramento etiam per dictos Reges de proximo faciendo ipſi & ſui in dictis regno & ducatibus heredes, quoties illud præſtiterint, addeot expreſſe, quod nullo vnquam tempore regnum, ſeu imperium Romanum, aut regnum Theutoniæ, vel dominium Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, aut eorum maioris partis, ſeu Lombardiam, vel Tuſciam, vel maiorem partem earum per ſe vel alium ſeu alios occupabunt, capient, vel acquirent, aut ſibi alias quomodolibet vendicabunt, vel dicti heredes per ſe, vel alium ſeu alios occupabunt, capient, vel acquirent, aut ſibi alias quomodolibet vendicabunt ſine noſtra ac ſucceſſorum noſtrorum expreſſa voluntate & aſſenſu, & ſi ſecus fecerit ſeu fecerint ſecundum prædictam formam pœnas ſimiles incurrat & incurrant.

Si fœmina regno vel ducatu Calabriæ ſuccedat nõ poſſit nubere Roman. Regi.

61 Quod autem dicitur de maiori parte Lombardiæ ſeu Tuſciæ intelligatur ſcienter & præter quam de ducatu & dominio Mediolanenſi, ac alijs terris & dominijs, quæ præfatus Ludouicus Rex ibi tenet & poſſidet, ac ad eum ratione ducatus & dominij prædictorum pertinent. Si vero ignoranter eadem ad mandatum Eccleſiæ dimittere teneatur, & ipſi heredes teneantur & ſi ea ad mandatum eccleſiæ dimittat ſeu dimittant non incidat nec ipſi incidant in pœnam in iſto articulo & ſimilibus conſtitutam, ſi vero monitus aut moniti non dimittat ſeu dimittant, incurrat & incurrant pœnam, prout eſt in hoc articulo & in alijs conſtitutam. Quod ſi forte in poſterum Regem & duces præfatos contingat in Imperatorem eligi, poſtquam regni & ducatuum prædictorum fuerint poſſeſſionem adepti, non tranſeant ad imperium, alioquin in pœnas incidant in hoc articulo & alijs ſimilibus comprehenſas.

Quod ſi regni & ducatuum prædictorum poſſeſſione nondum habita vel obtenta in Imperatorem electi tranſire voluerint ad imperium, in manibus ipſius Romani Pontificis, vel illius, quem ad hoc idem Pontifex duxerit deſtinandum, filium ſucceſſurum in regno & ducatibus prædictis, cuiuſcumque fuerint ætatis emancipent, ac regno & ducatibus præfatis renuntient, nihil iuris in eis retinentes clam vel palam, nec etiam cuiuslibet patriæ vel alterius poteſtatis occaſione, nec ipſum filium ad ſubſidium vel aliquod ſeruitium faciendum iuramento vel voto, ſtipulatione vel facto ſibi vel ſucceſſoribus ſuis aſtringant, ſicque factus filius ſui iuris ab eodem Romano Pontifice vel alio deſtinato ab ipſo protinus inueſtiatur de regno & ducatibus prædictis, ad quorum ſucceſſionem, ſi forte decederet ſine liberis, nullo vnquam tempore pater veniat Imperator exiſtens, ſed ſi imperio & omnibus, quæ ad ipſum imperium pertinent, idem pater renuntiare voluerit, & ipſis regno & ducatibus tantum eſſe contentus, poſt renuntiationem huiuſmodi ad illorum ſucceſſionem libere admittatur, & tunc ab ipſo Romano Pontifice vel alio deſtinato ab eo inueſtituram recipiat regni & ducatuum prædictorum, idem vero filius ſic aſſumptus ſi maior decem & octo annis fuerit, libere adminiſtret, ſed quandiu minor extiterit tam ipſe, quam regnum & ducatus huiuſmodi in cuſtodiam Romanæ eccleſiæ remaneant, donec Rex vel dux ipſe ætatem compleuerit antedictam: fructibus nihilominus & obuentionibus ipſorum regni & ducatuum, ex quibus ſumptus neceſſarij faciendi pro eorundem regnis & ducatuum cuſtodiam deducentur Regi vel duci conſeruandis eidem, & lucro alteri ratione ipſius cuſtodiæ non ceſſuris. Quæ vero de filio dicuntur, vt & videlicet regnum & ducatus huiuſmodi poſſint ſub obſeruatione præmiſſa a patre ad imperium tranſeunte dimitti.

Filius vocatus ad imperiũ emancipandus.

62 De filia etiam duximus ſtatuendum, ſaluis alijs conditionibus ſupradictis, & ſi Rex vel dux non habens filios in Imperatorem electus ad imperium tranſire voluerit, de perſonis, quas ſupra diximus, liberis non extantibus, in regno & ducatibus prædictis ſuccedere poſſint alij, qui ſuperſtites fuerint, quæ de filio & de filia prærordinauimus obſeruentur in illis, excepto emancipationis articulo, qui in ſolis illis procedere poterit, qui capaces emancipationis exiſtant ratione patriæ poteſtatis. Declaramus etiam quod ſi Regi vel duci ſiue filio decedenti ſuperſtes ſit filia vel mulier alia, quæ iuxta præfatam formam debeat ad huiuſmodi ſucceſſionem admitti, & quæ Imperatori, dum Rex ipſe viueret, fuerat deſponſata vel nupta, illa non ſuccedat, vt præmittitur, & ſi regno & ducatibus prædictis ſibi delatis Imperatori nupſerit, cadat protinus & ab eiſdem, niſi vice eius imperio prorſus renuntiatis ipſis regno vel ducatibus ſolummodo ſit contentus. In primo autem caſu, repulſis filia & alijs prædictis, ad perſonas alias ſeruatis gradibus regnum & ducatus prædicti perueniant, quæ prænotatæ ſunt, quod in eiſdem regno & ducatibus poſſunt ſuccedere, ſi Regi vel duci præmortuo liberi non ſuperſint. In ſecundo autem caſu regnum & ducatus ipſi ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur, regnumque & ducatus prædicti imperio nullo modo ſubdantur, ſeu ſibi vllo vnquam tempore in eadem perſona quomodolibet vniantur, & præciſe ſuper hoc articulo tam per pœnas ſpirituales, quam alias cautiones cauebitur

Digitized by Google

bitur iuxta Eccleſiæ voluntatem quomodocumque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum cum protſus ſit intentionis Romanæ eccleſiæ, vt regnum & ducatus huiuſmodi nullo vnquam tempore vniantur, vt ſcilicet vnus Romanorum Imperator & Neapolis Rex, aut Calabriæ & Apuliæ dux exiſtat. Quod autem circa vnionem huiuſmodi cum impetio dicimus, hoc ipſum circa vnionem cum regno Romanorum & regno Theutonico, ſeu cum Lombardia, vel Tuſcia, ſiue cum majore parte ipſorum Lombardiæ & Tuſciæ, exceptis ſuper expreſſis, intelligimus & volumus eſſe dictum.

Quodnā vectigal nummarium indictum.

63 Pro toto vero generali cenſu regni Neapolis quatuor, ac pro cenſu ducatuum Calabriæ & Apuliæ prædictorum etiam quatuor millia vnciarum auri ad pondus ipſorum regni & ducatuum in feſto B. Petri Apoſtoli de menſe iunij, vbicumque Romanus Pontifex fuerit, ipſi Romano Pontifici & Romanæ eccleſiæ per dictos Reges & regnum ac ſuos in dicto regno & ducatibus heredes annis ſingulis perſoluentur. Si vero ipſi Reges & Regina, vel ijdem ſui in dictis regno & ducatibus heredes quocumque termino non ſoluerint integre cenſum ipſum, & expectati per duos menſes terminum ipſum immediate ſequentes de illo ad plenum non ſatisfecerint, eo ipſo erunt excommunicationis vinculis innodati. Quod ſi ſecundo termino infra alios duos ſubſequentes menſes ſine diminutione qualibet non perſoluerint, totum regnum & ducatus huiuſmodi eccleſiaſtico erunt interdicto ſuppoſita. Si vero nec in tertio termino, nec infra alios duos menſes proximos per plenam ſatisfactionem illius eiuſdem cenſus eis duxerint conſulendum, ita quod tranſactis eodem tertio termino, ac duobus proximis ſequentibus menſibus non ſit de huiuſmodi cenſibus primi termini ipſi Romanæ eccleſiæ ſatisfactum integre, ab eiſdem regno & ducatibus ipſorumque iure cadant ex toto, regnumque & ducatus huiuſmodi ea tunc ad eandem Romanam eccleſiam integre & libere reuertantur. Si autem de cenſibus huiuſmodi primi termini infra dictum tertium terminum, & duos ſubſequentes menſes plenarie ſatisfecerint, nihilominus ſemper pro dictis cenſibus ſingulorum terminorum ſimili modo ſi dictorum ſolutione ceſſauerint, vel illos non ſoluerint ſimiles pœnas incurrant, ſaluis aliis pœnis & proceſſibus, quæ vel qui de iure inferri vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc caſu.

Singulis triennijs equus albus a Rege & Duce offerēdus.

64 In quolibet etiam triennio ipſi Reges & Regina, ſuique in dictis regno & ducatibus heredes dabunt nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus quilibet vnum palafredum album pulchrum & bonum in recognitionem veri dominij eorundem regni & ducatuum. Ad hæc, cum regnum & ducatus huiuſmodi poſſideant, & in eis plenam obedientiam habeant, ac Neapolis & Ieruſalem verus Rex & ducatuum prædictorum verus dux & vera ducissa cum omnibus regijs & ſupremis præeminentijs reſpectiue cenſeantur, vt præfertur, pro inueſtitura huiuſmodi ex nunc ſub infraſcriptis terminis ſoluant nobis & præfatæ eccleſiæ Romanæ quinquaginta millia marcharum ſterlingorum æquis portionibus inter vos diuidendos, videlicet infra ſex menſes proxime venturos decem millia, & infra alios ſex menſes poſt eoſdem primos ſex menſes ſucceſſiue computandos ſex alia decem millia marcharum vſque ad totam ſummam quinquaginta millium marcharum ſterlingorum huiuſmodi, donec tota ipſa ſumma per ipſos Reges & regnum aut nomine ſuo nobis & eidem eccleſiæ fuerint perſoluta. Quod ſi in eiſdem terminis illas non perſoluerint, liberum erit nobis vel eidem Romano Pontifici contra eos pro ſingulis terminis ad pœnas ſpirituales & temporales procedere, prout nobis vel ipſi videbitur expedire. Quandocumque autem Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, aſſeruerit vel dixerit Romanam eccleſiam indigere, ita quod ſuper indigentia huiuſmodi Romani Pontificis ſimplici verbo ſtetur, ipſi Reges & Regina, vel ſui in dicto regno & ducatibus heredes requiſiti ab eo in vrbem, in Campaniam, in patrimonium B. Petri, in Tuſciam, in ducatum Spoletanum, in marchiam Anconitanam, ad præmiſſam ciuitatem Beneuentanam, & eius territorium ac pertinentias, quæ vt præfertur, eidem remanebunt eccleſiæ, ac in ciuitates noſtras Peruſinam, ciuitatem Caſtelli, Bononienſem, Ferratienſem, Auinionenſem, & comitatum Venayſini, & in omnes alias terras, ipſius eccleſiæ vbicumque exiſtentes trecentos milites equis & armis decenter munitos & paratos, ita quod vnuſquiſque ipſorum habeat quatuor equitaturas, vel tres ad minus, quilibet videlicet eorum medietatem in eccleſiæ prælibatæ obſequium & ſubſidium tranſmittet & tranſmittent per tres menſes integros ipſorum & ſuorum prædictorum in dictis regno & ducatibus heredum ſumptibus & ſtipendijs ſemel tunc in anno in ſeruitijs eiuſdem eccleſiæ moraturos menſibus ipſis a die, qua ijdem milites terram ſui dominij vel fines ſui diſtrictus egreſſi fuerint, per vulgares dietas et ſolitas computandis, et ſi maluerit eccleſia, eadem ingruente neceſſitate, ſuper qua ſtetur verbo Romani Pontificis, vt dictum eſt, nauali exercitu iuuari prædicti milites debita taxatione et recompenſatione præhabita in nauale ſubſidium commutentur.

Vectigal militare impoſitū

65 Verum quia prædicta ciuitas Beneuentana, quam hactenus Romana eccleſia ſibi retinuit in ſuum demanium ſeu dominium cum omnibus ſuis iuribus et pertinentijs reſeruauit, et totum territorium ciuitatis eiuſdem cum finibus eius antiquis, quas Romanus Pontifex quomodocumque ſemel tantum, ſi placuerit, bona fide diſtinguet eidem eccleſiæ, et in eius proprietate libere remanebit nullo iure in eis eiſdem Regibus et Reginæ, vel cuicumque alij de regno et ducatibus prædictis retento, ſeu quomodolibet reſeruato, diſtinctionique per Romanum Pontificem ſemel faciendæ, vt dictum eſt, ſtabunt ipſi Reges ac Regina, ac prædicti ſui in dictis regno et ducatibus heredes abſque contradictione ſeu refragatione quacumque, prout ipſa diſtinctio per literas apoſtolicas apparebit. Pro dicta quoque ciuitate Beneuentana reparanda, reficienda, et fortificanda per Romanam eccleſiam exponent per ſeptennium pro lignationibus omnia nemora ipſorum regni & ducatuum, et omnem materiam ad ædificium opportunam, vt puta lapides et arenam, quæ puteolana vocatur, cæmenta et ſimilia, et ſine præiudicio iuris ſingularum perſonarum ad vnam diætam prope Beneuentum. Præſtabunt etiam ipſis Beneuentanis ſecuritatem por totum regnum et ducatus prædictos. Inſuper priuilegia in dicta ciuitate a Regibus et principibus conceſſa illibata ſeruabunt omnia ſtatuta per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem, ſeu quoſcumque alios Reges, et per quondam

Limites agri Beneuentani diſtinguendi a Pont. decernuntur.

dam

Digitized by Google

dam Ioannam olim Reginam prædictam facta contra libertatem ciuitatis eiuſdem reuocabunt; et in omnibus et per omnia, quæ libertatis fuerint cæteris regnicolis parificabunt illa, nec alia ſtatuta ſeu aliquas leges condent in poſterum, per quæ dictæ ciuitati directe vel indirecte poſſit præiudicium generari, et pro Apoſtolicæ ſedis et B. Bartholomæi patroni ciuitatis eiuſdem reuerentia fidantias ab omnibus remitti facient et remittent eiſdem. Fidentiarum autem remiſſio eſt conceſſio libertatis, vt ciues Beneuentani poſſint libere vineas et terras excolere, ac ipſarum fructus ac fruges recolligere, ac eaſdem vineas et terras vendere, et de ipſis pro ſua voluntate diſponere ſine aliqua exactione vel muneris donatione.

66 Ipſi autem Reges et Regina, ac dicti ſui in eiſdem regno et ducatibus heredes in dicta ciuitate et eius territorio ac pertinentijs ſuis, quæ Romanæ eccleſiæ remanebunt, vel in vrbe, ſeu Campania, vel Maritima, ſeu ducatu Spoletano, aut marchia Anconitana, vel in patrimonio B. Petri in Tuſcia, in ciuitatibus Peruſina, ciuitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Auinionenſi, et comitatu Venayſino, ſeu in alijs quibuſcumque dominijs ſiue feudis ipſius eccleſiæ vbilibet conſtitutis, ex ſucceſſione, vel legato, aut donatione, vel venditione, aut alio quocumque iure, ſine titulo, ſeu contractu nihil vnquam eis acquirent vel vendicabunt, ſeu poterunt acquirere, vel quomodolibet vendicare, et nihil vnquam recipient vel habebunt, aut retinebunt, ſeu poterunt recipere vel etiam retinere, aut nullam poteſtariam, capitaniam, vel rectoriam, nullumque alium honorem, nullam dignitatem ſeu poteſtatem ſenatoriam, vel quamcumque aliam adminiſtrationem ſeu commendam, nec quodcumque aliud officium recipient ſeu recipere poterunt in eiſdem. Hoc autem intelligimus de illis heredibus ipſorum Regum et Reginæ ac ſuorum in dictis regno et ducatibus heredum, qui in eiſdem regno et ducatibus ſuccedent, noluimus enim quod delictum aliorum heredum, qui ſuccederent ipſis Regibus et Reginæ vel illis in ciuitatibus et alijs terris eorum in pœnam hæredis, qui eſt eiſdem Regibus et Reginæ vel heredibus ſucceſſurus, in regno et ducatibus præfatis aliquatenus extendatur. Nec vero huiuſmodi alij heredes ipſorum Regum et Reginæ vel heredum ſuorum contra ea, quæ in iſto continentur articulo, aliquo forſan tempore venire præſumant acquirendo, vel vendicando, aut recipiendo vel habendo ſeu retinendo ſibi aliquid in terris in articulo ipſo expreſſis, ſeu comprehenſis, vel recipiendo, habendo, vel retinendo in terris eiſdem poteſtariam, capitaniam, vel rectoriam, vel aliquid aliud de ijs, quæ in articulo continentur eodem, ſic ſuper ijs duximus prouidendum, vt videlicet nulli etiam huiuſmodi aliorum heredum dictorum Regum & Reginæ vel ipſorum nullo vnquam tempore liceat ſibi quidquam in eiſdem terris acquirere, ſeu vendicare, percipere, habere, vel etiam retinere poteſtariam, ſeu capitaniam, vel rectoriam, vel aliquid aliud in ijs, quæ, prout dictum eſt, in eodem plenius continentur. Quicumque autem ipſorum ſecus præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat, nec ipſe nec eius poſteri in perpetuum poſſint in eiſdem regno & ducatibus ſuccedere, ſi aliquo caſu huiuſmodi ſucceſſio deferatur, ſed ab illa repellatur omnino, & nihilominus ille, qui tunc eorumdem regni vel ducatuum gubernaculo præſidebit Romano Pontifici potenter aſſiſtere teneatur. Si vero dictorum Regum & Reginæ in ipſis regno & ducatibus heredes prædictam ciuitatem Beneuentanam, territorium, & pertinentias eius, quæ remanebunt eccleſiæ, vel aliquam partem eorum, aut Campaniam, ſeu Maritimam, vel vrbem, vel ducatum Spoletanum, aut marchiam Anconitanam, ſeu patrimonium B. Petri in Tuſcia, aut ciuitates Peruſinam, ciuitatem Caſtelli, Bononienſem, Ferrarienſem, vel Auinionenſem, aut comitatus Venayſini, vel alias quaſcumque terras Romanæ eccleſiæ vbilibet conſtitutas, vel ipſarum aliquam partem occupauerint, ſeu occupari fecerint, ſeu ſuper ijs offenderint vel moleſtauerint eccleſiam, ſeu fecerint moleſtari, etiam poſtquam deſuper a Romano Pontifice moniti & requiſiti fuerint, vel ſi commode moneri aut requiri nequiuerint, iuxta ipſius Romani Pontificis aſſertionem, vel dictum, poſtquam ad hoc publice & ſolemniter ipſos Reges & Reginam vel dictos heredes monuerint infra tres menſes non reſtituerint integre omnia occupata, eo ipſo ab ipſorum regni & ducatuum iure cadant totaliter, ipſaque regnum & ducatus prorſus amittant, & ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur. Quod ſi etiam reſtituerint occupata, nihilominus ad plenum de vniuerſis iniurijs & damnis illatis ad mandatum eiuſdem Romani Pontificis ſatisfacere teneantur. Alij quoque heredes dictorum Regum & Reginæ, videlicet qui eis non ſuccedent in regno & ducatibus prædictis, occupare vel occupari facere ſuper illis eandem eccleſiam non attentent, illi vero qui ſecus fecerint, præmiſſas pœnas incurrant, vt videlicet eo ipſo ſint excommunicati, & tam ipſi, quam eorum poſteritas in perpetuum ad ſucceſſionem regni & ducatuum prædictorum, ſi in aliquo caſu forte eadem ſucceſſio deuolueretur ad illos, nullatenus admittantur, & Rex Neapolis vel dux Calabriæ & Apuliæ, qui tunc erit, teneatur aſſiſtere Romano Pontifici contra ipſos, vt ſuperius eſt expreſſum.

Veniti Reges affectare magiſtratū in ditione eccl.

Intentatæ contra tenentibus pœnæ.

Vel occupantibus iura pontificia.

67 Sane omnibus eccleſijs tam cathedralibus metropolitanis, quam alijs regularibus & ſæcularibus, necnon omnibus prælatis & clericis, ac vniuerſis perſonis eccleſiaſticis ſæcularibus, vel regularibus, & quibuſcumque religioſis locis regni & ducatuum prædictorum plenarie dimittantur, & reſtituantur integre omnia bona eorum immobilia, a quibuſcumque ablata vel occupata ſint, & per quoslibet detineantur mobilia, quæ extant, & poterunt inueniri, ſimili modo reſtituantur eiſdem: hæc autem reſtitutio fiat abſque contradictione vel difficultate qualibet ſicut nanciſcentur prædictorum regni & ducatuum poſſeſſionem, hoc modo ſcilicet, quod ſtatim illa parte ipſorum regni & ducatuum, quæ eiſdem Regibus, & Reginæ, vel ipſis heredibus obediat, reſtitutio ipſa fiat, ipſaſque poſtmodum ſucceſſiue conſeruabitur, ſicut regnum & ducatus huiuſmodi habebuntur. Ne autem ſuper ijs rebus reſtituendis oriri poſſit aliqua difficultas, deputabuntur a Romanis Pontificibus aliqui viri diſcreti, ad quorum mandatum & arbitrium bonorum & rerum mobilium & immobilium, quæ extat, reſtitutio plena fiet ita quod earum, de quorum dominio vel poteſtate ſeu poſſeſſione notorium fuerit, ad eorum arbitrium & mandatum mox reddentur. In dubijs vero per ipſos de plano, abſq; iudicij ſtrepitu, diligentius veritas inquiretur, ſufficiat autem vocari camerarium, vel procuratorem, vel baliuum

Iura priſtina eccleſijs reſtitui iuſſa.

in cuius iuriſdictione vel bailiuatu bona, de quibus agetur, conſiſtent ad videndum iurare teſtes, qui in huiuſmodi depoſitione deponent,

68 Omnes inſuper eccleſiæ tam metropolitanæ & cathedrales, quam aliæ ſæculares & regulares nec non omnes prælati & clerici, ac vniuerſæ perſonæ eccleſiaſticæ ſæculares & religioſæ, & quæcumque religionis loca in regno & ducatibus prædictis conſiſtentia cum omnibus bonis ſuis in electionibus, poſtulationibus, nominationibus, prouiſionibus, quas ſaluis reſeruationibus apoſtolicis fieri contigerit, & omnibus alijs plena libertate gaudebunt, nec ante electionem, ſiue in electione, vel poſt Regis aut ducis vel duciſſæ aſſenſus ac conſilium aliquatenus requiretur, quam vtique libertatem ipſi Reges, & Reginæ, & ſui in ipſis regno & ducatibus heredes ſemper manutebunt & conſeruabunt, ac manuteneri & conſeruari facient ab omnibus ſubditis ſuis, dictæque eccleſiæ & perſonæ vtantur libere bonis & iuribus ſuis omnibus, ſaluo eiſdem Regibus ac Reginæ, ac ſuis in huiuſmodi regno & ducatibus heredibus iure patronatus in eccleſijs tantum, quantum in hac parte patronis eccleſiarum canonica inſtituta concedunt, vbi antiqui Reges Siciliæ in dictis regno & ducatibus reſpectiue, ac etiam eorundem ducatuum Calabriæ & Apuliæ duces huiuſmodi ius patronatus in ipſis eccleſijs habebant. Omnes etiam cauſæ ad forum eccleſiaſticum in regno & ducatibus prædictis & pertinentijs libere & abſque vllo impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur coram ordinarijs & alijs eccleſiaſticis judicibus & terminabuntur per eos. Et ſi ad ſedem Apoſtolicam pro huiuſmodi cauſis appellari contigerit, tam appellantes quam appellati ad eandem venire ſedem pro appellationum proſecutionibus libere, & abſque inhibitione aliqua permittentur, Sacramenta vero fidelitatis præſtabuntur ſecundum antiquam & rationabilem conſuetudinem, prout canonica inſtituta permittunt, ab illis eccleſiarum prælatis, quorum prædeceſſores antiqui illa Siciliæ Regi præſtiterunt reſpectiue ſecundum diuiſionem prædictam, Ab illis autem prælatis & eccleſijs, qui regalia, ſiue temporalia bona tenent, ſi tamen ſint, qui huiuſmodi bona teneant a dominis regni & ducatuum, & alijs dominis temporalibus, & qui ratione bonorum temporalium huiuſmodi ad antiquo conſueuerunt Regibus & ipſis dominis temporalibus ſeruitia exhibere huiuſmodi honeſta & antiqua ſeruitia ſecundum rationabilem & antiquam conſuetudinem, &, ſicut inſtituta patiuntur canonica, impendentur, ſalua tamen Romani Pontificis & Apoſtolicæ ſedis auctoritate & iuriſdictione plenaria, & libera poteſtate.

Cauſæ eccleſiaſt. ad forum prophanum non trahãtur.

69 Circa eccleſiaſticas & alias regulares & ſæculares perſonas, & loca eccleſiaſtica prædicta tam in faciendis prouiſionibus & electionibus confirmandis, quam quibuſcumque alijs conceſſionibus & gratijs, ac ſuper eis conficiendis literis apoſtolicis, quas ceſſante omni impedimento per eos ſeu officiales & ſubditos ſuos præſtando permittent libere & abſolute executioni debitæ demandari, quinimmo præſtantes impedimentum aut retinentes & inobedientes comprimentur & punient, & ad obedientiam & reuerentiam literis apoſtolicis exibendam compellent & conſtringent, & requiſiti manu militari, prout ipſarum literarum apoſtolicarum executori iudici ſeu nuntio videbitur, aſſiſtent remedijs opportunis. Reuocabunt etiam Reges

Diplomata pontificia tradentur operi.

& Reginæ, & ſui in dictis regno & ducatibus heredes omnes conſtitutiones & leges per dictum Fredericum Regem Siciliæ, ſiue per Conradum ipſius Frederici filium, aut Manfredum quondam principem Tarentinenſem, ſeu per dictam quondam Ioannam Reginam, vel alios Reges, aut Reginas regni & ducatuum præfatorum, ſeu alios quoſcumque, editas contra eccleſiaſticam libertatem, nec ſtatuta edent aut conſuetudines introducent, ſeu etiam promulgabunt, per quæ iuri & libertati eccleſiaſticæ in aliquo derogatur. Promittent etiam quod nullus clericus, aut perſona eccleſiaſtica eorundem regni & ducatuum in ciuili vel criminali cauſa ad faciendum fidem de titulo vel poſſeſſione clericatus conuenietur coram iudice ſæculari, niſi ſuper feudis iudicio petitorio conueniatur ciuiliter; ſed omnes eccleſiæ & monaſteria, hoſpitalia, & alia pia & religioſa loca, & beneficia, ac perſonæ eccleſiaſticæ regni & ducatuum prædictorum omnimode erunt liberæ & libera, & in nullo Regi aut duci ſubiacebunt.

70 Nullas inſuper tallias ſeu collectas imponent eccleſijs, monaſterijs, locis vel beneficijs prædictis, aut clericis & perſonis eccleſiaſticis, ſeu rebus eorum: & in eccleſijs in dictis regno & ducatibus vacantibus ipſi Reges & Reginæ, vel prædicti ſui in dictis regno & ducatibus heredes nulla habebunt regalia, nulloſque fructus, redditus, & prouentus, nullaſque etiam obuentiones. & nulla prorſus alia recipient ab eiſdem, cuſtodia eccleſiarum earundem interim libera remanente penes perſonas eccleſiaſticas iuxta canonicas ſanctiones: comites vero, barones, milites, & vniuerſi homines totius regni & ducatuum prædictorum viuent in eadem libertate, & habebunt illas immunitates illaque priuilegia & eis gaudebunt, quas & quæ tempore claræ memoriæ Guillelmi ſecundi Siciliæ Regis, et alijs antiquis temporibus habuerunt.

Immunitates populi veteres reſtitutæ,

71 Omnes exules regni Siciliæ et terræ ducatuum prædictorum, cuiuſcumque conditionis exiſtant, ad mandatum Romanæ eccleſiæ reducentur ad regnum et ducatus huiuſmodi, ipſiſque de bonis et iuribus eis debitis reſtitutio plena fiet: in huiuſmodi autem bonis eccleſiarum reſtituendis, contentum, tam in notorijs quam in dubijs procedatur, omneſque captiuos & obſides, qui tenentur in regno & ducatibus prædictis Romanos & regnicolas & alios de terris eccleſiæ, ſeu Turcos, vel Lombardos, & alios quoſcumque Romanæ eccleſiæ fideles in comitatibus, ciuitatibus, terris, & caſtris, villis, ſeu locis a ſede apoſtolica, ſiue a Regibus & principibus ſibi conceſſum obtinent, nec non ius, quod priuati a iure vel per proceſſus apoſtolicos olim habebant, ſi eos ad illud apoſtolica auctoritate, legitime reſtitui contigat, etiam penitus ſaluum erit, nec per præſentem regni & ducatuum conceſſionem, comitatuum, ſeu aliorum conceſſorum huiuſmodi cuiquam eorum, quæ ad proprietatem & poſſeſſionem præiudicium aliquod generetur, Regis iure reſpectiue eiſdem Regibus & Reginæ in ijs omnibus ſemper ſaluo, Nullam etiam confœderationem ſeu pactionem, vel ſocietatem cum aliquo Imperatore vel Rege, ſeu principe vel barone Chriſtiano, Græco, vel Saraceno, nec cum aliqua prouincia ſeu ciuitate, aut communitate ſiue aliquo loco ſcienter contra Romanam eccleſiam vel in eis damnum facient, & ſi, ſecus fieret, quod factum fuerit ſit ipſo iure nullum, & ſi eam fecerint ignoranter, nihilominus quatenus de facto

Exules reuocari iuſſi.

cto fecerint indilate teneantur ad mandatum Eccleſiæ reuocare. Denique omnes præmiſſas conditiones, quæ in perſona ipſorũ Regum & Reginæ apponuntur circa ſuos etiam in dictis regno & ducatibus heredes & ſucceſſores intelligimus & volumus eſſe dictas ſaluis omnibus, quæ circa alios ſuos heredes ordinata ſunt, prout ſuperius eſt expreſſũ.

Cæterum quia in quibuſdem articulis ſeu capitulis prædictarum conditionum continetur expreſſe, quod in certis caſibus ipſi Reges & Regina & ſui prædicti heredes excommunicationis ſententiam incurrant, & regnum & ducatus huiuſmodi, ac ſuæ & ſuorum heredum terræ ſint eccleſiaſtico ſuppoſitæ interdicto, & ad Romanam eccleſiam libere deuoluantur, nos etiam huiuſmodi ſententias, videlicet excommunicationem in ipſos Regem & Reginam, ac eoſdem heredes, ac interdicti in regnum prouincias & ducatus huiuſmodi, ſi ſua vel eorum culpa huiuſmodi caſus euenerit, de prædictorum fratrum cõſilio ex nunc auctoritate apoſtolica tenore præſentium promulgamus. Forma autem iuramenti prædicti per ipſos Reges & Reginam & ſuos in dictis regno & ducatibus heredes ac ſucceſſores, vt præfertur, reſpectiue, prout vnum quemq; eorũ concernit, præſtandi talis eſt.

Sacramẽ forma Regibus Neap. & duci Eccl. data.

72 *Ego Ludouicus Dei gratia Rex Neapolis & Ieruſalem, & ego Ferdinandus, & ego Elizabeth etiam Dei gratia dux & ducissa Calabriæ & Apuliæ plenum homagium, ligium, vaſſallagium facientes vobis domino noſtro domino Alexandro Papæ VI. & eccleſiæ Romanæ pro regno Neapolis & ducatibus atque prouinciis Calabriæ & Apuliæ prædictis, ac tota terra, quæ eſt citra pharum vſque ad confinia terrarum ipſius eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana ac toto territorio, & omnibus diſtrictibus & pertinentiis ſecundum antiquos fines territorij pertinentiarum, & diſtrictus ciuitatis eiuſdem per Romanum Pontificem diſtinctos, & in poſterum diſtinguendos, ab hac hora in antea fideles & obedientes erimus B. Petro & vobis domino Alexandro Papæ VI. veſtriſque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ſanctæque apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ. Non erimus in conſilio vel conſenſu ſeu facto, vt vitam perdatis ſeu perdant aut membrum, ſeu capiamini aut capiantur mala captione. Conſilium, quod nobis credituri eſtis per vos aut nuntios veſtros, vel per literas, ad veſtrum vel eorum damnum ſcienter nemini pandemus, & ſi ſciuerimus fieri vel procurari ſeu tractari aliquid, quod ſit in veſtrum, vel ipſorum damnum cedat, illud expreſſe impediemus, & ſi hoc impedire non poſſemus, illud vobis vel eis ſignificare curabimus. Papatum Romanum & regalia S. Petri tam in regno & ducatibus prædictis, quam alibi conſiſtentia adiutores vobis & eis erimus ad retinendum & defendendum & recuperandum, ac recuperata manutenendum contra omnem hominem vniuerſas & ſingulas conditiones ſupraſcriptas & contentas in præſentibus literis apoſtolicis ſuper ipſorum regni & ducatuum ac terræ conceſſione confectis, ac omnia & ſingula, quæ in eiſdem continentur literis, plenarie adimplebimus, & inuiolabiliter obſeruabimus, ac nullo vnquam tempore venienius contra ea. Nec procurabimus per nos, ſeu alium, vel alios quoquo modo, vt eligamur vel nominemur in Regem vel Imperatorem Romanum, ſeu in Regem Theutoniæ, aut dominum Lombardiæ, vel Tuſciæ, & ſi electionem vel nominationem ad imperium, vel regnum Romanum, vel regnum Theutoniæ, aut dominium Lombardiæ, vel Tuſciæ, ſeu maioris partis eorumdem, præter quam ſupra expreſſorum de nobis celebrari contigerit, nullum huiuſmodi electioni ſeu nominationi aſſenſum præſtabimus, nec intromittemus nos modo aliquo de eorum vel alicuius ipſorum regimine, nec de ciuitate Beneuentana & ſuis territorio diſtrictibus & pertinentiis; ſeu Campania, nec de Maritima, ducatu Spoletano, marchia Anconitana, patrimonio B. Petri in Tuſcia, maſſa Trabaria, Romandiola, alma vrbe, in ciuitatibus Peruſienſi, ciuitate Caſtelli; Bononienſi, Ferrarienſi, Auinionenſi, aut comitatu Venayſini, ſeu aliis terris quibuſcumque veſtris, & demaniis ſeu feudis ipſius eccleſiæ vbilibet conſtitutis ex ſucceſſione vel legato, ſeu donatione, aut venditione, vel alio quouis titulo ſeu contractu nihil vnquam nobis acquiremus, vel vendicabimus; ſeu poterimus acquirere; vel quomodolibet vendicare, & nihil vnquam recipiemus, vel habebimus ſeu retinebimus, vel poterimus recipere, habere, vel etiam retinere in illis, neque vllam poteſtariam, capitaniam, vel rectoriam, nullum aliud officium recipiemus, ſeu recipere poterimus in eiſdem, ſeu ipſorum aliquo, neque etiam occupabimus, vel occupari permittemus, ſeu faciemus præmiſſa, vel partem aliquam eorundem, nec illam offendemus vel moleſtabimus, neque etiam Romanam eccleſiam quoquo modo ſub cenſuris ſpiritualibus & temporalibus pœnis in ſupradictis conditionibus & infeudatione contentis, quas hic haberi volumus in ſingulis ſuis partibus alias pro ſpecifico repetitis & expreſſis. Schiſmatico, aut hæretico cuicumque, vel a fide deuio, & ab ipſa Eccleſia præciſo, eiuſque ſequacibus non dabimus eis quouis modo per nos, vel alium, ſeu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, conſilium, vel fauorem nec ab aliis, quantum in nobis fuerit; ſi impedire poterimus, dari permittemus; ſed eos iuxta poſſe noſtrum, donec conuertentur perſequemur & inuademus. Sic nos Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei euangelia.*

Deſeruãda fide Pontifici.

Non affectando imperio.

Non inuadenda ditione eccleſ.

Damnata cum ſchiſmaticis vel hæreticis fœdera.

Ipſi etiam Reges & Reginæ, ac dicti ſui in eiſdem regno & ducatibus heredes dabunt priuilegiũ eorum nobis & dictæ Romanæ eccleſiæ aurea bulla bullatum, in quo proprio iuramento fatebuntur & recognoſcẽt expreſſe regnum Neapolis, ducatus prædictos, & totam terram eorum, quæ eſt citra pharum vſque ad confinia eiuſdem Romanæ eccleſiæ, excepta ciuitate Beneuentana cum territorio & pertinentiis ſuis, quæ eccleſiæ remanebit eidem, ex ſola gratia, mera liberalitate ſedis Apoſtolicæ ac noſtra ſibi ſuiſque heredibus fuiſſe conceſſa, ipſique fatebuntur recepiſſe & tenere regnum ducatus & terram huiuſmodi a nobis & dicta Romana eccleſia ſub pactis, modis, & conditionibus ſupradictis. Nolumus autem per præſentes in cæteris quam in ſupra expreſſis quomodolibet competunt in aliquo vllatenus derogari: Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ diuiſionis, conceſſionis, elargitionis, inuentionis, reſtitutionis, voluntatis, ſtatuti, ordinationis, ſuppletionis, declarationis, promulgationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Cunctis vero præmiſſa ſeruantibus ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MDI. VII. *kal. iulij pontificatus noſtri anno* IX. *Hadrianus.*

In circulo ſigilli hæc verba iacent: *In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.*

Ego Alexander catholicæ Eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

Aſſentientium Alexandro Cardd. nomina.

Ego Oliuerius epiſcopus Sabinenſis S.R.E.Cardinalis Neapolitanus manu propria ſubſcripſi.

Ego Georgius epiſcopus Tuſculanus S.R.E.Cardinalis Portugalenſis manu propria ſubſcripſi,

Ego Hieronymus epiſcopus Praneſtinus Cardinalis Recanatenſis manu propria ſubſcripſi,

Ego Laurentius epiſcopus Albanenſis S. R. E.Cardinalis Beneuentanus manu propria ſubſcripſi.

Ego Antonius S.R.E.presbyter Cardinalis tit.S.Praxedis manu propria ſubſcripſi.

Ego Ioannes Cardinalis Montiſregalis manu propria ſubſcripſi.

Ego Baptiſta Cardinalis de Vrſinis manu propria ſubſcripſi.

Ego Ioannes Antonius Cardinalis Alexandrinus manu propria ſubſcripſi,

Ego Bernardinus Cardinalis S.Crucis in Ieruſalem manu propria ſubſcripſi,

Ego Dominicus Cardinalis Grimanus manu propria ſubſcripſi.

Ego Iacobus tit.S.Clementis presbyter Cardinalis Arborenſis manu propria ſubſcripſi.

Ego Franciſcus tit.S.Cecilia presbyter Cardinalis Coſentinus manu propria ſubſcripſi,

Ego Ioannes tit.S.Balbina presbyter Cardinalis Salernitanus manu propria ſubſcripſi.

Ego Ludouicus tit. S.Agatha presbiter Cardinalis Caputaquenſis manu propria ſubſcripſi.

Ego Franciſcus S.Euſtachij diaconus Cardinalis Senenſis manu propria ſubſcripſi.

Ego Ioannes S.Maria in dominica diaconus Cardinalis de Medicis manu propria ſubſcripſi.

Ego Iulianus diaconus Cardinalis de Ceſarinis manu propria ſubſcripſi.

Ego Alexander SS. Coſma & Damiani diaconus Cardinalis manu propria ſubſcripſi.

73 Ferebatur fama a Fridericum Gallicis & Hiſpanicis armis petitum tranſfuſſurum obſide ducem Calabriæ ad Baiazethem, vt auxiliatem exercitum Genizarorum in Italiam accerſeret, & hoc periculum Gallus, Hiſpanus, ac Luſitanus Reges immiſſis claſſibus validiſſimis ad prohibenda Turcica auxilia occupauerant b, atque ita Turcica Hiſpanaque ſpe deceptus Fridericus indoluit c a Gallo ſe pacem non redemiſſe, profeſſus cum Turca egiſſe non illius adducendi voluntate, ſed vt rebus ſuis ea oſtentatione pararet præſidium; quod quam infirmum eſſet repentina Neapolitanorum defectio, extremaque Friderici clades, quas deſcribit Burchardus d in diarijs oſtendit; *Circa horam, ait, quintam noctis præterita,* nempe vigeſima ſexta iulij die, *Papa habuit noua de Capua capta per ducem Valentinum, & plures, videlicet decem vel circa dies ante habuerat noua de Auerſa, Nola, & quaſi omnibus alijs locis bonis a Gallis occupatis, & quod in Calabria & Apulia eſſent erecta vexilla Regis Hiſpaniarum, qui ambos illos ducatus poſſideret.*

a Surit. l. 5. l. 4. c. 35.

b Id. c. 37.

c Cap. 44. Sabell. enn. 11.

d Burchar. l. 1 par. 2. in Alex. VI. pag. 201.

Exuitur regno.

Captura autem ciuitatis Capuanæ fuit ex proditione cuiuſdam Fabritij ciuis Capuani, qui gentes ducis clam intromiſit, a quibus ipſe Fabritius fuit primus interfectus, & poſt eum tria millia vel circa peditum, & ducenti armigeri equites vel circa, & ciues, presbyteri, religioſi vtriuſque ſexus, etiam in eccleſiis & monaſterijs, & mulieres quotquot fuerunt reperta ſine miſericordia, puella capta & data in prædam magna crudelitate. Omnium interfectorum numerus extimatus fuit ad ſex millia vel circa. Fabritium Columnam ab hoſte Iordano Vrſino ſeruatum egregio clementiæ exemplo obſeruat Sabellicus e, & Columnenſium oppida primo belli impetu capta Borgianis traditas fuiſſe, atque Vrſinos Taliacotij ditionem veterem recuperaſſe: pronis vero in exitium rebus Fridericum Regem trigeſima iulij die principem Biſiniani auro accepto vinculis abſoluiſſe tradit Burchardus a, ac Gallos paucis poſt diebus Neapoli militari pactione potitos,

Capua vaſtata.

e Sabell. enn. 11 l. 5.

a Burchar. vbi ſup. pag. 203.

74. *Feria*, inquit, *quarta, quarta auguſti dominus de Vbigni capitaneus gentium Regis Francorum cum gentibus ſuis intrauit ciuitatem Neapolitanam ex concordia cum Rege Frederico, & idem capitaneus ex concordia huiuſmodi habuit omnia caſtra Neapoli exiſtentia, hac conditione, quod Rex Fredericus debeat reſidere in Iſchia ad ſex menſes, & ſi interim habeat ſubſidium alicuius, quod liceat tunc & vi & armis ſe defendere, & quod poſſit interim exportare omnia bona ſua quæcumque ſint (demptis artilaria & victualibus) de Neapoli ac ducere Iſchiam, vel quo magis ſibi placuerit, & ſi elapſis dictis ſex menſibus non habuerit ſubſidium opportunum, quod ex tunc ipſe Rex teneatur etiam conſignare libere Iſchiam & Salernum prædicto capitaneo, ipſe autem abire quo magis velit abſque impedimento alicuius.* His conſentanea Petrus Cardinalis Bembus b, Sabellicus, aliique Itali, Galli, & Hiſpani ſcriptores c tradunt, adduntque Fridericum ad Ludouicum Francorum Regem veterem Aragoniæ domus hoſtem conferre ſe maluiſſe, quam ad Ferdinandum, quod ſanguinis iura violaſſet, neque ipſum admonuiſſet de impendenti diſcrimine, dum de concordia inter ipſum & Gallum confirmanda agebatur, iis nimirum legibus, vt Fridericus ipſe Ludouico pendendo vectigali nummario & militari ad defendendam Inſubriam, tum Ieroſolymitano titulo illi cedendo; denique oſtenſi præſidij ſpecie euertiſſet, Gonſalus enim Hiſpanæ claſſis præfectus occupatis aliquot arcibus, tanquam opem laturus ſocio Regi, quo momento Galli irruperant, Calabriam Apuliamque inuaſerat. Porro Friderico in Gallorum Regis, a quo locupletiſſimo comitatu ſtipendijſque liberaliter donatus eſt, partes concedente, ipſius filius diuerſa ſecutus ſtudia, cum Tarenti obſidione premeretur, Hiſpanis eam dedere, quam Gallis maluit.

Neapolis Gallo dedita.

Fridericus ad Gallum perfugit.

b Card. Bemb. hiſt. Ven. l. 6.

c Sabell. enn. 11 l. 8. Ferro. l. 3. Guicc. l. 5. Surit. to. 5. l. 4. c. 40. & c. Marian. l. 27. c. 12. Faxell po ſter. dec. l. 9. & alij.

75 Confecto eo bello Alexander Gallum Regem, qui Turcicum bellum meditabatur, ob ſuoiptus factos præſtandi annui vectigalis auri onere liberauit d, vt illum arctiori nexu ſedi Apoſtolicæ deuinciret.

d Lib. 5. bulla ſecr. pag. 344.

Ludouico Francorum & Neapolis Regi illuſtri.

Sperantes quod tu more progenitorum ſuorum in tuæ fidei ſinceritate & deuotione erga nos & Romanam eccleſiam perſeuerabis, & quoad vires tuæ ſe extendere poterunt, pro nobis & ipſa Romana eccleſia aduerſus quoſcumque, nec non pro fidei catholicæ exaltatione, reipublicæ Chriſtianæ aduerſus perfidos Turcos defenſione, illorumque depreſſione & expugnatione, pugil & propugnator eximius, quandiu vitam duxeris in humanis eſſe, ac omnia & ſingula, quæ ad decus, ſtatum, & honorem noſtrum ſucceſſorumque noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, & eccleſiæ prædictæ omni tempore & loco cedent, facere, tractare & efficaciter adimplere curabis, prout etiam retroactis temporibus ipſi progenitores tui viriliter nullis laboribus, nullis impenſis, nulliſue parcendo periculis arma ſumendo effecerunt, tuque etiam in præſentiarum contra ipſos perfidos Turcos

Digitized by Google

eos facere cœpiſti, *& infra*, cenſum quattor millium vnciarum auri tibi tuiſque liberis & ſucceſſoribus tam maſculis quam fœminis recta linea ex tuo corpore legitime deſcendentibus naſcituris in noſtra & ſucceſſorum prædictorum obedientia & deuotione perſiſtentibus, ac omnem & quamcumque pecuniarum ſummam, ad quam nobis & eccleſiæ prædictæ. qui dictum regnum hactenus tenuerunt, voſque in præſentem diem occaſione dicti cenſus, vel quauis alia cauſa forſan obligati eſſent, nec non integram ſummam xxv. millium marcharum huiuſmodi pro iure dictæ inueſtituræ ſic nobis debitum de fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu auctoritate apoſtolica tenore præſentium liberaliter & gratioſe remittimus; *Et infra*. Volumus autem quod ſingulis annis proxime futuris tu ac tui liberi & ſucceſſores tam maſculi, quam fœminæ prædicti ſic deſcendentes in feſto prædicto vnum palafredum album, pulchrum & bonum ac decenter ornatum pro ipſorum regni Neapolis, & terræ laboris, ac prouinciæ Aprutinæ recognitionem dominij nobis & ſucceſſoribus noſtris prædictis mittere & aſſignare omnino teneamini, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MDI. VI *kal. ſeptembris pontificatus noſtri anno* X.

Remiſſa Ludouico Galliæ & Neapolis Regi vectigal.

76 Inter has regni Neapolitani conuerſiones caſus memorabilis, nimirum filij in parentem amoris inſigne exemplum contigiſſe fertur a, Gilibertí enim Montiſpenſerij filius, cum paternum ſepulchrum inuiſeret, dum illud lachrymis rigat, repente intercluſa nimio dolore anima extinctus concidit.

a Guicc. l. 5. *Filius ducis Monſpenſerij dum patrem deflet repẽte extinctus.*

Cæterum Galli & Hiſpani inter ſe Neapolitanum regnum partiti, cum ex confectis pactionibus arma vertere aduerſus Baiazethem Turcarum Imperatorem debuiſſent, bello omiſſo Turcico inter ſeſe dimicare cœperunt, vt proximo anno videbimus. Antequam autem eorum diſſenſiones in apertum bellum erumperent, claſſis Gallica tuendæ reipublicæ Venetæ ſpecie, vt refert Cardinalis Bembus, in Turcas vela intendit b, ſed nihil memoria dignum geſtum eſt. Iunctis porro in Turcam fœdere Pontifice, Franco, Hiſpano, Luſitano, Hungaro, Veneto, Rhodio, concitato in arma Anglo, ſpondente crucesignatas ductare ſe copias Cæſare, depluentibus cælo in veſtes crucibus in Germania, ingentium de hoſtibus crucis referendarum victoriarum ſpes conceptæ erant; eæ tamen ad irritum ceciderunt, cum pars maxima priuata commoda, non Chriſtiani nominis amplificationem conſectaretur.

b Petr. Bib. hiſt. l. 6. *Ingentes in Turcã apparatus redacti in nihilum. Bellum male geſtum.*

77 Ineunte quidem anno Gonſaluus a Ferdinando Rege Hiſpanæ claſſi præfectus, cum poſt expugnatam Cephaleniam inſulam rogaretur a Venetis, vt vires ad Methonem recuperandam coniungeret, iuſtis precibus non aſſenſit c, ſiquidem a Turcis in Neapolitanos arma auertere, iuſſum refert Surita: regia vero imperia occuluit, pollicitus d appetente vere, cum exercitum in Sicilia refeciſſet, rediturum ad Græciæ littora: verum promiſſis non ſtetit, Veneto vero ſolo Turcicæ potentiæ impare Camalis Baiazethis præfectus Iuncum arcem munitiſſimam in Peloponeſo antea a Venetis captam vi expugnauit e, tum etiam Dyrrachium f in ora Macedoniæ aliæ Turcicæ copiæ occupauere.

c Surit. to. 5. l. 4. c. 13. *Gonſaluus deſerit Venetos.* *d Petr. Card. Bib. hiſt. Ven. lib. 5.* *Iuncus a Turcis eripitur Venetis. Et Dyrrachium* *f Id. ibid. Sabel. enn. 11. l. 1. & alij.*

78 Huius cladis fama cum ad Pontificem perueniſſet, is Chriſtianos Reges ad vires in communem hoſtem coniungendas ſolicitauit, expoſuit quæ Turcarum in Venetos impetus, Methonem & Coronem vi expugnatas, ac recenter captum Dyrrachium: tum frequentes in Hungariam, in Poloniam, in Illyricum factas excurſiones, fideles ad Chriſtum deſerendum ſupplicijs adactos: ne vero ſumptus ad ſacrum bellum deeſſent, triennales ſacerdotiorum decimas Luſitano Regi, qui ſacræ expeditionis ſuſcipiendæ ſtudium præ ſe ferebat, attribuit a.

a Lib. 2. ep. ſecr. pag. 119.

Ad futuram rei memoriam.

Cum perfidiſſimi Turchi Chriſti nominis hoſtes Chriſtianum ſanguinem ſitientes, ac omni conatu Chriſtianorum terras atque dominia ſuæ tyrannidi & ſpurciſſimæ ſectæ ſubijcere quærentes non ceſſent continue: validiſſimam claſſem maritimam, maximumque terreſtrem exercitum ad expugnandum ſtatum, terras, atque dominia dilectorum filiorum nobilium virorum Auguſtini Barbadico ducis & dominij Venetiarum inſtruxerint, diuerſaque ciuitatum incendia effecerint, & multa millia animarum abduxerint, ac in miſerabilem ſeruitutem redegerint, villaſque & loca plurima igne ferroque vaſtauerint, ac tandem Neupactum & Metonen & Coronen, & nuper Dyrrachium ciuitates, aliaque oppida & loca maritima circumuicina munitiſſima vi & armis multitudine vincentes ceperint, Chriſtianis omnibus etiam eccleſiaſticis & religioſis vtriuſque ſexus, etiam pontificali dignitate præditis, ac prægnantibus crudeliſſime cæſis & interfectis, & alijs in duriſſimam ſeruitutem redactis, templis Saluatoris noſtri pollutis, ac dirutis, ac ſuum malum & iniquum propoſitum continue feruentius proſequentes, & nihil aliud omni tempore quærentes & excogitantes, quam omnia Chriſtianorum dominia ſuæ tyrannidi & damnatæ ſectæ ſubijcere, & legem Chriſtianam ſubuertere, ac omnia maritima loca atque portus Chriſtianorum occupare, vt eis deinde facilius ad eiuſdem Romanæ eccleſiæ terras, & præſertim ad hanc almam vrbem noſtram, in qua Petri ſedes eſt collocata, & qua (quod Deus auertat) expugnata totius orbis imperium facile obtinere poſſe non dubitant, pateat acceſſus, & niſi celeriter occurratur, prout res expoſtulat, formidandum ſit ne ipſi perfidiſſimi Turchi victoriæ ſuperbia elati irreparabilia damna inferant Chriſtianis, prout iam ſuperioribus annis in diuerſis terris atque locis Germaniæ, Hungariæ, Poloniæ, Croatiæ, & alijs finitimis, ac chariſſimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano Romanorum Regi illuſtri ſubiectis inferre non ceſſarunt in maximam diuinæ maieſtatis offenſam, noſtram & catholicorum Regum & principum, aliorumque Chriſtifidelium ignominiam, dedecus, & iacturam: nos illius vices gerentes in terris, qui pro mundi ſalute de ſummo cælorum ſolio ad ima deſcendens carnem humanam aſſumere, & mortem ſubire non abhorruit, repetentes animo non ſine magna cordis amaritudine quot ſacratiſſimæ patriarchales, metropolitanæ, cathedrales, aliæque inſignes eccleſiæ pene innumeræ, ac vtriuſque ſexus regularium perſonarum monaſteria, cœnobia, & pia loca prophanata & deformi ruinæ ſubiecta, quodque ornamenta, cruces, & calices, aliaque diuinis deputata myſterijs conflata & deſtructa, ac (quod lamentabilius eſt) ſanctorum veneranda corpora, & ipſorum ſacræ reliquiæ conculcata, ac quot innumeri ſexus vtriuſque Chriſti fideles ad damnatam Mahometanam ſectam ſub dira ſeruitute recipiendam compulſi fuerunt, & niſi

Vrbes captæ a Turcis. *Ingentes eorum graſſationes.* *Fideles ad apoſtaſiam vi coacti.*

per

Digitized by Google

per catholicos Reges & principes tantæ infamiæ, tantoque furori celeriter occurratur, maiora in dies detrimenta veriſimiliter prouentura; ac cupientes pro eiuſdem fidei defenſione, & Chriſtianorum ſalute, non ſolum noſtræ & ſedis Apoſtolicæ facultates noſtræ diſpoſitioni commiſſas exponere, ſeu ſi opus fuerit proprium ſanguinem effundere. Et quoniam ad tantam rei molem perferendam noſtræ & eiuſdem Romanæ eccleſiæ non ſuppetunt facultates, volentes pro viribus huic ſanctiſſimo operi, quantum nobis ex alto permittitur intendere, matura deliberatione præhabita de venerabilium fratrum noſtrorum archiepiſcoporum, epiſcoporum, & dilectorum electorum, adminiſtratorum, abbatum, priorum, præpoſitorum, prælatorum, capitulorum, conuentuum, & cleri ciuitatum, diœceſum, & terrarum, ac caſtrorum, & locorum omnium chariſſimo in Chriſto filio noſtro Emmanueli Portugalliæ & Algarbiorum Regi illuſtri mediate vel immediate ſubiectorum, & ſub ipſius dominio & ditione conſiſtentium aſſenſu, ſumentes in Domino fiduciam ſpecialem, tres decimas omnium & ſingulorum fructuum, *& infra*, in præmiſſum fidei tam commune tam ſanctum tamque perneceſſarium opus, videlicet contra ipſos perfidiſſimos Turcos, & non in alios vſus, omnino conuertendos apoſtolica auctoritate, & ex certa ſcientia noſtra tenore præſentium per triennium a data præſentium computandum, imponimus, &c. Ne vero ſacrum illud aurum in alios vſus, quam in ſacræ contra Turcos militiæ ſumptus auerteretur, nonnullæ leges additæ ſunt, ne qua fraus & auara manus irreperet. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MDI. *x. kal. nouembris pontificatus noſtri anno x.*

Decumæ tres Luſitano Regi pro ſumptib⁹ attributæ.

79 Inſtruxit quidem Luſitanus Rex claſſem, ſed eam non in Turcas, ſed in Afros immittere ſtatuit, cuius conſilia promouere Alexander enixius a eſt. Ferdinandus vero & Eliſabeth Caſtellæ Reges cum ſubacto Granatenſi regno magnam Maurorum multitudinem ad Chriſti cultum pellexiſſent, alij in perfidia obfirmati in munitiora natura vel opere loca ſe recepere, vt rebellionem facerent: quorum nefarios conatus mox Ferdinandus infregit, propagandæque fidei eximiam operam dedit. Cum vero antea Mauri ſuo Regi vel alijs regulis decumas pendere ſolerent, Pontifex ſanxit b, vt Chriſtianis ſacris initiati tertiam eccleſiaſticum decumarum partem tantum ſoluerent.

a Lib. 2. ſecr. pag. 417.

b Lib. 5. bulla. ſecr. pag. 3.

Alexander, &c. Ferdinando Catholico & Elizabethæ Hiſpanorum Regibus.

Alexander, &c. Cum poſt regni Granatæ recuperationem opera, ſtudio, & diligentia veſtris multa millia ipſorum infidelium etiam diuino quodam miraculo ad fidem catholicam conuerſa fuiſſent, & deinde cum plura alia millia infidelium eorundem, qui forſan conuerſionem ipſam ægre ferebant, a fide & deuotione noſtra defeciſſent, ſeque ad loca munitiſſima dicti regni Granatæ recepiſſent, volentes, quantum in eis erat, pro viribus in ſua rebellione perſeuerare, vos ſine prorſus intermiſſione, ne res vlterius progrederetur, maximo parato exercitu, illos denuo cum manu armata ſubiugaueritis, & vt animarum ſalus eo amplius procuraretur intendebatis, omnem operam, omne ſtudium, ac omnem diligentiam more catholicorum Regum, & principum adhibere, quo reliqui dicti regni Granatæ infideles ad ipſam catholicam fidem conuerterentur, & de cætero in ipſo regno Granatæ, nomine Mahometi abiecto, ſolum coleretur, ac veneraretur Altiſſimus, ac fides ipſa catholica exaltaretur: & quia decima pars omnium, quæ a Mauris, dum in ſua perfida ſecta permanerent, colligebatur, locorum dominis perſoluebatur, & tam vobis ac ſucceſſoribus veſtris quam alijs in dicto regno Granatæ dominium a vobis temporale habentibus valde diſpendioſum foret, ſi ipſis infidelibus ad fidem reductis tam vos & ſucceſſores, quam alij domini temporales præfati decima prædicta in totum carere deberetis, quod ſi fieret non ſine maximo damno & incommodo veſtro, impenſas pro conſeruatione & manutentione dicti regni Granatæ continue de neceſſitate faciendas perferre poſſetis, deſiderabatis tam vos & ſucceſſores veſtros, quam alios inibi dominos temporales præfatos, ſaltem duas partes decimarum huiuſmodi illorum, qui ex tunc de cætero ad ipſam catholicam fidem conuerterentur, in dicto regno Granatæ percipere poſſe, reliqua tertia parte dictarum decimarum eccleſijs inibi conſtruendis & ædificandis, vel iam conſtructis & ædificatis, quibus decimæ de iure deberentur, pro illarum dote ſalua remanente, &c. [Subdit Alexander ſe Regijs poſtulatis annuiſſe: verum poſtea nouas ſubortas lites de illa tertia decumarum parte, ad quas abſcindendas eam Regi & toparchis ita attribuit, vt eccleſias conſtruant, & vectigalibus ad ſacerdotes ſuſtentandos donent.] *Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCCI. *id. Iuly pontificatus noſtri anno* IX.

Pia Regũ Hiſp. ſtudia pro reſtituendo Granatæ Chriſti cultu.

Duæ partes decumarum ijs attributæ.

80 Propoſitum deinde Alexandro fuit inter neophytos & veteres Chriſtianos graues offenſiones concitari, quod ob decumarum ſolutionem neophytis obijceretur, eos ex Maurica ſtirpe genus ducere; ad quas diſſenſiones ſedandas Ferdinandi & Eliſabeth gratia ſanxit a Alexander, vt vniuerſi in regno Granatenſi decumas Hiſpaniæ Regibus pro regno a barbaricis irruptionibus tuendo penderent.

a Ib. pag. 247.

Sublata inter Neophytes & veteres Chriſtianos controuerſia.

Furebant ira plerique Mauri perfidi Chriſtianam religionem fœliciter propagari, ſeque ad Babylonis & Ægypti ſultanum contulere, vt illum ad inferendum Hiſpaniæ & Africæ bellum incitarent, cum Ferdinandus Rex Petrum Martyrem patria Mediolanenſem, qui ipſi a ſecretis erat, gerendarum rerum peritia & ingenio clarum, vt barbari apoſtatæ iras demulceret, atque Ægyptias res exploraret miſit. Qui de geſta a ſe legatione commentarios edidit, ac de Mameluchis fidei Chriſtianæ deſertoribus, qui Saracenis imperabant, hæc proximo anno ſcripſit b: *Mameluchi ex Chriſtianis deliguntur. Hi Mahometi ſectam, abnegato Chriſto, diuitiarum & imperij cupiditate pellecti, amplectuntur. Ex alia gente nulla conſent neminem, a Iudæis namque fieri quemquam Mameluchum vetant, quoniam doloſos eſſe & capiendis armis minime aptos Iudæos putant. ex Mahometica quoque legis viro aut fœmina genitos in Mameluchos conſcribere præ timore recuſant, atque id apud ipſos ſuis decretis & conſuetudine tantum inualuit, vt neque proprios filios, quoniam ab ipſis poſtquam Mahometici effecti, aut ex Mahometica muliere orti ſunt, armis inſtruere, vel ad honores & magiſtratus euocare liceat, fas eſt tamen pecunias, domos, ſupellectilia quæque, aut prædia natis legare. Ex Mameluchis proceres, ex proceribus ſoldani creantur: quare quonam pacto a Chriſtianis hoc genus hominum originem trahat, quantaue cum noſtra religionis ignominia, opprobrio, & dedecore hi barbari domi-*

Mameluchi qui fuerint.

b Pet. Mar l. 3 legat. Babylon.

Ex ijs proceres Regeſq; creari ſoliti.

nen-

Digitized by Google

nentur, catholici principes iam colligere poteſtis. Expergiſcimini aliquando, & rem Chriſtianam capeſſite, non deerit ſibi Chriſtus, &c. Ex vrbe Alexandria Ægyptia IV. non. aprilis MDII.

81 His difficultatibus impliciti Veneti Petrum Paſchalicum in Luſitaniam ac Franciſcum Capellum in Angliam legarunt, vt eos Reges ad mittendas ſubſidiarias claſſes inducerent: tum Piſaurius Venetæ claſſis præfectus in Apuliam venit, vt ſocias Gallorum & Hiſpanorum claſſes ad Turcas obterendos adhortaretur. Cæterum Anglus ſe non mouit, Luſitanus claſſem viginti nouem nauium tormentis bellicis egregie munitam miſit, cuius præfectus cum ad recuperandum Dyrrachium, oppugnandamue S. Mauram rogaretur, negauit nullum ſe ad obſidendas arces, ſed ad ineunda prælia cum Turcica claſſe, atque ita nulla re geſta Luſitaniam repetijt a: pontificia non comparuit, iactataq; ab Alexandro ſpes quindecim triremes instructas euanuit. Ferdinandi vero Regis Hiſpaniarum claſſis in Apuliæ & Calabriæ arcibus occupandis muniendiſue diſtricta aſſidue fuit: Gallica denique pars, octo nempe triremium, cui Philippus Rauenſtenij regulus præerat, affecto anno Mitylenem oppugnauit, ſed irrito labore. Cæterum male geſtæ rei culpam Veneti b in Gallos, & hi c in Venetos conijciunt. Facti porro ſeorſum ab vtriſque in mœnia impetus fracti fuere, qui coniuncti victuri exiſtimabantur. Ab oppugnatione itaque ceſſauere, ac Philippus Rauenſtenij Gallicæ claſſis præfectus fruſtra rogantibus Venetis d diſceſſit, cum Rhodia claſſis Petro Aubuſſon Cardinale duce & ſedis Apoſtolicæ legato optime munita aduentaret, ac iam præmiſſa Liburnica certiſſimum eius rei nuntium attuliſſet. Agit pluribus de his Boſius, affertque Philippi Rauenſtenij, de quo paulo ante memoraui, literas ex Mytilenæis caſtris XXVI. octobris ad Rhodium principem datas, quibus ſignificat tentatam fruſtra impetu vrbem, & Chriſtianam claſſem ex triginta octo longis nauibus ſcilicet Venetis triginta, & octo Gallicis conflatam: inanes autem ab Alexandro de claſſe pontificia oſtenſas ſpes, comparataſque ab eo duas tantum naues maioris aluei, quas notho filio ad Plumbinum oppugnandum conceſſerit: Denique vrget, vt Rhodiam claſſem quamprimum Lesbo inſulæ admoueat.

a Bemb. hiſt. Ven. l. 6. Hiſpana claſſis in Apuliæ & Calabriæ arcibus expugnandis occupata. *b Id. ab & Sabel. enn. 11. lib. c Ferron. l. 3. in Lud. XII.* Mytilene fruſtra a Gallis tentata. *d Boſius hiſt. equit. Hier. p. 2. lib. 16.* Aduenientelegato diſceſſit Galli.

82 Affert etiam auctor e alias Piſaurij Venetæ claſſis præfecti ex portu Mitylenæo die decima tertia nouembris datas ad Petrum Aubuſſonium legatum Cardinalem literas, quibus certiorem eum facit Philippum Rauenſtenium in Mitylenæum portum non collato militari conſilio inuectum eſſe; cumque eum in ea expeditione eſſet ſecutus, inconſultis Venetis bis obſidionem ſoluiſſe, iamque reditum adornare: ſe vero in Smyrnæum ſinum aduerſus Camalim Turcarum præfectum vela facturum, indeque inſulam Chio repetiturum, eumque admonuit vt claſſes coniungi poſſent. Quod ad promiſſas ab Alexandro Pontifice quindecim triremes attineret, nullas ab eo inſtructas fuiſſe, cuius rei cauſa illum lateat: Hiſpanam claſſem circa Tarentum ſtare in anchoris, Luſitanam, poſtquam exeunte ſeptembri ad Corcyram Venetæ ſe adiunxiſſet, contendiſſe, non poſſe amplius in oriente verſari, ac diſceſſiſſe.

e Id. Boſ. lib. 16. Claſſis Chriſtiana vires non coniungit. Promiſſæ ab Alex. triremes non inſtructæ.

83 Interea Rhodiorum equitum princeps Cardinalis, ac legatus apoſtolicus, qui parandæ claſſi eo maiorem, quo deerat pontificia, operam nauarat, triginta ſex nauibus inſtructis e Rhodio portu ſoluit a vigeſima nouembris die Mytilenem petiturus, ac Philippum Gallicæ claſſis præfectum hortatus eſt, ne tantum Gallico nomini dedecus abitioue illa turpi ac repentina inureret: ſed is antequam accipere mandata poſſet in altum vela fecerat, cuius prætoria nauis cum duabus alijs naufragio b ac octingentis fortibus viris perijt. Ipſe cum quadraginta alijs præter ſpem euaſit. Ad Parum vero inſulam Rhodia & Veneta claſſes vbi occurrere, legatus apoſtolicus plurima de inſtaurando bello proximo vere cum Piſaurio conſilia militaria agitauit. Ita nulla re geſta magna cum turpitudinis nota, magnoque damno diſſoluta huius anni expeditio, quam adulta æſtate cœptam parum profuturam legatus in literis c ad Pontificem miſſis coniecerat, eundemque ac fœderatos Reges hortatus fuerat, vt ipſorum claſſes in oriente hyemare iuberent, ac ſtipendia aliaque neceſſaria ſtatis temporibus ſoluenda curarent, ne proximo anno in cogenda claſſe fruſtra tempus tereretur, reique egregiæ gerendæ occaſio amitteretur, quæ monita incaſſum iuere. Præterea illos ſolicitarat d, vt Vvladiſlaum Hungariæ Regem ad irruptiones in Turcicum imperium faciendas concitarent, vt ſimul Baiazethes terreſtri maritimoque bello diſtractus in altera vel vtraque parte ſuccumberet, quod conſilium Pontifex Venetique laudauerant, illumque annua ſtipendia ſubmiſerant.

a Id. Boſ. ſup. l. 15. Quarta claſſis a legato comparata. Gallica ſuperer diſceſſit. Paſſa naufragium. *b Sabellic. enn. 11. l. 1. Petr. Bib. Card. l. 6.* Nulla re geſta expeditio diſſoluta. *c extant apud Boſ. lib. 15. d Id. ibid.* Solicitatus Vngarus vt in Baiazethem moueat.

84 Quod ad Hungarorum in Turcas expeditionem attinet; perculſus illius terrore Baiazethes maritimum bellum intermiſit, vireſque in Hungaros conuertit, quippe non expectata eorum in imperium Turcicum irruptione Pannoniam traiecto Danubio inuaſit e: quem Hungari fortiter exceperunt fuderuntque, duobus equitum millibus confoſſis. Itaque ad flumium traijciendum reſilire Turcæ, ſed iterum ab Hungaris in ripa fluminis magna ſtrage accepta deleti fuerunt, cæſuſque inter alios eorum dux duciſque filius. Meditatum etiam Ioannem Albertum Poloniæ Regem cum Hungaris arma coniungere in Turcas, miſiſſeque oratorem, vt Alexandrum Pontificem in communem hoſtem Chriſtiani nominis accenderet, ſociaſque Sarmaticas vires ei polliceretur, refert Sabellicus f, acceptam enim in Valachia triennio ante ignominiam ipſum eluere voluiſſe: verum pia illa conſilia (ſi vera tamen extitere, nam inducias cum Baiazethe pepigiſſe refert Cromerus g) mors repentina oppreſſit h, ſiquidem apoplexia eum perijſſe refert Cromerus i. Certatum mox eſt de ſucceſſore deſignando in publicis comitijs, atque a pluribus maxime minoris ordinis Vvladiſlaus Hungariæ & Bohemiæ Rex ad ſolium Polonicum vocabatur, vt coniunctis tribus regnis auctior viribus Turcas Tartaroſque contunderet. at deinde aliorum hortatu ſuffragia ad Alexandrum Lituaniæ ducem conuerſa, vt iterum Lituania cum Polonia coaleſceret. Itaq; Alexander duodecima decembris die a fratre Friderico Cardinale in Cracouienſi eccleſia ſolemni ritu oleo ſacro inunctus & corona redimitus eſt, quod æquo animo tulit Vvladiſlaus, delatumque fratri ſceptrum gratulatus eſt.

Turca Húgaros occupat. *e Pet. Bib. hiſt. Ven. lib. 6.* Propulſatur fortiter. Polonus vires iungere in Turcas pollicetur. *f Sabellic. enn. 11. l. 1.* Alberti Regis obitus. *g Crom. lib. 30. h Miech. l. 4. c. 79. i Crom. eod. lib. 30.* Alex. Lithuaniæ dux ad ſceptrum Polonicum vocatus.

85 Hoc anno menſe maio Emmanuel Luſitaniæ Rex trium nauium claſſem præfecto Americo l Veſputio Florentino miſit ad luſtrandum nouum orbem, cum anno ſuperiori a Petro Alnaro Caprali Braſilia inuenta eſſet. Qui vero tam præclarum arduumque laborem ſuſcepit edidit de

l Franc. Poch. in elogys Flor. inſign. ex lit. Americ. ad Petrũ Soderin. Miſſa claſſis a Luſitano ad luſtrãdũ nouũ orbem.

ſua

ſua nauigatione libellum inſcriptione noui orbis inſignitum, quem ex Hiſpano idiomate Archangelus Madrignanus monachus Clarauallenſis in Latinum traduxit. Is confutata veterum ſententia, qui nullas vltra æquatorem terras patere, vel incultas eſſe arbitrabantur, addit a: *Vltra æquatorem nactus ſum ego cultiores, eaſdemque habitatoribus frequentiores, quam alibi gentium vſquam ſi Aſiam, ſi Europam, ſi Africam ve ſpectaueris.* Quantos vero labores in vaſtiſſimo mari ſulcando tolerarit, deſcribit ipſe, tribuendumque omnino eſt diuinæ prouidentiæ tantas fuiſſe difficultates ſuperatas, quo euangelica doctrina ad barbaros toto ſubmotos Oceano penetraret: *Ab Vlisbona*, inquit, XIII. *maij* MDI. *ſoluimus iuſſu Regis tribus liburnicis expeditis profecti ſumus quæſitum nouum orbem, & verſus Auſtrum iter agentes viginti menſibus aduauigauimus; cuius quidem nauigationis ſeriem primo explicabimus. Hunc igitur ordinem nauigando ſeruauimus, nam per inſulas Fortunatas iter egimus, quæ nunc magnæ Canariæ appellantur, hæ enim ſunt in climate tertio in parte extrema habitati occidentis. Inde ſulcantes Oceanum littora Africæ, Nigritarumque gradu ſitato percurrimus vſque ad id promontorium, quod Ptolemæus appellat Æthiopum, noſtri vero Caput viride, Æthiopes autem Biſechecem, & accolæ Maudangam, & ea regio eſt intra zonam exuſtam gradibus quatuordecim verſus Aquilonem, quam Nigritæ incolunt. Ibi reſumptis viribus, & communita omni genere annonæ claſſe, ſublatis anchoris, ventis vela dedimus iter noſtrum dirigentes verſus polum antarthicum, nonnihil tamen ad occidentalem declinantes euro flante, nec prius tellus conſpecta eſt, quam iugi nauigatione tribus menſibus ac diebus totidem vaſtiſſima æquora ſulcauerimus. In qua nauigatione, quæ diſcrimina ſubierimus, quæ vitæ pericula, quas animi anxietates, interturbationes, naufragia, quoties vitam pertæſi fuerimus noſtram, id multarum rerum ſciis iudicandum relinquo, & eis in primis, qui optime norunt quam ſit arduum incomperta quærere, & adire inacceſſa, qui vero hæc neſciunt rerum expertes, huius rei iudices eſſe minime volo, & vt paucis multa comprehendam, id ſciant nos aduauigaſſe ſexaginta ſeptem diebus, quibus fortuna pertinax atrox ſæuiebat, nam quadraginta quatuor diebus reboante cælo nihil niſi tonitrua, fulgura, ac coruſcationes, imbres grauiſſimos paſſi ſumus, adeoque tenebricoſa nebula cælum innubrauerat, vt interdiu noctuque non aliter videremus, quam cum minime luna pernox eſt, nox atris tenebris obfuſcatur, propterea adeo nos timor mortis inceſſerat, vt vitam prope deſpondiſſe videremur.*

Poſt hæc vera tam ſæua tamque atrocia complacitum aliquando Deo fuit vitæ compati noſtræ (quæ ſua fuit clementia) mox tellus apparuit; quæ viſa animi, qui ceciderant elanguerantque, condicto redire ad ſe, vt vſuuenit ſuperantibus calamitates maximas, & præcipue ereptis de fortunæ reſtantis faucibus. Igitur ſeptima auguſti MDI. *in littore eius regionis iecimus anchoram, dantes Deo gratias, quas poteramus maximas, ritu ſolemni & Chriſtiano more ſolemnia miſſarum celebrari iuſſimus. tellus reperta viſa eſt non inſula ſed continens, quandoquidem in vaſtum protendebatur, nec finis apparebat quiſpiam, cultaque erat admodum ac habitatore multiplici perquamfrequens, inibique animalia fere omne genus ſilueſtria, quæ huic orbi noſtro ſunt prorſus incognita. Nacti ſumus etiam ibi alia pleraque, quorum de induſtria non meminimus, ne ſurgat opus in iliada magnam. Id ſolum haud prætereundum puto, quod Dei clementia adiuti opportune tellus viſa eſt a nobis, nam diutius ferre nequibamus deficientibus commeatibus omnibus, lignis videlicet & aqua, neutiquam pane ſalitis carnibus, caſeo, vino, oleo, & quod plus eſt vigore animi. Igitur Deo quod viuimus referimus acceptum, cui honos ſit & gloria & gratiarum actio.*

86 Diſtare eum continentem ſeptingentis leucis ait auctor, telluriſque ſitum ita deſignat a: *Is continens auſpicatur vltra æquinoctialem lineam gradibus octo verſus polum antarthicum, & tandem ſecus hoc littus nauigauimus, donec ſuperato tropico hyemali prope polum antarcticum gradibus* XVII. *& medio applicuimus, vbi eleuatum orizontem habent gradibus quinquaginta.* Fieci pluries cœpere cum accolis commercia, quorum mores deſcribens plura allatis anno ſuperiori conſentanea affert: *Frequentior eſt*, inquit b, *hæc regio cunctis, quas vnquam viderim, regionibus, nam videtur innumera.* Et infra: *Id genus hominum cicuratum eſt admodum & manſuefactum, & nemini noxium. Nudi prorſus incedunt vti eos parens natura peperit, nudi naſcuntur, nudi rurſus moriuntur. Corpora habent habiliſſima, vt pote facta ad ſymmetriam ſymmetrica dici iure poſſunt, colore ad rubedinem inclinante, id efficit ardens ſydus, quod non difficulter torret nudos homines, capillos habent nigros, ſed promiſſos, inceſſu & ludis agiles ſunt quam maxime, facie ſunt perquamliberali ac venuſta niſi ipſi eam deformarent dehoneſtamento fere incredibili, nam terebratam perforatamque faciem circumferunt, videlicet genas, maxillas, nares, labra, aures, neque foramine mediocri aut vno, ſed magnis compluribuſque, nam vidi quandoque quempiam ſeptem foramina in facie habentem, quæ ſingula capacia erant pruni vnius damaſceni, dempta itaque carne hæc opplent lapillis quibuſdam cæruleis, marmoreis, aut chriſtallinis, vel ex alabaſtro pulcherrimis, aut eboreis vel oſſibus candidiſſimis more ſuo arte non inepta fabrefactis elaboratiſque, quæ res adeo eſt inſulens & turpis, vt monſtrum prima facie præ ſe ferat, homo videlicet, qui gemmatam faciem circumfert terebratus foramine multiplici: &, ſi credere dignum eſt, lapides ſeptem in facie habens, qui ſinguli medii palmi magnitudinem ſuperant, nemo eſt profecto, qui non admiretur, cum præſertim animo attentiore apud ſe hæc tam prodigioſa expenderit, vera tamen ſunt, nam ego aliquando obſeruaui dictos ſeptem lapides pondo fere vnciarum ſexdecim. Inaures & ipſi ferunt pretioſiores, videlicet annulos appenſos aut baccas penſiles more Ægyptiorum Indarumque: hunc morem viri tantum ſeruant, at mulieres ſolum ferunt inaures.* Et infra.

87 *Apud eos nulla ſunt peculia, communia ſunt omnia, Regem non habent, nec imperium, vnuſquiſque ſibi ipſi Rex eſt. Tot ducunt vxores, quot libuerit, in promiſcuum coeunt nulla ſanguinis ratione habita, cum matre filius, & frater cum ſorore coeunt, libidinem paſſim exercent inſtar brutorum animalium, nam vbique & cum quauis muliere etiam ſibi forte obuia rem peragunt veneream. Dirimunt etiam pro arbitratu coniugia, quoniam exleges ſunt, & ab iure ſunt extorres. Templa non habent nec legem, minuſque idola colunt. Quid plura? perniciosam habent quandam viuendi libertatem, quæ epicureis potius, quam ſtoicis quadrat. Commercia non exercent, pecuniam neſciunt, inuicem tamen diſſident, præliantur que atrociter, ſed ordine nullo. Iuuenes ſenes concione flectunt, trahuntque in eorum ſententiam, & quocumque libuerit accenduntque ad bella, quibus hoſtes ſonſieiunt, quos ſube-*

a Litter. c. 115. Vltra æquatorē cultiſſimę populis repertæ terræ.

Iter Luſitanorū in orbem nouum.

Inita hac reuda pericula in ea nauigatione.

Celebrata Chriſti ſacra in continenti America.

Quantū diſtet continens America. a Id. c. 116

b Cap. 117.

America norum vltra Æquatorē forma.

Deformata arte ab iis facies.

Omnia apud eos communia.

Sine lege ſine Deo viuunt.

Digitized by Google

ſubegerint profligaueruntue hoſtes in cibatu habent gratiſſimos. Carne veſcuntur humana adeo, vt pater filios epuletur, & viciſſim nati parentem, prout ſors tulerit et euentus. Vidi ego quemdam perditiſſimum hominem, qui pro gloria non mediocri iactabat ſe edidiſſe ſupra trecentos viros. Vi etiam vrbem quandam, vbi immoratus ſum diebus fere viginti ſeptem, & ibi contignationibus humanas carnes, eaſdemque ſalitas penſiles vidi, vti nos carnes aprugnas ſale vel fumo ſiccatas appendimus in culina trabibus, & in primis inſitiu & id genus alia, immo mirabantur plurimum quod nos non veſceremur hoſtibus. Et infra: *Hos nixi ſumus pluries velle trahere in noſtram ſententiam, perſuadebam vſque identidem, vt tandem aliquando ab his improbatis moribus veluti ab re abhominanda temperaret, quia nobis ſæpenumero polliciti ſunt ſe temperaturos ab hac ſæuitia.* Et infra: *Annis viuunt centum & quinquaginta: raro agrotant, quod ſi forte in morbos inciderint, ſibi herbarum ſucco medentur protinus. Hæc ſunt quæ apud eos comperi non obſcura, videlicet aeris temperiem, cæli clementiam, ſolum ferax, longam ætatem.*

Veſcuntur humana carne.

a Eod. cap. 117. 118. 120.

Viſa in polo antarctico incognita ſydera.

88 Addit auctor a regionem eſſe amœnam adeo, vt paradiſum terreſtrem adumbret, interciſam fluminibus, fontibus ſcaentibus colliculis variegatam, piſcium, auium, animalium, frugiferarum arborum, herbarumque ſaluberrimarum, omni genere affluentem, feracem auri, margaritarumque; euro ſalubri perflatam, incognitis nobis ſyderibus, quorum viginti noſtrates ſtellas, quibus iouis veneriſque nomina veteres indidere, nitore & magnitudine æquant, colluſtratam, tum narrationem concludit: *Hæc ſunt quæ in hac vltima nauigatione ſcitu digna cenſui, quæ etiam oculis ſubieci, nec ubi re opus nuncupaui diem tertium. quandoquidem prius edidi libros alios duos eius nauigationis, quam ex præcepto Regis perfeci occidentem verſus, inque iis complura ſcitu non indigna conſignatiſſime ſunt exarata, & ea in primis quæ ſpectant ad gloriam noſtri Seruatoris, qui hanc orbis machinam miro extruxit artificio, quis enim ſatis pro meritis digne Deum laudare poſſit, cuius mirabilia commemoraui in opere prædicto?*

Inſula Conceptionis inuenta.

b Io. Barroſ l. 5. c. 10. Oſor. l. 2. Maff. l. 2.

89 Dum nouus orbis, qui interiecto mari ad occidentem patet verſus polum antarcticum Emmanuelis Regis Luſitaniæ auſpicijs luſtrabatur ab Americo, Rex ipſe de Petri Aluari Capralis mora anxius claſſem quatuor nauium præfecto Ioanne Nouio in Indiam miſit ineunte martio, a quo inſula in medio Oceano inuenta b eſt, cui Conceptionis Virginis nomen impoſitum, intentoque in Indos curſu de Zamorini inſidijs Caprali comparis certior eſt factus, vtque illo ab hoſtili claſſe petitus vela in Luſitaniam tendiſſet, paulo poſt in Cananoris portu a Malabarum Imperatoris claſſe octuaginta nauium circumfuſus eſt; ſed diuina fretus ope, diſploſiſque tormentis bellicis barbaricam claſſem diſiecit, paronibus nouem onerariiſque decem depreſſis, nec non quadringentis Mauris vel Malabaribus cæſis, adeo vt Calecutium cognita ea clade luctu completum fuerit, Chriſtianique nominis gloria late in oriente perſonuerit. Redeunti Oliſſiponem Bonæque ſpei promontorium tranſuecto inſula apparuit, cui S. Helenæ, cuius tum dies natalis agebatur, nomen dedit, ea vero modico eſt circuitu, ſed ſaluberrimo cælo, aquarum, frugum, lignorum, carniumque abundantia affluens, locoque ita opportuno, vt a diuina prouidentia tanquam nauigantium e Luſitania in Indiam hoſpitium conſtituta cœleſti munere videatur.

Parta a Luſit. de Zamorino victoria.

Inſula S. Helenæ inuenta ad aquationē accommoda.

Reperti in Indiis Chriſtiani qui doctrinā S. Thomæ retinuerant.

a Id. Barr. l. 5. c. 8.

b Itinerar. Portugal. c. 129.

Statua trifrons culta ab Indis.

90 Quod vero ad Petrum Aluarum Capralem, de quo memoratum eſt, attinet; cum ille ineunte anno Cocimi aromatibus naues oneraret, ad eum ex vrbe Cranganoris non procul diſſita Chriſtiani plures, qui doctrinam cœleſtem Apoſtoli Thomæ etiam tum retinuerant, confluxere a. Ex quibus duo in occidente cum Luſitanis traijcere peroptarunt, vt Apoſtolorum Petri & Pauli limina, nec non dominicum ſepulchrum religioſe luſtrarent ij vero de Indorum gentilium inſana ſuperſtitione hæc narrarunt b: *Priores habent delubra, mulieres vero alia templa habeant, quæ non adeunt viri: dant Deo bonorum ſuorum loco primitiarum fruges multi iuges: adorant Deum cæli, eumque Trinum credunt, propterea trifrontem pingunt in ſtatuis complicatis manibus: Tambram nuncupant. Ante eorum ſtatuas trahuntur plagæ, nos cortinas appellamus, ex lino candidiſſimo, hæ reſerantur dum ſacrificant, ſicuti latius in ſequentibus referemus. Habent etiamnum ſtatuas animalium varias, verum eas minime colunt. Quando delubra adeunt, alij frontem terra cooperiunt, aqua alij aſpergunt, ter in die viſunt templa, mane, meridie & veſpere. Sacrificant hoc modo, conuocant plebem buccinatores, cornicines, & choraulæ, nonnulli, vt nos, campano ære, & tantiſper concentum efficiunt, donec magnus eorum ſacerdos aduenerit, qui indutus veſte neſcio qua ſacerdotali aſtat altari, & canere quadam incipit ad cultum diuinum pertinentia: orationes nos appellamus, mox ſubſequitur alius ſacerdos cantans & ipſa nonnulla, his populus reſpondet omnis, vſque tertio hæc fiunt. Demum peractis his egreditur ſacerdos quadam porta nudus totus, habens pro corona ſertum roſarum in capite, duoque magna lumina, totidemque cornua fictitia, in manibus gerit enſes duos denudatos, & gradu citato veluti lymphatus quiſpiam verſus eorum Deum currit, cortinamque mox reſerat, & enſem alterum magno ſacerdoti porrigit, altero vero ſeipſum compluſculis conſauciat vulneribus, & vbi ſe prope confecit plagis innumeris, illic proſilit in rogum ardentiſſimum, ibi ex compoſito paratum, in eoque ſaltat more tripudiantium & chorizantium. Euadit tandem rogum, toruiſſimiſque oculis dicit ſe eſſe locutum cum Deo ſuo, taliaque mandaſſe, & tunc quaſi a Deo acceptu perſona incipit docere populum. Sunt & alia complura ſacrificia.* Et infra: *Rex c gentilium colit idola, & complures habet coniuges, quibus nullus eſt pudor.* Et infra: *Vbi functi ſunt viri, concremantur, at eorum mulieres per octiduum tantum ſuperuiuunt, demum vt in memoriam virorum & ipſæ concremantur viuæ.* Hæc de ethnicorum moribus: at de Chriſtianis, qui in India verſabantur & Armenicum ritum ſeruant, ſubdit.

Gentiliū Indor. ſuperſtitio ſanguine dæmonā placantiū.

c Cap. 130.

Mulieres cum Rege defuncto concremantur.

91 *Chriſtiani ibi delubra habent noſtris non abſimilia, verum ſolas cruces inibi videbis, nullas habent ſanctorum imagines, concameratu ſunt, vt noſtra, inque eorum crepidine crux viſitur pergrandis, vt eſt videre apud nos. Tintinnabula habent nulla, quando vocant populum ad diuina, ſeruant morem Græcorum: hi populi habent magnum antiſtitem, cui adſtant Cardinales duodecim, patriarchæ duo, archiepiſcopi vero & epiſcopi complures. Referebat propterea dictus Ioſeph cum quodam epiſcopo ſoluiſſe ab vrbe Caranganoru, & conſcenſis ratibus iuiſſe ad inſulam Ormum, quæ abeſt ab Caranganoru milliaribus fere mille & quingentis, & inde petijt mediterranea itinere trium menſium vnu cum epiſcopo memorato peruenit in Armeniam maiorem, vt conſaluta-*

Catholicos 12. maiorę Armenia degit.

tent venerantiſſime ſuum magnum pontificem, a quo epiſcopus dictus initiatus ſacris, Ioſephque memoratus ad ſacerdotus gradum promotus itidem agunt Christiani omnes Indiæ & regni Catay. eorum pontifex catholicos dicitur, fertque tonſuram inſtar crucis, praeficit patriarchas ſuos, vt dictum eſt, alterum in India, in Catayo alterum, aliqui vero epiſcopos alio mittit, prout expedire viſum fuerit.

IESV CHRISTI

Annus 1502.

Alexandri PP. VI. annus 10. Maximiliani Romanor. Regis annus 9.

Diſceptatum an Indica res abijcienda foret. *al. Barr. l. 6. c. 1.*

1 Anno exeurrentis ſeculi ſecundo quinta indictione Emmanuel Luſitaniæ Rex a infragili animo, quamuis quatuor nauium in mari merſarum iactura plures terrerentur, cenſerentque longinquas Indicas oras non adeundas, Indiarum tamen imperium ornata validiſſima claſſe ſibi comparare conſtituit vt Chriſti euangelium in ijs vaſtiſſimis regnis diſſeminaretur. Ioannisque Regis, qui Luſitano dominatui Guineæ titulos adiunxerat, laudabili æmulatione incitatus ſplendida nomina domini nauigationis, conquiſitionis, & commercij Æthiopiæ, Arabiæ, Perſidis, & Indiæ capeſſiuit: quo vero iure diſceptat pluribus Ioannes Barrolius, nimirum Romanos Pontifices Chriſti, cui in cœlo & terris omnis poteſtas data eſt, vicarios Regibus Luſitaniæ apoſtolicis diplomatibus tradidiſſe omnium terrarum, quæ a promontorio Boiardo in orientem paterent, imperium, modo in eas ab vllo Chriſtiano principe ius partum non eſſet: reperto vero in ijs vaſtiſſimis oris Mahometanos, qui tanquam Chriſtiani nominis hoſtes publici, atque iniqui oppreſſores domandi eſſent, vel idololatras, qui nefarijs ritibus ad rationis vſum cultumque veri numinis adducendi eſſent: atque hoc iure ſuſcepti in infideles auctoritate pontificia belli plura regna annis ſequentibus, nimirum Sofalam, Quiloam, Mombazam, Oromuſium, Goam, Malacam, Moluccas, Dium, & Baſainum Luſitanæ coronæ adiectas fuiſſe.

Decretū eſt quærendum illius imperium.

Iure propagandæ fidei partum eſt.

Lu Luſitanum auctum.

2 Acceſſit noua ad Indiarum imperium iuris ratio, nempe Chriſtianos Indos ad infidelibus inique fuiſſe oppreſſos, qui in Luſitaniæ Regis, vt Chriſtianæ fidei aſſertoris clientelam ſe commendauerint, vt paulo poſt videbitur. Ad ineundam vero apoſtolicæ donationis, acceptique tituli poſſeſſionem viginti validas naues, inſtruxit b præfecto illi Vaſco Gamma, qui Indias patefecerat, rituque ſolemni dato crucis vexillo Oceani Arabici, Perſici, & Indici dominatorem creauit, deditque mandata, vt Mahometanos bello contunderet, & eorum naues in Indiā nauigantes interciperet; in ſpem enim maximam adductus erat, prohibito Arabibus Indiarum commercio, ingentes ſultani Ægyptij opes ad Chriſtianum imperium auectum iri, atque ideo debilitandum viribus: quo argumento ſuperiori anno a Petro Paſqualico Veneto in Luſitania oratore datæ ad Venetos extant literæ c, vt aromata, quæ ab Ægyptijs petebant, a Luſitanis acciperent. Solutis anchoris Vaſcus Gamma ex itinere Quiloæ tyrannum ſaracenum Luſitani nominis ſtipendiarium ſe profiteri coegit d, traijciensque in Malabares venientem Calecuto nauium onerariam expugnauit, cæſis propugnatoribus, peregrinantesque ad Mahometis

b Io. Barr. ead. l. c. 2.
Mahometanis indictum bellum.

c Extant in Itiner. Portug. cap. 126.
Quiloæ tyrannus in clientem acceptus.
d Barroſ. c. 3. Oſor. l. 3. Maff. lib. 2.

profanum ſepulchrum Epibatas cepit, e quibus pueros ad Chriſti cultum traduxit, cum Rege Cananoris fœdus firmauit a. a Calecutienſi ſeditionis in Luſitanos auctores repetiuit b, detrectantemque bello vexauit; cumque Cochimenſem portum adijſſet, cum eo Rege fœdera inſtauraturus, Cranganorenſes c Chriſtiani Luſitanæ potentiæ fama excitati, erectique ad ſpem libertatis aduerſus infidelium vim aſſerendæ, communi decreto in Emmanuelis Regis patrocinium ſe conijcere ſtatuerunt, miſſo trunco oratorem, qui Gammæ Indici imperij ſceptrum deferret. De qua inſigni legatione Indicarum rerum ſcriptores meminere, interque alios accuratiſſime Maffeus, qui plura de B. Apoſtolo Thoma, a quo illorum maiores fidem hauſerant, memoratu digna enarrataque ab ijſdem Indis conſcripſit culto & eleganti ſtylo, cuius verba repetenda viſa ſunt.

Cananoris Rex fœdere obſtrictus *a Barroſ. cap. 4. ibid. c. 5. c Cap. 6.*
Cranganorenſes Chriſtiani Indiæ ſceptrum Regis Luſitano dant.

3 *Legati*, inquit, *affuere a Chriſti cultoribus ijs, qui non longe a Cocino Cranganorum habent vrbem, e vetuſtiſſima illorum ſtirpe, quos beatus quondam Apoſtolus Thomas ad ſanam religionem ac fidem a Brachmanarum fabulis & impura ſuperſtitione traduxit. Is Indiam prouinciam in orbis terrarum diſtributione ſortitus, Socotoram inſulam Arabici maris fertur adijſſe primum, dein multis ibi factis Chriſtianis traiecit Cranganorem, in ea ciuitate cum multos item Chriſto filios peperiſſet, Colanum petijt, neque ibi fruſtra diſſeminato euangelio trans iuga montium ad oram orientalem ingenti labore contendit, multiſque locis ac præſertim in Coromandelis regno Chriſtiana re bene geſta, perrexit in Sinas, quorum ea tempeſtate celeberrimum erat nomen, ac diuini verbi ſementem in eo quoque nomen fecere inſtituit, atque haud pœnitenda collecta fruge, templiſque ad Chriſti nomen ædificatis, in Coromandelum ad reuiſendos & confirmandos in fide neophytos redijt. Coromandelis caput ac regia tum erat vrbs Meliapor, quam vetuſtate belliſque dirutam nuper Luſitani deducta eo militum emeritorum colonia frequentarunt, ac mutata appellatione honoris Apoſtoli cauſa ab S. Thoma denominarunt. In ea vrbe ſacram ædem extruere aggreſſus Apoſtolus, cum a dæmonum ſacrificulis, & ab Sagamo Rege prohiberetur, res interim inſignis accidiſſe perhibetur ad Chriſti virtutem & fidem euangelij comprobandam. inuſitata magnitudinis truncum, vt fit, in littus eiecerat mare; quod eo tempore leucas fere decem ab vrbe diſtabat. eum Rex materiam cum in vſum ædificij cuiuſdam vehementer expeteret, robuſti primum homines incaſſum funibus ergatiſque amouere conati, dein adhibiti complures elephanti cum toto connixi impetu nihil omnino proficerent, Apoſtolus Regi conditionem tuliſſe fertur, ſi truncum illum ſibi ad templum vero Deo ædificandum daret, nullis machinis, nullo mortalium adiutore ſeſe protinus eum ad vrbem attracturum. Cum Rex, inſanire videlicet hominem ratus, per ludibrium annuiſſet, tum demum Thomas zona, qua erat præcinctus ad prominentem e candice ramuſculum annexa, ſigno tantum facto crucis, immanem ſtipitem facile duxit ſequente ea vniuerſa ad ſpectaculum effuſa ciuitate in ipſo pomario ſtatuit. ibidemque defixa lapidea cruce vaticinatus eſt, cum ad eum lapidem vſque pertingeret pelagus, tum diuino iuſſu e remotiſſimis terris candidos homines ad eadem, quæ ipſe intuliſſet ſacra inſtauranda venturos. Neque fefellit prædictio, ſiquidem ſub Luſitanorum appulſum occultis tot annorum acceſſibus locus Oceano demum alluiceptis. Verum ob eoſigno cæteriſque virtutibus cum Thomæ verbis maior in dies accreſceret fides, Brachmanas autem fuco & fallacijs parta iam auctoritas, iam*

ſagi-

Edocti a D. Thoma eorū maiores.

Sinenſes olim ab eodem ſacris exculti.

Meliapor in D. Thomæ honorem inſtaurata.

Eccleſia diuino prodigio condita a D. Thoma.
Prædictꝰ ab eo in Indiam Luſitanorum aduentus.

Digitized by Google

ſacinus deſeeret, recurſus habio quidem eu ijs ſudum aiſterumſacinus mali dæmonis inſtinctu conſciuit, filio admodum puero ipſemet necem intulit, vt haberet vnde peregrino & inuiſo capiti crimen exitiumque conſlaret. Citatus ad Regem Thomas, cum accuſator ab eo per ſummam indignationem & querimoniam pœnas filij extincti repeteret, contra Thomæ diſcipuli affinem, aut omnino conſcium eius culpæ magiſtrum negarent, nihil opus eſſe coniecturis & certaminibus ait Apoſtolus ab ipſomet, qui occiſus dicatur omnium optime cognoſci rem poſſe. Petit vt eius publice interrogandi poteſtas fiat, nihil recuſatum ab aduerſario & cunctis. Tam inaudita res expectatione ſuſpenſis cadauer in medium affertur, cum ad exanimem puerum Thomas placido & ſereno vultu conuerſus, Agedum, inquit, per Chriſtum, quem ego Deum prædico, palam & ſine ambagibus puer prome quiſnam huiuſce tanti ſceleris auctor extiterit. Mirum dictu! ad Chriſti nomen frigido & exſangui corpuſculo vitales confeſtim rediere ſpiritus, & clara voce vt omnes exaudirent Thomam certum ſummi Dei legatum, & ipſius odio ad ſtruendam illi calumniam nefarias a parente ſibi manus allatas eſſe confirmat. Hac tam illuſtri tamque admiranda teſtificatione fractus calumniator obmutuit. Sagamus, propenſo iam ante ad credendum animo, Chriſtianam deinde fidem ac religionem ſine vlla dubitatione complexus eſt. Regem ex amicis & popularibus imitati complures.

Crimen D. Thomæ aſperſum miraculo diluta.

4 *Brachmanis quoque detecta diuinitus fraude, & pulſo in exilium parricida, pertinax tamen & cæca manſit improbitas, cum latos Chriſtianæ rei progreſſus & neglecta deorum ſimulachra ferre non poſſent, facta conſpiratione præconem euangelij e medio tollere omnino conſtituunt. Tumulus erat non procul ab vrbe, quo Thomas identidem e Chriſti diſciplina ſecedere propitiandi æterni Regis & ſui recolligendi gratia conſueuerat, in eum locum tempore captato Brachmana armati cum ſui ſimilibus impetum dant. Ibi Apoſtolus, dum ad crucem abalienato ab ſenſibus animo Deum pro ſalute hominum, & eius præſertim populi deprecatur, telis primum ac lapidibus appetitus, dein ab vno e Brachmanis lancea transfiſſus occubuit. Venerandum corpus inde ſublatum a diſcipulis, & in templo nouo ædificato conditum eſt. Acceſſit martyrij nomine & memoria cauſa fragmentum haſtæ, quæ inhæſerat coſtis, & baculus præſeruatus, quo ille ad peregrinationes vtebatur & vrna fictilis ceſpite inſerta, nempe qui manantem e ſacris vulneribus cruorem ebiberat. Exinde locus multis miraculis claruit, ac magnus eodem ex omni parte concurſus voti & religionis ergo fieri cœptus. Hæc ferme. Inde ſciſcitantibus Luſitanis non e fama ſolum, ſed etiam e veterum annalibus edidere, quin egregias Thomæ laudes ac mortem pro Chriſti nomine fortiter obitam pueris Malabaribus patrio carmine decantare mos eſt.*

Brachmanum Sæuitia in cuius conſpiratio.

Vt martyrio affectus ſit.

Seruata martyrij monumenta.

5 *Satis conſtat Apoſtolum in Coromandello tractu gangetici ſinus palmam tuliſſe martyrij, nec dubium eſt, quin ex diuini viri præceptis eique inſtitutis ingens hominum multitudo varijs Indiæ diſperſa regionibus in hac vſque tempora Chriſti nomen fidemque tenuerit, quamquam ex Armenij patriarcha Neſtoriani placitis, a quo epiſcopos paulo ante hanc memoriam accipere conſueuerant, multis vitijs & erroribus inquinatas: alioquin apoſtolicas cæremonias magna ex parte obeunt altaris myſteria religioſe venerantur, eoque viatico decedentes e vita ſe muniunt, aduentus Domini & quadraginta dierum ſolemne ieiunium diligenter obſeruant, quotidianæ pſalmodiæ & ſacris inſiſtunt, & cum alia Chriſti domini ſanctorumque feſta rite concelebrant, tum vero præcipue paſchalium feriarum octauam, quam dominicam in Albis vocamus, quod eo die, quo incredulus S. Thomas indito in Chriſti latus ac vulnera digito dominum ſuum ac Deum ſuum præclara teſtificatione confeſſus eſt. Alia præterea multa ex maiorum traditione diligenter obſeruant, eo maiore fide & conſtantiæ laude, quod ob id ipſum non modo a Mahumetanis hominibus acerbe vexantur, ſed etiam ab regulis ethnicis in ſeruitutem redacti, tum alias indignitates & contumelias perferunt, tum vero ſedem ac domicilia iniquis penſionibus redimere ſubinde coguntur. Ijs aduentu Luſitanorum noua diuinitus affulſiſſe lux viſa, conſilio inter ſe habito, qui Cranganoris incolunt fines, ad Gammam in propinquo verſantem legatos earum deſtinarunt, quorum ſumma orationis fuit, ſe & vetuſtiſſimos Chriſti famulos eſſe, & hoc ipſo Luſitanici nominis cupidiſſimos, multa ſe a barbaris indigna quotidie pati, petere & orare, vt Emmanuelis Regis nomine ſe ſuaque omnia in patrocinium fidemque recipiat, ſub hoc deditionis inſigne ſceptrum argento decoratum Gammæ ſupplices detulere, quos ille benigno vultu, comiter & amice complexus bono animo eſſe iubet, vel in primis mandatum ſibi ab Rege Luſitaniæ affirmans, vt Chriſtifideles quotquot in ea regione ſuperſint omni ope atque auxilio ſubleuet.*

Ad eas viſenda concurſus populorum fieri ſolitus.

Ab Armenio patriarcha Indi iura petunt.

Seruatæ ab his veteres traditiones.

Ab Ethnicis indigna ſeruitute preſſi.

6 Interea Malabarum Imperator fictæ pacis illecebra pellicere in inſidias Vaſcum Gammam tentauit, quæ virtute ſuperatæ, multis hoſtium interemptis, fuerunt. Spe ſua fruſtratus barbarus Cochimenſem Regem Luſitanis fœdere iunctum ad defectionem trahere annisus eſt a: cumque Vaſcus Luſitaniam auris felicibus repeteret, illum bello adortus eſt. Antecedebant barbaricam claſſem duæ Arabum naues onerariæ, quæ primo impetu expugnatæ fuere, Mauris in mare præcipites ſe coniicientibus, quorum trecenti in vndis interempti: reliqua Malabarica claſſis fuga ſibi conſuluit. In ijs vero nauibus Maurorum idolum turpiſſimum inuentum, quod Oſorius ita deſcribit b: *Noſtri cum naues ſpoliauere ſignum ex auro factum in ſpeciem monſtri cuiuſdam ſimile figuratum inuenerunt, pondus erat librarum quadraginta, pro oculis habebat in fronte duos ingentis pretij ſmaragdos, ſimiliter pyropum miræ magnitudinis inſtar prunæ incenſæ collucentem in pectus incluſum geſtabat, & pallio aureo amiciebatur*. Applicuit Oliſiponem proximo anno kal. ſeptembris Gamma, cuius reditu lætus Emmanuel parti imperij Aſiatici primitias Indicorumque vectigalium vigeſimam ſacro Mariæ Bethlemitanæ templo conſecrauit c.

Accepti a Gâma in Luſitani Regis clientelâ.

Malabarum proditio in Luſitanos.

a Barroſ. l. 7. c. 1. Oſor. & Maff. vbi ſup.

Idolum Maurorũ deprehenſum.

b Oroſ. ibid.

c Barroſ. l. 6. c. vlt. in fine.

7 His opportune coniungenda videntur quæ de rebus in orbe nouo geſtis hoc anno refert Petrus Martyr d, in commentarijs, quæ Ignatio Lopezio Mendozio Tendillæ comiti, Granatæ proregi inſcripſit ipſius rogatu ea proſecutos, quæ ab anno milleſimo quingenteſimo ad decimum vſque contigerunt: *Ad nouas*, inquit, *terras redeamus innumera ſunt varia. Fortunam non Saturno, non Herculi, non cuiquam veterum, qui nouas oras quæritarunt, ad cultumque redegerunt nuſci iuniores eadent Hiſpani: Proh quam late diſtentam poſteri Chriſtianam videbunt religionem, quam late iam peruagari hominibus licebit! Quid de hiſce rebus ſentiam nequeo lingua vel calamo vllo pacto promere.* Et infra: *Colonus idem Almirantus cum quatuor nauigijs & hominibus centum ſeptuaginta a Regibus præbitis percurrit anno MDII. terram, quæ occidentem Cubæ vltimum ſpectat angulum ad leucas centum triginta circiter, quo medio ſpatio iacet*

d Petr. Martyr. dec. 1. c. 10

Maxima Hiſpani in luſtrando orbe nouo gloria.

Luſtrata Cuba a Colono.

inſulæ frugibus arboreis fortunatiſſima, nomine Guanaſſa, vterque ſe inde ad orientem contulit per eius littoris oras verſis veſtigijs patans ſe littus Pariæ reperturum, ſed minime ceſſit. Percurriſſe quoque feruntur ea littora occidentalia Vincentius Agnes, de quo ſupra; & Ioannes quidam Diez Soliſius Nebriſſenſis, ...

aId decad. 3. c. 4.

8 De eadem Coloni ſiue Columbi nauigatione fuſius poſtea ſcripſit a Petrus Martyr ad Leonem X, harum rerum cupidum: *Is, inquit, à ſalute noſtra MDII. ſupradictas may cum claſſicula nauium quatuor caparum in ſingulas quinquaginta, & ſexaginta, cumque hominibus centum ſeptuaginta ſoluit a Gadibus, & felici curſu Canarias prehendit in diem quintum, inde appulſus eſt ad inſulam Dominicam, quæ Caribum eſt patria die ſexto decimo capiauste Dominica Hiſpaniolam, die quinta. Sexta igitur & vigeſimo die ventis lapſuque Oceani ab oriente in occidentem fluentis adiuuantibus ab Hiſpania nauigauit ad Hiſpaniolam, qui curſu mille ac ducentarum leucarum a nautis eſſe perhibetur. In Hiſpaniola ſiue libens, ſiue mouente prorege parum moratus, occidentem recta ſequtus Cubæ Iamaicaque inſulis a ſeptentrione in dextram relictis in inſulam ſe incidiſſe meridianalem Iamaico ſcribit nomine incolarum Guanaſſam virentem vniuerſam, vberemque ſupra quam credibile cuique ſit.* Addit carpſiſſe iter ad occidentem, ac decimo milliari vaſtam tellurem Quiriquetanam nomine repertiſſe, inque littore diuina celebrari iuſſiſſe.

Ab Oriẽte in Occidentem oceanus curſit.

Guanaſſa inſula patefacta.

9 Decurrentem more torrentis in occidentem Oceanum conſpicatus Colonus, ad orientem proras obuertit, ac XIII. kal. ſeptembris Quiriquetana ſiue Ciamba ſoluit ob Oceani rapidos curſus parum progreſſus, varia flumina littoraque emenſus ad Cariarenſes, vbi maris æſtus non ita ſæuiunt, cum littora arboribus inumbrata ſint, peruenit, indeque varias legentes inſulas opimas Ceraboam attigit; *Viri*, inquit b, *Ceraboroa prouincia nudi ſunt penitus, ſed varijs depicti modis ſertis floridis & coronis ex leonum & tigridum vnguibus contentis oblectantur, fœmina anguſta goſſampina vitta pudenda tantum contegunt.* Cum arcere noſtros littore niterentur barbari, diſploſis in altum, ad terrorem tantum illis iniiciendum, tormentis, perculſi pacem orauerunt, habitoque commercio monilia aurea in aquilas vel leones efficta cum vitro permutarunt, prouectus in Xaguagaum, Colonus tellurem nudis refertam populis reperit: quæ vero ipſi ſucceſſerint proximo anno dicetur. Nunc ad orbis noſtri res, quæ ob aduerſantes ſibi mutuo principum cupiditates perturbatiſſimæ fuerunt, narrationem traducimus.

bPet. Mar dec. 3. c. 4.

Tormentorum diſploſione barbari ad pacem adacti.

10 Seruiebat in primis Alexander Pontifex Cæſaris Borgiæ filij ſui ducis Valentini ambitioni tanto apoſtolicæ maieſtatis dedecore, vt non modo eius facinora publicis ſatyris c ad conflandas in eum coniurationes fuerint irriſa, ſed etiam notæ fidei & auctoritatis ſcriptoribus damnata. Potitus iam erat Cæſar Borgia Francorum Regis beneficio, Valentino ducatu, tũ armis eccleſiaſticis Forocornelio, Foroliuio, Fauentia, Ariminio, & Piſauro, pulſis d veteribus principibus; adiecerat illi Alexander Cæſenam, Fortunæ Fanum, & Britenorium: Columnenſium caſtra, Plumbinumque in eius ditionem conceſſerant, tenebatque plures alias vrbes eccleſiaſticas præſidio militari. Sed his non contentus reliquos ipſorum ditionibus ac bonis principes ſpoliare meditatus eſt, de quo hæ querelæ vulgo effuſæ e in litteris, quæ extant apud Burchardum: *Maiora moliens bellum Camertibus atque Vrbinatibus machinatur, vt his depreſſis totũ Piceno, concedente Pontifice, ſolus potiatur, & demum afflictis omnibus cætera omnia eccleſiæ Romanæ iure atque imperia ad ſe trahat: nam arces omnes eccleſiæ validiores & firmiores in eius iam eſſe dicuntur poteſtate, Spoletum, Vrbemueterem, Vtrios, Nepeſum, Terracinam, molem Hadriani illius præſidio teneri, & demum eo ventum eſſe, vt eius arbitrio ad libitum omnia gubernentur, qui non tanquam huius imperij protector aut dux, ſed velut hoſtis apertiſſimus omnia dilapidat.*

Conflata Alexandro ob nimium ſtudium in ſpurios inuidia.

c Extat apud Burch. in m. ſ. diar.

Magnis ille præſectus Fanc Fa titlus auctus.

d Pet. bib. Card. hiſt. lib. 6. Guicc. l. 5.

Eccleſiaſticũ imperium ſibi vendicat.

11 Perduxiſſe ipſum ad exitum iniqua conſilia, ac Guidonem Vbaldum Vrbinatum principem amicitia coniunctiſſimum proditione, perpuliſſe principatu Burchardus a in diario enarrat b: cũ enim Vrbinas menſe iunio rogatus a duce ipſo Valentino, vt tormenta bellica commodaret Vitellio in Florentinos progreſſuro, atque etiam copias illi coniunxiſſet; tum Valentinus, qui in Camertes ſigna attollere fingebat, exercitum Vrbino admouit, atque Vrbinatem ad ſe accedere iuſſit, qui hac rerum conuerſione territus Mantuam fuga ſe ſubduxit, atque ita Vrbinates ducis Valentini iugum ſubiere. Structæ etiam fuere inſidiæ Iuliano Cardinali Oſtienſi in Galliam profugienti a Trochia, qui erat Alexandro ab arcanis conſilijs, & proditione eum intercipere annitebatur, ſed eæ a diuina prouidentia diſcuſſæ fuere, cum ſolium pontificale conſcenſurus eſſet. Pulſum vero a Iuliano partis per conflagitia omnibus principatibus Cæſarem Borgiam inferius viſuri ſumus; nunc inanes crudelis hominis ſucceſſus ex Burchardo c proſequamur.

Vim dolis armat

aSabellic. enn. 11 l. 8 Pet. Bemb. hiſt. Ven. lib. 6. Guicc. l. 5 & aly.

bBurch. in m ſ diar. in Alex. VI. pag. 270.

12 *Feria*, inquit, *ſexta*, nempe iulij die octaua, *nuntiatum eſt Papæ Vitellotum Vitellium de ciuitate Caſtelli Burgum ſancti ſepulchri, quod oppidum erat Florentinorum, nomine ducis Valentinenſis occupaſſe & acquiſiuiſſe.* De inceptis Etruriæ a Cæſare Borgia Petri Medicei principatui Florentino reſtituendi ſpecie tumultibus plura referunt ſcriptores d, ex quibus Surita e ait, Ferdinandum Regem Hiſpaniarum, dum Maximilianum, Venetos, ac Pontificem in Gallum conciſtare nitebatur, ex arcano ſeruile colloquia de Inſubria ſubijcienda Maximiliano, Etruriaque in Cæſaris Borgiæ imperium adiuncto ei regali nomen redigenda, Aretium occuparat Petrus Mediceus, pronique ad exitium Florentinorum rebus, Ludouicus Francorum Rex auxiliaria illis arma ſubmiſit f, veritus ſcilicet, ne ex Etruria in Inſubriam eius belli contagio ſerperet. Subdit Burchardus vigeſima tertia iulij die, Alexandrum certiorem factum Camertes pactione militari ſe duci Valentinenſi dedidiſſe, ſed cum vrbem ingreſſus eſſet, ducem atque omnes eius filios proditione cepiſſe, & in vincula conieciſſe.

Ab eo poſtea euerſus Borgia.

c Id ibid. pag. 272.

dSabell. enn. 11. l. 8 Pet. Bemb. lib. 6. Guicc. l. 5.

eSurit. to. 5 l. 4. c. 68.

De Hetruria ſubijcienda Borgiæ propoſita ab Hiſpano conſilia.

fGuicc. l. 5

13 Fractam Iuliam Varanam, ac duos filios ſtrangulatos fuiſſe, refert Guicciardinus g, quorum, nec non aliorum toparcharum clades ſuperius recenſitæ crudelis exitij metum cæteris eccleſiaſticæ ditionis principibus intulere, adeo vt armorum fœdus aduerſus Alexandrum ac Cæſarem Borgiam inierint, Vrbinum reſtituerint Vbaldo veteri regulo, Imolam circumſederint, maioraque moliti eſſent, niſi Alexander Francorum Regis ope eam procellam obruiſſet, vt narrat Burchardus h: *Superioribus*, inquit, *diebus*, nempe ineuntis nouembris vel octobris exeuntis, *Carolus & Paulus & cæteri omnes Vrſini, quorum primus Cardinalis*

Procerũ facta in Alex. cõiuratio.

gGuic. l. 5

hBurchar. vbi ſup. Sabell. enn 11. l. 1. Raph. Vol l. 22. & aly.

Vrſinus

Digitized by Google

Vrſinus & Vitellotius Vitelli de ciuitate Caſtelli, ac Ioannes Paulus Balionus de Peruſia, Liberottus de Firmo, & Pandulphus Petrutius de Senis, & quidam alij conſpirati confœderati, & colligati contra ducem Valentinenſem tunc in Imola exiſtentem congregatis circiter . . . equitum & . . . peditum reſtituerunt ciuitatem Vrbinatenſem, & omnes alias ciuitates, terras, loca, & fortelitia ſub ducatu Vrbinatenſi conſtituta, illuſtriſſimo domino Guidoni vero duci Vrbinatenſi nuper expulſo per ducem Valentinenſem, ac Imolam circumdantes duci Valentinenſi magnum timorem incuſſerunt, ſimiliter & Papæ Alexandro, qui ſine mora auxilium Regis Franciæ & nihilominus mediatores delegit, quorum opera concordia & pax inter ſanctitatem ſuam & ducem Valentinenſem & omnes ſupradictos haberetur. Venerunt propterea verſus Imolam omnes gentes Regis Franciæ in ducatu Mediolanenſi exiſtentes.

Vrbinum Guidoni duci reſtitutum. Imolæ obſeſſus Cæſar Borgia. Ludouici Regis Galliæ ope liberatus.

14 *Interim tractata eſt & obtenta ac de menſe præſenti concluſa reconciliatio & concordia inter ſupradictos, quam Papa quæſiuit & finxit in hunc ſolum finem, vt poſſit ſe & ducem filium ſuum contra eoſdem ſupradictos vindicare, & eos omnino extirpare, quod illis imprudenter non formidantibus tandem euenit, licet Cardinalis Vrſinus fuerit ab innumerabilibus perſonis, etiam pueris commonitus, ne de Papa confideret, noluit tamen aliquem audire, & ſæpe ſubridens dixit, nunquam habuiſſe cum Papa diſcordiam, quin per concordiam commodum & vtilitatem reportauerit.*

Inuoluta pax cum proceribus inita ab Alex. Card. Vrſinus illuſus.

Audio Papam, vt prædictum Cardinalem attraheret, confeſſum eſſe ſine fauore Vrſinorum Romæ vel in terris Eccleſiæ permanere tute, nec ducem Valentinenſem dominia ſua retinere, aut illas ſinit: propterea propoſuiſſe reſignare papatum in fauorem ipſius Cardinalis Vrſini, dummodo perpetuam protectionem & defenſionem ducis prædicti polliceretur & promitteret, & ſub huiuſmodi ſpe Cardinalem Vrſinum ad omnia conduxiſſe & per illum cæteros omnes ſupradictos, quod ceſſit in eorum deſtructionem. Concordia ſupradicta concluſa & firmata, prædictus Cardinalis Vrſinus rediit ad vrbem de menſe nouembris ſupradicti. At ipſum proditione captum extinctumque in carcere fuiſſe proximo anno videbimus, ſimiliterque paulo ante, hoc nimirum exeunte anno coniurationis præcipui ſocij, cùm officijs iniuriam ſe deleuiſſe putaſſent, oppreſſi ex inſidijs fuerunt a Cæſare Borgia a, qui prius collectis viribus Bentiuolos ac Bononienſes ad pendendum militare & nummarium vectigal adegit, recuperauit Vrbinum, aufugiente Venetias Guidone principe, de quo Romæ plura lætitiæ publicæ ſigna nona decembris edita refert Burchardus b; Camerinum pactione recepit c, Senogalliam, ducis Vrbinatis ſorore ad Venetos impoſitis nauibus ſuis opibus confugiente, in ſuam poteſtatem redegit, ob quos Borgiarum ſucceſſus Romani impuriſſima bacchanalia in contemptum cardinalitij ordinis celebrarunt pomeridianis horis ipſius natalitij ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti permittente ſpectanteque Alexandro turpiſſimam ſcenam, qui diuinis myſterij, ſolemni ritu peractis non interfuerat, vt refert Burchardus.

Pacis ſpecie fœderati proceres oppreſſi.

a Sabell. enn. 11. l. 1. Pet. Bemb. lib. 6. Guicc. l. 5.

b Burchar. vbi ſup. c Id. & alij vbi ſup.

Impura baccanalia peruigilio natalitij Domini celebrata.

15 Inter hæc Regnum Neapolitanum cruentabatur ſanguine Gallorum Hiſpanorumque, qui potius Conſtantinopolitanum imperium, omiſſis leuibus controuerſijs, communibus armis inuadere debuiſſent. Manaſſe autẽ inde diſcordiam referunt, cùm fines Gallicæ Hiſpanæq; ditionis accurate non fuiſſent deſignati, & quiſque Capitanatam ſui iuris eſſe affectaret. Naſcentem litem æquitate componere niſi ſunt Neapolitani regni proceres a, Conſaluumque Hiſpanorum & Ludouicum Armeniacum Gallorum duces ad colloquium faciendum induxere, in quo conuentum eſt, vt decreta Regum ad huiuſmodi dirimendam litem præſtolarentur, atq; interea cõmunia eſſent oppida controuerſa, in quibus vtriuſque Regis ſigna deſigerentur: ſed antequam reſponſa reddi potuiſſent ex faſtu, liuore, & rapiendi cupiditate ad arma venere, atque ita atrox bellum inter vtroſque accenſum: Galli b Hiſpanis, Hiſpani c Gallis culpam diſſenſionis attribuunt, accuſantque ambos Reges dominatui totius regni inhiaſſe: ait enim Surius d, Ludouicum Francorum Regem oratorem legaſſe ad Ferdinandum Hiſpaniarum, qui expoſita diſcordia inter vtroſque præfectos concitata, addiderit illum pacis conſilia amplexurum, conſtituendoſque communes arbitros, cum imperij Chriſtiani neceſſitas expoſceret, vt coniunctis armis Turcicos progreſſus reprimerent: hæc vero ad occupandam Apuliam iactata fuiſſe, cum Ferdinandus ad Pontificem, cuius liberalitate vtrique regnum diſtributum fuerat, veluti ad ſupremum dominum ac iudicem, nec non ad Cardinales cauſam referret, acceptamque regni partem cum alia, quæ Gallo ceſſerat, commutaturum diceret. Parte alia Ferronius Ferdinandum carpit, qui cum externa ſpecie alendi fœderis cupidum ſe præbuerit, ex arcano Conſaluum literis admonuerit, vt belli occaſiones ſereret, a quo Capitanatam violata pace receptam queritur, eamque contumeliam non ferentem ducem Armeniacum Gallicas copias in Hiſpanos eduxiſſe, eoſque maxima Apuliæ & Calabriæ parte depuliſſe. Proſpere ac feliciter eueniſſe initio Gallis quæ tentarunt, referunt ſcriptores d, cum Ludouicus Rex in Italiam acceſſiſſet, ac ſupplementa miſiſſet ſuis, ac varia prælia pluribus deſcribunt. At vbi repetijt Gallias, cũ inclinare illius res admodum cœpere, quas deinde penitus collapſas viſuri ſumus.

Ob limites accurate non deſignatos ortũ Gallos inter & Hiſpanos bellum.

a Guic. l. 5. Pacis colloquia temere a ducibus violata. Culpa belli ab alio in alium deriuata. b Ferron. lib. 3. c Sur. to. 5 l. 4. c. 61. 64. & l. 5. cap. 2. c Id. l. 4. cap. 59. d Guic. l. 5. Surius to. 5 l. 5 c. 1.

16 Cum porro Ferdinandus Rex ob acceptum pontificia beneficentia Calabriæ ducatum ad clientelarem ſponſionem faciendam Pontifici obſtrictus eſſet, neque ſedem Apoſtolicam adire facile poſſet, ab Alexandro eo labore ob regias curas, quibus in Hiſpania implicitus erat, leuatus eſt e.

e Lib. 5. bull. ſecr. pag. 244.

Chariſſimo in Chriſto filio Ferdinando Regi, & chariſſimæ in Chriſto filiæ Elizabeth Reginæ Hiſpaniarum & Siciliæ catholicis ſalutem, &c.

Cum nos nuper regnum Siciliæ cum tota terra citra pharum iuxta & ſecundum illum ſtatum, quem Reges eiuſdem regni, qui eatenus fuerant, melius tenebant & poſſidebant vſque ad confinia terrarum Romanæ eccleſiæ, ciuitate noſtra Beneuentana illiuſque territorio & diſtrictu exceptis, inter vos & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludouicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum certo modo diuidentes, ducatus ac omnes prouincias Calabriæ & Apuliæ cum tota eorum terra, ac omnibus iuribus & pertinentijs ſuis cum titulo ducis & duciſſæ Calabriæ & Apuliæ, ac omni pleno dominio integra, ſuprema, & regia in omnibus & per omnia iuriſdictione, reſeruata ſemper nobis & ſedi Apoſtolicæ iuriſdictione illa, quæ ratione feudi nobis & dictæ ſedi debetur pro vobis, quandiu vitam duxeritis in humanis, ſimul & poſt vitam alterius veſtrum pro eo, qui ſuperſtes remanſerit, liberiſque & ſucceſſoribus veſtris tam maſcu-

Neapolit. regnum inter Gall. & Hiſp. Reges diuiſum.

lis,

Digitized by Google

lis, quam fœminis recta linea ex corporibus veſtris ex legitimo matrimonio deſcendentibus natis & naſcituris, de venerabilium fratrum noſtrorum eiuſdem Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio pariter & aſſenſu, ac ex certa noſtra ſcientia, elargiti fuerimus volentes inter cætera, quod in optione & beneplacito eſſet Romani Pontificis, ſeu prædictæ eccleſiæ, vos heredeſque veſtros vocare ad præſtandum perſonaliter iuramentum fidelitatis ad ligium homagium Romano Pontifici, ſeu eccleſiæ prædictis, ac ſententias excommunicationis & interdicti in literis noſtris deſuper confectis contentas ſi veſtri vel heredum prædictorum culpa caſus in eiſdem literis contenti euenirent, ex tunc promulgauerimus, prout in eiſdem literis plenius continetur. Et ſicut nobis nuper exponi feciſtis vobis heredibuſque præfatis difficile admodum foret ad ſedem eandem pro præſtando huiuſmodi iuramento, ligio, & homagio perſonaliter accedere, debereſiſque propter promulgationem huiuſmodi ſententiarum aliquando ex inaduertentia, vel aliàs in conſcientia lædi poſſe, licet veſtra ſit intentio literas prædictas & conditiones illas appoſitas, quantum fieri poterit, obſeruare, nos veſtrarum heredumque prædictorum conſcientiarum paci & quieti, veſtriſque ac heredum prædictorum commoditatibus paterna charitate conſulere volentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis heredibuſque præfatis, vt ad veniendum perſonaliter ad ſedem prædictam pro præſtando iuramento ligio & homagio huiuſmodi non teneamini, dummodo illud in manibus à nobis vel ſeda prædicta per vos heredeſque præfatos alias in omnibus & per omnia iuxta literarum prædictarum tenorem præſtetur, quodque ad declarationem & publicationem ſententiarum prædictarum contra vos ac heredes præfatos, niſi vobis heredibuſque præfatis ad hoc prius vocatis, deueniri non poſſit, auctoritate apoſtolica tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus, &c. Nulli ergo, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MDI. *idib. maij pontificatus noſtri anno* x. Hæc de Neapolitanis turbis ſufficiant; nunc res ab Hungaris & Venetis Turcico implicitis bello geſtas percurramus.

Ferd. Rex onerſe veniēdi ad ſedem Ap. pro ſacramento fidei nuncupando leuatus.

17 Obuenerat ampla commodaque occaſio deturbandi Conſtantinopoli Baiazethis, e ſeindeo dique Turcici imperij, quippe in Perſide pſeudopropheta Sophi conſurrexerat a Mahometicæ ſuperſtitionis vanus interpres, nouæque ſectæ conditor, qui religionis ſpecie maximos in oriante motus excitauerat, maximumque terrorem Turcis intulerat. Ipſum recenſuiſſe octuaginta militum millia ſub ſignis narrat Benedictus Piſaurus Venetæ claſſis præfectus in literis b ad Rhodium principem datis, atque Armeniæ eam partem, quæ Turcis parebat, ſubegiſſe, cæſis viginti Turcarum præſidiariorum millibus adeo, vt Baiazethes prouincias nudare milite cogeretur, de quo hæc tradit Raphael Volaterranus c: *Nuper anno* MDII. *excitatus eſt in Perſide vir bubulcus & idiota nomine Sophi, qui ſe prophetam Dei nominat, reſponſaque dat, opertaque facie more Moſeos populos audit, magnoque cum exercitu ingreſſus vicinas nationes ſubegit. Othomannis maxime aduerſus, quibus multa iam abſtulit, eaque antiquis poſſeſſoribus, & dominis Aſambeci nepotibus tradidit. Armenos Chriſtianos vltro obuiam ob metum procedentes bona ſpe iuſſit eſſe.* De Iſmale Sophi, deque eius ſuperſtitione plura Bizarrus a & Barroſius referunt. ob eius vero progreſſus perculſus Baiazethes, dum ad Perſici imperij limites ſuos exercitus amandat, vacare bello in Chriſtianos non potuit, neque Chriſtiani tam idoneam occaſionem, vti par erat, amplexi ſunt, quamuis ab Alexandro Chriſti in terris vicario ad eximium triumphi genus vrgerentur, vt ex ſequenti diplomate b conſtat, in quo grauiſſimas in Venetum imperium Turcarum excurſiones, fuſum ab iis Chriſtianum ſanguinem, comparatos ingentes maritimos ac terreſtres exercitus expoſuit, atque Hiſpanos, qui pio ardore ad profitendam in Turcas ſacram militiam inflammari videbantur, ad diuinum crucis ſymbolum inducendum incitauit, ac pro ſumptibus belli ſacri faciendis decumas imperauit clero.

a Sabell. enn. 1. l. 1. Pet. Bemb. hiſt. l. 6. Boſius p. 2. lib. 16.

Sophi Perſa potiem conturbat, b Extat apud Boſ. ſed. l. 6.1. c Volat. l. 7.

Turcæ magnis cladibus affecti a Perſa. Religionis ſpecie ſaraceni deluſi.

a Bizarr. hiſt. rer. Perſ. l. 10 pag. 206. Barro dec. 2. Aſia l. 11. c. 6.

b Lib. 5. bull. ſecr. pag. 255.

Ad futuram rei memoriam.

18 Vniuerſo pene orbi notiſſimos Turcarum conatus nefarios atque multiplices, & quantas ij nefandiſſimi catholicæ fidei hoſtes Chriſtianis populis ſtrages & cruentiſſimas crudelitates & iacturas, ac damna intulerunt retroactis temporibus, & nouiſſime annis ſuperioribus diuerſas ciuitates munitiſſimas, dilectorum filiorum nobilium virorum ducis & dominij Venetiarum vi & armis ceperunt diuerſaſque incurſiones etiam vſque ad portas nonnullarum aliarum ducis & dominij prædictorum, ciuitatum, atque locorum fecerunt, atque multa millia animarum abduxerunt, & in miſerabilem ſeruitutem redegerunt, villaſque & loca plurima igne ferroque vaſtauerunt, non ſine gemitu & cordis amaritudine ſæpenumero animo recolentes, & attente nonminus conſiderantes, quod ipſorum Turcorum nefanda crudelitas plurimis clara victorijs tantis ſtragibus & calamitatum generibus, quibus latiſſima regna, prouincias, ciuitates, & loca plurima Chriſtianorum a longo tempore citra affecit haſtenus non contenta, nec ſparſi ſanguinis fidelium multitudine ſatiata, copioſam in dies claſſem inſtruit & auget, ac maximum parat exercitum terreſtrem, vt Chriſtianorum regiones terra marique in miſerabilem redigat ſeruitutem, ipſumque ſalutiferæ crucis vexillum, ac Chriſti nomen ſanctiſſimum vna cum illius cultoribus toto orbe deleat, templa vero Dei ſacratiſſima & ſanctorum venerandas reliquias, figuras, & imagines, niſi quantocyus eius occurratur furori, exterminare penitus moliatur in maximam diuinæ maieſtatis offenſam, & cunctorum catholicorum Regum & principum ac fidelium ignominiam, dedecus, & iacturam, ac vices ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pro redemptione humani generis a miſerabili ſathanæ ſeruitute ſe præſertim immolare non abnuit, vt nos ſui regni cœleſtis efficeret poſſeſſores, licet immeriti, gerentes in terris, vigilis more paſtoris, quibus poſſumus medijs cunctorum fidelium mentes pro inſtantis temporis neceſſitate ad eiuſdem catholicæ fidei defenſionem inducere, & omnia nobis poſſibilia remedia ad reſiſtendum eiſdem Turchis parare continuo non ceſſamus, ne Chriſtianæ fidei dignitas, peccatis id facientibus, ad miſerabilem deueniat ſeruitutem, parati pro defenſione huiuſmodi, ſi opus fuerit, illius exemplo, cuius vicarij ſumus, proprium effundere ſanguinem, & incommoda quæque ſubire, præſertim cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus Rex & chariſſima in Chriſto filia noſtra Elizabeth Regina Hiſpaniarum

Grauiſſimæ Turcarum in Venetum imperiũ excurſiones.

Fuſus ab iis Chriſtianus cruor. Comparatus nouus exercitus.

Imperata a Pont. ſacra in hoſtes fidei militia.

rum

rum & Siciliæ catholici inter alios catholicos Reges & principes huic noſtro deſiderio ſpontanei adiutores & cooperatores accedant, cum etſi tantæ expeditionis molem in ſe ſuſcipere, & hoſtis eiuſdem infeſtiſſimi atroces iniurias cum ſuo catholico exercitu vlciſci tota mente affectent, tamen propter temporis conditiones & varietates, vbi vnanimes cuncti Chriſticolæ aduerſus crucis æmulos deberent arma conuertere, nequid ipſe catholicus Rex in propria perſona, quem multarum rerum retrahit magnitudo, hoc intimum ſuæ mentis deſiderium adimplere, ac eum ipſius adiutorio, cuius cauſa agitur, & iis atque aliis aliorum catholicorum Regum, principum, & populorum fidelium freti præſidiis opus defenſionis huiuſmodi fidei continuare non ceſſabimus, expeditque propterea, vt nos, quorum intentio ad ad implenda eccleſiarum omnium commoda, & vniuerſarum Chriſtifidelium, quos præcipue clericalis ordo includit, profectus ſemper aſpirat contra morem & propoſitum noſtrum ſubditos & filios noſtros, quos ab oneribus hactenus releuare, quorumque vtilitatem & commoda procurare ſtudemus, cogente neceſſitate, & calamitoſi temporis neceſſitate grauare oporteat, &c. Indicit biennales decumas vectigalium eccleſiaſticarum in Ferdinandi regnis, in ſacri belli ſumptus conuertendas. *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MDII. VII. *id. maii pontificatus noſtri anno* X.

Profitendæ illius pius ardor oſtenſus à Ferdin. Rege.

Indictæ clero decumæ.

19 Præfectus eſt pontificiæ claſſi epiſcopus Paphenſis, dataque ei mandata fuere a, vt egregie milite & bellico apparatu inſtructam ad Petrum Aubuſſonium S. R. E. Cardinalem, ac Rhodiorum equitum magiſtrum, ſacrique exercitus imperatorem educeret.

a Lib. 2. bis. ſecr. pag. 66.

Alexander, &c. venerabili fratri Iacobo epiſcopo Paphenſi nuntio & commiſſario noſtro.

Cum pro imminenti reipublicæ Chriſtianæ neceſſitate, illiuſque aduerſus Turcos Chriſti nominis acerrimos hoſtes defenſione claſſem noſtram contra ipſos Turcos tranſmittendam armare decreuerimus, ſitque neceſſe habere perſonam, quæ ad illam armandum, ac dein armatam ad dilectum filium noſtrum Petrum S. Hadriani diaconum Cardinalem magnum hoſpitalis S. Ioannis Ieroſolymitani magiſtrum, quem ſuper hoc noſtrum & dictæ ſedis legatum de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio dudum conſtituimus & deputauimus, dirigendam & conducendam, & in dicta claſſe permanendum apta ſit & idonea, nos ſperantes indubie, quod ea, quæ tibi duxerimus committenda, pro tua prudentia, dexteritate, & ſolicitudine bene, fideliter, diligenter, & laudabiliter exequeris, te ad claſſem prædictam armandum ac regendum, & gubernandum, nec non illam ad præfatum legatum conducendum, illique eam noſtro & ſedis prædictæ nomine pro huiuſmodi contra præfatos Turcos expeditione præſentandum, in ipſaque claſſe permanendum, & eam gubernandum, officialeſque ponendum & amouendum, malos puniendum, omniaque & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria quomodolibet opportuna, & quæ pro noſtro & dictæ ſedis honore, ac ipſius claſſis directione & bono regimine cognoueris expedire faciendum, gerendum, exercendum, & exequendum nuntium & commiſſarium noſtrum apoſtolica auctoritate tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum anno* MDII. XII. *kal. maii pontificatus noſtri anno* X.

Inſtrui juſſi ab Alex. claſſis in Tur.

Paphēſis epiſc. illi præfect°.

20 Decreuerat a idem Petrus Aubuſſonius Cardinalis Rhodiorum magiſter ac legatus apoſtolicus non remotiora Turcici imperii membra, ſed ipſum caput ac regiam ſedem Conſtantinopolim bello petere, ſi Pontifex atque Francorum & Hiſpaniorum Regum maritimus exercitus Venetæ & Rhodiæ claſſi coniunxiſſent, obtrito enim ſerpentis capite, dum parte alia Hungarus irrueba̅t, vanos reliqui exanimati corporis conatus futuros putabat. Verum nulli ſociorum apparatus tam arduo digni conſilio confecti, quare decretam expeditionem intermiſit. Miſſis tamen nauibus Rhodiis plures Turcarum naues ducum opera intercepit, graſſationeſque hoſtiles compeſcuit: adulta æſtate pontificia claſſis fidelium ſacro auro conducta Iacobo epiſcopo Paphenſi præfecto tredecim tantum nauium (cum viginti Alexander per apoſtolicas literas b eſſet pollicitus, quibus etiam excuſauit anno ſuperiori ob mortem Venuſini epiſcopi promiſſam claſſem miſſam non fuiſſe) Venetis ſe coniunxit, Hiſpanus nulla ſubmiſit auxilia, Ludouicus Francorum Rex quatuor tantum naues duce Prætanne ſubſidio miſit.

a Boſ ſup. lib.

Agitata conſilia de expugnanda Conſtantinopoli.

Intercepta plures Turcarum naues.

b Extant apud eūd. Segniter à principibus ſuſcepta belli moles.

21 Hac autem virium acceſſione fultus Benedictus Piſaurus Venetæ claſſis præfectus, cum late prius Turcica littora vexaſſet, egregium aliquod facinus meditatus Neritum inſulam, quæ vulgo S. Maura vocabatur, die vigeſima tertia auguſti adortus, ſex dierum ſpatio ea potitus eſt, arcemque magnis operibus muniuit. Extant de expeditione illa Paphenſis epiſcopi ad Rhodium principem literæ c, in quibus additur, paucis poſt diebus diſceſſiſſe Gallum ducem ob Hiſpanorum in Neapolitano regno cum Gallis bella, quem ab Hiſpana claſſe cui Villamarinus præerat, circumuentum. Vt vero Veneti a ſociis Regibus deſtituti a Baiazethe pacem redimere, illique Neritum inſulam reſtituere coacti ſint, dicetur inferius.

Neritos inſula capta à Venetis.

c Extant apud eund Boſ Sabell enn. 11. l. 2 Pet Bemb. lib. 6.

Quod ad Hungarum, quem Venetis ſtipendiis ſuſtentatum in Turcam vidimus attinet; illum exercitum in Boſnam Petro Tranſiluano & Ioanne Matthiæ olim Regis notho filio ducibus ad vindicandas excurſiones ſuperiori anno apud Iaizam factas immiſiſſe, lateque ad Bodonenſe emporium nobile in Iſtri ripa vaſtitatem ingentem feciſſe Michouias d & Cromerus e referunt.

22 In Germania hoc anno peſtilentia graſſata eſt, cum id mirum contigit, vt maxime ii tollerentur, quibus aeris vis crucem impreſſerat: *Anno Domini* MDII. inquit Nicolaus Baſelius f, *magna vbique per totam Germaniam peſtilentia graſſabatur, & multa millia hominum conſumpſit, præſignata, quemadmodum multorum opinio fuit, per cruces, quas in lineis hominum veſtibus, etiam abditis & ciſtis incluſis ante biennium apparuiſſe narrauimus, quarum caſus ſine lapſus in annum tertium non ſimul & ſemel omnibus in locis durauit, videbantur enim nonnulli cruces habuiſſe in ſuis corporibus nudis impreſſas, qui vt plurimum eodem anno peſte ſunt conſumpti.*

d Michou. lib. 4 c. 83. e Cromer. lib. 30. Vngari in Turcicum imperium incurſus. f Baſſel. in addit. ad Nicol. VI. Germaniam peſtis depaſcit. Pereunt qui cruces cælo lapſas corporibus exceperant.

23 Subdit auctor factos eodem anno ingentes populorum affectatæ libertatis, ac religionis ſpecie politicum ſtatum euertere molientium tumultus auctoribus duobus ruſticis, qui in Spirenſis diœceſis oppido, cui Vndergrunbach nomen eſt, variis artibus ſimplices irretierunt, auctique numero callidos viros ſubmiſere in vicina oppida, qui de principum acerbiore imperio quererentur hortarenturque ad ſeruitutis

Libertatis ſpecie rebellant populi.

iugum

iugum armis excutiendum; iamque vexilla binis coloribus diſtincta parauerant, diemque ad cogendas copias ſtatuerant, cum nefaria coniuratio erupit, atque in ipſo ſceleris conatu ope diuina oppreſſa eſt, & ex præcipuis ſeditionis architectis, qui ſupplicio affecti fuere, vniuerſa eorum conſilia patuere, quæ Nicolaus Baſelius deſcribit a hiſce verbis.

a Vt ibid. Præcipua ad rebellandum capita expoſita.

24 *Capti huius coniurationis primi auctores quæſtionibus expoſiti arcanum impietatis ſuæ ac inite coniurationis denudant, atque in tredecim aut quatuordecim articulos, quæ conceperant mala diuumerant, duos breuiter & ſuccinctim hic complectemur. Primus vt aucti numero iugum omne ſeruitutis abijcerent, & omnimodam libertatem more Heluetiorum armis vendicarent. Secundus vt quiſquis in hanc voluntariam ligam aſſumptus fuiſſet ſingulis diebus quinquies dominicam orationem cum angelica ſalutatione in memoriam quinque vulnerum Chriſti principalium flexis genibus oraret pro obtinenda victoria. Tertius ſymbolum ſibi conſtituerunt Deiparam virginem Mariam & diuum Ioannem euangeliſtam, ſignum vero mutuæ inter ſe cognitionis erat dum aliquis ex coniuratione interrogatus fuiſſet alteri interroganti reſpondere potuiſſet.* Et infra: *Quartus conabantur omnem principatum & dominium extinguere, atque contra omnes turmatim cum vexillo in bellum procedere, omneſque ſibi reſiſtentes miſerabili clade trucidare. Quintus confeſſi ſunt primum Bruchſal oppidum ſe inuaſuros, atque id quidem facile, quod dimidiam virorum in eodem oppido partem ſibi coniuratam habere gloriabantur, quo facile, vt præſumebant, obtento vlterius contra marchionatum Badenſem armati procederent. Sextus conſtituerunt inter ſe bona monaſteriorum, eccleſiarum, & clericorum, in circuitu decepta diuidere atque miniſtros Eccleſiæ humiliare, ac quantum poſſent eorundem numerum imminuere. Septimus vt ad ſufficientem numerum congregati amplius viginti quatuor horis in vno loco haud quaquam moras traherent, ſed ad vlteriora ſemper procederent, donec omnia ſuæ coniurationi ſubijcerent. Octauus tantum ſibi vraſtabant, vt dum ſemel conglobatim ad bellum procederent, apertum omnes ſibi adhærere ciues & ruſticos libertatis amore, etiam non compulſos. Nonus intendebant extinctis monaſterijs & eccleſijs, atque in nihilum eccleſiaſtica libertate redacta, neque decimas, neque cenſus dare velle, neque monachis, neque clericis neque principibus, neque nobilibus. Decimus coniurarunt ad diem S. Georgij eiuſdem anni conuenire & armata manu, vt diximus, oppidum Bruchſal mane diluculo inuadere. Vndecimus libertatem ſibi armis vendicare inuicem coniurarunt omnimodam, nec deinceps alicuius pati dominium velle, nec cenſus dare, nec decimas non precarias principibus, non vectigal, aut quidquam ſale, ſed ab omni tributorum genere ſe liberos eſſe atque penitus exemptos. Duodecimus propoſuerant venationes, piſcationes, paſcua, nemora, & omnia, quæ principum conſueuerunt vſibus deſeruire priuatis, in communitatem reuocare, vt cuique liceret venari atque piſcari quando, vbi, & quo modo vellet, ſine cuiuſque prohibitione & impedimento. Tertiusdecimus decreuerunt manu valida ſuorum procedere primo contra marchionem Badenſem, deinde contra epiſcopum Spirenſem; & demum contra monachos & clericos, & quicumque contradixiſſet ſine miſericordia interficeretur tanquam iuſtitiæ Dei contrarius, inobediens, & rebellis.* Fuiſſe hæc Lutheri ſponſalia refert Pontius Heuterus b, nam poſtea ingentes ruſticanorum hominum tumultus tuendi euangelij ſpecie ab eo & ſectatoribus excitatos viſuri ſumus, quamobrem Germania late ruſticano cruore immaduit, nec enim minus hos religionis æquitatis & officij ſpecie peſſundare omnia moliros ait.

Immunitas vectigalium ad pelliciendos in rebellionem Germanos oſtentata.

Fuere hæc Lutheranæ hæreſeos rudimenta. *b Heuter. l. 8. Auſt. Belg.*

25 Hoc anno Franciſcus Ximenius ac Toletanus archiepiſcopus, cœleſti diuinæ prouidentiæ munere aduerſus imminentium hæreſeon venena paraturus antidotum, ſacra biblia Hæbraico, Græco, Latino, Caldaico ſermone vna cum verſionibus ſuis inſtar exemplorum Origenis edere cœpit, de cuius egregio labore, quem reliquo vitæ fluxu vrſit, hæc refert Gomeſius a: *Diuinabat vir prudentiſſimus in tanta hominum noſtrorum inertia diutina, literas negligentium impios homines quamprimum exorituros, qui earum lectione armati, & ad ſuos affectus detorquentes, Chriſti Eccleſiam auſu quidem nefario & immani, & noſtra tamen imperitia profecto, impugnare & euertere tentarent, qum antiquiſſima quæque Chriſtianæ religionis tempora ſecum reputans, diuina prouidentia ita eſſe factum videbat, vt quemadmodum a prudentibus Imperatoribus ex hoſtium, cum quibus dimicant, pugnendi natura, ratio, & conſilia ſumuntur, ita quoque aduerſus dæmonum artes, qui ingenijs humanis percallide abutuntur, remedia quoque ex eodem fonte petenda eſſe. Chriſtus enim optimus maximus, vnde omnis ſapientia ad homines emanat, ſanctos Eccleſiæ Chriſtianæ patres per quaſdam doctrinarum viciſſitudines aduerſus emergentes hoſtes conuenientibus armis prudentia ſua inſtruxit Ximenius, qui ex publica morum corruptela, ipſorumque adeo religionis principum immoderantia, vulpeculas aliquas in occulto nutriri coniectabat, quæ vineam myſticam, cum minus expectaretur, demoliri tentarent, neque ad id aliunde comparato præſidio, quam ex ſacrorum voluminum perperam intellectorum promptuario, non abs re timere cœpit, ne noſtri imparati, & in vtriuſque teſtamenti libris peregrini & hoſpites deprehenderentur, &c.*

Editio exemplorum a Card. Ximen facta. *a Gomeſ de reb geſt. Card. Ximen. l. 2.* Diuino inſtinctu id egiſſe credendum ne corrumpi ab impijs poſſent.

Paratum aduerſus hæreticos præſidium.

26 Ingraueſcente in dies improborum hominum audacia adeo, vt actores cauſarum apud ſedem Apoſtolicam varijs iniurijs afficerentur a ſicarijs, nec iura libere redderentur, edita eſt ab Alexandro hæc ſanctio b.

b Lib. bull. 80. pag. 180. ext. etiam in bullar. in Alex. VI. conſt. 11.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sane tam dilectorum filiorum cauſarum palatij apoſtolici auditorum, eorumque locatenentium, & aliorum fidedigna relatione, quam multorum cauſas ſuas in dicta curia proſequentium grauiſſimis querelis non ſine maxima mentis noſtræ perturbatione ſæpenumero accepimus, quod licet nos, felicis recordationis Innocentio Papa VIII. prædeceſſore noſtro, ſicut Domino placuit, ſublato de medio ad ſummum apoſtolatus apicem diuina fauente clementia aſſumpti tam eiuſdem Innocentij, quam aliorum Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, ſingulis annis in die cœnæ Domini per literas noſtras inter cætera omnes illos, qui per ſe vel alium, ſeu alios quaſcumque perſonas eccleſiaſticas vel ſæculares ad eandem curiam ſuper cauſis & negotijs ſuis recurrentes, illaque in eadem proſequentes, aut procurantes, negotiorum geſtores, aduocatos, vel procuratores ipſorum, aut etiam auditores ſeu iudices ſuper dictis cauſis ſeu negotijs deputatos occaſione cauſarum aut negotiorum huiuſmodi verberarent, mutilarent, vel occiderent, aut bonis ſpoliarent, & qui per ſe vel alium, ſeu alios directe vel indirecte prædicta exequi, vel procurare, aut in eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorem

Conſtitutio in eos qui negotia in Rom. curia agentes lædũt

præ-

Digitized by Google

præſtare non verebantur, cuiuſcumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus forent, etiam ſi pontificali, regali, reginali, vel quauis alia præfulgerent dignitate, publice excommunicare, anathematizare conſueuerimus, prout alij prædeceſſores præfati etiam per eorum literas quotannis dicta die facere conſueuerant, a quibus quidem ſententijs nullus per alium quam Romanum Pontificem, niſi dumtaxat in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc niſi ſub certis modo & forma expreſſis, abſolui poteſt; tamen in dies dierum creſcente malitia quamplures iniquitatis filij & perditionis alumni excommunicationis & anathematis huiuſmodi ſententias paruipendentes horrenda inhumanitate, deteſtandaque ſæuitia, mortem ſitientes aliorum, videntes forſan se in cauſis per eos vel contra ipſos in dicta curia pro tempore motis iuſtitiam non fouere, ſuorum ſalutis ſtatus & honoris immemores, humani generis hoſte procurante, Deique timore poſtpoſito eorum in dictis cauſis aduerſarios, aut illas pro eis in eadem curia proſequentes, aut procurantes, aduocatos, vel procuratores eorum, teſtes & cauſarum prædictarum notarios multoties diuerſis & excogitatis minis afficere, inuadere, verberare, mutilare, & & occidere, ſeu per alios etiam aſſaſſinos talia procurare & exequi, proh dolor! auſu temerario non erubeſcunt, adeo vt plerumque ius ſuum in ipſa curia proſequentes metu, & quadam deſperatione ducti cauſas ſuas deſerere, aut non ſine magno ipſorum præiudicio & detrimento ad concordiam, ſeu alias tranſactiones inhoneſtas, pactioneſque illicitas contra conſuetam dictæ curiæ libertatem deuenire, & ab ipſa curia diſcedere cogantur in diuinæ maieſtatis offenſam, iuriſdictionis & auctoritatis apoſtolicæ læſionem, animarum periculum, perniciosum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, qui eandem Romanam curiam veluti ſupremum iuſtitiæ tribunal, & ſaluberrimum oppreſſorum omnium refugium liberam immunem & ſecuram omnibus conſeruare debemus, conſiderantes attentius, quod plures pœnarum grauitas, quam Dei timor arcere ſolet a voluntate peccandi, & propterea tanto periculo volentes occurrere animarum, ac tam nefarios præſumptores & facinoroſos homines eccleſiaſticæ animaduerſionis mucrone ferire, vt metus penæ meta huiuſmodi præſumptionis exiſtat, huius perpetuæ & irrefragabilis

Pœnæ ijs intentatæ

conſtitutionis edicto de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio prædictas excommunicationis & anathematis omnes & ſingulas alias ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas in talia præſumentes per canonicas ſanctiones, ac alias apoſtolicas conſtitutiones quomodolibet latas & promulgatas auctoritate apoſtolica approbantes & innouantes, ac ad omnes & ſingulos ſupradictos, qui forſan ſub illis comprehenſi non eſſent, extendentes & ampliantes ſtatuimus & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus omnes ſinguli eccleſiaſticæ ſæculareſue perſonæ, cuiuſcumque qualitatis, dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, quæ tam in cauſis beneficialibus, quam profanis ac criminalibus ſiue mixtis in dicta curia nunc & pro tempore pendentibus, etiam ſuper his, quibus literæ executoriales iam decretæ ſuum debitum conſecutæ non fuiſſent effectum, aduerſarios vel illas pro eis proſequentes & procurantes; ſiue aduocatos, aut procuratores ipſorum, aut auditores, & alios iudices, quicumque teſtes & notarios præfatos minis afficere, inuadere, verberare, mutilare & occidere, ſeu per alios talia procurare & exequi quomodolibet præſumpſerint, *& paulo infra*, ſi ex collitigantibus cauſam ipſam & omne ius tam in petitorio quam in poſſeſſorio; ac in re vel ad rem cauſa, vel occaſione huiuſmodi quomodolibet competens ex ipſo perdant penitus & amittant, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MDII. *idib. aprilis pontificatus noſtri anno* X.

IESV CHRISTI

Annus 1503.

ALEXANDRI PP. VI, annus 11. MAXIMILIANI ROMANOR. REG. annus 10.

1 ANno a Virgineo partu milleſimo quingenteſimo tertio indictione ſexta extincto Alexandro VI. in Petri ſolium euectus Pius III. cum maximas ſpes reſtituendæ in antiquum ac florentem ſtatum rei Chriſtianæ diffudiſſet, digniſſimum ſe pontificatu in eo tantum oſtendere, non illum gerere potuit: in cuius vita functi locum Iulius II. ſubrogatus eſt, quorum ſucceſſiones, temporum circumſtantijs Paris de Graſſis a accurate conſignat hiſce verbis: *Anno* MDIII. *die veneris* XVIII. *augusti hora* XIX. *mortuus eſt Papa Alexander VI. Eodem anno die veneris* XXII. *ſeptembris creatus eſt Pius III. & die mercurij in ſolemnitate S. Lucæ* XVIII. *octobris ſequenti, circa horam noctis decimam mortuus eſt.* Et infra: *Dominus Iulius creatus fuit Pontifex die prima nouembris* MDIII. De ſingulis acturo, geſtorumque ſeriem ordine temporum diſtinguenti primus ſe offert Alexander VI. qui cum rerum caducarum occæcatus amore ſpurio in Flaminia Etruriaque nouum regnum condere putaretur inter medios proſperos ſucceſſus velut vmbra euanuit, eiuſque inutiles labores vti leues araneæ caſſes diſſipati fuerunt: felix ſi concepta interdum ſanctiora conſilia de eccleſiaſtica diſciplina in ſuũ adducenda ſplendorem, ac Diuini Numinis cauſa contra impios defendẽda, vti promulgarat, vrſiſſet; ſed conſueto humanæ mentis vitio ea, vt conſeneſcerent pati viſus eſt, neglectaque eius exemplo a Regibus religioſa in Turcas expeditione: cum Veneti Baiazethis potentiæ ſe impares reputarent vna cum Vuladislao Hungariæ Rege fœderato iniquis legibus pacem redemerunt.

a Paris de Graſſis ſ. arch. Vati

Sublatus e viuis cũ ſpurio in Æmilia & Hetruria regnum condere.

2 Pax, inquit Sabellicus b, *per hunc modum confecta eſt, vt Venetus Neritum relinqueret, Baiazethes res Venetis negotiatoribus ab initio belli ademptas reſtitueret: vt Pontica nauigatio, vt antea pateret, eſſetque Veneti nominis magiſtratus, qui antea fuit ſuis hominibus ius dicturus; vt res Venetæ ditionis certis finibus a Turcorum rebus diſcernerentur; & hæc diſerte in conditionibus pacis poſita atque edita.* Ita Neritus inſula, vulgo S. Maura nuncupata, exiguo a Morea abſciſſa freto, atque a Nicolao Piſaurio ſuperiori anno parta, magniſque molibus munita Turcis dedita eſt, qui Methonem, Coronem, Naupactum, aliaſque arces Chriſtianis ereptas retinuerunt Francorum nimirum atque Hiſpanorum in Nea-

b Sabell. en nead. 11. l. 2. Bosius par. 2. l. 16

Empta pax iniquis legibus a Venetis.

Neritos dedita Turcis.

Annal. Eccl. Tom. XIX. M m m m poli-

politano regno diſſenſiones, conficiendæ in Turcas feliciter expeditionia, cum iam ſumptibus viribuſque exhauſti eſſent, ſpem Venetis ademerant.

Hiſpanorum res in Apulia inclinatæ.

3 Agunt pluribus de illorum prælijs ſcriptores, ac varias rerum viciſſitudines, quæ in Neapolitano regno contigere, deſcribunt. Cum porro ineunte anno inclinaræ admodum Hiſpanorum in Apulia res viderentur, Ferdinandus & Elizabeth Hiſpaniarum Reges inſtaurata de pace cum Ludouico Francorum Rege actione ab eo bello vehementer abhorrere præ ſe tulere, atque a vnice percupere, vt Chriſtiana arma in fidei hoſtes verterentur, ampliſſimis mandatis Philippum archiducem Auſtriæ Belgijque principem, qui in ſoceri aula Caſtellani & Aragonij ſceptrorum vna cum vxore heres ſalutatus fuerat, ac per Gallias in Flandriam iter erat habiturus inſtruxere, vt pacem quibus ei liberet legibus, cum Franco ſoceri & & ſocrus nomine conficeret. Is itaque Lugduni magnificentiſſime exceptus indignum ratus inter principes, qui præcipui fidei oppugnatores eſſe deberent, cruenta bella geri, maxime cum arctiſſima parta affinitate coniuncti eſſent, & Claudiam Ludouici filiam nurum ſuam futuram ſperaret, pacem pepigit ingentes rei Chriſtianæ vtilitates, ſi ſolida extitiſſet, parituram; de qua hæc Nicolaus Baſelius b: *Eodem anno Philippus archidux ab Hiſpania regreſſus in Franciam compoſuit pacem apud Lugdunum vigeſima tertia martij inter Hiſpanos Gallos & Germanos, quæ publicitus edita fuit illic quarta aprilis.* Præcipuæ illius leges hæ fuere c vt controuerſa Capitanatæ prouinciæ Philippi fidei committeretur & Carolus Ferdinandi ex Ioanna Philippi vxore nepos, & Claudia Ludouici Francorum Regis filia Neapolis Reges & Apuliæ duces dicerentur, ijſque connubio iuncti fruerentur. Solicitatus etiam eſt Maximilianus Cæſar, vt in Burgundiam ad congreſſionem familiarem cum Gallo deſcenderet ſed Ferdinandus d & Elizabeth Hiſpaniarum Reges licet euangelij & Chriſti e cruce pendentis effigie contactis diſceſſurum generum interpretem pacis conſtituiſſent, pacem tamen etſi perhonorificam, & rei Chriſtianæ neceſſariam reſpuerunt; pariterque Conſaluus e monitus a Philippo, vt armis temperaret, parere abnuit, quamuis Galli pacis mandata amplecterentur: mutata quippe iam erat rerum facies, cum quibus religio fideſque Ferdinandi commutari viſa eſt quem Surita pluribus ab ea labe & turpitudine vindicare nititur f.

a Guicciar. lib. 5. Philippus archidux pacis interpres.

b Baſel. in addit. ad Naucl. Sancita pax Lugduni inter Germanos Gallis & Hiſpanos.

c Guicc. l. 5. Sur. tom. 5. lib. 5. c. 26. Mariana l. 27. c. 19.

d Guicciar. ubi ſup. Violata mox ab Hiſpanis pax.

e Sur. lib. 5. c. 26. Mar. lib. 27. c. 19.

f Sur. lib. 5. cap. 23. 29.

g Sab. enn. 11. lib. 2.

4 Refert vero Sabellicus g collapſas ſuperiori anno in Apulia Hiſpanorum res, ſubmiſſis a Maximiliano Cæſare per mare Germanicis delectibus ex Iſtria in Apuliam reſtitutas fuiſſe: *Hiſpani*, inquit, *in Italia multo Gallis inferiores perquam pauca numero loca obtinebant, vnde ſæpius in Apulia pecuaria, quæ in Gallorum fide erant hoſtiliter inuecti bis centum millia iumentorum capta duabus excurſionibus in prædam auertere. Tenebat ſe Conſalus Hiſpanus dux Baroli obſeſſo ſimilis, Gallis late omnia obtinentibus; ſed poſteaquam ſub verum tempus auxilia affluerunt, & in his mille & quingenti Germanici nominis (bina millia & amplius fuiſſe quidam dicunt) qui ex Germania ad Iſtros progreſſi, ex Iſtria in Apuliam tranſmiſere. horum præſidio firmior iam inde eſſe cœpit res Hiſpana ac liberius euagari.*

Germanicis auxilijs reſtituta res Hiſpana in Apulia.

5 Subdit varios Gallorum aduerſos caſus, ac primum mari interceptum in Hydruntino portu Venetæ tum ditionis ab Hiſpana claſſe Petrum Ioannem, quem a Turcis in Hiſpanos vertiſſe vires ſuperiori anno vidimus: quique cum quatuor tantum triremes & celoces totidem haberet, atque in alto experiri pugnam a Veneto cogeretur, claſſem exurere ac tormenta vndis obruere maluit, ne hoſtis ijs potiretur. Auxere hanc iacturam quam medio februario contigiſſe ait Surita a inſignes Gallis clades illatæ ad Rubos, vbi Palliciæ regulus victus eſt, & ad Seminariam, vbi Obinius dux a Conſaluo vigeſima prima aprilis die prælio fuſus eſt. Parauerat Francorum Rex Genuæ auxiliarem exercitum ſed pacis expectatione deluſus eum reuocarat b: cum Hiſpani maiori impetu in Gallos irruerent, ita Præiannis claſſe Hydrunti exuſta claſſe alia Neapolitana ob ſæuientem inter claſſiarios & remiges epidemiam ſtante in anchoris plurium maritimorum locorum defectiones ob Hiſpanicas graſſationes ſunt ſecutæ. Deinde inito apud Cerinolam certamine Galli obtriti ſunt, duce Nemoroſi Neapolitano prorege inter alios cæſo, in quem cladis culpa deriuata eſt, vt qui auxiliares e Gallijs turmas præſtolari in munitioribus locis noluiſſet; de quo prælio hæc Sabellicus c: *Pugna ſub occaſum ſolis inita per horam tenuit & dimidiam. Affuerunt eo die Gallorum ducibus mille & quingenti equites leuis armaturæ quaterna millia peditum cataphracti equites quingenti cum ſua equitatu. Ceciderunt ex Gallis in pugna tria millia: ſunt qui ex hoc numero aliquid detrahant, augent alij. Occubuere cum his pleríque viri illuſtres Nemenſis dux, qui ſummæ rei præerat, gerebatque vicarium Regis nomen: potitus eſt hoſtium caſtris victor Hiſpanus impedimentis, commeatu & omniſariam belli apparatu refertis & ad Cirinolam in Apulia hoc maxime euentu eſt dimicatum anno, qui tertius fuit a milleſimo humanæ ſalutis ac quingenteſimo ad quartum kal. maias.*

a Sur. ibid cap. 25.

Gallus Rex pacis ſpe deluſus.

b Guicciar. lib. 5.

Cruentiſſimo prælio cæſi Galli.

c Sabellic. enn. 11 l. 2.

6 Prona deinde omnia ad victorem Hiſpanum fuere, quem ipſa Neapolis, cum a Gallis commeatu inſtrui non potuiſſet pactione recepit d decimaquarta e maij Gallis militibus in arces ſe recipientibus ac mox Capua quoque & Auerſa Hiſpano ſe dedidere. Tam auctus ea victoria Conſaluus duodecima iunij die Caſtrum nouum actis cuniculis expugnauit f, cum die ſequenti Gallica claſſis ſerius auxilia attuliſſet. Supererat caſtrum, cui Oui nomen eſt, quod pariter expugnatum: ac tum Aquila & Aprutium omne Salernumque in Hiſpanorum poteſtatem conceſſere g: Caietam, quæ arx munitiſſima Gallis ſupererat, capere Conſaluus Petri Nauarri opera nitebatur; cum nouæ ſuppetiæ a Gallo miſſæ obſidionem ſoluere coegerunt: *Et hæc*, inquit Sabellicus, *æſtate illa geſta, quæ tertij a iubeleo fuit anni, quo ſane tempore circa Pyrenæum*, & infra, *magni vtriuſque gentis conatus extitere. Ludouicus & Ferdinandus Reges non contenti ea bello, quod in Italia de Neapolitano regno ortum magnis opibus alebant, ad oſtentandam regni vterque ſui potentiam vel ad victoriam potius id pertinere rati maiori aliquanto armorum apparatu, nunc ſuo nunc alieno ductu inter ſe conflixere.*

Hiſpanus victor.

d Ibid. ubi ſup.

e Guicciar. lib. 5.

Caſtrum nouum expugnatum.

f Guicciar. lib. 5.

Aquila & Aprutium deditam Conſaluo.

g Ibid. Sur. cap. 37.

7 Grauem in iram ex aduerſis accenſus erat Francorum Rex fallaci pacis actione deluſum ſe ab Hiſpano fuiſſe cauſatus h, ac tres ipſum exercitus ac fortiſſimos, quorum duo per Nauarram & Ruſſinonem in Hiſpanias irrumperent, tertius in Neapolitanum regnum contenderet, conflaſſe referunt Galli, Hiſpani Italique ſcriptores, deque magnificentiſſimo illius bellico apparatu plura

Ingens Gallorum expeditio in Hiſp.

h Guicc. l. 6. Ferron. l. 3. Sur. tom. 5. l. 5. c. 34. 45. Mariana l. 28. c. 3.

Digitized by Google

plura tradoſit. At eius conatus omnes vbique compreſſi: *Fuerunt*, inquit Sabellicus, *ea prælia*, nempe facta circa Pyrenæos montes, *fere ſecunda Hiſpanis*. Deſcribit Mariana Salſulam obſeſſam a Gallo, ab Hiſpano autem liberatam.

a Sabell. enn. 11. lib. 2.

8 Quod vero ad Italicum exercitum pertinet; proceſſerat a Gonzagæ ductu in Etruriam Alexander dum pernicîali morbo tentari cœpit. Sed antequam de his agamus, quæ ab ipſo & Cæſare Borgia eius filio geſta fuerint percurremus. Vindicatum ab his in Vrſinos & alios coniuratos, quos anno ſuperiori ad ducem Vrbinatem & alios principes, qui in dies obterebantur, defendendos, arma ſumpſiſſe, atque Vrbinate in priſtinum ſtatum reſtituto ad pacem allectos conquieuiſſe vidimus, referunt, perlato nimirum nuntio kal. ianuarij ad Pontificem, captam Senogalliam, necnon Liberottum Firmi, Vitellotium Tiferni regulos dolo necatos; Vrſinum vero equitem & Paulum ducem Grauinæ eiuſdem familiæ principes amicitiæ ſpecie captos a Cæſare teneri, mox ab Alexandro Cardinalem Vrſinum venientem, vt de parta in Senogalliæ expugnatione victoria gratularetur, die ſecunda ianuarij cum aliquot præſulibus cinctum militibus in palatio fuiſſe, atque in cuſtodiam traditum: *Pontifex interea Romæ*, inquit Raphael Volaterranus, *vbi per nuntium celerem noctu captos hos eſſe accepit, Cardinalem Vrſinum, quem multa prius blanditia ſpeque ſecurum reddiderat, mane hortatur ad palatium venire; fingit Columnenſes prope vrbem adeſſe, ponteſque cepiſſe. Ille credulus vbi obtemperauit, capitur, & in molem Hadriani conijcitur cum abbate Aluiano Vrſinarum partium: præſul vero Florentinus & Iacobus Sanctacrucius eadem hora capti in palatio ſunt cuſtoditi. Sanctacrucius poſtera die dimiſſus, vadibus datis conſentiente Cardinale ad oppida Vrſinorum Pontifici adſignanda. Ipſe vero Cardinalis paucis poſt diebus eſt elatus cauſa mortis, omnibus facile indicata.* Exiſtimatum vulgo fuiſſe illum veneno ſublatum tradit Burchardus d. Neque Cardinales a Pontifice precibus ſalutem ei impetrare potuerunt: *Quinta*, inquit, *dicti menſis ianuarij*, & infra, *omnes Cardinales fuerunt ad Pontificem commendantes ei Cardinalem Vrſinum: Papa dixit eis de conſpiratione Vitellotij, Vrſinorum, Balioni, Pandulphi, & eorum complicum, vt ducem occiderent, qui ſe voluit contra eos vindicare, & non obtinuerunt a Pontifice gratiam.*

Firmi & Tipherni reguli necati.

Cardinalis Vrſinus captus dolo ab Alexandro.

Veneno ſublatus.

d Burch. vbi ſup.

Obiecta Vrſinis coniuratio in Borgian.

9 Pluribus interiectis auctor ſubijcit, paucis ante Cardinalis obitum diebus, nimirum die vigeſima quarta ianuarij, equitem Vrſinum & Paulum Vrſinum a Cæſare Borgia præfocatos fuiſſe, aduerſus reliquos etiam Vrſinæ gentis proceres verſa arma, ac Iordanum Vrſinum viribus imparem deditionem feciſſe, ac plurima oppida its Vrſinis erepta: verum Brachianum ob Francorum Regis clientelam fremente Alexandro & conquerente in Cardinalium ſenatu expugnari non potuiſſe: plures autem aliæ vrbes captæ ſunt ab eodem Cæſare, cum Senogallia primum ſtipatus quindecim militum millium exercitu ad reliquias veterum hoſtium obterendas prouolaſſet Tifernum, quod diu Vitelliorum tyrannidem pertulerat, in illius poteſtatem venit. Timore perterritus eius aduentu Ioannes Paulus Balionus, qui apud Peruſinos principatum ſibi pepererat, fuga Senas ſe ſubduxit. Quinetiam Pandulpho Petrucio Senarum regulo animus defuit ad excipiendos propulſandoſue Cæſaris Borgiæ impetus, ac ne Senas in diſcrimen adduceret, Lucam ſe proripuit: ſæuo namque effrænique impetu quacumque pergebat in aduerſarios incurrebat, Clutium, Pientiam, Sertanum, Caſtrum plebis, S. Quirici oppidum vaſtauerat, vbi in ſenes quoque & anus infelices crudeliſſime ſæuitum eſt a diro & auaro milite.

Cæſaris Borgiæ ſæuitia in Vrſinos.

Brachianum a Gallo Rege defenſum.

Recuperatum Teſſum.

a Burch. in ms. diar.

10 Ferini & impij hominis hoſce ſucceſſus, nouæ ſpes ex Neapolitanarum rerum conuerſione inflabant; quandoquidem Ludouicus Francorum & Ferdinandus Hiſpaniarum Reges Alexandri amicitiam ad confirmandas res ſuas augendaſue magnis pollicitationibus prenſabant b: Piſani a Florentinis bello petiti Cæſaris Borgiæ patrocinium exambierunt, atque Conſaluus Hiſpanorum dux illi inſuſurrabat, vt Etruriam opprimeret, atque ex ea ad Inſubriam Gallis eripiendam magnumque conflandum principatum conſurgeret. Verum hæc Borgianæ felicitatis oſtenta momento diſſipata fuerunt extincto decima octaua auguſti die Alexandro, de quo hæc tradit Raphael Volaterranus c: *Cum animo adhuc maiora de filio conciperet, diuturnioremque vitam ſibi polliceretur, ſubito in morbum incidit, ex quo paucis diebus abſumptus eſt xv. kal. ſeptembris anno pontificatus xi. ſalutis* MDIII. *cauſam in cœnam venenatam incerto auctore vulgo conſtans opinio iactat, cum præſertim & Cæſar ipſe, & Hadrianus Cardinalis, qui vna accubuerant, eadem pene valetudine afficerentur, quam ætatis robore euaſiſſent.* Qua in re vltorem adfuiſſe Deum affirmat Petrus Cardinalis Bembus, traditque a Cæſare Borgia vinum toxico mixtum paratum fuiſſe ad Hadrianum Cornetanum Cardinalem Pontifici ſumma familiaritate coniunctum e medio tollendum, vt eius ampliſſimas opes inuaderet; ſed pocillatoris errore atque vltrice diuini Numinis vi ſitienti Pontifici & Cæſari Borgiæ propinatum. Hiſque conſentanea plurimi ſcriptores tradunt: adeo vt etiam Alexandrum repente extinctum, & eodem die eius cadauer ex Vaticano ture in palatium relatum ſcribat Guicciardinus d; addatque etiam Panuinus e illum mirabili Dei prouidentia extinctum, ne conſilia nefaria de opulentiſſimis Cardinalibus veneno interimendis ad inexplebilem filij cupiditatem eorum opibus explendam ad exitum perduceret.

Illius patrocinium expetitum a Piſanis.

b Guicciar. lib. 5.

Borgianæ felicitatis oſtenta diſſipata momento.

c Volaterr. lib. 22.

Venenum ſumpſiſſe imprudentia pocillatoris creditus Alexander. Parato alteri dolo diuinitus illuſus.

Vulgaris opinio falſa demonſtratur.

d Guicciar. lib. 5.

e Panuin. in Alex. VI.

11 Verum ob grauem inuidiam, quam in ſe concitauerat, pluribus calumnijs illius memoriam oneratam facile putauerim: nam in primis repentina eum morte non ſublatum, ſed ex continua periodica, ac dein hemitritæa febri ob aeris impuritatem contracta ad ſeptimum diem porrecta ipſum obijſſe, quo tempore omnibus ſacramentis rite procuratus eſt, ex fide digniſſimis manuſcriptis diarijs conſtat; ex quibus f hæc ad refellendam vulgarem famam in contrariam delibanda viſa ſunt, quibus etiam omnes morbi circumſtantiæ accuratiſſime deſcribuntur: *Sabbato die* XII. *auguſti in mane Papa ſenſit ſe male habere: poſt horam vesperorum* XXI *vel* XXII *venit febris, quæ manſit continua. Die* XV. *auguſti extractæ fuerunt ei* XIII. *vnciæ ſanguinis vel circa, & ſuperuenit febris tertiana. Die iouis* XVII. *hora* XII. *accepit medicinam. Die veneris* XVIII. *auguſti circa horam duodecimam vel decimamtertiam confeſſus eſt domino Petro epiſcopo Culmenſi, qui deinde dixit coram eo miſſam, & poſt communionem ſuam dedit Papa ſedenti in lecto ſacramentum Euchariſtiæ; quo facto compleuit miſſam. Interfuerunt quinque Cardinales videlicet Arborenſis,*

Maximæ calumniæ ab inuidis Alexandro aſperſæ.

Quo morbi genere extinctus ſit.

f M. ſ. diar. arch. Vatic ſignat. lit. L.

Sacramentis rite munitur.

Cuſentinus, Montis regalis, Caſanoua, & Conſtantinopolitanus. quibus deinde Papa dixit ſe male ſentire. Hora veſperorum data ſibi extrema vnctione per epiſcopum Culmenſem expirauit præſentibus datario & epiſcopo.

Theſaurus eccleſiaſticus expilatus a Cæſare Borgia Nititur intrudere Pontificē, qui ipſi faueat.

12 Addit auctor Cæſarem Borgiam tunc morbo implicitum fuiſſe, vt pote qui communem putridum aerem in ſuburbano agro hauſiſſet, quod ſæpe Romæ accidit; ſubmiſiſſe tamen Michaelitium ſcelerum omnium ſatellitem, qui educto pugione Cardinalem Caſanouam pontificij ærarij præfectum ad claues tradendas adegiſſet, theſaurumque omnem expilaſſet. Moliebatur etiam Cæſar in pontificatum intrudere ſuis cupiditatibus obſequentem, ac validam ideo manum contraxerat: ſed cum Galli copias in Neapolitanum regnum profecturas vrbi admouerent, vt ſuarum partium aſſertorem pontificem nanciſcerentur, pluresque etiam ab alijs milites collecti fuiſſent, & Cardinales libertatem magnis animis tuerentur, neſcio voto excidit. Quos tumultus ita deſcribit Raphael Volaterranus a: *Poſt eius mortem (Alexandri nimirum) Cæſar ante omnia theſaurum omnem corripuit, Vaticanum quod armatorum duodecim millibus tenebat, ſimul & Hadriani molem operibus muniit eo animo, vt patres in eodem loco de more cogendos ad nouum ſucceſſorem in ſua vota compelleret. At illi ad euitandum periculum in ædem Mineruæ congregati ſubito a Borgianis, quos Micheletius Cæſaris ægrotantis emiſſarios ducebat, circumdantur. Fama peruagante raptas eſſe Cardinales, direptiones ac cædes tota vrbe fieri, omnes illico pauor inuaſit: tabernæ clauduntur: arma corripiuntur, tranſtris trabibus catenisque ferreis viarum exitus obſtruuntur, haud aliter quam ſi rurſus Annibal mœnia tenuiſſet. Ille autem, quod durum forte prouinciam aſſumpſiſſe ſibi videretur, paulo poſtquam venerat diſcedens, Vrſinorum tantum ædium partem apud montem Iordanum incendit. Patres poſt hæc ad vrbis cuſtodiam peditum quatuor millia ſcribunt, proceres Romanos accerſunt, Cardinales tranſalpinos & vndecumque vocatos præter conſuetudinem expectant. Fabius Vrſinus, qui cum octingentis venerat armatis, Pauli patris vlturus necem, quando in auctorem non valebat, in proximas ædibus ſuis pauperum Hiſpanorum tabernas puerili nimium ardore impetum facit, aliquot ex eis necat, bona ſubuertit: verum noctu ſequente Cæſarianorum irruptionem formidans, ſimulque a ſenatu iuſſus in proxima ſua caſtra diſceſſit. Interim Proſper Columneaſis, qui quod Hiſpanis militaret amiciſſimus eſſet, ad Cæſarem a patribus mittitur, rogatum vt a pertinacia deſiſtat, ea tandem ſimulque rurſus Gallis Hiſpaniaque oratoribus inſtantibus, Nepe cum omnibus copijs ſe deferri lectica iuſſit: arx vero adhuc a ſuis tenebatur, quanquam cuſtos Bernardinus Caruaialis Cardinalis opera ſeſe patribus obtemperaturum pollicebatur. Vaticanum igitur recipitur: vbi de more Pontifici peractis exequijs, tantiſper ſuperſederunt, donec Gallorum exercitus, qui tunc illac contra Hiſpanos in Campaniam iter habebat, iubente Cardinale Rothomagenſi, qui ſummam apud eum auctoritatem habuerat, mœnibus egrederetur, ne qua vis aut tumultus oriretur.* Cardinalem Rothomagenſem detinuiſſe nimium circa Romam Gallicas copias, quibus ad reprimendos aduerſarios, ſi pontificatus illi deferretur, vti meditabatur, dicetur inſertus.

a Volaterr. vbi ſup.

Cardinales armatis cingit.

Conſurgunt ad eos defendendos Romani.

Propulſatus Iordanus ædes incendit. Cardinales contrahunt in eum exercitum.

Miſſo interprete adigunt, vt cum ſuis exeat.

Gallicum etiam exercitus exire iuſſus.

PIVS III.

13 Remotis qui vim inferre poterant, Cardinales conclaue ingreſſi, cum diſciplinam eccleſiaſticam labefactatam admodum perpenderent, vexatumque aſſiduis infidelium excurſionibus Chriſtianum imperium, nonnulla pactionum capita, quibus nouum Pontificem obſtringerent, deſignarunt, quorum præcipuum id fuit a, vt excurrente proximo biennio ſolemnes epiſcoporum totius orbis cœtus celebrarentur, ac recurrente exinde quoque triennio inſtaurarentur. Hæc polliciti patres ſinguli ſi ad pontificatum euchi contingeret Franciſcum Cardinalem diaconum S. Euſtachij varijs legationibus, ac præſertim Germanica clarum ob egregias virtutes Pontificem renuntiarunt; de quo hæc Raphael Volaterranus b; *Die xxx. vacantis ſedis triginta ſex Cardinales, quorum decurio Neapolitanus erat, conclaue ingreſſi octaua poſt die Franciſcum Picolomineum diaconum Cardinalem Senenſem Pij II. ex ſorore nepotem Pontificem creant Pium III. appellatum, cuius fama bonitatis animi omnium ad bene iam de religione deque rebus humanis ſperandum excitati fuere.* Æmulatum illum virtutes Pij II. ac religione maxime conſpicuum fuiſſe, ſcribit Petrus Delphinus Camaldulenſis ordinis ſummus præfectus amicitia illi coniunctiſſimus, qui hiſce literis de parto ſummo pontificatu ei noua gratulatus eſt c.

a Sur to 4. l. 5. cap. 47 Lata lex in conclaui de celebrando Concilio ſingulis triennijs.

b Raphael Volaterr. lib. 22. Picolomineus Cardinalis creatus Pontifex

Pio III. Pontifici maximo.

c Petr. Delph. lib. 7 ep. ſt 67.

Petri Delphini ad eum literæ.

Beatiſſime pater, poſt pedum oſcula beatorum. Quanto repletus fuerim gaudio ob promotionem optatiſſimam ad ſummum ſacerdotium ſanctitatis tuæ, quantopere exultauerit cor meum in Domino, nec literis exprimere certe poſſem, nec ſi poſſem neceſſe foret, vt id facerem: imaginari pleniſſime, ac tibi perſuadere non dubito beatitudinem tuam, quæ per tres & viginti annos experta eſt meam erga ſe obſeruantiam, pietatem, fidem. An vllus mihi gratior atque optatior nuntius afferri potuerit, quam vt audierim quod gloria & honore coronauerit te Dominus, & conſtituerit te ſuper opera manuum ſuarum, ſubieceritque omnia ſub pedibus tuis? Noua nimirum lux oriri nobis omnibus heſterna die viſa eſt, exhilarata ſunt noſtrorum omnium corda, manantibus præ gaudio lachrymis, quod tandem aliquando Deus de cælo in terram proſpexerit dato Chriſtianæ plebi Pontifice ſancto, innocente, impolluto, ſegregato a peccatoribus. Læta dies ex admodum triſti factus eſt. Cum paulo ante alius ad nos perlatus fuiſſet rumor. Circumfuſi domeſtici gratulabantur mecum, quod huius ſolis ortus lucem caliganti reddiderit mundo, tantamque tempeſtatem ac tenebras, in quibus diu verſati ſumus, ſubita ſerenitate diſcuſſerit, omniſque ætatis ac memoriæ clariſſimum nobis antiſtitem dederit Deus, per quem repentina effulſerit ſpes reconciliandæ ac firmandæ inter diſſentientes pacis atque concordiæ, cum ſit tibi & ingenium & conſilium & animus par tantæ poteſtati. Quocirca, pater beatiſſime, ſolemnem hodie pro tua incolumitate hoſtiam obtulimus in odorem ſuauitatis Domino, precati ſuppliciter, vt hoc populi Chriſtiani columen, hoc ſplendidum ſydus diuturnum futurum ſit. In maxima eſt, vt audio, expectatione omnium ſanctitas tua, quibus nota eſt virtus, integritas, religio, continentia, probitas ipſius, vt maiora in dies eademque præclara editurus ſis opera, neque vlla in re degeneraturus a felicis recordationis Pio II. auunculo tuo. Velit Dominus, vt omnium etiam ſospites vota, vt Chriſtiana religio plurimum deformata in priſtinam ac veram tuæ pietatis

Digitized by Google

tis opera curaque formam reſtituantur, & gentes, quæ bella volunt, tua auctoritate & gladio ſpiritus diſſipentur, vt ſub tutela tuæ manſuetudinis ac moderationis perpetuo conquieſcamus, &c. *Ex Fonte bono die* XXIV. *ſeptembris* MDIII.

a M ſ. diar. arch. Vatic. ſign. num. L. Panuin. in Surit. ſup. cap. 47.

14 Creatum Pontificem vigeſima ſecunda ſeptembris die, referunt manuſcripta diaria a, ac poſtridie eius diei Cardinalium ſenatum conuocaſſe addit Surita, quamuis ante acceptas ſolemni ritu papales infulas haberi non conſueuiſſet, atque in eo de concilianda inter Galliarum & Hiſpaniarum Reges pace egiſſe, edixiſſeque ſe omnes conatus in ea prouehenda, reſtituendaque in priſtinum ſtatum ac ſplendorem collapſa diſciplina eccleſiaſtica collocaturum, conſtituiſſeque celebrare œcumenicam ſynodum ad hæc perficienda, nec biennale interuallum, quemadmodum in conclaui ſancitum fuerat, expectare velle, ſed quantum citius fieri poſſet operam nauaturum; de quibus Chriſtianos principes omnes fecerat certiores, vt locus ac dies celebrandi concilij deſignarentur. Vt vero id felicius parageretur, componendam actutum ad normam rationis curiam Romanam, & caſtiganda quæ cenſura egere viderentur, ſiue Pontificem, ſiue Cardinales, ſiue eorum adminiſtros contingerent. Hæc pijs & ingentibus ſtudijs cum ſe proſecuturum oſtendiſſet, liberauit Romanum agrum externo exercitu, quo tamdiu vexatum fuerat: traduntque vetera diaria Vaticana b illum vigeſima ſexta ſeptembris permiſiſſe, vt ſeptem millia Gallorum, & mille quingenti cataphracti milites per pontem Miluium tyberim traijcerent, perque vicina vrbis mœnibus loca Neapolitanum regnum peterent; abacta autem a Gallis nonnulla armenta in agro Romano fuiſſe, concitataque propterea a Romanis in vrbe ſeditione Gallos aliquos cæſos fuiſſe.

Promiſſa concilij celebratio biennali flexu.

De inſtauranda diſciplina eccleſiaſtica actum.

b Ibid.

Gallorum in regnum Neapolitano diſceſſus.

c Raph. Volaterr. l. 22. Guicc. lib. 5.

Reditus Borgiæ in vrbem.

In eum Vrſini aſſiliunt.

Paſſus ſuorum ſtragem carcerem ingreditur, vt mortē euadat.

Coactus poſtea ad reſtituendos partos principatus.

15 Audit hos tumultus Cæſar Borgia c, qui cum parte copiarum, publica fide a nouo Pontifice accepta, in vrbem venerat, vt Cardinalibus gratias ageret, quod quem maxime cupiebat Pontificem delegiſſent: tum vero Vrſini ſuperſtites vltum ſuæ familiæ fuſum cruorem impetum in eum fecere, adeo vt edita aliqua ſtrage perculſus Borgia cum aduerſarij viribus augerentur, Pontificis clienteſæ vna cum Squillacij principe & aliquot Hiſpanis Cardinalibus ſeſe commendarit, inque Hadrianam arcem receptus ſit. Ita ille totius paulo ante Italiæ terror iuſtæ necis metu honeſto carcere ſe tutatus eſt, non prius emiſſurus, vt videbimus, quam partos vi principatus, collatoſque a patre reſtituere Romanæ eccleſiæ paciſceretur; eius vero exercitus mox diſſolutus eſt. Ita qui partam tot ſceleribus dignitatem facile tueri potuerat, ſi copias Gallis in Neapolitanum regnum abituris coniunxiſſet, vel in Romandiolam, quam tenebat, ſe recepiſſet, cæco impetu Romam reuerſus in carcerem, vt dicebamus, vltro ſe coniecit, omniaque impij tyranni conſilia diuino nutu euerſa conciderunt, ne amplius eccleſiam diuexaret. Reſtituta hoc modo, præter hominum expectationem, vrbi & eccleſiaſticæ ditioni pax eſt, ac pontificalium ſacrorum ſolemnis pompa tranquille celebrata trigeſima ſeptembris die S. Hieronymo ſacra Pium ſacerdotium ſuſcepiſſe referunt manuſcripta diaria, ac die inſequenti, quæ dominica fuit, prima octobris, epiſcopalibus ſacris initiatum: tum octaua eiuſdem menſis die pontificali thyara ritu veteri redimitum. At paucis diebus eam dignitatem retinuit, cum maximas ſpes inſtaurandæ collapſæ diſciplinæ eccleſiaſticæ, vndique contra Turcicam tyrannidem imperij Chriſtiani oſtendiſſet; quod inter alios refert prædictus Raphael Volaterranus a: *Pius, inquit, ex vlcere cruris, ex quo diu laborauerat, trigeſimo poſt creationem die deceſſit nihilo rerum ab ſe geſto, quas maximo animo conceperat, nam & eccleſiam Romanam reformare, concilium celebrare, ac in Turcas proficiſci annuali imitatione ſtatuerat.* Fuiſſe autem ſacramentis rite communitum refertur in Vaticani tabularij manuſcripto codice b hiſce verbis: *Die Martis* XVII. *octobris Papa* (nimirum Pius III.) *in mane fuit communicatus a confeſſore ſuo, & in nocte ſequenti data ſibi extrema vnctione per eundem, & circa decimum horam noctis emiſit ſpiritum.*

Diuino nutu euerſa momento eius conſilia.

Pius ſacris epiſcopalibus initiatus.

a Volaterr. lib. 22.

Eius obitus intempeſtiuus.

Oſtenſæ ab eo maximæ ſpes

b M ſ. arch. Vatic. ſign. num. 111.

16 Defleuere pij omnes eius obitum intempeſtiuum, inter quos Petrus Delphinus c in literis ad Petrum priorem caſtri Cari ſacra hæc pia ſuſpiria in has voces rupit: *Erit mihi eius, nempe Pij III.*, *memoria ſemper quidem in benedictione, ſed mærore admixta, nec niſi longo temporis interuallo ſine gemitu & ſuſpirijs ſuccurrere mihi poterit tanta in me tantillum pietatis, charitatis & manſuetudinis recordatio. Non tamen propterea repugno voluntati Dei, nec contradico ſermonibus Sancti, qui optime nouit, quo conſilio Pium nobis abſtulerit. Tranſtulit eum ad meliorem vitam, qui diu ſibi, diu eccleſiæ commodis vixerat. Coniunxit eum angelicis choris, qui vitam angelicam duxerat, & gloria & honore ſicut paulo ante in terris, ita modo in cælis felicius coronauit. Ex eo loco, vbi nunc cibo regio & ambroſia veſcitur, vbi non iam per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem diuinam illam contemplatur maieſtatem, ſi reuocare mihi ipſum liceat, nunquam facerem; nam aut inuidere tanti antiſtitis gloriæ ac beatitudini crederer, aut nimium affectibus ac meis commodis indulgere: non mærere tamen non triſtari, qui poſſum?* Et infra: *Benedicam tamen Dominum in omni tempore, qui Pio reddidit mercedem laborum ſuorum, & me adhuc in laboribus & fatigationibus huius ſæculi dereliquit, ipſe Pij precibus me cuſtodiat, protegat, tueatur, ne ſuccumbam oneri, ne ſub faſce ruam, &c. Ex Muſolea die* XXIV. *nouembris* MDIII.

c Petr. Delph. lib. 7 ep. 81.

Petri Delfini de eo flebiles literæ.

17. Eo fuit bonis acerbior Pij mors, quo ſperabant omnes clerum in priſtinum diſciplinæ eccleſiaſticæ nitorem reſtitutum iri, corruptelaſque omnes veteres, ac ſimoniacas fraudes abolendas, de quo laudatus Petrus Delphinus d Barroſio Patauino epiſcopo mœrenti hæc reſcripſit: *Vt ſcripſiſti, quoniam indigni illo fuimus, oſtenderunt tantum terris hunc fata, ſi hoc vti vocabulo liceat. Nam quo animo inierit pontificatum, qua ſignificatione reformanda Eccleſia, vt alia defuerint teſtimonia, quæ plurima & firmiſſima & ſanctiſſima produci queunt, nonne vel directa illa ſanctitatis eius ad te litera ſub annulo piſcatoris obſignata zelum ipſius ac mentem ſanctam apertius præſeferunt? Cogitabat Rex pacificus cogitationes pacis, & iam omnes quietem temporum & annum placabilem Pij ductu & auſpicio futurum ſibi pollicebantur: iam nullus erat futuras ſimoniæ locus, ea labe vltra glacialem oceanum ablegata: iam luxus omnis frugalitate & continentia, ſuoque id potiſſimum exemplo, quemadmodum ex eius coronatione coniectari licuit, cœperat moderari, multoque alia pia opera, vt audio, paucis diebus ſua auctoritate & ſapientia confecit: ſed heu dum adhuc arderet ſucciſus eſt, translatus ad gloriam ſempiternam, &c. Ex Muſolea die* XV. *decembris* MDIII.

d Petr. Delph. lib. 7 epiſt. 84.

Diſciplinam eccleſiaſticam inſtaurare decreuerat.

Iu-

Digitized by Google

18 Iuſtis funebribus de more illi perſolutis, eius corpus in baſilicæ S. Petri ſacello S. Andreæ marmoreo ſepulchro prope auunculi Pij II. mauſoleum conditum eſt: deinde ab Alexandro Peretto Cardinale de Montealto translatum fuit in eccleſiam S. Andreæ, cui de ualle nomen inditum eſt, magnificentiſſime conſtructam, atque epitaphium hoc eleganti mauſoleo inciſum fuit, quo ipſius præcipuæ res geſtæ breuiter deſcribuntur: *Pius III. Pontifex maximus a Pio II. auunculo duos & viginti annos natus in Cardinalium collegium acceptus, vrbis ac Piceni legatione integerrime functus, a Paulo II. ad Fridericum III. miſſus, vt Germanorum arma in Turcos concitaret, conuentum frequentiſſimam Pontificis morte diſſolutum habuit. Sub Innocentio VIII. Vmbros diſſidentes pacauit, Carolo Gallorum Regi in Italiam irrumpenti ab Alexandro VI. fero admodum obuiam miſſus. Ea mortuo duodequadraginta patrum ſuffragijs Pontifex creatus, dum de reſtituenda in priſtinum maieſtate Chriſtiana republica in vrbe agit, XXVI. die in tanta expectatione rerum publica omnium luctu deceſſit, eloquia, prudentia, religione, innocentia, & grauitate domi foriſque inſignis; in dicendis in ſenatu ſententijs liber & grauiſſimus. Vixit annos LXIV. menſes V. dies X. abijt anno ſalutis Chriſti MDIII. XV. kal. nouembris.*

Præcipua illius geſta ante pontificatum.

Sedis tempus.

19 Conſentit his Petrus Delphinus, qui tum ſcribebat, dum hæc ad Marianum Camaldulenſem inſignem eccleſiaſtem ac Pio olim charum ſcribit a. *Obiiſſe in nocte S. Lucæ Pium III. Pontificem maximum, ſicut & tu mihi ſcripſiſti, ego quidem idcirco arbitror, vt agnoſceret vniuerſus orbis extinctum fuiſſe eiuſmodi lumen, quod ſua lucis ſplendore noctis noſtræ tenebras facile fuerat diſcuſſurus; raptus eſt Pius in cœlum, vbi repoſita erat ei corona iuſtitiæ, & morte prohibitus eſt diutius permanere, quoniam ſempiternum non habebat ſacerdotium: reliquit multos mœrore oppletos, qui fuerunt ſuæ ſanctitatis innocentiæque cultores. Sunt iſtæ mundanæ viciſſitudines, quibus admonemur nihil eſſe ſtabile ſub ſole: aſſumptum vero fuiſſe kal. nouembris ad ſummum apoſtolatus apicem reuerendiſſimum Cardinalem S. Petri ad vincula, atque ex Iuliano Iulium ſecundum appellatum: ſperare licet talem fore Pontificem, qui religione, prudentia magnitudine animi noſtras ſoluturus ſit nexus ac vinculo, quibus aſtringimur confracturus & iugum potentium a nobis proiecturus. Impleat Dominus votum noſtrum &c. ex Muſolea die XV. nouembris MDIII.*

a Petr. Delph. lib. 7 epiſt. 79.

Obijt nocte die ſacra S. Lucæ.

Vacuum itaque manſit ſacroſanctum ſolium diebus quatuordecim, numerata decima octaua octobris die, qua inchoata Pius obijt; ſiquidem prima nouembris die, vt idem auctor teſtatur, & publica monumenta ſequenti anno afferenda confirmant, Iulius II. Pio ſuffectus eſt; de quo nos tomo inſequenti.

Succedit illi Iulius II.

LAVS DEO.

Digitized by Google

INDEX

IN TOMVM DECIMVMNONVM

ANNALIVM ECCLESIASTICORVM.

A

ABBREVIATORES. eorum ordo ſublatus a Paulo II. A. 1466. num. 31. ex ijs nonnulli rebellionem minari auſi. ibid. in carceres coniecti. ibid.

Abohabdilles Rex Granatæ. ſuffectus Alboaceno Regi. 1485. n. 32.

Academia Ingolſtadienſis. inſtaurata. 1477. nu. 5. Tubingenſis condita a Sixto IV. ib.

B. Accurſius Minorita. martyris cultus illi decretus a Sixto IV. 1481. n. 42.

Achomates baſſa. immiſſus a Mahomete II. Caffam expugnat. 1475. num. 26.

B. Adiutus Minorita. martyris cultus illi decretus a Sixto IV. 1481. num. 42.

Adolphus Naſſouij comes. in locum Dietheri Moguntini archiepiſcopi de gradu deiecti ſubrogatus. 1461. n. 20. & 25. oſtenſis litteris pontificijs a clero in ſolio collocatur. nu. 25. Dietherum ex vrbe diffugere male ſinit. ib. ab eo bello petitur. ib. a fœderatis Dietheri principibus Moguntinum agrum vaſtari luget. 1462. num. 26. illius ſocij principes magna clade in palatinatu affecti. ib. retento archiepiſcopatu pacem componit cum Diethero. 1463. num. 94.

Adolphus Gueldriæ ducis filius. in Arnulphum patrem ſeuem impie conſurgit eamque in carcerem tradit. 1470. n. 53. intentatæ illi a Pontifice diuinæ iræ. ib. data ab eo & Cæſare Carolo Burgundo mandata, vt patrem Adolphi vinculis ſoluat. n. 54. paret Burgundio, ſed concordiæ interpretem agenti reſpondet malle ſe patrem in puteum proijcere, ac deinde in eumdem protuere quam pacis legem admittere. ibid. dimiſſus intercipitur & in vincula conijcitur quaſi cum Gallo Rege conſpiraſſet. ib. Gueldria in Caroli poteſtatem redacta. ib. Carolo Burgundo cæſo a Gandauenſibus in libertatem reſtituitur. ibid. dum ad Margaritæ tot principatum heredis nuptias aſpirat apud Tornacum trucidatur. ib.

Aegyptius ſultanus. Cyprium regnum Iacobo ſpurio adiudicat. 1460. nu. 93. in poſſeſſionem Iacobum inducit. nu. 96. minaces literas ad Pium II. ſcribit. 97. quid ipſi reſponderit Pius. ib. & ſeqq. coniurat cum Mahomete II. ad delendum nomen Chriſtianum. A. 1461. n. 27. ſolicitati fideles, vt in eum conſurgant. ib.

Aeneas Syluius V. Pius II. PP. Aenum a Venetis ereptum Turcis. 1469. n. 12.

Aethiopes occidentales. quinam ſint ij. 1481. n. 38. quando fides illis illata. 1476. n. 22. & 1491. n. 8. & 9.

Aethiopes orientales duce Abyſſini. eorum legati ad Sixtum IV. 1481. n. 40. petunt epiſcopum. ib. Æthiopum Imperator Reges fiduciarios etiam infideles data cruce auctorare ſolitus. 1486. n. 67.

Aethiopia orientalis. luſtrata a Vaſco Gamma. 1498. n. 40.

Africa. illius expugnandæ ius datum Ferdinando Catholico. 1494. n. 36.

Agilitas. Ialoſſorum equitum incredibilis. 1491. n. 10.

Agnus Dei. iconcularum in quo diuinus agnus expreſſus vis mira. 1471. nu. 58. vendi, aut permutari prohibentur. ibid. icunculæ cereæ ita dictæ quando ſacrari conſueuerint a Pontifice. 1486. n. 50.

Alba regalis. capta a Maximiliano. 1490. n. 14. recepta ab Vuladislao. 1491. n. 11.

Albacenſes Mauri. reis læſæ maieſtatis vita indulta ſi baptiſmo luſtrati vellent. 1500. num. 32. ad vnum omnes Chriſtiani fiunt. ib.

Albania. extrema clade attrita a Mahomete II. & ſubacta. 1466. nu. 1. vſque ad 8. Albanorum quinquaginta millia in ſeruitutem abducta a Mahomete I. n. 7. mouent arma in Baiazethem II. 1492. nu. 17. opprimuntur. n. 18.

Albertus marchio Brandeburgenſis. cum Ludouico duce Bauariæ diſſidia componit opera internuntij pontificij 1459. n. 55. ſollicitatur a Pio, vt Mantuam accedat, vt de bello in Mahometem decernatur. ib. ſollicitatur, vt Fredericum palatinum ad pacem Norimbergenſem admittendam adducat. nu. 57. Frederici III. partes ſuſcipit aduerſus coniuratos Germaniæ proceres. 1461. n. 15.

Albertus Frederici Cæſaris frater. cum Viennenſibus coniuratis Fridericum cum Auguſta & filio Maximiliano ad deditionem cogit. 1463. n. 11. Viennenſes ad Fredericum poſtea deficientes capitali ſupplicio afficit. ibid.

Albertus Saxoniæ dux. concordiæ interpres adhibetur a Georgio Boemiæ Rege exauctorato. A. 1471. n. 14. & 15. quid illius oratoribus reſponſum. ib. & num. ſeqq. poſt mortem Georgij affectat regnum Boemiæ. n. 33. obſiſtit ne Boemi Matthiæ imperium acciperent. ibid. profuit Vladislao Polono. ib. intentæ illi cenſuræ ob data hæreticis ſubſidia. ibid. obiurgatur a Pontifice quod Pragam adierit. n. 37. ab affectando regno abſiſtit. n. 38. Philippi archiducis conformandis moribus datus monetur. vt eum ad tuendum ius eccleſiaſticum inſtruat. 1492. num. 33.

Alboacenus Rex Granatæ. Alhamam amittit. 1482. n. 39. cum tribus equitum & quinquaginta peditum millibus mouet in Chriſtianos. ib. propulſatus excurrit in Bæticam. ibid. iterum Alhamam tentat, ac propulſatur. 1483 n. 43. premitur grauiore bello terra marique. nu. 44. amiſſis pluribus vrbibus a ſuis regno deiectus. 1485. nu. 32. Abohabdilles illi ſuffectus. ib.

Alcoranum. per illud dæmones ſaluandos Mahometes finxit. 1461. n. 78. alcorani ineptiæ refelluntur. ib. & numeris præcedentibus & conſequentibus; innumera deliramenta alcorano contenta. nu. 80. finxit Mahometes veterem legem a Iudæis nouam a Chriſtianis corruptas eaque tantum vera quæ in alcorano contenta ſunt. n. 86. de alcorano intentata morte deſceptari vetitum ab impoſtore. n. 87. cur illud armis tantum defendi voluerit Mahometes. nu. 96. Mahometanorum victoriæ non oſtenduot verum eſſe alcoranum. nu. 97. maxime iniquus eſt Mahometes, qui pro ratione alcoranum probatura intentet gladium. n. 98. illius inuenta accepta a dæmone. n 99. alcorano legis nomen non congruere demonſtratur. num. 100. negat Mahometes diuino ſtabiliendum teſtimonio, ſed gladio. n. 102. alcorani aniles fabulæ. n. 104. & n. ſeq. alcoranorum quatuor millia Franciſci Ximenij iuſſu flammis exuſta. 1499. n. 4.

Alea. ſublata in Hiſpania. 1483. num. 41.

Alexander de Saxoferrato ſupremus Au-

gu-

Digitized by Google

guſtianorum magiſter. creatus Cardinalis tit. S. Suſannæ. 1460. n. 29. miſſus a Pio in Picænum aduerſus Sigiſmundum Malateſtam. A. 1460. n. 72. iuſtus excipere caput S. Andreæ deuectum e Græcia. 1462. n. 1. Anconitanos ad obſequium eccleſiæ reuocat. 1461. n. 8. cõmendatus a Pio. ib. ſacris colloquijs & precibus extremos dies tranſigit. 1463. n. 110. piiſſime obit. ib. in pueritia lapſus in fontem. n. 111. ad vitam Virginis ope reuocatus. ib. inter Auguſtinianos vitam ſanctiſſimam duxit. num. 112. acerbiſſima carnem macerabat licet pompam externam in cardinalatu duceat. nu. 113. mortis memoriam diligenter recolebat. ibid. ad ſepulchri ſui picturam orare ſolitus, ib.

Alexander epiſcopus Foroliuienſis internuntius apoſtolicus. Nuſſienſe bellum prudentia diſſoluit. 1474. n. 5.

Alexander Sfortia Piſaurienſis toparcha, ob rebellionem a Sixto IV. dominatu depulſus. 1479. n. 17.

Alexander Lithuaniæ dux. contracta affinitate cum Ioanne Baſilio Moſchorum duce ſchiſmatico Ruſſiæ parte ab eo exuitur. 1500. n. 18. a Ioanne Baſilio duce Moſchouitarum ex inſidijs vincitur. 1501. n. 38. miſſæ ad eum ab Alexandro VI. plures ſacræ reliquiæ. n. 39. eius frater B. Caſimirus miraculis claret. n. 40. ad Poloniæ ſceptrum vocatur, 1501. n. 83.

Alexander VI. corruptus moribus deligitur Pontifex a corruptis auro Cardinalibus. 1492. n. 24. eos deinde male perdidit quos corruperat. ib. Iulianus Robureus Cardinalis illius iram veritus in Galliam fugit. nu. 25. Alexandri VI. cauſa lata eſt ſanctio in Pontificem & Cardinales ſimoniacos. ib. quinque Cardinales ſimoniacum ſcelus in pontificatu execrati ſunt. ib. eius patria & primitiæ. nu. 25. collectis ex epiſcopatuum & ſacerdotiorum multitudine diuitijs elatus. ib. thyara pontificia ritu ſolemni redimitus. num. 26. ſolemni pompa Lateranum ductus. ibid. & 27. in poſſeſſione ineunda deliquium animi paſſus. n. 27. Ioannem ex ſorore nepotem Cardinalem creat. n. 28. ſacramentum de non creandis niſi certis legibus Cardinalibus diſſoluit. ib. filio ſpurio archiepiſcopatum Valentinum & epiſcopatum Pampilonenſem confere. num. 29. Sicarios, qui late graſſari erant coercet. ib. iuſtitiam omnibus maxima laude adminiſtrat. ib. plurium principum oratores excipit. num. 30. Vvladiſlaum Regem Hungariæ ducendæ Beatricis Reginæ onere ſoluit. nu. 16. Ardiciani Cardinalis ad eum litteræ, vt ſibi dimiſſo cardinalatu Camaldulenſe inſtitutum amplecti liceat, num. 32. monet Philippum archiducem ne libertatem eccleſiaſticam in Belgio opprimi ſinat, num. 33. ſolemnes preces indicit pro Ferdinando Rege Hiſpaniæ a proditore ſauciato, num. 34. illum ob præclara geſta Catholici Regis nomine exornat. ib. in principio pontificatus Alexandri VI. inuentus nouus orbis, nu. 35. inducias Hungaris imperat & Vvladiſlaum Regem ſequi aduerſus Turcas iubet. A. 1493. nu. 3. & ſeq. proponit ijs ſacras indulgentias, nu. 4. reſcindit ſponſalia inter Blancham & Ioannem Coruinum ne regnum aſſectet, 1493. n. 4. Vrſum epiſcopum Tranenſem mittit in Boemiam ad reprimendos Huſſitas, n. 5. & ſeq. reſipiſcentes eccleſiæ conciliare iubet. num. 7. in regno Granatenſi quatuor epiſcopatus reſtituit & Granatæ metropolitanum, num. 14. noui orbis trans oceanum imperium Regibus Caſtellæ confert. num. 18. iiſdem priuilegijs eos exornat quibus Luſitani ornati fuerant. ib. terminos noui orbis Caſtellæ Regibus attributi circumſcribit, n. 23. monet Hiſpanos Reges, vt ſacerdotes probos mittant ad terras recenter inuentas. ib. profecturos in eas ſacerdotes priuilegijs ampliſſimis donat. n. 24. indulgentias ad nouũ orbem traiecturis proponit. n. 25. impoſtores indulgentijs abutentes coercendos ſtatuit. n. 26. cum Venetis alijſque nonnullis principibus fœdus percutit aduerſus Gallorum Regem. n. 27. queritur de eo Ferdinandus Hiſpaniæ Rex ipſum Marranos in ditione pontificia excepiſſe. nu. 35. in Marranos ſeueritatem adhibet. ib. a Sabaudiæ ducis oratore ſolicitatur, vt bellum Turcis inferat. nu. 35. filium ſpurium inter Cardinales intrudit. num. 33. ordinem Minimorum cuius conditor extitit S. Franciſcus de Paula confirmat, n. 35. & ſeq. extincto Ferdinando II. Carolus Francorũ Rex in regno Neapolitano cõfirmari ab eo poſcit. 1594. n. 2. Alfonſus II. Ferdinandi I. filius affinitatem cum Alexandro contrahit. n. 3. fauet illi Alexander, vt Ferdinando ſuccedat. ib. nuncupandi ſacramenti formulam illi præſcribit. num. 4. legatum mittit ad eum diademate cingendum, num. 5. Franciſcum Cardinalem Senenſem legatum decernit ad Carolum Gallorum Regem. n. 16. Caroli ad Alexandrum reſponſum. nu. 17. cum Alfonſo Neapolitano colloquium init. num. 20. metuit ſibi, ne quid Carolus in eum nouare meditetur. nu. 25. cum eo paciſci cogitur. num. 26. nonnullos Cardinales ſibi aduerſantes cuſtodiæ tradit. ib. exprobratum illi fœdus cum Turcis initum aduerſus Gallos. nu. 28. promittit Carolo Regi auxilia omnium Chriſtianorum ſi a regno Neapolitano abſtinere velit. nu. 29. Ferdinando & Eliſabeth Hiſpaniæ Regibus expugnandæ Africæ ius confert. nu. 36. Hiſpanos hortatur, vt ad debellandam Africam ſe comparent. nu. 37. pacem Hiſpanis proceribus imperat. num. 38. militiam S. Georgij a Frederico III. inſtitutam confirmat. nu. 40. de ambiguo ipſius pontificatu lis ingens mota. A. 1495. n. 1. cum in molem Hadrianam confugiſſet de eo expugnando agitata cõſilia, ſed diſcuſſa. ib. viſum eſt tolerandum licet improbum ne ſchiſma fieret. n. 2. cum eo fœdus initum. ib. Cardinales cum eo ſuas lites componunt. ib. Briſſonetum epiſcopum Maclouienſem Cardinalem creat. num. 3. Carolus VIII. Francorum Rex quamuis victor ter flexo genu illum colit. ib. Pariſienſis præſidis ad eum oratio. num. 4. qua verborum formula præſtitum illi a Gallo Rege obſequium. ibid. Gallorum Rex victor Alexandri ſacra facturi manibus aquam ſupplex affundit. num. 5. Ziaimum Gallo Regi tradit, & obſidem filium ſpurium Cardinalem Valentinum. ibid. Germanos ſolicitat in Carolum Gallorum Regem. nu. 15. queritur expugnatum fuiſſe a Carolo Neapolitanum regnum. num. 16. Hiſpaniæ Reges in eundem concitat. num. 17. Caroli Regis redituri metu, ex vrbe diſcedit & Cardinalem Antoniotum tit. S. Praxedis legatum creat. num. 21. Auguſtino Barbadico Venetorum duci de pulſo Italia Gallo Rege gratulatur. num. 29. mittit legatum ad Ferdinandum II. Neapolitanum Regem ad eum in regno conſtabiliendum. num. 33. ob fluminum ingentes eluuiones per hyemem, quæ luem veneream præceſſere publicas preces indicit. n. 37. initum cum Anglo & alijs Regibus fœdus aduerſus Gallum promulgat. 1496. nu. 1. Bernardinum tit. ſanctæ Crucis Cardinalem legatum decernit ad Maximilianum Cæſarem. num. 3. & 4. Carolo Gallorum Regi ni bella italica intermiſerit cenſuras intentat. nu. 5. mittit in regnum Neapolitanum exercitum aduerſus Gallos. num. 10. Virginium cum Gallis ſentientem inſectatur. num. 16. Alexandri exercitus ab eo fuſus, nu. 19. pacem cum Vrſinis componit. ibid. delata illi a Rege Georgianorum obedientia. num. 21. ad eum mittit decretum vnionis Romanæ Eccleſię cum Græcis. num. 22. Suecis aduerſus Moſcouitas, arma ſumpturis indulgentias proponit. num. 24. Ferdinando Hiſpaniæ Regi Catholici nomen aſcribit. n. 25. meditanti Africanam expeditionem Luſitaniæ Regi ſubſidia præbet. num. 28. votum continentiæ in equitibus Auiſij & militię Ieſu

Digitized by Google

Ieſu Chriſti ad matrimonium reſtringit. n. 32. militarem ordinem equitum S.Michaelis inſtitutum a Ludouico XI. confirmat. n.36.creat nouos Cardinales. n.38. Hieronymum Sauonarolam prædicationis munere interdicit. n.39. eius exercitus fuſus ab Vrſinis. A.1497.nu.1. Conſaluum Hiſpanum ducem in Gallos euocat. n. 2. eius ope Oſtiam recuperat. ib. roſam auream illi tradit. ib.monitus a Conſaluo militari oratione, vt vitia emendet. nu.3. diuidere in ſpurios principatum eccleſiaſticum molitur. ibid. Beneuentanum ducatum tradit filio ſuo Ioanni Borgiæ duci Grandiæ. ibid. luget eumdem merſum dum ad ſcorta pergeret. num. 4. mœrore inde conficitur ac deridetur a poetis. ibid. de Pontificatu dimittendo agitat diuinam iram metuens. ib.agit de eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda. n.5. ſex Cardinales illi muneri præficit. n.7. re infecta ad ingenium redit. n. 8. Cardinalem Valentinum filium mittit legatũ in regnum Neapolitanum ad conferendum regium inſigne.n.9 eumdem ampliſſimis prærogatiuis donat. n.11. Hieronymũ Sauonarolam fingentem ſe vatem in iudiciũ vocat. n.16. Florentini magiſtratus pro eo deprecatores accedunt. ib. ſubijcit illum Longobardicæ congregationis præfecto. n. 17. iubet probare ſe miſſum a *Deo*. ib. obijcit blaſphemum modum aſſerendi dicta ſua.ib. interdicit concionandi munere. ib. præcipit, vt accedat ad Sedem Apoſtolicam.n.19.Hieronymi ad eum literæ.n.20.Africę expugnandæ ius tribuit Emmanueli Luſitaniæ Regi. n.33. addit legem, vt Chriſti cultus in partis locis reſtituatur. ib. ſuſpectos iudices dat,qui de matrimonio Ludouici XII. Regis cognoſcant. 1498. n.4.eius filius Cæſar abiecto cardinalatu donatus ducatu Valentino. n.5. declamat in Alexãdrum Hieronymus Sauonarola congregandum concilium. n.10. Alexander officij ab Emmanuele Rege Luſitaniæ admonitus. n. 20. monetur a Ferdinando Rege Hiſpaniæ ne Beneuentum abalienet a ditione eccleſiaſtica. n.21. Ioannem Borgiam Cardinalem ad Venetos pro communi fœdere ſanciendo in Turcas legat. 1499. n.6. proceres beneficiarios eccleſiæ ob non ſolutum vectigal ditione ſpoliat. n.21. eccleſiæ principatus filijs tribuit. n.22. exuit ijs pronepotes Sixti IV. Gallicis armis fulcitur. ib. veneno literis infuſo tentatus, ſed liberatus. n. 24. capta Catharina Sfortia ſceleris artifex. ib. iubileum annum indicit. n. 25. vetat Cardinales abeſſe ab vrbe anno iubilæi.n.28.Pragenſes, canonicos auget ampliſſima

auctoritate pro conciliandis eccleſiæ Huſſitis. num.29. Indiæ orientalis maritimum iter patefactum. nu. 32. iubilæum annum celebrat. A. 1500. num. 1. percuſſo fulmine camino & ruente tecto ſauciatur, ſed ruinis ipſis protegitur admirando caſu,num.2. die præcedenti ruentis mallei diſcrimen ingens euaſerat. nu. 3. ereptus periculis offert munera altari S. Petri. num.4. agit numini grates.ibid. pium morem de campanis ad angelicam orationem repetendam pulſandis inſtaurat. n. 5. principum oratores pro expeditione conficienda in Turcas indicit. num. 6. queritur de Romanorum & Francorum Regibus, qui bellum in Turcas ſuſcipere renuant. ib. de Friderico Neapolitano, qui cum Turcis fœdus iunxerit. ib. decernit nomine Romanæ eccleſiæ bellum in Turcas. nu.7. eccleſiaſticas decumas in ſumptus conferre iubet.nu.8. conferendas a Cardinalibus decernit. ib. Reges ad Chriſti iniurias vindicandas puſillanimes experitur.nu.11. ſollicitat Reges,vt ſedatis diſcordijs arma iungant in Turcas. nu. 13. præcipue Hungariæ & Poloniæ Reges. nu. 13. ſolemnes preces indicit pro gerendo proſpere bello turcico. num. 16. decernit proficiſci in Turcas ſi Gallus, vel Hiſpanus Rex eum ſequatur. nu.20. Gurcenſem Cardinalem legatum decernit in Germaniam.ibid. Reginenſem Cardinalem in Hungariam legat. nu.21. ſtipam collaturis pro ſumptu belli turcici indulgentias proponit.ibid. Romanæ eccleſiæ ſigniferum creat Cæſarem Borgiam ad exuendos fiduciarios toparchas ſpreto bello turcico,nu.22. Forliuio potitur eius ſpurius. ib. & Piſauro & Arimino.n.27.auget Cardinalium ſenatum. nu. 56. plures Cardinales legatos decernit ad Reges profecturos. num. 57. cenſores fidei internuntios mittit in Boemiam ad Vvaldenſium ſiue Pikardorum hæreſim excindendam. nu. 60. fœdus ſancit cum Rege Hungariæ contra Turcas.1501. publice numini perſoluit grates. ib. Petrum Aubuſſonium Cardinalem S. Hadriani legatum creat in exercitu.nu.2.& 3. offert ſe ad caſtrenſes labores ſubeundos ſi Gallus Hiſpanuſue ſe comitem adiungat. nu.4. Cruces tum cœlitus lapſæ in Germania. num.9 Fauentiam expugnat eius ſpurius magna ſtrage. nu.15. Romandiolæ ducatum eidem ſpurio inique confert. nu. 16. Columnenſes & Sabellos euertere molitur. nu.18. fert in eoſdem ſententiam. ib. Territi Columnenſes mutuo Hiſpanorum & Gallorum fœdere ſua Alexandro ſubijciunt. nu. 21. pontificij palatij & Romanæ rei curam filiæ ſuæ

committit. nu. 21. ducis Ferrariæ filio eam matrimonio iungit. ib. ad augendam eius dotem eccleſiæ Romanæ bona abalienat. ib. Columnenſium oppida capit. nu. 22. diſſolutam in Belgio eccleſiaſticam & religioſam diſciplinam reſtitui iubet. ib.datas a S.Franciſco de Paula Minimis leges confirmat. nu.23. & formulam tertiariorum eiuſdem ordinis.nu.24.& aliam ſanctimonialium virtutes B.Virginis imitari affectantium. ib. & nu. ſeq. libros hæreticos excudi vetat immo flammis aboleri præcipit.n.36. conſultus an Rutheni ſchiſmatici baptiſmo iterũ luſtrandi forent decretum Florentini Concilij ſeruari præcipit.n.37.recipi Grçcos iubet non ſeruatis eorũ ritibus erroneis. ib. ſanctorum reliquias in Lituaniam tranſmittit. nu. 39. licere epiſcopo Vvilnenſi vti temporali gladio decernit. num.41. in magos in Inſubria graſſantes animaduerti iubet. num.42. Federicum Regem Neapolitanum regno deijcit.nu.53. & ſeqq. regnum inter Ludouicum Galliæ & Ferdinandum Hiſpaniæ Reges diuidit. nu.55. &c. Ludouico vectigal pro Neapolitano regno debitum remittit.nu.75. lites inter veteres Chriſtianos & Granatenſes neophytos ortas tollit.nu.79. quas promiſerat triremes inſtruere in Turcas non mittit. nu.81. nimio ſtudio efferendi ſpurij Cæſaris Borgiæ omnium odia in ſe concitat. A.1502. n.10. magnis illum principatibus auget. ib. Guidonem Vbaldum Vrbini principatu deturbat. ib. Camerini principes proditione occiſi ab eius filio.nu.12. multi proceres in ambos coniurant.n.13.Guido Vbaldus ab ijs Vrbino reſtitutus.ib. Cæſar Borgia Imolæ obſeſſus,ſed liberatus a Gallis.ib. inuolutam pacem init cum proceribus coniuratis eoſque poſtea opprimit. nu.14. Bentiuolos Bononienſes ad pendendum vectigal adigit. ib. Vrbinum recuperat. ibid. impura bacchanalia ob ſecundos ſucceſſus peruigilio natalis Domini ſpectat, nec ſacris myſterijs intereſt. ib. orto inter Hiſpanos & Gallos de limite diſſidio Ferdinandus ad eum prouocat. nu. 15. liberat Ferdinandum Regem onere veniendi ad ſedem Apoſtolicam pro nuncupando ſacramento. num. 16. imperat ſacram in Turcas militiam. num.18. clero Hiſpano decumas imponit. ib. inſtruit claſſem in Turcas. nu. 19. Paphenſem epiſcopum illi præficit.ib. percellit grauioribus pœnis eos, qui negotia agentes in Romana curia lædunt.nu.26. tyrannos in ſtatu eccleſiaſtico ſibi opera delet. 1503.n. 1.Peruſium recuperat.ib. ſpurio in Æmilia atque Etruria regnum condere molitur.ib.ſuſcepta ſanctiſſima

conſilia reſtituendæ diſciplinæ & turcicæ tyramnidis excindendæ extinguiſ ſinit. ib. Firmi & Tiferni reguios necat. A. 1503. n. 8. Cardinalium ... ſpecie capit ac veneno tollit. ibid. venenum alteri paratum imprudentia pocillatoris ſumptum creditur, 1503. n. 10. vulgaris opinio falſa demonſtratur, ib. contracta febri ex impuro aere in ſuburbano agro continua periodica in hæmitritæam verſa die ſeptimo obijt. nu. 11. omnibus ſacramentis ſite procuratus eſt. ib. Vid. *Rodericus Borgia*.

Alexander Farneſius in Pontificatu dictus Paulus III. creatus Cardinalis, 1493. num. 34.

Alfonſus Rex Luſitaniæ. Altaceris arcem in Africa expugnat. 1459. num. 82. defuncto Henrico Principe militiæ Ieſu Chriſti eo magiſtratu à Pio II. decoratur. 1461. num. 132. abdicat deinde ſe eo munere quod Fernando duci Beſienſi collatum eſt. ibid. Petrum principem in Africam mittit, qui ex ea in Cataloniam ad regios titulos arripiendos ſe confert. 1464. num 32. Tingim fruſtra tentat, ibid. propulſatur atque in periculum adducitur. ibid. congreſſus init ad Gades cum Henrico Caſtellæ Rege. 1464. num. 32. illius filio deſponſa hæres Caſtellani Regni. ibid. in Africam expeditionem ducit. 1472. num. 37. Tingim ſubigit. ibid. cæteris titulis Africani nomen adijcit. ibid. ſaphyrum pretioſiſſimum mittit Paulo II. num. 60. ab eodem cruce aurea cum particula crucis dominicæ donatur. ibid. ſolicitatus, vt daret operam quod fieret concilium æcumenicum honorifice de ſede Apoſtolica reſpondet. n. 61. exceptus a proceribus Caſtellanis, vt regni hæres dotali iure. 1475. num. 13. bello petitur a Ferdinando Aragonio. num. 14. varijs prælijs vincitur. num. 18. deluditur inanibus promiſſis a Ludouico Gallorum Rege. ibid. accedit ad Carolum Burgundiæ ducem pro redintegrando inter illum, & Ludouicum Regem Galliæ fœdere, elicienduſque auxilijs. 1476. num. 13. id fruſtra tentat. ibid. interea eius res collapſæ in Hiſpania. ibid. diſſimulato cultu e Gallia fugam tentat. ibid. retractus e fuga cum regio comitatu Vliſſiponem dimittitur. ibid. pudore affectus Hieroſolymam priuatus petere decreuerat. 1477. num. 8. ſparſo mortis rumore filius ſceptrum capeſſiuit. ibid. venienti regia inſignia reſtituta. ibid. inito fœderi contra Turcas accedit. 1481. num. 14. claſſem mittit pro recuperando e Turcis Hydrunto. num. 37. de Canariarum inſularum iure contendit cum Ferdinando Rege Caſtellæ. 1481. num. 35. quidquid in poſterum detegendum ſit ſibi illius ius aſſerit. num. 26. permittit aliquas Canarias Ferdinando Aragonum, & Caſtellæ Regi. n. 57. inſulam Maderam, & Azores ſibi aſſerit. ibid. Phutenſis regni expugnandi ius illi confirmatum. num. 37. moritur. num. 39. eius elogium. ibid. ſuccedit Ioannes filius. ibid.

Alfonſus Carillus archiep. Toletanus idemque Cardinalis. flexile & expers corruptionis cadauer B. Didaci contrectat ſuis manibus & miraculum ſuſpicit. 1463. n. 108. Arundenſe concilium celebrat. 1473. n. 20. quænam in eo decreuerit. ib. Petrum de Oſma Hæreſiarcham opprimit. 1479. n. 32. Alfonſi mors. 1482. n. 55.

Alfonſus Henrici Caſtellæ Regis frater. Rex ſalutatus a perduellibus Caſtellanis. 1465. n. 7. miſſis oratoribus poſcit a Paulo II. vt Rex confirmetur. ib. repulſã fert. ib. eius ſectatoribus incuſſum anathema. 1468. n. 34. de eo querentibus Caſtellanis reſpondet Paulus II. non diu ob aliena ſcelera vitam propagaturum. ib. dicto conſentit exitus. ib. dum regionem lue infectam declinat repentino morbo oppreſſus perit. ib.

Alfonſus Calabriæ dux poſtea Rex Neapolitanus primogenitus Ferdinandi Regis, opem fert Florentinis. 1467. n. 17. confecta pace dum reuertitur arcem Tolphæ nouæ intercipit. n. 30. miſſus a Ferdinando cum exercitu aduerſus Florentinos in opem Pontificis. 1479. n. 19. expugnat aliquot arces. ib. Senarum principatum accipit. 1480. n. 18. ſubijcere ſibi Etruriam molitur. ib. prædam relinquere cogitur, vt in Turcas Hydrunto potitos vertat arma. ib. Hydruntum recipit. 1481. n. 29. facto in Turcas fœdifragos impetu a Chriſtianis, eos vitę reſeruat. ibid. ijs poſtea contra Pontificem, & Chriſtianos, vt fidiſſimis ſatellitibus vtitur. ib. Genuenſibus commeatum denegauit in Hydruntina obſidione. nu. 33. ob Turcas ſuis ſtipendiarijs aſcriptos Pontificem offendit. 1482. n. 1. ferre opem duci Ferrariæ conatus aditu prohibetur. ib. Pontificem bello petit atque ad Marinũ caſtra ponit. n. 4. extremum terrorem Romæ infert. n. 5. profligatur. n. 8. turpis eius fuga. ib. inita poſtea pace honorifice excipitur Romæ a Sixto IV. n. 16. excitato inter Innocentium & Ferdinandum bello conſilia de Vrbe diripienda agitat. n. 8. cum Innocentio pacem conficit. 1492. n. 10. illi eiuſque filio Ferdinando ius fiduciarium regni Neapolitani collatum. ib. & ſeqq. ſacramenti Innocentio nuncupati formula. nu. 13. ib. ſuccedit Ferdinando patri. 1494. n. 2. Ioannes tit. S. Suſannæ presbyter Cardinalis miſſus ad eum corona cingendum. num. 3. nuncupandi ſacramenti formula illi præſcripta. n. 4. adiecta lex de imperio, vel Inſubria aut Etruria cum regno Neapolitano non coniungendis. ib. venienti legato occurrit, ac locum honorificentiorem illi cedit. n. 5. quo ritu iura regni illi collata. n. 6. publica monumenta ea de re confecta. n. 7. qui ritus in regia illius inunctione ſeruati. n. 8. oblatio ab eo facta legato. n. 12. creati ab eo noui equites. n. 14. natham cum ſpurio Alexandri VI. connubio iungit. n. 15. ſpurium Alexandri principatibus donat. ib. Carolus VIII. Rex Francorum licet prohibitus ab Alexandro bellum aduerſus Alfonſum mouet. n. 15. Florentini ab Alfonſo ad Gallorum Regem deficiunt. n. 17. cum Alexandro colloquium celebrat apud Vicouarum. num. 21. partem regni Carolo offert. n. 21. accedente in Vrbem Carolo eius filius Ferdinandus dux Calabriæ ex vrbe dimiſſus. n. 30. irrumpente in regnum Carolo Francorum Rege fugam carpit theſauro aſportato. 1495. n. 5. diffiſus eſt ſuis, nec Turcas vocare voluit. ib. religioſam vitam ad expianda ſcelera amplexus eſt. ib. Ferdinando filio ſceptrum relinquit. n. 6. Ferdinandus eius filius regnum recuperat. 1495. n. 32. in Sicilia apud Oliuetanos piè obit. n. 46.

Alfonſus iunior dux Calabriæ. Tarenti obſeſſus licet paret ad Galliæ Regem confugiſſet, Hiſpanis vrbem dedere maluit. 1501. n. 74.

Alfonſus e Bolano Minorita. a Sixto IV. internuntius in Canarias inſulas miſſus. 1472. n. 64. propagat fidem in Canarijs. 1476. n. 21.

Alfonſus Regis Congi filius. ſacrum baptiſma ſuſcipit. 1491. n. 9.

Alfonſus Ioannis Regis Luſitaniæ filius. dum equum impellit in terram alliſus perit. 1495. n. 45.

Albano. expugnata impetu a Ferdinando. 1482. n. 39.

Alienatio bonorum eccleſiaſticorum. prohibita a Paulo II. 1468. n. 41.

Altacer arx. ab Alfonſo Rege Luſitano Mauris erepta. 1459. n. 82.

Amaneus de Alebreto. creatus Cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. 1500. n. 57.

Ambitio. Richardus Angliæ Rex, qui nepotes ad corripiendũ regnum occiderat inclinante ad hoſtẽ victoria coronam capiti imponit, vt cum regio inſigni occumbat. 1485. n. 52.

Amedeus dux Sabaudiæ, piè obit. 1471. n. 84. pauperes ſuos canes venaticos appellabat. ib. firmari pauperum precibus principatũ aiebat. ib. quid ipſi contra liberalitatem in pauperes obiectum quidue ab eo reſponſum. nu. 85. mira eius patientia. ib.

Amedeus ordinis Minorum. tertiæ familiæ

Digitized by Google

lix inſtitutor. A.1482.n.55. pane & aqua vitam ſuſtentat. ib. quæ ſint eius ſcripta. ib.

America, & Americani. patefacta a Chriſtophoro Columbo, 1492.n.35.

Americani. ab Hiſpanis auri cupidine oppreſſi, 1500. n.36. viri religioſi ad eos Chriſtiana fide informandos miſſi. ib. dæmones Americanis noctu illudunt. n.37. deliramenta de hominis creatione apud eos vulgata. n.38. & de maris origine. n.39. antra ſuperſtitionibus infamia coluere n.40. vt incantationibus ęgros curauerint. n.41. a magis reſponſa quæſiuere. n.41. propagata apud eos religio. ib. Americæ continens luſtrari cœptus, 1500.n.44. inita horrenda pericula in America vltra æquatorem quærenda. 1501.nu.84. Americanorum vltra æquatorem forma. n.85. deformata arte ab iis facies. ib. omnia apud eos communia. nu.86 ſine lege, ſine Deo viuunt. ib. veſcuntur humana carne. ib.

Amicus Agnifilus Aquilanus Epiſcopus, creatus presbyter Cardinalis tit. S. Balbinæ. 1467.n.16.

Amor Dei. inſigne eius prodigium in pia virguncula. 1495.nu.41.

Amor filij in patrem. Giliberti montis ſpenſerij ducis filius dum paternum ſepulchrum lachrymis rigat Neapoli repente extinguitur. 1501.n.76.

Amurates I. Turcarum Rex. eius præcipua geſta. 1479. n.36.

Anabaptiſmus. inſtauratus a Ioanne Roxylana hæreſiarcha, 1465.n.32.

Anathema. vis eius prodigio comprobata 1489.n.32.

Ancona. a Malateſta occupata. 1460. n.72. ad obſequium eccleſiæ reuocata. 1461.n.8.

Anconitani. Veneti illis libertatem nauigandi adimere tentant. 1473.n.27. intentatū Venetis anathema. ib. Anconitani a Matthia Rege Hungariç ſubornati. 1486. n. 24. Venetorum opera ad officium reuocati. ib.

S. Andreas Apoſtolus. illius caput in Italiam tranſlatum a Thoma deſpota. 1461. n.45. illud aſportare Narniam iuſſus maxima pompa Alexander Card. 1462.n.1. tres Cardinales Narniam miſſi, vt Romam deferrent, ib. propoſitæ indulgentiæ celebritatem cohoneſtaturis. n.2. Pontifex & Cardinales palmas geſtantes in manibus obuiam ad pontem Miluium progreſſi, ib. habita a Pontifice ad Andream orationis formula. n.3. implorata eius erga Romanum populum clientela. n.3. triginta millia Romanorum ſacro B. Andreę capiti prætulere faces. n.5. in ara principe baſilicæ S. Petri ſacrum Andreę caput repoſitum eſt rogatus, vt ad liberandam Græciam Reges Pontifici conſociet, ib.

B. Andreas Chienſis. Mahometis II. Imperatoris promiſſa temnit. A.1465. n. 20. implorata Virginis ope conſtanter flagra ſæuiſſima tolerat. ib. iterum tortus ac laceratus percuratur diuinitus. num.22. diſſolutæ illi omnes membrorum commiſſuræ. n.23. concisi gladijs humeri. ib. clunes nouaculis abraſæ. ib. poplites denudati carnibus. ib. maxilla illi auulſa miro odore fragrat. ib. ſecuri tandem percuſſus. ib.

Andreas Pauxrecber. Auſtriacos concitat ad rebellionem aduerſus Fridericum Imperatorem. 1470. n.10. incuſſæ illi & ſectatoribus cenſuræ. ib.

Andreas Epiſcopus Poſnanienſis. ſua diligentia ſparſos in Polonia Boemorum errores flammis reſtinxit, 1479. n.58.

Andreas Dominicanus archiepiſcopus Craianenſis. 1482.n.23. indicere conciliabulum Baſileæ auſus aduerſus Sixtum IV. ib. captus & exauctoratus archiepiſcopatu. ib. libertati reſtitutus ad vomitum redit. n.25. cæſareo mandato iterum captus Baſileæ. ib. obſiſtunt Baſileenſes ne dedatur Pontifici. n.26. illius indicium ad ſolam ſedem Apoſtolicam ſpectare oſtendit Sixtus IV. ib.

S. Andreæ archiepiſcopus. creatus primas Scotię. 1487.n.32. legati apoſtolici nati addita illi prærogatiua. ib.

Andreas Eſpinaius archiepiſcopus Burdegalenſis. creatus Cardinalis ab Innocentio VIII. 1489.n.22.

Anellus orator Ferdinandi Regis Neapolitani. inſtat apud Sixtum IV. vt claſſis Chriſtiana florentiſſima in Græciam mittatur. 1481. num.33. Sixtus annuit, ſed detractant Genuenſes. n. 34. profligato Alfonſo in extremo rerum diſcrimine pro exoranda pace a Ferdinando mittitur. 1482. n.11.

Angeli. fingit Mahometes creatos ex igne & mori. 1461.n.78. ipſos quoque fingit eſſe horrenda monſtra. 104. nunc homines eſſe. 105. circa angelorum magnitudinem ſibi contradicit. n.107.

Angelica oratio. pro ea meridie repetenda campanæ pulſari iuſſæ. 1500, n.4.

Angelus de Capranica epiſcopus Reatinus, Cardinalis 1460.n.18.

Angli. intentato anathemate vetiti de regiæ ſucceſſionis iure nouas lites mouere. 1486.n.47.

Anna Britanniæ ducißa. Ludouico XII. Regi diſſoluto Ioannę Valeſiæ matrimonio nubit. 1498. n.4.

Annulus Virginis pronubus. digitum impuræ fœminæ, cui inſertus fuerat arefacit. 1480. n.44. furto ſublatus diuinitus reſtituitur. ib. ſeruatur Peruſij. ib. valet in redintegranda coniugum amicitia. ib.

Antarcticus polus. in eo viſa ſydera incognita. A.1501.n.86.

Antiochenus patriarcha. Pio II. obedientiam defert. 1460.n.55.

Antonellus princeps Salernitanus. gallicas partes tuetur aduerſus Federicum. 1497. n.15. Conſalui opera opprimitur. ib.

B. Antonia Florentina. pia eius mors. 1477.n.9.

S. Antoninus Florentinus archiepiſcopus. mittitur orator ad Pium II. a Florentinis. 1458.n.19. illius elogium. 1459.n.33. pius vitę illius quotidianuę ordo. ib. quid de eo ſenſerit Coſmas Medices. ib. multa pietatis exempla in extrema vita edit. n.34. poſtremę eius voces. n.35. Chriſti effigiem ardentiſſime oſculatus expirat. ib. viſa eius anima a pio viro cœlos conſcendere. n.36. collatæ indulgentiæ a Pio II. deoſculaturis eius manus. ib. niſi octauo die potuit ſepulchro condi. ib. poſt tot dies ſuauem odorem ſpirauit. ib. in vita & poſt mortem claruit miraculis. n. 37. ſolemni ritu poſtea in ſanctorum catalogo repoſitus. ib.

Antoniottus Cardinalis tit. S. Praxedis. creatus legatus in vrbe ab Alexandro VI. ex ea fugiente. 1495.n.21.

Antonius Piccolhomineus Pij II. Pontificis nepos. Celani comitatus illi datus. 1463.n.79.

Antonius princeps Tarentinus. Gallicas res ad Ferdinandum deficiens proſternit. 1463.n.80. laqueo Ferdinandi iuſſu interfectus creditur. ib. potitus eius theſauro Ferdinandus. ib.

Antonius Iacobus Venerius epiſcopus Legionenſis. Caſtellæ ciuilia bella pacare iuſſus. 1487.n.19. perduelles anathemate percellit. n.20. inter Regem & Caſtellanos pacem ſancit. 1464.n.34.

Antonius Siculus. centum triremes Turcarum incendendas ſuſcipit. 1473. n. 2. erumpente citius flamma captus perductuſque ad Mahometem II. immanitatem in Chriſtianos illi exprobrat. ib. conſtantiſſime mortem perfert. ib. eius ſororibus honeſta a Veneto Senatu conſtituta. ib.

Antonius Iacobus Venerius epiſcopus Conchenſis. creatus Cardinalis a Sixto IV. 1473.n.22.

Antonius Grimanus claßis Veneta præfectus. male Turcicum bellum gerit. 1499.n.10. tuetur eius cauſam filius Cardinalis. ib. pellitur in exilium, ſed reuocatus. ib.

Antonius epiſcopus Cumanus. creatus presbyter Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ. 1500.n.57.

Appellatio. a Pontifice ad futurum concilium damnata. 1460. n.10. & n.37. demonſtratum per huiuſmodi appellationes a pontificio obſequio diſceſſum. n.38. multi iam ante defectionem appellationis ad concilium ſpecie moliti erant. n.39. ini-

quitas huiuſmodi appellationis demonſtratur, ib.& n.40.probatur ratione appellationem non valere, n. 41.obiectiones,quod licitæ ſint prouocationes a Pontifice diſſoluuntur. n.42.& ſeqq.appellatio a Pontifice ad concilium facta a Venetis.A.1483.n.19.appellationis illius iniquitas demonſtrata. num.20. ob eam in ſuſpicionem ſchiſmatis & hæreſis vocati Veneti, ib. ſolicitatus Ludouicus XI. vt eam valere contendat decernit parendum Pontifici, n.23.

Apollonia. ex ea Mahometes Italiam inuadere affectat.1470.n.33. per eã Itali Græciam olim ſubiecerant. ib.

Aquila, Hiſpanis dedita, 1503.n.6.

Aquilani. a Gallis ad Ferdinandum deſciſcunt, 1463. n.79. pontificias partes tuentur aduerſus Ferdinandum. 1486.n.7. ciuitatem ducalem obſident, ib. funduntur ab obſeſſis, ib.

Aquitania, Carolo Ludouici XI. fratri tradita dein eo extincto recepta a Ludouico, 1472.n.12.

Archiepiſcopatus, in vrbe S.Andreę inſtitutus, 1472.n.17.

Ardicinus de Porta epiſcopus Alerienſis. creatus Cardinalis ab Innocentio VIII, 1489.n.59. cardinalatus abijciendi veniam impetrat, vt Camaldulenſe inſtitutum amplectatur, 1492. n.32. iuſſus in vrbem redire ſupplices literas ad Alexandrum mittit.vt ſinatur agere in eremo.ib.

Argos, expugnata ab Omare Mahometis duce, 1464. n.10. exercita ab eo fera crudelitas.ib. direpta a Turcis, 1464.n.63.

Ariminenſes. Eccleſię conciliati. 1463. num.77.

Ariminum. occupatum ab Iſotta meretrice eiuſque filio Roberto Malateſta. 1468. n.35. pro eo recuperando Paulus init fædus cum Venetis, 1469. n.24. pontificius exercitus ab Arimini obſidione propulſatus.n.26.

Arnulphus dux Gueldriæ ſenior, bello appetitur ab Adolpho filio perduelli, 1470. n.53. Dionyſium Cartuſianum, rogat, vt concordię interpretem apud Deum agat, ib. reſponſum diuinitus Dionyſio Gueldriam in poteſtatem impij caſuram, niſi populus crimina expiarit. ib. turri Grauienſi includitur a filio impio n. 33. Cliuienſis dux illum liberare annititur, ib. Pontifex pro eo libertati reſtituendo operam nauat, ib. mandata ab eo & Cęſare data Carolo duci Burgundię, vt ipſum liberet.n.54. Caroli ducis Burgundię imperio liberatur, ſed filius Adolphus honeſtas pacis leges reſpuit, ib. eo in carcerem truſo iura Gueldrię Carolo Burgundo vendit, ib. moriens eum heredem ex teſtamento inſtituit. ib.

Ars typographica, ex ea exortę plures corruptelę, & libri heretici typis mandati. A.1501.n.36. vetiti mandari typis ſine epiſcopi venia, ib.

Arthurus Henrici VII, Angliæ Regis filius natu maximus. Catharina Ferdinandi & Iſabellę Regum filia illi deſponſa. 1497.n.29.

Arundenſe concilium, ab Alfonſo Carillo celebratum, 1473.n.20.eius decreta, ib.

Arzilla Africæ vrbs, capta ab Alfonſo Rege Luſitaniæ, 1473.n.37.

Aſcanius Sfortia poſtea Cardinalis Galeatij ducis frater. Iacobo Cardinali Papienſi in eccleſia Papienſi adminiſtranda ſuccedit, 1479.n.3. vna cum Ludouico fratre ab exilio reuocatur. ib. legati dignitate pro tollendis diſſidijs ornatur. n.4. de eo diſceptatum poſt mortem Sixti, an ad conclaue foret admittendus cum nondum ritus de aperiendo ore perfectus eſſet. 1484. corruptus muneribus Alexandrum VI, ad pontificatum euehit, 1492.n.24. vltorem poſtea eumdem ſenſit. ib. mittitur ab Alexandro ad Carolũ VIII, Florentię agentem pro rebus cum eo componendis. n. 25. cum fauiſſet Gallis in Oſtia occupanda ab Alexandro VI. in cuſtodiam mittitur ib. capto Ludouico fratre dumfugam tentat a Venetis intercipitur 1500.n.25. in Galliam abducitur. ib. cuſtodiæ traditur exuiturque ſacerdotijs ab Alexandro VI. n. 26. dat pœnas collati ſimoniaco ſcelere in Alexandrum VI, ſuffragij. ib. grates Deo agit in aduerſis rebus. ib. emittitur e carcere, ib.

Aſia, a Tamerlane populis orbata eſt, 1464. n. 14. ad eam incolendam ſubmitti ſoliti ex Europa ſerui Chriſtiani. ib.

Aſſamibech Rex Meſopotamia, vide *Vſumcaſſan*.

Aſſiſium. a Iacobo Piccinino occupatum. 1458.n.25.

Aſtorgius Manfredus, rebellat in Pium II. 1461.n.7.

Aſtorgius iunior fauentia princeps, expugnata fauentia contra fidem merſus flumine. 1502.n.15.

Aſtrologia iudiciaria. illius principia falla & inſana, 1498. n. 24. Aſtrologus iudiciarius digno affectus ſupplicio a Galeatio. 1476.n.56.

Atheiſmus. inſigni prodigio damnatus, 1464. n.74.

Athena, alias Sethina a Mahometis II, duce euerſæ, 1470.n.13.

Attalia Pamphilia regia. Vide. Satal la.

Aue Maria, inſtauratus mos ab Alexandro VI, pulſandarum meridie campanarum pro repetenda oratione angelica. 1500.n.5. V. *Salutatio angelica*.

Auenio, archiepiſcopali apice inſignita. 1475.n.33.

Auguſtiniani diſcalceati. a Baptiſta Poggio Genuenſi viro pietate inſigni primum inſtituti. A.1474.n.34.

Auguſtinus Sanctuarienſis epiſcopus. ad Huſſitas hæreticos deficit, 1485. ſectam confirmat propagatque, n.18. n.19. reſipiſcentiam pollicito offert ſe Innocentius paratum ad illum conciliandum eccleſiæ. n.19. data venia ea lege, vt Romam ſe conferat. n.80. 1486.n.56.

Auiſiani equites. nuncupandi caſtitatis voti religione ſoluti, 1496. n.32. defloruit inde Auiſiana religio.n.34.

Aurienſis Cardinalis, creatus ab Innoc. VIII, 1489 n.27.

Aurum, quæſitum in viſceribus Gallorum a Florentinis. 1495.n.33.

Auſtria, in Georgij Regis Boemiæ clientelam concedit. 1460.n.82.

Auxias montis regalis archiepiſcopus. creatus Cardinalis a Sixto IV, 1473. n.22. in Germania legatus decernitur. 1479.n.1. iuſſus ſacram in Turcas militiam promulgare. ib.

Auximum. a Bucolino Turcarum focio occupatum. 1487.n.6. cinctum obſidione a Iuliano Cardinale Robureo, ib. recuperatum. n.7.

Azores inſula. Luſitano regno addictæ, 1481. n.36.

B

B*aca vrbs inſignis*, in ea incluſa erant triginta Maurorum millia capta eſt a Ferdinando Rege, 1490. n.18.

Baiazethes I. qui fuerint eius progreſſus. 1479.n.35. hic primus Hungaros bello petiuit, ib.

Baiazethes II. Turcarum Imperator, ſuccedit Mahometi II, 1481, num. 27. æmulum fratrem Zizimum paritur. ib. ciuili diſtrictus bello ſubſidiariam claſſem ſuis in Italiam mittere non potuit. 29. Hydruntum amittit. ib. in Tranſiluania eius exercitus a Stephano Bathoro cæſus. 1482. nu.29. Macedoniæ pars ex eo recepta, ibid. Zizimum fratrem in Aſia cruento prælio delet. 1482.nu. 35. fugatur ex Aſia, ib. claſſem inſtruit in portubus Macedoniæ terroremque Italiæ infert. 1495.nu.1. habita ab Innocentio VIII. in eum militaria conſilia. num. 2. Chienſes bello vexat, nu.5. Rhodij principis metu ad quem confugerat Zizimus abſtinet.nu.6. diſſipata Chriſtianorum conſilia aduerſus Baiazethem inita. nu.13. Valachiam populatur. ibid. a Caſimiro Rege Poloniæ eius exercitus depulſus. 1486.nu 61. Caramaniam ſibi ſubijcit. nu.63. Caitbeo Aegyptio ſultano bellum infert ob Zizimi vxorem & filios ſibi non proditos. ib. initum aduerſus. eum fœdus a Pontifice & Venetis 1487. n.5. de bello in eum gerendo indicti a Frederico Nurenbergenſes conuentus.nu.2. ſolicitatur a Bucolino Auximi tyranno ad Picenum occu-

occupandum. ib. Melitem inſulam fruſtra tentat. A. 1488. n. 9. expeditionem educit aduerſus Aegypti ſultanum. ib. cruenta pugna funditur. ib. eiuſdem claſſis naufragium paſſa. ibid. Rhodij principis amicitiam prehenſit. ib. plures Turcæ Zizimi deſiderio cum Hungaris coitiones ineunt. n. 9. Germani, Boemi, Poloni, Hungari ad mutuum fœdus armorum contra Baiazethem ſolicitati. num. 11. ſolicitant aduerſus ipſum Veneti Vſumeaſſanum Perſidis Regem. num. 13. quænam Baiazethes Gallo Regi promiſerit ſi Zizimum teneret. 1489. num. 1. ſero ea obtulit cum iam Zizimus perductus in Italiam eſſet. ib. Babylonius orator vrget Innocentium, vt bellum decernat aduerſus Baiazethem. nu. 4. In Rhodios ob deditum Pontifici Zizimum iras concipit. 1490. nu. 4. Rhodiorum magiſtri excuſatio præter ſpem confirmata exitu. ib. poſtulat Baiazethes Innocentium de fœdere. nu. 5. quæ ab ipſo ſint propoſita. ib. oratorem ad Zizimum mittit. nu. 4. Pontificem Zizimumque veneno tollere nititur. nu. 5. claſſem ingentem apparat. ibid. Hungariæ bellum infert. 1490. nu. 15. ob terræ motum Conſtantinopoli exortum concitatur ab impoſtoribus Mahometanis ad bellum in Chriſtianos. ibid. de bello in Baiazethem gerendo agitata plura conſilia. 1491. nu. 13. ſoluta in ventos. ibid. immiſſo exercitu Hungariam populatur. nu. 14. ferrum lanceæ dominicæ repertum Conſtantinopoli mittit ad Innocentium Pontificem. 1492. nu. 15. multas ſanctorum reliquias ad ipſum miſit. nu. 17. Albanenſes opprimit. ib. expeditionem in Hungariam molitur. nu. 18. ab Hungaris eius exercitus propulſatus. 1493. num. 1. trecenta aureorum millia ſpondet Zizimum interfectoro. 1494. num. 28. magno terrore afficitur capto a Carolo Rege Neapolitano regno. 1495. num. 11. Ziſimum veneno extinguendum curat. nu. 12. Venetos impellit, vt Ferdinandum contra Gallos tueantur. ib. Ioannes Albertus Rex Poloniæ expeditionem ſuſcipit aduerſus Baiazethem. 1497. num. 31. ob ſcortationes Polonorum a Baiazethe magna clade funditur. num. 35. decretum ne poſthac inconſultis regni ordinibus Poloniæ Rex bellum in Turcas gerat. ib. e ſeptuaginta millibus Turcarum quos in Poloniam immiſerat pugnante contra Turcas cœlo vix decem millia recipit. nu. 38. excitatur a Ludouico Sfortia Mediolanenſi contra Chriſtianos. 1499. nu. 5. nec non a Federico Rege Neapolitano. ib. exercitum per Dalmatiam immittit aduerſus Venetos. 1499. nu. 8. plura conſilia ab Alexandro VI. & Regibus inita pro inferendo illi bello. A. 1500. n. 6. Methonem Venetis eripit. nu. 11. & Coronen. ib. Chriſtianam claſſem profligat. nu. 14. Neopatras expugnat. ib. Æginam inſulam amittit. num. 17. Iſmael Sophi Armeniæ partem eripit. 1502. n. 17. cogitur ad imperij perſici limites exercitum mittere, nec vacare bello in Chriſtianos poteſt. ib. comparatus in eum nouus exercitus. ib. immiſſa in eum claſſis ab Alexandro nu. 19. de expugnanda Conſtantinopoli fruſtra agitatum, num. 30. Neritos inſula a Venetis illi erepta. ib. Veneti pacem ab eo iniquis legibus redimunt. 1503. nu. 2. Neriton inſulam vulgo S. Mauram illi dedunt. ib.

Baptiſmus. controuerſum an Rutheni ad fidem conuerſi iterum baptiſmo luſtrandi forent. 1501. nu. 37. definitum ex concilio Florentino valere baptiſmum Græcorum. ib. ritus Moſchouitarum in conferendo baptiſmo. n. 38.

Baptiſta Platina. amiſſo abbreuiatoris munere interminari Paulo II. ſtulte auſus a ſe & alijs concitatum iri principes ad congregandum concilium. 1466. num. 23. mancipatur carceribus. ib. ad Franciſci Gonzagæ Cardinalis preces ægre liberatus. ib. temere in Paulum II. ſatyras ſcribit. 1471. nu. 62. refelluntur eius calumniæ. ib. ſcribit Pontificum vitas. nu. 65.

Baptiſta Poggius Genuenſis, Auguſtinianorum diſcalceatorum conditor. 1474. n. 34. pia eius vita. ib.

Baptiſta Fregoſius. Proſperum Adurnum ducem Genua eijcit. 1478. n. 35 ducales apices capeſſit. ib.

Baptiſta Cardinalis Vrſinus. pacem pangit cum Alexandro VI. 1503. nu. 14. capitur eius iuſſu & veneno necatur. 1503. n. 8.

S. Barbara, reum capite truncandum a morte vindicat. 1486. n. 59.

Bartholomeus epiſcopus Cornetanus eccleſiaſtici exercitus in Piceno dux. a Sigiſmundo Malateſta fuſus. 1461. nu. 9.

Bartholomæus Rouarella archiepiſcopus Rauennas. legatus in regnum Neapolitanum miſſus. 1461. nu. 4. Ferdinandi cauſam aduerſus Gallos tueri iuſſus. ibid. creatur Cardinalis a Pio. 1461. n. 121.

Bartholomæus Coleo Bergomenſis dux inſignis. conductus ab exulibus Florentinis aduerſus Petrum Medicæum. 1467. nu. 17. ancipite prælio a Frederico Feretrano repulſus. nu. 18. Italici in Turcam exercitus dux creatur. 1468. num. 19. centum millium aureorum ſtipendium illi attributum. ib. oppida capta reſtituere iuſſus ex pacis legibus. ib. iuſſus in Albaniam exercitum traducere. ib. & ſacramentum nuncupare de bello ſtrenue in Turcam gerendo. ib. Florentini & Ferdinandus Rex negant ituro in Turcas ſtipendia pendere. n. 21.

Bartholomæus Platina. ſcribit ex parte vitã Sixti IV. A. 1471. n. 66. a Sixto IV. illi datum munus, vt inſignia Romanæ eccleſiæ monumenta compleret. 1478. n. 47. in tria volumina ea redigit præficitur vaticanæ bibliot. ib.

Bartholomeus epiſcopus Segobricanſis. creatus Cardinalis ab Alexandro VI. A. 1496. n. 38.

Baſileenſes. Andreæ archiepiſcopo Crayanenſi ad conciliabulum congregandum fauent. 1482. nu. 25. obſtant ne captus dedatur Pontifici. n. 26.

Beatrix Ferdinandi Regis Neapolitani filia. nupta Mathiæ Regi Vngariæ. 1476. num. 8. decretoris ſententia nuptiarum ſpe cum Vladislao Hungariæ & Boemiæ Rege depulſa. 1492. nu. 30.

Belgæ. libertatis ſtudio obſiſtunt duci Philippo ne regium nomen ſibi aſciſcat. 1463. n. 94.

Bellum. prouenientia ex eo mala. 1484. n. 7.

Bendia Rex Mingreliæ. educere in Mahometem ſexaginta millia hominum ſpondet. 1459. n. 49. legationem mittit ad Pium II. 1460. nu. 101.

Benedictio apoſtolica. ſcribit Vſumeaſſan Rex Perſarum ſe apoſtolicæ benedictionis beneficio tres florentiſſimas victorias reportaſſe. 1471. n. 49. eam a Paulo II. efflagitat. ib.

S. Benedictus. eremus in qua vitam aſperrimam duxerat luſtrata a Pio II. 1461. n. 128.

Beneuentani archiepiſcopi. thyaram triplici diademate coruſcam geſtare auſi. 1466. nu. 29. vetiti a Paulo II. id ſibi arrogare. ib. vetiti etiam Euchariſtiam ante ſe deferre. ib.

Beneuentanus ducatus. ab Alexando VI. Ioanni Borgiæ filio collatus. 1497. nu. 3. is paulo poſt miſere trucidatur. n. 4.

Beneuentum. Pio II. reſtitutum. 1459. nu. 80.

Benij regnum. illatum illi euangelium. 1485. nu. 36. & 1486. num. 90. Benij Reges accepta cruce aurea inaugurari ſoliti. ib.

Berdebech Armeniæ minoris princeps. ſocia arma in Mahometem pollicetur 1459. n. 51. legationem mittit ad Pium. II. 1460. n. 101.

S. Bernardinus. reliquiarum eius tranſlatio ab Aquilania in templum ipſius indito nomine dicatum *Deo* celebrata. 1477. n. 20.

Bernardinus Caruaial Cardinalis tit. S. Crucis. creatus Cardinalis. 1493. n. 34. decretus in Germaniam legatus ad italicam expeditionem ſuſcipiendã. A. 1496. n. 4. collata illi poteſtas, vt cenſuras Carolo VIII. intentaret, ni bello italico abſtineret. n. 5.

n. 5. ad illius proſpectum Cæſar ex equo deſilit, vt eum amplectatur, num.6.

Bernardinus Feltrenſis ordinis Minorum, ſanctitate illuſtris pie obit. 1494. n.43, eius corpus manet corruptionis expers. ib. de eius miraculis ſcripſit Petrus Barrocius epiſcopus Patauinus. ib.

Bernardus epiſcopus Spoletanus, creatus Cardinalis. 1460.n.29.

Bernardus Iuſtinianus Venetorum apud Sixtum IV. orator, illum ad bellum ſacrum ſuſcipiendum hortatur, 1471.n.73.

B. Bernardus Minorita. martyris cultus illi decretus a Sixto IV.1481.n.42.

Bernardus Boil Minorita Catalanus. primus euangelium infert nouo orbi, 1493. n. 24. Alexandri ad eum diploma.ib.

B. Bertrandus patriarcha Aquileienſis. eius ſuffragijs tres bacchantes percurate. 1480.n.45.

Beſſarabia. obtenta a Turcis,1486.n.85.

Beſſario Cardinalis. aduerſatur creationi Pij II. cum faueret Cardinali Rothomagenſi. 1458. n.3. facta illi poteſtas, vt decem millia bellatorum conſcriberet pro iuuandis Græcis. 1459. n.10. in mantuano conuentu pro iuuandis Græcis perorat, num. 63. decernitur pro Hungaro conciliando Imperatori,n.15.& 18. Ioannes Carual Cardinalis S. Angeli operans cum Beſſarione iuſſus coniungere, n.19. Venetos ad bellum Turcicum hortatur. n.21. a Germanis exceptus magnifice. n.22. & ab Imperatore. ib. irrito exitu de pace agit colloquia. nu.21. conciliandæ paci inter Imperatorem,& Hungariæ Regem operam dare iuſſus, 1460. n.77. conuentus publicos indicit ad ſuſcipiendum ciuile bellum, 78. conſulit illi Pius, vt neutri parti addictos principes iungat fœdere ad pacis oſores cogendos,n.80. Germanos vrget, vt in Turcas arma vertant. n. 84. obſtructæ illius hortatibus principum aures. n. 85. monitus a Pontifice ne animis & labori deſit. 86. Cardinalis Auguſtenſis opera pacem inter Germanos conciliat.n.88. expeditionem ſacram in Turcas iterum promouere iuſſus, n. 88. diſſoluto Viennenſi conuentu monetur, vt omnia diuinæ prouidentiæ committat. 1461. n.26. det operam, vt Federicus palatinus renuntietur dux crucesignati exercitus. ib. ſi hoc recuſet nec alium poſſit ſubrogare collectitias turmas paret. ib. Germanis ob imperatas decumas tumultuantibus decumarum imperium reuocat. ib. commendatur prudentiæ a Pio. ib. paci inter Regem Hungariæ & Cæſarem iungendæ operam dare iuſſus. ib. Narnia cum duobus alijs Cardinalibus ſacrum S. Andreæ caput Romam aſportat. 1462. num.1. ſolemni ritu ad pontem Miluium illud Pontifici conſignat. n.2. de exercitu in Peloponeſum immittendo agit,ſed irrito exitu. n.35. Iſidoro Cardinali Rutheno ſubrogatur in Patriarchatu Conſtantinopolitano. A.1463.n.58. encyclicæ eius ad Græcos literæ. ib. exponit quantum olim Græca natio effloruerit. n.59. inquirit tantæ cladis cauſam. n.60. nō fœdiores vitijs quam cæteros populos.ib. cōcludit labem mali ortam ex ſchiſmate.n.61. monet Græcos, vt ſuſcipiant Florentinam ſynodum, ib. veritatem de proceſſione Spiritus ſancti diligentiſſime fuiſſe excuſſam, ib. probat ex Chriſti oraculis Spiritum ſanctum procedere a Filio, n.62. tam a Patre quam ex Filio veluti ab vno principio. ib. licet Spiritus ſanctus dicatur procedere a Patre non negatur quin a filio.n.63. Chriſti oraculum de inuicta futura eccleſia exponit. n.64. victam eſſe Græcam inuictam Latinā. ib. Regem Ludouicum ſolicitat, ad fœdus cum Carolo duce Burgundiæ incundum,vt arma in Turcas vertat, n.8. re infecta in Italiā reuertitur ib. contracto dolore ex contrario ſucceſſu febri ac dyſenteria Rauennæ moritur. ib. illius elogium. ib. quæ relicta ab eo ingenij monumenta, n. 10. Venetis ampliſſimam bibliothecam relinquit. ib. illius ad Chriſtophorum Maurum ducem de ea re litteræ, n.11. donatus ab ijs patria fuerat amiſſa Græcia. ib. actæ illi a duce & ſenatu Veneto gratiæ, ib. eius corpus Romam tranſlatum & conditum in baſilica Apoſtolorum,n.11. in patriarchatu Conſtantinopolitano ſuffectus illi Petrus Riarius. ib.

Biblia ſacra, in Hebraico, Chaldaico, Græco, & Latino ſermone edita a Franciſco Ximenio Cardinale, 1502. n.25. parata ea ratione antidotus aduerſus, Lutheranam hereſim. ib.

Bibliotheca Vaticana. doctorum vſui dicata a Sixto IV. 1478. n.48.

Blanca Ioannis Regis Aragonum & Nauarræ filia. detenta a patre crudeli in carcere. 1461. n.131. relicta illi teſtamento a fratre Carolo Vianæ principe regni Nauarræ iura. ib.

Blanca ducißa Mediolanenſis. Galeatij filij ingratos mores exoſa Cremonam abit. 1466. n. 8. ſubita morte extincta. ib.

Blaſphemi. Maximiliani Cæſaris in eos conſtitutio. 1495. n. 39. Thomas Minorita percuſſus pugno a blaſphemo prædicit illi diuinam vindictam & nomeo iudicis futuri denuntiat. n.43.

Blondus Flauius,hiſtoricus. eius obitus. 1463.n.113.

Boabdilles Rex Granatenſis. regio titulo ſe abdicat. 1492.n.1. tentos in vinculis Chriſtianos liberat. ib. ſubijcit ſe Ferdinando. n. 2. Granatam dedit. n.3. eius filij & vxor Chriſto nomen dant. n.7.

Bobacium Boſnæ metropolis. a præfecto Manichæo Turcis deditum.A.1463. n.15.

Boemi. Vid. *Huſſita*.

S. Bonauentura. ſolemni ritu a Sixto IV. illi ſanctorum honores decreti. 1482. n. 46. & ſeqq. illius miracula examine ſacro excuſſa. n. 50. propoſitæ indulgentiæ illius opem implorarutis. n.51.

Bononia. occupata a Bentiuolo, 1488. n.20.

Borſius marchio Ateſtinus. præter communem portionem trecenta aureorum millia pro ſacra expeditione pollicetur. 1460. n. 13. Ferrariæ Pium magnifice excipit. n.27. creatus a Paulo II. Ferrariæ dux. 1471. n.56. qui ritus obſeruati. ib. paulo poſt verſus honos in titulum ſepulchri. n.57.

Boſna. in Mahometis poteſtatem redacta. 1463. n. 14. illius Rex cute viuus nudatus. n.16. Regina ad Sedem Apoſtolicam profugit. n. 17. Boſna Turcica tyrannide preſſa 1478. n.42. quibus legibus a Catharina Regina teſtamento relicta eccleſiæ Romanæ. ib. quo ritu inita ficta iuris poſſeſſio. n. 43. Boſna a Matthia Hungariæ Rege recuperata. 1464.n.6.

Braccij. occupant Peruſium. 1488. n.20.

Brachmanæ. impia & inſana eorum inſtituta. 1498.n.42. gymnoſophiſtæ a Græcis dicti. ib. certo tempore continent ab omni voluptate deinde in omne ſcelus ſe effundunt. ib. relicta apud eos tenuis Trinitatis imago. ib. ſimium in templo magnificentiſſimo adorant. ib. deliramenta habent pro oraculis. ib. aſtrologi & augures apud eos in pretio habiti. n.43.

Braſilia & Braſilij. Braſilia a Luſitanis patefacta. 1500. n.46. illius deſcriptio. n. 47. Braſiliorum mores cultuſque. n.48. diluuij traditionem accepere a patribus. ib. inter eos magi ſibi mentem eripiunt, vt dæmonem euocent. ib. luxui & laſciuiæ dediti ſſimi ſunt Braſilij, num. 49. per ludum mactant hominem. ib. data eximia opera a patribus Societatis Ieſu pro ijs conuertendis. n. 51. de Braſilianorum moribus. 1501.n.85. & ſeq.

Britenorium. eccleſiaſtico imperio reſtitutum. 1465. n 6.

Bucolinus. tyrannidem corripit in Auximanos. 1486. num.30. Turcas euocat. ib. ante eorum aduentum obſidione cinctus. 1487. nu. 5. quæ promiſerit Baiazethi ſi exercitum mitteret. ib. acceptis ſeptem aureorum millibus Auximum reſtituit. n.7. Florentiæ conuenit Laurentium Mediceum, a quo blanditijs victus

fue-

fuerat. Ibid. acceitus a Mediolanenſi duce præter ſpem, vt proditor Chriſtiani imperij necatur. ib.

C

Cæſar Borgia filius nothus Alexandri VI. creatur ab eo archiepiſcopus Valentinus & epiſcopus Pampilonenſis. A. 1492. n. 29. intruditur inter Cardinales. 1493. num. 33. datur obſes Carolo Gallorum Regi commiſſa illi ad ſpeciem Neapolitana legatione. 1495. n. 5. fugit e cuſtodia agaſonis habitu. n. 6. in Gallos ex Neapolitano regno redeuntes crudeliter ſęuit. n. 36. adductus in ſuſpicionem quod fratrem creatum ducem Beneuentanum necandum curauerit. 1497. n. 4. creatur legatus pro conferendo inſigni regio Federico Regi. n. 9. prærogatiuę illi datæ. num. 11. quos ritus ſeruauerit. n. 13. &c. Cardinalitiam dignitatem abijcit. 1498. num. 6. Sixti IV. nepotibus datos ij Eccleſię principatus in Cęſarem Borgiam filium confert Alexander VI. 1499. num. 23. Gallicis armis Æmilię tyrannos domat. ib. ſignifer Romanę eccleſię creatus foro Cornelij & foro Liuij potitur. 1500. n. 21. Piſaurenſem expeditionem intermittere cogitur. num. 22. Piſaurum & Ariminum ſubigit. n. 27. fauentiam magna hominum ſtrage comparat. 1501. n. 15. Aſtorgium principem crudeliter contra fidem mergit flumine. ib. Ioannem Bentiuolum Bononiæ tyrannum bello petit. nu. 16. Gallica clientela tectum ad vectigal pendendum tantum adigit. nu. 16. Romandiolæ ducatus ab Alexandro VI. illi inique traditus. ib. Lucretiæ ſororis virum occidit, vt illa ſplendidioribus nuptijs potiatur. 1501. nu. 21. exercitum aduerſus Fredericum Regem Neapolitanum ducit. 1501. n. 73. Capuam proditione capit. ib. barbaricam immanitatem exercet cæſis ſex hominum millibus, fœminiſque pollutis. ib. Columnenſium oppida capit. ibid. magnis præterfas principatibus ſtatus eccleſiaſtici augetur. 1502. num. 10. Camertibus & Vrbinatibus bellum infert. ibid. Guidonem Vbardum Vrbinatium principem dolo pellit. nu. 11. ſtruit inſidias Iuliano Cardinali. ib. ab eodem poſtea euertitur. ib. Florentinos reſtituendo Petri Medicei ſpecie bello petit. num. 12. de Etruria illi ſubijcienda propoſita ab Hiſpanis conſilia. n. 15. Camerinum occupat & regulum ac filios capit. ib. plures in eum atque Alexandrum coniurant proceres. num. 13. Imolæ obſidetur. ib. Regis Galliæ auxilio liberatur. ib. de condendo illi in Æmilia & Etruria regno plura Alexander meditatur A. 1503. nu. 1. Tifernum Vitellijs eripit. ib. pulſo Ioanne Baliono Peruſium recipit. ibid. quacumque pergit in Etruria crudelitatem horridam exercet. ib. amicitiæ ſpecie plures principes capit ac necat. nu. 4. Vrſini, & alij proceres de eo necando coniurant, nu. 9. Piſani eius patrocinium exambiunt aduerſus Florentinos. 1503. nu. 10. ſolicitatur a Conſaluo, vt oppreſſa Etruria ad Inſubriæ imperium aſpiret. ib. momento diſſipatum eius felicitatis phantaſma. ibid. veneno infectum vinum hauſiſſe creditur cum Alexandro imprudentia pocillatoris. ib. morbo decumbit extincto Alexandro. nu. 15. theſaurum eccleſiaſticum expilat immiſſo Michaelitio. ibid. Cardinales congregatos armatis cingit. ib. conſurgunt pro defendendis Cardinalibus Romani. ibid. Cardinales in eum exercitum contrahunt, ibid. miſſo interprete cogunt, vt exeat ex vrbe. ib. lectica ſe Nepe deferri iubet. ib. creato Pio III. in vrbem redit, num. 15. illum Vrſini adoriuntur. ibid. ſuorum ſtragem aliquam paſſus ſeſe pontificiæ clientelæ committit. ib. in Hadrianæ arcis carcerem recipitur, vt mortem euadat. ib. cogitur ad reſtituendos eccleſiæ raptos principatus. ib. diuino nutu euerſa momento eius conſilia. ib.

Caffa. Mahometes cum Tartaris ad eam expugnandam coniurat. 1461. num. 28. Mahometes Genuenſes prohibet ne Caffæ auxilia ferant. ibid. a Mahomete II. ducum opera expugnata. 1475. num. 23. exercita in ciues, qui ſeipſos prodiderant omnis ſæuitia. num. 24. ex flagitio Genuenſium magiſtratuum ea clades emerſit. nu 27.

Caſena. reſtituta eccleſiaſtico imperio. 1465 n 6.

Caieta. obſeſſa a Conſaluo. 1503. n. 6. liberata a Petro Nauarra. ib.

Caithens Ægypti ſultanus. illatum illi a Baiazethe II. bellum ob non proditos Zizimi filios. 1486. num. 87. Baiazethem cruento prælio fundit. 1488. nu. 9. Rhodij principis amicitiam preenſat. ib. occidentales principes ſolicitat, vt iungant arma in Baiazethem. ibid. quæ propoſuerit ſpoponderitque Pontifici. 1490. nu. 3. minas intentat Ferdinando ob Mauros deuictos. 1490. n. 22.

Calecutij Rex. eo defuncto eius coniuges per iocum ſeſe in foueam ardentem dant præcipites. 1500. n. 53.

Calix. illius vſum laicis ad ſalutem neceſſarium contendit impie Georgij Regis Boemiæ orator Huſſita. 1462. nu. 14. quid illi a Pontifice reſponſum. nu. 15. negatus laicis a Pio calicis vſus. nu. 16. propoſitæ, cauſæ cur ille negetur. ib. Imperatum Georgio Regi a Fantino internuntio apoſtolico, vt calicis vſu abſtineat. nu. 17. hæreſim de neceſſario laicis calicis vſu profitetur. n. 23. Sacramento fidei illi præſtiti religione catholici ſoluuntur, nu. 24. *Detrectauere* Huſſitę fateri integrum Chriſtum contineri ſub qualibet ſpecie. 1465. num. 36. fingit impius Rokyſana populorum gratijs calicis beneficio comparandis orbari. nu. 38. communio ſub vnica ſpecie panis non mutila demonſtratur. nu. 39. cur inducta ſit communio ſub vnica tantum ſpecie. nu. 40. cur ſacerdos debeat ſe communicare ſub vtraq; ſpecie. n. 42. tantum valet communio ſub vna ſpecie quantum ſub duabus nu. 53.

Calix ex auro puro conflatus. dono datus a Ludouico II. Lateranenſi eccleſię. 1482. n. 44.

Camaldulum. oppugnatum diuinitus defenditur. 1498. nu. 9.

Canarienſes. propagata inter eos religio. 1475. nu. 29. magna eorum multitudo fidem Chriſti ſuſcipit. 1486. nu. 21. artibus excoluntur. ib. abripi in ſeruitutem vetiti a Sixto IV. ib. plures Canariæ inſulę partæ a Ferdinando Rege Caſtellę. 1481. nu. 35. ex pace inter Alfonſum Luſitaniæ & Ferdinandum Caſtellæ Reges inita aſſertæ Caſtellæ Regi certis legibus. ibid.

Canibales. ſaginę humanæ aſſueti. 1492. nu. 37. horrenda eorumdem ſęuitia. ib. & 1494 n. 32. demulcendis & erudiendis ijs data opera. ib. crediti Canibalibus Hiſpani occiſi fuere. 1494. n. 32.

Canonizatio. qui ritus ſeruati in B. Bonauentura in ſanctorum albo reponendo. 1482. n. 46. V. *Conſecratio*.

Cappadocia. ſubacta a Mahomete II. 1461. nu. 38.

Captiui. pro ijs redimendis ſodalitium in Luſitania inſtitutum. 1462. n. 40. captiui Chriſtiani vendi Mauris vetiti. 1486. n. 68.

Capua. vaſtata. 1501. n. 73.

Caput bonæ ſpei. cur ita dictum a Ioanne Rege Luſitanię. 1486. nu. 69.

Caput Eccleſiæ. duplex aliud auctoritatiuum, aliud miniſteriale. 1500. num. 64.

Caramania. ſubacta a Baiazethe II. 1486. nu. 63.

Cardinales. quem ritum ſeruent in creando Pontifice. 1458. nu. 5. ſi fuerint inopes ab eo ſuſtentandi. nu. 5. vacuo pontificio ſolio ad eos eccleſiaſticum imperium deuoluitur. ib. Cardinales quinque a Pio creati. 1460. nu. 27. quo ritu ornamenta cardinalitiæ dignitatis acceperint. nu 30. alij ſex ex varijs nationibus iterum creati. 1461. n. 121. eximia ad Cardinalem creatum exhortatio. nu. 122. poſt Pij mortem Cardinales futurum Pontificem ſacramento ad plura aſtringunt. 1464. num. 52. cardinalitiæ dignitatis maieſtas

aucta

Digitized by Google

ducta à Paulo II. nu.57. Cardinales alij creati a Paulo II. 1467. nu. 16. item nouj creati. 1468. nu.39. in ſecreto conſiſtorio alij iterum creati. ibid. ob Eugenij conſtitutionem deinde extinctoPaulo II. a veteranis non recepti. nu.4. Cardinalis optimi expreſſa effigies. 1470. n.48. Cardinaliū creatio prima a Sixto IV. celebrata. 1471. n.79. ſecunda. 1473. n.22 niſi poſt Cardinales accedere ad crucis oſculum abnuit Chriſtiernus Daniæ Rex. 1474. n.2. alia Cardinaliū creatio facta a Sixto IV. 1476. n. 15. iterum alia celebrata. 1477. n.12. Cardinales vltimo creati a Sixto IV. 1484. nu.27. poſt mortem Sixti IV. pro ſuſtinenda dignitate cardinalitia latæ plures leges. 1484. n.28. vectigal pro ijs ſuſtinendis conſtitutum. nu.28. aſſerere ſuam libertatem nituntur. ib. reſtituunt vetera priuilegia, ib. ſacerdotiorum in eccleſijs quibus præſunt collationem permittunt. ib. abſentes immunitatibus potituros ſanciunt. nu.29. cenſuras ijs non incutiendas niſi ius canonicum iuſſerit. ib. paciſcuntur, vt qui creatus fuerit pontifex rata habeat conuenta, nu. 30. ſanciunt vectigal aluminis in bello turcico collocandum. nu. 31. decumas & & vigeſimas eo deriuandas. ib. curiam niſi certis legibus non transferendam. ib. definiunt quæ dotes in cardinalibus creandis exigendæ ſint, ib. e propinquis Pontificis vnum tantum Cardinalatu ornandum. ib. numerum Cardinalium circumſcribunt. ib. neminem exauctorandum niſi de crimine conſtiterit. nu. 33. liberam teſtandi facultatem Cardinalibus relictam decernunt. nu.34. vetant eccleſię iura quocumque colore abalienari. nu. 35. vacuo ſolio ſacroſancto ditionis eccleſiaſticæ iura ad Cardinales deuoluta ſtatuūt, nu. 38. ib. Cardinales corrupti auro corruptum moribus Pontificem deligunt. 1492. nu. 24. eumdem vindicem ſentiunt. ibid. edita propterea poſtea in ſimoniacos Cardinales ſanctio. n.25. ſpurius ab Alexandro VI. inter Cardinales cooptatus, 1493. n.33. quo ritu cardinalitia dignitate ornētur pręſules. 1494. verſ. 3. Cardinales creati ab Alexandro VI. 1496. n.38. decretum Cardinales cenſendos antequam pileus traditus ſit. num.39. ſoluta Eugenij IV. ſanctio. num.40. Cardinales creati ab Alexandro VI. 1500. n.56. Cardinales in conclaui poſt obitum Alexandri VI. creandum Pontificem obſtringunt ad celebrandum concilium labente triennio. 1503. nu.13.

Cardinalis legatus V. *legatus Cardinalis*.

Carola Regina Cypri. nubit Ludouico Sabaudo. 1459. nu.86. cum Iacobo fratre notho litigat. ib. eius regnum a barbaro eidem fratri traditum. ib. Hortatore Mahomete regnum Cyprium non Carolæ, ſed Iacobo ſpurio adiudicatum. 1460. num.94. ab eo inuaditur. nu.95. in arcem Cerinenſem profugit. nu.96. obſeſſo a Soldano viro in occidentem accedit, 1461. nu. 31. Romæ conuenit Pium, num.32. eius ad Pontificem oratio. ib. quid illi a Pio reſponſum. nu.33. datus illi commeatus, num. 34. nulla auxilia ex Sabaudia elicere poteſt. ib. commendatur a Pontifice Carolo Francorum Regi, ib. deluſa votis redit in Cyprum & Paphum recipit. ib. vtramq; deinde arcem amittit. ib. oratorem ad Mahometem II. pro impetrando exercitu contra Iacobum fratrem legat, ac ſpernitur. 1462. nu. 39. pacem inter Venetos ac Rhodios conciliat. 1464. nu.66. Iacobo tyranno extincto regnum recuperare meditatur. 1473. num 4. Ludouico viro continente ſe domi ad Venetos cōfugit, a quibus repellitur. ibid. reſponſum illi regna non iure, ſed armis poſſideri. ib. ad Sixtum IV. confugit pontificiaque liberalitate ſuſtentatur. 1475. nu.1. intendit iudicium Venetis de Cyprij regni iure, ſed illius cognitione implicare ſeſe Pontifex detrectat. 1479. n.30. confugit ad ſultanum Ægyptium, ac ſpernitur. nu.32. iterum confugit ad Sixtum, eiuſque liberalitate vitam ſuſtentat. 1483. nu.63. eius mors. 1487. nu.34. iura relinquit Sabaudo duci. ib.

Carolus VII. Francorum Rex. ad bellum Turcicum ſuſcipiendum a Pio II. adiutatus per ſacrum baptiſma, 1458. num.16. admonitus ne ſequi Pontificem detrectet. ibid. veram gloriam in promouenda Chriſti gloria ſitam. ib. quid ab eo reſponſum Pio II. n.17. monetur ab eo, vt Chriſtianiſſimi nomen factis exornet. 1459. nu.45. ob non pręſtita auxilia rem Chriſtianam in oriente excindi. ib. oratores mittit ad Mantuanum conuentum. nu.66. differunt illi præſtare obſequium, ni Pius Ferdinandi partes deſerat. nu. 68. excuſat ſe apud eum Pius ſi Ferdinando regnum Neapolitanum aſſeruerit. nu.69. inter illum & Burgundum pax inita & confirmata a Pio. nu.83. pro Tornacenſi epiſcopo ſibi fido & grato pręficiendo certat cum Burgundo. n.48. monetur, vt cardinalitię dignitati congruum honorem tribuat. n.50. inueſtituras Regibus ob hæreticorum factiones conceſſas iure reuocari potuiſſe. nu. 51. increpatur ob pragmaticam ab eo defenſam. nu. 53. monetur non eſſe de grege Dominico, qui Romanum Pontificem neget eſſe paſtorem. ib. pragmaticam olim ab ipſis Regibus ob iniuſtitiam reſciſſam. ib. Pij conſilio & Franciſci Sfortię opera Genuam amittit. 1460. nu. 73. eius exercitus repulſus magna cæde. ib. inter eum & Henricum VI. Anglorum Regem de fœdere in Turcas actum. 1460. nu. 106. Henricus VI. ob nimiam odiorum pertinaciam regno ſpoliatur. ibid. Carolus Armaniaci comitem ob inceſti cum ſorore crimen principatu exuit. A. 1460. num. 110. deflente ſcelus Armaniaco atque ad Pontificem confugiente rogatur, vt pœnitenti principatum reſtituat, num. 113. orientalium Regum oratores de belli ſacri in Turcas fœdere agentes irrito exitu dimittit. 1461. nu. 31. immorigerum filium patitur n.37. ſeipſum fame enecat percuſſus dementia. ibid. ob contemptam Chriſti cauſam pœnas numini dediſſe viſus. ib. imminente morte gratias Deo agit quod die peccatricis nempe S. Mariæ Magdalenæ feſto illum ex hac vita eripiat. ib. Ludouicus filius illius ſceptris ſuccedit. ib.

Carolus Andegauenſium, poſtea Aquitanorum dux Caroli VII. Francorum Regis ſecundogenitus. de eo maiori natu preferendo ad ſceptri ſucceſſionem agitat Carolus VII. 1461. num. 37. metu ciuilis belli ea molitio diſcuſſa, ib. coniurat cum proceribus in fratrem. 1465. num. 12. poſt prælium viſa Gallorum ſtrage gemit ob ambitionem ſuam tantum cruorem fuſum. ibid. increpatur, vt puſillanimis a Carolo Burgundo. ib. pacem init ac Normanniæ dux creatur. num. 13. deſertus a ſocijs bello petitur a Ludouico Rege. 1666. nu. 13. ad eum Ludouico Regi conciliandum miſſus a Paulo II. Archiepiſcopus Mediolanenſis. 1466 num. 13. imperitus gerendarum rerum depellitur e principatu, nu.14. cum Ludouico XI. fratre colloquium init, 1469. num.22. data illi optio, vt Campaniam, vel Aquitaniam accipiat pro Normannia a qua erat pulſus, ib. redintegrat pacem cum fratre. num 23. in fratrem Ludouicum coniurat iterum. 1472. nu. 32. a Ludouico XI. Iurdani abbatis opera veneno extinctus fertur. ib. nu. 13. Aquitania mox a Ludouico recepta. ib.

Carolus Philippi ducis Burgundiæ filius. ad proſequendum principatum coniurat cum rebellibus in Ludouicum XI. 1465. nu. 12. in pugna ad Montem Lethericum ſauciatur ac vincit Gallum Regem. ib. Carolum Regis fratrem ob defletam ſtragem editam, vt puſillanimem temnit. ib. pacem init cum Ludouico receptis vrbibus quas Somona perluit. nu.13. Leodienſes in eum concitati a Ludouico Rege. ibid. eo diſtractus bello Normannię duci ferre auxilium nequit. 1466. n. 14. eius copiæ a Dionantęis & Leodienſibus fuſę. nu.17. eius effigies ſuffixa patibulo a rebellibus & iniu-

iniurijs affecta.ib. ferro flammaque iniuriam vlciſcitur. ib. octingentos Dionantæos captos barbare ſimul fluuio mergit. ibid. Leodienſes ad Trudonenſe oppidum delet, 1467. nu. 22. poſcentibus veniam ita parcit, vt moenia & propugnacula eorum euertat. ib. morienti patri Philippo in principatu ſuccedit. ib. Leodium capit impetu. 1468. n. 32. implacabilis eius furor nullis precibus placatur. ib. horrenda ſcelera & ſacrilegia in excidio Leodienſi patrat. ib ad duodecim millia mulierum vinculis conſtrictas Moſa ſubmergit. num. 33. dum furie in Leodienſes maximam cladem in Hollandia a mari accipit. ib. a Ioanne Balua Cardinale ſolicitatur, vt fœderatos armis iuuet. 1469. nu. 21. interceptæ diuinitus eæ literę ne bello exitiali Gallias obrueret. ibid. Eduardus Angliæ regno pulſus ad eum confugit. 1470. nu. 50. petitur bello a Ludouico Gallorum Rege ſitas ad Somonam vrbes repetente. nu. 50. ſub homine impij deſignantur a Deo reuelante Gueldriam in manus impij caſuram, ni Gueldrenſes peccata expient. num. 52. data illi a Pontifice & Cæſare, mandata, vt Arnulphum Gueldriæ ducem ex filij impij tyrannida liberet. nu. 54. inter patrem & filium concordiam pangere molitur. ib. Adolphum impia decernem verba dimittit, ſed mox interceptum & calumnia oneratum quaſi conſpiraſſet cum Gallo Rege carceri mancipat. ib. Gueldriam ſubigit. ib. ducatus iura ab Arnulpho coemit ac teſtamento accipit. ibid. Ludouicus Francorum Rex ab eo repetit Ambianum & Royam & Mondidierium. 1471. nu. 45. Eduardum ſororium regno reſtituit. n. 51. Beſſario Cardinalis fruſtra de pace inter ipſum & Ludouicum Francorum Regem agit. 1472. n. 8. certat cum Ludouico Rege, ferro, flamma & veneficio. 1472. n 12. & 13. irrumpit in Galliam. n. 13. deditiios contra pacta crudeliter iugulat. ib. templa ſanguine fœdeſtat. ib. pariter eius ditio vaſtata. ibid. cum Frederico Treueris colloquium celebrat. 1473. nu. 70. Burgundici regni titulum affectat. ib. a Friderico deluditur. n. 11. trepidauit Fridericus ne poſtea imperium affectaret. n. 12. vocatur in auxilium a Roberto archiep. Colonienſi. 1474. n. 3. Nuſiam obſidet. n. 4. Feretranum comitatum coemit. ib. Germania in Carolum a Frederico concitata. ib. affectatum a Carolo imperium. nu. 2. decretus internuntius pro conciliãda inter eum & Fredericum pace. num. 43. petitur bello a Renato iuniore & a Sigiſmundo Auſtriaco. nu. 4. in eum Ludouicus Francorum Rex cum Cæſare coniurat. ib. in eum Fredericus ingentem exercitum educit. num. 5. pacem init cum Frederico. ibid. Eduardum Anglię Regem in Ludouicum concitat. nu. 6. ab Anglo rerum viciſſitudines metuente deſeritur. nu. 7. pacem cum Ludouico Gallorum Rege inſtaurat. num. 8. prodit Ludouicum Lucemburgenſem ſocium, vt proditum a Gallo Renatum opprimat. nu 9. Lotharingiam ſubigit. ib. redintegrat concordiam cum Frederico. num. 10. Nanceium ad deditionem cogit. nu. 11. filiam deſpondet Maximiliano ea lege, vt ſibi ducales apices cum regijs mutare fas ſit. 1476. num. 11. obſiſtunt ipſi Belgę ne regium nomen corripiat. ibid. quingentos Heluetios crudeliter laqueo pręfocat. 1476. num. 15. ab Heluetijs profligatus. ib. tot eius milites ijſdem laqueis pręfocati. ib. iterum extrema clade afficitur. ib. plures principes ab eius amicitia deficiunt. ib. Renatus Lotaringiæ dux antea profugus Nanceium expugnat. ib. ad id obſidione cingendum prouolat. ib. ad eum confugit Alfonſus Rex Luſitanię pro auxilijs eliciendis & fœdere inter illum & Ludouicum Regẽ redintegrando. num. 13. a Renato in Nanceij obſidione trucidatur pluribus vulneribus. 1477. num. 3. crudelitatis & ambitionis iuſtiſſimas dat pœnas. ib. ſi arma vertiſſet in Turcas aſſuegere ad ſummum imperium potuerat. ib. ſumma eius calamitas. n. 4. eo extincto Gallię Rex fiduciarias prouincias reſtituere Gallicę coronę conatus. ib.

Carolus Vianæ princeps. iterum bellum gerit cum patre Ioanne Rege Aragonum de Nauarræo regno. 1461. n 136. illum pater hæredem regnorum agnoſci de more noluit. ib. concordiæ ſpecie vocatus ad epulas conijcitur a patre infido in carcerẽ. ib. nouercæ vinctus traditur. 131. liberatur e carcere, ſed a nouerca veneno lento propinatum fuiſſe creditum eſt. ib. moriturus veniam a patre poſcit. ib Nauarrę iura Blancę ſorori relinquit. ib. illius deſiderio concitati motus a Catalanis in Ioannem Regẽ. ib. aſſicta illi inania miracula. ib.

Carolus dux Aurelianenſis. annis viginti quinque in carcere anglico elanguit. 1465. nu. 14. ſanctiſſimam vitam egreſſus e carcere ducit. ib. tredecim pauperibus menſam apponere ſolitus feria quinta, eorumque pedes abluere. ib. eius filius triennis relictus geſſit Gallicum ſceptrum. ib.

Carolus Borbonius archiep. Lugdunenſis. legatione fungitur apud Paulum II. pro Ludouico XI. 1466. nu. 34.

Carolus Suecia Rex. reuocatur ad regnum a Suecia a quibus pulſus fuerat. 1469. nu. 20. eo defuncto Suecia Chriſtierno paret. ib.

Carolus Andegauenſis. ſuccedit in prouinciæ & Neapolitani regni iuribus Renato patruo. 1481. n. 17. oratores mittit ad Sixtum. ib. ij non excepti, vt Regij & cur. ib.

Carolus VIII, Francorum Rex. Ludouico XI. patri ſuccedit. 1483. n. 34. ante patris obitum eo volente Rex ſacratus eſt. ib. monita illi data a patre & a Sixto IV. n. 35. turbida illius regni principia exitere. ib. miſſus ad componendos ciuiles illos motus Ioannes tit. S. Suſannæ presbyter Cardinalis. ib. Valentinenſem & & Dienſem comitatus ad ius Gallicum vi reuocat. n. 40. miſſo Ioanne Balua Innocentio VIII. obedientiam defert. 1485. n. 36. ſalubria illi ab ipſo Innocentio conſilia ſuggeſta. n. 36. admonitus ne quid nouari cum damno eccleſiæ patiatur. n. 37. ſolicitatur, vt pontificias partes aduerſus Ferdinandum tyrannidem exercentem tueatur. n. 39. ſpondet auxilia pro Renato in poſſeſſionem Neapolitani regni inducendo. 1486. n. 6. increpat Laurentium Medicem quod Florentinos ad partes Ferdinandi traduxerit. ib. 12. contendit cum Renato iura regni Neapolitani ad ſe ſpectare. 1486. n. 12. rei gerendę occaſioni deeſt. ib. queritur apud eum Innocentius Eccleſiam Valentinienſis & Dienſis comitatus poſſeſſione ſine iure ſpoliatam. n. 45 candelę ſacra prece luſtratæ ad eum ab Innocentio tranſmiſſæ. n. 60. fuſus eius exercitus in Belgio a Maximiliano Rege. 1487. n. 12. implicitus eo bello a Pontifice aduerſus Ferdinandum Neapolitanum Regem fœdifragum vocari non potuit. ib. pollicetur Baiazethes Gallo Regi Terram ſanctã ſi Zizimum tenuerit. 1489. num. 1. allatis ſero his promiſſis perduci illum in Italiam ſiuerat. nu. 2. de eo aduerſus Ferdinandum Neapolitanum euocando agit Innocentius. nu. 9. inducias paciſcitur cum Maximiliano, ſed eę iterum abruptę. ib. Margaretam filiam Maximiliano ſocero remittit. 1491. nu. 15. Annam duciſſam Britannię illi deſponſam ducit. ib. pacem ſancit cum Britonibus. ib. appetitur bello ab Anglo. n. 16. cum eo pacem componit. ib. Ruſſinonenſem comitatum Ferdinando reſtituit. ib. cum Maximiliano pacem init vrbibus reſtitutis, quas dotis cauſa ad ſe ſpectare contendebat. ib. fœdera ab Aleſandro VI. cum Venetis & alijs principibus aduerſus eum inita. 1493. nu. 27. a proceribus Neapolitanis ſolicitatur, vt Alfonſo Regi Neapolitano bellum inferat. ib. a Carolo Balbiano Mediolanenſis ducis oratore additi illi animi, vt Neapolitanum regnum expugnet. n. 28. expoſitum illi e regno Neapolitano facilem eſſe traiectum in Gręciam. n. 28. ampliſſimas pactiones offert Alexandro VI. vt ſibi faueat nu.

nu.30. Ferdinandus Hiſpaniæ Rex Alexandrum a Caroli amicitia diuellit. ib. intercedit Carolus apud Alexandrum ne Alfonſo Calabro regnum Neapolitanum deferatur. ſed irrito exitu. ib. prohibetur ab Alexandro mouere in Italia bellum. 1494. nu.15. Franciſcus Cardinalis Senenſis ad eum legatus. nu.16. Ingredienti Etruriam Hieronymus Sauonarola obuiam a Florentinis miſſus. nu.17. Franciſcum Cardinalem, vt ſuſpectum hoſtem repellit. num.18. reſponſum illius audax Alexandro VI. datum. nu.18. retardare illum nititur Hiſpanus a Neapolitana expeditione. nu.19. Caroli reſponſum. ib. ab Alexandri cenſuris ad concilium prouocat quod vitio ſimoniaco pontificatum inuaſiſſet. num.20. Alfonſus Rex partem regni illi offert. num.20. Petrus Medices Petramſanctam Serzanellam & Piſas illi permittit. num.21. pacta cum Gallis init. nu.22. pompaticę Caroli literæ de Turcis ſubijciendis. nu.23. ſua in regnum Neapolitanum iura exponit. nu.24. profitetur ſactum ſe in Turcas bellum moliri. nu.24. nulle Romanæ Eccleſiæ vel clientibus iniuriam aliquam inferre. ib. aduentu ſuo Italiam perturbat. nu.24. Luca & Senæ in eius clientelam concedunt. ib. cur plures principes in eum coniurauerint, ib, ad eum Florentiæ agentem mittit Alexander Papa Aſcanium Cardinalem pro rebus componendis. 1494. nu.25. deinde Federicum Cardinalem Sanſeuerinatem laxatum carcere. ib. Philippus dux Burgundiæ & Auſtriæ archidux fauet Carolo, nu.27. Turca ab Alexandro VI. aduerſus Carolum VIII. ſollicitatur. nu.28. Carolus fraude politica iactauit ſuſceptum iri a ſe bellum ſacrum in Turcam. nu.28. quæ promiſerit Baiazethes. ne Zizimus Carolo dederetur. ib. promulgat emiſſe ab Andrea Palæologo iura imperij Conſtantinopolitani. nu.29. propoſitum illi ab Alexandro, ſi regno Neapolitano velit abſtinere armaque in Turcas vertere, totius imperij Chriſtiani viribus adiutum iri. ib. pacifice vrbem ingreditur. num.30. accuſatur apud eum Alexander VI. ſimoniaco vitio pontificatum inuaſiſſe. 1494. bis tormenta bellica ad expugnandum Alexandrum, adduci & reduci iubet. ib. viſum eſt potius ipſum tolerandum ſchiſmatis metu ib. init cũ eo fœdus certis legibus. nu.2. ſolemni ritu ab Alexandro in regia Vaticana excipitur. ib. & num.3. ter genuflectit ante Pontificem. ib. quibus verbis obſequium illi addixerit. ib. Pontificis ſacrificantis manibus aquam affundit. nu.5. Zizimus illi traditur. ib. irrumpit in Neapolitanum regnum. ib. Alfonſus Rex eius metu fugam carpit. ibid. obſidem accipit Cæſarem Borgiam Cardinalem Valentinum. nu.5. ex eius cuſtodia fugit Borgia. nu.6. placatur a Romanis miſſa legatione. ib. Neapolitani populi ſe vltro illi dedunt. nu.7. negligit Ferdinandum ex Ænaria inſula pellere. n.10. & aliquot arces pro Ferdinando præſidiarijs munitas expugnare. ib. tempus male terit in audiendis comœdijs. nu.10. Galli ſtultas de eo fabellas fingunt. ib. politico dolo ſpeciem inferendi Turcis belli nequiter præbuit. nu.11. Turcis magnum terrorem, ſed inanem incutit. ib. potuerat proferre Chriſti imperium, ſed neglexit. ib. quibus de cauſis omnes principes in eum conſpirarint. nu.13. quæ propoſita ſint illi ſubſidia a Venetis pro recuperanda Græcia, ib. repudiat Venetorum pacta. ib. detrahitur illi religionis larua. nu.14. fœdus armorum in eum ſancitum. ib. ſolicitati in eum ab Alexandro Germani. nu.15. querelæ in Carolum effuſæ. nu.16. nondum compoſitis rebus Neapolitanis reditum parat in Gallias. nu.19. eum metuens Alexander ex vrbe fugit. ib. Alexandrum de colloquio poſtulat. nu.22. eccleſiaſticas arces illi reſtituit. ib. vrbis imperium non retinuit. nu.23. intermiſſo Florentiæ itinere Piſas abit. num.26. italicum exercitum propulſat. 28. queritur Alexander perturbatam ab eo Italię pacem. n.29. ducem Aurelianenſem a duce Mediolani obſeſſum liberat. nu.31. cum Ludouico Sfortia duce Mediolanenſi pacem init. ib. Genuæ imperium ſupremo Gallis Regibus reſeruato illi permittit. ib. poſtulat Venetos de pace. ib. quæ pactiones ab ijs propoſitæ. ib. ſpernit Venetorum pacta ac delitijs ſe dedit abiecta belli turcici cura. nu.31. Neapolitanæ res interim peſſundarę. num.32. regnum Neapolitanum amittit. 32. aduerſus illum fœdus armorum ineunt Alexander VI. Germaniæ, Hiſpaniæ & Angliæ Reges, Veneti & Mediolanenſes. 1496. nu.1. & 2. Bernardino Caruagiali collata facultas, vt cenſuras Carolo VIII. ni bello italico abſtineat intentet. nu.5. Piſani ab eo in libertatem vindicati eius ſtatuam confringunt & aduerſus Carolum Maximiliani clientelæ ſe committunt. nu.8. in regno Neapolitano Galli quos relinquerat grauiora paſſi ab hoſtibus. nu.10. morbo vel peſte conſumpti. nu.12. poſt Ferdinandi Regis mortem Caieta illi erepta. nu.14. nefanda Caroli VIII. hypocriſis turpiſſimum exitum ſortita. nu.15. illius copiæ vitijs potius quam armis victæ. ib. ſaltulas Ferdinando Hiſpaniæ Regi eripit. nu.19. cum eo inducias paſciſcitur. ib. euocatur in Italiam, ſed deeſt ſocijs. An. 1497. nu.1. Antonellus Salernitanus princeps dum Caroli partes tuetur opprimitur. num.15. Neapolitanum regnum iterum affectat. 1498. nu.1. repentina apoplexia percuſſus. ib. in paleario & linteis ſordidis conſtratus animam efflat. nu.2. diligentius iuſtitiam colere cœperat, num.3. ob non audita S. Franciſci Paulani mandata aduerſis exceptus. ib. Ludouicus dux Aurelianenſis illi ſuccedit. ib.

Carolus Vrſinus. Alexandri VI. exercitum profligat. 1496. nu.2.

Carolus V. Imperator. naſcitur. 1500. n.31. eiuſdem genealogia. ib.

Caſimirus Rex Poloniæ. ad eum Pruteni deficiunt. 1459. num.74. de pace cum Cruciferis ſolicitatus. ib. vrgetur, vt arma in Turcam vertat. ib. vocatus a Rudolpho internuntio pontificio ad Boemiæ regnum aduerſus Georgium hæreticum regni iure exauctoratum. 1466. nu.30. promiſſum ipſi Luſatiam & Sileſiam vltro ſe illi dedituras. ib. Georgij amicitiam ingentibus promiſſis internuntij pontificij præfert eod. nu.30. cum Ludouico Cruciferorum ordinis principe pacem componit. nu.31. Pomeraniam; Culmenſem & Michalouienſem prouincias ad ius Polonicum redigit. ibid. mittit oratores ad Paulum II. vt pacem initam cum Cruciferis confirmet. nu.35. illum ſibi Conciliare nititur Georgius aduerſus Catholicos. 1467 num.9. delatum vni ex ipſius filijs ſceptrum Boemicum, ib. indigne Catholicorum preces ſpernit. ibid. varijs fraudibus irretiri ab hæretico tyranno ſe ſinit. num.11. orantibus de pace reſpondent Catholici Pontifice inconſulto nil decerni poſſe. nu.11. Caſimiri potentia Germanis nimium ſuſpecta. num.12. Cruciferi pacem ineunt cum Caſimirio Poloniæ Rege. 1466. nu.31. Pomeraniam Chelmenſem & Michalouienſem prouincias illi reſtituunt. ib. ius hæreditarium in Boemiam amittit dum Catholicos tueri detrectat aduerſus Georgium. 1468. num.9. rogatus, vt Maximiliano & Matthiæ filias natu maximas collocet. nu.12. propoſitæ illi ampliſſimæ pacis leges. ib. reſpuit affinitatem Vngari. ib. promittit illi Georgius regnum Boemię vni ex ipſius filijs. ib. negat ſe vnquam iure Boemico abdicaſſe. ib. Catholicorum ad eum legatio cur Matthiam Regem delegerint. 1469. nu.11. eius filius Vuladislaus natu maximus Boemici ſceptri hæres renuntiatus. ib. appellatur a Frederico de affinitate ac fædere aduerſus Matthiam & Georgium. 1470. nu.1. promiſſa eius filijs Hungariæ & Boemiæ regna. ibid. repulſam Friderico obijcit cum in ijs literis Regem Hungariæ ſe diceret. 1470. nu.1. poſcit a Geor-

Digitized by Google

Georgio, vt Vvladiſlao viuens regnum tradat. nu. 2. agit cum proceribus, vt Georgio eos conciliet. ib. immittit exercitum in Hungariam, ac Mathiam ex Boemia diuellit. ib. Georgium flectere nititur ad damnandam hæreſim & obſequendum Pontifici. ib. quæ a Caſimiri oratoribus Georgio fuerint propoſita. nu. 5. plura illi contra Eccleſiæ decus & fidem male polliciti. nu. 6. ex ijs hæreticorum elati animi. ib. Boemiæ regnum, quod a catholicis delatum ſpreuerat rurſus affectat. nu. 8. monetur a Paulo II. eius oratores contra fidem, & pontificium & regium decus indigna pollicitos. ib. eoſdem reprimat, vt reos anathematis & fidei hoſtes. ib. rogatus, vt oratoribus ducis Moſcouiæ ad ſedem Apoſtolicam liberum aditum permittat. nu. 9. a Boemis eius filius Vvladiſlaus Rex pronūtiatus poſt Georgij mortem. 1471. num. 33. ſolicitatur a Paulo, vt Vvladiſlaum filium a cœptis reuocet. n. 38. conuenitur Cracouiæ a Franciſco Cardinale legato pro ſedanda regni Boemici controuerſia. nu. 40. Vvladiſlaum primogenitum in Boemiam mittit cum exercitu. ib. & Caſimirum ſecundonatum in Hungariam. ib. eius filius Caſimirus ex Hungaria propulſatus. ib. miſſus a Sixto IV. legatus pro pace inter ipſum & Matthiam inſtauranda. 1471. num. 76. ob præſtita Boemis hæreticis auxilia in ius vocatus. 1472. nu. 29. cenſuras eccleſiaſticas contraxiſſe pronuntiatus. ib. monetur, vt deſinat Hungaro bellum inferre. num. 30. de concitandis in eum Cruciferis actum. num. 31. Prutheni ſacramenti illi præſtiti religione ſoluti. ibidem. Matthiam Regem de pace poſtulat induciaſque cum eo paſciſcitur. nu. 35. Marcum Cardinalem legatum honorificentiſſime excipit. nu. 36. in Nyſſenſi conuentu Matthiæ Regi conciliari nequit. 1473. num. 14. pacem demum componit cum eo & quibus legibus. 1474. nu. 7. initam pacem violat. ibid. Tartaros & Lithuanos educit aduerſus Vngarum. ib. vaſtatur viciſſim Polonia a Matthiæ copijs. ib. excitatum in Caſimiri exercitu magnum incendium ob ſacrilegia. nu. 8. ſacrilegos etiam equeſtris ordinis concremari iubet. ib. inducias cum Matthia paſciſcitur. ib. ſolicitatur ab Vſumcaſſano, vt cum Hungaro arma in Turcas vertat. nu. 9. Stephanus Moldaniæ princeps parta de Turcis victoria illius clientelæ ſe commendat. nu. 15. a ſuſcipiendo Turcico bello abhorret. ibid. increpitus ignauiæ. ib. Nouogardiam a Ioanne Baſilio Moſchorum duce capi & diripi ſinit. An. 1479. num. 46. diu in Lituania hæret ad abrumpendos Moſcouitarum progreſſus. ib. conſulunt Lituani, vt Nouogardiam armis repetat. ib. veritus potentiam Moſcouitarum cum iis inducias init. ibid. rogatus, vt Huſſitarum ſæuitiam comprimat. 1483. num. 55. Vvladiſlaus Boemiæ Rex inſidijs appetitus ab Huſſitis. 1483. num. 56. Kiouiam inſtaurare meditatur aduerſus Malchos & Tartaros. nu. 57. indulgentiæ ad id operam daturis propoſitæ. ibid. eius filius Caſimirus ſanctiſſime moriens numerum ſanctorum auget cum mori maluiſſet quam fœdari. 1484. nu. 77. ad eum confugit Stephanus Valachiæ princeps a Turcis pulſus. 1485. num. 14. delatum Valachiæ ſupremum imperium admittit. ib. queritur Hungarus de Moldauiæ ſupremo imperio ab eo correpto. 1486. nu. 28. a Turcis & Tartaris bello petitus. 1486 nu. 60. decreta illi auxilia ab Innocentio. ib. anathema in eum arma moturis intentatum. nu. 16. Turcas pellit Valachia. ib. Simon epiſcopus Reualienſis ineundo fœderi inter illum & Crucifetos operam dare iuſſus contra Moſchos. 1488. nu. 18. Poloniam liberat pulſis Tartaris Ioannis Alberti opera. 1489. nu. 15. Vvladiſlaum filium Boemiæ & Hungariæ Regem exheredat. 1492. n. 30. vetat Poloniam iungi Hungariæ. ib. illi ſuccedit Ioannes Albertus. ibid.

S. *Caſimirus Caſimiri Regis Poloniæ filius.* ſanctiſſime moritur cum mori maluiſſet quam fœdari. 1484. num. 77. prædixit tempus mortis. ib. inclareſcit miraculis. nu. 78. & 1501. nu. 40.

Caſpij Montes. a monachis & Chriſtianis culti. 1486. nu. 64.

Caſtella. illam Luſitaniæ coniungere deſtinat Henricus Rex, vt maiori conatu infideles oppugnentur. 1464. nu. 35. conſurgunt in eum Caſtellani obijciuntque Ioannam ſceptrorum heredem, quam Luſitani Regis filio deſponderat adulterio ſuſceptam. ib.

Caſtitas. B. Caſimirus filius Regis Poloniæ mori maluit quam luxuriæ crimine fœdari. 1484. nu. 77.

Catalani. deligunt principem Henricum Regem Caſtellæ aduerſus Ioannem Regem Aragonum. 1462. num. 44. vocant Petrum Luſitanici regni comitem ſtabilem. 1464. nu. 32. is regios titulos arripit. ibid. Ilerdam amittunt. ib. extincto Petro Luſitano principe Renatum Regem eumque prouinciæ comitem in principem ſibi aſciſcunt. 1466. num. 19. Ioannes dux Lotaringiæ auxiliares copias ad eos adducit. ib. decennali bello feſſi ſe Ioanni Aragonum Regi dedunt. 1472. nu. 25.

S. *Catharina Senenſis.* decreti illi a Pio ſanctarum virginum honores. 1461 nu. 123. in puerili ætate plura ſanctitatis ſigna dedit. 124. Chriſto quem ſedentem cum maieſtate viderat virginitatem vouit. ib. inſignis eius charitas in proximos. ib. grauioribus ieiunijs macerabat corpus. 125. in Euchariſtiæ ſacramento cæleſtes hauriebat delitias. ib. plures ad ſanctiorem vitam traduxit. ib. Gregorio XI. aperuit votum quod nuncuparat de reſtituenda vrbi ſede. 126. ſæpe in aetem diuinitus efferebatur. 126. anno ætatis 33. obijt. 127. gloria illius patefacta nonnullis. ib. poſt mortem claruit miraculis. ib. eius reliquiæ conditæ Romæ in Eccleſia Prædicatorum. ib. prima maij eius dies feſtus recolitur. ibid. Margareta natione Zicha liberata eſt inſanabili morbo eo momento, quo cilicium B. Catherinæ Senenſis deoſculata eſt. 1462. num. 52. eius digitus in Hadrienſem eccleſiam translatus. 1467. num. 23.

B. *Catharina Bononienſis Clariſſa.* prædixit Conſtantinopolitanum imperium ob ingentia Græcorum ſcelera euertendum. 1463. num. 109. eius corpus poſt mortem expers corruptionis ſuauem odorem efflat. nu. 109.

Catharina Cornelia Cypri Regina. in filiam a republica Veneta cooptata. 1464. nu. 71. attributa dote Iacobo Cypri tyranno data. ib. hac fictione iuris Cyprus poſtea comparata. ibid. 1471. num. 47. eius patrui Iacobum veneno tollunt, vt libere dominentur. 1472. nu. 4. Catharinæ clientela a Venetis aduerſus Carolam ſuſcepta. ib. eius patrui a Cyprijs interempti. 1475. nu. 32. a Venetis aſſertum illi Cyprium regnum. ib. Baiazethis II. metu Venetias concedit. 1488. nu. 17. Cypri imperium Venetis relinquit. ib.

Catharina Boſnæ Regina Thomæ olim Regis vidua. moriens Boſniæ iura Pontifici teſtamento relinquit. 1478 num. 42. publicæ de ea re editæ tabulæ. ib. Sigiſmundo filio, vel Catharinæ filiæ ſi a Mahumetana ſpurcitia ad Chriſtum conuertantur reſtituendum regnum decernit. n. 45.

S. *Catharina Sueca filia S. Birgittæ.* miraculis inclareſcit. 1485. num. 61. Ioannes Daniæ, & Sueciæ Rex inſtat apud Innocentium VIII. vt Sanctorum catalogo aſcribatur. ib. dilata in aliud tempus ſacra ea actio. ibid.

Catharina Sfortia Hieronymi Riarij vidua. Forum liuium recuperat. 1488. nu. 10. viri cædem vlciſcitur. ib. venenatis literis Alexandrum VI. pe-

 rime-

rimere tentat. An. 1499. n. 23. patefacto facinore capta. ib.

Catholici. nomen Ferdinando Regi datum. 1496. nu. 25.

Cauſa eccleſiaſtica. cognoſcendæ a præſulibus. 1462. nu. 27. Matthiæ Regis Hungariæ de ea re edictum. ib. detecta Ioannis Baluæ Cardinalis proditione de illius cauſæ cognitione lites exortæ. 1469. nu. 21.

Celanum. Antonio Piccolhomineo Pij II. nepoti datum. 1463. num. 79.

Cenſores fidei, eorum ſententiæ a iudicibus ſæcularibus ad exitum perduci iuſſæ non inſpectis etiam litis inſtrumentis. 1486. nu. 79.

Cephalenia inſula. Turcico adiecta imperio. 1478. nu. 40.

Chalcis. exciſa a Mahomete II. 1470. nu. 12. & ſeqq.

Chienſes, vexati bello a Baiazethe, 1485. nu. 5. Rhodiorum equitum auctoritate & precibus armatis liberati. num. 6.

Chius. in periculum adducta. 1463. n. 55. Genuenſes ad eam muniendam ſolicitati. nu. 55.

Choreas ſurialis. in eam actæ tres fœminæ arte magica. 1480. n. 45.

Chriſtiana lex, fingitur contraria Moſaicæ a Mahomete, 1461. num. 94. perfectio eſt Moſaicæ, ib. prædicta a Moyſe quod ferenda eſſet. ib. quanta ſit eius dignitas. num. 109. quot martyres pro ea occiſi. ibib. quot ſancti in ea fulſerint ſi ſint in ea peccatores tamen ſanctos non deeſſe. nu. 110. legis Chriſtianæ ſumma. ibid. impius Mahometes II. votum ſacrilegum de ea excindenda nuncupat. 1470. nu. 11. veritas illius miraculis confirmata. n. 58.

Chriſtiani. de iis male perdendis ſacrilegum votum nuncupat Mahometes. 1470. num. 11. iis calumniam idololatriæ impingit. ib. Chriſtianorum excidij cauſa quæ ſit. nu. 20. eorum torpor in tuendis ſocijs. nu. 23. eidem eorum diſſidia Mahometes adducta faceta parabola coſque temnit. n. 33.

Chriſtianiſſimi nomen. datum Ludouico XI. ob abolitam ſanctionem pragmaticam. 1499. nu. 25.

Chriſtiernus. Daniæ Sueciæ & Noruegiæ Rex dimidias decumas ad ſe auertit. 1469. num. 20. implicatur bello domeſtico Suecis reuocantibus ad ſe Carolum quem antea ob tyrannidem pepulerant. ib. archiepiſcopum Vpſalenſem capit. ib. edoctus de illius integritate ipſum liberat. ib. limina Apoſtolorum adit. 1474. nu. 5. exceptus honorificentiſſime. nu. 8. religioſiſſime ante Pontificis pedes ſe prouoluit. nu. 2. recuſat niſi poſt Cardinales ad crucis oſculum accedere. ib. Hieroſolymitanæ profectionis votum quod nuncuparat permutatum a Sixto. ibid.

Chriſtophorus Maurus dux Venetorum. ſollicitatus a Pio II. vt bellum ſuſcipiat in Turcas. 1463. nu. 41. Philelphi ad eum literæ de bello in Turcas gerendo. 1464. nu. 14. cum duodecim triremibus Anconam ad Pium II. profecturus in Turcas accedit. nu. 36. excipitur a Cardinalibus honorifice. num. 50. ſedet inter duos poſtremos diaconos Cardinales. ibid.

Chriſtophorus de Ruuere. creatus Cardinalis tit. S. Vitalis. 1477. num. 10.

Chriſtophorus Columbus. ſiue *Colonus* Ligur ſub auſpicijs Ferdinandi & Iſabellæ Regum nouum orbem detegit. 1492. nu. 35. eius ad Ferdinandum oratio, ib. a Canarijs inſulis triginta trium dierum emenſus iter nouum orbem detexit. nu. 36. feracis terræ argumenta ſecum refert. nu. 37. Defixa cruce init noui orbis poſſeſſionem. ib. ob inuentum nouum orbem magnis honoribus afficitur. n. 38. admirans oceanuum creatur. ib. ſecunda illius in nouum orbem nauigatio. 1493. n. 15. primam coloniam in nouum orbem traducit. ib. Luſitani illum occidere meditantur. nu. 17. a Ioanne Rege repreſſi, ibid. quibus argumentis Columbus ad nouum orbem inueſtigandum permotus fuerit. nu. 23. coloniam primam ducit in Hiſpaniolam. 1494. nu. 32. reperit plures alias inſulas iiſque nomina imponit. ib. Hiſpanos quos Canibalibus crediderat extinctos reperit. num. 32. condit nouam vrbem. nu. 33. iubetur nouum continentem veſtigare. num. 34. Cubam & Iamaicam reperit. ib. barbari ſenis ad eum oratio & Columbi ad barbarum reſponſum. ib. a nonnullis ſceleratis Hiſpanis, qui barbaros grauioribus iniurijs afficiebant multa patitur. num. 35. Columbi varia in nouum orbem itinera. 1498. num. 39. continentem detegit. ib. calumnijs circumuentus ab Hiſpanis inuidis. ibid. tot coronis digniſſimus cum fratre vinctus abducitur. ibid. Cubam inſulam luſtrat. 1502. nu. 7. detegit & Iamaicam. ib. variæ eius nauigationes. ib. barbaros tormentorum diſploſione territos ad pacem adigit. nu. 9.

Chriſtus. vaticinia de tempore illius aduentus. 1458. nu. 58. omnis ætas illius claruit miraculis. num. 59. Deus e cœlo illi teſtimonium perhibuit. ib. ex Virgine natum & prophetam fatentur Mahometani. ib. negant Deum eſſe vel mortuum. ib. Mahometanorum teſtimonio Mahometem vincit. ib. Mahometanorum ineptiæ cur negent Dei filium. nu. 60. teſtimonia quibus demonſtratur Deus & homo. nu. 68. 69. vt prædixerint prophetæ paſſurum pro peccatis hominum. nu. 70. negant ſecundum Chriſti aduentum. ib. aſſeritur ab iis propheta verus & quid ex eo ſequatur. nu. 85. vt regnet in domo Dauid in æternum. nu. 92. quod dæmon dixit Porphyrio de Chriſto idem Mahametes aſſerit. nu. 93. Moyſis de Chriſto nouam legem laturo teſtimonium. 94. Chriſti lex perfectio eſt Moſaicæ. ibid. ſe videndum præbuit ſumma cum maieſtate S. Catharinæ virgunculæ. 1461. num. 124. orta grauis diſcordia inter Dominicanos & Franciſcanos de ſanguine Chriſti in cruce fuſo an triduo mortis verbo diuino hypoſtatice coniunctus eſſet. A. 1462. nu. 45. & 1463. n. 103. vetitum a Pio II. hæreſis notam parti neganti vel defendenti impingere. nu. 104. docetur a Paulo II. Petrus Antiochenus patriarcha de duabus in Chriſto naturis. 1469. nu. 29. & duabus operationibus. ib. Chriſti explicito vexillo a Rhodijs contra Turcas in Rhodum irrumpentes illi diuinitus propulſati. 1480. num. 8. & 9. lanceæ ferrum quod Chriſti latus perfoderat repoſitum in baſilica S. Petri. 1492. num. 16. Chriſti inſignia defixa in nouo orbe 1492. nu. 37. Chriſtus nouis prodigijs fideles admonet, vt ſuæ paſſionis ſint memores. 1501. num. 13. Vid. *Paſſio Chriſti* vel *Sanguis Chriſti*.

Cicchus Calaber procurator Mediolanenſis regis. vt Ioannem Galeatium in principatu confirmaret eius patruos pellit in exilium. 1477. n. 8. iis a Ludouico reuocatis Mediolanum, capite plectitur fallaci rerum humanarum viciſſitudine. ibid.

Cilicium. eo momento quo Margareta Zicha deoſculata eſt cilicium S. Catharinæ Senenſis morbo inſanabili liberatur. 1462. num. 52. ſub purpura geſtatum a Ioanne Cardinale Carunale. 1470. nu. 48.

Circaſsij. a Mahometanis immaniter cæſi. 1486. nu. 64.

Clementia. vetat Ferdinandus Rex catholicus occidi proditorem a quo ſauciatus erat. 1492. nu. 64. Iordanus Vrſinus ſeruat hoſtem ſuum Fabricium Columnam captum in excidio Capuæ. 1501. nu. 72.

Clerici. viles artes exercere vetiti. 1488. num. 21. habitum & tonſuram non deferentes clericali priuilegio ab vſi. ib. Pij I. conſtitutio in eos priuilegijs abutentes inſtaurata. ib. intentatum anathema locantibus domos meretricibus. ib.

Columba monialis. ſola Euchariſtia vitam ſuſtentat. 1501. nu. 46. in extaſes rapi ſolita. ib.

Columnenſes. ſubornati a Ferdinando in Sixtum IV. rebellant. 1482. n. 2. Ferdinandi exercitum ſuis oppidis aduerſus Sixtum excipiunt. num. 4. Columnenſium oppida in deditionem accepta. nu. 7. ob perduellionem

Digitized by Google

nem graui bello petiti a Sixto IV. 1464. nu. 12.

Commendæ. decretum a Paulo II. eas non augendas, 1464. num. 68.

Communio. cur ſub vna tantum ſpecie laicis imperata. 1465. nu. 41. Vide Calix & Eucharistia.

Compactata. nunquam obſeruata a Bohemis. 1462. nu. 16. reſciſſa a Pio II. ib. Georgius Rex Bohemiæ profeſſus hæreſim ea obſeruari iubet. n. 22. de illis diſceptatur inter decanum Pragenſem & Rokyſanam coram Georgio Rege. 1465. nu. 33. & ſeqq.

Conceptio immaculata B. Virginis. feſtus illius dies inſtitutus a Sixto IV. 1476. nu. 14. inſtitutum illius officium. 1477. num. 9. propoſitæ illud repetituris indulgentiæ. ib. nonulli temere auſi hæreſis notam his inurere, ſed repreſſi. ib. Sixtus commentarium edit pro immaculata conceptione Virginis. 1779. num. 34. damnati anathemate, qui eam aſſerentibus hæreſis infamiam inurunt. 1483. num. 64. damnati pariter qui aiunt hereticum eſſe aſſerere cum originali peccato conceptam cum ea quæſtio ab eccleſia non ſit definita. ib. doctor Pariſienſis Ordinis Prædicatorum aduerſus eam declamans damnatur ab academia Pariſienſi. 1497. num. 30. decretum nemini collatum iri doctoratus lauream niſi ad eam tuendam ſe obſtrinxerit. ib. ſimile decretum editum ab academia Colonienſi. ibid.

Conceptionis inſula. inuenta a Luſitanis. 1501. num. 88.

Concilium. a Pontifice ad futurũ concilium appellatio damnata hæreſis crimine. 1460. n. 37. refellitur. n. 39. & ſeq concilio maior oſtenditur Romana Sedes. num. 42. Cardinales poſt Pij II. mortem aſtringunt ſacramento futurum Pontificem ad celebrandum concilium. 1464. num. 52. ea pactio a Paulo II. diſſoluta. num. 58. Fridericus Romam accedens concilij celebrandi pro bello Turcis & Huſſitis inferendo neceſſitatem exponit Paulo II. 1468. num. 47. concilium Laterani indictum a Sixto IV. 1471. num. 76. mouente Imperatore litem de loco diſſolutũ. ib. plures Italiæ principes Sixto IV. iudicium intendere auſi apud concilium. 1478. num. 14. a Ludouico XI. expetenti concilium, quid ſit reſponſum a Sixto IV. num. 22. vt concilij congregandi ius ad Pontificem ſpectet. num. 23. vt non pendeat ex Galli Regis voluntate, vt fiat vel non fiat. ib. ob quas cauſas concilia ſint celebranda. num. 24. qui peccerant concilium pertimuere ne heret. num. 28. concilium Conſtantienſe approbatum tantum in ſpectantibus ad fidẽ. n. 46. Veneti ob prouocationem a Pontifice ad conciliũ editam in ſuſpicionem ſchiſmatis & hæreſis vocati. 1483. num. 20. a Pontifice ad concilium appellatio an valeat. 1483. num. 19. & Vide *Pontifex*. appellatio.

Concilium Arandenſe. celebratum ab Alfonſo Carillo archiepiſcopo Toletano. 1473. num. 20. concubinatus ab Innocentio damnatus. 1490. num. 25.

Concilium Florentinum. ab Antiocheno Alexandrino & Hieroſolymitano patriarchis admiſſum. 1460. nu. 55.

Confeſſio peccatorum. negauit Petrus de Oſma hæreſiarcha eſſe eam de iure diuino. 1479. num. 32. damnatus. ib. negauit abſoluendos confitentes niſi peracta pœnitentia. ib. damnatus. ib.

Congitanum regnum. detegitur a Iacobo Cano. 1484. num. 82. illatum illi Chriſti euangelium. 1490. num. 24. Rex Congi baptiſmo luſtratus. 1491 num. 8. quis cultus ſit congitanorum Regum. ibid.

Conradus puer Brixianus Frederici Lanellongi filius, trucidatus a Iudæo & parietis ſepultus craſſitie. 1476. num. 20. a B. Iacobo Picente ad vitam excitatus. ib.

Conſtantinopolitana eccleſia. horrenda illius deſolatio. 1461. num. 130.

Conſtantinopolitanum imperium. prædictum illius excidium a B. Catharina Bononienſi ob ſchiſma Græcorum. 1463. num. 109.

Conſtantinopolitanus patriarcha. Alexandrino præferri a Synodo non potuit niſi aſſentiſſet Romanus Pontifex. 1463. num. 69.

Conſtantinus Georgiæ Rex. defert Alexandro VI. obſequium. 1496. n. 21. occidentales ſolicitat ad expeditionem in Turcas. ib. monetur, vt decretum vnionis cum Græcis promulgandum curet. ib. illud ad ipſum miſſum. num. 22.

Contingentia. propoſitiones de futuris contingentibus nec veras eſſe nec falſas contendit nouator Louanienſis. 1470. nu. 51. damnatur a Paulo II. ib. refellitur a Sixto IV. dum cardinalatum gerebat. ib. damnata a Sixto IV. Pontifice eadem opinio. 1473. num. 25.

Corinthus. fruſtra a Venetis oppugnata. 1464. num. 5. & 62. in illius obſidione Veneti exercitus dux obtritus. ib. fruſtra oppugnata a Venetis. 1464. num. 64.

Cornatia. a Turcis vaſtata. 1496. num. 13.

Corone. erepta Venetis a Turcis. 1500. num. 11.

Corſinianum. Pij II. natale ſolum exornatum eccleſia magnifica ab eo. 1462. num. 46. epiſcopali dignitate augetur. ib. mutato nomine Pientia dictum. ib.

Coſmas Medices. Florentinos abducit a pendẽdo Gallis aduerſus Ferdinandum ſtipendio. 1460. num. 72. pius eius obitus. 1464. num. 73.

Coſmas Vrſinus archiepiſcopus Tranenſis. creatus Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. 1480. num. 43.

Cremona. Venetis dedita, 1499. num. 21.

Croatia, a Turcis vaſtata, 1493. num. 9.

Croia Albanorum regio, in Turcarum poteſtatem redacta. 1466. n. 7. demum a Mahomete II. ad deditionem adacta, 1478. num. 40.

Crudelitas. Immanis crudelitas Mahometis II. 1464. n. 11. 18. & 19. Turcarum in Chriſtianos. 1500. num. 13. & 14. crudelia hereticorum facinora. 1483. num. 55. Caniballium Indorum. 1492. nu. 37. crudelitas horrenda exercita in proditores. 1494 num. 40.

Crux. ſplendidiſſima cruce apparẽte in aere fugati Rhodo Turcæ. 1480. n. 11 die ſacro inuentionis ſanctæ Crucis Mahometes II. in procinctu Italicæ expeditionis repente ſublatus, vt virtute crucis hoſtem crucis extinctum conſtaret. 1481. num. 25. data cruce Reges Africæ fiduciarij auctorati ſoliti ab Æthiopum Imperatore. 1486. num. 66. crucis titulus inuentus. 1492. num. 14. cruce defixa noui orbis inita poſſeſſio. 1492. num. 37. crucis ſigna in Germanorum veſtes cœlitus lapſa. 1500 num. 59. cruces nigræ rubræue cœlitus lapſæ. 1501. num. 9. pepla tredecim in vna muliere crucibus ſignata continuo fuere. ib. ſanguis ex ijs crucibus viſus defluere. ibid. non tantum cruces, ſed alia paſſionis dominicæ inſignia diuinitus impreſſa. num. 10. & 11. varius interdum color apparuit in ijs crucibus. ib. ſacrati & nobiles & plebeij ijs ſignati. ib. ipſi ſacerdotes ſacras veſtes crucibus inſigniri expauerunt. num. 13. ipſi hominum artus crucibus picti. ib. memores crucis ſuos voluit eſſe Chriſtus. ib. pereunt peſte qui cruces ſuis corporibus exceperant. 1502. num. 22.

Cuba inſula. a Columbo luſtrata. 1502. num. 7.

Cyprus. ab Ægyptijs ſubacta. 1460. num. 96. & 1461. num. 31. qua fictione iuris a Venetis comparata. 1464. num. 71.

Cyprus. deuoluta ad Venetos. 1470. num. 37. in eorum poteſtatem redacta. 1474. num. 18. a Carola de ea lis mota apud Sixtum IV. 1475. num. 30. negat Pontifex illius cauſæ cognitione ſeſe implicare. ib. in Cypro magni exorti motus. 1475. num. 31. Cyprus affectata a Ferdinando Rege Neapolitano. ib. a Petro Mocenico in Venetorum poteſtatem redacta eod. n. 31.

illius

Digitized by Google

illius iura Sabaudo duci relicta a Carola. 1487. num, 34. Cypri imperium a Catharina Cornaria Regina translatum in Venetos, 1488. num. 57.

D

DÆmon. virili forma ſe magis videndum præbet. 1459. num. 86. adorari ſe iubet. ib. quo lenocinio miſeros falleret. ibid. conſultus in idolis a Porphyrio apoſtata quid ſentiendum de Chriſto reſpondet Chriſtum fuiſſe bonum virum, ſed peccaſſe diſcipulos, qui diuinitatem ei tribuerint. 1461. num, 93. idem Mahometi ſuaſit dæmon. ib. dæmones ſine crimine poſſe conſuli contendunt nonnulli pſeudocarmelitæ ijque damnati. 1473. num. 29. in furialem choream tres fœminas faſcinatas agit. 1480. num. 45. victa eius vis a B. Bertrando. ib. puella nobilis illuſa a dæmone. An. 1484. nu. 76. dæmones ſeptem ex vna muliere pulſi. 1489. num. 23. dæmon ruſticum perſuadet ſi occiderit Ferdinandum Regem regno potiturum. 1495. num. 34. transfiguraueraт ſe in angelum lucis iam ante viginti annos ac ſæpius ei apparuerat. ibid. dæmonum ludibria ad trahendos in voluntarium exitium gentiles. num. 69. Americanis noctu illudit. 1500. num. 37. mentitur ſe omnium rerum dominum. ib. vt in idolis cultus fuerit ab ijs. nu. 41. in magos, qui ſe ipſos in inſaniam adegere irruit. nu. 45. ligneum quadrupedis ſimolachrum transfert. num. 42. inſularibus Hiſpanorum aduentum prædixit. num. 43. Chriſtianorum aduentu fugatus. ib. ex dæmonis imperio per Indum mactatur homo. num. 50. muſcæ inſtar poſt eiuratum euãgelium Foſlariorum ora ingreditur. 1501. num. 43. doctos efficit repente & pertinaciſſimos, vt nullis tormentis flecti queant. ib. monachus, qui euangelium eiurarat territus dæmonis præſentia concidit & vix ſe tueri potuit. ib. Pikardos poſſident licet eos non vexent. num. 44. caſtrum impij tyranni occupant in Morauia. 1501. num. 48. die & nocte in eo vlulant. ib. placari fingit cultorum ſuorum ſanguine dæmon. 1501. nu. 89. præſentia Euchariſtiæ fugati dæmones. Vid. *Euchariſtia*.

Daroceñſis eccleſia. in ea ſacramentales ſpecies in ſanguinem & carnem verſæ ſeruantur. 1473. num. 21. eam adituris indulgentiæ propoſitæ. ibid.

David Imperator Trapezuntinus. ſollicitatus a Pio II. vt arma iungat in Turcas. 1459. num. 26. & 43. coniurat cum alijs orientalibus Regibus aduerſus Mahometem. num. 48. Philippum Burgundiæ ducem vrget, vt occidentalium exercitum ducat. num. 49. cum viginti millibus bellatorum & triginta biremibus ſe coniuncturum pollicetur acceſſuroſque etiam alios Reges. ibid. inſignem legationem ad Pium II. cum alijs Regibus mittit pro ineundo in Mahometem fœdere. 1460 num. 105. & 1461. num. 35. inſigni ignauia Mahometi deditionem facit. num. 38. exigua vectigalia ad vitam ſuſtentandam illi attributa. ib. circumuentus calumnia ſpoliatur facultatibus & pugno interficitur. ib. Vſumcaſſanes gener pro vindicanda illius iniuria bellum in Mahometem ſuſceperat. ib.

Decuma. negans eas pendendas, nec ſoluenda vectigalia exuſtus. 1476. n. 16.

Demetrius deſpota Conſtantini Imperatoris frater. exercet lites cum fratre Thoma deſpota. 1459. num. 46. Mahometi fratris interfectori ſe coniungit eique filiam tradit. ib. odia Græcorum contrahit ob inita cum Turca fœdera. num. 48. ſe & ſua Mahometi dedit. 1460. num. 57. illius clientes licet deditionem fecerint palis ſuffixi. ib. cum fratre Thoma deſpota ſimultatem gerit. 1461. n. 43. dedit ſe Mahometi filiãque illi proſtituit coniugij ſpecie ib. ad ſummam inopiam redigitur. ib. vix cruentas manus Mahometis effugit. ib.

Deus. a Mahomete fingitur corporeus, 1461. num. 61. eiuſdem prouidentia negata. ib. credendum de Deo, quod mens non capit. nu. 63. argumentis non eſt opus vbi adeſt Dei teſtimonium. ib. tribuit Mahometes Deo corpus frigidius glacie. num. 76. ſi compoſitus eſſet foret poſterior ſuis partibus. ib. compoſitor potius Deus cenſendus foret. ib. cur membra tribuerint Deo aliquando prophetæ. ibid. fingitur a Mahomete peccati auctor. num. 77. Dei partiunculam eſſe animam effutijt Mahometes. num. 79.

S. Didacus Minorita. humor ex illius apoſtemate fluens ſuauem odorem ſpirauit. 1463. num. 107. extaſim paſſus exclamat, o quales flores paradiſi. ibid. crucem ea manu qua paulo ante paralyſim patiebatur arripit atque dulcedinem crucis prædicans obit. ib. ex illius cadauere poſt plures menſes ſuauiſſimus odor ſpirat. num. 108. extinctus elegantiore forma extitit. num. 16. in illius obitu ſtella lucidiſſima refulget. ib. extincti corporis flexiles artus conſpecti ab Henrico Rege Caſtellæ. num. 167. admotis brachio eius reliquijs Rex ſanitatem recuperat. ib. conſpecto miraculo quid archiepiſcopus Toletanus dixerit. ib. Iudæi & Mauri id vires naturæ ſuperare faſſi. ib. ſanctorum cathalogo a Sixto V. adijcitur. ib.

Didacus archiepiſcopus Hiſpalenſis. creatus Cardinalis tit. S. Sabinæ. 1500. num. 57.

Dienſis comitatus. a Ludouico XI. in Pium II. transfuſus. 1462. num. 51. qua religione ad id impulſus fuerit. num 12.

Dietherus Moguntinus archiepiſcopus. a minoribus iudicibus curiæ Romanæ damnatus anathemate. 1461. num. 16. non ad Pontificem, ſed ad concilium imprudenter prouocat. ib. calumnias in Pontificem ſpargit ob redactum ex indulgentijs aurum. ib. Gregorium Hãburgenſem hæreſis damnatum fouet. num. 17. nititur Germanis ſuadere, ne pendant decumas pro ſacro bello in Turcas. ib. eos ad defectionem a ſede Apoſtolica ſollicitat. ib. prouocationis ad concilium ab eo editæ iniquitas demonſtratur. ib. reſiſtentibus illi Germanis damnat prouocationem ſuam. num. 18. ob ſimoniæ vitium in ſe concitat ſuorum odia. num. 19. nondum ſolutus cenſuris profanat ſacra. ib. de eo exauctorando actum. num. 20. Cardinalium & Pontificis ſententia damnatur. ib. impiæ illius in Pontificem calumniæ. num. 25. vt ſe hæreſis crimine, edita a Pontifice ad concilium prouocatione, deuinxerit. num. 21. Germanos in idem ſcelus trahere niſus ſit. ib. monita omnia ſpreuerit. ibid. ſinit ſe ſubornari a Gregorio Hamburgenſi nouatore. num. 22. fœdus init cum Sigiſmundo Auſtriaco. ibid. in eccleſiam & imperium rebellare auſus. ib. quia confuſus eſt prouocationi abrenuntiauit. ib. iuramento non ſtetit. nu. 24. decretoria ſententia exauctoratur. num. 25. ſero prouocat ad Pontificem. ibid. ſpretus a clero & Adolphus in ſolio collocatur. ibid. diffugere Moguntia male permittitur. ib. bellum aduerſus Adolphum redintegrat. ibid. fœdus armorum init cum Friderico Palatino Rheni & Georgio Boemiæ. 1462. num. 25. Moguntinum agrum euaſtat. num. 26. percellitur iterum anathemate a Pio. I.. 1463. num. 84. perſtat in contumacia. num. 87. ſolemni ritu cum ſocijs anathemate deuinctus promulgatur. num. 88. cum Adolpho pacem componit ac cedit archiepiſcopatu. 1463. nu. 9. ab Apoſtolico internuntio cenſuris ſoluitur. num. 94.

Dinantum. ferro flammaque deletum. 1466. num. 17.

Dinantei. a Ludouico XI. Rege in Carolum Burgundum concitati. 1466. num. 17. fundunt illius copias. ib. inſania clari eius imaginem affigunt patibulo. ib. ferro flammaque vaſtati. ib. ad octingentos ima-

Digitized by Google

maniter fluuio merſi. ib.

Dionyſius Carthuſianus. inſignia illius extaſis dum oraret pro Eccleſia. 1460. num.24. illius ad Reges principeſque monita 26. rogatur ab Arnulpho duce Gueldriæ ſeniore, vt concordiæ apud Deum interpretem agat. 1470. num.52. ipſi diuinitus oſtenſum Gueldriam ob peccata in manus impij caſuram. ibid. Gueldrenſes admonet, vt peccata expient doceatque de oſtentis ſibi diuinitus. ib. dictis conſenſere exitus. num.53. pia eius mors. 1471. num. 83. Eugenij IV. de illo elogium. ib.

Diſpenſatio. Negauit Petrus de Oſma Pontificem diſpenſare poſſe in ijs, quę vniuerſalis Eccleſia ſtatuit. 1479 num.52.

Dlugoſsus nobilis rerum Polonicarum ſcriptor. Vide *Ioannes D. Luginus.*

Dominicus Torcellanus epiſcopus. miſſus a Pio ad conciliandam pacem inter Cæſarem & Regem Hungariæ. 1463 num.1.

Dominicus epiſcopus Brixinenſis. librum apologeticum conſcribit pro eccleſiaſtico imperio. 1466 num.25. Cęſareus orator illum promoueri ad Cardinalatum poſcit. 1473. nu.22. improuide eam cauſam agit dum ſæpius Imperatorem orbis monarcham appellat. ib.

Dominicus Reatinus epiſcopus. in Germaniam ac vicina regna miſſus pro Fidelibus in Turcas concitandis. 1476. num.4. irrito exitu id tentat. ib.

Dominicus Ruuereus. creatur Cardinalis S. Vitalis. 1478. num.46.

Dorothea Daniæ Regina. peregrinationem ſuſcipit ad ſepulchrum dominicum. 1488 n.17. Romæ excipitur ab Innocentio VIII. voti religione liberatur. ib. cum Stenone Rege Sueciæ de arce Orobra contendit. 1489. num.16. incuſſæ Stenoni cenſuræ. ib.

Dracules ſenior alias Vuladus Valachiæ princeps. omni fera immanior ſibi ſuſpectos proditionis palis ſuffigit ad viginti millia. 1462. nu.29. Turcas metuens fœdus init cum Rege Hungariæ. ib. Mahometis oratores ſibi inſidiantes palis transfigit. ib. aliorũ pilea phrygia honoris ergo non detrahentium ex more turcico, clauis capiti affigit. ib. excurſiones agit in turcicum imperium. ib. raptos in ſeruitutem Turcas palis affigit. ib. in Mahometis caſtra noctu irrumpit illumque ad necem quærit. ib. illuſcente aurora in fugam compellitur. ib. renuntiato Valachiæ principe Dracule iuniore in Hungariam fugit. ib. a Mathia Rege accuſatus immanitatis carceri mancipatur. ibid. liberatus vinculis varia cum Turcis prælia gerit. ib. dimittitur a Matthia. 1476. nu.8. a ſeruo fraude perimitur. ib.

Ducatus. Dux. Ritus obſeruatus a Pontifice dum aliquem ducis titulo exornat. A. 1471. nu.56.

Dyrrachium. ereptum Venetis a Baiazethe. 1493. num.9.

E

Eccleſia. vera ex promiſſione Chriſti vinci nequit. 1463. n.64. ex eo quod Græca victa ſit inuicta & vera Romana demonſtratur. ib. monarchia in Eccleſia neceſſaria demonſtratur. num. 67. & 68. monarchiam Eccleſiæ tenuit Romanus Pontifex ex veteri traditione, num.69. eccleſiæ Romanæ auctoritas in dirimendis controuerſijs 1465. num.27. Eccleſia Chriſto teſte ex bonis & malis permixta, ib. Eccleſiæ auctoritas in condendis decretis negata a Ioanne Ruchardo hæretico. 1479. num.33. aduerſus Eccleſiam Romanam Vvaldenſium ſeu Pikardorum errores. 1498, num. 26. Eccleſiæ nomen præcipuæ Romanæ aſcribendum. num. 31. Eccleſia perſecutionibus non attrita, ſed erecta. 1500. num.63. hæreticorum Vvaldenſium prætextus cur Eccleſiam deſeruerint. num. 64. mundi conuerſio facta eſt ſub fide Romanæ eccleſiæ. 1590, nu. 72. etſi negentur alia miracula condi Romana Eccleſia ſine miraculo non potuit. ib. infideles a Romanæ eccleſiæ ſacerdotibus, ad veri numinis cultum deſcita dæmonum ſuperſtitione traducti. Vid. *Americani, Congenſes.*

Eccleſiaſtici. a Sixto IV. oſtenſum Ludouico XI. Gallorum Regi non debere illum iudicare de eccleſiaſticis. 1478. nu. 26. intentatum Regibus ac principibus anathema, qui eccleſiaſticos e pontincia aula reuocare audent. nu.31.

Eccleſiaſticus principatus. pro eo aduerſus malos politicos commentarium ſcribit Dominicus epiſcopus Brixinenſis. 1466. num. 25. ſcribit etiam Rodericus epiſcopus Palentinus. ib.

Eduardus Vualliæ princeps Henrici VI. Angliæ Regis filius. a Margareta Regina matre a latronibus ſpoliata inter vinas per nemora circumfertur. 1461, num.131. commendatur latroni, vt regni Anglici hæres. ib. eius pater regno reſtitutus. 1470. nu. 19. oppreſſus deinde ab Eduardo. 1471. num. 51. dum fert opem cum matre capitur. ib. ob liberiorem vocem quod regnum auitum recuperare vellet iugulatur. ib. pater Henricus in turri Londinenſi occiditur. nu. 52.

Eduardus Richardi ducis Eboracenſis filius primogenitus poſtea Angliæ Rex. Henricum Regem cruenta victoria proſternit. 1461. num. 135. regia inſignia corripit. nu.135. Henricum Regem & Margaretam Reginam fugat. ib. Richardi patris caput ſtramnea illuſum corona honorifice ſepelit. ib. Henricum Regem redeuntem in Angliam acie vincit fugatque. ib. Scotiæ limites ac portus munit ne Henricus, vel Margareta in Angliam irrepant. ib. agitante cum eo Ludouico XI. de pace, negat cedere veteri in Normanniam & Aquitaniam Anglorum iure. 1462. num.48. fœdus init cum Philippo Burgundiæ duce. ib. Henricum & Margaretam fundit fugatque. ibid. ſæuit in eos, qui partes Henrici erant ſequuti. ibid. Henricum Regem interceptum per Londinum ac circa patibulum circumduci iubet ludibrij cauſa. 1465. nu.9. clementia & liberalitate ſolium firmat. ib. a Ricardo comite Vvaruici reſtituto ſolio Henrico Regi pellitur. 1470. num. 49. confugit ad Carolum ducem Burgundiæ. ib. inſtructus claſſe regnum recuperat a Carolo Burgundiæ duce clam inſtructa claſſe donatus Londini excipitur ab amicis. 1471. num. 51. Richardum Vvaruici comitem interficit in prælio. ibid. Eduardum Henrici filium cum Regina Margareta capit. ibid. coram eo Eduardus trucidatus. ib. Henricum Regem in Londinenſi turri interficit. nu. 52. a Carolo duce Burgundiæ in Galliam aduerſus Ludouicum Gallorum Regem excitus. 1475. num. 6. de pace poſtulatus cum admittit ſeptuaginta quinque millium aureorum vectigali annuo donatus. ib. pacis arbiter inter Florentinos & Sixtum IV. vna cum Gallo Rege creatus. 1478. num. 29. Georgium fratrem Clarentiæ ducem læſæ maieſtatis capitale ſententia damnat. nu. 54. Iulianus Cardinalis ad pacem inter eum & Gallorum Regem conciliandam miſſus. 1480. nu. 36. Richardi Glocestriæ ducis opera Scotos vincit. nu. 42. ſollicitatur ad pacem cum Scotis ineundam & pileus ſacri ad eum miſſi a Sixto Papa. nu. 43. moriturus Richardo fratri filios commendat. 1483. nu. 41. eius filij a Richardo fratre trucidati. nu.42. cæſo in acie Richardo regnum ad Glocestrenses deuolutum. 1485. nu. .

Eduardus Eboracenſis pupillus Angliæ Rex. patri Eduardo ſuccedit. 1483. nu. 42. a Richardo Glocestriæ duce patruo per ſummam tyrannidem trucidatur. nu.42.

Emmanuel Rex Luſitaniæ. ſuccedit Ioanni

Digitized by Google

anni Regi relictus ab eo hæres teſtamento. 1495. num. 45. obſequium defert Alexandro. ib. ſeſe agere inſcribi literis Ferdinandũ Regi Hiſpaniarum Catholicum. 1496. n. 25. Iudæos a Luſitania pellit. nu. 26. eos qui nondum decimumquartum annum exceſſerant patribus eripi & in Chriſtiana religione educari iubet. ib. pellit etiam Mauros. nu. 27. Africanam expeditionem meditatur num. 28. illius ſigna ſecutuiis propoſitæ indulgentiæ. ib. & nu. 29. Indiarum orientalium imperium ſibi comparare decernit duce numine, nu. 30. equites Auitianos nuncupandi caſtitatis voti religione ſolui obtinet. num. 31. expoſcit debellandæ Africæ iura ſibi concedi. 1497. n. 33. conceſſum illi ſine fraude alterius principis cui ius conceſſum foret. ib. addita lex, vt in ijs locis Chriſti cultum reſtituendum curet. ib. in ſpem Caſtellæ & Aragoniæ aliorumque regnorum ſpem euocatur extincto Ioanne principe dotali Iſabellę vxoris iure. nu. 34. claſſem mittit ad detegendas Indias. nu. 36. vexillum crucis illi tradit. ib. dat operam, vt noua inſtrumenta ad tenendum in oceano curſum inueniantur. nu. 37. Alexandrum VI. miſſis oratoribus officij apoſtolici admonet. nu. 20. acta publica de ea re edit. ib. patefacta India orientali triumphos celebrat. 1499. num. 32. B. Virginem pro comparando Indię imperio tutelarem ſibi aſciſcit. ib. claſſem in Indiam mittit. 1500. nu. 46. eius auſpicijs inuenta Braſilia. n. 47. inuenta etiam a Gaſpare Corteregali terra viridis & luſtratus ſeptentrio. num. 55. claſſem mittit ad luſtrandum nouum orbem. 1501. num. 84. Ioannem Nonnium cum claſſe in Indiam orientalem mittit. nu. 88. de Zamorino Calecutij Rege ſuorum opera victoriã parit. ib. nomen accipit domini nauigationis cõquiſitionis & commercij Æthiopię, Arabiæ, Perſidis, & Indiæ. 1502. n. 1. dat Vaſco Gammæ imperiũ, vt Mahometanos in India bello ſcãgat. n. 2. Quiloæ regulum in clientelam accipit. ib. Cranganorenſes Chriſtiani ſceptrum Indię illi offerunt. ib. accepti in Emmanuelis clientelam, nu. 5.

Eleemoſyna. Amedeus dux Sabaudiæ pauperes alit ſuoſque appellat canes venaticos quibus cœlũ capiat. 1471. nu. 84. pauperum precibus firmari principatum ait. ib. eius apologia pro eleemoſyna. num. 85.

Eleonora Gaſtonis comitis fuxenſis vidua. defuncto Ioanne Aragonum Rege in regno Nauarræ ſuccedit. 1479. nu. 20. paulo poſt extincta Franciſcum nepotem ex filio ſucceſſorem relinquit. ib.

Elias Burdelius archiepiſcopus Turonenſis Minorita. creatus Cardinalis a Sixto IV. 1483. nu. 63. oblato inſigni cardinalitio nullum lætitię ſignum pręfert. ib. poſt mortem claruiſſe miraculis fertur, ib. Vid. *Iſabella*.

Eliſabeth Regina Hiſpaniæ.

Eliſabeth Eboracenſis familiæ hæres, nupta Henrico VII. 1486. n. 46. ſublata inde Anglorum bella ciuilia. ib.

Epiſcopatus & epiſcopus. imparibus ętate non conferendus. 1459. nu. 87. an epiſcopus inuitus transferri poſſit a Pontifice cum id vetet canon Conſtantienſis concilij. 1478. nu. 46. decretum a Sixto poſſe ib.

Euangelium, regno Coogi illatum, 1490. num. 26. & Americanis interi cœptum. 1494. nu. 38.

Eubœa, iuncta ponte continenti a Mahomete II. 1479. nu. 12. expugnata, ib in illius obſidione quadraginta millia Turcarum periere. ib.

Eucharistia. in ea percipienda S. Catharina cœleſtes hauriebat delicias. 1461. nu. 125. euchariſtiam in extrema vita excepitura e lecto in terram iubet ſe deponi. 1465. num. 15. illius catholica veritas inſigni miraculo confirmata. 1473. num. 21. ſpecies ſacramentales in carnem & ſanguinem verſæ ſeruantur in Darocenſi eccleſia. ibid. conſumpti incendio diuinitus milites Poloni, qui pixides argenteas cum euchariſtia rapuerant. 1474. nu. 8. euchariſtiã ſola contentus viginti annos tranſegit B. Nicolaus eremita Heluetius. 1480. nu. 73. & 74. vini ſpecies in ſanguinem verſæ. 1487. nu. 23. ad illud monaſterium in quo ſeruabantur ſuſcepta peregrinatio a Ferdinando & Iſabella Regibus Hiſpaniæ. ib.

Euerſus comes Anguillariæ. inſignis eius impietas ac tyrannis. 1464. nu. 72. ditione ſua euerſus a Paulo II. ob impia & crudelia geſta. ib.

Eugenius Trinitarius. affectus martyrio Conſtantinopoli. 1458. nu. 50. exuſtus edicit iudici damnatum iri ni Chriſtianus fiat. ib.

Eugenius IV. falſis calumnijs proſciſſus apud Baſileenſes, vt teſtatur Pius II. 1463. nu. 123.

Examilium. propter aeris iniurias reuocati ab illius cuſtodia milites Veneti. 1464. nu. . vndecim millia Turcarum mox irrupere. ib.

F

Fabricius Columna. Alexandri VI. in eum edictum. 1501. num. 18. tuetur Federicum Regem aduerſus Gallos & Hiſpanos. num. 20. ſeruatus Capuę ab hoſte Iordano Vrſino 1501. nu. 73.

S. Franciſcus. Inſtituta a S. Franciſco de Paula religioſæ vitę formula ab Alexandro VI. confirmata. 1502. nu. 23. amorem Dei & proximi ſuis maxime commendat. ib.

Famaguſta. Genuenſibus erepta a Iacobo Cypri tyranno. 1464. n. 71.

Fantinus Dalmata. internuntius mittitur a Pio II. ad Georgium Regem Boemię. 1462. num. 17. vetat Georgio ne calice vtatur vſumque laicis prohibeat. ib. ni pareat hereſis & periurij notam ſubiturum pronuntiat. ib. tunc hereſim Georgius profeſſus mortem illi ſtricto pugione intentat. ib. in carcerem conijcitur. ib. ob Germanorum principum preces e carcere dimittitur. num. 20.

Fridericus III. Imperator. vocatus a Pio II. ad Mantuanos conuentus pro decernendo bello in Turcas. 1458. nu. 6. inertem ſe gerit. num. 7. monitus, vt pontificium exemplum ſequatur. ib. cauillis non vtendum vbi Chriſti res geritur. ib. Friderici ad ſeptemuiros literę, vt Mantuam accedant. num. 8. habuit a ſecretis Æneam Syluium dictum in pontificatu Pium II. 1458. num. 9. a ſeditioſis Hungarię regnum illi offertur. nu. 14. Conſulit Pium II. quid ſit actutus illique reſpondetur ne litem ſuſcipiat. ib. aliæ Hungarorum diſſenſiones. ib. admonitus ne Matthiam ad iungendum cum Turca fœdus adigat. num. 15. reſponſum Frederico controuerſię de regni Hungarici iure dirimendę poteſtatem ſpectare ad Pontificem. nu. 17. Germanię vires in Hungariam effundit. ibid. cenſem ſtringendum in Turcas ad eum mittit Pius. nu. 44. in Hungaros male conuertit. ib. dum laceſſit Hungaros a Germanis infeſtatur. num. 54. Hungari in Mantuano conuentu de illato ab eo bello conqueſti. nu. 64. promiſſo a Germanis quadragintaduorum millium bellatorum exercitu illius generale imperium Frederico delatum. num. 70. varios conuentus pro bello turcico in Germania indicit. num. 72. Beſſario & Carniaꝗ Cardinales operam pro pace inter Fredericum & Matthiam concilianda coniungere iuſſi. 1460. num. 19. Frederico ſupremum cruce ſignati exercitus decretum imperium. num. 20. ſi detrectet labores caſtrenſes alium ſufficiat. ib. Rex Boemię Georgius inter illum & Matthiam interpretem concordię ficte agit. 1460. num. 76. indicti ea de cauſa publici conuentus. ib. quęritur Caruialem Cardinalem fauere Matthiæ. n. 78. molitur Georgius illum deijcere ex imperio. nu. 81. vt inutilis imperio temnitur Fredericus. ib. Auſtria & Morauia a Frederico ad Georgium deficiunt. nu. 82. Frederici clientelam aduerſus Georgium Pius corripit. num. 83.

Fre-

I N D E X.

Federicus Marchio Brandeburgenſis Germanos adducit ne Frederico imperium auferant. ibid. principes conuocat pro ducenda in Turcas expeditione. nu. 85. decreta Mantuana in opus prouocare nititur. num. 87. monitus, vt cum implicitus ſit domeſticis diſſenſionibus Federicum palatinum præficiat. nu. 89. monitus iterum, vt inducias cũ Matthia Hungariæ Rege contrahat. nu. 90. ferente in Sigiſmundum Auſtriacum ſententiam Pontifice profitetur nolle iuris ordini obſiſtere. A. 1461. nu. 11. reſpondet Pius ita in Sigiſmundum actum iri, vt domui Auſtriacæ conſultum ſit. nu. 12. in Federicum conſurgit Sigiſmundus. ib. vrget Federicum Pius, vt Franciſco Sfortiæ ducatus Mediolanenſis iura diplomata conferat quæ tenet armis. ib. inſectantibus Sigiſmundum Heluetijs pro eo deprecatorem agit. nu. 13. reſponſum illi non dandam Sigiſmundo pacem niſi ſe eccleſiæ ſubmiſerit. ib. pacis colloquia cum Matthia Hungariæ Rege redintegrat. nu. 14. apoſtolica clientela periclitanti promiſſa. ib. admonitus, vt publicis cœtibus interſit. ib. bello iniquo appetitur a Ludouico Bauariæ duce. nu. 15. multæ in Federicum a Germanis coitiones factæ. ib. ſuſceptæ Frederici partes ab Alberto Marchione Brandeburgenſi. ib. retardat Pium II. ne iudiciarium ordinem vrgeat in Georgium Regem Boemiæ hæreticum. 1464. nu. 33. inde catholici oppreſſi a tyranno. ib. ad legati pedes flexis genibus procidit, vt Sigiſmundum fratrem conciliet eccleſiæ. nu. 35. admiſſæ eius preces & pœnitenti Sigiſmundo venia data. ib. poſt Matthiam creatus fuerat Rex a diſſentientibus proceribus. 1463. nu. 2. pacem cum Matthia componit. ib. coronam ſacram Matthiæ reddere ſpondet. num. 3. octaginta aureorum millia promiſſa Frederico. ib. permiſſæ illi nonnullæ vrbes. ib. permiſſus Hungariæ Regis titulus. nu. 4. in filium Matthiam cooptat. ib. promittit illi ſuppetias contra Turcas. ib. ſi Matthias prolem non ſuſceperit regnum ad Fridericum deuoluendum conſtituitur. ib. Friderici ſocij comprehenſi fœdere. num 5. exortis nouis difficultatibus concordiam redintegrat. nu. 6. Federici de ea re literæ. ib. iuſſus Matthias Federicum patrē ſuum & Regem appellare. num. 8. obſidetur a fratre Alberto & Viennenſibus. n. 11. cogitur turpiter ad deditionem. ib. eius patrocinium arreptum a Pio hoſteſque cenſuris percuſſi. ib. de coniungendo ſibi Burgundo agit. 1463. nu. 91. & 92. Georgius Rex Boemiæ ne expugnaretur periclitanti opem tulit ita vt non periret. An. 1463. n. 100. deprecanti pro Georgio reſpondet Pius Georgium Regem eſſe non poſſe poſt ſuſceptam hæreſim. nu. 103. monet Georgium, vt reſipiſcat ab hæreſi. ibid. monitus, vt Boemos Georgio parere vetet. 1467. nu. 7. litem mouet ſpectare ad Cæſarem non ad Pontificem ius tradendi ſceptri Boemici. nu. 13. Nurembergenſes conuentus celebrat. 1468. nu. 2. quinquennalem pacem Germanis imperat pro educendo in Turcas exercitu. ib. monet Georgium regni Boemici ius ob illius hæreſim ad imperium deuolutum. nu. 4. ab eo bello petitur. ib. paciſcitur cum Matthia Rege Hungariæ, vt Boemiam occupet, ſed Hungariæ & Boemiæ regna nullis ſuſceptis liberis ad ſtirpem Auſtriacam deuolutum iri. num. 10. vrbem venit ad Paulum II. 1468. num. 41. quibus affectus honoribus. ibid. pedem & manum & faciem Pontificis deoſculatur. num. 43. enſe ſacro ritu luſtrato donatur. num. 45. precum formula pro ipſo numini porrecta. num. 44. Sacramentum ſumit ſub ſola panis ſpecie & cur. ibid. de bello Turcis & Huſſitis inferendo agit. num. 46. inſtat, vt concilium ea de cauſa celebretur Conſtantiæ. ibid. neganti Paulo iterum iterumque concilij neceſſitatem exponit. nu. 47. quid ipſi reſponſum a Paulo. ib. qui honores in ſacello pontificio ipſi exhibiti. nu. 48. quo ritu equitem S. Georgij creauerit præſente Pontifice. 1469. nu. 5. aſcenſuro equum Pontifici ſtapedem tenet. nu. 3. quo pompæ ordine cum Pontifice in Vaticanum reuerſus ſit. nu. 3. ante ipſum armiger nudum enſem præferens anteibat. nu. 4. centum nobiles Germanos ad pontem molis Hadrianæ creat. ib. ex vrbe diſcedit. num. 5. ornatus muneribus a Pontifice. ib. ob eius preces ordo militaris S. Georgij confirmatus. nu. 6. Viennenſis academia ab eodem condita. n. 7. in eius terras Victorinus Georgij Boemiæ tyranni filius incurrit. n. 9. dum in Italia ageret ciuiles motus duce Baunchircheco in Auſtria excitati. 1470. nu. 5. queritur apud Polonum Matthiam Regem eos fouiſſe. ib. monet, vt caueat ab homine vafro. ib. de affinitate cum Caſimiro iungenda agit. ibid. pro Boemia & Hungaria liberis eius comparandis agit. ib. repulſus quod in ijs literis Hungariæ Regem ſe diceret. ib. inſtaurat fœdus cum Matthia Rege. nu. 10. incuſſæ Auſtriacis in eum rebellantibus cenſuræ. ib. inter eum & Hungariæ Regem Paulus II. concordiæ interpretem agit. 1471. nu. 1. ſignificat ipſi confectam pacem italicam. nu. 2. Ratiſponenſes conuentus pro eliciendis contra Turcas auxilijs decernit nu. 3. poſcenti legatum apoſtolicum ad eos mittit. ib. illius in conuentu Ratiſponenſi oratio. nu. 7. principes ſe illi non defuturos ſpondent. nu. 8. ob nimiam puſillanimitatem cœpta priora diſturbat. nu. 10. obmittitur illi legatus, vt non leuis, ſed florentiſſimus exercitus conſcribatur. ib. præſentibus occurrere vult Fredericus futura non præcauet. ib. ſententiam in peius mutat. ib. eo torpente decreta ſuo carent exitu. nu. 14. miſſo oratore poſt Georgij mortem Matthiæ iura regni Boemiæ aſſerit. nu. 32. Sixto IV. indicente Lateranenſe concilium pro expeditione educenda in Turcas litem mouet de loco nu. 76. Ancona vel Mantua illi propoſitæ. ib. Sixti IV. ad eum literæ, vt cum Polono & Hungaro iungat fœdus in Turcas 1472. num. 28. commendatus illi Marcus Cardinalis legatus. ib. Turcis e Boſna in Carinthiam Stiriamque incurrentibus non audet in eos ferrum ſtringere. A. 1473. num. 10. Treueris colloquium celebrat cum Carolo Burgundiæ duce. ib. de regio nomine illi conferendo agit modo filiam Maximiliano iungat. ib. paratis omnibus a promiſſis deficit. nu. 11. pertimuit ne Burgundus poſtea imperium affectaret. nu. 12. ſollicitatur a Sixto, vt in re Boemica Matthiæ faueat. nu. 13. expoſitum illi a Matthia fuiſſe defenſum contra Victorinum. ib. Nuſſia a Carolo Burgundiæ duce obſeſſa Germaniam aduerſus eum concitat. 1474. num. 4. Carolus Burgundus eripere illi imperium publice affectat. 1475. nu. 2. miſſus a Pontifice internuntius pro concilianda inter vtrumque pace. nu. 3. cum Ludouico Francorum Rege aduerſus Burgundum fœdus init. nu. 4. ad liberandam obſidione Nuſſiam exercitum educit. num. 5. cum Burgundo interprete internuntio apoſtolico pacem init. ibid. Lotharingiæ ducis mentione prætermiſſa dum Nanceium obſideretur fœdus inſtaurat. n. 10. illius leges in propria commoda vertit. ib. Turcis in Saliburgenſem & Bambergenſem epiſcopatus nec nō in Stiriam Carinthiam & Carniolam incurrentibus otio torpet. 1476. nu. 7. & 8. cum Carolo Burgundiæ duce paciſcitur de conferendo illi inſigni regio & Maximiliano tradenda Caroli filia. 1476. nu. 31. Carolo extincto Maximilianum illi connubio iungit. 1477. num. 4. Hungariam affectat. nu. 6. ius regni Boemici Vvladislao Polono Viennam venienti confert. nu. 6. a Matthia grauiſſimo bello petitur. ib. cincta obſidione Vienna decertandi cum Matthia illi animus deeſt. ib. abro-

gatis geſtis cum Rege Vladiſlao iterum Matthiam iure regni Boemici induit, ib. de præteplo in Hungariam iure decedit, ib. ingentem vim auri pro recuperandis amiſſis vrbibus recipit, ib. ob ejus ardentes preces Georgius Hegler creatus Cardinalis tit. S. Viti & Marcelli, A. 1477. n. 13. rogat Sixtum, vt pacem det Florentinis ob Turcici belli terrorem, 1478. num. 39. iurgia contrahit cum Matthia Hungariæ Rege, ſed ob communia damna a Turcis accepta init cum eo inducias. 1479. nu. 25. ſollicitatur a Matthia. vt Germanicas vires in Turcas vertat. nu. 26. deeſt officio ac ſimultatem non cum Mahomete, ſed cum Matthia gerit, nu. 59. abnuit pactam Matthiæ vim auri pendere, ib. in Hungaria bellum concitat. ib. Matthiam a Turcico bello quod ſtrenue gerebat divertit, ib. illum in ſe concitat adeo, vt Hungariam amittere non curaret modo Auſtriam Friderico eriperet, ib. infeliciſſime bellum cum Matthia agit, num. 16. graues de illo Matthiæ querelæ, ib. Petri Aubuſſonij Rhodiorum principis ad eum literæ de Turcis diuinitus propulſatis, 1480. nu. 2. & ſeqq. rei præclare gerendæ contra Turcas occaſione non vtitur, 1481. nu. 2. Hungariæ vaſtandæ incumbit, ib. Matthiam Regem a Turcico bello male diſtrahit, ib. ſollicitatur, vt fœderi contra Turcas inito accedat, nu. 8. Federici auctoritate abuſus Andreas archiepiſcopus Crayanenſis Baſileæ conciliabulum indicit aduerſus Sixtum IV. 1482. nu. 23. monitus ab ipſo Pontifice Fridericus ne concilio indicendo ſe immiſcere audeat. nu. 24. actæ illi gratiæ quod ſedē Apoſtolicam tueatur. ib. tedountem ad vomitum Andream archiepiſcopum capi iubet, num. 25. oſtendit Friderico Sixtus Andreæ iudicium ad ſolam Apoſtolicam ſedem ſpectare, nu. 26. monetur ne ſibi arroget munera ſacerdotis, nu. 27. Viennam deſignat in quam Cruceſignati confluant aduerſus Turcas. nu. 31. Hamburgum amittit grauioreque bello a Matthia premitur. 1482. nu. 32. & ſeq. male a Turcico bello Matthiam reuocatat, nu. 34. Sixti IV. ad eum literæ de propulſanda tyrannide Turcica. 1483. nu. 3. coniungendis mutua pace Italis. ib. Venetis a Ferrarienſi bello abducendis, ib. Matthiam Hungariæ Regem affectata Hungaria in ſe efferat. 1483. nu. 52. petitus bello pacem ambit, ib. Sixti ad eum literæ de armis in Turcas vertendis. ib. a Matthia Rege in Auſtria graues clades accipit, nu. 53. rogatus, vt Huſſitas ſeuientes in Catholicos comprimat. nu. 55. implicitus diſſidijs varijs rem catholicam negligit. nu. 56. adſcribendi ſanctorum catalogo Leopoldi ducis cauſam promouet, nu. 58. grauiore bello premitur a Matthia Rege, A. 1484. n. 7. plures arces amittit. nu. 9. in Croatia & Carinthia a Turcis cladem accipit, ib. Vienna illi a Matthia erepta. 1485. nu. 11. ab auito principatu pellitur qui Hungariam affectarat, nu. 11. hac ſententia ſe conſolatum ferunt Rerum irrecuperabilium obliuio ſumma felicitas. ibid. plures arces illi ereptæ a Matthia. 1486. nu. 41. eius filius Maximilianus creatus Romanorum Rex, num. 42. Sigiſmundo Auſtriaco conciliando cum Venetis dat operam. 1486. num. 3. in Nurembergenſibus conuentibus de bello Turcis inferendo agitat, nu. 4. meditatur expeditionem in Bajazethem, nu. 3. ſacerdotiorum decumæ ab Innocentio illi conceſſæ in bellicos ſumptus, nu. 4. implicitus bello cum Matthia Rege conſilia explicare nequit. nu. 5. inducias cum eo paciſcitur. ib. audita Maximiliani filij captiuitate aduerſus Belgas Germanos principes ſollicitat. ib. mittit epiſcopum Vvormatienſem, vt Philippum nepotem eripiat ne in perduellium manus incidat. nu. 29. Gandauenſes ſeditioſos magnis cladibus atterit, ibid. compellit hoſtes ad Maximilianum reſtituendum libertati. ib. venientem in caſtra recipit. ib. pie vitam claudit. 1493. nu. 10. auarus creditus quod iura imperij abalienare nollet, nu. 11. pietas eius inſignis. nu. 12. in bellis infœlix fuit, ib. Turcarum potentiam arcere non potuit ne in immenſum creſceret. num. 15.

Fredericus Palatinus, pacem Norimbergenſem reſpuit. 1479. num. 57. defertur illi generale Cruceſignati in Turcas exercitus imperium, 1460. nu. 89. illud detrectat admittere, nu. 90. adhæret Diethero exauctorato, 1462. nu. 26. excurrentes in Palatinatum fugat. ibid. acceptis a Diethero exauctorato nonnullis oppidis in Adolphum Moguntinum coniurat, 1462. num. 26. appetitur bello hoſteſque profligat, ib. multos proceres capit. ibid. percellitur anathemate ob Dietherum armis adiutum. 1463. num. 85. fœdus cum Diethero initum excuſat, nu. 92. Pij II. ad eum reſponſum, ib. Burgundiæ dux in eum concitatus, nu. 93.

Federicus Vrbini dux, Sigiſmundum Malateſtam magna clade fundit, 1462. n. 7. Nicolaum Vitellium tyrānum conciliat Pontifici. 1474. nu. 17. filiam Ioanni Sixti IV. nepoti matrimonio iungit. ib. ducalibus apicibus inſignitur. nu. 21. ſolemni pompa deducitur. ib.

Federicus Feretranus pontificij exercitus dux. Florentinos grauiter atterit, A. 1479. nu. 19.

Federicus Caſimiri Regis Poloniæ filius, creatus Cardinalis. 1493. n. 34.

Federicus III, Rex Neapolitanus, ſuccedit Ferdinando II. Regi. 1496. nu. 13. Caietam deditione recipit. nu. 14. Cæſar Borgia legatus pro conferendo illi regio inſigni decernitur. 1497. nu. 9. ius regni Neapolitani illi datum, nu. 12. ad ſectandas regias virtutes ſollicitatus. ib. qui ritus in regia illius inunctione ſeruati. num. 14. Antonellum Salerni principem Gallicas partes tuentem opprimit, nu. 15. ſolium firmat, ib. politica inſania percitus Baiazethem II. contra Chriſtianos euocat. 1499. num. 5. percutit fœdus cum Baiazethe Turcarum Imperatore. 1501. nu. 52. dum ſcelere firmare ſolium putat illud euertit. ib. exauctoratur regno ab Alexandro VI. nu. 54. Pontifex Gallus & Hiſpanus illi bellum indicunt. nu. 55. diuiſum ejus regnum inter Gallum & Hiſpanum. num. 56. filium obſidem mittere ad Baiazethem decernit, vt turcicum exercitum euocet. nu. 73. occupata eius conſilia ibid. regno exuitur & Neapolim Gallis dedit. num. 74. ad Ludouicum Regem ſe conferre maluit quam ad Ferdinandum. ib. Apulia & Calabria a Gonſaluo ſubſidij ferendi ſpecie exuitur, ib. liberaliter a Gallo habitus, ib.

Felicitas mundana, vana ſine æterna. 1461. num. 51. in quo fuerit conſtituta a Stoicis, ibid. in quo collocetur a Chriſtianis, nu. 70. in quo a Mahometanis. nu. 71. demonſtratur carnalem voluptatem non eſſe finem hominis. ib. vt locanda ſit in viſione & amore Dei. nu. 74. in corpore impaſſibili defuturæ ſunt paſſiones animales. ibid. cur cibi & potus facta mentio interdum. nu. 75.

Ferdinandus Rex Neapolitanus. Pium II. ſibi conciliat. 1458. num. 20. dum vtiliora pacta flagitat importune reſpondet Pius ni leges admittat regno cariturum. ib. quas pactiones inierit cum Pio. num. 21. ſpondet ſe depulſurum ditione eccleſiaſtica Iacobum Picininum. num. 24. editum a Calliſto pro eo exauctorando decretum reſcinditur. num. 27. iuſſi Neapolitani a Pio illi obſequi. ib. indignantur Galli prælatum fuiſſe a Pio. num. 28. quid Pius reſponderit ijs. ib. Latinus Cardinalis Vrſinus ad eum corona cingendum miſſus, ibid. quibus legibus regnum illi collatum fuerit. nu. 30. & ſeqq. regias literas de admiſſis legibus dat. nu. 49. plures principes ab eo ad Renatum deficiunt. num. 99. abalienat a ſe Ioannem Antonium

Digitized by Google

nium Principem Tarentinum. ibid. pontificijs beneficijs non reſpondet arcemque Beneuentanam retinet. nu.80. Ioannem ducem Lotaringiæ bello Genuæ implicat, nu.81. Antonium Cantiliæ & Crotoni marchionem aliuſque rebellantes ante Gallorum aduentum opprimit. ibid. a Marzano Sueſſæ principe deſertus plures vrbes amittit. ib. Scanderbegus traijcere in Neapolitanum regnum ad ferendam illi opem meditatur. 1460. num. 60. laudatum eius conſilium a Pio. ib. plures proceres a Ferdinando ad Gallum deficiunt. nu. 62. ſubmiſſus a Pio II. auxiliaris exercitus ad Ferdinandũ, nu. 62. Ferdinandus ad Sarnum fuſus fugatuſque. nu.62. paulatim vires colligit. ib. monet illum Pius vniuerſarum copiarum certamen non ſubeundum cum Gallis, ſed eos velitationibus fatigandos. nu, 63. diſtracti ſunt Galli ne Ferdinandum inſequerentur atque, vt vires reficeret opportunitatem dedere. num, 64. Terracina ab eo ad Pontificis obſequium transfugit. num. 65. arcem retinet monetur que, vt eam reſtituat. nu. 66. Ferdinandi copiæ a Terracinenſibus propulſatæ. nu. 67. additi illi animi nec Pontificem nec Mediolanenſem ducem illi defuturos, nu. 68. ſuſceptarum Ferdinandi partium odio motus aliqui in ditione eccleſiaſtica concitati. ib. & nu. 69. pulſis Genua Gallis Ferdinandi res erectæ. nu. 73. Pius II. vires ſuas pro tuendo Ferdinando conſumit. 1461. nu. 1. de conciliatis ſibi multis proceribus gratulatur, nu. 2. pollicetur nunquam ſe illi defuturum, ib. Antonius Picolomineus cum exercitu ad illius auxilium ſubmiſſus. nu. 3. Mariam filiam illi Ferdinandus matrimonio iungit ib. ad Ferdinandi obſequium Neapolitani proceres a Pio redire iuſſi. num. 4. percuſſi anathemate Ferdinandi hoſtes. nu. 5. Ludouicus XI. Francorum Rex Pio II. ſeptuaginta equitum peditumque millia ſpondet in Turcas ſi Ferdinando deſerto faueat Renato. 1462. nu. 8. queritur de Pio quod auxiliarem exercitum ſubmiſerit contra Renatum. nu. 9. negat Pius II. reuocare exercitum quem ſubmiſerat Ferdinando. ibid. Ferdinandus Ioannem Andegauenſem vna cum Piccinino ad Troiam maxima clade fundit, ib. Antonium Vrſinum Tarenti principem ad ſuas partes traducit. n. 9. nonnullos deinde aduerſos caſus patitur. nu. 10. adiutus a Pio II. & duce Mediolanenſi Gallos proſternit. 1463. nu. 78. Celanum Antonio Picolomineo Pontificis nepoti tradit. num. 79. Nicolaum Piccininum inanibus officijs ſibi conciliat. num. 80. deinde mancipat carceri & trucidaſſe fertur miſerrime. ibid. Antonium principem Tarentinum ad ipſius obſequium reuerſum laqueo præfocandum iuſſiſſe creditus. ib. potitus eius theſauro. ib. de pace agit cum Renato Andegauenſi. A.1464. n.69. Aprutij partem offert Pontifici modo Venuſinum comitatum Renato tradat ex pacti concordia. ibid. repudiata conditio a Paulo II. ib. pertentatur a Mahomete II. an turcicis armis velit ſocius Italiæ imperium inuadere. 1464 nu. 3. admittit turcicum oratorem. ib. octingenta aureorum millia in ſingulos annos illi oblata ſi bellum in Italia mouere velit. ib. de iungenda affinitate ſollicitatur. ib. conſulit Pontificem an miſſurus ſit oratorem ad Turcam. nu. 4. quid in ea re a Cardinale Beſſarione reſponſum. ib. vectigale aurum ſibi remitti poſcit. num. 5. ingratus illius in Eccleſiam animus. ib. repulſæ eius preces a Paulo II. ex contracta cum duce Mediolanenſi affinitate inſoleſcit. ib. Iacobum Piccininum violata fide data perimit. ibid. pacem admittit cum Venetis, ſed legem de ſtipendijs Coleoni in Turcas iuuro ſuppeditandis reſpuit. 1468. nu. 21. Romanam eccleſiam a qua firmatus in ſolio fuerat deprimere annititur. nu. 29. clientes Eccleſiæ ſocios appellat. ib. Soranum comitatum eripit Eccleſiæ contra pacta. ib. arcem Tolphæ nouę Alfonſi filij opera intercipit. num. 30. ingratus eius animus in Eccleſiam quæ pro eo firmando nongenta aureorum millia expenderat. ib. Rogerionem comitem contra pacis leges opprimit. num. 31. Robertum Malateſtam rebellantem Pontifici in ſuam clientelam accipit. ib. ſacramenta præſtita violat. ib. bis in regnum ab Eccleſia reductus fuerat. ib. ſubſidiarias copias aduerſus Paulum II. annitentem vindicare Ariminum a Roberti Malateſtæ tyrannide, immittit. 1469. n. 26. fundit ducum opera eccleſiaſticum exercitum. ib. de Ioanne Andegauenſi euocando ad euertendum regno Ferdinandum actum. nu. 27. temperatum ab eo conſilio ne Ferdinandus Mahometem ad excidium Italiæ euocaret. ib. audito Chalcidis excidio gerendi belli turcici cupiditatem oſtendit. 1470. num. 20. cur Mahometes Ferdinandum ſollicitarit de fœdere. num. 35. Mahometis amicitiam, vt ſuſpectam ſpernit. ibid. inter Catalanos & Genuenſes inducias conciliat. 1471. num. 82. remiſſum illi a Sixto IV. vectigal annuum ibid. dum copias in Turcas coniungeret. ibid. affinitatem cum Sixto IV. affectat ibidem triremes viginti quatuor claſſi pontificiæ coniungit. An. 1472. num. 42. poſcit a Sixto pendendi vectigalis onere liberari. nu. 52. quæ promiſerit Pontifici, ib. Soranum comitatum conniuente Sixto a ditione eccleſiaſtica diuellit. nu. 53. notham filiam Leonardo Sixti IV. nepoti matrimonio iungit. ib. & n. 54. ingentia Sixti in eum beneficia. nu. 55. & 57. ingratus in Eccleſiam ingentia præmia pro exiguis ſubſidijs poſcit. 1474. n. 14. monitus officij a Iacobo Papienſi. ib. in re Tiphernate prodit rem eccleſiaſticam. nu. 17. iubileo anno adit limina Apoſtolorum. 1475. num. 1. Lateranenſem & Vaticanam baſilicas intertextis auro periſtromatibus donat. ib. Cypri regnum affectat. num. 33. Beatricem filiam Mathiæ Regi Hungariæ matrimonio iungit. 1476 nu. 8. ad illam Sixtus coronam mittit qua apud Albam redimita eſt. ib. Ioanne. Rege Aragonum affectante hæreditaria iura in Neapolitanum regnum eius filiam matrimonio ſibi iungit cum iuribus dotalibus. 1476. num. 3. Rodericus Borgia Cardinalis ad eam celebritatem ſacrandam miſſus. ib. eius filius Ioannes creatus diaconus Cardinalis S. Hadriani. 1477. num. 12. init armorum fœdus cum Sixto IV. aduerſus Florentinos. 1478. nu. 13. Proſperum Adurnium armis iuuat, vt excuſſo Mediolanenſis ducis iugo in libertatem reſtitueretur. nu. 32 Ioannis Galeatij ad Ferdinandum querulæ ea de re literæ. nu. 33. Alfonſum filium Calabriæ ducem mittit in opem Pontificis aduerſus Florentinos. 1479. nu. 19. eos magno bello premit. ibid. venientem ad ſe Laurentium Medicem excipit humaniter. ib. pacem cum eo init ſpreta Pontificis cauſa acceptoque annuo ſtipendio. ib. Sixtum ad pacem admittendum adigit. ib. Hydrunto a Turcis obſeſſo nulla mittit auxilia 1480. nu. 17. illud amittit. num. 18. Alfonſum filium Senenſi principatu potitum cum reliquæ Hetruriæ immineret reuocare cogitur. nu. 18. fœdus init cum Pontifice aduerſus Turcas. 1481. nu. 13. ſpondet inſtruere triremes quadraginta. ib. Graſſari Turcas in Apulia patitur. 1481. nu. 14. Genuenſibus in Hydruntum irrumpendi poteſtatem negauit. nu. 29. tentata impreſſione a Turcis propulſatus. ibid. Hydruntum deditione recipit. ib. miſſo ad Sixtum oratore inſtat, vt ſociæ claſſes iterum mittantur in Græciam. nu. 31. Genuenſes male ab eo habiti redire detrectant. nu. 32. & 33. iurgia & bella cum Sixto IV. contrahit. 1482. num. 1. ſubmittit Alfonſum filium cum copijs, vt duci Ferrariæ contra Venetos auxilium ferat. ib. prohibitum aditu a

Digitized by Google

Sixto immittit aduerſus Siatum, A. 1486 n. 2. ſubornat Columnenſes & Sabellos. ib. inſignis illius in Eccleſiam perfidia, nu. 4. claſſe oſtia Tyberina infeſtat. ib. Veneti eius littora claſſe centum nauium vaſtant. nu. 6. eius filius Alfonſus extrema clade fuſus. nu. 8. Sixti literæ ad Cæſarem, vt belli culpa a Ferdinando ſuſcepta ſit. num. 9. perfidiam inani fuco ſubornare nititur. nu. 10. pertimeſcit ne a Gallis per Sixtum excitis deturbetur e regno. nu. 11. miſſo Anello oratore pacem efflagitat data pura charta, vt in ea pacis leges deſcriberentur, ibid. Hiſpaniæ Reges concordiæ interpretes adhibet. num. 12. confecta pace eius filius Alfonſus honorifice Romæ exceptus, nu. 16. cum Ferdinando in Venetos fœdus pangit Sixtus. ib. pro tuenda Ferraria cum Pontifice fœdus init. 1482. nu. 4. ſolicitatur, vt cœptam victoriam vrgeat, nu. 6. plures arces maritimas in Apulia illi eripiunt Veneti. 1483, nu. 7. euocant Renatum ducem Lotaringiæ, vt opponant Ferdinando. ibid. Gallipolis aliæque arces illi a Venetis ereptæ. nu. 23. claſſem in Venetos inſtruit, nu. 24. immittit male in Dalmatiam. ibid. monitus, vt ad Piceni & Apuliæ littora tuenda eam reuocaret. ibid. monitus, vt communiat arces maritimas aduerſus Baiazethem, 1485, nu. 1. & 2. Neapolitani regni proceres opprimit, nu. 38. ob Montorij comitem circumuentum Aquilani ab eo deficiunt. nu. 39. proceres conuocat, vt eos contrucidet. ibid. expedita in eum a proceribus arma. ib. iura Eccleſiæ peſſundat. nu. 40. ſuſceptum in eum ab Innocentio bellum. ib. proceres ſacramenti illi præſtiti religione liberati. nu. 41. comitem Montorij liberum dimittit. ibid. exercitum immittit aduerſus Innocentium. ib. conflare ſchiſma annititur. nu. 42. Renatus dux Lotharingiæ in ſpem regni Neapolitani aduerſus Ferdinandum excitatus. nu. 42. Genuenſes cum Pontifice fœdus aduerſus eum ineunt. nu. 43. Ferdinandus Hiſpaniæ Rex pro eo conciliando Pontifici agit interpretem. 1486. nu. 1. reſponſum ſi Neapolitanus redierit ad officium exceptum iri, nu. 2. ob illius tyrannidem Neapolitani defecturi erant ad Turcam niſi eorum clientela ſuſcepta fuiſſet ab Innocentio. nu. 3. ſæua Ferdinandi de vrbe perdenda conſilia. ibid. quam graues querelæ delatæ fuerint aduerſus Ferdinandum. nu. 4. miſſus in eum exercitus. ib. decreti duo Cardinales ad illius ſubditorum querelas audiendas. ibid. ſubornat Ferdinandus nonnullos principes ad turbandam ditionem eccleſiaſticam. A. 1486. n. 5. Romanum agrum immiſſo exercitu vaſtat. ib. Renatus iunior in eũ concitatus ab Innocentio nu. 10. Veneti ad id fœdus ſolicitati, nu. 10. Carolus VIII. Renato aduerſus Ferdinandum ſpondet auxilia. ib. ſollicitati Apuli, vt Ferdinandum deſerant, nu. 6. Aquilani eum bello vrgent, nu. 7. eoſdem profligat. ibid. de pace poſtulat Innocentium. nu. 8. ad pacis leges honeſtas audiendas paratum ſe exhibet Innocentius, ib. graſſatur interea dolis in Põtificem ib. Terracinã fruſtra tentat. ib. de Vrbe diripienda conſilia agitat, nu. 16. gallicis armis territus inſtaurat pacis actionem, num. 9. inſtructa Genuæ aduerſus ipſum claſſis. nu. 12. paratus in Gallijs exercitus. ib. Gallorum metu Pontifici ſe ſubijcit atque ita Gallorum expeditionem diſſoluit. ib. & nu. 13. quas pacis leges admiſerit eod. nu. 14. pacem violat liber gallico metu, nu. 18. exercet ſæuitiam in pontificios fœderatos, ibid. proceres opprimit. ib. vadibus qui ſe ad pacem ſeruandam obſtrinxerant nil defert. ib. fruſtra monitus, vt pacem colat, nu. 21. qui Reges ipſi fauerint, nu. 24. & 25. vt Matthias Rex Hungariæ eius patrocinium ſuſceperit aduerſus Innocentium. ib. explicatæ illi cauſæ belli iuſti & neceſſarij in Ferdinandum ſuſcepti. ib. contra pacta fœdere proceres capit. 1487. nu. 9. monitus iterum officij. ib. eos iugulat. num. 10. internuntium pontificium indigne tractat. nu. 11. impie ſacerdotiorum collationem ſibi arrogat. ib. quid de oppreſſis proceribus reſponderit. ib. percellitur anathemate ob non ſolutum vectigal. nu. 12. cur dilata in eum vltio. ib. grauem rixam cum Innocentio ob tyrannidem exercitam in proceres contrahit. 1489. nu. 5. obdureſcit in pertinacia belliquе cauſas deriuat in Pontificem. ib. decretum in eum bellum ob non ſolutum cenſum, nu. 6. Nicolaus Petiliani comes aduerſus eum exercitus Imperator creatus, ib. eius orator prouocat ad concilium aduerſus Pontificem. nu. 7. promulgatum regni Neapolitani iura a Ferdinando ad Eccleſiam deuoluta. ibid. Virginium Vrſinum immittit aduerſus Pontificem. num. 9. de Carolo VIII. aduerſus Ferdinandum euocando agit Innocentius VIII. nu. 9. in extremo diſcrimine eum tuetur Ferdinandus Caſtellæ Rex. ib. ſollicitatur ab Innocentio, vt arma in Turcas expediat. 1490. nu. 7. arma vertit in Pontificem illique Beneuentum eripit. nu. 7. Mauris fauet aduerſus Ferdinandum. 1490. nu. nu. 23. doceri cœpit quo iure crucеſignata militia in Mauros educatur. ib. Pontificem & Cardinales accuſat apud Cæſarem pro conflando ſchiſmate. nu. 14. pacem cum Innocentio interprete Ferdinando Hiſpaniæ Rege ſancit. A. 1492. n. 10. veniam poſcit miſſo nepote Capuæ principe. ib. regni Neapolitani ius fiduciarium illi filijſque aſſertum. nu. 11. ſollicitatus in eum Carolus Francorum Rex. 1493. nu. 28. ad eum regno deturbandum inita conſilia. 1493. num. 28. ardet publico odio. ib. conciliat ſibi Alexandrum. nu. 31. iuuatur a Ferdinando Rege Caſtellæ. ib. ſeptuagenario maior apoplexia perit. 1494. nu. 1. ſacramentis conſcientiam expiare non potuit. nu. 2. ſuccedit illi filius reclamante Carolo Gallorum Rege. ib.

Ferdinandus Ioannis Aragonum Regis filius poſtea Hiſpaniarũ, Africa vtriuſque Siciliæ, ac noui orbis Rex, cognomento Catholicus, Petrum Luſitanum Cataloniæ inuaſorem fundit. 1465. n. 8. Ceruеram recipit, ib. Trinacriæ Rex a patre renuntiatur, num. 34. varia cum Ioanne Andegauenſi prælia in Catalonia gerit. ib. Iſabellæ Caſtellæ hæredis renuntiatæ nuptias exambit. ibid. illi nubit nondum ſolutis canonicis legibus. 1471. nu. 36. a Sixto IV. anathemate & legibus ſoluitur. ib. agnoſcitur vxorio iure hæres regnorum Caſtellæ. ibid. certat cum Alfonſo Luſitano Rege de Caſtellæ regno, 1475 nu. 14. detrectat cum illo partiri Iſabella vxor Caſtellani regni apices, nu. 17. qua lege lis fuerit compoſita. ibid. eum Iſabella defert Sixto IV. obſequia. ib. Alfonſum pluribus prælijs atterit. num. 18. Caſtellæ & Legionis regna ſibi comparat. 1476. nu. 13. hæreditaria iura in regnum Neapolitanum contendit. 1477 nu. 2. cum Rege Granatenſi potitus Hiſpali triennales inducias init. 1477. num. 8. latius in Caſtellam imperium profert. ib. patri Ioanni Regi Aragonum excepto Nauarræ regno ſuccedit. 1479. num. 20. ad reprimendos Turcarum conatus ſe comparat. ib. propoſitæ eius ſigna ſequuturis indulgentiæ. ib. iuſte metuebat ne Mahometes Siciliam occuparet. ibid. inductam a Petro de Oſma Lutheri præcurſore hæreſim extinguit, num. 32. Ioanna Caſtellana profitente ſolemni ritu Clariſſarum inſtitutum regna Caſtellæ & Legionis ſibi aſſerit. 1480 num. 65. viginti octo naues ſubſidiarias contra Turcas mittit. 1481. num. 43. pacem init cum Alfonſo Rege Luſitaniæ. 1481. num. 36. retentis nonnullis Canarias & Azores inſulas & alias terras in poſterum detegendas Luſitano Regi permittit. ibid. & Ghineam. ib. & Pheſſenſis regni expugnandi iura. num. 37. pacis interpretem agit pro Ferraria bel-

Digitized by Google

bellis componendis. 1482. n. 13. vt
pacem Italicam rei Chriſtianæ ne-
ceſſariam demonſtrarit. nu. 19. Gra-
natenſe regnum inuadit. A. 1482. n.
37. impetu Alhamam arcem expu-
gnat, nu. 39. Albohacenum Regem
obſidione depellit. ib. Caſtra Loxæ
admouet. ib. propulſatur a Mauris,
ib. ſollicitati fideles a Sixto ad fe-
rendam illi opem. nu. 40. Ruſſino-
nenſis comitatus Ferdinando reſti-
tui iuſſus conſilio S. Franciſci e
Paula, 1483. nu. 30. extincto Ludo-
uico cum non reſtitueretur comita-
tum bello inuadit. n. 37. Nauarram
affectat. n. 37. deinde abſtinet vireſ-
que in Granatenſes vertit. ib. & nu.
43. Granatenſem agrum ac Mauri-
taniæ littora infeſtat. num. 44. vetat
Mahometis impium nomen pu-
blice in Hiſpania inclamari, nu. 45.
Iudaicam ſuperſtitionem reprimit.
nu. 46. cenſores fidei creandos cu-
rat. n. 47. duo millia Marrhanorum
eius imperio exuſta. ib. calumniæ
in eum diffuſæ. nu. 49. religioſis ad
primæuam ſanctitatem reuocandis
dat operam. nu. 51. aleæ & foliorum
luſoriorum ludū tollit. n. 51. conuer-
tendis hæreticis dat operam. 1485.
nu. 21. impetrat, vt nonnulli Mar-
rhani ea arcano hæreſim eiurent. ib.
cenſorum fidei tribunalia firmat. ib.
clero a concubinatu reuocando o-
peram nauat, nu. 26. bellum Grana-
tenſe magno ardore gerit, num. 27.
plures e maurica ſeruitute eripit.
nu. 29. ſubſidia illi præſtita ab Inno-
centio. ib. & nu. 30. caſtigat luxum
in proceribus. nu. 31. plures arces
Mauris eripit. nu. 32. Mauri ob con-
tinentes illius victorias Albohace-
num Regem belli auctorem detur-
bant. n. 32. pro conciliando Pontifici
Ferdinando Neapolitano interpre-
tem agit. 1486. nu. 1. expoſitæ illi
ab Innocentio ſuſcepti belli cauſæ.
num. 2. vadimonium ſuſcipit pro
Ferdinando Neapolitano de pacis
legibus ſeruandis. nu. 19. aduerſatur
maxime Gallia ne regno Neapoli-
tano potiantur. nu. 24. ſacræ icuncu-
læ dictæ agnus Dei ad eum ab In-
nocentio tranſmiſſæ. 1486. nu. 50.
dono mittit Pontifici decem millia
aureorū bellicis ſumptibus exhauſto
n. 16. additi illi ſtimuli, vt Mauros de-
bellet. ib. Mauros & hæreticos eodē
tempore exagitat. n. 51. Loxa illi de-
dita. n. 52. plures alias arces Mauris
eripit. ib. Morbinum Granatæ cly-
peum occupat. num. 53. vaſtat
agrum Granatenſem. ib. in receptis
vrbibus ſacerdotiorum inſtituendo-
rum illi poteſtas data. ib. condenda-
rum in Canarijs eccleſiarum ius col-
latum. nu. 54. & ius patronatus. nu.
55. vectigalium ſine ordinum con-
uentu imponendorum facultas illi
data ob bellum Mauricum. nu. 55.
duodecim equitum & quadraginta
peditum millia educit in Granaten-
ſes. An. 1487. nu. 13. confirmatæ illi
datæ prærogatiuæ. ib. Malacam ad
deditionem cogit. n. 15. Marrhanos
relapſos quos Malacæ reperit con-
cremat. nu. 16. intentatum illi bel-
lum Luſitanicum a Ioanna egreſſa e
monaſterio Reginam Caſtellæ ſe
dicente. nu. 18. ea monaſterio reclu-
di iuſſa ab Innocentio belli metu li-
beratur. ib. dat operam, vt pontificio
imperio diſciplina eccleſiaſtica in
Gallæcia reſtituatur. num. 19. vt
ſacerdotia dolo a laicis occupata
iure conferantur. nu. 20. peregrina-
tionem ſuſcipit ad monaſterium B.
Mariæ del Zebrero vbi ſpecies vini
in ſanguinem verſæ ſeruabantur. nu.
23. Xenodochium pro peregrinis
ibi excitat. ib. interpretem agit pro
liberando Maximiliano e Belgarum
cuſtodia. 1488. nu. 2. claſſem mit-
tit aduerſus eos. ib. in eum Inno-
centius ſupremum Calatrauæ ma-
giſtratum transfert. num. 8. Mauris
nouas arces vrbeſque eripit. ib. per-
mittit Mauris victis, vt ſuam ſectam
colant. ib. exigit ab ijs vetera vecti-
galia. ib. Melitam munit aduerſus
Turcas. num. 9. pacis interpretem
agit inter Pontificem & Ferdinan-
dum Neapolitanum, qui proceres
inique intercepterat. 1489. num. 5.
tuetur Neapolitanum ne Gallus eo
regno potiatur. nu. 9. propagat fines
regni debellatis Mauris. nu. 10. fide-
les ad ſequenda illius ſigna pro pel-
lendis ex Hiſpania Mauris ſollici-
tati. nu. 12. Baſtam ſubigit pluresque
alias arces. nu. 13. ſultani Ægyptij
minas temnit. num. 14. actæ Romæ
numini ſolemnes gratiæ pro repor-
tatis a Ferdinando victorijs. 1490.
nu. 17. & ſeqq. profert latius Chri-
ſtianum imperium. nu. 20. veteres
epiſcopatus inſtaurat. ib. in eum
Ægyptius ſultanus minas iaculatur.
nu. 22. ad ſultanum Ægyptium Pe-
trum Martyrem oratorem decernit.
nu. 23. Ferdinandus Rex Neapoli-
tanus illi infeſtus eſt. num. 23. Gra-
natenſe regnum expugnat. 1491.
num. 1. Granatam regni princi-
pem ac regiam obſidet. num. 2.
quinquaginta millia militum ad-
ducit. nu. 3. paratæ illi a barbaris
plures inſidiæ. nu. 4. ciuitatem cui
ſanctę fidei nomen inditū ante Gra-
natam extruit. ibid. multis prælijs
Granatenſes frangit. nu. 5. ducenta
Maurorum millia ea vrbe incluſa
ad deditionem cogit. ib. copias in
Britanniam minorem mittit aduer-
ſus Carolum VIII. 1491. num. 16.
Ruſſinonenſem comitatum a Gallo
recipit & pacem cum eo percutit.
ibid. Boabdillem cogit ad abdican-
dum ſe Granatæ regio titulo. 1492.
nu. 1. Chriſtianos liberat. ib. Boab-
dillem venientem honorifice ſuſci-
pit. num. 2. Granatam præſidijs fir-
mat. ib. Pontificem Regeſque de
parta victoria certiores reddit. ib.
crucem in altiſſimo arcis faſtigio
defigit. A. 1492. n. 3. parto Granatēſi
regno mire aucta eius potentia pa-
tefactuſq; illi ad Africam debellan-
dam aditus. nu. 7. Iudæos fidem
amplecti detrectantes ex Hiſpania
eijcit. n. 8. pacis interpretem inter
Pontificem Ferdinandumq; Neapo-
litanum agit. nu. 10. mittit claſſem
contra Turcas. num. 18. ex inſidijs
sauciatur a ruſtico illuſo a dæmone.
1492. n. 34. trucidari illum vetat. ib.
orationes publicæ pro Ferdinando
fuſæ. ib. Ferdinandi elogium inſigne.
ib. patefactus eius auſpicijs nouus
orbis. ib. Iudęos non modo ex Hi-
ſpania, ſed ex alijs etiam ſuis regnis
eijcit. ib. Panormitanam ſynago-
gam in eccleſiam conuertendam
curat. ib. Chriſti religionem in no-
uo orbe propagandam curat. num.
38. Chriſtophorum Colonum ma-
gnis honoribus ob patefactum nou-
um orbem afficit. ib. iura occidui
orbis trans oceanum illi data ab
Alexandro. 1493. nu. 18. inſigne
aliud ea de re diploma. num. 18. &
ſeq. pia Ferdinandi ſtudia pro am-
plificanda religione. nu. 20. nouis
priuilegijs augetur. nu. 21. inſigne
elogium ab Alexandro VI. illi da-
tum. nu. 22. nouum orbem ſibi ſu-
bijcere decernit. ibid. termini noui
orbis illi conceſſi circumſcripti. nu.
23. Alexandrum VI. oratoris opera
diuellit a gallica amicitia. 1493.
num. 34. queritur Marrhanos quos
eiecerat exceptos ditione pontifi-
cia. nu. 35. profitetur recipere velle
Hieroſolymam de Mahumetanis.
ib. ob præclara eius geſta ab exteris
etiam laudatus. nu. 37. ſollicitat Ca-
rolum VIII. vt bellum ſuſcipiat in
Turcas. num. 19. monet, vt apud
Pontificem iura ſua in Neapolita-
num regnum legibus perſequatur.
ib. litem cum Rege Luſitaniæ de
nouo orbe ita componit, vt occi-
duum ſibi aſſerat. nu. 31. expugnan-
dę Africæ ius illi datum ab Alexan-
dro VI. nu. 36. Africæ Regis titu-
lus illi datus. ibid. addita lex, vt
euangelium inferat Africæ. ibid.
claſſem ingentem inſtruit aduer-
ſum Afros. nu. 37. litem de Africa
debellanda ita componit cum Luſi-
tano, vt Phutenſe regnum illi cedat
ſibi Algerij Bugeę ac Tuneti regna
reſeruet. n. 39. fœdus init aduerſus
Carolum VIII. 1496. nu. 1. bellum
gerit in Narbonenſi prouincia. num.
20. amittit Salſulas. ibid. inducias
paſciſcitur. ibid. Chriſtianiſſimi no-
men illi tribuere meditatur Alexan-
der VI. nu. 25. non aſſenſere Car-
dinales. ibid. catholici nomen illi
tributum. ib. hoc nomen factis ex-
preſſerat. ibid. Gerbas Ioannis Nu-
ęz proregis Siciliæ opera expugnat.

1497.

Digitized by Google

A. 1497. n. 34. Guſmanij ducis virtute Metillam in Africa debellat, nu. 34. eius filius vnigenitus Ioannes peracuta febri in ætatis flore extinctus, ibid. Franciſco Ximenio fauet ad reſtituendam in Hiſpania diſciplinam eccleſiaſticam, nu. 31. plurimi ſacerdotes ſcortatores victi impatientia ad Mauros deſciſcunt, ib. Carolus V. nepos ex filia ſecunda natu illi naſcitur, 1500. nu. 31. de re Chriſtiana optime meretur, num. 32. rebelles Mauros propoſita vitæ ſpe ad Chriſtum allicit, ibid. quinquaginta agreſtium milia eo edicto adiungit Chriſto, n. 34. móntanos Mauros edomat, ib. magnam aliam Maurorum multitudinem ad Eccleſiam traducit, ib. Mahometis ſequaces iubere regno diſcedere, ni eiurato Mahomete Chriſtum adorent. num. 35. in ſuperſtitione obſtinatos nauigare in Africam permittit, num. 36. propagandæ inter Americanos fidei dat operam, nu. 37. continentem Americæ luſtrari iubet, num. 44. in Turcas ſollicitatur, 1501. num. 6. aduerſus Fredericum Regẽ Neapolitanum cum Gallo Rege coniurat, n. 56. Apuliæ & Calabriæ ducatus ipſi tributi ex pacte, num. 5. Gonſaluum a Turcis in Neapolitanum arma vertere iubet, num. 76. ſpecie ſubſidij eius opera Calabriæ & Apuliæ arces occupat ib. Chriſtophorus Colonus nouas illi in alio orbe inſulas ſubijcit. 1502. num. 7. eius duces de limitibus in Neapolitano regno contendunt. num. 15. ineunt pacis colloquia, ib. creditus de ſuſe Gonſaluo imperia, vt de induſtria belli cauſas ſereret. ib. adeundæ ſedis Apoſtolicæ labore pro ſacramento nuncupando liberatur. num. 16. Philippum archiducem Caſtellani & Aragonij ſceptrorum heredem ſalutat, 1503. num. 3. reditu eum in Belgium ampliſſima auctoritate inſtruit, vt pacem pro ſe Neapolitana cum Gallo conficiat. ib. confectam ſolemni ritu pacem repudiat. ib. germanicis auxilijs afflictæ illius res in Apulia reſtitutæ. nu. 4. maritimo & terreſtri prælio obtriti ab eius ducibus Galli, num. 5. ſpe pacis Gallum illudit. ib. Neapolim Gonſalui opera expugnat. n. 6. ſalſulam a Gallo obſeſſam liberat. nu. 7.

Ferdinandus princeps Capuæ Alfonſi ducis Calabriæ filius Ferdinandi I. Regis Neapolitani nepos poſtea Rex, aui & patris nomine veniam ab Innocentio VIII. poſcit. 1492. nu. 30. decernitur hæres regni ſi Alfonſus præmoriatur. num. 12. imminente Carolo Gallorum Rege dimiſſus ex vrbe. 1494. num. 30. irrumpente in regnum Carolo Alfonſus illi ſceptrum relinquit, num. 6. fugit in inſulam Ænariam, num. 10. contendit Carolus illum ex Ænaria pellere. ib. ex ea regnum recuperat Venetorum ope, 1495. num. 32. legatus ab Alexandro miſſus pro conſtabiliendis eius rebus, num. 33. Alexandri pro eo ad Auguſtinum Barbadicum Venetorum ducem literæ, num. 34. eius pater Alfonſus in Sicilia apud Oliuetanos pie obit. num. 46. in eius auxilium miſſus exercitus ab Alexandro VI. & duce Mediolanenſi, nu. 10. Gallos e regno pellit, nu. 12. repentino morbo extinguitur. nu. 13. aſcripta mortis cauſa diuinæ iuſtitiæ, quod Theanenſem epiſcopum ſecuri plecti iuſſiſſet. ibid. Fredericus eius patruus in regno ſuccedit, ibid.

Feretranus comitatus, captis nocte vna Burgundionibus præſidiarijs receptus a Sigiſmundo, 1475. nu. 4.

Ferraria. a Venetis grauiore bello preſſa. 1482. num. 1. & num. 16. pro Ferraria liberanda Itali omnes aduerſus Venetos conſpirant. ib. in extremum diſcrimen adducta, 1482. num. 3.

Ferricus e Cluniaco epiſcopus Tornacenſis, creatus Cardinalis tit. S. Clementis, 1480. num. 43.

Ferrum candens. illius vſus reprobum probationis genus decernitur, 1485. num. 20. prohibetur ab Innocentio, ib.

Ferrum lanceæ dominicæ, tranſmiſſum ad Innocentium VIII. a Baiazethe II. 1492. num. 15.

Feſtum viſitationis B. Virginis, inſtauratum a Sixto IV. 1475. nu. 35.

Fides. de ea diſceptatio prohibita, 1498. num. 26. ea deſtitutorum miſera ſors. 1500. num. 51. & 53. ſenſit Mahometes quemque in ſua fide ſeruari poſſe. 1461. nu. 54 ſine Chriſti fide nemini ſalus patet. ib. fides amplificata inter Canarienſes 1476. num. 2. & inter Ghineenſes ſiue occiduos Æthiopas. n. 23. miraculis comprobata. 1476. num. 18. & 20.

Filius Dei. Spiritus ſanctus cur dicatur ſpiritus Filij 1463. nu. 62. cur dicatur Spiritus ſanctus mitti a Filio. ib. licet dicatur Spiritum ſanctum procedere a Patre, non negatur tamen quin a Filio. nu. 63.

Florentina ſynodus. profitetur Niphon patriarcha Conſtantinopolitanus in litteris ad Kiouenſium patriarcham eam rite fuiſſe celebratam, 1486. num. 62.

Florentini. promiſſum Gallis ſtipendium octuaginta millium aureorum aduerſus Ferdinandum pendere denegant. 1460. num. 72. Florentinorum in Venetos inſignis & perfida inuidia. 1463. num. 25. pacem admittunt cum Venetis, ſed legem de ſtipendijs Coleoni in Turcas iuro pendendis reſpuũt. A. 1468. num. 21. a coniuratis & hoſtibus Mediceorum Iuliano occiſo & Laurentio ſauciato fruſtra ad libertatem vocati, 1478. nu. 2. coniuratos grauioribus ſupplicijs afficiunt. ib. eccleſiaſticam dignitatem nimio vindictæ ſtudio violant. num. 4. percelluntur anathemate a Sixto IV. num. 5. & ſeqq. dimittunt Riarium Cardinalem. num. 11. plures Italiæ principes ac Ludouicus Francorum Rex cauſam Florentinorum tuentur aduerſus Sixtum. num. 13. aduerſus Florentinos Ferdinandus Rex Neapolitanus ac Senenſes Pontifici fauent. num. 14. plures Reges de pace Florentinis a Sixto danda agunt. nu. 29. creantur concordiæ arbitri Francorum & Angliæ Reges. ib. compromiſſum a Florentinis violatum. ib. Peruſium ab ijs pertentatum. ib. nonnulla Senenſium loca capiunt. ibid. pro conciliandis ijs Pontifici miſſæ ad Sixtum plures legationes a varijs Regibus. 1479. n. 8. concordiæ non initæ rei conuincuntur Sixti apologeticis literis. ib. & n. 9. vt pacem ſpreuerint n. 14. tentarint Peruſium. ib. propulſati. agrum Peruſinum vaſtarint. ib. Senẽſium agros diripuerint. ib. nouis cenſuris ob pertinaciã deuincti. n. 15. ni reſipiſcant grauiores ijs pœnæ intentatæ. nu 16. vt Peruſio eiuſque e territorio propulſati fugatique fuerint a Pontificis & Ferdinandi Regis exercitu. nu. 18. ereptæ ijs plures arces, nu. 19. in extremum diſcrimen adducti Ferdinandum Regem Neapolitanũ promiſſo annuo vectigali ſibi cõciliant opera Laurentij Medicis. ib. ita Sixtum ad pacem adigunt. ib. mittunt oratores ad eum pro expiãdo violatæ dignitatis eccleſiaſticæ crimine. ib. & 1480. n. 39. Pontificis ad eos reſponſum. num. 40. in limine eccleſiæ a ſacerdotibus virgis oratorũ humeri percuſſi. ib. quę polliciti ſint Sacramento. n. 41. detrectãt ſumptus conferre ad bellum in Turcas gerendum pro defendenda Italia. 1485. num. 4. reipublicæ adminiſtrationem adimunt Petro Medici ob Piſas & alias arces Caroli VIII. fidei permiſſas, 1494. nu 21. pellunt eum in exilium. ibid. quæ pacta iniuerint cum Carolo. ibid. exercitum noctu inducunt metu direptionis ad reſiſtendum Gallis. num. 25. Senenſium ad Gallos defectionẽ ſibi metuunt. 1495. num. 25. communiunt vrbem, vt reſiſtent Carolo Regi redituro in Galliam. ib. audito eorum apparatu non auſus Carolus Florentiam ingredi. num. 26. exercitum educunt ad recipienda ſua oppida, num. 35. Gallos ad Pontemſacrum contra pactionem

mili-

Digitized by Google

militatem occidunt & aurum in viſceribus cæſorum quærunt. nu. 33. Piſarum obſidione Maximiliani terrore depulſi. A. 1496 n. 8. Piſas iterũ infeſtant & clade affecti. 1498. nu. 7. vrgent obſidionem peſte ob aeris grauitatem laborant. ib. Petrum Medicem ac Venetos repellunt. num. 8.

Florinus Zaffi comes, a Carola Regina Cypri mittitur ad Mahometem II. pro implorandis auxilijs contra Iacobum fratrem ſpurium. 1461. nu. 39. cum negaret fidem Chriſti prodere medius ſectus eſt Conſtantinopoli. ib.

Fortunatæ inſulæ. earum incolæ adeo infortunati, vt orbati notitia Dei ſuadente dæmone ſe ſcopulis præcipites deijcerent ad felicitatem conſequendam. 1492. nu. 69.

Foſſarij hæretici. eorum vagæ libidines. 1501. num. 43. licentia libidinum numerum auxit. ib. dæmon muſcæ ſpecie eorum ora ſubit. ib. euangelium Chriſti eiurant. ibid. inſeſſi a dæmone fiunt docti. ib. nullis tormentis a pertinacia poſſunt dimoueri. ib.

Fœneratoria fraus, illius licentia in Aragonia caſtigata. 1484. num. 80.

Foyanenſes, immaniſſime decertant cum Lucinianenſibus. 1473. num. 15. diuino prodigio conciliati. nu. 17.

S. *Franciſcus.* vt Sixtum IV. puerum curauerit. 1471. num. 67. Sixtus ſe illius meritis euectum ad pontificatum profitetur. 1479. num. 34.

Franciſcus Sfortia Mediolani dux. illius de apparatu pro Turca inuadendo ſententia. 1459. num. 64. Ioannem Renati filium Genuæ bello detinet. num. 81. Ferdinando aduerſum Gallos fauet. 1460. num. 68. Proſperum Adurnium viribus inſtruit eiuſque ope pulſis Gallis Genuenſes in libertatem vindicati. num. 73. ſollicitatus a Pio II. vt bellum inferat Sigiſmundo Auſtriaco. 1461. num. 12. Negat Fridericus Franciſco Sfortiæ conferre diplomate iura ducatus Mediolanenſis. num. 12. Pius interpretem agit, vt ea conferantur ipſi ne iura imperij exoleſcant. ibid. ſollicitat Pium II. ne ineat inducias in regno Neapolitano cum Gallis. 1462. num. 10. quid ipſi a Pio reſponſum. ibid. ſollicitatus a Pio, vt bellum ſacrum in Turcas ſuſcipiat. 1463. num. 42. illius ad Pium reſponſum. ib. corruptus delitijs ſacra conſilia deſerit. num. 47. monitus a Pio II. vt Cruceſignatorum immunitati conſulat. 1464. num. 2. Saona illi a Ludouico II. Francorum Rege tradita & condonata Liguriæ iura. 1464. num. 71. Genuam ſibi ſubijcit. ibid. affinitatem contrahit cum Ferdinando Rege Neapolitano. A. 1465. nu. 5. ſubſidiarias copias Ludouico XI. ſubmittit. ibid. ſuggerit Ludouico ſalubre conſilium, vt coniuratos ab inuicem diuellat. num. 13. Mediolanenſem ducatum Liguriam & Corſicam ſibi armis & arte peperit. num. 8. reſpuit eccleſiaſtici exercitus imperium aduerſus Turcas ſuſcipere & vitam conſecrare Chriſto. ibid. intentatæ illi a Pio II. minæ non irritæ. ibid. ſine ſacramentorum vſu miſerrime extinctus. ibid. ſuccedit illi Galeatius filius. ib.

Franciſcus dux Britanniæ. oratores mittit ad Pium II. pro deferendo illi obſequio. 1459. num. 66. coniurat in Ludouicum cum alijs proceribus. 1465. num. 12. cum Carolo Britanniæ, & Carolo Burgundiæ ducibus coniurat in Ludouicum XI. 1472. num. 12. eo extincto pacem redintegrat cum Ludouico. ibid. Virginis cultor eximius obtinet a Sixto IV. indulgentias roſarium repetituris. 1479. nu. 60.

Franciſcus Picolomineus in pontificatu dictus Pius III. Pij II. ex ſorore nepos. creatus Cardinalis. 1460. n. 27. Narniam miſſus a Pio cum duobus Cardinalibus ad ſacrum caput S. Andreæ Apoſtoli transferendum. 1462. num. 1. in Germaniam a Paulo II. legatus decernitur. 1471. num. 4. eius in Germaniam itinera. nu. 5. data illi imperia, vt in Ratiſponenſibus conuentibus expeditionem in Turcas indicendam curet. num. 6. illius ad principes oratio parænetica. num. 8. reſiſtit Cæſari, vt non leuis, ſed florentiſſimus exercitus conſcribatur in Turcas. num. 10. Caſimirum Poloniæ Regem Cracouiæ adit pro ſedanda regni Boemici controuerſia. n. 40. ſimoniacum ſcelus creato Alexandro VI. Pontifice auerſatur. 1492. num. 25. mittitur ab Alexandro VI. legatus ad Carolum Francorum Regem, vt illum a Neapolitana expeditione reuocet. 1494. num. 16. repellitur, vt ſuſpectus ob ſecutas Aragonias partes. num. 18. reſiſtit Alexandro VI. Beneuentanum ducatum ſpurio conferenti. 1497. num. 3. præficitur cum alijs reſtituendæ diſciplinæ. num. 4. creatur Pontifex. Vide *Pius III.*

Franciſcus epiſcopus Interamnenſis. in Angliam miſſus pro fœdere inter Gallos & Anglos contra Turcas pangendo. 1460. num. 106. repulſus ab Henrico Richardum Eboracenſem ducem effert. ibid. Richardi iura exponit Pio. II. num. 107. iuſſus cœptis inſiſtere. ibid. cardinalitiæ dignitatis oſtentatæ ſpes. ib. conuerſis rebus non præmio, ſed pœna digniſſimus viſus. nu. 108. e legatione reuocatur a Pio ſubrogato in eius locum Ioanne epiſcopo Atrebatenſi. 1461. num. 133. præcipuus euertendi Henrici auctor extitit. ibid. & An. 1462. nu. 49. conijcitur a Pontifice in carcerem. ib. vexillum Eccleſiæ in Regem Henricum extulerat. ibid. cenſuras in eius clientes tulerat. ib. exauctoratur epiſcopatu. num. 50. monaſterio addicitur. ibid.

Franciſcus Gonzaga Mantuani principis filius. creatur diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ a Pio II. A. 1461. n. 121. Pontificem in turcica expeditione ſequi decernit. 1463. num. 44. Italos fœdere iungit pro defendenda Ferraria. 1482. num. 3. & 4. ſignificat Pontifici claſſis Venetæ partem captam. num. 5.

Franciſcus Philelphus rhetor. illius literæ ad ducem Venetum de Turcarum viribus belloque in eos gerendo. 1464. num. 14. & ſeqq. Pium II. defunctum carpere auſus quem viuum laudarat. num. 45. a duce Mediolani merito coniectus in carcerem. ib. eius ad Sixtum IV. literæ de coniungendis mutuo fœdere aduerſus Turcas Italiæ principibus. 1472. nu. 45.

Franciſcus de Ruuere Saonenſis ordinis Minorum ſupremus miniſter dictus in pontificatu Sixtus IV. creatus preſbyter Cardinalis tit. S. Petri ad vincula. 1467. num. 16. prænunciatus illi fertur pontificatus a Paulo II. 1471. num. 65. creatur Pontifex. num. 68. aliæ eius primitiæ. Vide *Sixtus IV.*

S. *Franciſcus de Paula.* Minimorum ordo ab eo conditus confirmatus a Sixto. 1474. num. 26. a parentibus Deo ſacratus eſt. ib. ædiculam extruit. num. 27. iubetur diuinitus maiorem excitare. ib. humanitate fuit ſingulari. num. 28. ignem ſæpius nudis pedibus calcauit illæſus. ibid. acerbiorem vitam duxit. nu. 29. plures diuinitus ſanat. ib. Paulus II. de eius miraculis inquirit. num. 30. mittit ad eum cubicularium. ibid. coram eo illæſis manibus contrectat ignem ob miraculorum famam a Ludouico XI. Gallorum Rege excitus, 1483. num. 28. a Rege nixo genibus excipitur. ib. iubetur a Sixto IV. orare Deum pro Ludouici Regis valetudine. ibid. ni Deum pro ipſo orarit obiectum illi anathema. num. 29. pro retento Ruſſinonenſi comitatu religionem Ludouico inijcit. num. 39. & pro auerſis decumis. ib. ſpondet illi Sixtus conſtitutiones ordinis ab eo editas ob regias preces confirmaturum. ib. ordo ab eo inſtitutus confirmatur ab Alexandro VI. 1493. num. 35. charitas ab eo ſuis commendata. n. 42. ib. Carolus VIII. Francorum Rex

Digitized by Google

ob non audita S. Franciſci e Paula monita miſereperit. A. 1498. n. 3.

Franciſcus Saluiatus Piſanus archiepiſcopus. plura a Laurentio Mediceo paſſus ne archiepiſcopatum iniret. 1478. num. 9. eiuſdem auctoritas conculcata. ibid. præfocatus laqueo a magiſtratibus Florentinis. nu. 9. deprehenſus fuerat in execrando ſcelere, cum ſacrilegij horrendi particeps magiſtratus Florentinos trucidare meditaretur. nu. 14. creditus a pluribus iure necatus, qui aras cruentare auſus fuerat. 1479. nu. 9. adductus inde in odium Sixtus IV. qui eius necem vindicare vellet. ib. quæ pœnitentia publica Florentinis impoſita. 1480. num. 69.

Franciſcus Gaſtonis Fuxi comitis & Eleonoræ filius. in regno Nauarræ ſuccedit. 1479. num. 20.

Franciſcus Priuolus Venetus patritius. Cyprij regni poſſeſſionem init reipublicæ nomine. 1488. nu. 17.

Franciſcus Ximenius ordinis Minorum. creatur archiepiſcopus Toletanus. 1495. num. 47. cum euangelij Afris prædicandi deſiderio arderet ſanctæ mulieris vaticinio retardatus eſt. ib. Franciſcanam diſciplinam in Hiſpania collapſam reſtituit: ib. initio præſulatus paupertatis pompam ſectatus eſt & vehi aſello voluit aut pedibus ire. ib. dimidiam vectigalium partem attribuit pauperibus. num. 47. monitus a Pontifice, vt præſulatus ſplendorem retineret paruit. num. 48. clanculum in ſe acerbitatem exercet. num. 49. humi cubat cum lectulos holoſericatos haberet. ibid. ſyndones lineas ſemper reſpuit. ibid. reſtituendæ diſciplinæ eccleſiaſticæ ſedulam dat operam. 1497. num. 35. verita eius ſeueritatem magna ſacerdotum turba in Africam fugit. ibid. ſynodum Talabricæ celebrat pro ſacra diſciplina inſtauranda. 1498. num. 23. decernit ab epiſcopis habendam ſacerdotum ſynodum ſingulis annis. ib. Granatenſibus ad Chriſtum adducendis dat operam. 1499. num. 1. neophytos muneribus donat. ib. Maurorum tria millia vno die nomen Chriſto dedere. ib. feſtum diem conuerſionis Granatenſium inſtituit. num. 2. pertinaces Saracenos ſeuerius habet. ib. quinque millia alchoranorum flammis exurit. num. 4. libros de re medica ſeruat. ibid. aduerſus Granatenſem archiepiſcopum diſceptat diuina oracula in linguam mauricam ob gentis imperitiam non conuertenda. nu. 33. quos libros lingua Arabica euulgandos ſenſerit. ibid. ſcripturæ ſacræ idioma titulo crucis conſecratum cenſet. ib. pro amplificanda inter Americanos religione graues labores ſuſcipit. num. 37. biblia ſacra hebraico, chaldaico, græco & latino ſermone cum ſuis verſionibus edit atque antidotum parat aduerſus imminentes hæreſes. A. 1502 n. 25. creditus diuino inſtinctu egiſſe ne ex corrumpi ab impijs poſſent. ib. hebraicum lexicon cudendum curat. ib. Reliqua. V. in proximo tomo.

Franciſcus Borgia archiepiſcopus Cuſentinus. creatus Cardinalis 1500. n. 57.

Fraticelli. plures ex ijs comprehenſi hæreſim eiurant. 1467. nu. 15.

Fredericus ſiue Fridericus. Vid. *Federicus.*

Futura contingentia. aſſerens propoſitiones de futuris contingentibus nec veras nec falſas damnatus. 1473 num. 25.

G

GAbriel Veronenſis Minorita. creatus fidei cenſor in Boemia aduerſus Vnicleſiſtas. 1467. num. 8.

Gabriel Rangonus. creatus Cardinalis tit. SS. Sergij & Pauli. 1477. nu. 10. miſſus in regnum Neapolitanum contra Turcas. 1480. n. 24.

Gades. impetu expugnatæ ab Henrico Caſtellæ Rege. 1462. num. 44.

Galeatius dux Mediolanenſis. a patre Franciſco Sfortia miſſus ſubſidio Ludouico XI. Regi Gallorum. 1465. num. 12. audita patris morte e Gallijs ſimulato cultu redit. num. 9. paratas a Sabaudis proceribus inſidias eludit. ibid. ſuperbos & tyranno dignos mores induit. num. 10. eccleſiaſticas opes inuadit. ib. aduerſus Renatum Regem eumque Prouinciæ comitem cum Ioanne Aragonum Rege fœdus init. 1466. num. 19. claſſem Genuæ inſtruit aduerſus Barcinonenſes. ibid. Coſmæ Medicis opera ducatum ſibi aſſeruit contra Venetos. 1467. num. 17. pacem cum Venetis admittit, ſed legem de ſtipendijs Coleoni in Turcas ituro ſubminiſtrandis reſpuit. 1468. num. 21. Ludouicum Regem Francorum a quo Genuæ & Saonæ ſupremum ius acceperat ſocium in fœdere italico comprehendit. num. 27. fraudibus pacem Italicam turbare viſus. num. 28. Cortegij principes bello petit. 1470. num. 39. monetur a Paulo II. ne quid nouet. ib. bello in Turcas gerendo operam nauet. ib. init fœdus cum alijs principibus pro tuenda contra Turcas Italia. num. 41. Caroli ducis Burgundię clade audita illum deſerit quem metu colebat. 1476. num. 12. tyrannidis odio trucidatur. nu. 15. mira interfectoris eius pertinacia. ib. poſt eius mortem ſequti tumultus grauiſſimi. 1477. num. 1. Ioannes Galeatius ipſi ſuccedit. ibid.

Galeottus Manfredus Fauentiæ princeps. ob rebellionem a Sixto IV. anathemate percuſſus. 1479. num. 17. a ſuis obtruncatur. A. 1488. nu. 30.

Gaſpar Corteregalis. ſeptentrionem luſtrat & terram viridem detegit. 1500. num. 55.

Gaſto Fuxi comes. ad Nauarrę regnum aſpirat. 1465. num. 8. Calagurrim expugnat. ib. Alfarum inuadit. ib. Henricum & Alfonſum diſſentientes poſtulat de fœdere. 1466. num. 29. quid illi ab Henrico reſponſum. ib. Alfaro propulſatur. ibid. cęſum eius præſidium a Calagurritanis. ibi a Ioanne Rege Nauarrę ob affectatum ante tempus Nauarrę ſceptrum perduellis pronuntiatur. ibid. partem regni Nauarrę aſſequitur. 1472. num. 25. ad Leonoram eius vxorem extincto Carolo principe iura hereditaria erant deuoluta. ib. cum Ioanne Aragonum Rege ſocero pacem ea lege init, vt dum vixerit Ioannes adminiſtrationem regni illius nomine gerat. ibid. dum Nauarram adit in ipſo felicitatis culmine moritur. ib.

Genuenſes. Pij II. conſilio pulſis Gallis ſe in libertatem aſſerunt. 1460. nu. 70. Renatum Regem in portum irrumpentem propulſant. ibid. Proſperum Adurnum ſibi præficiunt ac ſeditionibus laborant. ib. gallicum iugum excutiunt. 1460. n. 72. Renatum Regem e portu propulſant. n. 73. Gallos magna cęde ſternunt. ib. Proſperum Adurnum ereant ducem. ibid. prohibentur a Mahomete ne Caffę auxilia maritima ferant. 1461. num. 28. tentant terreſtria ſubmittere. ibid. laborant grauiſſimis diſſidijs. num. 29. Paulum Fregoſium archiepiſcopum Genuę ereant ducem. ib. & anno. 1462. nu. 51. eundem in tyrannum verſum e principatu & vrbe eijciunt. ib. ſollicitati a Pio, vt Chium muniant. 1463. num. 57. ciuilibus diſcordijs laborant. ibid. in Franciſci Sfortię ducis Mediolanenſis poteſtatem decidunt. 1464. num. 70. Famaguſtam amittunt. num. 71. Caffa expugnata cladem maximam a Mahomete accipiunt. 1475. num. 22. Mediolanenſis ducis iugum excutiunt. 1478. num. 32. grauiſſimis diſſenſionibus recuperata libertate laborant. ibid. ad eos conciliandos inter ſe Ioannes Baptiſta Sabellus Cardinalis miſſus. 1480. num. 31. pro recuperando Hydrunto eximiam virtutem explicant. 1481. num. 29. male habiti a Ferdinando in Græciam traijcere detrectant. num. 32. & 34. ineunt fœdus cum Innocentio VIII. aduerſus Ferdinandum Regem Neapolitanum. 1485. num. 43. eorum elogium. num. 44. claſſem inſtruunt ad Renatum cum exercitu tranſuehendum. ib. magno pręlio victi a Laurentio Medice 1487. num. 8. Serezana illis adempta. ib. Genua iterum in Ioannis Galeatij

ducis

Digitized by Google

ducis Mediolanenſis poteſtatem ardacta. ib. pacem init Carolus Rex cum Ludouico duce Mediolanenſi, vt Genuæ ſupremum imperium Gallo Regi acceptum referat. An. 1495. num. 31. pulſo e Mediolanenſi principatu Ludouico Sfortia in ditionem Galli Regis ſe conferunt. 1499. n. 21.

Georgiani. eorum mores & ritus. 1460. num. 103. redintegrata cum ijs Romanæ eccleſiæ coniunctio. 1496. num. 22.

S. Georgij militia. a Frederico II. inſtituta. 1468. num. 5. confirmatæ eius leges a Paulo II. num. 6. & ab Alexandro VI. 1494. num. 41. precum ab ijs habendarum conceptæ formulæ. nu. 42.

Georgius Podiebratius Rex Bœmiæ. ſollicitatus ad bellum ſacrum a Pio II. 1458. num. 18. pontificijs literis quibus Rex dicebatur ad confirmandam hæreſim abutitur. Ibid. Boemos catholicos opprimit. 1459. num. 18. fingit externa ſpecie obſequium addixiſſe eccleſiæ. ib. in publico conuentu catholicum ſe profiteri ſubterfugit. num. 19. negat propterea Pius eum Regem publica appellare, qui neget publice catholicum agere principem. ib. negatus illius oratori publicus regij oratoris honos. num. 20. Vvlatislauienſes bello appetit. ib. monitus ab ijs, vt Pontifici obſequentem ſe publice profiteatur. ibid. contendunt anathemate percuſſum a B. Ioanne Capiſtranenſi. num. 21. quid illi Pius reſponderit. ibid. miſſi a Pio internuntij pro concilianda controuerſia. ib. impedit ne controuerſiam de vſu calicis ſedent. num. 23. catholici principis perſona induta deludit Pium. 1460. num. 74. cum Vvlatislauienſibus pacē init. ib. agit concordiæ interpretem inter Imperatorem & Hungarum. num. 76. indicit ea de cauſa conuentum. num. 77. ex arte Germaniam turbis miſcet. num. 78. ſternere ſibi viam ad imperium annititur. num. 81. Fridericum, vt inutilem temnit. ibid. Auſtriam & Morauiam in ſuam clientelam recipit. num. 82. increpatur a Pio II. de affectato imperio. ibid. denuntiatum illi eccleſiam opem laturam Frederico. ib. Federicus Marchio Brandeburgenſis illi reſiſtit. num. 83. malle mori profitetur quam conſentire, vt Georgius imperet. ibid. exinde Georgius aperte hæreticis fauet. ib. colloquium init cum Matthia Rege genero. nu. 91. oratores hæreticos imprudentiſſime ad Pium II. decernit & obſequium defert Pontifici. 1462. nu. 14. habita ab ijs ad Pontificem hæretica oratio tanquam vſus calicis ad ſalutem neceſſarius foret. ibid. quid ijs a Pio II. reſponſum. num. 15. iubetur delatum obſequium mandare operi atque ab errore Boemos abducere. num. 16. negatus illi calicis vſus & qua de cauſa. ib. denunciatum ni pareat Boemiam in diſſenſiones coniectum iri. ib. Fantinus internuntius ad eum decretus. num. 17. vetitus ab hoc vti calice iuſſúſque illius vſum laicis prohibere. num. 17. ni pareat hæreſis & periurij nota illi intentata. ib. impie profitetur hæreſim. ib. expoſita illi conſtanter a Fantino apoſtolica mandata. nu. 19. denuntiatum illi ni paruerit Pontifici exauctorandum regno atque hæreticum promulgatū iri. ib. internuntium apoſtolicum conijcit in vincula. n. 20. catholicos ſacerdotes calumnijs proſcindit. ib. a Ludouico duce Bauariæ & alijs principibus perſuaſus internuntium apoſtolicum dimittit e carcere. ib. proceres catholicos corrumpere nititur ibid. quod ab ijs reſponſum. ibid. iubet catholicis Sacerdotibus, vt calicis vſum laicis præbeant. num. 22. quid illi reſponſum ab ijs. ib. apud eum Rochizana hæreſiarcha Sacerdotes catholicos in iudicium vocat. num. 23. Vvlatislauienſes ſacramenti illi præſtiti religione liberati. num. 24. iuſſi fuerant illi parere dum ſe catholicum præferret. ib. vbi patuit perfidia reſciſſa ſunt priora decreta. ib. dicta dies Georgio a Pio II. 1464. num. 33. catholicos opprimit ob retardatum in eum iudicium. ib. Pij II. in Georgium ſententia. 1463. num. 46. plures catholici ab eo defecere. ibid. blaſphema in eccleſiam vomere auſus. num. 97. hæreſim publice profeſſus. ibid. ob eam increpitus internuntium carceri addixit. ib. ſacramenti illi præſtiti religione Boemi ſoluti. num. 98. pro eo Cæſar deprecatur. ib. errores non emendat ib. catholici in eum iuſſi conſurgere. num. 99. excuſat ſcelus obſequiumque pollicetur. num. 100. Cæſarem obſidione cinctum liberat. ibid. deprecanti pro eo Cæſari reſpondet Pius Regem eſſe non poſſe poſt hæreſim ſuſceptam. num. 105. monetur a Cæſare, vt reſipiſcat ab hæreſi. num. 102. obfirmatus hæret in pertinacia. ib. ab Vvlatislauienſibus fortiter propulſatur. ib. fidei controuerſiarum iudicem agit. 1465 num. 26. hæreſiarcham Rochizanam a dextris ſibi aſſidere iubet. ibid. a Pragenſis eccleſiæ decano docetur Boemos fidem a Romana eccleſia ritumque Latinum ſuſcepiſse. num. 26. ab ea archiepiſcopatu & academia decoratos. ibid. per hæreticos omnia mala inuecta. ib. demonſtrata Romanæ eccleſiæ auctoritas. ib. oſtenſum illi omnem politicum ſtatum ab hæreſiarcha Vnicleffo euerſum. num. 29. qua de cauſa compactata edita & propter quos. ib. vrgetur a Rochizana hæreſiarcha vt catholicos ad vtramque ſpeciem excipiendam adigat. num. 30. Rochizanæ & ſequacium exceſſus illi recenſiti. nu. 31. tres cauſæ excidij Boemiæ illi expoſitæ. num. 42. nouas diſputationes excitare nititur. num. 44. quid illi a clero catholico reſponſum. ib. hæreſiarchę deliramenta præfert ſententiæ eccleſiæ catholicæ. nu. 44. exauctoratur a Paulo II. 1466. num. 25. & ſeqq. Rodericus epiſcopus Palentinus commentarium ſcribit in bullam depoſitionis Georgij eod. nu. 25. quanta conſilij maturitate in eum lata ſententia. ibid. vt pontificum patientia abuſus ſit. ib. diuexat catholicos proceres. num. 27. Germani admoniti, vt religionem aduerſus illum tuendam ſuſcipiant. n. 28. mutuo fœdere in eum ſe iungunt Boemi. ibid. in Vvlatislauienſes immittit exercitum. ib. crucis ſymbolo in eum inſigniti catholici. num. 29. ea re cognita obſidionem ſolui iubet. ib. nonnullos toparchas catholicos ditione exuit. ib. in eum Sdenko Sternembergenſis dux creatus. ib. quo ritu in eum lata ſententia. num. 30. Polonus ad capeſſendam Boemicam coronam aduerſus eum vocatus. ib. Polonum corrumpit ſibique conciliat. ib. repetita in eum a Paulo II. ſententia. 1467. n. 1. eius ſequaces deuincti anathemate. ib. vt patientia & benignitate Pontificum abuſus ſit. num. 4. ſoluti Boemi ſacramenti Georgio præſtiti religione. num. 5. monitus Fredericus Cæſar, vt Boemos Georgio parere vetet. num. 6. reſciſſa fœdera a catholicis inita cum Georgio. nu. 7. moniti de ea re principes. ibid. crucesignata ſigna in eum attolli iuſſa. num. 8. Georgius Caſimirum Poloniæ Regem ſibi conciliat. nu. 9. adducit, vt delatum Boemicum a catholicis ſceptrum recuſet. ibid. catholicos acerrime perſequitur. num. 11. & 12. plures catholici ab ipſo deficiunt. num. 13. Boemos in ſuam hæreſim trahere nititur. ibid. fideles cruceatam militiam in eum profiteri iuſſi. 1468. num. 1. vt ſpreuerit impie Pontificum monita. ib. Germani in eum ſollicitati. num. 3. monetur a Friderico Boemicum ſceptrum ob hæreſim ad imperium deuolutum. num. 4. irrumpit in in Auſtriam. ib. vt hæreſis Huſſitica ab eo ſit inſtaurata. ib. indulgentię in eum ſumpturis arma propoſitę. num. 5. repetita in eumdem anathematis ſententia. num. 6. ferentes illi opem anathemate percuſſi. num. 7. monaſteriorum gazas expilat. num. 8. ob Ioannis Rochizanę audita conſilia ſeipſum perdidit. num. 8. inſurgunt in eum multi proceres.

Digitized by Google

ib. Matthias Rex Hungariæ catholicos tuendos ſuſcipit aduerſus Georgium. num. 9. abijcitur a Prothaſio epiſcopo Olomucenſi licet conſanguineo. num. 11. grauiſſima Georgio monita data a Prothaſio, ſed ſpreta. ibid. Caſimirum Regem Poloniæ transferendi in cum regni ſpe ſibi conciliat. num. 12. regni ſpe filios abdicare cogitur. ibid. Victorinum filium in Auſtriam mittit. num. 13. occurrit Matthiæ Regi in Moranicumq; a ſubornare tentat, ſed fruſtra n. 13. cum exercitum ſuſtentare non poſſet recipit ſe in Boemiam. ib. ægre Victorinum filium ſeruat. ib. Trebyczum, Brunnam, Olomucam & alias vrbes amittit. ib. prouocat Matthiam ad ſingulare certamen. num. 14. quid ipſi a Matthia reſponſum. ib. amiſſa Morauia plenus ignominiis abit. ibid. Matthias a catholicis Boemiæ Rex & Marchio Morauiæ ſalutatus. 1469 num. 10. Georgij filius Victorinus a Matthia Rege interceptus. ibid. Georgio ac tribus filijs præſentibus Boemici ſceptri hæres Vvladiſlaus Polonus renuntiatus. num. 11. quandiu eius oratores fuere Cracouiæ ſacra non fuere celebrata. ib. de Boemis hæreticis cæſis & Georgij filio capto celebrata Romæ publica lætitia. num. 12. miſſi ad eum oratores, vt viuus & ſpirans adhuc Vladiſlao Caſimiri filio regnum tradat. 1470. num. 2. ſollicitatur a Caſimiro, vt hæreſim eiuret. ib. colloquium init cum Poloni Regis oratoribus. num. 4. quæ fuerint ab ijs propoſita. num. 5. Poloniæ Rex ab illius commercio abſtinere iuſſus. num. 8. Morauia, Sileſia, & Luſatia ſpoliatus preſſuſque anguſtijs eccleſiæ gratiam expetit. num. 15. Saxoniæ duces concordiæ interpretes adhibet. ib. quæ ab ijs propoſita. num. 17. & quid fuerit reſponſum a Pontifice. ibid. & num. ſeqq. interea nondum curata hæreſi hydrope extinguitur. num. 27. iactata ab amicis plura mendacia reconciliatum eccleſiæ obijſſe. ib. cenſuit Paulus non fidendum Georgio, qui eccleſiam decepiſſet. num. 28. poſt eius mortem in Curbuenſibus comitijs Boemi ſpretia eius filijs Vvladiſlaum Regis Poloniæ filium alij alios deligunt. ib.

Georgius Perſarum Rex Chriſtianus, ſexaginta millia bellatorum ſe conductorum Latinis ſpondet aduerſus Mahometem. 1459. num. 49. mittit inſignem legationem ad Pium II. 1460. nu. 101. & 1461. nu. 35.

Georgius Heslex, ob Frederici Cæſaris preces creatus ex arcano Cardinalis tit. S. Viti in macello. 1477. nu. 11. etiam ſi Pontificis obitus contigerit agnoſcendus. ib.

Georgius dux Clarentiæ in Eduardum Regem, fratrem conſpirat. A. 1478. n. 34. damnatus accepta deligendi generis mortis poteſtate ſe in vini cretenſis dolium conijci iubet. ibid.

Georgius Cardinalis tit. SS. Marcellini & Petri. miſſus ad Venetos pro ijs ad pacem reuocandis. 1484. num. 15.

Georgius Bauariæ dux. interpres adhibitus pro pace in Germania reuocanda. 1485. nu. 9. ad egregia cœpta proſequenda illi porrectæ preces. num. 29.

Georgius Ambaſciaaus archiepiſc. Rothomagenſis. creatus Cardinalis ab Alexandro VI. 1498. num. 5. colloquium init cum Maximiliano Cæſare pro turcico gerendo bello. 1501. nu. 71.

Gerba. progregis Siciliæ virtute Afris ereptæ. 1497. num. 34.

Germania. vaſtatur peſte qua præcipue ij pereunt, qui cruces cœlitus lapſas exceperant. 1503. num. 23. libertatis ſpecie rebellant in principes. num. 23. immunitas vectigalium ad rebellionem ſuadendam oſtentata. ib.

Ghinea ſiue Æthiopia occidua. in ea religio Chriſtiana propagata. 1462. num. 41. Clericorum ſæcularium inopia religioſi illius eccleſijs præfecti. ibid. miſſi in eam præconea euangelici. 1476. num. 22. Ghinea Luſitaniæ regno adiecta 1484. nu. 36. eius deſcriptio. nu. 38. & 1484. num. 81.

Gilbertus Montis ſpenſerij dux, eius filius dum Neapoli illius ſepulchrum lacrymis rigat repente extinguitur. 1501. nu. 76.

Gloria mauis. expetita illius ad inſaniam triſte exemplum in Hieronymo Oliato. 1476. nu. 15.

Gonſaluus ſiue Gundiſaluus Hiſpanus dux eximius. euocatus ab Alexandro VI. 1497. nu. 2. Gallos ex Oſtienſi arce depellit. ib. hoſtium ducem ad Pontificis pedes ſupplicem adducit. ib. Alexandri vitia militari oratione carpit. ib. Antonellum Salerni principem gallicas partes tuentem opprimit. num. 15. Frederici ſolium firmat. ibid. dum fingit ferre ſe auxilia Frederico Regi contra Gallos Calabriam & Apuliam inuadit. 1501. num. 74. Venetos contra Turcas pugnaturos deſerit. num. 76. cum Gallis de limitibus iurgia contrahit. 1502. num. 15. init de pace colloquia. ib. creditus belli cauſas ex induſtria ſeruiſſe. ib. confecta pace & Sacramento confirmata iuſſus a Philippo archiduce abſtinere ab armis bellum vrget. 1503. n. 3. dum obſidebatur Baruli a Gallis cum Germanicis auxilijs Gallos euertit. num. 4. terreſtri & maritimo prælio eos fundit. ibid. Neapolim Capuam & Auerſam recipit. num. 6. caſtrum nouum expugnat. ib. Aquila & Aprutium illi dedita. ib. Caietam obſidet, ſed a Petro Nauarra propulſatur. ib.

Gocbia. ea potitur Mahometes II. 1475. num. 26.

Gorgora Georgianæ Rex. viginti millia equitum educturum aduerſus Mahometem ſpondet. 1459. num. 49. paratum ſe offert ad ſanguinem pro Chriſto fundẽdum. n. 50. ſpodet plures alios Reges coniuncturos arma in Turcas. ib. Latinos admonet ſi deſint occaſioni delendæ turcicæ tyrannidis nunquam rediturum. num. 51. inſignem ad Pium II. cum alijs Regibus legationem mittit. num. 101. & A. 1461. num. 35.

Græci. imperij in Aſia reliquiæ excisæ a Mahomete II. 1461. num. 38. & 39. a Mahomete tyranno patriarchalia iura auro emunt. 1462. num. 40. pro Græcis a Turcica ſeruitute liberandis ſuſcepta a Pio II. expeditio. 1463. num. 25. Beſſarionis ad eos encyclicæ literæ. num. 58. expoſitum ijs ob ſchiſmatis crimen tot clades paſſos. num. 59. 60. & 61. monentur, vt ſuſcipiant Florentinam ſynodum eod. num. 61. docentur grauiſſimis adductis argumentis procedere Spiritum ſanctum a Patre & Filio velut vnico principio. num. 62. demonſtratur Græcam eccleſiam non eſſe veram, ſed Latinam cum eccleſia vinci nequeat victa vero ſit Græca inuicta Latina. num. 64. eorum argutiæ confutatæ. num. 67. docentur conſtituendum viſibilem eccleſiæ principem. ibid. eum eſſe Romanum Pontificem. num. 68. ex Græcorum traditione id confirmari. num. 69. ſollicitantur, vt redeant ad ſinum Romanæ eccleſiæ. num. 70. Græcorum patriarcha qua ratione dicatur œcumenicus. num. 78. a Palama hereſiarcha in errore confirmati nu. 75. Palamæ errores a Beſſarione confutati. ibid. vt Græcorum excidium ob ſchiſma prædictum fuerit a B. Catharina Bononienſi. 1463. num. 109. Græcis datum exemplum conſtantiæ a B. Andrea Chienſi martyre ne ad Mahometanam ſuperſtitionem deſciſcerent. 1465. num. 20. miſera Græcorum conditio. 1481. num. 30. Græcorum patriarcha Niphon Florentinam ſynodum commendat. 1486. n. 62.

Granata & Granatenſe regnum. plures illius arces captæ a Ferdinando. 1486. num. 52. & ſeq. fuerant Granata apoſtatarum aſylum. 1482. n. 37. obſeſſa a Ferdinando & Iſabella Regibus. 1491. nu. 2. ducenta Maurorũ millia in ea incluſa. 1491. num.

num. 5. ad deditionem compulſa. A. 1492. nu. 1. & ſeqq. in eius arcis ſummo faſtigio crux defixa ab epiſcopis. num. 3. octingentis ferme annis Granatenſe regnum tenuerat. num. 5. deficientium a Chriſto impiorum ſentina fuerat. num. 7. Vid. *Mauri Granatenſes.*

Granatenſis archiepiſcopatus. ab Alexandro VI. reſtitutus. 1492. num. 6. Almerienſis & Guidixenſis epiſcopatus illi ſubiecti. ibid. & 1493. nu. 14.

Gratia expectatiua. an tollendæ forent in conciſtorio diſceptatum. 1464. num. 66.

Gregorius Hamburgenſis. Sigiſmundi Auſtriaci nomine orationem habet ad Pium II. 1459. num. 73. Sigiſmundum Auſtriacum ad prouocandum a Pontifice ad concilium incitat. num. 36. damnatur hæreſis & percellitur anathemate. 1461. num. 22. confirmat Diecherum Moguntinum archiepiſcopum in rebellione aduerſus Pontificem. 1461. num. 32. ſerit plures errores. 1463. num. 6. cenſuris iterum percellitur. ibid. iterumque. 1463. num 84 iterumque a Paulo II. 1467. num. 2.

Gregorius Palamas. Vid. *Palamas.*

Gueldria. ciuili bello laniata rebellante in patrem filio. 1470. num. 52. oſtenſum diuinitus Dionyſio Carthuſiano Gueldriam in principis impij poteſtatem caſuram niſi populus crimina explaret. ib. ea a Burgundo ſubacta. num. 54.

Guido Vbaldus Vrbini dux. a Cæſare Borgia dolo machinis bellicis exutus principatu mox exuitur. 1502. num. 11. principatum recuperat. nu. 13. iterum pellitur. nu. 14.

Guilelmus epiſcopus Virdunenſis. proditionis in Ludouicum XI. reus carceri mancipatus. 1469. num. 21.

Guilelmus epiſcop. Tornacenſis. pullulantes in Louanienſi academia errores iuſſus abolere a Paulo II. 1470. num. 51.

Guilelmus Eſtoteuilla Cardinalis Rothomagenſis. arguit Cæſareum oratorem vocantem ſæpius Cæſarem Monarcham orbis. 1473. num. 23. eius obitus. 1483. num. 61. eccleſia Auguſtiniana ab eo condita. ib.

Guilelmus Briſſonetus epiſcop. Macloujenſis. regit ſuis conſilijs Carolum VIII. 1495. num. 3. creatur Cardinalis. ib. quo ritu inſignia cardinalatus acceperit. ib.

Guſmanus Medinæ Sidoniæ dux. Metillam in Africa expugnat. 1497. num. 34.

Gymnoſophiſtæ. Vid. *Brachmanæ.*

H

HÆreſis & hæretici. matrimonium a nonnullis hæreticis damnatum. 1459. num. 30. Infandæ Zanini Bergomenſis hæreſes. num. 31. hæreſis negans Trinitatem latebat inter Arabes ante Mahometem. 1461. num. 64. nonnulli Boſnenſes proceres a Maneis hæreſi ad fidem traducti. 1461. num. 136. Georgio Rege Boemiæ profitente hæreſim, catholici ſacramenti illi præſtiti religione a Pio II. ſoluti. 1462. num. 24. reſpondet Cæſari Pius II. illum poſt ſuſceptam hæreſim Regem eſſe non poſſe. 1463. num. 101. hæreſis cognitio ad Pontificem ſpectat. 1467 n. 5. hæretico quiuis honoris titulus abrogatus. nu. 7. monet Fredericus Georgium ob illius hæreſim regni ius ad imperium deuolutum. 1468. num. 4. ferentes opem hæreticis perculſi anathemate. num. 7. hæreſiarcha exuſtus. 1575. num. 16. hæretici propinant venenum B. Iacobo Piceno. 1476. num. 18. mirati non ipſi nocuiſſe conuertuntur. ib. hæreſes confictæ a Petro de Oſma damnatæ a Sixto IV. 1479. num. 52. aliæ renouatæ a Ioanne Ruearido atque eiuratæ. num. 55. hæretici a pijs iudicari iuſſi. 1498. num. 25. hæretici fama nuſquam a pio toleranda. 1500. n. 47. hæreſis noua pollicens nouum imperium cum noua religione pullulat. 1502. n. 23. & 24.

Halla. ope Virginis ab extremo excidio liberatæ. 1489. nu. 21.

S. Helena inſula. inuenta a Luſitanis. 1501. num. 88.

Heluetij. Sigiſmundum Auſtriacum pronuntiatū hoſtem eccleſiæ vrgent armis. 1461. n. 15. petiti bello a Carolo duce Burgundiæ illum fundunt & gazam diripiunt. 1476. n. 12. iterum extrema clade conficiunt. ibid. inde Caroli res in extremum exitium verſæ. ibid. totius Germaniæ arma in ſe concitant ac ſuſtinent. 1499. num. 13. diram famem paſſi. num. 14.

Henricus Caſtellæ Rex. gratulatur Pio de pontificatu parto. 1459. num. 24. ſignificatum illi a Pio conſilium ſuſceptum de expeditione vniuerſali in Mahometanos educenda. ibid. arma corripit aduerſus Ioannem Regem Aragonum tyrannidem in filium exercentem. 1461. num. 113. decumana ſubſidia illi aduerſus Granatenſes attributa. 1462. num. 43. Gaditanam arcem impetu Mauris eripit. num. 44. Algezitam aduerſus mauros communit. ibid. a Catalanis princeps renuntiatur aduerſus Ioannem Regem Aragonum. ibid. aduerſus illum Ludouicus Francorum Rex a Ioanne vocatus. ibid. miro pietatis ſenſu in recolenda paſſione dominica afficiebatur. ib. ad eius preces indulgentiæ eam contemplaturis propoſitæ. ib. luſtrat pie ſepulcrum B. Didaci. A. 1463. n. 108. miratur incorruptum illius corpus. ib. brachio male affecto manui ſancti admoto diuinitus curatur. ib. ſacellum illius extruit. ibid. fœdus init cum Ioanne Aragonum Rege. 1464. num. 22. colloquium init cum Alfonſo Luſitano Rege. ib. Granatenſem ad pendendū vectigal compellit. ib. iterum init colloquium cum Luſitano. ib. Ioannam filiam heredem regnorum Luſitani Regis filio deſpondet. ib. ortum inde in eū ciuile bellum. ib. obijciunt Caſtellani ſuſceptam ex adulterio eius filiam. ibid. mittit oratores ad Paulum II. & opem implorat pro gerendo in Mauros bello. num. 7. rebellant in eum Caſtellani. ib. regia illi inſignia in theatrali pompa detrahunt. ib. Alfonſus frater eius loco Rex ſalutatus. ib. cum rebellibus multa gerit prælia. 1467. num. 19. dum de pace agit a Marchione Villenæ deluditur. num. 20. eius hoſtibus incuſſum anathema. 1568. nu. 34. illius frater Alfonſus tyrannus diuino iudicio ſublatus. ib. eo extincto partes ſuas effert. ibid. Toletum in eiuſdem poteſtatem reuocatum. ibid. Iſabella ſoror illi a perduellibus oppoſita, ſed ea recuſat conſtanter tyrannidem. ib pacem ea lege init, vt Regina adulterij infamia notata cum filia ablegaretur in Luſitaniam & Iſabella regni hæres agnoſceretur. ib. eo regnante ſegetes demeſſæ fluere ſanguine viſæ. ib. metuit Ioannam ac Iſabellam regnorum hæredem agnoſcere decrevit. 1473. num. 18 ſacramentis rite procuratus obit. 1474. nu. 25. eo defuncto de regni ſucceſſione inter Aragonium & Luſitanum certatum. ib. teſtamēto Ioannam regnorum hæredem reliquit. 1475. n. 13.

Henricus VI. Angliæ Rex. captus in acie a duce Eboracenſi. 1460. nu. 106. pronuntiatur iniquo iure ſceptrum capeſſiuiſſe. ibid internuntium pontificium de fœdere cum Gallo agentem, vt Anglorum Gallorumq. arma verterentur in Turcas repulerat. ib. eũdem maximum aduerſarium eſt paſſus. ibid. a Margareta Regina liberatus Richardo Eboracenſi & filio ſecundogenito cæſis. num. 108. condolet illi Pontifex de ciuilibus bellis. 1461. num. 133. ab Eduardo Richardi Eboracenſis filio magna clade profligatur. 1461. num. 134. nimia Margaretæ Reginæ in puniendis rebellibus acerbitas illum male perdidit. ibid. iterum cruento prælio vincitur. ibid. vna cum Margareta Regina ac filio fugam corripere cogitur. ibid. ob violatum fœdus cum Richardo initum hoſtis regni a victore regno potito pronuntiatur. num. 135. qui Gallicæ

coronæ cupidine tot iniqua bella pertinaciſſime geſſerat poſt amiſſas Normanniam & Aquitaniam regnum Angliæ amiſit, ib. confugit ad Iacobum Scotiæ Regem, ibid. redintegrato exercitu ad Exhamum funditur & in Scotiam fugit, ib. illius vxor Regina & filius in latronum manus incidere, ib. inſtaurato Gallorum Scotorumque exercitu Angliam ingreditur, A.1462. nu. 48. plures expugnat arces, ib. conſerto prælio funditur ab Eduardo, ibid. e Scotia irrepens in Angliam nouas res molitur & capitur, 1465. num. 9. ſquallido equo impoſitus ludibrij cauſa per Londinum circumducitur, ibid. terno circa patibulum ducto gyro quondam Galliæ & Angliæ Rex truditur in carcerem, ib. ob ſpreta Pontificum conſilia immerſus malorum pelago, ib. e carcere eductus a Richardo Vvaruici comite ſolio reſtituitur, 1470. num. 49. eius æmulus Eduardus e regno fugit & inſtructus claſſe a Carolo Burgundo reuertitur & Henricum opprimit, 1471. n. 51. eius filius Eduardus ab Eduardo captus in acie cum matre Regina Margareta, ibid. deinde trucidatus quod dixiſſet cepiſſe arma pro recuperando auito regno, ib. exauctoratur Henricus ac in turri Londinenſi necatur, num. 52. in aduerſis ſanctitate excultus eſt, ib. fertur miraculis claruiſſe, ib.

Henricus militiæ Ieſu Chriſti princeps, eius opera & ſtudijs gentibus illatum euangelium, 1461. n. 131. in eo magiſtratu Alfonſus Rex Luſitaniæ illi ſuccedit, ib.

Henricus VII. Angliæ Rex antea Richemundiæ comes, cum exiguo exercitu traijcit in Vvalliam, 1485. n. 53. in littore crucem arenæ imprimit eamque oſculatur voce addita diſcerne Deus cauſam meam, ib. concurrentibus ad eum Anglis Richardum in acie occidit, ibid. regnum a clementia auſpicatur, ibid. Innocentij gratulatoriæ ad eum litteræ, ibid. pronuntiatum regni iura ad ipſum ſpectare, 1486. num. 46. Elizabetham Eboracenſium heredem ſibi thoro iungit, ibid. vetiti Angli intentato anathemate lites mouere de ſucceſſionis iure, num. 47. Maximilianus ad eum deturbandum ducis Clarentiæ filium inducere molitur, 1488. num. 1. capto a Belgis rebellantibus Maximiliano ea conſilia diſſoluta, ib. init fœdus armorum cum Maximiliano, 1492. num. 19. promiſſus illi a Maximiliano contra Gallos auxiliaris exercitus, ib. fœdus init cum Alexandro VI. Venetis ac duce Mediolanenſi & Germaniæ Hiſpaniæque Regibus aduerſus Gallum, 1496. nu. 1. & 2. Impoſtorem fingentem ſe filium Henrici VI. vincit capitque, A. 1497. num. 29. Arthuro natu maximo Catharinam Ferdinandi & Iſabellæ Regum filiam deſpondet, ib.

Hercules Ateſtinus dux Ferrariæ, Ferrarienſis ducatus ius illi a Sixto IV. collatum, 1472. num. 58. alia oppida iure beneficiario illi tradita, ibid. Laurentij Medicei cauſam ſuſcipit aduerſus Sixtum IV. 1478. num. 13. Florentini exercitus militare imperium ſuſcipit contra Pontificem, num. 16. conuincitur perfidiæ, vt qui ducali honore ab ipſo Pontifice foret inſignitus fidemque illi addixiſſet, ib. ſententia decretoria percellitur, ib. exauctoratur ac ſoluuntur fidei ſacramento eius ſubditi, ib. & 1479. nu. 17. de Rhodigini agri limite certat cum Venetis, 1482. num. 1. ferre illi opem annititur Alfonſus dux Calabriæ, ibid. vrgetur grauiore bello a Venetis, num. 16. Sixtus eius patrocinium ſumit cum reliquis Italis, ibid. vt maximarum turbarum auctor ſua culpa extiterit, ibid.

Hermolaus Barbarus, orator miſſus ad Vſuncaſſanum Perſidis Regem, vt eum ſollicitaret ad bellum Baiazethi II. inferendum, 1488. num. 13. ſcribit itinerarium de rebus memorabilibus viſis auditiſue, nu. 14.

Hieronymus Riarius Sixti IV. nepos, illi Imolæ & Foroliuij toparchiæ præter fas & infelici exitu a Sixto datæ, 1472. num. 59. Dienſi & Valentinenſi comitatibus a Ludouico XI. donatus, 1483. nu. 30. Columnenſibus Cauam eripit, n. 13. exercens tyrannidem cæſus, 1488. n. 19. eius filij principatu male parto ſpoliati a ſpurio Alexandri VI. 1499. num. 23.

Hieronymus Olgiatus, tyrannidis odio Galeatium ducem Mediolani necat, 1476. num. 15. cupidine gloriæ tormenta acerbiſſima ſuperat, ib.

Hieronymus Baſſus Roburreus, creatus Cardinalis tit. S. Balbinæ, 1477. num. 10.

Hieronymus Sauonarola, prædicit Caroli VIII. in Italiam aduentum & victorias, 1493. num. 29. librum edit de triumpho crucis contra atheos, ib. varius ſermo de eo iactatur, 1496. num. 41. concionum habendarum munere interdicitur, nu. 39. paret aliquanto tempore, ib. iterum concionatur & alios concionari non ſinit, ib. multos Sodalitio ſuo aggregat, ib. concionandi iterū munere interdictus, nu. 6. Florentinorum pro eo literæ ad Alexandrum VI. ib. iubetur probare inuiſibilem ſuam miſſionem, num. 17. vocatus ad ſedem Apoſtolicam iudicium diffugit, ibid. ſubijcitur cum ſuis Longobardiæ congregationi, num. 18. præcipui eius ſocij ab eo diſcedere iuſſi, ibid. arguitur deluſiſſe Florentinos falſis vaticinijs, num. 19. iubetur accedere ad ſedem Apoſtolicam ſine militari præſidio, ibid. non paret queriturque falſa eſſe ſuggeſta Alexandro VI. num. 20. contendit ſe multis futura antequam euenirent prædixiſſe, num. 21. negat ſe dixiſſe miſſum a ſolo Deo, ib. arguit eos, qui non credant ipſi reuelatis a Deo priuatos gratia, num. 22. negat ſe prophetam dixiſſe, num. 23. contendit prædicta a ſe Italiæ mala eaque per pœnitentiam auerti poſſe, ib. excuſationes eius cur Romam non poſſit accedere, num. 24. prouocat apud Pontificem ſibi datum ſuſpectum iudicem nempe vicarium generalem congregationis Inſubriæ, ibid. queritur vocari Romam, vt in itinere ab hoſtibus occidatur, num. 27. eius cauſa Florentiæ concitatæ turbæ, A. 1498. nu. 10. probationem ignis temere a ſocio oblatam imprudenter admittit, num. 11. ſubire recuſat incendium, ſed alios qui ſubeant obtrudit, ibid. vocatur in crimen quod ſodales impellat in exitium, ibid. magnifica promiſſa iactat & fucos conquirit, ibid. contendit, vt ſocius ſecum Euchariſtiam deferat, num. 13. pro impoſtore habitus, ibid. Franciſcus Valorius eius ſtudioſus trucidatus, ib. Petri Delphini de eo literæ, num. 14. armis inſtruit temere ſodales, ib. ſex ex ijs interfecti quadraginta ſauciati, ibid. cum duobus ſodalibus Dominico & Siluestro tortus in equuleo, ibid. quæ fuerint eius vaticinia, num. 15. diuina miracula promiſit temere, ib. cur in Alexandrum VI. declamarit, ib. pellicere in Italiam tentauit Carolum Francorum Regem, ib. cur imperia pontificia fregerit, ibid. vaticinia ex induſtria confinxit, ibid. plura ex dubijs coniecturis prædixit, ib. cur prædixerit Florentinos in tyranni poteſtatem redactum iri, ibid. cur de œcumenico concilio plura verba fecerit, num. 16. de ſacra exomologeſi prophanata correptus negat id flagitium admiſiſſe, ib. fatetur indoluiſſe de probatione ignis iniectam mentionem, ſed minoritam terrere voluiſſe fallaci conſtantia, ibid. profitetur pro ſuis criminibus ignes ſponte ſubiturum, nu. 17. fatetur hypocriſim, ib. prædixiſſe Italiæ mala non ex cœleſti vi, ſed humana ſagacitate, ibid. negat programma impium a ſe affixum, ibid. amicos ad expedienda in hoſtes arma incitaſſe fatetur, ibid. a pontificijs iudicibus ſacerdotio exauctoratur, num. 18. conſtanter ſupplicium fert, ibid. vox illius vltima ſuperba credita, ib. calumniæ plures ab aduerſarijs illi afnctæ, n. 19.

Hiero-

I N D E X.

Hieroſolymitanus patriarcha. admiſſo concilio Florentino obſequium Pio II. defert. num.55.

Hilarius decanus pragenſis. fidem catholicam tuetur in iudicio coram Georgio tyranno Boemiæ & Rochizana hæreſiarcha illi aſſidente. 1465 num. 16. & ſeqq. demonſtrat Eccleſiæ auctoritatem. num. 27. omnem politicum ſtatum a Vvicleffo euerti. num. 28. obijcit Rochinanæ inſtaurasse anabaptiſmum. n. 32. plura illi obijcit. ib. monet, vt eccleſiaſticam communionem amplectatur. num. 37.

Hiſpani nouo orbe inuento potiti. 1492 nu. 35. ſcelerum fœditate barbaros in ſe aſperant. 1494. num. 35. fames hortenda inde ſequta corruptis frugibus a barbaris. ib.

Hiſpaniola. prima colonia in eam adducta. 1494. nu. 32.

Honorifica appellatio. ex honorifica appellatione. vel ſede data in curia nemini ius quæritur. 1475. nu. 36.

Hugo archiepiſcopus Piſanus. ſanctitatis fama celebris moritur. 1483. num. 60.

Hungaria. de regno Hungarico controuerſiæ dirimendæ ius ſpectare ad Pontificem reſpondet Pius II. Frederico Cæſari. 1459. nu. 17.

Hurtadus e *Mendoza Cardinalis Toletanus*. commendatus ab Innocentio ob promotum Granatenſe bellum. 1486. num. 51.

Huſſitæ. Germaniam ciuilibus bellis miſcent. 1460. nu. 80. ablata Georgio ſpe adipiſcendi imperij ab eo fouentur aperte. num. 83. porrigunt venenum B. Iacobo Picenti. 1476. num. 17. cum non nocuiſſet plures conuerſi. ib. rebellant abſente Vvladislao & catholicos religioſos necant pelluntque. 1479. num. 23. clementius habiti inſoleſcunt. ibid. Vvladislaum ferro & veneno appetunt. ib. in Catholicos perſequutionem exercent. 1483. num. 53. Matthias Hungariæ Rex ad eos comprimendos ſollicitatus. num. 54. ſollicitati etiam Fridericus Cæſar & Caſimirus Poloniæ Rex. num. 55. repreſſi cæſis præcipuis auctoribus. num. 56. inſtaurant lites de calice. ibid. graſſati in Boemia. 1487. nu. 24. ab Vvladislao fracti ad officium conciliantur Eccleſiæ. 1493. num. 5. miſſus ad eos Vrſus epiſcopus Tranenſis ab Alexandro. ib. Huſſitæ magno numero ad Eccleſiam redeunt. 1499. nu. 30.

Hydruntum. a Turcis obſeſſum. 1480. num. 17. nullis a Ferdinando auxilijs ſubmiſſis captum ac cædibus completum. ib. octingenti Hydruntini cum fidem Chriſti eiurare detrectarent martyrio affecti. num. 18. obſeſſum a Chriſtianis. 1481. num. 29. deditione receptum. ib.

Hydruntinus archiepiſcopus. ſerra ſectus a Turcis. An. 1480. num. 18.

I

S. *Iacobi equites*. priuilegijs abuſi. A. 1488. nu. 7. iuſſi epiſcopi eorum dominia perluſtrare. ib.

Iacobus Piccininus de eo ditione eccleſiaſtica eijciendo paſciſcitur Pius cum Ferdinando. 1458. num. 24. Aſſiſium & alias vrbes occuparat. num. 25. reſtituit ac reconciliatur Pio. 1459. num. 5. in carcere violenta morte extinctus a Ferdinando contra fidem datam. 1465. num. 5. ſparſa fabula caſu ſibi crus fregiſſe. ibid.

Iacobus Cypri tyrannus Carolæ Reginæ nothus frater. ad ſultanum Ægyptiũ ſe confert. 1459. num. 86. contendit mahometica lege ſe legitimæ ſorori præferendum. ibid. Rex a barbaro pronuntiatur. ib. contendit ex lege mahometica ſibi ſceptrum deberi. 1460. nu. 93. Cypri Rex a ſultano Ægyptio pronuntiatus. ibid. fauet illi Mahometes. num. 94. cum exercitu ſaracenico Cyprum inuadit. ibid. regno potitur. num. 96. Carolam ac Ludouicum Sabaudum in arce Cerinenſi obſidet. nu. 96. affectat apud ſedem Apoſtolicam regium nomen. ibid. id illi denegatum a Pio. ibid. & An. 1461. num. 31. fruſtra occidentales in eum ſollicitati a Pio. ibid. Paphum amittit. nu. 34. eam recuperat. ib. Cerinenſem arcem obſidet ac recipit. ibid. & 1461. num. 39. Famaguſtam ad deditionem cogit. 1464. num. 71. Saracenos in eum coniurantes vna die obtruncat. ib. mittit oratores ad Paulum II. vt Rex appellatur a ſede Apoſtolica. 1471. num. 47. Catharinam Corneliam cooptatam a ſenatu Veneto dote conſtituta ducit. ibid. ab vxoris patruis veneno tollitur. 1473. num. 3. anathematis reus perijt & regijs honoribus caret cum cera non eſſet inuenta in tota inſula. ib. id diuino iudicio aſcriptum. ib. Catharinæ vxoris patrui a Cyprijs trucidati. 1475. num. 31. Veneti regno potiti. ibid.

Iacobus II. Rex Scotiæ. in Angliam incurrit. 1460. num. 109. Roxburgum obſidet ac tormenti bellici cuneo laceratur. ibid. ſuccedit illi Iacobus III. ib.

Iacobus III. Scotiæ Rex. ſuccedit Iacobo II. parenti. qui ligneo cuneo ex tormento bellico excuſſo laniatus eſt. 1460. num. 109. ibid. ad eum Henricus Angliæ Rex a Richardo Eboracenſi pulſus profugit. 1461. nu. 135. plures Scotos contumaces capteritur. 1484. n. 6. a Sixto illius imperijs præſules parere iuſſi. 1484. n. 6 grauioribus bellis ciuilibus vexatus. A. 1485. n. 46. pacem contritis obliuione ſuorum iniurijs inſtaurat. nu. 47. Scoti admoniti, vt perſtent in eius obſequio ab Innocentio VIII. num. 49. obiectæ ijs pœnæ. ib. poſcit Margaretam Reginam Scotiæ in albo ſanctorum collocari. 1487. num. 29. priuilegium ipſi datum ab Innocentio VIII. num. 33. ſe laſciuiæ dedit. 1488. num. 3. eos, qui antea rebellarant contra pacis leges extinguere molitur. ibid. ab ijs in acie captus occiſuſque. num. 4. pronuntiatum iure interfectum. ib. eius filius ad ſolium euectus. ib.

Iacobus IV. Scotorum Rex. Iacobo III. occiſo in acie ſuccedit. 1488. nu. 3. prudenter & humane regnum moderatur. 1488. num. 3.

Iacobus epiſcopus Papienſis. creatus Cardinalis a Pio. 1461. num. 121. ob ingenij præſtantiã Picolominea donatus familia. ib. eiuſdem ad ſeipſum de parta dignitate cohortatio. ibid. Pio II. profectionem in Turcas diſſuadet. 1464. num. 40. Paulum II. admonet, vt nuncupata vota obſeruet. num. 59. vinci poſtea ſe patitur. ib. a Galeatio duce Mediolani vectigalibus exuitur. 1465. num. 11. paupertate ſua contentus grates numini agit. n. 11. inſignes eius ſententiæ. ib. Paulum II. infenſum patitur quod monuiſſet, vt votum de congregando concilio nuncupatum ſeruaret. n. 12. in cauſa Georgij Regis Boemiæ Cardinales monet ſpem in Deo locandã. 1467. n. 14 de Pontificis & Cardinalium officijs commentarium ſcribit. 1468. num. 37. pacem inter Foyanenſes & Lucinianenſes reuocat. 1473. nu. 15. prodigium in ea tractanda oſtenſum. num. 17. a Sixto IV. conſulitur quid Ludouici XI. Regis minaci legationi reſpondendum ſit. 1478 num. 15. quod ſalubre Sixto conſilium ſuggeſſerit. num. 16. accepto male temperato belleboro interimitur ab ignobili medico. num. 5. eius elogium & opera varia. ibid. pium eiuſdem teſtamentum. nu. 6.

Iacobus epiſcopus Vrgellenſis. creatus Cardinalis a Pio II. 1461. num. 121.

B. Iacobus Picens Minorita. mouet inter concionandum quæſtionem an ſanguis fuſus in cruce triduo ſequenti coniunctus eſſet verbo diuino. 1462. nu. 45. concluſit non adorandum cultu latriæ. ibid. paſſus eſt aduerſarios Dominicanos impingentes illi notam hæreſis. ib. cauſa apud Pium II. diſceptata. ibid. ea lis inſtaurata. 1463. num. 104. definitum neutri opinioni hæreſis notam impingendam. num. 105. a Sixto IV. mittitur ad conciliandos inter ſe Aſculanos. A. 1471. num. 80. Sixti ea de re literæ. ibid. e grauiſſimo morbo Virginis ope

re-

Digitized by Google

recreatus. ib. Dæmonum vexatione appetitus ab eadem vindicatus. ib. de morte imminente diuinitus fit certior. ib. euangelij in pluribus regnis prædicauit. A. 1476. nu. 17. venenum ab hæreticis porrectum illæſus bibit pluresque ex ijs conuertit ad fidem. ib. cenſuram fidei in hæreticos magno ardore exercuit, num. 18. prædixit Mahometem interiturum cum Italiam inuaſurus eſſet. num. 19. Brixiæ puerum religionis odio interfectum ac muro incluſum ad vitam excitat. nu. 20. decreti illi beatorum honores ab Vrbano VIII.

Iacobus Canus Luſitanus eques. Congitanum regnum detegit. 1484. num. num. 81.

B. Iacobus Alamannus ordinis Prædicatorum, pie moritur. 1491. num. 18. defuncti mira pulchritudo affulſit. ibid. miraculis inclareſcit. ibid. ad eius ſepulchrum plura miracula patrari ſolita. 1500. n. 47.

Iacobus archiepiſcopus Arboren. creatus Cardinalis. 1500. nu. 57.

Iaiza Boſna arx munitiſſima, dedita a Boſnenſi Rege Mahometi. 1463. num. 15. recuperata a Matthia Hungariæ Rege. num. 16. obſeſſa iterum a Mahomete, ibid. terrore Mathiæ ab obſidione liberata. ib. & 1464. nu. 63.

Ialofforum Rex. pulſus e regno ad Ioannem Regem Luſitaniæ perfugit. 1491. num. 10. ſacrum baptiſmum ſuſcipit. ibid. plura pollicetur. ib. miſſa claſſis ad eum reſtituendum in regno. ibid. ducis iracundia, vel ob ſuſpiciones interimitur. ib.

S. Ianuarius. eius ſanguis præſente Carolo VIII. Gallorum Rege prope caput adhibitum colliqueſcit ebullitque. 1495. nu. 20.

Ibletus fliſcus. parandæ in Turcas claſſi aduerſatur. 1481. num. 27. Genuam irrito conatu tentat. num. 16. claſſi eum commeatum intercipit. ibid. cruceſignatos oppugnat. ib. nu. 35. ib. Turcarum ſocius viſus. ib. defunctus anathemate. ib.

Idolum. repertum idolum maurorum ex auro conflatum monſtro ſimile gemmiſque ornatum. 1502. num. 6.

Illuſiones Dæmonum, Vid. Dæmon.

Imagines ſacræ imago. B. Virginis picta a S. Luca delata a Sixto IV. ad propulſandam peſtem. 1476. num. 14. illæſa in medijs flammis. 1496. num. 37. alia per marinos æſtus diuinitus tranſlata. ibid. diuina vltio in ſacrilegum, qui crucifixi imaginem impie percuſſerat. 1493. nu. 40.

Imbrus inſula. expugnata a Mahomete II. 1461. num. 42. erepta Turcis a Venetis. 1463. num. 57.

Imperator. Fridericus III. in vrbem veniens qua pompa exceptus. 1468. num. 42. & 43. pedem manum & faciem Pontificis deoſculatur. eod. num. 43. enſe pontificia prece luſtrato donatur. num. 45. illum præferens perlegit euangelium inter miſſarum ſolemnia. ibid. ſacramentum ſumpſit ſub ſola panis ſpecie & cur ibid. num. 46. & 47. qui honores Cæſari exhibiti in ſacello pontificio. num. 48. & A. 1469. num. 1. & 2. aſcenſuro equum Pontifici ſtapedem tenere vult. num 3. ritus in creatione Cæſaris ſeruati. 1486 nu. 44. an ſit monarcha orbis dicendus. 1472. nu. 23.

Impoſtor. Germanos ad libertatem vocat. 1475. n. 16. fingit ſe Henrici VI. filium. 1497. num. 29. ſamam adeptus prælio vincitur. ib.

Inceſtum. quæ pœna inceſtuoſo, qui ſororem ſtuprarat ſpecie connubij. 1460. num. 113. aliqui impoſtores fingunt inceſtum permitti a Pontifice poſſe, vt rite hac permiſſumque. ibid. quæ pœna inceſtuoſo impoſita. nu. 110.

Inconſtantia, plures pertinaces euadunt ne inconſtantes videantur. 1463. nu 115.

Incubi dæmones. puella nobilis illuſa ab incubo dæmone. An. 1484. num. 76.

Indi. Indi Chriſtiani Regi Luſitaniæ libertatis eorum futuro vindici ſceptrum deferunt. 1501. num. 2. eorum maiores a S. Thoma olim edocti. n. 3. ab Armeno patriarcha ſacra iura petunt. ibid. nonnulli inter eos Christi legem ex S. Thomæ retinuere. 1503. num. 89. Indi gentiles ſiſtuam triſrontem adorant. ib. placant dæmones ſuo ſanguine. ib. Indorum Chriſtianorum ſors miſerabilis.

Indiæ orientales. ad eas detegendas Emanuel Luſitaniæ ex claſſem mittit. 1497. nu. 36. Vaſco Gammæ vexillum crucis traditum. ib. inſtrumenta noua ad tenendum in Oceano curſum inuenta num. 37. ad Indiam peruentum diuino prodigio. 1498. nu. 41 pro comparando Indiæ imperio Emmanuel Luſitaniæ Rex B. Virgine ſibi tutelarem aſciſcit. 1499. nu. 32.

Indulgentia. earum vis negata a Petro de Olma. 1479. num. 32. damnatus a Sixto IV. ib. ſpreta etiam a Ioanne Ruchardo nefandiſſimo hæretico. fateba. num. 33.

Infideles. eorom ſors miſera. 1500. nu. 50. & 51. & 53.

Ingolſtadienſis academia. inſtaurata. 1477. num. 5. prærogatiuis exornata. ib.

Innocentius VIII. VII, Ioannes Baptiſta Cybus antea dictus creatus Pontifex factione Roderici Borgiæ & Iuliani Roburei. 1484. n. 39. pacta a Cardinalibus in conclaui inita iureiurando confirmat. 1484. num. 41. impudicitiæ nota infamis extitit, vt qui ſeptem ſpurios ſeu mares ſeu fœminas ſuſtentaret. ibid. clerum prauo exemplo corrupit. ibid. quæ Romæ promiſerit, num. 42. eius patria & primitiæ. num. 43. vt ſe in Cardinalatu & legationibus geſſerit. num. 44. qui ritus in eius creatione ſeruati. num. 45. pontificia ſtudia Ferdinando Regi Neapolitano promittit, num. 47. ſolemni ritu thyara redimitur. num. 48. & 49. quo ritu pallium illi datum. num. 51. pontificium diadema ſolemni ritu illi impoſitum. num. 54. ſolemni pompa Lateranenſem baſilicam adit. num. 55. dona miſſilia in populum ſpargit. num. 56. Pontificis noui laudes celebratæ. num. 58. zona myſtica ex eaque pendente marſupio cum duodecim lapillis pretioſis cinctus. ib. defendere rem Chriſtianam nititur aduerſus Turcas. num. 60. principes admonet de claſſe inſtructa a Baiazethe. num. 61. rogat, vt oratores mittant pro conferendis conſilijs. ib. monitus ab eo Hungaros, vt arma vertat in Turcas. num. 62. exponit imminentia ab ijs pericula. ib. pactiones oblatas repudiat. num. 63. Rhodios commouet, vt aduerſus turcicos dolos ſe communiant. num. 66. eius ad Ferdinandum Regem literæ ne ex recenti victoria inſolescat Turca. nu. 67. monitus, vt Siciliæ inſulam communiat. ib. de eodem ad Toletanum Cardinalem literæ. num. 69. commendat Hiſpaniæ Regem de bello Granatæ illato. num. 70. Ferdinandum Regem Neapolitanum edocet, vt a Turcis in Apolloniæ portu inſtructa ſit claſſis. num. 71. denunciat Baiazethi Chriſtianos omnes communi iuncto fœdere Zizimum illi oppoſituros ſi cui piam bellum intulerit. num. 72. in magos inquiri iubet. num. 74. Marranis ac fœneratoribus ioHiſpania coercendis dat operam. num. 80. conceſſum Luſitanis in occiduos Æthiopas & alia infidelium regna ſupremum imperium confirmat. num. 81. Canarienſes ad pendendas decumas obſtringit. ibid. principes aduerſus Baiazethem fœdere iungere nititur. 1485. num. 1. cum Cardinalibus Regumque oratoribus militaria init conſilia. num. 2. ſexaginta triremium nauiumque viginti claſſem inſtruendam decernit. num. 3. Florentinos partem ſumptus bellici impendere detrectantes monet officij. num. 4. Hiſpaniæ Regem ſollicitat, vt Hiſpaniam communiat. num. 5. interpretem adhibet Rhodi magiſtrum ne Chienſes bello vexentur. num. 5. eumdem hortatur, vt Chriſtianam rempublicam tueri pergat. num. 7. ſollicitat principes, vt mutuam pacem inter ſe colant. num. 8. Georgium Bauariæ ducem vrget,

vrget, vt Germanos inter ſe conci-
liet. num. 9. Zizimum Baiazethis
fratrem nulli principi dedendum
cenſet & cur. num. 11. a duce Bor-
bonio illum repetit ſpemque de
vniuerſali expeditione conficienda
inijcit. num. 12. Ioannem Baſilium
Moſchorum ducem rogat, vt a bel-
lo Liuoniæ inferendo ſibi temperet.
num. 16. Liuoniam iuris eſſe apoſto-
lici admonet. ibid. Ioannem Daniæ
Nouergiæ & Sueciæ Regem ſollici-
tat, vt reſiſtat Moſchouitę. ib. lacticì-
nia permittit Hungaris in quadra-
geſima, num. 17. Auguſtino San-
ctuarienſi epiſcopo hæretico ſi reſi-
piſcat veniam offert. nu. 19. vſum
candentis ferri reprobum eſſe pro-
bationis genus decernit. num. 20.
permittit Marrhanis pœnitentibus
arcanam erroris eiurationem. num.
21. Ferdinando Hiſpanię Regi de-
cumana ſubſidia contra Granaten-
ſes præbet, num. 28. Luſitaniæ Re-
gem aduerſus Afros parantem expe-
ditionem auxilijs iuuat. num. 33. in-
dulgentias ſequturis eius ſigna pro-
ponit, num. 34. ſalubria monita
Gallo Regi ſuggerit. num 36. ad-
monet nequid nouet in regno cum
damno Eccleſiæ. num. 37. Aquila-
norum Eccleſiæ patrocinium implo-
rantium patrocinium ſuſcipit ad-
uerſus Ferdinandum. num. 38. iuſtę
id feciſſe oſtenditur cum Rex tyran-
nidem in clientes Eccleſiæ exerceret,
num. 39. Carolum VIII. Galliæ Re-
gem aduerſus Ferdinandum ſollici-
tat. ibid. plurea principes Neapoli-
tani eius partes aduerſus Ferdinan-
dum ſequti. num. 40. graui bellò
premitur a Ferdinando, num. 41.
aduerſus Ferdinandum euocat Re-
natum ducem Lotaringiæ ſed is tar-
dius expeditionem ſuſcipit. num. 42.
init fœdus cum Genuenſibus. num.
43. Venetis a Ferrarienſi bello abſti-
nentibus veniam impartitur. num.
45. inter Iacobum Scotiæ Regem
ac Scotos pacem initam confirmat.
nu. 47. ad Leodienſium tumultus ſo-
piendos internuntium mittit. num.
51. Henrico Richemundię comiti
de recuperato Angliæ regno gratu-
latur. num. 53. B. Leopoldum Au-
ſtriæ ducem in ſanctorum nume-
rum refert. num. 54. quanta conſilij
maturitate eius miracula in examen
adduxerit. num. 58. & 59. Inno-
centij ea de re literæ. num. 60. & ſeq.
de B. Catharina Sueca inter ſanctas
virgines adſcribenda agit. num 61.
Sixti ſententiam decretoriam de li-
tibus inter clerum & monachos la-
tam confirmat. num. 62. ab Hiſpa-
niæ Regibus appellatur de pace
Neapolitano Regi condonāda. 1486
n. 2. reſpondet redituro ad officium
Neapolitano eſſe concedendam. ib.
niſi Neapolitanorum ſuſcepiſſet pa-
trocinium illi ad Turcam deſcituri
erant, n. 3. vt copias ſubmiſerit pro
componenda pace, num. 4. Cerurien-
ſem epiſcopum ſumma ad rem ge-
rendam auctoritate inſtruit. ibid.
ex Germania aduerſus Neapolita-
num Regem auxilia euocat. ibid. a
nonnullis proceribus ſubornatis a
Ferdinando vexatur, ibid. Impera-
torem orat, vt Virginium Vrſinum
perduellem comprimat. ib. Renatum
iuniorem ducem Lotaringiæ in
ſpem regni Neapolitani euocat. ib.
de fœdere Venetos poſtulat. ib. Ca-
rolus VIII. Gallorum Rex opem
aduerſus Ferdinandum illi pollice-
tur. ib. n. 16. a Gallorum Regis orato-
ribus confirmatur, ib. Robertum e
S. Seuerino aduerſus Vrſinos exerci-
tui præficit, ib. ſollicitat Apulos, vt
Eccleſiæ partes ſequantur. num. 7. ad
pacis honeſtas leges audiendas ſe
paratum exhibet eod. n. 7. proceres
Neapolitanos admonet ſe publicam
iuſtitiam armis tutaturum, num. 7.
ſæua de eo intercipiendo & Roma
diripienda Ferdinandus conſilia
concipit, num. 88. de pace a Fer-
dinando Gallica arma metuente po-
ſtulatur. ibid. inclinanti ad pacem
præcipui Cardinales illi reſiſtunt.
num. 9. promiſſa illi a Gallo Regę
ingentia auxilia. num. 11. Genuæ
inſtructa claſſis auxiliatis a Iuliano
Cardinale, num. 12. ijs auxilijs ſe-
guiter inſtructis pacem cum Ferdi-
nando ſancit. num. 13. & quibus
legibus. ibid. Laurentij Medicis
Sanſeuerinatem illi ſuſpectum red-
dentis dolo deludi ſe patitur. num.
16. violata a Ferdinando pace in
anguſtias redigitur. num. 19. eius
ſocij a Ferdinando Neapolitano
oppreſſi. ibid. ob Ferdinandi Hi-
ſpaniæ Regis preces fallaci & iniuo
lutę paci aſſenſit. ibid. quæ cauſæ
ad iniquiores pactiones illum ade-
gerint. num. 21. ſtructæ ſunt illi ſæ-
pius inſidiæ. num. 23. conflatum illi
a Matthia Rege Hungariæ bellum,
num. 24. ab eo ad concilium Mat-
thias pro Ferdinando prouocatio-
nem edere auſus. num. 25. Matthiam
admonet cauſā ſubditi Neapolitani
Regis a Pōtifice cognoſcendam. ib.
iudicia pontificia aduerſus Ferdi-
nandum iuſte lata. num. 28. Buco-
linum Auximi tyrannum Turca-
rum ſocium opprimit. num. 31. ſi-
carios in vrbe graſſantes reprimit.
num. 33. Florentinos monet, vt pa-
cta Genuenſibus reſtituta Serzanel-
la ſeruent. num. 34. eccleſiaſticam
libertatem opprimentibus cenſuras
intentat. num. 35. Venetos edocet
non ad ſæcularium principum gra-
tiam creandos eſſe præſules. nu. 36.
Matthiam Regem Hungariæ mo-
net, vt archiepiſcopum Colocen-
ſem ſolutum vinculis pontificio tri-
bunali ſiſtat. num. 38. rogatur a ſep-
temuiris, vt Maximiliani Regis
Romanorum electionem confirmet.
num. 42. Maximiliano de parto no-
mine regio gratulatur. num. 44.
Valentinienſem & Dienſem comita-
tus repetit a Carolo VIII. Gallorum
Rege. num. 45. lites de ſucceſſione
regni Angliæ tollit Eboracenſis fa-
miliæ herede Henrico VII. connu-
bio iuncta. n. 46. nouas lites de
ſucceſſione mouentibus cenſuras
intentat, num. 47. ſedandis Scotiæ
turbis dat operam. num. 49. Iaco-
bum Regem Scotiæ myſtico roſæ
aureæ munere donat. ibid. icunculas
cereas ſacri agni effigie impreſſas
ad Regem Hiſpaniæ mittit. num. 50.
pios illi addit ſtimulos, vt Mauros
debellet. ibid. ſacra tribunalia ad-
uerſus Mauros & Marrhanos inſti-
tuit. num. 51. ob Loxam Chriſtiano
reſtitutam imperio numini grates
reddit. num. 52. & 53. conſtituen-
darum in vrbibus Mauris ademptis
eccleſiarum poteſtatem confert. nu.
53. in ijs ius patronatus Regibus
Hiſpaniæ attribuit. num. 54. dimi-
diam vectigalis pontificij in Hiſpa-
nia colligendi partem in maurici
belli ſumptus deriuat. num. 56. Fer-
dinandum ſacramenti religione de
non imponendis nouis vectigalibus
ſine ordinum aſſenſu ſoluit. ib. ſæ-
cularibus magiſtratibus cenſorum
fidei ſententias exequi detrectanti-
bus anathema incutit. num. 57. epi-
ſcopo apoſtatæ, qui Huſſitas con-
firmarat in hæreſi veniam ſpondet
modo ſe conferat ad ſedem Apo-
ſtolicam. num. 58. indulgentias Po-
loniæ Regis ſigna aduerſus infideles
ſequturis proponit. nu. 60. motu-
ris arma in Polonum anathema in-
tentat. ib. initum cum Venetis fœ-
dus promulgat. 1487. num. 1. inter
Auſtriacum & Venetos pacis inter-
pretem agit. num. 3. bellum aduer-
ſus Turcas a Germanis mouendum
decernit. ibid. decumas in belli
ſumptus imperat. num. 4. aduerſus
Bucolinum Auximi tyrannum
Ioannem epiſcopum Albanenſem
legatum mittit. nu. 5. de bello Baia-
zethi II. inferendo agit, num. 7.
noua iurgia cum Ferdinando Rege
Neapolitano contrahit. num. 9.
querelæ ad eum delatæ de proceri-
bus Eccleſiæ fœderatis inique op-
preſſis. ibid. cenſuras Ferdinando
ni cœptis abſtiterit intentat. nu. 10.
ob Gallicas turbas vltionem differt.
num. 12. ob fælices Ferdinandi in
Mauros progreſſus publicam læti-
tiam celebrat. num. 15. Ioannam
monialem Caſtellæ regnum affe-
ctantem recludi monaſterio iubet.
num. 18. contrarium ſuadentes ana-
themate percutit. ibid. collapſam in
Gallæcia monaſticā diſciplinam re-
ſtituendam curat. num. 19. aduer-
ſus Corozos ſiue ſacerdotes ſæcula-
rium mancipes iura diſtringit. n. 21.
Huſſi-

Huſſitas reſipiſcentes Eccleſiæ conciliat. num. 25. ad Vualdenſes in Ebredunenſi archiepiſcopatu excindendos internuntium creat. nu. 26. Indicit aduerſus eoſdem cruceſignatam militiam. num. 27. de Margaretæ Reginæ Scotiæ miraculis inquiri iubet. num. 30. archiepiſcopum S. Andreæ primatem Scotiæ ac legatum natum creat. num. 33. Normannum Sacerdotem, qui ſibi ducendæ vxoris poteſtatem datam promulgarat reprimit. 1488. num. 7. animaduerti iubet in hæreticum, qui Euchariſtiam populo oſtenſam non adorabat & quadrageſimali tempore carnibus veſcebatur. ibid. equeſtrium militarum magiſtratus ſummos in Hiſpania ad Reges transfert. nu. 8. a Sultano Ægyptio de fœdere aduerſus Baiazethem II. poſtulatur, n. 9. expeditionem aduerſus Turcas decernit. nu. 10. principes aduerſum eos mutuo fœdere coniungere meditatur. num. 11. ſeptentrionalium eccleſiarum curam gerit. num. 19 Pij II. conſtitutionem aduerſus clericos priuilegijs ſuis abutentes inſtaurat. num. 21. Zizimum Romam perducendum curat. 1489. num. 1. vrgetur ab Ægyptij ſultani oratore, vt bellum decernat in Baiazethem II. num. 4. mittit ad Ægyptium oratorem. ibid. decernit bellum in Ferdinandum Neapolitanum Regem ob non ſolutum cenſum. num. 6. in eam prouocat ad concilium Ferdinandus. nu. 7. promulgat regni Neapolitani iura ab non perſolutum cenſum ad Eccleſiam deuoluta. num. 8. Virginium Vrſinum grauiſſimum hoſtem patitur. num. 9. bellum aduerſus Granatenſes vrgendum promulgat. num. 10. auget Cardinalium Senatum. num. 19. nonnullos indignos promouet. ibid. inter eos Ioannem Medicem Cardinalem licet puerum ſacra purpura donat. num. 20. a Baiazethe pro detinendo Zizimo de fœdere poſtulatur. 1490. nu 1. ſultanus Ægyptius ad eum oratorẽ decernit. ibid. quænam obtulerit Põtifici Baiazethes pro recipiendo Zizimo. num. 3. ſubmiſſus a Baiazethe veneficus pro necandis Innocentio ac Zizimo. num. 5. de turcicis conſilijs monetur a Maximiliano. num. 6. ſollicitat Ferdinandum Regem Neapolitanum, vt arma ſtringat in Turcas. num. 7. concordiam inter Venetos & Auſtriacum conciliat. num. 9. de Mauris a Ferdinando triumphatis publicam lætitiam celebrat. num. 17. epiſcopatus in vrbibus captis inſtituit. num. 20. diœceſeon limites definit internuntiorum opera. num. 21. affictum illi adulterinum diploma de coniugio ſacerdoti permiſſo. ibid. ſodalitium de miſericordia nuncupatum confirmat. num. 24. ad Granatæ obſidionem pertecſuris indulgentias confert. A. 1491. nu. 4. Innocentio VIII. Pontifice euangelium Nigritis illatum, nu. 6 tum etiam Ialoffis, nu. 10. pro libertate eccleſiaſtica aduerſus impedientes cognitionem cauſarum eccleſiaſticarum conſtitutionem fert, num. 17. cum Ferdinando Neapolitano Rege pacem init. 1492. n. 10. Ferdinandus Capuæ princeps ad poſcendam veniam ad eum accedit. n. 10. Alfonſo duci Calabriæ Ferdinandi filio regni Neapolitani iura tradit. num. 13. quibus legibus. ibid. & num. ſeqq. titulum crucis dominicæ inuenit in baſilica S. Crucis. num. 14. ferrum lanceæ quo Chriſti latus confoſſum eſt a Baiazethe II. oblatum Innocentio, num. 15. reponit illud in baſilica S. Petri. num. 16. alia ſacra lipſana ad eum Conſtantinopoli tranſmiſſa, nu. 17. contracto morbo deluditur a Iudæo, qui trium puerorum quos occiderat ſtillatitium ſanguinem chimica arte paratum illi propinare voluit, num. 20. execratus ſcelus Iudæum faceſſere iubet, ibid. ſacramentis rite munitus obit. ib. pontificium palatium exornauit, num. 21. ſingulari humanitate gratiſſimus extitit, ibid. hortos aſpectu amœnos conſeuit. num. 22. in ſpurios libertatem profuſiorem exercuit. ib. ſuccedit illi Alexander VI. num. 24. dum Innocentius ægrotaret maxima homicidia in vrbe patrata. ib.

Inquiſitio. quænam inquirenda circa ianelos. 1487. nu. 30.

Inueſtituræ. conceſſæ Regibus ob hæreticorum factiones iure poſtea reuocatę. 1460. nu. 51.

Ioanna Henrici Caſtellæ Regis filia. deſponſa a patre Luſitani Regis filio, vt ea regna iungantur contra infideles. 1464. num. 32. Caſtellani ciuile bellum mouent obijciuntq; ex adulterio ſuſceptam. ib. e Caſtellano regno eiecta. 1468. num. 34. Iſabella Henrici Soror ex inita cum Rege Aragonum concordia regnorum hæres agnita. 1472. num. 26. Ioannam tuetur Henricus Rex Caſtellæ. 1473. num. 18. eamdem teſtamento hæredem relinquit. 1475. nu. 13. quænam eius iura fuerint. n. 14. Ferdinandus & Iſabella illi matris adulteria obijciunt regnique parte potiuntur. ib. ſolemni ritu Clariſſarum inſtitutum profitetur. 1480. num. 38. ſopita inde ſunt Caſtellæ bella. 1487. num. 17. egreditur e monaſterio & Caſtellæ Reginam ſe dicit. num. 18. monaſterio recludi iuſſa ab Innocentio. ib. percuſſi anathemate, qui contrarium ſuaſerint, ibid.

Ioanna Valeſia Caroli VIII. ſoror. nupta Ludouico Aureliæ duci. 1498. num. 4. poſt Caroli VIII. mortem ea iudicum iniquorum ſententia repudiatur. ib. ex viri flagitio ſanctitatem conſectata. num. 6. inſtituit monialium ordinem. A. 1501. num. 24. illius regula. ib.

S. Ioannes Baptiſta. protector equeſtris ordinis Hieroſolymitani. 1480. nu. 11. viſus ferre opem Rhodijs in extremo diſcrimine contra Turcas. ib. vt Rhodios confirmarit. num. 15. eius manus, qua Saluatorem baptizauit a Baiazethe II. data Rhodijs. num. 13. collocata in Eccleſia a Petro Aubuſſonio extructa. ib. corporis S. Ioannis cineres Genuæ in Eccleſia cathedrali culti. ib. miraculis inſignibus illuſtrantur. ibid.

Ioannes Caruial Cardinalis S. Angeli Frederico Cæſari & Matthiæ Hungariæ Regi conciliandis operam dare iuſſus. 1459. num. 77. queritur de eo Federicus fauere Matthię. 1460. num. 78. queritur apud Pium promiſſa duodecim equitum millia non ſubmitti. nu. 90. quid illi Pius reſponderit. ibid. ſociat Pium II. iturum contra Turcas. 1464. num. 39. exhibet ſe ad ferendam opem periclitanti Raguſio contra Turcas. ib. operam cum Beſſarione coniungere iuſſus pro pace inter Fridericum & Matthiam concilianda. nu. 20. cum diſceſſum pararet ex Hungaria ob Mahometis imminentis terrorem ſubſiſtere iubetur. ib. Pauli II. iniqua petentis preces & minas conſtanter reſpuit. 1464. n. 60. illius obitus. 1470. num. 48. illius virtutes & res geſtę. ibid. ſub purpura geſtabat cilicium. ib. liberalis in pauperes fuit. ibid. tenuiorum cauſas acriter defendit. ib.

Ioannes dux Lotaringiæ Renati Regis filius. parat Genuæ claſſem ad recuperandum Neapolitanum regnum. 1459. num. 78. a Petro e Campofregoſo bello detinetur Ferdinandi & ducis Mediolanenſis opera. num. 80. Petro trucidato vertit impetus in regnum Neapolitanum. ib. antequam accederet pars fœderatorum oppreſſa eſt. ibid. Marzanus Sueſſæ dux ſe illi coniungit. ibid. plures principes vrbeſque ad ſuas partes trahit. ib. Scanderbeghus aduerſus illum traijcere in Apuliam meditatur. 1460. num. 60. laudatum eius conſilium a Pio. ib. aduerſus Ioannem Pius ſubmittit auxiliarem exercitum. num. 62. Ferdinandum fundit fugatque ad Sarnum. ib. diſtrahitur a Ioanne Antonio principe Tarentino ne Ferdinandum inſequeretur, num. 64. pacem efflagitat a Pio. num. 67. inſolenti dicto eius oratores Pium pungunt generoſioreque reſponſo repunguntur. num. 68. promiſſa illi a Florentinis ſubſidia ope Coſmę Medicis denegata. num. 72. eius res depreſſæ rebellan-

tibus

Digitized by Google

tibus in Gallos Genuenſibus. num. 73. eius pater Renatus dum in portum renrat irrumpere propulſatus. ibid. aduerſus Ioannem Pius II. pro tuendo Ferdinando vires conuertit. A.1461. nu.1. proceres S.Seuerini a Ioanne ad Ferdinandum deſciſcunt. num. 5. deſixi anathemate Ioannis ſectatores a Pio. num. 3. Neapolitani obiectis cenſuris Ioannem deſerere iuſſi. num. 4. plures vrbes Ioanni ademptæ. nu. 5. Renatus illius pater magna ſtrage Gallorum Genua propulſatus. nu.6. decreta a Ludouico XI. ad Pium II. legatio qua ipſi promiſſa ſunt ſeptuaginta armatorum millia contra Turcas ſi Renato Ioannis parenti faueret. 1462. num.8. extrema clade Ioannes ad Troiam a Ferdinando funditur. num. 9. Antonius Vrſinus Tarenti princeps ad Ferdinandum deſciſcit. ib. aſcito a Catalanis in principem Renato Rege in Ioannem Aragonum Regem copias mouet. 1466. num. 19. Barcinonem perueniens Aragonias copias delet. 1467. num. 21. Armeniaci comitem in belli ſocietatem euocat. ibid. a Gerundæ obſidione depellitur a Ioanne Rege. ib. varia cum Ferdinando Aragonio prælia gerit. 1468. n.34. de eo euocando aduerſus Ferdinandum Regem actum. 1469. num 27. Mahometis metu ne euocaretur a Ferdinando in Italiam ab eo conſilio temperatum eſt. ibid. Barcinonenſes decennali bello feſſi eum deſerunt ac conciliantur Ioanni Aragonum Regi. 1472. nu.25.

Ioannes Coſſa Gallorum dux. ad Sarnum Ferdinandum profligat. 1460. num. 62. conſulit Ioanni duci Lotharingię Ferdinandum concitato curſu inſequendum ne vires colligeret. num. 64. ſpretum eius ſalutare conſilium Gallicis rebus exitium attulit. ibid. inſolenti dicto dum pacem orat a Pio ſuorum opera Pium pungit, atque repungitur. num.68.

Ioannes Armaniaci comes. inceſtas nuptias cum ſorore contrahit. 1460. n. 110. exutus principatu a Carolo VII. ad crimen expiandum confert ſe ad Pium II. ibid. quæ pœna illi impoſita. ibid. ſubornatus fuerat ab ab impoſtoribus fingentibus connubium cum ſorore permitti a Pontifice poſſe ac permiſſum. num. 113. qui fuerint huius fraudis artifices. ib. Pontifex rogat Carolum Regem, vt principatui pœnitentem reſtituat. ib. Lectoræ gladio confoſſus vitam claudit. ib.

Ioannes Aragonum Rex. roſæ aureæ munere donatus a Pio II. ſollicitatur a Pio, vt auxiliarem claſſem pro Ægyptijs e Cypro pellendis ſubmittat. 1461. num. 30. decreti ad eum internuntij. ibid. ciuile bellum cum filio Vianæ principe ob non reſtitutum maternum Nauarræ regnum gerit. num. 130. illum nunquam regnorum ſuorum hæredem de more agnoſcere voluerat, atque concordiæ ſpecie conijcit in carcerem. ib. ficto ordine iudiciario in illum agit. ib. priuignum nouercæ cuſtodiendum tradit. num. 131. Catalani & Caſtellani in eum pro inſonte eripiendo arma ſumunt. ib. eum libertati reſtituit metu victus. ib. ſine illius conſenſu Carolus filius regnorum hæres renuntiatur. ibid. paulo poſt extinctus Carolus dato, vt creditum eſt a nouerca lento veneno. ib. filiam Blancam cui erant relicta Nauarræ iura in cuſtodia detinet. ibid. concitati in eum motus exercitæ in filium tyrannidis odio. ibid. illius odio Henricus Caſtellæ Rex ad principatum vocatus. 1463. num. 43. dato Ruſſinonenſi comitatu Ludouicum Francorum Regem ſibi conciliat aduerſus Caſtellanum. ib. illius odio Catalani principem renuntiant Petrum Luſitanũ comitem ſtabuli. 1464. num.32. Ilerdam fame ad deditionem cogit. ib. fœdus init cum Fuxenſi & Caſtellano. ibid. Ferdinandi filij opera Petrum Luſitanum in Catalonia vincit. 1465 num.8. Gaſtonem Fuxenſem generum & Leonoram filiam ob affectatum antę tempus ſceptrũ Nauarrę perduelles pronũtiat. 1466. num. 19. mortuo Petro Luſitano principe oppoſitus illi a Catalanis Renatus Rex. ib. aduerſus hunc, Ferdinandum Neapolitanum & Eduardum Angliæ Reges & Galeatium ducem Mediolanenſem & Burgundum ſibi fœdere iungit. ib. eius copiæ fuſæ a Ioanne Andegauenſi ad Barcinonem. 1467. num. 21. licet caligaret oculis bellum vrget. ib. Ioannem Andegauenſem e Gerundenſi obſidione depellit. ibid. Ferdinandum filium Trinacriæ Regem renuntiat. 1468. num.34. eius opera Ioãnem Andegauenſem multis prælijs fatigat. ibid. cum Gaſtone Fuxenſi pacem init ea lege, vt Ioannis nomine dum vixerit adminiſtrationem regni gerat. 1472. nu. 25. Barcinonenſes decennali bello feſſos ſibi conciliat. ib. filio Ferdinando Caſtellæ regnorum hæredem matrimonio iungit. num. 56. illum pro comparanda Caſtella armis iuuat. num.14. miſſus a Sixto IV. ad eum internuntius. num. 16. ad Sixtum IV. oratores mittit pro ſacra in Turcas expeditione promouenda. num. 22. eius filius Ferdinandus Caſtellæ & Legionis regna comparat. 1476. nu.13. hæreditaria iura in regnum Neapolitanum contendit. 1477. num.2. filiam Ferdinando Regi Neapolitano matrimonio iungit. ibid. moritur ac illi Ferdinandus ſuccedit. A.1479. nu. 50.

Ioannes Ioffredus epiſcopus Atrebatenſis. mittitur legatus in Gallias Belgium Angliam & Scotiam. 1461. num. 116. ſollicitat Ludouicum XI. Francorum Regem, vt pragmaticam abroget. num.117. reſponſum illi a Ludouico de ea abroganda votum nuncupaſſe. ibid. creatur Cardinalis a Pio. num. 121. orator decernitur a Ludouico XI. ad Pium II. cum Ricchardo epiſcopo Conſtantienſi eoque Cardinale. 1462. num. 8. quadraginta equitum millia peditumque triginta millia in Turcas ſpondet ſi Pius Renato Neapolitana iura aſſerat. ibid. quid a Pio reſponſum. num. 9.

Ioannes Rochizana hæreſiarcha. Sacerdotes catholicos ob non porrectum laicis calicis vſum in iudicium vocat apud Georgium hæreticum Regem. 1462. num. 23. perſtringitur ab eo imperare velle omnibus, nemini parere. ib. Georgio Boemiæ tyranno fidei controuerſias iudicanti a dextris aſſidet. 1465. nu. 26. Vuicleffi dogmata impia tuetur. num. 29. confutata eius impietas a decano Pragenſi. ibid. vrget Georgium, vt catholicos ad vtramque ſumendam ſpeciem adigat. nu. 30. anabaptiſmum inſtaurat rebaptizando catholicos. num. 32. ſuſpectus arguitur de hęreſi quia contendit panem remanere in Euchariſtia. n. 33. compactata non ſeruat dum ea ſeruanda contendit. ib. fingit neceſſarium eſſe calicis vſum laicis de neceſſitate ſalutis. num. 34. paruulis Euchariſtiam contra decreta concilij dedit. num. 35. ſubricet integrum Chriſtum latere ſub vtraque ſpecie. num.36. ſacramentalia contemnit. ibid. miſſam vulgari lingua celebrat. num. 37. monitus vt eccleſiaſticam in communionem amplectatur. num. 37. ad obiectas hæreſes non reſpondet. num. 33. exclamat populum gratijs per calicem aſſequendis orbari. ibid. num 39. diſſoluta illius ſophiſmata. num.43. fœda illius in catholicos calumnia. ibid. illius deliramenta Eccleſiæ catholicæ ſententiæ præfert Georgius Rex ſeque in extrema mala conijcit. num. 44. percellitur anathemate quod Georgio faueret. 1468. nu. 6. conſulit Georgio, vt monaſteriorum gazas expilet. num. 8. diuina vindicta percuſſus linguæ vſum amittit. ib. ob eum auditum Georgius ſe in exitium coniecit. ibid.

Ioannes Veccus Græcorum patriarcha. colligit auctoritates Sanctorum Patrum quę demonſtrat Spiritum ſanctum a Patre & Filio velut vnico principio procedere. 1463. n.72.

Palamas hæreſiarcha impijs mendacijs eas auctoritates eluſit. num. 73. in Palamam ſcribit Beſſario pro Vecco. ibid.

Ioannes Simoneta. plura abſurda in Pium II. confingit. A. 1464. num. 48. refellitur, ib.

Ioannes Balua epiſcopus Andegauenſis creatus presbyter Cardinalis tit. S. Suſannæ. 1467. num. 16. operæ ſuæ venditandæ gratia alit inteſtina bella in Gallia prodito Ludouico XI. 1469. num. 21. diuino miraculo eius literæ quibus Burgundum incitabat, vt fœderatos armis tueretur interceptæ. ibid. carceri honeſto mancipatur. ibid. actus diuini terrore iudicij omnia, vt erant fatetur. ib. decreti in Gallia iudices pro cognoſcenda eius cauſa. ib. data iis prouincia ne ferrent ſententiam niſi quam præſignatam accepiſſent. ib. annis vndecim in carcere conſenuit. ib. ex Gallico carcere liberatus. 1482 n. 16. epiſcopus Albanenſis creatus decernitur in Gallias ad ciuiles motus componendos. A. 1483. nu. 36. a Carolo VIII. ad Innocentium VIII. pro denouendis illi obſequijs miſſus. 1485. num. 36. Innocentio de pace agenti cum Ferdinando intercedis initaque cum Gallo fœdera non inſtigenda contendit. 1486. n. 9. Rodericus Borgia & Franciſcus Picolomineus illi reſiſtunt. ibid. Piceni legatio ad illud contra Turcas defendendum illi demandata. 1487. num. 6. Gallicæ militiæ florem ad Bucolinum Turcarum fœderatum expugnandum adducit. ibid.

Ioannes Turrecremata Cardinalis. eius obitus. 1468. num. 36 ſodalitium Deiparæ annunriatæ ſacrum ad virgines dotandas inſtituit. ib.

Ioannes Michaelius Pauli II. ſorore filius. creatus Cardinalis diaconus S. Luciæ in ſeptem ſolijs. 1468. num. 39. deinde plures mutat titulos. ibid.

Ioannes Baſilius, dux Moſcouiæ ad Paulum II. oratores mittit. 1470. nu. 9. filiam Thomæ deſpotæ Peloponeſi ſibi thoro iungi expetit. ibid. inſignem legationem mittit ad Sixtum IV. 1472. num. 48. ſignificat ſe concilio Florentino adhæreſcere. ib. deſponſa illi a Sixto Zoe filia Imperatoris Conſtantinopolitani. num. 49. de Tartaris in Turcas concitandiis agit. ibid. Nouogardiam ſibi ſubijcit. 1479. num. 30. trecentos currus auro argento lapidibuſque pretioſis onuſtos ex ea auehit. ibid. illi ſe opponit Caſimirus ne Ruſſiam Lithuaniamque inuadat. ib. cum Caſimiro Rege Poloniæ inducias init. ibid. finxit ſe Nouogardiam proficiſci, vt ciues in ritu Græcanico contineret deluſoſque ſine bello ſpoliauit. ibid. Tueriam occupat. num. 31. Stephanus Moldaniæ princeps de eo dicere ſolitus ſedendo & dormitando augere imperium cum ipſe pugnando limites ægre tueretur. ibid. Sophiæ vxoris conſilio Tartarorum quorum erat fiduciarius iugum excutit. ibid. principatum ampliſſimum vltra Volgam ſibi comparat. 1485. num. 58. eius tituli. 1484. num. 26. regios apices ſibi aſciſcit, ſed a nemine, vel a paucis finitimis illi dantur. ibid. Trinitatem in ſymbolo tribus circulis in triangulo incluſis profitetur. nu. 27. ſacrum ænigma pijs verbis explicat. ib. in Liuoniam. excurrit. 1485. num. 16. rogatus ab Innocentio, vt cœpto bello abſtineat. ib. monitus Liuoniam eſſe ſupremi iuris ſedis Apoſtolicæ. ibid. Danus in eum concitatus. ibid. Ruſſiæ partem Alexandro Lituaniæ duci genero eripit. A. 1500. nu. 18. a Liuoniæ magiſtro cum centum Moſchorum millia & triginta millia Tartarorum duceret profligatus diuinitus. num. 19. vno catholico tantum cæſo centum millia ſchiſmaticorum, vel infidelium trucidata. ibid. pacem cum Liuoniæ magiſtro in annos quinquaginta firmat. ibid. partem Lituaniæ ſibi ſubijcit. 1501. num. 39.

Ioannes Iacobus epiſc. Parmenſis. creatus Cardinalis a Sixto IV. 1483. n. 62.

Ioannes Arcimboldus Nouarienſis epiſcopus. creatus Cardinalis a Sixto IV. 1473. num. 22.

Ioannes dux Saxoniæ inferioris. cum Chriſtierno Daniæ Rege limina Apoſtolorum adit. 1474. num. 2.

Ioannes Sixti IV. nepos & Iulij II. frater. nubit filiæ ducis Vrbinatis. 1474. num. 20. donatur inique Senogalliæ principatu. ib. in ſtirpis ſuæ extremum exitium ea res verſa. ib.

Ioannes Cardinalis tit. SS. Nerei, decernitur legatus a Sixto IV. ad Mediolanenſes in pace continendos. 1475. num. 1. inſtruitur auctoritate ad diſcordes compeſcendos. ib.

Ioannes Galeatius dux Mediolanenſis. patri Galeatio cæſo ſuccedit. 1477. num. 5. Genuenſes libertatem affectantes compeſcit. ibid. patrui illius pulſi in exilium opera Cicchi Calabri procuratoris, vt principatum retineret. ib. reuocato Ludouico rerum adminiſtrationem tradit. ib. Sixti IV de eo literæ. nu. 3. coniungit ſe Florentinis aduerſus Sixtum IV. 1478. n. 13. concitati in eum Heluetij. nu. 32. Genua Sixti IV. & Ferdinandi Regis opera ob illius dominatu diuulſa. n. 32. querulæ illius ad Ferdinandum literæ. n. 33. conciliati illi Ludouicus & Aſcanius patrui. 1479. num. 3. Genuam in ſuam poteſtatem iterum redigit. 1487. nu. 8.

Ioannes Rex Luſitaniæ. Alfonſo patri reduci de cuius morte percrebuerat rumor ſceptrum reſtituit. 1477. nu. 8. illi vita functo ſuccedit. num. 39. ſub eius auſpicijs Chriſti ſacra in Æthiopiam occiduam illata. num. 40. inuenta etiam pyxis nautica ad ſulcandum oceanum. ibid. nonnulla nouat aduerſus ius eccleſiaſticum. A. 1484. num. 1. monita illi a Sixto data. num. 5. contraria libertati eccleſiaſticæ edicta reuocare iuſſus. num. 3. mulctat exilio Siluenſem epiſcopum quod ad tyrannicum illius imperium ſe dignitate epiſcopali non abdicaſſet. num. 4. pronuntiatur decretas a Viennenſi concilio pœnas incurriſſe. ibid. ad expugnandum Phutenſe regnum expeditionem ſuſcipit. 1485. num. 35. fideles ad ſequenda illius ſigna excitati. num. 34. ſub eius auſpicijs Benij regno illatum euangelium. num. 35. Benij Rex ad eum oratores mittit pro ſacerdotibus euangelicis poſtulandis. 1486. num. 66. exploratores mittit ad quærendos auitus in Æthiopiam orientalem. 1486. num. 67. repertum eſt presbyterum Ioannem in vaſtiſſimo regno ad Ægypti partem auſtralem ſito imperare eod. num. 67. repertum quoque in India alium presbyterum Ioannem imperaſse, ſed a Tartaris fuiſse oppreſsum. ib. vetat Chriſtiana mancipia Mauris vendi. n. 68. dum quæſtui religionem præfert aurifodinas inuenit. ibid. extremum Africæ promontorium in polum antarcticum excurrens eius auſpicijs ſuperatum. 69. illud vocari caput bonæ ſpei iubet non irrito exitu. ibid. Congi regnum ſub eius auſpicijs inuentum. 1484. n. 81. datum illi in Saracenorum & infideliū loca ius. ib. claſſem mittit prouehēdis ſacerdotibus ad regnū Congi 1490. n. 25. & 1491. n. 6. Rex Congi baptiſmo luſtratus Ioannis Regis Luſitani amicitiæ ergo Ioannis nomen accipit. n. 8. Ialofforum Rex eius ſtudio ad Chriſti fidem etiam perductus Ioannis quoque nomen accipit. ibid. Ialofforum Rex ad eum perfugit. 1491. num. 10. ſuſcepto baptiſmo miſſa claſsis ad eum regno reſtituendum. ibid. Luſitanos Chriſtophorum Columbum occidere meditantes ob repertum orbem nouum reprimit. 1493. nu. 17. litem de nouo orbe ita componit, vt occiduum Caſtellano cedat, ſibi orientalem referuet. 1494. num. 31. de Africæ ſubijciendæ iure certat cum Caſtellano ac Phutenſe regnum Luſitaniæ addictum demonſtrat. num. 39. obit rebus geſtis clarus, ſed gloriam fœdauit crudelitate. 1495. num. 44. eius elogium. ibid. plura molitus antea, vt ſceptrum Georgio notho relinqueret illud teſtamento Emanueli duci reliquit. num. 45.

Ioan-

Digitized by Google

I N D E X.

Ioannes de Aragonia. Ferdinandi Regis Neapolitani filius creatus Cardinalis. A.1477. nu. 10. monumenta inſignia Romanæ eccleſiæ in librum compingit. ibid. in Boemiam Poloniam & Hungariam legatus decernitur. 1479. num. 2 indicendi inter eos Reges colloquij auctoritate inſtruitur. ib. iubetur ſacram in Turcas expeditionem promouere. ibid. vendere conatur ſuffragium Cardinali S. Marci modo ædes S. Marci ipſi dedantur. 1484. num. 39. repudiatum flagitium a Cardinale S. Marci. ibid.

Ioannes Ruchardus hæreſiarcha nouatorum anteſignanus. quæ fuerint eius hæreſes. 1479. num. 33. ijs damnatis breui moerore conſumptus. ib.

Ioannes Columna. creatus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Aquiro. 1480 num. 43.

Ioannes Dlugoſsus. eius ſcripta & obitus. 1480. num. 45.

Ioannes epiſcopus Gerundenſis. creatus Cardinalis a Sixto IV. 1483. num. 62.

Ioannes Minorita. celebris miraculis moritur. 1484. de eo inter ſanctos referendo actum. ib.

Ioannes Robureus pontificij exercitus dux. irrumpit in Apuliam aduerſus Ferdinandum. 1485. num. 8.

Ioannes epiſcopus Varadienſis. accuſatus apud Pontificem quod Huſſitas in Boemia foueret. 1488. num. 5. incuſſæ illi ac fautoribus cenſuræ. ib. humanis rebus nuntium remittit. ib. poſtulat ab Innocentio deponendi epiſcopatus facultatem. ib. humanam felicitatem ei inania ſtudia temnit. num. 6. ditatis eccleſijs paupertatem Franciſcanam profitetur. ibid.

Ioannes Ferieres ſacerdos. ſibi ducendæ vxoris datam facultatem ab Innocentio publice mentitur. 1488. num. 7. reprimitur. ib.

Ioannes Daniæ Rex. ſimultates exercet cum nonnullis principibus. 1488. num. 18. ad eas componendas decretus Simon epiſcopus Reualienſis. ib.

Ioannes Bentiuolus Bononiam. eripit Innocentio VIII. 1488. num. 20. crudelitatem exercet in aduerſarios. ib. bello petitur a Cæſare Borgia. 1501 num. 16. regitur clientelà gallica. ib. ad pendendum Pontifici vectigal adigitur. ib.

Ioannes Albertus filius Caſimiri Regis Poloniæ. Podoliam liberat fractis duobus prælijs Tartaris. 1489. num. 15. eorum Cæſarem prælium inſtaurantem interficit. ibid. aſpirat ad regnum Hungariæ atque Vladislao fratri bellum infert. 1490. num. 15. cum Vladislao conciliatur. 1491. num. 11. bellum redintegrans vincitur. num. 12. abſtinere ab Hungaria cogitur. ibid. patri ſuccedit in Poloniæ regno. A.1492. n. 30. expeditionem in Baiazethem ſuſcipit. 1497 n. 31. ea turpi exitu diſſoluta. n. 32. ægre ex hoſtibus liberatus. ibid. decretum poſthac ne Polonus inconſultis regni ordinibus expeditionem in Turcas ſuſcipiat. ibid. Germanos ſollicitat ad bellum ſacrum in Turcas. num. 36. ægre reprimit Turcarum Tartarorumque in Poloniam excurſiones. ib. & num. 37. Turcas cœleſti miraculo profligat. num 38. de bello in Turcas gerendo agit. 1501. num. 83. apoplexia correptus obit. ib. ſuccedit ipſi Alexander Lituaniæ dux. ib.

Ioannes Medices Laurentij reipublicæ Florentinæ principis filius in pontificatu dictus Leo X. creatur Cardinalis ab Innocentio VIII. 1489. num. 20. pulſus Florentia cum fratre Petro Medice. 1494. num. 21.

Ioannes Coruinus Matthiæ Regis Hungariæ filius nothus. aſpirat ad Regnum Hungariæ. 1490. nu. 12. Turcæ illi opem pro regno inuadendo deferunt. num. 15. decreuerat Matthias, vt ſuccederet ipſi ſi legitimam prolem non ſuſciperet. 1493. num. 84.

Ioannes Congi Rex. hoc nomen in baptiſmo ſortitus. 1491. num. 8. diſcendarum rerum diuinarum mira auiditate ardet. ibid. primam eccleſiam in ſuo regno condit. ibid. vexillum crucis effigie coruſcum illi datum. num. 9. victoriam de hoſtibus prælato crucis vexillo reportat. ibid.

Ioannes ordinis prædicatorum ſacerdos. Congitano regno euangelium inſerit. 1491. nu. 8.

Ioannes archiepiſcopus Montis Regalis Alexandri VI. ſororis filius. creatus Cardinalis tit. S. Suſannæ. 1492. num. 28. legatus mittitur ab Alexandro ad Alfonſum pro regia corona illi imponenda. nu. 3. magnis honoribus excipitur. num. 5. quos ritus ſeruarit in Rege inungendo. nu. 7.

Ioannes Picus Mirandulæ & Concordiæ princeps. nongentas quæſtiones Romæ diſceptandas proponit. 1493. num. 36. ob nonnullas impias externa ſpecie in hæreſis ſuſpicionem adductus. ib. eam purgat. ibid. ſua ſcripta cenſuræ Romanæ Eccleſiæ ſubiecit. nu. 37. ſuſpicione hæreſis ab Alexandro liberatur. ib. librum apologeticum ſcribit, qui vt pius doctuſque admittitur. ib. faſtum voluptateſque conculcat. num. 38. carnem macerat. ibid. pia conſilia prædicandi euangelij ſuſcipit. ib. poſt mortem purgatorijs ignibus expiatur. ib.

Ioannes Borgia dux Gandiæ nothus filius Alexandri VI. Beneuentanus ducatus illi inique traditus ab Alexandro VI. 1497. num. 3. dum per lupanaria noctu diſcurrit miſere trucidatur & proijcitur in flumen. num. 4. tanto mœrore ex triſti caſu confectus eſt Alexander, vt de pontificatu dimittendo agitauerit, ib. eius filio Beneuentanum ducatum conferre non auſus eſt. An. 1498. num. 21.

Ioannes Borgia protonotarius. creatus Cardinalis ab Alexandro VI. 1496. num. 38. legatus decernitur ad Turcas pro communi fœdere ineundo. 1499. n. 6. dum concitatis equis decurrit lætitiæ gratia moritur. 1500. num 20.

Ioannes epiſcopus Agrigentinus. creatus Cardinalis ab Alexandro VI. 1496. num 38.

Ioannes epiſcopus Peruſinus. creatus Cardinalis ab Alexandro VI. 1496. nu. 38.

Ioannes Nuzo prorex Siciliæ. Gerbas inſulas Mauris eripit. 1497. num. 37.

Ioannes Hiſpaniæ princeps. Margaretam Maximiliani Cæſaris filiam vxorem ducit. 1497. num 34. in ætatis flore peracuta febri extinguitur. ib.

Ioannes Antonius princeps Tarentinus. a Ferdinando ad Renatum Regem deficit. 1459. num. 79. conciliatus Ferdinando reſtitutis illi oppidis Pij opera. num. 81. coniunctus iterum Gallis aduerſus Ferdinandum. 1460. num. 74. ſalubre conſilium de Ferdinando inſequendo ne vires reciperet diſturbat. num. 64. ſenſit prius finitimas vrbes capiendas quã caſtra ad Neapolim promouenda. ib. a Gallis ad Ferdinandum interprete Bartholomæo Roüarella Cardinale deficit. 1462. n 9.

Ioannes Baptiſta Zenus Pauli II. ex ſorore nepos. creatus Cardinalis S. Mariæ in porticu. 1468. nu. 39. deinde S. Anaſtaſiæ in porticu ac demum epiſcopus Tuſculanus. ib.

Ioannes Baptiſta Cibus epiſcopus Amalphitanus. in pontificatu dictus Innocentius VIII. creatur Cardinalis a Sixto IV. 1473. num. 22. in Germaniam legatus mittitur. 1481. nu. 1. miſſus ad conciliandos Senenſes 1483. num. 25. in eius conſpectu a factioſis nonnulli ciues trucidati. 1483. num. 26. ſcelus execratus diſcedit Senis. ibid. creatur Pontifex factione Roderici Borgiæ & Iuliani de Ruuere. 1484. nu. 39. Innocentij VIII. nomen accipit. ib. Vid. *in Innocentius VIII.*

Ioannes Baptiſta Sabellus Card. Florentinos ex agro Peruſino depellit. 1479. num. 18. pluribus vrbibus præficitur. ibid. ampliſſima poteſtate ad tuendos fidos plectendoſque infidos inſtruitur. ibid. Genuam miſſus ad pacem inter Fregoſios & Adurnios componendam. 1480. num. 31. quando fuerit creatus diaconus S. Viti in macello. num. 42. miſ-

miſſus Genuam viginti ſeptem triremes inſtruit ad Turcas propulſandos, A.1481. nu. 37.

Ioannes Baptiſta Vrſinus protonotarius. creatus Cardinalis a Sixto IV, 1483 num, 62.

Ioannes Baptiſta epiſcopus Mutinenſis. creatus Card, tit, S, Geiſogoni, 1500 num, 57.

Iordanus Vrſinus, magno clementiæ exemplo ſeruat Fabritium Columnam hoſtem ſuum captum in excidio Capuæ. 1501. num, 73, Taliacotij & Albæ veterem ditionem recuperat. ib,

Ioſephus Kioucnſium archiepiſcopus, a Niphone patriarcha Conſtantinopolitano fit certior Florentinam ſynodum rite celebratam, 1486, n.62.

Iſabella ſiue Elizabeth Henrici Regis Caſtellæ ſoror poſtea Regina Hiſpaniarum, mortuo Alfonſo fratre Regina ſalutatur a perduellibus, 1458, num, 33, delatam tyrannidem conſtantiſſime reſpuit. ib, pace inita renuntiatur hæres Caſtellani ſceptri, ibid. eius nuptias exambit Ferdinandus Trinacriæ Rex & ſceptri Aragonij hæres, ibid, nobit illi ac impedimenta canonica tolluntur a Sixto, 1472. onm. 36. agnoſcitur hæres regnorum Caſtellæ, ibid. de ea cum Ioanna ab Henrico fratre, vt filia agnita relictaque regnorum hærede certat. 1475. num. 14. illius matris adulteria obijcit. ibid. cum Ferdinando viro Caſtellani regni apices partiri detrectat. num. 17. qua lege compoſita lis fuerit. ib. cum Ferdinando obſequia defert Pontifici. ib, Caſtellæ & Legionis regna comparat, 1476, num, 13, Ioanna illius æmula in Luſitania Clariſſarum inſtitutum ſolemni ritu profeſſa, 1480. num.65, Granateoſes grani bello vrget. 1483. num, 43. Mahometis templa expiata Chriſto conſecrat, ib. Mahometis nomen publice inclamari vetat. num. 45. Iudæorum impietatem reprimit. num, 46. cenſorum fidei tribunalia conſtituenda curat. ib, Marrhanos ſuppliciis exagitat, num, 47, monetur ne ius eccleſiaſticum infringat. nu. 50. religioſos ad primæuam ſanctitatem reuocandos curat. num. 51, aleæ ludum tollit, ibid. obtinet ab Innocentio, vt Marrhani ex arcano ſuperſtitionem eiurent, 1485, num.21. clero a concubinatu abducendo dat operam, num.26. plures vrbes Mauris eripit, num.28. plures Chriſtianos liberat ex ſeruitute. num.29. procerum luxum caſtigat, num.31. ſollicitata ab Innocentio, vt partam victoriam de Mauris recepta Loxa vrgeat. 1486, num, 50, bello vrget Granatenſes, 1487, nu, 53. Malaca potitur. num, 45, dat operam, vt pontificia auctoritate diſciplina eccleſiaſtica in Gallæcia reſtituatur, num, 19, ad monaſterium peregrinationem obit in quo vini ſpecies veriæ in ſanguinem ſeruabantur, num. 23. cum viro de Mauris victorias refert, A, 1489, nu. 13, ea adueniente in caſtra Baccenſes territi deditionem faciunt. 1490, num. 18. veteribus epiſcopatibus inſtaurandis dat operam, num. 20, Granatam cum viro obſidet. 1491, num. 3, decernit e caſtris non diſcedere ni Granata capta, ibid. Granatam expugnat, 1492, num. 1, & ſeq. Granatæ archiepiſcopatum & alios epiſcopatus reſtituendos curat num.6. Iudæos e regno eijcit. num, 7. proditorem, qui illuſus a dæmone Ferdinandum ſauciarat vetat diutius excarnificari ne deſperaret. 1492, num, 35, eius filius Ioannes princeps plurium regnorum hæres in ætatis flore febri peracuta extinguitur. 1497. num, 34.

Iſabella Regina Luſitaniæ, ex coniugalibus pactis Emmanuelem obſtringit ad Iudæos & Mauros pellendos e Luſitania, 1496. nu, 27, Michaelem filium enixa plurium regnorum heredem futurum moritur. 1498, n.23.

Iſmael Sinopenſium princeps, a Mahomete II. debellatus. 1461. n.38.

Iſmael Sophi. nouam ſectam in Mahometica ſuperſtitione condit, 1502, num, 17, Armeniæ partem quæ Turcis parebat ſubigit, ib,

Italia, maxime a Mahomete II affectata. 1470, num, 33. Deo chara prædixit enim B. Iacobus Picens Mahometem II, moriturum cum illam eſſet inuaſurus. 1476, num.19, conſenſit dictis rei exitus, 1482. n.25.

Iubileus annus, centeſimo recurrente anno inſtitutus a Bonifacio. 1470. num. 55. a Clemente VI, ad quinquageſimum contractus. num. 56, ab Vrbano VI. ad trigeſimum tertium redactus. ibid. a Paulo II, ad vigeſimum quintum. num. 57. ea Pauli conſtitutio a Sixto IV, confirmata. num. 58. Iubileus annus a Sixto IV, celebratus. 1475, num. 1. ab Alexandro VI. 1499. num, 25. data facultas applicandæ mortuis indulgentiæ iubilei anni. num, 26. Cardinales iubileo anno ab vrbe abeſſe vetiti. num. 28. iubilæi anni celebritas inſignis, 1500, nu, 1,

Iudæi. odio Chriſti puerum Chriſtianum Tridenti excarnificant. 1475, num. 37, diuinitus detecti affectique ſupplicio. num. 38. Salomon Iudæus Couradum puerum Chriſtianum quod filium ad B. Iacobum Picentem, vt erudiretur deduceret trucidat, 1476, num.30, trucidatum parietis craſſitie condit, ib, obductum parietem fumo obfuſcat. ib, diruto muro B. Iacobi imperio cum viuidum ac vegetum puerum exire vidiſſet perculſus miraculo cum filio Ioſepho chriſtiana ſacra ſuſcipit, ibid Iudæi a Ferdinando & Iſabella Regibus eiecti ex Hiſpania ni fidem amplecterentur, A.1492. n, 8. centum & ſeptuaginta familiarum millia ex ijs ſolum vertunt. ib. magna pars ſub corona vendita: alia miſere perit. ib. in Megalopolenſi principatu Iudæi Euchariſtiam confodiunt. num.9. cruore diuinitus manante detecti addictique ſupplicio. nu.9. Iudæi e Luſitania pulſi ab Emanuele Rege. 1496. num.26. impuberes iis erepti & in fide Chriſtiana educati. ibid. plures ſibi vim intulerunt, vel filios necant. ibid. alij ficte baptiſmum ſuſcipiunt. ib.

Iudices ſæculares. iuſſi latas in hæreticos ab inquiſitoribus ſententias exequi non perſpectis litis inſtrumentis. 1480. nu.79.

Iulianus Sixti IV. ſororis filius. creatur Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula. 1471. num. 79. Tifernum occupatum a Nicolao Vitellio obſidet. 1474. num. 17. vrbe nonnullis legibus parum honeſtis potitus. ibid. illius fratri Ioanni Senogallia inique data a Sixto. num. 20. mittitur legatus in Gallias ad Ludouicum XI. 1476. num. 1. iuſſus exponere continuas clades a Turcis acceptas & Caffæ excidium, num. 2. vt alia regna ſubijcere meditetur, ibid. ampliſſima augetur poteſtate, vt pacem componat. ibid. Aueniocenſi præfectura donatur. num.4. ſecutæ inde turbæ aliquæ. ibid. adducere non poteſt Ludouicum, vt pro tuenda fide arma ſuſcipiat. ib. ædem Lauretanam aduerſus Turcas propugnaculis munit. 1480. num. 32. mittitur in Gallias ad bellum inter Ludouicum Regem & Maximilianum archiducem ſedandum. num. 33. data illi prouincia, vt inter Gallum Anglumque pacem componeret. num. 36. Pariſijs a Gallo Rege honorifice excipitur. num, 37. negat illi Maximilianus liberi in Belgio commeatus ſyngrapham. ibid. dat operam, vt oratores vtriuſque principis de pace acturi Bononiæ conueniant. ib. Tudertinas res componit 1482. num. 15. Tifernum ex Nicolai Vitellij tyrannide vindicat, ib. Ioannem Baluam Cardinalem ex Gallico carcere liberum antea reduxerat, num. 16 offert Cardinali S. Marci ſuffragia ad pontificatum modo ſimoniam perpetraret datis ſuis ædibus Ioanni Aragonenſi. 1484 num. 39. inita factione cum Roderico Borgia vicecancellario inſcijs veteranis deligit noctu Ioannem Baptiſtam Cibo. ibid. tuetur vrbem aduerſus Ferdinandi exercitus irrumptionem parantem. 1485. nu. 41. ad claſſem Genuæ inſtruendam

pro

Digitized by Google

pro Gallis aduerſus Ferdioandum miſſus. A.1486. num. 12. cum diu fruſtra expectaretur pax inira cum Ferdinando. ib. Auximum obſidione cingit ad expugnandum Bucolinum Turcarum ſocium. 1487. num. 6. deditione nuncupata recipit. ib. ſimoniacum ſcelus in creatu Alexandro VI. Pontifice execratur. 1492. num. 25. fugit in Gallias. ib. contendit Alexandrum, vt ſimoniacum armis opprimendum. 1495. num. 1. de Carolo queritur quod contra iuramentum ipſo inſcio cum Alexandro fœdus inuerit. num. 2. cum Alexandro ſuas controuerſias componit. ib. paratas ſibi a Cæſare Borgia inſidias euadit. 1502. num. 11. cum poſtea euertit. ib. ſuccedit Pio III. 1503. num. 19.

Iulianus Medices. in templo a ſacrilegis coniuratis occiſus. 1478. num. 1. natus eſt illi filius poſthumus Iulius qui in pontificatu Clementis VII. nomen geſſit ac ſtirpem mediceam in Florentino principatu aſſeruit. n.3.

Iulius Medices Iuliani Medicei caſi a coniuratis filius poſthumus. in pontificatu Clementis VII. nomen adeptus. 1478. num.3. Mediceam familiam in Florentino principatu conſtabiliuit. ib.

Iulius Aquauiua comes. a Turcis ad quorum graſſationes coerceodas occurrerat cæſus. 1481. nu.24.

Iulius Vrſinus. nefaria eius proditio. 1486. num.8.

Iulius Cæſar e Varano regulus Camerinenſis. ab Alexandro VI. damnatus. 1502. nu. 17.

Iura controuerſa. decretum a Sixto ob appellationes honorificas oouum ius noo queri. 1575. nu. 32.

Iuſtitia. pro iuſtitia io prouincijs caſte adminiſtranda latæ a Paulo II. leges. 1466. no.23.

Iuſtitia diuina. inſigne illius exemplum in protoueſtiarium Trapezuntinum adulterum. 1462. num.39. in filium ingratum quæ matrem domo pepulerat. num.120. in Ioannem Baluam Cardinalem Regis Gallorum proditorem. 1469. num. 21. in ſacrilegos Polonos, qui pixides eucharisticas rapuerant. 1474. num. 8. diuinæ iuſtitiæ exemplum in Adulpho duce iuniore, qui patrem carceri manciparat. 1470. nu. 5. diuinæ iuſtitię exemplum in Lancaſtrenſem familiam ob affectatum regnum. 1472. num. 52. diuinæ iuſtitiæ in Iudæos, qui puerum Chriſtianum excarnificarant exemplum. 1475. n. 40. Kouiaua miſſa in principis a Moſcouitis & Tartaris euaſtata. 1485. nu. 57. inſtaurare eam meditatur Caſimirus Poloniç Rex. ibid. propoſitę indulgentiæ daturis operam illi inſtaurandæ. ib. Kouię Ruſſorumque metropolita conſulens Niphonem patriarcham Conſtantinopolitanum docetur ſequenda decreta Florentinę ſynodi. A. 1486. nu. 86.

L

Lacticinia. Hungaris permiſſa tempore quadrageſimę ab Innocentio VIII. 1485. n. 17.

Lancea dominica. eius ferrum tranſmiſſum a Baiazethe II. ad Innocentium VIII. 1492. num. 15. diſceptatum an in Germania an in Gallia iam ante recepta eſſet. ibid. duo Cardinales ad deferendum illud ferrum tranſmiſſi. ibid. ibid. lanceæ cuſpis a Balduino tantum oppignerata eſt. num. 16. lancea Chriſti quæ circumfertur eſſe in Germania quid ſit. nu. 16. repoſitum ferrum lanceę quæ Chriſtum contigit in baſilica S. Petri. ibid.

Lanzanum. io eius oppidi Ecclesia plura miracula ope B. Virginis edita. 1489. num. 25.

Latinus Cardinalis Vrſinus. miſſus a Pio II. ad regiam coronam Ferdinando conferendam. 1458. num. nu. 29. & ſeq. Pontificem de re geſta certiorem facit. 1459. num. 9.

Laurentius Rouarella epiſcopus Ferrarienſis in Germania internuntius. Bohemos contra Georgium hæreticum crucis ſymbolo inſignire iuſſus. 1468 num. 1. Matthiam Regem confirmat ne ſe a Georgio ſubornari ſinat. num. 13. iuſſus cogere ad officium Suitenſes, qui Sigiſmundi Auſtriaci terras violata pace quinquennali inuaſerant. 1469. num. 16. Pauli II. ad eum literæ cur Georgius reconciliatus Eccleſiæ nō fuerit. 1471. num. 28. Matthiam apoſtolica auctoritate confirmat Boemiæ Regem. num. 32. Alberto duci Saxoniæ ob data Boemis hæreticis ſubſidia cenſuras intentat. num. 35. poſt mortem Pauli II. confirmatur in eodem munere a Sixto IV. num. 36.

Laurentius Zenus archiepiſcopus Spalatenſis idemque patriarcha Antiochenus. in pontificiæ claſſis imperio Oliuerio Carafæ ſubrogatus. 1473. num. 1.

Laurentius Medices. a coniuratis cæſo fratre Iuliano immaniſſimo ſacrilegio ſauciatus dum in Euchariſtia Chriſtus attolitur, vt adoraretur. 1478. num. 1. proditorem ſubterfugit ac ſeruatur. ibid. ſæuitum crudeliſſime in coniuratos. num. 2. publicos inde ſtipatores liberaſque reipublicæ habenas ſuſcipit. num. 3. plurima aduerſus Sixtum IV. molitus erat. num. 4. fauerat Nicolao Vitellio ad Tifernum occupandum. num. 5. Carolo e Montone ſtuduerat, vt Fer[illegible]cy, annidem inuaderet. num. [illegible] turbas in Italia concitare a[illegible] erat. ibid. rebellantibus Anguillariæ comitibus opem porrexerat. num. 7. venientes ad curiam Romanam ceperat. ib. eccleſiaſticam auctoritatem Piſani archiepiſcopi odio calcauerat. ibid. plures innocentes vindictę cupidine efferatus trucidauit. num. 9. Piſanum archiepiſcopum publice laqueo præfocari iuſſit. ibid. in plures eccleſiaſticos inſontes ſæuitiam ſuorum opera exercuit. ibid. decretoria ſententia percellitur ob violatum ius eccleſiaſticum. num. 10. obiectæ Florentinis pœnę ſi illi fauerint. nu. 11. Raphaelem Riarium Cardinalem e cuſtodia liberum dimittit. num. 13. Mediolani dux & Veneti & Gallorum Rex & plures alij ipſi ſtudent. ib. & num. 14. peruicaciſſime ſe gerit aduerſus Pontificem. num. 26. roganti pro eo Gallorum Regi reſpondet Sixtus pœnitenti Laurentio veniam datum iri. ibid. initę cum eo inducię & pacis interpretes creati Reges Galliç & Angliç. num. 29. compromiſſi leges violat. ibid. pro eo Pontifici conciliando varię legationes a Regibus miſſę ad Sixtum. 1479. nu. 8. apologeticę io eum & Florentinos Sixti literę ib. & n. ſeq. a Pontificis & Ferdinandi Regis exercitu ad mœnia Florentiæ promoto in extremum diſcrimen adductus. num. 19. Ferdinandum ſupplex adit illique promiſſo annuo vectigali conciliatur. ibid. ita ad pacem Sixtum adigit ad quem oratores pro venia poſcenda mittit. ibid. & 1480. n. 68. eorum oratio. n. 70. Ferdinandi Regis partes tuetur aduerſus Innocentium. 1486. num. 6. obiurgatus a Caroli VIII. oratoribus quod Florentinos ſubornarit. ib. dolo militari Robertum Sanſeuerinatem ducem eccleſiaſtici exercitus ſuſpectum reddit Innocentio. num. 16. cogit Innocentium ad pacem amplectendam. ibid. vadimonio ſe obſtringit pro Ferdinando. num. 19. ſed nulla fides ſeruata. ibid. Bucolinum Auximi tyrannum Turcas in Picenum euocantem blanditijs ſibi conciliat atq; ad dedendum Auximum pellicit. 1487. ib. Genuenſes magno prelio deiicit. n. 8. Serezanam illis adimit. ibid. eius filius Ioannes ſacra purpura donatus, qui poſtea fuit Pontifex. 1489. num. 20. eius obitus. 1492. num. 31. pietas eius in ſuſcipiendo viatico. 1492. ibid.

Laurentius Colunna. in ius vocatus ſpernere auſus iudicium. 1484. nu. 12. captus a Sixto IV. capite minuitur. ib.

Laurentius archiepiſcopus Beneuentanus Innocentij VIII. fratris filius. creatus Cardinalis contra leges. 1489. num. 19.

Lauretana ædes. a Paulo II. ſtructa circa aliam ędiculam diuinitus translatam.

Digitized by Google

I N D E X.

latam. An. 1471. num. 57. in ea ædicula B. Iacobus Picens e grauiſſimo morbo recreatus. num. 81. in eadem a dæmonum vexatione vindicatus. ibid. & de morte imminente factus certior. ib. cum Turcæ eam diripere molirentur diuinitus a B. Virgine terrore immiſſo fugati. 1480. n. 38. cōmunita propugnaculis a Iuliano Ruburco Cardinale. ibid. in Lauretana æde ſeptem dæmones a muliere abacti. nu. 21.

Legatus Cardinalis. quo honore exceptus Neapoli, 1494. nu. 5.

Lemnos inſula. a Mahomete II. erepta Pontifici. 1461. num. 42. erepta Turcis a Venetis. 1463. num. 57. Virginis virtute defenſa contra Turcas. 1476. num. 9. a Venetis dedita Mahometi II. cum aliis pluribus arcibus, vt pacem ab eo emerent. 1478. num. 40.

Leodienſes. concitantur ad defectionem in Burgundum a Ludouico XI. 1466. num. 17. diſſentiunt cum Ludouico Borbonio detrectante ſacra epiſcopalia ſuſcipere. ib. in Ludouicum epiſcopū copias educunt. 1467 num. 22. Hoyum expugnant illumque fugant. ibid. delentur a Carolo duce. ibid. veniam poſcunt quæ iis data ea lege, vt propugnacula euertantur. ibid. ſumma ſtrage affecti a Carolo. 1468. num. 32. immaniſſime capta vrbe trucidati ad quadraginta millia. ib. & nu. 33.

Leonellus epiſcopus Concordienſis. orationem habet ad Cardinales poſt Innocentij mortem de inſtituendo Pontifice optimo. 1492. nu. 23. & 24.

Leonora Ioannis Regis Nauarræ filia. nupta Gaſtoni fuxenſi comiti a patre perduellis pronuntiata ob affectatum ante tempus Nauarræ ſceptrum. 1466. num. 19. materno iure Nauarræ regnum ſibi aſſerere annititur. 1467. num. 21. materno iure defuncto Carolo fratre Nauarræ regno ſuccedit. 1472. num. 25. vir eius obit cum regnum eſſet initurus. ib. plura illi offert Ludouicus Rex Francorum, vt Nauarram Gallico regno adiungat. ib.

B. Leopoldus dux Auſtriæ. miraculis inclareſcit deque eo in ſanctorum numerum referendo rogat Sixtum IV. Fridericus. 1483. num. 58. ſanctorum cathalogo ſolemni ritu ab Innocentio VIII. adſcriptus. 1485. num. 54. in coniugali ſtatu mire rebus diuinis addictus. ibid. in principatu adminiſtrando eius virtus emicuit. ibid. templum Virgini poſuit. num. 56. miraculis inclaruit. num 56. miro obſequio Pontificem coluit. num. 60. peculiaris S. Petri filius dici ſolitus ab Innocentio II. ibid. anniuerſaria eius memoria celebrari iuſſa. ibid. transferri iuſſæ eius reliquiæ. ib.

Lesbus inſula. a Mahomete II. erepta Pontifici. A. 1461. num. 42.

Lex diuina. quæ ſint illius propria. 1461 num. 101. fulciri debet diuino teſtimonio. num. 102. illius veritas probatur ex tot Chriſtianorum miſerijs æquo animo toleratis. nu. 108.

Lex Moſaica. fingitur a Mahomete aduerſari bonæ. 1461. num. 94. legis Moſaicæ perfectio eſt Chriſtiana. ibid.

Lexicon hebraicum. opera Ximenij Cardinalis editum. 1502. nu. 25.

Liberottus Firmi regulus. dolo necatus a Cæſare Borgia. 1503. nu. 8.

Libertas. ad hanc Germanos vocat præſtigiator. 1476. num. 16. politicam ſacram & prophanam euertere nititur. ib. ignibus traditur. ib. hunc imitati ſunt nouatores & quia impuniti tot mala inuexere. ib. affectatæ libertatis ſpecie Germaniæ populi ad rebellionem concitati. 1502. num. 23. præcipua coniurationis capita. ib. nouum imperium cum nouis legibus ac noua religione promiſſum. num. 24.

Libertas eccleſiaſtica. 1491. n. 17. conſtitutio Innocentij pro ea aſſerenda. 1491. num. 17.

Libri hæreticales. mandari typis. 1500. num. 36. iuſſi ad epiſcopos deferri & flammis aboleri. ibid. vetiti libri mandari typis ſine epiſcopi venia. ibid.

Liuonia. a Moſcouitis infeſtata. 1485. num. 16. iuris eſt ſedis Apoſtolicæ. ibid.

Louanienſis academia. in ea proſeminati nonnulli errores. 1470. num. 51. Pauli II. diligentia euulſi. ibid.

Loxa Maurorum arx. a Ferdinando Rege expugnata. 1486. num. 51.

S. Lucæ. illius reliquię vaſtata a Turcis Boſnia Venetias translatę. 1463. num. 18.

B. Lucia ſanctimonialis. ſtigmata diuinitus impreſſa omnibuſque conſpicua geſtat. 1500. num. 58. ferijs ſextis manat ex ijs ſanguis. ib.

Lucmumenſes. immaniſſimis odijs certant cum Foyanenſibus. 1473. num. 15. diuino prodigio conciliati. nu. 17.

Lucretia Borgia notha filia Alexandri VI. abſente Alexandro impudenter publicam rem adminiſtrat in pontificio palatio. 1501. n. 21. eius vir a fratre cæſus, vt ſplendidiores nuptias adipiſceretur. ib. nubit Alfonſo ducis Ferrariæ primogenito. ibid. abalienata ad eam ditandam Eccleſiæ iura. ibid.

Ludouicus Borgia Calliſti nepos. donatus a Calliſto Spoletano ducato peſſimo exemplo. 1458. num. 25. mortuo Calliſto pellitur. ibid. Aſſiſium Iacobo Picciuino vendit exiguo auro. ibid.

Ludouicus Minorita. miſſus a Calliſto III. in orientem ad commouendos Reges contra Mahometem. An. 1459. num. 49. & 51. deſignatus patriarcha a Chriſtianis orientalibus; ad Europæos Reges ac principes pro iungendo in Mahometem fœdere miſſus. ib. ad Pium II. Romæ legationem obit. num. 101. expetitur in patriarcham a Regibus orientalibus. num. 102. miſſus a Regibus orientalibus ad occidentales pro iungendo in Turcas fœdere. 1461. n. 35. creatur orator a Pio II. vt occidentales Reges ad bellum Turcicum incitet. ibid. ad Carolum Francorum Regem irrito exitu legationem obit. ib. illius ad Philippum ducem Burgondiæ oratio. ibid. intereſt Ludouici XI. coronationi. num. 37. traducitur veluti impoſtor a nefarijs politicis. ib. ſumpta ex eo occaſio quod mandata apoſtolica tranſgreſſos aurum eleemoſynæ ſpecie corraderet. ibid. ſoluendarum legum canonicarum ius ſibi inique arrogat. ib. literæ Apoſtolicæ quibus orientis patriarcha deſignabatur illi denegatæ. ibid. ſe patriarchalibus ſacris præter fas initiandum curat Venetijs. ibid. iuſſus in vincula conijci cum ſuis aufugit. ibid. decernitur orator ab Vſumcaſſano ad Paulum II. pro ineundo fœdere contra Mahometem II. 1471. num. 48. & 49.

Ludouicus Bauariæ dux. pacem init cum Alberto Marchione Brandeburgenſi internuntij pontificij opera. 1459. num. 55. iniquo bello Fredericum Imperatorem laceſſit. 1461. num. 15. detrectanti iuri ſtare obiectæ cenſuræ. ib.

Ludouicus Sabaudus princeps. nubit Carolę Reginę Cypri. 1459. num. 86. Cyprum profecturus Pontificem adire Mantuæ contempſit. ib. regni beneficiarium ius exambit a ſultano Ægyptio. ibid. prefertur illi a barbaro Iacobus nothus. ib. & 1460 num. 93. decernit oratorem ad Sultanum, vt eum de iure doceat & amplius vectigal ſpondet. num. 94. repellitur hortatore Mahomete II. ibid. petitus bello occidentalium implorat auxilia. num. 95. ſpoliatur regno atque in arcem Cerinenſem confugit. num. 96. obſidione cingitur. ib. & 1461. n. 31. Carola Regina in occidentem venit ad quærenda auxilia. ibid. ex Sabaudia miſſa illi ſubmiſſa. nu. 34.

Ludouicus XI. Francorum Rex. ſui matu patrem Carolum ad mortem adigit. 1461. num. 37. audita patris morte e Belgio profectus paternum regnum corripit. ibid. ab orientalium Regum oratoribus rogatus, vt fœdus iungat aduerſus Mahometem II. eos, vt impoſtores male traducit. ibid. expoſiti illi a Pio II. Mahometis progreſſus. num. 173.

Cypro.

Cypro & Hungariç extremum exci-dium imminere ſignificatum. ibid. propoſita gloria ſi Chriſtianum imperium ſeruauerit. ibid. Philippum ducem Burgundiæ in ea expeditione illum ſecuturum. num. 114. ſacra prece luſtratus enſis ad eum a Pio tranſmiſſus. ib. qui verſus enſi inſcripti. ib. Philelphi ad eum de bello ſacro ſuſcipiendo cohortatio. nu. 115. mouetur, vt legem pragmaticam tollat. num. 116. a religione & iuſtitia regnum auſpicari viſus. nu. 117. pragmaticam abrogandam decernit. ibid. profitetur vouiſſe eam antiquaturum patro regno. ib. conditam per ſeditionem tẽpore ſchiſmatis. nu. 118. ſpretis politicorum ſententijs ſe conſentire cathedræ Petri profiterur. n. 119. ſe rebelles compreſſurum ſpondet. ib. Margaretam Angliæ Reginam ex Eduardi Eboracenſis carcere redimit ea lege, vt Renati parentis iura in prouinciam in ipſum traducat. n. 135. inſignem legationem decernit ad Pium II. qua duo Cardinales ſunt functi. 1462. n. 8. quadraginta millia equitum peditumq; triginta millia aduerſus Turcas Pio offert ſi Renato Neapolitani regni iura aſſerat. ibid. reſpondet Pius non verbis, ſed facto opus, ea modo alpes tranſcenderint, omnia ex voto illi ſucceſſura. nu. 9. Dienſem & Valentinenſem comitatus Pio dat. n. 11. rogatus a Pio II. vt cum Philippo Burgundiæ duce arma in Turcas vertat ſequaturque Pontificem Pij conſilium irridet. 1462. num. 34. interpretatur in Ferdinandi gratiam inania commenta fingi. ibid. Ruſſinonenſis comitatus pactione illi datus a Ioanne Aragonum Rege, vt ſibi pro retinenda Catalonia opem ferret. num. 44. cum Eduardo Angliæ Rege de pace agitat. num. 48. eo negante cedere vetera in Aquitaniam & Normanniam iura Henricum Regem tuendum ſuſcipit. ib. dat auxiliarem exercitum Margaretæ Reginæ. ib. ea cum viro fuſa. ib. graues iras in Pium II. ob poſtratas in Neapolitano regno ad Ferdinandi gratiam Gallicas res concipit. num. 81. graues in eum querelas fundit. ibid. temere libertatem eccleſiaſticam infringit. ibid. miſſi ad eum pro conciliandis in regno Neapolitano inducijs internuntij. n. 82. oborta diſſenſionis cauſa res diſturbata. ib. in Ludouicũ Regem deriuat Philippus culpam non impleti voti turcicæ expeditionis. 1464. num. 30. Liguriæ iura in Franciſcum Mediolani ducem transfert. num. 70. magnam inde Gallorum procerum inuidiam contrahit. ibid. temere bellum mouet Britoni. 1465. num. 10. bellum ciuile in eum conflatum. ibid. quæ fuerint ipſi obiecta. num. 11. qui principes in eum fœdus coiuerint. ibid. pugna ad montem Letbericum commiſſa vincitur. nu. 12. conſultum illi a duce Mediolanenſi ne ſe periculo committat. ib. coniuratorum fœdus admiſſis ſingulorum petitis diſſoluit. n. 13. deinde de ſingulis vltionẽ experit. ib. Leodienſes in Burgundum concitat. ib. Carolum fratrem ab alijs proceribus ſeiunctum adortus Normanniam recuperat. A. 1466. nu. 13. & 14. ad Paulum II. legationem mittit. ibid. eius literæ ad Paulum. ibid. obſequium in ſedem Apoſtolicam commendat. num. 16. Dionanteos in Carolum Burgundum concitat. num. 17. a Galeatio duce Mediolanenſi fœdere italico comprehenditur, vt pote qui ipſi Genuæ & Saonæ ius fiduciarium contuliſſet. 1468. num. 27. cum Carolo duce in Leodienſes quos concitarat conſpirat. num. 32. proditur a Ioanne Balua Cardinale conſiliorum participe. 1469. num. 21. interceptæ ſunt diuinitus literæ quibus Carolus Burgundus concitabatur aduerſus Ludouicum. ibid. Ioannem Cardinalem & Guillelmum epiſcopum Virdunenſem proditionis reos carceri mancipat. ibid. epiſcopis decretis a Pontifice committendam eorum cauſæ cognitionem contendit. ibid. fratrem Carolum ad colloquium allicit. num. 22. optionem illi dat, Aquitaniæ, vel Campaniæ pro Normannia. ibid. pace cum illo redintegrata Gallias pacat. ib. calicem ex auro puriſſimo ad Eccleſiam Lateranenſem mittit. num. 44. voto ad id ſe aſtrinxerat. ibid. eo deprecante Carolus Burbonius Venuſino comitatui præfectus a Paulo II. num. 45. Carolum ducem Burgundiæ bello appetit. num. 49. reſtitui ſibi ad Somonam vrbes depoſcit. ibid. ab archiepiſco Turonenſi ſollicitatur, vt fidem Chriſti contra Mahometem II. tuendam ſuſcipiat. 1471. num. 43. pollicetur arma in Turcas diſtringere. ib. pij eius motus breui extincti. num. 45. Ambianum Royam & Mondiderium repetit a Carolo Burgundo. num. 45. florentiſſimam occaſionem debellandi Mahometis amittit. nu. 50. inuitat Beſſarionem, vt legationem in Gallijs demandatam obeat. 1472. num. 7. a peruerſis ſubornatus ſententiam de ſacro bello gerendo mutat. ibid. vrgetur a Beſſarione, vt cum æmulo Carolo fœdus pangat. num. 8. arma vertat in Turcas. ibid. inſtat econtra, vt Burgundus & Brito anathemate percellantur. ibid. in pertinacia obfirmatus legatum re infecta abire ſinit. ibid. ferro flamma veneficio certat cum Carolo Burgundiæ duce. num. 12. grauis in eum a Carolo Burgundiæ, Franciſco Britanniæ, Carolo Aquitaniæ ducibus conflata coniuratio. ibid. in aduerſis præſidium Virginis implorat ac pulſandæ meridie campanæ ad repetendam ſalutationem angelicam morem inducit. ib. Carolum fratrem veneno ſuſtuliſſe Iordani venefici abbatia opera dicitur. ib. mox immiſſis copijs Aquitaniam recipit. ibid. Britonem ſibi conciliat diuellitq; a Burgundi fœdere. ib. illata interea eius regni prouincijs finitimis a Burgundo vaſtitas ib. mittit legationem ad Sixtum IV. n. 13. obtinet, vt Carolus Borbonius archiepiſcopus Lugdunenſis Auenionenſem legationem gerat. ibid. eius literæ ſupplices de ea re. n. 14. Sixto IV. vt vero Chriſti vicario obſequium defert. num. 15. Leonoræ Nauarrici regni hæredi plura defert vt Nauarram Gallico regno adiungat, ſed irrito exitu. ibid. fœdus init cum Frederico aduerſus Carolum ducem Burgundiæ. 1475. num. 4. Carolus Burgundiæ dux in Ludouicum exciuit Eduardum Angliæ Regem. num. 6. petitus bello ab Eduardo Rege ſeptuaginta quinque millium aureorum vectigal pollicitus pacem cum eo init. num. 7. Carolum Burgundum ab Anglo deſertum ad pacem adigit. num. 8. Renatum ducem Lotaringiæ prodit, vt in Lucemburgenſem vindictam exerceat. nu. 9. fraude interceptum obtruncat. ibid. inanibus promiſſis Luſitanum Regem deludit. num. 18. fugientem illum diſſimulato cultu retrahit e fuga atque eum honorifico comitatu Vliſſiponem dimittit. 1476. num. 13. cæſo Carolo Burgundiæ duce fiduciarias Gallicæ coronæ prouincias armis repetit. 1477. num. 4. Mariam Burgundam eius filiam ſpoliare mauult quam in nurum aſciſcere. ib. maximum in eo errorem admittit. ibid. Florentinorum partes aduerſus Sixtum IV. amplectitur. num. 13. de inſtauranda pragmatica ſanctione agit, ſed leuitatis notam ſubire metuit. num. 14. minacem legationem ad Sixtum mittit. ibid. eius oratores de induſtria ſerius auditi, vt interea iræ mitigarentur. ibid. quę ſint ab ijs propoſita. ibid. quæ fuerint a Sixto reſponſa. num. 19. oſtenſum non licere ipſi iudicio ſummi ſacerdotis reſiſtere. ibid. propoſitum illi Caroli magni exemplum. ibid. poſtulanti concilium œcumenicum quid illi reſponſum fuerit. num. 22. docetur Regem non iudicare debere de eccleſiaſticis. num. 26. pacis arbiter inter Pontificem & Florentinos vna cum Eduardo Anglorum Rege creatur. num. 29. certat cum Maximiliano Auſtriaco. num.

num.34.ingentem ab eo cladem accipit. ibid. Iulianus Cardinalis ad pacem inter eum & Maximilianum componendam miſſus. A.1480.nu. 35. Iulianum magnifice excipit. num. 37. quæ fuerint illius controuerſiæ capita. ibid. fœdus init cum Sixto IV. ad pellendos ex Italia Turcas. 1481. nu. 3. Gallicas acies contra Turcas educere pollicetur. num. 5. trecenta aureorum millia ſubſidiaria pollicetur. n.15. Baluam Cardinalem eccleſiaſticæ poteſtati permittit eumque vinculis liberat. num. 16. calicem ingentis pretij ad Eccleſiam Lateranenſem mittit. 1482. num.44. trahere illum nituntur Veneti, vt prouocari a Pontifice ad concilium iure poſſe contendat. 1483. num. 22. pontificijs decretis parendum decernit. ibid. S.Franciſcus de Paula iuſſus a Sixto rogare Deum pro ſalute Ludouici Regis. num.22. interprete Pontifice eum in Gallias ob miraculorum famam exciuit. nu. 28. manus genibus & venerabundus eum excipit. ibid. fit certior a Sixto iuſſum S. Franciſcũ de Paula pro ipſo Deum orare. num.29. viro ſancto concredit animam. num. 30. Ruſſinonenſem comitatum iniecta a viro ſancto religione reſtituit. ibid. Dienſem & Valentinenſem comitatus Hieronymo Riario Sixti nepoti tradit. ibid. nonnulla eius vitia in pia opera commutata. ibid. ne auertis decumis iniecta illi a S. Franciſco religio. num.32. Sixtum rogat, vt conſtitutiones ordinis S. Franciſci Paulani confirmet. ib. ſacræ reliquiæ ad eum a Sixto tranſmiſſæ. num.33. S.Franciſci de Paula precibus & opera vitam pie claudit. ib. ſuccedit illi filius Carolus VIII. nu. 34. quæ fuerint illi a Ludouico monita data. ibid. elogio quo a Sixto commendatus. num.35.

Ludouicus Libretus regio ſanguine ſatus. creatus Cardinalis a Pio II. 1461. num.121.

Ludouicus Bauariæ dux. Georgio Regi Boemiæ heretico perſuadet, vt internuntium apoſtolicum e carcere educat. 1462. num. 20.

Ludouicus Fregoſus. quater Genuæ ducatum geſſit, totieſque velut inutilis cum dedecore eijcitur. 1462. num. 51.

Ludouicus tit. SS.IV. coronatorum Card. decernitur legatus in Aragoniam ad reſtituendam pacem. 1464.num. 32.

Ludouicus Lauredanus. Turcas e Peloponeſo depellit. 1464.n.63.

Ludouicus dux Aurelia poſtea Rex Francorum dictus XII. a patre Carolo duce Aurelianenſi pietate illuſtri dum triennis eſſet orbatus. 1465. num. 14. floruit armis & fælicitate dum paruit Romanis Pontificibus. ibid. a Ludouico Sfortia laceſſitus Nouariam aliaſque arces illi eripit. A.1495.nu. 31. imparatum opprimere potuit. ibid. obſidetur Nouariæ atque in diſcrimen adducitur. ibid. liberatur pactione a Carolo Rege. ibid. ſuccedit Carolo VIII. in Francorum regno. 1498. num.3. Hieroſolymitanos & Siculos & Mediolanenſes titulos in ſua inſcriptione noua coniungit. num. 4. matrimonium cum Ioanna Valeſia contractum diſſoluendum curat. num. 4. fauet illius voluntatibus Alexander VI. ibid. Annam Britanniæ duciſſam Caroli VIII. viduam ducit. ib. ex Ludouici flagitio Ioanna ſanctitatem conſectata. num. 6. Mediolanenſem ducatum ſibi iure debitum contendit. num. 15. exercitum immittit in Inſubriam atque Alexandriam euaſtat. ibid. Ticinum & aliæ vrbes illi deditionem faciunt. ibid. Mediolanenſis arx illi dedita. ibid. a Mediolanenſibus ſplendide excipitur num. 20. Genuenſes in ditionem eius ſe conferunt. num. 21. Cremonam & agrum cis Abduam relinquit Venetis ex fœdere. num. 21. redit in Gallias. num. 24. bellum iuuentat Baiazethi II. irrito & inani exitu. 1500. num. 18. Mediolanenſem ducatum reuerſo Ludouico Mauro duce magna ex parte amittit. num. 22. & 23. ducum opera Ludouicum Maurum ducem capit & principatum Mediolanenſem recuperat. num. 24. & ſeq. debita ſibi regni Neapolitani iura contendit. 1500. num. 27. fœdus init cum Henrico VI. Anglorum Rege. num. 28. de limitibus controuerſias cum eo componit. num. 29. affinitatem cum Cæſare contrahit deſponſa Claudia Carolo Maximiliani nepoti. 1501. num.5. ſollicitatur, vt arma ſtringat in Turcas. ibid. Ioannem Bentiuolum ſuo patrocinio tegit petitum bello ab Alexandro VI. num. 16. conciliat ipſi ea lege, vt vectigal pendat. ib. magi conſuetudine delectatur. 1501 num. 49. illum auro donat quem ſupplicio afficere debuerat. ibid. iactat fallaces ſpes gerendi contra Turcas belli. num. 50. exercitum immittit in regnum Neapolitanum ibid. cum Alexandro VI. & Ferdinando fœdus init in Fredericum. ibid. Alexandri VI. diploma quo Neapolitani & Hieroſolymitani tituli illi conceſſi. num.53. Calabriam & Apuliam Ferdinando conceſſit ex pacto. num. 56. quas pactiones inierit cum Alexandro. num. 57. vetitum illi imperium iungere cum regno. num. 59. Fredericum regno cauit. num. 73. Fredericum Regem ad ſe venientem ampliſſimo comitatu ſtipendijſque liberaliter donat. num. 74. remiſſum illi ab Alexandro vectigal Neapolitanum. num. 75. eius duces cum Ferdinandi Hiſpani ducibus de limitibus contendunt. A.1502. nu.15. belli cauſæ factæ ab Hiſpano ex induſtria creuit. ibid. accedit in Italiam ac ſuis ſupplementa mittit. ibid. redeunte eo in Gallias res ipſius, quæ fuerant erectæ inclinatæ ſunt. ibid. eius triremes ne in Hiſpanorum poteſtatem inciderent incenſæ. num.11. Chriſti cauſam non aliter ac Hiſpanus deſeruit. 1503. num. 2. Philippi archiducis opera pacem cum Ferdinando Rege & Maximiliano Cæſare componit. num. 3. repudiata pace a Ferdinando, deluditur. ibid. eius duces a Germanis Hiſpanorum ſocijs contuſi. num.4. eiuſdem claſſis ab Hiſpanis victa. num. 5. prælio crudeliſſimo terreſtri eiuſdem duces cæſi in regno Neapolitano. ibid. ingentem expeditionem adornat in Hiſpaniam. num. 7. exercitum immittit in regnum Neapolitanum. num.14.

Ludouicus patriarcha Aquileienſis idemque tit. S.Laurentii in Damaſo Cardinalis. eius obitus. 1465. num. 15.

Ludouicus Cardinalis SS. Petri & Marcellini. pia eius mors. 1465. num.15. ſumpturus Euchariſtiam e lecto in terram iuſſit ſe deponi. ib.

Ludouicus Borbonius deſignatus epiſcopus Leodienſis. detrectat ſacris initiari. 1466. num. 17. ſana reſpuit conſilia. ibid. in eum Leodienſes inſurgunt indeque natum bellum funeſtum. ibid. expugnato Hoyo fugatus. 1467. num.22. ſuſceptum eius cauſa a Carolo Burgundiæ duce in Leodienſes bellum. ibid. cæſus 1485. num 51. ſecuta inde grauiora mala. ib

Ludouicus Cruciferorum magiſter. pacem init cum Caſimiro Poloniæ Rege. 1466. num. 31. Pomeraniam Chelmenſem & Michalouienſem prouincias illi reſtituit. ib.

Ludouicus Morbiolus Bononienſis. 1472. num. 63. mira vita illius aſperitas. ib. totus in Ieſu crucifixi meditatione verſabatur. ib pie obit & miraculis inclareſcit. ib.

Ludouicus Lucemburgenſis magiſter equitum in Gallijs. prodito Gallo Rege Eduardum Anglorum Regem hortatur, vt in Galliam irrumpat ac Burgundo fœdere iungatur. 1475. num.9. a Burgundo proditur Gallo Regi. ib. a carnifice cæſus, vt proditor. ib.

Ludouicus Franciſci Sfortiæ ducis Mediolanenſis filius. Galeatio Maria fratre cæſo a Cicho procuratore ducis Ioannis Galeatij ne principatum affectaret in exilium pulſus. 1477. num. 2. reuocatus a populo Cicchum plectit capite, retumque administrationem capeſſit. ib. mille equi-

Digitized by Google

equites mittit ad Bocolinum Turcas in Picenum euocantem. 1487. num. 6. eumdem poſt deditionem ſcelere famam adeptum euocat Mediolanum Florentia. num. 7. interceptum, vt proditorem Chriſtiani imperij deterrimum, ſuſpendio necat. ibid. dum laceſſit Ludouicum ducem Aurelianenſem Nouariam aliaſque arces amittit. 1495. num. 31. Aurelianenſem Nouariæ obſidet. ibid. ec recepte pacem init cum Carolo Rege ea lege, vt Genuæ imperium acceptum referat Gallo Regi. ib.

Ludouicus Maurus Sfortia. politicis cauſis impulſus Baiazethem II. concitat in Chriſtianos. 1499. num. 5. ad eum principatu ſpoliandum Galli coniurent cum Venetis. num. 10. grauiore bello petitur a Ludouico XII. Galliæ Rege. nu. 15. e principatu pulſus in Germaniam fugit num. 16. arcem Mediolanenſem proditori quam fratri Aſcanio Cardinali committere maluit. ib. Venetis exprobrat Gallos Mediolanenſi principatu potitos in Venetam ditionem arma conuerſuros. num. 17. creditus euerſus e principatu ob flagitia. num. 18. momento e ſummo culmine in imum deiectus. num. 19. reuerſus a Germania principatum magna ex parte recuperat. 1500. num. 22. & 23. funditur a Gallis & capitur. num. 24. eius criminibus aſcripta ea clades. ib.

Ludouicus Borgia. creatus Card. S. Mariæ in via lata. 1500. num. 57.

Ludouicus epiſcopus Caputaquenſis. creatus Card. tit. S. Agathæ. 1500. nu. 57.

Lues venerea. Gallos Neapoli conficit. 1495. num. 36. vt eſſet ſcortatorum flagellum a Deo immiſſa. ibid. de cauſis illius naturalibus. num. 37. diuinæ iræ in peccatores illam aſcribit Cæſar. num. 39.

Lutherus. eius & pſeudoeuangelicorum hæreſis rudimenta quænam fuerint. 1502. num. 23. & 24.

M

MAgi. dæmonem adorant & ſpectri natibus oſculum libât. 1459 num. 86. donari pecunia & dapibus ſaturati ruunt in libidines. ib. exercita in eos acerbiſſima quæſtio. ib. damnati, qui dæmones conſuli poſſe aſſeruere. 1473. num. 24. in Hiſpaniola ſibi mentem eripiunt, vt arripiantur a dæmone. 1500. num. 41. idem agunt in Braſilia. num. 48. magici ritus ab Indis orientalibus vſurpati. num. 52. & 53. Pariſienſis academiæ decretum aduerſus magos. num. 24. malaficia magica magicis repellere non licet. ibid. ſacris magi abutuntur. ibid. imaginum ſub certis ſignis & diebus confectio magica oſtendacit. ibid. hortenda mala ab ijs patrata. 1501. num. 42. magus Apollonium Tyaneum ſimulat. 1501. nu. 49.

Mahometani. quantum diſſetant a Chriſtianis. 1461. num. 52. diuinitatem & immortalitatem animæ fatentur. ib. Chriſtum ex Virgine natum & prophetam aſſerunt. num. 59. negant Deum eſſe, vel mortuum. ibid. ſequuntur hominem ſine ratione & ſine miraculis. ib. eorum teſtimonio Chriſtus Mahometem vincit cum dicant viuere Chriſtum & mortuum Mahometem. ibid. conſentiunt vnum eſſe Deum creatorem cœli & terræ. num. 60. diſſentiunt dum eum corporeum & prouidentiam negant. ibid. eorumdem ineptiæ cur negent Dei filium. ibi eorumdem argutiæ ob quas negant Verbi incarnationem diſſoluuntur. num. 68. negant ſecundum Chriſti aduentum. num. 70. in quo beatitudinem collocent. num. 71. refellitur porcinus eorum paradiſus. num. 72. creduat Deum peccati auctorem negantque prouidum. num. 77. refelluntur. ibid. aliarunt angelos ex igne creatos & mori. num. 78. dæmones per alcoranum ſaluandos ſomniant. ibid. animam eſſe portionem animæ Dei. num. 79. cœlum ex fumo formatum. num. 80. aſſerunt Chriſtum fuiſſe prophetam veracem & quid ex eo conſequatur. num. 82. ſomniant veterem legem a Iudæis nouam a Chriſtianis corruptas. nu. 85. creuit Mahometiſmus vitiorum licentia. num. 86. refelluntur Mahometanorum mendacia de corrupta ſacra Scriptura. num. 89. eorum obiectio quod noua lex aduerſetur veteri diſſoluitur. num. 93. ſi ex victorijs comprobanda vera religio eſt, eæ ſunt quę diuina virtute partæ ſunt. num. 96. Mahometanorum victorię non oſtendunt veram eſſe eorum legem. num. 97. cur vincantur fideles ab infidelibus. ibid. maxime iniquus in ſuos eſt Mahometes, qui pro ratione arma obtruſerit. num. 98. norat figmenta ſua pugnare cum ratione. num. 99. ad Mahometanos exortatio Mahometis turpiſſima. num. 101. ob inſanam fabulam vino abſtinent. num. 105. eorum argutia ex Chriſtianorum defectione. n. 108. refellitur. ibid. & num. ſeqq. Mahometani Circaſſios & Caſpios immaniſſime perſequuntur. 1486. num. 64. demum a Chriſtianis arma capientibus deleti. ibid. Mahometanorum inſana ſuperſtitio in ſepulchris obſeruandis. 1488. nu. 14. ſanctitatem ſimulatam ſectantur. in paſcendis auibus ib. vates agunt ex euentibus probabilibus. num. 15. quærunt per ſimulatam abſtinentiam ſanctitatis famam. num. 16. Chriſtianorum inter Mahometanos ſors infelix. num. 17. ſocietas cum Mahometanis periculo plena. ibid.

Mahometes pſeudopropheta. negat diuinam prouidentiam. 1459. num. 62. Arrij, Manetis, Neſtorij & Macedonij errores inſtaurauit, ibid. ſibi aperte in varijs locis contradicit. ibid. vinum prohibet & adulteria laudat. ibid. inſtar belluæ cœleſtem, beatitudinem carnis voluptate definit. ib. finxit Deum corporeum negauitque eius prouidentiam. 1461. num. 61. illius ineptiæ cur neget filium Dei. ib. myſterium generationis Verbi diuini non intellexit cum Arrio. num. 65. ab Arrio & Neſtorio & Macedonio hæreſim contra Trinitatem latentem inter Arabes hauſit. num 64. Sergio apoſtata doctore vſus eſt. ibid. eius impietas contra Trinitatem conuellitur. ibid. & num. ſeq. eius argutia ob quam negat incarnationem Verbi. num. 68. mentitur alium Chriſti loco crucifixum. ib. refellitur. ib. negat ſecundum Chriſti aduentum & confutatur. num. 70. aſinis & ſuibus paradiſum aptum finxit. num. 71. cum Epicuro beatitudinem carnis voluptate definiuit. ib. euincitur carnalem voluptatem non eſſe finem hominis num. 72. beatitudo collocanda in viſione & amore Dei contra Mahometis deliria. num. 73. tribuit Deo corpus idque frigidius glacie. num. 76. refellitur. ib. finxit Deum eſſe auctorem peccati. num. 77. negauit diuinam prouidentiam. ib. dæmones per alcoranum ſaluandos ſomniat. ib. effutit animam eſſe portionem animæ Dei. n. 79. alias fingit animas ex materia produci. ib. finxit cœlum ex fumo factum. n. 80. polygamiam induxit. n. 81. & diuortia. ib. aſſeruit Chriſtum fuiſſe prophetam veracem & eius oracula nó admittit. n. 82. finxit veterem legem a Iudęis nouē a Chriſtianis corruptas. n. 85. mira & impia illius impoſtoris ars. ib. vulgi cupiditatibus legem accommodauit. num. 86. auctoritatem ſacrarum ſcripturarum mendacio euertit. num. 87. intentata morte de ſuis placitis diſceptari vetuit. ib. refelluntur eius mendacia. num. 88. & 89. edituro nouam legem corruptio neceſſaria tantum fuit. num. 91. quod dæmon Porphyrio dixit de Chriſto, idem Mahometes aſſerit. num. 93. obiectio Mahometis quod noua lex veteri aduerſetur refellitur. num. 94. cur alcoranum armis tantum defendi voluerit. nu. 96. non probatur ex victorijs Mahometanorum veram eſſe legem Mahometis. num. 97. & 98. maxime iniquus demonſtratur Mahometes, qui arma pro ratione obiecerit. nu. 98. norat ſua figmenta cum ratione pu-

Digitized by Google

pugnare, num. 99. inuenta illius finxere a dæmone. ib. quorum conſilijs ſit vſus. ib. an illius alcorano legis nomen congruat, num. 100. præcepta de oratione & ieiunio decerpſit ex euangelio, num. 101. turpiſſima ſunt, quæ ſunt propria Mahometis. ib. negauit ſuam legem alio ſtabiliri teſtimonio quam gladio, num. 102. ſuſtulit omnem ſapientiam, num. 103. deliramentis deridiculis ſuum alcoranum farciuit, num. 104. inter quinquaginta millium annorum in terra emenſum eſſe finxit, ibid. aniles fabellas pro oraculis obtrudit. ib. fingit angelos eſſe horrenda monſtra. ib. Deum gelu concretum fingit. ib. inſana eius fabella ob quam vinum prohibet. num. 105. angelos modo fingit homines eſſe luxuriæ deditos, num. 105. deliramenta illius inter ſe pugnant. ib. de ſphærarum cœleſtium craſſitie inepta finxit. ib. ab aſtrologis nonnullis ſomnia ſua mutuatus eſt. num. 106. circa magnitudinem angelorum pugnantia inter ſe aſſerit, num. 107. ſtulte finxit angelos vino & luxuria incaluiſſe, ibid. ex poetis finxit fœminam in ſydus cõuerſam, ib. eius nomen inclamari vetitum in Chriſtiano imperio. 1483 num. 45.

Mahumetica lex, fœdi illius errores expoſiti in Mantuano conuentu. 1459. num. 62. negata a Mahomete diuina prouidentia, ib. inſtaurati ab eo Artij & Manetis impij errores. ib. & Neſtorij & Macedonii. ibid. ſibi aperte in locis varijs contradicit. ibid.

Mahometes II. Turcarum Imperator, indictus ad decernendam in eum factam expeditionem Mantuanus conuentus. 1458. num. 14. Pius II. caſtra in eum ducere meditatus. nu. 16. adiuratus per ſacrum bapti ſma Francorum Rex, vt Pontificem ſequatur euntem aduerſus Mahometem. num. 16. ſollicitati alij Reges. num. 17 Dauid Trapezuntinus Imperator in eum ſollicitatus. 1459. num. 26. rebellat Mahometi Peloponeſus, num. 43. ex Demetrij & Thomæ deſpotarum diſſidio reliquias Græcorum excindere parat. num. 46. filiam Demetrij ſibi deſpondet. ib. Patras amittit, num. 48. in Mahometem coniurãt orientis Reges. num. 49. quantas copias in eum ſpoponderint. ibid. Sinopentis ac Caramanus in eumdem conſurgere parati. ib. ſumpta conſilia de eripienda illi Natolia. num. 50. moniti Latini a Georgianiæ Rege ſi deſint occaſioni euertendi Mahometis nunquam rediturani. num. 51. Synderoniam Hungaris eripit. num. 52. Zendrem in Raſcia occupat. nu. 56. Pij II. de inferendo Mahometi bello oratio. num. 60. Caramanus ſollicitatus a Pio. vt illi bellum inferat. num. 76. Mahometes ferro non verbis rem gerit in Chriſtianos. ib. ſultanum Ægyptium adducit, vt Iacobum ſpurium Ludouico Sabaudo pro gerendo ſceptro Cyprio præferat. num. 86. aduerſus Mahometem indicta ſolemnis expeditio a Pio II. 1460. num 1. quantus aduerſus eum exercitus maritimus & terreſtris decretus, num. 12. & 13. Caramanus & Armenij eum a tergo adoriri pollicit. ib. ex diſſenſione Demetrij & Thomæ deſpotarum vtriuſque opprimendi occaſionem capeſſit. num. 57. Demetrius ſe & ſua illi turpiter dedit. ib. Spartani maluere ſe Pontifici dedere. ibid. plures Græcos, qui ſe Mahometi vltro dediderant necari iubet. ib. tentata aduerſus eum irrito ſucceſſu Germanorum expeditio. 1460. num. 77. hortatur ſultanum Ægyptium, vt Iacobum ſpurium Ludouico Sabaudo præferat ad gerendum ſceptrum Cyprium. num. 94. inſignis orientalium Regum pro iungendo aduerſus eum armorum fœdere ad Pium legatio. num. 101. inſulas Ægæi maris & Peloponeſum populatur. num. 105. varij eius progreſſus. ib. conſpirat cum Ægyptio ad delendum Chriſtianum nomen. 1461. num. 27. Peloponeſum non ſubegiſſet ſi opem tuliſſent occidentales. ib. prohibet Genuenſes ne mari auxilia Caffenſibus afferant. num. 28. in Aſiam expeditionem ducit. 1461. num. 35. fruſtra in eum ſollicitati occidentales Reges. num. 36. Sinopem expugnat. num. 38. vniuerſam Paphlagoniam ſubigit. ib. Trapezuntinum Imperatorem ad deditionem cogit. ib. illum deinde fraude circumuentum pugno interficit. ib. illius tyrannis in patriarchas Græcorum. num. 39. ſubornatur auro, vt perfidis patriarchatum vendat. num. 40. Lemnum Leſbumque expugnat. nu. 42. Samothracem Imbrumque ſubigit. ib. Leſbios italici generis interfici iubet. num. 43. Peloponeſo tota potitur. ib. Demetrium & Thomam Palæologos diſſentientes opprimit. ibi Pij II. ad eum literæ de falſitate Mahumeticæ ſuperſtitionis & Chriſtianæ religionis veritate. nu. 44 & c. Vſumcaſſanum vincit. num. 45. debellendæ Italiæ illi difficultates propoſitæ. num. 45. quales retulerit victorias & de quibus. ibid. non erant veri Chriſtiani quos domuit. num. 47. ſi fiat Chriſtianus auctum iri eius imperium expoſitum ib. plurium Regum, qui ad Chriſtum conuerſi fuere propoſita exempla. ib. & num. 56. Ægyptios Arabeſque & Afros facile ab eo domitum iri. num. 48. expoſita ratio qua imperium retenturus ſit religione mutata. num. 50. monetur, vt inquirat quæ ſit vera religio, num. 57. vaticinia de Chriſto illi expoſita. nu. 58. docetur in quo beatitudo vera conſiſtat. num. 71. tot Cæſarum exempla ad ſequendam veritatem illi propoſita. num. 83. quam honorificum illi futurum ſit ſi Chriſtum profiteatur. num. 83. ſi ex victorijs comprobanda ſit religio, ea ſiue quæ diuina virtute partæ. num. 97. expoſitum, vt diuino prodigio ad Belgradum victus fuerit. ibid. Mahometis victoriæ nil mirabile habuere. num. 97. iniquitas Mahometis expoſita, qui pro ratione arma obtruſerit. num. 98. oſtenſum Mahometi ſi fiat Chriſtianus latiſſime eius imperium propagatum iri. num. 102. ſollicitatus Ludouicus II. Gallorum Rex, vt in Mahometem conſurgat num. [illegible]. poſtulat Matthiam Hungariæ Regem de pace addita lege, vt Valachia & Boſnia turcico adijciantur imperio ac repellitur. 1462. num. 28. Valachiam ſubigit. num. 29. Iaitzam Boſnienſium ſiue Myſiorum regiam expugnat. ib. in eum rebellat Vvladus ſiue Dracules Valachiæ regulus. nu. 30. a puero Draculis fratre quem ſodomitico crimine polluere nitebatur pugione ſauciatur. ibid. eo blandioribus verbis ſubornato abutitur & principem Valachiæ renuntiat. ibid. vaſtat Podoliam. ibid. caput Draculis in acie cæſi dono accipit. ib. Mahometi inferendi belli Pius II. conſilium ſuſcipit. num. 33. Monobaſiam ſiue Spartam expugnat. num. 35. B. Virginis imaginem ad quam totus oriens confluebat ſacrilegijs impudicis fœdat. num. 36. Carolam Cypri Reginam implorantem opem aduerſus Ægyptium ſpernit. num. 39. expeditionem init aduerſus Boſniæ Regem. 1463. num. 14. Bobacium Regiam Boſnenſium corrupto præfecto expugnat. num. 15. interceptum in fuga Stephanum Thomam Boſniæ ad dedendas arces pellicit. ib. cute viuum exuit. num. 16 Mahometis perfidia ac ſæui mores. ib. Iaitzam amittit. nu. 16. illam rurſus obſidet. ib. venientis Matthiæ terrore fugatur. ib. Veneti illi bellum inferunt. num. 21. indicta in eum a Pio II. expeditio. num. 52. horridam crudelitatem exercet in Chriſtianos. 1464. num. 11. ea diuinitus a boue ipſi exprobata. ibid. Iaitza propulſatur. num. 12. metu Matthiæ Hungariæ Regis relictis impedimentis fugit. ib. virium illius deſcriptio. num. 14. ſexaginta exercitatorum militum millia habebat reliquæ turmæ bellandi imperitæ. num. 15. impudicitia illius nefanda. num. 17. & ſæuitia. ibid. confugientes adſe Imperatorẽ Trapezun-

pezun-

pezuntinum & Lesbi principem occidit. num. 18. Chalim tutorem ſuum trucidauit. ibid. ducem clariſſimum ob petitam libertatem fuſtibus fregit. nu. 19. amaſios ebrius obtruncauit. num. 20. Latinos Galatæos trucidari iuſſit. ib. concocto vino mandatum reuocauit. ib. morbo comitiali fuit obnoxius ib. coniurarunt in eum Ianiſſari. num. 21. actum de eo erat niſi a Græco & Conſtantinopolitano excitatus fuiſſet. ib. exinde neminem in cubiculum niſi infra annos duodecim admiſit. ib. polliceri omnia ſolitus cum e re ſua videretur deinde fidem infringere. ib. Peloponeſum amittit iterumque a Venetis recipit. num. 64. Ferdinandum Regem Neapolitanum pertentat num Italiæ imperium armis turcicis velit inuadere. 1465. n. 3. offert illi octingenta aureorum millia. ib. eum de affinitate contrahenda ſollicitat. ib. plura aduerſus Scanderbegum prælia gerit ducum opera. 1465. num. 16. ij a Scanderbego profligati. ib. & num. 17. geminum exercitum aduerſus eum immittit, qui profligatur. ib. ſubornat ſicarios ad trucidandum Scanderbeghum, ſed inſidiæ diuina prouidentia detectæ. num. 18. aperto eum bello petit. ib. deditiios inhumaniter trucidat. ib. eius duces repulſi Croia. num. 19. B. Andream Chienſem ſeducere nititur præmijs, vt fidem Chriſti damnet. num. 20. martyrio illum afficit. ib. in Albaniam irrumpit. 1466. num. 1. Scanderbegum ditione exuit. num. 2. nudum & inermem ad littora Italiæ eijcit. ib. ob Chriſtianorum negligentiam animis auctus num. 3. Pauli II. literæ ad principes, vt illius victorias reprimant. num. 5. ſollicitati Itali, vt in eum fœdus ineant. num. 7. Albanorum quinquaginta millia in ſeruitutem abducit. ibid. in Nurembergenſibus conuentibus decretum in eum bellum, ſed irrito conatu. 1468. num. 1. decretum a Paulo II. num. 15. & ſeq. ſed inani euentu. ib. Ænum in Thracia aliæque vrbes ereptæ ipſi a Venetis. 1469. num. 12. viginti equitum millibus in Coruatiam immiſſis eam populatur num. 13. viginti duo millia Chriſtianorum interficit ſuorum opera, & alia quindecim millia. ib. eius impia conſilia de religione Chriſtiana excindenda. num. 18. ſacrilegum votum ab eo nuncupatum de abolenda Chriſti lege. 1470. num. 11. impingit Chriſtianis idololatriæ crimen. ib. Dei nomine ad propagandam impietatem abutitur. ibid. indicit expeditionem. ib. Lemnon, Imbrumque expugnat. ib. Euboeam continenti iungit ponte conſtructo. ibid. eam expugnat. num. 13. ſummam crudelitatem exercet in Chalcidenſes. ibid. quadraginta Turcarum millia in eo bello amiſit. ibid. plures vrbes in Peloponeſo recipit. ib. Athenas euertit ducis opera. ib. ſcribit Paulus II. illum ſub draconis in apocalypſi deſcripti typo Eccleſiam perſequi. num. 15. in Chalcidis obſidione claſſem nauium quadrigentarum habuit. num. 20 quantam in Chriſtianos carnificinam exercuerit. num. 24. cadauera tormentis contorſit. num. 25. expeditiones ferme quadrimeſtres gerere ſolitus. num. 26. quanta ſint eius vectigalia. ib. non difficile fuit vincere non reſiſtentes ſibi. num. 27. vicit Conſtantinopolitanos, quia non ſunt vſi ſuis opibus. ibid. Beſſarionis ad Italiæ principes oratio, vt in eum conſurgant. ib. & num. ſeqq. decem regna a Mahomete occupata ib. quam cupidus ſit Italiæ ſubigendæ. n. 32. vt incitetur ſtimulis gloriæ. ib. tuetur parta ea augendo. ib. ducenta hominum millia in exercitu habet & præterea inſtructam claſſem. ibid. Apollonia potitus, vt ex ea Italiam inuadat. num. 33. de Italia & Roma ſubijciendis voces iactare ſolitus. num. 33. vt rideat de Chriſtianorum diſſidijs eoſque contemnat. ib. vt perpetuis ſtipendijs exercitum conductum teneat. num. 34. continuis bellis illum exercet. ibid. tot bella cum Triballis geſſit non eorum cauſa, ſed Italiæ ſpe. num. 35. cur Ferdinandum Regem Neapolitanum ſollicitarit de ineundo fœdere. ib. promiſſa Albanis auxilia aduerſus Mahometem. num. 38. Itali principes commoniti a Paulo II. vt arma iungant in Mahometem. num. 39. inſtauratum in in eum fœdus Italicum a Nicolao V. antea ictum. n. 42. Ludouicus XI. fidem Chriſti aduerſus Mahometem tueri decernit. num. 43. mox deficit. num. 45. Vſumcaſſam Perſarum Rex occidentales de fœdere ſollicitat aduerſus Mahometem. num. 49. eximiæ occaſioni deſunt. num. 51. encyclicæ Sixti IV. ad occidentales Reges litteræ, vt Mahometes tot regna ceperit atque ad occidentale imperium aſpiret. num. 72. quatuor legati a Sixto IV. decreti ad Reges in eum concitandos. num. 76. Sixti IV. ad fideles litteræ de Mahometis immanitate & eius conſilijs retundendis. 1472. num. 1. 2. 3. & 1472. num. 18. opprimendi Mahometis occaſioni Matthias Hungariæ Rex deſuit dum aduerſus Mahometem inſurgeret Vſumcaſſanus. 1472. num. 40. Smyrna illi ab Oliuerio legato apoſtolico erepta. num. 42. erepta & minor Armenia ab Vſumcaſſano. num. 43. educta ab Vſumcaſſano aduerſus illum ſexcenta armatorum millia. num. 44. Trapezus & Cæſarea & Sebaſtia illi erepta. ib. Sinopen etiam illi erepta. num. 45. eius exercitus ab Vſumcaſſano in Natolia victus. num. 45. exercitum ad vaſtandum Illyricum immittit. nu. 46. plura hominum millia in ſeruitutem abripit. ib. metuit ne Chriſtianis Vſumcaſſano iunctis euertatur. 1473. num. 5. poſtulat pacem ab Hungaro. ib. trecenta viginti millia militum educit aduerſus Vſumcaſſanum. 1473. num. 8. initio vincitur dein tormentis bellicis caſtra perſica fundit. ib. potitur hoſtium impedimentis. ibid. amiſit quadraginta Turcarum millia cum decem tantum millia Perſarum occidiſſet. ib. amiſſa tunc a Chriſtianis recuperandæ Conſtantinopolis ſpes. num. 10. Carinthiam & Stiriam immiſſo equitatu populatur. ibid. Stephanus Moldauiæ princeps de Mahometis exercitu victoriam refert. 1474. num. 11. a bello in Turcam ſuſcipiendo abhorret Polonus. ibid. Scodram immiſſo exercitu obſidet. num. 12. is magna ſtrage propulſatus. num. 13. Caffam inito cum Tartaris fœdere expugnat. 1475. num. 22. Italiæ expugnandæ conſilia init. num. 25. Gochia potitur. num. 26. tentatus Ludouicus XI. Gallorum Rex, vt in Mahometem arma capiat moueri non poteſt. 1476. num. 3. & 4. quingenta millia Turcarum effundit in Moldaniam Mahometes. num. 5. Tartaros in eamdem immittit. num. 7. Stephanum Moldauiæ Vuayuodam obruit. ib. Valachiam populatur. ibid. Hungariæ Rege Matthia in eum ſigna mouente diſcedit. ibid. Germaniam Dalmatiam Stiriam & Carniolam ducum opera vexat. ibid. & num. 8. quadraginta hominum millia abducit e Valachia eod. num. 8. quinque arces Matthiæ Regi eripit. ibid. Naupactum & Lemnon fruſtra tentat. nu. 9. Manuel Palæologus Thomæ deſpotæ minor filius ad eum transfugit. num. 10. prædicit B. Iacobus Picens Mahometem interiturum cum Italiam eſſet inuaſurus. 1476. num. 20. belli inter Matthiam & Fredericum exorti occaſione vſus Dalmatiam vaſtat. num. 7. Croiam Albaniæ vrbem nobiliſſimam annua obſidione preſſam ad deditionem cogit. 1478. num. 40. Scodram oppugnat acerrime. ib. Driuaſtum capit. ibid. Lyſſum ad Drymonis ripam Venetis eripit. ib. Venetis pacē vendit Scodra, Tænaro & Lemno inſula receptis. ib. recepto auro plurimo Venetis magiſtratum antiquo more Conſtantinopoli manere permittit. num. 41. quieſcentibus Venetis reliquę Italiæ magnum terrorem offundit. ibid. Neritum vulgo Mauram Leonardo Toccio eripit. Saſſa ib.

ib. Zephaleniam & Zacynthum ſuo adijcit imperio, ib. miſſi in Germaniam Hungariam & Boemiã ac Poloniam legati pro redintegraodo in eum bello. 1479. nu. 1. & ſeq. Siciliæ & Rhodo terrorem intentat, nu. 21, in Hungariam duos exercitus immittit. num. 34. eius duces magna ſtrage a Stephano Bathoro victi. num. 25, Illyricum copijs immiſſis vaſtat. num. 29. ex Hungarorum & Germanorum diſſidijs fit inſolentior, ibid, pace cum Venetis percuſſa Hungariam opprimere meditatur. num. 27, de immiſſis ab eo exercitibus. ibid. ex Chriſtianorum diſſidijs euertendi Chriſtiani imperij occaſionem aucupatur. 1480. num. 1. Rhodum Italiamque miſſa gemina claſſe inuadere tentat. ibid. eius exercitus diuino prodigio in Rhodia oppugnatione victus. num. 9. Hydrunto in regno Neapolitano Achmetis opera potitur, num. 17. Romam expugnare meditatur. num. 26. initum ab Italis fœdus ad pellendos ex Italia Turcas reprimendumque Mahometem. 1481. n. 3. Sixti ad fideles literæ, vt in Mahometem arma ſumant. num. 19. & 20. dum parat expeditionem ducere in Italiam repente extinguitur. num. 25. die ſanctæ crucis eius mors euenit, vt crucis hoſtem virtute crucis interemptum oſtenderet. ib. audita eius morte ſolemnes ſupplicationes a Sixto peractæ. ib. geſtarum a Mahomete rerum compendium. ib. Chriſtiana matre fuit ſatus. num. 25. Mahumeticæ deliramenta ſpreuiſſe ferunt. ib. de Chriſtianæ religionis myſterijs aliquando doceri voluit. num. 26 plures libros e Græca lingua in Arabicam traducendos curauit. ibid. vitiorum dulcedine corruptus in perfidia hæſit. ib. eo defuncto orta ſunt inter filios diſſidia. num. 27. ea occaſione receptum Hydruntum & turcicæ ſeruitutis metu Italia liberata. ibid.

Manicongi regnum. inuentum a Luſitanis illique fides inferri cœpta. 1481. num. 38.

Mantua, cur delecta ad celebrandos Chriſtianorum conuentus. 1459. num. 8. Mantuani conuentus fama maximos in oriente motus peperit. num. 50.

Manuel Paleologus. Thomæ olim Peloponeſi deſpotæ filius ad Mahometem ſuæ ſtirpis carnificem perfugit. 1476. num. 10. honore Cardinalibus pari affectus annuaque penſione ſuſtentabatur. ibid. Vid. *Emmanuel*.

Maphæus Gerardus patriarcha Venetus idemque Cardinalis. pium illius vitæ genus. 1492. num. 32. pius eiuſdem obitus. ib.

Marcus Taruiſinus epiſcopus. ad ſequendum Pontificem contra Turcas ſe offert. An. 1463. num. 49.

Marcus Barbus Venetus epiſcopus Vicentinus, creatus presbyter Cardinalis tit. S. Marci. 1467. num. 16. in Germaniam legationem ad pacem inter Hungarum & Polonum de Boemia certantes conciliandam exercet. 1472. num. 28. Frederico commendatur. ib. eius legatio ad regna ſeptentrionalia exporrecta. num. 35. a Rege Poloniæ excipitur honorificentiſſime Cracouiæ. nu. 36. mala ex bello oriunda proponere iuſſus Poloniæ Regi. num. 38. inſtructus auctoritate, vt pro pace conficienda Boemiæ regnum diuidat. num. 39 reuerſus e legatione geſta a ſe exponit Pontifici & Cardinalibus. 1474. num 6. negat pontificatum oblatum admittere ex ſimoniaca prauitate. 1484. num. 39. miſſus a Sixto IV. in Germaniam legatus. 1471. num. 77. paci inter Polonum & Hungarum componendæ operam dare iuſſus. ibid. quibus mandatis inſtructus fuerit. num. 78. Nyſſæ irrito exitu conuentus celebrat. num. 83.

Marcus Corneſius. creatus Cardinalis S. Mariæ in porticu, 1500. num. 57.

Margareta Regina Angliæ Renati Regis filia. capto Henrico VI. Rege viro in acie Richardum ducem Eboracenſem bello petit, 1460. num. 108. potita victoria Richardum vna cum Edmundo ſecundogenito capite truncari iubet. ibid. Richardi caput papyracea corona per ludibrium cingit, ibid. nimia in rebelles acerbitate in deſperationem Londinenſes conijcit. 1461. num. 134. victa acie vna cum viro & filio fugam corripit. ib. proſcribitur ab Eduardo Eboracenſi regno potito. num. 135. in fuga a latronibus capta ſpoliataque opibus. ib. dum prædones certant de præda filium complexa per nemus aufugit. ibid. incidit in latronem illique filium Anglici regni hæredem commẽdat. ib. ab Eduardo hoſte funditur ingẽti prælio cum Henrico viro. 1462. n. 48. inops conſilij in Gallias reuertitur cum filio. ib. eius vir Henricus e carcere ad ſolium translatus. 1470 num. 19. vna cum filio Eduardo capitur in acie. 1471. nu. 51. eius filius trucidatus ipſa carceri tradita ac poſtea redempta a Gallo Rege ea lege vt Renati Regis parentis in Prouinciam iura ad gallicum imperium transferat. ib. Henricus vir ab Eduardo in turri Londinenſi cæſus. nu. 52.

Margareta Regina Scotiæ. ſanctitate & miraculis illuſtris. 1487. num. 26. de illis inquiri iuſſum ab Innocentio. ib. quæ fuerint inquiſitionis capita. num. 27.

Maria Deipara. Vid. *Beata Virgo*.

Maria Caroli ducis Burgundiæ filia & principatuum heres. nubit Maximiliano archiduci. 1477. n. 3.

Marinus Marzanus princeps. ob ſecutas Gallicas partes perculſus anathemate. 1463. num. 86.

Maronitæ. inſtruuntur a Paulo II. quid ſentiendum ſit de Deo vno & trino. 1469. num. 29. de duabus naturis in Chriſto ib. & duabus operationibus. ib. eorum patriarcha confirmatus a Paolo II. num. 30.

Marrhani. ad duo millia exuſti imperante Ferdinando. 1483. n. 47. in mortuos diſtricta ſeueritas. ib. permiſſa illis eiuratio ex arcano. 1485. num. 21. in eos conſtituta fidei cenſura in Aragonia. 1485. nu. 21. turbas mouent. ib. Petrum Arbueſium cenſorem martyrio afficiunt. ibid. ebullientis poſt mortem ſanguinis martyris prodigio viſo in eos cenſura acerrime exercita. num. 25. relapſi Malacæ concremati. 1487. nu. 16. plures in vrbem confugiunt. ib. in eos cenſura exercita. Ibid. nonnulli ex iis ſacerdotijs inſigniri ſe curant, ibid. vnde hæc peſtis fluxerit. ibid. pulſi a Ferdinando. 1492. num. 34. irrepunt ad curiæ Romanæ officia. 1493. num 32. in eos exercita ſeueritas. ib. quadraginta ex ijs hæreſim publice damnant. 1498. num. 22. qui ritus ſeruati ſint. ibid. Marrhanicæ hæreſis præcipua capita. ib.

Marſilius Ficinus. pie moritur. 1499. num. 31. apparet Michaeli Mercato amico. ib.

Martyres. Trinitarij tres affecti martyrio Conſtantinopoli. 1458. num. 50. poſt mortem apparent iudici ac minantur dãnatum iri ni fiat Chriſtianus. ib. martyrum cultus decretus quinque Minoritis a Sixto IV. 1481. num. 42.

Marzanus Sueſſa princeps. Ioanni duci Lotaringiæ Neapolitani regni aditum pandit aduerſus Ferdinandum. 1459. num. 81.

Matrimonium. damnatum a nonnullis hæreticis. num. 30. ijdem magicis artibus dediti. ib.

Matthæus Gerardus Cardinalis. Vide *Maphæum*.

Matthias Hungariæ Rex. nonnulli ſeditioſi Fridericum Cæſarem in eum concitant. 1459. num. 14. conſultum Friderico a Pontifice ne Matthiam ad iungendum cum Turca fœdus adigeret. num. 15. parat Matthias exercitum in Turcas. num. 16. præferri illi iubet Pontifex Eccleſiæ vexillum. num. 16. Germaniæ vires in eum Fredericus effundit. nu. 17. monitus Matthias ne Chriſti caulam tueri deſinat. ibid. duorum Imperatorum impetus ſimul ſuſtinet. ibid. Synderouiam Matthiæ eripit Mahometes. num. 52. oratorum opera conqueritur de illato ſibi a

Fre-

Frederico bello. num. 64. Ioannes Cardinalis S. Angeli matthiæ, & Frederico conciliandis operam dare iuſſus. num. 77. aurum ſubſidiarium illi a Pio ſubmiſſum. num. 78. ſpondet illi Pius ſtipendia pro ſuſtentandis duodecim equitum millibus. num. 78. promittit viciſſim Matthias duodecim equitum & aliquot peditum millia ſe coniuncturum. ib. pro concordia inter illum ac Fridericum Cæſarem ineunda conuentus indicti a Gregorio. 1460. num. 77. Fredericus Cæſar queritur Ioannem Carualem Cardinalem nimium illi ſtudere. num. 78. deſertus a Germanis de inducijs cum Turca agitat. num. 90. promiſſum illi a Pio II. aurum ſtipendiarium ne eas paciſcatur. ibid. queritur promiſſa duodecim equitum millia non ſuppeditari. ib. petenteſi Boſnen regium nomen a Pio II. intercedit ne ad ipſum tranſmittatur. num. 91. monetur illius iuri non detrahi. ibid. colloquium init cum Georgio Boemiæ Rege. n. 92. iungendę inter Matthiam & Cæſarem paci Beſſario Cardinalis operam dare iuſſus. n. 26. plures leges promulgat ad iuſtitiam probe administrandam. 1462. num. 27. ſancit cauſas eccleſiaſticas a prætulibus cognoſcedas. ib. poſtulatus de pace a Mahomete ea lege, vt Boſniam & Valachiam illi permitteret eam reſpuit. num. 28. a Pontifice & Venetis nummaria ſubſidia accipit. ib. cum Dracule Valachiæ principe fœdus init in Turcas. num. 30. auxiliares illi copias in Mahometem ſubmittit. ibid. fugientem ad ſe Draculem ob ferinam immanitatem vinculis mancipat. ib. deinde eum liberat augetq; ſubſidiario exercitu contra Turcas. ib. negata regia corona Boſinæ principi niſi Matthias Rex conſentiret. num. 31. interpretibus legatis pontificijs pacem cum Cæſare componit. 1463. num. 1. prius delectus fuerat Rex quam Fridericus nu. 2. ſe reſtituturum illi ſacram coronam ſpondet Fridericus. nu. 3, octaginta millia aureorum promittit Frederico. ib. nonnulla oppida Hungariæ Friderico permittit. nu. 4. ab eodem cooptatur in filium. ib. promiſſa illi a Friderico auxilia contra Turcas. ib. non ſuſcepta a matthia prole regnum ad Fredericum deuoluendum. num. 5. iuſſus matthias Fridericum patrem & Regem ſuum appellare. num. 8. pactiones initas confirmat. nu. 11. decernit legationem ad Pontificem. num. 12. data illi a Pio pro ſuſtentandis copijs ſtipendia. ibid. Iaitzam pluraque alia oppida Turcis eripit. num. 16. mahometem redeuntem ſolo terrore ab illius obſidione depellit. Ib. init fœdus cum Venetis. num. 21. Boſnam a Turcis recuperat. 1464. num. 6. Iaitzam Turcis eripit. num. 12. ſolo terrore mahometem relictis impedimentis ad fugam compellit. ibid. & num. 63. catholicos tuendos ſuſcipit aduerſus Georgium Boemiæ tyrannum. 1468. num. 9. Boemiæ ius illi concedit Fridericus quod ad imperium deuolutum erat. num. 10 paciſcitur cum Friderico Boemiam Hungariamque ſi nullus ſuſceperit liberos ad ſtirpem Auſtriacam deuolutum iri. ibid. Caſimirum Regem Poloniæ de affinitate & fœdere ſollicitat. num. 12. repellitur a Polono. ibid. Victorinum Georgij filium ex Auſtria pellit. nu. 13. exercitum illius ex parte cædit. ib. Georgium de fœdere ipſum appellantem repellit. ib. Trebyczum incendit. ib. ferme Victorinum intercipit. ibid. Brunam Olomucam & alias vrbes recipit. ib. poſtulatur a Georgio ad ſingulare certamen. num. 14. reſpondet non gladiatoris, ſed principis more in campo certaturum. ib. in ſolemnibus ordinum comitijs ſalutatus a catholicis Boemiæ Rex & marchio morauiæ. 1469. num. 10. Georgius illi opponit Vuladiſlaum Caſimiri Regis filium quem ſceptri Boemici hæredem renuntiandum curat. num. 11. Fridericus Cæſar de matthia conqueritur apud Polonum quod ciuiles in Auſtria motus agente ſe in Italia fouiſſet. 1470. num. 1. a Polono in Pannoniam excurrens cogitur a Boemia recedere. num. 2. gratulatur illi Pontifex de reportata de Boemis victoria. Ibid. datum illi a Paulo elogium. ib. monetur ne cœptis abſiſtat. num. 4. inſtaurat fœdus cum Friderico. num. 10. in Ratiſponenſibus conuentibus oratorum opera auxilia poſcit contra geminum Turcarum exercitum. 1471. num. 11. eius de ea re ad Paulum II. literæ. num. 30. Georgium in eas cogit anguſtias, vt ad efflagitandam Eccleſiæ gratiam adigeret. num. 17. queritur nec a Pontifice nec a Cæſare quæ promiſſa erant mandata operi. num. 30. confirmari a Pontifice in Regem Boemiæ efflagitat. ib. ſolemni ritu poſt mortem Georgij ab internuntio Apoſtolico in Regem Boemiæ confirmatur. num. 32. fauet illi orator cæſareus. ib. Albertus Saxo dum ad regnum Boemiæ aſpirat matthię plurimum obfuit ſibi non profuit. num. 35. obſtitit ne Boemi matthiæ imperium acciperent. ib. geminus exercitus in Boemiam & Hungariam a Polono in eum immiſſus. num. 40. Caſimirum propulſat & coniuratos opprimit in Hungaria. ib. promiſſum illi apoſtolicum præſidium a Paulo. ib. enſis & pilei munere donatus ab eodem. num. 41. nummaria ſubſidia eidem ſuppeditata. num. 42. nititur Sixtus matthiam Fredericum Cæſarem & Caſimirum Poloniæ Reges coniungere in Turcas. 1472. num. 28. matthię partes a Sixto IV. ſuſceptę aduerſus Polonum. num. 29. Caſimirus & Vvladiſlaus in ius vocati. ibid. pronuntiati cenſuras eccleſiaſticas contraxiſſe. ib. monitus Polonus, vt deſinat matthiæ bellum inferre. num. 30. Sileſij & morauι intentato anathemate & obſequi iuſſi. num. 33. vt delectus fuerit Rex a Boemis catholicis contra hæreticos. num. 33. difficiliorem ſe ad pactiones fœderis ineundas cum Polono præbet. num. 36. delendi turcici imperij occaſioni deeſt dum Vſumcaſſanus in Mahometem incurreret. nu. 40. poſtulatur de pace a mahomete. 1473. num. 5. Boſnam aut Seruiam in præmium ſibi dari efflagitat. ib. monetur a Sixto aduerſus ipſum ſi id agat Chriſtianos conſenſuros. n. 7 ſollicitatus Fridericus, vt in re Boemica Matthiæ faueat. 1473. n. 13. expoſtulat illi a Sixto, vt matthias periclitanti opem tulerit aduerſus Victorinum. ibid. in Nyſſenſi conuentu conciliari Polono non potuit. num. 14. demum pacem componit cum Polono & qua lege. num. 7. violata pax a Polono. ib. Poloniam immiſſis expeditis copijs vaſtat. ib. oratores mittit ad Sixtum eumque ſollicitat ad ſacrum in Turcas bellum. nu. 22. Sabatiam arcem Turcis eripit. 1475. nu. 28. mahometem populantem Valachiam ſui aduentus rumore fugat. 1476. num. 7. quinque arces quas in Sinderouenſi regione excitarat amittit. ibid. Sinderouiam fruſtra tentat. num. 8. nuptias celebrat cum Beatrice Ferdinandi filia. ib. quadraginta millia Valachorum tunc a Turcis in ſeruitutem abducta. ib. Fridericum pacis fœdera violantem ac Polono iunctum bello appetit. 1477. num. 6. omiſſo bello Turcico ad Viennam exercitum promouet. ib. poſtulatus de fœdere admittit illud ea lege, vt Fridericus Hungarico iure ac nomine decedat. ib. ſumptus belli refundat. ibid. rogat Sixtum, vt pacem det Florentinis ob mahometis terrorem. 1478. num. 28. pacem init cum Vuladiſlao Polono Boemiæ Rege. num. 35. Boemię regnum illi permittit retentis morauia Luſatia & Sileſia. ibid. qua lege eæ prouinciæ Boemię regno reſtituendæ. num. 38. ſi prior Vvladiſlaus obierit matthias Boemię regnum recepturus. num. 38. colloquium celebrat Olomucę cum Vvladiſlao Boemię Rege. 1479. num. 22. fœdus in Turcas & hęreticos ſancit. num. 23. diræ interea excurſiones a Turcis in Hungariam factæ. ibid. contrahit iurgia cum Friderico, ſed ob communes calamitates a Turcis acceptas inducias init. ibid. ducum opera

Tur-

Turcas delet. num. 25. maiorem comparat exercitum, vt reſiſtat Mahometi. num. 26. Germanos ad coniungenda in Turcas arma ſollicitat. ib. queritur apud Germanos ſe a reliquis Chriſtianis deſertum. ib. Venetos ex inuidia & odio in Sixtum IV. pacem cum Turca percuſſiſſe. ib. arces muniſſimas prodidiſſe hoſti. ib. obſtrinxiſſe ſe ad naues turcicas portu excipiendas. ib. & aditum præbendum per eorum terras ad reliquos Chriſtianos ſubijciendos. ib. exponit Chriſtiani nominis amore pacem cum Mahomete repudiaſſe licet ipſi Boſna offerretur. num. 27. Mahometem pace cum Venetis percuſſa Hungariam opprimendam ſuſcepiſſe. ibid. victa Hungaria Germaniam eadem mala experturam. num. 28. ſpernitur a Germanis. num. 29. Fridericus bellum illi mouet. ibid. negat pactam vim auri pendere. ib. ex Illyrico toto Turcas erat depulſurus dum victoriam perſequitur ni a Friderico inique bello petitus reuocatus eſſet. ib. pellere ex Auſtria Fridericum decernit licet Hungariæ amittendæ periculum ſubiturus eſſet. ibid. graues illius de Friderico querelæ. num. 29. poſt Mahometis II. mortem bellum fœliciter vrget aduerſus Baiazethem II. 1481. num. 2. diſtrahitur a Friderico Cæſare in eum incurrente. ib. Valachiam ſiue Myſiam ſuperiorem a Turcis recipit. ib. annuum quinquaginta millium aureorum ſtipendium ipſi promiſſum a fœderatis contra Turcas. num. 5. Stephani Bathori & Pauli Kneſij opera centum millia Turcarum in Tranſiluania cædit. 1482. num. 29. & ſeq. partam victoriam ſignificat Sixto. num. 31. monetur, vt in Turcas arma vertat. ib. propoſitum bellum cum Friderico exitiale eſſe. num. 32. Hamburgum Matthias Friderico eripit. num. 34. Rilanum illi eripit Baiazethes. ib. poſcit ſibi Zizimum dedi, vt in factiones Turcas diſtrahat. num. 36. a Friderico Cæſare affectante Hungariam aſperatur. 1483. num. 52. de pace eum poſtulat Fridericus. ib. ſollicitatur a Sixto, vt Boemorum catholicorum partes aduerſus hæreticos ſuſcipiat. num. 53. ea de re datæ ad ipſum literæ. num. 74. Fredericum Cæſarem graui bello inſectatur. 1484. num. 7. ſollicitatur a Sixto IV. ad pacem ineundam. num. 8. pontificias preces aſpernatur ſubactiſque pluribus arcibus ad Viennam caſtra promouet. num. 9. paciſcitur inducias cum Turca, vt bellum gerat cum Frederico. 1485. num. 11. ad deditionem Viennam cogit. ibid. poſcit Zizimum pro gerendo in Baiazethem bello. ib. dedendum nulli cenſuit Innocentius antequam communi fœdere omnes principes innexi eſſent. ib. Valachus ab eo ad Polonum deficit cum opē contra Turcas non ferret. num. 14. bellum ſuſcipere aduerſus Innocentium pro Ferdinando ſocero meditatur. An. 1486. num. 24. Anconitanos ſubornat. ib. appellationem impiam edere ad concilium auſus aduerſus Pontificem. num. 25. docetur factam inique. ib. ni cœptis deſtiterit intentatæ illi cenſuræ. ib. queritur a Polono Moldaniam in clientelam acceptam. num. 28 archiepiſcopum Colocenſem carceri mancipat. num. 38. iuſſus illum permittere pontificio iudicio num. 38. reprehenſus fuerat ab eo tyrannidis in Hungaros. num. 39. indignum vectigal in ſingula Hungarorum capita more turcico impoſuit. ibid. ſingularia certamina prohibet. num. 40. perhumaniſſimus fuit in milites. ib. Friderico Cæſari plures arces eripit. num. 41. vrget, vt ſibi dedatur Zizimus ad educendam aduerſus Baiaxethem expeditionem 1488. num. 9. inſtat vehementer, vt ſibi Ziximus detur ad bellum Baiazethi inferendum. 1490. nnm. 8. de pace agit cum Friderico & Maximiliano. ib. veneno tollitur. ib. Ieſu nomen moriens implorat. ib. eius elogium. ib. de illius regni ſucceſſione certant quinque Reges. num. 12.

Mauri. e Luſitania pulſi. 1496. num. 27.

Mauri Granatenſes. rebellant 1500. num. 32. propoſita vitæ ſpe Chriſto adducti. ibid. diſceptatum an Chriſtiana ſacra promulganda forent lingua maurica. 1500. num. 33. negauit B. Ximenius Cardinalis ob gentis imperitiam. ib. quinquaginta Maurorum ruſticanorum millia ad Chriſtum traducta. num. 34. eorum meſquitæ in eccleſias verſæ. ib. Mauri montani ſeditionem mouent. ibid. domantur. ib. maxima eorum multitudo Mahomete deſerto ad Chriſtum ſe cōfert. ib. iubentur Mauri e regno Granatenſi faceſſere ni Chriſto nomen dederint. num. 35. permittuntur nauigare in Africam. num. 36. plures ex ijs ſimulata religione hærent in Hiſpania. ibid. Vid. *Granata*.

Maximilianus archidux Auſtriæ Frederici III. Imperatoris filius poſtea Rex Romanorum. nubit Mariæ Burgundæ. 1477. num. 3. eius anni flexu Philippus filius duorum Imperatorum parens futurus ab eo ſuſcipitur. ib. de belgico limite certat cum Ludouico XI. Gallorum Rege. 1478. num. 34. fundit eius exercitum magna ſtrage. ib. Iuliano Cardinali legato de pace acturo negat liberum commeatum. num. 37. & ſeqq. quæ fuerint controuerſiæ cum Ludouico Rege capita. ibid. cum Belgis de Philippi filij educatione certat. An. 1484. num. 10. Sixti pro Maximiliano literæ ad Belgas. num. 11. creatur Romanorum Rex. num. 42. gratulatur illi Innocentius de parto Germaniæ regno. num. 44. eiuſdem elogium. num. 44. in Belgio Gallorum Regis exercitum fundit. 1487. n. 12. nimijs vectigalibus oppreſſos Belgas in ſe concitat. 1488. num. 1. in cuſtodiam ab ijs truditur. ibid. Germanos pro eo liberando Fridericus ſollicitat. num. 2. Innocentius VIII. Belgas, qui ipſum ceperant percellit anathemate. ib. Hiſpaniæ Reges pro eo liberando interpretes agunt. ib. de eo Gallis dedendo agunt Belgæ. ib. a Friderico patre liberatur. ibid. pergit ad illius caſtra. ib. Morinum illi a Gallis ereptum. ibid. inducias paciſcitur cum Gallo Rege deinde eas abrumpit. num. 9. monetur a Pontifice de imminentibus Italiæ periculis. 1490. num. 5. pollicetur opem aduerſus Baiaxethem modo pax cum Matthia firmetur. num. 6. Auſtria a Sigiſmundo attributa Maximilano. n. 9. extincto Matthia contendit Hungariæ iura ad ipſum deuoluta. num. 12. Auſtriam recuperat. num. 14. Hungariam inuadit. ib. Albam regalem ſubigit. ib. Budam irrius oppugnat. ib. Ærarij inopia eius exercitus diſſolutus. ibid. prohibetur a patre Friderico affectare Hungariam. 1491. num. 11. Albam regalem amittit. ibid. pacem init cum Vvladiſlao Rege. ib. remittit illi Carolus VIII. Francorum Rex Margaretam filiam quæ Carolo deſponſa erat. num. 15. Anna Britanniæ duciſſa quæ Maximiliano deſponſa erat a Carolo ducitur in vxorem. ibid. nullam Angliæ Regi vti ſpoponderat opem affert. n. 16. init cum Carolo pacem receptis vrbibus controuerſis in extremo Belgij limite. ibid. init fœdus cum Henrico Angliæ Rege. 1492. num. 19. promittit illi auxiliarem exercitum. ib. dum patris Federici funus curat vaſtari Croatiam accipit. 1495. num. 9. in Carolum VIII. ob Hetruriæ occupata iura conſpirat. 1495. nu. 13. mittit ad eum legatum Alexander, vt eum in arma conciter pro Gallis ex Italia pellendis. num. 15. edictum promulgat in blaſphemos. 1495. num. 39. luis venereæ cauſam diuinæ in peccatores iræ aſcribit. ib. fœdus init cum Alexandro VI. & Hiſpaniæ & Angliæ Regibus aduerſus Carolum VIII. 1496. num. 2. ſollicitatur, vt in Italiam deſcendat. num. 3. Bernardinus Caruagial ad eum legatus decernitur. nu. 4. ad venientis legati proſpectum ex equo deſilit, vt eum amplectatur. nam. 6. qui ritus in ſuſcipienda Mediolani corona ferrea illi præſcripti. ib. accedit in Italiam. num. 7. Genua Piſas contendit. ibid. in eius

clien

Digitized by Google

I N D E X.

clientelam concedunt Piſani. nu. 8. Florentinos e Piſana obſidione propulſat. ib. Liburnum fruſtra obſidet. ib. in Germaniam redit turpiter. nu. 9. Germanos concitare nititur in Turcas. 1499. num 12. vertit mox totius Germaniæ arma in Heluetios. nu. 13. affinitatem contrahit cum Ludouico XII. Rege. 1502. nu. 5. colloquium init Tridenti cum Georgio Ambaſiano Cardinale legato Galliarum. nu. 7. decernit crucis ſymbolum induere aduerſus Turcas. n. 8. eo hæc meditante delapſæ cœlitus cruces in Germanorum veſtes. nu. 9. ab epiſcopo Leodienſi fit certior de prodigio. ib. monitus, vt crucem induat generoſe in crucis hoſtes. nu. 14. ſacri belli ſpecie cũ Gallo in Venetos coniurat. nu. 15. Germanos libertatis ſpecie rebellantes compeſcit. 1502. nu. 22. Philippi archiducis filij opera pacem ſancit cum Ludouico Gallorum Rege. 1502. num. 3. mittit Hiſpano auxiliarem exercitum quo victi Galli in Apulia. nu. 4.

Medicei. grauiſſima in eos & ſacrilega coniuratio a Pactijs conflata. 1478. nu. 1. & 2. diuino iudicio Pactij oppreſſi. ib. Medicea ſtirps inde magis aucta. nu. 3. Vid. *Coſmus Medices* & *Laurentius Medices*.

Meliapor vrbs India. In honorem D. Thomæ Apoſtoli a Luſitanis inſtaurata. 1502. nu. 3.

Melilla Africa vrbs. Mauris erepta. 1497 nu. 34.

Melitenſis inſula. fruſtra tentata a Baiazethe II. 1468. nu. 9.

Meretrices. ijs locari domos vetitam a Pontifice. A. 1488. nu. 21.

Meſites baſſa Palæologo ſtirpe ſatus. immiſſus a Mahomete II. Rhodum obſidet. 1480. nu. 1. imminentem portui turrim euertit tormentis. nu. 3. in Rhodiam vrbem irrumpit & & Iudæorum vicum ſtragibus complet. nu. 8. elato explicatoque Virginis vexillo propulſatur. ib. prodigio aſcripta illius clades. nu. 9. cæſa in obſidione Turcarum nouem millia. n. 10. e Rhodo diſcedere cogitur. ib.

Methone. Venetis erepta a Baiazethe II. 1500. nu. 11. in illius expugnatione quindecim Turcarum millia cæſa feruntur. nu. 12.

Meyerus. eius errores. 1464. nu. 47. & 48.

S. Michaelis equeſter ordo. inſtitutus a Ludouico XI. confirmatus ab Alexandro. VI. 1496. nu. 37.

Militia religioſa B. Mariæ Bethlehemitana. inſtituta a Pio II. 1459. nu. 8. illius præcipua ſedes in Lemno inſula defixa ad reprimendos Turcas. ib. cruce rubea in campo albo inſignitur. nu. 3.

Militia S. Georgij. eius leges confirmatæ a Paulo II. 1468. nu. 8.

Militia S Sepulchri. Rhodiæ coniuncta. 1479. nu. 27.

Militia S. Lazari. Rhodiæ coniuncta a Sixto. An. 1479. nu. 27.

Minimorum ordo. confirmatus a Sixto IV. 1474. nu. 26. confirmatus ab Alexandro VI. 1401. nu. 23.

Minoritæ quinque Marrochij pro fide cæſi. ſanctorum martyrum honos illis a Sixto IV. decretus. 1481. nu. 68.

Miracula. ijs confirmata fides catholica ſingulis ætatibus. 1470. nu. 58. plura miracula edita ad reliquias S. Simeonis martyris. 1575. nu. 38. miracula plura edi ſolita ad fidem confirmandam. 1470. no. 56. ad ſepulchrum quinque Minoritarum martyrum Marrochij cæſorum edita. 1481. nu. 61. Vid. *S. Franciſcus de Paula & Iacobus Picenus*.

Miſericordiæ ſodalitium. inſtitutum ab Innocentio. 1490. nu. 24.

Mitylene. fruſtra tentata a Venetis. 1464. nu. 12. ad eam magna illi clades a Turcis illata. ibid.

Monachi. controuerſiæ inter monachos & parochos compoſitæ a Sixto IV. 1478. nu. 50.

Monarchia. eſt Romani Pontificis. 1473. nu. 23.

Monobaſia olim Sparta & Monobaſienſes. Pio II. Pontifici Spartæ imperium deferunt. nu. 56. detrectarunt Mahometis iugum admittere cum *Demetrius* deſpota ſe & illos dediſſet. num. 57. conſuluit ipſis Thomas deſpota, vt Pontificis ſubirent imperium quo auxilium eliceret. ib. in gratiam Pontificis ſuo iuri in Monobaſſienſes cedit. n. 58. ſacramentum fidei Pio nuncupant. nu. 59. tenues ſuppetiæ ad eos a Pio ſubmiſſæ. nu. 60. de mittendis Monobaſſiæ auxilijs actum. 1462. nu. 35. ea interim a Turcis expugnata. ib. a Venetis parta de Turcis. 1464. nu. 11.

Morauia. Georgij Regis Boemiæ patrocinium accipit. 1460. n. 82.

Morbinum, dictum Clypeus Granatenſis regni. captum a Ferdinando. 1486. 53.

Mors iuſtorum &c. pius obitus S. Antonini archiepiſcopi Florentini. 1459. nu. 33. & 34. 35. felix & pia S. *Di*daci mors. 1463. nu. 108. Alexander Cardinalis S. Suſannæ in ſcrinio depictum ſuum ſepulchrum ſeruare ſolitus. nu. 113. eo aperto orare ſolitus. ib. honeſtior mors oppeti non poteſt quam pro Chriſto. 1464. nu. 28. Amedei III. Sabaudiæ ducis. 1471. n. vlt. S. Caſimiri. 1484. n. 77.

Moſcouitæ. Trinitatem in ſymbolo gentilitio profeſſi. 1484. nu. 26. in Sueciam irrumpunt. 1496. nu. 24. propoſitæ Suecis in eos pugnaturis indulgentiæ. ib.

Moſcouitica eccleſia. diuulſa a Conſtantinopolitani patriarchæ imperio ob Mahometanorum tyrannidem. An. 1461. num. 42. Moſcouitarum dux ad Pontificem oratores mittit. 1470. n. 9. profitetur Pontificem Chriſti vicarium atq; Florentino concilio adhæreſcere. 1472. n. 48.

Moyſes archidiaconus Antiochenus. trium patriarcharum nomine obſequium Pio II. defert. 1460. nu. 55.

Mundus. fingitur alius mundus alius ante hunc fuiſſe a Zanino hæreſiarcha. 1459. nu. 3. infandæ aliæ eiuſdem hæreſes. ib.

Munera. prohibita a Paulo II. præſidibus prouinciarum præter eſculenta & potulenta. 1466. nu. 23. magna conſtantia repudiata a Rudolpho epiſcopo Lauentino internuntio apoſtolico. nu. 31.

Muſca. dæmon muſcæ ſpecie recipi ſolitus a Pikardis. 1501. nu. 45.

N

N*Anceium*. Carolo duci Burgundiæ deditum. 1475 nu. 11. recuperatum a Renato iuniore. 1476. nu. 12. obſeſſum a Carolo duce Burgundiæ. ib. obſidione liberatum interfecto in acie eodem Carolo. 1477. nu. 3.

Naupactum. direpta eius ſuburbana a Turcis. 1464. nu. 62. fruſtra tentatur a Turcis. 1476. nu. 9. demum ereptum Venetis a Turcis. 1499. nu. 9.

Neapolio Vrſinus. exercitus eccleſiaſtici imperium illi datum aduerſus Sigiſmundum Malateſtam. 1461. nu. 9. cogit hoſtem in tutiora loca ſe recipere vna cũ Frederico Vrbinate, fundit fugatq; Sigiſmundum Malateſtam hoſtem Eccleſiæ. 1462. n. 7.

Neapolis. Ludouico XI. Gallorum Regi dedita. 1501. nu. 74. pactione dedita Gõſaluo Hiſpano duci. 1503. nu. 6. caſtrum nouum & caſtrum oui ab eodem expugnata. ib.

Neapolitanum regnum. quibus legibus datum Ferdinando. 1458. nu. 30. & ſeq. quibus legibus Alfonſo duci Calabriæ eiuſque filio Ferdinando collatum. 1492. nu. 11. &c.

Negrepontus. Vid. *Eubœa*.

Neopatra. a Turcis erepta Venetis. 1500. n. 14.

Neritos vulgo S. Maura. a Mahomete II. erepta Leonardo Toccio. 1478. n. 40. a Venetis erepta Turcis. 1502. num. 20. inita pace iiſdem dedita. 1503. nu. 3.

Nicolaus electus epiſcopus Theanenſis. creatus Cardinalis. 1460. nu. 29.

Nicolaus Catalufius Lesbi princeps. capta Lesbo a Mahomete interemptus. 1461. nu. 42.

Nicolaus Piccininus. Andegauenſis ducis partes effert contra Ferdinandum. 1463. n. 79. promiſſis inanibus deluditur a Ferdinando. n. 80. mãcipatur carceri. nu. 80. in eo trucidatur, vel miſerrimo caſu interit. ib.

Nico-

Nicolaus Cataluſius Leſbi princeps. cum ad Mahometem confugiſſet ab eo occiſus. 1464. nu. 18.

Nicolaus tit. S.Cecilie presbyter. Card. præficitur a Pio II. claſſi in portu Piſano inſtruendæ contra Turcas. 1464. nu. 31.

Nicolaus Canalius Venetus. Ænum in Thracia expugnat. 1469. nu. 12. & pluresalias vrbes. ib. Chalcidis excidij culpa illi attributa. 1470. nu. 16. accuſatus quod neceſſarijs præſidijs vrbem non firmaſſet. ib. quod pontem, qui inſulam continenti iungebat diſturbare non eſſet conatus. ib. quod hoſtem non eſſet adortus. ib. Mahometem intercipere potuerat. ib. a Nicolao Mocenico in locum eius ſubrogato conijcitur in vincula. ib. decernunt Veneti vinctum mittendum ad Pontificem, vt expeditionis turcicæ principem. nu. 17. pro eo Paulus apud Venetos deprecatorem agit. ib. excuſat ipſum ob præteritas res egregie geſtas. ib. eius apologiam texit Philelphus. nu. 18. dum vellet ferre auxilium trierarchæ diſſenſerant. nu. 19.

Nicolaus Mocenicus. ſubrogatus Nicolao Canalio ad gerendum nauale imperium. 1470. nu. 17. illum vinculis tradit. ib.

Nicolaus Vitellius. Tiphernum per tyrannidem occupat. 1474. nu. 17. obſidetur a Iuliano Cardinale. ib. Ferdinandi Regis opera conciliatus fallaci pacis ſpecie. ib.

Nicolaus Francus A S.Notarius. decretus internuntius a Sixto IV. pro conciliandà pace inter Luſitanum & Aragonium de regno Caſtellæ diſceptantes. 1475. nu. 15. & 1476. nu. 13.

Nicolaus eremita Heluetius. ſanctitate illuſtris. 1480. nu. 42. ſola Euchariſtia vitam ſuſtentat. ib. ad epiſcopi imperium tres buccellas difficillime ſumpſit. ib. genti ſuæ ventura prædixit. ib. viginti annos ſine cibo tranſegit. ib. licet expers literarum difficillimas quæſtiones theologicas ſoluit. ib.

Nicolaus Vitellius. proditione Tifernum Sixto IV. eripit. 1482. nu. 4. victo Alfonſo Calabro Tiferno depellitur. nu. 15.

Nicolaus Petilianus comes. creatur dux exercitus aduerſus Ferdinandum. 1489. nu. 6.

Nipho patriarcha Conſtantinopolitanus. conſultus a Kyouenſium & Ruſſorum patriarcha de coniunctione orientalis Eccleſiæ cum Romana reſpondet fuiſſe rite celebratam Florentinam ſynodum. 1486. nu. 62.

B. Nonius Conchienſis canonicus. miraculis clarus obit. 1477. nu. 9.

Normbergenſes conuentus. celebrati. 1459. n. 55. in ijs pax compoſita a Pontificis internuntijs inter Ludouicum Bauariæ ducem & Albertum Marchionem Brandeburgenſem. ib. Fridericus Palatinus paci compoſitæ aduerſatus. nu. 57.

Normannia. tradita Carolo duci fratri a Ludouico Rege. 1465. num. 13. iterum Gallicæ coronæ coniuncta. nu. 14. pro Normannia Aquitaniæ, vel Campaniæ optio data Carolo. 1469. nu. 23.

Nouogardia vrbs florentiſſima. capta direptaque a Ioanne Baſilio Moſchorum duce. 1479. nu. 46. ex ea trecenti currus auro argento & gemmis onuſti auecti. ibid. olim in ea dæmon in idolo latitans cultus. nu. 47. cum ſchiſmatici forent deludi ſoliti certis diebus dæmonis præſtigijs. ib.

Nuſſia. a Carolo Burgundiæ duce obſeſſa. 1475. nu. 4.

O

OEcumenicus patriarcha. qua ratione id nomen Conſtantinopolitanus ſibi arrogare poſſit. 1463. nu. 71.

Oliuerius Carafa archiepiſcopus Neapolitanus. creatus Cardinalis. 1467. nu. 16. præficitur claſſi a Sixto IV. aduerſus Turcas. 1471. nu. 76. datum de ea re diploma. 1472. nu. 1. & 2. ad claſſem quam Sixtus ſolemni prece luſtrarat deductus ab eodem Sixto. 1472. n. 40. in Rhodum nauigat. nu. 41. ortam inter equites controuerſiam componit. nu. 41. Smyrnam capit. nu. 42. Sataliam ſiue Attaliam fruſtra tentat. ib. abit munere ac Laurentius Zenus archiepiſcopus Spalathenſis illi ſubrogatus. 1473. nu. 1.

Olomucenſes conuentus. in ijs inter Matthiam Hungariæ & Vvladiſlaum Boemiæ Reges ſancitum fœdus contra hæreticos & Turcas. 1479. nu. 29. interea Huſſitæ aduerſus Vvladiſlaum Pragæ rebellant, Turcaque in Hungariam irrumpunt. ib.

Orbis nouus. a Chriſtophoro Columbo ſub auſpicijs Ferdinandi & Iſabellæ Regum patefactus. 1492. num. 35. defixa cruce illius inita poſſeſſio. nu. 37. de nouo orbe inter Luſitaniæ & Caſtellæ Reges orta contentio. 1493. nu. 17. nouus orbis Caſtellano conceſſus. nu. 20. occiduus Caſtellano, orientalis Luſitano attributus. 1494. nu. 31.

Ordo. ordinis ſacramentum negatum a Ioanne Ruchardo hæretico. 1479. nu. 33.

Oſtia. a Gallis occupata. 1494. nu. 25. Conſalui capta ducis opera recepta ex Gallis. 1497. nu. 2. intercepta a Columnenſibus. 1501. nu. 29.

B. Otho Minorita. martyrum numero aſcriptus. 1481. nu. 42.

Ottomanus. præcipua eius geſta An. 1479. nu. 34.

P

PAgani Vid. *Gentiles.*

Palamas. ſcriptis impijs auctoritates ſanctorum patrum de proceſſione Spiritus ſancti a *Patre* & Filio collectas a Vecco eludit. 1463. nu. 72. confutatur a Beſſarione. n. 73.

Paphlagonia debellata a Mahomete II. 1461. nu. 38.

Parochi. controuerſiæ quæ parochis intercedebant cum monachis compoſitæ a Sixto. 1478. nu. 49. decretum Sixti confirmatum ab Innocentio. 1485. nu. 69.

Paſſio Christi. eam contemplaturis aut pium opus in illius memoriam admiſſuris anni vnius & quadraginta dierum indulgentia propoſita. 1462. nu. 44. Ludouicus Mutholus ſe totum contemplandæ Chriſti paſſioni addicit. 1472. nu. 63. paſſionis dominicæ cruciatus ſinguli Stephanæ virgunculæ diuinitus inflicti. 1496. nu. 42. ſtigmata paſſionis dominicæ impreſſa B. Luciæ. 1500. nu. 58. ferijs ſextis ſanguis ex ijs emanat. ib. cruces & alia paſſionis dominicæ ſigna in veſtibus Germanorum in varijs locis expreſſa. 1501. n. 10. & ſeqq.

Patareni. e Boſna excisi. 1460. num. 91. præcipui ad Pontificem miſſi, vt fide orthodoxa inſtruerentur. ib.

Patientia. paſſionis dominicæ dolores diuinitus inflicti virgunculæ. 1495. nu. 42.

Patræ. ex Turcis a Thoma deſpota recuperatæ. 1459. nu. 48.

Patriarchatus Conſtantinopolitanus. auro venditus a Mahomete ſimoniacis. 1461. nu. 40. Moſcouitica eccleſia ab eo diuulſa. n. 42.

Patritius. inſtitutus primus archiepiſcopus in Scotia in vrbe S. Andreæ. 1472. nu. 17. legatio illi a Sixto demandata pro expeditione promouenda in Turcas. ib.

Paulus Fregoſius Genua archiepiſcopus. ſtrenuam in depellendis Genua Gallis operam dat. 1460. n. 73. creatur Genuæ dux. 1461. n. 29. monetur a Pio, vt ſeditionis motus pacet. ib. poſcit a Pio ſolui legibus quæ vetarent ne ducale munus cum archiepiſcopali dignitate coniungeretur. 1462. nu. 51. monita illi a Pio data. ibid. in tyrannum verſus non modo e ducatu, ſed etiam ex vrbe pellitur. ibid. Genua eiectus. 1464. num. 71. dum Corſicam petit nauali pugna vincitur. ib. lapſus fuga inter dumeta & ſaxa ſuæ ſaluti conſulit. ibid. creatur a Sixto IV. Cardinalis tit. S. Anaſtaſiæ.

ſtaſia. An. 1480. num. 42. ad Tyberinas fauces vigintiquinque triramium claſſem pontificio ſumptu conductam adducit. 1481. nu. 28. Sixti IV. ad eum oratio, vt pergat in Turcas. ib. Hydruntum mari obſidet. num. 29. Turcas mari vincit. ib. negatus a Ferdinando illi commeatus. num. 31. & 32. negata in Hydruntum irrumpendi poteſtas. ib. dedito Hydrunto ad inuadendam Macedoniam proficiſci abnuit. ib. eiuſdem ad Sixtum oratio, num. 32. graues illius de Ferdinando querelæ. nu. 33. Sixti ad illum cohortatio, vt Apolloniam petat, num. 34. negat feſſo milite & ingruente hyeme confici expeditionem poſſe. ib.

Paulus Knes. Matthiæ Regis dux victoriam de Turcis refert. 1482. num. 30. cadit in prælio. ib.

Paulus Kiniſius. Turcas ex Hungaria propulſat. 1492. n. 19. in Myſia duas arces Turcis eripit. 1494. nu. 40. immaniſſimo vindictæ genere proditores necat. ib.

Paulus II. ante pontificatum vocatus Marcus Barbo, Vid. *Marcus Barbo*. creatus Pontifex ex Cardinale presbytero tit. S. Marci. 1464. num. 54. ſolemni ritu thyara redimitus. num. 55. recuperata diuinitus valetudine factus eſt certior de aſſequendo pontificatu. ib. ingentem ædem extrui circum ædiculam Lauretanam iuſſit. ib. Formoſi nomen ſibi primum indiderat, deinde mutauit. ib. deinde Marci itemque cum Pauli nomine commutauit. ibid. encyclicæ eius de pato pontificatu literæ. nu. 56. de Turcis reprimendis pia vota exponit. ibid. cardinalitiæ dignitatis auget inſignia. nu. 57. inſignis eius benignitas. ib. pactiones ſacramento firmatas in conclaui maxime de concilio celebrando male diſſoluit. num. 58. vim infert Beſſarioni Cardinali. ib. grauiſſime monetur a Cardinale Papienſi, vt vota nuncupata ſeruet. num. 59. Ioannes Caruaialeius vim conſtantia vincit. nu. 60. ſchiſmatis conflandi occaſionem pene dedit. ib. mali eius conſultores diuina vltione percuſſi. num. 61. Turcicæ expeditionis conſilia agitat. num. 62. de ſtipendijs conferendis cum Italis principibus agit. ib. vectigalia ex confecto alumine attribuit pro ſtipendijs belli ſacri. ib. commendas non augendas decernit. num. 68. Venuſinum comitatum cum Aprutij parte commutare abnuit. ib. ſollicitat principes Italos, vt ſtipendia contra Turcas Hungaro ſuppeditent. 146 . num. 1 grauiſſimæ illius de Chriſtianis querelæ. num. 2. metuit Italiæ & Cardinales conſulit de agendis. ib. dum tuetur iura Eccleſiæ Ferdinandi inimicitias contrahit. num. 4. precantem, vt vectigala aurum ipſi remitteret repellit. ib. Cæſenam & Britenorium ad Eccleſiam reuocat. num. 6. Alfonſi a Caſtellanis rebellantibus renuntiati Regis oratores petentes, vt confirmaretur repellit. num. 7. hortatur principes, vt arma in Turcas moueant. 1466. nu. 1. ſignificat Scanderbeghum e Albania pulſum. n. 2. plures familias in Italiam perfugiſſe. ib. Mahometem ad religionem Chriſtianam delendam anhelare. ib. auctum animis ob Chriſtianorum negligentiam. ib. vt creuerit Turcarum potentia dum ſpernitur. num. 5. quantum immineat periculum reliquo Chriſtiano imperio ſi Turcæ Italia potiantur. ib. ſollicitat Italos, vt fœdus ineant in Mahometem. nu. 7. Mediolanenſem principatum pacat. n. 9. inſenſior eſt Iacobo Papienſi quod monitus eſſet ab eo vt votum de concilio cogendo ſeruaret. num. 12. vltionem de eo male repetit. ib. Mediolanenſem archiepiſcopum mittit in Gallias ad componendum ciuile bellum. num. 13. Ludouici Regis ad Paulum II. literæ. num. 14. Beneuentanos archiepiſcopos thiaram trino diademate fulgentem geſtare auſos reprimit. num. 20. vetat ne Euchariſtiam ante ſe deferri iubeant. ib. corruptelas plures e Romana curia tollit. nu. 21. abbreuiatorum ordinem abolet. ib. intentantes illi concilij nomen carceribus mancipat. ibid. a Platina impudenter laceſſitus eum in carcerem retrudit. num. 22. prouinciarum præſides caſte munera exercere iubet. num. 23. eſculenta & potulenta munera ijs tantum permittit. ib. conſtitutionem in eos edit, qui inimicorum conſanguineos lædunt. nu. 24. Georgium Boemiæ Regem ob hæreſim exauctorat. num. 25. & ſeqq. quo ritu id peregerit. nu. 30. Caſimirus Poloniæ Rex ad eum oratores mittit, vt concordiam cum Cruciferis initam confirmet. num. 31. repetit in Georgium Boemiæ Regem anathematis ſententiam. 1467. num. 1. percellit etiam anathemate Gregorium Hamburgenſem. num. 2. exponit decretoriam de hæreſi ſententiam proferendam a Pontifice. num. 4. ſoluit Boemos ſacramenti Georgio præſtiti religione. ib. monet Fredericum Cæſarem, vt Boemos parere Georgio vetet. num. 6. reſcindit fœdera cum Georgio hæretico inita. n. 7. pronuntiat eum hæreticum & quouis dignitatis titulo exuit. ib. internuntium ſacram in eum militiam ducere iubet. num. 8. Gabrielem Minoritam Veronenſem aduerſus Vuicleffiſtas cenſorem creat. ib. Petrum Cardinalem tit. S. Vitalis in Germaniam mittit. nu. 15. Fraticellorum reliquias excindit. ib. auget Cardinalium ſenatum. nu. 16. inſtaurandæ paci Italicæ dat operam. nu. 18. Iacobo epiſcopo Legionenſi ſedandorum Caſtellæ bellorum prouinciam imponit. num. 19. rebellantes Henrico Regi anathemate percellit. num. 20. digitum S. Catharinæ Senenſis transferri Hadriam concedit. num. 24. Georgium Boemum exauctoratum ob hæreſim euertere nititur. 1468. nu. 1. Germanos Nurembergæ congregatos in eum concitat. nu. 13. monet Cæſarem Boemiæ regnum ob hæreſim ad imperium deuolutum. nu. 4. arma in Georgium correpturis Germanis indulgentias proponit. nu. 5. repetit in eumdem anathematis ſententiam. nu. 6. Ioannem Rochizanam ſe pro archiepiſcopo Pragenſi gerentem omni dignitate exuit. ib. Gregorium Hamburgenſem Georgij fautorem anathemate ferit. num. 7. ſententiæ in Georgium latæ vindicem habet Matthiam Hungariæ Regem. num. num. 10. decernit expeditionem in Turcas. num. 13. controuerſiarum inter principes deciſionem ſpectare ad Pontificem ex ſacris oraculis oſtendit. nu. 16. inter Italos perpetuam pacem indicit. nu. 17. veteres concordiæ pactiones redintegrat. num. 18. Bartholomæum Coleonem Italici exercitus ducem in Turcas creat. nu. 19. centum millium aureorum ſtipendium illi attribuit. ib. in Albaniam traijcere iubet ib. fœdifragis eccleſiaſticas iras intentat num. 20. ſi quæ oriatur controuerſia illius decidendæ ius ſedi Apoſtolicæ reſeruat. ib. oratores diſſidentium principum firmatæ pacis ergo ad pedis & manus oſculum admittit. nu. 24. ſolemnes ſupplicationes pro pace decernit. nu. 25 Sorani ducis & Caſſinenſis monaſterij patrocinium arripit. num. 29. Soranus comitatus, qui Eccleſiaſtico imperio coniunctus fuerat illi ereptus a Ferdinando. nu. 30. erepta etiam arx Tolphæ nouæ. ib. grauibus iniurijs ab eo afficitur. ib. prædicit Alfonſum Caſtellani ſceptri inuaſorem non diu futurum ſuperſtitem. nu. 33. inani gloriola ſe duci patitur. nu. 38. nouos Cardinales creat iterumque alios ſecrete. nu. 39. ſanctionem edit de non alienandis bonis eccleſiaſticis. nu. 41. conuenitur a Frederico Imperatore. nu. 42. illius manum faciemque deoſculatur Imperator. nu. 43. enſe ſacro Imperatorem donat. nu. 45. ſacramentum illi ob Huſſiticam hæreſim tantum ſub ſpecie panis dat. nu. 45. de bello Huſſitis inferendo cum eo agit. nu. 46. poſcit ab eo Imperator, vt Conſtantiæ celebretur concilium pro excindenda Huſſitica hæreſi. ib. deque bello Turcis inferendo. ibid. poſtulatur, vt congreget concilium.

ib. repulſam obijcit, ib. quos honores Cæſari exhibuerit, nu. 43. ornat eum muneribus, ibid. aſcenſuro equum Paulo ſtapedem tenuit Fredericus III. 1469. nu. 3. redeunte eo in Vaticanum cum Frederico Cæſare quis pompæ ordo ſeruatus, nu. 4. quæ munera Frederico contulerit. nu. 5. militarem ordinem S. Georgij inſtitutum a Frederico confirmat, nu. 6. & 7. Viennenſem academiam condit, nu. 8. Heluetijs quinquennalem pacem indicit cum Auſtriacis. nu. 15. ducenta aureorum millia contra Turcas expendit, num. 18. decumas Gallicano clero conuertendas in belli ſacri ſtipendia imponit. nu. 19. tum clero aliorum regnorum, num. 20. a Ferdinando indigna paſſus cum Venetis arctiſſimum fœdus init. num. 24. Ariminum a Roberti Malatellæ tyrannide vindicare nititur, nu. 26. hoſtem Ferdinandum experitur. ib. ducum perfidia Pauli exercitus fuſus. ibid. agit de Ioanne Andegauenſi aduerſus Ferdinandum euocando. nu. 27. conſulitur ab Antiocheno patriarcha de rebus fidei. nu. 28. Pauli II. ad eum reſponſum de vno Deo & trino. nu. 29. de duabus in Chriſto naturis & duabus operationibus. ib. Petrum Antiochenum confirmat in patriarchatu. nu. 30. ad conſtantiam in aduerſis excitat. ib. academiam S. Andreæ in Scotia inſtituit. nu. 31. promouet concordiam inter Cæſarem & Hungarum. 1471. n. 1. de pace confecta Friderico gratulatur. n. 2. de pace Italica facit eum certiorem. ib. Franciſcum Cardinalem Senenſem legatum in Germaniam decernit. nu. 3. dat illi imperia, vt expeditionem in Turcas decernendam curet. nu. 6. quid oratoribus ducum Saxoniæ de Georgij reconciliatione agentibus reſponderit. nu. 16. iubet ante omnia, vt Georgius eiuret hæreſim. nu. 17. communione ſub ſpecie panis tantum contentus ſit, nu. 18. archiepiſcopum Pragenſem priſtinis iuribus reſtituat. ib. eumdem fulciat ad rem catholicam aſſerendam. nu. 19. corruptelam de Euchariſtia infantibus præbenda reſcindi imperat. nu. 20. eccleſiaſticis priſtina vectigalia reſtitui. nu. 22. dilationum diffugia abſcindit, ib. communionem ſub vtraque ſpecie laicis negat & compactata exoleuiſſe pronuntiat. n. 24. a Georgio plura promittente vades expetit. n. 25. inhibet legato ne cōtrouerſia de ſucceſſione regni ſeſe implicet. n. 27. promulgat vana eſſe & pura mendacia, quæ de Georgio regno & Eccleſiæ reſtituto ſparſa erant. n. 28. internuntij Apoſtolici ad eum de re Boemica literæ. n. 30. ſcribit Franciſco Cardinali legato iure Matthiam Regem Boemię electum atque ab internuntio confirmatum, nu. 34. Albertum ducem Saxoniæ obiurgat quod Pragam adierit. nu. 37. Poloniæ Regem a Boemia affectanda abducere nititur, nu. 39. de pace inter Hungarum & Polonum agit. nu. 39. controuerſiam æquitate ſe direpturum proponit. ibid. Matthiæ apoſtoli cum patrocinium pollicetur. nu. 40. enſem & pileum ei, vt fidei defenſori mittit. num. 40. nummaria ſubſidia eidem ſuppeditat. num. 42. Turonenſem archiepiſcopum vrget, vt Ludouicum XI. ad ſuſcipiendum bellum turcicum excitet. nu. 43. exponit expeditionem feliciter confectum iri ſi eam Gallus ſuſceperit. nu. 44. Rhodios equites ſollicitat, vt vrbem propugnaculis & vallo muniant. nu. 45. pollicetur auxilia. ib. Albanenſes ad conſtantiam ſpe ſubſidij hortatur. nu. 46. Iacobum [illegible] ſpernit [illegible], vt ubi regnum [illegible] afferatur [illegible]. num. 47. [illegible] ſtatas excipit. nu. 49. [illegible] in Turcam ſollicitatur. [illegible] illius ſacra compreca. [illegible] indices in cauſa [illegible]. nu. 54. Borſium [illegible] Ferrarienſis ducis titulo [illegible]. num. 56. quos ritus obſeru[illegible]. ib. Lauretanam ædem exornat. nu. 57. de iconculis quæ vocantur agnus Dei conſtitutionem [illegible] nu. 58 de earum poteſtate mira [illegible]. 10. vetat eas vendi aut permutari. ibid. ſaphiro pretioſiſſimo ab Alfonſo Rege donatur, num. 60. crucem auream cum particula crucis dominicæ ad eum tranſmittit. ibid. eumdem Regem commendat quod theologos de concilij celebrandi neceſſitate diſſerentes honorifico in ſedem Apoſtolicam reſponſo dimiſiſſet. nu. 61. repentina morte extinguitur. ib. creditur a nonnullis diuina vltione ſublatus quod votum de concilio celebrando violaſſet. ibid. non temere carpendum demonſtratur. ib. nimia plethora extitit cauſa illius mortis. num 62. Platina temere in eum ſatyram ſcribit. ib. refelluntur eius calumniæ. ib. Pauli II. elogium inſigne ex Ægydio Viterbienſi Cardinale. nu. 63. de illius inſigni benignitate Philelphi teſtimonium. num. 64. parſimonia illius auaritiæ male aſcripta. ib. Venetos iuuit auro in Turcas. ib. mira eius frugalitas. nu. 65. Philelphi ſententia de cauſa naturali illius mortis. ib. Pontificatum Sixto IV. prædixiſſe fertur. ib. impudentiſſima a nouatoribus calumnia illi temere aſperſa. ib.

Pauperes. dicti ab Amedeo Sabaudiæ duce canes venatici quibus cœlum capiatur. 1471. n. 84. quid obiectum contra liberalitatem in pauperes quidne reſponſum. nu. 85.

Peloponeſus. in Mahometem rebellat. An. 1459. num. 43. Peloponeſiacis ſubmiſſæ leues copiæ auxiliatæ. nu. 46. commendati Peloponeſiaci ob defenſam Chriſti cauſam. num. 47.

Pertinacia, plures pertinaces euadunt ne inconſtantes videantur, 1463. nu. 115.

Peruſium. defenſum a Ioanne Baptiſta Sabello, 1479. nu. 18. Eccleſiæ ereptum a Braccijs, 1488. nu. 20.

Peſtis. peſte pereunt Germani in quos cruces defluxerant cœlitus. 1502. num. 22. peſte Romæ graſſante vix decimus quiſque ægrotantium ſeruatus. 1468. num. 35.

S. Petrus Apoſtolus. eius primatus confirmatur. 1463. nu. 118.

Petrus e Campofregoſo. Genuenſem principatum eiectis Gallis recuperare tentat. 1459. num. 8. in pugna trucidatus. ib.

Petrus Brillandus ſeu Berlandus archiepiſcopus. Burdegalenſis miraculis claret. 1463. num. 105. de illis inquiri iubet Pius II. & interrogationum formulam mittit. ib.

Petrus Luſitaniæ regia princeps. renuntiatur princeps a Catalanis. 1464. num. 32. Aragoniæ & Siciliæ titulos arripit. ibid. poſt multa prælia ſpem cum morte commutat. ib. gentilitio ſtemmati inſcripſit hanc ſententiam *labor pro lætitia.* 1466. num. 19. veritatem eam experitur dum pro ſolio ſepulchrum nactus eſt bellicis curis oppreſſus. ib. eo defuncto Renatus a Catalanis aduerſus Ioannem excitus. ib.

Petrus Cardinalis tit. S. Vitalis. miſſus in Germaniam legatus. 1467. n. 15.

Petrus Medices. Coſmę parenti in Florentino principatu ſuccedit. 1467. n. 17. in eum ab æmulis libertatis cupidis bellum conflatum. ib. in eum, Veneti Bartholomæum Colleonem immittunt. ib. Galeatius dux Mediolanēſis fert illi opem. ib. fractis hoſtium conatibus principatum tuetur. n. 18. inuitis Florentinis Alfonſi partes tuetur contra Gallos. 1494. num. 21. territus Caroli VIII. progreſſibus ad leniendas eius iras Petramſanctam Serzanellum Liburnum & Piſas illius poteſtati permittit. ib. contractis inde Florentinorum odijs prætorij ingreſſu arcetur. ib. grauius malum metuens cum fratribus in exilium concedit. ib. cum Veneto exercitu Florentinum principatum inuadit, 1498. num. 8. Camaldulum infeliciter oppugnat. ib. diuina vi repellitur. nu. 9.

Petrus Antiochenus idemq; Maronitarum patriarcha. Paulum II. conſulit de rebus fidei. 1469. num. 28. expoſitum illi quid ſentiendum de Deo vno & trino. num. 29. de duabus in Chriſto naturis & duabus operationibus. ibid. confirmatur in patriarchatu. num. 30. in aduerſis ad conſtantiam excitatus. ib.

Petrus

Petrus Thomas monachus. in Louanienſi academia contendit propoſitiones de futuris contingentibus nec veras nec falſas eſſe. A. 1470. n. 51. dãnatur a Paulo II. refellitur a Sixto IV. dum cardinalatum gereret. ib. damnatur ab eodem. 1473. num. 25.

Petrus Riarius Minorita poſtea Cardinalis. deſignatur epiſcopus Taruiſinus. 1471. n. 79. creatur Cardinalis tit. S. Sixti. ib. defuncto Beſſarioni ſubrogatur in patriarchatu Conſtantinopolitano. num. 11. nimio luxu perit 1474. n. 22. ſæculi pompam maxime ſectatus eſt. ib. in conuiuijs inſtruendis inſaniebat. ib. impudentiſſima eius ſuperbia. ib. hiſtriones coluit & mimos. ibid. pluribus epiſcopatibus infeliciter onuſtus. nu. 24. abit in exemplum humanæ fragilitatis. ib.

Petrus de Peralta magiſter equitum Nauarræ. Nicolaum epiſcopum Pampilonenſem interficit. 1472. nu. 34. publica pœnitentia admiſſa conciliatur Eccleſiæ. nu. 24.

Petrus Mocenicus Venetæ claſſis præfectus. plura Turcarum loca diripit incenditque. 1473. num. 1. Sichinum Seleuciam & Coricum ad deditionem tormentis cogit reſtituitque Caramano. num. 2. audita Iacobi Cyprij tyranni morte in Cyprum nauigat. ibid. Catharinæ Corneliæ clientelam repulſa Carola ſuſcipit. nu. 4. ſubmittit ſuppetias Scodrenſibus obſeſſis eæque propulſatæ. 1474 num. 13. occiſis Corneliæ Reginæ patruis Famaguſtam cum claſſe applicat. 1475. nu. 31. in coniuratos animaduertit. ib. præfectos Venetos arcibus imponit. ib.

Petrus Foſcarus. antea a Paulo II. renunciatus Cardinalis, ſed non agnitus. iterum a Sixto IV. creatus Cardinalis S. Nicolai inter imagines. 1477. nu. 10.

Petrus Aubuſſonius Rhodiæ militiæ princeps. Mahometi II. vectigal pendere abnuit. 1479. nu. 21. ſe munit aduerſus illius vim. eodem num. 21. ſub eo S. Lazari & S. Sepulchri militiæ coniunctæ. ib. centum & quinquaginta nauium claſſe oppugnatur ib. Rhodiam vrbem contra Turcas propugnat. 1480. num. 1. illius ad Cæſarem de parta victoria literæ. num. 2. & ſeq. vt ea diuinitus parta fuerit. num. 11. & 15. Rhodiam eccleſiam cum donis tum aucto ſacerdotum numero decorauit. num. 16. manum S. Ioannis Baptiſtæ qua Chriſtus baptizatus eſt diuinitus recuperat. num. 13. inſtituit, vt die S. Pantaleonis quo Turcæ repulſi ſunt ſolemnes preces habeantur. nu. 15. quæ fuerint earum precum formulę. num. 16. Zizimus Baiazethis frater ad eum perfugit. 1482. num. 36 rogatus ab Innocentio VIII. Baiazethem II. permouet, vt a Chriſtianis vexãdis abſtineat. A. 1485. num. 5. & 6. commonitus ab Innocentio, vt rempublicam Chriſtianam tueatur. num. 7. metu Baiazethis, qui Caramaniam ſubegerat Rhodum communit. 1486. num. 87. monet Innocentium VIII. vt principes occidentales mutuo iungat fœdere aduerſus Baiazethem ſultano Ægyptio bellum inferentem. ibid. iuſſus equites mittere Romam pro conferendis belli conſilijs. 1487. num. 7. Baiazethes & ſultanus Ægyptius eius amicitiam prenſant. 1488. nu. 9. in neutram partem inclinat. ibid. petit ab Innocentio, vt Zizimus Matthiæ Regi dedatur. ib. aſſentitur dari Pontifici atque ex Gallia in Italiam duci. ibid. & 1489. nu. 2. creatur Cardinalis. nu. 22. concipit in eum iras Baiazethes ob Zizimum Pontifici deditum. 1490. nu. 1. ſubtili reſponſo ac veriſimili eum placat. ib. id confirmatum exitu. nu. 2. creatur legatus in cruceſignato exercitu contra Turcas. 1501. num. 2. claſſis Chriſtianæ imperium illi datum. nu. 3. eiuſdem elogium. nu. 5.

Petrus de Oſma hæreſiarcha. Salamanticenſem academiam inficit. 1479. nu. 32. damnatę eius hęreſes a Sixto IV. ib. & n. ſeq.

B. Petrus Minorita. martyrum numero aſcriptus a Sixto IV. 1481. num. 42.

Petrus Arbueſius cenſor fidei. a Marrhanis interficitur in eccleſia Cæſarauguſtana. 1485. nu. 22. illius ſanguis diuino prodigio viſus efferueſcere. nu. 23. iterum decimo quinto die a cæde ebullijt. nu. 24. ſacri martyrum honores illi habiti. nu. 25.

Petrus Gueuarra ſeneſcalcus regni Neapol. bellum gerit aduerſus Ferdinandum. 1486. nu. 7.

Petrus Mendoza Cardinalis, idemque archiepiſcopus Toletanus. inſtaurat baſilicam S. Crucis. 1492. nu. 33. repertus tum titulus, qui olim affixus Cruci. ib.

Petrus de Aranda Calagurritanus epiſcopus. Marrhanicæ hæreſis conuictus 1498. nu. 22. quę fuerint præcipua illius capita. ib.

Petrus Nauarrus. Gonſaluum Caietam obſidentem propulſat. 1503. nu. 6.

Philelphus. Vid. *Franciſcus Philelphus*.

Philibertus de Vgonettis epiſcopus Matiſconenſis. creatus Cardinalis a Sixto IV. 1473. nu. 22.

Philippus dux Burgundiæ. promittit Pio II. moturum ſe omnes vires in Turcas. 1459. nu. 26. rogatus a Pio II. vt Germaniæ diſſidia compeſcat. ibid. Trapezuntini Imperatoris ad eum literæ, vt expeditionem ducat in Mahometem. nu. 49. promiſſi illi ingentes auxiliares exercitus. ib. & nu. 5. miſſi ad eumdem orientalium Regum oratores pro iungendo armorum fœdere. num. 51. quid oratoris opera in conuentu Mantuano Philippus propoſuerit. num. 52. quid illi a Pio reſponſum. ibid. ignauię ſuæ culpam in Reges ignauos transfert. num. 53. pacem init cum Gallo Rege quæ a Pio confirmata. nu. 83. ampliſſima ab orientalibus Regibus ad eum miſſa legatio, vt bellum ſacrum in Turcas ſuſcipiat. 1461. num. 36. promiſſum illi regnum Ieroſolymitanum ſi in Syriam acceſſerit. ib. habita a legatis apud eum oratio. ib. Ludouici Francorum Regis ſequendi in Turcas ſpem inijcit. nu. 113. concordiæ interpretem agit inter Dietherum & Adulphum Naſſouium. 1462. nu. 26. cur religione concepti voti de exercitu in Turcas ducendo ſe liberatum dixerit. nu. 33. opinatur Pius II. Philippum ſecuturum Pontificem ſi in Turcas expeditionem duxerit eamque decernit. ib. mittit ad eũ Pius legatos. n. 34. Pio Philippus verba dat & difficultates inijcit. ib. fœdus init cum Eduardo Anglorum Rege aduerſus Henricum quem Ludouicus Francorum Rex tuendum ſuſceperat. nu. 48. admonetur ad votum in opus prouocandum. 1463. nu. 21. carnis delicię curas belli ſacri ex illius animo delent. ib. correptus morbo ſe violati voti reum agnoſcit. ib. mittit oratores pro inſtruendo bellico apparatu. nu. 23. iterum ſub mollitie deliciarum ſuccumbit. nu. 47. ſollicitatur, vt arma Palatino Eccleſiæ rebelli inferat. nu. 91. regij apicis ſpes illi iniecta. ib. de affinitate cum Cæſare iungenda agit. nu. 92. reſiſtunt Belgæ ne regium nomen ſibi comparet nu. 93. monitus de clade ingenti a Turcis illata Venetis. 1464. nu. 5. vt Corinthus fruſtra oppugnata a Venetis. ib. vt Veneti exercitus dux ſaxo obtritus. ib. Pij ad illum cohortatio, vt ſacrum bellum ſuſcipiat. nu. 7. cur non ſit differenda expeditio. ib. additi noui ſacri ſtimuli ne concitatam de ſe expeditionem fallat. nu. 8. occupet hoſtem, qui celeritate valet. ib. deficit ab egregie cœptis. nu. 25. ſollicitatur a Pio, vt perſtet in conſtantia. ib. ne vota temere infringat. num. 26. meminerit valetudinis diuinitus ipſi reſtitutæ. ib. & promiſſorum. ibid. ex illius aduentu promulgato fractos Turcarum animos. nu. 27. ſi abſiſtat cœptis illius famam extinctum iri. ib. diuinam iram ſi domi hęſerit formidandam. nu. 28. ſe profecturum in Turcas etiamſi non venerit. nu. 29. propoſita illi diuina beneficia. ib. totius orbis ſpem fallit. nu. 30. culpam deriuat in Galliæ Regem. ib. bellum ciuile aduerſus Ludouicum XI. Gallorum Regem miſſo Carolo filio fouet. 1465. n. 10.

ſtas ad Romonam vrbes recipit, num. 13. eius filius a Dionanteis fuſus. A. 1466. nu. 17. Dionanteos filij opera delet extrema clade, ib. Leodienſes graui bello petit, ibid. eos delet ad Trudonenſe oppidum Caroli filij opera. 1467. num. 22. moritur, ib. eius elogium, ib. Mahumeticam in libidinibus licentiam ſectatus in Mahumetanos bellum ſuſcipere non eſt auſus, num. 23. ſuccedit illi filius Carolus. ib.

Philippus Clinius. Virginis ope diuinitus oſſe ferrea vincula diſfringit atque ex carcere euadit, 1471. num. 81.

Philippus archiepiſcopus Arelatenſis. creatus Cardinalis. 1473. nu. 32.

Philippus I. Auſtriæ archidux & Hiſpaniæ Rex. naſcitur in Belgio patre Maximiliano & Maria Burgunda. 1477. num. 4. de illius educatione cum Maximiliano diſceptant Belgæ. 1484. nu. 10. Sixti literæ, vt Maximiliano dedatur. nu. 11. monitus ab Alexandro, vt libertatem eccleſiaſticam tueatur in Belgio. 1492. num. 33. Caſtellani & Aragonij regnorum hæres ſalutatur. 1503. num. 3. a Ferdinando & Elizabeth pacis conficiendæ cum Gallo ampliſsima poteſtate inſtruitur. ib. Lugduni inter Ferdinandum & Ludouicum pacem ſancit, ib. pax ea repudiata ab Hiſpano, ib. Gallus ſpe pacis illuſus. ib. Conſaluo imperat Philippus, vt armis abſtineat, ſed is abnuit, ib.

Philippus comes Palatinus Rheni. ad ſeruandas indictas inducias, vt bellum geratur in Turcas ſollicitatus, 1481. nu. 28.

Philippus Cliuienſis dux. Hallas cum magno exercitu oppugnat. 1489. num. 24. diuino prodigio repellitur, ib.

Phranizes. pia eius in fine hiſtoriæ oratio. 1476. num. 9.

Phutenſe regnum. illius expugnandi ius Luſitano reſeruatum, 1481. num. 37.

Picardi ſiue Pigardi. Picardorum ſiue Vualdenſium errores 1498. num. 26. refelluntur. ib. & ſequentibus alij. Vid. *Vualdenſes*.

Piccininus tyrannus, Vid. *Iacobus Piccininus*.

Pileus cardinalitius. Cardinales cenſendi ſunt antequam is tradatur. 1496. num. 39. Eugenij IV. conſtitutio ſoluta. nu. 40.

Piſa. Caroli VIII. fidei a Petro Medice permiſſæ. 1494. nu. 21.

Piſani. donati libertate a Carolo VIII. Florentinorumque imperio ſubducti, 1494. num. 21. ingrato animo Caroli, ſtatuam e ponte in flumen deijciunt ſeque in Maximiliani clientelam aduerſus Carolum conferunt. nu. 8. eius ope a Florentinorum obſidione liberati, ib.

Pius II. ante pontificatum dictus Æneas Syluius, Vid. *Æneas Syluius* oſtentum diuinitus matri per quietem futurum pontificem. A. 1458. n. 1. Calliſto III. ſubrogatur, ib. qui ritus in creatione illius ſeruati. n. 2. nonnulli Cardinales eius electionem diſturbare conati, nu. 3. Pij nomen accipit. ibid. prænuntiatus antea illi a Nicolao V. pontificatus, nu. 4. ſacramentum nuncupat de tollendis curiæ corruptelis. nu. 5. de non alienandis eccleſiæ principatibus. n. 7. de non mouendo bello ſine maioris Cardinalium partis conſenſu, ib. eius patria & primitiæ, num. 9. quam ſententiam ſumpſerit pro emblomate. ib. vt iam ante adierit concilium Baſileenſe, ibid. Amedeo antipapæ deinde Frederico Imperatori a ſecretis fuit. ib. Germanorum nomine Eugenio obedientiam detulit. n. 10. creatus epiſcopus Tergeſtinus deinde Senenſis, ib. coronati Imperatoris nomine ad Nicolaum orationem habuit de bello Turcis mouendo. num. 11. nomine Cæſareo præfuit pluribus Germanorum conuentibus. ib. Calliſto obſequium nomine Cæſareo detulit. ibid. diuinam prouidentiam quæ ipſum efferret adorat. ib. de ſe demiſſe ſentiebat. ib pluribus epiſcopis Cardinalibus & Pontificibus a ſecretis fuit. num. 12. pluribus ſcriptis pontificiam auctoritatem tutatus eſt. ib. quo die thyara redimitus. ib. encyclicæ eius literæ de ſuſcepto pontificatu. n. 13. Chriſtianorum conuẽtus Mantuę indicit celebrãdos. n. 14. per ſacrum baptiſma Carolum Gallorum Regem adiurat vt arma in Turcas vertat. num. 10. admonet ne ſequi Pontificem detrectet. ib. veram gloriam in promouenda Chriſti gloria ſitam, ibid. quid illi a Carolo Rege reſponſum. nu. 17. Cæſarem alioſque Reges ad ſacrum bellum ſollicitat. ib. ſeptem viros rogat, vt Galeatio Mariæ ducatus Mediolanenſis ius beneficiarium conferant. num. 18. Georgium Podiebratium Regem Boemiæ ad bellum in Turcas ſollicitat. ib. ab eo deluditur. ib. S. Antoninus ad eum a Florentinis orator decretus, ibid. Ferdinandum in regno Neapolitano confirmat. num. 20. quas illi leges dixerit. ibid. vtiliores poſcenti quid reſponderit. ib. cenſuris ſoluit. num. 21. actum de Piccinino tyranno editione eccleſiaſtica eijciendo. num. 24. Spoletanum ducatum ea Ludouico Borgia Calliſti nepote recuperat. nu. 25. reſcindit Calliſti in Ferdinandum decretum nu. 27. iubet proceres Neapolitanos illi parere. ib. querenti Renato quod fauiſſet hoſti quid reſponderit. nu. 28. Latinum Cardinalem ad Ferdinandum corona cingendum mittit, num. 28. quibus legibus regni ius fiduciarium contulerit. num. 30. & ſeqq. conſtitutionem edit de modo creandi Pontificis ſi in loco vltra Florentiam obierit. 1559. num. 1. nouam militiam in Turcas condit. num. 2. illius ſedem in Lemno inſula conſtituit. ib. B. Mariæ Bethleemitanæ nomen illi imponit. num. 3. crucem rubeam in campo albo pro inſigni attribuit. ib. illius Mantuam verſus iter. nu. 4. qui eum Cardinales ſtiparint. ib. ſuæ ſaluti rem Chriſtianam prætert. ibid. Aſſiſium Gualdum & Nuceriam ex comite Piccinino recipit. num. 5. excipitur vbique magnifice. ib. Cæſarem rogat, vt ad Mantuanos conuentus accedat. num. 6. ad eos vocat principes. ib. monet Cæſarem, vt validus inualidum ſequatur Pontificem. num. 7. conſilijs non vtendum vbi Chriſti res geritur. ib. fit certior a Latino Cardinale Vrſino de Ferdinando corona redimito. num. 9. a Senenſibus rogatus, vt ad eos diuerteret. num. 10. Beſſarioni Cardinali decem millium bellatorum in Turcas conſcribendorum poteſtatem tradit. num. 11. Corſinianum natale oppidum illuſtrat palatio & eccleſia. ibid. priores Senenſes roſa aurea donat. num. 12. conuenitur a pluribus Regum oratoribus. num. 13. ad ſedandas lites pronuntiat inter contendentes de regio iure eum Regem agnitum iri a ſede Apoſtolica, qui regnum teneat. ib. conſultus a Friderico an oblatum regnum Hungariæ admiſſurus eſſet admonet ne admittat ſi lis & belli materia offeratur. num. 14. ne Matthiam ad iungendum cum Turca fœdus adigat. nu. 15. parandi exercitum Matthiæ in Turcas præferri iubet vexillum Eccleſiæ. num. 16. perturbatoribus Hungariæ cenſuras intentit. ib. legato imperat, vt controuerſias ſedet. num. 17. Frederico reſpondet controuerſiæ de regno Vngarico dirimendæ ius ſpectare ad ſedem Apoſtolicam. num. 17. addit animos Matthię, vt Chriſti cauſam tueatur. ib. Georgium fidem publice profiteri detrectantem negat publice Regem appellandum. num. 19. negat propterea illius oratori publicum regij oratoris locum. num. 20. monet Bohemos ne plus ſapere affectent quam alij populi. ib. mittit internuntios pro concilianda controuerſia inter Georgium Boemię Regem ac Sileſios. num. 22. ſignificat Henrico Caſtellę Regi conſilium excindendę ſuperſtitionis Mahumeticę. num. 24. Dauidem Trapezuntinum imperatorem ſollicitat, vt arma in Turcas coniungat. num. 26. Philippi ducis Burgundię oratores illi vires omnes contra Turcas mouendas

ſpon-

ſpondent. num. 26. Philippum orat, vt Germaniæ diſſidia compeſcat. ib. Reginaldum epiſcopum Ciceſtrenſem hæreſiarcham damnat. nu. 29. in hæreticos nouos matrimonium damnantes inquiri iubet. num. 30. Zaninum hæreſiarcham perpetuo carceri mancipari iubet. num. 31. a Florentinis magnifice exceptus. nu. 32. proceres geſtandæ ſellæ colla ſopponunt. ib. indulgentias confert deoſculaturis manus S. Antonini extincti. num. 36. eius iter per Æmiliam Mantuam verſus. num. 38. Renatum Regem grauiter offenſum monet, ius in regnum Neapolitanum illi non ereptum. num. 39. Bononiæ excipitur magnificentiſſime. num. 40. Ferrariam diuertit, ibid. Mantuam ingreditur. num. 41. ciuitatis claues illi delatæ. ib. conqueritur de Regibus, qui oratores non miſerint. num. 42. incuſat eorum ſegnitiem in diffugienda expeditione. ib. hortatur, vt communibus animis rem Chriſtianam tueantur. nu. 43. exponit ſetme totam Peloponeſum rebellaſſe Turcis. ib. amiſſum iri ni mittantur ſubſidia. ibid. enſem ſacra prece luſtratum mittit ad Cæſarem. num. 44. monet Carolum Francorum Regem, vt Chriſtianiſſimi nomem operibus exornet. num. 45. ob non præſtita auxilia Chriſtianum nomen in oriente excindi. ib. leues copias auxiliares in Peloponeſum ſubmittit. num. 46. Peloponeſiacos ad conſtantiam hortatur. num. 47. ſollicitati a Pio II. orientis Reges ingentes copias ducere ſpondent ac ſe coniungere occidentalibus aduerſus Mahometem. num. 49. quid Pio Burgundi ducis orator propoſuerit de gerendo in Turcas bello. num. 52. quid a Pio reſponſum. ibid. pro componendis Germanorum diſſidijs internuntios mittit. num. 54. Stephani Nardini opera inter Heluetios & Auſtriacos bellum componit. num. 55. oratorum opera inter Bauarum & Brandeburgenſem pacem conciliat. nu. 55. Albertum Brandeburgenſem ſollicitat, vt Fredericum palatinum ad concordiam alliciat. num. 57. variæ orientalium legationes ad eum decretæ. num. 59. motas lites in Mantuano conuentu de ſeſſionis honore dirimit. num. 59. illius oratio de inferendo Turcis bello. num. 60. & ſeq. Mahumeticam tyrannidem ſemper ingraueſcere exponit. num. 61. ſubacta Hungaria irrupturos Turcas in Germaniam. ibid. e Valona Brunduſium petituros. ib. legis Mahumeticæ errores proponit num. 62. negari ab ea diuinam prouidentiam. ibid. Arrij & Manetis impietatem inſtaurari. ib. & Neſtorij & Macedonij. ibid. contradictiones Mahometis indicat. ib. hortatur principes, vt Chriſto reponãt vicem. num. 62. cum Italis militaria conſilia de gerendo turcico bello confert. num. 64. prædicit Venetis eos maxime turcicis armis exercitum iri. num. 65. differunt Galli oratores obſequium illi præſtare ob ſuſceptas Ferdinandi aduerſus Renatum partes. num. 68. excuſat ſe Pius ſi regnum Ferdinando aſſerueri. num. 69. a Gallis & Anglis deſertus ad Germanos ſe conuertit. num. 70. Germani quadraginta duo militum millia illi polliciti. ibid. Friderico Imperatori generale illius imperium defert. ib. Sigiſmundus Auſtriæ dux illum Mantuæ adit illique operam in Turcas defert. nu. 73. Polonos cum Cruciferis conciliare nititur. num. 74. Caſimirum Regem Poloniæ ad arma in Turcas vertenda ſollicitat. ib. Caramanum ſollicitat, vt ſigna efferat in Mahometem cum illum inuadent Chriſtiani. num. 75. Ioannem Cardinalem S. Angeli tegredi in Hungariam iubet ac Friderico & Matthiæ conciliandis operam dare. num. 77. aurum ſubſidiarium Hungaris ſubmittit. num. 78. pia illius gerendi belli turcici conſilia ob illatum a Gallis Ferdinando bellum confuſa. num. 78. inter Ferdinandum & Ioannem Antonium principem Tarentinum diſſidia componere nititur. num. 79. arcem Beneuentanam a Ferdinando repetit. nu. 80. ſacerdotes, qui in Altaceris expugnatione contra Mauros interfuerant expiat. num. 82. pacem inter Burgundum & Gallum confirmat. num. 83. Valentinenſem & Ingolſtadienſem academias condit. ib. militiam religioſam dictam ſocietatem Ieſu Chriſti inſtituit. ib. defuncto Gregorio patriarcha Conſtantinopolitano ſubrogat Iſidorum Ruthenum Cardinalem. num. 84. a Ludouico Sabaudo Cyprum profecturo contemptus prædicit illum e regno deturbatum iri. num. 86. epiſcopatum Marchiæ comiti ætate impari conferre abnuit. nu. 87. indicit in cœtu Mantuano expeditionem generalem in Turcas. 1460. num. 1. eius de ea re decretum. ib. ſolemnes preces imperat. num. 3. obſecrat Reges, vt arma in impios exerceant. num. 4. maiorem eſſe vim Chriſti tyrannide dæmonum. ibid. ſacra arma correpturis cœleſtem immortalitatem ſpondet. nu. 5. decumas & trigeſimas pro ſacri belli ſtipendijs indicit. num. 7. monet fideles non tantum pecuniam, ſed vitam pro Chriſti cauſa profundendam. num. 9. impij aliqui eccleſiaſtici a decreto pontificio turpiter prouocare auſi ad futurum concilium. num. 10. eas prouocationes impias damnat. num. 11. illius ad conuentum Mantuanum quem erat dimiſſurus oratio. num. 12. quantum exercitum terreſtrem ac maritimum conflandum decreuerit. ib. & num. 13. elogium a Philelpho datum Pio. ib. Hermolaum epiſcopum Veronenſem mittit ad pacem inter Gallos Angloſq; conciliandam. ib. & num. 16. ſi Renato non fauerit neceſſitatem excuſat. num. 17. decernit legatum Beſſarionem Cardinalem ad Cæſarem & Matthiam conciliandos. nu. 18. ſignificat Matthiæ Regi Hungariæ non reſpondiſſe Reges publicæ expectationi. num. 19. Cardinalem Caruialem in gerenda legatione Beſſarioni coniungit. ib. Frederico imperatori cruceſignati exercitus generale imperium defert. num. 20. ſi caſtrenſes labores ſuſcipere non poſſit præficiendi alterius poteſtatem dat. ibid. digreſſus Mantua Ferrariæ exceptus magnificentiſſime. num. 27. Franciſcum nepotem futurum indito Pij III. nomine Pontificem & alios quinque Cardinales creat. num. 28. illius ad nouos Cardinales oratio. num. 29. quo ritu ornamenta cardinalitiæ dignitatis contulerit. num. 30. morbo grauatus diuertit ad balnea. num. 32. Rodericum Cardinalem Borgiam laſciuientem grauiſſimis monitis informat, vt piam vitam inſtituat. ib. Sigiſmundo Auſtriaco ob captum Cardinalem Brixinenſem cenſuras eccleſiaſticas intulit. num. 33. contumaci alias pœnas infligit. num. 34. prouocantem nefarie ad concilium inania ab eo diffugia captari pronuntiat. num. 35. hæreſi deuinctum promulgat. ibid. Georgium Hamburgenſem maleſani conſilij auctorem defigit anathemate. num. 36. prouocationis ad concilium formulas, vt hæreticas ignibus exuri iubet. ib. prouocantes a Pontifice ad concilium anathemate percellit. num. 37. per huiuſmodi ad concilium prouocationes primatum apoſtolicum oppugnari demonſtrat. num. 38. demonſtrarat antea prouocationis illius iniquitatem. num. 39. Sanctorum aduerſus nouatores hoſce ſententia. num. 40. veteres numquam a ſede Apoſtolica appellaſſe demonſtrat. num. 41. probat ratione prouocationem eam non valere & Romanam ſedẽ ſynodo auguſtiorem. ib. & num. 42. aduerſariorum obiectiones diſſoluit. ib. & num. 43. & 44. Heluetios contra Auſtriacum confirmat eod. nu. 44. Caſtellæ Regis ad Pium II. legatio. num. 45. Caroli VII. Francorum Regis querelas refringit. num. 50. docet inueſtituras Regibus ob hæreticorum factiones conceſſas. num. 51. iure eas reuocari potuiſſe. ibid. increpat cur pragmaticam defendat. num. 53. non eſſe de grege domi-

Digitized by Google

dominio ; qui neget Romanum Pontificem ſuum eſſe paſtorem. ib. trium patriarcharum orientalium legationem excipit. num.55. agnoſcitur ab iis illius primatus, ib. monobaſſienſes olim Spartani miſſa legatione ſe illi ſubijciunt. num.58. mittit ad eos Pius præſidiarios milites. ib. præfectum mittit ad ineundam Spartæ poſſeſſionem. num.59. Scanderbegum meditantem ferre auxilium Ferdinando incitat, vt ferat. num.60. ſubmittit exercitum in regnum Neapolitanum aduerſus Gallos. num.62. monet Ferdinandum ne pugnet cum Gallis, ſed velitationibus eos fatiget. num.63. Terracinam ad pontificium obſequium reuocat. num.64. Galli ab eo pacem efflagitant. num.67. inſolens eorum dictum forti reſponſo reſtringit. num.68. ſuſceptæ Aragoniæ factionis odio tumultus in eum concitati. num.69. vrbanos magiſtratus de non coercitis ſeditioſis increpat. ib. Romæ excipitur publica omnium maxima lætitia. nu.70. turbas in vnione eccleſiaſtica motas compeſcit. num.70. rebelles vrbem concitato ad perduellionem auſi ſupplicio affecti. num.71. fert cenſuras in Sigiſmundum Malateſtam Picenum occupantem. num.72. eius conſilio Galli Genua propulſati [illegible] quarum pœnas dant num.73. Georgij Regis Bohemiæ hæretici hypocriſi deluditur. num.74 concordiæ leges inter eum & Vratiſlauienſes catholicos fert. io agi concordiæ interpretem inter Imperatorem & Hungarum. num.76. Beſſarionem Cardinalem ea de cauſa mittit. ib. [illegible] conuentus pro Germania [illegible] indicit. n.78. Georgium Bohemum de affectato imperio increpat. num. 82. denuntiat Eccleſiam laturam opem Frederico. num.83. Germanos hortatur, vt ſaluti publicæ conſulant. num.85. Fridericum decreta [illegible] in opus prouocare iubet. num.87. & Beſſarionem Cardinalem, vt in id incumbat vrget num.88. auxiliare aurum Matthiæ Regi ſpondet ne inducias cum Turca paciſcatur. num.90. Boſnenſem principem regia corona exornat. num.91. querentem de ea re Hungarum demulcet. ib. ſubſidia pro Cypro aduerſus Ægyptios defendenda decernit. num.95. Iacobo Cypri tyranno regium nomen denegat. num.96. minaces literæ a tyranno Ægyptio apoſtata ſcriptæ, num.97. a Pio confutatæ. num.98. & num. ſeqq. orientalium Regum inſignem legationem excipit. num. 101. centum viginti millia auxiliarium bellatorum pollicetur. num.102. Eboracenſem factionem aduerſus Lancaſtrenſem tuetur, nu.106. Armaniaci comitem pœnitentem venia donat. num.110. pœnæ illi inflictæ, num.111. & 112. Philippum ducem Burgundiæ ſacro enſe donat & Regem Aragonum roſa aurea. num.114. vires in tuendo Ferdinando contra Gallos conſumit. A.1463. num.1. de auctis rebus illi gratulatur, num.2. pollicetur numquam illi ſe defuturum. ib. Gallicam factionem anathemate defigit. nu.3. cum Ferdinando affinitatem contrahit. ib. Neapolitani regni proceres in Ferdinandi obſequium redire iubet. num.4. turbæ aduerſus Pium motæ in ditione eccleſiaſtica. num. 7. Anconitanos Cardinalis S. Suſannæ opera ad obſequium reuocat. num.8. in Malateſtam Picenum opprimentem Neapoleonem Vrſinum mittit, num.9. ob negatam immortalitatem animæ. ib. Sigiſmundum Auſtriacum cenſuris vrget, n.11. damnat eumdem reum hæreſis quod non credat in vnam ſanctam eccleſiam. ib. Mediolani ducem ſollicitat, vt illi bellum inferat. num.12. in eumdem concitat Heluetios, num.13. ſollicitat ſeptemuiros, vt Franciſco Sfortiæ ius principatus Mediolanenſis conferant. ib. negat pacem dandam Auſtriaco niſi eccleſiæ ſe ſubmiſerit. ib. Friderico Imperatori clientelam apoſtolicam ſpondet. num.14. admonet, vt publicis cœtibus interſit. ib. Bauaro reſpondenti tuti ſtare cenſuras incu[illegible] nu.15. Diotherus archiepiſcopus Moguntinus in Pium rebellat ac prouocat ad concilium. n.16. appetitur calumnijs ob receptum aurum ex indulgentijs, ib. prouocationis illius iniquitatem demonſtrat. num. 17. Beſſarionem Cardinalem monet, vt infelices ſucceſſus committat diuinæ prouidentiæ, num.18. & det operam, vt Palatinus belli ſacri dux creetur, ib. monet principes Germanos ne quid nouent in Cæſarem. num.19. Diotherum Moguntinum archiepiſcopum honore deijcit. n.20. Adulphum Naſſouienſem in eius locum ſubrogat. num.21. Ioannem Caruialem Card S. Angeli Hungariæ defendendæ contra Turcas incumbere iubet. num.26. equites Rhodios conferre ſe Rhodum iubet. num.27. Ioannem Aragonum Regem orat, vt claſſem auxiliarem in Cyprum mittat. num.30. Iacobi tyranni Cyprij oratores increpat, num.31. commendat Regi Francorum Trapezuntini Imperatoris & aliorum Regum oratores, num.35. Ludouico Minoritæ munus confert, vt occidentales Reges ad ſacrum bellum vrgeat. ib. partas a Calliſto inſulas in oriente expugnari ſinit, num.42. excuſat ſeſe. ib. Thomam Paleologum deſpotam profugum excipit. num.43. liberaliter eum ſuſtentat. ib. roſa aurea eum donat, ib. Mahometem de amplectenda religione Chriſtiana ſollicitat. num. 44. rogat amice, vt diſcutiat an vera dicantur. ib. exponit Chriſtiani imperij fortitudinem. ib. Italiæ expugnandæ difficultatem quoque explicat. num.45. pugnandi cum Italis diſparem eſſe rationem docet quam cum Aſiaticis. ib. vnam e quatuor nationibus vincere Turcas poſſe. ib. Græcos quos vicit non fuiſſe veros Chriſtianos. num.47. a paucis cruceſignatis profligatum Belgradi fuiſſe. num.47. qua ratione inter Chriſtianos imperium propaget aperit. ib. Vladislai conuerſi exemplum proponit & aliorum. ib. errantes populos ab eo ad veritatem adduci poſſe. ib. nec armis nec ratione Chriſtianos vinci poſſe. num. 48. ſi fiat Chriſtianus ab eo Ægyptios Arabes & Afros ſubactum iri ib. Europæos illi laturos auxilia. ib. totum orientem eo conuerſo Chriſtianum futurum. ib. obiectionem de mutuis Chriſtianorum bellis diſſoluit. num.49. exponit rationem Mahometi retinendi imperij etiam mutata religione. num.50. Clodouei gentilis in Gallia conuerſi exemplum proponit. ib. Richardi in Hiſpania. ib. Agilulphi in Longobardia. ib. alterius in Iberia. ibid. Conſtantini in Romano imperio. ibid. feliciſſimum fuiſſe poſtremum poſt amplexam Chriſtianam religionem. ib. felicitatem in hoc orbe & in altero Mahometi proponit ſi Chriſtianus fiat. num.51. mundanam felicitatem vanam eſſe ſine æterna. ib. diſcrimen Chriſtianorum a Mahometanis edocet. num.52. curandam maxime ſalutem animæ. ib. diuinitatem & immortalitatem animæ fateri Turcas. ib vitam ob breuitatem non faciendam plurimi. nu.53. de æterna maxime curandum. ibid. ſine Chriſti fide neminem conſequi ſalutem poſſe. num.54. doctrinam Chriſtianam exponit ipſi Mahometi de creatione mundi. nu.56. de Adami peccato. ib. de diluuio. ib. de Pentapoli ſubuerſa. ib. de Abrahamo & Moſe & prophetis. ib. cumdem inſtruit, vt aberret a vera fide. num.57. vrget, vt inquirat quæ ſit vera religio. ibid. vaticinia de aduentu Chriſti illuſtrat. num. 58. *Deum* e cœlo teſtimonium perhibuiſſe de Chriſto. num.59. ſequi Mahometanos mortuum hominem ſine ratione, ſine miraculis. ib. eorundem teſtimonio vinci Mahometem a Chriſto. ib. conſentire Mahometanos cum Chriſtianis vnum eſſe Deum creatorem cœli & terræ. nu. 61. diſſentire dum fingunt *Deum* corporeum & prouidentiam eius negant. ibid. eorundem ineptias ob quas negent filium Dei refellit. ib. de generatione Verbi diuini myſteria aperit. ibid. & num.62. canon intellecta ab Arrio & Mahomete. num.

num. 63. credendas de *Deo* perfe-
ćtiones quas mens non capit. ib. de
proceſſione Spiritus ſancti ex Pa-
tre & Filio arcana myſteria docet.
nu.64. vt non ſint tres Dij licet ſint
tres perſonæ diuinæ. num. 64. vt
imago Trinitatis eluceat in anima
rationali. num. 65. vt veteres pro-
phetæ Trinitatem docuerint. n.66.
& 67. argutiam pſeudoprophetæ Ma-
hometis diſſoluit cur neget incar-
nationem Verbi. num. 68. redem-
ptionis humani generis myſteria
illuſtrat. num. 68. vt Redemptor ſit
Deus & homo. num. 69. vt prænun-
tiata fuerit a prophetis Chriſti paſ-
ſio. num. 70. in quo collocetur a
Chriſtianis beatitudo hominis. ibid.
beatitudinem nefariam a Mahomete
propoſitam refellit. num. 71. demon-
ſtrat carnalem voluptatem non eſſe
finem hominis. num. 72. refellit por-
cinum Mahometis paradiſum. num.
73. docet beatitudinem locandam
in viſione & amore Dei. n. 74. fingi
beatitudinem Mahometanorum cō-
munem cum viliſſimis ſuibus. num.
75. arguit a pſeudopropheta Ma-
homete corpus frigidius glacie
tributum Deo. nu.76. ſi Deus com-
poſitus ſit poſteriorem eſſe ſuis par-
tibus. ib. compoſitorem illius potius
Deum putandum. ib. cur membra
per ſimilitudinem Deo tribuant
prophetæ docet. ib. confutat Maho-
metem fingentem Deum eſſe aucto-
rem peccati. num. 77. arguit negaſ-
ſe diuinam prouidentiam. ib. finxiſ-
ſe angelos ex igne creatos & mori.
num.78. dæmones Alcorani benefi-
cio ſaluandos ſomniaſſe. ib. modo
effutijſſe animam eſſe portionem
animæ *Dei*. num. 79. modo finxiſſe
ex materia produci. num.80. finxiſ-
ſe cœlum ea fumo factum. ib. poly-
gamiam inductam a Mahomete re-
fellit. num. 81. eumdem conuincit
impietatis ex eo quod Chriſtum
fuiſſe prophetam veracem aſſerue-
rit. num.82. Cæſarum exempla hono-
rificentiſſima proponit ſi Chriſti fi-
dem profiteatur. num. 83. refellit
Mahometem fingentem legem vete-
rem a Iudæis nouam a Chriſtianis
corruptas. num.85. impoſtoris artes
detegit. num. 85. creuiſſe Mahome-
riſmum ex virorum licentia. num.
86. accommodatam fuiſſe legem
vulgi cupiditati. ibid. mendacio au-
ctoritatem, rationem intentata mor-
te oppreſſiſſe. num. 87. demonſtrat
corrumpi non potuiſſe ſacras litte-
ras. num. 88. ſimilitudine eximia
Mahometis figmenta refellit. num.
90. nouum teſtamentum vbique
terrarum corrumpi non potuiſſe il-
luſtrat. num.91. ſacram ſcripturam
ea prophetarum vaticinijs non cor-
ruptum iri docet. num.92. obiectio-
nem Mahometis quod noua lex ve-
teri aduerſetur diluit. num. 94. ar-
gutias Mahometem II. detinentes
ne Chriſtianus fieret refellit. n. 96.
ſi ex victorijs comprobanda ſit re-
ligio partas diuinitus expendendas.
ibid. veræ religionis cultores ſæpe
ab idolatris victos fuiſſe. num. 97.
maxime iniquum eſſe Mahometem,
qui pro ratione ferrum iugulo in-
tentet. num. 98. nouiſſe illum ſua
figmenta cum ratione pugnare. nu.
99. inuenta illius manaſſe a dæmo-
ne. ibid. alcorano legis nomen
non conuenire demonſtrat. num.
100. aliqua decerpſiſſe ea Euangelio
quæ inuenerit turpiſſima eſſe. n. 101.
gloriari ipſum de ſordibus nefa-
rijs. ib. diuinam legem fulciendam
diuino teſtimonio. num.102. negaſ-
ſe illum alio teſtimonio quam gla-
uio tueri. ib. tolli omnem ſapien-
tiam a lege Mahometana. n. 103. eam
portentoſis deliramentis plenam
demonſtrat. num. 104. finxiſſe An-
gelos eſſe horrenda monſtra. ibid.
Deum corporeum & gelu concre-
tum. ib. inſanam fabulam ob quam
Mahometes vinum prohibuerit tra-
ducit. num. 105. modo finxiſſe An-
gelos hydras eſſe, modo homines.
ib. deliramenta illius pugnare inter
ſeſe oſtendit. nu.106. finxiſſe inepta
de ſphærarum craſſitie. ib. inſana
commenta Mahometis de Angelo-
rum magnitudine confutat nu. 107.
ſtulte finxiſſe Angelos vino & luxu-
ria incaluiſſe. ib. ex poetis finxiſſe
fœminam in ſydus conuerſam. ibid.
Mahometanorum de Chriſtianorum
defectione gloriantium argutiam
refellit. num. 108. mirari potius
debuiſſe tot Chriſtianos malle tanta
pati quam Chriſtum deſerere. ibid.
Chriſtianæ legis dignitatem expo-
nit. num. 109. quam multis confir-
mata ſit miraculis. ib. oſtendit de-
mum Mahometi II. ſi fiat Chriſtia-
nus latiſſime illius imperium ampli-
ficatum iri. num. 112. auerſas illi
præbet aures Mahometes II. nu. 113.
Ludouicum Francorum Regem ſol-
licitat. vt Mahometi bellum inferat.
ib. enſem ſacra prece luſtratum ad
eumdem mittit. n. 115. in gallica aula
ob Ferdinandi clientelam ſuſceptā
carpitur. num. 116. internuntium
mittit pro refellendis aduerſarijs. ib.
Ludouici Francorum Regis ad Pium
literæ quibus pragmaticam ſan-
ctionem abrogat. num. 118. auget
Cardinalium ſenatum. num. 121.
Catharinam Senenſem in ſancta-
rum virginum catalogo reponit. nu.
123. Tybur proficiſcitur. num. 128.
Romam cum ingenti pompa redit.
num. 129. Luſitaniæ Regem militiæ
Ieſu Chriſti principem renuntiat.
num. 132. Henrico Angliæ Regi
de aduerſis condolet. num. 133. non-
nullos proceres Boſnenſes Manete
eiurato Eccleſiæ conciliat. nu. 136.
mittit Alexandrum Card. S. Suſannę
ad excipiendum caput S. Andreæ.
A. 1462. num. 1. proponit indulgen-
tias ad celebritatem concurſuris. ib.
e Beſſarionis manu ſacrum pignus
excipit. num. 2. habita ad B. An-
dream a Pio oratio. num. 3. luſtrat
ſacris reliquijs populum. num. 4. in
ara principe baſilicæ S. Petri ſacrum
caput reponit. num. 5. in Sigiſmun-
dum Auſtriacum & Gregorium hæ-
reſiarcham ſententiam repetit. num.
6. inſignem Gallorum legationem
excipit. num. 8. promiſſa illi ſeptua-
ginta armatorum in Turcas millia
ſi Renato fauerit. num. 8. reſpondet
ſi ea eduxerit omnia ipſi conceſſum
iri. num. 9. negat reuocare exerci-
tum ex regno Neapolitano. ib. Va-
lentinenſem & Dienſem comitatus
recipit a Ludouico II. qua de cauſa
fuerint deuoluti ad Romanam Ec-
cleſiam. num. 12. Georgij Regis
Boemiæ oratores excipit. num. 14.
quid ijs reſponderit. num. 15. de
concordia agit cum oratoribus. ib.
negat laicis vſum calicis. num. 16.
conuenta a Boemis non fuiſſe ſer-
uata obijcit. ib. proponit cauſas cur
permitti Boemis non debeat calicis
vſus. ib. niſi Rex pareat Boemiam
in diſſenſiones coniectum iri de-
nuntiat. ib. exponit mala imminen-
tia. ib. Fant num internuntium ad
Georgium decernit. num. 17. vetat
Georgio ne calice vtatur. ib. Geor-
gio palam hæreſim profitente ca-
tholicos ſacramenti illi præſtiti re-
ligione ſoluit. num.24. auxilia Die-
thero ferentibus cenſuras intentat.
num.25. ſtipendia Matthiæ Hunga-
riæ Regi ſubmittit contra Turcas.
num. 28. Boſnenſes crucis ſymbolo
inſigniri iubet. num. 29. Stephanus
Boſnæ Rex ab eo regiam coronam
poſcit. num. 31. ſine Regis Hungariæ
conſenſu mitti coronam non poſſe
reſpondet. num. 32. mittit internun-
tium ad Venetos & Hungaros Boſ-
nenſi coniungendos. ib. orationem
habet ad Cardinales de expeditione
ineunda contra Turcas. num. 33.
Pio Veneti ſpondent ſe arma coniun-
ctoros. num. 34. legatos ad Gallum
& Burgundum decernit, vt ſocient
arma. ib. conſilium eius irriſum a
Gallis quod Gallos inſectaretur in
regno Neapolitano. ibid. de mono-
baſſia tuenda agitat. num. 35. rogat
principes, vt Thomæ deſpotæ con-
tra Turcas auxilia ſubmittant. num.
36. inſtitutam in Luſitania ſocieta-
tem pro redimendis captiuis con-
firmat. num. 40. in Africam tres
familias equeſtres transferri iubet.
num. 41. clericorum inopia Ghineæ
& Canariæ eccleſijs præficit religio-
ſos. num. 42. rapientes in ſeruitu-
tem neophytos cenſura percellit. ib.
decumana ſubſidia Henrico Regi
contra Granatenſes tribuit. nu. 43.
contemplaturis paſſionem domini-
cam,

tam, vel pium opus in eius memoriam patraturis indulgentiam vnius anni confert. num. 44. graſſantem in vrbe luem fugit. num.46. Corſinianum natale oppidum epiſcopatu ornatum Pientiam vocat. ib. Ilcinenſem eccleſiam illi coniungit. ib. de ciuili bello ab internuntio in Anglia concitato ſe excuſat. nu. 49. illum ex Interamnenſi epiſcopatu deiectum monaſterio mancipat. nu. 50. Romam reuertitur. ib. grauibus præceptis Paulum Fregoſium Genuæ archiepiſcopum creatum ducem inſtruit. num. 51. concordiam inter Imperatorem & Hungariæ Regem miſſis oratoribus conciliat. 1463. num. 1. illius capita confirmat. num.3. ſoluit Hungarum ſacramenti religione de regni iuribus ſeruandis. num.10. Friderici hoſtes, qui illum ad deditionem compulerant cenſuris defigit. n.11. efflagitat Hungarus ab eo auxilia. n.12. ſubſidiarium aurum mittit proponitque indulgentias cum ſecuturis. ib. preces publicas imperat. n.13. Reginam Boſniæ e regno profugam excipit. n. 17. ſollicitat principes ad ferendam Rhodo periclitanti opem. num.20. ab eo Macedones poſcunt auxilia. num. 21. Burgundum admonet, vt votum compleat. ib. oratores Burgundi ducis de inſtruendo apparatu bellico excipit. n.23. cœtus principum Italicorum cogit. num. 24. maxima illi ſpondent Veneti. ibid. Florentinorum inuidum conſilium reſpuit. num. 25. illius ad principum oratores conſilium. ib. decernit mortem oppetendam pro Chriſti cauſa. num. 26. quos ſperauerit ſocios. num.26. duos legatos creandos decernit alterum, qui ſacris alterum, qui politicis rebus præſit. ib. ſe Chriſto deuouet pro tuenda eius cauſa. ib. Cardinales ſe illum ſecuturos profitentur. ib. illius decretum a præcipuis Italiæ principibus admiſſum. n. 28. qua verborum formula conceptum fuerit n.29. Turcarum crudelitatem in victos perfidiamque in dedititios exponit. ib. ob ſacrum intermiſſum bellum omnia in peius lapſa. nu.31. conteſtatur omnia pro Chriſto profundenda. ib. Burgundum Venetumque futuros ſocios exponit. ibid. a Matthia Rege Hungaricum exercitum eductum iri. num. 32. & Albanenſes & Græcos ſe coniuncturos. ib. argutias negantium ſuſcipiendam expeditionem confutat. ibid. reſpondet ſe non ferro, ſed precibus pugnaturum. ibid. principes officij commonet. num. 33. hortatiua ad Chriſtianos oratio, vt pro Chriſto ſtringant arma. nu. 34. deliberat in Adriatico mari claſſem conſcendere. nu. 36. illius ad Deum oratio. nu. 40. cum Venetis & Burgundo fœdus

init. nu.41. Maurum ducem Venetorum, vt ipſum ſequatur incitat. ib. Mediolani ducem ad ſacrum bellum ſollicitat. num.42. Franciſci Sfortiæ ducis ad ipſum reſponſum. nu. 42. & ſeq. Blancham ducillam Mediolani hortatur ne a ſacra expeditione virum auocet. num. 47. promulgari iubet ineundam ab ipſo expeditionem. ibid. terreſtre & maritimum bellum Turcis indicit. nu.53. Regibus, vt accedant ſacro fœderi ius reſeruat. nu. 54. Genuenſes admonet, vt Chium communiant. nu. 55. Paulum Fregoſium archiepiſcopum & ducem Genuæ præceptis ſalubribus inſtruit. n.56. Beſſarionem Cardinalem mortuo Iſidoro patriarcham Conſtantinopolitanum & archiepiſcopum Eubœæ renuntiat. nu. 59. Sigiſmundum Malatellam defigit anathemate. nu.75. in eumdem arma diſtringit. ib. plura oppida ex eo recipit. ib. eum in gratiam admittit ea lège, vt hæreſes eiuret. n. 76. permittit ei Arimini præfecturam impoſito mille aureorum vectigali. ib. Ciſternam recuperat. nu.77. Sora illi dedita ea lege, vt ſit eccleſiaſtici iuris. num. 78. Celani comitatus Pij nepoti datus. num. 79. Ludouici Regis Francorum de Pio querelæ. num.81. mittit legatos ad mulcendas iras Regis. nu. 82. Valdenſes in Atrebatenſi comitatu repullulantes percellit anathemate & coerceri iubet. nu. 83. Gregorium Hamburgenſem & Dietherum & Palatinum cenſuris defigit. nu. 84. & Marzani principem ob ſecutas Gallorũ partes. ib. in Dietherum Moguntinum exauctoratum fert ſententiam. num. 85. & 88. Burgundiæ duci regij apicis adipiſcendi ſpem inijcit. nu.91. Dietherum poſt compoſitam cum Adulpho pacem abſoluit. nu. 94. Sigiſmundo Auſtriaco reſipiſcentiam præſeferenti ſinum pandit. nu.95. perſtantem in priori perfidia cenſuris vrget. ibid. ſententiam in Georgium Regem hæreticum fert. nu.96 ſacramenti religione Boemos ſoluit. nu. 97. Vvratislauienſes & Namslauienſes in clientelam accipit. nu.98. iubet Catholicos ijs opem ferre. nu. 99. oranti pro Georgio Cæſari negat Georgium poſt ſuſceptam hæreſim Regem eſse poſse. nu. 100. controuerſiam de ſanguine Chriſti an in terris illius pars remanſerit & ſit vnitus Verbo in aliud tempus extrahit. nu. 103. vetat aduerſam partem alteri hæreſis crimen impingere. nu. 104. de Petri Berlandi archiepiſcopi Burdegalenſis miraculis inquiri iubet. nu.105. teſtium interrogandorum formulam præſcribit. ibid. errorum dum Baſileenſibus adhæreſceret retractationem promulgat. nu. 141. & ſeq. retractat alium librum in iuuentute

ſcriptum quod impudicis offendiculo eſſet. nu. 127. nimijs curis ſe conficit in Turcici belli apparatu. A. 1464. n.1. febrem ex doloribus arthriticis contrahit. ib. ducẽ Mediolanenſem monet, vt Crucesignatorum immunitati conſulat. nu. 2. Peruſinos ad pendenda ſubſidia obiecto anathemate adigit. nu. 3. Burgundum monet Venetos a Turcis cladem accepiſse. nu.5. Corinthum fruſtra oppugnatam. ib. Examilio relicto quindecim millia Turcarum irrupiſſe in Peloponeſum. ib. Boſniam a Rege Hungariæ recuperatam. nu. 6. vrget ne expeditionem differat. nu.7. occupandum hoſtem, qui celeritate valet. num.8. redigat in concordiam Gallum & Anglum. nu. 9. Genuenſes ſollicitat, vt naues in Turcas inſtruant. num. 10. deficientem a cœptis Burgundum monet, vt in conſtantia perſtet. nu.25. ne vota temere infringat. nu. 26. meminerit de valetudine diuinitus reſtituta. ibid. ex illius aduentu promulgato fractos Turcarum animos. nu. 27. ſi cœptis deſtiterit illius famam extinctum iri. ibid. diuinam iram ſi domi hæſerit formidandam. nu. 28. ſe profecturum in Turcas etiam ſi non venerit. ib. honeſtiorem mortem quam pro Chriſto oppeti non poſse. ib. proponit illi diuina beneficia. ib. in Piſano portu parari claſsem iubet. nu. 31. Nicolaum tit. S. Ceciliæ illi præficit. nu. 31. Ludouicum tit Sanctorum IV. coronatorum in Aragoniam decernit ad eam pacandam. nu. 32. dexteram S. Ioannis Baptiſtæ eccleſiæ Senenſi dat. nu. 33. Georgio Regi Boemiæ iudicium hęreſis intendit. ibid. dilata ſententia Catholici oppreſſi. ib. Sigiſmundum Auſtriacum reſipiſcentem venia donat. nu.35. Turcis operam commodantes anathemate defigit. nu. 35. ſocietatem peregrinantium propter Chriſtum beneficijs afficit. ibid. ex vrbe proficiſcitur ad Turcicam expeditionem. n.36. multo labore iter conficit. nu. 37. munera Lauretanę Virgini offert. ib. celebrat Ancone ſolemnes ſupplicationes. ib. annonam Raguſinis periclitantibus tranſmittit. nu. 38. decernit Raguſium contendere ad ſoluendam obſidionem. num. 39. Venetorum dux cum duodecim triremibus ad eum accedit. nu.40. extrema morituri ad Cardinales oratio. num. 41. inſignis eiuſdem demiſſio. ib. Beſſarionis Card. ad eum reſponſum. ib. ſacramentis rite procuratur. nu. 43. Virginis cui ſe deuouerat ope maxima pericula euaſiſſe ait. n.43. commendat ne deſeratur ſacra expeditio in Turcas. n.44. eius obitus. ib. traijcere in Albaniam & creare Regem Scanderbegum decreuiſse fertur. nu. 45. eximium ſucceſsoribus exem-

exemplum reliquit. nu. 45. immenſo ardore ſacrum in Turcas bellum vrſerat. ib. obtrectat eum illius gloriæ conſutatæ calumniæ. nu. 47. Simonettæ abſurda figmenta refelluntur. nu. 48. ſecus illius tempus nu. 49. eiuſdem ætas. nu. 50. eius corpus Romam relatum. ib.

Pius III. eius geſta ante Pontificatum. Vid. *Franciſcus Picolominens.* ex Cardinale diacono S. Euſtachij creatus Pontifex. 1503. nu. 13. promittit biennali flexu celebrare concilium. nu. 14. agit de inſtauranda diſciplina eccleſiaſtica. ib. Cæſarem Borgiam intentatos ab Vrſinis gladios formidantem in clientelam & in molem Hadrianam recipit. n. 15. eum adigit ad raptos Eccleſiæ principatus reſtituendos. ib. ſacris epiſcopalibus initiatur. ib. oſtenſa maxima ſpe ſui intempeſtiue obit. ibid. præclara eius de reſtituenda eccleſiaſtica diſciplina conſilia. nu. 17. præcipua eiuſdem geſta ante Pontificatum. nu. 18. viginti ſex tantum diebus ſedit. ib. ſuccedit ipſi Iulius II. nu. 19.

Platina. Vid. *Baptiſta & Bartholomæus Platina.*

Podolia. Tartaris pulſis liberata. 1489. nu. 15.

Pœnitentia. quænam impoſita fuerit magiſtro equitum regni Nauarræ ob interfectum epiſcopum Pampilonenſem. 1472. n. 24. pœnitentiam negat eſſe ſacramentum Petrus de Oſma. 1479. n. 32. damnatur. ib.

Polygamia. inducta a Mahomete refellitur. 1461. nu. 81.

Pomerania. Polonico imperio reſtituta. 1466. nu. 31.

Pontifex Romanus. in eo creando ritus ſeruari ſoliti. 1458. nu. 2. qua pompa exceptus Mantuæ Pius. 1459. nu. 41. qua Romæ. 1460. nu. 70. a Pontifice ad concilium futurum prouocatio damnata. 1460. nu. 10. hæreſis flagitio notata. nu. 37. demonſtratur apex pontificiæ auctoritatis a qua nefas ſit prouocare. nu. 39. veteres nunquam a ſede Apoſtolica prouocarunt. nu. 41. probatur ratione prouocationem eam non valere. ib. & nu. 42. obiectiones contrariæ diſſoluuntur. nu. 42. Pontificem Romanum ſummum eſſe Eccleſiæ principem demonſtrat Græcis Beſſario Cardinalis. 1463. n. 67. patere id ex Græcorum traditione. nu. 69. patriarcha Conſtantinopolitanus præferri non potuit Alexandrino niſi aſſenſiſſet Romanus Pontifex. ib. perculſi fuere anathemate Imperatores orientis a Romano Pontifice, quia illius ſubditi. nu. 69. a quo & quando auctoritatem accipiat ſummus Pontifex. nu. 118. argumenta quibus auctoritas pontificia confirmatur. nu. 125. ritus in eius electione ſeruari. 1464. num. 53. & 49. &c. ad Pontificem cognitio hæreſis ſpectat. 1467. num. 5. Iacobus Cardinalis Papienſis de Pontificis & Cardinalium officijs commentarium ſcribit. 1468. nu. 37. in quo ſita ſit vera Pontificum gloria. ib. a quo & quando accipiat auctoritatem ſummus Pontifex. 1463. nu. 114. aſcenſuro equum Pontifici Imperator ſtapedem tenet. 1469. nu. 3. pontificia benedictio efflagitata ab Vſumcaſſano Rege Mahometano. 1471. nu. 49. poteſtas ſactandarum icuncularum quæ agnus Dei appellantur reſeruata ſoli Pontifici 1471. nu. 58. cæſareo oratori vocanti ſæpius Cæſarem orbis monarcham contradicit palam Cardinalis Rothomagenſis ac Pontificem eſſe monarcham ait. 1473. nu. 23. ſubinferenti eſſe in temporalibus negatum eſt, ſed monarchiam totam eſſe Pontificis. ib. Chriſtiernus Daniæ Sueciæ Noruegiæque Rex ante Pontificis pedes religioſiſſime ſe prouoluit. 1474. nu. 2. inſtaurata conſtitutio a Sixto IV. nemini ius acquiri in controuerſis regnis ob titulos a Pontifice datos. 1475. nu. 31. inſurgentibus aduerſus Sixtum pluribus principibus quod inique Florentinos cenſuris defigi dicerent reſpondet ſpectare ad Pontificem cognitionem cauſæ peccati. 1478. nu. 19. iure non teneri ad reddendam facti rationem. nu. 21. vt poteſtas celebrandi concilij ſpectet ad Pontificem. nu. 23. monumenta inſignia Pontificum iura auctoritatemque teſtantia in tria volumina compilata nu. 48. negat Petrus de Oſma inter alias hæreſes infames Pontificem diſpenſare poſſe in ijs quæ vniuerſalis Eccleſia ſtatuit. 1479. nu. 32. damnatur a Sixto. ib. & nu. ſeq. Veneti ob prouocationem editam a Pontifice ad concilium in ſuſpicionem ſchiſmatis & hæreſis vocati. 1480. nu. 20. promulgatum impias eſſe appellationes a Pontifice ad concilium. nu. 21. perculſi anathemate, qui inſtrumenta illa confecere. ib. Ludouicus XI. ſollicitatus, vt contenderet valere appellationem ad concilium decernit parendum edictis pontificijs. nu. 22.

Porphyrius apoſtata. dæmonem conſulit quid ſentiendum de Chriſto. 1461. nu. 93. reſponſum illi a dæmone bonum fuiſſe virum Chriſtum, ſed peccaſſe diſcipulos, qui diuinitatem illi tribuerant. ib. idem Mahometi a dæmone ſuaſum eſt. ib.

Prælati. Vid. *Præſules.*

Præſides prouinciarum. latæ a Paulo II. ijs leges, vt munus caſte exerceant. 1466. nu. 23. eſculenta & poculenta munera ijs tantum permiſſa. ib.

Praſtigiator. ementitis miraculis Germanos ad libertatem vocat. 1476. nu. 17. ignibus traditus. ib. politicam ſacram & prophanam euertere parabat. ibid.

Præſules. ijs ſiue boni ſiue mali ſint parendum. A. 1500. n. 66. ob prauam eorum vitam non iuſte diſceditur ab Eccleſia. ib.

Pragenſes Huſſitæ. ad Eccleſiam reuerſi. 1493. nu. 6.

Pragmatica. illius inducendæ modus impius a Germanis excogitatus. 1460. num. 39. illa a Gallis Regibus ob iniuſtitiam olim reſciſſa. num. 53. & a Ludouico XI. ſublata. 1461. num. 117. profitetur eam per ſeditionem tempore ſchiſmatis conditam. nu. 118.

Preces. ſolemnes imperatæ a Pio meditante expeditionem in Turcas. 1460. nu. 2.

Preſtoiannes ſiue *Presbyter Ioannes Æthiopum ſiue Abyſſinorum Imperator.* oratores ad Sixtum IV. mittit pro redintegranda Eccleſiarum coniunctione. 1481. nu. 40. epiſcopum Latinum poſcit. ib. fruſtra quæſitus in India. 1468. nu. 67. compertus in Æthiopia ſub Ægypto. ib. compertum eſt fuiſſe alium olim in India, ſed ob hæreſim Neſtorianam exciſum. ib.

Priuilegia Romanæ eccleſiæ. a Sixto IV. compilari iuſſa. 1478. nu. 47. quantæ dignitatis illa ſint. Bartholomæi Platinæ opera in tria volumina digeſta. nu. 48.

Procopius Rabenſtenius iuris præfectus in regno Boemiæ. ob fidem Catholicam abdicatus magiſtratu a Rege hæretico & coniectus in carcerem. 1465. nu. 20.

Prodigium. puer triennis prædicit Hiſpania ingentia mala ijs imminere ni diuinas iras placent. 1459. nu. 25. Caſtella ciuili bello ardente ſegetes demeſſæ ſanguine fluunt. 1468. nu. 34. in Gallia equus nullis fuſtibus loco moueri potuit agente Deo, vt literæ quibus Carolus Burgundus ad vaſtandam Galliam euocabatur a Balua Cardinale proditore interciperentur. 1469. num. 21. in tractanda concordia inter Foyanenſes & Lucinianenſes prodigium cœlitus oſtenſum. 1473. nu. 17.

Proditio. triſtis proditionis exitus in Ludouico Lucemburgenſi. 1475. n. 9.

Proditores. horrendo ſupplicij genere in eos ſæuitum a Paulo Kiniſſo. 1494. nu. 40.

Proſper Adurnius. hortante Pio II. adiutuſque a duce Mediolani Genuenſes pulſis Gallis in libertatem vindicat. 1460. nu. 73. irrumpentem in portum Renatum Regem propulſat. ib. arcem recipit. ibid. principatum ſibi cōparat. ib. deinde deijcitur ſubrogato in eius locum Spineta. ib. excuſſo ducis Mediolanenſis iugo libertatem Genuæ reſtituit. 1478. nu. 32. non diu ducales apices tenere potuit. ibid. eiectus a

Baptiſta Fregoſio. ib.

Proſper Columna. Alexandri VI. in eum edictum. A.1501.n.18. Oſtiam intercipit. nu. 19. tuetur Fredericum Neapolitanum Regem aduerſus Gallum & Hiſpanum. num. 20. ſubmittit ſe Alexandro V' num, 21.

Protbaſius epiſcopus Olomucenſis Georgij Boemiæ Regis conſanguineus. Chriſtum conſanguineo Regi præfert. 1468. nu. 11. nititur eum ab hereſi reuocare, ibid. grauiſſima eiuſdem ad Georgium monita. ib. a Matthia ad Regem Poloniæ mittitur pro iungendo fœdere. ib.

Prouocatio Vid. *Appellatio*.

Purgatorius ignis, poſt mortem purgatorijs ignibus cinctus apparuiſſe fertur Ioannes Picus Mirandulanus. A.1494. nu. vlt.

R.

R*Aguſæi ſiue Raguſini*, extrema omnia illis a Turcis intentata, 1464. nu. 38. ſubſidiaria annona ad eos a Pio II. tranſmiſſa. ib. decernit Pius illis opem afferre. nu. 39. parante eo iter recedunt Turcæ, nu. 40.

Raphael Galeottus Riarius, creatus Cardinalis S.Georgij ad velum aureum 1477. nu. 10. eo præſente Iulianus Medices a coniuratis cæſus Laurentius ſauciatus. 1478. nu. 1. cuſtodiæ traditus a Florentinis. nu. 3. fruſtra monente Sixto, vt dimitteretur retentus. nu. 9. cognita eius innocentia demum liber dimiſſus, nu. 11.

Raymundus Cardinalis Gurcenſis. Alexandrum VI. de prodito Turcis Chriſtiano imperio accuſat. 1495. nu. 1. queritur de Gallo Rege illum cum Alexandro concordiam ſanxiſſe, nu. 2. pacem cum Alexandro init, nu. 3. decernitur legatus in Germaniam pro ſuſcipiendo in Turcas bello. 1500. nu. 20. pacis inter Cæſarem Gallumque interpres eſt. 1501. nu. 8.

Reges, de Regio iure pluribus certantibus eum regem agnoſcendum a ſede Apoſtolica, qui regnum teneat decernit. Pius. 1459. n. 13. reſpondet Cæſari Pius II. Georgium Boemum Regem eſſe non poſſe poſt ſuſceptam hæreſim. 1463. nu. 101. Chriſtiernus Danorum Rex religioſiſſime ante Pontificis pedes prouoluitur. 1474. num. 2. recuſat ad Crucis oſculum accedere niſi poſt Cardinales. ib. quo ritu ſacratus & in ſolio collocatus Hungariæ Rex. 1490. nu. 13.

Reginaldus epiſcopus Ciceſtrenſis. hæreſiarcha deprehenſus. 1459. nu. 28. relapſus plecti iuſſus. nu. 29.

Religioſi. in Ghinea & Canarijs inſulis ſæcularium clericorum inopia eccleſijs præfecti, An. 1463. nu. 42. religioſorum controuerſiæ cum parochis deciſæ a Sixto IV. 1478. n. 49.

Reliquiæ. a Baiazethe II. tranſmiſſæ ad Innocentium, 1492. nu. 16. & 17.

Renatus Rex Neapolitanus, queritur de Pio II. quod regnum Ferdinando conferat, 1458. nu. 28. querenti reſpondet Pius num Iacobum Piccininum editione eccleſiaſtica pellere poſſit negantique reſpondet eo ſibi opus eſſe, qui & ſe & Eccleſiam tueri poſſit. ib. grauiter a Pio offenſus literas apoſtolicas in prouincia non excipit. 1459. nu. 39. monetur ius in regnum Neapolitanum illi non ereptum. ib. oratores mittit ad Mantuanum conuentum. nu. 66. bellum Ferdinando infert pro recuperando Neapolitano regno, nu. 78. Genuæ claſſem inſtruit. ib. ad eum a Ferdinando plures principes deficiunt, nu. 79. Pius ſi Renato non fauerit neceſſitatem apud Carolum Gallorum Regem excuſat. 1460. nu. 17. eius filius Ferdinandum ad Sarnum fundit fugatque. ib. Renato Pius aduerſatus, nu. 67. & 68. pacem obtinere nequit cum vellet Sigiſmundum Malateſtam a Pio in gratiam admitti. nu. 72. excuſſo a Genuenſibus Gallico iugo eius res depreſſæ, nu. 73. in Genuenſem portum tentat irrumpere. nu. 73. repulſus cum cæde Saonam repetere cogitur. ib. & 1461. nu. 6. coniurat aduerſus Ludouicum XI. Regem cum proceribus. 1465. nu. 11. a Catalanis in principem aſciſcitur aduerſus Ioannem Aragonum Regem, ib. Ioannem Lotaringiæ ducem ſubmittit cum copijs, ib.

Renatus iunior Lotaringiæ dux, Carolo Burgundo Nuſſienſi bello implicito bellum indicit atque in Lucemburgenſem comitatum incurrit. 1475. nu. 4. a Ludouico Francorum Rege proditur, vt Burgundus Lucemburgenſem ipſi proderet. nu. 9. obſeſſo Nanceio deſeritur a Frederico Cæſare. nu. 10. amiſſo Nanceio in Germaniam fugit, nu. 11. contracto apud Argentinam exercitu poſt acceptã a Burgundo per Heluetios cladem Nanceium recuperat. 1476. nu. 12. eumdem in obſidione trucidat. 1477. num. 3. affert auxilia Heluetijs, qui Carolum ducem Burgundiæ extrema clade afficiunt. 1476. nu. 12. contracto exercitu in Lotaringiam irrumpit ac Nanceium expugnat. ibid. mox a Carolo Nanceium obſeſſum, ib. fert obſeſſis ſuppetias atque in prælio Carolum necat, 1477. nu. 4. potitur principatu. ib. euocatur a Venetis, vt opponatur Ferdinando Regi Neapolitano. 1483. num. 7. cum exiguis copijs proficiſcitur. ib. redire cogitur in Gallias. ib. iterum a proceribus & Innocentio VIII. in ſpem regni Neapolitani euocatur, 1485. nu. 43. tardius expeditionem ſuſcipit. ib. inſtructa Genuæ claſſis ad eum cum exercitu tranſuehendum. num. 44. ſollicitatus ab Innocentio, vt expeditionem in Ferdinandum Neapolitanum ſuſcipiat. 1486. nu. 5. Carolus VIII. Renato ſpondet auxilia. ib. cum eo contendit Carolus VIII. regni ius ad ſe ſpectare. nu. 12. dum moras nectit Ferdinandus ſe conciliat Pontifici. ib. diſſoluta eius expeditio, ib.

Reſurrectio, Corradus puer Brixianus trucidatus & parietis craſſitie ſepultus a Iudæo ad vitam excitatur a B. Iacobo Picente. 1476. nu. 20. S. Ianuarij ſanguis concretus ad capitis præſentiam ebullire viſus. 1495. nu. 20. explorauit miraculum Carolus VIII. Francorum Rex. ib.

Rhodus, in diſcrimen adducta a Turcæ & Ægyptio fœdere iunctis. 1461. num. 27. equites ad eam tuendam ſe conferre ex occidente iuſſi. ibid. obſeſſa a Venetis. 1464. nu. 66. interprete Carola Regina obſidione ſoluta. ib. centum & quinquaginta nauium claſſe oppugnata a Mahomete II. 1480. nu. 2. multæ impreſſiones hoſtiles in eam factæ a Turcis. 1480. nu. 3. & ſeqq. prodigio cœleſti defenſa eſt. nu. 11 quanto tempore fuerit obſeſſa. nu. 14. Rhodij diuinitus confirmati perturbatique Turcæ. nu. 15.

Rhodia militia. illi coniunctæ ſancti ſepulchri & S.Lazari militiæ, 1479. nu. 27.

Richardus dux Eboracenſis. de regni iure cum Henrico VI. Rege certat. 1460. n. 106. in acie captum demonſtrat ſuſceptum flagitio & proditione ſceptrum. ib. poſt Richardi mortem decretum illi regnum, ib. Franciſcus epiſcopus Interamnenſis repulſam ab Henrico paſſus illum tuetur, ib. Richardi genealogia qua ad ius regium nitebatur tranſmiſſa ad Pontificem. n. 107. a Margareta Regina captus in prælio. n. 108. eius imperio vna cum Edmundo ſecundogenito filio cæſus, ibid. eius caput ludibrij cauſa redimitum papyracea corona. ib. ab Eduardo filio poſt victum fugatumque Henricum regno potito honorifice ſepelitur. 1461. nu. 135.

Richardus Vuaruici comes, regios honores primum Henrico VI. aduerſus Richardum Eboracenſem aſſerit. 1461. nu. 134. commendatus ab Henrico Rege Pontifici. ib. coniurat deinde in Henricum. ib. in Margaretam Reginam ſigna effert atque ab ea profligatur. ib. coactus in ea clade Henricum Regem liberum dimittere. ibid. in Henricum ſigna attollit. ib. cum magna ſtrage fundit. ibid. Eduardo Eboracenſi duci

ſceptrum aſſerit. ibid.

Richardus Vuaruici comes. a fratre proditus in acie. 1471. nu. 51. interfectus ab Eduardo Rege. ib.

Richardus dux Glaceſtriæ. in Scotia bellum gerit a fratre Eduardo miſſus. 1482. nu. 42. vincis ac ſupplicibus parcit. ib. illi ab Eduardo Rege morituro nepotes commendati. 1483. num. 41. Eduardo nepoti Regi fidem ſuſceptis regni gubernaculis addicit. num. 42. illum cum altero nepote trucidat. ib. prolem reliquam, vt adulterinam diſſipat. ibid. ab eo deficiunt Angli ad Henricum Richemundiæ comitem. 1485. num. 52. inclinante ad hoſtem victoria coronam capiti impoſuit, vt coronatus occumberet. ib. purpuram male partam ſuo cruore fœdat. ibid.

Ritus. creandi Pontificis ritus. 1458. num. 2. conferendæ cardinalitiæ dignitatis. 1460. num. 30.

Robertus Malateſta Sigiſmundi Malateſtæ nothus. Ariminum occupat. 1468. num. 31. eius clientela a Ferdinando Rege contra Paulum II. accepta. ibid. immiſſus ab eo exercitus contra claſſem pontificiam. 1469. num. 26. tyrannidem armis tuetur. ib. copias eccleſiaſticas fundit. ib. in Sixtum cum aliis coniurat. 1479. num. 17. perculſus decretoria ſententia. ib.

Robertus archiepiſcopus Colonienſis. contracta rixa a ciuibus pulſus. 1474. num. 3. Carolum Burgundiæ ducem in auxilium euocat. ibid. & num. 4.

Rodericus Borgia Cardinalis in pontificatu dictus Alexander VI. laſciuus ac intemperans. 1460. num. 31. corripitur a Pio II. ib. voto ſe aſtringit ad ſequendum Pium II. in expeditione contra Turcas. 1464. nu. 37. triremem ſuis ſumptibus inſtruit. ib. ad nuptias inter Ferdinandum & Ioannis Regis Aragonum filiam ſacrandas miſſus. 1472. num. 2. miſſus a Sixto IV. in Hiſpanias. 1471. num. 76. Valentiæ legationis cauſas exponit. num. 21. legationem exercet improbe. num. 22. vbique relinquit vitiorum veſtigia. ib. conciliandi Eccleſiæ magiſtri equitum Nauarræ, qui epiſcopum Pampilonenſem occiderat data illi poteſtas. 1472. num. 24. a Caſtellæ Rege honorificentiſſime exceptus. 1473. num. 18. ab eo ad dextram collocatur. ib. obtinet decumas ad bellum turcicum cogendas in Caſtella. ib. ſacerdotum ordo illi decreto intercedit. ib. re infecta redit num. 29. naufragium in portu patitur. ibid. male parta amittit. ib. diuino miraculo eruitur e periculo, cum ſeptuaginta quinque e familia merſi fuiſſent. ib. renunciatur Pontifex. Vid. *Alexander VI.*

Rodericus Sanctius epiſcopus Palentinus, idemque molis Hadrianæ præfectus.

plures libros pro ſtatu eccleſiaſtico edit. 1466. num. 25. ſcribit etiam commentarium in bullam depoſitionis Georgij Regis Boemiæ hæretici. ib.

Rodulphus Vid. *Rudulphus*.

Roma & Romani. a Mahomete II. Roma iactatis vocibus cupidiſſime affectata. num. 33. Romanorum triginta millia ſacro S. Andreæ capiti in vrbem delato prætulere faces. 1462. num. 4. Romam Mahometis metu deſerere Sixtus cogitauit. 1481. nu. 25. Romam capere proditione tentat Alfonſus. 1488. nu. 7.

S. Romualdus. Camaldulum oppugnatum ab hoſtili exercitu diuinitus tuetur. 1498. nu. 9.

Roſa aurea. ad Ioannem Regem Aragonum a Pio II. miſſa. 1460. num. 114. tranſmiſſa ab Innocentio ad Iacobum Scotorum Regem. 1486. num. 65. myſtica eius ſignificatio. ibid.

Roxburgum. obſeſſum a Iacobo II. Scotiæ Rege. 1460. num. 109. eo extincto, deditione capitur ac ſolo æquatur. ib.

Rudolphus epiſcopus Lauentinus Pauli II. in Boemia internuntius. Germanos vrget, vt fidei cauſam aduerſus Georgium Regem Boemiæ hæreticum ſuſcipiant. 1466. num. 28. quid ipſi reſponſum. ib. decem millia Vratiſlauienſium crucis ſymbolo inſignit tridui ſpatio. num 29. cogit hæreticos eo terrore ad ſoluendam Vratiſlauiæ obſidionem. ib. opera ſua conciliat pacem inter Regem Poloniæ & Cruciferos. num. 31. id ſanctimoniali diuinitus oſtenſum. ibid. mira eius integritas in recipiendis muneribus. ib. crucis ſigna in Georgium hæreticum Boemiæ Regem attollere iuſſus. 1467. nu. 8.

Rudolphus epiſcopus Herbipolenſis. impoſtorē decumas ſacerdotibus vectigalia principibus ſoluere prohibentem ac Germanos ad libertatem hortantem concremari iubet. 1476. num. 17.

Ruizius Soza. præcones euangelicos ad regnum Congitanum deducit. 1491. nu. 6.

Ruſſinonenſis comitatus. pactione datus Ludouico XI. Regi Francorum, vt ſibi pro retinenda Catalonia opem ferat aduerſus Henricum Caſtellæ Regem. 1463. nu. 44.

Rutheni. plures ad Romanam Eccleſiam ſe conferunt. 1501. num. 37. eorum baptiſmum valere decernunt. ib. permiſſi ritus ſuos ſeruare non erroneos. ib.

S

Sabatia arx. ad Saui confluentes condita a Turcis. 1474. nu. 8. a Mathia Hungariæ Rege expugnata. 1475 nu. 28.

Sabelli. ſe a Ferdinando Rege Neapolitano aduerſus Sixtum IV. ſubornari patiuntur. 1482. nu. 2.

Sacramentalia. repudiata a Ioanne Ruchardo hæretico. 1479. nu. 58.

Sacrilegium. excitato incendio in Polonico exercitu repertæ ſunt in ſemiuſtis quadrigis pixides eucharistiam continentes. 1474. num. 7. ſacrilegi, qui euaſerant iuſſu regio concremati. ib. ſacrilegium diuina vltione vindicatum. 1493. nu. 40.

Salmanticenſis academia. in ea exortus Lutheranæ hæreſis præambulum oppreſſus. 1479. nu. 32.

Salſulæ. obſeſſæ a Ludouico XI. 1503. num. 7. liberatæ a Ferdinado. ib.

Salutatio angelica. qui ſalutandæ Virginis hora meridiana auctor. A. 1472. num. 12. mos inſtauratus. 1500. n. 4.

Samothrace inſula. expugnata a Mahomete II. 1461 nu 42.

Sanctorum interceſſio Deipara & S. Ioannes Baptiſta Rhodios tuentur contra Turcas. 1480. nu. 11.

Sanctorum omnium feſtiuitas. ſtatuitur celebranda diebus octo & quare. 1480. nu. 29.

Sanctorum conſecratio. quæ prius inquirenda ſint quam fiat. 1487. n. 27.

Sanguis Christi. orta controuerſia an, qui in paſſione fuſus eſt, triduo illo coniunctus eſſet hypoſtatice Verbo & latriæ cultu adorandus. 1462. num. 45. mota lis eſt a B. Iacobo Picente idemque concluſit Verbo non fuiſſe coniunctum. ib. diſceptatum inter Dominicanos & Franciſcanos an triduo paſſionis hypoſtaticæ vnioni coniunctus eſſet. 1463. num. 103. prohibita a Pio II. de ea re diſceptatio vetitumque parti negāti, vel defendenti notam hæreſis impingi. nu. 105.

Sanguis humanus. promiſſus a Iudæo chimica arte paratus Innocētio VIII pro inſtauranda eius ſalute eaque fraude duo pueri Chriſtiani occiſi. 1492. num. 38.

Satalia Pamphiliæ regia. fruſtra tentata a Chriſtianis. 1472. n. 43. cur non fuerit capta. ib.

Saxones. veterum Saxonum pietas in colenda Euchariſtia. nu. 27.

Scanderbegus. opem Ferdinando aduerſū Gallos ferre meditatur. 1460. num. 60. laudatum eius conſilium a Pio. ib. præcipua Scanderbegi geſta. num. 61. nonnulli in eum cum Turcis coniurant. num. 104. intentatæ iis a Pio II. cenſuræ. ibid. Philelphi de Scanderbego elogium. 1463. num. 48. quæ fuerint eius vires 1464. num. 13. Pius II. illum Regem creare decreuerat. num. 45. & 46. Venetorum ad eum oratio. ib. magnas ſpes concipit. ibid. ex Pij morte maxime affligitur. num. 47. Turcas ad decem millia cædit.

Digitized by Google

INDEX.

An. 1463. num. 17. Ballabanum ducem Turcarum fundit iterumque, ib. duos Mahometis exercitus profligat. ib. viginti quatuor millia hoſtium cædit & ſex millia capit. ib. ſubmiſſi a Mahomete ſicarij ad eum trucidandum, ſed diuinitus detecti, num. 18. Mahometes in eum expeditionem ducit cum ducentis millibus Turcarum, ib. perfugit ad Paulum II. pro implorandis auxilijs. ib. eius ad Pontificem & Cardinales oratio. ib. adiutus auro a Pontifice comparat copias & Turcas multis prælijs atterit. num. 19. vincitur extrema clade a Mahomete II. 1466. num. 1. ſupra annos viginti pugnauit pro fide Christi, num. 2. eius ditio a Turcis occupata, ib. Pauli II. de ea re ad principes literæ, ib. miſſa ad eum ſubſidia, ſed non ſuffecere. num. 3. ex bellicis laboribus morbum contrahit. num. 7. ſacramenta pie ſuſcipit ac moritur. ib. eius ditio a Turcis occupata, ibid. partim a Venetis.

Schiſmatici, ſuſcepto religionis cauſa bello Ioannes Baſilius Moſchouitarũ Imperator fuſus trucidatis centum Moſchorum & Tartarorum millibus cum vnus tantum Catholicus occiſus fuerit. 1500. num. 19.

Scodra & Scodrenſes. Scodrenſes obſeſſi a Turcis, 1474. num. 13. conſtanter eos propulſant. ib. ob largiorem victum & potum magna ex parte pereunt, ibid. Scodra triennio oppugnata a Turcis, 1478. num. 40. dedita a Venetis Mahometi cũ alijs pluribus arcibus, vt pacem emerent, ib.

Scriptura ſacra. fingit Mahometes eam corruptam a Iudæis & Chriſtianis, 1461. nu. 85. demonſtratur corrumpi non potuiſſe, num. 88. & ſeqq. ex prophetis id confirmatur. num. 92.

Sdenko Sternembergenſis. dux ſacri belli in Georgium hæreticum Boemici regni iure exauctoratum pronuntiatus, 1466. nu. 31.

Solimes baſſa. captus in Illyrico. 1481. num. 29.

Senæ, archiepiſcopali dignitate a Pio II. exornatæ, 1464. num. 33. reliquijs dexteræ S. Ioannis Baptiſtæ decoratæ, ibid.

Senenſes, aduerſus Florentinos Pontifici ſtudent. 1478. num. 13. nonnulla Senenſium oppida a Florentinis vi capta direptaque. num. 30. inteſtinis diſcordijs laniati. 1483. num. 25. Ioannes Baptiſta Cardinalis Amalphitanus ad eos conciliandos miſſus. 1483. num. 26. præſente legato patrare cædes auſi. num. 27. increpiti ſollicitatique ad pacem. ib. Gallicum iugum ſubeunt. 1495. nu. 23. motuts ſeditionibus ſe dilaniant, num. 24.

Serzana. Genuenſibus adempta a Laurentio Mediceo. 1487. num. 8.

Sergius apoſtata, magiſter fuit Mahometis, 1461. num. 64.

Sicarij, latæ a Paulo leges in Sicariorum fautores. 1466. nu. 24.

Sigiſmundus Malateſta. impij illius mores erroreſque, 1459. num. 38. Anconam occupat. 1460. num. 72. Æſium tentat, ib. latæ in eum cenſuræ, ib. plures turbas in Piceno excitat. 1461. num. 7. ab illius partibus ad pontificias reuocati Anconitani. num. 8. epiſcopum Cornetanum eccleſiaſtici exercitus ducem fundit, num. 8. in eum immiſſus Neapolio Vrſinus, num. 9. Vrſinum timens in loca tutiora ſe ſubducit, ib. damnatur hæreſis quod non credat immortalitatem animæ. ib. eius effigies ignibus tradita. ib. moniti Veneti, vt damnent illius fœdus num. 10. coacto ingenti exercitu fingit properare in regnum Neapolitanum pro ope Gallis ferenda. 1462. num. 7. Senogalliam capit. ib. a Frederico Vrbinate & Neapoleone Vrſino dum fugam meditatur funditur, ib. in Apuliam ad Gallos fugit. ib. Venetias deinde ſe recipit. ib. ineuntibus Gallis inducias cum Pontifice negat Pontifex Sigiſmundum ijs comprehendendum adeoq; ex diſcuſſæ, num. 10. anathemate iterum defixus. 1463. num. 74. plura oppida ab eo recepta. num. 75. inſignis illius impietas in deridenda pontificia auctoritate. ibid. pro retinendo Arimino pacem exorat. num. 76. data ea lege, vt hæreſes eiuret, ib. conciliatur Eccleſiæ. nu. 77. cum quinque millibus militum in Peloponeſum miſſus contra Turcas. 1464 num. 13. Spartam expugnat excepta arce. num. 65. arcem obſidet fruſtraque expectato auxiliari exercitu Veneto recedere incenſo oppido cogitur. ib.

Sigiſmundus Auſtriæ dux. adit Pium Mantuæ. 1459. n. 73. operam in Turcas illi defert. ib. Nicolaum Cardinalem capit. 1460. n. 33. nonnullas arces vimque auri ingentem ab eo extorquet. ibid. cenſuræ ei incuſſæ. ib. aliæ illi pœnæ inflictæ. n. 34. a Pontifice ad futurum concilium nefarie prouocat. num. 35. pronuntiatum iniqua ab eo captari diffugia ibid. hæreſis crimine eo facto ſe deuinxiſſe. ibid. corruptus eſt a Gregorio Heymburgenſi. num. 36. ob pertinaciam repetitæ in eum cenſuræ. 1462. num. 6. pro eius conuerſione oraturis propoſitæ indulgentiæ. ib. iudiciariam in eum ſeueritatem exercet Pius II. 1461. num. 11. neganti ſe hæreticum obijcitur non credere in vnam ſanctam Eccleſiam. num. 11. coniurat in Fredericum III. Imperatorem. num. 12. ſollicitatus dux Mediolanenſis ad mouendum illi bellum. ib. illum Heluetij, vt hoſtem Eccleſiæ inſectantur, num. 13. Fredericus pro Sigiſmundo deprecatorem agit, ib. negat Pius dandam illi pacem niſi Eccleſiæ ſe ſubmiſerit. ib. confirmat in rebellione Dietherum Moguntinum aduerſus Pontificem, num. 22. concordiæ interpretem adhibet Venetum ducem apud Pontificem. 1463. num. 95. repertitur deinde ad priorem perfidiam, ibid. percellitur cenſuris. ibid. in perduellione obfirmatus heret. 1464. nu. 34. reſipiſcenti oſtenſa clementiæ ſpes. ib. pro eo Imperator Fridericus flexis genibus ad legati pedes deprecatus eſt. ibid. expiat iniurias illique venia data. ibid. eius terræ inuaſæ a Suitenſibus, 1469. num. 16. eius clientela a Pontifice aduerſus Suitenſes ſuſcepta. ib. Feretranum comitatum repetit a Carolo duce Burgundiæ. 1475. num. 4. de limitibus bellum gerit cum Venetis. 1487. num. 2. eos delet. ibid. iure controuerſiam dirimi permittit. ib. pacem init cum Venetis. 1490. num. 9. Auſtriam in Maximilianum transfondit. ibid.

Sigiſmundus Thomæ Regis & Catharinæ Reginæ filius. exheredatus regio iure ni Mahomete deſerto Chriſtum coleret. 1478. num. 45.

Simeon puer Chriſtianus. odio Chriſti a Iudæis immaniſſime excarnificatus. 1475. num. 37. miraculis coruſcat. num. 38. ſumptum de Iudæis ſupplicium. ib.

Siminus. in templo magnificentiſſimo a Brachmanis colitur. 1498. num. 42.

Simon epiſcopus Reualienſis, creatur legatus ab Innocentio VIII. pro diſcordijs inter Ioannem Regem Daniæ & proceres componendis. 1488 num. 18. pacem inter Polonum & Cruciferos conciliare iuſſus. ib.

Simoneta hiſtoricus. illius abſurda figmenta. A. 1464. nu. 40.

Simoniaci. conſtitutio aduerſum eos a Sixto IV. edita. 1472. num. 61. ſimoniaca fraude Alexander VI. pontificatum adeptus. 1492. num. 24. ſimoniaci Cardinales ab eo poſtea oppreſſi. ib. edita poſtea ſanctio contra Cardinales & Pontificem ſimoniacos. num. 25.

Sixtus IV. ex Cardinale tit. S. Petri ad vincula creatus Pontifex, 1471. num. 66. quam ſententiam pro ſymbolo acceperit. ib. de eius primitijs. num. 67. oſtenſum pregnanti matri Franciſcanam diſciplinam profeſſurum eod. nu. 67. puer cucullo Franciſcano induitur. ib. ea detracta periclitatur. ibid. reſtituto habitu iterum addicitur S. Franciſco. ibid. in nutricis vlnis populum ſacro crucis ſigno luſtrare viſus. ib. inter Franciſcanos profeſſus ordini præfectus eſt. n. 69. a factione Mendicantium temere

re

re a Paulo ad concilium prouocantium abſtinuit. ib. creatus Cardinalis plura opuſcula edidit contra ſubnaſcentes errores. ib. dum ad Lateranum ſolemnem pompam duceret periclitatus, num. 70. encyclicæ eius ad fideles literæ. ib. decernit fidem tueri contra Turcas. nu. 71. paratum ſe offert non modo ad opes, ſed etiam ad ſanguinem profundendum. nu. 71. Mahometis II. infanda conſilia exponit. nu. 72. habita de bello turcico gerendo apud eum oratio a Bernardo Iuſtiniano, nu. 73. quatuor legatos in varia regna mittit. nu. 75. fideles ad ſacrum in Turcas bellum ſollicitat. ib. concilium Laterani indicit. nu. 76. Friderico Imperatori litem de loco mouenti Mantuam, vel Anconam proponit. ib. plures legatos in varia regna ad principes Regeſque in Turcas concitandos mittit. ib. Marcum Barbum ad Hungarum & Polonum conciliandos mittit. nu. 78. Petrum Riarium & Iulianum nepotes cardinalitia purpura donat. nu. 79. B. Iacobum Picenum ad conciliandos Aſculanos mittit, num. 80. annuum vectigal Ferdinando remittit quandiu copias in Turcas iunxerit. ib. affinitatem iungit cum Ferdinando. ib. fideles ad ſacram in Turcas militiam ſollicitat. 1472. n. 1. Oliuerium Cardinalem nauali exercitui præficit. ib. ſacras indulgentias arma correpturis proponit. num. 3. claſſem diſceſſuram ſacra prece luſtrat. nu. 4. Philelphi ad eum literæ, vt mature Italiæ conſulat. nu. 5. in locum Beſſarionis Cardinalis patriarchæ Conſtantinopolitani Petrum Riarium ſubrogat. num. 11. Aueniouenſem legationem demandat Ludouico Borbonio. nu. 13. Galli Sixto, vt Chriſti vicario obſequium deferunt. nu. 15. idem agunt plures alij principes & Luſitaniæ ac Scotiæ Reges. nu. 16. eccleſiam S. Andreæ archiepiſcopali apice inſignit. nu. 17. indulgentias proponit ſubſidium nummarium contra Turcas præbituris. nu. 18. exponit fidelibus affectari a Mahomete occidentale imperium. ib. de ſumma rerum agi demonſtrat. ib. decumas in pluribus regnis colligit. num. 20. Fredericum Cæſarem ſollicitat, vt eum Polono & Hungaro fœdus in Turcam iungat. num. 28. Matthiæ Hungari Regis partes aduerſus Polonum ſuſcipit. num. 29. Caſimirum & Vvladiſlaum vrget, vt deſinant Hungaro bellum inferre. num. 30. Cruciferos in Polonum concitat. num. 31. ſacramenta a Boemis præſtita Vvladiſlao reſcindit. num. 32. Sileſios & Morauos Matthiæ obſequi intentato anathemate iubet. num. 33. Marci Cardinalis legationem ad alia regna ſeptentrionalia exporrigit. num. 35. legatum commendat de inducijs inter Polonum & Hungarum imperatis. nu. 37. permittit, vt pro pace firmanda Boemiæ regnum diuidatur, num. 39. Ioannes Baſilius Moſcouitarum dux ad Sixtum legationem inſignem mittit. n. 48. ſignificat ſe adhæreſcere Florentino concilio. ib. deſpondet Sixtus Moſcouitæ filiam Conſtantinopolitani Imperatoris num 48. fœdus ſedente Paulo initum repudiat. num. 50. Ferdinandum Regem Neapolitanum pendendi vectigalis onere liberat. num. 52. diuelli Soranum comitatum ab eccleſiaſtica ditione permittit. nu. 53. cum Eccleſiæ diſpendio ſuos promouet. num. 54. affinitatem cum Ferdinando iungit. num. 54. quæ ſint illi a Ferdinando promiſſa. n. 56. Imolam & Forumliuium cum Eccleſiæ damno nepoti Hieronymo Riario tradit. n. 59. ea res funeſtum illi ac ſtirpi exitium attulit. ibid. Herculi Ateſtino ducatus Ferrarienſis ius beneficiarium tradit imperato quinque millium aureorum cenſu num. 59. Pauli ſanctionem de Iubilæo ad vigeſimum quintum annum redacto confirmat. num. 60. diſſidia ex pragmatica orta componit. nu. 61. conſtitutionem fert in ſimoniacos. ibid. mittit internuntium in Canarias inſulas. nu. 64. Laurentium Zenum archiepiſcopum Spalatenſem in claſſis pontificiæ imperio ſubrogat Oliuerio Caraffæ. 1473. nu. 1. Hungarum deterret ne cum Mahomete fœdus ineat. nu. 6. monet præſules, vt fœdus illud abrumpant, num. 8. ſollicitat Fredericum, vt Matthiæ faueat in re Boemica. nu. 13. Darocenſe templum adituris in quo quinque hoſtiæ diuinitus cruentatæ ſeruabantur veniam criminum proponit. num. 21. auget Cardinalium ſenatum. num. 22. pſeudocarmelitas Bononiæ magicam artem docentes reprimit. nu. 25. errorem negantium determinatam eſſe veritatem futurorum contingentium damnat. num. 26. Venetis eripientibus Anconitanis libertatem nauigandi anathema intentat. num. 27. Chriſtiernum Regem Daniæ ad limina Apoſtolorum venientem humaniſſime inuitat. 1474. nu. 1. excipit eum Romæ honorificentiſſime. n. 2. ante illius pedes Daniæ Rex religioſiſſime prouoluitur. ib. Moldaniæ princeps plura ſigna Turcis in prælio erepta ad Sixtum tranſmittit. nu. 11. Eccleſiæ ſpolijs ſuos ditat Sixtus. nu. 19. Senogalliam nepoti dat, ſed ea res extremum exitium illi attulit. nu. 20. Vrbini comitem ducali apice cohoneſtat. nu. 21. eius nepos Cardinalis quem pluribus epiſcopatibus onerarat in iuuentute extinctus. nu. 22. Minimorum ordinem confirmat. nu. 27. & Auguſtinianorum diſcalceatorum. nu. 34. Ferdinandum Regem Neapolitanum in vrbem venientem excipit honorifice. 1475. nu. 1. Carolam Cypri Reginam benigne ſuſtentat. ib. legatum mittit pro Nuſſienſi bello pacando. nu. 3. Nicolaum Francum internuntium creat pro ſedandis Hiſpaniæ bellis. num. 15. & 16. inſtaurat conſtitutionem ex titulo dato a Pontifice nemini ius conferri. nu. 17. & num. 31. donationem tertiarum a Martino factam Caſtellæ Regibus reſcindit. num. 19. ſollicitatur a Matthia Hungariæ Rege, vt bellum ſacrum in Turcas vrgeat. nu. 22. Franciſcanos mittit ad fidem inter Canarienſes propagandam. no. 29 intendentibus litem Ludouico Sabaudo & Carola Venetis de regno Cyprio recuſat cognitionem litis admittere. nu. 30. Cyprios arguit de Iacobo Rege interempto. nu. 32. Auenionem archiepiſcopali dignitate inſignit. num. 33. feſtum viſitationis inſtituit. nu. 34. fideles ad Virginis opem contra Turcas implorandam excitat. nu. 35. Iulianum Ruboreum Cardinalem in Gallias legatum decernit. 1476. nu. 1. exponit Gallis Turcam excidiſſe Caffam atque ad alia regna inuadenda comparatum. num. 2. exponit Ludouico Regi ſuſcipiendæ ab ipſo Chriſti cauſæ neceſſitatem. ib. Dominicum Realipum epiſcopum in Germaniam Hungariam & Poloniam mittit. nu. 4. Moldauiæ principem redacto ex indulgentijs auro adiuuat. num. 6. Nicolaum Francum internuntium ad ſedanda Caſtellæ bella mittit. nu. 13. ſæuiente in vrbe peſte effigiem Virginis pictam a S. Luca ſolemni pompa defert. num. 14. auget Cardinalium ſenatum. num. 15. propagata eius ſtudio in Canarijs inſulis religio. num. 21. & in Ghinea. nu. 22. Ioannem Cardinalem ad ſedandos in principatu Mediolanenſi tumultus decernit. 1477. num. 1. Ingolſtadienſem academiam inſtaurat priuilegijſque exornat. num. 5. Tubingenſem academiam condit. ib. fideles ad colendam intenſiore ſtudio Virginem Deiparam ſollicitat. nu. 9. inſtituit conceptionis B. Virginis officium. ib. illud repetituris indulgentias proponit. ibid. auget Cardinalium ſenatum. num 10. ex arcano Georgium Heſlerum ob Friderici Cæſaris ambitus Cardinalem creat. num. 11. xenodochium ſancti Spiritus inſtaurat. nu. 12. illud a fundamentis reficit. ib. inſtituit ad illud tuendum augendumque ſodalitium. ib. eidem nomen adſcribit. ibid. creditus particeps coniurationis in Mediceos conflatæ. 1478. num. 3. illos

los in pluribus aduerſarios ſenſerat. ib. ſententiam anathemaſis in Laurentium medicem ac Florentinos fert, num. 5. & ſeq. eius nepos Raphael Cardinalis e carcere ad eum dimiſſus. nu. 13. bellum Florentinis indicit. ib. in eum Florentinis Veneti & Mediolanenſis dux ſe coniungunt. ib. rebellant fiduciarij principes. ib. Gallorum Rex in eum concitatus. num. 15. conſilium a Iacobo Papienſi datum ipſi. num. 16. iniqua ad eum Gallorum legatio. nu. 17. quid Ludouici XI. oratoribus reſponderit. nu. 19. ad concilium citatus ita reſpondet, vt aduerſarij pertimuerint ne fieret. nu. 28. pacem admittis cum Florentinis quæ mox ab ijs violata. nu. 30. principibus eccleſiaſticos ex aula pontificia reuocantibus anathema intentat. nu. 31. Heluetios in Mediolanenſem concitat. nu. 31. Genuenſibus Mediolanenſe iugum excutientibus fauet. ib. Boſnæ regnum illi teſtamento a Regina Catharina relictum. nu. 42. enſem & calcaria ſolemni ritu accepit. ib. decernit inuitum epiſcopum transferri poſſe. nu. 46. dat Bartholomæo Platinæ munus, vt inſignia Romanæ Eccleſiæ monumenta colligat. num. 47. Platinæ ad eum ea de re literæ, ibid. bibliothecam vaticanam inſtaurat, vt in ea literarum amantes ſtudio vacent. nu. 48. controuerſiam inter clericos & monachos componit. nu. 49. redintegrare ſtudet bellum in Turcas. 1479. nu. 1. Anſiam Cardinalem tit. S. Sabinæ in Germaniam mittit pro indicendo Turcis bello ſacro. ib. Germanos ad ſacram militiam ſollicitat. ib. Ioannem de Aragonia S. Hadriani diaconum Cardinalem in Hungariam Boemiam & Poloniam legatum decernit. nu. 2. indicendi inter eos reges colloquii poteſtate eum inſtruit. ib. Aſcanio adminiſtratori Papienſis Eccleſiæ legationem in Mediolanenſi principatu committit. nu. 3. miſſæ ad eum plures legationes, vt bello in Florentinos abſtineat. num. 8. accuſatus paſſim ad vindictam quam ad quietem procliuiorem eſſe. ibid. apologeticis literis inuidiam purgat. n. 9. & ſeq. demonſtrat ſe pacem obtuliſſe communemque in Turcas expeditionem. nu. 10. & 13. ſpretam a Florentinis pacem queritur. num. 14. tentatum ab ijs Peruſium. ibid. propulſatos agrum Peruſinum vaſtaſſe. ib. ob pertinaciam nouis eos cenſuris deuincit. nu. 15. ni reſipiſcant grauiores ijs pœnas intentat. ibid. Herculem ducem Ferrariæ ob perduellionem exauctorat. ib. Robertum Malateſtam Ariminenſem & alios rebelles damnat. ib. Ioannem Baptiſtam Sabellum, qui Florentinos propulſarat Peruſio ampla poteſtate auget nu. 18. Florentinos Ferdinandi Regis opera contundit, nu. 19. Ferdinando Florentinis conciliato promiſſa a Laurentio annua penſione ad pacem adigitur. ibid. Ferdinandi Regis Aragonum contra Turcas ſigna ſecuturis indulgentias proponit. nu. 20. S. Lazari & S. Sepulchri ſodalitates militares Rhodiæ coniungit. nu. 21. Petri de Oſma nefandas hæreſes damnat. nu. 32. immaculatam Virginis conceptionem commentario tutatus eſt, nu. 34. Sanctis Franciſco & Antonio ſuam amplitudinem acceptam refert. nu. 34. ſacellum in eorum honorem excitat. ib. Rhodijs equitibus obſeſſis auxilia ſubmittit, 1480. nu. 2. capto Hydrunto tertius de Italia deſerenda conſilium agitat, num. 19. deinde ad defendendam Italiam obfirmat animum, ibid. promulgat diploma de ſacra militia profitenda. nu. 20. exponit Turcarum crudelitatem. ibid. iungenda ſine mora in hoſtem arma admonet. num. 21. quamuis exerceantur fideles cladibus victoriam reportaturos nu. 22. ſollicitat duces, vt arma expediant in Turcas. num. 23. Gabrielem Cardinalem SS. Sergij & Bacchi legatum in Siciliam decernit. nu. 24. Crucesignandos in clientelam accipit. num. 24. indicit Italis inducias dum Turca in Italia hæſerit. ibid. principes admonet, vt Turca Romam expugnare mediteτur. nu. 26. ex mutuis inimicitijs diſſolui Chriſtianam potentiam, ib. Italiam ſexaginta millia hominum in mutuas clades ſæpe armaſſe. num. 27. hos pares eſſe poſſe ad Turcas edomandos. ib. principes ſollicitat, vt Michaelis archangeli auxilio fidant. ib. vetera miracula in memoriam reuocari iubet. ib. ſumpturis arma indulgentias proponit. ib. imperat decumas in ſumptus bellicos. num. 28. feſtum omnium ſanctorum diebus octo celebrari iubet. nu. 29. claſſem comparat in Turcas. num. 31. Ioannem Baptiſtam Cardinalem Sabellum ad Genuenſes decernit. ibid. Iulianum Cardinalem Robureum nepotem ſuum ad ſedanda inter Ludouicum Regem & Maximilianum archiducem bella mittit. nu. 33. dat illi etiam munus, vt Gallum Anglumque inter ſe conciliet. nu. 36. Florentinos reſipiſcentes ſolemni ritu conciliat. num. 39. Sixti ad Florentinos reſponſum. nu. 40. Cardinales nouos creat. nu. 43. mota lite de anulo Virginis pronubo illum in vrbem deferri iubet deinde a Peruſinis aſſeruari permittit. nu. 44. Cardinalem Melphetenſem legatum decernit in Germaniam pro pace inter Hungarum & Cæſarem redintegranda. 1481. nu. 1. conuentus ſolemnes Romæ celebrat pro Turcis ex Italia depellendis. nu. 3. cum principibus Italis Gallorumque Rege de triennalis belli ſuſtinendo ſumptu paciſcitur. num. 4. ad triremes vigintiquinque inſtruendas ſe obſtringit. nu. 5. Carolus Prouinciæ comes Renati Regis patrui ſucceſſor ad eum oratores decernit. num. 17. diploma promulgat, vt Reges principeſque in Turcas concitet. nu. 19. ſalutis ſpem ablatam oſtendit niſi ea armis compararetur. num. 20. ſi non deſuerint ſibi Chriſtiani certam victoriam ſperandam exponit. nu. 23. cruceſignatos in clientelam apoſtolicam accipit. num. 13. Philippum comitem palatinum de pace ſeruanda admonet. nu. 14. extincto virtute diuina Mahomete ſolemnes Deo gratias agit, num. 27. Ibletum e Fliſco Turcarum ſtudioſum percellit anathemate. nu. 17. ſolemni ritu claſſem Genuenſem auro conductam luſtrat. nu. 18. ornamenta pontificia ac pretioſam ſupellectilem offert pro ſtipendio contra Turcas ſoluendo militi. nu. 34. pacis leges inter Alfonſum Luſitaniæ & Ferdinandum Caſtellæ Reges initas confirmat. nu. 37. & ſeq. literas accipit ab Æthiopum Imperatore pro redintegranda vetere cum Romana eccleſia coniunctione. num. 40. rogatur, vt mittat in Æthiopiam Latinum epiſcopum, num. 40. quinque Minoritis Marrochij pro fide Chriſti cæſis ſanctorum honores decernit. num. 42. & 43. a Ferdinando beneficiorum immemore iniurijs laceſſitur. 1482. num. 1. Alfonſum itinere prohibet ne Herculi Ferrariæ duci auxilia ferat. ibid. offenditur ab Alfonſo ob retentas Turcarum cohortes. ib. negat a Venetorum fœdere diſcedere. num. 2. Columnenſes & Sabelli a Ferdinando ſubornati inſurgunt in Sixtum. ib. Columnam & Sabellum Cardinales, vt obſides retinet. nu. 3. a Ferdinando petitur bello. nu. 4. Tifernum amittit. ib. periclitanti Romæ ſubmiſſa a Venetis auxilia. ib. infeſtatur terra marique a Ferdinando. ibid. Genuenſes ferunt illi opem. num. 5. Terracina a Ferdinando illi erepta. ib. oppida Columnenſium in deditionem accipit. num. 6. diuina ope Alfonſum Calabrum profligat. nu. 8. refert Deo grates parta victoria. num. 9. profitetur victor ſe pacem exambire. ib. Cæſarem rogat, vt concordiæ agat interpretem. num. 9. Ferdinandus ſibi metuens ne Gallos aduerſus ipſum vocaret Sixtus puram chartam in qua pacis leges deſcriberet ad eum tranſmiſit. nu. 11. pacem dat Italiæ ac templum pacis extruit veluti trophæum B. Virgini poſitum. num. 21. Regi Hiſpaniæ pacis promotori aſſentitur modo vniuerſa Italia pace fruatur. num. 12. ſolemni ritu promulgat pacis

Digitized by Google

pacis Italicæ leges. num. 14. Alfonſum Calabriæ ducem honorifice excipit. num. 17. fœdus iungit cum Ferdinando aduerſus Venetos. ibid. Mocenicum ducem Venetorum rogat ne Ferrariam oppugnet. ibid. pacis ſanciendæ neceſſitatem proponit. num. 19. vrget, vt capta reſtituantur. num. 20. ducem Mediolani in gratiam recipit. num. 22. Andream ordinis Prædicatorum archiepiſcopum Crayanenſem molientem ſchiſma capit ac exauctorat archiepiſcopatu. num. 23. monet Cæſarem ne concilio indicendo ſe implicet. ibid. gratias illi agit quod ſedis Apoſtolicæ auctoritatem tueatur. n. 24. ob Cæſaris preces Andreã Crayanenſem e carceribus dimittit. num. 25. iterum rebellantem Baſileę capi iubet. ibid. & num. 26. illius iudicium ad ſolam ſedem Apoſtolicam ſpectare oſtendit. ib. Baſileenſes ob illius patrocinium ſumptum cenſuris deuincti. num. 27. Cæſaris querelas refringit. ibid. Polonum & Liuones aduerſus Moſcouitas inter ſe coniungere annititur. num. 29. Matthiam Regem Hungariæ vrget, vt pacem cum Frederico Cæſare coeat. num. 34. bellum ſacrum ad Granatam exſcindendam promouet num. 37. fideles in eam expeditionem concitat. num. 40. ſollicitat Angliæ Regem, vt pacem firmet cum Scoto. num. 42. enſe & pileo myſticis Eduardum Angliæ Regem donat. num. 43. ſolemni ritu ſanctorum honores decernit Bonauenturæ olim Minoritæ Cardinali. num. 46. &c. ſuſcepti in Venetos belli cauſas Cęſari exponit. 1483. num. 2. & Saxoniæ duci. num. 3. vt ij Ferrariam iniquę oppugnent. ibid. vt ſollicitati ſint, vt verterent in Turcos arma. ibid. cum Italiæ principibus ad tuendam Ferrariam fœdus init. nu. 4. Franciſci Gonzagæ Cardinalis opera partem claſſis Venetæ intercipit. num. 5. Ferdinandum excitat ad vrgendum hoſtem augendaſque copias auxiliares. num. 6. Venetis in Ferrariæ obſidione perſtantibus anathema intentat. num. 7. Clementis V. edicta in eos inſtaurat. num. 15. Ferrarienſis agri liberam poſſeſſionem duci Herculi reſtitui iubet. nu. 16. aduerſus eos Regum auxilia implorat. num. 17. Maximilianum in eoſdem concitat. ibid. captantes iniqua prouocationis ad concilium diffugia reprimit. nu. 19. prouocantes ad concilium de hæreſi & ſchiſmate ſuſpectos demonſtrat. num. 20. promulgat impias eſſe appellationes ad concilium. num. 21. S. Franciſcum de Paula adhibet, vt pontificiæ contra Venetos cauſæ æquitatem Gallo Regi exponat. nu. 22. Ioannem Baptiſtam Cardinalem Amalphitanum pro conciliandis Senenſibus mittit. num. 25. eoſdem ad mutuam pacem hortatur. nu. 27. imperat S. Franciſco de Paula, vt Deum pro Gallo Rege oret. num. 28. ni Deum pro illo orauerit anathema ipſi intentat. num. 29 Ludouici XI. Regis vota in pia opera commutat. num. 31. Carolum VIII. de patris obitu ſolatur. num. 35. obijcit anathema clericis decus clericale abijcientibus. num. 36. Valentinenſem & Dienſem comitatus fiduciarios repetit. num. 39. Ferdinando Regi, & Iſabellæ Reginæ de rebus in Mauros præclare geſtis gratulatur. n. 44. ſultanum Babyloniæ mulcere nititur ne bellum Ferdinando inferat. num. 45. Iſabellæ Reginæ pium ſtudium in conuertendis Iudæis & relapſis puniendis commendat. num. 49. inter Fridericum Cæſarem & Matthiam Regem pacis interpretem agit. nu. 52. Matthiam rogat, vt Huſſitas catholicorum ſanguine madentes plectat. num. 53. ſtipem ad inſtaurandam Kiouiam collaturis indulgentias proponit. num. 57. de B. Leopoldo in ſanctorum albo reponendo agit. num. 58. damnat eos qui hæreſis calumniam aſſerentibus immaculatam Virginis conceptionem impingunt. num. 64. damnat pariter eos, qui aiunt hæreticos eſſe, qui aſſerunt cum originali peccato conceptam cum id nondum ſit ab Eccleſia definitũ. ib. aſſerendæ eccleſiaſticæ immunitati dat operam. 1484. n. 1. Ioanni Luſitanię Regi ni edicta libertati eccleſiaſticæ cõtraria reuocarit cenſuras intentat. nu. 3. Coimbricenſem epiſcopum ob ius eccleſiaſticum labefactatum in iudicium vocat. num. 4. præſules iuſtis Iacobi Regis imperijs parere iubet. num. 6. Matthiam Hungarię Regem ac Fredericum Cæſarem redigere ad pacem nititur. num. 8. Belgas ad concordiam cum Maximiliano ſollicitat. num. 10. Laurentium Columnam venire in ius detrectantem extremo ſupplicio affici iubet. num. 12. Columnenſium oppida ſubigit. ib. Georgium Cardinalem Vliſiponenſem pro pace Italica redintegranda legatum creat. num. 14. proditur a fœderatis. num. 18. animi dolore & podagra extinguitur. nu. 20. ægre tulit ſancitas pactiones inhoneſtas Eccleſiæ. num. 21. ſacramentis rite procuratus obijt. ibid. illius epitaphium. num. 22. pons ab eo Tyberi impoſitus dictus Sixtinus num. 23. reſtituti aquæductus dicti aquæ virginis. ib. ornauit baſilicam Vaticanam ib. baſilicam XII. Apoſtolorum inſtaurauit. ibid. portum Tyberinum pro naualibus reſtituere niſus eſt. ib. refecit Aſſiſij eccleſiam S. Franciſci. ibid. nimio ſuorum indulſit amori. num. 24. de Cardinalibus ab eo creatis. ib. noua collegia pro auro cogendo inſtituit. nu. 25. munificentiſſimus in principes extitit. ib de Moſcouitis Romanæ eccleſiæ coniungendis egit. num. 26. ſuccedit illi in Pontificatu Innocentius VIII. nu. 41

Smyrna. ab Oliuerio Caraffa legato erepta Turcis. 1472. num. 42. muniendam non cenſuere Veneti ſed incendendam. num. 43.

Societas Ieſu Chriſti. inſtituta a Pio II. 1459. num. 83. profitebatur armis Chriſti fidem defendere. ib.

Societas prædicatorum peregrinantium propter Chriſtum. prærogatiuis affecta a Pio. 1464. nu. 35.

Sodalitium de miſericordia. inſtitutum ab Innocentio VIII. 1490. num. 26.

Solimannus Turcarum dux. Scodram cum octoginta militum millibus obſidet. 1474. num. 12. propulſatus ingenti clade. num. 14. & 13. Lemnon tentat, ſed viraginis virtute repellitur. 1476. num. 9. fugatur a Veneta claſſe. ibid.

Sono congitanus princeps. baptiſmum expetit. 1491. num. 6. idola exurit in ſuo principatu. nu. 7.

Sophia Thomæ Palæologi deſpotæ filia. deſponſa Ioanni Baſilio duci Moſchouitarum. 1470. n. 9. ſuadet illi, vt Tartarorum iugum excutiat 1479. num. 48. ficta religione Tartaros ex arce deturbauit. ib.

Sora. Pio II. dedita ea lege, vt iuris ſit eccleſiaſtici. 1463. num. 78.

Soranus comitatus. a Ferdinando datus Eccleſiæ, vt in regno firmaretur contra Andegauenſes. 1468. n. 30. inuaditur contra pacta. num. 31. conniuente Sixto IV. a ditione eccleſiaſtica diuulſus. 1472. num. 53.

Sparta. a Turcis expugnata. 1462. nu. 35. recepta a Venetis. 1464. num. 11. in ſeruitutem Mahometis relapſa. ibid. capta a Sigiſmundo Malateſta excepta arce. num. 65.

Spartani. Vid. *Monobaſſienſes*.

Species ſacramentales. in carnem & ſanguinem verſę. 1473. num. 21. ſpecies vini in ſanguinem verſæ ac ſeruatæ in monaſterio B. Mariæ de Zebrero. 1487. num. 25.

Spiritus ſanctus. vt illius proceſſio per amorem fiat. 1461. num. 64. cur Spiritus nomen illi inditum. ibid. non eſt aliud a Patre & Filio licet ſit alius. num. 65. teſtimonia prophetarum de Spiritu ſancto. num. 67. Moyſis teſtimonia de Trinitate. ib. alia prophetarum. ibid. demonſtratur Gręcis a Beſſarione, vt veritas de proceſſione Spiritus ſancti diligentiſſime excuſſa ſit in Florentino concilio. 1463. num. 61. vt Spiritus ſanctus dicatur Filij Spiritus. num. 62. vt a Filio & Patre velut vnico principio procedat. ibid. licet dicatur procedere a Patre non

nega-

Digitized by Google

negatur quin a Filio. num. 63. licuiſſe addere in ſymbolo vocem Filioque demonſtratur. nu. 67. eius proceſſio ex Patre & Filio tanquam vnico principio oſtenditur. A. 1496. n. 22. quomodo intelligatur procedere ex Patre per Filium. ibid.

S. Spiritus xenodochium. Vid. *Xenodochium ſancti Spiritus.*

Steno Sueciæ Rex. Dorotheæ Daniæ Reginæ Orobram arcem eripit. 1489. num. 16. eius iura occupat. num. 18.

Stephana de Quintianis virguncula, dominicæ paſſionis dolores illi diuinitus inflicti. 1495. num. 42. publica de ea re monumenta. ib.

Stephanus Nardinus. a Pio II. internuntius miſſus inter Heluetios & Auſtriacos bellum componit. 1459. num. 55. creatus archiepiſcopus Mediolanenſis miſſus a Paulo II. pro componendo ciuili Galliæ bello. 1466. num. 13. creatus Cardinalis a Sixto IV. 1473. num. 22.

Stephanus Thomas Boſnæ princeps. Zendrenſem arcem Turcis prodit. 1459. num. 56. ad delendam infamiam Patarenos bonis exuit. 1460. num. 91. præcipuos mittit ad Pontificem. ibid. exambit ab eo regiam coronam. ib. obſiſtit Matthias ne illi concedatur. ib. reſponſum Matthiæ non detrahi ipſius iuri. ibid. nonnullos proceres Manichæos ad ſedem Apoſtolicam vinctos mittit. 1461. num. 136. fide orthodoxa eruditos recipit. ib. opem a Pio II. implorat. 1462. num. 29. regiam coronam ab eo efflagitat. nu. 31. exponit victa Boſna Hungariam Dalmatiamque & Iſtriam vexatum iri. ib. monet Italiæ Mahometem clades illaturum. ib. ipſius patrem Nicolao V. & Venetis denuntiaſſe capta Conſtantinopoli Latinos vexatum iri. ibid. ſi non defendatur Boſna vlterius vim Turcicam graſſaturam. ib. quid illi a Pio II. reſponſum. ib. negata illi corona regia ſi Hungariæ Rex non aſſenſerit. ib. a Mahomete ingenti bello appetitur. 1463. num. 14. proditur a Bobatij præfecto Manichæo. ibid. fugam raptis ſecum theſauris corripit. num. 15. a Turcis in fugam lateræ obſidetur. ibid. compellitur. ibid. inanibus illecebris ad tradendas arces impellitur. ib. trucidatur inſigni perfidia eiuſque proceres ſeruituti mancipati. ib. cute viuus exuitur. num. 16. iuſto Dei iudicio vitam & regnum fraude amittit, qui parenti fraude regnum eripuerat. eod. num. 16. eius regnum occupatum a Turcis. ib.

Stephanus Varada archiepiſcopus Colocenſis. creatus presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei. 1467. num. 56. ad eum a Paulo II. pileus cardinalitius tranſmiſſus. An. 1470. nu. 47. paulo poſt obijt.

Stephanus Moldauiæ palatinus. centum & viginti millia Turcarum fundit. 1474. num. 10. quatriduano ieiunio victoriam celebrat. ibid. vetat alij quam Deo victoriam aſcribi. ibid. hoſtilia plura ſigna tranſmittit ad Pontificem. ibid. educit in eum Mahometes quingenta Turcarum millia. 1476. num. 5. pabula hoſti eripit. num. 6. Tartaros irruentes atterit magna ſtrage. ib. Turcarum extrema agmina carpit. ibid. quos viuos capit, aut nudat cute, aut palis ſuffigit more Turcico. ib. deſertus a vicinis numeroque oppreſſus fugit eum hoſtium prope triginta millia peremiſſet. ib. de Ioanne Baſilio Moſcouitarum duce ſolitus dicere illum ſedendo & dormitando augere imperium cum ipſe pugnando limites ægre tueretur 1479. num. 48.

Stephanus Valachiæ epiſcopus. Turcas e prouincia pellit accepta a Matthia Rege auxilijs. 1481. nu. 2.

Stephanus Bathorus. centum Turcarum millia in Tranſiluania ingenti ſtrage delet. 1482. num. 29. obſtrinxit ſacramento ſuos prius morituros quam ceſſuros. ib.

Stephanus Valachiæ princeps. cum Matthias Hungariæ Rex opem non ferret ſupremum illius imperium Polono defert. 1485. num. 14. de ea re queritur apud Innocentium Matthias Rex. 1486. num. 29.

Stigmata Chriſti. ſtigmata paſſionis dominicæ diuinitus impreſſa in B. Lucia ſanctimoniali Ferrarienſi. 1500. num. 58.

Suffragia ſanctorum. reus implorata ope S. Barbaræ a ferro carnificis illæſus vindicatur. 1486. num. 81.

Suitenſes. terras Sigiſmundi Auſtriaci inuadunt quamquam pax quinquennalis indicta foret. 1469. num. 16. pronuntiantur inflictas fœdifragis pœnas incurriſſe. ib. auſi pronuntiare Apoſtolica & Cæſarea edicta de ſeruanda quinquennali pace non valere. ib.

Sultanus Ægyptius. Vid. *Ægyptius ſultanus*.

Suſanna ſanctimonialis. ſola Euchariſtia vitam ſuſtentat. 1500. num. 58.

Synderonia. Hungariæ erepta a Turcis. 1459. num. 52.

T

Tamerlanes. Aſiam populis orbauit. 1464. num. 14. Turcarum vires eliſerat. ib.

Tartari. de ijs in Turcas concitandis agunt Moſchonitæ. 1372. n. 45. exiſtimatum eos æque ac Turcas metuendos. num. 45. irrumpunt in Moldauiam ac proteruntur. An. 1476. num. 7. fiduciarius dux Moſcouitarum eorum iugum excutit. 1479. num. 38.

Taxus inſula. expugnata a Mahomete II. 1461. num. 42.

Terracina. ad Pontificis obſequium reuocata. 1460. num. 67. & ſeq.

Tertiarij minimi. eorum ordo confirmatus ab Alexandro VI. 1501. nu. 23.

Theodorus epiſcopus Taruiſinus. cardinalatum exambiens ſuaſit Paulo, vt ſacramenta in conclaui nuncupata infringeret. 1464. num. 61. ſecreto fit Cardinalis & in extremo morbo pœnas ambitus dat. ibid. inſignis eloquentia extitit dictus a Pio II. cithara ſua. ib.

Theodorus marchionum Montisferratenſium proſapia ſatus. creatus diaconus Cardinalis S. Theodori. 1467. num. 16.

Theodoſia. Vid. *Caffa*.

Thomas deſpota Peloponenſis. cum fratre Demetrio ſimultates exercet. 1459. num. 46. coniungit ſe Catholicis aduerſus fratrem, qui filiam Mahometi deſponderat. ib. leues copiæ auxiliares illi ſubmiſſæ. ib. Demetrium fratrem Chriſtiani nominis proditorem bello vrget. 1460. num. 57. confugientes ad ſe Spartanos Pontifici obſequium deferre conſulit. ib. in gratiam Pontificis ſuo iure cedit num. 58. Patras recuperat. ibid. oppreſſus a Mahomete. 1461. num. 43. Romam profugit. ib. caput S. Andreæ aſportat e Græcia. ib. excipitur benigne a Pontifice. ibid. Pius II. de auxiliari exercitu illi dando agit. 1462. num. 35. expoſitum occidentalibus principibus, ve præire vniuerſali expeditioni cupiat. num. 36. irriti cadunt Thomæ conatus. num. 38. eius filia in vxorem a Ioanne Moſcouiæ duce expetita. 1470. num. 9. eius filius Manuel ad Mahometem turpiſſime deficit. 1476. num. 18. alteri filio Andreæ mille & octoginta annui aurei attributi. num. 49.

Thomas Bourcherius archiepiſcopus Contuarienſis. creatus presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci. 1467. num. 16.

Thomas orator cæſareus. in conſiſtorio ſæpius Cæſarem orbis monarcham appellat. 1473. num. 22. contradicit illi Cardinalis Rothomagenſis ac Pontificem monarcham ait. ib.

Thomas epiſcopus Ceruienſis. creatur legatus in Neapolitano regno aduerſus Ferdinandum. 1486. num. 4.

Thomas Minorita. pietate & prophetiæ dono clarus pie obit. 1495. num. 43. vt blaſphemo diuinam iram prædixerit a quo pugno petitus erat. ibid.

S. Thomas Apoſtolus. Indos conuertit. 1502. num. 2. & 3. Sinenſes etiam

ſacris

ſacris Chriſti initiauit. ibid. eccleſiam Meliapore diuino prodigio condidit eod. num. 3. prædixit Luſitanorum in Indiam aduentum. ib. calumniam ſibi a Brachmanis aſperſam, vt diluerit. ibid. vt martyrio a Brachmanis affectus ſit. num. 4. ſeruata martyrij monumenta. ib. ad ea viſenda Chriſtiani concurrere ſoliti. num. 25.

Tifernum. a Nicolao Vitellio occupatum. 1474. num. 17. receptum, iterumque ab eo occupatum. 1482. n. 4. recuperatum. num. 15.

Tingis. capta ab Alfonſo Rege Luſitaniæ. 1472. num. 27.

Tituli. ob titulos a Pontifice datos nemini in controuerſis principatibus ius acquiritur. 1475. num. 32.

Titulus crucis dominicæ. repertus dum inſtauraretur baſilica ſanctę Crucis. 1492. num. 14. quænam illius forma extiterit. ib.

Tranſubſtantiatio. inſigni miraculo confirmata. 1473. num. 21.

Trapezuntinum imperium. exciſum a Mahomete II. 1461. num. 38. quandiu ſteterit. num. 44.

Trinitas. vt Pater Filium gignat. 1461. num. 61. myſterium Trinitatis agnitum a Platonicis ex traditione vetuſta. num. 62. credenda de Deo quæ mens humana non capit. num. 63. hæreſis contra Trinitatem latebat inter Arabes ante Mahometem num. 64. vt Spiritus ſanctus procedat per amorem. ibid. vt non ſint tres dij licet ſint tres perſonæ. nu. 65. nō eſt aliud Pater aliud Filius, aliud Spiritus ſanctus; quamuis ſit alius Patre alius Filius alius Spiritus ſanctus. ib. vt imago Trinitatis eluceat in anima rationali. ib. alia Trinitatis imago ſumpta ex mente eius notitia & amore. nu. 66. vnicum eſt mundi principium, quia vnica perſonarum eſſentia. ib. prophetæ Patrem Deum dixere ergo & Filium aſſeruere. ib. Moſchouitarū dux Trinitatem tribus circulis triangulo incluſis adumbrat. 1484. n. 27. myſterium explicat hac ſententia. *Deus noſter Trinitas quæ fuit ante omnia ſæcula Pater, & Filius & Spiritus ſanctus non tamen tres dij, ſed vnus Deus in ſubſtantia.* ib. Trinitatis imago tenuis culta a Brachmanis. 1498. num. 42. & 43.

Tubigenſis academia. a Sixto IV. condita. 1477. num. 5.

Turcæ. indicta aduerſum eos a Pio II. expeditio. 1460. num. 1. etſi pios ab impijs Deus affligi permittat demum impios abolere ſolet. ibid. quantum aduerſus eos exercitum terreſtrem ac maritimum comparandum decretum fuerit. n. 12. & 13. Caramanus & Armenij eos a tergo adoriri polliciti eod. n. 13. occupant Sinopem & Paphlagoniam. 1461. num. 38. Trapezuntinum imperium & reliquias Græcorum in Aſia exſcindunt. ib. eorum tyrannis in patriarchas Græcorum. num. 39. Lemnum, Leſbum, Samothracem Imbrum ſubigunt. n. 42. Demetrium & Thomam Palæologos diſſentientes opprimunt. num. 43. Peloponeſo tota potiuntur. ib. Vſumcaſſanum vincunt. num. 45. Turcarum origo. num. 84. vide tit. Mahometani. Coruatiam populantur atque ad limitem Italiæ excurrunt. 1469. num. 13. Turcarum aduerſus Chriſtianos furor. 1463. num. 13. Boſna ab ijs expugnata. num. 14. fidem non ſeruant dedititijs. num. 16. Turcarum impuritas neſanda. num. 51. quod libet ijs licet. ibid. Turcicarum virium deſcriptio. 1464. num. 14. Turcarum mores. num. 17. Raguſinis extrema omnia intentant. 1464. nu. 38. dum in eos Pius expeditionem parat recedunt. num. 40. commendatum a Pio morituro factum in Turcas bellum. num. 44. Iaitza propulſantur. 1464. nu. 63. Neopactum & Aregos diripiunt. ibid. Peloponeſo pelluntur. ib. ad Corinthum cladem Venetis inferunt & Peloponeſum recuperant. num. 64. Coruatiam populantur. 1469. num. 13. Chalcidem excindunt. 1470. num. 12. & ſeqq. qualis ſit Turcarum militia. num. 62. cur expeditiones ferme quadrimeſtres obeant. ibid. quæ ſit Turcarum origo. num. 29. pulſi e Perſide in Aſiam inferiorem confluxere. ibid. ſeptem eorum familiæ prouincias ſorte diuiſere. ib. vt in Græciam exciti oppreſſerint ſocios. num. 30. quo temporis flexu auctum eorum imperium. ibid. inſtauratum fœdus ab Italis contra Turcas. num. 42. Sixti IV. literæ de eorum crudelitate & tyrannide ac progreſſibus. 1471. num. 72. & 1472. num. 18. a Sixto IV. atque Italis claſſis in eos immiſſa. num. 42. Vſumcaſſanus aduerſus Turcas ſexcenta hominum millia educit. 1472. num. 44. Trapezus & Sinope & Cæſarea ijs erepta. ibid. de Tartaris in eos concitandis actum, ſed exiſtimatum eos victores æque ac Turcas metuendos. num. 45. trecenta & viginti millia Turcarum educta a Mahomete aduerſus Vſumcaſſanum. 1473. num. 8. cæſa quadraginta Turcarum millia in prælio. ib. demum vicere. ib. centum viginti Turcarum millia cæſa ope diuina a Stephano Moldauiæ principe. ibid. magna Turcarum multitudo palis ab eo ſuffixa. ibid. Scodram obſident. num. 12. magna ſtrage propulſati. num. 13. plura Turcarum millia irrumpunt in Moldauiam. 1476. num. 6. ſuorum triginta millia leuibus prælijs amittunt. num. 7. Moldauos opprimunt numero ac Moldauiam & Valachiam populantur. ibid. e Boſna erumpentes in Germaniam excurrunt. ib. ex Valachia quadraginta millia fidelium abducunt. nu. 8. in Dalmatiam irrumpunt. 1477. nu. 7. equitatu Veneto deleto prouinciam vaſtant. ib. ex arcibus circa Croiam excitatis deiecti hoſtem prædæ inhiantem opprimunt. ib. eam ad deditionem cogunt. 1478. num. 40. Driuaſtum capiunt. ibid. Scodra & Lyſſus & Tænarū & Lemnos inſulæ a Venetis pacem ementibus illis deduntur. ibid. Neriton & Zephaleniam & Zacynthon occupant. ib. Rhodum tentant centum & quinquaginta nauium claſſe. 1479. nu. 21. Hungariam varijs excurſionibus vaſtant. num. 24. ex Styria abducunt triginta Chriſtianorum millia. ibid. Turcæ Polonos magna clade fundunt. 1497. num. 32. irrumpunt in Poloniam cum Tartaris. 1498. num. 36. & 37. pugnante contra eos cœlo proſtrati. num. 38. Turcæ a duce Mediolanenſi & Rege Neapolitano concitati in Italos. 1499. num. 8. in Iſtriam excurſiones faciunt. ibid. ingentes eorum in Chriſtianum imperium graſſationes. 1500. num. 7. affectatum ab ijs Romæ imperium. ibid. decretum in eos Romanæ eccleſię nomine bellum. ibid. qui ritus a legato in Turcas profecturo ſeruandi. num. 10. Methone expugnata a Turcis. num. 11. quindecim millia Turcarum tunc cæſa. num. 12. crudeles eorum graſſationes. num. 13. claſſem Chriſtianorum profligant. num. 14. Neopatras expugnant. ib.

Tuueria. a Ioanne Baſilio Moſcouitarum duce occupata. 1479. nu. 48.

V

Valachia. a Turcis euaſtata. 1476. num. 7. & 8. Valachorum quadraginta millia abducta in ſeruitutem. ib. poſt Mahometis II. mortem recepta a Matthia Rege. 1481. n. 2. a Turcis occupata. 1485. n. 13. ob non præſtitam opem a Matthia Rege ſupremum illius imperium Polono delatum. num. 14.

Valentina eccleſia. a Tarraconenſis imperio ſoluta ob preces Roderici Borgiæ Cardinalis. 1470. num. 46.

Valentinenſis comitatus. a Ludouico XI. in Pium II. transfuſus. 1462. nu. 11. qua religione impulſus fuerit. num. 12. Valentinenſis & Dienſis comitatus poſſeſſione Eccleſiam vi non iure ſpoliatam a Carolo queritur Innocentius VIII. 1486. num. 45.

Vaſcus Gamma. miſſus cum claſſe ad aperiendas Indias. 1497. n. 36. vexillum crucis illi datum ab Emmanuele Rege. ib. a ſacerdotum agmi-

ne religioſo ad naues deductus. nu. 37. inſtrumenta noua ab aſtronomis ad tenendum in oceano curſum illi tradita. ib. ad oram Zanguebaris appellit natali Chriſti die. ibid. luſtrat orientalem Æthiopiam. 1498. num. 40. Indiam detegit per ſummos labores. ibid. diuino prodigio in eam peruenit. nu. 41. apud Calecutienſem Regem legationem obit. num. 44. Maurorum coniurationem declinat. num. 45. in reditu in quinque locis columnas erigit. num. 45. redit in Luſitaniam. 1499. num. 32. celebrati a Luſitanis ſacri triumphi ibid. prorex in Indiam mittitur. 1502. num. 2. Quiloæ regulum Luſitani Regis vectigalem ſe profiteri cogit. ibid. Cananoris Regem fœdere ſibi obſtringit. ibid. Cranganorenſes Chriſtiani imperium Indiæ illi deferunt, vt ſeruitute infidelium ſubtraherentur. ibid.

Vaticana bibliotheca. inſtaurata a Sixto IV. 1478. num. 49. doctorum vſui dicata. ibid.

Vbertus Squarciaficus. a Turcis Caffa capta vnco per gulam adacto præfocatus. 1475. num. 27.

Venenum, propinatum ab hæreticis B. Iacobo Picenati non nocuit. 1476. num. 17. viſo miraculo plures conuerſi. ibid.

Veneti, fœdus ineunt cum Matthia Hungariæ Rege contra Turcas & quibus legibus. 1463. num. 21. Mahometi bellum inferunt. ibid. Examilium ducto muro ab vtroque mari communiunt. ibid. Pio II. nunquam ſe defuturos pollicentur. num. 27. Florentinorum in Venetos indigna inuidia. ibid. ſollicitati a Pio ad conſtantiam. num. 41. fœdus ineunt cum Matthia Rege. num. 50. hortatiua ad eos Philelphi epiſtola. 51. vt bellum ſuſcipiant in Turcas num. 53. Turcis Veneti maris imperium eripiunt. num. 54. ad eos Peloponeſij proni. ibid. mittunt claſſem in Peloponeſum. num. 55. Lemnum Imbrumque Turcis eripiunt. num. 56. de clade inſigni accepta per Turcas a Venetis certior factus a Pio II. Burgundiæ dux. 1464. num. 5. vt Corinthus fruſtra oppugnata ſit. ibid. Veneti exercitus dux obtruncatus. ibid. propter aeris intemperiem reuocat ab Examilio exercitum. ibid. mox vndecim millia Turcarum irrumpunt & omnia vaſtant. ibid. Leſbo propulſantur. nu. 11. Monebaſiam recuperant. ibid. dum Mitylenem tentant magna clade affecti. num. 12. Neopacti & Argorum vicos a Turcis diripi ſinunt. 1464. num. 63. Homarem Turcarum ducem ex Iſthmo repellunt. ibid. ad Corinthum inſignem cladem accipiunt. ibid. Peloponeſum amittunt. ibid. cum Rhodijs equitibus ſimulta diſſidia ſuſcipiunt. num. 66. Rhodum obſident. ib. pacem cum iis componunt. ibid. Catharinam Corneliam in filiam cooptant & Iacobo Cypri tyranno dant ſpem ſucceſſionis regni. num. 71. extincto Scanderbegho partem illius principatus ſibi comparant. 1466. num. 7. aduerſus Petrum Medicem Florentiæ principem exules excipiunt ad eum euertendum. 1467. num. 17. Bartholomæum Coleonem cum exercitu immittunt. ib. pacem ineunt cum Florentinis & quibus legibus. num. 15. vſque ad. num. 21. miſſo Nicolao Canalio duce plures vrbes Turcis eripiunt. 1469. num. 12. in annos vigintiquinque cum Paulo II. fœdus arctiſſimum ineunt num. 24. copias ſerius ſubmittunt Pontifici. num. 27. Chalcidem amittunt expugnatam a Mahomete. 1470. num. 12. & plures vrbes in Peloponeſo. num. 13. culpam excisæ Chalcidis ignauiæ Nicolai Canalij aſcribunt. ib. ſubrogato Nicolao Mocenico illum vinculis tradunt. ibid. moniti de expeditione Mahometis, vt par erat non prouiderant. num. 19. fugata a Turcis ex Helleſponto eorum claſſis. ibid. Cypri regno potiti quod Catharinam Corneliam Iacobi vxorem in filiam optaſſent. num. 37 de Mincio deriuando cogitant. num. 40. moniti ne finitimos principes in ſe exaſperent. ibid. ineunt fœdus cum alijs principibus contra Turcam pro tuenda Italia. num. 41. in Ratiſponenſibus conuentibus ſe a reliquis Chriſtianis derelictos conqueruntur. num. 9. ſi Germani terreſtrem exercitum eduxerint hoſtem contundendum proponunt. ibid. Catharinam Corneliam cooptant in filiam. 1471. num 47. conſtituta dote tradunt Iacobo Cypri tyranno. ib. clades inflictæ Venetis a Turcis. num. 73. ſerius de Turcis reprimendis cogitauere. ibid. expoſitum diſcrimen ne Turca Ægyptum Rhodum ac Cyprum ſibi ſubijciat. num. 74. Venetis relinquit teſtamento bibliothecam Cardinalis Beſſario. 1472. num. 11. donarant Beſſarionem patria amiſſa Græcia. ibid. quinquaginta triremes pontificiæ claſſi iungunt. num. 42. capta Smyrna cenſent eam non munendam, ſed incendendam. nu. 43. Ciliciæ litora infeſtant ac plures arces Turcis eripiunt. ibid. 1474. num. 1. Vſumcaſſani oratorem excipiunt. num. 2. tormenta bellica & eorum librandorum peritos ad eum mittunt. ibid. Sichinum Seleuciam & Coricum tormentis ad deditionem cogunt. ibid. poſt mortem Iacobi Cyprij tyranni repulſa Carola Regina, Catharinæ Corneliæ viduæ clientelam ſuſcipiunt. num. 4. ius demonſtranti reſpondent regna non iure, ſed armis poſſideri. ibid. imperium adriatici maris ſibi arrogant atque Anconitanis nauigandi libertatem adimunt. 1473. num. 27. intentatum ijs anathema a Sixto. ibid. Scodram tuentur aduerſus Turcas. 1474. nu. 12. fœdus cum Italiæ principibus in communem hoſtem pangunt. nu. 15. Cyprum in ſuam poteſtatem redigunt. num. 18. poſtulati iudicio a Carola Cypri Regina de iure regni Cyprij. 1475. num. 30. negat Sixtus IV. ea cauſa ſe implicare. ibid. cæſis Corneliæ Reginæ parui ſe in arcibus continent. 1475. num. 32. miſſo cum claſſe Petro Mocenico coniuratos cædunt arceſque occupant. ibid. Naupactum contra Turcas defendunt. 1476. nu. 9. Mahometis claſſem quæ Lemnon tentarat fugant. ibid. in Dalmatia Veneti exercitus pars cæſa. 1477. num. 7. in Macedonia excitatas circa Croiam arces capiunt. ibid. dum fugato hoſte prædæ colligendæ inhiant ab eo reuertente opprimuntur. ibid. pro Florentinis bellum ſuſcipiunt aduerſus Sixtum, num. 29. pacem infamem emunt a Turca. ib. Scodram dedunt Mahometi & Tænarum Laconiæ arcem inſignem & Lemnon inſulam. ibid. aperiunt illi aditum ad plures alias vrbes & inſulas inuadendas. ib. pluribus annis diſtinuerant arma Mahometis. ib. ex inita ab illis pace adductum in diſcrimen Chriſtianum imperium. 1479. num. 11. moniti Veneti, vt cæteris Chriſtianis in Turcas ſe coniungerent detrectarunt. ib. queritur de Venetis Hungariæ Rex apud Germanos ſe ab ijs & reliquis Chriſtianis deſertum. num. 38. Venetos ex inuidia in Sixtum IV. pacem cum Turca pepigiſſe. ibid. arces munitiſſimas hoſti prodidiſſe. ibid. obſtrinxiſſe ſe ad turcicam claſſem portubus ſuis excipiendam. ib. præbendum aditum per eorum terras & commeatus ſubminiſtrandos Turcis contra reliquos Chriſtianos perrecturis. ibid. Mahometem ideo cum Venetis pacem admiſiſſe, vt Hungariam opprimeret. num. 40. cum Hercule duce Ferrariæ de Rhodigini agri limite certant. 1482. num. 1. fauet ijs Sixtus. ibid. Sixto eorum cauſa periclitanti opem afferunt. num. 4. Aprutij & Apuliæ oras depopulantur. n. 6. pace a Sixto inita cum Ferdinando Venetis, vt illi accederent locus reſeruatus. num. 14. Ferrariam grauiore bello premunt. num. 16. in eos cum reliquis Italis iungit Sixtus armorum fœdus. ib. rogantur a Sixto, vt Ferraria abſtineant. num. 17. propoſita ijs incommoda quæ ex eo bello orirentur num. 19. vt Hiſpaniæ Reges demonſtrarint pacandam Italiam armaque

in

in Turcas vertenda ; ibid. Sixti ad Fredericum de Venetis plenæ querelis literæ. 1483. num. 2. Ferrariam obſidione premunt. num. 3. claſſis fluuiatilis partem amittunt. num. 5. Renatum ducem Lotaringiæ euocant quem opponant Ferdinando. num. 7. intentatæ ijs cenſuræ a Sixto ob Ferrariam oppugnatam. num. 13. Clementis Vedicta in eos inſtaurata. num. 15. implorata aduerſus eos Regum auxilia. num. 17. inique eccleſiaſticos e Romana curia euocant. ib. Maximilianus in eos ſollicitatus. ib. ſpernunt pontificia monita. num. 18. commoniti iterum officij. ib. prouocationis ad concilium diffugia captant. num. 19. demonſtrata appellationis illius iniquitas. ib. in ſuſpicionem ſchiſmatis & hæreſis ob eam editam vocantur. num. 20. trahere nituntur Gallos, vt valere appellationem ad concilium contendant. nu. 22. Neapolitana littora infeſtant. num. 23. Gallipolim & alias arces Ferdinando eripiunt. ibid. Georgius Cardinalis Olyſipponenſis ad Venetos pro pace miſſus. 1484. num. 15. dolo pacis ſpem oſtendere. num. 17. in ſuſpicionem affectati Italiæ imperij adducuntur. num. 19. pacem ineunt cum Sixti fœderatis. ib. Sixtum ad pacem cogunt. num. 20. cenſuris quibus ob Ferrariam oppugnatam deuincti erant liberantur ab Innocentio VIII. 1485. num. 45. Anconitanos deficientes ad Hungariæ Regem ad obſequium Pontificis reuocant. 1486. num. 24. obſiſtunt Innocentio conferenti epiſcopatum Patauinum. num. 36. docentur de Pontificum ſumma in regendis eccleſijs auctoritate. num. 36. Turcarum metu fœdus ineunt cum Innocentio. 1487. num. 1. bellum infeliciter gerunt cum Sigiſmundo duce Auſtriæ. num. 2. controuerſiæ arbitrum deligunt Innocentium. ib. Vſumcaſſanum Perſidis Regem ſollicitant, vt arma vertat in Baiazethem. 1488. num. 12. Catharina Regina Venetias perducta Cypro libere potiuntur. num. 17. pacem ineunt cum Sigiſmundo Auſtriaco. 1490. num. 9. Dyrrachium illis ereptum a Turcis. 1493. nu. 9. quas pactiones Carolo VIII. Gallorum Regi obtulerint vt arma verteret in Turcas. 1495. n. 13. fœdus armorum pro Italica libertate in Gallos ſanciunt. num. 14. Florentinis auxiliarem exercitum ſubmittunt contra Carolum Regem. num. 23. cruento prælio certant cum Carolo VIII. num. 30. pactiones nouas offerunt de gerendo in Turcas bello. num. 31. promittunt illi triremes centum. ibid. miſſa claſſe Gallos pellunt ex Apulia. num. 29. actæ illis ab Alexandro VI. gratiæ de pulſis Gallis. num. 30. ſollicitati, vt pacem Italicam aſſerant. num. 31. fœdus ineunt cum Alexandro VI. & Cæſare & Hiſpano & Anglo & Italis aduerſus Gallum. 1499. num. 1. & 2. Petrum Medicem iuuant, vt Florentinum principatum recuperet 1498. num. 8. Camalduli oppugnatione diuinitus propulſati. ibid. Ioannes Borgia Cardinalis ad Venetos miſſus pro ſanciendo fœdere contra Turcas. 1499. num. 8. maritimam claſſem inſtruunt, ſed vincendi animus illis deeſt. num. 9. Naupactum amittunt. ibid. cum Gallo fœdus ineunt. num. 10. Venetis denuntiat Ludouicus Sfortia Gallus Mediolanenſi ducatu potitos arma conuerſuros in Venetos. 1499. nu. 17. Cremona & agro cis Abduam potiti. num. 21. Veneti in publico Chriſtianorum conſeſſu vires omnes collaturos ſe in Turcas profitentur. 1500. num. 6. Methone & Corone ijs ereptæ a Turcis. num. 11. & Neopatræ. num. 14. Æginam miſſo Benedicto Piſanrio Baiazethi II. eripiunt. num. 17. Cephaleniam inſulam Gonſalui ducis opera recuperant. 1501. num. 76. rogant eum vt vires iungat ad Methonem recuperandam, ſed deſeruntur. ibid. Iuncus a Turcis ijs eripitur. ib. deſeruntur a Gallica claſſe. ibid. promiſſæ Venetis ab Alexandro VI. quindecim triremes non ſubmiſſæ. num. 81. tredecim naues ab Alexandro Venetis ſubmiſſæ quatuor a Gallo Rege. 1502. num. 20. Neriton inſulam dictam S. Mauram Turcis adimunt. num. 21. neglecta ab Alexandro & Gallo & Hiſpano turcica expeditione iniquis legibus pacem redimunt a Baiazethe. 1503. nu. 2. Neriton Turcis dedunt. ib.

Veniſinus comitatus. de eo permutanda cum Apruntij parte actum. 1464. nu. 69 cur negata ea conditio. ib.

Verbum. expoſitum Mahometi II. vt generetur a Patre. 1461. num. 61. myſterium hoc a Platonicis agnitum ex traditione vetuſta. ib. num. 62. teſtimonia prophetarum de generatione Verbi. num. 63. cur dicatur genitus hodie & ante luciferum ibid. Arrius & Mahometes generationem Verbi non intellexere. ibid. prophetæ Deum Patrem dixere, ergo aſſeruere filium. num. 66. Mahometanorum argutiæ quibus negant incarnationem Verbi diſſoluuntur. num. 68.

Veritas. cur eam non audiant principes. 1461. num. 54.

Veronica pia ſanctimonialis. oſtenſum illi per ſacram ſpeciem bellum inter Polonos & Pruthenos opera Rudulphi internuntij apoſtolici ſedatum iri. 1466. num. 31.

Victoria fortiguerra. mater Pij II. oſtenſum illi diuinitus in ſomno filium Pontificem parituram. An. 1458. num. 1.

Victorinus Georgij filius. a patre ipſo regni ſpe abdicatus. 1468. num. 12. cum exercitu irrumpit in Auſtriam num. 13. pellitur a Matthia Rege ac cæditur. ibid. ex Trebyczi arce ægerrime liberatus fugit. ibid. incurrit in terras Friderici num. 9. in Morauia a Matthia Rege intercipitur. 1469. num. 10. de eo capto celebrata Romæ publica lætitia. num. 12.

Vienna. a Matthia Rege Hungariæ obſeſſa. 1477. n. 6. liberata obſidione ex inito fœdere. ib. ad deditionem adacta a Matthia Hungariæ Rege. 1485. num. 11.

Viennenſis academia. condita a Paulo II. & Frederico III. 1469. num. 8.

Vindicta diuina. ob peccata fideles a Regibus impijs exagitati. A. 1460. nu. 1. diuina vltione percuſſus Ioannes Rochizana hæreticus. 1468. nu. 8. plures ſacrilegi Poloni diuinitus excuſſi. 1474. num. 8. diuinæ vindictæ ſigna cœlitus data. 1482. num. 5.

Vindicta humana. ſanctio Pauli II. in eos edita, qui vindictæ ardore conſanguineos inimicorum lædunt. 1466. num. 24.

Vinum. cur ab eo abſtineant Mahometani. 1461. num. 105. vino & luxuria incaluiſſe Angelos fingunt. nu. 107. vino madidus Mahometes cædes patrare ſolitus. 1464. num. 20.

Vini ſpecies. in ſanguinem ſæpius verſæ. 1473. num. 21.

Virago. vnius virtute Lemno propulſati Turcæ. 1476. num. 7.

Virginius Vrſinus. pontificias partes aduerſus Columnenſes & Sabellos tuetur. 1482. num. 3. pace a Sixto compoſita cum Alfonſo Calabriæ duce aduerſus Venetos pro liberanda Ferraria progreditur. num. 16. cum Gallis aduerſus Alexandrum VI. ſentit. num. 16. rogatus ab Alexandro VI. Italicum fœdus ſequi abnuit. ib. cenſuris deſigitur. ibid. exuere eum principatu nititur Alexander. num. 18. cædit Alexandri copias. num. 19 cum exercitu immiſſus a Ferdinando aduerſus Innocentium VIII. 1485. num. 41. vaſtato agro Romano tentat in vrbem irrumpere. ibid. repellitur. ib. vaſtat Romanum agrum. 1486. num. 5.

B. Virgo. Alexander Oliua puer poſtea Cardinalis eius ope ad vitam reuocatus. 1463. num. 113. Pius II. in morte conteſtatur ſe Virginis ope e magnis periculis ereptum. 1464. num. 43. cœleſtes virtutes imploratæ eius ope editæ. 1470. num. 56. ipſius ope a grauiore morbo liberatus B. Iacobus Picens. 1471. nu. 80. vindicatus etiam a dæmonum vexatione. ib. Philippus Chius ope

eius carcere diuinitus liberatus. ib. inſtauratum viſitationis feſtum a Sixto. 1475. num. 34. fideles ad implorandam Virginis opem ſollicitati. 1475. num. 35. ope Virginis victæ omnes perſequutiones. nu 37. ad pietatem in Deiparam Chriſtifideles a Sixto IV. ſollicitati. 1477. num. 9. inſtitutum immaculatæ conceptionis officium. ib. illud repetituris propoſitæ indulgentiæ. ibid. hoc temere nonnulli damnare hæreſis auſi. ibid. pro conceptione immaculata Virginis commentarij ediri a Sixto IV. ante pontificatum. 1479. num. 34. implorata Virginis ope Turcæ diuinitus Rhodo propulſati. 1480. num. 11. relatum eſt viſam ab infidelibus ferre opem Rhodijs cum innumeris militum cateruis. eod. num. 11. Turcas Lauretanam ædem diripere molientes diuinitus fugat. num. 32. annulus Virginis pronubus inſertus digito impuræ fœminæ illum areſecit. 1480 nu. 44. furto ſublatus diuino prodigio reſtituitur. ibid. damnati a Sixto IV. qui hæreſis calumniam inpingunt immaculatam Virginis conceptionem aſſerentibus. 1483. num. 64. damnati pariter. qui aiunt hæreticum eſſe aſſerere cum originali peccato conceptam cum nondum ea quæſtio ſit ab Eccleſia definita. ibid. Dei ac Deiparæ ope implorata ſeptem dæmones ex vna muliere pulſi. 1489. num. 21. Hallæ liberatæ Virginis ope. ibid. aſciſcitur in tutelarem ab Emmanuele Luſitaniæ Rege pro comparando Indiæ imperio. 1499. num. 32. inſtitutus ordo ſanctimonialium ſecundum virtutes & beneplacita B. Virginis a Ioanna Valeſia. 1501. num. 24.

Vita. ob breuitatem non plurimi facienda. 1461. nu. 53. de æterna maxime curandum. ibid. ſine hac nulla proſunt imperia. ib.

Vitellotius Tiferni regulus. dolo necatus a Cæſare Borgia. 1503. nu. 8.

Vngaria, Vid. *Hungaria*.

Vltio diuina. Vid. *Iuſtitia diuina*.

Vrbanus VIII. beatorum honores decernit Iacobo Picenti. 1471. n. 81.

Vrſini. tuentur partes Sixti IV. aduerſus Columnenſes & Sabellos. 1482. num. 3.

Vrſus epiſcopus Tranenſis. in Hungariæ & Boemiæ regna ab Alexandro VI. legatus decernitur. 1493. num. 5. conciliandæ inter aduerſantes principes concordiæ illi demandata prouincia. num. 7. Huſſitas Boemos ad Eccleſiam reuocare iuſſus. ibid.

Vſuncaſſam alias Aſſambecb Rex Meſopotamiæ. quinquaginta millia militum educere in Mahometem ſpondet. 1459. num. 49. cum alijs Regibus inſignem legationem mittit ad Pium II. 1460. num. 101. & 1461. num. 35. bellum ſuſcipit in Mahometem oppreſſo ſocero Imperatore Trapezuntino. num. 43. a Mahomete vincitur. num. 45. appellat de fœdere Paulum II. aduerſus Mahometem II. 1471. num. 48. profitetur ſe benedictionis apoſtolicæ beneficio Iamſam Babyloniæ Regem & eius filium gemino prælio deleuiſſe. num. 49. tum magnum Regem Perſarum. ibid. poſcit apoſtolicam benedictionem. ibid. Poloniæ Regem ſollicitat, vt arma vertat in Turcas. 1472. num. 35. ſollicitat etiam alios Reges. ibid. minorem Armeniam & alia loca Mahometi eripit. num. 43. ſexcenta armatorum millia educit. num. 44. Trapezum expugnat. ibid. Cæſaream & Sebaſtiam capit. ibid. Sinopem ſibi ſubijcit. num. 45. Mahometis exercitum profligat. ibid. Veneti ad eum tormenta bellica eorumque librandorum peritos mittunt. 1473. num. 3. tres arces Caramano reſtituunt. ib. Chriſtianorum defenſor prædicatur a Sixto in litteris ad Hungariæ Regem num. 8. ad Aſiæ maritimam oram, vt erat pollicitus non accedit nec tormenta bellica accipit nec de ſumma belli confert. num. 8. certat in Armenia. num. 9. initio vincit deinde tormentis bellicis vincitur. num. 9. gazam amittit. ibid. decem tantum millia ſuorum quadraginta millibus Turcarum cæſis amittit. ibid. Poloniæ & Hungariæ Reges ſollicitat, vt arma in Turcas vertant. 1474. num. 9. nil velle ait præter Trapezuntinum imperium ſibi vxorio iure debitum. ib. decies centena millia bellatorum ſpondet. ibid. ſollicitatus a Venetis, vt arma in Baiazethem vertat. 1488. num. 13. in Georgianos ſigna monet. ib. relictis quatuor filijs obit. ib. inſigne iuſtitiæ exemplum ab illo editum. num. 17.

Vualdenſis hæreſis & Vualdenſes. in Atrebatenſi epiſcopatu repullulat. 1463. num. 83. leges eccleſiaſticæ in eos diſtringi iuſſæ. ibid. Vualdenſes repullulant in Ebredunenſi archiepiſcopatu. 1487. num. 26. diuexant cenſorem fidei. ibid. miſſus ad eos excindendos internuntius. ib. Gallus & Sabaudus arma in eos corripere iuſſi. ibid. pœnæ fautoribus intentatæ. num. 28. Vualdenſium ſiue Pikardorum errores. 1498. nu. 26. & ſeq. repullulant in Boemia. num. 60. decreti ad eos excindendos internuntij. ibid. Calixtini in eorum præcipitia delapſi. num. 62. eorum ſophiſmata cur deſeruerint Eccleſiam. num. 64. & ſeqq. refelluntur. ib. grauiſſime inter ſe diſſentiunt. num. 71. cultris ſacram hoſtiam confixere experiundi cauſa an ſanguis ex ea flueret. ib. vt eirato euangelio ſcientiam euangelij adipiſcantur. 1501. num. 44. dæmonem in modum muſcæ excipiunt. ibid.

Vuladus Valachiæ princeps. Vid. *Draculus*.

Vualterus Plettemburgius Liuoniæ magiſter. cum exiguis copijs centum millia Moſcouitarum & Tartarorum trucidat vno catholico tantum deſiderato. 1500. nu. 19.

Vuillelmus Cardinalis Spoletanus. cœnobium & xenodochium ab eo conditum. 1472. num. 62.

Vuilnenſis eccleſia. infeſtata a Tartaris. 1501. num. 41. conceſſa illius epiſcopo gladij ſæcularis poteſtas. no. 41.

Vuladiſlaus Caſimiri Poloniæ Regis filius. a ſequacibus Georgij renuntiatus Boemiæ Rex. 1469. num. 11. de Georgij filia ducenda paciſcitur. ibid. poſtulat a Georgio Caſimirus, vt dum viuit Vuladiſlaum Regem renuntiet. 1470. num. 2. poſt Georgij mortem a Boemis Huſſitis renuntiatur Rex in Cuthnenſibus comitijs. 1471. num. 33. Albertus Saxoniæ dux dum regnum affectaret obſtitit ne Boemi Matthiæ imperium acciperent. ibid. delatum Boemiæ ſceptrum admittit. num. 38. cum exercitu Boemiam ingreſſus a Pragenſibus excipitur. nu. 4. miſſus ad componendam inter eum & Matthiam pacem legatus a Sixto IV. num. 77. ob præſtita Boemis hæreticis auxilia in ius vocatus. 1472. num. 29. cenſuras eccleſiaſticas contraxiſſe pronuntiatur. ibid. Boemi libereti a Sixto ſacramenti Vuladiſlao præſtiti religione. num. 32. pacem init cum Matthia Rege & quibus legibus. 1471. num. 7. pacem violat atque Vuratiſlauiam obſidet irrito conatu. ib. inducias paciſcitur cum Matthia. ib. a Frederico inſignibus ac iure regni Boemici donatur. 1477. num. 6. reſciſſa deinde ea geſta a Frederico cum a Matthia bello vrgeretur. ibid. pacem init cum Matthia Rege Hungariæ. 1478. n. 35. Boemiæ regnum retinet permiſſis Matthiæ Morauia Luſacia & Sileſia. ib. & ſeq. quibus legibus pepigerit de illis prouincijs Boemiæ regno reſtituendis. num. 38. ſancit Olomucz fœdus cum Matthia Rege in Turcas & hæreticos. 1479. num. 23. Huſſitæ aduerſus eum rebellant. ib. dum clementius eos tractat inſidijs & veneno appetitur. ib. in eum coniurant Huſſitæ. 1483. num. 53. diſcutit hæreticorum inſidias. num. 56. eius frater B. Caſimirus ſanctiſſime moritur cum mori mallet quam fœdari. num. 59. non vocatus ad comitia cum Maximilianus Cæſar creatus eſt. 1486. num. 43. queritur ſuo iuri detractum. ibid. multis ad regnum Hungariæ

Digitized by Google

gariæ aſpirantibus poſt Matthiæ Regis mortem a maiori parte Rex Boemiæ deligitur. A. 1490. num. 13. Beatricis Reginæ viduæ opera id factum. ibid. ſolemni ritu Rex Hungariæ conſecratur. num. 13. illius in ea celebritate oratio. ibid. a fratre Alberto ac Maximiliano & Turcis illi bellum illatum. num. 15. lata pro eo ſententia contra Beatricem viduam ad illius nuptias aſpirantem. 1493. num. 30. ducit v.orem Annam Gandalam Aquitanam. ibid. exhæredatur a Caſimiro Poloniæ Rege ne Polonia cum Hungaria iungeretur. ibid. iungit fœdus cum fratre Ioanne Alberto Poloniæ ſceptris ſuccedente. nu. 52. Turcas in Hungaria fundit. 1493. num. 1. recuperat ab ijs prædam. ibid. cæſus poſtea a Turcis eius exercitus. num. 2. expeditionem meditatur in Turcas. num. 3. ſollicitati fideles, vt eius ſequantur ſigna. ibid. & num. ſeqq. Boemos Huſſitas ad Chriſti fidem reuocare annititur. num. 5. Vrſus epiſcopus Trancnſis in eius regna legatus mittitur. ibid. & num. 7. reſciſſa lex qua Blanea Mediolanenſis Ioanni Coruino deſponſa fuerat, vt ſi Matthias ſine legitima prole decederet Ioannes Coruinus regno ſuccederet. num. 4. ſoluta ea ſponſalia ab Alexandro ibid. in Myſiam mittit exercitum & Pauli Kiniſij opera duas arces capit. 1494. num. 40. fœdus in Turcas cum Pontifice & Venetis iungit. 1501. num. 1. ſollicitatur, vt terreſtrem exercitum educat. num. 3. ſtipendia illi data. ibid. ſollicitatur iterum, vt in Turcas arma vertat. num. 82. Baiazethes in eum copias effundit. nu. 83. fortiter propulſatur. ibid. exercitum immittit in Boſniam ac late vaſtitatem in Turcica ditione infert. 1502. num. 21.

Vratislauia. fruſtra a Polonis & Boemis obſeſſa. 1474. num. 7.

Vratislauienſes. ob defenſam fidem appetiti bello a Georgio Boemiæ Rege. 1459. num. 20. edicunt illi, vt publice obſequentem ſe Pontifici exhibeat. ibid. contendunt percuſſum anathemate a B. Ioanne Capiſtranenſi. num. 21. miſſi a Pio internuntij pro concilianda controuerſia. ibid. inducias triennales iniæ. num. 23. difficiles ſe præbent ad concordiam cum Georgio hæretico ineundam. 1460. num. 74. conſulente Pio II. qui Georgij hypocriſi deluſus erat pacem ineunt. num. 75. iuſſi parere Georgio Regi Boemiæ fingenti ſe eſſe catholicum 1462. num. 24. vbi patuit eius perfidia ſacramenti illi præſtiti religione ſoluti. ibid. proceres catholici ijs opem ferre iuſſi. ibid. Vratislauienſes in fide conſtantes Georgium Regem hæreticum fortiter propulſant. 1463. num. 102. obſeſſi iterum a Georgio hæretico Rege. 1466. num. 26. ad decem millia crucem accipiunt tridui ſpatio. nu. 29. perculſi eo terrore hoſtes ſoluunt obſidionem. ibid.

Z

ZAcynthus. Turcico adiecta imperio. 1470. num. 40.

Zamorinus Calecuty Rex. victus maritimo prælio a Luſitanis. 1501. num. 88.

Zaninus Bergomenſis hæreſiarcha. fingit alium mundum & alios homines antea fuiſſe. 1459. num. 31. Chriſtum neceſſitate ſtellarum paſſum. ibid. confert Chriſtum cum Mahomete. ibid. negat Chriſti præſentiam in Euchariſtia. ibid. luxuriam negat eſſe peccatum. ibid.

Zdenko Strnbergius. conſtans illius reſponſum ad Georgium hæreticum Boemiæ Regem. 1462. num. 20.

Zendren. arx munitiſſima in Racia occupata a Mahomete II. 1459. num. 56.

Xenodochium ſancti Spiritus. inſtauratum a Sixto IV. 1477. num. 12. eius ædes refectæ a fundamentis ib. inſtitutum pro eo tuendo ſodalitium. ib.

Zizimus Mahometis II. filius. affectat imperium. 1481. num. 27. a Baiazethe cruento prælio deletur in Aſia 1482. num. 35. Rhodum ſe recipit. num. 36. translatus in Gallias. ibid. expetitur a Matthia Hungariæ Rege. ibid. & 1485. num. 11. & ab alijs Regibus. ibid. nulli dedendum cenſet Innocentius antequam communi fœdere iuncti ſint Chriſtiani Reges. ibid. repetit illum Innocentius a duce Borbonio. num. 12. ſpes inijcit de expeditione vniuerſali conficienda. ibid Baiazethes Ægyptio ſultano bellum infert ob non proditos ſibi Zizimi filios. 1486. num. 87. deletur cruento prælio a Caitbeo. 1488. num. 9. in gratiam Zizimi nonnulli Turcæ ineunt coitiones cum Hungaris. 1485. num. 9. Matthias ſibi illum dedi efflagitat. ib. pollicetur Baiazethes Gallo Regi terram ſanctam communibus armis comparandam ſi Zizimum teneret. 1489. n. 1. allata ſero hæc promiſſa. ibid. Zizimus Romam perducitur. num. 2. quo ritu orator ſultani Babylonij eum ſalutauerit. ibid. in pontificium conſpectum Zizimus admiſſus. ibid quæ honoris ſigna ab eo exhibita. num. 3. ſingulos Cardinales amplectitur. ibid. ob illum Pontifici deditum grauiores iras concipit in Rhodiorum principem Baiazethes. 1490. num. 1. quænam obtulerit Pontifici, vt ipſum retineret. num. 2. mittit ad Zizimum oratorem Baiazethes. num. 4. quæ cautela adhibita ne orator medicatis litteris ipſum necaret. ibid. comprehenſus pſeudochriſtianus, qui Pontificem Zizimumque veneno interimere moliebatur. num. 5. trecenta aureorum millia promiſſa a Baiazethe, vt Zizimus interimatur. nu. 28. Gallorum Regi ex pacto traditur. num. 5. veneno extinctus putatur. num. 12. queritur Alexander extinctum in poteſtate Galli Regis & magnum rei Chriſtianæ amiſſum præſidium. num. 16.

FINIS.

Digitized by Google

CORRIGENDA, VEL MVTANDA.

ANn. 1458. n. 1. v. 8. iu in num 3. v 7. aliquantiſper. aliquantiſper. n. 20. v. 14. aureorum, vnciarum auri eod. n. v. 16. ante finem. quia. qui. n. 3. v 17. Ecclaſiæ, Eccleſię n 17 v. 5. plenum, homagium. plenum hominium. 1459 n. 8. v 4. conuentus conuentus n. 5. v. 25. praſato præfato. n 19 v 21. oratoribus oratoribus n. 22. v. 2. dele eſ. n. 29. v 31. nunnullos nonnullos. n 31 Medicam medicei n. 33. v 7 doterma doctrina n 44. v. 5 Fredericum, cum Fredericus v 9 facras ſacrarat eod. n. 44 margini appone ad lit n. cit. lib. biennium. pag 54. n 59 in cit. literulæ. g. Pio, in Pio. n 66 v. 9 obedienciam, obedientia. n. 81. v 2. Tarentiuum Tarentinum. n. 87. v. 19 anuum annum. 1460 n. 7. v. 5. ad id. n. 28 v 3. quinque quatuor. num. 34. v. 8 illus illius n. 35 v. 16. palmiras palmites. n. 55. v. 12. propulſatum propulſatorum n 58. v. 6. generi, ſoceri. n. 102. v. 32. cancurriſſe concurriſſe 1461. n. 4. v. 4. Feednandum Ferdinandum n 7. v 4. Aquanimæ Aquauiuæ. n 8. v 6. proſectus præfectus. n 31 v. 5. adde in cit marg. lib 22 pag 155. n 38. v. 19. ſua manu trucidauit pugno interemit. n. 39. v. 5 mariqud marique n. 42. c. t. 2. Boſleus Boſlius. n. 43 v 58 premitteretur permitteretur n. 44 v 32. creditus creditum. n. 76. v. 28. veterus vterus n. 106 v. 65 paſſurum paſſuum. n 128. v. 14. vrbemueterem vrbemuetulam 132 v 5. dominum dominum. n 134. Virgilius Polydorus lege Polydorus Virgilius. 1461. n. 5. v. 24. facram factum. n 40 adde in cit Marg. a lib. 21. pag. 96. n. 42. v. vlt noſti noſtri n. 43. v. 3. ſubſidiarum ſubſidiarium. n 52 v. 24 iniſſet miſſet 1463. n. 23. in princ volupeatiaus voluptatibus. n. 25. v. 77. mottem mortem n. 72. v. 19 vidabatur videbatur. n 72. v 9. ante fin. paulo quem poſt, quem paulo poſt n 81. v. 3. Feltrenſis Feltrinus. 1464. n 17. v. 15. promiſſionis promiſſiones. n 3 . v. 14 ante fi. impiatam impetu. n 58. v. vlt Cardinales Cardinalis. n. 58. adde in cit. marg. a. ep 221. 1465. n. 2 v. 19. defererent deſererent. n. 3 v 4 io en in Italia. n 14 in nota marg. t. Aureol Aurelian. n. 26. circa fin ſacerdotam ſacerdotem. 1466 n. 3. v. 28. multi millibus multis millibus. n. 7 cit. 6. marg. Marian marin. n. 12. v. 4. ante fin. e dicto n. 26 v. 24 oſtendit vt oſtendit n. 28. v 10 ne obliuiſcerentur dele ne. n. 29 v 1. nimirum nimium. 1468 n. 9. v 2. ottodoxorumque orthodoxorumque. n. 12. v 9 tantoſque tantaſque n. 25. v. 3. referendis teferendis. n. 30. v 20. couceceptis conceptis. n. 32. v. 12. effecto erecta. n. 34. cit. d. Marian adde lib. 22. n. 39 v. 5. S Anaſtaſiæ in portico dele in portico 1472 n. 2 cit a ann 9. ann. 6. n. 3. v. 14 datutes datuma n. 12. cit 6 Nab Mahom. 14 cit ſabell lib adde ſupra citato n 39 v 14. grauius periculum, grauioris periculi 1471 n 4 v 32. itincere itinere n. 20 v. 24 habuat hab at. n. 32. intelligentia diligentia n. 41. v 23. belo bello n 63 v 3 maliſico um maleficorum. n 66 v 6. ſcriptus coniunge aſcriptus. 1472. n. 10 v 18 propugnaturam propugnaturam n. 34 v 54 beniuoleteam beneuolentiam 41. v 1. diuixit direxit n 61. v. 1. ſuborte ſuborta. 1473. n. 5 v. 15 nitebantur nitebatur. v 7. ante fin ſuteriorum ſuperiorum. n. 16 circa fin. generis generis. 1474 n 2. v 16. ſo ſe nu. 4. v. 13. qua tele n. 8 v 4 incluſa incluſa n 25. adde cit marg. Marian lib 14. c. 4 ſunt lib. 19. 1475. n. 3 v 6. ſpirarent ſpirarent. n 35. v 37. perſonauerit perſonuerit 476 n 9 v 44. purgaueris purganeris. n 12 v. 2. continuatas continuatas n 14. § 2 v 4. additque tranſpone poſt verbum ait 1477 n 9. adde cit marg eat. in append t. m 4 concil. part 2. pag 741. n. 12. v. 9. macelis macello. 1478 n 11. cit. a v 2. in & n 17 v 16. pralatorum prælatorum n 35. v. 2. n. 35 v. 2 Poloniæ ac dele v 6 Olomucæ Olomucij n. 40 v 9 proferendæ proterendæ. n. 40 v 6. Veneti, adde vt paulo ante indicatum eſt. n 50 v 21. affectum affectum. 1479. n. 16 v. 6. dele mutuum. v. 8 principatus adde mulctam. n. 35. v. 16. 1480. n. 19. v. 7. adde cit. marg m. s. Vallicell bibl. n. 30. cit. a v. 6. In aſſ. Iuſtinian n 36. v. 28. & opere, opere & n. 37 cit. marg. 10. 19 1481. n. 2 v 8 ædirionis ditionis. n. 14 cit marg. hydrant hydruntin. 15 v 7. Robertum Robertum n 18. v 5. 1482. n. 1 v 14 tum expunge. n. 18. v. 5. Neapopolitanus Neapolitanus 1483. n 1. v 6 Ferrariæ Ferraria. n 4 v. 1 dele ad n. 8 cit marg. 1607. 1607. n. 15. v 50. nomine nomine n 34. v ante penult cœteri gelliarum cæteri Galliarum. n 43. v 25. n 44 v 5. dela ad. n. 51. v. 15. obſeruantiæ obſeruantiæ 1484. n. 15. v. 17. Eccleſiæ adde nomine n. 16. v. 6. priſtinibus priſtinis iuribus n. 28. v. 3. renuntiando renuntiando. 1485. nu 3 v. 8. mdlium millium. num 11. cit a Thros Thuros hiſt. Hung. ib doc decad n 18. v. 1. recruderat recrudueerat. n 36 v. 16 reliquinque reliquique n 58 v. 8. aſcenſione facta, excenſu facta. 1486. n. 1. v 19. hæc hoc. n. 12. v. 8 Neapolitanum Neapolitanum nu. 38. v 24 duxims duximus n 50 v. 22. lande laude. n. 62. v 8. in cit marg Vilnenſi Vilnenſis. 1487. n. 1. v. 14. fuiſſet fuiſſe. n. 8 v. 12. victoria victoria. n. 15. v. 22. cortogatam corrogatam n. 31 v. 3. etia millia adde in margine alias triginta millia. 1488 n 11 v 10. naque namque n 19 v. 3 Riatius Hieronymus Hieronymus Riarius 1489. n. 1. v. 24. dele ipſis n. 20 v penult Mediceus Medices. 1490. n. 10. v 2. Hungaricum Hungaricarum. n. 18. v. 12. ſubmminiſtrans ſubm niſtrans n 21. v. 10. conouli que conuulſoque. n 22. cit. d. pag. 270. pag 279. n 24. v 15. Sonca Souſa 1491. n. 8. v. 22 amulatioue æmulatione. 1492. n 24. v. 13. conſonebant concinebant. n 27. fecundum expunge. n. 18. fecundum expunge. n. 19. v. 7. biennio biennio n 20. verſ. 4. ante fin. colum. humalitas humanitas. 1493. n. 1. v. 19. Tranſiluaniæ Tranſyluaniæ n 3. v. 20. grauoribus ad ſe perculit n 20. v 25 angu ſtimos anguſtiſſimos n 4. v 6 Sfortiæ adde &. n. 14. v. 8 diplomate adde continet. n. 27. v. 5. dele lit d & dele cit d marginal n. 36 v. 31. placidiſſimæ placidiſſima 1494. n 8. v. 33 in modum cor m, in modum chori. n. 13. §. 2. v. 1. lumpa ſumpta. n. 19 v 28. regnumque regnaque n. 25. v 50 pes per 1495. n 54 v. 4. facunt fucum. n. 25. v. 3. fuunt funt. n 38. v. 9 auctorea auctorea. n 45 v 9 Viſenſis adde iniuria. v. 15. maximum maximum. n. 49. v. 19 aliquot aliquot 1496. n. 3. v. 11. anguſtale auguſtale. n. 21 § 2. v. 12 Gaudemua gaudemus. n. 25. cit. a adde Volaterran. n. 28 v 6 facras ſacra. nu. 38 v. 9 Agrigentinum Agrigentinum. 1497 n. 3. v. 25. chriſtianæ chriſtianæ n. 11. v. 12. pertinebunt pertinebunt. num 27. v. 36. omnia omnia. n. 34. v. antepenult tamen etiam. n. 36. cit. a. ad Oroſius & Maffeius vbi ſupra. n. 40 v. 11 dele ait. n. 43. v 7. euangelicos euangelicos. 1499 n 1. v. 11. ſacrata ſacrata. n. 5. cit. a Sebel. Sabell. n. 9. lib 9. ib. Cremon. Campell. in hiſt. Cremon n. 29. v 14 ſol in ſolum n 31 v. 17 ſunnt ſunt. n 32. 32. ib. v. 5 relarurus relaturus 1500 n. 1. v. 10 affecti affecti. n. 13. v. 6. militia militiam. n. 19. v. 16 triginta triginta. n. 16. v. 16. appollauit appellauit. n. 62. v. 6. datos datis. n. 71. v. 2. Romanæ Romanæ. 1501. n. 5. v. 15. petitiente petitione. n 9. v. 20 crucis crucis. n. 21. v. 27. iuli Iulii. n. 37. v. 9. adde citat marginalem lib. 2. epiſt. ſecret. pag. 53. extat etiam apud Sigiſmund. liber. vm in hiſt. rer. Moſcouit. pag 18. n. 41. v. 13. mauu. n. 44. v. 3 pontifice pontifice. n. 47 v. 3. n. 73. v. 20. puella puellæ n. 87. notrati. n. 89. v. 6. ineunte ineunte. 1502. n. 2 v. 24 naaum nanum. n. 14. v. 11 diſoordiam diſcordiam ib. v. 14 attreheret attraheret. n. 28. v. 12. beaia bella.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible]d by Google